10706

51
23

Cas #18

DISPVTATIONVM R. P.

IOANNIS DE SALAS CASTELLANI

GVMIELENSIS E SOCIETATE IESV.

In Primam Secundæ Diui Thomæ.

TOMVS PRIMVS.

Complectens à Quæstio. 1. vsque ad quęstio. 48. inclusiue, in 9. Tractatus distinctus.

AD R. ADMODVM PATREM CLAVD. AQVAVIVAM
Præpositum Generalem Societatis IESV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



Anno 1607.

BARCINONE M. DC. VII.

Expensis Ioannis Simon.



NOS DON PHELIP PER LA GRACIA DE

Deu Rey de Castella y de Arago &c. Compte de Barcelona.

NOS Don Hector de Pinatello, Duch de Monteleon, Compte de Burrelli, y de Sant Angel dels Lombardos del consell de sa Magestat, y Lloctinent y Capita general enlo Principat de Catalunya, y Comptats de Rossello y Cerdanya. Per la present donam llicencia permis y facultat al Pare Ioan de Salas de la Compañia de Iesus que liberament puga imprimir, y vendrer, o fer imprimir y vendrer vn llibre per ell compost, intitulat, *Disputationũ Ioannis de Salas Societatis Iesu, in primam secundæ Diui Thomæ, Tomus primus complectens quadraginta octo priores quæstiones.* Prohibint expressament a tots, y qual seuol estampers, y altres qualseuol persones de qualseuol estat, grau, y condicio que sien, que durãtlo temps dauall scrit no imprimescan, ni vengan, ni imprimir, ni vẽdrer facen lo dit llibre alt intitulat, sots pena de perdrer los llibres q̃ imprimiran, mollos y aparellsde la impresio, y de sinch cents florins de or de Arago, als Reals cofrens applicadors, sots la qual pena diem y manam, no res menys a tots y sengles Veguers, Balles, Sotsueguers, Sotsballes, y altres qualseuol Officials, axi Reals, com de Barons, y mayors, com menors, que la present nostra llicencia tinguẽ, guarden, y obseruen, tenir, guardar, y obseruar facen y cõtra no vingã en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenen chara, y en la pena predita desijen no incorrer. Laqual llicencia volẽ sia duradora per deu Anys propseguents de la data infrascrita enauant comptadors, los quals passats sia extincta y finida. Dat. en Barcelona a 12. de Maig. M.DC.VII.

El Duque de Monteleon.

V. Torner Regens. Gabriel Olzina.

V. Don Franciscus de Agullana, & Calders Regens Thesaurariam.

CLAVDIVS AQVAVIVA, SOCIETATIS IESV

Præpositus Generalis.

CVM Disputationũ in. 1. 2. S. Thomæ, Tomũ. 1 quadraginta octo quæstiones complectentem, P. Ioannis de Salas, Societatis nostræ Theologi, quatuor eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint: facultatẽ concedimus, vt typis mãdetur, si ijs, ad quos pertinebit, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Romæ 8. Aprilis. 1605.

Claudius Aquauiua.

MAgnâ cum voluptate has eruditione refertas disputationes in primas quadraginta, & octo Angelici Doctoris Quæstiones. 1. 2. à Doctissimo Patre Ioanne de Salas è Societate IESV eximia diligentia elaboratas euolui, iubente Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Raphaële Rouirola Episcopo Barcinonensi: in quibus nihil orthodoxæ fidei dissonum reperi; imo potius omnia mirifice cõsona, & Romanæ Ecclesiæ traditionibus, & Sanctorum Patrum Doctrinę. Ita vt ipsum opus authorẽ & indicet, & prædicet: vbertas enim rerum, quæ in eo miro ordine elucet, felix, ac fœcundum Patris ingenium quasi digito demõstrat. Hocq. ingenium dubito propter quod horum maiori sit laude dignum: an quia certa fide, æquo examine, & ad amussim tã veterum, quam recentiorem sententias refert, ac perpendit; vel quia certo iudicio eam semper inter alias eligit, quæ & sanctorum dictis, & rationi certę magis consona possit iudicari. Prodeat igitur typis mandatum post longum tempus ad immensum Ecclesię & Scholarum omnium emolumentum. Dat. in Cœnobio S. P. N. Augustini Barcinonensi, die 21. Mensis Februarij. 1607.

Magister F. Joannes Andreas.

NOS Don Raphael de Rouirola Dei, & Apostolica Sedis gratia Barcinonensis Episcopus Regius Consiliarius. Attẽta supradicta approbatione, tenore præsentium concedimus licentiam Imprimendi in Ciuitate, & diœc. nostra Barcinonẽsi huiusmodi Disputationes primæ secũdæ partis Angelici Doctoris à Reuerẽdo Patre Ioanne de Salas Societatis Iesu editas. Dat. in nostro Palatio Episcopali Barcinone die xxiiij. Mensis Aprilis. Anno à Nat. Domini. MDCVII.

R. Episcopus Barcinonensis.

CLAVDIO AQVAVIVAE SOCIETATIS IESV PRAEPOSITO Generali.

Ioannes de Salas eiusdem Societatis Theologus. S. D.

EXCOLVI per aliquot annos, Admodum R. P. quanta potui diligentia THEOLOGICI Horti, vel Paradisi potius hanc PARTEM: quam mihi ex quattuor designaueram, magni Coloni sequutus vestigia. Et, nisi fallor, in tam felici solo infelix non fuit labor noster. Nunc, vt diuturnior sit hęc felicitas, iugi irrigatione opus. Quęritur: ea mox reperta in te, qui caput VIVAE, & pellucentis AQVE: propter nobilitatem, & exquisitam puritatem, CLAVSAE: propter abundantiam & bonitatem, & quandam rationem officij, apertæ. Inde siquidem viuus ille doctrinæ fons, de cuius aqua redundans ille Torrens Prou. 28. *Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ.* Sed tua AQVA non quæcumq. sed viua est, vt sit aptior, non solũ ad lætificandos, conserendo q. agros: sed etiam ad emundanda corda tacta vitiorum lepra: viuentibus enim Aquis purificanda erat domus affecta lepra, iubente Deo: *Asperget domũ septies, purificabitq. eam aquis viuentibus.* Cur igitur alia quęrenda erat aqua viuens, cũ hæc adsit AQVA VIVA? Ex quavberes illi sapientię Riui, quos bibimus: & qui fæcunda diluuie nostræ societatis spatia, imo orbem terręinundarunt. Testes mihi erunt epistolæ Societati vniuersæ datę: testes responsa, velut diuina oracula, Roma missa Moderatoribus: testes Canones: testes statuta: testes deniq. omnes, qui te, vel tua norunt: hi enim diuinitus tibi delapsũ nomẽ concordi ore fatentur. Vni ergo mihi clausa erit hæc aqua? Esset alijs: mihi nũquã: quę si olim Romę vltro in me emanauit, quid faciet expetita? redũdabit vrgente charitate, quam cum alijs VIRTVTIBVS, de quibus liber hic, maxime in te florere vidi. Quę omnia, vt iuxta hęc fluenta arborem consererem me volentem coegerunt. Iam tu ARBOR vitę felicissimę, quę suauissimum fructum exhibes Beatis, perennabis ad hæc fluenta: vos FLORES, ridete. Nihil de specie per hanc aquã, nihil de odore vel colore amissuri: improbæ viuite SPINAE, tantũ ad sepiẽdum, tantum ad arcendum: regnate Iura, horti regnate LEGES: stet omnis cum GRATIA libertas; nam horto frui licet, licebitque,

Dum crepitans leni murmure curret aqua.

AVCTOR PIO LECTORI S.

SVPERIORIBVS annis (Pie Lector) cum in Salmanticensi nostro collegio professoris Theologiæ, & consultationum moraliū Præfecti numera obirem, importunis discipulorum precibus, & crebris amicorū exhortationibus arbitrantium me in hoc genere aliquid posse (quod sentio, quam sit exiguum) ductus tandem vel victus potius de rebus moralibus scribere instituī, non (nisi mea me fallit opinio) ad humanam gloriam, & opinionem aucupandam; nunquam enim eorum institutum probaui, qui eo animo se ad libros edendos conferunt, vt præter futuram famæ propagationem, aliud nihil curent, su-

3. De finibus. isq. lucubrationibus, præter inanem gloriolam, nullum alium scopum præfigant. Nam Ciceroni, Chrysippo, & Diogeni libenter assentior, qui detracta vtilitate, ne digitum quidem in Eudoxiam, seu bonam famam, aut gloriam porrigendū dicebant. Eò igitur cogitationes meæ semper spectarunt, vt aliquid præstarem, quod in gloriam Dei, & communem vtilitatem cederet, ideoq. moralis Theologiæ tractationē susciendam existimaui. Cum autem eius principia in hac D. Tho. parte tradantur, placuit, (omissis interim alijs partibus quas, si gratum tibi hoc opus esse cognouero, & vita mihi superfuerit, disputationibus illustrabo) in eā toto pectore incum-

Virgilius. bere, quod feci quando licuit, nulli labori parcens Poetæ memor: *Labor improbus omnia vincit*. Ad id faciendum alia me ipsum ratione adhortabar, nimirum, quòd viderem hunc agrum eo tempore fere ab omnibus desertum, seu non satis a recentioribus cultum, dum omnes suas operas in alios collocant, nimia forte huius difficultate deterriti, nam humani actus & habitus, eorumq. honestas, aut turpitu-

Iere. 17. do, & cætera, quę ad ipsos pertinent, quo magis nobis sunt familiaria, eo etiā magis ignota, & occulta. *Prauum est enim cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud?* Auget hanc difficultatem, quod veterum scholasticorum fontes in alios agros, tam copiosi, in hunc pene aruisse videātur. Tunc temporis, cum huic operi manum imponere cogitaui, in hanc terræ portionem, duram quidem, sed feracissimam, pauci aratrum miserant, multas eius glebas nullo modo, alias leuiter, & perfunctorie tā tum attigerant. Prodiere, dum molior opus, Valentia, & Vazquez, sed nō me ab instituto reuocarunt. Iam enim multa collegeram, & postea occurrerunt alia, quę doctissimis eorum monumentis adderem; nam facile est inuentis addere. Itaq. non puto me actum agere, dum post illos cudo. Singularq. Dei prouidentia factum existimo, vt huius operis editio non solum in biennium, vt Elephanti partus, (biennio

Plinius. enim Elephantes fœminæ vtero grauescunt) sed in decennium etiam differretur:

Horatius. sic namq. consilium Horatij seruare potui monentis, ne editio præcipitetur, sed nonum prematur in annum. Quis enim dubitet, quemlibet scriptorem ad extremam vsq. horam, qua lucubrationes suas typis mandat, aliquid addendo, minuendo, vel mutando solitum esse, eas expolire, cum indies meliora occurrant, hodiernusq. dies

Hieronym. Augusti. Baronius. to. 2. Annaliū. hesterni sit magister? Imo sępe accidit, vt quæ prius sunt scripta, penitus aboleamus, & noua meliori iudicio cudamus, vt de se ipso, S. Hieronymus præfatione in Abdiam Prophetam testatur, & S. Aug. sępius profitetur. Quorum sequutusve stigia totum opus de nouo cōficerē, nisi res ingentis laboris, moręq. esset, maxime cum senecta præsens sit, morsq, properare videatur, cubiculi ianuam graui pulsans pede, cum. 54. annum attigerim, & longa, atq. intempestiua studia non parum vires minuerint, vel penitus extenuauerint. Accipe ergo, candide Lector, hoc qualecumq. opus, in quo non elegantiam, nitorem, ornatum, & apparatum verborum requiras: de his enim parum fui solicitus, quin ea contempsi potius, cū sint à concer-

tationibus

tationibus scholasticis aliena valde, nec mei sit muneris linguam instructe, sed mē tem, studui tamen vocuum proprietati & puritati, quantum scholę patitur vsus: in primis vero sententiarum copię, nullum lapidem non mouens, nullā quę-stionem indiscussam relinquens, priscos, & recentiores authores consulens, & diligenter euoluēs, eorum dicta ad rem pertinentia fideliter referens & more Patris familias. *De thesauro memoriæ, & scriptorum meorū, noua & vetera, proferens: omnia poma noua, & vetera*, dilecte mi lector *seruaui tibi*, nec *ruptionē aut corruptionē timui, mitendo nouum vinum in vtres nouos*. quinimo sic vtraque conseruari putaui Nouum vinum, non nouas simpliciter opiniones voco, sed nouas, parum eruditis, qui noua vocant, quæ in ordinarijs, & communibus auctoribus, quos illi versant, non leguntur, quamuis in alijs antiquissimis, & vetustissimis reperiantur, nam suspecta mihi omnis nouitas, *& nihil credo esse sub sole nouum, cum id moneat Salomon*, noueritq. Terentius cum dixit. *Nullum est iam dictum, quod nō dictum sit prius*, Nulla est veritas, in quam aliquod ex solertissimis, & excellentissimis antiquorum ingenijs non incurrerit, præsertim si ipsis in disputationem venit, licet nō omnes ipsam fuerint assecuti: sed aliqui fortasse contrarium eius docuerint. *Ego vetera nouis superuenientibus placitis, non proijcio*, quibus video aliquos vehementer affectos, Athenienssibus similes, qui *parati erant semper aliquid noui dicere vel audire*. His hominibus *quod antiquatur & senescit, prope interitum est*: cum tamen sint multa, quæ antiquitate proficiant, ab eaque maxime cōmendentur. In his numera opiniones communes. Nam si ex illis aliqua improbabilis esset, à multis illustribus viris esset procul dubio reiecta, nihil mihi credas si nō aliqua ex parte antiquitatem redoleat, & sane me pudet alicuius opinionis me auctorem facere, & erubesco, cum sine auctore loquor, præsertim in rebus moralibus, in quibus non solum expedit propriarum opinionum auctores referre, sed etiam aduersarū, vt tuto possit quisq. quā libuerit amplecti. Nā, vt tractatu. 8. ostendo fas cuique sępe est alienas opiniones etiā minus probabiles in praxi sequi. Et cur ego non referā auctores nouos, qui vel ob ingenij præstantiā, vel antiquorū admirula pares, aut superiores illis euaserunt? Posteritati & ęternitati pingo, cui modo noua, postea erūt antiqua. Execror eos, qui superbia tumidi, vel propria ęstimatione elati, inuidia tabidi (nā oēs labores & industrię patēt inuidiæ proximi) contemptu, arrogātia, aut dedignatione pleni, nomina aliorū qui inuenere, quæ ipsi dicūt, nec memorare volunt: quasi vero defuturi sint, qui eorū furta, aut rapinas, quibus viuūt, detegant: satius illis fuisset, mutuum accipere, & fateri, quam de furto conuinci, quod sola mutatione ordinis, aut verborum frustra dissimulare conantur. Iustitiam seruo, mutuum reddens, suum vnicuiq. tribuens, & passim auctorum sententias proprijs eorum verbis referens, quę sunt velut naturales ipsarum vestes, quibus recte quoq. explicātur. D. Thomę textum omitto, quem cū Caiet. omnes habere solent, ne rebus non necessarijs chartas implerem, librum onerarē, sicque volumen iusto maius facerem, ob id etiam commentaria non scribo. Nam quę in illis dicerem, essent in disputationibus repetenda. Et nihilominus molem, & prolixitatem operis aliquis vitio vertat, qui summas, breui loquia, & cōpēdia amet & in suum patrocinium versiculos illos afferat.

Magnaque in exiguo regnabat corpore virtus.
Grandisque in paruis reperitur gratia rebus.

Quin et illud Salomonis promat *breuis in volatilibus apes sed initium dulcoris habet fructus illius*, & illud Isaię. *Dabo eis panem arctū, & aquam breuem*, illud deniq. *sapienti pauca, & pone sapientem in via* Eiusmodi homines laconico aut lypsico sermone delectātur, odi redūdantes & lascinios verborum circuitus, et ambages, callesque reflexos, quando via breuissima (quę & recta) tuta solida, plana, & expedita est, summas, & compendia diligo ad memoriam, non semper ad intelligentiam: *sæpe enim dispendium est compendiosum esse*, vt quidam dixit & alius, *dum breuis esse labero, obscurus fio*, atqui obscura opera edere, *quasi non edere est*,

Math. 13.

Cant. 7.

Matt. 19.

Ecclesiastes. 1.

Terēt. in Eunuc.

Leuit. 26

Actor. 17

Eccle. 4.

Psal. 15.

Eccle.

Isai. 30.

Aulus Gellius l. 20. noctium atticar. c. 4. 2. Reg. 18. 23. August. Super Psal. 101. in fine. Isaiæ. 8. Eccle. 1. Terent. Eccle. 10. 11. Gene. 49 27.

vt Alex. rescribit Arist *scripsisti ad me de libris meis auscultatorijs inter arcana illos cōdi putās oportere, sed tu eos esse editos, & minime editos scito, cognoscibiles, nihil tātū erunt, qui nos audiunt.* Si vt Achinas noster, vel vt alius Achimas *per viam cōpendii currerem*, non possent me discipuli sequi, ambigui sensus voces, vt remoræ nauigium retardarent, *Sapientibus, & insipientibus debitor sum*, His breuitate nimia non consulerem. Dum illam petunt, quid petāt, nesciunt: nam vt ait August. *laborant homines in discendo, & breuia non valent intelligere, prolixa non amant legere.* Hominib. scribo, nō Angelis, scribēdum mihi fuit *stylo hominis*, idest hominibus perspicuo, ac proinde *in libro grandi*, vt Isaię dictum est. *Sume tibi librum grandē, & scribe in eo stylo hominis. Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.* Minus breui sermone. Longe difficillimum est multa in pauca contrahere: adinaton ipsa paucis explicare, vniuersales aut indefinitas propositiones necessarijs limitationibus restringere: varijs testimonijs ac solidis rationibus stabilire, ab innumerisq. aduersariorū telis defendere. Aut erro, aut errat ille, qui molē in libro accusat. Sed hac utēs Apologia, alia errata, quę modo non video, habere librum non ignoro. Homo sum, humani a me nihil alienum puto: huiusmodi est labi, errare, & falli. *Beatus qui non est lapsus verbo, bonus quandoque dormitat Homerus: sed in longo opere fas est obrepere somnum.* Non mirabor si in meis scriptis aliquid tibi displiceat. Nam & mihi hodie displicet, quod placebat heri: sed perpende, an inuidia faciat *in aliorum vitijs tā cernere acute*, in quos lynceos habeas oculos, quos lamiarū instar domum tuam ingressus, claudas in pixide. Cumque homo etiam sis, errare te posse, cogita, & censuram tempera, time, ne tibi contingat quod alius dixit. *Nobis non placent aliena: alijs non placebunt propria:* si quid tibi non probatur, forte quia iuxta id: quo semel est imbuta recens seruabit odorē testa diu, conceptis olim opinionibus magis adhęres, quam saxis polypus. Admone, vt vel tibi satisfaciam, vel in alia editione expungam, aut certe non *quasi serpens occulte, & in silentio mordeas: vel quasi coluber in via & cerastes in semita mordens vngulam equi, vt cadat ascensor eius retro.* Adorire me aperto marte, non ex insidijs, vt tua sit victoria gloriosior: quamquam gloriosius tibi coram Deo, & hominibus erit, si vitium expugnes, quo non pauci laborant, qui alienę laudis inimici libentius improbant, quæ excusari aliqua ratione possent, quam laudant, si quid laude dignum inuenerint. Ego cum à tot Patribus sapientissimis librum approbatum videam, Mimi reprehensiones, Catonis censuras, Zoili calumnias, Palęmonis dentem non pertimesco. Dum libri Patronus, comunis noster Pater generalis, dux societatis nostræ militaris, à dextris mihi fuerit, vt comes exterior me protegens, non timebo quid faciat mihi homo. Si huic & alijs beneuolis & sapientibus placeam, quid reliqui sentiant, parū laborabo. Nam vt eadem omnibus probentur, fieri vix posse arbitror, sed si tibi, lector studiose, arbor hæc vitæ, pariterque scientiæ boni, & mali iuxta decursus aquarum plantata, arrideat, fruere illa libere, nulla est vescenti mortis comminatio, & secundamæ qualis magnitudinis expecta, quam in tuum Pomerium pertypographos iam trāsfero, & cito frui licebit alijs: nam.

Pullulat ab radice alijs densissima sylua.

DISPVTATIONES P. IOANNIS DE SALAS

P. Raphael Oller de Societate IESV Prouincia Aragonia eius quondam discipulus tanti Magistri obseruantissimus.

Ornat Elegiaco Carmine.

SI fuerit Phœbus, non cassa in vota vocatus;
Aggrediar, paruis, magna referre, modis.
Sub Platani, Maiâ genitus, cum fronde sederet,
Tresq. simul Charites, Pierides q. nouem;
Aduenit Pallas, nullo, quæ, semine matris,
DE cerebro, fertur, nata fuisse Iouis.
DEsiluere, suis, omnes, ex sedibus; atque
Figitur, in medio, Pallados, orbe, thronus.
Regina, inde, graui, spectauit vt agmina, vultu,
Fatur, Thespiades, dictaq. mente notant.
Tempus ad hoc, lustris, bis ter, prope, SALA pactis,
Sol veluti, ingenio splendet in orbe, suo.
Principe, quæ exultat, Petro doctore, magistrũ,
Creditis? hinc Orbis Roma magistra, vocat.
Ingenijs fœcunda, Salam Salmantica, Salam
Doctorem celebrat, Pintia clara, suum.
Barcino diues opum, diues q. Segobia pannis,
Abula, Salesiâ sunt radita face.
Hic Campi Stellæ, fulsit, seu Phœbus, in vrbe;
Quæ, clarum hoc, duplici nomine, nomẽ habet.
DEin, libertatem, Romæ dum vindicat idem,
Inter Aristarchos Ordinis, vnus erat.
Et modo digna cedro, meditata volumina, & auro,
Vulgat, vt æternum, fama loquatur opus.
Ille, Sophorũ igitur, siue Enthymemata torquet;
Enthymema suum, credet Aristoteles.
Seu referat, fuerit veterum sententia, qualis,
Nil humile, abiectum nil sapit, alta sapit.
Apparent toto, Vigilans industria libro,
Ingenij vires, Ars, Labor, Ordo, pares.
SAL SALA Orbis erit, gratas qui condiet escas;
Chata Dei, vt soboles, vaticinata fuit.
VT SAL, hæreseon, eius doctrina, cruentas
Sanabit plagas, quas Stygis vnda tulit.
VT SAL, ne ingenij vires torpore putrescant
Efficiet, tanto, certa medela, malo.
Hic, est, eodicibus sacris, prædicta lucerna,
Quæ, iubar exceptũ, vibrat in omne latus.
Vt labor, ergo pari pensetur munere, vestrum
Vni, semper erit, cura gerenda, libri.
Ne valeat ferrum vel, edax abolere vetustas,
Plena dat, arguto, quæ SALA, scripta, sale.
His, Deus Arcadiæ, auditis, & sacra sororum
Turba, patrocinium poscit habere libri.
Iuppiter, vt cælo has voces, audiuit ab alto,
Per liquidum, volitans æra, carpit iter.
Intonat omne nemus, crebris, micat ignib. aura,
Procumbunt, Hermes, doctaq. Pallas humi.
Tunc, capite, omnipotens, ter maiestate verendo,
Concusso prius, hos fudit ab ore sonos.
Ista, patrocinij sunt, docta volumina nostri:
ME, liber hic, tantum præside, tutus erit.
Munera debentur, magno, si magna patrono;
Maius opus nullum, neeve patronus adest.
Dixerat: & curuo, genitorem, Pallas adorat
Poplite, & ingenti munere læta, canit.
SALA, patris superûm, auxilio, dignate superbo,
Orbis, qui clausum limite nomen habes:
Hoc opus, & tempus, claudentur finibus isdem;
Tempore, nonq. minor, non eris orbe minor.
Hic finis fandi, tum diui, ad limina ducunt
Alta Iouem; miris cantibus aura sonat.

THEO

THEOLOGIA AD AVCTO-REM LIBRI.

Epig.

QVòd me magnificis celebraris voce theatris
Erudiens iuuenes, dogmata docta ferens:
Quòdque epulas dulces optato nunc SALE condis
Laetificae, vt pascant postera secla dapes:
Quòd primò pandis Finem, quò dirigat actus
Gens humana suos, iuncta suo archetypo:
GRATIA magna tibi meritis pro talibus alme
Doctor. Non sine te, me tua penna vehet.
Namque ego sustollam (quando tu nunc quoque tollis
Numen in orbe meum) nomen ad astra tuum.

P. Gabriel Vasianus è Societate IESV.

MICHAEL HENRIQVEZ DE SOCIETATE IESV
R. Patri Ioanni de Salas.

Vrbes, docte SALAS, quæ te agnouere Magistrum,
Hoc opus exoptant: eia age, linque moras.
BARCINO dives opũ poscit, SALMANTICA clamat;
PINTIA te excellens, VRBS caput Orbis auet.
Quid dubitas? an plura feres per secla latere?
Lucifugis blattis, vel tua scripta dabis?
ROMA vetat, prohibẽtq. SCHOLÆ, ne CLAVDIVS aquo
Hoc animo patitur, nec SOCII ista ferent.
BARCINO, ROMA, SCHOLAE, PATRES, SALMANTICA, MVNDVS,
CLAVDIVS accipiant: Hic tegat, Ille legat.

INDEX TRACTATVVM DISPVTATIONVM, ET SECTIONVM, quę in hoc. 1. tomo continentur.

TRACTATVS PRIMVS DE VLTIMO FINE.

Disputatio prima, & proœmialis, de obiecto huius partis, & alijs ad eam spectantibus.

Sectio. 1. quodnam sit obiectum huius partis.
Sectio 2. Vtrũ hæc Theologiæ pars simul sit formaliter practica, & speculatiua.
Sectio. 3. Vtrum Theologia moralis sit vna scientia secundũ speciem atomam, an vero plures?
Sectio. 4. de moralis Theologiæ vtilitate.
Sectio 5. de moralis Theologiæ difficultate.
Sectio 6. de ordine D. Thomæ, & Auctoris in tradenda Theologia morali.

Disputatio 2. de varijs acceptionibus, & diuisionibus finis.

Sect. 1. An rectè finis diuidatur in finẽ cuius & cui.
Sect. 2. De alijs diuisionibus finis.

Disputatio 3. de existentia, essentia, & causalitate finis.

Sectio. 1. Vtrum finis sit verè & propriè causa operationis, vel rei, quæ propter finem est, vel fit.
Sectio. 2. in quo consistat causalitas finis.

Disputatio 4. De effectibus finis, seu de actionibus, quæ sunt propter finem.

Sectio. 1. quidnam sit actio humana.
Sectio. 2. Vtrum omnis actio humana sit propter finem, seu effectus causæ finalis, vt finalis.
Sectio. 3. Vtrum actiones diuinæ sint propter finẽ.
Sectio. 4. Vtrum actiones brutorum sint propter finem ab ipsis cognitum sub ratione finis.
Sectio 5. V. actiones naturalium agẽtium sint propter finem.

Disputatio. 5. De conditione, ratione, & vi atq. ordine causandi causæ finalis.

Sectio. 1. V. esse cognitum sit necessarium in fine, vt finaliter causet, seu appetatur.
Sectio. 2. Qualis debeat esse cognitio, vt finis causet actum voluntatis.
Sectio 3. V. cognitio finis, vel obiecti concurrat effectiuè ad actum voluntatis erga ipsum.
Sectio 4. V. cognitio sit fini ratio causandi finaliter, an vero conditio tantum.
Sectio 5. V. finis sit primus in causando, seu prima causarum.

Disputatio 6. de ijs quibus competit ratio finis.

Sectio. 1. V. malum, vt sic, vel indifferens, vt sic, possit habere rationem finis.
Sectio. 2. V. omne bonũ possit habere rationẽ finis.

Disputatio, 7. de specie, quam actus humani ex fine sumunt.

Sectio 1. V. actus voluntatis elicitus, qui habet pro obiecto finẽ, recipiat speciem physicam ab illo.
Sectio. 2. V. actus eliciti voluntatis habentes pro obiecto media, speciem physicam à fine sumant.
Sectio. 3. V. actus humani recipiant speciem moralem ex fine.

Disputatio. 8. de vltimo fine hominis in cõmuni.

Sectio 1. Vtrum sit aliquis vltimus finis hominis, & actionum eius.
Sectio. 2. V. vnus homo possit sibi constituere plures vltimos fines.
Sectio. 3. An. qui moraliter peccat, constituat vltimum finem in creatura.
Sectio. 4. V. plura possint disiunctim appeti, quasi fines simpliciter vltimi.
Sectio. 5. V. necesse sit hominem semper operari propter finem simpliciter vltimum à se intẽtũ.

TRACTATVS. 2. DE BEAtitudine in particulari.

Disputatio. 1. V. in possessione rerum creatarum formalis beatitudo consistat.

Sect. 1. V. in possessione diuitiarũ beatitudo consistat.
Sect. 2. V. in honore fama, gloria, potentia, vel alijs bonis extrinsecis beatitudo consistat.
Sectio. 3. V. in bonis corporis beatitudo consistat.
Sectio 4. V. in bonis animæ, aut deniq. in bonis creatis beatitudo consistat.

Disputatio 2. in qua Dei possessione supernaturalis alterius vitæ beatitudo consistat.

Sectio. 1. V. beatitudo supernaturalis alterius vitæ consistat in aliqua substantiali vnione Dei cum anima.
Sectio. 2. V. beatitudo consistat in intimo illapsu Dei in substantiam animæ.
Sectio. 3. V. in sola operatione beatitudo consistat.
Sectio. 4. V. operatio in qua essentialiter beatitudo consistit, debeat esse elicita a beato.
Sect. 5. V. Beatitudo consistat in operatione intellectus, vel voluntatis, vel vtriusq. potentiæ.
Sectio. 6. Vtrum supernaturalis beatitudo viæ in Dei contemplatione sita sit.
Sectio. 7. V. naturalis beatitudo præsentis, & futuræ vitæ in Dei contemplatione sita sit.

Disputatio. 3. de Essentia visionis beatificæ.

Sectio. 1. V. visio beatifica sit actus supernaturalis respectu omnis intellectus, vel substantię creatæ.
Sectio 2. V. visio beatifica sit supernaturalis respectu cuiuscumq. substãtię, & intellectus creabilis.

Sectio.

Sectio.3.V.visio beatifica sit apprehensiua,an iudicatiua,an vtramq.rationem comprehendat,& an sit simplex, & incomplexa.
Sectio.4. Vtrum visio beatifica sit reflexa in se ipsam , hoc est an sit visio sui ipsius.
Sectio.5. V. visio beatifica sit speculatiua,an vero practica,vel vtramque rationem habens.
Sectio.6.An visio beatifica sit notitia euidẽtior,& certior omni alia , etiam cognitione primorum principiorum & fidei.
Sectio.7.V.visiobeatifica sit comprehensiua,quid ditatiua,& intuitiua.
Sectio.8.V.visio Dei sit similitudo,& imago repręsentans Deum.
Sectio.9. V. omnes visiones beatificæ in hominibus & angelis existentes,sint eiusdem speciei atomæ.

Disputatio.4.de obiecto visionis beatificæ.

Sectio.1.V.Deus in seipso sit immediatum obiectũ visionis beatificæ.
Sectio.2.V. videns Deum necessariò videat omnia absoluta,quæ formaliter, & necessario sunt in Deo.
Sectio.3.V.visione beatifica possit videri essentia sine personis,aut vna persona sine alia.
Sectio.4.V.beati in Deo videant, aut videre possint aliquam creaturam.
Sectio.5.V.videns Deũ necessariò videat in Deo aliquam creaturam,saltem vt possibilem.
Sectio.6.vtrum beatus aliquis possit in Deo cognoscere,aut etiam cognoscat omnes creaturas possibiles.
Sectio.7.V.beatus possit in verbo infinita cognoscere.
Sectio.8.V.beatus possit in verbo vel extra plura, & plura in infinitum cognoscere.
Sect.9. V. beati videãt internos actus liberos Dei.
Sect.10. V. sit necessarium,vel possibile beatos in Deo videre omnes creaturas pręsentes, præteritas,&futuras.
Sect.11.quænam re ipsa videantur à beatis in Deo.

Disputatio.5. De principijs, & causis per se visionis beatificæ.

Sect.1.Vtrum visus corporeus euehi possit ad recipiendam,& efficiendam visionẽ diuinæ essentiæ.
Sect. 2. V. visio Dei necessario fiat, vel saltem fieri possit per speciem creatam.
Sect.3 V. beati indigeant lumine gloriæ ad videndum Deum.
Sect.4.V. de potentia absoluta possit videri Deus sine lumine gloriæ.
Sect 5. V. intellectus se ipso instar causæ principalis concurrat effectiuè ad visionem beatificam.
Sect.6. V. substantia animæ concurrat immediatè ad visionem beatificam actiuè,vel passiuè.
Sect.7. V.melior substãtia,vel intellectus cũ æqua lumine gloriæ melius videat Deum.
Sect. 8. V. omnes beati æqualiter conẽtur ad visionem Dei.
Sectio.9 V.lumen gloriæ à scientia infusa realiter distinguatur.
Sect. 10. V. lumen intellectus agentis necessarium sit ad visionem Dei.

Disputatio 6. de ijs quæ ex parte intellectus visionem beatificam comitantur, vel consequuntur.

Sectio.1.V. præter visionem beatam detur beatis alia cognitio,vel scientia supernaturalis.
Sect.2.de donis spiritus sancti intellectualibus,quę sunt sapientia,intellectus,scientia,& consilium.
Sect.3. V. in beatis sit cognitio Prophetica.
Sectio.4. V. Theologia,quam hic acquirimus,manet in patria.
Sectio. 5. An in beatis sit scientia supernaturalis per se infusa,distincta à beata.
Sectio.6. An eiusmodi scientia sit eiusdem rationis, ac perfectionis in omnibus beatis.
Sect.6. V. beati per scientiam infusam cognoscãt mysterium Trinitatis.
Sectio.8. V. scientiæ naturales hic acquisitæ,perseuerent in patria.
Sectio. 9. V. scientiæ naturales infundantur illis, qui eas in via non acquisierunt.
Sectio.10. V. in beatis sit ignorantia aliqua negationis,vel pranæ dispositionis,siuè error.

Disputatio.7. De perfectione,quæ ex parte voluntatis consequitur , vel comitta tur visionem beatificam.

Sectio.1. Vtrum voluntas videntis Deum necessariò Deum diligat amore amicitiæ.
Sectio.2.V. amor visionis beatificæ necessariò visionem ipsam consequatur.
Sectio.3. V. delectatio visionem beatificam consequatur.
Sectio.4. V. delectatio beatifica sit actus elicitus à voluntate.
Sectio 5. V. delectatio beatifica sit actus ab amore gaudio, & fruitione distinctus.
Sectio.6. V. obiectum delectationis beatificæ sit ipse Deus,vel visio Dei, vel vtrumq.
Sectio.7. V. in voluntate, vel appetitu sensitiuo beati possit esse tristia.
Sectio.8. V. voluntas beati sit impeccabilis.
Sectio.9. V. de potantia absoluta possit esse peccatum actuale, vel habituale cũ visione Dei.
Sectio.10. V. cognitio,in qua consistit beatitudo naturalis animæ separatæ,reddat eam impeccabilem.
Sectio.11. V. voluntas,& appetitus sensitiuus beati retineat,& exerceat in patria omnes bonos habitus,quos habuit,& exercuit in via.
Sectio.12. V. in voluntate,vel appetitu beati sint aliqui habitus infusi,qui non erant in via.
Sectio.13. V. beatitudo expleat omne desiderium beati.

Disputatio.8.de perfectionibus pertinentibus communiter ad intellectum , & voluntatem beati,scilicet dotibus,aureolis,& fructibus.

Sectio.1. V. sint aliquæ dotes in anima beata, & quę sint,& quę sit principalior.
Sectio.2. V. in intellectu, & voluntate beati sit aliquod præmium accidentale,seu accidẽtalis beatitudo.

Sect.

Sect.1. quid & quotuplex sit aureola, & ad quam potentiam pertineat.
Sectio.4 Quid fructus in beatis dicantur.

Disputatio 9. de inæqualitate beatitudinis.

Sectio.1. V omnes in beatitudine sint æquales, vel inæquales.
Sect.2. In quo consistat inæqualitas beatitudinis.
Sect 3. Quæ sit causa huius inæqualitatis.

Disputatio.10. De requisitis ad beatitudinem consequendam per modum causæ moralis, & vel causæ per accidens.

Sectio.1. V. merita, & bona opera huius vitæ ad cõsequendam beatitudinem necessaria sint.
Sectio.2. V. mors ad beatitudinem consequendam requiratur, an vero in hac vita possimus esse beati.
Sectio.3. V. de potentia absoluta possit homo esse beatus in hac vita.
Sectio.4. V Paulus & Moyses, vel alij in hac vita viderint diuinam essentiam.
Sectio.5. V animæ sanctæ ante resurrectionẽ corporum Deum videant, ipsoq fruantur an vero corporum resurrectio ad habẽdam essentialem beatitudinem requiratur.
Sectio.6. V. animę post resurrectionem corporum melius Deum conspecturæ sint, & maiorẽ beatitudinem habituræ, ac proinde carnis resurrectio ad maiorem beatitudinem essentialem conducat.
Sectio.7. V. corpus humanũ ad consummatam beatitudinem requiratur.
Sectio.8. V. ad consummatam beatitudinem requirantur carnis voluptates similes voluptatibus præsentis vitæ.

Disputatio.11. De perpetuitate, immutabilitate & inamissibilitate beatitudinis.

Sect.1. An beatitudo sanctorũ futura sit perpetua.
Sect.2. V. beatitudo sit natura sua incorruptibilis & perpetua.
Sect 3 V. inamissibilitas sit de esse beatitudinis.

Disputatio.12. De appetitu beatitudinis.

Sectio.1. V. homo appetitu innato appetat naturalem beatitudinem in particulari.
Sect. 2. V. homo appetitu innato appetat beatitudinem supernaturalem.
Sect 3. V. beatitudo supernaturalis in particulari appetatur appetitu elicito naturali.
Sect. 4. An ex appetitu beatitudinis, vel alia ratione possit demonstrari hominem posse beari visione clara Dei.

Disputatio.13. De beatitudine naturali.

Sect.1. Quidnam sit beatitudo naturalis.
Sect. 2. V. in hac, & alia vita possimus naturaliter esse beati.
Sectio 3. V. ad fælicitatem naturalem externa bona requirantur.
Sectio.4. V. parvuli in originali defuncti beatitudinem naturalem habeant.

Disputatio 14. De beatitudine corporis.

Sectio. 1. V. resurrectio futura sit.
Sectio. 2 V. resurrectio sit naturaliter possibilis per causam creatam, aut increatam.
Sect. 3. V. in fine mundi omnes iusti resurgent.
Sectio.4. V. soli iusti resurgent.
Sect.5. quænam futuræ sint resurrectionis causæ.
Sect.6. V. omnes corporis partes prius in cineres, vel elementa resoluendæ sint, quam resurgant, vel ad vitam restituantur.
Sectio.7. De loco resurrectionis.
Sectio.8. De tempore resurrectionis V. iustorum, & damnatorum resurrectio in die generalis iudicij futura sit.
Sectio.9. V. omnes homines eodem temporis momento resurrecturi sint.
Sectio. 10. V. resurrectio tempore diurno, vel nocturno futura sit.
Sectio.11. V. resurrectio erit omnino instantanea.
Sectio.12. V. in resurgentibus futura sit eadẽ materia, quam habebant in hac vita.
Sectio.13. V. in resurrectione accidentia eadem numero, vel specie corporibus restituantur.
Sectio.14. V. in corporibus glorioſis futuræ sint omnes facultates animæ sentientis, & actiones ipsarum.
Sect.15. V. in omnibus corporibus futuræ sint aliquę perfectiones supernaturales, seu dotes gloriæ.
Sectio.16 Qualis sit illa claritas, quæ futura est in corporibus glorioſis.
Sectio. 17. V. corpora glorioſa futura sint ab intrinseco immortalia, & impassibilia.
Sectio.18. quos effectus habeat dos agilitatis, & in quo consistat.
Sect. 19. De dote subtilitatis.

TRACTATVS. 3. DE VOluntario, & inuoluntario.

Disputatio. 1. De voluntario, & libero, eiusq. diuisionibus.

Sect.1. Quid sit voluntarium.
Sectio.2. an in brutis reperiatur voluntarium.
Sectio.3. An in brutis, vel hominibus detur volũtarium indirectẽ absq. aliquo actu.
Sectio.4. An ad voluntarium indirecte requiratur obligatio operandi.
Sect.5 An ad volũtarium quod reperitur sine actu voluntatis, saltem requiratur actus intellectus, & vera libertas.
Sectio.6. V. sit aliquod voluntarium liberum, & in quo consistat.
Sectio. 7. V. voluntarium liberum reperiatur in Deo loquendo de libertate proprie dicta, seu indifferentiæ.
Sectio.8. Quidnam liberi actus intellectus, & volũtatis diuinæ addant actibus necessarijs earumdem potentiarum.

Sectio.9. V. voluntarium liberum sit in Angelis.
Sectio.10. V. voluntarium liberum sit in homine.
Sectio.11. V. voluntarium liberum reperiatur in sola voluntate, seu an omnis actus liber sit actus voluntatis.
Sectio.12. V. voluntas in omni statu liberè operetur.
Sectio 13. Quid sit voluntarium in alio, & interpretatiuè, & quæ sint diuisiones voluntarij.

Disputatio.2. de inuoluntario coacto simpliciter, molesto, & necessario.

Sectio.1. Quid sit inuoluntariũ, violentum, & coactum simpliciter, quidq. necessarium, & molestum.
Sectio.2. V. actio possit esse violenta etiam ipsi agenti, similiterq. carentia actionis.
Sectio.3. V. receptio formæ, & forma ipsa, vt sic, possit esse violenta.
Sectio 4. V. mutatio sit violenta termino, qui per eam corrumpitur.
Sectio.5. V. Deus possit violentiam inferre creaturæ.
Sectio.6. V. voluntas à Deo vel à creaturis possit vim pati.

Disputatio.3. de voluntario mixto cum inuoluntario ob metum vel concupiscentiam.

Sectio.1. V. quæ metu fiunt, sint inuoluntaria simpliciter.
Sect.2. V. quę metu fiunt, sint inuoluntaria secũdum quid.
Sectio.3. V. concupiscentia causet inuoluntarium.

Disputatio.4. De inuoluntario ex ignorantia, & inconsideratione.

Sectio.1. Quotuplex est ignorantia.
Sectio.2. Quæ ignorantia causet voluntarium, vel inuoluntarium.
Sectio.3. An inconsideratio causet inuoluntariũ.
Sectio.4. V. peccatum factum ex ignorantia, vel inconsideratione affectata, sit maius, & magis voluntarium, quàm scienter factum.
Sectio vltima. V. quæ cum ignorantia, vel inconsideratione fiunt, valida sint.

TRACTATVS. 4. DE CIRcunstantijs.

Disputatio vnica de circunstantijs.

Sectio 1. V. omnes humani actus interni, & externi in esse naturæ, & in esse moris habeant suas circunstantias.
Sectio.2. quot nam sint circunstantię humanorũ actuum.
Sectio.3. V. ex ignorantia omnium circunstantiarum actus possit esse inuoluntarius, & ex quarum ignorantia potissimum.
Sectio.4. Qualiter Arist.3. Eth.c.1. de circunstantijs locutus fuerit.

TRACTATVS. 5. DE MOtiuo voluntatis.

Disputatio.1. De obiectis, & potentijs internis hominis qualiter moueant voluntatem, ab ipsaq. moueantur.

Sectio 1. V. sicut intellectus mouet voluntatem, ita voluntas moueat intellectum.
Sectio.2. V. voluntas moueat appetitum sensitiuum, & omnes sensus internos, & externos, & potentias animæ vegetantis.
Sectio.3 V. voluntas membra externa moueat.
Sectio. 4. An voluntas moueatur ab appetitu sensitiuo, & qualiter.
Sectio 5. V voluntas moueat se ipsam.
Sectio.6. V. voluntas eodem actu in finẽ & mediũ moueatur.
Sectio.7. V. voluntas possit moueri in instanti.

Disputatio.2. De influxu astrorum in voluntatẽ, & in res alias & de astronomantia, seu diuinatione ex astris.

Sectio 1. Quibus rationibus diuinatrix astrologia partes suas tueatur.
Sectio.2. Quibus argumentis diuinatricem astrologiam multi reijciant.
Sectio 3. Quid astrologi ex obseruatione syderũ præcognoscere, & prædicere possint, quid non possint.
Sectio. 4. Alijs vijs probans, effectus pẽdentes ex humana voluntate, ab astrologis prænosci non posse.
Sectio 5. Humanos euentus prædici ex astris non posse, rationibus ostenditur.
Sect.6. Non modo astra nõ esse causas, sed nec esse signa actuũ à voluntate nostra pendentium.
Sect 7. Qua rõne astrologi multa vera prædixerit
Sect.8. argumenta proposita sect.1. diluuntur.
Sect 9. In qua aliqua alia contra astrologos iudiciarios afferuntur.

Disputatio 3. de externo, & speciali motiuo voluntatis s. Angelo & Deo.

Sect.1. V. aliquid externum creatum saltem spirituale possit directe in voluntatem influere.
Sect. 2. V. Deus directe moueat voluntatẽ immittendo aliquid distinctũ ab ipso actu voluntatis.

Disputatio. 4. De modo quo voluntas à rebus mouetur.

Sectio.1. V. aliquis actus voluntatis sit naturalis.
Sect.2. V. in voluntate sint aliqui actus naturales, seu necessarij quoad specificationem.
Sectio.3. V. aliquis actus voluntatis sit necessarius quoad exercitium necessitate proueniente ab obiecto, vel appetitu sensitiuo, vel aliunde, siue in via, siue in patria.

TRAC

TRACTATVS. 6. DE NVmero & natura actuum voluntatis.

Disputatio. 10. De numero actuum elicitorum voluntatis, & eorum distinctione inter se.

Sectio. 1. V. omnes actus eliciti voluntatis ad 6. reducantur qui sunt simplex voluntas, desiderium, delectatio, simplex nolitio, fuga, & tristitia.
Sectio. 2. V. volitio simplex ab efficaci distinguatur & quo pacto.
Sectio. 3. de actibus voluntatis sub desiderio comprehensis, præsertim de actibus voluntatis conditionatis.
Sectio. 4. de intentione.
Sectio. 5. de electione.
Sectio. 6. de consensu.
Sectio. 7. de vsu.
Sectio. 8. de fruitione.

Disputatio. 3. De actibus intellectus requisitis ad prædictos actus voluntatis & speciatim de consilio, & imperio.

Sectio. 1. V ad omnes prædictos actus voluntatis requiratur consilium intellectus: vbi omnia, quę ad consilium pertinent, explicantur.
Sectio. 2. V. imperium sit actus elicitus intellectus.
Sectio. 3. an huiusmodi imperium intellectus sit necessarium ad omnes actus voluntatis elicitos & imperatos.
Sectio. 4. V. ex imperio necessariò sequatur electio, vsus, & executio.
Sectio. 5. qui nam actus hominis imperentur.
Sectio. 6. V. imperium & actus imperatus sint idē actus.
Sectio. 7. qui actus concurrant in aliquo negotio humano.

TRACTVS. 7. DE BONITAte & malitia humanorum actuum.

Disputatio. 1. De esse morali in communi.

Sectio 1. quidnam sit esse morale in communi, seu actum esse moralem.
Sectio. 2. an esse morale sit aliquid reale vel rationis, absolutum, vel relatiuum superadditum substantię actus.
Sectio. 3. quomodo alia à moralibus actibus moralia dicantur.

Disputatio. 2. de bonitate morali actus interni voluntatis.

Sectio 1. V. aliquis actus voluntatis sit simpliciter & absolute bonus moraliter.
Sectio. 2. An bonitas moralis actus interni ab obiecto potenda sit, an non.
Sect. 3. Quidnam sit bonitas moralis obiectiua, ex qua internus actus formalem bonitatem moralem capit.
Sect. 4. V. bonitas moralis obiectiua sumatur ex obiecto, & circunstantiis.
Sect. 5. In quo consistat moralis, & formalis bonitas actus interni.
Sect. 6. Quotuplex bonitas sit in actu elcito voluntatis.
Sectio. 7. V. Actus bonus internus sumat specificam bonitatem ex obiecto, & quomodo debeat esse volitum obiectum, vt conferat propriā bonitatem.
Sectio. 8. V. aliquis actus internus sit essentialiter bonus bonitate morali.
Sectio. 9. V. idem actus interior possit ex obiecto suo plures bonitates accipere.
Sectio. 10. An bonitas interni actus voluntatis pē deat ex circunstantijs.
Sectio. 11. Quomodo circunstantiæ tenentes se ex parte obiecti, debeant esse voluntarię, vt conferant bonitatem actui interno, & quid sit illa bonitas.
Sect. 12. Quomodo circunstantię actum inernum voluntatis non mediante obiecto, sed immediate afficientes, debeant esse voluntarię vt conferant actui bonitatem, & quidnā sit illa bonitas.
Sectio. 1. V. ad bonitatem actus interni voluntatis requiratur bonitas finis.
Sect. 14. V. bonitas, quam actus habet ex fine honesto, sit ei essentialis.
Sectio 15 V. actus interni in ordine ad eundem finem proprium possint habere inæqualem bonitatem moralem.
Sectio. 16. V actus bonus ex proprio obiecto, vel fine, possit simul habere bonitatem aliquam ex fine extrinseco.
Sectio. 17. quæ sit bonitas sumpta ex fine extrinseco in actu elicito, & simul imperato voluntatis.
Sectio. 18. qualis relatio in finem extrinsecum requiratur ad bonitatem, quam internus actus ex eo fine sumit.

Disputatio. 3. De malitia humanorum actuum internorum.

Sectio. 1. V. malitia internorum actuum consistat in contrarietate ad legem diuinam.
Sectio. 2. V. malitia moralis actus interni voluntatis in priuatione consistat.
Sectio. 3. Vnde actus mali speciem sumant.
Sctio. 4. V. actus non solum ex obiecto, sed etiam ex circunstantijs aliquam speciem malitiæ sumat, & an ad hoc necesse sit eas esse in seipsis volitas.
Sect. 5. V. circunstantia, quæ dat speciem malitiæ transferat actum ad aliam speciem.
Sectio. 6. V. circunstantia mutans speciem augeat intra propriam eius speciem malitiam sumptam ex obiecto.
Sect. 7. V. actus volūtatis accipiat malitiā ex fine.
Sect. 8. V finis etiam intrinsecus, & aliæ circunstātię malæ habeant veram rationem circunstantiæ respectu interni actus mali.
Sectio. 9. V. circunstantię non variantes speciē malitiæ, sed augentes tantum, sint circunstantiæ respectu actus interni.
Sectio. 10. V. sine vllo actu voluntatis possit esse aliqua malitia in ipsa.
Sect. 11. V. actus moraliter malus possit aliqua ex parte esse simul moraliter bonus.
Sect. 12. V. idem actus voluntatis possit esse successiue bonus, & malus.
Sect. 13. V. diuisio actus interni voluntatis per bonum

num, & malum fit per differentias essentiales actus in esse naturæ.

Disputatio 4. de indifferentia actuum voluntatis.

Sectio.1. V. detur actus volũtatis indifferens secundum suam speciem.
Sect. 2. V. detur actus supernaturalis indifferens secundum speciem suam.
Sectio.3. V. detur actus aliquis voluntatis indifferens in individuo.

Disputatio.5. De necessitate conformandi actus voluntatis nostræ cum diuina, vt boni sint.

Sectio. 1. Quibus modis humana voluntas possit esse conformis, vel difformis diuinæ.
Sectio.2. V. ad rectitudinem voluntatis nostræ requiratur, eam esse conformem cum diuina voluntate signi.
Sectio.3. V. voluntas humana, vt recta sit debeat esse conformis diuinæ volũtati beneplaciti.

Disputatio.6. De bonitate & malitia externorum actuum an formaliter illis competat & quomodo.

Sectio.1. Titulum quæstionis & statum controuersiæ explicans.
Sectio.2. Varias de præsenti controuersia sententias referens, vltimamque eligens, & explicans.
Sectio.3. obiectionibus aliorum satisfaciens.
Sectio. 4. an bonitas, & malitia moralis externo actui competat, etiam quando à voluntate reuocari, seu impediri non potest.
Sectio.5. V. actus internus & externus duo peccata sint.
Sectio.6. an quoties affectus voluntatis circa idẽ repetitur, plura debant censeri peccata.
Sect.7. an actus externus addat aliquid bonitatis, vel malitiæ formalis ad internum.
Sectio.8. V. effectus qui sequuntur ex mala voluntate iam reuocata, sint peccata.

Disp.7. De proprietatibus, quæ consequuntur ad bonitatem, & malitiam humanorum actuum.

TRACTATVS.8 ET DISPVtatio vnica de conscientia.

Sectio.1. quid sit cõscientia.
Sectio.2. quotuplex est conscientia.
Sect 3. V. discordare liceat à conscientia erronea.
Sectio.4. V. liceat solam opinionem, seu conscientiam opinatiuam sequi.
Sectio.5. V. semper sequi liceat opinionem, quę agẽti probabilior, aut æque probabilis apparet.
Sectio.6. an sequi liceat opinionem minus probabilem relicta probabiliori.
Sectio.7. quam opinionem in praxi sequi debeat homo illiteratus.
Sectio.8. an subditus contra propriam opinionem possit, & debeat suo obedire Prælato.
Sect 9. An confessarius contra propriam opinionẽ possit pœnitentem absoluere iuxta probabilem aliam opinionem.
Sectio.10. An liceat vti opinione probabili in sacramentorum administratione, & receptione.
Sectio.11. an aduocatus secundum quãcumq. probabilem opinionem suæ parti patrocinari possit.
Sectio.12. an iudex in iudicando quamcumque opinionem probabilem sequi possit.
Sectio.13. V. rex in bello inferendo quamcumque opinionem probabilem sequi possit.
Sectio.14. an existente varietate opinionum inter Medicos de medicamentis, possit medicus in praxi, quam libuerit, sequi.
Sectio.15. Quibus notis opinio probabilis ab improbabili: & magis ànimis probabili discernatur.
Sectio.16. an liceat agere cum conscientia dubia.
Sectio.17. an in dubio iuris tutior pars eligẽda sit.
Sectio.18 an in dubio iuris censeri quis debeat irregularis.
Sectio.19. an in dubio facti, & censeri quis debeat irregularis, & generatim, an dubio facti tutior pars amplectenda sit.
Sectio.20. an in dubio de impedimento matrimonij tutior pars sequenda.
Sectio.21. de eo qui dubitat de matrimonio propter impedimentum seruitutis.
Sect.22. de petitione debiti in dubio matrimonij.
Sect.23. an dubitans sit ne sua res, quam possidet, possit eam retinere, & consumere.
Sectio.24. Quid quando dubitatur, an filius sit legitimus.
Sectio.25. an in alijs materijs à iustitia melior sit possidentis conditio.
Sectio.26. an subditi, qui vocantur ad bellum, cuius iustitia est dubia, teneantur obedire.
Sect.27. Quid in dubio de iurisdictione cõfessarij.
Sectio.28. an testes in dubio parere teneantur iudici præcipienti, vt contra aliquem testificentur.
Sectio.29. V. agere liceat contra conscientiam seruulosam.

TRACTATVS.9. DE PASIOnibus animæ.

Disputatio.1. De subiecto passionum nempe appetitu sensitiuo.

Sectio.1. an appetitus sensitiuus recte in concupiscibilem, & irascibilem diuidatur.
Sectio.2. quid interfit inter bonũ absolute, quod est obiectũ cõcupiscibilis, & bonũ arduũ, quod est obiectũ irascibilis, & an in Deo & angelis, & alijs sint passiones.
Sectio.3. an vterque appetitus sensitiuus in corde sedem habeat.

Disput.2. de passionibus animæ in genere.

Sectio.1, quid passio sit.
Sectio.2. de bonitate & malitia passionum, & an cadant in animum sapientis.
Sectio.3. V. animæ passiones recte à D. Thom. enumerentur.

Disputatio.3. De passionibus in particlari.

Sectio.1. de amore.
Sectio.2. de odio.
Sectio.3 de concupiscentia, seu desiderio, & de fuga, seu abominatione.
Sectio.4. de delectatione seu voluptate, & tristitia seu dolore.
Sectio.5. de spe & desperatione.
Sectio.6. de timore & audacia.
Sectio.7. de ira.

DISPVTATIONES P. IOANNIS DE SALAS E SOCIETATE IESV IN primam secundæ D. Thomæ.

TOMVS PRIMVS.

Tractatus primus de vltimo fine.

DISPVTATIO PRIMA ET PROOEMIALIS DE obiecto huius partis, & de alijs ad eam spectantibus.

Sectio prima, quod nam sit obiectum huius partis.

1 CVM constet, Theologiam D. Thomæ tribus voluminibus, quas partes vocant, cõtineri; quarum vnam, quia aliquanto videbatur longior, ne iustũ volumen excederet, ipse vel (vt ait Medina in 2. argumẽto huius partis) eius discipuli in duas partiti sunt; priorem Primam secundæ, posteriorem Secundam secundæ appellantes. Nos modo prioris expositionem; posterioris, Deo dante, postea aggrediemur. Reiectis autem in primam partem, quæ ad vniuersam Theologiam spectant, ea tantum in præsenti attingemus, quæ huius partis propria videntur. Et primum quia hinc reliqua pendent, quod nam sit eius subiectum?

Ratio dubitandi. Ratio dubitandi est, quia D. Thomas in prologo huius partis ait; hic considerari hominem, vt est imago Dei, quatenus præditus est libero arbitrio, & suorum operum potestatem habet. Prima autem parte, q. 1. art. 7. insinuat, obiectum huius partis esse Deum, vt finem humanarũ operationum; quod magis explicat eodẽ libro in capite secũdę quæstionis. Vnde D. Thomas sibi contrarius videtur, hic statuens creaturam, nempe hominem, vt est imago Dei, obiectã huius operis; alibi autem statuens Deum ipsum vt finẽ nostrarum operationum; cui vltimæ assertioni ratio suffragatur. Nam obiectum totius scientiæ cum aliqua contractione est obiectum partis: Deus autem est obiectum totius Theologiæ, vt D. Tho. & reliqui docent, 1. parte, q. 1. ergo cum aliqua contractione, nempe vt finis humanarum actionum, est huius partis subiectũ. Quod sanè ita esse sentio cũ Conrado hic super prologum D. Thom. Medina in argumento operis, alijsq. recentioribus, quorum aliqui, vt repugnãtiam, quæ in superioribus D. Tho. dictis apparet, re ipsa non esse, tueantur, dicunt Diuum Thomam prima part. verum obiectum, seu subiectũ huius operis explicuisse; hoc autẽ loco materiam & argumentum significasse; quæ quidem lõgè diuersa sunt. Nam materia cuiuslibet scientiæ est quidquid ad ipsam quomodolibet spectat, vt id, de quo aliqua demõstratura est, siue contineatur directe sub eius proprio, & adæquato obiecto: siue aliquam tantum attributionem ad ipsum habeat per modum principij extrinseci, vel intrinseci, aut per modum accidentis, proprietatis, vel effectus. Sic ergo homo materia est circa quam hæc pars Theologiæ versatur: quia vt imago Dei ad ipsum attributionem habet. Obiectũ vero, aut subiectum huius partis non est, quia sub Deo, qui est proprium & adæquatum totius Theologiæ subiectum, per se, & directè minime cõtinetur. Sic Conradus soluit apparentem contradictionem. Alij vero eam soluunt pro eodem reputantes, Deum vt finem humanarum actionum esse huius operis subiectum, & hominem, vt est imago Dei libero arbitrio vtẽs, suisq. actionibus tendens in Deũ vt in finem vltimum. Prior autem solutio magis placet; non enim idem sunt Deus, & creatura; ergo si Deus vt finis, est obiectum huius operis, creatura seu homo sub nulla ratione potest esse propiè eius subiectum: nisi latè nomine subiecti, vel obiecti etiam materiam omnem circa quam comprehendere velis.

2. *Opinio auctoris. Deus vt finis humanarum actionũ, est huius partis subiectũ.*

Atque non solum ex prima parte locis citatis colligitur, Deum esse huius operis subiectū, quatenus est finis rationalis naturæ, sed etiam ex summario huius quæstionis, vbi ait: Primò considerandum est de vltimo fine huius vitæ, & deinde de ijs, per quæ homo ad hunc finem peruenire potest, vel ab illo deuiare. Patet etiam ex ipsa quæstionum serie nam in quinq. primis articulis ex professo agit de vltimo fine hominis, & eius adeptione, in sequentibus vero de actibus, quibus homo potest hunc finem obtinere, vel ab eo deuiare, & de principijs intrinsecis, & extrinsecis eorum.

3. 1. Obiect. Sed obstabis. 1. quia de homine, vt est imago Dei, disseruerat, D. Thom. 1. parte: quorsum ergo de eodem sub eadem ratione hic rursum disputat? 1. Solutio Respondet Conradus supra, D. Thomam prima parte egisse de imagine imperfecta, videlicet spectata tantum secundum suum esse naturale, hic autem de imagine perfecta, vt spectatur cum virtutibus infusis, & alijs donis supernaturalibus; esto enim in hac parte de virtutibus acquisitis interdum agat; non tamen in eis sistit, sed eas in famulatum infusarum virtutum adducit. Reiscitur Hoc tamen non placet, nam D. Thom. in tota hac parte non minus directe & copiose disputat de actibus, & habitibus naturalibus, quàm de supernaturalibus. Et merito: Theologi enim est de illis omnibus disserere, de quibus aliquid potest demonstrare ex principijs fidei; huiusmodi autem sunt tam actus naturales quam supernaturales, & eorum habitus, ergo cum D. Thomas de actibus naturalibus, & eorum habitibus prima parte non egerit, signum manifestum est, in hunc locum eos reiecisse, neque hic de solis supernaturalibus disserere voluisse. Confirmatio. Confirmatur, quia ex professo egit de passionibus, quæ maiori ex parte, aut forte omnes naturales sunt, sicut & peccata omnia & actus imperati, de quibus ex professo disputat; ergo non intendit de solis supernaturalibus disserere. Si dicas, de peccatis agere, quia virtutibus infusis opponuntur. Cōtra insurgo; quia propriè solis actibus, & habitibus naturalibus opponuntur, vt suo loco ostendam: ergo ex professo D. Thomas de 2. solutio vera: naturalibus agere intendit. Ad obiectionem autem facile respondetur; Diuum Thomam prima parte egisse de imagine sub expressa ratione imaginis, explicando, in quo cōsistat ratio formalis imaginis, quæ in creatura rationali reperitur, non autem explicuisse actus, quos creatura rationalis habet, vt est imago Dei, nec propria ipsorum principia: de hoc autem 2. agere hoc in loco. Deinde D. Thomam consideraſſe. 1. parte imaginem Dei, vt refertur ad Deum tanquam ad exemplarem, & efficiētem causam, vt vero refertur ad Deū tanquam ad finem, præsertim magis in particulari, hunc in locum reseruasse.

Obstabis 2. cum enim Deus non solum sit finis hominis, sed omnium creaturarū, Apocalyp. 1. 21. & 22. ego sum A, & ω, principiū & finis, & Prouerb. 16. omnia propter semetipsum operatus est dominus, D. Thom. & alij. 1. parte, q. 45. artic. 3. cur D. Thomas in hac parte agit de Deo, vt est finis hominis, nō vt est finis aliarum creaturarum? Respō. huius rei varias esse rationes; prima est quia, licet Deus sit finis omnium creaturarum, inquantum propter seipsum, & propter gloriam suam eas produxit, conseruat, & gubernat, cū ipsisq. ad earum operationes concurrit, sub qua finis ratione egit de Deo D. Thom. 1. p. q. 45. art. 3. Reliqui autem Theologi communiter. 2. d. 1. non tamen est earum finis quasi in eius assecutione, & possessione cōquiescāt. Sola creatura rationalis hoc modo habet Deum pro vltimo fine, quem in se ipso cognitione, & amore attingit, & obtinet; reliquæ in fine aliquo creato quiescunt, quem naturali vel animali appetitu sibi appetunt. Angeli vero eodem modo in Deum tendunt, & pro fine ipsum habent, quo homo; vnde quod de homine dictum fuerit, facile Angelis accommodabitur. Quod si quid in optando, & consequendo isto fine proprium est Angelis, id quidem minus notum est nobis, & in materia, de Angelis à D. Thom. prima parte, quæst. 62. & 63. commode, & facile expeditum est: ideo hic omittitur, maxime cum eius cognitio & modica sit, & parum nobis vtilis.

4. 2. Obiect. α & ω.

R. ad obiectionē. Cur de Deo, vt est finis hominis: non vero vt aliarū rerū finis dissera-tur?

Vnde, & 2. ratio sumitur; doctrina enim hæc vt dicemus, non solum est speculatiua sed etiam practica, sicut & moralis Philosophia, ac proinde in eam conuenit quod de morali Philosophia Arist. asserit. 1. Ethic. cap. 2. & lib. 2. cap. 2. finem eius non esse solam cognitionem, sed actionem, & vt boni efficiamur. Ad hoc autem cognitio maxime humanarum actionum nobis necessaria est, ideo Theologi non tam de Angelicis, quam de humanis actionibus differunt. Tertia ratio, quia in homine quodammodo omnes creaturæ continentur, in eoque quodammodo finem intendunt, & consequuntur, ideo Theologus de Deo vt fine hominis præsertim disputat. Quarta ratio, quia ex diuina institutione omnes creaturæ ad salutem hominis ordinatæ sunt, & tota ratio diuinæ prouidentiæ quodammodo indirigēdo ad suum finem hominem posita est, vnde considerando hominem, & media, quibus ad finem suum perducitur, quodammodo fines aliarū rerum omnium considerantur, & tota ratio diuinæ prouidentiæ attingitur.

Obsta-

5. 3. obiectio

Obstabis 3. quia Theologia non agit de Deo, vt specialiter est principium productiuum alicuius creaturæ, ergo nec agere debet de Deo, vt specialiter est finis creaturæ rationalis. Respondetur, si specialis modus producendi aliquam creaturam esset mediate reuelatus, à Theologia considerandus specialiter esset, vt si mediate reuelatum esset, quod Angeli, & animę rationales, & cæli producti sunt creatione, & Adam ex limo terræ, Eua ex costa Adæ &c. quia tamen multa eodem modo sunt producta, vel conseruantur à Deo, & eodem modo reuelata est eorum processio, & conseruatio, non differitur de illis speciatim. Quoniam vero speciali modo reuelato à Deo creatura rationalis, seu homo ad Deum, vt ad finem tendit, oportuit Theologum speciatim differere de Deo, vt est finis hominis, seu creaturæ rationalis.

R. ad obiectionem

6. 4. obiect.

Obstabis 4. nam Philosophia moralis agit de Deo, vt finis vltimus actionibus nostris optandus, & obtinendus, ergo idem est obiectum huius partis, & moralis Philosophiæ, quod fieri non potest, cum diuersarum scientiarum diuersa sint obiecta. Respondetur, 1. Deum nulla ratione esse obiectũ moralis Philosophiæ, sed operationem humanam ordinatam in finem, vel hominem voluntariè agentem propter finem, vt docet D. Thom. 1. Ethic. lectione. 1. & Iauellus in procœmio Ethicorum, articul. 2. vel hominem secundum ea, quæ sibi conueniunt, vt liber est, & secundum quòd est capax fælicitatis, vt sentit Buridan. 1. Ethicorum quæst. 3. vel hominem, vt libere agit, vt sentit Donatus procœmio Ethicorum in fine, & Conimbricenses in procœmio Ethicorum, vel hominem, vt sanabilem, secundum mentem (sicuti ipse, vt sanabilis secundum corpus est obiectum Medicinæ) vt sentiunt quidam relati à Iauello supra, vel bonum hominis vt homo est, vt sentit Albert. initio Ethicorum, de quo multa Burida supra, vel bonum honestum, vt sentire videtur Tullius relatus ab eodem Buridano; vel actionem hominis voluntariam, seu actionem humanam, vt docet Burl. in procœmio Ethicorum cum Auerroe in prologo super octauum librum Physicorum, & Felix Filibertus Senensis in morali Philosophia Italice conscripta, lib. 1. cap. 3. Quæ opiniones non sunt hic examinandæ, omnes tamen docent, aliquod creatum esse obiectum Philosophiæ moralis, & nulla ratione Deum ipsum. Quod quidem sufficit vt eam à morali Theologia distinguamus.

Obiectum moralis Philosophiæ.

Solutio 2.

Licet autem gratis admitteremus, obiectum moralis Philosophiæ esse Deum ipsum, vt finem humanarum actionum naturalium, maxime differet à Theologia morali; primo quidem, quia hæc considerat actiones humanas naturales, & supernaturales, illa vero naturales tantum. Secundo, quia hæc attingit actiones humanas sub ratione formali diuinæ reuelationis mediatè, illa vero sub lumine tantum naturali. Tertio, quia hæc est eadem cum scientia considerante Deum non solum, vt finem humanarum actionum, sed etiam secundum alias rationes, quibus cognosci potest ex reuelatione; illa vero non, sed vt plurimum sub ratione finis humanarum actionum.

7.

Si dicas, non est eiusdem scientiæ naturalis agere de Deo secundum se, & de Deo, vt est finis humanarum actionum; primum enim ad Metaphysicam spectat, secundum ad Philosophiam moralem, quas esse scientias diuersas, omnes fatentur. Ergo nec erit eiusdem supernaturalis scientiæ agere de Deo secundum se, & de Deo, vt est finis humanarum actionum. Respondetur primo, sicut vtrumq. spectat ad Theologiam naturalem, seu Metaphysicam, quantum patitur eius ratio formalis, scilicet abstractio ab omni materia, tam sensibili quam intelligibili, ita quoque ad Metaphysicum pertinebit considerare, quibus actionibus Angelus, & anima separata Deum, vt finem attingant, non ex principijs reuelatis, sed naturali lumine cognitis; non vero quibus actionibus anima corpori vnita in Deum tendat; quoniam hac ratione sub abstractione metaphysica minime continetur, sed materiam sensibilem concernit; propter diuersum autem modum suæ certitudinis, neque ad Metaphysicam, neque ad Physicam pertinet, sed ad specialem scientiam nempe moralem Philosophiam. Quia vero omnes veritates, quæ ex principijs reuelatis demonstrantur conueniunt in eadem ratione formali, sub qua, nempe diuina reuelatione mediata, & in eodem modo certitudinis; omnes ad vnam scientiam, nempe supernaturalem Theologiam spectant. Respondetur secundo non est simile. Sicut enim nulla est scientia naturalis, quæ habeat Deum pro adæquato obiecto, quamuis Metaphysica habeat Deum pro obiecto per se inadæquato; tamen aliqua scientia super naturalis, nempe Theologia propter suam excellentiam respicit Deum vt obiectum adæquatum. Ita non mirum, si nulla sit scientia naturalis, quæ ambitu suo Deum secundum se, & vt finem humanarum actionum complectatur; id autem præstet scientia aliqua supernaturalis propter suam eximiam excellentiam. Cur autem nulla virtus naturalis intellectualis habeat Deum pro adæquato obiecto per se

& formali, eum autem habeat aliqua virtus naturalis residens in voluntate, videlicet virtus, qua naturaliter diligimus Deum, non est facile rationem reddere; id autem tractatu de habitibus tentabimus.

8. *Cur aliqua philosophica Theolog. inferãtur.*

Dices, si Theologia supernaturalis veritates illas de humanis actibus non considerat, quæ solum lumine naturali attingi possunt, quorsum D. Thomas & alij Theologi super naturali Theologiæ eas inserunt? Respõdetur primo, vt plenior sit doctrina, & homines vniuersa intelligant, quibus vtcumq. in actionibus suis dirigi possunt. Secundo, vt ex naturalibus veritatibus similitudines sumantur ad supernaturales veritates explicandas, vt docet D. Thom. super Boët. de Trinitate, quæstione. 1. articulo. 3. Tertio, vt præambula, & principia, ex quibus cum alia propositione de fide Theologus colligit suas conclusiones, vt eodem loco D. Thomas significat; est enim munus super naturalis Theologiæ ex vna de fide, & altera naturaliter euidenti colligere, & opinio Theologica ex vna, quæ apparet de fide cum alia quæ euidenter, vel ineuidenter cognoscitur lumine naturali, suas conclusiones colligit. Denique eadem propositiones lumine naturali, & fide, aut Theologia super naturali, vt aliquo modo reuelatæ sunt, cognosci posse, non dubium est; idque docet D. Thomas primo contra gentes, capit. 3. & 4. Ex dictis in hac sectione sequens quæstio facile expeditur.

Sectio secunda, vtrum hæc Theologiæ pars simul sit formaliter practica & speculatiua?

9. *Theolog. moralis vere est scientia.*

SVPPONO, hanc facultatem esse vere scientiam; quia est pars Theologiæ, quæ vere scientia est, vt traditur, prima parte, quæst. 1. Neq. incertitudo quæ videtur esse in rebus moralibus, obstat; nam illis sufficiens ad scientiam certitudo esse potest, imo quia multa principia scientiæ naturalis per experientiam constant; certissimam scientiam esse Philosophiam moralem docet Ocham quodlibet. 2. quæst. 14. quamuis ibi doceat, moralem Iurisperitorum facultatem scientiam non esse; quia non nititur propositionibus euidenter notis, in quo etiam fallitur, nam re vera discurrit ex humanis legibus simul cum principijs per se notis lumine naturæ, vel fidei, vt cum probat hoc esse faciendum, quia hoc leges statuunt; legibus autem obediendum est; & si minor sit nota ex fide, conclusio Iurisperiti est vere Theologica; si vero lumine naturæ est Philosophiæ moralis. Neque enim vera est sentẽtia Soti. 1. posterio, quæstione 2. ad confirmationem septimi argumenti dicentis, assensum Theologi cum tantum esse, qui ex principijs fidei deducitur illatione in euidenti; nam hic non est Theologicæ scientiæ, sed opinionis. Scientiæ autem Theologicæ assensus est, qui per euidentem consequentiam deducitur ex duabus de fide, vel ex vna de fide & altera naturaliter nota, vt docet, Cano. 12. de locis, cap. 2. Henriquez libro de fine hominis, cap. 1.

Iurisprudentia est vera scientia.

Hoc supposito, de præsenti quæstione quibusdam videri potest, hanc partem esse purè practicam. Primo, quia D. Thomas in prooemio quæstionis. 6. eam appellat operatiuam. Nec valet dicere, ipsum non negasse esse speculatiuam, sed tantum docuisse, esse practicam, eo quod præcipue sit practica: imposibile enim est practicum, & speculatiuum eidem habitui conuenire; cum sint differentiæ essentiales; ergo si scientia hæc formaliter est practica nullo modo erit speculatiua. Confirmatur, nam licet tenendo, scientiam non esse simplicem qualitatem, defendi possit, eandem scientiam secundum vnam partem esse practicam secundum vero aliam, speculatiuam; tamen tenendo esse simplicem qualitatem, videtur, defendi id non posse, & in neutra opinione eandem scientiam secundum eandem partem esse practicam, & speculatiuam; ergo tametsi in priori opinione vtrumq. tribui possit Theologiæ, secundum diuersas partes; non tamen in secunda opinione, & in neutra secundum eandem partem. Hæc igitur pars, si practica est, vt D. Thomas docet, speculatiua esse non poterit.

10. 1. *Opinio.* 1. *argum.*

Secundo. Philosophia moralis est purè practica, ergo & Theologia moralis quatenus moralis est. Consequẽtia patet ex paritate rationis, antecedens vero probatur ex Arist. 1. Ethi. cap. 3. vbi moralis Philosophiæ finem ait, non esse cognitionem, sed actionem; & lib. 2. cap. 2. ait. *Cum autem præsens tractatio non contemplationis sit (vt cæteræ) gratia; non enim, vt sciamus quid nam sit virtus, sed vt efficiamur boni, consideramus (nam nulla ipsius esset vtilitas) de actibus, quonammodo sint agendi; considerare necesse est.* Similia dicit lib. 6. cap. 2. Sed scientia speculatiua vt sic, quæritur sui ipsius gratia, vt patet 2. metaph. capit. 1. & 3. animæ, cap. 10. & lib. 6. Ethic. capit. 2. D. Tho. prima p. q. 79. art. 11. ergo Philosophia moralis nullo modo est speculatiua, sed vere practica, quæ videtur aperta sententia Buridani. 1. Ethi. quæst. 2. Idemq. insinuant Iauellus, Eustratius, Donatus, Albertus, & Conimbricẽses in prooemio Ethicorum; Soncin. 2.

2. *argum.*

ci. 2. metaph. quæst. 2. ad secundum, & Senensis in sua morali philosophia lib. 1. cap. 2. & 3. & quod vniuersa Theologia, ac proinde pars ista mere practica sit, tenent Scot. quæst. 4. prologi, Ocham quæst. 4. Durand. quæstion. 6. num. 24. Gregor. quæst. 5. art. 4. Albert. 1. parte summæ, tractatu 1. quæst. 3. num. 3.

11. 2. opinio. Secunda sententia per oppositum extremum tenet, hanc partem esse purè speculariuam. Huius opinionis esse videntur qui fidem & Theologiam, aut moralem philosophiam, aut medicinam scientias purè speculatiuas esse arbitrantur; eadem enim est ratio de hac Theologiæ parte, & sanè si tota Theologia mere speculatiua est, hæc etiam pars mere speculatiua erit. Ratio huius rei reddi potest, quia scientia practica debet esse de obiecto operabili, modo operabili, at obiectum vniuersæ Theologiæ, & proinde huius partis est Deus, qui non est res operabilis, hic etiam agitur de lumine gloriæ, de habitibus infusis, de diuinis legibus; quæ res non sunt à nobis operabiles. Et quamuis Theologia hæc de actibus humanis, qui à nobis operabiles sunt, disserat, tamen non differit de illis modo operabili, sed indagando cuiusq. naturam, & proprietates, effectus & causas, ergo.

12. 3. opinio autoris. Hæc Theologiæ pars simul est practica, & speculatiua. Tertia sententia media & probabilior est, hanc Theologiæ partem simul esse practicam, & speculatiuam. Hanc tenet expresse Conrad. in procemio huius partis, & multi iuniores hic, & Henriquez lib. de fine hominis, cap. 1. §. 3. & 4. Et probatur manifestè, nam ad scientiam practicam sufficit agere de re operabili, modo operabili, hæc autem scientia agit de rebus operabilibus, nempe humanis actionibus, & modo operabili, nempe attendendo, quæ actiones fieri debeant, & qualiter fieri debeant, vt honestæ sint, & ad beatitudinem consequendam perducant, ergo hæc scientia est vere practica. Idq. sentiunt præter citatos in prima opinione, qui Theologiam practicam esse dicunt, id enim propter hanc partem potissime asserunt. Confirmatur quia institutum, scopus, ac finis intrinsecus Theologiæ moralis est, honeste viuendi rationem docere, probitate morum informare, atque ad fælicem vitæ statum perducere. Habitus autem cuius intrinsecus finis est operatio rei cognitæ & non solum scire, est vere practicus vt liquet ex Arist. locis superius citatis; ergo Theologia moralis vere practica est. Porro speculatiuam quoque esse ostenditur; quia in ea multa considerantur; quæ à nobis fieri non possunt, & quæ fieri possunt, considerantur interdum, non vt à nobis fieri possunt, sed secundum naturam, & essentiam suam, abstrahendo ab eo modo, quo à nobis fieri possunt, & debent, ergo hæc pars Theologiæ etiã est speculatiua. Secundo si aliqua ratione neganda esset hæc sententia, maxime quia idem habitus non potest esse simul practicus, & speculatiuus, sed hoc est falsum, vt statim videbimus, ergo etc.

13. Ad 1. argumentũ. 1. opinio. Ad primum argumẽtum primæ opinionis bene ibi responsum est. Ad replicam autem quia practicum & speculatiuum sunt differentiæ oppositæ, ergo non possunt in eundem habitum conuenire. Variæ possunt esse solutiones, quales in simili q. de vniuersa Theologia, & de fide afferuntur. Prima est, hanc Theologię partem nec esse formaliter practicam, nec formaliter speculatiuã, sed vtrumq; habere eminenter, vt de Theologia vniuersa, & de fide docuit, Caiet. 1. p. q. 1. art. 4. Arag. 2. 2. q. 4. art. 2. Licet autem repugnet, eundem habitum esse formaliter practicũ, & formaliter speculatiuum; non tamen repugnat in aliquo habitu esse eminẽter vtrumque. Hęc tamen solutio placere non potest, nam practicum & speculatiuum formaliter sunt essentiales differentiæ adæquatè diuidentes habitum: sed in omni specie debet reperiri aliqua ex differentijs adæquatè diuidentibus ipsum genus: ergo Theologia debet esse formaliter practica, vel formaliter speculatiua, vel formaliter vtrumque quod vltimum & probant rationes tertiæ sententiæ, & magis statim confirmabitur. 1. Solutio. Reijcitur.

14. 2. solutio. Secunda solutio, hanc Theologiam esse formaliter speculatiuam, practicam vero tantũ eminenter, sicut de fide, & tota Theologia docet Canus, 12. de locis, cap. 2. & Franciscus de Christo. 3. dist. 23. tractatu. 3. quæst. 3. Hoc autem non repugnat, sicut non repugnat, piper aut vinum esse formaliter frigidũ, virtute autem & eminenter calidum; & anima nostra formaliter est rationalis, vegetiua autem, & sensitiua est tantum eminenter. Sed nec ista solutio mihi probari potest, primo quia habitum esse formaliter practicum, & speculatiuum nihil aliud est quàm formaliter inclinare ad cognitionem, quæ sit formaliter practica, & formaliter speculatiua: Id habet non solum fides, & Theologia, sed etiam hęc pars Theologiæ, ergo formaliter est non solum speculatiua, sed etiam practica. Confirmatur, quia, sicut formaliter dictat de re non operabili, vel modo non operabili, ita de re operabili, & modo operabili, ergo sicut propter primum formaliter speculatiua, ita propter secundum est formaliter practica. Secundo, quia quod non est formaliter tale, non est simpliciter tale, vt quia Deus non est formaliter leo, non est simpliciter leo, & quia sol non est formaliter calidus, non est simpliciter calidus, sed fides, & Theologia, & hæc Reijcitur

pars Theologiæ non solũ est simpliciter speculatiua,sed etiam practica : ergo formaliter est speculatiua & practica , vt expresse docet Henriquez supra, & aperte significat Conradus,& similiter iuxta probabiliorem opinionem,quam sequuti sumus.2.de anima; Anima nostra non solum est formaliter rationalis,sed etiam est formaliter vegetatiua , & sensitiua, non enim est sensus recipi vegetationem, vel sensationem in ipsa anima,sed eam esse principium effectiuum vegetationis,& sensationis receptæ in materia , vel toto composito ; hoc autem verisime dicitur ergo &c.

Anima nostra formaliter est vegetatiua & sensitiua.

15. *3. solutio.* Tertia solutio est practicum , & speculatiuum sumi posse dupliciter. 1. vt sunt differentiæ oppositæ , 2. absolutè qua ratione nullã habent oppositionem. 1. modo sumuntur ab Arist. 3.animæ,tex.49. 2. metaphy. tex. 2. & 3. 6. metaphy. tex. 1. 6. ethi. cap. 4. & à D. Thom. de veritate,q.14.art.4.& 1.part.q.14. art. vltimo , in prima acceptione Theologia hæc non potest esse simul formaliter practica, & speculatiua ; secus in secunda acceptione,vt de fide & tota Theologia docuit Bañes 2.2.q.4.art.2.

Reijcitur. Sed nec ista solutio satisfacit,tum quia non explicat,sub qua ratione practicum & speculatiuum sint differentiæ oppositæ , & sub qua non ; quod tamen explicandum fuisset ; tum quia hi termini non videtur æquiuoci nec habere varias acceptiones.

16. *4. solutio.* Quarta solutio est,istam Theologiam moralem non esse simplicem qualitatem, sed ex diuersis habitibus componi ; quorũ vnus respicit cognitionem speculatiuam,tanquam effectum,& tanquam principium à quo producitur , alius vero cognitionem practicam , & nullus vtramq; : quia istæ differentiæ non possunt in eundem habitum conuenire , secus in diuersos, quamuis ad eandem scientiam spectantes. Hoc de vniuersa Theologia docuit Molina.1. p. q. 1. art. 4. disputa. 2. & Marsil. in prologo sent. q. 3. art. 5. hac via defendens simul esse practicam & speculatiuam , & sane tenendo, scientiam non esse simplicem qualitatem;sed ex varijs habitibus componi(quod valde probabile est) omnis argumenti difficultas exhauritur,vt in proœmio huius partis Conradus fatetur.Quoniam tamen ea opinio *Reijcitur* contra D. Thomam & communem , & forte contra veritatem est, vt in tractatu de habitibus late docebimus , alia ratio diluendæ difficultatis inquirenda est , qua etiam indigebit Molina ad tuendum quod loco citato ait ,fidẽ diuinam esse simplicem qualitatem ; tamen formaliter practicam,& speculatiuam. Et sane non satis video,quare,qui fidem asseruit esse qualitatem simplicem,id de Theologia, & alijs scietijs negauerit:de omnibus enim eædẽ rationes procedere videntur. Ex quo etiam potest reijci Ocham quodlib. 3. q.7. docens, fidem esse simplicem qualitatem, quod tamẽ alibi de scientia negat.

17. *5. solutio authoris. Quomodo practicũ et speculatiuũ sint differentiæ appositæ.* Est ergo quinta solutio amplectenda , purè practicum & pure speculatiuum esse differentias oppositas, & similiter pure speculatiuum,& quomodolibet practicum & tales non posse eidem habitui conuenire ; secus practicum & speculatiuum absolute. Forte id tantum voluerunt authores tertiæ solutionis : idẽ plane sentiunt Conradus , & Henriquez, qui licet sciẽtiam, putent esse simplicem qualitatem,tamen eidem scientiæ, & habitui, putant, simul conuenire posse, vt sit practica , & speculatiua. Eiusdem sentẽtiæ videtur Valentia.1.p.q.1.puncto.3. q.sua. 4. docens, fidem & Theologiam esse practicam & speculatiuã; & de Theologia idem docuit Capreo . q. 2. prologi.Rich. art. 1. q. 4. Heruęus,q.4. Petrus de Taran.apud Marsilium.q.3.prologi.art.1. & apud Carth. q. 2. Pro qua opinione refertur Henricus Gandensis,in summa art.8. q. 3. Siluester in conflato,1.partis q.1.art.13.imo & pro hac sentẽtia citari potest Bon.q.3. prologi dicens; esse scientiam affectiuam, mediã inter speculatiuam & practicã, quia vtramq. complectitur; & D.Thomas.1. p.q.1.art.4.& in prologo sentent. q. 1. art.3. sentit Theologiam esse practicam & speculatiuam , qui de fide idẽ docuit.2.2.q.4.art.2.ad.3. & de dono intellectus q.8. art.3. & de dono scientiæ q. 9. art.3 & de dono sapientiæ,q.45.art.3. licet in hac 1.2.q.68.art.4.docere videatur, cõsilium, & scientiam esse dona purè practica,sapientiã vero & intellectum speculatiua, de quo differemus tractatu de donis Spiritus sancti. De scientia etiam quæ in Deo est docuit D. Tho. 1.p.q.14.art. vltimo , simul esse practicam & speculatiuam. Itaq. nullum est inconueniens, eandem entitatem,vel qualitatem simplicem esse simul practicam & speculatiuam,vt constat de intellectu,qui cum sit simplex qualitas simul est practicus & speculatiuus, & quidem formaliter, vt patet ex D. Thoma. 1.p.q.79. art. 11.& alijs locis, & ex Arist. 3. de anima, tex.49.& eius interpretibus.Si petas quinam sint habitus purè practici , qui vero pure speculatiui? Respõdetur in materia de habitibus id esse discutiendum :non enim caret difficultate, quod D. Tho.1. p. q.79. art. 12. expresse docet syndieresim respicere sola principia practica,& habitum intellectus sola principia speculatiua.Si enim nulla scientia(vt apparet) est pure practica, sed omnis est aliquo modo speculatiua , videtur etiã nullum habitũ principiorum esse pure practicum. Quod etiam alibi sæpe docere videtur D. Tho. prudẽtiam & artem solũ respicere cõclusiones practicas, *Quæstio.*

suam

suam habet difficultatem, quia habitus isti à scientia practica actiua, & factiua non videntur re ipsa distingui. Nulla autem scientia est, quæ sit pure practica, ergo isti habitus non videntur pure practici, sed de hoc dicetur vbi supra. Id tamen certum puto quod supponit Arist. 6. metaphy. cap. 1. in fine, aliquas scientias esse practicas, ait enim ibi Arist. *Speculatiuæ scientiæ alijs præponendæ sunt.* Quæ autē sunt aliæ nisi ponamus aliquas pure practicas, vel aliqua ratione practicas? vt Philosophiam moralem, & Theologiam, & similes.

Ad confirm. 1. argum. Hæc ad primum argumentum primæ sententiæ dixisse sufficiat, ex quibus etiam patet ad confirmationem. *Ad 2. argumentū.* Ad secundum autem argumentum respondetur, negando, Philosophiam moralem esse pure practicam, vere enim est practica, & speculatiua simul, vt cōstat ex dictis, & docet Capreolus q. 2. prologi, art. 1. concluſ. 2. Ad probationem autem respondetur, cuiuscumq. rei cognitionem veram & certam, esse perfectionem simpliciter, aut certe maximam, ideo propter se ipsam esse expetibilem. Discrimen autem quod intendunt Arist. & alij inter cognitionem practicam, & speculatiuam, huiusmodi est: Cognitio practica cum sit de re operabili, & modo operabili, intrinsece, & ex natura sua saltem in nobis (vt scientiam diuinam prætermittam) est ordinata, & destinata ad opus; speculatiua autem quia non est de re operabili, saltem modo operabili, non est ordinata, & destinata ad opus intrinsece, & ex natura sua, licet ab operante interdum ad opus inflecti, & destinari possit. Cum ergo Philosophia moralis de rebus agendis, modo operabili dictet, ex se erit ad operationē destinata, ac proinde practica, simūl autem quatenus dicit cognitionem speculatiuam, quæ ex se non tendit in opus, sed sui tantum gratia expetibilis est, erit speculatiua.

18. *Ad fundamentū. 2. opinio.* Ad fundamentum secundæ opinionis respondetur. licet Theologia hæc de aliquibus non operabilibus, aut modo non operabili differat, tamen aliūde de operabilibus, & modo operabili differit, ac proinde non solum est speculatiua, sed etiā practica, & vtrumq. formaliter illi conuenit, licet Caiet. Arag. Canus, & Franciscus de Christo, vt retulimus in prima & secunda solutione primi argumēti primæ sententiæ, repugnent.

1. difficul. Sed adhuc supersunt nonnullæ difficultates breuiter explicandæ, prima est, an hęc Theologiae pars quę de moribus differit, sit principaliter practica, an vero principaliter speculatiua? non inquiro de vniuersa Theologia, de hac enim quamuis Richardus supra docuerit, principaliter esse practicam, tamen oppositū certū existimo, quod docuit D. Tho. 1. p. q. 1. art. 4. & communiter recentiores, videlicet Valentia, Capreol. Heruęus, & Henriquez supra & D. Thom. iterum in prologo sent. q. 1. art. 3. & ratio est, quia habet Deum pro obiecto proprio, per se, & adæquato; Deus autem non est res operabilis, licet autē sit per operationes nostras attingibilis; tamē magna Theologię pars versatur circa illum, non vt est per operationes nostras attingibilis; ergo tota Theologia principalius est speculatiua quā practica. Solum ergo inquiro, an idē sentiendū sit de parte morali Theologiæ? & de hac cēseo pręcipue esse practicam: quia pręcipue agit de operabilibus, & modo operabili, sicut, & Philosophia moralis, quę propterea etiam est præcipue practica. Confirmatur & explicatur hæc ratio, nam pręcipue differit moralis Theologia de humanis actibus, & in eis exercendis dirigit, docēs qui sint boni, & efficiendi, qui mali & declinandi. Docet etiam fuse, & late de virtutibus acquisitis, imo de infusis, & de gratia Dei, & donis Spiritus sancti, quomodo obtinenda sint, augenda, & conseruanda, & de Deo vt fine vltimo quomodo sit consequendus &c. hæc autem tota cognitio practica est; ergo Theologia moralis principalius est practica quā speculatiua.

19. *Solutio. 1. difficult. Hæc Theologi. pars præcipue est practica.*

Secunda difficultas, vtrum ratio practici vniuoce conueniat huic scientiæ, & alijs sciētijs, seu habitibus. nam Valentia supra de ratione practici, quæ in vniuersa Theologia, & fide reperitur, docet non vniuocè conuenire Theologiæ, & fidei, & alijs scientijs, & habitibus practicis, sed analogicè tantum; quia reliqui habitus practici primario inclinant ad cognitionem practicam, respiciuntq. primario obiectum non operabile, scilicet Deum; idem autem de Theologia morali, vt sic, dici posse videtur. Nam cum versetur circa Deum quatenus est finis humanarum actionum, qua ratione non est aliquid à nobis operabile, sed tantum attingibile, videtur eius cognitio practica non vniuoce, sed analogicè tantum conuenire cum cognitione practica earum rerū, quę vere à nobis effici possunt. Cæterum hæc doctrina expositione indiget: nam habitus, vel cognitio practica Theologica, aut refertur ad ipsum Deum: aut ad actiones nostras, quas dirigit. Si ad Deum referatur, non videtur esse practica secundum eandem rationem, qua cognitiones, quæ versantur circa res, quæ à nobis fieri possunt, cum ea ratione non versetur vere circa rem operabilem, sed tantum circa rem operatione nostra attingibilem, vel formaliter, vt cum cognitio est de consecutione, aut modo consequendi Deum, vel de amore Dei &c. vel virtute, vt cum est de actu iustitiæ, vel misericordiæ, qui ex natura sua ordinatur ad consecutionem Dei, quales sunt

2. difficultas.

20. *Solutio. 2. difficulta.*

actus

actus virtutum infusarum. Aliæ vero cognitiones practicæ versantur circa res, non solum operationibus nostris attingibiles, sed producibiles; si tamen cognitio practica Theologica referatur ad actiones nostras, quas dirigit, cum vere sit illarum effectiua; non minus quam reliquæ cognitiones practicæ, respectu suorum obiectorum, conueniet procul dubio cum illis in ratione practicæ, non analogice tantum, sed vniuocè, idemq; de habitibus ipsis inter se dicendum erit.

Practicũ vniuoce dicitur de hac scientia & alijs.

11. 3. dificultas.

Tertia difficultas est, vtrum sicut idem habitus potest esse simul practicus & speculatiuus, ita etiam idem actus? Nam Molina supra de habitu concedit, de actu negat, & quamuis rationem non assignet, tamen ipsius assertio rationi consentanea videtur. Nam actus minorem extensionem & amplitudinem habere potest quam habitus, ergo licet idem habitus ad cognitionem practicam, & speculatiuam possit se extendere, ac proinde simul esse practicus & speculatiuus, non tamen idem actus. Probabile tamen, & forte probabilius est oppositum, licet enim actus non possit esse tantæ amplitudinis, & extensionis quantæ habitus; tamen versari potest circa propositionem de extremo disiuncto, aut copulato, tum ex parte subiecti, tum ex parte prædicati, vt affirmando Petrũ & Paulum, seu Petrum vel Paulum currere, aut Petrum esse Theologũ & medicum, aut Theologum vel medicum, ergo similiter potest vnico actu iudicare, præsertim sub eadem ratione formali diuinę reuelatonis mediatę Deũ esse pulchrum, & amandum. Qui actus quatenus affirmat, Deum esse pulchrum, est speculatiuus, vt vero affirmat, esse amandum, est practicus. Confirmatur, nam voluntas eodem actu potest velle idem bonum, nempe vitam duobus, & duo bona, nempe vitam & honorem eidem saltem sub eadem ratione formali, vt tractatu de humanis actibus videbimus, ergo similiter intellectus eodẽ actu potest affirmare de Deo esse pulchrum, & amãdum, & sic idem actus Theologiæ, vel alterius scientiæ poterit simul esse practicus, & speculatiuus, sicuti & idem habitus.

Idẽ actus potest esse simili practicus & speculatiuus.

4. difficultas.

Quarta difficultas, vtrum sit de essentia Theologiæ moralis esse practicam & speculatiuam? & eadem quæstio esse potest de alijs habitibus, qui simul sunt practici & speculatiui, imo de merè practicis, vel merè speculatiuis quæstio esse potest, vtrum ratio practici vel speculatiui sit illis essentialis? Capreolus, quæst. 2. prologi, art. 3. ad argumenta Aureoli contra sextam conclusionem docet, has differentias practici, & speculatiui esse accidentales, & probat. Primo, quia scientia dicit absolutum; practicum autem & speculatiuum dicunt respectum; nullus vero respectus est de essentia absoluti. Secundo, quia practica scientia potest fieri speculatiua, & é contra, ergo istæ non sunt differentiæ essentiales. Consequẽtia legitima est, quia nulla res potest transire ab vna differentia essentiali ad aliã; antecedens vero probatur, quia scientia quam modo habeo de rosa, est speculatiua, si autem daretur potẽtia producendi ipsam esset practica, & rursum ablata ea potentia, rediret in pristinum statum, & fieret speculatiua. Alij tertio eandem sententiam suadent, quia differentia essentialis sumitur ex obiecto formali, & adæquato, operabile autem & non operabile non sunt obiecta formalia & adæquata Theologiæ aut fidei, sed inadequata & materialia: imo operabile proprie dictum est obiectum per accidens respectu Theologię etiam moralis, si quidem obiectum eius per se & adæquatum est Deus, qui proprie nõ est operabilis; ergo ratio practici, quæ sumitur ex operabili proprie dicto, non est essentialis Theologiæ, & idem argumentum procedit in habitu fidei.

2. argum.

3. argum.

2ª. 1. opinio.

1. argum.

Oppositum sententiam tenet Aureolus, quæst. 3. prologi, vt refert Capreolus q. citata, art. 2. fundamẽtum eius esse potuit, quia præciso quocumq; accidenti, & remanente sola Theologia, inuenitur in ea ordo transcẽdens ad cognitionem practicam, quę est per se, vel etiam immediata regula nostrarũ operationũ, & ad cognitionem speculatiuam, quæ non sic est regula; ergo inuenitur in ea ratio practicæ & speculatiuæ scientiæ, ac proinde istæ rationes essentiales sunt, sicut etiam est essentiale intellectui esse practicum & speculatiuũ. Hanc sententiam tenet Sonci, 6. metaph. q. 5. dicens; practicum & speculatiuum ex obiecto, & modo procedendi, esse differentias per se, & essentiales.

23. 2. opinio.

In hacre distinctione vtendum, vel enim sermo est de habitu speculatiuo & practico proxime, vel remotè: si primo modo, vera est prima opinio, si verò secundo modo, vera est secunda opinio. Pro quo aduertendum est in opinione D. Tho. & communi, quæ asserit, scientiam esse simplicem qualitatem, habere tamen quandam latitudinem extẽsiuam maiorem, vel minorem, iuxta maiorem, vel minorem numerum conclusionum, ex quarum assensibus genita, & aucta est, ponendos esse in ea modos quosdam, qui extẽsiones vocantur, quorum vno extendatur ad vnam cõclusionem, & alio ad aliam, & quilibet eorum, & tota eorum collectio est accidentalis illi qualitati simplici, quam afficiunt; per illos autem proxime est elicitiua cognitionis practicæ, & speculatiuæ, ac proinde per illos fit proxime practica, & speculatiua; ergo esse proxime practicam

24. opinio auctoris. Quomodo sit de essentia Theologiæ esse practicã & speculatiuam.

practicam, vel speculatiuam est illi accidentale. Remote autem per se est practica & spsculatiua, quatenus per se est capax istorum modorum, vnde perse & essentialiter vtrumq; habet; idemq; dicam, si non est simplex qualitas, sed composita ex diuersis habitus, tanquam ex partibus integrantibus. Secundum enim hanc opinionem in quolibet illorum habituum saluatur essentia, licet non integritas scientiæ. Si ergo vnus est practicus, & alius speculatiuus, iam sine practico determinatè saluabitur essentia; & similiter sine speculatiuo determinatè, non tamen sine disiuncto vtriusque, quia in eo disiuncto essentia consistit. Sed quia quilibet illorum habitium intrinsecè est alteri vnibilis, & potest cũ eo in compositionem venire, de essentia scientiæ erit, esse saltem remotè practicam, & speculatiuam, & in hoc sensu procedit argumentum secundæ opinionis. Contra quam argumenta primæ nullam, vim habent.

25. *Ad 1. argumentũ. 1. opinionis.* Ad primum enim dico, practicum & speculatiuum non dicere relationem prędicamẽtalem, sed transcendentalem, quæ potest esse de essentia alicuius absoluti, & re vera est de essencia sdientiæ. *Ad 2. argumentũ.* Ad secundum respondetur, esto mihi conferretur potestas efficiendi rosam, scientiam, quam modo habeo de rosa, non fore practicam, quia non est perse, & ex natura sua immediata regula operãdi, nec per se dictat de operatione, sed mediate & peraccidens, nempe supposita illa miraculosa potestate, qua posita, statim dictat intellectus, per aliquam aliam notitiam practicam vel artem, ad quam Philosophia & cognitio illa speculatiua conducit, quomodo rosa a nobis fieri possit.

26. *Ad tertiũ Eadẽ res habet pluras differentias vltimas in adæquatis.* Ad tertium respondetur, differentiam primam essentialẽ habitus sumi exobiecto formali proprio & per se adæquato. Secundam uero, & alias essentiales differẽtias posteriores ratione distinctas, quę cum prima vnam integram, & adæquatam differentiam constituunt, ex alijs obiectis in adæquatis, etiam materialibus, imo per accidens, sumi posse, vt in intellectu, & alijs potentijs contingit, & quodammodo inipsa anima; nam denudata ab omni accidenti, essentialiter est ratiocinatiua, & hæc est prima eius differentia essentialis, sed etiam est ratiocinatiua circa hanc materiam & circa illam, hoc vel illo modo, & est remotè admiratiua, & visiua, & certo modo volitiua, & hæ sunt posteriores differentiæ, & essentiales, & minus intimæ, quia nostro modo intelligendi in illa priori radicãtur, & fundantur. Similiter prima differentia essentialis intellectus est esse principium proximum rationandi, posteriores autem sunt esse principium ratiocinandi in hac vel illa materia, practice vel speculatiue &c. eodem igitur modo in Theologia prima differentia essentialis est reddere promptũ intellectum ad cognoscendum aliquid de Deo ex principijs reuelatis. Posteriores autem differentiæ essentiales distinctę sola ratione ab illa prima, & in ipsa radicatæ, sunt reddere promptum intellectum ad cognoscendam de Deo ex principijs reuelatis hanc vel illam conclusionem practicam, vel speculatiuam; & ita essentialiter est practica & speculatiua. Et licet Capreol. illo art. 3. ad argumenta contra sextam conclusionem dicat, Theologiam non esse practicam simpliciter, sed secundum quid; melius tamẽ Henriquez de fine hominis, cap. 1. §. 4. censet esse simpliciter practicã, sicut ipse Capreo. eadem quęst. art. 1. conclusione secunda dixit; Philosophiam moralem esse simpliciter practicam. Nec obstat, D. Thom. quæst. 1. prologi, art. 3. dicens, esse practicam secundum aliquid; nam ea dicendi forma non negat esse absolute, & simpliciter practicam; sed omnino, & vnde quaq;. Et similiter cum D. Thom. 1. par. quæst. 14. art. vlt. docuit scientiam, quę in Deo est, esse principaliter speculatiuam, non negauit, quod verum existimo, esse simpliciter practicam. De scientia beatorum idem dicetur tractatu, 2. de beatitudine. Vnde male quidam apud Henriquez supra dixere, esse pure practicam; & male Duran. quæst. 6 prolegi num. 24. dicit, esse pure speculatiuam, quod etiam ait de habitu, quo articuli fidei creduntur, & de eo, quo explicantur, & defenduntur. Quod male cohęret cum eo quod ibidem docet; Theologiam, quæ ex articulis fidei conclusiones colligit esse pure practicam, bene autem ipse & Herueus quæst. 4. prologi docent, Theologiam, si est scientia affectiua, practicam quoq; esse, nec dari medium inter scientiam practicam, & speculatiuam, quod neutrum horum membrorum participet. Cętera hoc forte non est contra Bon. quæst. 3. prologi, & Argentinam, quæst. 4. & AEgidiũ, quest. 6. & alios asserentes, Theologiam esse scientiam affectiuam mediam inter speculatiuam, & practicam; solum enim, velle videntur, non esse pure practicam, nec pure speculatiuam, sed vtrumq; complecti, vt expresse dicit Bon. sed iam receptui canamus, ne quæ ad primam partem spectant, in hanc sine vlla necessitate conijciamus. Quomodo autem, quamuis fides, & Theologia & Philosophia moralis habitus practicis sint, indigeamns ad directionem nostrarum operationum prudentia infusa, & aquisita suo loco docebimus.

Non datur mediũ inter scięntiam practicam & speculatiuam.

Lectio

Sectio 3. Vtrum Theologia moralis sit vna scientia secundum speciem atomam, an vero plures?

28. *Ratio dubitandi.*

RATIO dubitandi est, quia Philosophia morals in plures scientias specie atoma diuersas diuiditur; scilicet in Ethicam, siue monasticam, quę dirigit actiones hominis in se absq; respectu ad multitudinem, seu qua homo gubernat seipsum; œconomicā seu familiarem, quæ familiam regit; politicam seu ciuilem, qua rempublicam moderatur. De qua diuisione Alcinous libro de doctrina Platonis cap. 4. Philo Iudæus libro de temulentia, D. Thom. 1.2.q.40.art.11.& initio libri primi Ethicorū; vbi etiam Cōimbricenses in proemio, Eustratius, Donatus, Iauel. alijq; communiter. Nec obstat diuisio illa vulgata, qua veteres Philosophiā in Dialecticam, Naturalem, seu Physicam & moralem distribuebant, vt videre licet apud Arist. 1. Topico. cap. 12. August. 8. ciuit. cap. 4. Alcinoum libro de doctrina Platonis, Euseb. lib. 11. de præparation. Euang. cap. 1. nam vt illi sub Dialectica diuersas scientias comprehendebant, scilicet Grammaticam, Logicam, & Rhetoricam, & sub Physica etiam, quam nos dicimus Physicam, & Methaphysicam, & Mathematicam; ita sub morali videntur diuersas scientias comprehendisse, scilicet Ethicam, œconomicam, & politicam. Et idem potest intelligi in alia diuisione, qua quidem Philosophiam diuiserunt, in Physicam, Mathematicam, Metaphysicam & Ethicam, imo sunt, qui sentiant, libros Physicorum, & de cælo, de generatione, de anima, & similes ad varias species atomas scientiæ Physicæ pertinere. Ergo similiter dici posset, sub Philosophia morali varias species atomas contineri; cur ergo nō similiter sub Theologia morali? quæ maiorem habet amplitudinem, cum etiam ad actus supernaturales se extendat.

Theologia est vnica scientia secundum speciem atomam.

Respondetur tamen, Theologiam moralem vnicam esse specie atoma, imo & vniuersam Theologiam, vt prima parte ostendi solet, & breuiter modo ostendo, quia omnes veritates Theologiæ cognoscantur sub eadē ratione formali, scilicet diuina reuelatione mediata, & obscura, eūdemq. habent modū certitudinis, & infallibilitatis; ergo omnes cadunt sub eadem scientia secundum speciem atomā, sicut omnes veritates fidei ad vnicam speciem fidei atomam spectant.

Ad rationem autem dubitandi respondetur, fortasis Philosophiam moralem non diuidi in plures species essentialiter diuersas; eo tamen admisso, non est simile de Theologia, cum enim sit scientia aliquo modo super naturalis, potest vnire in se, quæ sunt dispersa in morali Philosophia, quæ est qualitas ordinis naturæ; ac proinde eadem Theologia moralis esse potest Ethica, œconomica & Politica, quæ enim sunt in inferioribus dispersa, vniri solent in superioribus teste Dion. maxime cum omnes veritates Theologiæ eandem rationem formalem, sub qua, & eundem modū certitudinis participent: non vero omnes veritates moralis Philosophiæ, nam longe difficilius est, nosse, quo pacto gubernanda sit respublica quam familia, & familia quā propria persona; vnde multi sunt in Ethica perfecti, qui in œconomica & Politica deficiunt ob maiorem incertitudinem, & difficultatem cognitionis.

Sectio quarta de moralis Theologiæ vtilitate.

EX dictis est manifestum, quanta sit huius Theologiæ vtilitas: hæc enim docet, quis sit vltimus finis humanæ vitæ, in cuius adeptione beatitudo nostra consistit, & quibus actibus illum possimus assequi, vel amittere, & quibus principijs hos actus efficere possimus, & alia multa, quibus nihil videtur esse vtilius. Vnde in hanc Theologiam tanquam in veram sapientiam recte conuenit, quod Sapiens. c. 8. de Sapientia dicit, *sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutum* (id est quatuor virtutes cardinales) *quibus vtilius nihil est in vita hominibus*. Et quanto erit vtilior, quatenus virtutes Theologales docet, quæ ad futuram vitam vtiliores sunt virtutibus moralibus? Tanta est Philosophiæ moralis vtilitas, vt nūquā satis laudatus sit Socrates, quod cum veteres philosophi in solam rerum naturalium perueſtigationem, & scientiam incumberent, primus ipse (teste Xenophōte in libro de eius dictis, Cicerone 1. Acad. quæstionum) dicitur, philosophandi studium ad componendā vitam inflexisse, eamq. disciplinam quæ de maioribus est, euocatam de cælo, in vrbibus domibusq. collocasse; de quo lege Aristotelem, 1. Metaphy. cap. 6. & lib. 13. cap. 4. & libro de partibus animalium, cap. 1. August. 8. Ciuitat. cap. 3. Lacta. lib. 3. diuina institutionem. cap. 13. apud quem, cap. 7. præclarū extat moralis Philosophiæ Encomiū his verbis. *Transeamus ad aliam philosophiæ partem, in qua totius Philosophiæ ratio continetur; siquidem in illa Physica sola oblectatio est, in hac etiam vtilitas. Et quoniam in disponendo vitæ statu, formandisq. moribus periculo maiori peccatur, maiorem diligentiam necesse est adhiberi, vt sciamus quomodo nos oportet viuere; ibi enim potest venia concedi, quia siue aliquid dicunt, nihil prosunt, siue delirant*

29. *Theologiæ moralis vtilitas.*

Socrates.

Lactantius.

Euseb. *delirant nihil nocent, &c.* Eusebius. 11. præparationis cap. 1. de Philosophia morali ait, *singulos homines probos constituit, domos integras ad rectam gubernationem reducit; ac populos denique diuersis regendi modis instruit.* Socrates autem apud Xenoph. lib 1. de dictis & factis, Socratis. *Illos, qui rebus naturalibus contemplandis vacabant, & non potius moralibus, stolidos vocabat, rationemq. adiungebat, præsertim ex eius contemplationis inutilitate desumpta, ipse vero de humanis semper disputabat rebus, considerans quid pium quid ve impium sit, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniustum sit, &c. quæ, si qui scirent, bonos, ac honestos eos esse viros putabat, mancipia vero debere appellari illos, qui illa ignorarent.* Hanc Socratis doctrinam refert approbatq. Eusebius lib. 14. præparat. cap. 4. Quid igitur obsecro diceret Socrates, si Christianus fuisset, de aliquibus nostri temporis Theologis, aut Theologiæ professoribus? qui neglecta morali Theologia, in qua quæ ad humanos actus, & eorum finem pertinent, vberius, citius, certius, altiusq. quam in morali Philosophia explicantur, incumbunt quæstionibus mere speculatiuis. Quid diceret de confessarijs & concionatoribus; quibus cum hæc disciplina sit maxime necessaria, tamen nec summis (quod aiunt) labijs videntur eam degustasse? Hiquidem risu videntur digni, non minus quam Thales ille Milesius a muliercula irrisus, quod oculis in cælum sublatis, vt cælestia indagaret, quæ in conspectu essent posita, non vidisset, atq. in fossam incidisset. Namq. hi non solum in foueam cadunt, sed inducunt; si enim cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt, Math. 15. & Luc. 6. Indignus sane est munere & nomine confessarij, concionatoris, & Theologi, quisquis moralis Theologiæ præceptis imbutus non fuerit. Recte autē Medina loquitur in prooemio huius partis de eius vtilitate. Huc etiam spectat, quod ait Arist. 7. Ethi. cap. 8. *finis principium est in agibilibus, perinde vt suppositiones ipsæ in Mathematicis*, similia dicit, 2. Physico. c. 3. & 2. Ethi. ad Eudemiū prope finem Theologia autem moralis docet finem totius humanæ vitæ: ergo præbet principium ad cognoscendum actiones, in quibus humana vita versari debet, ac proinde ad eam componendam vtilis, & accomodata existit. Huc etiam spectant, quæ de Philosophiæ moralis vtilitate initio Ethi. docet Eustratius. Hæc de vtilitate operis dicta sufficiant, iam de difficultate ad quam superādam cognitio vtilitatis conducit, non nihil dicamus.

Sectio quinta de moralis Theologiæ difficultate.

30. Theologiæ morales difficultas.

MVLTA sane sunt quæ disciplinam hanc difficilem reddūt. Primum extensio ipsius, versatur enim hæc scientia circa omnes humanas actiones, quibus seipsum, vel rempublicam, vel familiam homo gubernat, in quibus definire, quæ sit licita, quæ illicita, quę melior, aut deterior, quę sub veniali peccato prohibita, quæ sub mortali, & quibus pœnis subiecta sit, aut non; arduum est definire; tum ob multitudinem; tum quia iudicium ex innumeris circunstantijs variatur. Hoc autem, 2. 2. fit, deinde ex tā multis singularibus vniuersales regulas colligere, quæ in nullo exceptionem patiantur, est maxime difficile, erroriq. subiectum; propter quod, vt docet Arist. 2. post. cap. 15. *definitiones vniuersaliores difficiliores sunt*, maxime cum in genere lateant æquiuocationes teste Arist. eodem loco. Secundum, quod Theologiam moralem difficilem reddit, est dependentia non solum à morali Philosophia, sed ab vtriusq. Iuris peritia & specialium constitutionum cognitione; inde enim pendet cognitio honestatis, vel turpitudinis, quę est in contractibus, & alijs actibus humanis, imo & consuetudines quæ vim legum habent ad hoc ipsum nosse oportet. Necesse etiam est ad definiendum in moralibus, Theologos, & iurisperitos multos legisse; & consuluisse, quia hi sunt iuris præsertim positiui optimi interpretes. Ad destinguendum vero actus & habitus naturales à super naturalibus; vel ipsos naturales aut supernaturales inter se, & intelligendum modum, quo humana voluntas à Deo, & ab alijs mouetur; non solum necessaria est notitia scripturarum, traditionum, Conciliorum, & patrum, ac Theologorum, sed etiam Philosophię & Metaphysicę, vt in processu huius operis manifestū erit. Huc spectat illud Iere. 17. cor hominis inscrutabile, &c.

Tertio rem hanc difficilem facit paucitas doctorum, qui in his quæ ad partē istam spectant diligentem operam nauarint, nam alij Scholastici præter D. Tho. parce admodum, & sine ordine & sparsim de ijs rebus disputarunt. Qui vero ad hanc vsq. diem commentaria in primam secundæ ediderunt, pauci sunt & pauciores erant quando animum ad huius partis commētationem appuli: tunc enim de hac re nihil nobis Valen. Vazquez, aut Cumel tradiderant, & nunc ex Cumel integra Commentaria non habemus. Quæ & multa alia sæpe ab inchoando, & perficiendo hoc opere animum meum auocarunt. sed Deo faciente spes fructus, & metum & difficultatem laboris

laboris superauit, quæ vt legenti minor sit, bona dispositio, bonus q. doctrinæ ordo efficiet, de quo statim.

Sectio Sexta de ordine D. Thomæ & Authoris in tradenda Theologia morali.

31. *Dubium 1. de ord. D. Thom. inter hanc partē & reliquas.* 1. *Argu.*

DVPLEX hic ordo considerandus est, primus inter hanc partem & reliquas, secundus inter huius partis tractatus. De primo ordine alicui forte videbitur non esse rectum in D. Tho. primo, nam prius agit de Deo, quam de creaturis, prius autem videbatur agendum de creaturis, à notioribus enim & facilioribus inchoandum, vt ait Aristot. 1. Ethi. cap. 4. 1. Physi. cap. 1. Secundo cum finis sit prima causarum secundum D. Tho. hic art. 2. & 3. contra gentes, cap. 17. & 18. prius videbatur agendum de Deo vt fine, quam vt efficiente; at D. Thom. 1. parte egit de Deo vt efficiente, & secunda vt fine, ergo. Tertio, quia in 2. par. traditur Theologia moralis, ergo in ea esset agendum de Sacramentis, quæ ad virtutem moralem religionis spectant, & censuræ ponēdę essent cū materia de peccatis, quia peccatorū pœnę sūt. Quarto, resurrectio corporū; iudiciū, aduentus Antichristi, &c. ad beatitudinē corporis pertinent, ergo in materia de Beatitudine tractanda essent, & non in finem tertiæ partis reijcienda.

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg.

32. *Dubiū 2. de ord. inter tract.* 2. *p.* 1. *argumen.* 2. *argum.* 3. *Argu.*

De secundo autem ordine, scilicet inter tractatus secundæ partis nonnulla dubitatio est. Primo, quare de circunstantijs egit D. Thom. q. 7. potius enim pertinere videbantur ad materiam de bonitate, & malitia humanorum actuum? Secundo, quare non coniunxit disputationem de malitia humanarum actionum cum disputatione de peccatis? quia peccatum & malum morale idem sunt. Tertio, quare vt specialem fecit tractatum de habitibus bonis scilicet virtutibus, nō fecit de malis, scilicet vitijs. Nec enim in materia de vitijs & peccatis egit de habitibus, sed de actibus. Quarto; quare cum virtutes infusæ & dona Spiritus sancti consequantur gratiam iustificantem, & inter externa principia humanorum actuum numerentur, non egit de illis saltem in communi, cum egit de gratia, sed in tractatu de virtutibus? Quinto cur cum egit de actibus humanis, nihil dixit de actibus supernaturalibus, imo nec de omnibus naturalibus; omisit enim omnes actus voluntatis, qui correspondent actibus irascibilis, & nonnullos respondentes actibus concupiscibilis?

4. Arg.

5. Arg.

33. *Ordo D. Thom. in tradēda, doctrina defenditur.*

Cæterum vtrumque ordinem D. Thomæ merito omnes suspiciunt & venerantur, & licet alij auctores alium ordinem recte seruare potuerint, quia vt in corporeis, ita in scientijs eædem res varijs modis recte ordinari possunt; tamen optimum esse vtrumq. ordinem D. Thomæ ex eo patet, quod cum Theologiæ obiectum proprium & adæquatum sit Deus, vnde Theologia hoc est scientia Dei nuncupatur, per se tātum erat actura de Deo, per accidens autem de creaturis. In Deo autē prius debuere considerari quæ pertinebant ad diuinam naturam, quam quæ ad humanam; ideo quæ ad humanam, reiecta sunt in tertiam partem, quæ vero ad diuinam in primam & secūdam partem: & recte in prima prius actum est de Deo secundum attributa essentialia, & personalia, deinde de actionibus eius ad extra, quę competunt ei inquantum est principium effectiuum; deinde in secunda parte de causalitate eius in quantum est finis creaturæ rationalis, quia de causalitate finali in ordine ad alias creaturas nihil dicendū supererat, vt sect. 1. explicui, & in 1. p. comprehendit primū & secūdū sentēt. in tertia vero p. tertiū & quartū. in secūda late explicuit, quæ breuiter tetigit Magr. 2. 3. & 4. Sent. in fin. In secūda autē parte prius egit de fine & medijs in communi, scilicet. 1. 2. postea vero in 2. 2. de medijs in particulari, nempe de actibus humanis in particulari, & de eorum principijs, scilicet virtutibus, & donis Spiritus sancti, & legibus in particulari. Et primam 1. 2 recte in octo partes distribuit; in prima egit de vltimo fine, & beatitudine hominis, in. 2. a. q. 6. vsque ad 21. inclusiue de actibus humanis, & proprijs hominis, & eorum bonitate & malitia, quia per eos quatenus boni, aut mali sunt accedimus ad vltimum finem, vel ab eo declinamus. In 3. per. 27. quæstiones de passionibus, quæ licet sint hominibus, & brutis communes, tamen quando libere ab homine procedunt, sunt actus humani, & magnam habent similitudinem cum actibus voluntatis qui perfecte humani sunt. In quarta à q. 49. vsque ad 54. de habitibus in cōmuni; in quinta à q. 55. vsq. ad 70. de habitibus studiosis; scilicet virtutibus & donis Spiritus sancti; in sexta à q. 71. vsque ad 89. de vitijs & peccatis. in 7. à q. 90. vsq. ad 108. de legibus, quę sunt principia quædam extrinseca humanarum actionum; in reliquis quęstionibus de alio principio humanarum actuum, scilicet gratia.

34. *Ad arg. 1. dubij. Ad 1. arg.*

Ad primum argumentum contra primum ordinē R. licet à notioribus nobis inchoandum sit, cum ea lucem alijs allatura sunt, tamen quæ Theologus de creaturis disputat non erant allatura lucem ijs, quæ disputat de Deo, sed potius ēconuerso; ideo D. Thom. cum Magistro prius egit de Deo; & præterea quia de creaturis agit Theologus per accidens, cum è contra Philosophus agat per accidens

cidens de Deo, & ideo prius agit de creaturis. Et licet Metaphysicus per se agat de Deo, tamē agit de illo vt obiecto partiali & in adæquato, ideo prius debet agere de ente in communi, quod est obiectū adæquatū Metaphysicæ. Præterea sciētiæ naturales agunt de Deo lumine naturæ, quod Deum ex creaturis ostēdit, Rom. 1. inuisibilia Dei, &c. Et à magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videri. Sap. 13. Deinde lumē diuinum magis ostendit Deū, quā creaturas, plura enim de se reuelauit Deus, quā de creaturis, & ipsa reuelatio Dei, quæ est ratio sub qua Theologię ignorato Deo, cognosci non poterat, ideo nō ab re prius egit D. Th. de Deo.

Ad 2. ar. Ad secundū R. finē dici. 1. causarū quia causat sui amorē, & intentionē prius quam agens, finē ipsū in executione per media proportionata ponat, tamen nobis prius, & magis nota est præsertim lumine super naturali, efficientia Dei, quā causalitas finalis, secūdū quā Deus est causa finalis nostrarū operationū: ideo D. Th. & alij Theo. merito prius disputāt de Deo, vt principio, quā de Deo, vt fine actionū nostrarū.

Ad 3. ar. Ad tertiū argumentū R. bene posset ea ratione tractatus de sacramentis ad secundam partem reuocari tamen recte & melius in tertia parte collocatus est, vbi de Deo, vt homine agitur, quia fuerūt a Deo, vt homine instituta.

Ad 4. ar. Ad quartū R. ea ratione etiā potuisse in 1. 2. tractari de resurrectione corporum, & alijs ad beatitudinem spectantibus, & nos ita facimus, quia additiones ad tertiā partē, quæ de nouissimis sunt, raro in scholis explicātur; tamē D. Th. vt Magistrū imitaretur, & quia executio gloriæ corporū per secūdū Christū aduētū. futura est, merito eā reiecit in finē totius sūmę.

35. Ad arg. 2. dubij. Ad 1. ar. Ad argumenta contra secundum ordinē fusius patebit in processu huius operis, nunc tamen breuiter: R. Ad primū argumētū, D. Tho egisse de circunstantijs, quia q. 6. egerat de voluntario, ad cuius intelligentiam pertinent, vt videbimus, ideoq. & Arist. post quam de volū tario egit, statim egit de circunstātijs quāuis obalias rationes optime ad tractatum de bonitate, & malitia actuum humanorum, & de peccatis, & de pœnitentia reduci possint.

Ad 2. ar. Ad secundum R. malitiā omissionis, & peccati personalis habitualis mortalis, & venialis, & originalis, & multa alia non fuisse explicata, nec potuisse recte explicari, cum de bonitate & malitia humanorum actuū ageretur, ideo specialē tractatum de peccatis factū esse.

Ad 3. ar. Ad tertium R. de habitibus vitiosis post tractatum de habitibus in cōmuni, & de studiosis in particulari, paucas esse dubitationes & non nullas insertas á D. Thom. in materiā de peccatis, & in alia loca, ideo D. Tho. de habitibus vitiosis tract. nullū feciſſe, tamē de illis initio nīę de peccatis specialē dispu. faciemus ad maiorē distinctionē, & claritatē, & vt explicent nouæ aliquę qq. ab antiquis minime disputatæ.

Ad 4. ar. Ae quartum R. virtutes infusas, & dona Spiritus sancti magnam affinitatem habere cum virtutibus acquisitis, ideo pariter cum illis á D. Thom. explicari, licet ob rationē adductā in argum. ad mat. de gratia reseruari posset.

Ad 5. ar. Ad quintū R. D. Thom. pauca dixisse de supernaturalitate actuū, eaq. nō immerito docuisse in materia de gratia, sed nos vt plene & cōplete tradamus materiā humanorū actuū, ibi de ea re disseremus, ordinēq. D. Th. fere in reliquis seruabimus, quia tamē multa dicturi sumus, quæ nullo modo attinguntur á D. Th. vel breuiter, & obiter tātum in locoq. nō prioris ideo non nihil interdū recedemus, ab ordine D. Thomæ; quæ autem docuit in ipsis articulis, in disputationibus sunt explicanda. Et maioris distinctionis, & claritatis gratia præsentem tomum, qui vsq. ad q. 48. vel 70. extendetur, in nouem, aut decem tractatus distribuemus. In primo de vltimo fine, in 2. de beatitudine, in 3. de voluntario, in 4. de circunstantijs, in 5. de motiuo voluntatis, in 6. de numero actuū voluntatis, in 7. de bonitate, & malitia humanorū actuum, in 8. de conscientia, in 9. de passionibus disseremus, in eodē vel 2. to. adijciemus tractatū, 10. de habitibus incōmuni, 11. de virtutibus, 12. de doni spiritus sancti, 13. de habitib. vitiosis, 14. de legib. 15. de gratia.

QVAEST. I. DE VLTIMO FINE HOMINIS.

Art. 1. Vtrum homini conueniat agere propter finem?

Art. 2. Vtrum agere propter finem sit propriū rationalis naturæ?

DISPVTATIO II. DE VARIIS ACCEPTIONIBVS, & diuisionibus finis.

Sectio Prima. An recte finis diuidatur in finem cuius, & cui?

ACTVRVS Diuus Thomas de humanis actionibus merito a fine cœpit, cum Arist. 1. Ethic. quia finis in agibilibus est sicut principium in speculabilibus, vt docuit Aristot. 2. Physic. cap. 3. & clarius, cap. 9. textu 39. & 7. Ethic. cap. 8. & 2. Ethic.

ad Eudem. prope finem. Et ipsemet D. Thom. 1. par. quæst. 82. art. 1. & 2. quia vero sub genere latent æquiuocationes, vt docet idem Aristot. 2. post. cap. 15. & ideo æquiuoca prius sunt diuidenda, quam diffinienda, vt docuerat eodem libro. cap. 14. Ideo ne in æquiuoco laboremus, variæ acceptiones, & diuisiones finis proponendæ statim sunt, quę toti huic operi lucem magnam afferent; & in primis relinquimus eam acceptionem, qua extremum cuiusq. rei dicimus finem, quo sensu punctus dicitur finis lineæ, & vespera finis diei, & mors finis hominis. Sic psal. 118. *omnis consummationis vidi finem*; Et apud Virgilium, 1. AEneidos, *quem das finem Rex magne laborum?* & apud Senecam in Hercule, cum in luctu ait Megara. *Nulla mihi dies secura fulsit, finis alterius mali gradus est futuri.* Sic exponi potest id Iob. 7. *Sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.* Hanc igitur finis vsurpationem missam facimus, quoniam aliena est à præsenti instituto, hic enim sumitur tantum finis pro causa finali, seu pro eo, cuius gratia aliquid fit, vel est, sic de morte non dicitur, nec de alijs malis nisi quando sub aliqua ratione boni appetuntur, & alia propter ipsa; vnde Arist. 2. Physic. cap. 2. tex. 29. irridet Poëtam (scilicet Euripidem, vt ex Philopono in eum locum colligitur, & ex Fonseca 5. Metaphy. c. 16. in expositione tex.) qui de morte dixit *extremum, ob quod natus erat, fatumq. petiuit.* Nam homo non est natus ob mortem, seu gratia mortis. Vnde ea non est, gratia cuius, seu causa finalis. Sed dicitur finis Metaphoricè, quia vltima est, vt expresse docet idem Arist. 5. Metaph. tex. 21. D. Tho. & alij ibi. Ea etiam ratione Iulius Cæsar Scaligerus, libro de subtilitate, contra Cardanú, Exercitatione, 250. num. 1. ait; *præpositio, propter, finem significat; omnis autem finis in genere bonorum. Quo circa non decuit Tullium vocem hanc tam ad bona, quam ad mala retulisse in suorũ librorum inscriptione.* Sed sane cum Cicero inscripsit libros, de bonorum & malorum finibus, noluit malum, vt sic esse finem malorum hominum, idest causam finalem, sed extremum, in quod eorum vita desitnra est. Quo pacto, Aug. 19. de ciuit. cap. 1. dixit, finem mali nostri esse illud, propter quod cętera mala cauenda sunt, vel voluit Cicero; aliquod bonum verum, vel apparens esse talium hominũ finem, idest causam finalem, Omissa ergo illa acceptione finis (qua etiam mors per translationem dicitur finis, secundũ Arist. 2. Meth. cap. 16.) finem sumptum pro finali causa diuidamus. Aliqui ex Arist. 2. animæ, cap. 4. text. 35. & 37. colligunt diuisionem finis, quam celebrem esse dicunt, in finem, cuius, & cui; nam licet Argyro. ibi vertat finem, quo, & cui, tamen priora, inquiunt, vrba sunt conformiora Gręcis, & intentionem magis declarant. Nam finis, cuius, dicitur, cuius adipiscendi gratiæ homo mouetur, vel operatur, vt est sanitas in curatione. finis, cui, dicitur ille, cui alter finis procuratur, vt est homo in intentione sanitatis, nam licet homo curetur propter sanitatem, ipsa tamen sanitas illi, & in eius commodum quæritur. Ita docet Suarez tomo 1. Met. disput. 23. sectione. 2. diuis. 1. Toletus. 2. animæ, cap. 9. tex. 35. & Fonseca 5. Metaph. cap. 2. q. 10 sect. 1. Cõimb. 2. Physi. cap. 7. q. 20. art. 2. Huic sententiæ fauet trãslatio Vicomercati, quam cum antiqua affert D. Thom. habet enim cui, & cuius.

Diuisio finis in finẽ cuius, & cui.

Sed opponi potest, etiam hominem esse, cuius gratia medicus, vel amicus operatur, cũ eum sanare, vel aliquod bonum ei inesse intendit; ergo etiam homo est finis, cuius, & nõ tantum, cui. Et re vera Arist. vtrumq. finem appellat ibi, cuius gratia, sic enim, ait tex. 47. Duplex autem est, vti diximus, cuius gratia cætera fiunt; vnum est quo, alterum cui, vt vertit Argyropilus. & antiqua trãslatio quam interpretatur D. Thom. Quæ versio non est satis cõsentanea verbis Græcis, quę talia sunt: τὸ δὲ οὗ ἕνεκα ἀνάγκη, τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ ideest illud vero cuius gratia duplex, aliud cuius, aliud, cui, vel, quo, vt sit casus instrumenti, vel quò, seu inquem: omnes enim eiusmodi versiones admittunt verba Græca, & postremam Perionij sequuntur Vazquez hac q. 1. art. 1. Iacobus Faber in Paraphrasi illius loci, & Themistius, explicantes finem, quo, esse in quem voluntas tendit. Si vero particula ᾧ sit casus instrumenti, sanitas, aut alius finis, in quem tendat voluntas, dicitur, finis, quo, quia eo perficiendus est homo: ipse vero homo dicitur finis, cui, quia illi sanitas quæritur; dici etiam poterit finis, qui, quoniam eo fine perficiendus est. Vterque autem finis appellari potest, cuius gratia, & profecto Arist. ipsum viuens, & ipsam animam dixerat paulo ante esse finem, cuius gratia sunt instrumenta, & fiunt actiones; quia scilicet eorum perficiendorum gratia hæc sunt, vel fiunt; & tex. 35. assimilationem ad Deum, & viuentis perpetuitatem, ait esse finem cuius gratia in generatione: ergo. Eodem tex. & 37. sentit hominem & eius bonum esse finem; cuius gratia, vt expresse etiam docet ibi, S. Tho. qui iuxta antiquam translationem dupliciter Aristotelem interpretatur, vt cuius gratia sit duplex: primum finis vltimus; secundũ autem finis nõ vltimus, qui dicitur, quo, quia etiam est medium, & conducit ad consecutionem finis vltimi. Secunda interpretatio,

tatio, cuius gratia esse duplex, alterum, quod intenditur, & hoc est cuius gratia directū; alterū cui perfectio intenditur, & hoc est cuius gratia indirectū, & appellatur, quo, quia est id, quo substentatur ipsa perfectio, vt corpus est quo substentatur sanitas. Sic ergo per verba, cuius, & quo, recte explicari potest diuisio adducta, vt expresse etiam docet D. Thom. 2. phy sico. cap. 3. lectio 4 tex. 24. dicens; sicut dicitur in prima Philosophia, dupliciter dicitur id cuius causa fit, scilicet cuius, & quo, sicut finis domus, vt cuius, est habitator, vt quo, est habitatio. Eadem tamen diuisio per verba, cuius, &, cui, recte etiam explicari potest, vt finis, cuius, dicatur cuius obtinendi gratia agimus, cui, vero ille, cui bonum optamus, & sane Arist. 2. post. cap. 11. & 2. Physi. cap, 3. tex. 29. agens de fine & cuius gratia, nunquam ponit exemplum in eo cui bonum optamus, sed in optato bono, ergo signum est, hoc potissime appellari, cuius gratia. Rursum eadem diuisio forte commodius explicabitur, vt sanitas dicatur finis, qui, & homo, cui, nam sanitas est finis, qui intenditur, & homo est, cui intenditur propter se sistendo in illo per amorē, scilicet amicitiæ; si enim alicui sanitatem volo vt mihi inseruiat, non est ille finis, cui, sed ego quia licet illi bonum optē, nō tamē sisto in illo; sed ei propter me bonum appeto, quamuis ergo membra illius diuisionis varijs modis possint appellari, tamen, vt communē modum loquendi sequamur, vocabimus ea finem cuius, & cui.

3. Difficul. Difficultas est, quibuscumq. verbis ea diuisio explicetur, quis horum finium habeat magis proprie rationem finis, is cui opto bonum, aut bonū ipsum? Prima sententia est id solum habere stricte & proprie rationem finis, cui, bonū opto. Ita Gab. 2. d. 1, q5. art. 1. notabili. 1. Oham. 2. q. 3. art. 1. quitamen sibi expresse aduersatur; nam eadem q, art. 2. corolario. 2. ait; sanitatem quam mihi appeto, etiā habere verissime causalitatem causæ finalis, ergo finis proprijssime dicitur. Hæc opinio est Heruæi, quodlib 2. q. 1. vbi finem cuius, ait esse instrumētum finis, cui, quē principalē appellat.

1. opinio.

1. arg. 1. sententiç. Hęc sententia his argumentis suadetur; primum quia finis proprie et stricte sumptus non amatur propter alium; sed bonum quod alicui opto amatur propter illū cui bonū opto; ergo non est finis proprie, & stricte sumptus. Minor patet, amatur enim quia est bonum illius, ergo propter illum. Secundum, amor finis proprie dicti non supponit alium, sed amor boni quod alicui opto supponit alium amorem, scilicet eius cui illud opto; ergo tale bonū non est finis proprie dictus. Tertium, illud est proprie finis, quod simpliciter amatur, sed is cui, opto bonum simpliciter à me amatur, bonū, vero quod illi opto amatur secūdum quid, vt expresse docet D. Thom. q. 26. art 4. ergo.

2. 3.

Quartum, quia bonum quod opto & procuro alicui, est effectus meus, sed omnis meus effectus habet causam finalem, ergo tale bonum habet causam finalem, non autem aliam nisi finem, cui, quia non intenditur vlterius bonum neque ipsum est finis suimet, ergo finis, cui, est finis talis boni, ad proinde non est proprie finis, cum in eo non sistat amor agentis: sed magis habet rationem medij, quatenus amatur propter finem, cui, & quatenus est illi proportionatum, & conueniens.

4.

Secunda sententia asserit, solum bonum quod alicui opto. esse finem stricte & proprie: & finem cui esse finem late tantum. Ita Vazquez hic disp. 2. & quidam relati a Fonseca & Oham supra. Suaderi potest. Primo nam finis, cui, est subiectum, subiectum autem non est proprie finis. Secundo probatur, quia Arist. 2. post. cap. 11. & 2. Physi. cap, 2. 3. 5. & 6. & 5. Metaph. cap. 2. ponens exempla de fine, non meminit finis, Cui, sed tantum boni, quod rei optatur; Vnde illo. cap. 3. finem ait esse bonum rei. Idem patet. 2. Physi. cap 7. vbi ait, finem esse primum in intentione, & vltimum in executione, quod fini, cui nō cōpetit. Et similiter ait, finem coincidere cum forma, quæ est effectus agentis, ergo sentit finem, cui, non esse, proprie finem. Quod aperte constat. 2. Physi. cap. 2. tex. 24. vbi sic ait; *Vtimur tanquam propter nos omnibus quæ sunt, sumus enim quodammodo & nos fines; dupliciter enim dicitur id cuius causa fit, vt in prima Philosophia distinximus.* Alij simpliciter legunt *in philosophia*; ecce Arist. aperte dicit, nos esse quodāmodo finem, quia finis, cui, non est simpliciter & proprie finis sed quodammodo, & secundum quid. Sed respondet Fonseca, verbum, quodammodo, ita accipiendum esse, vt propriam rationem finis non imminuat, sed alium modum fini afferat, quasi dictum sit; sumus enim & nos fines eorum quę arte fiunt, sed alio quodammodo. Dixerat enim paulo ante, *idquod generationis extremum est finem esse*, quod plane intelligitur de fine cuius. Præterea si imminuendi causa verbo illo vsus esset, non statim simpliciter & sine adiectione subiecisset duos esse fines à se in Philosophia traditos, hoc est in quibusdam libris de Philosophia inscriptis, qui non extant. Ijs enim verbis finem, cuius, & finem, cui, significauit, quod postea. 2. de anima, cap. 4. bis aperte retulit. Alia expositio citati loci esse potest, vt appellet Arist. quodammodo finē non omnes homines, sed eos tantum qui vtuntur his verbis, quæ ab alijs artificiosè fiūt, eoquod artifices nō simpliciter, sed quodāmodo propter alios opera artis conficiant.

4. 2. sentent.

1. arg.

2. arg.

Simpliciter enim propter se lucrumq; inde percipiendum operantur. Itaque non solum finis, cuius, sed etiam cui; proprie & simpliciter finis appellari potest. Hæc Fonseca acute satis dixit, & sufficere possunt ad eius sententiæ defensionē. Verum cum Arist. de hominibus generatim loquatur, &, quodammodo, apud ipsum & alios nota imminuens esse soleat, probabilius videtur ex mente
3. Arist. finem, cui; non esse proprie finem. Tertio probatur, quia finis proprie dictus intendi & obtineri dicitur, finis autem, cui, non intenditur, nec obtinetur: ergo. Quarto, quia
4 habito fine proprie dicto, cessat motus, sed habito fine, cui, non cessat motus, ergo non est proprie dictus. Quinto, alioqui dicen-
5. dum esset, hominem esse finem visionis beatæ, & amoris Dei, & omnium aliarum operationum, & perfectionum, imo ipsius Dei, qui est bonum amatum ipsi homini per spem & amorem concupiscentiæ, imo & charitatis, si consideretur homo, vt est aliquid Dei; cōsequēs nō videtur opinabile; ergo finis, qui, non est proprie finis. Sexto, quia D. Thom.
6. 2. animæ, cap. 4. tex. 35. subiectum, cui optatur bonum, appellat finem, & cuius gratia indirectum, sed finis indirectus non est proprie
Confirm. finis: ergo. Et confirmatur, nam D. Thom. 1. par. quæst. 5. art. 6. solum bonum honestum & delectabile ait esse finem, bonum autem tam honestum quam delectabile est finis cu-
7. ius, ergo solus finis, cuius, est proprie finis.
3. Solut. Tertia sententia, in vtroque saluari veram & propriam rationem finis, interdum vero ita coniungi, vt ex vtroque coalescat vnus integer finis. Ita Fonseca, & Suarez supra; & & ait esse consonum Arist. 2. animæ textu, 35. & 37. vbi Arist. vtrumq. finem, cui, & cuius, appellat finem simpliciter & absolute, & ratione probat Suarez, nam vterq. horum finium potest per se excitare voluntatem, & ab ea dirigi, seu intendi propter bonitatem suam. Sic enim quando homo inquirit sanitatem, se diligit, cui sanitatem vult, propter suum commodum, & perfectionem, quam propter se appetit, propter summam coniunctionem, vel potius identitatem, quam secum habet, similiter diligit & intendit sanitatem propter perfectionem ipsiusmet sanitatis, in quo magna est differentia inter medium & finem cuius consequendi gratia operantur. Nam medium solum amatur alterius boni obtinendi gratia, non vero bonum illud quod propter se alicui optamus; vnde fit vt totum hoc (verbi gratia) homo sanus, sit integer & adæquatus finis sumendi amaram potionem, & similiter totus finis exercendi aliquem actum intellectus, vel alterius potentiæ, qui propter se optatur, est potentia perfecta per talem actum, licet potentia sit finis respectu operationis, & operatio finis, cuius consequendi gratia operatur ipsa potentia, quod latius prosequitur ista opinio.

Sed licet quæstio videatur de modo loquēdi, retinenda videtur secunda sentētia quę est cōformior Aristoteli & conmuni modo loquē di, melioribusq. fundamentis nititur vt omnium collatione constare poterit, argumenta enim primæ opinionis facile diluuntur. 6. Opin. tut. Solus finis, cuius gratia, est finis proprie.

Ad primū. n. R. finē proprie dictū nō amari propter alium adipiscendum, bene autem propter alium perficiendum, qui est finis, cui, & improprie tantum dicitur finis. 7. Ad vltim. arg. 1. op.

Ad secundū R. amorē boni quod alicui opto nō supponere alium amorē, cū bonū, quod alicui opto, ad alterius boni consecutionē nō amatur: ipse tamen actus, quo opto alteri talebonum est amor amicitię respectu amici, & quo opto mihi bonum, est amor cōcupiscentiæ respectu mei, nā eodē, me amo non amore amicitiæ (vt perperā dixere Oham & Gab. supra) si quidem amicitia est ad alterum non ad se, sed amore concupiscētiæ proprijssime dicto, quod addo, quia amor quo volo bonum amico, quia bonum illius est, respectu boni optati dicitur etiam concupiscentiæ (late tamen) ut docēt D. Thom. & Caiet. q. 26. art. 4 & Vazquez lib 6. de adoratione disputat. 1. c. 3. n. 18 Ad 2. ar.

Ad tertium respondetur, finem cuius adipiscendi gratia operamur, simpliciter amari; si per se, & sine vlla comparatione sumatur, & spectetur, collatione eutem facta ad illum, cui bonum optamus, non dicitur amari simpliciter, sed secundū quid, & hoc tantū voluit D. Thom. vt cum dicimus, accidens non esse ens simpliciter, sed secundum quid, id verum est, si cum substantia cōferatur, vt etiā substantia creata collata Deo est ens secundū quid, tamē si in se spectetur, non solum substantia creata est simpliciter ens, sed etiā accidens. Sic etiā virtutes acquisitę, si cum infusis conferantur, non sunt virtutes simpliciter, secus si in se ipsis spectentur. Ad 3.

Ad quartum R. vltimum effectum agentis considerari dupliciter, scilicet in intentione, & executione. 1. modo spectatus, est causa finalis suimet. 2. mō spectati; & ideo ille dicitur propter se intentus, quia videlicet agens non intēdit ipsum propter alium finem, sed propter ipsumet. Vnde cū sanitas dicitur amari propter hominem, particula, propter, non dicit finē proprie dictum, sed late dictum, qui coincidit cum materia & subiecto, cui sanitatem opto inhærere. Ad 4.

Ad primū fundamentū tertię opinionis, vel sententiæ R. licet Arist. eo loco finem, cui, appellet finem, tamen non vult esse simpliciter finē, sed secūdū quid; & improprię, vt colligitur ex 8. Ad 1. fundam. 3. op.

ex alijs locis, in quibus vt diximus, agens de fine, solum bonum, quod nobis, vel alijs appetimus, finem vocat; & præsertim ex 2. Phys. tex. 29. vbi, finem, cui, appellat quodammodo finē vt notauimus. Ad secundum fundamentū ex ratione R. cum quis alteri bonum aliquod optat non ordinatum ad alterius boni consecutionē, verbigratia, cum optat alicui sanitatem propter se ipsam: & sanitatem, & vnionē eius cum corpore, & corpus esse sanum omnia hęc finalizare proprie, & per modum finis, cuius adipiscendi, vel faciendi gratia homo operatur, quia sanitas non appetitur, vt sit absolute, sed vt sit in corpore & hoc est esse vnitam illi, & corpus esse sanum, vnde hæc omnia pro eodem fine reputantur, & pro eodem bono optato, ipsum vero corpus secundū se spectatum est finis improprie, quia non est bonū optatum, sed aliquid, cui optatur bonū, quod tantum habet rationem finis proprie. Vnde postea ex Arist. & D. Tho. docebimus, finem & bonum idem esse, quod tamen non esset verum, si is cui bonum opto, proprie esset finis, licet enim ille sit bonus, tamen vt est cui bonum opto, non consideratur vt bonus, sed vt boniratis accessuræ subiectum.

Ad secun.

9. 2. diffic. Quaratione finis, cui, sit principalior fine, cuius, secundum aliquos.

Hinc resoluitur alia difficultas, an finis cui, sit principalior finis quam bonum optatum? R. comparationem posse fieri in esse entis, & in esse causæ, & in participatione huius nominis finis. Si in hoc vltimo fiat comparatio, constat ex dictis finem, cui, esse finem minus principaliter, quia non est proprie finis; nec est inconueniens, si contingat esse perfectius in esse entis, imperfectiori modo appellari finem, hoc enim frequens est, sic Christus principalior est leone bruto, tamen imperfectius participant nomen Leonis, nō enim per proprietatem, sed per metaphoram, vel analogiam Leo dicitur.

Si in primo autem comparatio fiat, scilicet in entitate, non potest vniuersalis regula tradi. Aliquando enim finis, cui, est perfectior, vt cū homo appetit sibi sanitatem, aliquando imperfectior, vt cum quis appetit sibi Deum, vel forma materiam. an verō cum quis appetit sibi gloriam, vel gratiam, finis, cui, sit perfectior, pendet ex alia quæstione, quam suo loco discutiemus, an homo vel anima sit perfectior gratia & gloria, in quo sunt diuersæ opiniones.

Si autem in 2. scilicet in causalitate, vel ratione causæ fiat computatio, dicunt aliqui, idē esse quærere quis eorum sit principalior, quod quærere, quis magis ametur, magisq; intendatur? Et sane (inquiunt) videtur finem, cui, esse principaliorē, quia magis ratione sui diligitur, magisque in illo sistit motus voluntatis, solum (inquiunt) videtur obstare, quia cū per spem, & amorem concupiscentię nobis amamus Deum, non videtur affirmari posse, nos ipsos magis diligere quam Deum, alias esset inordinatus amor. Vnde distinctione, vel limitatione opus est, nam in bonis particularibus quæ præcipue, vel omnino amantur in commodum amantis, vel vt illum perficiant, vel sub aliqua alia habitudine ad illum; verum est finem, cui, principalius amari esseq finē quod probant rationes factæ. Et confir. nam sæpe bonum optatum supponit absolutum amorem personę, cui optatur, & eius expetitio ex amore illius personæ nascitur, sic enim homo interdum amat seipsum amore benevolentiæ, & ex illo amore optat sibi sanitatem, & propter ipsam, & propter alios fines homini conuenientes. Quod signū est finem, cui, esse principaliorem, magisq; dilectum. Quando autem bonum optatum est summum & finis vltimis, si ordinate amatur, & intēditur, semper debet retinere principaliorem rationem finis, magisqui trahere ad se intentionē operātis, quia cum sit finis vltimus simpliciter, non potest ita referri in alium sub aliqua ratione finis, vt in alio principaliter sistatur. Atq. ita, cum homo intendit consequi Deū, licet ipse sit aliquo modo finis, cui bonum illud quæritur, tamē absolute potius homo ordinat se ipsum ad illum finem, nam vult coniungi illi bono, vt vltimo fini suo. Quo fit, vt licet in illo motu, & tendentia respectu mediorum, & operationis homo proprie dicatur finis; tamen respectu ipsius Dei, qui principaliter quæritur, non tā dicendus sit finis, quam subiectum, quod ordinatur ad consequēdum illum finē, quāuis etiā vocari possit finis cui, ita tamē vt potius dicatur ordinari ad alterum finem obiectiuum, & vltimum quam alium ad se ordinare. hæc illi.

Superior sententiare iscituretc. restituitur.

Quorū sententia minime placet, primo, nā etiam cum dicto mihi bonum primatum, non sum proprie finis, vt dicebam, ac proinde nec causa finalis, ergo nō sum principalior in causando, seu in ratione finis, & causę finalis. Patet cōsequētia, quia quod principale est in causando finaliter, principalius meretur nomē finis, & causæ finalis. Cōfirmatur, quia Arist. 2. Phys. c. 7. docuit, finem coincidere cum forma, nō vero cum efficiente, ergo sensit, efficiens etiā cū sibi formam aliquam intendit, verbigratia, sanitatem, non esse proprie finem, seu causam finalem, sed materialē, quia est subiectū. Secundo, quia falsum est, cum mihi amo sanitatē, ex amore, quo me amo, oriri amorem sanitatis sed eodem amore amo & me, & sanitatem, est enim amare me, velle mihi sanitatem, & hoc ipsum est amare sanitatem amore concupiscentiæ, & esto amor sanitatis oriretur ex amore personæ, & ideo admitteretur magis amare personam, quam sanitatem,

non recte colligitur, personã esse principaliorem finem, & causam finalem. Neque enim quod magis amatur, magis finalizat, sed id maxime, imo id tantum dico finalizare proprie, quod propter se intenditur alicui: persona autem, cui volo sanitatem, non intenditur; ergo neque principaliter, neq. vllo alio modo proprie finalizat. Tertio si id admittitur, quãdo ego mihi opto alia bona, non video cur nõ sit admittendum, cum mihi apto ipsum Deũ per spem & amorem concupiscentiæ; nec enim inde sequitur aliquod absurdum, sed id quod verissimum est, de mente D. Thom. Caiet. & aliorũ q.26.art.4. Vazquez. 3.lib.de adoratione, disput. 1. cap. 3. numero. 18. asserentium, magis amari id, cui bonum volo quam ipsum bonum, quod non minus, nec minori ratione verum est in amore, quo mihi opto summum bonum, quam in alijs. Hoc tamẽ est discrimen, quod cum amo me hac ratione magisquã Deum, soleo amare Deũ amore amicitię, magis quam me ipsum, & saltem debeo non habere actum contrarium. Et quia in eo amore amicitiæ simpliciter præfero Deum, ideo etiam si habeam illum amorem concupiscentiæ, quo potius dicor amare me quam Deum, nõ dicor simpliciter me magis amare, sed secundum quid, nec in eo amore concupiscentiæ est vlla peruersitas, vel inordinario, nec ordino Deum ad me tanquam medium ad finem, sed tanquam finem verum vltimum ad subiectum, vel finem, cui; quod non est vitiosum, sed studiosum maxime.

Sectio secunda de alijs diuisionibus finis.

11. *Variæ aliæ visionis finis.*

OMISSO fine, cui, de quo dixi non esse vere & proprie finem, finis, cuius efficiendi gratia operamur, diuiditur primo in finem, qui est vltimus in sua serie & ordine, & appetitur propter seipsum, & in finẽ qui non est vltimus in sua serie & ordine, 1. *diuisio.* nec appetitur propter se, sed propter aliud bonum, seu alium finem; vt cum mihi appeto sanitatem propter se ipsam, & quia ipsa secũdum se est mihi conueniens, illa est finis vltimus in sua serie, & in suo ordine, & est finis in omni proprietate & rigore. Applicatio vero herbę, quam in agro quæsiui, est finis non vltimus in sua serie, & ordine, ac proinde non est simpliciter finis, cum finis vt ipsum nomen, sonat dicat vltimum, & cũ nullus affectus agentis in eo sistat, & cum non propter se appetatur, hoc enim est de ratione finis proprie dicti, vt postea videbimus: participat vero non nihil de ratione, vel conditione finis; scilicet vt aliqua propter illum appetantur: Et si fuerit proximus primo medio, appellatur finis proximus, reliqui vero vsque ad vltimum in sua serie appellantur remoti, & præcipue ipsemet vltimus in suo ordine, qui quidem licet respectu actuum, qui sunt in ea serie & ordine, sit finis vltimus, potest in alia serie, & ordine habere rationem medij, vel puri, vel mixti cũ ratione finis non vltimi in tali serie. Si enim appetatur vt primũ mediũ ad aliquẽ aliũ finẽ, habebit rationem puri medij, si vero non sit primum medium, sed aliud mediũ fuerit ordinatum ad ipsum, erit finis non vltimus in ea serie, siue proximus, siue remotus; & ex vsu Aristo. finem non vltimum in sua serie aliqualiter habere rationem finis, patet ex 2. Metaphy. cap. 2. vbi ostendit, non dari processum infinitum in finibus: ergo sentit, dari aliquem, scilicet quando vno medio volo consequi aliud, & illo aliud, donec consequar bonum per se expetibile, quod est finis proprie dictus, media vero sita inter ipsum finem proprie dictum & primum medium dicentur late & improprie fines, imo medium primum in executione, quatenus terminat actum voluntatis, ita vt in eo sistat, nec vlterius tendat in aliud tanquam in obiectum, dici potest finis proximus (vt latius dicetur disputatione quinta, sectione secunda) sed ad huc minus proprie quam medium, in quod aliud medium fuerit ordinatum; præsertim autem poterit dici finis, quando fuerit desideratũ sine cogitatione, & formali intentione alterius finis, sed cum sola virtuali; suo enim loco dicemus, electionem medij posse permanere absque actuali intentione, vel cogitatione finis, & quia tunc totus affectus formalis, & actualis ipsius agẽtis sistit in ipso medio, ideo medium ipsum habet aliqualem rationem finis, etiam si sit primum medium, & dicitur late finis proximus, magis autem proprie secundum medium, & reliqua, sed proprijssime illud bonum quod propter se expetitur, & nõ ob aliud erit finis siue alia appetantur propter ipsum, siue non. Finis autem vltimus in sua serie & ordine sub diuiditur primo in finem vltimum simpliciter, & secundum quid: vltimus simpliciter est summum bonum, in quo formaliter, & eminenter sunt omnia bona, seu omnes fines, quos homo potest amare, & quærere, & ideo vltra illud nihil est quod desiderari aut quæri possit, de quo late dicetur disputatione 7. sectione. 1. Alius finis est tantum vltimus secundum quid, & in sua serie, quia est bonum quodam particulare, in quo nec formaliter, nec eminenter includuntur omnia bona, quæ desiderari possũt, & ideo etiam illo habito, aliquid restat desiderãdum, & quærendum. 12. 1. *subdiu.*

Secun-

13. 2. Subdiuid.

Secundo subdiuiditur finis vltimus in sua serie abstrahendo ab vltimo simpliciter,& secũdum quid,in finem,vt res, & vt adeptio,seu possessio,vel finem qui, & quo, seu formalem & obiectiuũ, omnibus enim his vocibus mẽbra diuidentia explicãtur. Exemplum autem, primi est sanitas, honor, vel Deus, secundi autem exemplum est consecutio, seu possessio sanitatis, honoris,vel Dei. Hæc diuisio sumitur ex D. Thom.in hac 1.2.q. 2. art.8 (vbi pro ea adducit Arist.5. Metaph. & aliqui dicunt haberi tex.22. vbi tamen nihil habetur) & q. 2. art.7.& q.3.art.1.& art.8.ad 2.& q. 11.art.3. ad 3.& 1.d. 1.q.2. art.1. ad 2. Duran. 4. dist. 49. q.2. Naua.cap.inter verba, concl.5. nu. 8. licet alijs terminis vtatur,scilicet finis, cuius,& finis,quo,& male exempla ponat in pecunia, & eius acquisitione, possessione, & vsu, nam pecunia non est proprie finis,cũ non sit propter se expetibilis, vt ibidem numero præcedenti docuerat cum D.Tho. 1.2.q.2.art.1. ergo nec acquisitio,nec possessio pecuniæ est finis,quo. Et esto id admitteremus in his,tamen in vsu pecuniæ admitti nõ potest,quia vsus pecuniæ tantum est finis proximus improprie dictus,ad quem ordinatur pecunia ipsa, quæ tamẽ in bonum propter se expetibile ordinatur,vt in finem proprie dictum. Sed his omissis,quæ parum referunt,cum exemplorum nõ requiratur veritas, & quia in pecunia, & alijs finibus improprie dictis suo modo locum habet distinctio de fine,qui,& quo. Obseruãdum est cum D.Tho.q.11.art.3.ad tertium,finem, qui & quo,integrare vnum finem,seu pro eodem fine reputari, nam in affectu vnus ab alio diuelli, distrahiq. non potest; cum enim opto rem, eo ipso, & formalissime opto eius possessionẽ,& è conuerso,in executione enim nõ separãtur,nam ipsa executio est finis, quo, & hæc non datur sine re adepta quæ est finis, qui. Et cum operans, vnum quemq. horum finium appetat tanquam vltimum & vtrumq. per modum vnius, nequaquam illo actu vnus ad alium ordinatur,licet interdum contingat, alio actu vnum ad alterum ordinari,vt mediũ ad finem,cui, vt quando visionem ordino ad Deum, quia illa obtinere volo gloriam Dei.

14. 2. diuisio. principalis.

Secunda principalis diuisio finis,cuius gratia res est vel fit,est in finem operationis, & in finem rei factę. Sumitur ex Arist,2.Phy.cap.2. vbi ait,finem generationis esse formam geniti,& 2. cœli. cap.3. vbi ait, vnum quodq. esse propter suam operationem. Ex quo sequitur id,quod docet Auerroes.4.cœli:textu 22.operationem formæ genitæ esse secundario & remote finem generationis,nam proximus finis generationis est res genita, huius autem eius operatio. Si dicas,generationis finem proximum non esse ipsum genitum,sed eius formã. Respondetur, idem esse formam rei genitæ,& rem ipsam genitam esse finem generationis, quia forma non est finis, nisi vt vnita materiæ, In vnione autem materiæ,& formæ cõsistit essentia rei genitæ: & saltẽ finis remotus generationis erit res genita, & consequenter etiã eius operatio, maxime cum operatio sit finis formæ,& hæc proculdubio ex sententia Arist. sit finis generationis. Circa hanc diuisionem aliqua aduertit Suarez tom. 1. Metaph. disp. 23.sect.2. quæ quia clara sunt,omitto.

15. 3. diuisio.

3. Diuisio finis in operationem, & rem factam, seu resultantem ex ipsa operatione, vt finis alterationis est generatio, & res genita. Hæc diuisio clara est,primum eius membrum subdiuiditur in finem,qui est operatio nullum relinquens effectum,& in eum,qui est operatio relinquens effectum. Exempla sunt primi contemplatio,saltatio,citharizacio, cantatio &c. Secundi autem est ædificatio, generatio, sanatio &c. sumitur ex Arist. 1. Ethi.cap.1.& 1.magnom.oralium cap.3.Circa hanc autem subdiuisionem aduerte 1. omnem actionem, si sit de genere actionis, habere terminum intrinsecum, qui per eam producitur & conseruatur,sic per trãssubstãtionem cõseruari substantiam corporis Christi, docet Suarez in materia de Eucharistia, quamus aliqui merito & postea & antea senserint actionem conuersiuam,nec esse productionem, nec conseruationum corporis Christi. Sic etiam per visionem contemplationem, & alias actiones immanentes de genere actionis,sentio produci qualitates quasdam,quæ etiam actiones immanentes dici possunt, & hæ non habent terminum intrinsecum per eas productum, sed cognitum, vel amatum &c. Licet enim per contemplationem de genere qualitatis producatur verbum secund. D. Thom.& ex sententia multorum per amorem producatur aliquid proportionale verbo, tamen hoc non est terminus intrinsecus, seu intrinsece inclusus incognitione,seu dilectione, siue sumantur vt sunt de genere actionis, siue vt sunt de genere qualitatis, de quo alibi dicemus. Similiter citharizatione producitur sonus, qui licet breuissimo tempore duret post actionem, tamen quia parum est, pro nihilo in moralibus reputatur, ideo citharizatio dicitur nullum effectum relinquere.

Subdiuisio. 1. mẽbri.

Not.1.

Actio cõuersiua patnis in corpus Christi non est conseruatiua.

Secundo aduerte, prædictas actiones aliquando relinquere effectum,sed illum non esse intrinsecum terminum actionis, vt citharizatio relinquit calorẽ, vel lassitudinem in manu,& contemplatio aliquando relinquit habitum, licet non semper. Quando enim est supernaturalis,vel inuenit habitum genitum,nõ producit habitum,vt latius in materia de habitibus.

Not. 2.

Tertio

Not.3. Tertio aduerte, in actione immanenti de genere actionis, non tantum esse finem qualitatem, quæ per eam producitur; sed interdum etiam obiectum ipsius, videlicet quãdo actio immanens est acquisitio, tentio, possessio, vel vnio rei bonæ, vt visio, & dilectio Dei. Aliquãdo tamen obiectum non est finis agentis, vt cum volo intelligere peccatum, intellectio peccati est finis meus, non tamen ipsum peccatum, quia intellectio peccati non est acquisitio, tentio, vel possessio rei bonæ, nec vnio cum re bona.

16. 4. diuis. Quarta diuisio potest esse iuxta Auicennã, 6. Metaph. c. penult. in finem, qui est forma in patiente, qualis est forma, quæ producitur, vel vnitur, materiæ per generationem; & in finem, qui est forma in agente: vt cum quis per actionem immanentem de genere actionis producit in se actionem, quæ est forma de genere qualitatis.

17. 5. diuisio. Quinta diuisio in finem, qui producitur ipsa operatione, & in finem, qui nõ producitur ipsa actione, sed obtinetur. Est D. Th. 3. cont. gent. c. 18. Valentiæ hic, disput. 1. q. 1. puncto. 1. Exẽplum primi est in generatione, qua producitur ipsum genitum, & eius forma, præterquam in generatione hominis, in qua nõ producitur forma, sed obtinetur. Et hoc potest esse exemplum secundi membri, sed potissimũ est in Deo, qui est finis nostrarum actionum, & aliorum, vt etiam docet Arist. 2. cœli tex. 64. & 12. Metaph. tex. 36. tamen non fit, sed obtinetur à nobis. Quare cum Arist. 2. Phy. c. 2. & 7. dicit, formam esse finem generationis, intelligitur, quia per generationem fit, vel vnitur materiæ, & obtinetur ab ea.

19. 6. diuisio. Sexta diuisio in finem operis, & operantis. Finis operis est, ad quem natura sua accommodatum & ordinatum est, vel ex sua primæua, & connaturali institutione, vt domus ordinatur ad repellendas iniurias temporis. Operantis vero est, quem operans intendit, vt cum quis ædificat domum, vt eam locet, vt inde lucrum, & alia bona consequatur. Hac diuisione vtitur D. Tho. 2. d. 1 q. 1. art. 1. & 3. & d. 36. q. 1. ar. 5. ad 5. & d. 38. art. vlt. & 4. d. 16. q. 3. a. 1. q. 2. ad 3. & 22. 4. 141. art. 6. ad 1. & de malo. q. 1. art. 4. ad 9. Medina infra q 18. art. 4. Nauarr. c. inter verba, concl. 5. nu. 28. licet dicat, obiectum operis esse finẽ ipsius, & ideo vnius operis vnum tãtum finem proprium esse posse. Sed fallitur, nam obiectum sæpe non potest dici proprie finis, cum scilicet non est per se bonum, sed relatione ad aliud, vt domus non est per se, & ex se bona, sed propter alios fines. Deinde rem, vel operationẽ posse ex se habere varios fines, patet in lingua, vel eius creatione, cuius finis est locutio, & gustatio &c. Hanc diuisionem perperã reiecit Duran. 2. d. 1. q. 6. num. 5. quia non aduertit, finem operis non vocari quemcunq. eius finem, sed intrinsecum, & quasi natiuum; vt in domo, defendere ab iniurijs temporis: operantis vero, qui est extrinsecus, & aduentitius operi: intenditur tamen ab operante, vt locatio domus: & ita non bene dixit Duran. omnem finem operãtis, vt operans est, esse finem operis, scilicet intrinsecum, & cõnaturalem.

Ibidem tamen num. 6. & 8. septimam diuisionem non contemnendam posuit Duran. scilicet in finem operãtis, vt ens est, & vt operans est: finis hominis, vt ens est, est felicitas, vt operans vero est; quem ipse sibi proponit, sic enim ait Duran. Deum, vt ens est, nullum habere finem, secus tamen vt operans, de quo postea dicemus. Vide alia apud Conimbricenses. 2. Physic. cap. 7. q. 20. art. 2. 20. 7. diuisio.

Disputatio tertia de existentia, essentia, & causalitate finis.

FINEM esse nemini vnquam fuit dubium, nec Arist. 2. Physic. cap. 8. & 1. metaph. à cap. 3. & 1. de partibus animalium, cap. 1. reprehendit aliquos ex antiquis Philosophis, quia generaliter finem negauerint. In actionibus enim humanis manifestum est, finem aliquem intẽdi, quod etiam probabitur facile disput. 3. sect. 2. tantum ergo philosophos illos reprehendit, quòd aliqua naturalia dixerint, non fieri propter finem; sed temere, & casu ex necessitate materiæ. Supposita ergo finis existentia, ad eius essentiam & causalitatem explicandum accedamus. 1.

Sectio. 1. Vtrum finis sit vere & proprie causa operationis vel rei, quæ propter finem est vel fit.

PARS negans his argumẽtis suaderi posset; primum, nam omnis causa est principium, sed finis non est principium, quin potius opponitur principio, vt ex ipso nomine constat, & ex Arist. 3. metaph. cap. 2. tex. 3. ergo. Confirmatur quia causa est ad quam sequitur aliud, sed ad finẽ non sequitur aliud, cũ ipse sit vltimum, vt nomen sonat, ergo. Et saltẽ cum finis, vt sic, sit vltimum, non erit causa vt finis est, sed alia ratione, atq. sub ratione finis potius erit effectus. 2. Pars nega. prin. 1. argum. Confr.

Secundum, finis non influit ante quam fit, quia quod non est non potest habere influxũ; neq. quando est, quia obtento fine cessat motus, ergo. 2. argum.

Tertio, si finis est causa intentionis ipsius, & ele- 3. argum.

& electionis atq. executionis mediorum, cõsequenter erit causa sui ipsius,quod repugnare videtur;nam sicut nihil potest esse sui ipsius causa efficiens,ita nec finalis.Maior patet,nã quodest causa mediorum, consequenter est causa finis.

4.argum. Quarto quia causa dicit relationẽ realẽ ad suos effectus,sed finis nõ dicit relationẽ realẽ ad suos effectus:ergo non est vere eorum causa;minor patet,quia vnus effectus finis est ipsemet finis, eiusdem autem ad seipsum nõ est relatio realis, alij effectus sunt intentio finis, electio,& executio mediorum:ad hos autem finis non potest habere relationem realẽ,quoniam hæc petit extrema actu existentia,quãdo autem est finis non sunt hi effectus; ergo.

Solutio. Replica. Dices esse in intẽtione,& apprehẽsione:cõtra quia res existentes in sola intẽtione vel apprehensione non fundant relationẽ realem, alioqui inter albedines non existentes in re,sed in sola apprehensione esset relatio realis. Confirmatur,quia aliquando finis est impossibilis,& fictus, in fictis autem relatio realis esse non potest.

5.argum. Quintum, quod tantum mouet metaphorice non est proprie causa sed finis mouet tãtũ metaphorice.1.de genere,c.7.tex. 55.ergo.

6.argu. Sexto,si finis causaret res externas maxime causando amorem sui, & mediorum, sed sic non causat, quæ fiunt à Deo, quia amor finis & mediorũ à Deo non est causatus, ergo finis non erit causa eorum, quæ à Deo fiunt.

Confirm. Confirmatur,nam finis in rebus naturalibus non causat amorem sui,nec in Deo,qui est earum author,ergo finis nullo modo erit earum causa;nec tamen ideo illæ temere agent, & non propter finem,quia sine vlla finis causalitate ipsæ agerent propter finem,quem appetunt appetitu innato & pondere naturæ: frustra ergo in agentibus naturalibus conficta est ab Arist.vera & propria causalitas finis.

7.argu. Septimo,si finis causat res externas causando amorem sui & electionem mediorum, ergo remote tantũ,& quasi per accidens causabit res externas,quod forte nõ admittetur.

3. Pars affir.tenẽda nẽpe finẽ esse vere et proprie causam. Oppositum tenet Arist.2.metaphy.cap.3. & lib.5.cap.2.& lib.11.cap.1.& 2.& 2.phy. cap.2.;.& aliis,& 2. post. cap.11.& sæpe alibi. Plato in Phædone vbi idem tribuit Socrati, & ait, solum finem esse causam,scilicet primam.

1.ratio. Probatur. 1. qui à particula, propter, dicit causam,sed res sunt & fiunt propter finẽ, ergo finis est vere causa.

2.ratio. Secũdo,id à quo pẽdet res,est causa ipsius, sed res in suo fieri & esse pendet à fine amato, & apprehenso,ergo.

3.ratio. Tertio,mouere est causare,sed finis mouet nos ad sui amorẽ,& ad electionẽ,atq.executionem mediorũ,ergo vere causat hæc omnia.

4. Ad argu. partis negatiuæ. ad 1.arg. Ad primum in oppositum R. finem esse principium.quatenus in intentione,vel saltem apprehensione antecedit suum effectum,licet in executione sit posterior suo effectu,& hac ratione opponatur principio,id est causæ efficienti,quæ in re & ordine durationis vel naturæ debet esse prior. Per quod etiam patet ad confirmationem; ad replicam autem quæ cõtra solutionem fit. R. admittendo finem sub conceptu finis & vltimi in executione non esse causam, sed sub conceptu principij, & vel in intentione, vel apprehẽsione,interdum tamen finis non sumitur pro eo tantum, quod est vltimum, sed pro vltimo cuius gratia, & sic finis etiam sub conceptu finis est causa finalis.

Ad cõfir.

Ad 2.argum. Ad secundum R. influere antequam sit in re,non tamen antequam sit in intentione, vel apprehẽsione, & loquimur de fine cuius consequendi gratia operamur,non de fine,qui, nã hic sæpe est prior in re,licet non semper.Multi enim ad agendum mouentur amore liberorum, quos non dum habent, vt eis parent diuitias, & honores. Quo spectat illud Statij relatum à Cicer. dialogo de senectute; *Serunt arbores,quæ alteri sæculo prosint.* Loquimur etiã de fine,cuius,qui producitur ab agente,nõ de eo, qui obtinetur tantum; nam hic etiam antecedit in re ipsum effectum; sed non eius adeptio,& consequutio, quæ semper in re est posterior aliqua causalitate finis. Cur autem aliæ causæ non possint causare nisi actu sint, (quod de efficiente intelligitur, per se,vel per instrumentum) finis autem etiam si actu non sit,causare possit. Vide Fonsecam 5. Metaph. q.10 sect.3.& q.11.sectio. 4. ad 1. & Ocham. quodli.4.q.1.

Ad 3. argum. Finis quo modo se ipsũ causare potest. Ad tertium R.finem secundum vnum modum essendi causare seipsum in alio modo essendi,ita vt finis in intentione,& apprehensione causet seipsum in re, in causa autem efficienti id locum non habet, quia hæc causat, vt est in re,nihil autem causans, vt in re est, potest seipsum in re causare; secus, vt est in apprehensione,sic enim homo vt est in re,causat seipsum in apprehensione id est sui apprehẽsionem.Ita sentit Suarez,sed Soncin, 5. metaphy.q.3.ad 6.ait; quòd sicut forma pendet à materia,& materia à forma, tamen inde non sequitur,formam pendere à se ipsa; ita finis in re pendet à medio,& medium à fine in intentione, seu apprehensione; tamen inde non sequitur,finem pendere à seipso.

5. Ad.4 1. solutio. An finis referatur realiter ad suum effectum. Ad quartum Sonc.5.metaph.q.3.& Iauell. q.6.dicunt,finem,vt est in apprehensione; referri relatione reali ad suos effectus. Sed hoc est creditu difficile; quia relatio realis debet esse in subiecto realiter existente, finis autem non existit realiter,sed tantum eius apprehẽsio;

sio; ergo in ipso non erit relatio realis. Dices cum Sonci. argumentum suadere, in fine secũdum se non recipi relationem, sed secundum suam apprehensionem, ita vt relatio inmediate sit in ipsa apprehensione. Contra, quia apprehensio ipsa non causat finaliter, vt ratio causandi, sed vt conditio: ergo in ea non est relatio, à qua finis dicatur causa per se, & principalis in suo genere. Accedunt aliæ rationes positæ in argumento, quæ ægre dilui possunt. Vnde probabilius videtur, quod ait Suarez tomo 1. metaphy. disput. 23. sect. 1. & Fonseca. 5. metaphy. q. 10. sect. 3. ad finem, & Conimbricenses 2. Phys. cap. 7. q. 23. art. 3. ad 5. non omnem causam referri relatione reali ad effectum, vt patet in Deo, qui quoniam est superioris ordinis, non refertur relatione reali ad suos effectus. Finis autem, vel quia non distinguitur realiter à suo effectu, vt quãdo finis in apprehensione causat seipsum in re, idem enim est in re, & in apprehensione; vel quia non existit realiter cum causat, vt quãdo causat amorem sui, & electionem, atq. executionẽ mediorum. Dices saltem cum existit finis in re ante ista, scilicet, cum non fit, sed obtinetur per media, poterit referri relatione reali R. nequaquam, quia per accidens est quod existat, licet enim non existeret in re, posset finaliter causare. Alij aliam rationem reddunt, scilicet, quia finis in suo modo causandi est superioris ordinis; cum non ordinetur ad effectum, sed effectus ad ipsum: sicut Deus nõ refertur realiter ad suos effectus, quia non ordinatur ad ipsos.

Reijcitur

2. solutio vera.

Obiectio.

Solutio.

6. Dubiũ 1. an effectus referatur realiter ad finem. Respon.

Sed inquiris, an saltem effectus referatur relatione reali ad causam finalem, sicut creatura refertur realiter ad Deum licet nõ ècontra, & similiter scientia ad scibile, licet nõ ècõtra. Respondent aliqui, id esse probabile, maxime quando effectus non tãtum per extrinsecam denominationem, sed per intrinsecam habitudinem ordinatur in finem. Sed nihil refert existimo, ex natura sua, & per intrinsecã habitudinem, aut alio modo medium ordinari in finem; deinde nullã esse relationem realem prædicamentalem effectus ad causam finalem. Sicut enim realis relatio prædicamentalis requirit subiectum realiter existens, ita terminum realiter existentem, ideoq. vna cõditio relationis realis prædicamentalis est versari inter extrema actu existentia. Et eadẽ ratione videtur scientiæ adscibile nullam esse relationem realem prædicamentalem, sed trãscendalem tantum.

7. Dub. 2. R. An effectus relation. reali

Si petas an sic etiam effectus causæ finalis relatione reali transcendentali referatur ad suam causam; R. relationem transcendentalem esse intrinsecam, & essentialem rei, & quia intentio, & amor finis, & electio medij intrinsece respiciunt finem, in his dicam esse relationem transcendentalem ad finem, non secundum quod est causa, sed in sua essentia cõsideratum. In executione autem mediorum, quæ intrinsece non respicit finem, non ponam relationem transcendẽtalem, nisi forte egressio eius à fine diceretur esse aliquid reale absolutũ, de cuius ratione sit ordo transcendentalis ad finem. Sed infra ostendemus, tale absolutum constitui non debere.

trãscẽdẽte referatur ad causam finalem.

Dices, si finis non causat relatione reali, nec effectus dicitur causatus relatione reali: ergo nec finis erit causa realis, nec effectus erit effectus realis. Negatur consequentia, quia sicut Deus dicitur causa realis ab actione reali, quæ est in creatura, quæ actio esset etiam si in creatura nulla esset relatio realis prædicamẽtalis ad Deum: ita finis dicetur causa realis à causalitate sua; quæ realiter est in suo effectu, licet in eo nulla sit relatio realis, & ab eadem entitate dicetur effectus realiter prodire à fine, sicut ab eadem entitate dicitur vna res agens, alia vero patiens.

8. Obiectio contra supradicta. Solutio.

Ad quintum R. finem non mouere metaphorice finaliter, sed metaphorice efficienter, itaq. efficientia tribuitur illi per metaphorã, finalizatio vero respectu actuum internorum, & externorum, qui ab illo procedunt, tribuitur ei proprie. Vnde Arist. loco citato in argumento non dicit, finem mouere tantum metaphorice, sed agere, aut efficere metaphorice, & abusiuè. Idemq. sentit D. Thom. in hac q. art 1.

9. ad 5. arg.

Ad sextum R. finem non semper causare executionem mediorum, vel realem existentiam sui ipsius, causando vere amorem sui, vel mediorum; sed interdum causando illum metaphorice, & in proprie, vt contingit in Deo, in quo amor finis, & mediorum non est vere causatus à fine: tamen productiones creaturarum sunt vere causatæ á fine, vt postea latius dicemus. Et hinc patet, quomodo creaturæ fiant propter finem, quod immerito aliqui philosophi impugnati ab Arist. de aliquibus negarunt.

ad 6. arg.

Alia autem quæstio est, quomodo res naturales dicantur agere propter finem. Ad quam respondebimus postea, agere propter finem, non quidem ipso in illis, vel in Deo vere causante intentionem, aut appetitum finis; sed metaphorice, & impropriè, proprie vero actiones, quæ dicuntur esse propter finem.

Ad septimum respondetur, finem, etiam cum non causat amorem sui, vel mediorum, causare eorum executionem, & per accidens esse ad causandum hanc, causare prius illum, vnde quando hæc omnia causat, etiam causat immediate executionem mediorum; interdũ etiam causat immediate seipsum, vt in re existentem

ad 7. arg.

stentem,scilicet,quando sine vllo medio,per solam intentionem finis potest ipse in re poni, vt cum intendo amare,intelligere,mẽbra mouere, &c. Nec est inconueniens,eundem effectum vna ratione prodire immediate à fine, alia vero mediate; sic enim omnes creaturæ, fiunt immediate à Deo; & aliquæ etiam mediantibus aliis,vt causis secundis.

Sectio secunda,in quo consistat causalitas finis.

10. OBSERVANDVM est ex Caieta.2.2.q.17.art.5.sicut in agente consideramus rationem agendi, seu principium quo,& conditionem,sine qua non ageret, & ipsam actionem,quæ est eius causatio,vel causalitas (vt sic necessitate ducti loquamur) effectum,& relationem ad effectum:ita in fine cõsiderari rationem causandi,quam dicimus esse eius bonitatem propriam; & conditionem, quam dicemus esse apprehensionem, & causationem,seu causalitatem, de qua est præsens difficultas:& relationem ad effectum, quam non esse realem,sed rationis, sectione præcedenti ostendimus; & effectum ipsum, de quo dicemus postea.

11. *1.sentẽt.* Prima sentẽtia in hac quæstione,esse potest causare finaliter,seu finalizare(quod idem est, vt ait Caiet.supra)esse excitare voluntatem,vt eliciat primũ actum;quæ excitatio sit aliquid reale absolutum receptum in voluntate, & elicitum ab illa.Fundamentũ esse posset, quia *Fũdamẽ. 1.sentẽ.* finis est causa primi actu voluntatis; ergo primus actus est effectus finis. Ante primum autem effectum,siue actum datur eius causatio finalis,seu finalizatio, & nihil est in voluntate ante primum actum,quod possit esse causalitas finalis, nisi hæc excitatio, ergo hæc erit. *Reijcitur.1.sentent. Primo.* Hæc sententia absurda est (& vt puto) nullum pro se habet authorem,vnde in ea confutanda non oportet immorari. Breuiter ergo reijcitur.Primo ex D.Thom.qui influxũ causæ finalis non ponit priorem omni actu voluntatis,quin potius docet effectum finis includere.Patet de veritate,quæst.22.art.2.vbi ait, *sicut influere causæ efficientis est agere, ita influere causæ finalis est appeti,seu desiderari* scilicet, ratione propriæ bonitatis,vt colligitur ex Arist. 3.met.c.2.& de potentia.q.5.ar.1.*finis*, inquit *non est causa,nisi secundum,quod mouet efficientem ad agendum,causando in agente amorem, & intentionem finis*;causare autem in agente intentionem finis,non est excitare ad illam;ergo secũdum,D.Thom. non potest consistere causalitas finis in excitatione.

2.Reijcitur. Secundo, quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt;sed excitatio illa nõ est simul cum actu voluntatis,qui est effectus finis;ergo non constituit causam finalem in actu secũdo, seu actu causantem, ac proinde, nec est eius causalitas,seu finalizatio actualis.Minor cõceditur ab aduersariis, & est nota ex terminis, quia nihil excitat ad id,quod iam habet,sed ad id,quod posterius duratione, vel natura habiturum est.Si dicas,excitationem esse priorem ordine naturę,quam primus actus voluntatis: sicut enim omnis actio, qua aliquid producitur,est priùs natura quam effectus per eã producta,quia est via ad ipsum effectum;sic omnis causatio finalis,vel alia quęcunq; est prior suo effectu, cum sit via ad ipsum:ac proinde finalis causatio primi actus volũtatis est prior ipso secundum ordinem naturæ.Sed hęc solutio nulla est,nam causare & causari sunt simul natura,& similiter causans,& causatum,vt sic; sed causari nõ est priùs natura,quam id, quod causari dicitur,alioqui esse causatum,tamẽ nõ existeret, & causatio esset in causato ante quam esset ipsum causatum, ergo. Quæ ratio etiam probat in causalitate effectiua,& ita nõ admitto,esse viam ad terminum simpliciter, sed ad terminum in esse quieto,& permanenti,seu in facto esse;& confirmatur.1.quia actio est ipse effectus, vt egreditur, seu capit existẽtiam ab agente: ergo non est prior existentia effectus vtcumque; sed existentia eius, quasi in esse quieto:Eadem autem ratio est de causatione finali,& quacunq. alia:ergo finalizatio,nec ordine naturæ antecedit primũ actũ, & omnem operationem voluntatis. Quod euidenter probatur; suppositа doctrina aduersæ opinionis. Si enim causalitas, hæc antecedit omnem influxum liberum volũtatis; ergo est necessaria; ergo necessario consequetur effectum:sicut enim implicat dari productionem, quin sequatur ipse effectus, ita dari actualem causationem formæ, materiæ,vel finis, quin sequatur ipse effectus: consequens autem est cõtra istam opinionem, quæ primum effectum finis ponit esse actum liberum voluntatis; ergo.Confirmatur vlterius,quia effectus nõ causatur priùs natura ab vna causa, quã ab aliis, sed simul ab omnibus,vt recte docent Gab.2. d.1.q.5.art.1.post corolarium.5.primi notabilis,& Ocham.2.q.3.art.2.ergo causalitas finis non est prior natura, quam causalitas efficientis,scilicet voluntatis, & ita non est prior omni actione voluntatis:licet forte posset poni prior omni actione voluntatis, quæ est de prædicamento qualitatis; hæc enim non est causalitas voluntatis,nec productio, qua volũtas producat effectum communem sibi & fini,sed est qualitas quædam,quam aliqui arbitrantur esse posteriorem causalitate efficientis,& similiter arbitrari possent, esse posteriorem causalitate finis,secundum ordinem naturæ.

Solutio.

Reijcitur solutio.

Conf.1.

Conf.1.

Conf.2. ræ.,Confirmatur præterea,nam agens nō causat quin finis causet,quod male probāt aliqui ex Arist.3. metaphy. c.4. dicente *generatione & motu positis necesse est, vt finis etiam sit*, quia ibi nomine finis causa finalis non intelligitur, sed terminus mutationis. Vnde melius probatur,quia omne agens agit propter finem; ergo ipso fine causante:similiter ergo finis cùm causat,agens ipsum agit,& ita causalitas finis, non est prior causalitate efficientis; quod aliqui etiam probare nituntur ex Arist.3.metap. c.2.tex.3.vbi ait,*finis & id cuius gratia, alicuius actionis est finis*, &.1.de generat.ca. 7. vbi dicit, *cessante actione sistere etiam finalem causam*. Sed priori loco non explicat Aristoteles an actio, quæ est finis cuius gratia,debeat esse simul cū ipsa finalizatione,seu causalitate finis, an posterior?Secundo autem loco non ait Arist.cessante actione,sistere finē,sed habito fine cessare actionem,vnde loca illa non sunt ad rem.

12. Ad fundam. 1. sent. Ad fundamentum ergo illius sententiæ. R. causalitatem finis nō esse priorē omni actione voluntatis,loquēdo de actione,quæ spectat ad genus actionis, & idem sentio de actione spectante ad genus qualitatis.Et licet de hac actione teneretur oppositum,de quo infra, tamen illa causalitas non esset dicēda excitatio, sed obiecti propositio,semper enim excitatio potentiæ est ad operationem; ac proinde est prior ipsa operatione & proprij effectus causatione,vt in visu excitatio ad videndū est productio speciei in visu,aut luminis in medio,vel organo.Exponendum ergo esset,quid nam sit illa causalitas,quæ ordine naturæ prior est omni actu voluntatis?

13. 2. senten. Secunda opinio posset esse, causalitatem finis consistere in simplici quodam naturali,& necessario affectu finis,seu quadam velleitate ipsius.Hæc opinio vt existimo, nullum etiam pro se habet authorem,nullumq. fundamentum,& facile reijcitur.Primo,quia ille affectus non est causalitas sui,vt patet:ergo erit causalitas alterius actus,vel affectus voluntatis. Cuius ergo?Dices forte,actus liberi.Contra, quia causalitas rei includit rem,vel necessario eam infert; ergo si causalitas est necessaria, & res ipsa erit necessaria, & sic non erit causalitas actus liberi.Secundo,quia ille affectus est vitalis;ergo est actus elicitus,à voluntate:ergo est effectus finis,& non eius causalitas,saltem loquendo formaliter. Tertio, quia non semper videtur in nobis affectus naturalis præcedere liberam dilectionem,vel intentionē finis,præsertim in anima separata,& angelis, & anima Christi,aut B. Virginis. Cū enim volūtas operatur ex perfecto iuditio rationis,libere operatur,præsertim, si vel non habeat coniunctum appetitum sensitiuum,vel illi non sit subiecta; ergo in affectibus naturalibus nō cōsistit causalitas finis Si dicas, illum affectum, non esse actum voluntatis;sed impetum, & impulsum, & qualitatem quandam fluentem,quæ naturaliter prouenit ex finis apprehensione.Contra, nam multi non admittunt in intellectu, vel voluntate qualitates fluentes, quæ sint principia operationem,& licet admittantur,vt admittēdas esse suo loco docebimus;tamen non dantur in ordine ad actus ordinis naturæ, & licet dentur non sunt causalitates finis,sed effectus ipsius; & efficientis: ergo in illis non consistit causalitas finis.

Reijcitur 1.

2.

3.

Tertia opinio est Heruei quodlib. 1. q.8.& quodlib. 2. q.1. art. 2, causalitatem finis esse reddere media amabilia,& suauia, licet alioqui acerba,& in suauia sint. Hanc opinionem reijcit Fonseca.5.metaph.c.2.q.10.sect.3.Primo,quia anguste sumit rationē causandi causę finalis;nec enim illam extendit ad intentionem finis,aut electionem mediorum:sed solū ad ipsa media.Secundo,quia non agit de causa finali comparatione mediorum actu,sed potentia tātum:esse enim amabile propter aliud non est esse medium in actu,sed potentia,imò neq; omne,quod actu amatur propter aliud, est actu medium respectu illius, nisi accedat propositum agendi,aut vtendi vno propter alterum. Et ibidem impugnat Fonseca, 4. opi. quæ asserit,rationem causandi finis consistere in hoc,quòd media propter illum adhibeantur,quia sic finis non esset causa intentionis,& electionis,quod falsum est. Deinde impugnat sententiam Pererij 8. phy. c.2. asserentis finē habere duplicē causalitatem,primam in actus internos agentis,secundam in externos,scilicet mediorum executiones,nam vna causalitas est,qua finis immediate causat actum internū,mediate vero,& consecutiuè externū, Sed infra videbimus,etiā actus externos causari,& modo non inquirimus,quot sint causalitates?sed quid quælibet earum sit?

14. 3. senten. Reijcitur à Fōseca.1. 2. 15. 4. sentēt. proponitur,& reijcitur.

Quinta sententia est,causalitatem finis consistere in concursu,& influxu, quem finis habet in suo genere respectu actus voluntatis, & hunc concursum non addere aliquid intrinsecum fini, sed connotare dependentiam effectus ab ipso fine.Ita Fonseca,5.metaph.c.2.q. 13.quem immerito aliqui reprehendunt,quasi voluerit,finem esse suam causalitatem,seu cōcursum,& nō esse opus,vt ille realiter existat, quando finis causat,sed tantū obiectiue in intellectu.Solum enim docet Fonseca, concursum illum finis esse dependentiam effectus ab illo,& non esse necesse,finem existere in re,vt causet,sed satis esse,vt sit obiectiue in intellectu.Quæ sententia vera est, & cum ea coincidit,quā statim referemus, & ijdem authores tenent, qui Fonsecam impugnant. Oportet tamen Fonsecam explicare, quæ sit illa depē-

16. 5. sent. finalis.6.

dentia

dentia effectus, quam appellat concursum, vel influxum ipsius finis.

17. 6. sent. tenenda. Sexta ergo sententia, & tenenda est, actum voluntatis spectatum, vt est in genere qualitatis, habere varias dependentias à varijs causis, & cum dependentia à causa efficienti esse proprie actionem, seu causalitatem effectiuã; cum dependentia vero à finali causa esse causalitaté finis. Itaq. ille actus, vt egreditur ab agente, est actio proprie dicta; vt vero proprie egreditur á fine, est actio, seu motio metaphorica, & finalizatio; & vt in genere causæ materialis egreditur à volũtate, est materializatio, seu causalitas materialis. Hanc esse puto sententiam eorum, qui in motione metaphorica voluntatis constituunt causalitatem finis iuxta Arist. 1. de gener. cap. 7. tx. 55. & D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 1. & de potentia. q. 5. ar. 1. & Scot. 1. d. 4. ad finem, Auice. 6. metaph. tractatu. 5. c. 5. quos sequitur Fonseca, 5. metaph. cap. 2. q. 10. sect. 4. Si sermo sit de causalitate immediata finis respectu agentis creati. Si vero de causalitate finis respectu omnis agẽtis sermo sit, ait, consistere in eo, quòd ipsius gratia aliquod fiat, siue interius, & exterius, vt in agentibus creatis, siue exterius, vt est in Deo, sic enim explicatur dependentia effectus à fine, in qua consistit causalitas finis, vt latius explicat eodem libro, q. 13. Hæc sententia est etiã Conimbrie. 2 phy. cap. 7. q. 21. art. 2. qui dicunt, hanc causalitatẽ cõsistere in motione metaphorica, vt præter relatos tenet etiã D. Th. primo contra gentes, cap. 75. Ferra, ibi, Henricus. 1. p. summæ, art. 46. q. 6. Alensis. 1. par. q. 17. memb. 3. Alber. 5. metaphy. tract. 1. cap. 13. Sonci. 5. metaphy. q. 2. præterquã quòd in diuinis actionibus internis ponit causalitatẽ finalem, quod inferius reijcietur. Hanc sententiam tenet Sua. tom. 5. metaphy. disput. 33. sect. 4. nec aliud voluit Caiet. 1. p. q. 5. art. 4. in principio, & 2. 2. q. 17. art. 5. dicens, causalitatẽ finis in eo consistere, vt eius gratia, seu propter ipsum, aliquid fiat. Quo et non alio modo hanc causalitatem explicat Aristo. 2. phy. c. 2. lib. 5. c. 2. 2. de anima. c. 4. tx. 37. & eodem 2. phy. cap. 3. 7. 9. & 2. metaphy. cap. 2. & lib. 3. cap. 2. 1. de generat. cap. 7. tex. 55. 1. Ethi. cap. 7. & 2. Ethi. ad Eudemum, & alibi sæpe definiens finem, vt sit cuius gratia aliquid fit. Quam diffinitionem finis notissimam esse in Philosophia, docet Medi. art. 1. in principio, & ad finem, & Valentia hîc disp. 1. q. 1. puncto. 1. ait, non solum coillgi ex Arist 2. physi. tex. 29. 2. metaphy. tex. 5. 5. metaphy. tex. 2. & Augustin. 8. Ciuita. cap. 8. dicente, finem esse dictum, quia propter hunc cætera appetimus, & Grego. Nyssen. libro de vita Moysis ad finem dicente; finem dico, cuius gratia cætera fiunt: sed etiam ex Paulo. Eph. 3. dicente, *cuius rei gratia flecto genua mea, &c.* Et hanc sententiam etiam significauit D. Th. de verit. q. 22. a. 2. dicens, influere causæ finalis esse appeti, ratione scilicet propriæ bonitatis, & Ocham, 2. sent. q. 3. art. 2. dicens, *Communiter dicitur causatio finalis est mouere efficiens ad agendum: istud mouere non est realiter aliud quam ipsum propter se amari ab agente vel ipsum proter se amari, & aliquid propter ipsum. Per quod nihil aliud realiter acquiritur fini nec fit a fine, vnde ista motio non est realis: sed metaphorica, licet finis per sui cognitionem efficiat vere, & realiter amorem sui in agente.* Similia dicit quod lib. 4. q. 1.

18. Explicati. quæstionis Dub. 1. an causalitas finis sit quid positiuum aut negatiuũ, absolutum vel relatiuum.

Sed adhuc non satis intelligitur hæc causalitas, oportet enim explicare, quid nam sit dependentia illa actus à fine in suo genere, quæ includitur in illa voce fieri gratia finis, seu propter finem. Vel enim est absolutum, vel relatio realis, vel rationis, vel negatio aliqua, & quid quid horum dicatur insurgunt graues difficultates: quæ vt explicẽtur, explicanda est hæc causalitas, sicut causalitas efficientis. de his enim imo de omnibus alijs causalitatibus eadem est ratio quantum ad hoc. Sicut ergo de actione proprie sumpta, quæ est causalitas effectiua, quidam sentiunt, esse aliquid absolutum existens in agente. Alij esse in agente relationem extrinsecus aduenientem, ita possunt, & consequenter deberent arbitrari, finalizationem esse aliquid absolutum, vel aliquam relationem extrinsecus aduenientem in hærentem fini, non in esse reali, sed in esse apprehenso. Cæterum argumẽta quę reijciunt illum modum dicendi de actione, etiã militant contra similẽ modum dicendi de finalizatione. Deinde, constat finalizationem esse aliquid relatiuum vel absolutum reale, & ideo rei non existenti realiter, sed in sola apprehensione, inhærere non posse. Nec vero poni poterit in ipsa apprehensione, cum ipsa non causet finaliter, sed sit conditio, qua bonum finaliter causat. Ponenda est ergo causalitas hæc in voluntate, in qua est effectus ipsius finis, sicut actio, quę est causalitas efficientis, ponitur in passo secundum communem opinionem. Vt autem aliqui probant, actionem non includere ipsum effectum, sed esse aliquid absolutum totaliter distinctum ab illo, vel relationem aliquam extrinsecus aduenientem totaliter distinctam ab effectu, super additam, aut etiam inhærentem, ita dicere deberent de causalitate finali.

Causalitas finis exponenda est.

Causalitas finis non est in ipso, sed in uolũtate.

Alij vero qui sentiunt, actionem nihil aliud esse quam ipsum effectum, vt egreditur ab agẽte, & intelligunt per illam egressionem aliquid absolutum, vel aliquã relationem de prędicamẽto ad aliquid, similiter de causalitate finis censere debent. Et hæc opinio est maxime

probabilis, præsertim, si intelligatur de relatione prædicamentali: puto enim esse mentē D. Tho. actionem intrinsece includere effectum cum relatione prædicamentali ad causam, nec debere fingi entitates absolutas distinctas realiter, vel ex natura rei ab ipsis terminis. Aliqui etiam dicunt, actionem termimino nihil addere positiuum distinctū, ex natura rei, sed negatiuum, scilicet dependētiam negatiuam ab agente, cū nouitate existendi. Est autem dependentia negatiua non fore talem effectum, scilicet etiam nunc, nisi ēt nunc esset talis res, ea autem posita talem effectū esse, & similiter dici posset in causa finali, & reliquis, ne fingamus tot entitates relatiuas, quæ fortasis non sunt necessariæ, vel eas non solum ingenere relationis, sed etiam in genere actionis includamus. Nec erit inconueniens, actionem cōpleri negatione aliqua Et inquacumq. opinione sicut causalitas agētis, quæ dicitur actio est indirecte in prædicamento, ita posset imaginari de omnibus alijs esse directe in prædicamento. Par enim ratio esse videtur, præterquā incausalitate finis: quia de hac dici posset, non includere relationem realem effectus ad finem, eo quòd ad rem actu non existentē in re, sed in sola apprehensione nulla potest esse relatio realis prædicamentalis, sed transcendens, vel rationis, vt superiore sectione docuimus, & ideo causalitatē finis, quæ per relationem rationis cōpletur, non poni directe in aliquo prædicamēto, sed reductiue in prędicamento actionis, in quo reliquæ causalitates continētur directe. Tutius tamē est eas ponere reductiue tantum in genere actionis, cum proprie actiones non sint. Si quis autem cum Suarez tomo. 1. metaphy. disp. 12. sect. 3. nu. 11. contendat, causalitatem cuiuscunq. causę nec esse causam, neq. effectum, nec relationem aliquam prædicamentalem, nec aliquid quod eam includat, sed quid antecedēs ordine naturæ ipsam relationem; vel quasi fundamentum illius, in suo sensu abundet, nec ad modum illi repugnabo, præsertim cum idē teneant Cōimbric. 2. Phy. c. 7. q. 6. Nam cōferre esse effectui est effectu ipso prius: relatio autem effectus est posterior effectu, & simul natura cum relatione causę: ergo relatio causæ est quid posterius quam conferre esse, quod est causare, seu causalitas ipsius causę. Quæ tamen causalitas distincta est á causa ipsa, quia potest dari sine causalitate, vt materia sine forma, quam conseruet, & forma sine materia quam informet &c. Et aiunt Cōimbricenses, in reliquis causis ab efficiente, causalitatem non esse rem distinctam, sed modum; nam superuacaneum est ponere eiusmodi entitatem, cum sine illa cuiuslibet causæ vis defendi, & explicari possit facile. Quæstione autem sequenti art. 2. reddunt rationem Cōimbricenses, cur causalitas efficiētis, quæ est eius actio, & est in passo, sit realiter distincta ab ipsa causa, & non idē contingat in cæteris causis, quia agens causat mediante forma à se distincta, vt ignis medio calore; ergo causalitate à se distincta. Aliæ autē causæ non, quia causant se ipsis immediatè. Nō tamē oportet modo hāc rationē examinare. Iidem autem q. 8. ar. 1. dicūt, causalitatē finis nihil aliud esse quā eius gratia aliquid fieri. Sint hæc ita, si placet.

19. Sed difficile creditu est quod quidā ait effectū, & eius causalitatē, siue effectiuā, siue finalē posse saluari in eodē actu voluntatis cū sola distinctione rationis, ita vt idē actus secundāvnā rationē sit effectus finis, vel efficientis, secundū vero aliā sit causalitas finis aut efficientis, ac proinde causalitas finis, & efficientis sola ratione inter se distinguantur. Nec mirū esse putat, nam eadem vnio diuersis respectibus est causalitas materiæ & formę, licet illæ causæ diuersarum rationum sint; imo eadē mutatio, vt est actio, est causalitas agentis, vt vero est passio, est causalitas materiæ, quāuis actio diuersis respectibus est actio primæ causæ, & secundæ; & ratio inquit est, quia vna et eadem ratio potest immediate causari à multis causis, ideoq. per comparationē ad vnā quamq. earū est causalitas vniuscuiusq. & è contrario de propria dependētia talis effectus à tali causa. Sed in primis cū tota subsistātia actus sit de genere qualitatis, & causalitas actiua, imo reliquæ omnes, vt diximus pertineant aliquomodo ad genus actionis, non video, quomodo nō dicant aliquid aliqua vel omni ex parte distincta ex natura rei ab ipsa substantia actus. Deinde si causalitas effectiua, & finalis, in eadem omnino entitate sine vlla distinctione ex natura rei confunduntur, aliæ quoque causalitates interse, & cum istis confundi poterunt, imo & omnes relationes inde consecutæ erunt eadē relatio secundū rem. Cur enim in illis non erit identitas, quæ est in ipsis fundamentis? Præterea si omnes istæ causalitates, & ad inuicē, & à subsistantia actus voluntatis sola ratione distinguūtur, nulla poterit separari ab alia, vel ab actu manente eodem in sua subsistātia. Hoc autem absurdum est, nam idem actus voluntatis, qui causatur ab vna causa efficiēti, vel materiali, vel finali, vel conditione, sine qua nō, potest conseruari naturaliter, vel de potentia absoluta sine tali causa, cū alia, vel sine vlla alia. Ad hæc, si actum esse ab hac, vel illa causa, est de eius intrinseca ratione, cum sit commune multis actibus similibus, omnes tales erunt essentialiter distincti ab alijs non habentibus similem causam. Verbi gratia, naturalis dilectio Petri cum sit ex auxilio gratiæ erit distincta specie ab ea dilectione, quæ fiat

Causalitas actus voluntatis ex natura rei differt ab illo, & causalitas vnius generis á causalitate alterius.

fiat solo auxilio naturæ, & quæ est ab habitu, erit specie distincta ab ea, quæ est à nuda potentia. Consequens nullus admittet, ergo, &c.

Tandem quæ author ille adducit ad tollendã admirationẽ, potius eam augere videntur. Nam vnio, nec est causalitas materiæ, nec formæ, cum sit effectus vtriusq. & alioqui etiam vnio illa erit actio, & passio, & causalitas finis, quia ponit causalitates omnes interse sola ratione distingui. Et cum illa vnio sit subsistantialis modus indirecte tantũ positus in prædicamento aliquo nempe subsistãtiæ in eo etiã erũt actio, & passio, quas saltem ex natura rei distingui, putat, inter se, & à motu; ergo male dicit, eundem motum, vt est causalitas efficiẽtis, esse actionem, vt vero est causalitas materiæ, passionem, quòd si admittendum esset, actionem, & passionẽ sola ratione distingui, vt sentire videtur D. Tho. non ideo dicemus, causalitatem materiæ, & efficiẽtis eandem esse, sed motus cum causalitate efficiẽtis, quatenus denominat agens, erit actio, & quatenus denominat passum, erit passio. Sicut idem actus videndi vt denominat oculum videntẽ, est actio, vt vero denominat parietem visum est passio, seu visio passiua; & licet sentiamus, (vt suo loco docebimus) eandem esse actionem causæ primæ, & secundæ, quando eundẽ producit effectum, & eandem relationem dependẽtiæ effectus ab vtraq. causa, tamen materia forma efficiens, & finis cum sint causę diuersorum ordinũ, seu diuersarum rationum, & habeant relationes diuersas ad suos effectus, & in illis etiã respondeant oppositæ relationes diuersæ inter se, earum causarum causalitates absolutæ (si quæ sunt) erunt diuersæ omnino. Sed non possumus in præsenti exempla ad vagueẽ explorare, & examinare, satis sit modo intellexisse, causalitatem materialem, efficientem, & finalẽ ex natura rei distingui inter se, & ab actu voluntatis, in quo repertæ fuerint.

20. 2. Dubit. an. finalis causalitas actus externi distinguatur ab eo & à causalitate efficientis ex natura rei

Superest tamen difficultas, an in alijs actionibus nostris, quę sunt propter finem, idẽ sentiendum sit: R. etiam in reliquis actionibus nostris considerari & terminũ intrinsecũ cuiusq. & egressionẽ eius à sua causa efficiẽti; & quando actio est immanens, vt actio intellectus, & appetitus sensitiui, & sensuum, terminus intrinsecus est aliqua qualitas, quæ dicitur actio de genere qualitatis, producta per actionẽ de genere actionis. Quando verò actio est trãsiens, licet vitalis, vt motio secundũ locum, terminus non est qualitas, sed vbi, vel, vt alij volunt ipse motus localis, qui directe, vel reductiue est in genere quantitatis; nã motus localis non videtur productio alicuius rei permanentis, vt generatio, & alteratio; sed affectus quidã productus in corpore per actionẽ, quę dicitur motio, vel largo modo motus localis. Et sicut qualitas producta in volũtate per actionẽ de genere actionis, vt egreditur à fine, est causalitas finis; ita qualitates, & alij termini intrinseci actionũ de genere actionis, quę à voluntate imperantur ex amore alicuius finis, vt egreditur ab illo fine, sunt causalitates illius finis. Et non solũ reperitur formaliter causalitas finis in volũtate, sed etiã in alijs potẽtijs. Quilibet enim terminus sua propria, & peculiari dependẽtia dependet à fine influente nõ solũ mediate, sed etiã immediate in illũ, vt dixi superiori sectione. Cũ enim actus interior propter impedimẽtũ, vel quia nõ dũ tempus determinatũ adnenit, non infert exteriorẽ, datur dependentia actus interni à fine, & non externi: si vero externus sequatur, in illo etiã est propria dependentia. Et si per impossibile in nobis internus actus non penderet à fine, posset pẽdere externus, vt in Deo contingit, cuius actus interni, vt supra diximus, & fusius postea docebimus, nõ pẽdent à fine, cũ tamẽ pendeant actiones eius tranieuntes, & earũ terminii intrinseci. Et hæc dependẽtia, quę est interminis actionũ imperatarũ à volũtate, est vere, & proprie causalitas, motioq. finalis, metaphorice autẽ est efficientia, seu motio effectiua, nõ qua alliciãtur reliquæ potẽtiæ, & trahantur ad amandũ finẽ, cũ quæ à eis nihil amare possint, sed qua causentur finaliter in illis potẽtijs termini intrinseci operationũ ipsarũ. Vnde tales termini nõ sunt propter finẽ remote tantũ, & per aliud, sed licet per causalitatem, quæ inest voluntati, ac proinde, nec quadã denominatione extrinseca cõpetit actui alterius potentiæ: sed proxime, & immediate, & perse atq. intrinseca denominatione. Ex quo sequitur, actiones imperatas à volũtate, saltem quoad suos terminos intrinsecos, quos producunt, causari à fine.

Motus localis nõ est productio rei permanentis.

Quilibet effectus finis sua peculiari dependentia dependet à fine.

21. 3. Dub. an vna dependẽtia per aliam dependeat. Respõsio.

Sed adhuc dubitari potest, an quoad dependentiam à causa efficienti, vt sic, perquam complentur in ratione actionis, vel causalitatis, effectus pendeant à fine? Et eadem dubitatio potest esse in actibus elicitis voluntatis. R. vnam dependentiam, tametsi, vt diximus, sit ex natura rei distincta ab alia, non pendere ab alia quia omnes sunt simul natura: quod autem ab alio pendet, est posterius natura; tamen dependentia effectiua pendet à fine, & finalis á causa efficienti, & vtraq. à causa materiali, &c. Nam cum effectus pendeat ab omnibus causis, & dependentiæ omnes seiosis, & fine alia dependentia pendeant ab ipso effectu cui insunt, consequenter etiam omnes illæ dependentiæ pendent quodammodo ab omnibus causis non tamen per alias dependẽtias, ac proinde, nec per alias causalitates.

22. 4. Dub. de effectibus externarii actionum.

Sed adhuc superit quarta difficultas, de effectibus, qui extra nos fiunt per actus nostros imperatos, qui in locali motione consistunt

Eadẽ distinguntur in causalitatibus actuũ externorũ, qui propter finẽ sunt.

fiſtunt,vt cum ſcribimus,pingimus,& ædificamus. *Reſpon.* R.etiam in illis diſtingui actiones productiuas,vt ſcriptionem,ædificationem,&c. Et terminos earum intrinſecos,qui quando fiunt, vel conſeruantur dependenter ab actibus noſtris vitalibus,dicuntur fieri,vel conſeruari propter finẽ à nobis intentum,& ab illo egredi,aut quaſi teneri,& conſeruari,eſt vera cauſalitas finalis,ſed efficientia eſt metaphorica tantum,poſtea vero ſi permanẽt actione Dei, etiã permanent cauſalitate diuini finis, ſeu intenti à Deo. Et cũ à nobis fiunt propter finẽ, cauſare finaliter cõpetit illis perſe,immediate &intrinſeca denominatione,ſicut dixi de cauſalitate finali, quæ cõpetit terminis noſtrorũ actuũ vitaliũ:& actiones quibus tales termini producuntur, vt ſcriptio,ædificatio,&c. ſunt propter finẽ ratione ſuorum terminorũ,& ratione propriæ dependentiæ effectiuæ, ſicut diximus de vitalibus actionibus imperatis à voluntate.Et hæc de iſta ſectione, quæ tã arduas difficultates,& nouas involuit, dixiſſe ſufficiat.Iam ad ea,quæ magis pertinent ad explicationẽ D.T.& noſtrũ inſtitutũ accedamus.

Diſputatio 4. de effectibus finis, ſeu de actionibus, quæ ſunt propter finem.

1. VArias acceptiones,& diuiſiones finis in ſecũda diſputatione, quæ de ipſo fine prima eſt, propoſuimus,in tertia vero de exiſtentia, eſſentia,& cauſalitate finis egimus;reliquũ eſt,vt de actionibus,& effectibus, qui propter finem ſunt,& ab ipſo in ſuo genere cauſantur,diſſeramus cum D.Tho. & alijs, qui de hac rediſputant in his duobus articulis, in quorũ explicatione verſamur. Poſtea verò diſputabimus de vi per quã finis finalizat, & de alijs,quæ ad explicationẽ finalis cauſæ pertinere videantur, ab ea enim pendet magna pars moralis philoſophiæ,& Theologiæ. Et quoniam inquirendum eſt de omnibus humanis actionibus,an ſint propter fiuem?Sit.

Sectio Prima. Quid nam ſit actus humanus, ſeu actio humana?

1. *ſenten.* PRima ſententia eſt, actum humanũ eſſe,qui liber fuerit,vel ſi fuerit neceſſarius,tamen ex plena,& perfecta cognitione procedat. Et ſic dilectionem beatificam, licet actus neceſſarius,ſit tamen eſſe humanũ,quia ea neceſsitas ex perfecta cognitione procedit.Hãc ſententiam tenent quidam iuniores, quorum fundamentũ eſt,quia ille actus eſt humanus, qui modo humano,& conſentaneo naturæ humanę ab homine procedit:talis autẽ eſt actus, qui ex perfecta facultate volũtatis,& rationis ꝓcedit,ſeu ex volũtate, ſuppoſita plena cognitione,etiã ſi ſit neceſſarius:ergo.Minor declaratur & probatur;nã voluntas,quæ in Deũ clare viſum fertur neceſſario, fertur profecto in Deum modo conſentaneo naturæ rationali,& digno illa,ſicut etiã fertur modo conſentaneo naturæ rationali,& ea digno in bona alia, quãdo fertur in ea libere:rapi autẽ cum neceſsitate quadã ad obiectũ imperfectũ propter imperfectã eius cognitionẽ,eſt modus quidã nõ conſentaneus homini, nec dignus illo, ſed brutis,vnde quando actus ea ratione eſt neceſſarius,non eſt humanus,ſecus quando ex plena cognitione perfectaq. neceſsitatem habuerit. Hãc opinionẽ attigit,ſed ad Theologiã,& moralem philoſophiã miſit Suarez. 1. tomo meta.diſp. 23. ſect.3.nu. 17. Huic ſententię fauet Azor.li.1.c.1.q.3. admittens viſionẽ, dilectionẽ,& fruitionẽ Dei in beatis eſſe actiones humanas,& ad D.Tho. qui videtur dicere,ſolas actiones liberas humanas eſſe,reſpondens, locutũ eſſe de actionibus humanis huius vitæ,licet poſtea dicat Azor illas actiones ſolũ eſſe humanas,quatenus liberis huius vitæ actibus obtentæ ſunt.

Secunda ſententia,actũ humanũ duas conditiones requirere,altera eſt,vt ſit liber,altera vt ex deliberatione procedat. Et ideo licet actus puerorũ,& amentiũ ſint liberi libertate proprie dicta,ſcilicet libertate,quã vocant cõtingentię,ſeu indifferẽtiæ ad vtrumlibet,tamẽ non eſſe humanas,quia nõ procedunt ex deliberatione.Imò in ſomnijs ponit hæc opinio actus liberos,& in vigilia, quãdo homo nõ deliberat,& actus iſtos ex indeliberatione ortos putat nõ eſſe humanos,ac proinde nec bonos, nec malos moraliter,nec dignos laude aut vituperio prẽmio,vel ſuplicio.Hãc ſententiã docet Vict.relectione de puero veniẽte ad vſum rationis,1.p.ꝓpoſ.2.3.& 5.& in manuſcriptis, 1.2.q.1.a.1.& q.10.a.3.Cord.li.1.q.23.dubio 6.& 7.& dub.9.notab.3.& li.2.q 10.pa.61.& 62.& q.11.§.ſed diſſentiunt,& Mol.1.p.q.14. ar.13.diſp.2.vbi ait,ſe cum Vict.idẽ docuiſſe. 1.2.q.1.ar.1.idem ait in concordia ſuper.1.p. q.14.ar.13.diſp.2. Et quantum ad ſtatum indeliberationis, ſcilicet,in eo ſtatu multos actus liberos ab adultis fieri,qui non ſint humani,eo quòd non ſunt deliberati,& ideo licet cadant ſuper materiam prohibitã non ſunt peccata,nec mortalia,nec venialia.docet Angeſt. in moralib.c.6.§. vſq. adeo,Cordubenſis q.ſupra tribuit Scoto hanc ſententiam,quia.1.diſt. 1.q.4.& 2.diſt. 23.q. vnica ad 2.& 4. diſtin. 49.q. 10.aſſerit, voluntatem non neceſſario appetere media,nec finem etiã in particulari oſtenſum. Vnde ſentire videtur, omnẽ volũtatis actũ liberum eſſe,ſed forte Scotus id ſentit de ſolis actibus voluntatis, qui deliberationẽ, vel

3. 2. *ſent.*

fundamentum huius ſent.

vel plenam cognitionem sequuntur. Magis fauet huic opinioni Cumel in materia de peccatis, q. 89. ar. 6. disp. 1. vbi videtur in pueris ponere libertatem naturalem, licet non moralē, & humanam, quæ sufficiat ad bonitatē, vel malitiā moralem, & in amentibus vltra naturalē libertatē videtur artificialē constituere. Idem attigerat. q. 71. ar. 6. & 1. p. q. 14. ar. 13. disput. 2. in appendice, & Ledes. 2. p. 4. q. 71. ar. 1. ponit in adultis ignorantibus Deum libertatem ad opera naturalia, artificialia, & ciuilia; nō tamen moralē, & humanam, ac sufficientem ad peccatum. Et Camerarius Dialogo. 1. delib. arb. c. 4. ponit libertatem ad opera naturæ, & artis, distinctā, & separabilē, ab ea quæ est ad opera moraliter bona, vel mala, quæ sola videtur libertas humana, seu moralis, & constituēs actum in esse humani.

4. 1. argum. 2. senten. Sententia hæc quoad eam partem, quæ asserit voluntatem in statu pueritiæ, amentiæ, somnij, & indeliberationis actus liberos elicere. Prob. 1. quia potentiæ rationales in omni statu sunt ad oppositа. 9. metaph. cap. 2. 2. Periherm. cap. 3. sed voluntas in omnibus his statibus est potentia rationalis: ergo ad oppositа: ergo est libera. Confirm. quia omne rationale liberum est, & habet dominium suorum actuum, vt ait Nyssen. 7. philoso. cap. 3. Damas. 2. fidei. cap. 27. sed homo in omnibus his statibus est rationalis; ergo liber.

2. argum. Secundo, quia non est vnde voluntas istorū necessitatem habeat operandi; ergo libere operatur. Probatur antecedens, quia non necessitatur à passione, sæpe enim hi operantur sine passione, aut cum passione leui, quæ non sufficit ad inducendam illis necessitatem, sicut nec alijs. Nec verò voluntas horum necessitatem patitur ab apprehensione intellectus. Hæc enim non solum non potest necessitatē inducere, verum nec mouere voluntatem. Nec verò necessitas prouenit à iudicio perfecto, quia hi non habent perfectum iudiciū, & præterea, quia iudicium perfectum non inducit necessitatem animabus separatis, nec coniunctis corporibus adultorum, qui sunt sani, & vigiles, ergo nec pueris, & amentibus, &c. Nec vero necessitas proueniet à iudicio imperfecto, quia hoc minorum habet vim, quam iudicium perfectum: ergo multo minus inducet necessitatem. Nec verò fingi potest aliud, á quo oriatur necessitas; ergo à nullo oritur.

3. argum. Tertio, vbicūq. est discursus, ibi est & libertas; sed in his est quidam discursus. ergo & libertas. Minor probatur, nam Maniaci & amentes discurrunt, & habent vsum rationis circa vnam materiam, & non circa aliam, vnde recte sæpe exercent artem pingendi, & similes. Videmus etiam pueros, & amentes reddere rationem multorū, quę operantur, in his etiā risus est: ergo admiratio: ergo discursus. Confirmatur, quia voluntas in sua operatione non pēdet perse à dispositione corporali: sed per accidens, quatenus pendet ab intellectu, qui in sua operatione pendet à corporali dispositione; ergo si intellectus pueri, & amentis eodem modo se habeant, quo adulti, & sani, eodem modo voluntas operabitur. Potest autem intellectus eodē modo se habere; ergo & voluntas eodē modo operari, scilicet libere. Minor hæc probatur, demus enim intellectū in vtroq. nihil aliud considerare nisi hoc esse vtile ad vitam, vel ad salutē, vel etiam delectabile; iam intellectus eodem modo se haberet in vtroq. Dices, tunc neuter operabitur libere. Contrà, quid enim necesse est in tali obiecto considerare, vt eius volitio sit libera? si dicas considerandū in eo esse aliquid mali, quod auertere possit ab eius volitione. Contra, ergo quoties in obiecto nulla cernitur malitia, voluntas erit determinata quoad exercitiū, ac proinde cū appetit bonum, vel beatitudinem in communi, nō operatur libere quia in tali obiecto nihil mali cerni potest. Præterea nā etiam puer, & amēs potest aliquid mali cernere in obiecto, propterquod illud fugiat, ergo si tunc illud appetat, eius volitio libera erit. Præterea licet mali nihil in obiecto reperiatur, tamē bonitas, quæ in ipso cernitur, nō est infinita clare, intuitiue, vel quiditatiue cognita, sed finita, & cognita, vt talis, vel abstrahendo à finita, & infinita: ergo non habet vim trahendi necessario ad se voluntatem, cū nec bonitas infinita Dei non clare vita valeat necessitatē inducere.

Conf.

4. argum. Quarto, pueri, & amentes multa faciunt rogati, & admoniti; ergo libere: in rebus enim necessarijs frustra sunt preces, & exhortationes.

5. argum. Quinto, in motibus indeliberatis potest esse minor cognitio bonitatis obiecti, quam in motibus deliberatis: ergo maior libertas. Consequētia patet: quia ex maiori cognitione bonitatis obiecti magis inclinatur voluntas ad illud: ergo si in motibus deliberatis maior datur cognitio bonitatis obiecti, quā in motibus indeliberatis, & in his minor, in his erit maior libertas; antecedēs verò probatur, quia sæpe cōtingit accedēte deliberatione cognosci plures rationes boni in obiecto, vel eadē melius: ergo maior cognitio boni potest esse in statu deliberationis, quā indeliberationis, ac proinde magis inclinabitur tūc volūtas ad obiectū: tamē manet libera. ergo & in statu indeliberationis. Cōf. nam caput scalpere, barbam fricare, & similia modicam bonitatē habent: ergo etiā in statu in deliberationis nō possunt ad sui volitionē determinare voluntatē, quæ ex se liberrima est.

Conf.

6. argum. Sexto, nam in somniantibus interdum sunt actus intellectus, & voluntatis, vt docet D. Thom. 1. par. q. 8. art. 3. ad 2. &

colligitur ex eodē 2.2. q. 172. art.10. ad 2.ergo similiter potetit in eis esse discursus, & libertas aliqua. Confirmatur, quia. 3. Regum. cap.3.cum dominus in nocte apparuisset Salomini persomniū,iussisset q. postulare quod vellet,ipse autem postulauit Sapientiā.subiungitur, *& placuit sermo eius coram domino.* Quem locū exponens Augusti.12.genes ad litteram, cap.19. docet in somniantibus esse consensiones quasdā,& quædam merita,ergo & libertas illis in est.

7.argum.

Septimo,nam brutis conceditur nōnulla libertas ab aliquibus,quid ergo mirū si pueris, et amētibus cōcedatur? Antecedens patet ex Molin.in concordia q.14.ar.13.disput.45. dicente,satis uerosimile videtur,quāuis in brutis nec ea libertas admittēda sit,quā disput.2.diximus,in amētibus esse,& pueris,antequā perueniant ad vsum rationis,quę ad meritū & culpam,non sufficiat,esse nihil ominus in eis vestigiū quodam libertatis quoad aliquos motus, ita vt in eorū potestate sit ad vnam,vel alterā partem moueri. Quando namq. bellua fatigata ex diuturna sessione ambulare appetit,nec in aliquem peculiarē locum trahitur à notitia & appetitu alicuius obiecti, quod in eo loco sit,plane in potestate ipsius videtur esse situm, in vnam,aut in alteram partē moueri, non tamen tātū vestigiū libertatis concedā belluis, vt si ab appetitu præuia cognitione alicuius obiecti incitētur in obiectū certū,nullaq.existat causa, qua retardentur, vt metu fustis, aut alicuius rei,in potestate ipsarum sit nō moueri in tale obiectū. Hæc repetit Molina.1. p. eodem art.disput.12.fauent illi rationes quas adduxit Andræas de Castronouo.1.di.45.q.3 qui tamen ait,se non eas adducere,vt aliquam libertatem in brutis constituat,sed vt intelligantur similes rationes,quæ ad asserendā hominis libertatem afferuntur, non concludere. In appetitu autē sensitiuo hominis ponit Caiet.q.74. ar.4.libertatē participatam non ex aliqua operatione voluntatis:sed ex anima rationali. Ait enim,appetitum sensitiuū, quatenus manat ab anima rationali,vel ipsi coniungitur,posse perse operari libere. Addit autē, hanc libertatem sufficere,vt in eo sit peccatū veniale,licet non mortale,nisi accedat consensus voluntatis. Quam sententiam existimat esse D.Tho. ibi,& alibi,sed falso. Et sane, etiā si poneretur libertas aliqua in appetitu sensitiuo non deriuata ab aliquo consensu formali, vel interpretatiuo voluntatis,deberet censeri insufficiēs ad peccatum, etiā veniale,eo quod actus ille non esset humanus,neq.ab appetitu rationali profectus. Hæc igitur adducta sunt adsuadendum,aliquas esse actiones liberas hominis,quæ non sunt proprie humanæ, omnes enim cōueniunt,actus puerorū, amentiū,somniantiū,& non deliberantiū humanos nō esse.

6.

Tertia tamen sententia,& tenenda,est, omnem,& solam actionē liberam hominis humanam esse, nec aliqua ratione esse humanam, quàm quia est libera, ac proinde in physico, & naturali hominis dominio;& quia hæc libertas oritur ex deliberatione rationis, omnis actio humana deliberata est.Hæc est sententia D.Tho.ar.1. dicentis, *actionum,quæ ab homine aguntur illæ solæ propriè dicuntur humanæ, quæ sunt propriæ hominis in quantum est homo: differt autem homo ab alijs creaturis in hoc, quod est suorum actuum dominus,vnde illæ solæ actiones vocantur proprie humanæ,quarum est dominus homo; est autem homo dominus suarū actionum, per rationē, & voluntatem.Vnde & liberum arbitrium esse dicitur facultas voluntatis,& rationis:illæ ergo actiones proprie humanæ dicuntur,quæ ex voluntate deliberata procedunt.* Inquibus verbis aduertendum est.D. Thomam,licet nūquam vniuersaliter dicat, omnes actiones liberas,seu deliberatas,seu quarum homo est dominus per liberū arbitrium,& voluntatem(vt scilicet volūtas est)esse humanas: sed tantum illas esse humanas proprie: tamen in illa indiffinita propositione,qua ait illas esse humanas, vniuersalem intelligit. Nam ratio est eadem omnibus,& indiffinita propositio in materia doctrinali, æquipollere solet vniuersali. Etsi non vniuersaliter intelligeretur esset diminitę nō explicās, an omnes tales essent proprie humanæ. Et ita iuxta veritatem & mentem D. Thomæ, illas omnes,& solas esse proprie humanas, tenent Medi. Valent. Conr. Caie.& Vazq.& fere omnes alij recētiores hīc ar.1.nec dissentit Azor lib.1.c.1.q.2. dū ait,humanā actionē esse, quæ est hominis,vt homo est,idest,quę proficiscitur ab homine,vt habet facultatē rationis,& volūtatis. nisi velit,etiā actionē, quæ libertate caret,humanā dici posse:q̄ nō admittūt Thomistę. Vnde D. Tho. exp̄sse dicēs,solas actiones deliberatas,& quarū homo est dūs per liberū arbitriū,esse proprie humanas,aduersatur expresse primę sententię;dicens autē implicite, omnes illas esse humanas, aduersatur implicite secundæ sententiæ,quæ aliquas actiones hominis liberas,ait,non esse humanas.Sed.R.Victoria,D. Tho.nō dixisse,ad actionē humanā sufficere quod sit libera;quin potius oportere esse deliberatā,& hominē esse eius dominū p liberū arbitriū,quod est facultas volūtatis,& rationis,vt ait D.Tho.in verbis citatis ex ar.1 & 2.Vnde,vt actio sit humana,nō sufficit esse volūtatis,vt volūtas est,&libere agit;sed requiritur vlterius,esse à ratione deliberāte:q̄ non habent oēs actiones liberæ.Sed hęc expositio est cōtra mentē D.Tho.nā in eius opi. nullius actionis est dominus homo,nisi per liberū arbitrium, & deliberationem. Si autem aliqua

3.sent. Autho.& aliorū. omnis, & sola actio libera, humana est.

actio

actio esset libera, quæ non procederet ex deliberatione, & libero arbitrio, illius profecto homo esset dominus; vt statim videbimus, ergo mens D. Thom. est, nullam esse operationem liberam, quæ non sit proprie humana.

7. Ratione prob. 3. senten. Ratio autem cur omnis, & sola actio hominis libera, sit proprie humana, assignatur à Caiet. quia actio, quæ non est libera, non est hominis, cum in ea homo magis dicatur agi quam agere, in libera autē magis agere quā agi dicitur: ergo ea actio nō est proprie humanis, ac proinde, nec humana. Hęc ratio displicet Med. & alijs, quia in actionibus necessarijs vere, & proprie homo dicitur cōcurrere actiue: ergo vere, & proprie dicitur agere: ergo tales vere sunt actiones hominis. Sed obiectio hæc parum vrget, quia licet Physice in actionibus necessarijs dicatur homo agere, non tamen moraliter, quia non agit humano modo, & accomodato ad mores, ideo Paulus Rom. 7. de primo motu, qui non est liber, ait *iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatū*. Vnde ratio Caiet. fere eadem est cum alia, qua vtuntur Medina, Valentia, Conradus, & alij hîc, quæ in hunc modū explicatur. Sicut enim res alicuius esse proprijssime dicuntur, quarū homo est dominus Polytice, Ciuiliter, seu Moraliter loquendo ideſt, quæ ab eo libere administrātur, & de quibus potest propria authoritate citra cuiusq. iniuriam libere disponere, ita actiones humanæ, seu propriæ hominis, illæ dicuntur, quarum habet dominiū, veluti Physicum, & quæ sunt in eius potestate, & libere ab illo administrātur, ac proinde duplici modo sunt propriæ hominis, & quo ad substantiam suam, quia sunt a voluntate; & quo admodum, quia sunt liberę. Nullæ enim actiones aliorum animalium fuut à voluntate; & multo minus sunt ab eis cum hoc modo, scilicet liberate, obid ergo actiones, quæ vere à voluntate ortum habent, & liberæ sunt, dicuntur proprie humanæ. Hanc etiam rationem attigere Conimbric. 1. Ethi. disput. 2 q. 2 art. 2. ad. 1. & cum dicitur, operationes humanas esse proprias hominis quod substantiam, intelligitur vniuersaliter de illis, quæ sunt proprie humanæ perse, quales sunt elicitæa voluntate, de alijs enim non est vniuersaliter verum; quædam enim quoad substantiam sunt communes homini, & brutis. Item quando operationes liberas dicimus, proprias hominis, intelligitur de proprio, secundo modo posito. 1. post. c. 4. quo prædicatur proprius effectus de propria causa, cui soli competit, licet non omni, nec semper.

Ex quibus cōstat, operationes omnes intellectus, vel voluntatis, quæ non sunt ab his potentijs elicitæ, ideo non esse humanas, quia licet sint proprię hominis quo ad substantiam: non tamen sunt propriæ quoad modum, scilicet libertatem, quia non sunt in eius potestate. Doctrina hæc sumitur, ex Epicteto Philosopho in Encherid. c. 1. vbi sic ait. *Quædam in potestate nostra sunt, quædam non sunt. In potestate nostra est primo appetitio, desiderium, auersatio, & vt vno complectar verbo, quælibet nostræ actiones. Nostri arbitrij non sunt corpus, pecunia, gloria, imperia, ad summam, ea omnia, quæ ipsi non agimus, & c. 3. si id solum tuum existimaueris, quod tuum est, aliena vero, vt sunt, aliena, te nemo coget vnquam, nemo impediet.* Epictetus Meminit autem huius authoris, & merito non sine approbatione D. Aug. 9. ciuitat. c. 4. & priorem illam eius sententiam tacito ipsius nomine vsurpat pene ad verbum. D. Damascenus 2. fidei, c. 26.

Dices, vnde constat modum libertatis in operatione esse proprium hominis inter hęc inferiora (vt ommitamus Angelos, & Deū) & nō essecōem hominicū brutis? R. id probari posse 1. ex scriptura, dicitur enim de vitiosis hominibus. 2 Paral. 2. *veluti irrationalia pecora naturaliter feruntur*, id est, non libere; & in Canonica Iudæ, *quæ naturaliter, tanquam muta animalia norunt* (scilicet notitia approbationis includente appetitum) *in ijs corrumpuntur*. Et Psal. 31. *nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus nō est intellectus*. Id est, ne feramini quasi naturaliter in sensibilia more brutorum, quæ ita operantur, quia intellectu carent. Et Psal. 48 *comparatus est iumentis & c.* ergo bruta naturaliter, & non libere operantur. Secundo, quia nullus author adhuc ausus est belluis concedere libertatem; Molina quidem locis citatis, in argumento. 6. 2. sententiæ, vero simile dixit, in eis esse vestigium libertatis, scilicet quando bona vtrinq. æqualia, & æqualiter repręsentantur: tamen non est ausus id asserere, & in margine atq. in tabula dixit, in eis esse vestigium libertatis, sed non libertatē. & Cumel. 1. p. q. 14. art. 3. appendice ad disputationem secundā late impugnat libertatē, seu in defferentiam brutorum. & 1. 2. q. 74. art. 3 disput. 1. illam reijcit sententiam, quam verisimilem putauit Molina, Bellarm. quoq. 3. de gratia, & libero arbitrio, c. 19. ait, *in brutis esse quādam imaginem, & quasi adumbrationem liberi arbitrij, quæ liberum arbitrium metaphorice nominari potest, quia eorū appetitus quod āmodo indifferens est ad multa, non ita ad vnum tantum alligata, vt potentia ignis ad calefaciendum, & similes. Deinde quod quasi iuditio quodam vti videntur, oues enim vnam herbam carpunt, aliam negligunt, lupum fugiunt, canem sequuntur, equi, & canes terrentur nimis; alliciuntur blanditijs, & quædam miram sagacitatem in operibus suis præseferunt, vt Aranea, Formica, Apisq. Quo circa Plutarcus librum scripsit, quòd animalia ratione vtantur. Laurentius autem Valla non per iocum, vt Plutar-*

8. Dub. Vnde constet libertatem non competere rebus homine inferiorib.

sed serio etiam bestijs rationem tribuit in sua Dialectica, c. 9. attributurus etiam sine dubio liberum arbitrium, nisi illud hominibus denegasset, certũ tamen ait Bellarm. non habere liberum arbitriũ proprie dictum, id enim ex scriptura colligitur, & omnes Philisophi, ac Theologi testantur, & ratio probat; quia bruta non possunt cognoscere vniuersalia, quæ cognitio est fundamentum ratiocinationis, nec possunt reflecti supra proprium iudicium, quæ reflexio est fundamẽtum libertatis. Quæ ratio Bellar. difficilis est, & duplicẽ sensum habere potest. Primus est ad libertatem quoad exercitium requiri reflexionem actualem, quia necesse est in omissione actus aliquam rationem boni, vel in exercitio actus aliquam rationem mali inueniri, vt actus ipse suspendi possit. Quod insinuat D. Thom. q. 13. art. 6. an autem verum sit, alibi differemus. Secundus sensus est, intellectum non posse deliberare, nisi per voluntatem applicetur ad deliberandum, in qua applicatione quædam reflexio est, qua homo de suis actibus cogitat, & de illis deliberare vult; & quia deliberatio ad agendum libere, necessaria est, ideo reflexio quoq. ad libertatem actionis necessaria est. In quo sensu hac ratione vtitur D. Tho. de verit. q. 24 art. 2. & 1. 2. q. 6. art. 2. ad secundum, Medina, ibi Capreolus. 1. dist. 33. q. 1. a. 1. concluſ. 3. & 2. destinct. 24. ad argumenta Durandi, eõtra 4. conclusionem. AEgid. 2. distin. 25. q. 1. art. 2. Heruæus q. 2. Sed vt hæc ratio in hoc sensu vim habeat intelligenda est, non de reflexione actuali, sed de facultate reflectendi in proprios actus. Ad deliberandum enim non est necesse intellectum applicari actu per voluntatem intelligendi; ex se enim, vel saltem, determinatus per voluntatem finis, potest ipse deliberare de medijs, siquidem ex se ipso potest discurrere, licet temere, & casu, nisi reflexione quadam conuenientiam discursus intelligendo, voluntas velit ipsum discurrere, & de varijs actus circunstantijs considerare: & ita reflexio actualis ad deliberandum necessaria non erit: facultas tamen reflectendi necessaria est, quia, quod ita ligatum est, vt in proprios actus reflecti non possit, ita quoq. ligatum erit, vt sit determinatum ad vnum, nec possit ad vtramuis partem contrarietatis, vel contradictionis pro libito se inclinare. Et quidquid sit, de facultate reflectendi: tamen de facultate discurrendi existimo, necessariã esse ad libertatem, vt dicemus postea agentes de pueris, & amentibus, &c. In brutis autem constat, non esse proprie vsum rationis, seu discursum, alioqui non bruta, sed rationalia essent, & ideo quod ait Fracastor. lib. 2. de intellectione, fol 179. & 180. bruta ex vno, & pluribus particularibus discurrere, & ita exẽplo vti, & enthimemate; non mihi placet, nec consonat Arist. 3. animæ, tex. 175. & Nysseno. 1. Philosophiæ. c. 1. & alijs authoribus absolute brutis rationem, & discursum negantibus, atq. Arist. 2. Physic. c. 8. non solum artem, & discursum, sed etiam deliberationem brutis negat. Vide Conimbricen. 2. Physi. c. 9. q. 3. ergo in brutis libertas nulla est. Quod Medina, art. 1. exploratum esse ait idq. Arist. docet. 3. Ethi. cap. 2. vbi alber. D. Thom. Eustatius, Donatus, & alij interpretes, & 2. Eth. ad Eudemum c. 10. seu non longe afine. Nyssen. 1. Philosophiæ, c. 4. Nemesius libro de natura hominis c. 2. Albert. 2. Physi. tractatu 3. c. 2. Damascen. 2 fidei, c. 14. & 27 Origenes. 3. Periarch c. 1. in principio, Irenæus lib. 4. c. 72. post medium, Hieronym. Epist. ad Damasum de Filio prodigo. Bernardus, libro de gratia, & libero arbitrio. Hugo Victorinus in summa sent. tractatu 3. c. 8. D. Thomas 1. p. q. 95. art. 3. 82. art. 2. ad 3. 83. art. 1. de verit. q. 23. art. 1. & q. 24. art. 2. & 3. 2. contra gentes, c. 44. & 47. & 82. de malo. q. 6. art. 5. 2. dist. 25. a. 1. corp. & ad 6. & 7. 1. 2. q. 1. art. 2. ad 3. & q. 6. a. 2. corp. & ad 2. & q. 10. art. 3. q. 13. art. 2. Caiet. Ferrara, & alij eisdem locis. Nauarro in summa præludio. 3. num. 9. ideoq. ait de homine non de bruto dictum Eccl. 25. *reliquit eum in manu consilij sui*. Idem docet præludio. 7. nu. 3. Iansenius in locum illam, Eccl.; Angestus in Moralibus c. 1. vistoria relectione de veniente ad vsum rationis. p. 1. proposit. 3. Magister, 2. d. 24. c. 5. Bon. d. 25. q. 1. Richar. q. 2. art. 1. Gabr. q. 1. Duran. 2. Hispalen. Scotus, Grego. Ocham, Olcot, Duran. Capreolus, Maior, eadem dist. vel præcedenti, Medina infra q. 9. art. 1. Conimb. supra art. 1. Albertus in summa de homine ar. 45. q. 3. Dcanus. ar. 7. contra Caiet. & alij, quos longum esset recensere.

Tertio, omissis rationibus a Bellarm. supra adductis, aliquæ sunt rationes ad hanc veritatem confirmandam. Prima, quia cum appetitus sensitiuus sit valde materialis, & imperfectus, etiam erit valde limitatus: ergo non habet libertatem contrarietatis, vel contradictionis, quæ libertas magna indeterminatio, & illimitatio est. Confirmatur, nam sensus ipsi propter suam materialitatem sunt valde limitati, ideoq. non possunt cognoscere vniuersalia, nec spiritualia, nec substantias secũdũ se, nec omnia accidẽtia corporea, nec cõponere, diuidere, discurrere latentesq. & occultas proportiones mediorũ ad fines cognoscere, nec reflexionem in proprios actus facere; ergo ratione eiusdem materialitatis appetitus sensitiuus non habet libertatem, præsertim ad eligendum inter inæqualia bona; potestas enim eligendi, quod minus bonũ apparet, sibi esset valde noxia (vt & nobis nisi

5. *Probatio rationibus rl j respõsio dubioli.*

1. ratio.

Confirm.

nisi ad meritum alioqui esset nobis vtilis.)

6. 2. ratio. Secunda, quia si brutis conceditur libertas inter æqualia, cur non inter inæqualia, sicut pueris, quibus æquè, ac brutis libertatem sancti negant.

3. Tertia, quia videmus bruta in biuio, vel à duobus vocata, vel propositis duobus pabulis paùlum hærere, & consistere, quòd non dũ occurrerit, quid nam sit melius; quod non cõtingeret, si inter æqualia possunt etiam quod minus apparet, amplecti.

4. Quarta si libertatem haberent, etiam haberent dominium propriorum actuum: libera enim potestas operandi ad naturale dominiũ sufficit. Nec recte diceretur ideo carere dominio, quia non possunt cœptum actum interrũpere. Deus enim interrumpere non potest amorem creaturarum, tamen eius dominium habet. Et si bruta libere inchoant suos actus, cur eos non libere prosequentur, ac proinde, cur non poterunt eos interrumpere?

5. Quinta, si sunt libera, ergo proprie habent habitus, quibus eorum potentia indifferens magis, ac magis determinetur. Consequens autem est falsum: licet enim habeant quasdã qualitates habituales iuxta Capreolum. 3. dist. 25. q. vnica. ad 5. secundo loco positum contra secundam conclusionem, cum D. Th. 1.2. q 50. art. 3. ad 2. id colligentem ex Aug. & iuxta Caiet. 1.2. q. 17. art. 2. ad. 2. tamẽ ijdẽ docent, eas qualitates non esse proprie habitus, quia vsus habituum liber est: bruta autẽ illis non libere vtuntur: ergo non habent libertatem.

6. Sexto, si libertas eis conceditur, cur eis negatur liberum arbitrium? Dices defectu deliberationis. Certe hæc non est necessaria ad liberum arbitrium, nisi quia est necessaria ad libertatem: ergo si absq. illa est liberas, etiam erit liberum arbitrium.

7. Septimo, idem probat Henriquez de fine hominis. c. 9. §. 3 quia in brutis non est imago Dei, sed vestigium, vt docet D. Thom 1. p. q. 45. art. 7. & q. 93. Soto 1. naturæ cap. 3. sed libertas, seu liberum arbitrium pertinet ad rationem imaginis Dei, vt docet D. Thom. in prœmio. 1.2. ex Damasceno 2. fidei. c. 12. ergo.

7. Illatio ex dictis. Appetitus noster sensitiuus ex sola redundantia voluntatis potest libere operari. Ex quibus patet, nec appetitum sensitiuum in nobis nisi ex redundantia voluntatis libere operari, quod docet Angelus supra. Valentia, disput. 6 q. 4 p 2. Medina, Conradus, & alij, infra q 74. art. 3. & 4. Vbi Cumel. art. 3. disp. 1 improbabilem censet opinionem Caietani ponentis libertatem in apetitu nostro admodũ supra explicatum. Reijcit quoq. opinionem ponentium in eo libertatem propriam naturalem, licet non moralem & sufficientem ad peccatum. Prob. breuter: nam appetitus noster sensitiuus est eiusdem rationis cum appetitu bruti, & ex eadem cognitione operatur: ergo si appetitus bruti nullam habet libertatem propriã, nec appetitus noster eam habebit, de quo etiam Cumel. 1.p q. 14. art. 3. disp. 2. in appendice, et nos tractatu de peccatis.

8. Corolariũ ex 3. sent. auth. cõt. 2. sen. Homo per solã voluntatem libere operatur. Fit etiam ex dictis, non solum esse propriũ hominis inter animalia operari libere: sed etiam esse propriũ hominis, vt operantis per voluntatem, ferri libere in aliqua obiecta. Cũ igitur operari libere sit modus proprius operandi hominis, merito omnes, & solæ actiones liberæ hominis dicentur humanæ. Quia vero in pueris, amentibus, somniantibus, & minime deliberantibus actiones humanas concedere quisq. verebitur, quisq. dicere etiam debet in illis nullas esse actiones liberas. Et quidem in pueris non esse liberum arbitrium, seu libertatem, & electionẽ aperte docet Aristo. 3. Etih. c. 2. & 2. Etih. nõ longe afine, alias c. 10. Alber. D. Thom. Eustratius Donatus, & alij Aristotelis interpretes. Nyssenus 5. Philosophiæ, c. 4. Ambrosius, seu Prosper. 1. de vocatione gẽtium, c. 2. alias 3. August 1. retracta, c. 15. D. Thom. de veritate, q. 24. art. 2. ad 1. & q. 14. art. 8. in corpore, & ad 5. 2. dist. 20. q. 2. art. 1. in corpore, & ad 4. 4. dist. 27. q. 2. art 2 & 1. p. q. 101. art. 2. Nec valet dicere cum Victoria supra, ad liberum arbitrium præter libertatem voluntatis requiri deliberationem intellectus, in his autẽ nõ esse deliberationem, ideo nec libertatem simpliciter; & proprie dictam. Non inquam valet, nam vt fatetur ipse Victoria, omnes sentiunt, idem esse habere liberum arbitrium, & libertatem, idemq. agere cum indifferentia, & cum vere & proprie dicta libertate. Cum igitur hæc opinio veram indifferentiam ad oppositа contrarie, & contradictorié pueris concedat, necessario fateri debet, illis inesse veram libertatem, electionem, liberum arbitrium. Quod tamen fateri renuit cum D. Thom 1.2. q 10. art. 3. ad 2. vbi etiam ait, in amentibus, & furiosis nullum esse vsum rationis ideo nec libertatem. Idem de pueris, de somniãtibus, & amentibus docet Bon. 2. dist. 25. q. 2. art. 1. q. 6. & de somniantibus Rich. ar. vltimo q. 2 & de pueris exploratum, ait Medina infra q 6. ar. 1. & Naua. præludio. 6. nu. 3. Idem docet de pueris, & de amentibus, & de adultis, & sanis no deliberantibus. De quibus omnibus idem sentit Marsil. 2. q. 16. art. 1. Decanus. art. 7. contra Caluinum. pag. 285. Cumel infra q. 74. art. 3. disput. 1. & a. 9. Et pro adultis sanis non deliberantibus (in quibus maior est difficultas) plures authores postea referemus, & de his omnibus late idem docet Medina infra q. 10. art. 1.

In pueris, amẽtibus, & somniantibus, et non delibe rantibus nulla actio est libera inse ipsa.

9. Sententia, authoris & aliorũ rationib. prob. 1. ratio. Nostra autem, horumq. omnium sententia, his rationibus fulcitur. Prima nam in quibus est ligata facultas discurrendi, & colligendi: etiam

etiam est ligata facultas eligendi: sed in pueris,& amentibus est ligata prior facultas: ergo & posterior. Minor patet,ideo enim dicũtur non habere vsum rationis, quia discurrere non valent.

Dices, licet non discurrant in materia morali,in alijs tamen discurrunt. Contra,quia nulla ratio esse videtur,cur discurrant in vna materia,& non in alia, præsertim æque facili,si in vtraq. habeãt principia,ergo,vel in omnibus, vel in nulla discurrere possunt,si ex parte principiorum, & facultatis omnia sint æqualia; constat autem, & aduersarij fatentur, in materia morali discurrere nõ posse,nec in ea posse colligere aliquam conclusionem quantumcumq. facilem: ergo nec in alijs materijs,valent discurrere. Confirmatur, nam,qui habet vim calefactiuam,potest eam exercere in omne passum capax caloris, nisi resistentia superet actiuitatem agentis. ergo similiter,qui habet vim discurrendi, potest discurrere in quacunque materia, quæ sua difficultate non superet vim talem discurrendi, vt certe nunquã potest superare; posito enim assensu principij,cum euidentia consequentiæ immediatæ, intellectus,in quo est vis discurrendi non ligata,necessario assentitur conclusioni, sed, vt ad maiorem nostræ ratonis reuertamur,sane si in aliquo esset facultas eligendi, quod minus bonum apparet, & non discurrendi,& deliberãdi etiam in materia morali, non ad suam vtilitatem, sed ad suam perniciem haberet facultatem illam eligendi, cum et ad virtutem, & laudem, & meritum conducere non posset, & alio qui cum minus bonum eligeretur noceret: nulli ergo inest facultas eligendi minus bonum, cui non sit facultas discurrendi etiã in materia morali, ac proinde bene operandi moraliter, & merendi, &c. Confirmatur,quia ideo brutis nulla est libertas,quia nullus discursus,ergo si pueris,& à mentibus nullus est discursus, nulla erit libertas. De amentibus vide D. Thom. q.76 art.3. ad.3 & 77. art.1.& Victori. relatione citata p.1. proposi. 5. vbi probabile putat pueros,& amentes nullo modo agere libere, quòd hæc sit natura voluntatis, vt non sit soluta & libera ad operandum quandiu intellectus fuerit ligatus ad discurendum in materia morali,& ad deliberandum.Confirmatur,quia si pueri, amentes,&c. Habent libertatem:ergo non sunt determinati omnino ad vnum: ergo poterunt habitus acquirere, & perdere: quod fortasse aduersarij non admitterent; quamuis id sequamur, vt probabilius, tract. de habitibus.

Conf.1.

Conf.2.

Conf.3.

Secũda ratio,in motibus in deliberatis procedit,quia modus operandi libere, perfectissimus est, vnde perfectam cognitionem petere videtur, nempe intellectum aliquo modo deliberare cogitando nõ solũ de bonitate obiecti,vel actus,& de cõueniẽtia eius respectu,operantis, sed etiam de malitia,vel disconuenientia eiusdem, vel de bonitate eorum, quæ his contrarie,vel contradictorie opponuntur,concludendo hoc,vel illud esse agendum, vel malum omittendum hac, vel illa ratione. Et forte si in aliquo obiecto, & eius volitione nulla reperiatur ratio mali, nec in opposito actus, vel obiecti ratio boni, voluntas necessario amplectetur tale obiectũ, quia nihil habet quod illam ab eo auertat, & alioqui habet quod illam inuitet ad eius amorem. Hinc recte D. Th.q.13.art.6.docere videtur libertatẽ quoad exercitium esse in homine seiunctam à libertate quoad specificationem, quando,scilicet, bonum nulla ex parte apparens malum, ei repręsentatur quia potest inuolitione talis obiecti apprehendere rationem mali, vel in omissione illius volitionis rationem boni. Itaque quodlibet obiectum ne cessiat tem infert voluntati, cum intellectus nullum proponit motiuum reijciendi obiectum, vel non operandi circa illud, siue tale obiectum sit beatitudo non clare visa, siue bonũ in communi, siue bonum in particulari. Vel saltem necessitas infertur voluntati,quoties intellectus nullũ examen facit de bonitate, & malitia obiecti, vel actus,sed præcise cogitat de bonitate,vel præcise de malitia. Confirmatur,quia experimur, nos semper rapi ab obiecti bonitate, cum de malitia eius, vel actus circa illud minime cogitamus; quod signum est in nobis non esse, tunc potestatem cohibendi actũ. Vnde Arist. 3.Etih.c.2.ait; *ea quæ a nobis repente fiunt, sponte quidem nostra esse dicimus, vel fieri electione vero non dicimus fieri. Et primum,non omne, quod sponte agimus est eligibile sed id cuius consultatio ante cessit, electio autem cum ratione est, atq. mente.* Et c.3.ait, electionem esse desiderium cõsiliabile, vel vt alij vertunt, appetitionem deliberatiuam, idest ex deliberatione procedẽtem,& 1.mag.mor.c.18. Late docet,quædam a nobis sponte fieri, non tamen ex electione, & proposito; quia fiunt sine consilio, & D. Tho.1.2.q.6.a.2.ad 2.& deuerit. q.24. art. 2. Capreolus.1.dist.38.q.1.art.1.concl.3.& 2.d. 24.ad argumenta Durandi, contra quartam conclusionem: AEgidius d.25.q.1.art.2. Herueus q.2. Medina infra q.6 art.2. ad 2. dicũt, omnem actum liberum ex deliberatione procedere. Idẽ Conradus, hic q.1.art.1.& Almai. 3.moral c.24.ait,omnes fateri,& certum esse in voluntate nostra esse motus quosdam, qui dicuntur primo primi,qui non sunt liberi, sed necessarij: reiectoq. Roseto asserente, voluntatem ad hos motus se habere mere passiue. ait concurrere actiue simul cum intellectu actiue quoq. concurrente, Adamus etiam.1. d.1.

Conf.

10. 2. ratio.

d. 1. q. 6. ait omnem actum voluntatis non procedentem ex deliberatione esse necessarium; Idem Caietano tribuit Corduba lib. 1. q. 23. dub. 9. not. 3. sed non indicat locum, & Cistercienſis. 2. d. 25. q. 3. art. 3. ponit motus primos necessarios, ad quos ait forte voluntatem mere passiue concurrere. Hadria. quodlibet. 7. p. 1. cum Bonauentura, 2. d. 28 ponit in nobis aliquod velle necessarium; similiter Burid. 3. Ethi. q. 3. & ait, ad actum necessarium complacentiæ, vel displicentiæ non concurrere voluntatem effectiue. Andræ. de Castronouo, 1. d. 45. q. 4. tenet, aliquem actum voluntatis in via non esse liberum, etiam in sanis, & adultis. Ocham 3. q. 4. lit. M. & N. docet in voluntate esse actus nõ liberos productos ab habitu vitioso, etiam in habente gratiã. Rogat autem quomodo possint nõ esse liberi, cum voluntas sit agens liberum? R. 1. non produci ab ipsa, sed a solo habitu, ratus autem esse inconueniens. R. 2. voluntatem ex suppositione vnius actus posse necessitari ad alium, & ex suppositione habitus, & carentia deliberationis posse necessitari ad actum: quod ait constare experientia, & testimonio Aug. 3. de lib arb. c. vlt. dicentis, impossibile esse quinvisis tangamur. Iam etiam retulimus ex Angesto, dari in voluntate aliquos actus non liberos, & cap. 1 & 3. moral refert asserentes, voluntatem a passione necessitari, dum ratio non est vigil & ait esse probabile, licet non certum, reijcitq. dicẽtes, potentiam effectiue concurrere ad tales actus, aitq. solum causari a potentia per quãdem sympathiam, & consensionem.

Corolar. Ex quibus patet iuxta communem, & verã opinionem motus voluntatis non procedentes ex deliberatione, præsentim si ad illos passio, habitusve impellat, non esse liberos: eos tamen existimo a voluntate, & habitu, & cognitione affectiue procedere, & a nullo alio. Passio enim cum sit materialis, nec partialiter, forte nec instrumentaliter, etiã diuina virtute poterit in spiritum agere, sed de his alibi.

11. *Ad fundamentum. 1. opin.* Ad fundamentum primæ opinionis R. quæstionem cum authoribus illius opinionis esse de nomine, & bene propter illam rationem, dilectionem beatificam, & alios (si, qui sunt) actus necessarios voluntatis, humanos dici posse. Verum ex vsu D. Thom. & Theologorum, ac Philosophorũ Moralium, solus actus liber humanus dicitur, quia non solum quoad substantiam; sed etiam quoadmodum libertatis proprius est hominis, ideſt non communis illi cum brutis, proprius etiam hominis, quia illius est dominus dominio naturali, eo quod liberam facultatẽ habet illũ exercẽdi.

12. *Ad arg. 2 opinion. Ad. 1.* Ad primum argumentum secundę opinionis R non omnem potentiam rationalem esse ad opposita, rebus eodem modo se habentibus, sed id est proprium voluntatis, quando intellectus est solutus, & potens ad discurrendum, etiam in materia morali, seu deliberandum; & actu deliberat, ipse autem intellectus in varijs euentibus petest elicere oppositos actus, imo & rebus eodem modo se habentibus: hoc tamen secundum non habet per se, sed ex imperio voluntatis.

13. *Ad 2.* Ad secundum R. necessitatem prouenire à iudicio imperfecto attingente bonitatem obiecti, vel actus, & non malitiam, aut incommoditatem, vel à iudicio non habente coniunctã facultatem discurrendi; & deliberandi. Ex se enim habet voluntas tendere necessario in bonum quod nec in se, nec ipsius volitione vllo modo repræsentatur malum, aut incommodum. Ex se etiam habet, necessario ferri in obiectum, quod melius apparet cum nullam habet facultatem discurrendi in materia morali, & deliberandi. Neq. hoc est proprie necessitatem pati ab obiecto, sed à propria natura, sub ea tamen conditione, vt intellectus facultate discurrendi, vel deliberandi careat.

14. *Ad. 3. 1. Solut.* Ad tertium R. 1. pueros & amentes nullũ habere discursum, sed ex memoria, vel disciplina (cuius longe sunt capaciores brutis) operari cum quadam vmbra, & imagine discursus, & cum quadam naturali sagacitate, & instinctu: nec rationem reddere eorum quæ faciunt, discursum probat. Sæpe enim rationes, & causæ sunt per se notæ, vt inimicum esse fugiendum, ne noceat, &c. Si verò causæ discursu indigent dico, eas casu, aut temere reddere, vel ex memoria eorum, quæ ante amentiam amentes nouerunt, vel pueri, aut amentes (etiam in amentia) audierunt, & sæpe eas reddunt sine iudicio ex sola apprehensione. Nec risus discursum probat, nascitur enim ex voluptate percipiendi causam prius latentem (quod fieri potest per experientiam aliquam sine discursu) uel ex alio genere voluptatis.

Dices, quod non est liberum reflexionem non facit: ergo si hi non sunt liberi, non faciẽt reflexionem, & sic non habebũt cognitionẽ, & voluptatẽ de cognitione latentis causæ. R. nihil posse discurrere, quin possit reflexionẽ facere: vnde bruta, quæ non possunt reflexionẽ facere, nõ possint discurrere; aliquid tamẽ potest reflexionẽ facere, & nõ discurrere: quia hoc maius est, sic somniantes reflexionẽ faciunt, nõ tamẽ vere discurrũt ex vna propositione aliã colligẽdo. idẽ ergo dico de amentibus, & pueris, vnde colligo, posse habere iudicia de propositionibus probabilibus, necessaria tamen, & non libera; si enim melius esse iudicent, præstare assensum alicui propositioni, quæ ex se est euidenter probabilis, aut veri similis, determinabitur eorum voluntas ad imperandum talem assensum; quia necessario

ample-

amplectuntur, quod melius apparet.

15. R. 2. esto in pueris, & amentibus admitteretur discursus aliquis; tamen adeo tenuis
2. solut. ad 3. est, vt ad libertatem sufficere non videatur: sicut enim forma ignis ad sui introductionem, vel conseruationem non solum requirit calorem, sed certum eius gradum: ita forte ad libertatem non solum requiritur facultas discurrendi, sed etiam certus gradus talis facultatis, is autem nō est in pueris, & amentibus vel ratione superius tradita quia ad libertatē requiritur facultas discurrendi in materia morali; his autem solum est facultas discurrendi in alijs materijs.

16. Ad confirmationem negatur minor, ad
Ad confi. probationē autem eius R. licet puer vel amēs idem consideret, quod adultus & sanus, vt aliquando contingit; non tamen similiter erit liber: quia non habet facultatem discurrendi, quam habet adultus, & sanus, quæq. per seipsā necessaria est ad libertatem, & non tātum per suum actum. Vlterius autem requiritur deliberatio, qua cogitetur, an forte in obiecto, vel actu sit aliquod inconueniens, vel in oppositis aliquid boni, & hæc deliberatio aliquando datur in puero, & amente, tamen quia nō habent facultatem discurrendi saltem in materia morali, vel secundum gradum requisitum, ideo non possunt libere operari.

Obiectio. Dices, si aliquam habent vim discurrendi; ergo poterunt discurrere in materia morali, & operari cum cognitione bonitatis, & malitiæ moralis, & sic vel aliquando peccabunt, vel operando cum cognitione bonitatis, & ma-
R. 1. litiæ moralis non agent libere. R. primo: forte licet operētur cum cognitione bonitatis, & malitiæ, non agent libere, nec peccabunt, quia ad libertatem requiritur certus gradus discursiuæ facultatis, qui in illis non est; licet aliquando videantur cognoscere malum morale; erubescunt enim, cum turpiter agunt.
R. 2. R. secundo, bonitatem, & malitiam moralē esse cognitu difficilimam, ideo ad eam percipiendā non sufficere facultatem discurrendi in alia materia: verecundia autem sine cognitione malitiæ moralis, cum cognitione dedecoris, ignominiæ, ac reprehensionis reperiri
Obiect. potest. Dices, in materia morali sunt aliqua principia per se nota: ergo hæc poterunt ab illis cognosci sine discursu, vel cum tenui discursu.

1. solutio R. 1. de nullo actu esse perse notum, aut facile intellectu, hic & nunc esse bonum, aut malum moraliter: nam secundum multos doctores nullus actus est ita bonus, quin ex prohibitione Dei, vel alijs circunstantijs possit reddi malus, & nullus est ita malus, quin ex voluntate Dei possit reddi bonus, vel etiā obligatorius. An vero hęc opinio sit vera, & an hic, & nunc prohibitio, concessio, aut iussio Dei, aut aliæ causæ interueniant potentes honestare, vel vitiare actum, nulli est per se notum, aut facile cognitu; ideo qui vel nullum vel tenuissimum discursum habent, quales sunt prædicti omnes, non possunt euidenter cognoscere hic, & nunc an actus sit bonus, vel malus moraliter.

R. 2. eos, qui habent tam tenue lumen ra- 2, solut.
tionis, sicut prædicti, non posse cognoscere euidenter prima principia habentia aliquas difficultates, qualia sunt omnia moralia; secus, qui maiori lumine naturæ illustrati sunt.

Ad 4. R. preces, & exhortationes nō cōducere in rebus omnino necessarijs, vel impossibiliib. 17.
secus in ijs, quæ necessario omitterentur, si nō Ad 4.
adhiberentur preces, & exortationes: & alia sūt multa, quę precibus fiunt a pueris, & amentibus, imo á brutis.

Ad quintum cum sua confirmatione R. li- Ad 5. & confirm.
cet accedente deliberatione, interdum sit maior cognitio bonitatis; tamen tunc voluntas non necessitatur, vt antea: quia iam cogitatur de malitia, aut incommoditate obiecti, vel actus, quæ cogitatio necessaria est, ut voluntas possit actum cohibere, & retinere, vnde minima bonitas obiecti necessitatem infert voluntati non cogitantis de malitia, aut incommoditate sui obiecti, vel actus.

Ad 6. R plus requiri ad discursum quam ad 18.
actus inordinatos intellectus, & plus requiri Ad 6.
ad libertatem, quam ad actus aliquos voluntatis, & ad vnum esse sufficientem vim, & dispositionē in somniantibus, nō vero ad aliud.

Ad confir. autem R æque militare contra Victoriam, & alios; omnes enim fatemur, insomniantibus non esse libertatem sufficientem ad meritum. Vnde Carthusianus eo loco ait; non per naturam, sed per gratiam Dei in Salomone dormiente vsum rationis viguisse, quo habuit actum liberum, & deliberatum bonum, Deoq. placentem. Abulensis autem eodem, c. q. 12. sentit, Salomonem nihil in somnijs petijsse, sed Salomoni in somnijs visum fuisse Deū illi loqui, & se ab illo sapientiam postulasse, & hanc petitionem Deo placuisse, & sapientiam concessisse, ac retributionem fecisse. D. Tho. 2.2.q.154.art.5.ad 1 sequens August. 12 genus ad litteram. c.15. ait, Salomonem in somnijs non meruisse sapientiam, sed postulasse, & hoc fuisse signum præcedentis desiderij, quo sapientiam meruisse dicitur. Alij dicunt postulationem illam ex præcedenti desiderio processisse, & ideo meritum, quod fuit in causa, illi tribui; vt quando quis nocturnæ pollutioni causam dedit, malitiam, & dementum causæ communicat postea ipsi pollutioni. Mihi ex positio Abulensis videtur maxime consentanea textui: Vide Henri. quodlib. 6. q. 9. qui nō

Ad conf. An Salomō in somnijs actum bonum est meritorū habuerit.

solum

solum tenet in somniantibus, naturaliter nullum posse esse vsum liberi arbitrij, sed nec vllis actibus intellectus, aut voluntatis esse locū. Idem de eisdem, & de pueris, & amentibus significat clare quodlib. 1. q. 15. & est satis probabile licet sit contra D. Thom. citatum in 6. arg. & contra alios communiter, de quo vide disputation. 4. sect. 2.

19. Ad 7. R. appetitui bruti, vel nostro sensitiuo per se sumpto nullam inesse libertatem, vt vidimus. Quid autem faciet brutum præsentatis sibi duobus obiectis æqualibus, & æqualiter bonis, dicemus agentes de electione, & docentes eam in brutis non esse, vbi alia dicentur de carentia libertatis. De carentia autē discursus dicemus in hac disput. inquirentes, an eorum actiones sint propter finem. De pueris etiam, & amentibus, ac somniantibus plura inferius dicemus disput. 4. sect. 2 vide etiam Medinam infra q. 10. art. 3. vbi consonat ijs, quæ de istis, & de non deliberantibus diximus. Sed adhuc aliquæ sunt obiectiones contra id quod diximus, secundū D. Thom & veritatem, illas omnes & solas esse actiones humanas, quæ liberæ sunt, seu ex deliberata volūtate procedūt. Prima est quia D. Tho. art. 1. ait, actiones humanas esse quæ sunt propriæ hominis in quantum homo est. Huius modi autem sunt omnes actiones intellectus, & voluntatis humanæ: in illis enim saltem secundum suam speciem consideratis nec cum insensibilibus, nec cum brutis, nec cum Angelis conuenit: ergo.

Ad. 7.

20. *Obiectiones aliquæ in 2. actū 3. sententiæ Auctoris.*

Obiec. 1.

Obiec. 2. 2. D. Tho. eodem art. docet, eas esse humanas, quæ procedūt ex voluntate, & ratione: quædā autē actiones necessariæ procedūt ex volūtate, & ratione, vt amor beatificus, qui est necessarius quo ad specificationem, & quoad exercitium, & amor boni, seu beatitudinis in communi, qui est necessarius quoad specificationem, ergo sunt actiones humanæ. Confir. 1. quia in his actionibus nihil hominis desideratur, sed omnes potentiæ ꝓprię animæ rationalis exercētur, & oē qđ est naturę rationalis proprium profertur, & explicatur: ergo sunt vere, & proprie humanæ. Confir. 2. quia vt patet ex proœmio D. Tho. in hunc librum, D. Thom. in eo agere intēdit de actionibus hominis, vt est imago Dei; sed actus intellectus, & voluntatis pertinent ad hominē, vt est imago Dei, vt patet ex Aug. 2 Trin. c. 7. & 11. ciuit. c. 26. ergo de actionibus vtriusq. potentiæ intendit agere; intendit aūt de actionibus humanis: ergo tales sunt, quæ ab vtraq. potentia procedunt. Cōfir. 3. quia D. Th. hic. a 1. ad. 2. & q. 6. in prologo, & q. 18. a. 6. & q. 71 a. 6. & lib. 3. cōtragentes c. 6. docet, actionem humanā, seu moralem dici in quantū est volūtaria: sed voluntaria est, quæ ab intellectu, & volūtate procedit: ergo omnis, & sola illa est humana, & moralis.

Conf. 1.

Conf. 2.

Conf. 3.

Obiec. 3. Tertio, quia quādo quis potuit, & debuit deliberare & nō deliberauit, actio volūtatis inde sequēs, qua pceptū violat, moraliter est mala: ergo humana: non ergo est de ratione humanæ actionis esse deliberatam.

Obiec. 4. Quarto, quia deliberatio tm̄ est de medijs actio aūt libera, & humana semper est de fine vltimo, vel simpliciter, vel in sua serie, circa hos .n. fines pōt esse actus liber quoad exercitiū, & interdum quoad specificationem; ergo non omnis actio libera, & humana est deliberata.

21. Propter primū argumentū quidā sentiunt, oēm actū intellectus, vel voluntatis nostræ dici proprie humanū: pp secundū aūt alij sentiunt, omnē actum simul procedentē ab vtraq. potentia esse proprie humanū. Sed retinenda est tertia illa sentētia, q̄ hactenus secuti sumus cui etiā cōsonat D. Tho. in prologo huius partis dicens: se acturū de homine sm̄ quod habet liberum arbitrium, & suorum operum potestatē, qua ratione est imago Dei secūdū Damas. 2. fidei. c. 12. ergo actiones humanæ, de qbus D. Th. agit sunt quæ procednut ab homine vt est liberi arbitrij, vt patet ar. 1. corp. & ad 3. & art. 2. item ex art. 3. vbi ait: actiones humanas dici, inquantum procedunt a voluntate deliberata. Et in fine, ait; *idem sunt actus morales & actus humani*; actu autem morales sunt actiones liberæ: ergo & actus humani; & hoc sensu dicit, q. 18. art. 5. & 63. 2. 2. *actus humani, vel morales dicuntur secundum quod sunt a ratione*, scilicet deliberata. Et eadem q. a. 9. ait, actum, qui non procedit a ratione deliberatiua, non esse proprie moralē, vel humanū. Et Duran. 2. dist. 38. q. 1. actum moralem esse, qui a voluntate, vt libera est procedit. Et Bellarm. lib. 2. de amiss. gratiæ, & statu peccati; actum non esse moralem per se, nisi elicitum a libera, volūtate.

3. sent. de nuo approbatur

22. Ad primum argumentum in oppositum. R. D. Th. statim satis, se explicare, dū ait, actiones illas censeri proprias hominis, scilicet quoad substantiam, & modum, quæ ab eo secundum quod agens liberum est, procedunt, & quæ procedunt a ratione deliberata, ideo solas istas esse humanas proprie loquendo.

Ad 1. obiectionē.

Ad secundum, R. etiam D. Th. se explicare, loquitur enim de voluntate, vt voluntas, seu libera est, & de ratione vt deliberante, actiones autem, quæ sic a voluntate, & ratione procedunt, sunt liberæ & deliberatæ.

Ad 2. obiectionē.

Ad. 1. confir. R. in actionibus necessarijs, vt sint proprie humanæ, desiderari aliquid hominis nempe modum proprium operandi hominis, scilicet libere.

Ad 1 cōfirmatio,

Ad 2. confirmationem. R. licet actus necessarij pertineant, ad hominem, vt est ima-

Ad 2. cō firmatio

go Dei, secundum Augusti. tamen non ad hominem, vt est imago Dei secundum considerationem Damasceni, qua vult hominnm esse imaginem Dei secundum liberum arbitriũ, & D. Thom. solum voluit agere de actionibus hominis, vt est imago Dei secundum illam considerationem Damasceni, ergo cum intendat agere de actionibus humanis, illas tantum quæ pertinent ad hominem, vt liberum, sentit esse proprie humanas.

Ad 3. cõf. Ad 3. confirm. R. nomine voluntarij D. Thomam illis in locis intelligere voluntarium perfectum, in quo includitur libertas, vt dicemus. q. 6.

Ad 3. obiectionẽ, Solutio 1. Ad tertiam obiect. R. Conradus art. 1. voluntatem posse esse dupliciter deliberatam, 1. expresse, explicite, & formaliter. 2. interpretatiue, implicite, & virtualiter, & hic secundus modus deliberationis reperitur, cum potuit, & debuit ratio aduertere, & non aduertit, ac proinde non expresse, & formaliter deliberauit.

Solut. 2. R. 2. actionem non esse malam nisi homo formaliter dum operatur aduertit, & deliberet de præsenti opere, vel antea deliberauerit, & ex deliberatione voluerit non aduertere, seu non voluerit aduertere. Et tunc primo peccauit, quia nollens aduertere exposuit se periculo violandi præceptum.

Ad 4. ob. Ad quartam obiect. R. deliberationem stricte sumptam esse tantum de medijs, sed large, & quodammodo etiam esse define (præsertim cum potest esse dificultas, an excludat maius bonum) & de actu circa finem. De quo dicemus disputantes de consilio. Et aliqua ex his deliberationibus formaliter, vel explicite debet reperiri in actu libero, scilicet, vel cum quodam discursu formali, vel virtuali, vel cum cognitione, quę æquiualeat discursui, vel sit eo melior, qualis est cognitio primi principij practici, quæ aliquando sufficit, ad eliciendam liberam operationem.

Sectio Secunda, Vtrum omnis actio humana sit propter finem, seu effectus causæ finalis, vt finalis?

23. ACTIONES humanæ, quædam sunt elicitæ à voluntate, quædam imperatæ: elicitæ etiam variæ sunt, nam in omni genere actuum elicitorum voluntatis videntur reperiri actus aliqui liberi, qui erunt actiones humanæ. De numero autem actuum, qui eliciuntur à voluntate, siue libere, siue naturaliter, licet variæ sint opiniones (vt suo loco videbimus) tamen D. Th. & communis opinio est, omnes qui correspondent irascibili, sex esse, tres respicientes bonum, qui ideo prosecutiui dicũtur, tres vero illis oppositos respicientes malũ, qui ideo fugitiui a nõnullis vocantur. Priores sunt, amor qui est de bono, abstrahendo a præsenti, præterito, & futuro, & dicitur simplex voluntas. Secundus, desideriũ, quod est de bono futuro. & obtinendo, & si sit desine dicitur intentio, si de medio, electio, a quo non distinguitur realiter consensus, & vsus. Tertius est delectatio, gaudiũ, voluptas, seu fruitio. Posteriores sunt simplex odiũ & fuga seu abominatio, dolor seu tristitia. Secundũ aliquos in voluntate sunt alij quinq. actus correspondentes. 5. actibus irascibilis, scilicet spes, desperatio, audacia, timor, & ira; sed hos existimant aliqui in voluntate non distingui a 6. prioribus, licet forte distinguãtur in appetitu sensitiuo, & licet in voluntate etiam distinguerentur, quantum ad præsentem quęstionẽ eadẽ esset ratio de illis, quę de sex prioribus Vnde de 6. tantũ prioribus modo differemus in quibus etiam, quantum attinet ad præsentem difficultatem, nihil refert esse liberos vel necessarios, vnde simul differemus de actionibus humanis, & non humanis, seu deliberis, & non liberis a voluntate nostra elicitis.

24. Hoc supposito ad partem negantem quęstionis sunt hæc argumenta. Primum, sola media sunt propter finem; sed illi actus eliciti circa finem, & circa media non sunt media: ergo non sunt propter finem. Secundum, id fit propter finem, quod fit ex amore, vel etiam ex intentione finis, sed amor, & intentio finis non fit ex amore, aut intentione finis; alioqui idem fieret ex se ipso, vel dandus esset progressus in finitus, ita vt vnus amor procederet ex alio amore, & ille ex alio, & sic in infinitum, & similiter in intentionibus; ergo. Confirmatur, quia saltẽ simplex amor finis non procedit ex amore finis: ergo non est propter finem. Tertium, sicut se habet principiũ in speculabilibus, ita finis in agilibus, 2. Phy. cap. 3. & cap. 9 tex. 89. 7. Eth. cap. 8. 2. Ethi. ad Eudemum, prope finem. D. Th. 1. p q. 82. art. 1. & 2. Sed assensus principiorum non est propter principia, nec ex illis oritur: ergo et intentio finis non est propter finem neq ex illo oritur. Quartum, operatio quæ non conducit ad consecutionẽ, vel conseruationem finis, non est propter finem, sed delectatio quæ habetur consecuto fine, præsertim vltimo, non conducit ad consecutionem, vel conseruationem finis, ergo nõ est propter finẽ. Confirmatur, nam finis postquam iam est adeptus non causat nisi mouendo, consecuto autem fine cessat motus, 1. de generat. c. 7. tex. 55. Delectatio autem est de fine iã cõsecuto: ergo ab illa nõ causatur. Quinto, si omnis actio humana est pp finẽ, nulla erit otiosa, otiosum. n. est, quod fine curet: Cum tamen

24. Pars negatiua. Primum arg. partis negat. 2. arg. Confirm. 3. argum. 4. argu. Confir. 5. argum.

men & verba, & opera otiosa multa esse negari non possit.

Propter aliqua ex his argumentis sunt qui sentiant finem non esse causam finalem amoris, & intentionis, quibus finis ipse amantur, & intenditur sed tantũ electionis, & executionis mediorum. Ita videntur sentire Ochã. 2.q.3. a.2.& expressius id tenet quodlibet.4.q.1.dub. 1 ad 4.Gabr.2.dist.1.q.5.art.1.notabi. post Corolarium, quos suppressis nominibus citat Medina art. 1. quamuis Ocham paulo post, in eodem art. 2.ad 1. & 2. aperte concedat, finem finaliter causare amorem sui: & fortasse, hi authores solum voluerunt, finem esse causam finalem, & efficientem respectu amoris, & intentionis sui: respectum autem amoris, & electionis mediorum dumtaxat esse causam finalem, vel sentire, finem non ita proprie & perfecte esse causam finalem intentionis, & amoris ipsius finis sicut aliorum actuum, vt insinuat Gab. 2.d.38.art.1.notab 2. ex Greg. quem ibi citat. fauet idem Gregor. 1.d.1.q. 1. art.2.in confirmatione primæ sententiæ dicẽs, finem esse cuius amore, & desiderio aliquid fit, cum ergo quando finis solum amatur, & intenditur, nihil eius amore, & desiderio fiat, non exercebit munus causæ finalis, vt colligit, & tenet Vazquez hic, disputat. 3. cap. 2.

26. 1. cõclus. Pars affirmatiua.

Sentio tamen, omnes actiones tam elicitas, quam imperatas à voluntate propter finem, esse finis effectus. Pro maiori autem explicatione dico 1. certum est hominem interdum agere propter finem. Quod patet. 1. experientia. 2. ex scriptura Eph. 3. *huius rei gratia flecto genua mea, &c.* Psal. 118. *inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas propter retributionẽ.* 1. Corint 4. *semper mortificationem domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali* Hæbreo 11. *iuxta fidem defuncti sunt omne isti non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram, qui enim hoc dicunt, significant, se patriam inquirere.* Et 1. Petri 1. *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.* Sic etiam intelligi potest id Iob 7. *Sicut mercenarius præstolatur finem operis sui;* & Rom. 8. *propter te mortificamur tota die,* ideſt ob gloriam tuam, tuiq. fruitionem. Quamuis etiam sensus esse possit, quia sumus seruĩ tui persecutionem a malis patimur; vt Math. 5. *cum persecuti vos fuerunt, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me, gaudete; &c.* 3. ex Arist. 1. Ethi. cap. 1. Plato in Epimo. Augst. 9. ciuit. cap. 17. denique ex omnium hominum consensu. Quartó ratio ista tim patebit in omnibus actionibus humanis.

27. 2. cõclus.

Dico 2. Certum quoque est, omnes actus imperatos à voluntate nostra, esse propter finem. Vt docet Suarez to. 1. Metaphy. disput. 23. sect. 3. Probatur primo, quia fiunt ex amore, & intentione alicuius finis mouentis ad tales actus amandos, & efficiendos. Secundo, quia tales actus fiunt ab homine cum dependentia à fine, & eius amore, atq. intentione, ergo vere sunt effectus finis, & propter finem. Tertio, quia tales actus, vel sunt media ad finem, & sic constat esse propter finem, vel non sunt media sed ipsi finis, vel assecutio finis, & sic etiam sunt propter finem, vt de assecutione finis docet Fonseca, 1. Metaphy. cap. 2. q. 10. sect. 2. quia propter seipsos appetuntur, & fiunt, vt cum volo intelligere, & amare Deum ea præcisè ratione, vt ipsum intelligam et amem: aut assequi sanitatem, vt ipsam assequar, et non vt aliud bonum assequar media sanitate. Dices ergo, idem erit causa sui ipsius: id enim propter quod est, & fit aliquid est causa illius: finis autem est, & fit propter se; ergo est causa sui ipsius. R. in causa finali id non esse inconueniens, quia habet diuersos modos essendi, & ipsa, vt est in apprehensione, vel intentione est causa sui ipsius, vt est in executione. Hoc docuimus disputat 2. sect. 1. decetq. Suarez, loco citato, nec diuersum est ab illo communi axiomate, quod est primum in intentione est vltimum in executione. Quod habet D. Th. a. 1. ad 1. nec ab eo, qd̃ docuit Arist. primo Phy. c. 7. formam esse finem generationis.

1. ratio cõclusiones. 2. ratio. 3. ratio. Obiectio. Solutio.

28. Notab. 1.

Circa hanc autem conclus. obserua, 1 actiones imperatas, quæ sunt media ad finem aliquem obtinendum, non dici propter finem sola denominatione extrinseca, qua dicuntur ordinari in finem, & propter illum appeti: hoc enim non est absolute esse propter finem, eisque competit antequam fiant, imo etiam sine illo re vera non possunt fieri; sed etiam per denominationem intrinsecã, quia dicuntur fieri cum dependentia à fine, & eius amore atque intentione, & hoc ita est, siue actiones sint imperatæ, siue elicitæ à voluntate, siue ab intellectu, vel quacunque alia potentia subiecta voluntati. Ex imperio autem nihil reale absolutum im primi actui imperato, suo loco docebimus.

29. 2.

Secundo obserua, cum D. Thomas art. 1. ad 2. dixit, operationem, quæ est finis vltimus non esse propter finem, intelligitur de fine à se distincto, item non de fine, cui, á se distincto, sed de fine, cuius gratia fiat, & appetatur. Potest enim habere finem, cui, a se distinctum. vt visio Dei habet pro fine, cui, a se distincto ipsum beatum, non tamen habet alium finem, cuius gratia fiat, & appetatur in suo ordine, licet possit actu alterius ordinis appetiti propter alium finem, quod enim vno actu appetitur propter se, po-

test alijs actibus in alia serie constitutis, appeti ob alios fines conuenientes ipsi agenti,
30. vel amicis.

3. Tertio obserua, actiones, quæ non sunt finis, nec finis assecutiones, sed media ad assequẽdũ finem sæpe causare aliquẽ effectũ manẽtẽ, vel trãseũtẽ, quiest mediũ ad assecutionem finis, manẽtẽ quidem, vt cũ quis instrumẽta cõficit ad aliqua opera efficienda (sunt.n. ipsa instrumenta media, vt docet Ari. 2. Phy. c. 3. tex. 29. & 2. Metap c. 2. vbi Fõseca, q. 10. sect 2.) vel domum ædificat qua ab iniurijs temporis protegatur; transeuntẽ autem, vt cum cytharædus sonum harmonicũ efficit, quo suas, vel aliorum aures oblectet.

31. Quarto obserua, finẽ quamuis has actiones
4. in nobis causet medijs actionibus elicitis, & secundũ istam rationẽ remote, & per aliud: tamen sm̃ aliam rationẽ eas causare proxime, & immediate, & independenter à causalitate, q̃ habet in actiones elicitas, licet.n. tales essent de essentia volũtatis, vel eædem cũ ipsa & ideo non proprie causarẽtur a fine, sicut nec actiones immanentes voluntati diuinæ ab vllo fine causantur: adhuc tamen actiones imperatæ causarentur vere a fine, sicut actiones Dei trãseuntes vere causantur à fine, quem Deus sibi proponit, ac proinde sunt effectus immediati talis finis. Sic ergo actiones imperatæ volũtatis sunt effectus immediati finis intenti a volũtate, & aliunde ẽt sunt effectus mediati scilicet procedentes a fine medijs actionibus elicitis. Sicut ignis est a Deo, mediante alio igne, atq. etiam immediate, quia Deus, vt causa prima, iuuat ignem ad ꝓductionẽ alterius ignis. Hoc etiam disp. 2. sect. 1. admonuimus. Rursum finis rõne apprehẽsionis & intẽtionis sui, & electionis mediorum causat effectiue actiones externas: sed qualis sit harum efficiendi modus, alibi, Deo dante, dicetur.

32. Quinto obserua, ipsam assecutionẽ finis, quã
5. do est actio, esse vere, & proprie propter finẽ, & effectũ finis. Vt dicunt Conimbr. 2. Phy. c. 7. q. 22. a. 1. quies autem in fine, quando est priuatio, non fit proprie, & ideo non fit proprie propter finem, vt dicũt ijdem, & hoc est quod intendit Fonseca, 5 Met. c. 2. q. 10. sect. 2. & 3. dicens, eatenus tantũ fieri propter finẽ, quatenus cõsecutio finis, ad quam cõsequitur, facta est propter finem. De delectatione aũt, & gaudio cõsequentibus adeptionem finis, expresse docet ibi, esse vere, & proprie, & in se ipsis propter finem.

33. Dico 3. effectus, qui præter intentionẽ nos-
3. conl. trã resultant ex actibus nostris elicitis, vel imperatis, licet vere sint effectus finis, quia ab illo pendent, & dimanãt medijs nostris actibus, tamen simpliciter, & absolute nõ sunt propter finem. Vt cum cytarædus, vel pugil, aut faber suam exercet artem ob aliũ finem, & interim calefit, & cum homo aliud intendens, per suos actus elicitos habitum producit. Probatur, quia esse simpliciter, & proprie propter finem, importat intrinsecum, & immediatum ordinem actus ad finem, vel ad medium intuitu, & amore, atque intentione finis, neutrum autem conuenit in effectum, qui est præter intentionem agentis: ergo nõ est simpliciter, & proprie propter finẽ; secus mediũ, quia per electionem intrinsece, & immediate ordinatur, in finem. Dico, intrinsece, non quia ille ordo sit intrinsecus, ei quippe potius est extrinsecus; sed quia est intrinsecus electioni, quæ respicit intrinsece medium intuitu, & amore, & intentione finis. Male igitur nõ nulli simpliciter, & sine distinctione docent, omnes effectus resultantes ex actionibus nostris imperatis, esse propter finẽ a nobis intentum.

Dico 4. actum electionis, etiam quando tã- 34.
tum est elicitus, esse propter finem, & idem 4. concl.
est de vsu actiuo, & de consensu, quos actus obseruaui, non esse distinctos re ipsa ab electione, vnde sicut eloctio mere elicita a voluntate, non est re vera mediũ, sed electio medij, ita neq. vsus actiuus, qui est quædam electio proxima operi, per quam potentiæ membra, aut alia instrumenta, quæ sunt media applicãtur ad operationem. Ex quo sequitur, male aliquos probare, vsum actiuum esse propter finem, quod re vera sit medium, nam quando iste actus est elicitus tantum, cum non sit dilectus & volitus amore, & intentione finis, nec cadat sub electione, non est medium, secus quãdo est actus imperatus & electus ex amore, & intentione finis. Aliter ergo probatur cõ. primò qa electio intrinsece respicit mediũ propter finem: ergo ipsa est propter finem, intrinsece, & essentialiter. 2. quia hic actus procedit ex amore, et intentione finis. et cum intrinseco ordine ad finem: ergo non solum est effectus finis, sed vere propter finem. 3. hic actus pendet essentialiter ex fine, quia nõ versatur circa media, nisi ratione finis, omnis autẽ effectus essentialiter pendens a fine si ipsum respiciat intrinsece, vel aliud propter ipsum, est vere et ꝓprie propter finem; ergo. 4. eligere est operari: ergo eligere medium propter finem est operari propter finem: ergo ipsa electio est vere propter finem.

Hic autem obserua 1. has rationes etiam 35.
procedere in simplici voluntate medij, quam 1. notab.
suo loco dicemus, distingui realiter ab et 4. cõc.
electione, sicut simplex voluntas finis ab eius intentione.

Secundo obserua, conclusionẽ esse verã, siue- 2. notab.
electio oriatur formaliter ex amore, & intentione finis, siue virtute tãtum. Infra. n. docebimus, posse eligi mediũ sine formali, & expres-

sa

sa intentione, vel dilectione finis, saltē realiter distincta ab electione, & tunc electionē virtute tantū procedere ex amore, & intentione finis: quod tamen sufficit; vt vere sit, & fiat propter finē, imo tunc vere nō erit effectus mediatus finis, sed immediatus. Similiter quādo (vt possibile est) recedēte intentione, & amore finis, manet electio medij, ea ast effectus, qui non mediate, sed omnino immediate conseruatur ab ipso fine, non formaliter, sed quasi virtute, quia ipse finis nō manet nisi virrute in ipsa electione: quæ abeo quādo erat in apprehēsione, & intentione dimanauit. Electio aūt non potest formaliter causare se ipsam: ergo nec finis, vt est tantū in ipsa electione, potest ipsam formaliter causare, sed virtute tantū quatenus ipsa electio non conseruaretur mō, nisi a fine dimanasset, & mediū intrinsece respiceret, vt conueniens ad talem finem.

3. notab. Tertio obserua, conclusionē esse Suarez to. 1. Metaph. disp. 23. sect. 3. Fonseca, 5 Metaphy. c. 2. q. 10. sec. 2. 3. & 4. Pereri. 8. Phy. c. 2. & Cō imbricen. 2. Phys. c. 7. q. 22.

36. 5. concl. Dico 5. amor, seu simplex voluntas, & ipsa in tētio finis est vere effectus finis, & propter finē. Hæc est cōtra aliquos, inter quos est Fōseca locis nunc citatis, qui id negant de simplici volūtate, eo quod nō procedit ex amore finis. Est ēt contra alios qui vt supra retulimus, sentire vidētur rē, quæ est finis, non esse causam finalem amoris, vel intētionis ipsiusmet finis; cuius opinionis fuit Ferrarien. 1. contra gētes. c. 75. dicens: *licet res quæ est finis, amari possit nihil ad ipsam ordinādo, tamen non exercet causalitatem finis, donec aliquid propter ipsam ametur*. Et probat ex verbis D Th. ibi dicētis; causalitatem finis in hoc cōsistere, quod propter ipsum alia desiderentur. Tamē D. Tho. ibi nō dicit, hanc esse adæquatā causalitatē finis, sed pertinere hoc ad causalitatem finis; & nostra conclusio ex alijs D. Th. locis colligi potest, nā. q. præsenti, art. 1. & cum eo Caiet Cōrad. Medi. Valen. & alij docēt, omnes actiones humanas esse propter finē: hæ autē actiones saltē quādo sunt liberæ, humanę sunt, ergo propter finē. Eadē autem ratio est, quando sunt necessariæ: ergo tunc etiam propter finem sunt. Item eodem ar. ad 2. expresse docet volitionē vltimi finis esse propter vltimū finem: Sic. n. loquitur. *Vnde relinquitur, quod si actio humana sit vltimus finis, quod ipsa sit imperata à voluntate, & ita ibi aliqua actio humana, ad minus ipsum velle, est propter finem: quidquid ergo homo agit, verum est dicere, quod homo agit propter finem, etiam agendo actionem, quæ est vltimus finis.* Et de veritate, q. 22. a. 2. docet influxum causæ finalis esse amari, & desiderari: ergo etiam in amore, & desiderio finis exercetur causa finalis. Et 3. cōtra gētes, c. 2. ait finem esse id, in quod tendit impetus agentis. Sed ante electionē & amorē mediorū tendit in finē impetus agentis: ergo finis tunc finalizat & exercet rationem finis. Nauarro etiam. c. inter verba concl. 5. n. 26. ait. *finis secūdum D. Tho. 1. 2. q. 8. a. 2. vbi hoc Caiet. laudat, est bonū, quod propter se desideratur, siue alia desiderētur propter ipsum, siue non, siue ipsum desideretur ob aliud, siue non, iuxta mentem Gregorij, & Gab. 2. d. 38.* Fauet etiam Arist. 2. Metaph. c. 2. vbi ait, *finem esse quod nō est alterius gratia, sed eius gratia cætera*; ergo cum quid appetitur non alterius gratia, sed propter se, appetitur, vt finis, & talis appetitus pendet a fine, vt causa finalis est, licet completa causalitas finis non habeatur vsq. ad electionem, imo & executionē mediorū, & consecutionem finis, quo sensu intelligitur Arist. 2. Phy. c. 3 & 5. Metaph c. 2. dicens, finem esse cuius gratia cætera fiunt. Deniq. amorem, & intentionē esse propter finē, & ab ipso fine in genere causæ finalis, docent Henri. 2. p. sūmæ. a. 46. q. 6. Suar. to. 1. Metah. disp. 23. sect. 3. Molina. 1. p q. 5. disp. vnica in fi. vbi ait, actū voluntatis creatæ semp ordinari tamq̄ in finē, in rē quā vult, etc. Clarius idē docet q. 19. a. 2. dis. 3. Pererius, 6. Ph. c. 2. Cōim sup.

37. 1. ratio. 5. Concluſ. Probatur, 1. quia homo in amore & intentione finis mouetur, trahitur, alliciturq. imo etiam aliquando determinatur à fine ratione propriæ bonitatis; & non mouetur ab illo in genere causæ efficientis; ergo in genere causæ finalis, Maior constabit postea, cum ostendemus, finem causare secundū bonitatē apprehēsam, & non secundum apprehensionem, si particula secundum, dicat rationem causandi, & non conditionem.

38. 1. prob. minoris. Minor probatur tū quia nihil potest mouere effectiue peridquod non exiſtit realiter, secūdum tantum in apprehensione: tum quia illa causalitas non potest supleri a Deo, si autem effectiua esset, suppleri a Deo posset.

Secundo quia actus procedens ex amore finis, & illū intrinsece respiciēs, est propter finē: huiusmodi est intētio finis. Ergo est pp finē. Et de amore ipso ostēditur, quia actus procedēs ex cōceptione finis est pp finē: sed amor finis est huiusmodi: ergo. Maiorē certā putat D. Th. 3. cōtra gētes, c. 2. dicēs. *de agentib. per intellectū non est dubiū, quin agāt propter finē, agunt. n. præcōcipientes per intellectū, id quod per actionē cō sequūtur, et ex tali præcōceptione agūt.* Et in hac q. a. 1. nō aliter ꝓbat oēm actionē humanā esse pp finē, nisi quia obiectū volūtatis est finis, & ideo omnis actus voluntatis habet ꝓ obiecto finē, vel mediū ad finē, vel est actus imperatus ab istis; qāliber autē horū sufficit, vt actus sit pp finē: intētio autē, & amor finis habēt ꝓ obiecto ipsū finem: ergo vere sunt propter finem.

Confir. quia finis est, cuius gratia; ergo eo ipso quod aliquid gratia sui appetitur, exer-

cet causalitatem finis, ac proinde amor finis,
39. sicut in nobis habet causã efficiẽtẽ,ita& finalẽ.
3. Tertio probatur, quia qui amat,vel optat aliquid propter finem,agit propter finem,sed qui amat,vel optat finem propter ipsum finẽ, iam amat, & optat aliquid propter finem, ergo vere agit propter finem, ac proinde eius actus est a fine,vt a causa finali.
4. Quarto,omnis actus, quo aliquid ordinatur in finẽ,est propter finem, sed intentione, & amore finis ipsum subiectum ordinatur in finẽ,vt per se constat, & docet D. Tho. art.1.ad 2.&4.d.49.q.1.art.1.q.1.ergo.
5. Quinto, omnis actus qui formaliter,vel virtute est volitus propter finẽ, est propter finẽ, sed intentio& amor finis sunt actus virtute voliti propter finẽ,ergo. Minor probatur, quia hi actus sunt intrinsece voluntarij, ergo virtute sunt voliti:& non sunt voliti propter se tantum, sed ẽt propter finem: ergo virtute sunt voliti propter finem, maxime cum exnatura sua conducant & ordinentur ad conseruationem finis,vt docet Capreolus 1 d.1.q 1.ad 1.contra 3.cõcl.& ea ratione per alium amorem, & aliam voluntatem possent formaliter appeti. Alia ad confirmationẽ nostræ,conclusionis docet Caprel toto art.3. illius q̃stionis.

40. An vero isti actus sint effectus causæ finalis
1. dubiũ. inquantum sunt effectus virtute voliti propter hominem,qui est finis,cui.R.iam in superioribus docuimus finem, cui nõ esse proprie
Respon. finem, nec causam finalẽ & ideo licet virtute sint propter hominẽ, vt finẽ,cui,qa eius bonũ respiciunt,tamen ea ratione nõ erunt effectus
2. dubiũ. hominis, vt causæ finalis. Si petas an conclusio vera sit etiam in simplici affectu, & intentione conditionata,& inefficaci finis apprehẽsi, vt impossibilis. Respondetur affirmatiuè, quia procedunt eædem rationes,nec video rationemvllã dubitãdi, & ita eiusmodi actus esse propter finẽ,& effectus finis in genere causę finalis docet Suarez,tom.1.Metaphy.disp.23.
41. sect.6.num.18.
6. Concl. Dico 6.delectatio gaudiũ,seu fruitio finis iã cõsecuti est propter finẽ,& à fine ipso ingenere causæ finalis.Hãc docet Suarez supra,& pro-
1. Ratio. bo,qa licet Scotus senserit,hũc actũ nõ esse elicitũ à voluntate,sed ad illũ mere passiue se habere, tamen probabilius est oppositum, vt in sequentibus patebit. Et quantũ attinet ad præsentẽ disputationẽ,nihil refert,sed satis est esse operationẽ nostrã de genere qualitatis, ea.n. est profecta ex fine, & eius amore,& intẽtione(quando finis fuit prius dilectus, & intẽtus, quã obtentus) & est de fine propter eius bonitatẽ,propter eã enim delectamur de fine amato, & intento iam consecuto:ergo vere est effectus finis in genere cuusæ finalis,& est propter ipsum finẽ.Bonitas enim finis in esse apprehenso non causat,nisi finaliter.Dices est, iã tũc inesse reali,& ideo põt causare effectiue.R. p ac Obiecto.
cidẽs est ad delectationẽ,finẽ esse obtẽtũ reali
ter,satis est apprehẽdi,& cõcipi, vt iã obtẽtũ. Solutio.

Secũdo probo,quia voluntas delectatur de fine propter se ipsum,ergo delectatio volũtatis est propter finẽ,ac proinde effectus eius in 42.
genere causæ finalis. Obijcies.D.Th. q.2.a.6. 2. R.
ad 1.vbi ait, delectationẽ nõ appeti propter fi Obiectio.
nẽ ipsũ,si particula,propter, dicat habitudinẽ causæ finalis,secus si causæ formalis. R. D.Th.
nõ loqui de ipsa delectatione,sed de appetitu, Solut.
& desiderio delectationis. Nos loquimur de ipsa delectatione,& dicimus,esse propter finẽ, non solum sumendo,propter, vt dicit causam formalẽ, sic enim omnis actus intellectus, vel voluntatis est propter suũ obiectũ à quo specificatur,vt a forma extrinseca,sed ẽtsi,propter, dicat habitudinẽ causę,finalis, nã sic est propter finem consecutum, licet non propter finem consequendum, & est gratia finis consecuti,licet noncõsequẽdi.D. autẽ Tho. loquitur de appetitu delectationis,in quo appetitu ipsa delectatio non appetitur propter suũ obiectũ, vt propter finẽ,sed propter seipsam, vt propter finẽ;pp obiectũvero appetitur vt propter formã,quę specie dat delectationi tãquã causa motiua ad delectationẽ, & consequẽter dat specie appetitui delectationis,quia desiderium ex suo obiecto motiuo specificatur.

Tertio aliqui probãt conclusionẽ, quia ip- 43.
sa delectatio ex natura rei ordinatur,vt in finẽ, 3. Ratio.
in actionẽ ipsam,ad quã cõsequitur,tãquã perfectio quædam,& decor eius,& vt confert ad constantiam, & facilitatem eius: ergo etiam delectatio,quæ cõsequitur ex fine iã consecuto,ordinatur ad ipsam cõsecutionẽ finis, vt ad finẽ, quẽ suo modo perficit,& format: ergo si delectatio intellectualis sit,&cõsequatur ex illo fine perfecte cognito,& proposito volũtati, Reijcitur
causabitur ab illo in genere finis. Sed hæc ra- ratio 3.
tio nulla est,quia licet delectatio sit,veluti perfectio,& decor consecutionis finis,&ideo ipsa consecutio finis possit dici finis sui, tamẽ finis cui,vt dixi,nõ est proprie finis,nec causa finalis: ergo ea ratione delectatio nõ erit effectus talis cõsecutionis in genere causę finalis. Quod vero dicitur de vtilitate delectationis ad firmitatẽ, & cõstantiã operationis,quæ est cõsecutio finis,nihil refert,quia hoc nõ videtur habere locũ in operatione,quę ex se sũmã cõstãtiã Soln.
& firmitatem habeat; & licet semper ad firmitatẽ,&cõstãtiã posset conducere,inde tãtũ sequeretur,posse appeti alio actu,ppter operationẽ conseruandam, in quo euentu non dubiũ,quin si delectatio à tali appetitu procederet,vere esset & fieret propter talẽ finẽ, cũ vero actu reflexo minime appetitur, sed simpliciter delectatur homo de fine iam conse-

cuto,

cuto,non probatur dicta ratione delectationē esse effectum finis in genere causæ finalis,sed ad priores reuertendum est, quæ probant nō solum in sua radice, sed etiam formaliter delectationem de consecutione finis esse propter finem,licet quidam docere videantur tantum esse propter finem in sua radice, dicunt enim eatenus esse factam propter finē, quatenus assecutio finis,ad quam consequitur,factā est propter finem. Quod si ita esset,quando assecutio non est vera sed apparens, & apprehensa,delectatio non esset propter finē, quia nulla assecutio præcesit, quæ propter finem esset. Hoc autē falsum existimo:ergo.

Corol. Vnde colligitur recte dixisse relatos à Fonseca illa sect.3.finem causare finaliter,1. mouēdo causam efficientem,2.satiando eius appetitum,& immerito Caietanum,q.1.art.1.cum duplicem hanc rationem causandi causæ finalis posuisset, paulo post ita se corrigere, vel explicare,vt doceret rationem causandi, quā finis iam obtentus exercet, potius esse cōsummationem proprię rationis causandi,seu finalizandi,quam ipsum causandi exercitium.

Hæc dicta sunt de delectatione, ponendo eam respicere intrinsece bonum præsens, & distingui realiter ab omni amore proprie dicto. Eædem autem rationes fieri possent,si esset amor intrinsece respiciens rem præsentem, vt aliqui voluerunt: si vero abstrahens à præsentia,& absentia obiecti,vt alij voluerunt,procedunt rationes superius factæ de amore. Nostamen cum Capreolo.1.d.1.q.1.art.1. concluſ. 3.& art.3.ad argumenta contra illam,& cum alijs docebimus infra,esse actum omnino di-

44. stinctum ab amore.

7. *concl.* Dico septimo,odium, fuga, & tristitia,qui actus pro obiecto habent malum,sunt propter finem,& effectus eius in genere causę finalis. Patet quia finis sua bonitate,vt ratione mouendi mouet ad hos actus, & non in genere causæ efficientis; ergo in genere causæ finalis. Et ad idem accōmodari possunt omnia, quæ dicta sunt de amore,intentione, electione, &

45. delectatione,quæ non expedit replicari.

8. *concl.* Vnde dico octauo, omnes humanæ actiones sunt propter finem. Ita docet D. Thom. art.1.& cum eo Caiet. Conrad. Medi. Valentia,& alij. Idem colligitur ex D.Tho. in hac q. art.6.asserente, omnem actionem humanam

Prob. 1. esse propter finem vltimum. Patet 1. ex dictis conclusionibus à sufficienti partium enumeratione,& perfecta quadam inductione. Secundo,generaliter id ostendit ratio D.Tho.art.1. argumento sed contra:nam omnia, quæ sunt in aliquo genere deriuātur à principio ipsius generis: sed finis est principium in operabilibus ab homine, vt patet per Philosophum 2. Phy. Ergo homini cōuenit omnia agere propter finem. Maior propositio difficultatem nō habet,secus alia quę communiter circumfertur;*Primum in vno quoq. genere est causa cæterorum quæ in illo genere sunt.* Qua propositione vtitur D.Tho.1.p.q.5.art.1.tribuens Aristoteli.2.metaphy.cap.1. de qua plura Conradus ar.1.huius quæstionis,& Caiet.1.p.q.2.art.3. quibus omissis, quia ad rem non pertinent, solū dico,1.eam vulgarē propositionē verā esse in eo sensu, vt primū in vnoq. genere sit causa saltē exemplariis aliorum,quæ in illo genere continentur.2.eam apud Arist. ibi non haberi,vt docte obseruauit Vazquez in hac.1.q. art.1.dub.1.circa textum: Aristoteles namque solum ait, *Vnumquodq. vero idipsum maxime aliorum est,secundum quod aliis vniuocatio in est vt puta ignis calidissimum,cæteris enim hic est caliditatis causa.* Solum ergo vult Arist. id quod causa est vt alia secum in nomine conueniant, esse maxime tale,quia propter quod vnūquodq. tale,& illud magis, vt ipsemet dixit, 1. post. cap 2.

Quomodo 1. in vno quoque genere sit aliorum causa.

Tertio generaliter probatur,conclusio, ratione D. Tho. eisdem articuli; quæ multis negotium facessit,tamen facile ita formari potest,vt vim habeat, & omnes obiectiones excludantur;scilicet actiones humanæ sunt, quæ procedunt à libero arbitrio, ac proinde à voluntate,quia liberum arbitrium voluntatem includit:ergo omnes tendunt in id, quod est per se,& formale obiectum voluntatis,nempe in illud,quod per se est bonum, & appetibile. Huiusmodi autem est finis: ergo omnes tendunt aliquo modo in finem, ac proinde sunt propter finem,scilicet,vt amor,vel intentio finis,amor electio,vel executio medij;consecutio ipsius met finis,delectatio de fine consecuto, vel de medio ad finem iam in re posito:fuga mali quod cum medio oppositionem habeat, quia quidquid aliquo modo tendit in finem,est aliquo modo propter finem. Et hæc ratio etiam probat de actionibus non humanis,seu non liberis elicitis,vel imperatis à voluntate,licet,D.Tho. tantum intenderit probare de actionibus humanis,quia hæ solę pertinent ad disputationem moralem, & ita docet Valentia hic addens, etiam actiones necessarias voluntatis esse propter finem intentum ab operante. Iuxta quod etiā Cōimbri. 1.Ethi.disp.2.q.2.ar.2.ad 1.docent,etiā actus nostros indeliberatos esse propter finē, quia aliquod bonum, & finem spectant. Nec D. Tho.art 1.ad 3.ait, non esse propter finem, sed tantum ait,habere quasi finem imaginatum,non autem per rationem(scilicet deliberantem)prestitutum. Nam reuera in his operibus est aliqua attentio intellectus, & forte aliquis discursus,non tamen deliberatiuus, vnde illa cognitio quæ imaginationem sequitur, est

46. 3.

quasi

quasi imaginatio. Et sic explica D. Tho. hic: ipsumq. & ferrariensem 3. contra gentes, cap. 2. dicunt autem aliqui hoc non sufficere vt proprie dicatur, homines in his actionibus agere propter finem, quia isti non cognoscunt proportionem mediorum, & finis. Sed existimo, proprie agere propter finē, imo & propter finem ab illis intentum: quia ad hoc non requiritur vt cognoscatur proportio mediorū & finis: & quia illi videntur eam cognoscere, licet non bruta, quæ quidem non habent intellectum. Moraliter tamen illi non dicuntur agere, sed agi vt bruta, quia libertatem in his actibus non habent. Si quis autem distinctius videre velit obiectiones, quæ fiunt contra rationem D. Tho. & earum solutiones, legat Valentiam, Medinam, Caietanum, & Conradū. De alia vero ratione qua D. Thom. 3. contra gentes, cap. 2. ratione. 5. probat, agentia per intellectum agere propter finem, quia agunt ex præconceptione illius, nihil attinet dicere, quia ad prædictam reducitur; qui enim agit propter finem, amat finem propter se, & alia propter ipsum &c. Et sic omnis actio voluntatis illius, siue elicita, siue imperata, est propter finem.

47 ad 1. argumentū negatiuæ

Ad. 1. in oppositum R. non sola media esse propter finem sed etiam subiectum perficiendum à fine, & omnes actus, quibus aliquomodo tendit in ipsum. Preterea licet electio, quæ non est imperata à voluntate, non appetatur formaliter vt medium, est tamen voluntaria intrinsece, ac proinde virtute est volita: & non propter se solam, nec propter medium: ergo virtute est volita propter finem, ergo vt medium. Ad 2. cum sua confir. R. non solum esse propter finem actus procedentes ex amore finis, sed etiā illos quibus propter se amatur, intenditur, vel placet finis, quales sunt amor, & intentio finis, & delectatio de fine consecuto, seu propter finem consecutum &c.

Ad 2. argument. & confirmationem

48. ad 3. arg.

Ad 3. R. assensum principiorū esse effectū principiorum in genere causæ finalis intentæ per appetitum innatum, quem habet intellectus ad omnem veritatem, & hanc causalitatem exercent principia non mediante iudicio; vt quando voluntas aliquid amat, sed mediante apprehensione, vt conditione sine qua non. Habent rursum, media aprehēsione, vt dispositione vel ratione agendi aliam causalitatem actiuam, vel dispositiuam, qua determinat per se, idest nulla alia propositione media, ad essensum sui & medio eo assensu ad assensum conclusionum, & ideo dicimur assentiri principijs propter se, conclusionibus vero propter principia: vnde Arist. 1. Poste. ait principia perse fidem habere, conclusiones autem per principia.

49. Ad 4.

Ad 4. R. etiam operationem, quæ non conducit ad finis consecutionem, aut conseruationem esse posse propter finem scilicet cum est delectatio propter finē, & gratia finis, eo quòd est de consecutione finis, vel de executione medij ad finem, vel de cōmoditate exequendi media, & obtinendi finem.

50. Ad conf.

Ad confir. R. assecuto fine cessare actionem & motum ordinatum ad consecutionem finis eo modo, quo ordinatur medium, intellectio, vel electio: non tamen cessant actiones fundatæ in ipsa consecutione finis, quales sunt delectationes de eius consecutione: nec abstrahentes à cōsecutione, & absentia, qualis est simplex amor finis, & medij. Fauet. D. Tho. 4. d. 48. q. 2. a. 2. ad 1 secūdi ordinis dicēs: *assecuto fine nō cessare motū cōcomitātē*, scilicet fundatum in assecutione finis, *vel prosequentem ipsam assecutionem finis; & ideo naturaliter, licet multi homines essent gēiti, nō cessaret motus eccli ad causā dum plura, & plura, quantum est ex parte sua ad similitudinem diuinæ bonitatis, quæ sui communicationem semper apperit.* Similia dicunt ferrara 1. contra gentes c. 2. Cōimbri. 2. phy. c. 7. q. 22 in fine Ad 5. R. Cōimbricenses, 1. Ethi. disput. 2. q. 2. art. 2. ad 3. non dici verba, & operatio sa, quia nullum omnino finem spectent, sed quòd careant fine conuenienti, qui eis apponi deberet.

Ad 5.

51 difficultas sol. difficultatis.

Hic poterat esse difficultas, an appetibilitas mediorum sit effectus finis? R. proprie nō quia finis non causat nisi vt cognitus. hæc autem conuenit medijs ante quā finis cognoscatur ergo: & ita sentiunt Cōimbri. 2. physi. c. 7. q. 22. art. 1.

Sectio 3. Vtrum actiones diuinæ sint propter finem.

52. 1. diffic.

POST quam dictum est, omnes actiones humanas esse propter finē, explicandum superesse videtur, an solæ illæ sint propter finem? In quo 1. difficultas esse posset de actionibus elicitis, vel imperatis à voluntate nostra, quæ non sunt humanæ, quia sunt necessariæ, & non liberæ. Sed de his iam dixi sect. præcedenti, omnes esse propter finem, non secus atq. actiones humanæ, quia eadem est ratio de vtrisq. 2. de actionibus hominis neque elicitis, neq. imperatis à voluntate humana, de quibus nec hic opus est dicere, quia eadē ratio est de his, & de actionibus brutorū, vel agentium mere naturalium de quibus dicemus postea. 3. de actionibus Angelicis: & nec de his oportet dicere, eadem enim est ratio de operationibus elicitis, vel imperatis à volū tate angelica, & ab humana: de alijs vero actionibus Angeli, si quæ sunt, eadem ratio est quæ de actionibus agentium mere naturaliū.

2.

3.

Si

Obiectio. Si obijcias D.Thomam.a.2.dicentẽ, propriũ esse naturæ rationalis agere propter finem, mouendo se in finem:sed natura angelica quã tuis sit intellectualis, non est rationalis, ergo non agit propter finem,ficut humana;R.natu-
Solutio 1 ram angelicam dici etiam rationalem, quia discurrit,vel formaliter,vt aliqui volũt,vel saltem virtute R.2. D. Thomam solum voluisse, inter naturas corporis participes proprium esse rationalis agere propter finem, an vero voluntas humana & angelica in eo differant, quòd angelica ita operetur propter finem,vt eodem actu attingat medium ,& finem humana vero non:pertinet ad 3.a.octauæ quæstionis vbi inquid D. Tho. *voluntas eodem actu vult medium & finem*:eo loco disputabitur. Solũ ergo supersunt aliæ tres difficultates explicandæ hac sectione,& duabus sequentibus, de actionibus Dei,brutorum,& mere naturalium agẽtium,ideſt quæ non agunt voluntarie, seu appetitu elicito.

His prẽmissis de præsenti difficul.est 1.opi-
1. opinio. nio Soncinatis .5.metaphy.q. 2.actiones immanentes Deo esse proprie propter finem,& habere causam sui finalem. Suadetur. 1. quia
1. arg. Deus ad extra non operatur actione transeunte,sed immanente:ergo si actiones immanentes Dei nõ sunt propter finem, nullę actiones Dei erunt propter finem:quod esse falsum o-
-f. stendemus,& confir. quia quando nulla actio alicuius est propter finem,nullus eius effectus est propter finẽ: sed omnes effectus Dei sunt propter finem:ergo & aliquæ actiones Dei,nimirum illæ quibus tales effectus producuntur.
2. arg. 2. quia causalitas finalis consistit in motione metaphorica,sed diuina bonitas metaphorice mouet diuinam voluntatẽ: ergo causat aliquid finaliter in diuina voluntate.
3. arg. 3.quia Deus diligit se & alia propter seipsum & gloriam suam:particula autem , propter,denotat causam finalem hic,vbi nulla alia causa intelligi potest,ergo.
4.argum. 4. Finis nihil causat,nisi causando volitionẽ in agẽte ;sed creaturæ causantur à fine quem Deus intendit: ergo idem causat volitionem aliquam in Deo:quod est falsum.

54. Dicendum tamen est 1. nullam dari causã
1. concl. finalem actionum Deo immanentium Ita docet Molina,1.p.q.5.disp. vnica in fine,& q.19.
Actionis immanentis Deo, nulla est causa finá art.2.disp.3.& art.9.cum D.Thom.ibi generaliter negante,dari aliquam causam diuinæ volũtatis,& 1.cõtragẽ.c.86.& 87.dicit diuinæ volũtatis aliquã rationẽ esse,nõ tamen causam. Idem Alensis.1.p.q. 5.art.3. Driedo.1.de cõcordia liberi arbitrij,tract.1.cap.4.mẽb.1. ad 4.Gab.2.d.1.q.5.a.1.notab.1.& d.38.q. vnica a.1.notab.2.Ochã.2.q.3.a.1.Suar. to.1.metaphy.disp.23.sect.9.Fõseca.5.metaphy.c.2. q. 10.sect.4.Cõimbri.1.Ethi.disp.2.q.1.art. 2. cõclu.2.& art.1.& 2.phy.c.7.q. 21.art.2.& 3. & q.22.art.2.ad 1.Heruæus quodlib.2.q.1. Ferra.1.contra gentes.c.87.Vbi tamen ait, *licet diuina bonitas non sit realiter causa diuinæ voluntatis:est tamen causa secundum nostrum modum intelligẽdi*,quod improprie dictũ est,sensũ tamẽ sanum habuisse videtur , nempe esse causam virtualiter,& ideo à nobis intelligi, & explicari per modum causæ. Sic dicimus intellectionem diuinam virtute esse distinctam realiter á volitione diuina,& eius causam.

55. Conclusio hæc probatur.1.ex Aug,lib.83. Cõcl. pro
ba.1. quæstionum.q.28.vbi negat, quærendam esse causam diuinæ voluntatis,ob quam voluit mũdum creare,& rationem reddit: quia omnis causa efficiens est,quod aliqui intelligunt. Quia in omni vera causalitate interuenit aliquã efficiens causa:hic vero nulla. Sed melius intelligitur de causa efficiente, saltem metaphorice,quomodo Arist. 1. de generatione c. 7.tex.55.dixit, causam finalem metaphorice tantum efficientem vocari,cum ergo internarũ actionũ Dei nulla sit causa efficiẽs proprie, aut metaphorice dicta,non erit vlla causa finalis ipsarum.

56. 2. Prob.quia finis non causat nisi cum effi
2. ciente id quod ratum constansq. esse docent Cõimbri.2.phy.c.7.q.9.art.2 sed internarum Dei actionem nulla prorsus est causa efficiens: ergo nec finalis. Vnde Arist.3.metaphy.tex. 3.in immobilibus,docet,non esse causam finalem,ideſt nullam actionem, vel entitatem rei omnino immobilis,qualis est Deus,posse finalem causam habere.Obijcis, quia ex Arist.1. Obiectio. cæli,c. 1. a.tex.1. vsq.ad 20. cœlum non habet causam efficientem: tamen habet finem: ergo idem dici posset de actionibus Dei inter
Solutio 1 nis.R.1.ex ea opinione sequi cœlum non habere finem;sed eam opinionem erroneam es-
Solutio 2 se.2.R.cũ Fõseca.1.metaphy c.2.q.10.sect. 5.Arist.solũ sensisse nọ esse cęlum effectum generatione,esse tamen creatum à Deo fateri videtur 12.metaphy.c.7.cum ait,cælum & totam naturam à primo mouente pdere. Di-
Obiectio. ces instrumenta artis cum non fiunt nec conseruantur ab agente,esse propter finem,ergo quod non habet causam efficientem , potest
Respon. habere finalem. Respondet bene Fonseca ibi, sicut pater dicitur causa filij , non solum cum actu causat,sed postquã causauit , ita finis est causa instrumentorum,quæ effecta sunt propter aliquem finem,non solum cum actu causat illa,sed etiam postquam causauit; tamen necesse est ipsa propter aliquẽ finẽ fieri vt postea dicantur esse gratia illius finis. Cum ergo diuinæ actiones internæ nunquam fuerint factæ ob aliquem finem,nunquam esse dicentur
57. 3.prob.1. cõclusio. gratia alicuius finis.

Tertia

3.Prob. quia actus diuinæ voluntatis, vel cõsideratur quoad entitatem omnino necessariam & essentialem,vel quo ad liberam extensionem,& determinationem in ordine ad bona externa, scilicet gloriam, honorem,& alia huismodi,propterquæ Deus creauit mundum &c. Ratione primi non potest actus diuinæ voluntatis habere aliquam causam (quidquid forte senserit Soncinas) & oppositum merito ab aliquibus censetur omnino improbabile, quia actus sub illa ratione est ens necessarium, & omnino inde pendens,ac proinde nullã causam habet,& alioqui Deus esset causa necessaria talis effectus,quia finis non causat, nisi simul causante agente,consequens est absurdũ: ergo ille actus sub ea ratione nec efficientem, nec finalem causam habet, maxime cum sub ea ratione non respiciat aliquid efficiendum, vel conseruandum per creationem,vel creaturas;sed perfectiones,quæ necessario futurę sũt in Deo.Nec ratione secũdi ille actus causam vllam habere potest, nam vel libera illa determinatio diuinæ volũtatis addit aliquid reale diuinæ voluntati,vt Caiet. & alij sentiunt,de quo alibi vel tantum addit aliquem respectũ rationis. Si aliquid reale addit illud certe non distinguetur ex natura rei ab ipsa entitate omnino necessaria,nec ab existentia Dei: ergo vere non erit causatum, quia in omni causato distinguitur ex natura rei existentia ab essentia,& ideo vna persona in diuinis non dicitur causa alterius,sed principiũ tãtũ actiuũ. Hîc autẽ,nec principiũ actiuum respectu illius liberę determinationis asserendum esset, quoniam principium actiuum ab eo cuius principium dicitur, debet distingui ex natura rei: Deus autẽ nullo modo distingueretur ex natura rei ab illa determinatione libera: ergo non esset principium eius actiuum,nedum efficiens:vbi autem nullum est efficiens, nulla datur causa finalis:ergo ille actus (quidquid aliqui dicant)in ea opininione nullam haberet causam finalem. Multò autem minus eã habere posset in opinione asserente, eam determinationem esse ens rationis: quia ens rationis, vt nullum habet esse nisi apprehẽsum, ita nullam causam habet:& præterea tale ens rationis est relatio,relatio autem, etiã si esset realis,nullam haberet causam, nisi per accidens,quæ tamen hîc non habet locum, cum nihil aliud sit causatum per se, ad quod ea relatio posset consequi:ergo nulla potest admitti causa finalis illius liberæ determinationis, vt recte Suarez supra.

58. Vnde probare nõ possum quod ait Bañes, 1.p.q.44.art.4.actionem Dei dupliciter consi. derari.1.secundum suam entitatem realem.2. quatenus importat respectũ rationis ad creaturam.Si consideretur posteriori modo,ait,diuinam actionem ordinari ad diuinam voluntatem,seu bonitatẽ,vt ad finem,si vero priori modo,adhuc distinguit.Potest enim actio Dei secundum suam entitatem realem dupliciter considerari.1.vt est substantia Dei, & sic non habet finem,2.vt ratione distinguitur à substnatia Dei, & sic finis eius est diuina bonitas.

Quæ doctrina primo reijcitur,quia ens rõis secũdus se,vt vere nõ existit,ita nec habet causã efficientem,vel finalem præsertim si sit ralatio.2.quia actio Dei,vt ratione distinguitur ab essentia Dei nullam habet causam efficientẽ, ergo nec finem.3.quia causa & causatum differunt re saltem in modo essendi: sed bonitas & actio diuina,nec secundum se, nec in modo essendi differunt re:ergo actio diuina non potest causari finaliter à bonitate diuina.Et sane videtur nefas, ponere in Deo aliquid reale vere causatum,cũ quidquid in Deo est,sit suum esse independens,& maxime hoc est verum, loquendo de entitate,quæ non libere,sed necessario est in Deo.4.iste author ponit,Deum ad extra non agere actione vlla transeunte. sed immanente:quæ opinio falsa est,nec saluare potest id,quod verum est,scilicet Deum vere agere propter finẽ;quia(vt ostendemus)nulla actio immanens Dei potest vlla ratione habere causam finalem:ergo.

Eodem modo confutari posset Caiet.1.p.q. 44.art.4.dicens,Deum secundum suam substã 59. tiam non habere finem, bene tamen secundũ quod agens:nisi intelligat,Deum agere actione formaliter transeunte, & huius dari finalem causam.Quo sensu dixit Duran.2.d.1 q.6 num.8.Deum non habere causam finalem,secundum quod ens est, sed secundum quod est operans.Idẽ docet Suarez.i. tomo metaphy. disp.23.sect.9.

Vnde dicendum est 2.actiones Dei externas vere esse propter finem,& esse effectus alicuius causæ finalis. Ita Durandus Suarez,Cõ imbri.& Fonseca,supra,qui idem docet eodẽ, c.& lib.q.16.sect.4.prob.1.testimonijs scripturæ,& patrũ;proue.16.*Omnia propter semetipsum operatus est Deus.* Vbi Hieronymus sic ait;*nulla fuit Domino causa creaturam visibilem, vel inuisibilẽ faciendi,nisi voluntas sua,vt suam videlicet bonitatem rationali creaturæ,quam perpetuo beatam faceret,ostenderet.* Quæ verba ibidẽ transcribit Beda. Alia sunt innumera scripturæ,& sanctorum testimonia,in quibus Deus dicitur saluare,viuificare,adiuuare propterse, propter nomen suũ, vel gloriam suam,&c.vt Isai.48.*propter me, propter me faciam*; in quo loquendi modo denotatur,Deum esse finẽ, cui, sed eius gloriam esse finem,cuius consequendi gratia Deus operatur.Sic Boëtius.3.de cõ sol.prosa. 3.ait,insitam bonitatem liuore carentem impulisse

60. 2. concl. Prob. 1.

Actiones Dei externæ sũt vere propter finem

puliſſe Deũ,vt res externas operaretur.Verba eius ſunt.*Quæ non externæ pepulerunt fingere cauſæ. Materiæ fluitantis opus: Verum inſita ſummi forma boni liuore carens.*Et Dyoni.cap.4.diui.nomi:*diuinus amor non dimiſit eum eſſe ſine germine:*& ideo dicitur Apoc.1.21.& 22.*ego ſum alpha,& omega, principium & finis*, ſcilicet,tum omnium ſuarum actionum externarum , tum omnium creaturarum,quas propter ſuam gloriam produxit.Quo pacto intelligi poteſt Auguſt.in Enchiri.cap.9.dicens:*ſatis eſt chriſtiano rerum creatarum cauſam,ſiue cæleſtium,ſiue terreſtrium,ſiue viſibilium,ſiue inuiſibilium,non niſi boni tatem credere creatoris*;bonitas enim diuina ſecundum ſe eſt principium efficiens creaturarum,eius autem communicatio, & manifeſtatio eſt cauſa finalis earum.Vnde D.Tho.2.d. 1.p.2.q.1.a.1.ait Deũvt eſt operans,habere finem,propter quem facit creaturam.Eodem modo loquitur.3.contragentes,c.17 & 18. & 1.p.q.44.a.4.docet,Deum eſſe cauſam finalẽ omnium aliarum rerum,ac proinde externarum actionem , quæ ſunt realiter diſtinctæ à Deo Similia habetD.Tho.1 p.q.65.ar.2 conſule etiam Alenſ.1.p.q.36.m.3. Henric. quod lib.4.q.19.Ferrar.1.cõtragentes, c.82. Driedo.1.p.concordiæ,cap. 4.ad 4.

α. & ω.

61.

2. 2.quia actio Dei ad extra(vt ſuppono) eſt actio formaliter tranſiens,& exiſtens in creatura:ergo dependet á Deo in genere cauſæ efficientis,ac proinde à bono,quod Deus apprehendit,ſpectat,& intendit,dependet, ſicut à fine. Omnis enim effectus Dei , & cuiuſcũq. alterius cauſæ à fine aliquo pendet. Vnde reijcitur opinio aſſerentium,Deum non agere actione formaliter tranſeunte,ſed tantum virtute:quia infert paſsionem, & effectũ ad extra: & ideo hæc eſſe propter finem,nõ verò ipſam Dei actionem.& conſequenter ad illam opinionem de actione Dei tranſeunte virtualiter, ita dicendum eſt. Tamen,vel ex hoc abſurdo, quòd eam conſequitur,facile eius falſitas deprehenditur:nihil enim eſt frequentius in ſcriptura,& ſanctis quam Deum agere propter finem,ſeu actiones Dei fieri ob aliquam finem. In hoc ſenſu etiam verum eſt, quod aliqui dicunt,dari finalẽ cauſam prædeſtinationis ex parte noſtra,vel Dei,non enim intelligunt dari vere cauſam finalem actus interni Dei ſecũdum ſe,ſed externi,ſcilicet vocationis &c. et mediorum,quæ in æterna prædeſtinatione ad finem aliquem ordinata ſunt. Probabilius dicerẽt, Deum agere propter finem, ſumendo finem non pro cauſa finali, ſed pro termino ſuę actionis.Quo pacto Gab.2.d.1.q.5.a.1.no tab.1.& d.38.q.vnica.a.1.notab.2.& Ocham. 2.q.3.art.1.dicunt Deum actione interna agere propter finem, non accipiendo finem pro cauſa finali,ſed pro termino,& extremo,quod reſpicit actio. Cæterum hoc improprie dicitur,quoniam licet finis interdum pro termino & extremo ſumatur,tamen cum ei adiũgitur particula,propter,cauſam finalem ſignificat.

Actio Dei ad extra nõ eſt tãtum virtualiter tranſiens, ſed etiam formaliter.

62. Ad 1.ego arg.R.Deum ad extra non agere formaliter actione immanente,ita vt creare,verbi gratia,ſit formaliter in Deo ipſo,nam ſecundũ opinionem longe probabilorem, & communiorem reuera eſt formalirer in ipſa creatura.Ad confir.conceditur illatum,quod ea ratione bene probatum eſt.

d arg.1. opinionis ad 1.arg.

ad conf.

ad. 2. Ad 2.R.cauſalitatem finalem in vera motione conſiſtere,licet non in vera efficientia: ſed tantum metaphorica, vt in ſuperioribus explicatum eſt.

ad.3.arg. 1.ſolutio Ad 3.R.1.particulam,propter,dicere veram cauſam non diuinæ dilectionis ,ſed rei volitæ: diligere enim eſt velle bonum alicui, & quando tale bonum eſt creatum , habet cauſam,finalem,ſiue à ſe diſtinctam ſecundum naturã, ſiue tantum ſecundum modum eſſendi. Iam enim ſupra diximus, rem in eſſe apprehenſo poſſe eſſe cauſam ſui in re. R. 2. ſi particula, propter,referatur ad ipſam dilectionem, & non ad rem quam Deus per dilectionem alicui vult,in illis verbis denotari, metaphoricã quandam motionem, qua bonitas Dei,vt apprehenſa,eſt virtualis cauſa non tamen formaliter , & proprie dicta reſpectu dilectionis Dei.Et ita D.Thom.1.cõtragentes.c.86. ait, dari rationem diuinæ voluntatis , ex fine deſumptam:non tamen cauſam.Et ſicut quando Deus dicitur æternus quia immutabilis : immortalis quia immaterialis:diligens, quia intelligens:particula, quia,non dicit veram cauſalitatem ſed virtualem : & improprie dictã: ita cum dicitur,Denm ex amore ſtatuiſſe , & voluiſſe creaturis bene facere , iuxta id Dyoni.c.4.de diui.nom.*diuinus amor non dimiſit eũ ſine germine eſſe*,particula, quia , non denotat cauſalitatem veram,ſed virtualem , & improprie dictum.Et idem eſt de particula, propter, quando Deus dicitur diligere ſe, vel alia propter ſeipſum,vel gloriam ſuam.

63. *2.ſolutio*

Sectio Quarta. Vtrum actiones brutorum ſint propter finem ab ipſis cognitum ſub ratione finis.

94. *par. neg. prob. 1.* QVAESTIO hæc dificilis eſt, nam partem negantem ſuadere inprimis videtur Auguſt. lib 83. quæſtionum.q.3. ſic loquens. *Frui cibo & qualibet corporali voluptate, non à Deo abſurde exiſtimantur , & beſtiæ: vti autem aliqua re non poteſt,niſi animal, quod rationis eſt particeps,ſcire namq.quò quidque referendum ſit, non datur rationis expertibus.* Sane ſi bruta agerent

rent propter finem sub ratione finis, optarent medium propter finē, & illud executioni ob finem mandarent:ergo vterentur tali medio,
2. quod negat Augustſ.Secundo. D. Tho. in hac q.art.2.dicit,rationalia mouere se ad finem, quia per liberum arbitrium habent suorum actuum dominium; carentia autem ratione solum tendere in finem propter naturalem inclinationem,quasi ab alio mota,non autem à seipsis,cum non cognoscant rationem finis, & ideo *nihil (inquit)in finem ordinare possunt, sed solū ab alio ordinantur:*& infra ait;*ideo propriū est naturæ rationalis,vt tendet in finem quasi se agens ducens ad finē. Natura vero irrationalis,quasi ab alio vcta vel ducta, siue in finem apprehensum sicut bruta animalia: Siue non apprehensum, sicut ea,quæ omnino cognitione carent.* In quibus verbis aperte docet D.Tho.bruta finem apprehendere,rationem tamen finis non cognoscere:ideo se in illum non ordinare,sed à Deo ducta,& mota in ipsum tendere. Nihil autē potest agere propter finem à se cognitum & intentum, nisi cognoscat rationem finis, ergo bruta non agunt propter finem à se cognitum vel intentum sub ratione finis, sed quasi casu quodam incidunt in ipsam rationem finis, attingēdo rem in qua est ratio finis,sed non sub ratione finis.Idem colligi potest ex.D. Tho. q.6.art.2.vbi docet, bruta cognoscere finem imperfecte, scilicet apprehēdendo rē,quæ est finis,non tamen cognoscendo rationem finis, nec proportionem mediorum cū fine. Et eodem modo loquuturCaieta.Conrad.Medina, & alij eisdem locis.Valentia disp. 1.q. 1.pun. 2.Vazquez art.2.disp.3.cap.2.Azor.lib.1.c.1. q.4.Suarez tomo.1 metaphy.disp.23.sect.10. num.12.Cōimbri.1. Ethi.disp. 2.q.2.art. 2.& 2,Phy.c.9 q.2.a.2. Anto.1.p.tit.4.c.3.§.1. Vigue.in instit.c.3.§.4.in principio.Caiet.q.6.art. 1.Duran.2.d.23.q.1.D.Thom.1.p.q.59. art. 1. Ferra .3.cōtragentes.c, 26.ratione.4.& c 81.

65. *pars affir.prob. 1.* Partem autem affirmantem suadere videtur 1.quia agere propter finem cognitum & intentum sub ratione finis non est agere propter finem cognitum sub ratione quadam relatiua, qua finis per modum causæ finalis refertur ad suos effectus: istam enim relationem, non cognoscunt,aut certe non considerant sæpissime homines cum agunt propter finem: tamen agunt propter finem cognitum sub ratione finis:ergo agere propter finem cognitū sub rōe finis tātū est agere ppter finē sub ratione boni,q ex se est bonū,& conueniens agenti.Hanc autem rationem bruta etiam cognoscunt,quia per æstimatiuam, vel phantasiā apprehendunt aliquid sub ratione boni,& conuenientis per se.Nullum ergo est discrimē inter hominem,& brutum, sed vtrumq. animal eodem modo cognoscit,& appetit finē. Confir.1.quia Augustſ. supra fatetur,bruta frui aliquibus bonis,fruitio autem est de fine, vt finis *Conf.1.* est,& supponit eius amorem, & desiderium: ergo bruta attingunt finem vt sic, & formali- *Conf. 2.* ter.Confir.2.nam homo quando amat finem, etiam si non amet media,nec de illis cogitet, dicitur agere propter finem,vt sectio 2.docuimus:ergo licet bruta nō cognoscant proportionem mediorum cum fine, eo ipso quòd amant finem in seipso, dicentur agere propter finem,nimirum quia finis ad amorem sui con 66.
currit ingenere causæ finalis.

2. 2.bruta cognoscunt medium, vt medium, & vtile ad finem, ergo etiam cognoscunt finē sub ratione finis,vel saltem proportionē mediorum cum fine,quod negat D. Thom. Añs. prob.si enim canes alicuibi cęsi sint,memoria id retinentes,illac transire recusant, si vero cibum ibi inuenerunt,eò reuertūtur, ad eosque accedunt,á quibus panem acceperūt, ab illisque recedunt, quos fustibus armatos contra se vident, vel à quibus aliquādo percussi sūt. Quæ & similia non facerent, nisi proportionē aliquam motus vel fugæ cum suo bono obtinēdo,maloq.vitando cognoscerent:ergo proportionem aliquam mediorum cum fine cognoscunt,ac proinde videntur formaliter cognoscere media,& finem.Imo videntur media ipsa inter se conferre, cū è duabus vijs, commodiorem arripiunt,herbasq. meliores carpunt, aut si à duobus vocentur, ad alterū accedūt. Huc pertinent quę de industria, & sagacitate animalium scribunt Philosophi,vt Plinius lib. 8.9.10.& 11.suæ historiæ.Anglicus, lib.17. de proprietatibus rerum, Basilius homilia.7. 8. & 9.Hexameron,Ambrosius,lib.6.Hexameron,Nazi.orat.2.de Theologia, Plutar.lib. de industria animalium,& alio libro, quòd animalia ratione vtantur.Arist.8.de historia animali,& lib.9.cap.6.Albertus,lib.8.de animalibus; quę adeo nonnullos mouerunt vt dicerent,bruta vti ratione, licet imbecilliore & imperfectiore quam homines. Quæ sententia referri solet ex Porphy.lib.3.de abstinentia,& lib.de sacrificijs,& Laurētio Valla in sua Dialetica cap.9.vt vidimus sect.1.huius disp.imo fuisse dogma Anaxagoræ, refert Plutarch. li. 5.de placitis,cap.20.imo ipse Plutarc. libris ante citatis idem tenere videtur, de quo vide Cōimbricenses.2 Phy.cap.9.q.3.art.1. 67.

In hac ergo controuersia dico. 1. animalia *1. concl.* bruta non mouere se in finem, moraliter loquendo,quia vt aliquid dicatur moraliter mouere se, oportet à nullo alio prædeterminari ad opus,sed primam determinationem esse à seipso,& ita libere agere. Et hoc intendit D. Thom.& alij.art.2.dicentes,non mouere se in fiuem,sed agi,& moueri a Deo, quia non habent liberum arbitrium. Quæ ratio etiam procedit

cedit in actibus, quibus homo non agit libere, sed necessario, & prædeterminatus ad vnũ, quales sunt omnes actus appetitus sensitiui, secundum se considerati.

68. 2. conclu. Dico. 2. bruta semper agere propter finẽ aliquem a se apprehensum, & cognitum, sub ratione boni, & conuenientis. Ita sentiunt D. Thom. & omnes alij locis cit. proba. 1. ex Arist. 3. Ethico. cap. 1. Nyss. 5. suæ Philosophiæ. cap. 3. Damasceno 2. fidei. cap. 24. vbi dicunt, voluntarium esse quod fit ab intrinseco cum cognitione finis. Quam definitionem recipit D. Tho. q. 6. a. 1. & cum eo alij omnes vt ibi videbimus: sed bruta, vt ibidẽ patebit voluntarie operantur: ergo cum cognitione finis. Quod egregie docet Hieronymus Fracastorius medicus, & philosophus doctissimus, lib. 2. de intellectione fol. 191. dicens, bruta in suis operibus aliquos fines habere, sibi nõ cognitos, sed Deo, à quo diriguntur, quos quidẽ intẽdunt appetitu tantũ innato, alios vero cognoscere, & intendere appetitu elicito, quod mira Dei prouidentia fit, vt hos fines agnoscẽtes, & intendentes, illos quos ignorant, assequantur, indiuiduo, speciei, vel toti vniuerso conuenientes, ad quod illustrandum exemplis satis accõmodatis vtitur dicens. *Auis maturis iam ouis, appetit illa deponere; cuius appetitus duo sunt fines alter aui cognitus, alter incognitus, cognitus autem Deo. Prior appetitus fit ex stimulo perceptus propter pondus; aut propter aliud, cuius finis est aui notus, vt deponat scilicet nocens, & irritans, quemadmodum & feces: alter vero finis qui non agnoscitur ab aue, est vt inde enascatur proles, quod Deo cognitum, & ordinatum est, & consequitur. Perse igitur auis ouа deponit propter stimulũ, per accidẽs propter prolẽ quatenus particularis natura est, per se uero & hoc, quatenus pars est vniuersalis naturæ. Post illum appetitũ deponendi ouа innascitur appetitus alius de ponẽdi in loco tuto, quod perse ab aue fit perspeciem rei amatæ, ouа enim amat, & quamuis stimulent, quasi partes sui sicut mẽbra, non sicut excrementa, quorũ nullã habet curã, sed ouorũ curã habet, quia amat, quare curat defendere, & custodire. Omnia igitur hæc perse sunt ex cognitione. Sed & huius appetitus est alius finis, nõ aui, sed Deo cognitus, vt inde scilicet soboles enascatur. Rursum volens auis in tuto ouа collocare, subnotiones facit ad multaquæ offeruntur, & alijs trabs placet, alijs spineta, alijs sumæ arbores, alijs mare, prout variæ sũt species quæ mouẽt, & vna magis quã alia ex latẽti cõueniẽtia. Facta loci electione imaginationẽ faciũt de forma cõseruandæ rei, dictũ est enim & has imaginationes facere alia animalia. Quare factis subnotionibus ad multa, hæc lutum apportat, & trabi applicat, illa paleas, seu festucas, illa maris sordes innatãtes, illa aliud, quæ aggerentes inuicẽ, & formãtes, nidos faciũt, hirũdo vno modo, alio modo passer, alio cuculus, alio Halcoyn, inquibus ouа deponũt, & mox depositа incubant. Cuius quoq. duplex est finis alter notus aui, qui fit specie rei amatæ, cui semper quasi adesse volunt, & fauere, & custodire, alter vero est aui ignotus, Deo vero maxime notus, qui est vt prolis in ouis matureſcat exalla calefactione, & vegetetur. Vnde magna sapientia, & prouidentia Dei optimi videri potest, qui torũ ordinaturus vniuersũ, modũ naturis omnibus dedit, quæ nescientes fines, omnia tamẽ faciunt perquæ fines ipsi consequãtur, quos solus ipse cognoscit. Perquẽ modũ deinceps, & alia fiũt, quæ tam mira videntur nobis. Scire autẽ sigillatim ordine suo quomodo appetitus varij nascantur vnus post aliũ, & quomodo Deus omnia ordinauerit, vt naturaliter fiant, impossibile quidẽ est homini.* Hæc Fracastorius quæ suadent bruta semper inoperibus suis finẽ aliquẽ sibi notũ intendere, licet alios sæpe à Deo intentos, & illi notos ignorent, si quis tamen contenderet aliqua facere, quæ sunt pura media, in quibus nullũ finẽ sibi notum intendant, sed solũ per instinctum cognoscant, esse bona, & conuenientia, abstrahendo à cõuenientia perse, & ad aliud, nõ posset facile confutari. Infra enim videbimus, ex multorũ opinione dari actum mediũ, qui nec versetur circa bonũ, vt conueniens perse, nec vt conueniens ad aliud, sed abstrahendo; & si in nobis datur, nihil prohibet dari in brutis ex instinctu De, & si generaliter poneretur in brutis, siue cũ media, siue cum finẽ amant, tantũ cognoscere rationẽ boni, & conuenientis sibi, abstrahendo a perse, & ad aliud, recte intelligeretur quod ait D. Tho. bruta nõ cognoscere finem sub ratione finis, idest sub ratione fundante relationem causæ, quæ est in fine, quia licet interdum cognoscerent materialẽ finem, non tamen formaliter, seu quatenus per se est conueniens, sed vt conueniens abstrahendo à per se, & ad aliud, & sic non cognoscerent ordinem, & proportionem, quæ est inter medium, & finẽ, neq. mediũ ad finem vllum ordinarent, & ideo non vterẽtur: & sic recte saluatur quod ex Arist. retulimus. Cæterum quia multi illũ actum mediũ, & abstrahẽtem, nec in nobis admittunt, alia viatentanda est, vt Augustini, & D. Tho. dicta exponamus, quæ experientiæ ipsi magis quoq. videtur consentanea.

Quomodo dici posset bruta nõ agere propter finẽ.

Sed aliũ dici modũ quærendũ esse.

69. 3. concluſ. *Bruta nõ cognoscũt proportionem medij cum fine, nisi perse sit manifesta.*

Vnde dico. 3. licet bruta cognoscant interdum proportionem medij cum fine, nimirum quando per se patet; & manifesta est; tamen quando proportio latet, & occulta est (quod feresemper accidit) proportionẽ ignorãt, quia nõ discurrunt; ea autẽ proportio discursu tãtũ indagari potest. Conclusio probatur, quia proportio inter viã, qua brutum iturum est, vt cibum, quẽ distantem videt, consequatur, & ipsam cibi consecutionem, perse tam aperta, & manifesta est, vt ad illam cognoscendã nullus discursus necessarius sit: cur ergo bruto erit ignota? Idem est de proportione fugæ cũ pro-

prio bono, quando videt rem, quam instinctu, vel experientia inimicam sibi, aut contrariã apprehendit. Aliquando tamen, & frequentius, & fere semper proportio latens, & occulta est, ac proinde indigens discursu aliquo, & talis proportio à brutis non cognoscitur; vt cum animalia quæ nunquam experta sunt effectũ aquæ, vel ignis, inde sibi imminere suffocationem, vel combustionẽ instinctu Dei cognoscunt, rationem autem, ob quam ignis comburere, & aqua suffocare valet, minime cognoscunt, vnde ignorant proportionem medij cum fine, scilicet quare oporteat, aquam, vel ignem fugere aduitandam suffocationem, vel combustionem. Ad cognoscendam enim hãc proportionem opotteret cognoscere naturã ignis, & aquæ, solum autem instinctu cognoscunt, oportere fugere ignem & aquam ad euitandum tale nocumentum. Id ergo videtur intendere D. Thomas, & alij, bruta cõmuniter, & fere semper ignorare, quare iste finis obtinendus sit illo medio, & quare istud medium conducat ad talẽ finẽ, ideo ignorare rationẽ medij, & finis, & ob quam rõm hoc sit mediũ, illud verò finis, & ita idem est ignorare proportionem medij, & finis, quod ignorare rationem medij, & finis, licet alia consideratione dicantur cognoscere rationem medij, & finis, quia confuse cognoscunt hoc conducere ad illud, illud vero per se esse illis, vel illorum parẽtibus, & filijs, & fœtibus vere conueniens. Alia autem consideratione bruta ignorant rationẽ finis, scilicet primum fundamentum relationis causæ finalis, quod est hoc appeti, vt per se conueniens. Cum enim reflexionem non faciant super actus sui appetitus, non cognoscunt, se appetere finem & multo minus se appetere illum, quia per se est conueniens. Vnde necesse est, etiam ignorare relationem causę finalis. Sed ob istas duas ignorantias, nempe relationis causæ, & illius modi appetendi finem non dicit. D. Tho. ignorando rationem finis operari, homines autem operari cognoscendo rationem finis; raro enim homines has rationes finis cognoscendo, & considerando operantur. D. Tho. communem modum operandi in hominibus, & brutis spectauit. De illo ergo priori modo cognoscendi, aut ignorandi rationem finis locutus est. Et ita intelligunt Caiet. art. 2 Valentia, & alij, scilicet, bruta non cognoscere formaliter finem, quia non cognoscunt proportionem mediorum cum fine, cum ad hoc vis collatiua requiratur. Idem sentiunt Conimbricen. 2. phy. cap. 9. q. 4. art. 3. in fine, ex D. Thom. 1. par. q. 74. art. 4. Scotus. 4. d. 43. q. 2. Quod autem aliqui dicunt, bruta non apprehendere in medio rationem vtilis, & solũ moueri ad illud, quia delectat, falsum existimo, nam in multa media feruntur, quæ in se nullã continent delectationem, sed interdum molestiam, & dolorem, non autẽ ferrẽtur in illa, nisi in illis apprehenderent aliquam rationem boni; cũ appetitus sensitiuus ad nihil moueatur nisi ad bonũ apprehensum: ergo apprehendũt in illis vtilitatem, siue quia ea perse est nota sensui, siue quia per instinctum authoris naturę illis ostenditur. An vero bruta eodem actu appetant medium & finem. q. 8. art. 3. attingemus. Suo etiam loco docebimus, an habeant actus cõditionales circa finẽ, vel media, quãdo sub aliqua impossibilitatis specie illis obijciũtur. An vero media interse conferant, & vnum alio maius iudicent. R. certum est id non iudicare, cum ad id oporteat discursu vti, cum vero ex se notum est, nihil absurdi est, si talem collationem admittamus, tamen neq. istã admittere necesse est, sufficit enim, vt à maiori moueantur bono, cognoscere quos gradus bonitatis singula habeant bona, ab eo enim, in quo plures repræsententur, licet ipse excessus non agnoscatur, brutum moueri necesse est. Ex dictis probata explicataq. manet. 1. sententia, & argumentis. 2. abunde videtur satisfactum.

Duplex Dub. cum remissum in alia loca.

Dub. 3. Resp.

Ad arg. 2 sen. patet ex dict. s. 71.

Solum videtur superesse difficultas, quidnã sit instinctus quo animalia de finium, vel mediorum cõuenientia iudicant. Communis sententia est, in animalibus, etiã brutis, dari æstimatiuam potentiam, quæ elicit species insensatas, ideſt species repræsentãtes insensata ex speciebus repræsentantibus sensata: & hanc potentiam esse æstimatiuam, eius autem actũ fieri ex instinctu, quia Deus, vt author naturæ imprimit speciẽ, qua potentia ista res insensatas, ideſt nullis alijs sensibus cognitas, percipit: & æstimatiua dicitur elicere huiusmodi speciẽ vel quia simul cum Deo ad eius productionẽ concurrit iuxta cuiusq animalis naturam, vel perfectionẽ, vel quia, vt est in hoc, vel illo animali, postulat, naturaliter coniunctam habere actionem Dei, qua talis species producitur. Sic ouis, vel agnus, viso lupo, dicitur elicere speciem inimicitiæ, propter quam fugit; & taurus recepta iniuria, iudicat, cornibus esse repellendam, equus calcibus. Asellus punctus contrahit. 1. pellem. mox impetu quodam extendit, atq. ita nocens excutit. Sic hirundo nidũ construit, apis mel conficit, &c. Sic bruta, & pueri recens nati musculos, & diuersas corporis partes ad diuersa officia mouẽt, nõ electione, sed instinctu naturæ, vt ait Iulius Cæsar Scaligerus. lib. de subtilitate contra Cardanum, exercitatione. 339. Hunc instinctum ad æstimatiuã pertinere docet. D. Th. in. 3. d. 26. q. 1 a. 1. ad 4. & a. 2. in corp. esse autẽ aliquomodo etiã in animalibus imperfectis licet non eliciant species insensatas ex sensatis, sicut animalia perfectiora, docent Conimbricen. 3. animæ. cap. 3. q. 1. art. 5. Qui etiam 2. phy. cap. 9. q. 4. art. 2. aduer-

Difficultas incidẽs de instinctu bruto. Cõmu. opi. instinctum ad æstimatiuam pertinere quæ ex sẽsatis insensatorum species elicit.

Pueri naturalẽ instinctũ habent.

aduertunt etiam infantibus instinctum naturalem conuenire, vt ait D. Thom. 2. d. 20. q. 2. art. 2. Vnde mamillas capiunt, aliaq. ipsis conuenientia solo naturæ ductu operantur. Et alii qui, vt referunt Conimbricen. illo c. 9. q. 4. art. 1. putant, esse auxilium speciale ordinis naturę simile illi, quo Deus nos adiuuat ad opera quæ naturæ vim excedunt, quod non est habitus, sed modũ actionis habet. Alij vero, vt Gerson. 4. p. in tractatu de definitionibus terminorum ad Theologiam pertinentium, arbitrantur, esse inclinationem quandam adiectam naturæ a primęua sua origine, quam quidam artem appellant. Hi omnes reijciũtur, quia hęc omnia tenent se ex parte potentiæ, bruta autem ad cognitionẽ naturalem, qualis ista est, solum indigent auxilio ex parte obiecti, scilicet specie. Vnde alij dicunt, à principio infundi illis species, seu typos, & imagines agendorum, & fauet D. Tho. de veritate. q. 13. art. 7. ad 7. vbi inquit, bruta accipere á principio naturalem æstimationem ad noxia, salutaria q. dignoscenda, quoniam id sola vestigatione assequi non poterant. Hi reijciuntur á Conimbricensibus. 1. quia minime vult Deus, belluas hoc tam præclaro dono antecellere homini, cuius anima initio est veluti tabula omnis picturę expers, vt docet Arist. 3. animæ, cap. 4. tex. 14. 2. quia pueri habent instinctum, vt dictum est, tamẽ nullæ species sunt illis à principio consignatæ.

72. *Variæ opiniones de instinctu.*

Reijciuntur

Alia opinio.

Reijcitur

Hæ rationes, vt existimo verum concludũt licet non vrgeant, D. autem Tho. solum voluit, bruta ab initio æstimationem accipere, quia ex tunc Deus paratus est, oblata ocasione species illis infundere, Conimbricenses autem sine imaginum impressione rem agi putant, dicuntq. instinctum pertinere ad phantasiam, vt tradit Arist. 2. animæ, cap. 3. tex. 162. quo loco nomine phantasię, vel imaginationis quilibet internus sensus intelligitur, instinctus autem est simplex, rudeque sine compositione, aut diuisione iudicium à phantasia, vi propria, & specie rei externæ elicitum. Si autẽ quis quærat, cum omnes phantasiæ brutorum sint eiusdẽ speciei iuxta cõmuniorem philosophorum sententiam, vnde nam in brutis tanta instinctuum varietas? Respondent isti, quemadmodum cogitatiua ex coniunctione ad gradũ rationalem circa singularia discurrit, vt aliqui magni nominis authores opinantur, ita phantasia ex coniunctione ad hanc animam hunc habet instinctum, alium vero ex coniunctione ad aliam. Hirundo, verbi gratia, hunc in modum ad opus conficiẽdum procedit, intuetur lutum, deinde ex intuitu imaginem illius admittit in phantasiam, tum æstimat conueniens id prehendere, etiam qualicumq. iudicio lutũ certo modo componit, rursusq. aliud similiter ad eundem locum confert, sicq. paulatim nidum fingit; atq. ex hoc progressu intelligi potest, hirundinem nec innatam speciẽ requirere, nec sine specie in opere versari, & nec illi necessarium esse aliquod futuri operis exemplar ab initio impressum. Nec enim oportet, vt prius quam nidũ cõficiat, quo pacto totus nidus efformandus, apud se statuat, sed vt singulas luti particulas applicet, phantasia ei sigillatim dictat, vt vnam alteri sic anectat.

73. *Conimbricensiũ opinio de instructu, fieri sine impressione specierũ.*

Quæstio.

R.

Hæc Conimbricenses. Quibus concinit Hieronymus Fracastorius, qui non intelligens, quomodo species insensata, & sensata elicere tur, rem istam explicat lib. 2. de intellectione fol. 188. dicens, speciem repræsentare & rem, & modos, seu coniuncta cum re: intermodos autem maxime intrinsecos, & præcipuos esse conuenientiam, & disconuenientiã; viso enim lupo, aduenit species repræsentans lupum, vt contrarium, & fugit, nullam eliciendo speciẽ, sed recipiendo, & potentia, quæ illam recipit est phantasia, quæ vt apprehendit rem sub ratione conuenientis, vel disconuenientis, æstimatiua vocari potest, si libet. Instinctus autẽ est ipsa anima, quæ in hoc differt à simplici natura, seu ab alijs formis, quod simplex natura ad vnum determinata est, anima verò non ad vnum est determinata, sed indiuisa pro specierum, quibus afficitur, varietate, & ea ratione dicitur instinctus, quo partes in toto constringũtur, si species nocentis aduenient dilatantur vero, si aduenient species conuenientis, & varij motus membrorũ fiunt, quibus conuenientia apprehenduntur, contraria repelluntur, & fines interdũ noti ipsis animalibus, interdum non ipsis sed Deo, obtinentur.

74. *Sent. Fracastorij.*

Sed hic modus dicendi non placet, nam species sensuum externorum licet repręsentent aliquas conditiones obiecti, quæ cõmunia sensibilia dicuntur, vt figuram, distantiam, quantitatẽ, & ideo species, quæ ex illis deriuantur, & profluunt ad sensus, eaſdem cõditiones repræsentare possunt, nõ tñ cõuenientiã, aut dissonãtiã obiecti cũ ipso animali; alioquí eãdẽ consonãtiã, aut dissonãtiã repsentaret omnibus animalibus, sicut omnibus repræsentãt eãdẽ quãtitatem, & figurã, quod tamen falsum est: ergo aliæ species quærędę sunt, quibus cõueniẽtia, & disconuenientia repræsentetur, quarum authorem, præter Deum, intelligere non possumus. Confir, sæpe enim non solum percipitur in obiecto cognito per sensus externos conuenientia, & disconuenientia, sed obiecta nunquam cognita, vt hirundo cum nidum fingit, licet formam nidi fortasse non prius apprenẽderit, habet necesse, lutum, & alia ad nidum construendum quærere, quæ numquam viderat, & Picus, vt Aelianus refert, lib. 1. cap. 43. & Plinius, lib. 10. cap. 18. cum primum

75. *Reijcitur sententia Fracastorij & aliorum.*

clauem, cuneamue cauernulæ in qua nidum habet, ad actum videt, herbã mox quærit, qua allata, admotaq. statim exilit ferrum cum crepitu arboris, oportet imaginem herbæ, quam nunquam vidit, accipere, vt eam quærat, nec enim volat apprehendens volatus conuenientiam solam, (quidquid dicant aduersarij) sed etiam herbam. Similiter quando mustela aduersus serpentẽ primo depugnatura, rutã cõquirit, & deuorat (vt ait Arist. 9. historiæ. c.6.) speciem herbæ illius, quam nunquam viderat, accipere debet, vt herbam conquirat. Similiter, & taurus, cum cogitat de cornibus, quibus aduersarium petat, quæ tamen nunquam vidit inse, & quoduis animal apprehẽdens motum partiũ, quibus vt armis contra aduersarios vtitur, cũ occasio se offert: ergo nũc oportet à Deo imprimi ipsis species, quod si aliquæ erant impressæ, excitari, aut etiam perfici diuino instinctu, vt animalia per conuenientia media fines suos assequi possint, & nisi ita fiat, nõ video cur instigari à Deo, vel instinctu agi dicentur, magis quã cum vident, audiunt, &c. Et quia omne animal quantumcumq. imperfectũ specie conuenientiæ, & disconuenientiæ aliquorum obiectorũ indiget, in omnibus videtur ponenda æstimatiua, vt 3. animæ tract. 1. cap. 2. Albert. docet, licet. D. Tho. locis statim citandis solum ponere eã videatur in animalibus, quæ præter conuenientiam, & discõuenientiam qualitatũ, & obiectorum tangibilium, apprehendunt conuenientiam, & disconuenientiam in alijs. Sed certe siue apprehensio conuenientiæ, & disconuenientiæ secundũ tactum pertineat ad æstimatiuam, siue ad sensum cõmunem, siue ad imaginatiuam, siue ad alium sensum; ad eam percipiendã videtur ponenda species impressa a Deo.

76. *Saltem in æstimatiua, & memoria ponendæ species insensatæ. Citãtur authores id dicentes.*

Quidquid autem sit de alijs sensibus internis, species insensatas in æstimatiua, & memoria ponendas esse docent Toletus, Martinez, Perez, Iauel. & alij. 3. lib. de anima cum de sensibus internis agitur. Et idẽ docet D. Tho. 1.p q.74.a.4.(ibi Caiet.) & q. vnica de anima, art.13 & opusculo.43, de potentijs animæ, c. 4. Veracruz. 2. animæ specul. 3. Titelma. lib. 10 suæ philos. Viguerius in institutio. cap. 1. §. 8. vers. 9. & 10. Vazquez in hac. q. 1. art. 2. disp. 3. cap. 2. Et sane non video, quomodo animalia, quæ herbam purgatiuam nunquam viderunt, cum male habent, eam quærant, nisi speciem eius à Deo impressam habeant: male ergo aliqui sine impressione specierum instinctum sæpe fieri putant, illumq. definiunt, vt naturalis instinctus nihil aliud sit, quam quidã actus phantasiæ, siue æstimatiuæ, necessitate naturali ab illa profluens, posito phantasmate talis rei, quo actu practice iudicat brutum, hoc sibi vitandum, vel prosequendum, quamuis non valeat rationem conuenientiæ, vel disconuenientiæ discernere.

77. *Instinctus aliquãdo fit speciebus à solo Deo productis.*

Melius Viguerius illo. §. 3. versiculo. 9 ait instinctum esse motionem authoris naturę in causu necessario, & recte docet fieri aliquãdo speciebus a solo Deo productis, vt cum est circa obiecta non cognita externis sensibus, aliquãdo speciebus acquisitis, idest productis p̃ species ab externis sensibus acceptas, adiuuãte tamen specialiter Deo, & eas modificante, vt in obiecto repręsentent conuenientiam, aut disconuenientiam, quæ externis sensibus percepta non est. Vnde Titel. supra dicens æstimatiuam aliquando operari sine impressione specierum, aliquando cũ impressione, fortasse intelligendus est: quia aliquando à solo Deo producuntur species, aliquando modificantur, aliquãdo vero Deus medijs speciebus sensatis insensatas producit, & hæc de hac re dixisse sufficiat, quoniã vberior tractatio ad libros de anima pertinet. Vbi etiam nos cũ Toleto. q. 7. & alijs doctoribus ostendimus bruta ratione, & discursu non vti. De quo optime Conimbricenses. 2. phy cap. 9. q. 3. imo de æstimatiua, seu cogitatiua in nobis idẽ sentio, ibiq. dictum est, de quo tamen necesse erit in hoc opere aliquãdo tractare, & in materia de voluntario differemus, vt melius intelligatur, an appetitus sensitiuus in nobis libertatẽ habeat. Vnde sicut diximus, bruta non cognoscere finem sub ratione finis, quia non discurrũt, ita de sensibus nostris internis dicendum est, ac proinde appetitus sensitiuus, qui illos sequitur, non tendit in finem formaliter, & sub ratione finis cognitum, sed materialiter tantum.

Bruta discursu carere.

Nec cogitatiua in nobis.

Sectio 5. Vtrum actiones naturalium agentium sint propter finem.

78. NOMINE agentium naturalium intelligimus hic ea, quæ non operantur appetitu elicito, scilicet voluntate, vel appetitu sensitiuo. Vnde hic nõ est sermo de Deo, vt author naturæ est, est enim naturæ author per volũtatem, ac proinde in actionibus, quas vt naturæ author exercet, agit propter finem modo dicto sect. 3. comprehenditur tamen hac. q. homo secundum eas operationes, quę non sunt elicitæ, neq. imperatæ à voluntate, de quibus eadem ratio est, quæ de operationibus aquæ, ignis, & plantæ, de quibus supponimus, sensum, & appetitum sentientem nõ habere, quãuis aliqui oppositum senserunt, vt docet Fernelius li. 5. de animę facultatibus, c. 5. qui male pro se Platonem referebant, qui stirpes nõnũquã animãtes appellauit, nõ quia animalia essent, sed

Plantæ sẽsum nõ habent.

sed quod animam vegetatiuam haberent, vt exponit Galenus libro de naturalium facultatum substantia.

79. Opinio antiqua reiicitur.

Hoc supposito aliqui referunt opinionem fuisse quorūdā antiquorū philosophorū, opera naturæ non prouenire ex aliquo fine, sed casu ita cōstitutle, vel ex cōuersu atomorū, vel ex necessitate materiæ, vt contra Anaxagoram, Empedoclem, Democritum, & Epicurum disputat Arist. 2. phy. cap. 7. & 8. ita de illis philosophis sentit. D. Tho. 3. contragentes ca. 7. in fine, Suarez to. 1. metaphy. disp. 23. initio, & sect. 10. Conimbricen. 2. phy. c. 9. q. 1. Cæterum illi, vt patet consideranti verba Arist. non dicebant omnia, sed quædam casu fieri ex necessitate materiæ, quod verissimum est, si casus ad agentium naturalium intentionem referatur, non vero in ordine ad Deū, cui; nihil est casuale, & fortuitū. Vidit, quæ ex necessitate materiæ, & cōcursu causarū secundarū præter intētionem earum futura erant, & ea ob multos fines admirabiles ita voluit contingere, & forte neq.id negarunt aliqui ex philosophis, cum quibus disputat Arist. mentem enim seu Deū, cuius prouidentia res fierent, posuerunt. Vnde Arist. illo c. 8. ait, *etenim si aliam causam aixerint, hic concordiam, & discordiam, ille meatem, tangunt illam duntaxat.* Quidquid autem sit de eorū sententia, nihil respectu Dei temere fieri a naturalibus agentibus, sed omnia ordinata esse a Deo ad fines conuenientissimos toti vniuerso, vel etiam nōnullis eius partibus. Vide D. Th. 3. contragen cap. 2. & Lactan. lib. de Opificio Dei, & libro de vita Dei, & Theodoret. lib. 5. diuin. decretorū. c. de prouidentia, & sermone 1. de prouidentia, August. lib. 83. qq. q. 24. & 1 de ordine, Nazianz. oratio. 2. Theologiæ, Chrysosto. opusc. de prouidentia, Athanas. oratione contra idola, Basil. & Ambro. in Hxamerō. Trismeg. lib. de potestate, & sapientia, Cicero. 2. de natura Deorum, Plutarch. 1. de placitis, cap. 6. Seneca, lib. de prouidentia, Cōimbricē. supra, & quæ D. Thom. & alij dicunt, 1. p. q. 22 de prouidentia, vbi nos multa diximus.

Casu multa fiūt cōparatione aliorū agentiū, nō Dei.

80. Quæstioni satisfit. Omnes actiones naturalium agentium esse propter finem.

Vnde ad quæstionem. R. omnes actiones naturalium agentium esse propter finem, & effectus alicuius finis noti Deo, & intenti saltem ab ipso, & ita ex directione Dei operari. Hoc docet D. Tho. 1. p. q. 103. art. 1. 3. contragentes, c. 25. & in hac q. art. 2. Vbi Caiet. Conradus, Medi. Valentia & alij, Conimbri. supra. & 1. Ethico. disp. 2. q. 2. a. 2. idem alij. 2. phy. vbi Albertus, cap. 2. Simplicius, tex. 78. prob. ex Arist. 2. phy. c. 7. & 8. dicente, *nām alicuius gratia operari* & 1. cœli cap. 4. tex 32 *Deus, & natura nihil facit frustra*, & 2. de partibus animal. cap. 13. *naturam nihil frustra agere, & velle hoc, vel illud*, scilicet voluntate Dei ipsam dirigentis: & 4. de generat. anima. *quæ natura, vel arte fiunt, ratione aliqua fiunt*, & 2. animæ, c. 9. *naturam nihil frustra agere*. Hinc manauit illud tritum axioma, *opus naturæ est opus intelligentiæ*, apud Auerroem. 2. phy. cōmento. 18. Themistium 1 phy. txe. 81 1. animæ. tex. 23. Hinc etiam Hippocrates, naturam modo indoctam, vt libro de alimento, modo doctam, & eruditam, vt lib. de arte vocat, quem imitatur Galenus, 1. de vsu partium, & lib. 6. de locis affectis.

81. Obiectio.

Si obijcias Aristotelem. 12. metaphy. tex. 51. & 57. vbi docere videtur, Deum, nec prouidentiam, nec scientiam habere rerum inferiorum, & lib. de mundo ad Alex. significat non recte de Deo sentire, qui putant, Deum habere inferiorum curam, & prouidentiam, & 12. mag. moral. cap. 8. ait, si fortuita Deo tribuē da sunt, Deum iniustum esse, cum cōtingat homines iniustos, & flagitiosos fortunatos esse: ergo ex mente Aristo. non omnes actiones rerum naturalium sunt propter finem a Deo intentum, & cognitum. R. probabilius est, Aristotelem Deo tribuisse cognitionem, & prouidentiam omnium rerum in particulari, vt colligitur ex. 12. metaphy. quia librum illū illa Homeri sententia terminauit, quæ multorum principatum damnat, vnum vniuersi orbis principem facit. Et libro de mundo ad Alexan c. de Deo, perspicue docet hanc veritatem, & licet sint, qui doceant, hunc librum non esse Arist. sed Nicolai Peripatetici, vel Theofrasti, vel Philonis Iudæi, vt refert Syrenius 4. de fato, cap. 22. tamen Iustinus aperte docet esse Aristotelis, ab eoq. sumit argumentum cōtra Platonem oratione Parēneti a paulo post principium, & Arist. 7. Ethi. ad Eudem. c. 17. & 18. ait, fortunam non esse reducēdā in causam naturalem, sed in Deū cuius numine omnia mouentur. Et. 10. Ethi. cap. 8. ad finem, ait, sapiētissimum, & qui omnia bene operatur, Deo esse charissimum, & fœlicissimum, si Deus (inquit) aliquam curam humanarum rerum habet. Alia adducit Syrenius supra, cap. 22. & 23. & ppterea simplicius. 2 cœli tex. 56. & 2. phy. & Ioannes Grammaticus ibi & Amonius, vt refert Syrenius supra c. 24. Aristoteli tribuunt hanc sententiam, saltem secundū Aristotelem Deus habet omnium scientiā, & prouidentiā in vniuersali, vt docet Medi. 2. de recta in Deū fide, c. 2. Theodoret. epitome diuin. decret. lib. 5. c. de prouidentia, & 6. de curatione Græcarum affectio, Ambro. 1. officio c. 13. Nyssenus. 8. philos. c. 3. Tatianus Syrus discipulus Iustini marty. vt refert Syrenius illo c. 22. vbi etiam ait Calcidium super Timæo Platonis idem de Aristotele sensisse, vt refert Pōponatius. 2. de fato. cap. 1. & idem de Aristotele sentit Syrenius cap. 25. & cap. 23. refert Auerroem, & Themistium idem de

Solutio. Aristo. in Deo cognitionem, & prouidentiā omnium rerū in particulari esse docuit.

Aristotele sensisse,scilicet posuisse in Deo rerum omnium prouidentiam in communi, licet non in particulari. Quod satis est,vt propter finem ab ipso cognitum,& intentum agere dicantur,& hoc etiam si cum illis non concurrat immediate ad eorum operationes,sed virtutes,& inclinationes inuniuersi constitutione rebus indiderit, & in genere cognouerit, quinam effectus ex variarum causarum concursu sequi possent.Speciali autem modo hæc agentia propter finem operantur, cum effectus illos efficiunt,quos appetitu innato, & quodam naturæ pondere efficere nituntur,de quo Sapien.11.dictum videtur,omnia Deum in pondere disposuisse,vt explicat Aug.4. in gene.cap.3.& effectus,qui ob aliquod impedimentũ, cũ vitio & defectu prẽter intentionẽ fiunt,mõstra, & naturæ peccata dicũtur,vt putat.Arist.2.phy.c.8.tex 82.& interdũ Deus præter naturam absoluta sua voluntate impedit effectus naturalium agentium, & eorũ intentionem frustratur,inuertitq. ordinem naturæ,vt docet D. Th.1.p.q. 105.ar.6. Nec enim absoluta voluntate vult, vt omnes causæ suos effectus consequantur; etiam cum ab alijs naturalibus causis impediri non valent. De monstris lege August, 16.ciuita.cap. 8.& Conimbricenses. 2. phy.c.9.q.6. Ex dictis autem patet, quomodo intellectiones sensationesq.nõ imperatæ à voluntate sint propter finem, sunt enim propter finem eo modo,quo actiones lapidis,vel ignis &c. Idem est de actibus potentiæ nutritiuæ,& augmentatiuæ, & de aliquo actu generatiuæ potentiæ.

Disputatio 5. de conditione, ratione & via, atq. ordine causandi causæ finalis.

Sectio prima. Vtrum esse cognitum, sit necessarium in fine, vt finaliter causet seu appetatur.

1 HAEC quęstio cum illa coincidit, an voluntas possit ferri in incognitum nam licet hæc de medio etiã inquirat,tamen si voluntas incognitum medium amare potest, multo magis incognitum finem , & si incognitum finem amare non potest multo minus incognitum medium. Item si finis incognitus amari potest, ergo & finalizare, cum finalizare sit sui gratia amari,et si finis incognitus finalizare non potest, ergo neq. amari;si enim amaretur iã finalizaret, quęstio autem intelligi potest,vel de potentia ordinaria, & naturali,vel de potentia absoluta, & supernaturali. Item de inceptiooe actus, vel de contiunatione.

Primo ergo generatim dico volũtatem in incognitum ferri non posse. Henricus quodlib.1.q.15.Greg.2.d.14.& 15.q.1.in probatione,& defensione.2.cõclusionis,Suarez.to.1.metaphy.disp.23.sect.7.D.Tho.1.2.q.3.ar.4.ad 4.& q.9.ar.1.Caiet.Conrad.Medi.& alij ibi, Valentia.disp.2.q.4.pun.1.Vazquez disp.35. cap.2.& 3. Azor.tom.1.c.20.q.7.& c.21.q.2. Idem docet D.Tho.1.p q.82.art.4.Geruasius lib. notitiarum.p. 2. tit.3.qui est de appetitu rationali. Gab.2 d.25 q.vnica,art.2.conclu. 2.& art.3.dub. 3. prop.2. Ocham.q.25.ad. 15. Olcot. 1. sent. q.3. & in determina. q. 3. Capreolus.2.d. 25.q.vnica,art.3 ad argu.Gregori contra 2.conclus. Maior. 2.d. 6. q.vnica Scot. 2.d.42.q.4.§.quantum ad primum,Hispalensis. 2.d. 25. q. vnica, Duran. d. 39.q. 3. Cart. super Dyoni. lib. de mystica Theologia.ar.9.lib.de contemplat.& opusculo de laude vitæ solitariæ art. 36.& 37. Aug. 10. Trint. c. 1.& 2.Deniq. omnes philosophi,& Theologi, interquos tritum est illud axioma, nihil volitũ, quin præcognitum. Prob. 1. quia cognitio obiecti, vt postea videbimus,est causa effectiua partialis respectu actus voluntatis, vt species respectu actus intellectus,& sensus:ergo, sicut cognitio sine specie dari non potest, ita neq. volitio sine cognitione,sed quia de antecedenti non omnes conueniunt, adducam alias rationes. Probatur: ergo. 2. quia nulla causa causat,nisi conueniẽter applicetur: finis autem non conuenienter applicatur, nisi per cognitionem:ergo vt causet,debet esse cognitus. 3. quia vt realis causa causet, aliquo esse indiget,sed finis ad causandum realiter,non indiget esse reali, seu naturali, imo existere secundum rem est impertinens,& sępe impossibile; ergo debet existere incognitione, & apprehensione. 4. quia proprium est potentiæ vitalis non ferri in suum obiectum,nisi excitetur, & moueatur ab illo existente secundũ aliquem modum consentaneũ illi motioni; modus autẽ consentaneus,vt obiectũ moueat appetitum,est cognosci, & esse in cognitione, & apprehensione:ergo hoc requiritur. 5.quia appetitus elicitus ab innato in hoc differt, quòd elicitus sequitur formã apprehensam,seu cognitionẽ;innatus vero non,sed formam naturalem, seu naturam,aqua realiter non differt. 6. alias non posset reddi ratio, quare voluntas, vel appetitus sensitiuus modo amaret, modo non, modo hoc, modo illud, modo desideraret, modo delectaretur, modo tristaretur,&c. modo autem non. Confirm. quia cum voluntas tam varios actus elicere possit, nec tamẽ omnes simul ob eorum contrarietatem, & finitam, ac limitatam voluntatis capacitatẽ, necesse fuit aliquo modo determinari ab extrinseco,scilicet ab obiecto cognito. Dices aseipsa prop

2. *1.conclu. Volũtas in incognitũ ferri nõpotest.*

Prob. 1. conclus.

2.

3.

4.

5.

6.

Confir.

Solut.con sa.

propter innatam libertatem determinari posse. Contra, quia ad libere operandum non solum cognitio, sed magna cognitio, videlicet deliberatio, requiritur vt supra diximus; ergo quoad specificationem actus determinatur ab obiectio cognito. 7. experientia cõstat, nos neq. à bono affici, allici, aut trahi, neq. à malo retrahi, nisi cognitione ipsius, vnde sic locum habet id Eccli. 20. & 41. sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq. 8. probatur ex Arist. 3. animæ c. 10. dicẽte, appetitũ moueri ab appetibili cognito, & voluntatẽ ab intellectu practico, & appetitum sensitiuum ab imaginatione, & August. 10. Trinita. cap. 1. & 2. expresse docet, omnino incognitum amari omnino non posse, idem lib. 15. cap. 26. lib. 8. cap. 4. & lib. 3. de lib. arbi. c. 25 Gregori. 5. moral. c. 23. & lib. 23. c. 12. & lib. 31. c. 12. Ber. de interiori domo. c. 18. & 19. de gratia, & lib. arbi. non longe à principio, sermo. 7. 8. & 25. in cantica, Ansel, in monolo c. 42.

Reijcit. 7. 8. 3.

2. concl. Nec dilectio supernaturalis circa incognitum esse potest, etiam de potentia absoluta.

Dico. 2. hæc generalis doctrina vera est, etiã in dilectione supernaturali, quæ habetur secundum legem ordinariam est cõtra aliquos, qui dixerunt, in altissima contemplatione interdũ hominem peruenire ad eum estatum, in quo voluntas amet sine præuia cognitione. Hæc sententia tribuitur Bonauen, in opusculis, to. 2 q. quadam, quæ habetur in fine libri de mystica Theologia, quam tamen aliqui tribuunt Henrico de Baliuis, & putant esse quem Dyonisius Cartusianus super Dyonisium, li. de mysteria Theologia art. 9. sub nomina Henrici de Baliuis, & sub titulo detriplici via citat. nam in eo libro de mystica Theologia, qui Bonauenturæ tribuitur, detriplici via agitur. Cæterum, si Bonauentura hanc sententiam eo libro non docuit, eam tamen docuit in itinerario mentis in Deum, cap. 7. seu vltimo, quem librum eius esse constat. hanc sententiam Henrico de Baliuis lib. de triplici via tribuit Carthusianus supra. Eadem docuit Gerson alpha. .69 .litera .O. dicens naturaliter fieri nõ posse, vt voluntas amet absq. præuia cognitione, supernaturaliter tamen posse à Deo inflãmari voluntatem amore priusquam intellectus illuminetur cognitione. Idem ex professo tractat Gerson in eiucid. scolastica mistycæ Theologiæ, per 12. considetationes, quæ habentur, alphab. 66. litera. T. & sequentibus, vbi præsertim consideratione 4. &. 5 &. 8. docet, Deum posse imprimere voluntati amorem nulla præuia cognitione: quia constat posse illum conseruare sine cognitione: ergo & producere. Et pro sua sententia adducit Henricum de Baliuis, & Hugonem de Balma. Naturaliter autem non posse esse amorem absq. cognitione; docet ibi, & alphabeto 84. litera. N. vsq. ad P. & in ea quinta consideratione docet Gerson, hoc miraculum diligendi sine prẽuia cognitione assiduum esse in viris contemplatiuis. Quidam hanc sententiam tribuunt Vercellẽsi in paraphrasi super Dionysium de mystica Theologia, cap. 1. vbi nonnihil fauet ipse Dyonisius & cap. 7. diuinorum nominum: recte tamen in alium sensum à D. Thom. Carthusia. & alijs exponitur, & à Vazquez, qui disp. 35. c. 1. Verba Dionysij late refert, & eadem c. 3. explicat iuxta cõmunem doctorem opinionẽ. Fauet tamen huic sententiæ Paluda. 4. d. 66. q. 1. art. 2. num. 29. vbi docet de potentia absoluta dari posse dilectionẽ sine cognitone: quòd etiam insinuauit Ferra. 3 contragen. cap. 89. §. ad euidentiam. Sed male hæc sententia tribuitur Ocham. 2. d 25. ad 7. & 15. & Gregorio eadem, d. q. vnica, cum potius absolute dicãt nihil posse esse volitum, quin sit præcognitũ; vt & Geruasius, & Vazquez supra, Capreolus. & Hispalen. eadem d. Durand. 1. d. 3. p. 2. q. 4. à numero, 14. vsq. ad 17. imo & ipse Palud. 3. d. 16. q. 1. & videntur loqui de potentia absoluta, de qua expresse loquitur Vazquez, & Suarez.

6. contra 2 concl. pro br. 1. *2.* *3.* *4.*

Prima tñ sẽtẽtia suaderi potest, 1. quia volitio realiter distinguitur à cognitione, ergo de potentia absoluta potest dari sine illa, cum alioqui non sit eius pars. 2. quia volitio magis pendet á voluntate, quam à cognitione, sed potest de potentia absoluta dari sine voluntate ex sententia multorum, quos inferius referemus, & sequemur, ergo & sine cognitione. 3. cognitio non est fini ratio causandi, sed conditio, conditio autem suppleri potest à Deo, sic enim potest efficere vt ignis calefaciat ad quacunq. distantiam etiam non calefaciendo medium, licet conditio naturalis sit, passum esse approximatum, & intra certam spheram, & vt non communicetur calor extremo nisi per medium. 4. voluntas potest de potẽtia absoluta dari sine intellectu, ergo volitio sine intellectione. Par enim videtur dependedtia inter actus, & potentias. Quod si Deus facere potest, admittendum videtur ex priuilegio in viris sanctissimis, & contemplationi deditis, vt etiam mente naturaliter distracta, Dei dilectionem inchoare, aut certe prosequi possint, quod ipsi dicunt se experiri.

Sent. 1. 2 concl.

Baliuis.

5. Reijcitur sententia posita contra 2. concl. & 2. concl. probatur 1. ratio. Confir.

Sed hæc sentẽtia plena est absurditate. Quomodo enim isti experiuntur se amare incognita? nemo enim actu reflexo nouit se amare aliquid, quin illud cognoscat, si quidẽ actus amoris non põt cognosci, quin eius obiectum cognoscatur. Quod si talem experientiam non habent qua ratione, vel fundamento, affirmare audent se incognita amare? Confir. quia memoria est rei præteritæ, ergo si isti recordãtur se amauisse sine cognitione, id vtique cognouerunt; ergo inter amandum, cognitionem illam

illam reflexam habuerunt, ac proinde obiectum amoris reflexe cogniti simul cognouerũt. Si dicas, hanc cognitionem esse posteriorẽ ipso amore, & ita amorem dari sine præuia cognitione. Contra, quia si id ipsi experiuntur, eo quod amor ipse mouet ad sui cognitionem, alij, qui secundum illos, Deum sic amãt, id experirentur, vnde non opinarentur oppositum quod tamen falsum est: ergo. Deinde cũ illa dilectio non esset libera, ac proinde nec meritoria, nec laude digna, quod priuilegium eximium, quæve vtilitas esset Deum dare potestatem ad diligendum sine cognitione? Tertio, vt de ratione intuitiuæ notitię est ferri in obiectum præsens: vel simul, vt in notitia sensitiua: vel pro aliquo tempore, vt in notitia intellectiua; ita videtur esse de ratione dilectionis ferri in obiectum præsẽs in apprehensione, & iuditio intellectus vniti in eadẽ natura. Quod fortasse non solum verum est loquendo de volitione, quando est elicita à voluntate, vt á causa principali, sed etiam ab instrumento, (si forte sic elici potest) & quando est elicita à solo Deo, voluntate mere passiue se habente. Videtur enim esse de ratione voluntatis, nõ posse volitionem in se suscipere nisi præuia cognitione intellectus sibi coniuncti in eodem supposito, & de natura atq. ratione volitionis nõ posse aliter in voluntate recipi. Quare non sufficeret cognitio existens in alieno intellectu; & voluntas ab intellectu separata nec de potẽtia absoluta posset volitionẽ vllam recipere. Admitti tamen forte posset, extra omne subiectum, vel in lapide volitionem esse posse, & ibidem à voluntate mea, vel alterius hominis sine vlla cognitione præuia instrumentaliter causari, ad modum, quo plerique tenent, sacramenta causare gratiam in anima: sed hæc incerta sunt, imo & mihi fere certum est, cognitionem esse omnino impertinentẽ ad volitionem, quæ est omnino sine subiecto, quia volitio solum exigit cognitionem, vt præsentetur obiectum volenti: ergo vbi nullus est volens, sed nuda volitio, impertinens fuerit cognitio. Et similiter existimo, cognitionem existentem sine subiecto, vel non existentem in subiecto volitionis seu intellectus coniuncti cum volitione, esse impertinentem ad ipsam volitionẽ, quia volitio solum exigit præsentiam obiecti ad intellectum sibi coniunctum, propter sympathiam, quam habent inter se intellectus, & voluntas, quando substantiæ eidẽ in sunt. Sed modo satis nobis sit, volitionem in voluntate inchoari, aut continuari non posse sine cognitione intellectus sibi coniuncti in eadem natura, seu sine obiecto, & termino existente in cognitione, vt nec relatio prædicamentalis esse potest sine termino existente in re, & secundum aliquos, nec cognitio abstractiua, vel etiã intuitiua sine termino existente in verbo realiter distincto ab intellectione, & non incluso in illa. Motus autem localis sine loco, vel spacio vero esse potest, quia eius terminus primarius tantum est vbi intrinsecum, vel locus, seu spatium imaginarium, imo & verum, si proximũ sibi fuerit. Est enim motus localis quædã affectio acquirens locum, saltem imaginariũ, & acquisitiua loci veri, de quo alibi dicitur. Nũc 4. probatur conclusio, quia impossibile est, aliquid causare realiter, quin aliquo modo existat, sed obiectum causaret finaliter dilectionem cum diligeretur gratia sui, & alia gratia illius: ergo deberet existere in apprehensione. Et ita nec de potentia absoluta posse esse dilectionem sine cognitione, tenent Suarez, Vazquez, Azor & alij supra citati. Idem innuit sed non clare dicit Henricus nec Gab. nec Ocham, aut alij; Carthusia. tamen li. de laude vitæ solitariæ art. 36. & 37. & super Dionysiũ de mystica Theologia, art. 9. aperte docet, nũquam contingere dilectionem sine cognitione præuia, imo satis insinuat repugnare. Sed illo art. 36. falso dicit, aliquando in cõtemplatione dari amorem Dei, non liberum, Deo tollente homini libertatem, de quo alibi. 5. probatur ex Arist. 3. Ethi. c. 1 Nisseno, 5. philosophię, cap. 3 Damasc. 2. de fide orthodoxa c. 24. D. Thom. infra, q. 6. art. 1. & 8. & alijs definientibus, voluntarium esse quod est ab intrinseco cum cognitione: sed de ratione actus voluntatis est esse voluntarium: ergo & esse cum cognitione, & sic repugnat, esse sine illa, vt etiam significat Aug. locis citatis, & alij sancti, & doctores. 6. si contemplatiui possunt Deum sine cognitione diligere, cur non semper id faciũt? vel vnde constat non semper id facere? Adductæ rationes non solum de inceptione, sed etiã de continuatione actus procedunt. Et confirmari possunt, nam Deus non potest amare incognitum, sed necessario dilectio in eo supponit cognitionem, & processio amoris processionem verbi: ergo idem est in creaturis, quæ quidem sunt ad imaginem Dei. Confir. etiam, quia si actus volũtatis esse, aut manere posset sine cognitione: ergo & operatio exterior: q falsũ est, & cõtra experiẽtiã. Itẽ, ergo remissa cognitione maneret actus voluntatis in eadẽ intensione, & feruore, quia si actus non pẽdet à cognitione: ergo nec intensio actus; consequens est falsum, quia experimur amorem remitti, cum intellectus ad alia cogitanda distrahitur: ergo. Confir. 4. quia gratia non destruit naturam, sed eam perficit: sed ex natura rei amor requirit cognitionem; non ergo efficit Deus in amicis suis, vt amẽt sine cognitione, sed eis cõfert perfectissimam cognitionem vt perfectissime amare possint, nec enim cognitio impedit amorem sed potius illum efficit,

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio

5. ratio.

6. ratio.

Confir.

Confir. 2.

Confir. 3.

Confir. 4

si

Confir. 5. si est de motiuis ad diligendum Confir. 5. quia si ex gratia Dei voluntas interdum amaret sine cognitioue prę uia, similiter interdum amaret appetitus sensitiuus, qui eiusdem gratiæ capax est: consequens est falsum: ergo Confir. 6. quia Paulus in suo raptu, & extasi, cognitionē habuit vt docet Aug. in id Psal. 67. *ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu*: Vnde ipse Pualus. 1. Corin. 12. ait: *audiui arcana verba*. Idē de extasi illa, & alijs docent Anselm. & Beda in id. 2. Corin. 5. *siue mente excedimus Deo*, Chrysost. hom. 22. in id actorum. 10. *super eum mentis excessus*, Epipha. hæres. 48. Hieronym. prologo in Habacuc; ergo idem dicendum est de alijs contemplatiuis, quando extasim aliquam patiuntur. Aduerte autem, rationes, quibus vsi sumus ad probandum, nec de potentia absoluta dilectionem sine cognitione dari posse, eodē modo procedere, siue teneamus (id q verū esse puto) dari posse amorē de potētia absoluta qui non procedat à potentia vitali, siue nō.

6. obiect. 1. Obijcies, quia voluntas applicat intellectum ad primam cognitionem, ergo illa volitio nō supponit intellectionem. R. primam cognitionem intellectus non esse à voluntate applicāte, sed ab authore naturæ seu ab aliqua causa intrinseca, vel extrinseca determinante ad talem cognitionē, vt dicemus q. 9. art. 1. de quo D. Thom. 1. p. q. 82. art. 4 ad 3. Cum autē voluntas applicat intellectum ad cogitandum de aliqua re, semper præcedit aliqua cognitio imperfecta & confusa ipsius rei, qua cognitione mouetur voluntas ad imperandum exactiorem rei cognitionem. Vnde August. 10. Trinita. c. 1. 2. & 3. docet, eum qui amat scire, quæ non scit, non amare incognita sed rei incognitæ scientiam. De quo bene D. Thom. infra q. 27. art. 2. ad 1. Vnde male Scotus, 2. d. 42. q. 4. §. respondeo ergo, postquam, §. præcedenti varias solutiones huius argumenti impugnauerat, eo conuictus ait, voluntatem non volitione cognoscendi applicare intellectum ad cognitionem perfectiorem obiecti, sed delectatione, & complacentia, qam habet de imperfecta cognitione obiecti, quam complacētiam putat esse posse sine cognitione reflexa, qua cognoscat illam cognitionem: quod est contra superiora; & reijcitur, quia voluntas nō potest moueri in incognitū. Nec valet dicere hoc verum esse de motu elicito à voluntate, delectationem autem non esse elicitam à voluntate. Nam tractatur. 2. disp. 7. sectio 4. ostendemus contra Scotum delectationem esse elicitam à voluntate, & licet non esset elicita, cū sit actus voluntatis de genere qualitatis, debet ferri in rem cognitam, alioqui non solum de cognitione, sed de alijs obiectis possemus delectari, nō cognoscendō illa. præterea: delectatio oritur ex amore: amor non potest ferri in incognitum: ergo nec delectatio. Præterea, delectatio habet idem obiectum cum amore, & desiderio: sed hi actus non possunt versari circa incognitum: ergo nec delectatio. Confir. alioqui possemus etiā tristari de cognitione incognita. Præterea omnis actus liber fertur in cognitum: illa complacentia est libera, quia ille dicit voluntatē posse habere, & non habere illam complacentiam, eaq applicare, vel nō applicare intellectum ad cognitionem distinctiorem: ergo illa delectatio ferter in obiectū cognitum. Sed de hoc plura dicemus q. 9. vbi videbimus quomodo voluntas applicet intellectum ad operandum.

7. obiect. 2. Obijcies. 2. quia si voluntas vult intellectum nihil actu intelligere, fiet: ergo voluntas operabitur nihil operante intellectu. R. eam voluntatem, qua quis vult nihil intelligere, non habere effectum ipso eodem instanti, sed vt plurimum immediate post illud instans, sufficit enim ad causam efficientem, saltem improprie dictam, qualis est hæc, immediate ante fuisse. Si autem voluntas imperet intellectui, vt pro eodem instanti nihil intelligat, voluntas erit sibi contraria, & inefficax, nec intellectus poterit obedire, quia iam supponitur intelligēs, & non potest in eodem instanti aliquid, & nihil intelligere. De his, & alijs obiectionibus recte Oleot. Ochā. Gregor. & Capreolus, locis citatis, sed iam ad argumenta, quæ solum de potentia absoluta militabant, respondeamus.

Solut. Quomodo intellectus applicatur ad intelligendum.

8. Ad arg. posita cō tra 2. concl. ad 1. Ad 1. R. multa distingui realiter, quorum vnum sine alio existere non potest, vt in exemplis adductis, & multi censent, materiam non posse esse sine omni forma, nec passionē sine subiecto, vel econtra, quamuis inter hæc sit distinctio realis.

Ad 2. Ad 2. R. maiorem esse dependentiam volitionis à cognitione, quam à voluntate, quia à cognitione pendet in genere causę formalis specificantis, vt dicemus, à voluntate vero solum in genere causæ materialis, & efficientis.

Ad 3. Ad 3. R. cognitionem non tantū esse conditionem, sed rationem formalem sub qua, vt postea docebimus, vel non omnem conditionē suppleri posse sic enim secundum eos qui ex natura rei distinguūt essentiam ab existentia, existentia non est ratio agendi, sed conditio, tamen Deus eam supplere non potest, quia Deus efficere non potest, vt calor qui nō existit, agat, Vazquez etiam disp. citata c. 3 n. 16. putat nec de potentia absoluta fieri posse, vt ignis agat in extremū nō agēdo in medio: quod tamē alicui non placebit, quia hæc conditio valde extrinseca est, ideo suppleri a Deo potest, vt alibi ostendetur.

Quæ conditio ad agendum suppleri nō possit.

Delectatio de re ignota esse nequit.

Ad 4. Ad 4. R. maiorem esse dependentiā inter actus, quam inter potentias, imo inter potentias

tias secundum se nullam esse dependetiam.

Quæres an si per possibile vel impossibi le voluntas haberet actũ nulla cognitione præ uia,diceretur velle? Quidam male negãt:quia amare & habere actũ amoris idẽ sũt.

Sectio.2.qualis debeat esse cognitio,vt finis causet actum voluntatis.

9. Duæ difficultates huius sectionis.

HIC duæ se offerunt difficultates. Prima an cognitio sensitiua sufficiat ad mouendam voluntatẽ.Secũda,an sufficiat ap prehensio sine iuditio.

1. diffic. Pars affirm. 1. diffic.proba.argu.

2. diffic. Pro parte affirmatiua primæ difficultatis ar gu.1.nam cognitio intellectiua sufficit ad mo uẽdum appetitum sensitiuum,ergo pari ratio ne cognitio sensitiua sufficit ad mouendã vo luntatem.2.quia cognitio naturalis sufficit ad actũ volũtatis supernaturalẽ,vt cũ ex charita te amo patrẽ,quem solũ cognosco cognitione naturali:ergo similiter ad dilectionẽ spiritualẽ sufficit cognitio sensitiua,& corporalis.3 quia hæc videtur sentẽtia Aug.3.de libero arbi trio.c.25.dicẽtis:*Quis enim vult, profecto aliquid vult,quod nisi extrinsecus per sensum corporis admoueatur, aut occultis motibus in mentem veniat velle nõ potest*:Et Sebast.Foxius li. de naturæ philoso phia c.25.& 26.ait,volũtatẽ,& liberũ arbitriũ aliquãdo sequi imaginationẽ,aliquando vero rationẽ. 4.phãtasia mouet intellectũ præsentãdo materiã, vnde intellectus agens deducat speciẽ,vel simul cũ eo illã instrumẽtaliter producendo ergo similiter poterit sensus aliquis interior voluntatem mouere,quæ potentia est ignobilior intellectu.

1. argu. 2. arg. 3. arg. 4. arg.

Confir. Confir. nã appeti tus sensitiuus aliquo modo mouet immediate volũtatem,vt tractatu.5.dicturi sumus:ergo eadẽ ratione dici poterit, volũtatẽ posse immediate à sẽsu interno moueri.5 quia D.Th. infra q.10 .a.3.ad 3.docet, volũtatẽ moueri non solum à bono vniuersali apprehẽso per in tellectũ,sed etiã á bono particulari apprehẽso per sensum.

5.argu.

10. concl.neg circa 1.diffic. Obiectum nõ potest mouere voluntatẽ nisi intellectu cognoscatur.

His tamẽ nõ obstãtibus,tenẽdũ est,obiectũ nõ posse mouere volũtatẽ,nisi intellectu cognoscatur.Ita docet Henricus quodlib. 1.q.15. & quodlib. 10.q.10 Vazquez infra disp.35.in fine,Suarez to.1 metaphy.disp.23.sect.7.Caie ta.infra q.10.a.3.Valẽtia disp.2.q.4.puncto.1 Medi.late q.9.a.1.&q.10 a.2.in fine,& colũ.3 alij communiter q.9 a.1.&.2. vel exprofesso id docẽt,vel tãquã certum supponũt,vt & Ca preo.Hispal.Gregor.Ochã,Olcot,& alij cita ti sect.præcedenti.

1. ratio conclusio. Prob.1.quia notitia obiecti concurrit effectiue vt causa principalis ad actum volũtatis, vt videbimus:sed nulla res corporea potest agere in spiritum,saltem per modũ causæ principalis:ergo notitia sensitiua, quæ corporea est,nõ potest esse sufficiẽs ad actum voluntatis.Hac ratione vtuntur Medi.& alij quã confirmat Caiet.quia,vt docẽt omnes cũ D.Tho. q.9.nihil corporeũ potest directe mouere vo luntatẽ,scilicet effectiue: sed notitia sensitiua est corporea:ergo.Sed quia hæc ratio fundatur in illa opinione,quã nõ oẽs admittũt de p cessione amoris à cognitione in genere causæ efficiẽtis 2.probo intẽtũ. Quia sicut res mate rialis nõ est proportionata ad efficiẽdum aliquid spirituale , ita nec præsentia materialis est proportionata,vt obiectum sm̃ ipsam possit causare actũ spirituale in genere causæ finalis,sed altior præsẽtia,& applicatio requirit.

Confir. Confir.quia motor siue moueat efficienter,siue finaliter,debet esse proportionatus mobili: ergo si mobile est spiritualis potentia , motor etiã debet esse spiritualis:volũtas autem est spiritualis potentia,& sensus est materialis:ergo nõ potest vllo illorũ modorum voluntatẽ mouere,imo propter necessitatem huius proportionis,credo voluntatem humanã nõ posse moueri ab intellectu angelico ; etiã si esset in eodẽ subiecto proximo,neq.angelicã ab intellectu humano, & multo minus , si essent in diuersis naturis eiusdem suppositi:vt si Angelus(quod multi possibile existimãt)assumeret naturam angelicã, vt cognitio diuina, non est sufficiens ad mouendã voluntatem Christi humanã.Propter eãdem proportionis necessitatẽ ait Henricus supra,si appetitus sensitiui essent distincti secundũ distinctionẽ sensuum(vt sensit Scotus.3.d.7.q.vnica & Angelus in moral.c.2.tex 1.notab.2.)deficiente sensu aliquo necesse est deficere actũ appetitus sẽsitiui respõdẽtis tali sensui. Quia alius sensus nõ esset proportionatus ad mouendum talẽ appetitũ: multoq.minus sensus est potens mouere volũtatẽ,etiam de potentia absoluta.

3. ratio Caiet. 3.hãc veritatẽ probat Caieta.quia si sensus solus posset voluntatem mouere : ergo posset voluntas aliquid velle absq.rationis vsu, & cõsequenter posset peccare,& bene facere,quod nõ est intelligibile:implicat enim actum liberi arbitrij esse absq.rationis vsu.Sed hæc ratio nõ vrget,posset enim dici,omnes actus voluntatis sequentes solã cognitionẽ sensitiuã carere libertate,quia hæc oritur ex ratione,& non quacunq.sed deliberata , vt supra dictum est. Et saltem est verũ de libertate morali ad peccãdũ requisita,& ideo actus illi nõ essent boni,nec mali moraliter . Et eadẽ ratione tales actus nõ essent propter finem cognitum formaliter sub ratione finis,sed materialiter tantum,ad modum quo supra diximus,bruta nõ cognoscere finem formaliter sub ratione finis, sed materialiter tantum,hoc etiam obseruat Suarez.

Reijcitur 3. ratio.

4.probat

4. ratio. Med. Reijcit.

4. probat Medi. quia potentia nō potest tendere nisi in suū obiectū; obiectū autem volūtatis est bonum apprehensum per intellectum: ergo. Sed hæc ratio petit principiū, in hoc .n. sita est controuersia, an obiectum volūtatis sit etiam bonum apprehensum per sensum.

11. Ad 1. argu. prop. affir. dif. Solutio 1 Solut. 2.

Ad 1. arg. inoppositum R. 1. non esse parē rationem, quia intellectus est potentia superior sensu, & ideo videtur, efficere posse quid quid sensus efficit, ac proinde mouere appetitum sensitiuum, sicut illum mouet sensus.

R. 2. appetitum sensitiuum non posse immediate moueri ab intellectu, quia propter excessum nō est illi proportionatus, sicut nec intellectus angeli est proportionatus ad mouēdū volūtatem humanam, supposito quod sit alterius speciei ab angelica, vt verum est. Solutio hæc secunda consonat D. Tho. q. 3. a 3 ad 3. vbi ait, appetitum sensitiuum posse à ratione vniuersali, seu intellectu moueri mediante tamen ratione particulari, quę est cogitatiua. Idem ait, 1. p. q. 81. art. 3. ad 2.

Ad 2. argu.

Ad 2. R. cognitionem naturalem non sufficere ad dilectionem supernaturalem, vt dicetur agendo de actionibus supernaturalibus: sed requiri cognitionem supernaturalem, nō de obiecto materiali, sed de obligatione, vel congruentia & bonitate morali diligēdi: illud, aut bene faciendi illi. Cognitio autem supernaturalis sufficit ad dilectionem naturalē, quia est superioris ordinis, & pertinet ad potētiam, quæ est connaturaliter motiua voluntatis, nempe ad potentiam intellectiuam, quod inferius magis examinabitur.

Cognitio supernaturalis suf ficit ad amorē naturalē nō econtra.

Ad 3. argu.

Ad 3. R. cum Henrico, Augustinum solum velle, aliquando quæ volumus esse cognita, nō solum intellectu, sed externis sensibus, aliquādo vero solo intellectu, vt quādo sunt spiritualia. De Foxio autem parum est curandum, licet facile exponi possit vt voluntas interdum rationem, interdum imaginationem sequatur: quia interdum appetit quæ ratio dictat, interdum bona sensibilia, quæ primario in imaginationē cadunt, & deinde ab intellectu percipiuntur. In quo sensu Arist. 3. animæ cap. 10. in principio ait: plerunq. homines magis imaginationē, quam intellectum sequuntur.

Ad 4. argu.

Ad 4. R. illum modum mouendi intellectū esse imperfectissimū, & ideo non absurde tribui sensui respectu intellectus, secus est de causalitate finali, vel de effectiua per modum causæ principalis, hæc enim tribui non potest potentiæ sensitiuę respectu voluntatis; quia talis modus causandi perfectissimus est.

Ad conf.

Ad Confir. R. illum modum mouendi volūtatem immediate, esse valde imperfectum, sci licet per quandam sympathiam inclinando illam, & ideo non absurde tribui appetitui sensitiuo.

Ad 5. argu.

Ad 5. R. cum Caieta. Medina, Conrado & alijs, ibi D. Thomam solum velle voluntatem interdum moueri à bono vniuersali apprehēso per solum intellectum, aliquando à bono particulari apprehenso prius per sensum, postea etiam per intellectum, eodem modo D. Thom. interpretatur Suarez supra.

12. dubiū incidens. An pueri amentes & somniātes habeant actus aliquos intellectus. Sent. Henric.

Ex dictis sequitur, si pueri amentes & somniantes, non habent actus intellectus, nec habere actus voluntatis. Sed an vtrosque actus habeant? Henricus, quod lib. 6. quæst. 9. late docet, & defendit, somniantes naturaliter non habere, & idem de eisdem atque amentibus, & pueris docere videtur, quod lib. 1. q. 15. quia intellectus operari non potest sine certa sensuum, vel organorum dispositione, qua illi carent. *Si vero (inquit Henricus) contingat aliquem, somniando, quasi syllogizare aut versus componere, arte facere exterius opera vigilię, quasi directa à ratione, hoc non contingit nisi per quandam impressionem, quæ per assuefactionem talis operis in vigilia facta est in viribus sensitiuis, cognitis, concurrentibus imaginibus, & vi imaginatiua, eas per quandam impressionem sibi factam dirigente, ac si ipsa esset directa à ratione. Vnde & consimiliter ab appetitu sensitiuo affectiones, & desideria ordinata secundum virtutem solēt haberi in somnijs ex assuefactione circa talia in vigilia. Propter quod dicit Philosophus, quod somnia iustorum meliora sunt quam quorumlibet aliorum.* Hæc Henricus. Sed Medina infra q. 10. a. 3. euidens esse putat, in pueris, amentibus, & somniantibus aliquos esse actus intellectus, & voluntatis. 1. nam cognoscunt, & desiderant res spirituales, vt experientia patet, quia loquūtur de Deo, & Angelis, disputant de dialecticis, spiritualia autem sub sensu non cadunt 2. quia pueri, & somniantes postea meminerunt, se habuisse actus intellectus, & voluntatis. 3. quia hæc est sent. D. Thom. variis locis. Nam 1. p. q. 84. art. 8 ad 2. ait, *non excitato ligatur iuditium, intellectus in somnio, vnde aliqui dormiendo syllogizant, sed cū excitantur semper recognoscūt se in aliquo errasse.* Idē de actibus intellectus, & voluntatis clare docet. 4. d. 9. q. 1. a. 4. ad 3. & 4. 2. 2. q. 154. a. 5. in cor. & ad 2. & 3. & q. 172 art. 10. & de verit. q. 28. art. 3. ad 6. & illa q. 154 art. 5. docet idē de amentibus. Idem ait Vazquez infra disp. 35. in fine Quarto, quid in amentibus, & somniantibus obiectum voluntati sufficienter proponitur: ergo voluntas potest habere obiectum. Conseq. patet, quia omnis potentia potest agere si obiectum ei conuenienter proponatur. Antecedens vero prob. quia amens intellectu iudicat, bonum esse comedere, & similia. imo S. Tho. supra ait, syllogismū construere licet cum errore, & experientia docet de multis iudicare, de quibus sensus nō potest. Quod si aliquando D. Thom. dicat in amen-

Sent. Medię. prob. rationibus. 1. ratio. 2. ratio. 3. ratio.

4. ratio.

amentibus,& furiosis nullum esse rationis,aut voluntatis motum, loquitur de voluntate, vt voluntas est,& libera,non vt est natura,vel de motu voluntatis libero,quo voluntas dicatur moraliter agere,nam amentes, & furiori quo dam impetu mouentur,& aguntur,veluti bruta mouentur instinctu naturæ. Hæc Medina. Cum quo sentio hos habere vsum aliquem intellectus,& voluntatis, sed non puto euidēs, licet plane sit demente D. Tho.& esse extra controuersiam putat Marsil.2.q.26.art.1.no tab.5.uppositione.3.idemq.verum putat Valentia.1.2.disp.3.q.4.puncto 1.in 3.q.illius ad confir.argumenti.Neq. credo habere discursum proprie,sic enim & libertatem haberent, quod tamen ibi ipse contra Victoriam falsū procul dubio esse merito docet,& nos docuimus disp.3.sect.1.quamuis non recte id probet Medina, quia si in istis esset libertas,essent etiam opera bona & mala moraliter,laude,& vituperio digna,meritoria,& demeritoria;nam ad talia opera requiritur cognitio bonitatis & malitiæ moralis ipsius obiecti quā illis inesse negat Victoria,& eadem ratione negari debet in illis posse generari vel corrūpi per similes,vel per contrarios actus habitus virtutū,licet forte de alijs habitibus id posset cōcedi, vt tractatu de habitibus dicemus.

13. 2.sent. Medinæ. aliquo modo approb. et sent. authoris explicatur. Somniantes et alij prædicti discursu carent

Bene autem ait Medina amentes,& furiosos aliquos insipientiores esse brutis, cuius ratio non est,quam assignat,quia homines cum habeant à Deo rationem qua gubernentur, & non instinctus vt bruta, si priuentur rationis vsu,insipientiores brutis manent, sed quia non habent instinctus speciales, licet habeāt eos,qui omnibus brutis communes sunt:bruta vero multa speciales, & mirabiles instinctus habent.Vt autem iam ad institutam reuertamur,somniantes discursu propriæ dicto carent,& ideo non assentiuntur conclusioni ex vi assensus præmissarum,sed ex memoria, aut casu aliquo ordinate interdum aliquid apprehendunt, procedendo ab apprehensione præmissarum, ad apprehensionem conclusionis.

14. 2.difficultas. q. 1. opinio Scoti proponitur et explicatur. An iudicium requiratur ad actum volūtatis an vero sufficiat simplex apprehensio.

Secunda difficultas est,an vt a fine moueatur voluntas,sufficiat simplex apprehensio,an requiratur apprehensio iudicatiua seu iudicium. Quidā dicunt esse opinionem Scoti. 2. d.6.q.vnica. ad 1.2.& 3.non requiri iudicium, sed sufficere simplicem apprehensionem obiecti(de qua Arist.1.Perhiermenic.1.)ad volūtatem complacentiæ.Sed notandum est, apprehensionem posse referri ad conuenientiā obiecti,& ad eius possibilitatem. Scotus ergo affirmauit,non requiri ad voluntatem cōplacentiæ iudicium de possibilitate, sed sufficere simplicem apprensionem& sic ait, Angelum potuisse appetere æqualitatem Dei(licet illam iudicaret impossibilem) apprehendendo illam,vt possibilem: quod sine errore fieri potuit, quia in simplici apprehensione nulla est veritas,nec falsitas,non autem dicit, voluntatem posse aliquid vllo modo appetere sine iudicio de conuenientia obiecti imo videtur supponere contrarium:& eodem modo loquitur Melchior Flauius ibi q.1. in fine Gab.eadem d.q.vni.a.3.dub.2.& maior eadem d.q.vnica ad fin.& Almay.3. moral cap. 2.Olcot.2 q.3 quos & Marsilium iufra non bene interpretantur quidam existimantes, eos solum docuisse,non requiri iudicium compositionis quia non requiri iudicium conuenientię, aperte tenet Marsil.2.q.16.art.1.concluſ.2.ait enim *sola cognitione boni incomplexa singulari voluntatē posse in se producere actum volendi vel nolendi,et non solam complacentiam, et displicentiam*:& statim infert,hanc consequētiam non esse bonam,voluntas vult,A:ergo intellectus assentitur huic propositioni. A est bonum quia stat voluntatem velle A.sola cognitione incomplexa repræsentante A.per modum conuenientis.Fundamentum esse potest, 1.quia per apprehensionē simplicem bonum ipsum proponitur sub ratione boni: ergo voluntas potest in illud tendere. 2.quia solis apprehensionibus solent terreri homines, & timere,ac dolere insomno, & in vigilia,& similiter delectari:ergo.3.quia appetitus sensitiuus bruti ex sola apprehensione obiecti mouetur sine iudicio, ergo appetitus sensitiuus in nobis,& voluntas poterit ita moueri.

Arg.1. opinio. 2. argu. 3. arg.

15. 2.sent. et concl. authoris. Ad actū volūtatis requiritur iudicium de conuenientiaobiecti

Sentio tamen requiri omnino iuditium de bonitatate seu conuenintia obiecti. Ita tenet Valentia infra disp.2.q.4.puncto.1.in 3.q.illius,& Medina q.10.a.3.Suarez to.1. metaphy.disp.23.sect.7.Azor tom.1.lib.1.cap.28.. q.6.& communiter recentiores infra q.9.a.1. vbi D.Thom ad 2.& 1.p. q.63.art.3. & clarius.59.art.3.& 28.art 1.& 2.d.24.q.2.art. 1. & 3.contragentes.ca,10.Nec dissentit. Vazquez disp.44 cap.2.cum enim ait,ad quoldā actus sufficere simplicem apprehensionem, nomine simplicis apprehensionis expresse intelligit iudicium simplex nullam habens compositionem.& probatur 1.ex Arist. 3.animæ. cap.3.tex.154.vbi ait, phantasia nuda non moueri appetitum,sed opinione,& existmatione,vt ibi explicat Toletus tex. 153.& 154 & cap.7.tex.30.appetitum non moueri, donec adueniat iudicium affirmatiuum, vel negatiuum boni aut mali, & cap. 9. tex.46.& 47.dicit hominem non necessariò moueri à iudicio specculatiuo,sed à practico, quod vocat præceptū,& ait dictare an aliquid sit prosequendum vel fugiendum & 4.metaphy.ca. 4.tex.18.docet,hominem ideo hoc facere,& non illud, quia melius existimat hoc quam illud.

Prob. 1. ex Arist.

illud.Hic textus non adeo vrget, quia Arist. loquitur de communi modo operandi, non enim semper (vt postea videbimus)homo eligit,quod melius iudicat,licet semper bonum iudicet, quod facit vt,docet Damasce.2. fidei. cap.22.

Secunda ex ratione.

Et probatur ratione,nam simplex apprehensio est imperfectissima,& per eam quicunq. semper de quocunq. potest apprehendere quod sit bonum, & conueniens, licet nec vere,nec apparenter sit conueniens, ergo non est accomodata ad regendam, & gubernandam voluntatem,quæ est potentia cæca,& indiget directione intellectus, vnde ad essentialem perfectionem voluntatis pertinere videtur, vt nudam apprehensionem sequi non possit, & alioqui sine ignorantia, & sine errore posset amare quamcunq. rem etiã summam miseriam, licet intellectus euidenter iudicaret nulla ex parte esse bonam, sed tantum id apprhenderet,& similiter posset odisse quamcunq. rem etiam beatitudinẽ,licet non iudicaret aliquid mali habere. Hoc autem & absurdum est,& contra experientiam,ergo. *Confir.* Confirmatur,nam qui apprehendit rem ,non dicitur simpliciter illam nognoscere, alioqui qui apprehenderet astra esse paria,simpliceter diceretur cognoscere esse paria, & qui apprehenderet veritates fidei esse falsas, vel contradictorias simul esse veras, diceretur hæc simpliciter cognoscere, quod est falsum; voluntas autem non amat, nisi quod intellectus simpliciter cognoscit esse bonum: ergo.

16. ad 1.argument.1.opinionis. Ad primum ergo argumentum in contrarium R.per simplicem apprehensionem boni tatis non proponi conuenienter obiectum,nec modo sufficienti ad mouendam voluntatem, vt dictum est.

Ad 2. Ad secundum negatur solis apprehensionibus fieri illos effectus, sed necesse est interuenire iudicium bonitatis, vel malitiæ, an vero requiratur ad voluntatem saltim simplicem obiectum iudicari possibile, alia quæstio est discutiendaque cum inquiramus, an voluntas possit esse impossibilium, & ibi probabimus opinionem relatam Scoti, Maioriſque & aliorum, & ostendemus non esse contra D. Thomam. Opportuno etiam loco docebimus, delectationem, quæ ex simplici voluntate, & amore aliquando libere, aliquando necessario sequitur, posse esse de rebus, quæ non iudicantur, sed tantum apprehenduntur esse, fuisse, vel futuras esse & aliquando de futuris,quæ nullo modo decernimus facere,bona tamen iudicamus.

Ad 3. Ad tertium R. appetitum sensitiuum nunquam moueri sine iudicio conuenientię vnde D. Thom. 1. par. quæst. 59.art. 3. ait,*ouis fugit lupum ex quodam iudicio,quo existimat eum sibi noxium, vel nociuum* additq. homines agere ex iudicio libero bonitatis, & conuenientiæ, bruta vero ex iudicio non libero. Idem docet quæst.63.art.1.& Suarez supra addens,iudicium brutorum simplex esse, nostrum vero communiter compositum sed interdũ esse posse simplex, & sufficere ad motionem voluntatis. Ego puto nullum iudicium esse compositum in se, & omnem esse compositum in apprehensione præuia, licet etiam forte in angelis ob suam perfectionem detur actus, qui simul sit apprehensio, & iudicium, & nullam exigat compositionem, & in brutis propter suam imperfectionem. At in nobis nullum credo esse iudicium quod simul sit apprehensio, aut quod apprehensionem compositam non supponat, sed de hoc alibi,maxime cum ad propositam difficultatem explicandam nihil referat. Sicut autem bruta iudicio mouentur, ita pueri, & amentes, vt Valentia docet supra, imo operantur ex iudicio intellectus vt post primam difficultatem dicebamus,& Suarez supra numer. 13.ratiocinationem, & discursum in materia non morali illis concedit,quem tamen si proprie sumatur, nos illis negamus in hac sectione.Ex dictis plane constat quid sit censendum de quæstione illa, an ad actus omnes, voluntatis nostræ requiratur iudicium compositionis.De qua quæstione Vazquez disp. 44.capit.3 quidam ergo dicunt 1. in electione cuiscunque medij præcedere debet iudicium compositionis, siue electio sit proprie dicta, vt quando plura sunt media ad finem,siue improprie dicta, vt quando vnicum tantum est medium.Probãt quia in prima electione est collatio mediorum inter se, & in vtraque medij cum fine. Vbi autem est collatio,ibi est compositio,ergo. Secundo dicunt,spem, & timorem non posse esse sine iudicio compositionis, quia supponunt opinionem boni, aut mali futuri, opinio autem, aut credulitas non est sine iudicio compositionis:ergo.

Corol.1. An ad omnes actus voluntatis requiratur iudicium cõpositionis

Si obijcias, belluam timere cum videt locum in quo sibi aliquid mali accidit, tamen nullum habere iudicium compositionis R. in brutis non esse proprie timorem, siquidem non apprehendunt futurum, sed illud, quod vident ex memoria præterita apprehendunt, vt malum præsens, & quadam displicentia fugiunt. Tertio dicunt alijs affectibus posse moueri voluntatem sine iudicio compositionis, etiam motu libero, in quo reperiatur bonitas, aut malitia morali, meritum, aut demeritum, quia libertas non oritur ex iudicio compositionis,

sed ex indifferentia iudicij & sic mali angeli ex simplici iudicio appetierunt culpabiliter Dei æqualitatem.

Ego vero non video cur si in nobis distingui potest iudicium compositionis, à simplici iudicio, non possit dari vtrũq. in qualibet materia, tam circa finem quã circa media: si autem datur tali iudiciũ simplex, certissimum arbitror, posse inde prodire affectum proportionatum, non minus quam ex iudicio compositionis: quia ad motionem voluntatis parem vim habent. Item Angeli, & bruta ex simplici iudicio omnes affectus eliciunt, etiã timoris, & spei, nemo enim dubitat, quin timor & spes sint in brutis, & in appetitu sensitiuo nostro & quin sensus internus apprehendat obiectum futurum quantum satis est ad habendos eiusmodi affectus sicut & affectus desiderij & fugæ, qui futurum, abstrahendo ab arduitate respiciunt sola enim delectatio aut tristitia est de bono aut malo, vt præsens est: simplex vero amor vel odium à præsentia & futuritione boni & mali abstrahunt, vt tract. de passionibus videbimus: item arbitror rationem primi dicti non vrgere quia dici potest, ad electionem non requiri, formalem collationem præsertim postquã iã semel aut iterũ electio talis medij facta est, & manet habitus ad repetendam electionem item nõ quoties datur collatio dandum esse iudicium cõpositionis similiter ratio. 2. dicti nõ vrget, quia dici potest opinionem boni aut mali futuri sine iudicio compositionis esse posse vt reuera est in Deo, angelis & brutis & sensu nostro interno. Quod in 3 dicto continetur scilicet affectũ simplicis complacentiæ esse liberũ secundum se est contra Molinam in concordia disputat. 45. § idem dicendum & §. vt vero, qui optime probat oppositum quod etiam tenet Marsil. 2 quæst. 16. art. 3. Capreol. 2. dis. 24. quęst. 1. art. 3. ad 8 contra 1. membrum & ad argumen. contra. 2. membum citans Bernar. de Gannaco. idem cum eodem docet dis. 25. quæst. 1. art. 3. ad 7. Henrici contra 1. conclu.

17. Corolar. 2.

Ex dictis etiam constat habitualem cognitionem non sufficere vt finis moueat voluntatem, quia hæc vere non est cognitio sed habitus, vel promptitudo & facilitas quædam cognoscendi, & hoc ipsa experientia confirmat, & sentiunt omnes supra citati nec inter eos vlla est controuersia. Expresse autem id docet D. Thom. 1. p q. 82. art. 4. ad 3. Scotus 2 d. 42 q. 4. §. quantum ad primum & §. respondeo: ergo. Et licet habitus scientiæ supplere possit actualem cognitionem præmissarum nam qui habet habitum scientiæ licet non cogitet de præmissis conclusionem cognoscet: per habitum tamen cognitio actualis ad motionẽ voluntatis actualem necessaria suppleri non potest; est enim magis necessaria cognitio actualis ad volitionem, quam assensus præmissarum ad assensum conclusionis: tantũ enim est causa efficiens, vel dispositiua, cognitio autem respectu volitionis est causa efficiens, & applicatio causæ finalis, & quodammodo etiam est causa formalis, vt dicemus.

Similiter cognitio causæ non sufficit ad amandum effectum in seipso, cum non sit cognitio effectus in se, nec simpliciter cognitio effectus, præsertim cum ex cognitione causæ deueniri non potest in cognitionem effectus, quia tunc cognitio causæ, nec virtualis cognitio effectus dici posset. Adde, neq. cognitionem causæ sufficere, vt effectus dicatur voluntarius indirecte moraliter, quia non sequitur tunc ex voluntate, humano modo, seu cum eius cognitione, & ideo licet sit malus, & prohibens, non imputatur ad culpam nisi homo antea aduerterit, ex tali causa posse sequi effectum malum ingenere, vel hunc in specie. Sed de hoc dicetur q. 6. Ad amandum autem rem in seipsa non esse necesse cognoscere illam per propriam speciẽ, sed sufficere vt cognoscat per species quæ representent communes rationes, patet in Deo quem viator in se amat, non tamen propria specie illum cognoscit. De hoc egi in materia de charitate: & forte differam in sequenti tractatu cum disputem, an beatitudo in Dei amore consistat.

18. 3. dissic. An ad mouendam voluntatẽ sufficiat iudicium speculatiuum. 1. opinio.

Tertia autẽ difficultas hoc loco tractanda est an ad mouendam voluntatem requiratur iudicium practicum de bonitate & conueniẽtia obiecti, an vero speculatiuum sufficiat.

Quidam dicunt, si nomine iudicij practici intelligatur iudicium per se, & vi sua determinans voluntatem, vt illud sequatur, tale non est necessarium, quia non est necessarium iudicium auferens libertatem, tale autem iudiciũ libertatem auferret. Si autem iudicium practicum dicatur iudicium de conuenientia finis, non tantum secundum se, sed etiam respectu hominis iudicantis, non tantum in communi, & abstracte, sed etiam in particulari, hic, & nunc, & consequenter non tantum iudicantis de ipso obiecto seu fine, sed etiam de ipso actu, seu tendentia in finem, id est, vt non solum iudicetur obiectum esse conueniens, sed etiã & nunc esse conueniens illud velle, si tale (inquiunt) iudicium significatur nomine iudicij practici, verum est, iudicium hoc modo practicum requiri ad causalitatem nec sufficit iudicium speculatiuum huic condistinctum. Et ita intelligunt Arist. 3. animæ cap. 9. tex. 43. & cap. 10. tex. 49. asserentem, iudicium speculatiuum non suffieere ad motionem extremam hominis, ac proinde nec voluntatis.

Hæc

19. Reijcitur sente. superior. 1. ratio.

Hæc tamen sententia mihi non placet, primo enim male distinguit de iudicio practico determinante, & non determinante perse, & vi sua voluntatem. Nam determinans perse, & vi sua, nullum est in via, licet aliquod sit determinans suppositа carentia libertatis, vel deliberationis. Secundo illud iudicium practicum, quod dicit esse necessarium ad actum voluntatis includit reflexionem in actum voluntatis, reflexio autem non est necessaria ad actum voluntatis: ergo non requiritur iudicium de conuenientia, & bonitate illo modo practicum, vt recte docet Vazquez, disp. 44. cap. 4. eo quod visio Dei clara sine cognitione asserente Deum esse amandum, vel dilectationem de ipso habendam, sufficit ad inferendum amorem, & delectationem.

2. ratio.

Confir. 1

Confirmatur. 1. quia iudicium illud est de conuenientia respectu operantis, sufficit autem ad actum voluntatis iudicium de conuenientia, & bonitate obiecti respectu amici: ergo.

Confir. 2.

Confirmatur secundo, quia illud iudicium est de conuenientia obiecti hic & nunc, homo autem potest velle facere vel habere aliquid cras, licet non conueniat illi hic, & nunc illud facere, vel habere, sed prodie crastina: ergo tale iudicium non est necessarium.

3. ratio.

Tertio, quia nec Aristote. loquebatur de iudicio speculatiuo illi condistincto, cum dixit, non sufficere ad volitionem, sed illud iudicium, quod non dictaret de bonitate, vel conuenientia rei, seu operis, vel de disconuenientia, & malitia, seu (quod idem est) illud iudicium, quod non dictaret de obiecto prosequendo, vel fugiendo appellauit speculatiuum, & tale non sufficere docet Hispalen. 2. distin. 25. quæst. 1. notab. 3. Henricus quodlib. 1. quæst. 17. vbi citat Aristot. & Auerroë 3. animæ, & aperte probatur, quia si non proponit, nec applicat bonitatem, quæ est ratio obiecti amandi, & prosequendi à voluntate: ergo non est iudicium sufficiens ad eius actum. Si vero illam applicat, profecto erit sufficiens, quia voluntas potest ferri in suum obiectum sufficienter propositum, & applicatum, estq. hoc iudicium vere practicum, de qua re aliquid dicemus tract. 2. disputa. 3. sectione. 5.

20. 4. diffic. An imperiū requiratur ad actum voluntatis. 1. opinio. 1. argum.

Ex quo resoluitur quarta, eaq. grauis difficultas, an præter iudicium practicum requiratur alius actus intellectus, qui appellatur à multis imperium, de quo actu agit D. Tho. q. 17. vbi & nos fuse disseremus. Valentia infra disp. 2. q 4. puncto. 1. q. 4. illius puncti putat, vltra iudicium de conuenientia, & bonitate obiecti requiri eiusmodi actum imperij.

1. argum.

Probat. 1. ex Aristote. 3. animæ cap. 9. tex. 46. vbi de intellectu, sic scribit, *sed nec cum speculatur aliquid huiusmodi, iã præcipit aut prosequi aut fugere quẽadmodũ sæpe intelligit terribile aliquid, nõ iubet autẽ timere, sed cor mouetur*, idest appetitus sensitiuus (inquit Valẽtia) mouetur, nõ tamen voluntas, etiam si intellectus dictet de prosequendo, vel fugiendo obiecto, nisi intellectus præcipiat ei vt moueatur.

2. argum.

Secundo probat, quia intellectio sufficiens, vt moueatur voluntas debet esse talis, vt ea posita, voluntas necessario ex ea hypothesi operetur, at nullũ iudicium simplex de conuenientia obiecti est talis intellectio, ergo nullũ huiusmodi est sufficiens, vt volũtas moueatur. Maiorem probat ex connexione intellectus, & voluntatis, quæ connexio huiusmodi est, vt ad prosequendum libere obiectum sint hæ potentiæ colligatæ, ita vt neutra absq. alterius societate illud deliberate, aut libere attingat. Alioqui si absq. hac mutua dependentia situ est in voluntate sequi, aut non sequi actum intellectus, fieret, vt voluntas temere, & quasi casu iam prosequeretur obiectum, iam non prosequeretur, quandoquidem ex parte intellectus nulla tunc esset peculiaris ratio, propter quam voluntas iam faciat, iam vero non faciat si illa cõnexio non esset necessaria inter utriusq. potentiæ actus liberos. Minor vero (inquit) clare probatur, nã fieri potest, vt ex duobus hominibus, vnus iudicet de obiecto, quidquid alter iudicat, & tamen alter eliciat actum voluntatis circa id obiectum, alte vero non eliciat: ergo solum iudicium intellectus non est ex sua ratione actus talis, quem voluntatis actus necessario consequatur. Hanc sententiam docet etiam Valentia eadem disp. q. 12. dicens, imperium prædictum esse necessarium ad omnem actum voluntatis interiorem circa finem.

21. 2. opinio. 3. opinio.

Alij vero infra q. 17. sentiunt talẽ actum nõ esse necessariũ ad intentionem finis, nec ad electionẽ mediorum, sed dumtaxat ad vsum, & executionẽ. Alij arbitrantur nullũ dari actũ in intellectu distinctum ab apprehensione, & iudicio, vel si datur, certe non esse necessariũ ad actus internos volũtatis, neq. ad externos.

4. senten. authoris.

Quæ opiniones q. 17. examinabũtur, modo breuiter dico, tale imperium, saltem ad intentionem finis, & electionẽ medij non esse necessarium.

1. ratio.

Probatur. 1. quia voluntas, sicut & alia potentia potest operari circa obiectũ sibi cõuenienter propositum, sed voluntati conuenienter proponitur obiectum per iudiciũ bonitatis, & conuenientiæ: ergo imperiũ non est necessarium. Confirmatur, quia ea ratione imperium non est necessarium ad actum appetitus sensitiui, sed sufficit conuenientiæ iudiciũ ergo similiter ad actũ voluntatis. 2. quia imperium secundũ D. Thom. vt q. 17. videbimus, oritur ex electione, hæc autem supponit intentionem

Confir.

2. ratio.

nem: ergo imperium supponit intentionem, & electionem, & ita non est necessarium ad istos actus.

3. ratio. Tertio, si esset necessarium ad omnem actum voluntatis: ergo cum actus, quem imperat, necessario sequatur ad imperium, vt eius assertores docent, nullus actus voluntatis erit liber, quia in nullo voluntas ipsa se determinat, sed determinatur ab imperio, consequens est hæreticum: ergo.

22. Ad argu. 1. 1. opini pro 4. dis si. 1. solu. Reijcitur 1. Solutio. Ad primum argumentum R. Suarez in 3. difficultate citatus, Aristo. nomine imperij intelligere iudicium practicum, de conuenientia obiecti, & secundum se, & secundum tendentiam potentiæ in illud hîc, & nunc, &c. Sed iam superiori difficultate ostendimus tale iudicium non esse necessarium: & præterea imperium est actus maxime diuersus à quocunque iudicio: ergo Aristote. ibi nomine imperij nullum iudicium intelligit.

23. 2. Solutio Mens ergo Aristote. ibi est quam D. Thomas & alij explicant. Intendebat Aristote. inuestigare principium motus localis in nobis, & probauerat non esse sensum; iam vero tex. illo 46. probat intellectum non esse principium talis motus, quia intellectus speculatiuus non dictat de fuga, vel prosecutione, sine iudicio autem de fuga, vel de prosecutione homo non fugit, vel prosequitur aliquid, nec mouetur: ergo intellectus speculatiuus non est sufficiens principium motus. Quoniam autem poterat quis dicere; intellectum quidem mere speculatiuum non esse principium sufficiens motus, bene tamen intellectum practicum iudicatiuum, qui comparatione intellectus præceptiui, videtur speculatiuus, & sic a D. Thom. AEgidio, Auerroe, Toleto, & alijs ibi vocatur, Comparatione autem intellectus non dictantis de agendis est practicus, & reuera est simpliciter practicus, & non speculatiuus, vt colligitur ex Aristote. ibi dicente, intellectum speculatiuum non dictare de fugibili, aut prosequibili, quod repetit statim. cap. 10. tex. 49. Idem colligitur ex Henrico quodlibeto. 1. quæst. 17. Hunc inquam intellectum non esse sufficiens principium motus, probat. Aristot. quia cum intellectus speculatiuus fuerit, vel (vt alia translatio habet) considerauerit aliquid, vt terribile, & fugiendum, vel, vt delectabile, & prosequendum, adhuc contingit externa membra non moueri, licet moueatur cor, in quo est irascibilis secundum Platonem; vel hepar, in quo secundum eundem est concupicibilis: ergo nec intellectus iudicans de agibilibus est sufficiens principium talis motus. Quia vero posset aliquis dicere, intellectum præcipientem esse sufficiens principium illius motus, ideo text. 47. probat. non ita esse, quia adhuc præcipiente intellectu fugere, aut persequi aliquid, aliquando non mouetur homo, sed secundum concupiscentiam agit, vt incontinens: ergo nec talis intellectus est sufficiens principium illius motus, vnde postea ait, ad talem motum requiri appetitum. In quo processu videtur Aristoteles non agere de motus voluntatis, sed corporis, & asserere, sufficiens eius motiuum non esse aliquem actum intellectus: ergo, nullus actus intellectus secundum Aristot. sufficit ad mouendam voluntatem, alioqui etiam sufficeret admouendum corpus, cuius motus necessario sequitur ad motum voluntatis: ergo ex hoc testimonio Arist. colligi non potest, imperium esse necessarium ad motionem voluntatis, nec sufficiens, imo colligi potest esse insufficiens.

Ad 2. argumen. Ad argumentum secundum negatur mâior: ad probationem autem R. intellectum, & voluntatem esse colligatos in ordine ad actum liberum, hoc modo, quod intellectus nullum actum liberum habere potest sine dependentia á voluntate, nec voluntas sine dependentia ab intellectu, non tamen ita, vt determinetur ab ipso intellectu sic enim non esset libera secundum se imo nec ex participatione, cum intellectus non sit in se liber. Ipsa ergo est quæ se determinat supposito iudicio intellectus etiam sine vllo præcepto intellectus, nec inde sequitur, temere, & casu ipsam se determinare, siquidem semper se determinat ex ratione aliqua, licet ex alia ratione posset se determinare ad oppositum, vt fatetur ipse Valentia, existente eodem iudicio, vnum hominem velle posse vnum, alio volente oppositum, quod vberrime in processu huius libri docebitur.

Sectio 3. Verum cognitio finis, vel obiecti concurrat effectiue ad actum voluntatis erga ipsum.

24. OMISSA opinione; quam Capreolus. 2. dist. 29. quæst. vnica, & Scotus, atque Hispalen. distin. 25. Henricus quodlib. 9. quæstio. 5. Vazquez infra disputat. 36 cap. 1. & alij alibi tribuunt Gofredo quodlib. 6. quæst. 7. quodlib. 8. quæstio. 12. quodlib. 9. quæsti. 19. quodlib. 13. q. 3. asserenti cognitionem sensitiuam, sine phantasma esse principium effectiuum totale actus voluntatis. Omissa etiam opinione asserente, obiectum cognitum, seu cognitionem esse totalem causam efficientem volitionis. Quam opinionem referunt etiam Scotus, Henricus, & Vazquez locis

locis citatis. Omissa deniq. sententia Marsilij asserentis, solos, & omnes actus liberos voluntatis esse ab ipsa, vt à causa secunda totali; quia omnes has opiniones abunde cum alijs ab eo relatis confutat Vazquez supra. In hac quæst. sunt duæ sententia oppositæ grauissimo rum doctorum.

25. 1. sent. Prima est, cognitionem obiecti non concurrere effectiue ad actum voluntatis, sed vt applicationem, & conditionem sine qua obiectum non causaret finaliter, aut formaliter actum voluntatis. Ita tenet Capreolus. 2. d. 25. quæst. vnica, art. 3. responsione. 2 ad primum argumentum Scoti contra primam conclusionem; & idem postea sæpe repetit eadem. d. idemque docuerat. distn. 24. ad argumenta contra quintam conclusionem. Vbi etiam Hispal. quæst. vnica arti. 4 & d. 25. quæst. vnica, art. 3. & 4. Henricus quodlib. 9. quæst. 5. post medium. Idem licet minus expresse docuerat quodlib. 1. quæst. 17. idemque docet quodlib. 13. quęst. 10. ad argumenta, & quodlib. 12. quæst. 26. pag. 3. Ia nellus. 9. metaphy. quæst. 6. Vazquez disputatione 33. cap. 3. Azor tom. 1. lib. 1. c. 20. quæst. 6. quidam eandem opinionem tribuunt Scoto. 2. dist. 25. quæst. 1. ad argumenta, ibi tamen nihil de terminat. Hoc tamen tenet Martinez. 3. animæ, cap. 8. ad medium quæstionis. Idem tribuitur Victoriæ. 1. 2. quæst. 9. art. 1. Bernardo de Gannaco, & alijs. Idem tenet Torres. 1. par. quæst. 27. art. 2 par. 4. Comentarij, & art. 3. in fine. Valentia. 1. 2. disput. 2. quęst. 4. punct. 1. quæst. 2. illius punct. 1. Suarez tom. 1. metaphy. disputa. 23. sect. 7. numero vltimo. Idem de volitione finis censet Ferrariensis. 1. contragentes cap. 44. licet dicat, cognitionem concurrere effectiue ad volitionem mediorum.

1. argu. Probari solet. 1. authoritate D. Thom. infra enim quęst. 9. art. 1. ad 3. & 1. par. quæst. 82. art. 4. & vbique non alia ratione docet obiectum concurrere ad actum voluntatis, quam formaliter, & finaliter, specificando illum, neque vsquam ait illud secundum sui met cognitionem concurrere efficienter. Imo de verit. quæst. 22. artic. 12. dissertis verbis id negat, inquit enim, *intellectum moueri a voluntate ingenere causæ efficientis, voluntatem vero moueri ab intellectu ingenere causæ finalis, quia intellectus voluntati appetibile proponit, & repræsentat.* Quod etiam docet. 1. part. art. citato in corp. & ad. 2. & de verita. quæsti. 22. a. 11. in corp. vbi etiam ad 9. ait, *intellectus regit voluntatem non quasi inclinans eam in id, in quod tendit, sed sicut ostendens ei, quo tendere debeat.*

2. argu. Secundo ex Aristo. 2. phy. cap. 7. tex. 55. vbi ait, finem non efficere proprie, sed metaphorice, ergo nec mediãte sui cognitione efficit proprie actũ voluntatis, sed metaphorice tantum, & tex. 88. & 89. & 91. sanitatem, & alios huiusmodi fines, solum docet concurrere in genere causæ finalis ad actum voluntatis.

3. argum. Tertio, quia voluntas se sola inclinatur in suum actum: ergo se sola illum efficit. Consequentia patet, quia efficit actum per inclinationem, quam habet ad illum: ergo si se sola habet inclinationem, se sola illum efficit. Præterea quia tam late patet inclinatio, sicut vis effectiua: ergo si se sola sufficienter inclinatur in actum, se sola illum efficiet.

4. argu. Quarto, quia finis vt est in anima causat finaliter: ergo non effectiue, finis enim, & efficiens non coincidunt.

5. argum. Quinto, quia volitio est actio immanens: ergo recipitur in suo principio totali: ergo cum recipiatur in sola voluntate, illa est totale principium. Confirmatur, quia actio vitalis est à solo principio vitali, cognitio autem non est principium vitale volitionis: ergo volitio non est ab intellectione. Confir.

6. argu. Sexto, effectus liber non procedit à causa naturali, actus voluntatis est liber: ergo non procedit à notitia, quæ non est libera, sed causa naturalis.

7. argu. Septimo argumentatur Vazquez, quia vel intellectio concurrit cum voluntate, vt instrumentum, vel vt ratio agendi, seu causa principalis, non primum, quia instrumentum non debet esse nobilius effectu, intellectio autem est nobilior volitione. Nec secundum, quia sic variata natura intellectionis penes obscurum, & clarum, variaretur etiam natura dilectionis; nam diuersæ causæ secundum naturam, diuersum producunt effectum: atqui dilectio eiusdem rationis omnino est, si sit eiusdem obiecti, siue clare, siue obscure cogniti, ergo cognitio non est principium efficiens amoris.

8. argum. Octauo argumentatur etiam Vazquez, nam quoties proxima causa ita completa est, vt ei respondeat integer effectus secundum omnem rationem, frustra addimus, imo neque addere possumus nouam aliquam causam, quæ ad integritatem effectus concurrat: voluntas autem potest intelligi in se ipsa integre constituta, vt causa efficiens alicuius amoris absque vlla efficacitate actus intellectus, qui cum ipsa concurrat: ergo intellectio non concurrit effectiue cum voluntate ad amorem. Minor probatur, nam voluntas cum habitu charitatis præstare potest omnia quæ reperiũtur in actu charitatis. Nam quod sit actus vitalis charitatis, & amoris habet à sola voluntate, quod autem sit supernaturalis, & in tali specie habet á charitate:

ergo sine intellectione potest voluntas præsta re omnia quæ in se habet actus charitatis.

9. argu. Nono argumentatur, quia principia actiua nõ sunt multiplicanda sine necessitate, hic autem nulla est necessitas: ergo dicendum est, volitionem non esse effectiue á cognitione, sed á sola voluntate.

26. 2. senten. authoris. Obiectum mediante cognitione sui effectiue concurrit ad actũ voluntatis. Hanc, & sequentem opinionem probabilẽ censent Cõimbri. in Ethicis, disput. 4. q. 2. ar. 1. Secunda tamen sententia, & tenenda est, obiectum concurrere effectiue per sui cognitionem ad actum voluntatis. Ita Caieta. 3. animæ cap. 6. tex. 53. 1. par. q. 27. art. 3. notab. 2. circa responsionem ad 3. & q. 80. art. 2. & 1. 2. q. 2. art. 3, & q. 10. art. 3. circa ad 3. Medina eodem art. in fine. & q. 9. art 1. in hanc inclinat, idem tenet Caiet. ibi, & 1. par. q. 82. art. 4. & 1. 2. quest. 22. art. 2. & q. 23. art. 4. Soncin. 9. metaphy. quæst. 12. & 13. (quita men oppositum docuit lib. 5. quæst. 3. initio corporis, & clarius ad 3.) Molina. 1. pa. quæst. 19. art 2. disput. 3. Alex. 1. par. quæst. 17. m. 3. Geruasius in lib. notitiarum. p. 2. titu. de appetitu sensitiuo, §. uotandũ vlterius, vbi ait, hanc esse opinionem communem tam in appetitu sensitiuo, quam in rationali. Idem tenet Olcot inde terminationibus quest. 3. conclus. 3. & 1. sent. quæst. 3, art. 4. Paluda. 4. d. 44. quæst. 3. art. 1. Gregor. 2. d. 25. quæst. vnica, conclus. 1. 2. & 3. Gabri. quest. vnica, art. 3. dub. 3. Adamus ibi. q. 2. Cisterciensis. q. 3. art. 1. conclus. 4. Veracruz. 2. animæ speculat. 6. Conra. infra. q. 4. art. 1. Sed male tribuit Scot. 2 d. 3. q. 10. ad vltimum. 1. opinionis. & talem apprehensionem non esse in ipsa voluntate, sed in intellectu sibi coniuncto, & in 2. d. 25. quest. vnica, præsertim litera Q. & ad 1. & d. 26. quæst. vnica, vtramq. opinionem defendit, vt probabilem. Hanc etiam valde probabilem, & D. Thomæ consonam arbitratur Ferrara supra. Neutram opinionem elegit Fonseca. 5. metaphy. cap. 2. quæst. 11. sect. 3. licet vtramq. referat, hanc tamen plane eligit ibi. q. 10. sect. 2. post medium. Eandem Vazquez disp. 36. c. 2 tribuit Henrico quod lib. 9. q. 5. lit. C. & ait. a Dur. insinuari, 2 d. 22. quest. 2. num. 22. licet non sit admodum consentanea eius principijs, quia non ponit species in intellectu, quę sint effectiuæ intellectionis, vt patet. 2. d. 3. q. 6. num 13. ergo eadẽ ratione nõ debuit ponere aliquid, quod cum voluntate efficiat volitionem.

27. 1. ratio. 2. senten. authc. Sed hæc probatur 1. autoritate. D. Tho. nam. 1. par. quæst. 82. art. 3. ad 2. ait, intellectum esse priorem voluntate, sicut motinum mobili, & actiuum passiuo; & 1. 2. q. 6. art. 2. ad 4. ait, voluntatem pati ab obiecto, sicut à principio extrinseco, nec tamen violenter moueri, quia passum confert vim: & quæst. 9. art. 2. ad 1. ait, appetitum sensitiuum effectiue moueri ab obiecto, & quæst. 22. art. 2. appetitum sensitiuum magis pati ab obiecto agente in ipsum, quam sensus patiatur à suo obiecto, & art. 3. ad. 2. obiectum appetitus intellectiui esse magis actiuũ, quam obiectum appetitus sensitiui, & quæst. 23. arti. 4. obiecta concurrere actiue ad actus appetitus sensitiui; idem dicit quæst 27. ar. 1. & quæst. 30. art. 3. ad. 2. (vbi id obseruat Caieta.) & quęst. 85. art. 1. ad. 4. docet, obiectum, agere in potentiam, & vnam potentiam in aliam. Et de veritate. quæst. 22. art. 12. finem esse formam, qua efficitur actio, & 2. d. 24. quęst. 2. art. 1. volitionem elici per rationem. Quibus locis vides D. Tho. docere potentiam cognoscitiuam, seu eius obiectum agere in appetitum sensitiuum, vel intellectiuum (de quo eadem ratio est) media cognitione. Confirmatur, nam. 1. par. q. 80. art. 2. & 1. 2. quęst. 18. art. 2. ad 3. & quæst. 50. art. 5. ad 2. & 3. d. 17. quæst. 1. art. 1. & de verit. quæst. 25. art. 1. & 2. Et 2. Ethi. lectio. 5. in principio ait, appetitum respectu appetibilis esse potentiam passiuam, ac proinde illud esse actiuum; vt enim ait de veritate. quæst. 16. art. 1. ad 13. de ratione potentiæ passiuæ respectu alicuius est ab illo moueri effectiue. Confirmatur. 2. nam. 1. par. quæst. 14. arti. 5. ad 3. & quæst. 77. art. 3. & 1. contragent. cap. 46. ratione. 1. & 1. 2 quæst. 1. art. 3. & alibi sæpe docet actiones specificari à finibus, seu obiectis; quia sunt principia actiua, & actiones à principio actiuo specificantur. Bene ergo Caiet. Conra. Soncinas, & lij Thomistæ hanc sententiam tribuunt D. Thomæ, quam etiam docet 1. par. quæst. 27. art. 3. dicens, de ratione amoris esse vt procedat à conceptione intellectus, & quęst 36. art. 2. probat, spiritum sanctum procedere a filio, quia in nobis amor procedit à verbo, seu notitia intellectus, quam rationem perpulchram putat Torres ibi, nulla autem esset si amor in nobis non procederet à verbo, in genere causæ efficientis.

Confir. 1.

Confir. 2.

Probatur 2. ex August. Damasce. & alijs partibus August. lib. 15. de Trinit. cap. 23 & 26. ait, amorem procedere ex notitia obiecti, & similiter ait, amorem diuinum, seu spiritum sanctum ex verbo procedere, & vtrunque intelligit de processione tanquam à principio actiuo. Et 3. de lib. arbitrio. cap. 24. *Impossibile est quin visis tangamur.* Et Damasce. 2. fidei orthodoxæ cap. 12. *Absens igitur, & expectatum bonum desiderium parit, præsens vero voluptatẽ. Simili quoq. pacto imminens, & expectatum malũ timorẽ, præsens autem tristitiam.* Idẽ dixit Greg. Nyssenus. 4. suæ philosophiæ cap. 9. & Nemesius libro de natura ominis c.

2 ratio.

17.

17 licet alijs verbis.

3. ratio. Tertio probatur ex Arist.& Auerroe nam Auerro. 12. metaphy. tex. 36. *forma inquit balnei ad extra est finis; sed existens in anima agit desiderium*:& 12.metaph.tex 76.ait, *appetibile*

Soultio. *vt est extra animã mouet per modum finis, vt vero est in anima mouet efficiendo* Sonci.illa q.13. adducit plura alia testimonia Auerroes, vt & Gregori.supra,& Arist.3.annimæ c.10.tex.54 ait, *appetibile esse mouens immobile*. Si quis dicat loqui de motione in genere causæ finalis, quæ motio pertinet ad genus efficientis metaphorice tantũ, vt patet 2.Phy.cap.7.tex.55. Con-

Replica. tra, quia sic Arist. in eodem contextu æquiuoce locutus fuisset,dum ait, quoddã esse mouens mobile,vt homo,quoddã instrumentaliter,vt manus,quoddã mouens immobile, vt appetitus:hoc autem est vitium:ergo &c. Idẽ argumentum sumi potest ex Arist.12. met. c. 7.tex.34.& sequentibus,vbi dicit,Deum & appetibile esse aliquid mouens immobile, & principium appetitus esse intellectionem. Item Arist.7. & 8.phy.& 12. metaphy.& 1. de generat docet nihil posse moueri à seipso secundum idem, & ideo in viuentibus ponit partem per se mouentem distinctam à parte per se mota,& ait grauia,& leuia non moueri à seipsis & deueniendum esse ad vnum mouens immobile,scilicet Deum. Ideo etiam 3. anima ponit in nobis intellectum agentem, & possibilem,quia non potest idem intellectus in se speciem producere & recipere, ergo voluntas ex mente illiusnon potest esse mota à seipsa saltem vt à totali principio,sed debet moueri ab intellectu per intellectionem in ge-

28. nere causæ efficientis.

4. ratio. Sed iam adhibeamus rationes,proba: ergo 4.quia intellectus, & sensus ad eliciendos suos actus iuuantur speciebus concurrentibus in genere causæ efficientis principalis iuxta communem fere omnium opinionem, ergo similiter appetitus sensitiuus iuuari debet aliquibus alijs nempe obiectorum suorum cog-

Confir. nitionibus,par enim ratio est &Confirmatur, nam non est credibile vnicam potentiam materialem,scilicet sensum, vel appetitum sensitiuum, posse per se solam elicere tot actus cum sit adeo imperfecta:& similiter licet intellectus,& voluntas sint perfectiores potentiæ, tamen plurimorum actuum capaces sunt:ergo non est credibile per seipsas nulla obiectorũ ope posse illos elicere,obiectum ergo intellectus,adiuuat intellectum specie, & obiectum voluntatis illam adiuuat cognitione Et sane cum Martinez supra concedat appetitum sensitiuum effectiue moueri à cognitione,non debuisset id negare de voluntate, quia licet hæc sit libera,non inde sequitur,non posse ab obiecti cognitione iuuari in genere causæ efficiẽtis,sicut iuuatur á naturali vel supernaturali habitu vel auxilio in actibus liberis, & præterea in actibus necessarijs eadem est ratio de ipsa,& de appetitu sensitino:ergo &c.

Confir. Item appetitus sensitiuus in actibus quibusdam liberis,quos habet ex impulsu volũtatis adiuuatur ab obiecto in genere causæ efficientis:ergo similiter iuuatur voluntas,licet operetur libere.

5. ratio. Quinto probatur,quia eadem ratione,qua dicitur voluntatem in suo actu non pendere à cognitione, nisi vt à causa per accideus, seu cõditione sine qua non & applicatione obiecti ad causandum finaliter,vel formaliter,ita dici posset,electionem solum pendere ab intentione,vt à conditione sine qua non, & assensum conclusionis ab assensu præmissarum, & cognitionem ab specie &c. consequens est falsum:ergo.

29. Sexto, quia verbum vt verbum in diuinis

6. ratio. concurrit actiue ad productionem Spiritus Sancti,qui est amor: ergo etiam amor in nobis procedit à verbo,seu cognitione vt à principio actiuo,par enim ratio est.

Solutio 1. R.Martinez supra in diuinis non posse esse alium ordinem nisi producentis, & producti, ideo verbum diuinum actiue concurrere ad productionem Spiritus sancti,& amoris, verbum autem creatum non concurrere actiue ad productionem amoris, quia in creatura potest esse alius modus concurrendi.

Replica. Sed hęc solutio non infringit vim argumenti,nam ex eo qnod in Deo reperiatur, recte colligimus simile quid inueniri in creatura, cũ par ratio sit, licet in creatura verbum alio etiam modo concurrat, scilicet vt conditio, & applicatio causæ finalis. Melius responde-

Solutio 2 retur, non esse simile, quia verbum diuinum, est subsistens,& eiusdem essentiæ & voluntatis cum patre,& ideo habet eandem vim spiratiuam,scilicet voluntatem. Propterea actiue concurrit ad productionem Spiritus sancti, & amoris,& non quatenus habet aliquid ad intellectum pertinens.

Replic.2 Sed contra, nam iuxta hanc solutionem non concurreret ad productionem Spiritus sancti,& amoris vt verbum,& procedens per intellectum, sed vt secunda persona diuina, quæ quia intelligitur cum voluntate,prius ratione quam producatur Spiritus sanctus potest concurrere,& concurrit cum prima persona,ad productionem Spiritus sancti, consequens est falsum, & contra mentem sanctorũ præsertim Augusti.& D. Thomæ:ergo.

7. ratio. Septimo,nam prudentia est habitus actiuus,& ars factiuus, & aliquæ scientiæ sunt practicæ quia concurrunt affectiue ad actus moris,vel artis, non autem concurrunt nisi per cognitionem, aut verbum, ergo cognitio,&

verbum

verbum effectiue concurrunt ad actus externos, ergo idem potest dici de actibus elicitis à voluntate, maxime cum forte non alia ratione concurrant effectiue ad actus imperatos voluntatis, nisi quia effectiue concurrunt ad elicitos, & consulens est causa efficiēs, iuxta Arist. 2. phy. cap. 30. tex 29. non autem alia ratione nisi quia præsentat obiectū, quo effectiue mouet voluntatē: ergo.

8. R. Octauo contra Ferrar. est argumentum, quia non est maior ratio de cognitione medij, quā finis, ergo si intellectio effectiue concurrit ad volitionē medij, etiā concurret effectiue ad volitionem finis, imo ad hanc potius, cum sit minus libera.

30. coroll. Ex dictis colligitur, falsam esse sententiam, quam signant Marsil. 2. q. 16. art. 3. scilicet primum actum volūtatis circa finem, vel eius oppositum, qui est simplex complacentia, vel displicentia, causari effectiue totaliter á cognitione obiecti, ac proinde ab anima, non vt voluntas est, sed vt est intellectus (tenet enim animam, intellectum, & voluntatem re idem esse) reliquos vero actus, qui sunt liberi esse à voluntate vt voluntas est, ita vt cognitio obiecti non concurrat cū volūtate, nisi forte media complacentia, aut displicentia, quam vt causa totalis produxit. Hæc enim sententia primo ponit clare, voluntatem vt ab intellectu distinguitur re, vel ratione, mere passiue se habere ad aliquos actus, quod est falsū, quia tales actus sunt vitales. ergo recipiuntur in suo principio effectiuo. Nec valet dicere recipi in voluntate, quæ est eorum principium, vt est intellectus; tum quia falsum est, voluntatē, & intellectum non distingui realiter, tū quia potentia vitalis debet immediate concurrere ad suos actus: voluntas autem, licet sit intellectus, non concurrit secundum Marsilium ad eiusmodi actus immediate, quatenus intellectus, sed media intellectione: ergo illi actus non erunt vitales.

Marsilius reijcit. 1.

2. Secundo Marsilius insinuat, cognitionē obiecti non concurrere per se, & immediate effectiue ad alios actus, qui sunt circa finem, vel media, hoc falsum esse colligitur ex dictis: ergo eius sententia falsa est.

Confir. Confir. quia actus de fiderij, & dilectionis, fugæ, & tristitiæ requirunt distinctas cognitiones inter se, & á cognitionibus, quibus diriguntur cōplacentia, & displicētia, simplex, seu naturalis, & necessaria, distinctæ autē cogniciones immediate & per se cōcurrūt ad diuersos actus voluntatis, ergo oēs illi actus volūtatis, immediate fiūt à cognitionibus diuersis & non sola cognitio dirigens actū cōplacentiæ, vel displicentiæ concurrit effectiue ad actus sequētes, media cōplacentia, vel displicētia simplici Hoc enim esset tollere concursum effectiuum reliquis cognitionibus & totum illud dare cognitioni dirigenti complacentiam aut displicentiam simplicē, cum tamen de omnibus cognitionibus quantum ad hoc, eadem sit ratio. In eo vero cum Marsilio non granate consentiam quod simplex complacentia & displicentia etiā existēte deliberatione non est libera in se sed tantū in causa scilicet cogitatione precedente (quæ libera esse potest) quod late docet Molina in concordia disp. 45. ex Aug. 3. de libero arb. c. vlti. idem tenet Capreol. 2. d. 24. q. 1. a. 3. ad 8. contra. 1. membrum ad arg. contra 2. membrum. & d. 25. q. 1. a. 3. ad 7. Henrici contra 1. conel. quibus locis Capreolus citat Bernardū de Gannaco. idem ex Ansel. docet Albertus. 2 p. summæ tract. 5. q. 21. mēbro 1. ad 3. & 4. D. Th. de malo. q. 16. a. 3. ad 3. Parisie. 2. de vniuerso parte 1. c 109. Heruæus 2. d. 5. q. 1. a. 3. Capreol. d. 4 q. 1. a. 3. ad 2. contra 2. concl.

Ad primum argumentum, 1. opinionis R. D. Thom in quibusdam locis solum explicuisse causalitatem finalē, quam finis habet in volūntate, media sui cognitione, non vt ratione causandi, sed vt conditione, & applicatione: alijs tamen locis aperte docuisse (vt vidimus) finem media cognitione vt ratione agēdi concurrere effectiue ad actum voluntatis, & merito hic concursus effectiuus aliquādo tacetur, quia non conuenit obiecto, & fini per suam substantiam, tanquam per rationē causandi, licet oppositum aperte videatur dicere Caiet. in hac q. a. 3. sed per sui cognitionem. Concursus autem finalis conuenit illi per suam substantiam, vt per rationem causandi; nam ratio efficiendi debet existere à parte rei ratio vero finalizandi solum debet existere in apprehensione, & iudicio.

31. Ad 1. argu. 1. opinio.

Ad secundum similiter R. Aristotelem fini secūdum substantiam suam, vt rationem causandi solū tribuisse ibi efficientiam metaphoricam, alibi tamen ei tribuisse efficientiā proprie dictam secundum cognitionem sui, vt rationem agendi: nimirum quia finis vtroq. modo causat actum voluntatis.

Ad 2. argu.

Ad tertium similiter R. concedendo voluntatē se sola efficere suum actum quia sola ipsa est ei ratio producendi illum, tamen illū producit per modum causæ partialis, quia indiget adiutorio alterius, scilicet cognitionis vt quando duo portant lapidem, quisq. illū portat suis solis viribus tamen vt causa partiali indiget viribus alterius hominis, quibus iuuetur ad portandum lapidem. Neuter enim illorum viribus alterius agit, sed proprijs ad iutus tamen à viribus alterius.

Ad. 3. argum.

Ad quartum R. finem, & efficientem aliquē respectu actus voluntatis semper coincidere materialiter, non tamen formaliter, quia finis causat finaliter secundum suam substantiam

Ad 4. argum.

tiam,seu bonitatem,vt rationem finaliter causandi,secundum cognitionem autem, vt rationem causandi,causat effectiue.

Ad 5.argu. Ad quintum R. actionem immanentem non recipi in principio totali,nec in omni eius parte,sed in aliqua, vt patet de intellectione, quæ non recipitur in specie,quæ est pars causæ intellectionis, sed in intellectu, qui est alia pars eiusdem,& volitio non recipitur in habitu,qui est pars causæ volitionis sed in voluntate,quæ est alia pars causæ eiusdem volitionis. Similiter ergo nec recipitur in cognitione, licet hæc quoq sit pars causę, seu partialis causa volitionis.

Ad conf. Ad confirmationem R.actionem vitalem posse esse à principio nõ vitali id est non viuente,vt patet in cognitione,quæ est à specie, & habitu, quæ tamen res non viuunt.

Ad 6.argum. Ad sextum R.à causa naturali,& necessaria cum alia causa libera,posse prodire effectum liberum,eo quod causa libera potest pro libito cooperari,vel non cooperari causæ naturali.Sic voluntas cum habitu vel cognitione, quæ sunt causæ naturales,& necessariæ,potest producere actum liberum.

Ad.7.argum. Ad septimum R. intellectionem per modũ causæ principalis concurrere effectiue ad actum voluntatis ; neque inde sequitur, variata cognitione penes claritatem, & obscuritatẽ, variari etiam in substantia actum voluntatis, non enim variatur effectus, variata causa efficienti,si quidem idem effectus,specie,& numero procedere potest à causis efficientibus, specie diuersis,vt calor à luce,motu calore, & alijs eiusmodi.

Ad.8.argum. Ad octauum negatur minor, ad probationẽ R.voluntatem affectam habitu caritatis, non posse præstare amori omnia , quæ sunt de eius essentia:quia de ratione amoris est esse actum immanentem,de ratione autem actus immanentis est prodire ab obiecto immediate,vel media specie,vt quando actus est potẽtiæ cognoscitiuę,vel media cognitione,vt quãdo actus est potentiæ appetitiuę.

Ad 9.argum. Ad nonum R.non sine necessitate multiplicari hîc principia actiua,voluntas enim nõ posset tam varios actus elicere, nisi à varijs cognitionibus adiuuaretur. Propterea Caietanus, & alij docent,voluntatem determinari effectiue quoad speciem seu specificationem actus,ab obiecto cognito,seu eius cognitione.

32. 1.dif.incidens. Superst tamen adhuc difficultas,nam aliquando cum D.Thoma diximus, cognitione concurrere effectiue ad actum voluntatis,aliquando vero verbum:cũ ergo in via D. Thomæ, & multorum aliorum verbum distinguatur realiter ab actu intelligendi, duę res erunt in intellectu,quæ effectiue concurrant ad eundem actum voluntatis,quod videtur absurdũ, non est autem maior ratio de vna quam de alia,ergo neutra effectiue concurrit.

1. solutio. difficul. R. in primis exploratum omnino non esse etiam in via D.Thomæ an verbum , & actus intelligendi, sint duę qualitates distinctæ. Quidam enim sentiunt, etiam in via D. Thomæ, verbum esse terminum intrinsecum actus intelligendi, vt calor est terminus intrinsecus calefactionis,ac proinde sicut calor, & calefactio non sunt duæ qualitates,sed calor est qualitas inclusa in calefactione , vel illam terminãs,ita verbum,& actus intelligendi non sunt duæ qualitates,sed verbum est qualitas inclusa in actu intelligendi, per quam solam actus intelligendi operatur,& producit actum volũtatis & actus intelligendi per se dicetur agere si per verbum in eo inclusum agit, admodum quo illuminatio per se calefacit, si per lumen in se inclusum calefacit.

2. solutio. difficul. Si autem in veritate,& via D.Thomæ verbũ & intellectio sunt duæ qualitaes poterit dici, vel intellectionem non per se, & immediate, sed mediante verbo mouere effectiue voluntatem,vel intellectionem producere per se,& immediate volitionem : per verbum autem, seu mediante verbo producere in voluntate aliquid proportionale verbo, nempe impetũ & impulsum , quendam distinctum realiuer ab omni actu voluntatis, talem enim in voluntate produci secundum aliquos Thomistas ostendimus late in materia de Trinitate. vbi tamen probabilius esse censuimus secundum D.Thomã in intellectu dari duas illas qualitates realiter distinctas,non vero involuntate, sed probalius esse in neutra potentia distinguendas esse.

33. 2.difficul. incidens. Secunda difficultas,quia voluntas mouet efficienter intellectum , ergo non è contra , sic enim daretur circulus in eodẽ genere causæ.

Solutio 2. dif. R.omnem actum voluntatis esse effectiue ab aliquo actu intellectus , non tamen econtra. Præterea actum voluntatis non causare effectiue actum intellectus,à quo efficitur ; sed aliũ,& alio modo efficientię, nam actus intellectus causat actum voluntatis tanquam ratio agendi, actus vero voluntatis causat actũ intellectus,vt applicatio per quam is se intellectus ad intelligendum applicatur,& iste circulus nihil habet vitij.

36. 3. diffic. Tertia difficultas, vtrum finis media cognitione sua non solum moueat effectiue ad amorem sui,sed etiam adamorem mediorum. Medina hic art.1.ait, quosdam asseruisse, finẽ mouere voluntatem effectiue ad amorẽ sui,finaliter vero ad amorem mediorum . Ita docet.Gab.2.d.1.q.5.ar.1.nota.1. post 5. corola. Ocham.2.q 3.art.1.Qui si velint finẽ sui cognitione non causare immediate amorem mediorum, bene tamen finaliter, verum dicunt

cunt.Si tamen dicere velint, finem sui cognitione nullo modo efficere amorem mediorum,nec finaliter causare amorem seu intentionem finis,decipiuntur.1.quia in superioribus ostensum est amorem, & intensionem finis esse á fine in genere causa finalis.Secundo quia impossibile est finem media cognitione efficere sui amorem,& intentionem, quin etiam medio amore, & intentione,quæ effectiue concurrunt ad amorem mediorum,concurrat etiam effectiue ad amorem eorundem, quidquid enim est causa causæ,consequenter est causa causati.

Sectio 4.Vtrum cognitio sit fini ratio causandi finaliter,an vero conditio tantũ.

HAEC quæstio sub aljs terminis tractati solet, an finis sit causa secundum esse reale, aut secundum esse intentionale, particula,secundum, importante rationem causandi, & non tantum condrtionẽ.

35. 1. opinio

Quidam tribuunt Auicenæ.6.metaphy.c.5. cognitionem esse fini rationem causandi finaliter,& similiter,Soncinati.5.metaph.q.3.imo & D.Thomæ in hac parte q.1.art.1.ad 1.Sed hi solum dicunt,finem causare secundum esse intentionale,& non secundum esse reale,& videtur (vt aperte colligitur ex Sõcinate ibi ad argumenta)illa particula(secundum)denotare conditionem,& non rationem causandi, & per esse reale non intelligere illud in actu concepto,sed in actu exercito,in quo sensu eorum sententia certa est,& cõmunis,quia finis quãdo in re existit, & vt sic apprehenditur,iã non causat finaliter intentionem sui, vel mediorũ electionẽ, aut executionẽ,licet (vt supra diximus)causet finaliter amorẽ sui,& delectationẽ de sui cõsecutione;ergo esse reale in actu exercito nõ est cõditio ad causandũ finaliter requisita,vt bene etiam docet Med. hic art.1.concl. 3.huius dubij. Apparẽtius pro hac opinione refertur Caieta.q.3. art.3.ad 2.vbi ait, apprehensio respectu obiecti appetitus non se habet,vt aproximiatio actiui, vel passiui,sed vt ratio obiectiua Et Caietanum imitatur Medina supra art.1.Cæterum Caietanus ibi satis se explicat dicens contra Scotum,& alios, apprehensionem non concurrere ad actum volũtatis tantum, vt approximationẽ obiecti, seu finis,sed etiam vt rationem agendi, quod late docuimus superiori sectione;& ex D.Thom. in ea solutione ad.2.euidenter colligit Caieta. Ait enim ibi D.Thom.ad 2.dicendum, quod diuersitas conceptiscientiarum naturalium à non naturalibus,non est materialis tantũ,sed etiam quodammodo formalis in quantũ procedit ex diuersitate obiecti actiui: obiectum autem appetitus est bonum apprehensum,vnde ad diuersitatem actiui pertinet diuersitas apprehẽsionis &c.Itaq Caietanus ex D.Tho. ibi solum vult apprehẽsionẽ esse rationem agendi in voluntate,& ideo speciem dare actibus voluntatis,quæ ex principio actiuo specificantur secundum D.Thom.ibi:qui idem dixit q.31.art.3.ad primum, dicens, obiectum appetitus animalis esse bonum apprehensum,& ideo diuersitatem apprehensionis pertinere quodammodo ad diuersitatem obiecti.Sic etiam D.Tho.1.p.q.80.a.1 distinguit appetitum naturalem,qui est pondus naturę,à reliquis,quia naturalis sequitur formã nrturalem reliqui apprehẽsam,vt sic:& a.2. appetitũ sensitiuũ à rationali distinguit, quia hic sequitur formã apprehensam intellectu,ille sensu; & ad 1.ait,*appetibili nõ accidit esse apprehensũ per sensum,vel intellectũ sed per se ei conuenit. Nã appetibile nõ mouet appetitũ,nisi in quantũ est apprehẽsũ, vnde differentiæ apprehensi sunt per se differentiæ appetibilis;Vnde potentiæ appetitiuæ distinguuntur secundum differentiam apprehensorum sicut secundum propria obiecta.*Non ergo D.Th. aut Caiet. sensere, apprehẽsionẽ esse rationẽ finalizandi,sed efficiendi,& ideo etiam esse rationem formalẽ,sub qua obiectum,& finis mouet in genere causæ finalis, & terminat actum appetitus:& ideo etiam esse sufficientem ad distinguendos actus, imo interdum potentias ipsas appetitiuas,vt magis explicabitur. Pro sententia ergo asserente rationem,& vim finalizandi esse apprehensionem, nullus vt credo est author imo nullum video fundamẽtũ magni mouenti:quæcunq enim afferri possent,solum probant apprehensionem esse conditionem causandi finaliter,vel esse rationem agẽdi,quæ vel finalizandi sub qua.Quod quidem verum esse libenter concedimus ratio autem, quæ,seu vis finalizandi, ad modum quo calor est vis,& ratio calefaciendi,est ipsa bonitas, & conuenientia apprehensa, seu res apprehensa vt bona,& conueniens. Hæc est cõmunis sententia quam tenent Medina,Caietanus, & alij iuniores.a.1.vbi Cõradus ad 1. & Valentiã disp.1. punct.1.& disp.2.q.4. puncto.1.q.1.illius,Ferrarienſis.1.contragentes c.44. Iauellus.5.metaphy.q.6.Suarez to.1.metahy. disp. 23.sect.8.Fonseca.5.metaphy.c.2.q.11. Pererius.8.Phy.c.2. Sotus. 2.phy.q.3.Cõimbri 2. phy.c.7.q.23.Capreolus,& Hispalensis, 2.d. 25.q.vnica & Ocham.2.q.3.a.2.ad 2.Gab.2. d.1.q.5.a.1.notab.2.post medĩ Ferrari 1.cõtragentes c.44.§.sciendum secundo,Caieta.1. p.q.5.a.4.& q.80.a.2.id probans ex Auerroe 12.metaphy.tex.36.vbi plane docet finem,vt est in anima,esse causam effectiuam desiderij, vt vero est extra,esse causam finalem. Idem sumi potest ex D.Tho.1.contragentes, c.75. vbi ait,causalitatem finis in eo cõsistere, quod propter

36. 2.*sent. authoris. ratio finalizãdi est bonitas apprehensa:conditio autem est ipsa apprehensio.*

propter illũ, alia desiderantur, vbi D. Tho. suppo nit finẽ esse causam per eã perfectionẽ quã reip sa habiturus est, vel habiturus putatur, &. 1. p. q. 5. a. 4. docet, bonũ habere rationẽ causæ finalis, quia scilicet bonitas est ratio causandi finaliter: & 1. p. q. 82. a. 3. ait voluntatẽ inclinari ad ipsã rẽ, prout inse est sumitur etiã ex Arist. quẽ ibi citat 6. metaphy. tx. 8. dicẽte, bonũ, & malũ, quæ sunt obiecta voluntatis esse in rebus. Idẽ colligitur ex Scoto, 2. d. 25. q. vni. §. ad. 1. rationẽ, litera. N. & 1. d. 1. q. 4 vbi apprehensionẽ docet esse tantum conditionẽ sub qua, vel qua præsuppositа finis mouet, & non esse rationẽ agẽdi, nec causandi finaliter. Idem Gerson, alphab. 69. litera, O.

37. Prof. 2. Sẽt. auth. 1. Probatur hæc sententia, quia ratio, & vis causandi finaliter, est id, cuius intuitu, seu cuius faciẽ di aut obtinẽdi gratia quis operatur, sed homo nõ operatur intuitu ipsius apphẽsionis, nec gratia consequendi, vel efficiendi apprehẽsionẽ (nisi quando ipsa apprehensio est obiectũ, & finis intẽtus à voluntate) sed gratia consequendi sanitatẽ, honorẽ, &c. ergo apprehẽsio non est ratio, & vis causandi finaliter, sed ipsa cõditio, sanitas autẽ, vel honor bonus, & conueniens, vt sic, est ratio & vis causandi finaliter. 2. quia ratio finalizandi est quę fundat mediate relationẽ causæ finalis, sed relatio cãæ finalis nõ fundatur in apprehensione, quin potius fundatur in re apprehẽsa & illã denominat (sicut relatio causę finalis fundatur in calore agentis, & illũ denominat) vt docuimus disp. 2. sect. 1. cũ Suar. supra, sect. 1 & docet optime Conra. hic, art. 1. ad 1 ergo. 3. secundũ illud esse mouet finis, secundũ quod appetitur, & desideratur & satiat animũ, sed nõ appetitur, nec desideratur, nec satiat animũ secundũ esse intentionale, sed secundũ esse reale, licet sub conditione apprehensionis: ergo. 4. quia secũdũ illud esse mouet finis, quod si non obtineat, frustratur agẽs, iuxta id 2. Phisicorũ c. 6. tex. 62. *tunc aliquid frustra dicitur fieri, cũ id non euenit cuius gratia fiebat*, at agens nõ dicitur frustra egisse alicuius gratia nisi cum illud non obtinuit, secũdum esse reale, vt inductione patet: ergo 5 secũdũ illud esse finis finalizat secundũ quod est primũ in intentione, & vltimũ in executione, & secundũ quod est optimum, & appetibile, sed hæc omnia dicuntur de fine in esse reali, & non secũdũ esse intentionale ergo. Hæc argumẽta præter secundum, eandem vim habent cum primo sed perspicuitatis gratia, quasi alia adducta sunt; & adidem reuocantur alia quæ à Medina, Valẽtia, Suarez, & alijs supra fiunt.

38. 1. Obiect. Sed abijcies, 1 nam ratio causandi debet realiter existere, quando effectus causatur, sed quando nũt multi effectus causæ finalis, scilicet amor, & intẽtio ipsius amor electio, & executio mediorum, &c. realitas finis non existit re sed futura est, imo aliquando non est futura, nec possibilis, licet apprehendatur vt possibilis, vel futura, vel existens, ergo non est ratio causandi ipsi finis. R. facile, rationem causandi efficienter, formaliter, vel materialiter debere forte existere realiter, quando effectus ab illa dimanat. Tamen in ratione causandi finaliter, id non esse necessariũ, sed satis est rationẽ causandi existere in apprehensione; de quo vide Fonsecã, 5. Mataphy. c. 2. q. 11. sect. 4. Dices, ratio causandi nõ est existẽtia realis finis in actu exercito, ergo in actu cõcepto, & vt cõcepta atque, apprehensa, & sic apprehensio intrat in rationẽ formalẽ causandi finaliter. Consequẽtia patet, quia no videtur dari mediũ inter existentiã rei in actu exercito, & cõcepto, antecedens vero probatur, quia antequã res existat in actu exercito, causat finaliter, imo etiã si nec sit futura nec possibilis, ergo existẽtia realis in actu exercito nõ est ratio, nec cõditio finalizãdi, vt docẽt Medina, Conimbri. Suarez, & alij cũ Herueo, quodlib. 2. q. 1. R. dari mediũ inter existentiã in actu exercito, & concepto, scilicet existentiã abstrahendo, ab vtroq, modo essendi, nempe nec considerando quod finis existat in intẽtione, nec affirmãdo, vel apprehẽdẽdo quod iam existat in re, sed tantũ cõsiderãdo possibile esse, vt existat in re vel bonũ aut cõueniens mihi fore habere illũ in re; & hoc est, quod dicũt Caie. Conra. Medina, Valentia & Suarez, finalizare secundũ esse reale abstrahẽdo ab executione, & reali exercitio existendi. Obijcies. 3. nam actus nostræ volũtatis, vel appetitus sensitiui, solũ specificãtur à ratione finalizandi, sed specificantur ab apprehẽsione, vt ex D. Tho. & Caie. referebamus, ergo sola apprehensio est ratio finalizandi.

Solutio. 2. Obiect. Solutio. 3. Obiect.

Ad hoc argumentũ R. aliqui, actus voluntatis, vel appetitus non variari per se, & vniuersaliter ex varietate apprehensionũ, cũ enim per apprehensionẽ non applicatur voluntati alia ratio boni, & conuenientis, sed eadẽ alio modo cognoscitur, & applicatur, tunc non variatur actus voluntatis, vel appetitus sensitiui, cũ vero per apprehẽsionẽ applicatur alia ratio boni & conuenientis, tunc variatur species actus, vt etiã contingit in causa efficiẽti, cũ applicatur alia ratio & vis agẽdi; vt si modo applicatur calor, modo frigiditas, &c. Varia erit actionis species non ex approximatione, & applicatione diuersa, sed quia, est applicatio, & approximatio, causæ habentis vim ad inducendũ distinctũ effectũ.

Solutio.

Hæc doctrina traditur à Suarez illa sect. 8. nu. 11. 12. & 13. & à Medina, a 1 in presenti dubio, post. 3. conclusionem, Vazquez eodem art. disput. 2.

39. 1. Confi. 1. Solut.

Et cõfirmari potest. 1. quia amor quo amo patrem, vel proximũ cognitũ, fide humana, opinione, scientia, vel experiencia eiusdem rationis est, ergo quando per diuersam apprehensionẽ eadẽ ratio obiecti applicatur, nõ variatur actus, & hoc argumẽtũ factũ in obiecto & fine, cui, fieri potest in fine, cuius gratia consequendi quis operatur. Cognitio enim illius per fidẽ scientiam, &c. non

variat

variat eius desiderium. Et ideo etiam aliqui docent supernaturalē amorem Dei in via, & in patria ex fide scientia beata, vel infusa eiusdē speciei esse, sicut etiā habitus charitatis, ex quo procedit eiusdem est speciei, imo idē numero, & in via, & in patria; nā in vita præsenti, & beata eadē ratio boni aprehenditur, licet hîc obscure, & in patria aperte. Ita Medina supra.

2. Confir. Confirmatur 2. quia peccator fidelis, ex cognitione fidei amat Deum amore naturali super omnia, vel non super omnia, qui amor est eiusdē speciei cum amore Dei, quem habet hæreticus, vel gentilis ex cognitione naturali, ergo actus voluntatis non variantur secundum speciem ex diuersitate specifica aprehensionum.

40. Reijcitur 1. Solut. 1. Sed solutio, & doctrina hæc non caret difficultate. 1. quia omnes actiones elicitæ ab appetitu sensitiuo, differunt specie ab elicitis à voluntate, propter diuersam cognitionem, tamen ea cognitione aliquando eadem bonitas applicatur, & repræsentatur, ergo etiam quando per apprehē sionem nō applicatur diuersa bonitas diuersitas apprehensionis variat actus secundam speciem. Minor probatur; nam intellectus potest voluntati proponere illud tantum, quod sensus proponit appetitiui sensitiuo, & secundum eandem rationem, verbi gratia, boni delectabilis. Nec valet dicere, quod quidam ex aduersarijs dicunt, intellectum semper proponere illud bonum delectabile sub alia ratione boni, nempe sub vniuersali ratione boni, quam sensus non attingit. Nam vel sermo est de ratione boni abstracta, vel contracta ad bonum delectabile tale, vel tale, non potest dici primum, quia non est necesse intellectum habere conceptum abstractum, & præcisum bonitatis, sed frequentius concipit bonitatem contractam ad talem speciem boni, vel ad indiuiduum vagum aut determinatum, sicut sensus, & licet concipiat abstracte bonitatem, tamen illam simul concipit contractam, nec enim potest vno conceptu attingere bonitatem in communi, & alio eius solum contractiuum, seu modum intrinsecum, aut differentiam contrahentem; & licet diuersis conceptibus hæc duo aprehenderet, quæ sensus vno, adhuc eædem rationes applicarentur voluntati, & appetitui sensitiuo, tamen actus illorum essent diuersi, ergo doctrina tradita nulla est. Quod magis constat in voluntate Humana, & Angelica, vel diuersorum Angelorum, nam quicquid sit de actibus supernaturalibus, tamen vera, & communis opinio est, omnes actus ordinis naturæ existentes in voluntate nostra differre specie ab existensibus in voluntate Angelica, imo forte omnes, qui sunt in vno Angelo, differunt specie ab existentibus in alio (si omnes Angeli differunt specie, vt sensit D. Thom.) tamen idem bonum, & secundum eandem rationem potest proponi voluntati Humanæ, & Angeli, & voluntati vnius, & cuiuslibet alterius Angeli, quia vtriq; potest proponi ratio boni particularis, cum abstractione alterius bonitatis, vel sine abstractione, ergo.

41. 2. Reijcitur Solut. 2. quia D. Thom. locis citatis initio sectionis non distinguit appetitus interse, nec actus appetitus sensitiui, & intellectiui adinuicem, vel actus appetitus intellectiui, aut sensitiui inter seipsos ex obiectis secundum se, sed ex eorum cognitionibus, absque distinctione obiectorum, in seipsis, & magis hoc exprimit Caiet. loco ibidem citato, scilicet quæst. 30. a. 3. ad 2. dicens concupicientias naturales à rationalibus distingui specie, quòd hæ sequantur cognitionem deliberatiuam, seu discursum formalem, aut virtualem, illæ vero non; cognitio autem deliberatiua aut discursiua idem obiectum proponere potest, quod simplex, ergo, etiam cum cognitiones obiectum idem proponunt, variant speciem actuum, & certe appetitus naturalis, & innatus ab appetitu animali, non differt ex obiecto, sed quia vnus sequitur cognitionem, alius non: ergo ipsa cognitio secundum se dat speciem appetitui animali, & non ratione obiecti tantum.

3. reijci. solutio. 3. Si cognitio esset tantum conditio sine qua non, sicut approximatio; posset dari actus voluntatis, & appetitus sensitiui sine cognitione de potentia absoluta sicut calefactio sine approximatione passi; hoc autem est falsum, vt superius ex cōmuni opinione dictum est, ergo cognitio non solum est conditio, sed ratio formalis sub qua, ac proinde per se ipsam sufficiens est ad variandam speciem actus. Idem colligitur ex eo quod nec de potentia absoluta dari potest actus voluntatis sine intellectione, nec actus appetitus, sensitiui sine interna sensatione, vt superius vidimus.

42. Ad argu. facta pro tertis obiectionis. Solutione Vnde ad argumenta quibus confirmabatur doctrina tradita in solutione tertiæ obiectionis. R. vt nō quælibet varietas obiecti inesse rei sufficit ad variandum potentias, secundum speciem, & similiter habitus, aliqua tamen sufficit: ita non quælibet varietas cognitionis sufficit ad variandam speciem actus, aliqua tamen sufficit, nempe Primò eaquæ pertinet ad diuersas potētias cognoscitiuas, & ita omnes actus appetitus sensitiui sunt diuersi ab omnibus actionibus appetitus intellectiui, quia sequuntur potētias cognoscitiuas diuersas & similiter omnes actus, saltem ordinis naturæ voluntatis humanæ ab omnibus actibus Angelicæ, & actus vnius voluntatis Angelicæ ab actibus alterius. Secundò autem sufficit ea varietas quæ pertinet ad actus sensus interni, vel intellectus, qui sunt diuersi ordinis, sic omnes actus voluntatis vel appetitus sensitiui, qui perse petunt cognitionem supernaturalem, sunt diuersi specie ab illis, qui contēti sunt cognitione naturali; quando autem actus cognoscendi sunt

sint eiusdē potentiæ, & eiusdē ordinis, non diuersificāt actus appetēdi, & ideo omnes actus ordinis naturæ, quibus appeto bonum proximi, quia bonum eius est, sunt eiusdem speciei, siue sequātur cognitionem scientiæ, siue fidei humanæ, siue opinionis, &c. quia omnes istæ cognitiones sunt eiusdem potentiæ, & ordinis. Similiter licet contingat cognitionem esse supernaturalem, quia tamen his actibus voluntatis est per accidens, eo quod solā naturalem exposcant, eaque contenti sint, licet non respuant super naturalem, etiā sunt eiusdem speciei. Et similiter qui sunt supernaturales & perse postulant cognitionē supernaturalem, sunt eiusdem speciei, quia perse non postulant, quod illa cognitio supernaturalis, sit fidei, vel scientiæ, intuitiua, vel abstractiua. Et ideo amor supernaturalis Dei est eiusdem speciei, siue procedat ex cognitione fidei, siue scientiæ beatæ, siue infusæ, vt q. 114. docebimus, & ita docet Medina supra. Suarez autem 3. p. disput. 40 sect. 2. vtrumque vt probabile defendit, vt & Scotus 2. d. 26. q. vnica. Addit autē. Quidā saltem amorē qui in Christo, & beatis oritur ex scientia infusa esse diuersum numero, ab eo qui oritur ex scientia beata, & loco citato, dicit, defendi, posse amorem Dei in via, & patria differre specie, non ex diuersa cognitione secundum se, & præcise sumpta sed ex diuersitate obiecti applicati per diuersam cognitionē, bonitas enim Dei per visionē applicatur secundū omnes suas perfectiones, vt ad inuicē distinctæ sunt, per notitiā autē abstractiuam fidei, vel scientiæ infusæ, secundum vnā determinatā rationē vnius attributi, vel secūdū plures aut omnes cōfuse, & in vniuersali sumptas. Hoc tamē non iudico sufficere ad specificam distinctionem amorum, nam vnus beatus aliquos attributorū modos formaliter in Deo existentes videt, quos non videt alius, tamen non ideo dilectio ipsa specie differt, sic etiam eadem species dilectionis naturalis est, qua amo Deum, hominem, vel Angelum, siue cognoscam illum distincte, siue confuse, siue cognoscam hominem, vel Angelum intuitiue, siue abstractiue, &c.

43. Iam ergo ad tertiā obiectionē aliter R. actus nostræ volūtatis, vel appetitus sē sitiui nō specificari ex sola ratione formali finalizandi, quæ sed ex obiecto materiali, vt dicetur ar. 3. & ex ratione formali finalizādi sub qua, qualis est cognitio, vt dictū est, & eadē est ratio agendi. Quo titulo dare etiā speciem patet ex Caiet. & D. Th. locis citatis in hac sectione, & præcedenti, & explicabitur a. 3. Vnde bene Conrad. q. 9. a. 1. docet apprehensionem vtroq; modo dare speciem, scilicet vt rationē formalem sub qua, & vt rationem agendi.

Sectio quinta, Vtrum finis sit primus in causando, seu prima causarum.

FInem esse 1. causarum docet D. Th. art. . & 3. contra gentes c. 17. & 18. 1 p. q. 5 art. 4 & alij communiter, vnde Albert. 2 physi. tractatu . cap. 5. ait dici solere primam causarum, & causam causarum. Idē Alens. 1. p. q. 17 mēb. 3 hoc sensu dixit Plato in Phedone, solum finē esse causam, scilicet primam & Arist. 11. metaphy. cap . tex. 36. *& hoc primum mouet, tale namq; finis est*, & 2. phy. cap. 3. secundum quandam translationē ait, *quæ enim est cuius causa, potissima est* Vbi D. Tho lect. 5. in fine ait, finem esse potissimam causarum, quia est causa causarum aliarum. agens enim propter finē operatur. Similia dicit Auinceña 5 metaphy. cap vltimo, & 6. metaphy. cap. 17. & Conimbri. 2. phy. c. . q 20. docent, finē esse primam causarum, & eius causalitatem saltem origine præcedere causalitatē omnium aliarum causarum, & Fons. 5. metaphy ca. 2. q. 16. sect. 2. ait, causalitatem finis esse priorem natura causalitate efficientis, ex Alense eodem cap. Eundem citant Cō inbr. 2 phy. ca. 7 q. 9. ar. . vbi ad eius confirmationem adducunt Albert. eodem libro tit. 2. c. 6. & D. Tho 3. phy cap. 3. tex 30. & 5. metaphy. cap. 2 tex. 2. idem docent Conimb. eodem lib. & cap. q. 20 ar. . & q 21. ar. 3. ad. . Sed non modicam habet difficultatem quia finis nunquam causat aliquem effectum internum, vel externum, quin cæteræ causæ a quibus pendet ille effectus, illū causent, & generatim nunquam finis causat nisi quādo efficiens operatur propter illū, ergo simul causat cū fine ipso; imo disp. 2. sect. 2. & disp 3. sect. 3 diximus, omnes causas simul tempore, & natura causare effectū illis communē, vt docet Ocham 2. q. 3. art 2. Gab 2. d. 1. q. 5. art. 1.

44.

45. Prima explicatio illius dicti est, quam tradit Soncin. 5 metaphy. q 2. ad. 3. finem dici primam causarum quia ab æterno causat in Deo amorem sui, & mediorum: cum tamen nulla causarum aliarum habeat effectum ab æterno intra, vel extra Deum: & licet mundus esset productus ab æterno, prius natura causaret finis, quam efficiens, quia prius finis moueret Deū, quā Deus produceret aliquid ad extra. Sed hęc explicatio nullius momēti est, tum quia illud axioma non solū loquitur de fine Dei, sed etiā, & forte primario de finibus aliorum agentium: tum maxime, quia vt ostendimus sectione illa 3. nulla datur causa finalis internorum actuum Dei.

1. Explic.

Reijcit.

46. Secunda explicatio est eiusdem Soncinatis

2. Explic.

ibi,& q. 3. in corp. & ad finem Conradi in hac q. art. 1. finem prius natura finalizare, quam agat per cognitionem sui, ac per consequens quam ipsa voluntas producat actum voluntatis. Sed non intelligo quomodo prius natura finis agat per esse intentionale,tanquam per rationem agendi, quam finalizet per cognitionem,tanquam per conditionem,& peresse reale apprehensum, tanquam per rationem finalizandi.

Reijcit.

47.

3. *Expli.* Tertia explicatio Suarez tom.1.metaphy. disput.27.sect.1. num 8. finem dici primam causarum quia excitat, & allicit ipsum efficiens ad operandum. Quæ explicatio videtur consona D. Thomę, Aristot. Auicen. & Alensi,Alberto, & alijs,locis citatis. Sed(fateor meam ingenij tarditatem) non capio hanc explicationem. Nam illud allicere, vel est obijci volũtati,vt bonum propterseamabile,vel est aliquid causare in voluntate. Si primum, certe id non est finem causare finaliter,sed quodammodo formaliter,ad modum formæ extrinsecæ,eo modo quo duo calores confortant se inuicem ad agendum, antequã agant,licet vnus nihil ponat in alio, & ad modum quo, existente passione dicitur voluntas inclinata extrinsecus ad obiectum passionis,licet nihil in se produxerit, vel receperit. Si vero secundum dicatur,contra: nam finis nihil causat finaliter in voluntate,nisi actum, hunc autem non prius tempore nec natura causat quam ipsa voluntas, vt patet ex dictis disput 2.sect.2.& disput.3. sect. 3. cum eodem Suarez tom. 1. metaph. disput. 23. sect. 4 ergo. Confirmatur ex Auicena. 5.metaphy.cap. vltimo,vbi ait,causa finalis est causa vt cæteræ sint in effectu, eius autem causalitas non est causa causæ aliarum:ergo proprie casalitas finis, non est prior causalitate aliarum causarum.

Reijcitur.

Confir.

48.

4. *Expii.* Propter hæc postet esse quarta explicatio, ad quam, 2. & 3.facile adduci possent, finem non dici primam causam, quia prius tempore,vel natura causet finaliter, loquendo proprie de causalitate finali, quam reliquæ causent in suo genere; sed quia prius causat formaliter permodum formæ extrinsecæ inclinando extrinsecus voluntatem, quam reliquæ causæ causent,& hæc eius causalitas,licet in rigore sit formalis, est quodãmodo finalis quia exercetur per ipsam rationem causandi finaliter,quæ est entitas rei,vt bona,& conueniens,& cum eadẽ conditione scilicet apprehensione:& credo nihil aliud voluisse D.Tho. Albertum supra,& reliquos citatos initio sectionis,& in 2.& 3. explicatione. Sicut respectu actionum Dei internarum nullam ponimus causalitatem effectiuam, aut finalem, uisi virtualem, & improprie dictam, ita nec concedenda est ista causalitas formalis extrinseca; actus enim interni Dei non sunt causati vllo modo,qui proprius sit, sed tantũ metaphorico translatitio, & improprio, vt in proposito,quatenus finis in apprehensione,nostro modo intelligendi, prius allicit, & inclinat extrinsecus voluntatem Dei, quã ipsa velit bonitatem Dei manifestari, & communicari,& ad hoc mundum produci.

49.

5. *Explica.* Quinta explicatio est Ochami supra ad. 1. & 2. finem esse primum in causando, quia prius causat actum interiorem, quam ab agente, & alijs causis causetur effectus externus. Et forte explicatio ista est de mente Aristot. Alberti. Alen. Auice. Conimbr. D.Thom. & aliorum.

50.

1. *Difficultas proponitur & explicatur. An causa finalis sit prior cæteris secundum perfectionem.* Alia difficultas esse posset,vtrum causa finalis sit prior secundum perfectionem cæteris causis.Sed hæc difficultas bene, & facile explicatur a Suarez, disputatione illa 27. sect 1.& Conimbr.supra.

51.

2. *Difficultas. An finis sit prior secundum intentionẽ & vltimus secundũ executionem.* Alia est, vtrum finis sit primus in intentione, & vltimus in executione, vt ait D. Thom.art.1,ad.1 & communiter Theologi, & Philosoph ex Aristot. 7. metaphy. cap. 7. tex.23.vbi ait,finem (verbigratia sanitatem) ad extra fieri a sanitate in mente, & ita esse primam in intentione, & apprehensione, vltimam in executione, & 3. ethi. cap. 3. quod est vltimum in resolutione,est primum in generatione, id est in executione, & 1. politico. cap. 7. vbi ait, finem esse extremum omnibus, nempe in executione de quo vide Valentiam disput.1.puncto 1.

Sed hæc prospicua etiam est, intelligitur enim de fine,cuius gratia quis operatur, & non de fine cui; hic enim sæpe est prior in re, quam voluntas finem aliquem intendat, & præterea finis hic non intenditur, vnde nec primus in intentione dici potest: intelligitur ergo propositio de fine, cuius, vt docent Gab.2.d.1.q.5.art 1. Ocham 2. q. 3. art. 2. & Medina hic.art.1,ad finem & Conrad. art. 1. ad.1.De fine autem cuius gratia eatenus est vera, quatenus vel eius esse vel eius consecutio,vel electio est vltimum, quãdo enim finis,cuius gratia quis operatur, est producendus per actionem, est vltimus in suo esse, quando vero non est producendus, sed obtinendus, est vltimus tantum in sua adeptione: vt Deus, qui est finis, cuius consequendi gratia operamur, ita Conrad. hac q. 1. artic.1. ad primum. Dices beatitudo animæ Christi nõ fuit in intẽtione illius prius quam in executione,ergo propositio illa non est vera etiã in fine cuius gratia.R. beatitudo animę Christi fortasse prius natura fuit intẽta quã habita ab anima Christi.Si autẽ nõ admittatur,dico,propositionẽ illã intelligi de intentione

Obiectio.

Solut. 1.

Solut.2.

tione rei, quæ gratia finis operatur, nam in intentione talis rei debet prius esse finis quam in eius executione, anima autem Christi in ea opinione non est operata ratione beatitudinis accipiendæ, sed Deus operatus est, vt eam beatam faceret, vnde beatitudo animæ Christi non fuit prior in intentione ipsius animæ, quam in executione, sed in intentione ipsius Dei.

50. 3. Diffic. an ordine perfectionis finis sit prior eo quod est ad finem.

Tertia difficultas est, vtrum ordine perfectionis, finis sit prior eo, quod est ad finem. R. non semper, id probant Conimbi. 2. phy. cap. 7. q. 5. quotidianis exemplis, vt (verbigratia) cum quis pecuniæ gratia philosophatur, cum tamen philosophiæ studium possessioni pecuniæ longe præstet. Idem docet Suarez tom. 1. metaphy. disput. 26. sect. 1 num. 9. & sequentibus, male autem oppositum docet Ocham quodlibeto. 4. q. 1. dubio. 1. ad. 1.

Disputatio sexta de ijs, quibus competit ratio finis.

Sectio prima vtrum malum vt sic, vel indifferens vt sic, possit habere rationem finis.

1. 1. Opinio.

QVidam affirmant, voluntatem posse ferri in malum sub ratione mali, ac proinde malum, vt malum posse habere rationem finis. Ita tenet Ocham. 3. q. 13, dubio 3. Scotus vero 1. d. 1. q. 4. art. 1. & §. ad argumentum, in solutione tertij anceps est, & affirmat, nondum satis probatum fuisse, voluntatem non posse velle malum sub ratione mali, & 2. d. 43. q. 2. §. si teneretur in ista quæstione, dubius manet, existimatque probabile, voluntatem posse velle malum vt malum, idque contingere cum homo peccat ex malitia, & hoc esse peccatum in spiritum sanctum. Idem vt probabile defendit Maior. 2. d. 38. q. 1. ad. 1. & in 4. d. 49. q. 7. dubio 1. conclu. 2. licet oppositum etiam tueatur, & dicat, esse communius. Idem tenet expresse Angelus in moralibus. c. 2. tex. 2 Geruasius in libro notitiarum tractatu de appetitu rationali, puncto 1. & similiter docent isti doctores, voluntatem posse odisse bonum sub ratione boni, de quo est eadem prorsus quæstio, & difficultas. Hanc primam opinionem, vt probabilem videtur referre Alma. 3. morali cap. 4. in fine oppositam tamen ait esse communem.

2. 1. Opinio prob. arg. 1. arg.

Hæc sententia suadetur 1. quia voluntas viatoris circa quodcumque obiectum sibi ab intellectu propositum, potest mereri, & demereri: hoc autem falsum esset si malum propositum sub sola ratione mali non posset amare, & bonum propositum sub sola ratione boni, non posset odisse: ergo.

2. Quando bonum proponitur tantum sub ratione boni, non cogitur, nec constringitur voluntas, vt illud amet, ergo potest illud odio habere, & similiter quando proponitur malum sub sola ratione mali, non est necesse, vt voluntas illud odio habeat, ergo potest illud amare. 2. Argu.

Confirmatur, nam si nihil odio haberi potest nisi repræsentetur vt malum, ergo nemo potest Deum odio habere, quin prius iudicet esse malum, hoc autem falsum prorsus est, alioqui non posset creatura odio habere Deum, nisi prius excæcaretur, ergo malum etiam sub ratione boni potest odio haberi. Confi.

Tertio, voluntas est potentia vniuersalis, & tam late patet, sicut intellectus, ergo in omne ens potest ferri amore, & ab omni ente potest fugere odio, præsertim cum sit libera, poterit ergo ex plenitudine suæ potestatis & amare malum sub ratione mali, & odisse bonum sub ratione boni, cur non? 3. arg.

Confirmatur 1. quia potest aliquid refutari eo ipso quod sit imperfectum, vel impossibile, vel excludens aliquod maius bonum, tamen non eo ipso est malum, ergo obiectum adæquatum odij, & nolitionis non est malum, ac proinde, nec amoris, & volitionis bonum: ergo poterit amari malum sub ratione mali, & odio haberi bonum sub ratione boni. Maior videtur nota, & ab omnibus concessa, & quantum attinet ad obiectum impossibile, explicatur: nam eo ipso quod aliquod bonum reputetur impossibile, homo desperare solet, desperatio autem est recessus a bono propter eius impossibilitatem; aliquando etiam a bono recedimus propter difficultatem, ergo obiectum fugæ non semper est malum vt malum. Confirt. 1.

Confirmatur 2. quia indifferens, eo quod indifferens, & inpertinens potest reijci, ergo obiectum fugæ non est malum, vt malum, sed aliquid abstrahens a malo, & indifferenti, & similiter obiectum amoris abstrahet a bono, & indifferenti: sicut enim indifferens potest reijci, quia non prodest, ita amari, quia non obest Confirt. 2.

Confirmatur 3. quia intelligimus entia, & non entia, ergo & velle possumus bona, & mala. Confirt. 3.

Confirmatur 4. quia minus bonum respe Confi. 4.

ctu maioris apparenter habet rationem mali sed voluntas potest eligere quod repræsentatur vt minus bonum, ergo potest eligere sub ratione mali.

4. Aliqui actus, & habitus sunt essentialiter mali, ergo respiciunt malum sub ratione mali. Antecedens patet de omnibus habitibus vitiosis: si enim nonessent essentialiter mali, possent aliquando esse boni, vel indifferentes; patet etiam de mendacio, odio Dei &c qui actus nunquam possunt esse boni, vel indifferêtes: ergo sunt essentialiter mali. Cõsequentia vero probatur, quia actus, & habitus recipiunt malitiam ex obiecto, ergo, qui perse, & essentialiter sunt mali, perse & essentialiter respiciunt obiectum malum, vt malum. 4. Arg.

5. Est argumentum quod tetigi Scotus. 2. sententiarum vbi supra, nam odium inimici est velle ei malum, quia malum eius est, ergo voluntas potest velle alteri malum sub ratione mali, ac proinde etiam proprio subiecto. Anteced. patet ex D. Tho q. 29. art. 1. docẽte, nos per odium velle malum inimico, qnia malum eius est, sicut per amorem, volumus amico bonum, quia bonum, eius est. Idẽ ait Caietanus ibi, qui etiam. q. 46. art. 6. ait, nos posse alijs appetere malum subratione mali, idque contingere in odio, in ira vero alijs appeti malum, sub ratione boni, idem videtur sentire D. Tho. eodem loco & de malo q. 12. art. 4. ad. 10. imo & ira videtur respicere aliquando malum subratione mali, sæpe enim irati alijs appetimus malum, nullum bonum illis, nobis vel alijs sperantes, potest ergo appeti malum sub ratione mali. 5. Arg.

6. Damnati, qui appetunt anihilari, & homines, qui se interficiunt (maxime si credant animam esse mortalem) appetunt sibi malum sub nulla ratione boni, quia subiecto destructo nihil est bonum, ergo appetunt malum sub ratione mali. 6. Arg.

7. Si non possumus velle malum sub ratione mali ergo nec peccare ex malitia, quia peccare ex malitia nihil aliud videtur nisi peccare ob solam malitiam, & solo affectu malitiæ, consequens est falsum, ergo. 7. Arg.

Confirmatur, si enim nihil potest odio haberi nisi sub ratione mali, non poterit Deus odio haberi nisi ex errore, quo videtur malus. Confir.

8. Si quis putet se velle posse malum sub ratione mali, idque sibi a Deo præcipi, vel cõsuli, poterit appetere vt voluntas ad experiendam suam libertatem, vel obediendum Deo exeat intalem actum, ergo voluntas appetet malum sub ratione mali. 8. Arg.

9. Relationes rationis non sunt bonæ, imo secundum aliquos nec reales, quia multi, & magnis fundamentis tenent non dicere perfectionem, sed tamen amantur, amat enim quis esse patrem, dominum, & doctorum, & aliquos gradus, & dignitates, ergo amare potest quod non est bonum, nec iudicatur tale. Hanc sententiam insinuat Gab. 2. d. 6. q. vnica art 3. dubio. 3. in corpore, & ad. 2. dicens obiectum voluntatis esse ens quodcũq. oppositum tamen alibi tenet expresse vt referemus. 9. Arg.

2. Opinio, & tenenda est, voluntatẽnõ posse appetere ma ũ sub ratione mali, necodisse bonũ sub ratione boni, ac proinde malũ nõ posse finalizare, seu habere rationẽ finis. Ita D. Tho. Caiet. Conra Med. Valen. & alij q 8 ar. 1. vbi Vazquez disput. 31. cap. 2. Azor. to. 1. li. 1. ca. 20. q. 5. Ferra. 3. cont. gentes. cap. 8. 16. 17. Henr. quodli. 13. q. 9. & quodli. 1. q. 16. quotlibet 3. q. 17. ad. 1. Bon. 2. d. 34. art. 1. q. 3. Duran. q. 1. nu. 10. Richar. d. 25. art 3. q. 2. ad. 1. & 2. primi ordinis, & ad. 2. secundi ordinis. Gabri. 2. d. 34. q. vnica. articu. 3. dubit. 1. Burida. 3. ethic. q. 5. & 10. ethi. q. 5. Marsili. 2. q. 16. art 5. conclu. 5. Cordub. lib. 2. q. 12. ante medium quæstionis, in dubio de hac re, Caiet. 1. p. q 19. art. 9. Diu. Tho. ibi, & q. 82. art. 2. & 1. 2. q 1. art. 1. vbi ait, finẽ & bonum, scilicet propter se expetibile, et perse bonum idem esse. Quod etiam docet. 3 contra gente. ca. 2 et 3 vbi ad. 2. sic explicat Dionysium ca. 4 diui nomi asserentem, bonum esse diffusiuum sui, quia scilicet se communicat finaliter attrahendo, et alliciendo ad se voluntatem, et q 20. art. 1. ait, nihil posse odio haberi, nisi vt est oppositum bono, ergo nihil potest odio haberi nisi sub ratione mali, ac proinde nihil potest amari nisi sab ratione boni. Alens 1. p q 17. membro. 1 et. 3. et q. 34 membro. 1. Medin 1. 2. q. 1. artic. 1 imo Scotus expresse tenet hanc sententiam 2 d 6 q. 2. in fine. 1. articuli, et 4 d. 49. §. q. 9 respondeo ergo, et q. 10 ar. 2 circa finem, Suarez to 1 metaphy disputione. 23. sect 5. Conimbrice. in ethi. disp. 2. q 2. Duran. 1. d 46. q 2. 3. 2. opinio. authoris. volũtas nõ potest appetere malum sub ratione mali.

Probo 1 ex scriptura, quæ indicat neminem velle malum nisi sub ratione boni, sapien. 14 (Creatura facta est in muscipulam pedibus insipientium, Isai 5 væ qui dicitis bonum malum et malum bonun, Ieremi 2 foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere non valent aquas. Psa. 4. filij hominem vsquequo graui corde. 2. Ex patribus Dionysius cap 4. diui. nomi: paulo ante finem illud per vulgatum habet, *nemo ad malum intendens seu respiciens operatur.* Et ibidem ait, *omnium malorum initium, & finis bonum erit: boni enim gratia omnia sunt, & quæque bona* Prob. 2. opinio authoris ex scriptura. Prob. ex patribus.

bona, & quæque contraria, & hæc non nisi appetitu boni aggredimur. Et ibidem *malum itaque est præter viam, præter intentionem, præter causam, præter initium, præter finem, præter definitionem, præter voluntatem, præter substantiam &c.* Et Nysse libro. de opificio hominis, ca. 20. exprosesso probat, hominem nunquam malum appetere, nisi sub aliqua ratione boni, propterea dicit, neminem in vitia ruere nisi incitatum aliqua boni specie. Idem intendit. 4. philo. ca. 9. Nemesius, lib. de natu. hominis ca. 17. Dama. 2. fidei ca. 12. & 22. Augusti. 2. confessio. cap. 6. ait neq. Catilinam amauisse scelera sua, sed vtiq. aliquid cuius causa illa faciebat; & ca. 8. cõmemorans, quemadmodũ in adolescẽcia sua poma ex horto cuiusdam cum alijs, non propter delectationem surripuerit, ait, *non idcirco illud malum furti amauisse, sed consortium sodalium, sine quibus furtum illud alioqui non commisisset.* Vide alia a. cap. 4. vsq. ad. 10. & in Enchi. ca. 105. *Beati esse volumus, miseri autem non solum esse nolumus sed neq. velle possumus.* Quod verum non esset, si voluntas posset velle malum sub ratione mali. In eodem li. c. 24. *natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum,* &. 13. Trini. ca. 3. neminem posse odisse beatitudinem, nec aliquid velle nisi snb ratione boni. Et concio. 1. in Psa. 218. docet, peccatorem in ipso actu peccati intendere bonum suum, & beatitudinẽ, & epist. 52. ad Macedonium, hominem non posse nolle bonum. Et Ansel. lib. de concordia gratiæ, liberi arbitrij & prædest. cap. 3. ad medium, & cap. 12. post medium illius libri ait, *nihil vult voluntas nisi commoditatem, aut rectitudinem, & quicquid aliud vult, propter duas has vult, & propter has duas, nisi fallatur putat se velle, quod vult.*

Probã. ex philosph.

3. Probatur ex philosophis, Aristoteles vsque adeo sibi hanc veritatem persuasit vt eam iecerit, tamquam philosophiæ moralis fundamentum. 1. ethi. cap. 1. dicens, *omnis ars, & disciplina, itidem ac electio bonum aliquod appetere videtur; quapropter bene veteres bonum esse dixerunt, quod omnia appetunt, & lib. 3. cap. 1.* de projectione mercium inmare, & alijs eiusmodi malis ait, nemo namq. talium quicquam perse appeteret vnquam, & cap. 4. ait, voluntatem semper ferri in bonum verum, vel apparens, vbi non est sermo de bono honesto, vt aliqui arbitrantur: sic enim falsum esset quod ait, *cum sæpe homines appetant, quæ nec sunt, nec illis apparent bona honesta.* Neq. obstat, quod in fine capitis ait, *multitudo vero decipi videtur ob voluptatem, ipsa namque bonum quidem cum non sit, bonum, tamen esse videtur,* non enim significat Aristot. voluptatem amari a vulgo, eoquod illa honesta videatur, sed alijs, præferri, quia præstare cæteris videtur, cum ergo ait Aristot. *simpliciter quidẽ, et re vera bonũ esse affectabile, vnicuique vero, id quod vnicuique videtur,* loquitur de bono, vt abstrahit ab honesto, & delectabili, aut etiam vtili, & ita sentit voluntatem nihil posse appetere, nisi sub ratione boni, vnde etiam 8. eth. capit. 2. ait. *non quoduis amari videtur, sed ipsum amabile, hoc autem aut bonum, aut iucundum aut vtile esse videtur: atque id vtile esse videtur, per quod effic itur aliquod bonum, aut voluptas, quare fit, vt amabilia sint ipsum bonum & iucundum vt fines. Vtrum igitur ipsum bonum amant homines, an id quod ipsis est bonum? Discrepant enim nonnunquam hæc.* Similiter & circa ipsum iucundum. *Videtur autem id quisque amare quod bonum est sibi, & esse simpliciter quidem amabile ipsum bonum, vnicuique autem id quod vnicuique est bonum. Amat autem quisque non id quod est sibi bonum sed quod apparet, neque quicquam id refert, erit enim ipsum amabile apparens.* Similia dicit capit. 5. & lib. 10. cap. 2. refert Eudoxum asseruisse, in cunctis, quod est expetibile bonum esse, nec in hoc ab ipso discedit. Vnde. 3. animæ capit. 10. ait, omne appetibile esse bonum, verum, vel apparens; & 1. magnorum moralium capit 2. indefinite docet, finem bonum esse, &. 2. ethi. ad Eudemum circa finem ait, *finis autem semper natura bonus est, de quo, & particulariter consultant &c.* et paulo post, *verum quod præter naturam est ex aliqua peruersitate, non id quidem vere, sed apparens bonum est;* & paulo inferius docet, *secundam naturam, & sine errore bonum appeti, malum autem non nisi præter naturam, & ex errore.* et 2. physi. cap 3. tex. 31. ait, finem, & bonum esse idem. Idemque docet 5. metaphy. cap. 2. et. 1. ethi. cap. 7. ait *esse id vniquique bonum, cuius gratia cætera operatur.* Vide etiam 3. 10. magno moral. cap. 1. & 6. Topico. cap. 4. & 3. animæ cap. 10. 11. metaphy cap. 1. tex. 36. Seneca 4. de benefi. cap. 17. *quis est qui non inter scelera, & iniurias opinionem bonitatis affectet,* & infra *neqüitia odio pudoriqueest, neque quisquam tantum a naturali lege defecit, & hominem exuit, vt animi causa malus sit.*

4. 1. Sol. eorum quæ dicta sunt.

Ad hæc, & similia, testimonia quæ in sanctis & philosophis frequentia sunt R. Ohcam bonum sumi dupliciter, vnomodo vt diuidetur in honestum, vtile, & delectabile, & sic voluntas, inquit, potest velle quod nec est, nec apparet bonum, sed malũ. alio modo pro eo quod est volibile & appetibile, & sic voluntas non potest velle nisi bonum, nec nolle aliquid nisi malũ. Sed hæc solutio ridicula est,

nam sancti, & philosopi loquuntur debono proprie dicto, quod diuiditur in honestum, vtile, & delectabile, & de malo propie dicto, quod huic opponitur, & docent solum bonum esse volibile, & malum nolibile, eoquod omnis appetibilitatis fundamentum est bonitas, odibilitatis autem malitia; & expresse Ansel, nomiue boni, extra quod non fertur appetitus, intelligit honestum, vel delectabile, seu commodum: & sane inutiliter, & sine arte docerent, appeti non posse nisi bonum, & nihil sapientibus dignum dicerent, si nomine boni appetibile intelligerent: esset enim dicere, nihil appeti posse nisi appetibile, seu quod appeti potest.

Reijcitur. Solut.1.

Item explicantes quid nam sit, quod est amabile, inquiunt, quod alicui est bonum, & conueniens, ergo non censent idem esse amabile formaliter, & bonum, sed ratione bonitatis aliquid esse amabile, & amabile ac bonũ proprie dictũ reciprocari, & certe si non omne appetibile est proprie bonum, improprie dicitur solum bonum appeti posse.

2. Solut.

2. R. Geruasius loqui de bono metaphysice, & transcendenter, quod conuertitur cum ente: sed nec ista solutio valet, quia etiam bonum transcendens, est alicui bonum, & conueniens, ergo nihil possumus appetere, nisi vt alteri est bonum & sic habemus intentum.

3 Solu.

3. & melius R. Angestus, Sanctos, & philosophos loqui de eo quod communiter, & fere semper accidit, tamen voluntatem ex plenitudine suæ potestatis, & libertatis appetere posse malum sub ratione mali. At illi vniuersaliter, & sine vlla vnquam exceptione loquuntur assignantes obiectum adæquatum amoris, & prosecutionis: ergo in nullo euentu potest voluntas appetere malum sub ratione mali.

Reijcitur.

5 Prob. rationibus. 2 opinio. auctoris. 1.rat.

4. Probatur hæc veritas rationibus. 1. ratio est. d. Tho. q. 8. art. 1. nam appetitus non datur rei in malum, & destructionem, sed in bonum eius, vel aliarum rerum: ergo non tendit in id, quod ita repræsentatur malum, vel etiam indifferens, vt nullius rei appareat bonum: quod in appetitu innato, & sensitiuo videtur exploratum, cur ergo non dicetur similiter de appetitu rationali, nam hic licet excedat in libertate, tamen libertas hæc inter ea quæ sunt bona exercetur eligẽdo, quod libet ex bonis non tamen eligendo, vel appetendo aliquid malum, imo existimo nec de potentia absoluta dari posse appetitum qui tendat in malum sub ratione mali semper, vel aliquando. Is enim appetitus non esset ordinis naturæ: siquidem omnis appetitus ordinis naturæ bonum aliquod spectat, cum sit potentia naturalis, & passio consequens rei naturam, & alioqui posset dici, aliquas substantias esse connaturaliter in malum etiam sub ratione mali vniuersaliter, vel in specie inclinatas, quod absurdum est; neq. vero esset ordinis supernaturalis, quia res tam mala, & noxia, aut impertinens non posset tam eximij, & diuini ordinis esse, maxime si verum est, omne accidens supernaturale posse esse connaturale alicui substantiæ creatæ eiusdem ordinis, talis enim esset connaturaliter in malum sub ratione mali inclinata. Præterea, omnis intellectus, sensus & voluntas, & appetitus sensitiuus necessario est ordinis naturæ, vt sequenti tractatu docebimus; nullus ergo potest esse ordinis supernaturalis. Præterea appetitus totam suam bonitatem capit ex obiecto, ergo si haberet pro obiecto adæquato malum sub ratione mali, vel indifferens, nullam bonitatem haberet, quod implicat, cum sit ens quodam in genere qualitatis constitutum, & a Deo productum &c Similiter ergo nullus actus potest dari, qui habeat pro obiecto adæquato malum vt sic.

Confi.1.

Confir.2.

6. 2.ratio.

2. Ratio, quia intellectus non potest, etiam imperante voluntate, assentiri propositioni habenti speciem falsæ, et non veræ, imo nec carenti specie veritatis, & falsitatis, ergo nec voluntas apotest appetere id, quod tantum habet speciem mali, aut nullam habet speciem boni. Consequentia patet ex Arist. 6 Ethi. cap. 2. vbi ait, *sta se habet in voluntate prosecutio, & fuga, sicut in intellectu affirmatio, & negatio.*

3. Ratio, id quod est finis voluntatis, vim habet mouendi illam atq. inuitandi, & allicendi, sed quod non habet speciem boni, non habet talem vim, nam malum potius retrahit, & in differens nec allicit, nec retrahit, vndesi fiat nec delectat, nec contristat, ergo.

3. Rati.

Confirmatur, nam voluntas nihil potest amare nisi intellectus proponat aliquam rationem, ob quam sit amore dignum, sed malitia, vel indifferentia non potest iudicari ratio ob quam aliquid sit amore dignum, ergo

Confi.

4. Ratio, quia ex amore alicuius finis non potest eligi, quod apparet omnino inutile ad illum, & multo minus quod penitus appareret pernicioſum, & obstans assecutioni finis, hoc enim esset habere electionẽ uirtute oppositam intentioni, cũ tamẽ potius ex intentione necessario sequatur electio illi accommodata, & proportionata: ergo non potest appeti malum oppositum perse bono vtili, ac proinde nec oppositum perse bono fini.

4 Ratio.

7. 1. Corolarium ex dictis.

Alias rationes omitto, quia vel vim non habent, vel ad superiores reuocantur.

Ex dictis in fertur. 1. voluntatem non posse appetere aliquid sub ratione mali, vel sub ratione indifferentis, vt si aliquid apprehendatur vt malum alicui, non vero vt alicui bonum

bonum, vel neq. vt malum, neq. vt bonum alicui, quamuis nihil esse in re possit, quod nulli sit bonũ saltem enim sibi ipsi, vel ad gloriam Dei, & alia huiusmodi bonum erit. Corolarium hoc habet Suarez disput. citata, n. 7. Fonseca, & alij.

Id quod repræsentatur vt bonum alteri amari potest.

Et patet, quia voluntas non potest tendere in malum, nisi sub ratione boni, vt dictũ est. Si autem aliquid repræsentetur, vt bonũ Deo, vel Angelis, vel alijs hominibus, aut rebus, licet non mihi, potero illud appetere. Si obijcias Aristot. 8 ethic. cap. 2. & 5. amabile bonum, vnicuique autem proprium ergo nihil potero amare, nisi repræsentetur aliquo modo, vt bonum proprium, licet forte magis sit amabile quod est proprium, & alienũ.

Solut. 1. Respondent aliqui, bonum proprium non debere intelligi illud solum, quod cedit in proprium commodum, sed simpliciter quod per se decet, aut est consentaneum naturæ appetentis quo sensu comprehenditur omnis finis, etiã si pertineat ad charitatem, vel alium amorem veræ amicitiæ. Sed solutio non satisfacit, nam quod appeto, vt decens, & consentaneũ meæ naturę, amo amore concupiscẽtiæ & non amicitiæ, hæc enim respicit bonum alterius, vel meum, vt conducit ad bonum alterius, vel quatenus ego sum aliquid alterius, ergo amor amicitiæ saltem in aliquo suo actu non respicit bonum proprium.

Replica.

Solut. 2. R. ergo, mentem Aristotelis esse amabile, absolute esse quod est alicui bonum, maxime autem amabile esse, cæteris paribus, quod est amanti proprium, vnde quisque habet maiorem inclinationem naturalem ad proprium bonum, quam amici, nisi aliqua sint quæ proprietati præponderent, ex parte amici. Vt si est Deus, vel persona necessaria cõmunitati, vel tot beneficijs me afficit, vt æquum videatur pro illo vitam meam exponere, vt in materia de charitate vberius explicatum est.

8.

2. Corolar. 2. Infertur ex dictis, malum, vel indifferens finalizare non posse, nam finis est qui propter se amat, malum propter se amari non potest.

Obiectio. Si obijcias, quia malum, vt sic retrahit, & expellit a se voluntatem, non solum in genere causæ efficientis, per cognitionem, vt per rationem agendi, sed in alio genere per malitiam, vt per rationem retrahendi, sed non nisi in genere causæ finalis, quod enim non est in se, non potest causare per se nisi finaliter, ergo in genere causæ finalis, ergo est finis, solus enim finis finaliter causat, cum ille solum sit finalis causa.

Solutio. R. oppositа ad idem genus pertinere, & ideo malitiam illam mouere retrahendo a se, & virtute impellendo ad finem, in genere causæ finalis, non quia vere sit finis, aut causa finalis, sed quia mouet ad modum finis, & causæ finalis, & quodammodo adipsum finem, & in virtute ipsius finis. Ideo enim malitia habet vim repellendi, & retrahendi a se, quia bonitas ei opposita habet vim alliciendi, & trahendi ad se, vnde supra diximus, illum motum esse a fine in genere causæ finalis, & re vera magis est ab ipso fine, quam a malitia oppositа fini, præsertim si necessario sequeretur, vt apparet ex amore ipsius finis, est enim ab illo vt a primo fonte, seu prima radice in suo genere.

9.

Ad arg. 1. opinionis. Ad 1. arg. quod est Ocami, Maioris, & Angesti respondet quidam in quacunque re offert se homini triplex ratio boni, honesti, iucundi, & vtilis ac propterea negiecto reiectoque honesto contra fas, iusque potest iucundum, & vtile prosequi, sed falsum est in omni re obiecta offerri homini honestatem circa quam bene agat & mereatur: & vtilitatem, vel iucunditatẽ prohibitam circa quam peccet, & demereatur, vnde 2. respondet Valẽtia, circa quolibet bonũ, vel malũ posse nos mereri, & demereri, si consideretur malũ etiã sub ratione boni, & bonum sub ratione mali, vt si cultus Dei consideratur quatenus difficilis, & corpori molestus, merebor volendo cultum Dei, & demerebor volendo, vt Deus non colatur, si eo tempore erat obligatio ad cultum Dei. Similiter, si malum corporis consideretur vt bonum animæ, vel Dei merebor illud appetendo, vel demerebor nollendo tẽpore quo tenebar illud velle. Sed argumentum videtur procedere quando malum præcisse considerat ur vt malum, vel bonum vt bonum. Vnde R. 3. in his euentibus nullum esse inconueniens, si simul mereri, & demereri non possimus, imo id erit necessarium quando nullum sit præceptum fugiendi malum, vel prosequendi bonum, quia tamen homo est liber quo ad exercitium poterit mereri fugiendo malum; prosequendoque bonum, nisi forte dicatur, libertatem non esse ad fugiendum malum, quod præcisse repræsentatur, vt malum nec ad prosequendum bonum quod præcise repræsentetur vt bonum, sed necessitatem illud fugiendi, hoc prosequendi, quando simul in prosecutione, vel fuga nulla repræsentatur malitia, nec in cessatione a tali actu interno aliqua bonitas.

Ad 1. arg. 1. solutio. 2. 5. l.

3. Solutio.

10.

Ad 2. arg. Ad 2. R. antecedens forte esse falsum, eo tamen admisso consequentiam non valere quia potest dari libertas quo ad exercitium, sine libertate quo ad specificationem. Sic beatitudinem in communi non necessario amamus tamen odio habere non possumus, vt ex Augusti. in Enchiridi. cap. 24. & 105.

retulimus,& si militer licet malum propositum sub ratione mali, possimus fortasse non odisse,amare tamen nullomodo possimus.

Ad Conf.

Ad confirmationem R. Deum non posse odio haberi nisi appareat malus, hoc est noxius seu nociuus,aut disconueniens mihi, vel alteri quem ego amem,quæ cognitio errorē non continet,ideo nulla præuia cæcitate intellectus potest voluntas Deum odio habere.

11.

Ad 3. arg.

Ad 3. R. voluntatem omne ens amare, quia sibi, vel alijs est vtile, vel alia ratione bonum,vel saltem potest apprehendi vt tale, si tamen non sic apprehendatur amari non poterit,sicut propositio quæ non repræsentetur,vt vera credi non poterit,

Ad Conf. 1.

Ad 1.confirmationē R.nihil posse odio haberi, repelli vel refutari, quia sit imperfectum,id est parum perfectum,secus si sit imperfectum,id est excludens aliquam perfectionem, præsertim maiorem, sub qua ratione est aliquo modo malum, non semper morale, sed naturale. Impossibile autem nullo modo potest reijci, aut odio haberi ea præcise ratione, quia est impossibile, licet homo posset desistere ab eius prosecutione,& de eius prosecutione desperare, an autem desperatio sit motus aliquis, vt aliqui volunt,an vero pura carentia spei, tractatu de passionibus dicetur. Qui autem tenent,motū aliquem esse, & recessum a bono,propter eius impossibilitatem, vt Caiet. 1.2 quæst. 5.articu. 2.& 2.2.quæst. 20 arti. 4. D. Thomas 1.2.quæst. 40. articu. 4. dicunt ea ratione esse aliquo modo malum, & consequenter dici posset,posse odio haberi, & similiter difficile, vt sic licet nihil incommodi illaturum credatur. Ego vero probabilius existimo impossibile,vel difficile quod nullam aliam in se, vel eius inquisitione malitiam, aut incommoditatem habet adiunctam, odio haberi non posse, quia non est proprie malum licet possit esse obiectum desperationis,quæ circa bonum proprie, & malum improprie, & secundum quid, tale versatur.

Ad 2. Confirmatio.

Ad 2.confirmationē R.indifferens, & impertinens,vt sic,nec amari, nec reijci posse, potest tamen amari, si aliquam habet adiunctam rationem boni, & alioqui nullo modo nocet, & refutari, si quamuis per se non sit malum,obstet alteri bono præsertim maiori,quomodo spectatum iam est malum.

Ad 3.conf.

Ad 3.confirmationem R.sicut non entia non possumus intelligere nisi sub ratione entis,nec falsum nisi sub specieveri,ita neque malū amare possumus, nisi sub specie boni.

Ad 4.cōf.

Ad 4.confirmationem R. minus bonum respectu maioris,cui opponitur habere ratio nem mali,sed sub ea ratione non amari, sed sub ratione boni, etiam si simul consideretur malitia adiuncta,scilicet in compatibilitas,seu exclusio maioris boni,habet enim voluntas ex libertate innata, vt minus bonum relicto maiori opposito, vel incompatibili amare possit, maxime quando illud minus bonum melius intelligit, vel clarius iudicat obtineri posse,vide Suarez disput.citata, nu. 10 & 11.

Ad 4. argumentum principale R. forte nullum actum,vel habitum esse essentialiter malum, sed omnem esse essentialiter bonum, vel indifferentem, de quo in hoc opere multa dicentur: eo tamen concesso nego aliquem habitum, vel actum tendere in malum sub ratione mali,sed essentialiter habere,vt feratur in bonum,cui adiuncta sit, vel appareat aliqua ratio mali, sic forte de omnibus vitijs,& eorum actibus elecitis dicendum est. Vide Medinā q.8 art.1.ad quintum argumentum huius dubij.

12.

Ad 4.arg.

13.

Ad 5.1. solut.Caiet.

Ad 5.R.1.Caietanus q.46.art. 6. nos posse alijs appetere malum sub ratione mali, non tamen nobis,& ita in odio inimici contingere. Hanc solutionem merito reijciunt Medina loco citato,respondens 2. argumento, Vazquez disput.citata cap.3.& alij communiter,quia ex dictis patet, obiectum voluntatis adæquatum esse bonum alicuius verum, vel apparens. Ergo non possumus velle alicui malum,nisi appareat illi, vel alteri rei bonum,alioqui posset vagari voluntas extra metas sui obiecti. Item quia si potest quis velle malum alteri sub ratione mali,cur non sibi? quem sæpe minus diligit, & maiori odio prosequitur, quam alium, in quo plures rationes cōcurrunt vt ametur, vt patet de Deo.

Reijcitur.

2.Ergo R.Medina supra,& Ferrariensis 1. contra gentes cap.96.malum,vt malum est, posse esse obiectum terminatiuum, non tamen motiuum,& ita in odio inimititiæ contingere,volo enim ei malum,tanquam obiectum terminatiuum,moueor autem a bono meo,quod ex eius malo resultat, vel cum eo coniunctum est.

2 solu. Medinæ.

Hanc solutionem aliqui reijciunt, quia ita se habet bonum ad voluntatem,sicut color ad visum,sed color (vt lucem comprehēdit)est adæquatum obiectum nō tantum terminatiuum,sed etiam motiuum visus,ergo & bonum respectu voluntatis,præterea si malū in odio tantum est obiectum terminatiuum; ergo ira, & odiū nō different, quia etiā in ira malum alterius est obiectum terminatiuum, bonum autem meū est obiectum motiuum.

Reijcitur.

Omitto aliam impugnationem qua vtitur Vazquez disput.31. cap. 3. num.13. nam non

tam

tam procedit contra solutionem, quam contra exemplum, quo Medina vtitur, ait enim; bonum esse adæquatum obiectum motiuũ, non vero adæquatum obiectum terminatiuũ sicut color est adæquatum obiectum motiuũ visus, non tamen terminatiuum, eo quod visus albedinem quoq. attingat. Contra quod exẽplum insurgit Vazquez, quia color intrinsece includitur in albedine, nõ vero bonum in malo, ergo non est apta similitudo. Item, quia albedo reuera est obiectũ motiuum inadæquatum, ergo idem dicendum esset de malo, si ita se habet malum ad voluntatem sicut albedo ad visum.

3. Solut. eiusdẽ Me. 3. ergo R. Medina ibi, & q. 1. art. 1. odium potius esse fugam, quam prosecutionem; ideo

Reijcitur. non mirum si respiciat malum alterius vt sic. Sed nõ placet, quia si est fuga, ergo vel est nolitio mali alterius, vel boni, si nolitio mali alterius: ergo amor illius, vel ad amorem pertinens. Si autem est nolitio boni est eadem difficultas, quia sicut non potest esse volitio mali quia malum est, ita nec nolitio boni, quia bonum est. Præterea odisse aliquem odio inimicitiæ, ex omnium opinione est velle illi malum, sicut amare est velle illi bonum, ergo tale odium est vera prosecutio mali alterius, vt recte Caieta. 1. 2. q. 2. ar. 1.

4. 4. Solut. auctoris. Quomodo per iram velimus alteri malũ. 4. Ergo R. neminem posse velle alicui malum nisi quia est bonum honestum vtile, vel delectabile alicuius, scilicet, vel eius cui optatur malum, vel optantis, vel alterius, potest enim quod est alicui malum, esse ei, vel alteri alia ratione bonum. Et quidem si malũ quod alicui opto, est ei bonum alia ratione, & propterea illud ei opto, nõ erit odiũ eius, vt siquis velit mortem filiæ, quia non potest eam cum eius honore, & commoditate nuptui tradere; vel, vt peccatum intermittat, aut vitet, non dicitur eam odio habere; neq. si uelit ei mortẽ vt sumptus dotis, & nuptiarum excusare possit, vel hæreditatem inde speret, neq. si mortem eius velit in vindictam; sed tantũ dicitur eam odio habere si velit ei malũ, quia malũ, eius reputat bonũ proprium, ea ratione qua malum hostis, & inimici, aut aduersarij bonum propriũ reputatur, destruere enim, vel debilitare inimicum est quodam bonum, licet ex eius vita, aut viribus nullum damnum timeatur. Itaq. cum dicitur, odium esse velle alicui malum, quia malum eius est, non intelligitur vt, particula, quia, dicat causam finalem, & primam rationem motiuam, sed secundariam, vt cũ dicimus aliquid velle, quia habet talem virtutem, ob quam est vtile ad aliquẽ finem, non ibi importatur ratio primaria, & finalis, sed secundaria, quæ est vtilitas, vel fundamentum vtilitatis. Sic ergo, quia malum inimici eo ipso quod malum eius est, adiunctam habet meam commoditatem, vel vtilitatẽ, seu perse est mihi aliquo modo cõueniens, & bonũ, ideo possum velle ei malũ quia malũ eius est, nõ particula, quia, significante rationẽ primariã, & finalem: sed secundariã, scilicet eã quæ est vtilitatis vel commoditatis meæ fundamentum deniq. neq. in odio inimicitiæ neq. in alio actu malum esse nobis, vel alijs volitum, nisi sub aliqua ratione boni, bene docẽt Conimbri. Vazquez, & Valentia, supra, & Medina referens Victoriam, alijq communiter. An vero velle alicui malum, quia malum eius est modo dicto, sit peccatum in spiritum sanctum, non est huius loci.

Patet autem ex dictis, damnatos, & alios qui odio habent Deum, non appetere Deo malum sub sola, vel primaria ratione mali, sed sub aliqua ratione boni, eaq. primaria. Difficultas tamen esse potest, an quando volo malum inimico, quia hoc ipsum respectu mei habet rationem boni, ibi sint duo actus, vnus quo volo mihi bonũ, alius quo volo inimico malũ. Vazq. in fine illius disputationis ait, ibi tãtum esse vnicum actum, quia ibi est tantũ vnica ratio motiua, & alioqui obiectum terminatiuum est vnicum, quando vero est vnicũ obiectũ terminatiuum licet fuerint duę rationes motiuæ, vt quando in eodẽ obiecto est ratio iustitiæ, & misericordiæ, actus sunt diuersi. probabile quidem est hoc, defendi tamen posset, quando formaliter volo mihi illud bonum quod est hostem male habere, hunc actũ esse diuersum ab eo, quo volo illum male habere, quia mihi id est bonum, non appetendo mihi expresse, et formaliter eam bonitatem, sicut alio actu appeto mihi explicite, & formaliter bonitatem finis, alio vero medium inferens finem, & quod solum appeto propter finem. Sicut autem potest amari medium non amato formaliter ipso fine, ita malum alterius, non amato formaliter bono meo.

15. Corolariũ ex solutione 5. arg. Difficul.

Ad. 6. R. eos appetere ea mala sub aliqua ratione boni, cuius subiectum totaliter extinctũ est capax, nempe carere summa, vel aliqua miseria, quod enim non est, potest habere bonum aliquod priuatiuum, quale est carentia mali, vel extrinsecum, quale est honor, vel gloria, aut fama, licet non positiuum, & intrinsecum. Solutio consonat Aristoteli. 5. ethic. ca. 1. asserenti, *minus de malis, esse quodam modo videtur bonum* & traditur a Med. supra a d 3. etq. 1. ar. 1. Valentia, supra ad vltimũ, qui recte infert, bonum quod est obiectum voluntatis non esse bonum, quod conuertitur cumente reali positiuo, sed quod est commune, etiam priuationibus, & negationibus, cũ & priuationes appeti possint etiam propter seipsas. Idem docet Fonseca. 5. metaph. ca. 2. q. 11. sect. 4. vide Ferrar. 3. contra gentes. ca.

Quomodo non esse appeti possit?

19. & D.Tho.de malo q.16.art.3 ad.5.1.p.q. 5.ar.2.Heruæū quodlibeto 8.q.8.Durā.2.d. 50.q.2.Conimbri.2. phy.ca.7.q.23.ar.2.Suarez to.1.metaphy.dispu.23 se.6.n.19.Soncin. 9.metaphy.q.16.Alij dicunt,eum qui vult simpliciter non esse non tam id velle per modū prosecutionis quā fugæ, detestando miseriā, quam habet,& odio habendo illam ex amore fælicitatatis. Ita Med. locis citatis:sed hæc solutio vel in priorem recidit,vel nulla est,nam detestatio,& odium miseriæ est prosecutio carentiæ illius,nempe velle carere miseria,& hoc non potest esse,nisi sub ratione boni:hoc autem non est aliud nisi ipsa carentia miserię quæ vere est bona, fælicitas enim tunc non appetitur,nisi simplici complacentia,cum apprehendatur vt impossibilis,& executione illius affectus reddatur homo incapax illius, ergo. An vero ordinate possit quis appetere potius non esse, quam miserum esse, tractat Duram.4.d.50.q.2.Ferrarien,supra,& alij ex citatis.

17. Ad 7.arg. peccatum ex malitia quod?

Ad.7.R. peccare ex malitia esse peccare nulla ignorantia, vel fragilitate impellente, sed ex malo habitu, vel ex mera libertate,potest enim quis pro sua libertate declinare a bono,quod scit se facere debere, vt aliquod bonū vtile,delectabile,vel naturale consequatur,& hoc est agere cōtra conscientiā: Ro.14. *omne quod non est ex fide peccatum est.* Solutio est Medin. Valentiæ Azoris & aliorum ex Duran.2.d.43 q.1.ad.2.dequo etiam agit Scotus eadem distin.q.2. discipuli autem. d.Tho.infra.q.77.art.2.vel.q.78.

Ad conf.

Ad confirmationem R. cum dicimus odio haberi nihil posse nisi sub ratione mali,loquimur de odio abominationis non de odio inimicitię,hoc enim odio haberi potest persona nullum in se habens malum,quia illatura malum creditur,vel quia intulit,vel quia aliquid habet,quod displicet &c.Et ita sine vllo errore proprie dicto, etiam practico, potest odio haberi Deus.

18. Ad 8.arg.

Ad.8.R. Voluntatem ex errore putantis posse elici actum quo appetatur malum subratione mali,& esse a Deo præceptum, posse talem actum sibi met imperare, sed ipse sibi obtemperare non poterit,quia fieri non potest, vt appetatur malum sub ratione mali, nec in hac re potest libertas experiri, quantū cumq. enim voluntas sit libera, non poterit extra limites sui obiecti vagari. Posset tamē voluntas sibi imperare, vt eliceret actum circa aliquod obiectum,quod nō esset de se bonum,nec conduceret ad alium finem, verbi gratia,vt velit ad experiendam libertatem,ex domo parentis exire,& tunc voluntas posset sibi obtemperare, tamen non vellet malum subratione mali,sed sub ratione boni, nempe ad experiendam libertatem. Solutio traditur a Suarez.& Conimbri.&Medina,atq.alijs supra, sed subobscure.

19 Ad.9.arg. Quomodo relationes amare possint.

Ad.9. R. eos qui tenent relationes reales nullam dicere perfectionem, consequenter debere asserere,non posse propter se diligi,ac proinde nec exercere causalitatem, finis, & huius opinionis est Heruæus quod lib.2.q.1. sed si aliqua ratione conducere possent ad assequendum aliquem finem, amari possent vt media,quia sunt bonæ popter aliud,licet non propterse sine relatione ad vlterius bonum, nec in hoc est discrimen inter relationes diuinas,& humanas, diuinæ enim etiā habent conceptum præcisum ab essentia,in quo non includitur essentia,& ideo si ex propria relatiua ratione non dicunt perfectionem,nullam perfectionē includent,vt in materia de Trinitate contra multos docuimus;ratione autem fundamentorum, vel alicuius boni annexi, non dubium quin amari possint relationes reales, & sic saltem amat quis esse patrem eodemq. tantum modo amari possunt relationes rationis, constat enim illas non esse perse bonas, & ideo non posse amari vt fines,imo cum non videantur posse conducere ad aliquod bonum, nisi vt intellectæ,non videtur posse amari vt media secundum se,sed tantum sub ratione medij, quam exercent vt sunt intellectæ, sic enim possunt cōducere ad honestatem, & lucrum docendo alios &c. Propter fundamentum autem, quod est bonum de se, vel medium ad bona aliqua amat quis doctoratum,& alios gradus,ac dignitates, ac iura ad actus aliquos exercendos vel res habendas &c, Vide Suarez to.1.metaphy. dispu.23.Sectione.6.n.20.Conim.2.phy.c.7.q. 23,art.2.Fonſ.4.meta.ca.2.q.7.se.8.& li.5.c. 2.q.11.se.14 qui censent relationes etiam rationis habere posse rationem finis.

20. Dubium incidens. Bonum apparens amari posse

Aliud dubium posset hic moueri, vtrum voluntas posset ferri in id quod tantum est bonū apparens. Hoc tractat Medi.q.8.ar.1.sed difficultatem non habet,& omnes partem affirmatiuam docent cum Ari.2.ph.c.3.tex.31. 1.polit.ca.1.&. libro de cōmu. animalium motione.& sæpe alibi,& Dama.Nysseno, Nemesio,locis supra citatis d.Tho.infra.q.8.art.1.1. ethi.lectione.1.Conim.1.Ethi dispu.1.q.1.a.2. infine.Ferrari 3. contra gentes.ca.19.Burid. 10.ethi. q.5.Fonseca.5.metaph.cap.2.q.11. sectione.4.

Sectio secunda vtrum omne bonum possit habere rationem finis.

OB-

21. OBseruandum est, magnam olim fuisse in scholis philosophorum concertationem, quænam res essent simpliciter in bonis numerandæ, & quæ bona quibus excellerent, vt constat ex Augusti. 9. ciuitat cap. 4. Cicero lib. de finibus, & 1. Academi. q. Seneca lib. qui inscribitur, quod in sapientem nō cadit iniuria. Sed omissis nunc huiusmodi controuersijs, aliquot bonorum diuisiones, quæ celebriores sunt, in medium afferemus, vt difficultatem propositam expediamus. Plato. 1. de legibus, distribuit bona in diuina, & humana. Bona diuina dixit esse prudētiam seu prouidentiam, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, humanāvaletudinem, formam, robur, diuitias. Aristote. 1. ethi. cap. 6. bonum diffundit in, 10. categorias, substantiam, quantitatem, qualitatem &c. Idem autem 1. magni moral. ca. 3. & 1. Retho. ad Theodectem ca. 5. post Platon. 3. de legibus docet. Bonorū alia esse bona animi, vt virtutes, alia corporis, vt vires, sanitatemr &c. alia exteriora, vt diuitias, famam, honorem, dominatū. Quam distributionem tam Peripatetici quā Academici veteres celebrarunt. August. 2. de libero arbitrio, cap. 19. & de cognitione vera vitæ. cap. 7. quadripartitam inculcat bonorum varietatem, secundum quatuor gradus, nimirum rerum existentium, viuentium, sensibilium, & intelligentium. Idemque super Psal. 134. distribuit bonum, in bonum, quod per se ipsum bonum est, & in bonum, quod ab alio est bonum, hoc est, in bonum per suā essentiam, & in bonum participatione. Est autem solus Deus bonus per suam essentiā (quomodo Dionysi. 4 cap. diuinorum nomi. & alij patres interpretantur illud, Lucæ 18. nemo bonus, nisi solus Deus) tum quia Deus solus ex sua essentia independenter a quolibet alio bonitatem habet: tum quia omnis diuina perfectio formaliter existens in Deo, vt potentia iustitia, est ipsa diuina essentia Alij diuidunt ita bona, vt quædam bona sint maxima, alia media, alia infima, vt maxima sint virtutes, quibus recte viuitur: media animæ facultates, sine quibus „vt nec viuere, ita nec recte viuere quisquam potest, infima bona corporis, & fortuita, temporariaq. omnia. Aristote. autem 1. ethi. cap 3. & lib. 8. cap. 2 (vt omittamus modo alias diuisiones, quas ponit 2. magni moral, cap. 2. & 3.) Cicero. 5. Tuscul. alijque authores communi consensu diuidunt bonum, in honestum, vtile, iucundum seu delectabile. Hanc diuisionem attigit, sed non omnino probauit Ambrosi. 1. officio. cap. 9 eam autem defendit, & explicare conatur S. Thom. 1. p. q. 5. art. 6. & 2. 2. q. 145. art. 1. Suarez tom. 1. metaphy. disput. 10. sect. 2. & mihi sane valde obscura videtur, non enim facile est explicare, quid sit bonum honestum, & quid delectabile licet de vtili satis constet. si enim dixeris honestum esse, quod propter se expetibile est, vt videtur dicere D. Thom. ibi, & Conimb. supra, omne bonū præter vtile, vt sic, honestum erit. & sic 3. membrū diuisionis sub primo includetur, quid vero aliud sit non facile explicabitur, præterea an bona corporis, vt sanitas „vita, pulchritudo, & similia sub honesto comprehendatur, non satis liquet.

Diuisiones bonorum proponuntur.

3. Nec intelligitur an nomine delectabilis ipsa delectatio intelligatur, an quod potest illam includere, vel inducere. Si primū dicatur, vt videntur dicere D. Tho. supra, & Conimbri. 1. ethi. disput. 1. q 3 art. 2 ergo bruta non appetunt bonum delectabile, delectationem enim non cognoscut, nec appetunt cum nullam reflexionem faciant in proprios actus: delectatio deinde cum sit propter se expetibilis sub bono honesto videtur comprehendi. Si vero 2. dicatur cum Molina. 1. p. q 5. a. 6. & Suarez supra num. 60. delectabile sub vtili comprehendetur. Siquidem bonum quod appetitur solum, quia inducit delectationem appetitur, vt vtile ad delectationem causandam: ergo diuisio illa nulla ratione videtur conuenies. Si autem cū Molina, & Suarez supra dixeris, quod secluſa quacunque habitudine ad aliud tanquam ad finem in seipso iudicatur conueniens, saltem vt in eo propter sui perfectionem sibi complaceat voluntas, eique hæreat per amorem, si conueniens iudicetur ex delectatione, & iucunditate quam efficere est aptum, appellari bonum delectabile: si vero ex quocunque alio capite, dici bonum honestum: id autem, quod ex habitudine, & congruentia ipsius ad finē aliquem iudicatur conueniens, nuncupari bonum vtile Si inquam hoc dicas. Contra id esse videtur, bruta appetere bonum delectabile, tamen non iudicare de aliquo bono, aptum esse ad efficiendam delectionem. Præterea iuxta hunc modum dicendi inanis gloria, & honor erit bonum honestum, quia etiā sine ordine ad delectationem, vel alium finē hæc appeti possunt, consequens autem videtur falsum: ergo. Nihilominus in gratiam D. Thomæ, Aristo. & aliorum sic defendi, & explicari potest illa diuisio, vt nomine honesti intelligamus quodcunque habuerit bonitatem moralem, seu honestatem obiectiuam, secundum quam sit licite, & honeste propter se expetibile. Et in hoc genere sunt omnes virtutes morales, & intellectuales, & earum actus eliciti, & eorum obiecta cum debitis circunstantijs, quomodo sunt fines, item vita, salus, robur, & alia bona corporis, saltē quæ

3. Sententia authoris.

22. *Diuisio boni in honestum vtile & delectabile quoqd ecto intelligatur.*

quæ alicuius momenti sunt. Hæc enim licite propter se ppetuntur,vt ait Nauar. cap. inter verba cons.5 num.27.vnde male Boetius citatus a Nauarro ibi dixit,salutem,& vitam esse de genere bonorum delectabilium,& optime Arist.3.politi.cap.4.ait *forsam ineſt vitæ aliqua particula honeſti*:nomine verò delectabilis,quodcunque bonum quod vt finis expeti potest,sed nõ licite,si sic expetatur,cuius modi sunt, delectationes sensus, & motus corporis,qui sunt eiusdem obiecta, si tales motus secundum propriam bonitatem &cõuenientiam considerẽtur,& non vt sunt vtiles ad alios fines, eiusmodi sunt forte gloria humana, & honor, nam forte hæc dona tanti sunt momenti vt propter se licite expeti possint. Quod expresse docet Nauar.supra ex D.Tho.1.2.q.2.art.2.& 3.de quo agemus ibi. Nomine vero vtilis intelligatur quicquid ad bonum honestum vel delectabile conducere potest iuxta quam intelligentiã, bonum,honestum,& vtile materialiter coincidere possunt, licet non semper coincidant, & ideo falsum est quod ait Scotus 1. d. 1.q.1.2.& 3.voluntatem pro libertate sua perse appetere posse quodlibet propositum obiectũ propter se,vel propter aliud,vt libuerit. Bonum vero honestum, & delectabile minime coincidere possunt. Honestum est, quod propter se licite expeti potest,delectabile autem,quod non potest propter se licite expeti:Alia vero ratione possunt honestum, & delectabile coincidere, scilicet si honestum sumatur pro eo quod secundum se licite expeti potest,delectabile autem pro eo,quod est delectatio,vel illam inducere potest, secundum eam præcise rationem, siue licite possit expeti propter se sub illa ratione,siue sub alia siue sub nulla.In quo sensu bene dicunt D. Tho. Molin.Conimb.& alij communiter posse materialiter in eadem re concurrere ista membra,vt in amore dei,qui honestus est,& ad fælicitatem vtilis,& cum animi voluptate, delectationeque exercetur.

24. *An diuisto hæc sit analogi in analogata.*

An vero hæc diuisio sit analogi in analogata,vt ait D.Tho.1.p.q.5.art.6.ad 3.& de veritate,q.21.art.1.in fine,non est præsentis loci, vide Conimbr.supra.Alber.1.p.summæ tract. 6.q.26 membro.1 Capreo.1. d.3.ar.1 ad arg. Suarez tom.1.metaphy.disput.23.sect. 6 nu. 18. & latius disput. 10 sect. 2. nume. 27. Medina in hac q.art.1 Caiet & alios ibi, quorum multi dicunt medium non esse bonum, intrinseca denominatione, sed extrinseca tantum, vt medicina dicitur sana, extrinseca tantum denominatione, de quo tamen alibi dicam.

25. *An diuisto hæc in bonis Dei locum habeat?*

Et quamuis de diuinis bonis intelligi etiã possit, tamen vt ait D.Tho.supra,potissime intelligitur,de bonis humanis, & quæ hominibus expetuntur:nam cum Deo appeto esse,vitam,potentiam,gloriam, & honorẽ, &c. hæc dona & bona non adeo proprie dicuntur honesta,vtilia,aut delectabilia nobis, cũ nostra non sint sed Dei. De hac tamẽ,& alijs boni diuisionibus,plura dicentur tractatu de bonitate, & malitia humanorum actuum, & late Suarez supra.

His ita constitutis difficultas huius sectionis est,an omnia hæc bona possint habere rationem finis, siue licite, siue illicite : modo enim agimus de actibus nostris in esse naturæ, non secundum bonitatem, vel malitiam moralem vsque ad.q.18.

26. *Difficultas quæstionis proponitur.*

Dico .1. Bonum, honestum potest habere rationem finis,Patet,quia ipsum est propter se expetibile & alia propter ipsum : est autem finis, qui propter se amatur: & propter quem amantur alia:ergo, & in hoc nulla est difficultas, uel controuersia.

1 Conclu. *Bonum honestum habet rationem finis.*

Dico 2.si bonum delectabile sumatur pro ipsa delectatione,potest esse finis. De hoc agemus tractatu 9.disput.3.sect 4.cum differetur de causis delectationis,& tractat 2.disput.2 sect 5. disputando, an in delectatione consistat beatitudo, interim vero probatur conclu. Quia delectatio ipsa propter se expetibilis est,& alia propter ipsam, vt constat experientia,& patet ex D Tho infra q.2 art. 6 ad 1 & Caiet ibi Nauar. cap. inter verba. conclu 6.num 27.cum Aristo.10.ethi cap. 2. dicentib. *ſtultum eſſe quærere, propter quid voluptas appetatur,nam ipſa per ſe habet vnde appetibilis ſit*,quod ex Eudoxo recitat Arist. & idem docet 1. ethi cap. 7. ante medium. Vtramque conclusionem docet Suarez to.8. metaph.disput.23 sect 5.num.16 & 17.imo Arist.8.ethico.cap.2 idem dicere videtur, cũ ait, *amabilia, ipſum bonum* (scilicet honestũ) *& iucundum,vt fines*,licet nomine iucundi nõ ipsa iucunditas, seu delectatio, sed bonum, quod est eius causa,& obiectum,intelligi possit. Eodemque modo explicari valet D Tho. 1.p.q.5.art 6.dicens:honestum,& delectabile esse fines. Hoc tamen bonum dupliciter amari potest,1.vt medium ad delectationem, & sic non amatur vt finis,2 sine ordine ad delectationem,& sic amatur vt finis,qui mouet metaphorice iuxta id Poetæ, *trahit ſua quemque voluptas*, quod intelligitur quando per se est conueniens,& vt sic amatur,si enim delectat tantum vt medium ad alium finem, licet non ametur propter delectationem,sed propter illum alium finem,adhuc non amatur vt finis,sed præcise vt medium.

2.Con. *Quomodo bonum delectabile possit esse finis.*

Supereſt autem difficultas de bono vtili, an possit appeti vt finis:videtur enim sic posse appeti.1.nam D.Thom. in hac.q.5. art. 1. & 1.

27.

Pars affir matiua.

& 1. cõtra gẽtes, cap.37.ratione.4.1.p.q.5.a. 4.Alensis.1.p.q.17.Memlio.3.&q.34.mẽbro. 1.in 1.arg.& Soncin.5.metaph.q.3.ad.2.aiunt bonum,& finem idem esse, sumptum est ex Arist.2.phy.cap.3.tex.31. & 1.ethi. ad Eudemum c.1.prope finem,& 1.ethi. ad Nicom. ca.1.vbi postquam dixit: *bonum est quod omnia appetunt* subdit, *finium autem differentia quædam est.* Quo significat,finem, & bonum idem esse & cap.7.ait, *bonum vnicuique esse, cuius gratia cætera aguntur.* Similia dicit, 5. metaphy.cap.2.sed bonum vtile est vere bonum, ergo & finis.

Proba.1.

2.

2. Quia medium ipsum est causa electionis mouetque ad illam per suam vtilitatem,quærenti enim, quare eligatur medicina, facile respondebitur & recte, quia est vtilis ad sanitatem, sed vtilitas per se ipsam, vt rationem mouendi non mouet, nisi in genere causę finalis, licet per sui cognitionem, vt rationem mouendi moueat in genere causæ efficientis:ergo medium,vt sic, mouet in genere causæ finalis.

Confirmatur,quia per se allicere ad sui amorem pertinet ad causam finalem,sed medium,vt medium, per se allicit ad sui amorem,ergo est causa finalis.

Confirmatio.

3.

3. Saltem medium propter quod diligitur aliud medium, habet rationem finis, & causæ finalis, ergo omnia media prætet id quod est primum in executione habent rationem finis. Antecedens probant aliqui recentiores,1.ex Aristo.2.phy cap.3.tex.29.& 30. &5.metaphy.cap.2 vbi postquam docuit, *finem esse cuius gratia cætera fiunt, veluti gratia sanitatis fit de ambulatio*, addit intermedia multa,quæ videtur assignare tanquam fines, vt attenuationem,finem de ambulationis, & medium ad sanitatem & hoc modo D.Tho. vtrobique Aristo.interpretatur,& 1.ethi.c.7. domum, & instrumenta artium, quæ non propter se appetuntur,numerat inter fines.

2. Probant,quia Arist.locis citatis inquit, vt,& propter,significare causam finalem,sed istæ particulæ possunt intermedijs tribui, nã recte dicimus, ambulare proprer attenuationem humorum,atque vt attenuẽtur, & Christus dicitur venisse propter nostram salutẽ, quæ tamen non proprer se quærebatur, sed propter gloriam Dei, ergo intermediasunt vere fines.

3. Causæ inferiores,quamuis sint intermediæ,vere sunt causæ efficieutes, & conclusiones intermediæ vere sunt causæ, & principia respectu earum quas inferunt: ergo similiter intermedia vere sunt causæ finales respectu aliorum,quæ propter ipsa appetuntur. Nam secundum Aristo.finis se habet in practicis, vt principium in speculatione.

4. Attenuatio mouet ad ambulationẽ ratione propriæ bonitatis,nempe quia est vtilis ad sanitatem,quod autem ad alterius electionem mouet propria bonitate, est vere finis, ergo.

4.

4 Principaliter arg.quia a bono propter se,& propter aliud expetibili potest abstrahi ratio boni,quæ per intellectum proposita voluntati ipsam alliciat ad suum amorem, ea autem ratio inuenitur in medio, ergo diligetur vt finis,medium ergo potest habere rationem finis.seu causæ finalis.

28.

Dico tamen 3.medium proprie loquẽdo, non habet rationem finis,quando solum appetitur vt vtile ad aliud bonum consequendum,siue alia appetantur propter illud, siue non. Conclusionem hanc tenent Suarez to.1 metaphy.dispnt.23.sectione 5 nu.18 & sect. 6. Vazquez hic disputat.4 cap.2.Et existimo contra nullum esse doctorẽ,licet enim Gab. 2.d.38.q vnica art.1.not.2 dicat,finem,& causam finalem distingui,vt dixerat,d 1.q.5 nam finis comprehendit causam finalem, & terminum rei,vel operationis:finẽ autem sumptum pro causa finali distingui (vt ait Grego. eadem dist q.1.art 1.)in finem comuniter proprie,& prijssime dictum, finemque comuniter dictum,esse quodlibet obiectum volitionis,licet nec sit volitum propter se, nec alia propter ipsum. Quo pacto Augustꝰ. 11. de trinit.c.6 ait,voluntatẽ videndi habere visionẽ pro fine,siue homo referat visionem ad alia,vel alia ad visionem,siue non. Proprie autem dictum esse,non quodcumque volitum, sed volitum propter quod aliud est volitum, sicque accipi finem,cum dicitur esse id, cuius gratia,scilicet aliquod aliud est volitum, & hos duos modos distingui a Magr. 2. d. 38. dicente,finem voluntatis esse, vel illud quod volumus,per quod impletur ipsa voluntas, vel potius illud propter quod aliud volumus:finem autem magis proprie seu prijssime dictum esse bonũ propter quod aliud est volitum,& ipsum propter se tantum est volitum, sic 2 metaphy cap. 2. dici, *finis est, quod non est alius causa,sed alia illius.* Sic etiã sumi finem ab Arist &Auicenna. Licet hæc in quam dicat Gab. cum Grego.non sequitur, velle, medium primum in executione esse proprie finem,tantum enim dixit communissime seu communiter esse finem,et causam finalem,scilicet comunissima, et latissima acceptione,quæ tamen impropria,et translatitia est.Imo cum dixit, medium 2. in executione,et quodlibet sequentium dici proprie finem,seu causam finalem non sumpsit proprie,vt distinguitur contra improprie, et trãslatitie, sed vt distinguitur contra comuniter, ideo non sentit esse finem, seu causam finalẽ

3. Concl. negatiua. Medium proprie non habet ratio nem finis.

pro-

proprie,id est non impropie nec figurate. Et eodem modo intelligo Ocham. 2. q. 3. ar. 2. corola. 2. &. 3. asserentem, intermedia habere rationem causæ finalis,& ideo Aegidius. 2.d. 38. q 2. art 2. ait, non solum electa sed etiam intenta dici posse,quia sunt fines,& intentio est finis.& D.Tho.3.contra gentescapitu. 2. rat. 4. ait, *omnia intermedia inter agens & vltimũ finũ sunt fines respectu priorũ,& principia actiua respectu sequentium*,&. 2. phy lect. 5. in c. 3. tex. 28. ait, *de ratione finis non esse quod sit vltimum simpliciter, sed vltimũ respectu præcedentis*. Idem docet Auerroes ibi, imo Aristo.secundum antiquam translationem quam interpretatur D. Tho. licet secundum alias translationes nullum medium vocetur finis. Sed.d. Thom.alibi quoq. media,propter quæ appetuntur alia,fines appellat,vt.1. Ethi.cap. 7.vbi etiam Aristo ait,non omnes fines esse perfectos, cum inter fines numerentur diuitiæ,fistulæ,intrumentaque, quæ quidem perfecta non sunt,&.5.metaphy.atq.2 phy &. 1. ethi.cap 7. & alibi sæpe inter fines numerat Aristo.instrumenta artis,& diuitias,& d. Th. in hac q.art.3.ad 3.ait, eiusdem actus vnum tãtum posse esse finem proximum,sed plures remotos quorum vnus sit finis alterius. Hæc igitur omnia intelleguntur de fine improprie dicto,seu metaphorice,& secundum quid.Vnde Medina in hac.q art,1.pagi 6 ad.2. argumẽtum non ait absolute, medium esse finem, sed quodammodo, eo quod voluntas tendat inillud,& in eius adeptione aliquo modo quiescat,& illud sit terminus motus voluntatis; iuxta. d Thom 1.p.q.3.art 6 dicentem, medium esse terminum proximum actus voluntatis. Et quia causat actum voluntatis causalitate quadam reducta ad genus causæ finalis, vt dicemus.Maiori autem similitudine medium, quod non est primum in executione, habet rationem finis, quia aliud mediũ propter ipsum amatur. Fonse,etiam 5.metaphy c. 2 q.10. sect. 1.ait, media propter quæ alia expetuntur,reuocari ad fines,et secũdum quid, ac reductiue ad genus causæ finalis pertinere: de medijs autem,ad quæ nulla alia dirigantur ait,nulla ratione fines appellari debere,& nec secundum quid, & reductiue ad genus causæ finalis pertinere.

Medium autem nullum esse proprie finem seu causam finalem sentit.Gab.2.d.1.q. 5.ar.1. notab.1.dicens,nec media alia præter primũ in executione, esse fines stricte, sed large tantum. Et probatur ex Ari.2.meta.cap.2.dicente,*finem esse,qui non est alterius gratia, sed cuius gratia cætera*, ideſt omnia alia,quæ in eadem serie sunt, vt ibi explicauit Auerroes,& Alexander in eodem sensu.2.phy.ca.3.tex.29. dititur,*finem esse cuius gratia cætera fiunt*. Sic enim vertit Argyrop. licet in græco tantum habeatur finem esse cuius gratia. Sic etiam Aristo. 1. Ethi.cap.7.ait.*finem esse cuius gratia cætera fiunt*, & solum vltimum in vnaquaq. serie esse perfecte finem,intermedia vero,et si fines videantur,non esse fines perfecte, ideſt proprie,& in rigore:&.8.Ethi ca 2.diuidit bonum in honestum, vtile.& delectabile, vt & d. Th.1.p.q.5.ar.6.et vterq docet solum bonum honestum et delectabil esse finem;et. 1. magno.moral,cap.2.ait: *Bonorum alia sunt fines, alia non,quem admodum sanitas quidem finis, atq. sanitatis causa* (scilicet medicina) *neutiquam finis est*. et.2.phy.ca.3.ait, *omnia media, quæ inter se subordinata sunt,esse propter vnum finem*,et.1.polit. cap. 6. *finem esse extremum omnibus*, quod certe nomen ipsum sonat extremũ autẽ proprie tantũ est, quod propter se amatur, quia in eo tantum sistit voluntas, et non in medio, quando vt medium amatur, ergo illud solum est proprie finis.

Confirmatur. 1. nam bonum vtile non est amabile propter se,sed propter aliud, vt docet.D.Tho.1.p.q.5.art. 6. ergo per se non habet vim mouendi,et alliciendi voluntatem,sed ratione alterius ad quod ordinatur,ergo non est proprie finis,finis enim per se, et sine relatione ad aliud bonum, ad cuius consecutionem conducat,est expetibilis,mouetq. et allicit voluntatem ad sui amorem. Explicatur magis hæc ratio, nam vtile vt sic non potest appeti gratia sui,nec habet bonitatem sufficientem,vt gratia sui appetatur,ergo nec vt tãtũ gratia ipsius appetantur alia, ergo non est proprie finis,nam finis debet esse talis, vt eius solius gratia alia possint appeti. *Conf.1.*

Confirmatur.2.quia omnes philosophi cõdistinguũt media finibus,ergo media non habent proprie rationem finis, præsertim primum inexecutione quod nec appetitur propter,se nec alia propter ipsum. *Conf.2.*

Confirmatur.3.quia quod vere est finis, dat actui speciem moris,vt patebit art.3.et q. 18. sed media nõ dant speciem moris, quia in eadem specie moris est occidere aliquem ense, vel fuste &c ergo non sunt vere fines. *Conf.3.*

Ad argumenta autem,quæ ante, et contra tertiam conclusionem adducta sunt facile R. ad.1.cum D. Tho.et Aristoteles dicunt,finem et bonum idem esse,loquuntur de bono propter se expetibili, vt interpretantur Caieta. Conra.& Medina,art.1. licet Valentia disp.1. puncto 1.ad finem,et ipse Medina dicant,quãdo D.Tho.art.1.dixit finem, et bonum idem esse,finem accepisse late, quo pacto comprehendit medium,quod participatione et similitudine quadã est finis. Idem sentiunt Conimb.1.Ethic.disput.2. q.1. art 2. ad.3. Sed mihi prior explicatio magis probatur, non enim

Prob.

29. *Ad argu. ante & cõtra 3. conclusa. Ad. 1.*

sunt ea

sunt explicãdi authores in sensu improprio, quando in sensu proprio commode explicari possunt. Vnde etiam patet, quid sibi velit D. Tho. eodem art. 1. dicens, finem esse obiectum voluntatis. Nam Cõradus ibi exponit define late dicto, comprehendente medium, & de obiecto omnino adæquato. Quam tamen interpretationem reijcimus, quia vt ostensum est, non loquitur D. Thomas, define improprie dicto, sed proprie. Quem finem constat non esse obiectum omnino adæquatum voluntatis, vnde D. Tho. explicandus est de obiecto formali, & perse, vel de obiecto primario immediato & principali, vt in. 1. corolario latius dicemus.

30. Vnde ad 2. argu. R. medium habere causa
Ad 2. R. litatem quandam, quæ reducitur ad genus causæ finalis, non tamen esse proprie finem, nec causam finalem, sicut dixi sectione dręcedenti, malum habere causalitatem, quæ reducitur ad causalitatem finis, esto non sit proprie finis, nec causa finalis. Finis enim non debet mouere medio amore alterius boni, nec vt. 2. ratio amandi, sed vt. 1. nec bonitate sumpta in ordine ad consecutionem alterius boni, quæ est bonitas relatiua, & quodam modo aliena, & extrinseca, sed bonitate absoluta, & propria, atq. intrinseca. idest ex ordine ad con-
ad confir- secutionem alterius boni non desumpta. Per
ad 3. quod etiam patet ad confirmationem. Ad. 3. arg. principale negatur antecedens, ad. 1. autem probationem R. exill o loco. 2. phy. male colligi intentum, nam translatio Argyropo, habet *finis est cuius gratia cætera fiunt, veluti de ambulandi finitas, & quæcumq. alio mouente inter ipsum, & finem fiunt.* Antiqua vero, *etquæ cumque iam mouente alio intermedia sunt finis, vbi* finis est in genitiuo, vt ex Græco obseruat Vazquez hic, disput. 4. ca. 4. Vnde non est sensus, qnod intermedia sint finis aliquis, neq. id contextui quadrat, sed sensus est, ea quæ sunt intermedia finis (idest media inter ambulantem, seu ambulationem, & finem) esse gratia finis, sicut & ambulationem ipsam. Vnde recte etiam. 5. metaphy. cap 2. vbi eadẽ verba habet Aristot. antiquus interpres vertit, *& quæcumq mouente alio fiunt in fra finem*; & sine fundamento quidam has omnes translationes damnat, & in illis aliquid supplendum putat. Quamuis autem D. To. putans, finis, esse in genitiuo casu docuerit intermedia esse fines, tamen non intendit esse fines stricte & proprie, sed late & analogice, & eodem sensu dixit Arist. 1. Eth cap. 7. intermedia videri fines, sed nõ esse perfectos fines, idest proprie dictos. Quod autem ibi docet, *domũ esse vere finem ædificatoriæ artis* intellige nõ de domo secundum se, sed de cognitione domus, hæc enim perse est expetibilis, licet communiter magis expetatur gratia domus: vel intellige define ipsius artis, quæ quidem sistit in ædificatione domus, nunquam autem ea est finis proprie respectu artificis, vel domini, quia nunquam in ea sistit voluntas istorum. Ad. 2. prob. illius antecedentis R. quidam illas particulas vt, & propter, non posse applicari intermedijs, ita vt dicamus alia propter illa amari, sed hoc est contra communem, & receptum modum loquendi, neque recte colligitur ex D. Tho. 1. p. q. 19. art. 3. & 1. contra gentes cap. 86. & 87 tantum enim ibi docet D. Th. nullam creaturam amari a Deo precise vt finem, nam licet Deus velit mihi salutem, quia bona est mihi, tamen eam eodem actu amat gratia diuinæ bonitatis, & in gloriam ipsius, vt late ostendi. 1. p q 19. & ita creatura interdum propter se interdum propter aliam amatur a Deo, & vnum medium vere amatur propter aliud, sed ideo illud aliud nõ est vere & proprie finis, quia nihil ipsius tantum gratia amatur. Nam quod amatur gratia ipsius, etiam amatur gratia finis, adquem intermedium ipsum ordinatur. Ad. 3. probatiouem R. causas efficientes inferiores esse vere, & proprie causas & principia, quia propria virtute influunt, & sunt primæ in suo genere, & ordine, similiter conclusiones proximè deductæ ex principijs per se notis vere sunt causæ, & principia, aliaaum, vt recte concedit Vazquez illo cap. 4. ad. 2. nam suam habent veritatem, quæ etiam independenter a principijs perse notis, est cognoscibilis, vt verę cognoscitur a Deo, & Angelis, imo & a nobis, cum sub nostram experientiam cadit. Nullum autem medium potest amari, nisi dependenter a fine neq. est primum amabile in suo ordine, ideo nullum medium habet proprie rationem finis, bene tamen late, præsertim quando aliquid appetatur propter ipsum. vel certe ipsum appetatur, sine actuali cognitione finis expressa vel confusa quamuis Vazquez disput. 4 ca 2 &. 75. cap. 2. contendat nõ posse inchoari (quod verũ est) nec continuari appetitum medij, sine actuali cognitione finis saltem confusa, dequo alibi. Ad. 4 probationem R. voluntatem moueri quidem ab vtilitate medij, & ideo magis moueri a medio vtiliori, tamen quia tota bonitas cuiuscumq. medij, est relatiua & in ordine ad finem, ratione cuius tantum est amabile, ideo 31
non habere proprie rationem finis; nam de *ad 4.*
ratione finis est exse ipso solo amabilem esse. *1 solutio.*

Ad. 4. vero argumentum R. Medi. q 1. art. *An detur*
1. sententiam illam Scoti, & quorundam alio- *actus neu-*
rum. 1. d. 1. & alibi asserentium dari actum me *ter & me-*
diũ, seu neutrum, qui nec sit circa finem, nec *dius inter*
circa media, & ita nec sit intentio, nec electio, *intentionẽ*
sed in alio prosecutionis genere, esse improba *& electio-*
bilem *nem.*

bilem ac proinde,certam arbitratur opinionem asserentium, non dari actum medium,
2.solu. vel neutrum.Ego vero si fas esset aliquam harum opinionum, quę prosę grauissimos, & plurimos authores&optimas rationes habēt, euidentem censere, potius censerem euidentem eam, quæ ponit actum medium, & neutrum,sed tract 6 disput. 1.sect.8 q.8.dicā, dari actum neutrū formaliter qui tamē virtute erit finis,non solum quia in eo obiecto,scilicet bono abstrahēte a medio,& fine,tunc cōsistit voluntas formaliter, sed etiam, & maxime, quia ille actus virtute habet obiectum disiunctum: qui enim appetit bonem abstrahendo amedio,& fine,virtute appetit habere mediū, vel finem, quia vero in appetitu etiam formali,& determinato medij, virtute continetur appetitus finis,multo magis continebitur in appetitu disiuncti constantis ex medio, & fine, & adhuc multo magis in appetitu omnis generis bonorum, is enim actus virtualiter copulatiue attingit medium,& finem Cū autem amo eam rem,quam scio esse bonam, sed nescio ansit bona propter se, vel propter aliam,virtute etiam amo illam vt finem,maxime si reuera solum sit propter se bona, vel vtroque modo sit bona,&propter se,& propter aliam.Omnes autem isti actus,qui formaliter, & determinate nec sunt medij, nec finis, sunt propter finem virtualiter,quia pendent virtualiter abipso,vt finis est,nec in illis, vel aliquo eorum (verbi gratia in eo,quo medium appeto sciendo esse bonum, sed ignorando an propter se,vel propter aliud)mediū vere est finis vel causa finalis,licet causet actū causalitate reducta ad genus causæ finalis, vt dictum est de medio cognito, & amato formaliter,determinate,& explicite sub ratione medij.

32. Ex dictis concluditur,finem proprie dictū non esse absolute, & simpliciter adæquatum obiectum voluntatis,cum voluntas possit media appetere,quæ tamen proprie vere,& simpliciter non habent rationem finis.

1.Corlar. finis proprie dictus non est adæquatum obiectum voluntatis.

Si obijcias D Tho.in hac. q.art.1. asserentem,finem esse obiectum voluntatis,& videri loqui de obiecto adæquato, tum quia ibi ad.2.dicit,ita se habere ad voluntatem, sicut color ad visum,tum etiam, quia inde infert voluntatem amare omnia sub ratione finis, quia amat omnia sub ratione sui obiecti;quæ consecutio bona non esset,nisi finis esset obiectum adæquatum, extra inadæquatum enim potētia vagari posset.ergo.R.1.D.Th.non loqui de obiecto adæquato simpliciter, sed de obiecto principali, & formali,motiuo,immediato,primario,ac propter se expetibili, sine relatione ad vlteriorem finem, cuius amore appetatur,quod est obiectum adæquatum secundum quid,& cum addito,scilicet adequatum formale,primarium &c.Medium autem est obiectum minus principale, materiale,terminatiuum, secundarium, mediatum, appetibile propter aliud, & ex eius amore. Solutio estCaie.Medinæ,art.1.Valentiæ,disput.1.p.1. Suarez to.1.metaphy.dispu.23. sect 6.nu. 17. Caie.etiam. q.8 art.2.& in idem redit quod ait Conradus,art.1 D.Tho.loqui de obiecto adæquato per se, non per accidens, quale est medium.Non enim voluit esse obiectum per accidens,quasi non in se ipso attingatur a voluntate, quemadmodum substantia, dicitur obiectum per accidens visus quia secundum se non attingitur a visu, cum constet mediū in seipso, & secundum se attingi a voluntate, vt obseruauit Gre.1.d.1.q.1.ar. 2. vers. ad probationem dico, neque mirum,cum medium sit bonum bonitate propria distincta a bonitate finis,& ideo media possunt esse inæqualia in bonitate, licet ad eundem finem ordinentur; sed dicitur obiectū per accidens,quia non perse.primò attingitur,& immediate sed per aliud,nempe per finem, & mediante fine. Et sic D. Tho q.8.art.2.ait media contineri per se sub obiecto voluntatis, quia scilicet secundum se attinguntur,obiectum enim voluntatis adæquatum simpliciter,scilicet bonum in communi,reperitur etiam in medijs,vt obiectum intellectus simpliciter adæquatum reperitur in conclusionibus, quæ ad intellectum se habent, sicut media ad voluntatem,vt eodem loco docet D.Tho.&.1 p.q 5 art.6. bonum alicui,distinguit in honestum,vtile,& delectabile(quod vltimum Anselm.de casu diaboli, capit.4. &.12. appellat commodum) & Aristo.7. ethi. cap. 2. ait, *amabile autem bonum, aut iucundum aut vtile est, atque id vtile videbitur esse,per quod efficitur aliquod bonum* (scilicet honestum) *aut voluptas*, itaque medium dici debet obiectum perse voluntatis, quatenus in seipso attingitur a voluntate, licet obiectum per accidens dici possit, quatenus attingitur ratione finis, imo & finis, cuius, quodammodo etiam dicitur non perse, sed per accidens amari, quia non sibi expetitur, aut quæritur, sed alteri nempe fini, cui, vt colligunt D. Tho. q. 26. art. 4. &.2. 2. q. 23. art. 1. ex Arist. 8. ethi cap. 2. Ex eo autem quod medium in seipso attingatur a voluntate,&quodammodo fit eius perse obiectum,fit non solum à fine, sed etiam à medijs sumendam esse speciem physicam humanorum actuum, vt ar 3.dicemus, quia ab obiecto perse sumitur species, vnde electio differt ab intentione, quia electio versatur circa medium, intentio circa finem, & duæ electiones mediorum etiam ad eundem finem,differunt interse specie exipsis medijs. Ex eo autem quod obiectum primarium,& immediatam voluntatis sit finis,recte colligit.D Tho.

Obiectio.

Solut.1.

omnem

omnem actum voluntatis respicere finem, & consequentur humanam actionem esse propter finem, & in omni actione humana hominem agere propter finem, & ad hoc propositum conducit similitudo, quam adducit de colore, sicut etiam quia color vt comprehendit lucem est obiectum adæquatum visus, nihil potest videri, quin sit coloratum, & participet colorem, & quin videatur color, ita quia finis est primarium obiectum voluntatis, nihil potest appeti, quin homo simul, vel anteq desiderauerit finem, & quin tale appetibile appetatur propter finem.

2.solu. R. 2. Cum Valentia, & Medina D. Tho. loqui de fine late dicto, prout medium comprehendit, finis enim sic sumptus est obiectum simpliciter adæquatum voluntatis. Hæc tamen vsurpatio finis non est propria, vt in hac sectione dictum est.

33. *2.Corolar.* Ex dictis concluditur 2. rationem boni, vt etiam vtile comprehendit, & rationem finis proprie dicti non esse eandem, cum ratio huius finis strictior sit, & minus late pateat, quam ratio illius boni. Adhuc tamen *1.Difficu.* difficultas esse potest, 1. an ratio finis proprie dicti sit eadem cum ratione boni perse, 1. & *2. Diffic.* propter se solum expetibilis. 2. An ratio boni in tota sua communitate, ambitu, seu latitudine sumpti, & ratio finis late dicti, & medium comprehendentis eadem sit. De his difficultatibus, præsertim de prima tractant Molina 1.p. q. 5. ad finem, Caietan & alij cum D. Tho. ibi, art. 4. Alens. 1. p. q. 17. memb. 3. Conimbri. in ethi. disput. 2. q. 1. & 2. phy. cap. 7. q. 21. art. 2. Fonseca, 5. metaphy. cap. 2. q. 10. sectione 4. in fine, Caiet. 1. 2. q. 1. art. 1. Ferrari. 3. contra gentes, cap. 17. rat. 6. Suarez tom. 1. metaphy. disput. 10. sect. 2. num. 1. Vazquez hac q. 1. art. 2. disput. 3. cap. 3.

34. *Circa. 1. difficultatem.* Circa primam difficultatem dico, 1. ratio boni non est eadem cum ratione finis sumpti pro fine actuali, seu actu finalizandi. Molina, Conimbri. & Fonseca, Caiet. Ferrar. Suarez supra, patet, quia Deus ab omni æternitate est bonus, non tamen causa finalis actu causans, quia ab æterno nihil causauit finaliter, maxime enim aliquam actionem suam internam, & æternam: tales autem finalem causam habuisse in superioribus est ostensum, omne tamen bonum propter se expetibile est causa finalis finalizans in potentia, cum posse finalizare, & posse propter se expeti, idem sint, & hoc intendit D. Th. 1. p. q. 5. art. 2. ad. 1. & 2. contra gentes cap. 38. rati. 3. dicens, bonum habere rationem finis, cum habeat rationem appetibilis, & Aristo. 2. phy. cap. 3. tex. 31. & 1. ethi. cap. 2. supponens bonum, & finem esse idem: intelligitur enim, materialiter, non formaliter.

1.Concl. Ratio boni non est eadem cum ratione finis actu finalizãtis.

Secundo dico, ratio boni fundat rationem finis, non solum sumpti pro fine actu finalizante, sed etiam pro potente finalizare. 1. pars asseritur à Molina, Caieta. Conimbri. Ferrara, Suarez, & Vazquez supra, & constat: ideo enim aliquid appetitur propter se, quia est bonum, & conueniens propter se, & sine relatione ad aliud bonum, in hoc autem consistit finalizatio, ergo bonitas, & conuenientia est fundamentum causationis permodum finis. De quo etiam vide Fonsecam, 4. metaphy. cap. 2. q. 7. sect. 8. & lib 5. cap. 2. q. 11. sect vltima in fine, & Suarez supra. 2. vero pars probatur, quia appetibilitas est demoniatio extrinseca à potentia potente appetere vel vt vult Molina est non repugnantia rei, vt sic appetatur, ergo non est de inrrinseca ratione rei, vt est bona, & conueniens, sed passio consequens, vt tenet Molina supra cum Caietano 1. p. q. 5. art. 1. Ferrari. 1. contra gentes, cap. 37. Capreol 2. d. 34. q. 1. art. 3. ad. 2. contra 2. conclusionem. Idem tenent Conimbricenses supra 2. phy. Si dicas bonum ab Aristot. & antiquioribus definitum esse, vt sit quod omnia appetunt, 1. ethi. cap. 1 ergo appeti actu, vel potentia erit de ratione boni. ac proinde esse finem actu, vel potentia. Confirmatur, nam D. Thom. 1. p q. 5. art. 1. & alibi affirmat, rationem boni in appetibitate consistere, ergo appetibilitas est de ratione boni.

35. *2.Concl. Bonum fũdat rationẽ finis.*

Obiectio.

Confir.

Ad argumentum R nonnullis non satis probari illam boni definitionem, quam à veteribus traditam Aristot probauit, præferunt illam, cuius author fuisse perhibetur Diogenes Stoicus, videlicet, bonum est quod est natura absolutum, quam etiam amplectitur Tullius 3. de finibus, & simplicius, in Epictetum c. 5. & si hic paucis mutatis aiens, bonum esse, quod secundum naturam cuiuslibet est, quatenus suam obtinet perfectionem. Ploti. autem AEnead. 6. lib. 7. cap. 19. censet, bonum definiendum, vt sit participatio primi boni, quod ex se bonũ est. Alij iuxta. Diony. c. 4. diuin nomi. & D. Tho. 3. contra gentes, c. 24. Duran. 2. d. 34 q. 3 de ratione boni, putant esse, vt sit diffusiuum sui.

Adobiect. R. Variæ bonidifinitiones.

Non est tamen, cur illa antiquorũ definitio à nobis reijciatur, quam communis Peripateticæ, & Theologicæ scholæ consensio cõplexa est, sed ad vberiorem eius explicationem, & argumenti solutionem sumendum hic erit, ex Caieta. Capreo. Ferra. Vazquez, Molina locis indicatis, & Conimbri. 1. ethi. disput. 1. q. 1. art. 2. (& si alij secus opinantur) bonum ex sua ratione formali significare relationem conuenientiæ: ad hanc conuenientiam consequitur appetibilitas,

36. *cõmunis definitio boni explicatur.*

vt propria affectio habens sese ad bonum, vt ad colorem visibilitas; sicut enim color visibilitatis fundamentum est, ita bonum appetibilitatis, quare si bonum ex sua ratione formali spectetur, definiendum erit id, quod cuique conueniens est, si vero expendatur secundum proprietates, quæ ipsum consequuntur, quarum vna est appetibilitas, recte describetur id quod ab omnibus est appetibile, seu (nã eodem recidit) quod omnia appetunt, vnde iam liquet prædictam boni definitionem aptam, idoneamq, esse, licet nõ à priori, sed à posteriori tradita sit, vt annotauit D. Th. 1. ethi. ad initium Conimb. loco nuper citato, & Molina supra, cum Caiet. & Ferra. docens, sic esse intelligendum, quod in confirmatione argumenti ex D. Tho. retulimus: vel vt ijdem docent, appetibile fundamentaliter seu pro fundamento idem prorsus esse cum bono, & boni rationem includere, licet formaliter sumptum sit passio boni, cæterum Eustrat. alijq. nonnulli credunt, eam definitionem boni nõ competere in bonum vniuerse sumptum, sed in supremum dumtaxat, summumque bonũ, quod est Deus. Pro qua sententia facit, definitionem debere competere omni contento sub definito, non autem de omni bono, sed solum de diuino, dici posse illud ab omnibus appeti. Nobis in primis videtur negandum non esse, eam definitionẽ suo modo accõmodari posse summo bono, vt ad eum locũ D. Tho. obseruat, nam cum omnibus rebus ingenita sit inclinatio ad bonum, omnisq. actio in bonum feratur, & omne bonum sit qnædam summi boni participatio, consequens est, vt omnia saltem virtute, & implicite in summũ bonũ tendant, quasi amore concupiscentiæ. Quod docet D. Augustin. 11. Trinit. ca. 6. Boet. 3. de consolatione prosa. 2 & cum D. Thom. in hac. q. art. 6. dicemus disp. 7. sect. 5. idemq. docent Capreo. 1. d 1. q. 1. art. 1. Caiet. 1. p. q. 82. art. 2. & alij D. Tho sectatores. & præterea quodam quasi amicitiæ amore omnia Deum amare videantur, id est eius gloriam aut perfectiones appetere. Verum quia ratio illa appetendi implicite & virtute deum, recondita est, & non admodum propria, quia id magis est appetere dona Dei, vel Deum esse, vt dona conferat, quã ipsum Deũ, atq. adeo definitioni minus apta, non videtur de illa intelligẽda proposita definitio. Ac quòd ab Ariist. in eum sensum nequaquam accepta fuerit, ex eo ostendi potest, quia eodem cap. quo definitionẽ hanc tradit, explicans, quanam ratione omnia appetant bonum, & quodnam bonum id sit, docet ex finibus, & bonis, quæ aptuntur alia amabilia esse, alia minus amabilia. Itaque nomine boni, quod appetitur, non summum bonum dumtaxat, sed alia etiam peculiaria bona designat. Nec obstat ratio in contrarium adducta, licet enim definitio illa singulis bonis primò nõ competat, quia singula bona non omnibus rebus appetuntur, bono tamen in cõmuni proculdubio competit, hoc enim expetunt omnia, singula autẽ bona ab aliqua, vel aliquibus rebus appetuntur, vnde bonis particularibus aptari potest ea difinitio si dicamus, bonum est, quod ab aliquo appetitur: quo etiam pacto 1. phy. definitio illa principiorum principia sunt, quæ nec ex sese, nec ex alijs, sed ex ipsis sunt omnia, principijs tantum in communi cõpetit, sed principijs particulatim sumptis accommodatur, dicẽdo principium est ex quo aliquid fit, vel constat. Quod vero attinet ad definitionem boni ex Diogene traditam: bonum est id, quod natura absolutum est, dicendum, eam potius esse definitionem perfecti, seu boni in se; quam boni alijs. Si quidẽ idrite perfectum appellamus, quod qua tale, absolutũ est in sua natura, seu vt alij aptius declarant, cui nihil deest, vel simpliciter, vel in suo genere. Itaq, bonum in se, & perfectũ, licet apud Theologos, & Philosophos idẽ sint, tamen bonũ in se, & bonum alicui differunt maxime secundum formalẽ rationem, bonũ enim alicui dicit relationem conuenientiæ respectu alicuius, bonum autem in se, vt & perfectum dicit negationem defectus simpliciter, vel in suo genere, vti iam explicuimus. Plotini definitio bono tantũ creatu conuenit, siue illud sit bonũ in se, siue bonum alicui: difinitio autẽ Dionysij solũ tradita videtur de bono permodũ causæ efficientis extrinsecæ, seu per modum benefactoris, nos autẽ loquimur de bono permodum formæ, vel obiecti cõueniẽtis, si tamen de omni bono intelligatur diffinitio intelligenda est sub aliquo ex quatuor generibus causarum Sub genere causæ finalis se diffundit finis quatenus allicit: & metaphorice mouet appetitum. Sub genere causæ efficiẽtis diffundit se lux lucem aliam producẽs. Sub genere causæ formalis forma, vel actus, vt forma se communicat materiæ, & subsistentia, vel existentia diuina humanitati Christi. Sub genere causæ materialis, materia recipiendo, fouendo, & sustinendo formam, & subiectum accidentia.

37. *Aliæ diffinitiones boni explicãtur.*

Ex his patet ad 2, difficultatem, sicut enim bonum, quod ratione sui est bonum, & conueniens, nõ est idem omnino cum appetibili propter se formaliter sumpto, sed hoc est illius passio, vt visibile hominis, visibile coloris, audibile soni, ita bonũ, quod cõuenit absolute, & simpliciter siue ratione sui, siue alterius nõ est idẽ omnino cũ appetibili in comuni, & abstracto ab appetibili propter, & se propter aliud, sed hoc est passio illius, v tcolligitur ex autho-

38. *2. Difficultatis enodatio. Quomodo bonum & appetibile idem.*

authoribus citatis,& ex rationibus adiectis in 1 difficultate. Et hæc circa duos priores articulos huius quæstionis dixisse sufficiat.

Articulus tertius. Vtrum actus humani habeant speciem ex fine?

Disputatio septima. De specie quam Actus humani ex fine sumunt.

1. ACtus humani, vt ex superioribus constat, quidam sunt eliciti, quidam imperati à voluntate; in eis autem duæ species considerari possunt, physica, & moralis. Physica est quam habet actus ex natura sua, etiã si libere non fieret, moralis autem est, quæ in libertate fundatur, proprer quam actus est dignus laude, vel vituperio. Distinctio habetur ex Arist. 1. ethi. cap. 13. vbi ait: *cum de moribus loquimur, non sapientem, aut perspicacem, sed mansuetum, aut temperantem aliquem dicimus.* Expressius autem has duas bonitatis, vel malitiæ species ponit Scotus quolib. 18. in principio, & vtramque attingit D. Tho. in hoc articulo. Nam in argumento sed contra, plane agit de morali, quam ad. 3. in actibus externis plane docet distinctam esse à specie naturæ; an vero id semper contingat in actibus elicitis voluntatis magna concertatio erit q. 18. & 19. Physicam vero solam videtur respexisse in corpore articuli, quamuis virtute etiã moralem attigerit, quia ex naturali plerumq; oritur, & licet disputatio de his speciebus magis spectare videatur ad tractatũ de humanis actibus in esse naturæ, & ad aliũ de eisdem in esse moris, tamẽ quia etiam spectat ad tractatũ de fine, ideo non debuit penitus hic prætermitti, sed saltem perfunctorie tradi, reseruatis multis in alia loca. Hoc D. Tho. imitantes præstabimus.

Sectio prima. Vtrum actus voluntatis elicitus, qui habet pro obiecto finem, recipiat speciem physicam ab illo.

2. Pars negatiua probatur argumentis. 1. Arg. Confi. PArs negatiua his argumẽtis suaderi potest: 1. nam quælibet res speciem suam sumit ex aliquo intrinseco, videlicet ex sua essentiali differentia, sed finis non est differentia, aut aliquid intrinsecum actui habenti illum pro obiecto, ergo non dat illi speciem. Confirmatur, quia quod dat speciẽ rei existenti, debet esse res existens, finis autẽ nõ existit, quando existit actus, cuius est obiectũ, imo aliquando talis est, vt de potentia naturali, & ordinaria, vel etiam de potentia absoluta existere non possit ergo non dat illi speciem. Si dicas hæc probare, finem ipsum non dare speciem per se, sed per habitudinem quã actus habet ad ipsum, tanquam ad obiectum, itaq; sumere speciẽ ex fine, esse sumere speciẽ ex habitudine ad finem. Contra, quia habitudo actus ad finem est relatio quædam, relatio autem non est de essentia absoluti, ergo. Præterea, quia vel finis est causa talis habitudinis, vel non, si non, ergo non dat illam habitudinem actui, & consequetur nec speciẽ, quæ ex illa habitudine sumitur. Si vero finis est causa illius habitudinis explicandum est, in quo genere causæ illam causat, & causare debet, vt actui speciem dare rite dicatur. Solutio. Replica. 1. 2.

2. Suadetur pars negans, quia si actus sumit speciem ex fine, quando est eius obiectũ, ergo omnes actus voluntatis, qui habent pro obiecto eundem finem, sunt eiusdem speciei: consequens est falsum nam amor, & intentio finis, & delectatio de ipso sunt actus specie distincti. Item amor, vel spes naturalis, & supernaturalis, licet habeant eundem finẽ pro obiecto, differũt specie, quia sequuntur cognitiones diuersorũ ordinũ, & actus appetitus sensitiui, & intellectiui, similiterq; humanæ, & Angelicæ voluntatis differũt interse specie, ex cognitionibus diuersarum potentiarum, quas cõsequuntur, ergo non omnes actus, qui habẽt eundem finẽ por obiecto, sunt eiusdẽ speciei. 2. Argu.

3. Si aliqua ratione id esset verum, maxime ratione D. Tho. quem credibile est, ad hãc veritatẽ comprobandã vrgentiori ratione vsum fuisse. sed ratio D. Tho. est nulla, ergo. Minor probatur, nam ratio D. Tho. est, quia motus, siue spectetur vt actio, siue vt passio, speciẽ sumit ab actu, actio quidẽ ab actu, qui est principiũ agẽdi, passio vero ab actu qui est terminus motus nostri, sed actus humani habẽtes pro obiecto finẽ, vt fũt actiones, procedũt ab ipso fine, vt à principio actiuo, vt autem sunt passiones, habẽt pro termino finẽ, ergo vtroq; modo sumunt speciẽ à fine. Hęc autẽ ratio nõ in paucis videtur deficere, 1. quia ait, motũ vt actio est, specificari a principio actiuo, quod si verũ esset, illuminatio, calefactio, & exiccatio, & liquefactio essẽt actiones eiusdẽ speciei, quia sunt ab eodem principio actiuo, nẽpe lumine solis, vel calore ignis, quod male aliqui admittũt, quia actiones, quibus respõdent termini, & passiones diuersæ specie, diuersæ specie fũt: & è cõtra fieret, vt calefactiones quæ fiũt lumine solis, calore, & motu, essẽt specie diuersę, quia à diuerso principio actiuo consequẽs est absurdũ, ergo propositio illa D. Tho. est falsa. Qnod etiã ostẽdi videtur ex illo axiomate receptissimo: actio sumit speciẽ ex termino per illã producto, sed obiectum finis, vel princi- 3. Argu. Obijcitur. cõtra D. Th. rationẽ

pium actiuum non est terminus productus per actionem voluntatis, ergo talis vt actio est, non sumit speciem ab illo.

2. Ratio. 2. Quia D. Tho. ait, motum vt passionem specificari ex termino, quod vel intelligitur determino per talem passionem recepto, vel cognito, vel amato, si. 1. ergo non ex obiecto, vel fine, sed ex quadam qualitate producta per actum voluntatis, vt actio est, & recepta per illum, vt passio est, specificatur ipse actus voluntatis. Si vero 2. dicatur, videtur falsa propositio, nam calefactio passiua in qua ponit exemplum D. Thom. ex qualitate, quæ per eam recepta est, & non ex alio termino (quia vere nullum habet) specificatur.

3. Ratio. 3. D. Tho. ait, obiectum, & finem actus nostræ voluntatis esse principium productiuum illius, quod multi negant, & si verum esset, tãtum concluderet specificari actũ à cognitione, quia finis, & obiectum non concurrunt effectiue ad actum voluntatis, nisi cognitione, tanquam ratione agendi, vt in superioribus ostensum est, & sic erit dicere, omnem actũ, qui procedit ab eadem cognitione esse eiusdem speciei, & qui à diuersa, diuersum. Quod nec videtur verum, nec à D. Tho. intentum, ergo ratio eius nulla est, & certe mihi propter hæc argumenta semper visa est difficillima, & vt plurimum concludit, finem dare speciem actionibus nostris, vt sic, non quatenus finis, sed quatenus principium actiuum, licet passionibus nostris, vt sic, speciem det vt finis. Adde, rationem hãc tantũ probare de actibus habentibus pro obiecto finẽ. Sunt autem alij actus humani, qui habent pro obiecto medium, & non finem, & alij habentes pro obiecto id quod est oppositum fini, vel medio, & alij, qui non habent pro obiecto finem, nec medium, vt actus imperati, qui, vel sunt media, vel alia habẽt obiecta à medio, & fine, ergo male colligit vniuersaliter, vel indefinite, & indistincte actus humanos habere speciem ex fine.

3. Conclusio. Nihilominus dicendum est, actus humanos elicitos à voluntate) & idem est de actibus elicitis, qui non sunt humani) habentes pro obiecto aliquem finem, ab illo capere suã speciem physicam, vel naturalem. Ita re vera sentiunt D. Th. Caiet. Conra. Medin. Valent. & alij in hoc articulo, & communiter omnes doctores varijs locis, & generaliter actus distingui per obiecta docẽt philosophi 2. animæ, c. 3. & 4. D. Tho. Caiet. & alij eius sectatores 1. p. q. 77. a. 3. Vt autẽ res ista melius intelligatur, & probetur, obseruandum est, 1. D. Th. hic, & 1. p. q. 77. art. 3 actus nostros sub duplici tantum ratione considerasse, videlicet vt sunt actiones, vel passiones, potuisse tamen addere in actibus, qui ad potentias cognoscitiuas, & appetitiuas pertinent, tertiam considerationem, scilicet qua spectantur vt qualitates, per actiones enim potentiæ appetitiuæ, & cognoscitiuæ spectantes ad genus actionis producitur in potentia qualitas quædã quæ etiã actio, seu actus animi vocatur, terminus autem productus per actum potentiæ vegetatiuæ, non dicitur actus, nec actio, sed est substantia totalis vel partialis, vel quantitas. Recte ergo Valentia in hoc articulo, seu disputatione 1. puncto. 3. ait, humanum actum secundum varias considerationes in triplici esse genere; est enim actio, & passio, & quædam etiam qualitas; actio, quatenus est quid ortum ab actiua potentia: passio, quatenus est quid in eadem potentia receptum; qualitas vt afficit certo quodammodo potentiam, qui modus non videtur commodius explicari posse, quam per analogiam ad potentiam, & habitum. Vt enim de his qualitatibus nihil fere aliud cognoscimus, quam quod perficiunt subiectum per ordinem quẽdam quem habent ad obiecta, quiquidẽ consistit in quadam veluti cognatione huiusmodi qualitatum cum obiectis, quam aliæ res cum illis non perinde habent, ita de actu quolibet, vt qualitas est, satis est intelligere perficere subiectum per vlteriorem quendam ordinem, & magis immediatum, quo attingimus idem obiectum potentię, vel habitus, à quo actus est elicitus. Quia vero actus natura sua huiusmodi est, vt subito transeat, & perpetuum influxum potentiæ, imo & obiecti requirat ad sui conseruationem, non est in eadem specie, qua habitus, & multo minus qua potẽtia, sed in alia peculiari, quæ dicitur dispositio, vt patet ex Aristo. in prædicamentis cap. de qualitate. Hęc eisdem fere verbis Valent. cui hac in re consonat Scot. quodlib. 3. di censactum intelligẽdi, et amandi esse qualitatem productam aliqua actione de genere actionis. Idem docet 1. d. 3. q. 7. § ad auctoritatẽ & D. Tho. 1 p. q. 34. ar. 1. ad. 3. dicens, in intellectione originem nõ importari, quod falsum esset, si intrinsece esset de genere actionis, vel passionis. Cum vero Aristo. 10. ethi. cap. 3. ait fœlicitatem, & alias operationes virtutum nõ esse qualitates, solum vult, non esse puras qualitates, quia sunt etiam actiones de genere qualitatis, & de genere actionis.

4. Obseruatio prima. 2. Obseruandum est actus animæ siue cõsiderentur vt passiones, siue vt actiones immediate, & intrinsece specificari ex termino intrinseco, qui per eas producitur, vel recipitur, qui in actibus potentiæ cognoscitiuæ, & appetitiuæ, vt diximus, est qualitas, quæ etiam actio, vel actus animæ nuncupatur. Generale enim est omni productioni actiuæ,

5. Obserua. 2.

vel

vel passiuæ specificari ex termino per eam producto, vel in ea recepto, non quidem ex illo solo, sed ex illo potissime. Interdum enim, seruata termini identitate actio, & passio, ex modo inducendi: vel recipiendi terminum diuersa est, vt productio caloris per alterationem, creationem, & conuersionem, diuersæ speciei est. Quia tamen ea qualitas etiam specificatur ex obiecto, quod est terminus non productus, sed cognitus, vel amatus, ea qualitate, seu actione, & passione, ideo D. Thomas, & alij speciem actus nostri, siue vt actio de genere actionis, siue vt passio de genere passionis consideretur, ex obiecto desumunt. Quod non ita intelligendum est, vt à solo illo species actus sub triplici dicta consideratione desumatur, sed quia ab eo potissime, & quia illud per se variare potest speciem actus, & suficit ad eius variationem licet non sit omnino necessarium. Nam alia quoque eam variare possunt, vt forte diuersitas potentiæ, etiam si alia essent omnino eiusdem rationis posset variare actus intellectus, & voluntatis, saltem pertinentes ad ordinem naturæ: variare etiam potest modus attingēdi obiectum ipsum, eadem enim propositio varijs modis cognita varijs speciebus cognitionis attingitur, silicet fide humana, vel diuina, opinione, scientia hac, vel illa, &c. Hæc tamen distinctio quodammodo petitur ab obiecto, sumitur enim ab illo varijsmodis proposito, & similiter actus voluntatis, qui versantur circa medium non sumunt speciem a solo obiecto, secundum se, sed vt proponitur sub hoc, vel illo fine, & amatur in ordine ad hunc, vel illum finem. In actibus etiam, qui circa ipsum finem proprie dictū versantur, species nō sumitur à solo ipso fine secundū se, sed etiam ab illo secundum variam eius rationem, seu statum: videlicet vt absens, vel præsens, vel abstractus à præsentia, & absentia, & forte vt arduus, vel non arduus, & vt cognitus hoc, vel illo modo, scilicet cognitione intellectuali, sensitiua, naturali, vel supernaturali.

6. Ratio eorum, quæ dicta sunt.

Ratio autem horum omnium est, quia quæcumque differentia intrinseca, & communis pluribus indiuiduis est specifica, & speciē constituit, atque distinguit, saltem si sumitur ex aliquo comuni, vt latius dicetur tracta. 7. sect. 9. conclu. 4. Actum autem versari circa tale obiectum ob talem, vel talem finem, sic, vel sic cognitum, est differentia quædam intrinseca sumpta ex aliquo communi, & ipsa est communis, multis indiuiduis, per quam distinguuntur ab alijs multis, ergo est differentia essentialis, & specifica, siue secundum speciem atomam, siue sub alternam. Neque dici potest habitudinem, & relationem seu ordinem ad obiectum non esse quid intrinsecum, & substantiale actui, sed accidentale, & extrinsecum. Nam reuera respectus, & relationes actuum, potentiarum, & habituum ad sua obiecta intrinseci sunt, & substantiales, sunt enim transcendentales, à quibus res ipsæ nec re, nec intellectu diuelli possunt, sicut nec ordo ad materiam potest re, vel intellectu separari à forma nec ordo ad formam potest separari vllo modo à materia nec ab accidenti ordo eius ad subiectum, &c, Ita docet Med. hic, & Valent. atque Conrad. idem Caieta. hic, & magis id exprimit 1. p. q. 77. art. 3. imo D. Tho. vtroque loco, maxime vero hic ad. 1. dicens, habitudinem ad finem, seu obiectum esse de ratione & definitione actus nostri, siue consideretur vt actio, siue vt passio. Adde, siue vt qualitas. Et similiter sentiunt isti, ordinem potentiæ, vel habitus ad actus, vel obiecta esse intrinsecum, & essentialem Quod etiā docet Tolet. 2. animæ q. 8. Alex. Aphrod. & Niph. ibi tex. 33. Marti. ibi ad c. 4. q. vlt. Burida. q. 9. & 10. ad finē Molin. in cō cordia dis. 38. Capreol. 13. d. 13. ad arg. Aureoli. contra 1. conclusio Henricus quodlib. 5. q. 14. litera, H, licet Scotus 2. d. 16. q. vnica & latius quodlib. 13. sentiat ordinem illum esse extrinsecum, & accidentalem. Quam sententiam Tolctus supra tribuit Henrico, quodlib. 1. q. 12. Ianduno, 2. animæ q. 8. Caietano Thienensi ibi tex. 19 & 33. asserentibus, potentias distingui per actus, & obiecta extrinsece accidentaliter, & quoad nos, & veluti per causam finalem. Quopacto etiam loquuntur Marcell. 1. animæ cap. 13. Apollin. 2. animæ q. 8. ar. 1. Philop. & alij tex. 33. imo Burid. quæstionibus citatis, vnde forte solum intendunt, actus, & obiecta secundum se non distinguere intrinsece ipsas potentias. Si tamen isti, vel alij Scoto acquiescunt (vt videtur acquiescere Ocham quodlib. 1. q. 18.) audiendi non sunt, aduersantur enim Arist. 2. animæ tex. 33. & 2. ethico. tex. 16. docenti potentias per ordinem ad actus, & obiecta definiendas esse: sic etiam omnes docēt, & definiunt potentias, & habitus, itemque actus per ordinem ad obiecta nec aliquid inueniunt magis intrinsecum per quod definiri debeant, aut possint, vnde etiā potentiæ intrinsece dicuntur ordinari ad operationes tanquam ad finem (quem appetunt appetitu intrinseco, & innato) vt etiā colligitur ex Arist. lib. de somno, & vigilia, & 9. meta. tex. 15. & alioqui saltem Angeli possent potentias, & habitus cognoscere sine ordine ad actus, & ipsos actus sine ordine ad obiecta. Deinde sicut non repugnat dari entitatem, quæ sit purus ordo ad terminum vere existentem, quæ entitas vt plurimū est de categoria ad aliquid, ita nullo modo videtur repugnare dari entitatē

Ordo actus ad obiectū est ei intrinsecus & essentialis.

quæ sit purus, vel mixtus ordo ad terminum aliquem possibilem, vt materiæ ad formam, formæ ad materiam, seu effectum formalem, subiecti ad accidens, accidentis ad subiectum, vel in hærentiam, potentiæ, vel habitus ad actum, actus ad obiectum, vel finem, &c Ordo autem ad terminum tantùm possibilem non est de genere ad aliquid, ergo erit de genere aliquo absoluto, & sic erit qualitas, aut aliud absolutum, & sic aliquid absolumtum dicit intrinsece ordinem ad aliud, nihil autem potiori ratione quam actus ad obiectum, ergo.

Confi. 1. Confirmatur 1. nam Aristot. 5. metaphy. cap. 15. inter relationes numerat eas, quæ sunt inter potentiam actiuam, & passiuam, vt calefactiui ad calefactibile, & e contra, quas esse transcendentales, & intrinsecas potentiæ actiuæ, & passiuæ multi docent, & similiter scientiæ ad scibile, cuius etiam meminit Aristo. ibi, nam ad rem nõ existentem relatio prædicamentalis esse non potest.

Confir. 2. Confirmatur 2. nam anima non potest vllomodo quiditatiue definiri, nisi per ordinem ad corpus, vel actus seu potentias, ergo signum est, talem ordinem esse essentialem, imo totam eius essentiam, & idem est de multis alijs absolutis, ergo de essentia obsoluti potest esse ordo aliquis.

Confir. 3. Confirmatur 3. contra Scotum, nam illa 6. vltima prædicamenta putat esse puras relationes, quas ab illis quę sunt de genere relationis solum discernit, quòd hæ sunt intrinsecus aduenientes, illæ extrinsecus, ergo etiam potuit in genere substantiæ qualitatis, & quantitatis intrinsecas relationes cognoscere in aliquo diuersas a cæteris. Et quis obsecro dicat punctum non dicere intrinsece ordinem ad lineam, lineam ad superficiem superficiem ad corpus, figuram ad quantitatem, habitum ad potentiam, durationem ad rem, quæ illa formæliter durat & sic de reliquis? ergo actus intrinsece includit respectum, adeo vt vox respectus ad similitudinem, & alias eiusmodi formas per translationem à visione deriuata videatur.

Confi. 4. Confirmatur 4. alioqui enim scientia, & amor Dei & potentia actiua ad intra, & extra non respicerent creaturas relatione reali, quod videtur inconueniens. Sequela patet, quia si nõ est intrinseca, erit accidentaria, ergo rationis, & non realis.

7. Ad argumãta partis negatiuæ ad 1. arg. ad 1. repli. Vnde ad 1 argementum dico bene ibi responsum esse, & ad 1. instantiam R. relationem transcendentalem de essentia absoluti esse posse, imo interdum totam absoluti essentiam: in quo autem transcendens relatio a prædicamentali differat, non est huius loci examinare, & in prædicamentis tradidimus.

ad 2. repli. Ad 2. autem instantiam seu replicam R. finem esse causam talis habitudinis in triplici genere, scilicet causæ finalis, efficientis, & formalis extrinsecæ. Duo priora genera iam superius exposuimus, tertium autem genus causalitatis, licet in illis fundetur, distinctum est. Et in alijs actibus nostris seorsum inuenitur, cum enim per species non productas ab obiecto ipsum cognosco, ad eam cognitionẽ obiectum nõ cõcurrit actiue perse mediate, aut immediate, nec cõcurrit per modum finis, intellectus enim nõ cognoscit rem sub ratione boni: tamen concurrit in genere causæ formalis extrinsecæ terminãdo respectum actus, & specificando illum, & clarius hoc cernitur in respectu potentiæ specici, vel habitus ad actum, & obiectum, solum enim pendet ab obiecto, quasi a forma extrinseca, & cum non pendet ab actuali existentia obiecti iam exercita, non est proprie dependentia ex parte respectus, nec causalitas ex parte terminantis respectum, quia causa est ad quam sequitur aliud, & sic debet præcedere in aliquo modo essendi ipsum effectum. Ex quo intelligitur, scientiam Dei non pendere à creaturis, quas Deus cognoscit, licet enim eas saltem vt possibiles respiciat respectu reali transcendentali, qui non esset, si ipse non essent futuræ, vel saltem possibiles, tamen quia non requirit respectus ille præexistentiam creaturarum, non dicitur ab illis pendere, & sic in alijs multis exempla adhiberi possent. Quando autem specificare, & terminare respectum aliquem conuenit rei secundum aliquem modum præexistentiæ, dicitur res, vera causa formalis extrinseca, & talis est finis, quia secuudum esse apprehensum præexistens in apprehensione, & secundum ipsam apprehensionem realiter existentem respicitur intrinsece ab actu voluntatis, & sic ipsum specificat per modum veræ causæ formalis, & causalitate fundata in vi causandi actiue, & finaliter.

8. ad 2. arg. Ad 2. argum. R. probare quod diximus, nempe, vnitatem obiecti, & finis in actibus habentibus finem pro obiecto, non sufficere ad eorum vnitatem, licet varietas obiecti sufficiat ad varietatem specificam talium actuũ, & licet in aliquibus exemplis allatis ab argumentante, non sit prorsus idem obiectum adæquatum, nam bonum simpliciter, & contractum ad præsens, & absens non prorsus est idem obiectum, similiter nec arduum, & non arduum: et in alijs exemplis non agitur de actibus voluntatis nostræ,

stræ, sed de actibus diuersarum potentiarum, cum tamen D. Thom. de actibus tantum voluntatis nostræ dixerit, speciem sumere ab obiecto, ideſt esse eiusdem speciei, si idem obiectum respiciant, saltem eodem modo.

9. Ad 3. arg. et ad rationes adductas contra D. Tho.

Ad. 3 R. rationem D. Tho. optimam esse si recte intelligatur, vt patebit soluendo obiectiones, quæ contra illam fiunt. Ad. 1. R. illam propositionem, actio vt actio specificatur a principio actiuo, quam habet etiam de potentia q. 10. art. 2. &. 1 d. 13 q. 1 art. 2. 1. p q. 73. art. 3. infra. q. 18. art. 5. &. 72. ar. 3. à quibusdam exponi, vt verum habeat in actionibus humanis, in quibus idem est obiectum seu finis, & principium actiuum, non vero in alijs. Ita Medi. Sed expositio hæc non est ad mentem D. Tho. quia ipse in alijs actionibus exempla ponit.

Ad. 1. f. solutio.

Reijcitur.

2. solutio. Alij ex ponunt de actionibus potentiæ, quæ partim est actiua, partim passiua, quales sunt intellectus, & voluntas, sensus, & appetitus sensitiuus, quæ patiuntur ab obiectis, vnde earum actiones abaliquo principio actiuo, scilicet obiecto, specificãtur, sed neque ista expositio placet, quia D. Tho in calefactione, & frigefactione exemplum ponit, quæ tamen actiones a potentia pure actiua oriuntur.

Reijcitur.

3. solutio. Alij exponunt, actiones specificari à principio actiuo ad illas perse ordinato, non ab alijs, & quia lumen non ordinatur perse ad calefaciendum, & calor ad exiccandum vel liquefaciendum, id eo calefactio non specificatur a lumine, nec exiccatio, vel liquefactio à calore. Ita etiam Medi. Sed non placet, quia forte sunt aliquæ qualitates in mixtis & in fluentiæ in cælis ordinatæ per se ad calefaciendum, & frigefaciendum, &c. à quibus non videtur species sumi, item iuxta hoc magis deberet inferre D. Tho. actus humanos specificari à voluntate, quam ab obiecto, & fine, quia obiectum, & finis non ordinantur perse ad illos sed potius potentia.

Rejicitur.

4. solutio Alij explicant, specificari a principio actiuo manifestatiue quia vnitas, & distinctio actionũ per principia actiua manifestatur, vt per signa quædam, & a priori. Sed nec ista expositio est ad rem, tum quia improprie diceretur aliquid ab eo esse, a quo manifestatur, tum quia adhuc est difficultas, quomodo vnitas, & distinctio specifica actionum sit ex principijs actiuis manifestatiue, cum eadem actio possit esse a principijs diuersis specie, & plures ab eodem.

Reijcitur.

5. solutio. Alij exponunt, speciem sumi a principijs actiuis, tanquam ex causis, cum enim dent esse in suo genere, etiam dabunt vnitatem, & distinctionem. Sed nec ista expositio placet, quia sic potuisset dicere D. Tho. actionem sumere speciem ab ominib u suis causis & non tantum aprincipio actiuo.

Reijcitur.

Vazquez in hac. q. art. 3. ita explicat, vt illa propositio D. Thom. generaliter sit vera in actionibus immanentibus ex D. Thoma. 1. p. q. 77. art. 3. item in transeuntibus vniuocis, non in alijs. Vnde D. Thomas ibidem ait, ex his duobus actio speciem accipit, scilicet ex principio, & fine, seu termino, & per principum non solum intelligit causam efficientem, sed finalem, vt colligitur ex. 1. p q. 105 a. 5 vbi omnes causas præter materiam, dicit, posse esse principia actionum, cui explicationi obstat, sermonem D. Thomæ esse vniuersalem.

6. solutio. reijcitur.

His ergo sensibus omissis, quorum aliquos retulit, & reiecit Conradus hic: Dico. 1. Verum & legitimum sensum illius propositionis esse, actionem specificari à principio actiuo, non vt cumque sed quatenus virtute continet intrinsecum terminum actionis, qui per actionem, tanquam primarius terminus eius producitur, perinde enim est a principio actiuo ea ratione considerato specificari, & a termino, seu forma producta per actionem. Expositio est consona Ferarien si. 2. contra gentes cap. 1. § .& si aliquando.

10 1. solutio. Authoris.

Dico. 2. & melius, legitimum sensum esse, actionem productiuam vt sic, specificari a principio actiuo, non ab omni, sed ab eo tantum, quod perse, & intrinsece respicit; quia omnis terminus, ad quem res aliqua dicit respectum intrinsecum specificat rem, si est respectus communis pluribus individuis, quia ergo actus voluntatis. vt actio est, intrinsece respicit obiectum, vt principium actiuũ, actione proprie, & metaphorice dicta, ideo ab eo vt sic specificatur, & fortasse etiam specificatur quodammodo à potentia, quia ita illam respicit intrinsece, vt sit de eius ratione non solum esse a voluntate, sed etiam ab humana saltem connaturaliter: nec est circulus vitiosus, si actus specificentur à potentia. & e conuerso, sic enim materia, & forma mutuo se specificant & relationes secmdum eos, qui tenent ad relatiuũ, vt sic, terminari: actus ergo à principio actiuo, quod intrinsece respicit specificatur. Et similiter calefactio actiua specificatur à calore formali, vel virtuali, seu à vi caleficiendi, quam intrinsece respicit, non tamen a calore formali, luce, motu, vel alijs virtutibus calefaciendi speciatim sumptis; quia non postulat intrinsece hanc, vel illã vim calefactiuã determinate, sed disiunctim: calefactio autem, illuminatio, exiccatio, & liquefactio, licet essent perse ab eodem principio effectiuo totali (quod forte non est ita) tamen adhuc erunt distinctæ actiones, quia respiciunt illud in trinsece sub diuersa

2. solutio Authoris.

uersa ratione. Vna enim illud respicit vt calefactiuum, alia vt lique factiuum &c. & (quod inidem recidit) quia terminus intrinsecus productus vna harum actionum est specie distinctus à producto per aliam. Et quamuis D. Tho. specificationem actus voluntatis, vt actio productiua est, à qualitate per eã producta sumere potuisset, tamen placuit ei illam ab obiecto sumere, vt principium actiuum est. Quia etiam ipsa qualitas ab obiecto secundum illam rationem specificatur, eo quòd illud secundum eam rationem respicit intrinsece, & sic pro eodem reputatur, specificari ab illa qualitate, & ab eius obiecto, sed posteriori modo radix vera specificationis ipsius actionis explicatur: & præterea vnitas specifica actus non ab vno tantum, sed a pluribus sæpe dependet, eo quòd actus intrinsece respicit plura, & sic non est difficile intelligere, quomodo, & à qualitate producta, & ab obiecto, ac fine pendeat.

1. Ad.2.rationem. Ad 2. rationem R. propositionem. D. Thomæ intelligi de termino, quem intrinsece respicit passio, siue is sit receptus per passionem, vt in calefactione, siue cognitus, vel amatus, vt in actu intellectus, vel voluntatis, quamuis in hoc etiã sit terminus receptus, aquo etiã species passionis sumi posset, sed hic etiam à termino amato, vel cognito speciem sumit, vnde tandem tota specificatio ad obiectum ipsum & finem in actibus humanis reducitur, propterea illius tantum meminit D Tho & quia hic de fine tantum agebatur, quo circa satis fuit dicere, ab illo sumi speciem humani actus, nec oportuit explicare, an etiam aliunde sumi posset.

12. Ad tertiã rationem Ad. 3 R. D. Thomam locutum fuisse in vera, & propria opinione, quæ fini tribuit veram efficientiam. Sed licet solum ageret metaphorice, (vt alij volunt) daret speciem actioni, quia actio intrinsece respicit finem, vt metaphorice agentem. Et quia actio metaphorica non tribuitur apprehensioni, vt rationi agendi, sed esse apprehenso, non erit idem dicere, actum specificari ab obiecto, vt principio actiuo, & specificari ab eius cognitione, quod tamen vltimum vere quoque diceretur hoc sensu, non vt quæuis diuersitas cognitionis sufficiat ad diuersitatem actus, sed ea tantum, quam intrinsece respiciunt, ipsi actus. Recte ergo ostendit D. Tho. actus habentes pro obiecto finem ab illo specificari: eademque ratio probat, omnem actum elicitum à voluntate, specificari ab obiecto proprio, quia illum intrinsece respicit, & Medina, ac Valentia dicunt. D. Tho. mam nomine finis, quod libet obiectum voluntatis intellexisse, late accipiendo finem, vt medium quoque comprehendit iuxta dicta præcedenti disputatione sectione. 1. imo ratio D. Thomæ etiam probat actum qui habet medium pro obiecto à fine proprie dicto specificari, quia illum etiam intrinsece respicit, sed de actionibus imperatis non probat nec intendit probare D. Tho. mas à fine proprie dicto physice specificari, illũ enim non semper respiciunt intrinsece, sed quia species moralis actus externi, seu imperati à physica specie desumpta ex fine pẽdet, cõsequenter docuit, & probauit D. Th. speciem moralẽ actus imperati à fine desumi. Dequo postea disseremus. Deniq. circa hanc rationẽ D. Tho. obserua, propositionẽ illã quã assumit, omnis distinctio rei in sua essentia est ab actu, exqua concludit, actum humanũ, siue consideretur vt actio, siue vt passio, ab aliquo actu sumendam esse; debere intelligi, vt omnis distinctio sit ab actu secundum se, vel secundum ordinem ad ipsum actum, materia enim prima non specificatur ab actu secundum se, sed ab ordine ad actum.

Sectio. secunda. Vtrum actus eliciti voluntatis speciem physicam à fine sumant?

QVestio hæc ex superiori facile, & breuiter expedietur, præmonendo tamen primum, hic sermonem esse de actibus pure elicitis a voluntate, non de illis, qui simul sunt eliciti & imperati: vt cum volo amare Deum amor sequens est elicitus & imperatus à voluntate. Scimiliter cum volo eligere medicinam, electio est elicita & imperata à voluntate. De actibus tamen simul elicitis, & imperatis, à voluntate postea dicemus, an à fine, quid est obiectum actus imperantis, speciẽ sumant. 13. Animad uersio. 1.

2. Præmoneo, in duplici sensu quæstionem discuti posse. Primus est an actus pure eliciti habentes media pro obiectis, specificentur, à fine cuiuslibet eorum late dicto, qui finis est cuiusque obiectum. Secundus an specificẽtur à fine proprie dicto, in quẽ per alium actum obiectum cuiusq. ordinatur, seu dirigitur. Animad uersio. 2.

His præmissis dico. 1. Actus isti specificantur à suis finibus late dictis, ideſt aproprijs obiectis sumitur ex D. Tho. 1. p. q. 54. art. 2. dicente, actus intellectus, & voluntatis ab obiectis speciem sumere. Patet quia per ordinem intrinsecum, quem quisque habet ad proprium obiectum, interse, & ab actibus habentibus pro obiectis fines proprie dictos distinguuntur. 14. 1. Cõclus.

gnûtur, vt si eligo medicinã aliquã propter sanitatem, ea electio ex ordine ad proprium obiectum distinguitur essentialiter ab intentione finis, scilicet salutis, vt docet D. Th. q 12. art. 4. ad. 2. & Duran. 2. d. 33. q 3. nu. 7. & ab alijs electionibus, quibus alia media propter sanitatem eliguntur. Hoc colligitur ex D. Tho. q 18. art. 6. ad. 2. asserente, ordinari ad finem aliquem, non accedere actui interiori, ergo sentit esse de eius essentia & differentiam essentialem. Idem clare docet Molina in concord. disp. 38. §. vt ad potentitias appetentes.

5. 2. conclu. Dico. 2. eiusmodi actus, etiam specificantur à fine proprie dicto adhunc sensum, vt si finis est diuersus, & ipsi sint diuersi, licet obiecta non sint diuersa. Patet quia intrinsece respiciunt finem proprie dictum, ergo si is variatur, variatur respectus intrinsecus, ac proinde essentia ipsa, quia omne intrinsecum commune multis indiuiduis, essentiale est. Propterea electio eiusdem medicinæ propter salutem, & propter alium finem essentialiter diuersa erit, non tamen si idem sit finis, eadem erit essentia electioni, quia ex medijs, vt in. 1 conclusione dictum est, variari poterit. Hanc conclusionem etiam aliqui probant, quia finis est obiectum formale electionis, materiale autẽ est medium, sed ad varietatem essentialẽ ac us sufficit varietas obiecti formalis, ergo, sed non probo istum modum loquendi, nã quod est obiectum formale actus, in se ipso attingitur per actum, sed per electionem solum attingitnr medium, non finis in seipso, ergo finis in seipso non est obiectum formale electionis, sed est ratio sub qua, vel propter quam medium eligitur. Sicut assensus communis non respicit principium, vt formale obiectum sed vt rationem formalem sub qua, vel propter quam cognoscitur ipsum obiectum nempe conclusio. Sed quisque vt velit loquatur, modo non sentiat, semper eodem actu, quo appetitur medium, appti formaliter finem, & eodem assensu, quo assentimur conclusioni, intellectum assenturi principio vt dixit Soncinas. 4. metaphy. cap. 10. contra quem, & alios agemus infra. q. 8. art. 3. vbi D. Thomas inquirit, an voluntas eodem actu moueatur in finem, & in medium, si tamen semper, vel aliquando id contigerit, actus ille, qui finem & medium attigerit, attingendo medium propter finem, diuersus erit essentialiter ab eo, qui pro obiecto adæquato habet medium solum, vel solum finem, quia habebit pro obiecto adæquato vtrumque, imo si aliquo actu attingeretur simul, per possibile, vel impossibile, medium, & finis amando medium, non vt medium, sed etiam vt finem propter bonitatem veram, vel apparentem ipsius non relatam ad talem finem iste actus ab illo priori esset essentialiter diuersus ex modo intrinseco respiciendi medium, hoc enim actu respiceret vt finem, illo, vt medium.

16. Dubium. Illud autem hic dubitari posset, an electio medij ob aliquem finẽ, sit realiter cõposita ex duplici respectu transcendentali realiter distincto, altero ad mediũ, altero ad finẽ, tãquã ad formale obiectum, seu potius rationem formalem, sub qua, & propter quam attingitur obiectum?

1. sentẽ. Quidam dicunt in electione esse huiusmodi realem compositionem, respectu ad medium se habente, vt materia, respectu ad finem vt forma. Sicut enim materia recipit successiue varias formas substantiales, ita quod est materiale in electione, successiue recipit diuersas formalitates, seu respectus ad diuersos fines, ex quibus formalitatibus cum eodem materiali resultant electiones specie diuersæ. Sic vt autem nulla forma potest transire ab vna materia in aliam, quin potius si est corruptibilis, destructa materia, in qua erat, destruitur, ita illæ formalitates ab vno in aliud materiale migrare non possunt, quin potius destructo materiali, in quo aliqua formalitatum illarum erat, & ipsa destruitur.

Fundam. 1 sententia. Fundamentum est, quia in obiecto est materiale, & formale distinctum realiter, ergo in actu.

17. 1. sentẽtia. reijcitur, multis rationibus. 1. ratio. Sed hæc sententia noua singularis, falsa, imo & chimerica est, & facile reijcitur. 1. quia omnis entitas actualis existens in voluntate, ideſt habens esse per modum actus, & non permodum habitus, debet esse volitio, aut nolitio, amor, vel odium &c. ergo illa formalitas, quæ est respectus actus ad finem, debet esse volitio, vel amor, aut nolitio, vel odium, &c. hoc autem esse non potest, si est distincta realiter à tendentia in medium, ergo? Minor probatur, nam si esset aliquid illorũ maxime volitio finis, non est autem volitio finis, sic enim esset intentio illius, & posset manere sine illo materiali, ac proinde non esset volitio in completa, nec posset venire in compositionem, sicut nec intentio finis, quæ tempore præcedit electionem. Rursusque si esset volitio incompleta, quæ haberet pro obiecto adæquato finem, iam electio semper includeret formalem, & expressam volitionem finis, quod falsum est, maxime cum ex qualibet volitione finis posset effectiue sequi electio medij, ex illa autem volitione finis, non sequeretur effectiue electio medij, imo nec materiale electionis, sicut ex forma non sequitur effectiue compositum,

aut

aut materia.

2. ratio. 2. Quia omnis entitas, que est immediate in voluntate per modum actus, recipitur immediate in ipsa voluntate, & non in illo materiali electionis, ergo illa formalis pars electionis erit immediate in ipsa voluntate, ergo illud reuera non erit materiale, nec habebit se vt materia, quod tamen docent aduersarij.

3. Ratio. 3. quia si per illam partem formalem tendit voluntas in finem propter se ipsum, ergo finis erit obiectum materiale, & formale nō secus atque in intentione. Si vero non tendit, non erit pars electionis, nulla enim est pars physica electionis, quæ non sit tendentia in aliquod obiectum.

4. ratio. 4. Illa pars quam appellas materialem quæ respicit obiectum materiale, respicit illud sub ratione boni, non autem boni in communi, sed in particulari, ergo vel vtilis, vel honesti, vel delectabilis. si. 1. ergo cum ordine ad finem, quia vtile, vt sic respicit finem, & ita eadem pars respicit medium, & finem, & superfluit alia pars respiciens solum finem. Si vero. 2 aut. 3 ergo electio respicit medium, non vt medium, sed vt finem, quod est contra eius rationem.

5. ratio. 5. Assensus conclusionis est simplex, & nō est realiter compositus ex parte respiciente conclusionem, & ex parte respiciente principium, ergo nec electio ex parte respiciente medium, & ex parte respiciente finem.

6. ratio. 6. Habitus non est compositus ex parte respiciente finem & medium, ergo neque actus.

7. ratio. 7. Si in electione est vera compositio partium, cur non poterit dari vna sine altera? Certe nulla rratio assignari poterit, nisi forte singas partem materialem, aut propriam existentiā non habere, aut in ea pendere à parte formali, & è conuerso, quod inopinabile est & saltē qui tenent de potentia absoluta posse esse materiam denudatam ab omni forma, & formam corruptibilem sine materia, similiter dicent, de potentia absoluta posse esse partem materialem electionis, sine vlla parte formali, & è conuerso, quo quid absurdius, & minus intelligibile fingi potest?

18. Fundam. 1. fentiæ tan quam nullū reijcitur. Denique fundamentum aduersariorum nullum est, vnica enim simplicissima entitas secundum varias rationes, & considerationes potest, & debet respicere obiectum materiale, & formale, seu rationem quæ, & subqua, vel propter quam, & sic electio licet sit simplex entitas, secundum diuersas rationes respicit medium vt obiectum materiale, finem autem vt rationem sub qua, vel propter quam diligitur ipsum medium. Et aduerte, medium, quatenus specificat electionem, exercere munus formæ extrinsicæ & quodammodo esse obiectum formale; alia autem consideratione est materiale, quia informatur a fine, quatenus sub eo, & propter eum diligitur.

Solut. 1. Dices, distinctionem essentialem, & specificā esse formalem, ac proinde sumendam esse ab obiecto formali, quale non est medium: ergo electiones diuersorum mediorum propter eundem finem, non erunt diuersæ essentialiter, & specifice, sed tantum materialiter, & numerice, vt quidam hoc argumento moti asseruerunt, qui tamen facile confutantur. 1. quia sic electio, & intentio, inquibus idem est finis, seu formale obiectum non different specie, imo nec intentio, & simplex voluntas, seu amor finis, & delectatio de illo, quæ idem obiectum formale habent, licet secundum diuersum statum. 2. ergo nec assensus, diuersarum conclusionum ex eisdem principijs, defferunt specie, quod nemo concedet. 3. actus tendentes in obiecta materialia diuersa specie, magis differunt interse, quam actus tendentes in idem obiectum materiale diuerso tempore, vel in diuersis hominibus, sed hi differunt numero, ergo illi amplius, ac proinde specie. Confirmatur, nam actus respicientes idem materiale obectum conueniunt intrinsece interse: sed in actibus, vel alijs naturis omnis conuenientia intrinseca est specifica, ergo talis conuenientia est specifica, & per consequens alij actus, qui non conueniunt cum istis in ea ratione, differunt ab illis specifice, & essentialiter.

Replica. 2. replica. 3. Replica. Confir.

19. Obiectio. Dices, hac ratione, & eius confirmatione probari posset, electiones mediorum solo numero differentium, & similiter intentiones mediorum solo numero differentium, differe specie, quia magis differunt interse, quam quæ circa obiectum idem numero versantur diuerso tempore, vel in diuersis hominibus. Et similiter dicendum esset de quibuscumque actibus intellectus, sensus vel appetitus habentibus diuersa numero obiecta, et de speciebus illa representantibus.

Solutio. R. 1. admittendo consequens, nec erit piaculum id concedere. Nam Ferrara. 2. contra gentes cap. 73. & clarius lib. 4. cap. 26. & Cajeta. 1. p. q. 76. art. 2. & 3 p. q. 35. art. 5. ad. 2. obiectionem dicunt species duorum alborum existentes in eadem parte oculi, vel phantasiæ esse diuersas specie, quia accidentia solo numero diuersa non possunt simul esse in eodem subiecto, & quia magis differunt interse quam species eiusdem albi diuersis temporibus, vel in diuersis subiectis existentes. Et sane id verum esse censerem, si differentiæ

rentiæ idiuiduales rerum secundum se attingerentur actibus nostris, non tamen attingimus eas secundum se, ideo non oportet dicere, actus quibus diliguntur, vel cognoscuntur diuersa indiuidua eiusdem speciei, esse diuersos specie, imo nec numero, siue obiecta illa sint diuisa, & discreta, siue vnita: & continuata, (hoc enim nihil refert) vnde. 2. animæ docuimus, eadem numero specie videri duo alba continua, vel disconsinua numero diuersa, cui speciei non est intrinsecum, sed extrinsecum, & accidentale repræsentare vnum aut plura. Nec mirum est cum aliqui senserint, eadem specie essentialiter, & numerice videri album, & nigrum, licet eos impugnet Soncin. 7. metaphy. q. 9. & merito, quia species materiales distincte repræsentantes diuersa specie, non possunt esse eædem numero, aut specie.

20. Corolar. 1. Ex dictis patet. 1. cum quis vult occidere Petrum, & Paulum, vel duo oua comedere non habere duos actus voluntatis specie, vel numero diuersos, sed vnum tantum, circa duo obiecta eiusdem speciei; idem est si velit occidere duos homines, vnum clericum, & alium laicum, in quo casu esse vnicum actum, & vnius speciei substantialis, etiam moralis, scilicet homicidij, docet Medina, & multi alij hic.

21. 2. corolla. 2. Patet cum quis vult distincte duo media specie diuersa propter eundem finem, habere duos actus numero, & specie diuersos: si tamen esset unus tantum actus, ille esset specie diuersus ab actu, quo idem medium, propter vnum illorum finium, sine alio appeteretur, & idem interdum actus in esse naturæ, posset esse diuersarum virtutum, vel vitiorum, vel virtutis, & vitij censeoq. consentaneam D Thomæ atque valde probabilem illam suppositionem seu conditionem, vt videbimus tractatu. 6. disput. 1. sect. 4. in fine, & in materia de virtutibus, & similiter probabile censeo, eundem actum esse quo assentior alicui propositioni ex medio scientifico, & probabili, ex autoritate humana vel diuina, licet probabile, & communius sit, esse diuersos, quorum tamen quilibet ex aliorum coniunctione, & motiuis extrinsece firmatur; & stabilitur. Sed cæteri actus coniuncti cognitioni euidenti, non videntur mereri simpliciter nomen fidei, aut opinionis, de quo alibi.

22. 3. corolari. 3. Patet, cum quis vult aliquod mediũ, propter fines essentialiter diuersos specie, volitiones esse specie diuersas. quia diuersitas essentialis in fine sufficit ad diuersitatem essentialem actus. Quamuis probabiliter Torres. 1. p. q. 41 articu. 6. respons. 2 ad obiectionem contra. 3. rationem D. Thomæ, dicat, volitionẽ illam esse vnicam specie & numero. Si vero fines solo numero essent diuersi, eadem numero esset volitio medij propter tales fines, vt cum aliquid scribo ad benefaciendum Petro, Paulo, & Martino, vel ad bona aliqua numero diuersa comparanda. Et certe si opinio illa Torres vera esset idem numero actus elicitus voluntatis esset intrinsece in specie charitatis, misericordiæ, iustitiæ, gratitudinis, &c. ex varijs finibus, quos intrinsece respicit. & idem assensus posset esse fidei humanæ, vel diuinæ, & opinionis, ac scientiæ, vel diuersarum scientiarum ex varijs rationibus motiuis. Falsum autem videtur, quod ait D. Thomas in hoc articu. ad. 3. videlicet vnum actum elicitum voluntatis (de hoc enim loquitur, non de imperato, licet oppositum sentiant Conradus, & Medina) tantum posse ordinari ad vnum finem proximum seu intrinsecum, à quo speciem substantialem physicam, & naturalem sumit (de hac enim loqui, dicemus sectione. 3.) licet habere posset plures fines remotos, & extrinsecos, quos accidentaliter respiciat, à quibus sumat varias species moris, vt cum quis ob varios fines vult elicere internum actum misericordiæ, vel alterius virtutis. Quod etiam ibi aduertit Caiet. nisi velit D. Thomas eundem actum internum non posse habere plures fines proximos, id est plura obiecta specie diuersa, quia sicut ibidem docet Valentia, si quis violet ieiunium comedendo oua, alius vero comedeno carnes, actus sunt diuersi in genere naturæ, propter diuersitatem obiectorum & loquitur Valentia etiam de actibus internis, & de diuersitate etiam in genere naturæ. Et quia omnes isti actus conueniunt essentialiter in hoc quod est respicere talem finem, recte dicit D. Thomas hac. q 1. art. 3. rat 3. ex obiecto, & ex fine vltimo sumi speciem, sed eam, quæ sumitur ex fine vltimo esse generalem, scilicet quia in ea conueniunt omnes electiones quorum cumque mediorum ad talem finem. Sic etiã possemus interpretari D. Thomam. q 18. ar. 7. &. 2. 2. q. 11. art. 1 ad. 2. sed verius est ipsum loqui de speciebus moris, vt exponemus tractatu 7 disput. 2 sect. 16. in fine.

Quæ diximus, intelliguntur de actibus voluntatis respectu finis intrinseci ab extrinseco enim, quẽ scilicet accidẽtaliter, & extrinsece respiciunt, & vt loquitur D. Tho. ad 3. & alij remote, non sumunt speciem, nisi accidentalem, quæ est fieri gratia illius, vt cum volo amare Deum, vt consequar gratiam, & gloriam, vel elicere actum misericordiæ ad gloriam Dei &c, quæ species solum addit actui imperato relationem ad intentionem finis 23.

& ad finem, vt ad causam: & erit bona, vel mala moraliter, si actus fuerit liber, & libere relatus, & ordinatus in talem. An vero circunstanriæ aliæ aliquando transeant in rationem obiecti, & dent speciem substantialem actui, in esse naturæ, dicetur tractatu de bonitate, & malitia humanorum actum.

Sectio tertia Vtrum actus humani recipiant speciem moralem ex fine.

24. Conclu. affirmat. AFFIRMATIVE ex D. Thoma argumento sed contra, & ad. 3. (vbi Caieta.) idem docet D. Thomas q. 19 art 6. & 7. Medina. Valentia, & alij eisdem locis, & passim Theologi, de quo late circa. q. 18. & 19.

Probatur Breuiter autem probatur. 1. ex Math. 6. si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit, si autem oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; vbi omnes fere nomine oculi intentionem finis interpretantur, nominatim Augusti. 4. contra Iulianum. cap. 3. vbi inquit, *Hunc oculum agnosce intentionem, qua facit quisque quod facit.* Propterea Heb. 4. dicitur, sermonem Dei discernere cogitationes, & intentiones cordis, & Augusti. 2. de moribus Ecclesiæ, & Manicheorum cap. 13. *finis, quo referuntur ea, quæ facimus si non solum inculpabilis, sed etiam laudabilis fuerit, tunc demum facta nostra laude aliqua digna sunt. Sin finis merito iureque culpatur, quem spectamus, & intuemur, cum in aliquo versamur officio, id quoque officium nemo improbandum, vituperandumque dubitauerit.* Et Grego. 28. Moral. capit. 13. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, quia cum peruersa intentione quid, vel rectum agitur, etiam si splendere coram hominibus cernitur, apud examen interni iudicis obscuratur.*

Hæc doctrina vera est, siue actus habeat finem pro obiecto, siue tantum pro fine, & siue ille finis sit intrinsecus, & essentialis actui, siue accidentalis, & extrinsecus, vt quando internus est imperatus in ordine ad aliquem finem. Item vera est etiam in actibus externis, qui propter se, vel propter alios fines fiunt, siue enim sint mali siue boni, ab illis capiunt actus bonitatem, vel malitiam, si autem fuerint indifferentes, & nullum alium finem bonum habuerint, actus eo ipso erunt mali, quia homo tenetur suis actibus bonum finem apponere, vt suo loco dicetur. Verum etiam est, actus sumere bonitatem & malitiam, ex finelate dicto, scili cet ex obiecto, vt D. Tho. affirmat q. 18. art. 2. 5. & 6. Nota tamen quod quamuis obiectum quando non habet rationem finis proprie dicti, sed late dicti tantum, non conferat actui bonitatem moralem, tamen malum semper confert suam malitiam, vt cumquis furatur præcise propter mœchiam, contrahit malitiam furti, & non tantum mœchiæ (licet secundum Aristotelem. 5. eth. magis sit mœchus, quam fur) quo spectat id Oseæ. 9. *facti sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt*, an vero tunc species moris, quæ sumitur ex obiecto, sit substantialis, & primaria, vt hic docet Valentia tribuens D. Tho. mæ hic ad 3. & an sint aliqui actus indifferentes ex obiecto, qui ab illo nullam capiant bonitatem, vel malitiam; & an electio medij indefferentis propter varios fines malos sit substantialiter in specie vnius, & accidentaliter in alijs, explicabitur in tractatu de bonitate, & malitia humanorum actuum, ad quem omnia hæc spectant.

33. Notabile.

Ex dictis patet explicatio ad locum difficilem D. Thom. in hoc articulo, ad. 3. vbi ait. *Idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad vnum finem proximum, à quo habet speciem, sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum vnus est finis alterius.* In quibus verbis Conrad. putat esse vnam solutionem argumenti, in sequentibus vero aliam. Cum tamen D. Tho. ex vtrisque verbis vnam tantum solutionem conficiat. Deinde verba hæc Conra. & Medina explicant de actu externo, cum tamen D. Thomas plane de interno loquatur, vt in corpore artículi, & in solutionibus argumentorum locutus fuerat, & externus proprie obiectum non habeat, sed terminum, vel materiam circa quam. Et præterea, de externo falsum esset, quod D. Thomas ait, non posse habere plures fines proximos. Nam possem furtum ordinare ad plures fines, quorum quilibet sit proximus, & nullus sit sub alio. Nomine etiã finis intelligũt obiectũ, vel terminũ actus, qui tàmen proprie nõ est finis sed tãtũ id cuius gratia aliquid fit. Nomine etiã speciei intelligũt & naturalẽ, & moralem, quod si ita esset, falso diceret D. Th. à solo fine proximo sumi speciẽ, nã moralis etiãà remotis sumitur. Vera ergo explicatio est vt. D. Th. loqnatur de actu elicito volũtatis, & de fine proprie dicto, & de sola specie substãtiali in esse naturæ, vt interpretati sũt quidã relati à

26. Corolariũ explicatur locus difficilis D. T.

Medina

Medina. Vnde sensus est eundem actum, vt elicitus est (quod significant verba D. Tho.) vt semel ægreditur ab agente, tantum posse habere vnum finem, qui sit proximus, seu intrinsecus, eo quod actus intrinsece illum respiciat, á quo capit speciem substantialem in esse naturæ, poterit tamen ille actus habere plures fines remotos, seu extrinsecos, quorum vnus sit finis alterius videlicet, si à principio, vel in progressu imperetur á volitione vnius finis, qui ad alterum ordinatus sit. Addit etiã D. Thom. posse etiam contingere, vt idem actus, scilicet siue interior, siue exterior habeat plures species accidentales morales, vel vnam moralem substantialem, & aliam accidentalem moralem. Quæ doctrina D. Thom. sic explicata nullam continet difficultatem, vnde frustra contra solutionem. D. Tho. multiplica argumenta, Medina.

Articulus 4. Vtrum sit aliquis finis vltimus humanæ vitæ.

Art. 5. Vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines.

Artic. 6. Vtrum omnia ordinet homo in vltimum finem.

Art. 7. Vtrum sit idem finis vltimus omnium hominm.

Art. 8. Vtrum in illo vltimo fine hominis aliæ creaturæ conueniant.

DISPVTATIO VIII. DE VLTIMO FINE HOMINIS in communi.

HActenus cum D. Thoma de fine in communi egimus, iam cum eodem sermo erit de vltimo fine, & quidem in præsenti disputatione de vltimo fine hominis n communi in sequentibus autem de vltimo fine hominis in particulari, & de alijs, quæ ad illum finem pertinent.

Sectio Prima. Vtrum sit aliquis vltimus finis hominis, & actionum eius.

HIc non loquimur de fine cui, sed cuius gratia, nec de fine, qui non propter se amatur, sed ipse propter alia, siue aliqua amentur propter ipsum, siue non, superius enim vidimus, nec finem cui, nec finem cuius causa, qui non propter se amatur, esse proprié, & simpliciter finem, sed improprie, & secundum quid: sed loquimur de fine cuius gratia vel causa proprie dicto, de illo videlicet quẽ propter se nobis optamus, & desideramus; & omnem talem esse vltimum in sua serie, & ordine diximus in superioribus, & ita omni actione, & oni serie, & ordine actionum, dari aliquem vltimum finem respectu talis actionis, vel serici, & ordinis actionum, constat ex Aristo. 1. poste. cap. 3. 7. physico. cap. 3. lib. 8. cap. 5. 1. Ethi. cap. 7. Probatur cum Arist. 2. metaphy. cap 2 quia de ratione finis proprie dicti est esse vltimum in sua serie: ergo si esset processus in infinitum, nullus finis esset proprie dictus, imo nullum esset bonum honestum, vel iucundum, quia tale perse est expetibile, sed omne bonum esset vtile dumtaxat. Item quia sicut in mouentibus perse, & essentialiter ordinatis, quorum scilicet vnum pendet ab alio in causando, non potest dari progressus in infinitum sed necessario deuenien dum est ad aliquod primum, alioqui non esset motus: ita in finibus consistendum est in aliquo vltimo, qui sit primum mouens finaliter in quo appetitus conquiescat, aliter nulla esset appetitio, nec consultatio, & deliberatio, hæc etiam omnia à fine incipiunt. Vnde etiã colligit Aristo. supra, & D. Thom. hic artic. 4. necessario quoque dandum esse aliquod medium primum in executione. Nam sicut intentio debet figi in aliquo fine vltimo, à quo voluntas incipiat moueri, ita dandum est aliquod medium primum, vnde incipiat. executio, alioqui nunquam incipiet, verbi gratia, aduocat medicum ægrotus, vt venam tentet, & potionem præscribat; potionem ab eo præscriptam accipit, vt corpus extenuet;

Conclusio affirmatiua quæst. Omnis fines proprie dictus q propter se amatur, est vltimus in sua serie, nec datur processus infinitus in finibus

corpus extenuat, vt sanitatem consequatur. Vt igitur in hoc progressu appetitio ægroti terminatur in sanitatem, ita etiam a vocatione medici executionem orditur, atq. his demptis.nihil ægrotus circa sanitatem comparandam moliretur;ita in cæteris quoq. appetitionibus idem euenit, non ergo datur processus in infinitum ordine intentionis, vel executionis, seu vt alij loquuntur, ascendendo ad fines,vel descendendo ad media.

Confir. Confirmatur, quia finis, & vltimum idem sunt, vt nomen sonat, & ratio, ac definitio finis manifestat: est enim qui gratia sui appetitur, & cuius gratia cætera appetuntur, vt ait Aristo. 2. metaphy. cap. 2. & 2. phy. cap. 3. secundum translationem Argyropo, (aliæ enim non habent, cuius causa cætera, sed simpliciter, cuius causa) & secundum Ocham 2. quæstio. 3. art. 1. Gab. distin. 1. quæst. 2. art. 1. notab. 1. & dis. 38. quæstio. 1. art. 1. Quod autem gratia sui appetitur, & cuius gratia cætera, non appetitur alterius gratia: ergo est vltimum in sua serie, & ordine: ergo in eo sistit electionum ordo, & ita non erit processus in infinitum in finibus per se essentialiterque ordinatis. Vnde recte Aristote. 2. metaphy. cap. 2. docet, ponere processum infinitum in finibus, esse tollere rationem finis. Alijs rationibus vtitur Scotus. 1. dis. 2. quæst. 1. ad probandum non esse processum infinitum in finibus. Fonseca. 2. metaphy. quæst. 1. Suarez tom. 1. metaphy. dispu. 24 sect. 1. nume: 3. & sequentibus. Valentia. 1. 2. disput. 1. punct. 4. Conimbricens. 1. Ethi. disput. 2. quæst. 3. art. 1. D. Thom. 1. contra gentes cap. 33. & lib. 3. cap. 2. & 17.

11 *Obiectio.* Sed obijcies, quia vt D. Tho. fatetur, arti. 4. ad. 2. in speciebus, numerorum, & figurarum est processus in infinitum, ergo similiter poterit dari in finibus.

Confir. Confirmatur, quia in speciebus substantialibus est processus in infinitum, quatenus qualibet data potest producere Deus aliam perfectiorem, ergo etiam in finibus essentialiter ordinatis potest esse progressus infinitus.

Soluti. obiectionis. Ad argumentum R. Caiet. & Medina art. 4. non esse simile, quia ille processus est in infinitum Symcategorematice, & in potentia, nempe ad res, quæ nec sunt, nec fuerunt, sed possunt esse, quia videlicet post quemlibet numerum est possibilis alius, in quo includatur inferior, & postquamlibet figuram alia in qua prior includatur, processus autem in finibus deberet esse ad infinitum categorematice, ita vt eiusdem effectus sint modo in intentione, & apprehensione infiniti fines perse ordinati, vel antea fuerint, & hoc est impossibile. Et sic etiam est impossibile, dari aliquem numerum, qui sit materialiter causatus ab infinitis numeris inferioribus, aut figuram materialiter causatam ab infinitis figuris prioribus. Itaque in numeris, & figuris non datur processus infinitus versus priores, à quibus est dependentia essentialis, sed versus posteriores, à quibus non dependent priores. Et eodem modo in finibus, & medijs, nihil assignari potest, quod in intentione, vel executione pendeat ab infinitis medijs vel finibus, & ideo deuenitur ad primũ in intentione, quod est vltimum in executione. Et ad primum in executione, quod est vltimum in intentione; & Aristo. 1. post tex. 6. docet, non esse progressum in infinitum in demonstrationibus, scilicet vt detur vna conclusio, quæ ab infinitis principijs ducatur. Cum ergo dicitur, in essentialiter ordinatis, non esse processum infinitum, intelligitur versus ea, à quibus est essentialis dependentia. Hæc est mens D. Thomæ. artic. 4. ad 2. Caieta. Medi. Conrad. & aliorum ibi. Valentiæ illo puncto. 4. in fine, & Conimbricens. supra ar. 2. ad 2. contra primam conclusionem.

1. solutio confirmationis a Caiet. & alijs tradita. Ad confirmationem. R. in speciebus substantialibus Caiet. ibi, Scotus, & Durand. alibi negant progressum infinitum, versus superiores. Sed reijciuntur. 1. p. quæst. 25. de potentia Dei, (vbi Valentia puncto. 3.) quia nulla est repugnantia, vt quauis data possit Deus nobiliorem producere. Sed admisso processu infinito versus superiores, vel etiam versus inferiores, nihil contra nos, qui modo solum cum Aristo. 2. metaphy. cap. 2. tex. 7. reprobamus processum infinitum in causis, versus eas, à quibus alij essentialiter pendent, nulla autem datur species, quę ab infinitis inferioribus, vel superioribus pendeat. Ita Conra. articul. 4. ad 2. & Valentia illo puncto. 4.

Reiicitur 3.

2. solutio authoris. In omni ergo actione, vel actionum serie deuenitur ad finem, qui sit primus in intentione, & vltimus in executione, siue illa series sit ex exigentia naturæ, siue non. Et si vna tantum est volitio, scilicet finis, ille erit vltimus negatiue, quia post illum non est alius, in quem ea volitione homo tendat, esto sit alia, qua idem finis in alium ordinetur. Si vero sint plures volitiones, eo quod cum fine sit volitum aliquod medium, vel etiam cum illo medio aliud, talis finis dicetur vltimus positiue, seu comparatiue, quia est vlterior alijs finibus, non propriè, sed late dictis. Et hęc dicta sunt de finibus perse; & quasi essentialiter ordinatis, quorum vnus, quoad sui ipsius intentionem, seu volitionem, perse ab alterius intentione, seu voluntate pendet, quod contingit quando vnus in ordine ad alium appetitur. Dependentia autem

4.

autem per accidens est, quando vnus non propter alium appetitur, sit tamē gratia illus. Exemplum est apud D. Thomam. art. 4. ad 3. appeto sanitatē propterse ipsam, & ipsam appetitionem sanitatis reflexe amo propter seipsam, & similiter istum amorem, &c. isti fines sunt ordinati per accidens, & in eis est, secundum D. Thomam processus infinitus, non tamen versus causas, à quibus aliæ pendent, sed magis versus ipsos effectus, quia ex intentione vnius finis proceditur ad intentionem alterius sequentis, non autem præcedentis, & de nulla est verum dicere sequi ex infinitis intentionibus, si tamen mundus fuisset ab æterno, sicut in efficientibus ordinatis per accidens esset processus infinitus, vnus enim homo esset genitus ab alio, & ille ab alio, &c. (quem tamen processum, secundum fidem catholicam, quæ statuit mundum non fuisse æternum, negat D. Tho. 1 p. quæst. 7. art. 4.) ita etiam in finibus per accidens ordinatis fuisset processus infinitus in diuersis agētibus, imo in eodem homine, si ipse fuisset, & operatus fuisset ex æternitate, vna enim intentio, & executio finis materiam præbere potuisset alteri, & illa alteri in infinitum, & ita modo esset aliqua intentio, quæ suum esse ab infinitis præcedentibus traheret, non tamen ita, vt obiectum vnius fuerit optatum propter obiectum alterius. Hoc igitur significat D. Tho. in fine articuli 4. non reputans inconueniens, vt in finibus ordinatis per accidens daretur progressus infinitus. Cum tamen mundus non fuerit æternus, nec forte potuerit esse, saltem quo ad generabilia, & corruptibilia, & generationes, & corruptiones, vel actiones sibi ipsis succedentes, nullus processus infinitus admittendus est versus causas, sed tantum versus effectus qualem iam indicauimus in volitionibus reflexis, qualis etiam esset, si obtento aliquo fine ipsum amarem, vt medium ad alium finem consequendum, similiter hunc iam consecutum amarem ad alium, &c. Posset etiam quis in infinitum procedere in finibus amando nunc vnum, nunc alium, & alium, sed tunc vnus finis nullo modo esset causa alterius, neque intentio vnius esset causa intentionis alterius, & ita neque esset processus à causis ad effectus, nec ab effectibus ad causas. Sic Conimbricen. illo 2. art. ad. 1. contra. 1. conclusionem dicunt auarum procedere in infinitum appetendo plures, & plures diuitias, iuxta id Solonis relatum ab Aristote. 1. politicor. cap. 5. *finis omnium positus non est mortalibus vllus.* Alij etiam dicunt, procedi in infinitum in finibus per accidens ordinatis, vt si amo medium aliquod, nunc ob vnum finem, nunc ob alium, &c.

Superst autem difficultas, an sicut datur vltimus finis in qualibet actione, & negotio, & in qualibet actionum serie, ita detur vltimus finis simpliciter. Quod vt intelligatur explicandum prius erit, quid nomine finis simpliciter vltimi intelligatur. 5. 2. difficultas incidens.

Aliqui finem simpliciter vltimum dicunt esse finem vniuersalem, & communem, in quem omnia opera, omnesque operationes hominis, & omnes res referuntur, & ipse non in alium finem refertur, hunc esse Deum ipsum, in quem omnia referuntur ab ipsomet Deo, & à creaturis. *Aliqua præsuppo nuntur ad enodat. difficult.*

Alij dicunt esse bonum, quod in omni actionum genere tanquam simpliciter vltimum ab homine expetitur, idque hoc modo expeti, quod omnibus alijs rebus homo anteponit, ad illud omnia, vel actu, vel virtute referens, cum scilicet ita est homo comparatus, vt cuicumque alteri illud præferret, si alterutrum in casu aliquo esset amittendum, & hunc existimant esse Deum, vel eius assecutionem. Seito autem apud Aristo. nec fælicitatem formalem, nec obiectiuam appellari finem vltimum simpliciter, sed finem perfectum. Patet 2. mag. moral, cap. 2. vbi sic Aristoteles scribit. *Rursus ipsorum finium præstat semper qui perfectus est, imperfecto. Est autem perfectius, cuius accessu nullo amplius nobis opus est: imperfectus autem, cuius aduentu alium desideramus, quemadmodum iustitiæ dumtaxat aduentu, ac fælicitatis accessu nulla re amplius nobis opus est.* Hæc Aristoteles, qui postea etiam ait; finem optimum absolutum, atque perfectum esse fælicitatem. Sed ex dictis verbis Aristot. patet, quare hic finis perfectus, possit dici simpliciter vltimus, quia scilicet in eo non solum sistit aliqua actio, vel series actionum hominis, sed ipse homo, ita vt eo habito, & possesso nihil vltra desiderare possit. Deinde, quia cum talis sit, non immetito in illum referuntur omnes actiones hominis, ad quem sensum videtur dixisse Augusti. 19. ciuit. capit. 1. *illud est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cætera, ipsum autem propter se ipsum.* Et Aristo. 1. Ethico. cap. 2. *Si igitur quispiam rerum agendarum est finis, quem nos propter ipsum, cætera autem propter hunc volumus, neque fit vt omnia propter aliud expetamus (esset enim hoc modo sine vllo fine semper abitio, atque hinc noster appetitus inanis, vanusque resultaret) constat hunc talem finem, summum bonum, ipsumq. optimum esse.* Et cap. 7. postquam dixit in alia actione & arte alium, & alium esse finem, vt in medicina sanitas, in re militari victoria, &c. subdit: *Quare si quis omnium rerum agendarum sit finis, is ipsum bonum agendum erit. Sin autem vero plures, hi ipsi.* Et infra ait, *Quid sit finis simpliciter vltimus.*

finem perfectum simpliciter esse, quia perse semper est, & nunquam ob alium expetendus, talem autem finem maxime videri esse ipsam fælicitatem; hãc enim prepter seipsam, semper, & nunquam ob aliud quicquam expetimus, cum ipsa perse sufficiens sit non ipsi soli, qui vitam solitariam agit, sed & parentibus, & natis, & vxori, & amicis, omnino ac ciuibus, quandoquidem & homo natura ciuilis est. *Atq. sumendus est* (inquit) *in hisce terminus quidam; nam si adparentes hoc ipsum, & natorum natos, & amicorum amicos extenderis, in infinitum fiet abitio. Sed de hoc considerandum est postea; id autem sufficiens esse ponimus, quod solum a cæteris segregatum, expetibilem vitam facit, & nullius indigentem, talem autem fælicitatem ipsam esse existimamus.* Hæc, & alia multa in eãdem rem habet Aristo. ibi. & capit. 8. & August. 19. ciuit. cap. 1. ait: *finem hominis nunc dicimus, non quo consumitur, vt non sit, sed quo perficitur, ut bene sit.* Vult ergo cum Arist. finem vltimum hominis esse bonum eius perfectum, quo habito, nihil vlterius requiratur; vt docet etiam. 8. ciuit. cap. 8. Exquibus patet, statum quæstionis propositæ ab Aristote. quem D. Thom. hîc art. 4. imitatur, esse, an sit aliquis finis ita perfectus, ac sufficiens, vt eo habito, nihil vltra quærendum, vel expetendum nobis sit, & dignus in quem omnes actiones nostræ referantur; qui finis erit simpliciter vltimus ob rationes assignatas, obiter tamen, in alijs sensibus ad quæstionem respondebimus.

6. 1. conclus. circa. 2. difficult. Deus est finis simpliciter vltimus inquẽ ab eo referũtur omnia eius effecta.

Dico ergo. 1. Deus est finis cui, simpliciter vltimus, in quem à Deo ipso referuntur omnia eius effecta. Ita D. Thom. 1. par. quæst. 44. arti. 4. & quęst. 103. art. 2. Suarez tom. 1. metaphy disputa. 24. sect. 1. & reliqui Theologi ex illo prou. 16. *Omnia propter semetipsum operatus est Dominus*; & Apoc. 1. 21. & 22. *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis*: Isai. 44. *propterme, propterme faciam*: & Aristo. 12. metaphy. cap. 10. tex. 52. ait, totum ordinem vniuersi esse propter Deum, scilicet vt finem Cui; sicut totus ordo exercitus est propter Ducem, vt scilicet Dux victoriam consequatur. Ita Aristotelem interprætatur ibi D. Thom. hoc sensu videtur dixisse Aristote. libro de mundo ad Alexandrum, vltimis pene verbis: *Deus vt veteri fama celebratur, cum principia, finem, & media rerum omnium teneat, recta penetrat, secũdum naturam ingrediens.*

Diony. cap. 10. diui. nomi. ait. *Deus est omnia conuertens*, scilicet in seipsum, tanquam in finem cui. Idem late docet cap. 4. eiusdem libri, & Mercurius Trismegistus idem voluit cum dixit: *Monas genuit Monadem, & insesuum reflexit amorem*; vt referunt D. Thom. 1. par. quæst. 32. art. 1. & Alensis. 1. par. quæst. 2. memb. 1. art. 3. licet inter opera Trismegisti, quæ modo extant, non reperiatur. Vide etiam illum in Pimandro. Finis ergo cui, rerum omnium est ipse Deus, quatenus Deus omnia alia ob aliquod bonum suum, scilicet gloriam suam, honorem, laudem, & suæ bonitatis extensionem, fecit, conseruat, & gubernat. Vnde extensio bonitatis Dei, gloria, honor, lausque Dei, dici potest finis vltimus simpliciter, cuius gratia consequendi Deus operatur. Itemq. bonum creaturæ, nam Deus in suis actionibus, non solum bonum suum ex trisecum spectat vt finem, sed etiam bonum creaturæ præsertim rationalis; & ideo Aristote. 1. politi. cap. 5. dixit; omnia corporalia ad hominem ordinari, scilicet vt ad finem cui; Nullum autem esse inconueniens, Deum aliqua nobis velle, vt nostra bona sunt, & propter hominem vt finem cui; merito docet Suarez tom. 1. metaphy. dispu. 24. sectio. 2. numero. 10. Vtraque igitur ratione omnia operatur, & ideo erga creatutas habet amorem benevolentiæ, quia erga rationales creaturas, eo quod redamare possunt est amicitiæ: erga seipsum autem habet amorem, veluti concupiscentiæ, licet propriè non sit concupiscentiæ, quia bonis extrinsecis, quę sibi amat non indiget, cum ea in se ipso eminenter contineat, & ideo non est fælicior postquam illa habet, quam ab æterno quando illis carebat. Cum autem D. Thom. de potentia quæst. 3. art. 15. ad 14. ait, communicationem bonitatis non esse vltimum finem, sed ipsam diuinam bonitatem, ex cuius amore est quod Deus eam vult communicare, loquitur define cui, qui est diuina bonitas, & non eius communicatio, & extensio: hæc enim appetitur diuinæ bonitati, vt quoddam bonum eius extrinsecum. Ipsa autem diuina bonitas non est, cuius assecutio à Deo intenditur, quia agens non intendit assequi finem cui, sed cuius gratia; ideoque subdit ibi D. Thom. *non enim agit propter suam bonitatem, quasi appetens quod non habet, sed quasi volens communicare, quod habet, quare agit non ex appetitu finis scilicet cui, sed ex amore finis* Quod vero ait D. Thom. 1. part. quæst. 19. art. 2. in corpore, & ad 2. & 3. solam diuinam bonitatem esse finem, non ita intelligitur, vt creatura excludatur à ratione finis cui, vel cuius, sed quia in omni fine cui, vel cuius diuinæ actionis, necessariò inuoluitur diuina bonitas, vt finis cui, vel cuius. Semper enim vult Deus agere quia decet diuinam bonitatem se communicare, & quia bonum est creaturæ, vt se illi communicet diuina bonitas. Sic etiam intelliguntur alia quæ dicit D. Thom

1. contragentes cap. 86. & 87.

7. 2. concl. Deus est finis simpliciter vltimus & vniuersalis sui, & omnium creaturarum, quatenus in eius consecutione, possessione existentia, assimulatione, vel participatione consistit summũ, & omne ipsius, & cuiusque creaturæ bonum. Hæc conclusio ex se, & ex dicendis de felicitate, tam diuina, quam humana, & angelica (scilicet sitam esse in possessione Dei) manifesta videtur. Cætera enim, quæ in conclusione dicuntur, scilicet in Dei existentia, participatione, & assimilatione situm esse omne bonum summum, & non summum, creaturæ rationalis, & irrationalis, manifesta sunt, ex eo quod 1. par. ostensum est, omnia alia à Deo esse producta ab ipso Deo, ab eo regi, & conseruari; nihilq. boni habere, quod nõ referat diuinam bonitatem, & perfectionem; ideoque August. 2. confessi. cap. 6. docet, in omni genere peccatorum aliquid esse quo Deum ipsum quodammodo imitemur. Nã superbia imitatur celsitudinem, ambitio honorem, & sic in alijs peccatorum generibus, & D. Thom. 1. par. quæst. 6. art. 1. ad 2. ait, res omnes dum appetunt suas perfectiones, appetere ipsum Deum, seu bonitatẽ Dei: quod repetit 1 par. q. 44. art. 4. eandemque doctrinam tradit. 3. contragentes. cap. 17. 20. & 21. & de verit. q. 22. art. 2. sic etiam Arist. 2. animæ. cap. 4. tex. 25. & omnes ibi docent, viuentia & reliqua omnia agere gratia Dei, quatenus intendunt in perpetuitate, vel aliquo alio assimilari Deo. Sic etiã ait Diony. c. 10. diuino nomini de Deo *omnibus quæ prouident regunt amabilis, & desiderabilis*, quia nimirũ omnia desiderãt eius participationẽ, & aliquã assecutionẽ. Quod clarius, & latius dixerat cap 4. *omnia* (inquit) *ipsam Dei bonitatem, veluti principium, continentiam & finem desiderant.* Et infra: *ad quod bonum omnia conuertuntur vt ad suũ quæq. finem, & quod appetunt omnia spiritualia quidem, & rationalia scienter, & gnoscibilia sensibiliter, atque carnaliter: quæ autem sensus expertia ingenito vitalis desiderij motu & quæ vita carent, solumq. sunt sola aptitudine participandæ substantiæ.* Vnde D. Thom 3. contra gentes, cap. 17 & sequentibus, & 1 par. q. 103. art. 2. docet, omnes creaturas in suis actionibus intendere aliquam Dei consecutionem, & participationem, & assimilationem. Idemque docet D. Thom in hac. q. art. 8. Valentia disp. 1. q. 1. punct. 8. & Cõimbri. 2. phy. cap 9. q. 2. art. 1. qui ad hoc referunt Platonem in Timæo, & 4. de legibus, & epistola ad Diony. Aristo. lib. de mundo ad Alexandrum, Trismegistum in Pimandro, Themist. 1. phy. cano. 81. & sic explicant illud, ego sum Alpha, & Omega &c.

Sic quidam explicabant illam Boni descriptionem traditam ab Arist. 1. Ethi. cap. 1. bonum est, quod omnia appetunt, vt retulimus disputat. 5. sectio. 2. sic etiam multi probant, nos in omnibus actibus nostris etiam malis, quodammodo Deum appetere, quia appetimus quodammodo beatitudinem, quæ in solo Deo consistit, & ea quę necessaria sunt ad bonum nostrum, in quibus præcipue computatur ipse Deus, & aliquam perfectionem similem diuinę, cuiusque participationẽ, quam pis Vazquez disp. 6. cap. 3 nolit admittere, nos omnia appetere propter Deum concedens cum D. Thom. 1. par. q 60. art. 2. nos omnia appetere propter beatitudinem in communi, sed sane si exquisite, & in summo rigore loquamur, neutra propositio est vera, late autem & figurate loquendo modisq. explicatis verum est, in omnibus appeti Deum, & omnia appeti propter Deum, sicut etiam est verum omnia appeti propter beatitudinem, quia omnia appetuntur propter bene esse, quod est pars essentialis, & integralis beatitudinis in communi.

Inter creaturas sola rationalis fælix & beata dicitur.

Quamuis autem Deus sit quodammodo finis cuius gratia, omnium creaturarum, tamen sola creatura rationalis ipsum inseipso attingit, & possidet, & sola ipsa dicitur fælix, & beata, vt docet August. lib. 83. quæstionum, quæs. 5. D. Thom. in hac quæs. art. 8. argumento sed contra & alij communiter ex Aristo 1. Ethi. capit. 9. & lib. 10 cap. 8. & 9. & colligitur etiam ex Nyss. lib. de beatitudinibus dicente, hominem esse capacem beatitudinis, quia est ad imaginem Dei, sed bruta non sunt ad imaginem Dei, ergo non sunt capacia beatitudinis. Potest etiam Deus dici vltimus finis simpliciter, & respectu omnium, vel generalis, & vniuersalis, quia appetitu innato omnia appetunt bonum Deo, & speciatim rationalis creatura, vt debet appetere aliquando appetitu elicito, & recte faciet, si imperet illi id appetat, iuxta consilium Pauli 1. Corint. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.* An vero possit probari ratione naturali, omnia agentia naturalia appetere diuinum bonum vide Ochã quodlib. 4 q. 2.

Appetitu innato omnia Deo bonum appetunt.

8. 3. concl. Deus est finis simpliciter vltimus omnium hominum peculiari ratione.

Dico 3. Deus est finis simpliciter vltimus, communis, & generalis omnium hominum quia est finis, ad quem dupliciter tendunt, & ex natura sua ordinantur omnes actiones bonę. 1 quia omnes saltim in subiecto grato, aut non habente peccatum mortale, merentur beatitudinem naturalem, quæ consistit in possessione Dei, vt finis naturalis, & in homine grato saltem, si sint supernaturales, vel ex supernaturalibus, aut etiam ex amore Dei procedant, merentur beatitudinem supernaturalẽ, quæ consistit in

possessione Dei,vt finis supernaturalis. 2.quia omnes actiones bonæ ex se tendunt, & ordinantur in gloriam,& honorem Dei, malæ autem de se militant contra gloriam, & honorē ipsius.

9. 4. concl. *Deus speciatim est finis vltimus simpliciter omnium iustorum.*

Dico.4. Deus speciatim est finis vltimus, simpliciter,& generalis, ac communis omniū iustorum,quia non solum illum sibi amant habitualiter per virtutem spei, vel per habitum dilectionis,& amicitiæ naturalis, vel etiã per eius actum(quo pacto ipsum à peccatoribus, etiam amari contingit)sed etiam illum amãt habitualiter per charitatem,& interdum etiã actualiter,& sunt digni beatitudine supernaturali,quæ in Dei visione, & fruitione consistit ac proinde sunt in dispositione sufficienti,vt si de vita in eo statu decederent,talē beatitudinē reciperūt.Etquia nullū habent peccatum, quod beatitudini huic obstarepossit aut notabiliter militet cōtra gloriã,vel honorē aut reuerentiã Dei,& qua voluntarie actualiter, vel saltem habitualiter seruant omnia mãdata actu,vel virtute,explicite,vel implicite præferates alijs omnibus finibus Deum & eius consecutionem,& Deum vt finem cui præferunt sibi ipsis & omnibus alijs rebus, optantes magis obedientiam Dei,eiusq.gloriam, & honorem inde resultantem,quam bonum cuiuscunq.creaturæ,quod est diligere Deum toto corde &c.Deuter.2.&Matth.22.Inter omnes autem modos,quibusDeus dicitur vltimus finis, potissimus, est qui illi competit, quatetus est beatitudo nostra obiectiua,in cuius possessione consistit beatitudo formalis, quæ etiam est finis,vt iuxta Aristo. quodcunq. bonum per se expetibile,& eius possessio per se potest dici finis,1.mag.mor.c.3.Iuxta hæc potest intelligi id Psal.38. *Notum fac mihi Domine finem meum*:nam secundum Ambro. non agit ibi de morte suaDauid,sed de fine æternę vitæ: & quod subditur: *et numerum dierum meorum*, exponit Ambr.de diebus æternitatis:eodemq.modo hunc locum interpretatur. 3. de de interpellatione.cap. 8. & Augusti. in eundem Psalmum dicens: *finem meum notam mihi fac.finem qui mihi deest, non cursum, qui mihi adest. Finem illum dicit, quem currens intuebatur Apostolus,& de sua imperfectione confitebatur,aliud in se intuens, aliud alibi quærens: ait enim ad Philip.3.Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim &c.vnum autem, quæ retrò sunt oblitus, in ea, quæ ante sunt extentus sequor ad palmam supernæ vocationis in Christo Iesu,ipse est enim finis.Vnum autem hoc est illud vnum: Domine ostende nobis patrem,& sufficit nobis* Ioan 14. *Vnum autem,quod & vna dicitur* Psalm.26.*Vnam petij à Domino,hanc requiram, vt in habitem in domo domini,omnibus diebus vitæ meæ.* Sic etiam id Psalm.147.*qui posuit fines tuos pacem*, exponit Augu.19. Ciuit.capit.12.dicens: *fines eius, eam debemus intelligere pacem, quam volumus demonstrare finalem. Nam & ipsius ciuitatis mysticum nomen est Hierusalem,quod visio pacis interpretatur.* Sic etiam aliqui intelligunt id lucæ 10.*Porro vnum est necessarium*,scilicet formalis, vel obiectiua beatitudo, & sicut secundum Arist.1.Ethi.cap.2.& 7.in qualibet facultate, & arte est vnum aliquid,in quod cætera referuntur, ita nihil mirum si humanæ vitæ aliquis finis sit,scilicet Deus,& eius possessio,in quem omnia referenda sint, & ad quem omnia rectæ gesta conducant.

10. *Omnes philosopi aliquod bonum vel bonorum aggregatum docuerũt in quo beatitudo consisteret.*

Et quamuis non omnes philosophi attingerint felicitatem in Dei possessione consiste re,tamen omnes aliquod bonum, vel bonorū aggregatum posuerunt in quo felicitas, consisteret, quod finem nostrum vltimum dixeruut,vt patet ex Augusst.8.ciuita cap.8. & lib. 19.cap.1.Cicero. in libris de finibus. Et ratio naturalis id suadet,nam constituendum est aliquod bonum, vel bonorum aggregatum, quod qui habet, nihil vltra appetere potest, quod formaliter vel virtute in eo non sit,nam quidquid extra illud formaliter est, est in ipso eminēter, aut virtute,vel ei est incōpatibile,ipsoq.inferius ac proinde sine illo habet homo totum bonorum aggregatū, quod habere potest, nec extra tale aggregatum potest merito,& secundum rationem aliquid inquirere,sed illo bonorum cumulo,& statu contentus esse debet,cum ille status sit omnium bonorum aggregatione perfectus,vt de beatitudine inquit Boetius, omnium inquam bonorum,quæ coniungi,& coaceruari possunt.

11. *beatitudo est finis noster vltimus variis rationibus.*

Fælicitas autem formalis, vel obiectiua, non solum finis simpliciter vltimusnoster est, quia in ea sistere debet omne desiderium omnisq. inquisitio boni,sed etiam quia in omni actione nostra quodāmodo illam expetimus, iuxta id Augusst.13.Trini.ca.3.*quidquid aliud quisquam latenter velit ab hac voluntate* (scilicet beatitudinis)*quæ omnibus satis nota est, non recedit* sic forte,lib.11. ciuita. cap.6.ait: Voluntates particularium finium suos proprios fines habere,qui referuntur ad finem illius voluntatis qua volumus beate viuere,& ad eam peruenire vitam,quæ non referatur ad aliud, sed amanti per seipsam sufficiat.Quamuis hoc loco Augusti.forte tantum vult, merito omnes alios fines referri in vltimum finem; quod etiam intendisse videtur Arist.1.Ethi.cap.2.4. & 7.vbi ait: *Omnia quæ à nobis expetuntur ob fælicitatem expeti*. Qui tamen loci Aristo.& Augusst. in priori sensu explicantur à Conimbricensibus.1.& Ethico.disp.2. q.3.art. 1. qui ad idem referunt Boetium. 3. de consolatione, prosa.2. D. Thom 4 d. 49. q. 1. art.3.q.4.& 3.contragentes à cap.17.&1.2.q.1.art.6.cum quo

quo hanc rem suadent; quia quidquid appetitur, non nisi sub ratione alicuius boni appetitur. Vel ergo eiusmodi bonum est omnino perfectum, atq; ita est vltimus finis, vel non est perfectum omnino, sicq; appetitur in ordine ad perfectum. Semper enim inchoatio alicuius, ad perfectionem eius ordinatur, imperfectum enim, perfecti inchoatio est, vt patet in naturalibus, & artefactis, & moralibus. Sed quia dici posset, imperfectum priuatiue ordinari ex natura rei ad perfectum tanquam eius inchoationem, nõ tamen imperfectum negatiue. Aut licet ordinetur ex natura rei, nõ tamen ex voluntate operantis, & ideo non videri necessarium vt in omni actione nostra vltimum finem aliqualiter intendamus, subiungũt aliã tationem. Quia ita se habet vltimus finis in mouendo appetitum, sicuti in alijs motibus primum mouens, vt ergo causæ secundæ non mouent aut quidquam agunt, nisi cõcurrente, & mouẽte prima, ita creata & secundaria appetibilia nõ mouent, nisi mouente fine vltimo. Sed hæc ratio maiorem habet difficultatem, nam nullus finis mouet nisi cognitus, experiẽtia autem constat, nos appetere finem particularem, non cognoscendo vltimum, & vniuersalem, ergo mouere potest finis particularis, nõ mouente vltimo. Et ratio est, quia finis particularis per se est bonus, & expetibilis, vnde nõ indiget fine vltimo vel eius intentione formali, etiam semel in vita, habita, vt expetatur. De quo vide Scotum, 1. d. 1. q. 4 in fine & 4 d. 49. q. 10. Suarez tom. 1. metaphy. disp. 24. sect. 2. nu. 16. Valentiã disp. 1. huius operis, puncto. 4. & quę dicemus in hac disputatione sect. 5. ad 1. Nec spectat ad perfectionem finis vltimi, vt sine illo nullus alius mouere possit, sicut spectat ad perfectionem primi agentis, vt sine illo nullus agens agere possit; nam causalitas efficientis perfecta est, cum fiat per rationem causandi, quę contineat in se formaliter, vel eminentotam perfectionem effectus, & quæ à parte rei prius existat. Causalitas vero finis imperfectissima est cum fiat per rationem causandi, quę non contineat illo modo perfectionen effectus, & quã non sit necesse præexistere reipsa, sed sufficit eã existere in apprehẽsione, imo interdum sit res impossibilis omnino, vnde dependentia aliorum à Deo in isto modo causandi ad perfectionem Dei non pertinet, sed tantum depẽdentia in causando effectiue. Fateor in actionibus nostris aliquam dependentiam esse à Deo vt fine, non quidem à Deo, vt fine cuius assecutio per voluntatem nostram intendatur, sed vt a fine, quẽ Deus ipse spectat, quãdo nobis, vt operemur cooperatur. Nam in illa cooperatione Dei Deus habet seipsum pro fine cui, suæ autem bonitatis communicationem, & extensionem, suam gloriam & honorẽ vt finem, cuius gratia operatur: imo, & nostrã fælicitatem, & beatitudinem, quæ in eius possessione consistit, ideo in omni actione nostra Deus diligitur vt vltimus finis, si non à nobis, certe à Deo. Dequo vide Suarez to. 1. metaphy. disput. 24. sect 2. & D. Thom. 3. contra gentes. cap. 17. ratio. 6. & hoc posset sufficere vt nos diceremur, aliquo modo in omni actione nostra habere Deum pro vltimo fine cui, & eius bonum extrinsecum provltimo fine, cuius gratia, non tamen vt dicamur, in omni actione nostra illũ ex petere, quamuis quia Deus cum cooperatur nobis, etiam bonum, & finem vltimum nobis intendit, & quærit, dici potest, nos in omni actione nostra operari propter beatitudinem formalem, & obiectiuam à Deo nobis intentam, & volitam, & eadem ratione omnia agentia creata, dicuntur in omni sua actione operari propter suum vltimum finem.

Vt fines particulares appetantur nõ opus est, vniuersalem prius appeti.

Addo autem in omni actione nostra aliquo modo ex peti à nobis fælicitatem, nam vel bonum quod ex petimus est fælicitas ipsa formalis, vel obiectiua, vel medium ad illam, vel pars formalis vel virtute, vel eminenter contenta in illa; ideo in omni actione nostra aliqualiter appetitur fælicitas. Et in hoc sensu intelligo, & verum est quod dicunt Conimbricen. supra, & Fonseca. 5. metaphy. cap. 2. quæst. 12. sect. 5. fines particulares non posse sine vltimo mouere ad sui amorem. Quod etiam docet D. Tho. hic artic. 6. & sic explicat Augusti. 19. ciuitat. cap. 1. asserentem, finem nostri boni esse propter quod amantur cætera, illud autem propter seipsum. Et ibi ad. 3 ait, quod virtus primæ intentionis respectu vltimi finis mouet in quolibet appetitu, cuiuscunque rei, etiam si de vltimo fine actu non cogitetur. Similia docet D. Tho. 4. d. 49. q. 1. art. 3. q. 4. & 1. p. q. 60. art. 2. Suarez illa sect. 2. num. 15. & Conimbri. optime supra ad argnm entum contra. 2. conclusionem. Et hæc explicatio colligitur aperte ex Arist. 1. Rheto. cap. 5. vbi ait, *fere autem, & vnicuiq; priuatim, & publice omnibus, finis quidã est, quem coniicientes alia persequuntur, alia fugiunt. Is vero est, vt vno verbo dicam, fælicitas, & quæ sint eius particulæ.* Particulæ dixit, quia semper agitur de fælicitate, vel de aliqua parte contenta formaliter, vel virtute in ipsa fælicitate. Et Augusti. 10 Confes. cap. 21. *Sed quid est hoc, quod si quæratur à duobus, vtrum militare velint fieri posset vt alter eorũ velle se, alter nolle. Respondeat. Si autem ab eis quæratur vtrum beati esse velint, vterque statim se sine vlla dubitatione dicat optare, nec ob aliud velit ille militare, nec ob aliud iste nolit, nisi vt beati sint.* Licet hic locus non admodum suadeat, quia tantum loquitur de homine, qui actu cognoscit, amatq; fælicitatẽ. Optime tamen hanc rẽ confirmat Maximus Tyrius philosophus sermone. 19. vbi ait, hunc scilicet

12. *In omni actione fælicitatẽ ex petimus aliquo modo.*

Quomodo fines particulares, sine vltim. ad suum amorẽ mouere nequeunt.

licet philosophum; omnino necesse est aliquid appetere, quod forsam vno vocabulo comprehendere non potest, Beatitudinem ait, &c. Et infra de quolibet docet in omni sua actione beatitudinem optare; & si perconteris, cuius gratia operetur, responsurum, quod fælicitatis causa certet, potet, diuitias comparet, venetur humum colat, pugnet, amet, cantet, concionetur, vel si ipse Sardanapalus ipse inquam leuigato corpore, putribus oculis, plexa cesarie de fossus in purpuram, in regiam penitus abditus, pellicibus permixtus, rei alterius, & non vnius fælicitatis se vocet sectatorem. Idem de alijs flagitiosis hominibus dicit late Maximus ibi. Itaq; non dicitur, quis in omni actione sua, summum bonum, vel fælicitatem intendere, quia illam intendat actu explicito, sed quia semper bonum verum, vel apparés amat ac proinde, quod vere, vel apparenter, summū bonum, vel fælicitatem participet. Idem sumi potest ex Augustino, tractatu de Epicureis, & Stoicis, cap. 3.

13. *Semper habitu fælicitatem apetimus.*

Demiq; ideo fælicitas est noster finis simpliciter vltimus, quia illam quasi habitu semper appetimus tantam enim inclinationem ad illā habemus, vt si nobis proponatur, statim excitet, vehemens quoddam sui desiderium, eiusq; appetitio quoad specificationem necessaria sit, imo quoad exercitium, saltem loquēdo de necessitate quadam morali. Vnde August. 3. Trinit. c. 4. *Proverissimo* (inquit) *certissimoq; constat omnes homines beate viuere velle*; & infra; *nec de hoc* (inquit) *Academicus ille Cicero dubitauit, qui cum vellet in ortensio dialogo ab aliqua re certa, de qua nullus ambigeret sumere suæ disputationis exordium. Beati certe* (inquit) *omnes esse volumus.* Et eodem libro ait cap. 5. *Nam & hoc, populo, si pronunciatum esset in theatro, omnes id in suis voluntatibus inuenirent*, scilicet desiderium beatitudinis. Et D. Thom. ar. 7. docet, omnes homines conuenire in appetitu beatitudinis in communi, non conuenirent autem nisi necessitate quadam ad eius appetitum traherentur. Ad idem est Augustinus. 10. confessio. cap. 20. dicens: *Non ipsa est beata vita, quam omnes volunt, & omnino qui nolit eam nemo est?* Et infra: *Omnes si vna voce interrogari possent, vtrū beati esse velint, sine vlla dubitatione, velle responderent.* Et cap. 21. *nec ego, tantum, aut cum paucis, sed beati prorsus omnes esse volumus.* Et infra dicit, alia verba, quæ paulo ante retulimus. Et optime de hac re agit titu. de Epicureis, & Stoicis, cap. 3. to. 6. nec solum beatitudinem in communi omnes appetunt, sed etiam in particulari, si eam agnoscant, & de ea cogitent. Et sic potest intelligi quod ait Ambro. enarrat. in Psal. 38. *Ille qui verus est finis, non vnius est finis, sed omnium*, quia scilicet omnes cum de eo cogitant, illum cogitant & amant, saltem simpliciter complacentia, & desiderio conditionato, imo rarus est, qui eum non velit efficaciter cū de illo, vt de summo bono suo cogitat, licet nō apponat statim media, sed in aliud tēpus differat, & ideo censeatur non diligere eum efficaciter pro eo tempore. Quo pacto exponēdum est, quod ait D. Thom. artic. 7. & alij ibi, & Valentia disp. 1. q. 1. punct. 7. non omnes appetere beatitudinem in particulari. Sic etiam intelligi, aut limitari debent Durand 2. d. 38. quæst. 4. & Bonan. ibi, artic. 1. quæst. 4. docentes non ab omnibus appeti beatitudinem in particulari. Vnde Augustin. 13. Trinit. cap. 4. in ignorantiam beatitudinis in particulari refert varietatem voluntatem dicens. *Mirum est cum capessendæ, & retinendæ beatitudinis, omnium sit vna voluntas, vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursum varietas, atq; diuersitas voluntatum, nō quòd aliquis eam nolit, sed quòd non omnes eam norint.*

Ex dictis etiam explicatur Scotus. 4. d. 49. quæst. 10. §. ex his, dicens; aliquem posse velle aliquid contra beatitudinem, vt quando peccat sciens se reddi indignum beatitudine. Ex superioribus demiq; patet quomodo verum sit, quod D. Thom. dicit artic. 7. vnum esse vltimum finem omnium hominum, intelligitur enim de vltimo admodum explicatum non de proximo is enim diuersus est, etiam in bonis, vt eodem articulo, bene docet Vazquez, cum Duran 2. d. 38. quæst. 4. & constat, quia varia bona honesta propter se ipsa appetunt: in malis etiā, qua parte male opertāur, sunt fines diuersi, nam diuersa bona possunt propter se ipsa male appetere, & eadem, aut diuersa media propter varios fines, videlicet varia bona naturæ, vel varias delectationes, &c. Ratio vero qua probat. Duran. posse circa eandem materiam varios habere fines, quia potest vnus contra liberalitatem, vel temperantiam, verbi gratia, peccare per excessum, alius per defectum, nullius momēti est, quia interdum in eadem materia potest homo ex eodem motiuo & fine excedere, & deficere. Differunt autem mali, & boni, quoad finem vltimum non solum modis superius dictis, sed alio, quē eodē art. 7. attigit Vazquez, quia omnes boni habent eūdem numero vltimum finem cui, suarum actionum, nempe Deum, cui in omnibus habitu, vel virtute, & sæpe etiam formaliter placere appetunt; mali vero non habent eundem numero finem vltimum: quia nullus est, cui omnes illis modis placere studeāt. iuxta superiora etiam bene intelligitur, quod ait Azor. lib. 1. cap. 1. quæst. 6. actionum omnium humanarum vnum esse vltimum finem communem, & generalem, non tamen priuatum, & specialem: nam dum aliquid homo agit, etiā dum peccat, vnum cō-

14.

mune bonum appetit, quod est, vt bene habeat,

beat,& omni malo careat:at vero Deum qui est bonorum omnium finis vltimus specialis, non semper optat & expetit.

Sectio.2.vtrum vnus homo possit sibi constituere plures vltimos fines &c.

15. *Suppositū 1. homo potest simul appetere plures fines secundum quid vltimos.*

IN primis statuo, sermonem hîc non esse de finibus vltimis secundum quid,nam de his, si homo potest simul plura intelligere, & amare per modum plurium, siue vno actu,siue diuersis,siue perfecte, siue imperfecte,vt verum puto,non dubium quin homo possit simul duos eiusmodi fines intendere,vt salutem,voluptatem,vel honorem(& ita docet Vazquez disp.5.cap.3. & Ochā quodlibeto.4.q.2. ad quoddā argumentum) & ad eos simul mediaeligere,præsertim si de simultate intelligatur, & de intentione abstrahendo à formali,vel virtuali.Probatur, quia hi fines non habent repugnantiam inter se nec eorum intensiones interse repugnant, nec obiecti capacitatem sunt incompatibiles,aut alia verisimili ratione, ergo possunt esse simul etiam in eodem instanti phyfico, & formaliter. Eadēque ratio est de diuersis electionibus propter hos fines. Et hoc verū est siue finis,cui optantur hi fines,sit idem siue diuersus,verbi causa, siue optem mihi sanitatem,& voluptatem,siue alteri,siue vnam mihi, alteram alteri,siue appetantur vt integrantia vnū bonum perfectum,vt partes sanitatis, aut pulchritudinis,siue non: siue vt conueniunt in vna ratione communi honoris, voluptatis &c. siue non.Vnde recte Azor lib.1.cap. 1.q. 7. ait,fines affimatiue vltimos non posse esse plures,quia finis, qui refertur in alium,eo ipso nō est vltimus,fines tamen negatiue vltimos posse esse plures,& multarum nostrarum actionū & eiusdem,quia potest quis commitere multa peccata interse omnino diuersa,quorum vnū minime in aliud referatur.potest etiāeodē actu velle & appetere æque duo peccata, ita vt vnum nō velit propter aliud,sed vtrumque propter ipsum met,aut propter alium vel alios fines.

Prob.

16. *obiectio 1*

Si obijcias.D.Thom.q.12.art.3.ad 2. & 3.asserentem non posse intelligi, vel intendi plura vt plura licet possint plura intendi, vt vniuntur aliquo ex dictis modis.

Solutio.

R.perfecte quidem, seu intense intendi non posse nisi aliquo ex prędictis modis vniantur, intellectus enim, & voluntas plura, & melius capiunt,quo magis vnita fuerint,& magis per modū vnius obijciantur:imperfecte autē,& remisse potestvolūtas plura vt plura amare,& intellectus plura vt plura intelligere,seu per modum plurium,& loquor de vnitione formali, qua media vel fines sumantur,vt conueniunt in aliqua ratione communi,vel eundem finem cui,aut cuius spectent, vel aliquod vnum bonum integrent:virtute enim semper vniuntur in vno fine simpliciter vltimo, & vna fælicitate,qnia vt dictum est in præcedenti sectione in omni suo actu homo implicite, & virtute appetit fælicitatem,& vltimum finem simpliciter.

17. *obiectio.2*

Obijcies.2. quia non potest homo simul moueri localiter ad diuersos terminos, ergo nec voluntas motu spirituali.

Solutio.

R.non esse simile,quia termini motus locālis sunt incompatibiles,nempe esse in hoc loco,& in illo,termini autem motus spiritualis sunt compatibiles, & interse non repugnant. Ex dictis autem à fortiori sequitur, posse voluntatem simul eligere idē mediū ob varios fines,maior enim vnio est,qū varij fines vniuntur in vno medio:ergo si possunt appeti simul plures fines, & propter eos eligi diuersa media,multo melius vnum medium, cuius signū est,vt inquit D.Thom.q.12.art.3.quia in electione illūd medium præfertur,quod ad plures fines conducit. Vt si quis intendens sanitatem possit medium sumere, quo simul oblectetur,id eligit.Ergo simul intendit sanitatē, & voluptatem,idemq.medium eligit ad vtrā q. actus autem electionis tunc erit duplex vt disp.præcedenti,sect.2.ostendimus,quia actus voluntatis speciem sumunt à fine iuxta D. Thom.art.3.

18. *3.obiectio soluitur.*

Ex quo diluitur alia obiectio,nempe quia eiusdem effectus,non possunt esse plures causæ totales eiusdē ordinis:ergo eadem electio non potest procedere ex pluribus finibus,vel eorum intentionibus.In primis enim de electione pure elicita admitto totum, licet eo argumento non probetur sufficienter, sed quia species actus est a fine: si enim quis diceret, eandem esse electionem, quando est eiusdem medij ob plures fines,diceret illas causas non esse totales,sed partiales, & integrare vnā totalem,& causare diuersum actum numero,vel etiam specie, ab eo quem quælibet seorsum ab alia causaret,& cum maiori intensione,intensior enim esset electio medij ob duos fines,quam ob vnum tantum ipsorum nisi forte liberum arbitrium propter innatam libertatē æque intense,vel remissius operaretur.De actu autem imperato siue sit elicitus à voluntate;siue ab alia potentia, non dubito quin possit procedere á diuersis finibus vltimis in suo ordine,& diuersis intentionibus,& electionibus imperantibus illum:vt cum quis ex intentionibus iustitiæ,& misericordiæ,eligit,vel vult reddere alteri pecuniam mutuo acceptā qua alter eget ad salutem,vitam ve conseruādam, vel ad consequendam beatitudinem: & simul

simul ad gloriam imperat suæ voluntati actũ elicitum misericordiæ Et ratio est, quia actus imperatus,vt visum est disputatione præcedẽti non sumit speciem ex fine ob quem imperatur :ergo idem poterit ob plures fines imperari,ac proinde à pluribus intentionibus ; & electionibus specie distinctis procedere, imo & cum eadem intensione , & extensione , ac si ab vnico fine vnica intentione , & electione procederet.Et cum obijcitur,ergo eiusdem effectus erunt duæ causę totales eiusdem ordinis.Respondẽt aliqui,in primis raro actus illos imperantes simul physice cõcurrere; physica enim simultas non est necessaria,vt actus aliquis duos fines habere dicatur, sed sufficit moralis.Si vero contingat simul physice omnino haberi,dici posset, quod de alijs causis physicis dici solet,scilicet quod licet vtraque per se sit sufficiens,tamen quando simul vtraque æque applicatur neutra agit tota virtute sua.Deniq efficientiam,qua voluntas subiectas potentias mouet,non esse proprie efficientiam,sed naturali potentiarum consensu fieri, vt posito tali actuin voluntate , statim anima, in qua omnes potentiæ radicantur, se applicet ad operandum per potentiam volntati subiectam,quod æque bene facere potest anima,siue per vnum siue per plures voluntatis actus determinetur,& applicetur.

19. *Replica. Solntionis aliquorum.*

Sed istæ solutiones nullius momenti sunt,1. quidem,quia licet verum sit,actum,posse virtute tantũ esse propter plures fines siue propter vnum formaliter , propter alium vero virtute:nihil prohibet,quin sit formaliter ob diuersos fines,idq.frequenter contingit , & licet semel tantum contingeret , argumento esset satisfaciendum.2.autem quia causæ naturales hoc est non liberæ,agunt tota sua virtute , & secundum vltimum potentiæ, præsertim cum effectus abillis prouenit cum tota perfectione,qua potest ab illis prouenire.3. vero quoniam licet voluntas in inferiores potentias non dicatur proprie agere,sed inproprie, tamen in seipsa quando proprium actum imperat,videtur proprie agere, imo aliqui dicunt, in membra externa posse influere motum localem & non per potentiam executiuam distinctam à voluntate,alij vero dicunt, rationẽ agendi esse actum,vel conceptum intellectus, vel actum,aut idolum imaginatiuæ , in qua opinione eadem est difficultas , quomodo idẽ motus localis à diuersis actibus,vel idolis,aut conceptibus possit prodire,vt à causis totalibus,& quarum quælibet possit effectum cum tota sua intensione,& perfectione causare. Et in quacunq.opinione manet difficultas de ipsis finibus, qui sunt causæ per se respectu actuũ imperatorum & deactibus voluntatis, quomodo in suo genere causę, per accidens, seu applicantis,possint esse causæ totales eiusdem effectus?

20. *Reijciuntur solutiones positæ.*

Vnde aliter R.in effectibus,qui à voluntate,vel appetitu proueniunt,quasi optati,& desiderati,nullum esse inconueniens,eundẽ prouenire à pluribus causis totalibus eiusdem ordinis,videlicet cum eadem intensione,quia intensio & extensio non sequitur intensionem, vel perfectionem causæ sed ea est, quam appetitus esse vult, vel appetit.Hoc mihi manifestum est,in duobus angelis, quorum quisque siue alterius gnarus,siue ignarus velit lapidẽ tanta velocitate moueri, tunc certe quilibet esset sufficiens,& totalis causa illius motus,& cum tota illa velocitate,agentia autem non voluntaria,quando vniuntur ad causandum aliquem effectum,semper illum causant citius,velocius,vel cum maiori intensione,aut extensione,quam abvno solo causaretur,ideo tunc non dicuntur causæ totales, sed partiales,de quo plura dixi 2.phy.

21. *Solutio authoris. Eiusdem effectus. possunt aliquãdo esse plures causæ totales eiusdẽ ordinis.*

Sicut autem vnus actus potest eligi, & imperari ob diuersos fines,ita duo actus,seu duo media ob eundem finem,æque immediate,& sine vlla subordinatione interse,vt si vnũ medium non habuerit effectũ, saltem alterum habeat,superfluum autem licet non impossibile,esset duo media assumere,quando alterũ certissime cognoscitur sufficere,vt plures, intercessores sumere ad beneficium obtinẽdũ q aquodlibet eorũ certissime impetrãdũ cognoscitur.

22. *difficultas præcipua an eiusdem hominis vel actionis possint esse duo fines simpliciter vltimi,*

His constitutis,solum manet difficultas de vltimo fine simpliciter,an eiusdem hominis, vel etiam actionis possint esse simul plures fines vltimi simpliciter ? Qua in re optime aduertit Valẽtia disp.1.puncto.6.aliud esse quærere,an plures res possint esse vnus vltimus finis simpliciter eiusdem hominis,aliud autẽ quærere an plures res possint simul esse plures vltimi fines simplicitrr eiusdem hominis. Primum enim est quærere,an cumulus, & aggregatum multarum rerum possit esse vnus finis vltimus vnius hominis , vel an de pluribus rebus non seorsum,sed coniunctis,& vnitis verificari possit ratio vltimi finis,sicut plures hominis dicuntur vna ciuitas, vel populus 2. vero est quærere an illa ratio finis vltimi de pluribus seorsum verificari possit, ita vt quilibet per se & adæquate sit hominis vltimus finis simpliciter.Hoc supposito non est dubium,quin plures res possint intelligi,& amari simul ab vno, eodemque homine, quasi vnus vltimus finis simpliciter, vt docet Vazquez illo cap.3.& 4.& exD.Thom. patet.a.5. ad argu.& ratione probatur. Nihil enim impedit quominus quispiam sibi constituat vltimum finem suum in duabus,vel pluribus rebus,q nęsint ei veluti partes vnius vltimi finis, siue

siue in hoc iudicio erret,siue non. Vnde Augusti.19.ciuit.cap.3.memorat Marcum Varronem fælicitatem,atque vltimum finem constituisse in diuersis rebus. *Summum* (inquit) *bonum hominis quo fit beatus, vtriusq. rei bonis constare dicit, & animæ scilicet, & corporis.* Et cap.10.refert aliquos posuisse fælicitatem in quatuor bonis voluptate,quiete,bonis naturę& virtute,& 2.de lib.arbit.c.13. *homines vel singula, vel plura bona eligunt, quibus fruantur.*

Et Arist.1 Ethi.postquam,cap.7. dixerat ad beatitudinem pertinere operationem perfectissimæ virtutis vsquead finem vitæ cap. 8. docet fælicitatem externis bonis indigere. *Nõ enim* (inquit infra) *fælicitatis admodum compos, est ille, qui vel specie prorsus deformis, vel genere ignobilis est.* Et c.10.ait.fælicem esse,qui per virtutem perfectam operatur, & bonis externis satis abundat,vsque ad vitæ finem.Et cap. illo 8.refert aliquos posuisse fælicitatem in virtute,& sapientia, & copia rerum externarum, &.2.mag.mor c.2.ait,ex multis bonis fælicitatem constare comprobatur:idem docet. 1. Ethi.cap.5.

Itaq.bene potest quis duas, vel plures res amare per modum vnius vltimi finis, & maxime id est verum si illas solum apprehenderit sub ratione communi vltimi finis, seu boni perfecti,& sufficientis, prescindendo á proprijs earum rationibus, & non considerando, an perfecta,& sufficiens bonitas in vna,vel pluribus rebus inueniatur.

23. *an duæ res possint seorsum amari per modum vltimi finis simplicit.* *Pars affirmat.* *prob.* 1. *Conf.* 2.

Superst autem inuestigandum, an possint duę, aut plures res seorsum amari per modũ vltimi finis simpliciter.Pars affirmans,suadetur, 1. quia potest quis iudicare esse duos Deos,& esse duos vltimos fines, ergo potest eos simul amare vt tales, voluntas enim potest amare vt vltimum finem, quod vt tale sibi proponitur ab intellectu.Cõfirmatur,quia potest amare duo bona existimando singula per se esse perfecta,& sufficientia:sed hoc est amare illa, vt vltimos fines:ergo.

2.succesiue posset tunc singula amare,vt vltimos fines:ergo & simul si existimet non esse incompatibilia .Si vero existimet incompatibilia,amare ea poterit disiunctim volendo, vnum, vel alterum obtinere, & cõditionaliter volendo vtrunq.coniungere si esset possibile. Imo voluntate simplici,quæ potest esse impossibilium, poterit vtrunq. diligere absolute & sine vlla conditione.Confirmatur, quia postquam voluit vnum, vt vltimum finem si obliuiscatur illius poterit alterum diligere vt finẽ vltimum,non retractando amorem prioris, ergo saltem poterit habere duos fines vltimos, vnum dilectum actu,alterum virtute,seu dilectione manente,non formaliter,sed virtute.

Confir.

3. 3.qui peccat mortaliter,constituit vltimum finem simpliciter in creatura, quam praue diligit, sed potest homo praue simul diligere plures creaturas, ergo constituere sibi plures vltimos fines simpliciter.

4 qui est ingratia,maxime si Deum actu diligat super omnia, habet Deum pro vltimo fine simpliciter,sed etiam habet obiectũ peccati venialis pro vltimo fine simpliciter, cum nec formaliter,nec virtnte sit relatum in Deũ, vel fælicitatem formalem, aut obiectiuam,ergo habet duos vltimos fines simpliciter. 4.

5.qui actu vno peccat,m.& alio vult dare elemosinam propter Deum, 1. actu constituit vltimum finem creaturam,2. Deum ergo habet duos vltimos fines. 5. 6.

6.potest quis esse in mortali, vel originali, & simul diligere Deum super omnia amore naturali,ergo habere duos vltimos fines simpliciter. Antecedens patebit in materia de gratia,consequentia vero probatur: nam qui est in peceato mortali, vel originali, habet creaturam pro vltimo fine simpliciter,qui vero diligit Deum super omnia,habet illum pro vltimo fine simpliciter ergo habet duos vltimos fines simpliciter.

7.Si is, qui erat in peccato mortali conuertatur ad Deum,in illo priori antequam recipiat gratiam,habet Deum pro vltimo fine, & etiam creaturam: quia non dum deposuit peccatum mortale,quo constituitur vltimus finis in creatura, ergo habet duos vltimos fines.Confirmatur,quia fieri potest, vt Deus illi non infundat gratiam,tunc autem maneret cum peccato mortali, & cum dilectione Dei supernaturali super omnia:ergo ratione peccati haberet pro vltimo fine creaturam,& ratione illius dilectionis Deum. Quid enim aliud? 7. *Confir.*

8. Angelus cum peccauit non deflexit à Deo,vt fine naturali, nec amisit eius naturalem dilectionem, quia naturalia post peccatũ manserunt integra,per peccatum autem constituit vltimum finem in creatura:ergo habet duos vltimos fines. 8.

Nihilominus dico, non posse eiusdem hominis esse duos vltimos fines actu intentos, ab ipso per modum vltimorum finium,vt dicunt D.Thom.art.5.& cum eo Conra. Caiet. Medina & omnes alij, Valentia disp. 1.q. 1. puncto.6 Vazquez disp.5.cap.4. 24. *concl.negatiuas.*

Probatur.1.quia constituere sibi actu duos vltimos fines est duas res, vel duo aggregata eorum amare,vt duo bona per se sufficientia, & perfecta in quorum quolibet sistat eius desiderium,neq.vltra procedat, sed si amat homo aliquid aliud ab aliqua re,vel aliquo rerũ aggregato,iam non amat talem rem, vel tale aggregatum, vt bonum per se sufficiens,& perfectum, seu eo modo quo posit amare, *Prob.rationibus* 1. *ratio.*

ita

ita vt in eo sistat non vnum,vel alterum desiderium hominis,sed totum eius desiderium,totus affectus,totaq.eius intentio,ergo talis res, vel rerum aggregatio non amatur vere vt vltimus finis, ac proinde eiusdem hominis non sunt actu simul duo vltimi fines,& hæc est prima ratio D.Thomæ,art.5.eaq. firmissima.

2.Ratio eius est,quia amare aliquid,vt vltimũ finem simpliciter,est proponere illud sibi,vt finem vninersarum suarum actionum, ac proinde vt principium earum,quia finis est principium humanarum actionum, & ita est velle omnia opera sua facere ad talis finis consecutionem,non potest autem velle omnia facere ad duorum consecutionem,ergo, nec habere simul duos vltimos fines.Minor patet,quia saltem consecutionem vnius non propter cõsecutionẽ alterius vult,cũ vterq.finis, propter se tãtũ ametur,& non propter aliũ,& quia cũ bona illa sint disparata, & non subordinata, quæ conducunt ad consecutionem vnius,intelligit,non conducere saltem omnia ad consecutionem alterius. Hanc credo esse secundam rationem D.Thom.art.5.

Confir. Confirmatur,quia sicut nemo potest velle duobus dominis seruire, quos scit contraria, aut pugnantia, vel incompatibilia præcepturos,iuxta id Matth.6.nemo potest duobus dominis seruire,non potestis Deo seruire,& mãmonæ.Isai,28.coangustatum est stratum, ita vt alter decidat,& pallium breue est, vtrunq. operire non potest. Ita nemo potest proponere sibi duos fines, in quos referat omnes suas actiones, quia nouit postulare actiones repugnantes,vel incompatibiles. Hæc confirmatio sumitur ex D. Thom. ibi argumento sed contra.

3. ratio. 3.ratio D.Thomę in art.5.est, quia species actus sumitur ex fine,& ea species tanto generalior,& communior est multis actibus sub ea contentis,quanto finis vlterior est, & sub se plura media continet,ac proinde omnium generalissima est, quæ sumitur ex fine simpliciter vltimo, & generalissimo . Non possunt autem esse duæ species omnium generalissimæ,scilicet quarũ quelibet sit generalior alia, & contineat plures species infimas, quã alia, ergo nõ possunt alicui esse duo fines simpliciter vltimi,& generalissimi.Dicto modo debẽt rationes D.Thomæ intelligi,& fomari,vt vim habeant,& calumnijs non pateant.

4. ratio. 4.ratio addi potest.Nã qui putat aliquod bonum sibi esse sufficiens omnino, non potest aliud præsertim æquale optare, saltim moraliter loquendo, quia appeteret rem magnis cõparandam laboribus,sibiq.superfluam,cognitam vt talem.Sed qui appetit aliquid vt vltimum finem,putat illud bonum sibi esse sufficiens,ergo non potest,saltem moraliter loquẽdo,appetere aliud,maximè vt æquale,scilicet vt finem simpliciter vltimum.

5. ratio. aliquorũ. 5.aliqui id probant ex Deutero. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies quasi dicat,illum tantum habebis pro vltimo fine.Et Matth.12. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde &c.scilicet vt vltimum finem.Sed hæc non sunt ad rem,tum,quia hîc non inquirimus,quid homo debet facere, sed quid facere possit,loca autem hæc de obligatione,non de potestate tractant; tum quia in primo loco solum prohibemur alijs,quã Deo exhibere adorationẽ latriæ,vt constat in materia de adoratione:&in secũdo loco solũ prohibemur habere in corde aliquid diuinis iussis aduersum;demum quia loca illa vt plurimum suadent Deum debere esse vltimum finẽ, cui, nostrarum actionum,quem formaliter, vel virtute nobis ipsis præferamus. In præsenti autẽ loquimur de fine, cuius consequendi gratia operamur.

25

Ad argu. par. assir. rsep. ad 1. Ad. 1.argumentum initio positum ,R. licet quis existimaret, duos esse Deos , duosq.vltimos fines,non tamen posset illos simul amare vt tales,& iuxta cuiusq.dignitatem , & exigentiam,sistente toto desiderio,& affectu hominis in quolibet illorum,sistere enim affectum hominis in vno, est non transire ad aliud seu hominem affectu nõ ferri in aliud,diuersis autem temporibus posset amare vtrunq.vt finem vltimum potest enim voluntas diuersis temporibus amare multa , quæ non postet simul,quia sunt opposita vel incompatibilia,& similiter amare modis incõpatibilibus,simuul autem non potest amare modis incompatibilibus,quales sunt habere hoc bonum pro fine vltimo,& etiam aliud.

Ad.consi. Ad confirmationem.R. hominem amare simul efficaciter non posse duo bona, quorum quodlibet arbitretur perfectũ, sibiq. omnino sufficiens,quia saltem moraliter loquendo,nõ potest velle,quod putat omnino superfluum, maxime si credat, vt moraliter necesse est credere,illud fore magnis laboribus consequẽdum,licet autem ea amaret, neutrum tamen amaret vt vltimum finem simpliciter,quia in neutro sisteret totum hominis desiderium.

Ad 2.argum. Ad.2.R.licet ea bona posset homo successiue amare,vt vltimos fines simpliciter, non tamen simul, quamuis existimaret,ea bona esse compatibilia,quia amare vnum eorum vt vltimum finem vltra hoc quod est desiderare vnum,includit non simul desiderare aliud, sed totum hominis desiderium in vno figi.

Ad conf. Ad confirmationem.R.licet admitteretur hominem posse habere duos fines simpliciter vltimos,vnum dilectum actu,alterum virtute tantum,vel vtrumq.virtute tantum,nihil fieret contra nos,aut contra D.Thomam,solũ enim inten-

tum, vel vtrumq. virtute tantum, nihil fieret cõtranos, aut contra D. Thomam, solum enim intendimus non posse simul diligi actu duo bona, vt duos fines simpliciter vltimos, tamẽ fortasse, nec sic hominem habere posse duos fines vltimos, quia secunda dilectio priorem quodammodo rectrataret, amare enim aliquid vt bonum perfectum, sibique sufficiens, præsertim in illud dirigendo, & ordinando omnes suas actiones, est virtute reuocare affectum alterius, vt boni sibi sufficientis, & finis omnium actionum, & ab eius prosecutione desistere.

26. ad 3. arg. Ad 3. quidam dicunt, peccantem mortaliter non constituere semper vltimum finem in creatura; alij constituere finem in eadem creatura, nempe in seipso quem diligit vt vltimum finem, & ideo non habere plures fines vltimos. Alij aliud respondent quia tamen hæc longam petunt disputationem, sectioni sequenti reseruantur. Vnde modo breuiter dico peccatorẽ non constituere vltimum finẽ in creatura, formaliter, & explicite diligendo creaturam aliquam, vel aliquod aggregatum creaturarum tanquam finem vltimum, imo raro, vel nunquam id euenire, sed implicite, & virtualiter ad hunc modum. Quod cum peccator mereatur carentiam Dei, in cuius consecutione consistit beatitudo, & præbeat causam sufficientem, vt eo fine priuetur, si in eo statu decedat, quia sibi gratiam aufert, quæ necessaria est ad eum finem obtinendum necesse est, vt maneat in creatura tamquam in fine vltimo secundum executionem, & ideo peccando, implicite vult creaturam esse eo modo finem suum vltimum sub conditione moriendi in peccato mortali. Vnde licet circa plures creaturas peccet, non constituit sibi plures fines vltimos, etiam modo dicto, seu implicite, & virtute, sed vnum, nempe bonum creatum, quod habere poterit decedendo in peccato mortali, abstrahendo ab hoc, vel illo bono creato. Vel dicitur peccator constituere vltimum finem in creatura, nõ quidem vltimum simpliciter, sed secũdũ quid, quia appetit aliquid malum, vel ex genere, vel ex circunstantijs, quod vt sic non cedit in gloriam & honorem Dei, nec in ipsum Deũ referri potest, cum sit contra eius legem, & voluntatẽ, vnde licet peccator in multis hoc modo constituat vltimum finem non dicitur habere plures fines simpliciter vltimos, sed secundum quid, non tamen sicut iustus quia iustus vt sic, nihil amat diuinæ legi aduersum, sed quidquid ab eo diligitur est consonum diuinæ legi, & ideo referibile in gloriam Dei, & ex se tendens in gloriam Dei, & propriam fælicitatem, licet formaliter, & explicite in illam non referatur, & ideo quidquid amat, vt iustus, est medium in potentia, & quasi naturali aptitudine ad prædicta, licet actu sit tantum finis, hoc autem in peccatore quatenus peccator est non inuenitur, sed quatenus cum iusto conuenit in aliqua recta operatione, vt ècontra iustus, quatenus venialiter peccat, & cum peccatore conuenit, eo modo finem vltimum secundum quid in creatura constituat. Vel peccator dicitur constituere finem simpliciter vltimum in creatura, non proprie, sed metaphorice tantum, vt sectione sequenti explicabitur. Vel denique peccator dicitur constituere finem vltimum in creatura, loquendo de fine cui, quia frequenter peccat homo amando inordinate sibi, vel alteri creaturæ bonum aliquod, quia bonum talis creaturæ est. Et licet hoc interdum, & sæpe contingat iusto, quia multa bona sibi, vel alijs vult, quia bona sibi, vel alijs sunt, tamen diuersimode quia semper actu vel virtute præfert Deum omni creaturę, paratus desistere ab omni bono creaturæ, si id poscret lex Dei, saltem sub mortali peccato obligans, vnde formaliter, vel virtute non sistit omnino in creatura, tam quam in fine cui, sed progreditur & transit vlterius ad ipsum Deum, quod tamen non facit peccator. Iuxta hanc autem explicationem, non contingit sibi peccator multiplicem finem vltimum cuius gratia, sed cui tantum, & ideo nihil infertur contra nostram assertionem, quæ agit de solo fine cuius, maxime cum creatura cui bonum aliquod inordinate appetit, non sit vltimus finis cui, simpliciter, sed tantum secundum quid. Finis enim vltimus simpliciter cui, ille solus videtur, cuius bonum ita appetit, vt nullius alterius bonum quærere velit, quod non cedat ex se in honorem, & gloriam illius, vel saltem non militet notabiliter, seu magnopere contra gloriam illius, quo pacto iustus actu vel habitu, vel virtute habet Deum pro vltimo fine cui, simpliciter, qui autem peccat, non sic appetit sibi, vel alteri creaturæ bonum, vnde non constituit illam finem cui, vltimum simpliciter.

Quomodo peccator constituit vltimũ finẽ in creatura.

27. ad 4. arg. Vnde ad 4. R. existentem in gratia habere Deum pro simpliciter vltimo fine cui, habitualiter, & interdum actu, vel virtute: habere etiam saltem habitualiter pro fine vltimo cuius gratia Deum ipsum, tum quia illius consecutionem optat sibi saltem habitualiter per habitum firmatum, & viuũ nitentemq præsenti statui, cum tamen peccator non speret actualiter, vel habitualiter beatitudinem, innitendo statui præsenti, sed futuro;

tùm quia dignus est potiri eo fine, & illum cõ sequetur, si in eo statu decedat, licet actu formali, & explicito, non constitueret sibi Deũ vltimum finem, cuius gratia, considerando illum, vt bonum sibi sufficiens, & perfectum, & sistendo in illo, nihil saltem pro alia vita desiderando, quod formaliter, vel virtute, in Dei possessione non contineatur. Cum autem peccat venialiter, non constituit vltimũ finem simpliciter, nec cui, nec cuius increatura, sed secundum quid, iuxta explicationes adhibitas in solutione argumenti præcedentis vnde non sequitur, peccatum habere duplicem finem, cuius gratia, simpliciter vltimum, de quo plura sectione sequenti, corolario. 2.

Quomodo quipeccat venialiter constituit vltimũ finẽ in creatura.

28. *Ad 5. arg.* Ad 5. R. peccantem mortaliter constituere creaturam vltimum finem, modis dictis ad 3. argumentum, licet autem simul det eleemosynam perpter Deum, non ideo habet Deum pro vltimo fine cuius, simpliciter, sed pro vltimo fine cui, secundum quid, quia illum particularem actum ob eius gloriam, vel aliud bonum extrinsecum Dei exercere vult. Vnde non sequitur illum habere duplicem finem cuius gratia simpliciter vltimum, quod nos repugnare censemus stando in ordine naturæ, quod addo, quia per miraculum, si quis potest habere simul actus voluntatis contrarios, bene posset simul appetere duos eiusmodi fines, vt simpliciter vltimos.

Si potest homo de potẽtia absoluta habere simul duos actus cõtrarios, potest habere simul duos fines simpliciter vltimos.

Ad. 6. negatur consequentia, loquendo de vltimo fine simpliciter cuius gratia, quia dilectio Dei super omnia, orta ex amicitia, naturali, vel supernaturali, non constituit Deũ finem vltimum cuius gratia, sed cui.

29. *ad 6. arg.*

Obiectio. Si autem addas, illum amore concupiscentiæ posse sibi appetere Deum, & eius possessionem, vt vltimum finem cuius gratia: ergo ille habebit duos eiusmodi vltimos fines simpliciter. R. non habebit eos eodem modo, sed diuerso, & nullam habente repugnantiam non enim habebit creaturam pro vltimo fine cuius gratia formaliter, & explicite dilecto, sed secundum quandam dignitatem, & meritum, simul interdum cum quodam affectu virtuali, & implicito exposito insolutione. 3. argu. qui non pugnat cum illo priori affectu, vt velle occidere illũ hominem explicito, & formali affectu, non pugnat cum voluntate interpretatiua seruandi illum, quæ est in eo qui illum occidit ex ignorantia, non occisurus illum, si esse patrem sciret, vel matrem, &c. & similiter affectus formalis non conculcandi fata non pugnat cum virtuali affectu cõculcandi illa, qui est in eo qui transit per fata ignorans, fata esse, quoniam volens causam, virtute vult consequenter (physice saltem) effectum inde secutum.

Solutio.

Ad 7. R. illum in eo priori habere Deum pro vltimo fine cui, non autem cuius gratia, quia (vt dixi) dilectio, & amor amicitiæ, non constituit Deum vltimum finem cuius, sed cui, in sequenti autem signo habet Deum pro vltimo fine cuius, eo modo quo diximus existẽtem in gratia, habere Deum pro vltimo fine cuius, nempe quia per gratiam, quam tunc recipit, est eo fine dignus, illumq. consequatur, si in eo statu moriatur, & ita in eo signo definit homo habere creaturam pro vltimo fine, contrario modo, deposita scilicet dignitate carendi Deo, & manendi in sola possessione alicuius boni creati: & quia in eodem instanti, etiam pro diuersis signis naturæ, nõ possunt de eodem opposita verificari, minime admittendum est, pro signo præcedenti gratiæ infusionem hominem habere dignitatem carendi Deo, & sistendi in bono aliquo creato. Non ergo in illo instãti temporis, pro diuersis signis naturæ habet duplicem finem vltimum cuius gratia. 30. *ad 7. arg.*

Ad confirmationem respondendum est sicut ad 6. quantum enim attinet ad presentẽ difficultatem, nihil refert existentem in peccato habituali, & in eo manentem diligere Deum super omnia naturaliter, vel supernaturaliter. *Ad confi.*

Ad 8. R. Angelum non amisisse naturales potentias, vel habitus, vel species inditas, amisisse tamen dilectionem naturalem, qua propter Deum volebat naturaliter eius præceptis obedire; & licet cum ea maneret, non inde fieret habere duplicem finem cuius gratia, quia amor amicitiæ perse non constituit Deum vltimum finem cuius gratia, sed cui. 31. *ad 8. arg.*

Si obijcias retinere etiam affectum naturalem beatitudinis etiam supernaturalis: ergo habet illam pro vltimo fine, cum ergo simul habeat pro fine vltimo bonũ creatum, quod possidet, habebit duos fines cuius gratia vltimos simpliciter. *Obiectio.*

R. retinere naturalem affectum simplicem beatitudinis, non vero efficacem, nisi conditionatum, scilicet si esset sibi possibilis beatitudo, licet autem absolutum efficacem retineret, non ideo haberet duos eiusmodi vltimos fines actu dilectos, ac vltimos simpliciter, sed vnum dilectum actu, & explicite vt vltimum finem simpliciter, alterum vero dilectum virtualiter, & implicite, ad modũ dictum in solutione 6. argumenti, de peccatore, qui actu, & explicite appetit beatitudinem, vt finem cuius, simpliciter vltimũ. Sed pro maiori explicatione eorũ quæ in hac sectione diximus, sequentes quæstiones annectandæ sunt. *Solutio.*

Sectio.

Sectio 3. vtrum qui mortaliter peccat constituat vltimum finem in creatura.

32. 1. opinio. & pars negans argumentis confir.

ADrianus quodlib. 7. q. 3. partem negatiuam tenet, quæ his argumentis suaderi potest, quæ ex illo fere sumuntur.

1. argu. Primum, nam qui peccat mortaliter circa aliquam creaturam, non eo ipso putat eam esse sum bonum perfectum, & sufficiens, nec vt in tale bonum fertur in illam, nec in ea sistit totum eius desiderium, nec ad eam dirigit, vel merito dirigi posse putat vniuersas suas actiones, ergo nō sumit ipsam pro vltimo fine simpliciter.

2. argum. 2 Quia peccator multa opera facit moraliter bona, que ex natura sua, vel ab operāte formaliter, vel virtute sunt relata in Deū, tāquā in finem vltimum, ergo creatura non est finis vltimus eorū operū, ac proinde non est finis vltimus simpliciter respectu talis hominis cū in eum finem nec firmaliter, nec virtute referat vniuersas actiones, sed quasdā virtute referat in Deū, quasdā vero formaliter.

Confir. Confirmatur, nam in peccatore manet quædam pia affectio, etiā supernaturalis ad veritatē cognoscendam ex qua affectione credit etiā supernaturaliter articulos fidei, habet quoq; desideriū efficax, & supernaturale beatitudinis, & spem illius, ex quo desiderio, & spe, multa facit opera moraliter bona; & propter Deum dilectum dilectione naturali, vel etiā supernaturali imperfecta, multa facit opera, quæ alioqui nō erat facturus, & interdum ex hoc amore patitur martyriū, per quod in instāti mortis iustificatur, iuxta communē opinionē: ex hoc etiam amre potius vellet peccator se & totum mundum destrui, quā Deū, ergo multos habet actus, qui non habēt creaturam pro vltimo fine, sed potius Deū, ac proinde creatura non est vltimus finis simpliciter respectu talis hominis.

3. argu. 3 Quia contingit hominē ex zelo, & intentione placendi Deo simul cū ignorantia aliqua peccare mortaliter, ergo nec in eo actu peccati habet creaturam pro vltimo fine, sed Deum. Consequētia videtur nota, & antecedens probatur ex Paulo Rom. 10. *Zelum Dei, habent, sed non secundū scientiam; ignorātes enim iustitiā Dei, & suam volētes statuere, iustitiæ Dei, non sunt subiecti* & Ioan. 16: *venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiū se præstare Deo.* & hoc modo peccasse Paulum patet. 1. Timothei. 1. *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci:* imo etiam sciens, & prudens, potest quis mentiri ad promouendā religionē, vel cultum Dei, &c.

4. argu. 4 Quia sæpe homo peccat spe veniæ, alioqui, non peccaturus, quomodo Adamum peccasse putat Magister. 2. d. 22. ex August. 11. Genesis ad literam c. 42. ergo etiam in ipso peccato retinet affectum Dei, vt vltimi finis: ergo non sumit creaturā pro vltimo fine simpliciter, alioqui haberet duos fines simpliciter vltimos, contra dicta sectione. 2.

5. argu. 5. nam potest quis peccare mortaliter propter proximū, & nihilominus minus amare illum, quam seipsum: ergo etiā potest peccare propter quamcunq. creaturā, & tamē minus amare illā quam Deum. Antecedens probat Adrianus in casu, quo quis peccaret, tamen nec vitam, nec digitum exponeret discrimini propter ipsum: consequētia vero patet, quia si non est necesse amare præ alijs illud, cuius gratia quis pecat, non videtur necesse amare illud plusquam Deum.

6. argu. 6 Potest filius offendere parentem, & graue eius indignationem incurrere, propter seruū: tamen multo plus amare parentem, quā seruū: ergo similiter potest quis grauiter offendere Deum, & grauem eius indignationem incurrere propter creaturā, tamen multo plus amare Deum, quam creaturam, ac proinde non habere illam pro vltimo fine simpliciter. Antecedens pro 2. parte probatur: nam fieri potest, vt contra voluntatem parentis volentis seruo necē inferre, filius conetur seruū abinteritu liberare, tamen si alter illorū esset moriturus mallet seruum obire, quam parentem, & ita magis parentem amaret.

Confir. Confirmatur, nam peccator, mallet se, & quamcunque creaturam aliam, imo, & totam earum collectionem perire quam Deū: ergo magis amat Deum, & sic nō habet creaturam pro vltimo fine.

7. argu. 7. fieri potest vt peccator amore mulierculæ, quam inordinate diligit, paratus sit dare decem nummos aureos, & non 20. tamen paratus sit pauperi, vel Ecclesiæ dare 20. propter Deum, & eius fidem tuendam, & dilatandam: ergo magis amat Deum, quam mulierculam illam, ob quam peccat, quia magis diligit Deum quam 20. nummos aureos, & hos plusquam mulierculam: ergo de 1. ad vltimum amat Deum præ mulierecula. Vnde pro Deo implet nouem præcepta, & pro fœmina non impleret quatuor.

Confir. Confirmatur, nam si is qui fornicatur, verbi gratia, plus diligit creaturam, quam Deum, committit duo peccata vnum contra castitatem, aliud contra ordinem charitatis, præferendo creaturam Deo, consequēs est falsum: ergo.

8. argu. 8 Quia esto peccator plus diligat creaturam ob quam peccat, quam Deum, non statim sequitur illam constituere sibi in vltimum finē; fieri enim potest, vt aliquam aliam creaturā,

adhuc magis diligat, ergo non quoties quis peccat constituit vltimum finem in creatura, ob quam peccat, vltimus enim finis, non est qui minus dilectus est.

33. 2.opinio. 2 Opinio est, peccatorem non constituere vltimũ finem in creatura, circa quam peccat, sed in se ipso quia propter se amat honorem diuitias, voluptatem, & alias creaturas circa quas peccat, iuxta. D Th. q.77. a.4. vnde fit committentem multa peccata non habere plures vltimos fines, sed vnum, & eundem, nempe se ipsum. Hæc sententia tribuitur Caietano, in hac q.art.5. alij autem contendunt non esse hãc eius sententiam, quia vltimum finem totalem dicit esse bonum proprium, cuius partes sunt obiecta singulorum peccatorum, & ideo ibiectum cuiuscunq. peccati non est vltimus finis totalis, sed partialis. Sed certe Caietanus vtrumq. dicit, nempe finem vltimum peccatoris esse ipsum met, & bonũ proprium esse vltimum finem totalem, nec in re sibi aduersatur, quia primum intelligit de vltimo fine, cui, secundũ vero de vltimo fine, cuius gratia; & ita contendit peccatorem non habere duplicem vltimum finẽ cui, nec duplicem cuius gratia, sed vnum cui, & alterum cuis gratia, quem putat ex pluribus bonis compositum esse. Consonat Cumel. q.71. a.6. disp.vn. con.2.

34. 3. opinio. 1.cnnclus. 3.opinion. 3. sententia est Valentiæ disputa.1.quæs.1. puncto. 6. & in tribus consistit propositionibus. 1. de fide est hominem eo ipso quod mortalier peccat, auerti à Deo, vt ab vltimo fine, nec habere ipsum pro vltimo fine donec ad eumper salutarem pœnitentiam cõuertatur. Cui conclusioni non contradicit expresse Adrianus, quamuis quædam eius argumenta, si quid valerent, cõtra eam quoq. valerent, inquit Valentia, qui eam probat. 1. ex scripturis passim asserentibus, Deum, à peccatore contemni, deseri, derelinqui, & ex alijs ad conuersionem hortãtibus, 1.Reg. 2. *Qui contemnunt me erunt ignobiles.* Isai. 1. *ipsi autem spreuerunt me:* & ibidem: *Væ genti peccatrici dereliquerunt Dominum*; & ca. 30. *Væ filij desertores:* & ca.59: *iniquitates vestræ diuiserunt inter uos, & Deum vestrum.* Ierem.2: *dereliquerunt me fontem aquæ viuæ:* Matth.6. *non potestis Deo seruire, & mammonæ:* Ecclesiast. 5: *non tardes conuerti ad dominum.* Isai.45: *conuertimini ad me, & salui eritis:* Ierem. 4. *ait Dominus ad me conuertere &c.*

2 Ex patribus dicentibus, peccantem mortaliter, eo ipso recedere á debita seruitute, & subiectione erga Deum vt dominũ Chrysost. homilia. 22. in Matth. *captiuis infæliciores putandi sunt auari, qui cum Dominum habeant Deũ, ab illo rege mitissimo recedentes. Tyranno se huic sæuissimo dediderãt:* Hieron. Ierem. 14. in illud *Hæc dicit dominus populo huic quia dilexit mouere pedes suos &c:* ait; *notãdũ in scripturis sacris, quòd semper peccatorum moueantur pedes (quia scilicet recedunt à Deo:) sanctis autem dicatur cum Moyse, Deut. 5: tu vero hic sta mecum; & Psal. 134. scriptum sit; laudate serui dominum, qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri:* & Aug. 14. ciuit. cap. 28: *amor sui vsq. ad contemptum Dei facit ciuitatem terrenam Babylonis &c.* & 2 Confessio. c. 5. peccatorem propter infima bona de serere Deum, eius virtutem, & legem, quę bona sunt summa.

35. 1.conclus. 3. opinio. explicatur ab authore. Hæc conclusio certa mihi videtur, non tamen de fide, nisi intelligatur de recessu à Deo, vt vltimo fine, ad eum modum, quem postea trademus. & certa est, non ex adductis testimonijs, quæ solum probant, peccatorem recedere à Deo. vt domino, principe, & legislatore, non obediendo eius legibus, & præceptis, & interdum non adorando, & colendo ipsum vt dominum, nec credendo esse talem: sed ob alia testimonia scripturæ, quę adducẽtur à nobis. Ratio etiam qua illa conclusio probatur, nõ vrget, scilicet quia vltimus finis amatur præ alijs apprætiatiue, peccator autem non plus diligit Deum apprætiatiue; si quidem creatura anteponitur eius legi, gratiæ, & gloriæ, & proptera dicitur, non diligere Deum iuxta id 1. Ioan. 5. hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. Posset enim huic rationi ocurri dicendo; finem vltimum cuius gratia, diligi præ alijs apprætiatiue, non amore amicitiæ, sed concupiscentiæ, & sic diligi posse Deum, & eius consecutionem à peccatore, pro nulla enim re creata vellet Deo in œternũ carere, seu visione Dei; & cum peccat, non peccaret, nisi veniam speraret, & de inde vitæ œternæ consecutionem.

36. 2. conclu. 3. opinionis. 2 Conclusio huius opinionis est. Peccantẽ mortaliter eo ipso constituere creaturam vltimum finem. Hanc cõclusionem in sano sensu veram esse postea dicemus, & ostẽdemus, & esse de fide, & non tantum esse pene de fide, vt hæc opinio asserit.

37. 3.conclu. 3.opinionis. 3 Conclusio huius opinionis est. Quamuis regulariter ex ipso genere peccati possit cognosci ad quã creaturã peccator se conuertat, vt ad vltimũ finẽ, non potest tamẽ id semper ita determinate cognosci, quin possit fieri, vt ad aliquam aliam creaturam potius, quam minime quis putaret, se conuertat. Prima pars probatur; nam communiter homo diligit se præ alijs apprætiatiue infra Deũ, ergo cũ peccando deserit Deum, communiter id facit propter se ipsum, atq. adeo se ipsum habet pro vltimo fine, peruerse tũc plusquã Deũ se amãdo; atq. hoc ipsũ est quod recte Sco. 1. d. 1. q. 5. §. ex his. & Caie. hic a.5. notat, peccatorem

rem non ipsam materiã peccati habere pro ultimo fine adæquato, & totali, sed potius se ipsum. Ad se namq. refert materias peccatorum, quæ proinde non sunt vltimus finis, nisi inadequate & partialiter, quatenus peccator nimirum perperam à se amatus secundum illas materias, ipse sibi est vltimus finis, iuxta id Augustini relatum; *Amor sui vsq. ad contemptum Dei, ædificat ciuitatem Babylonis.* 2. pars conclusionis probatur. Nam fieri potest, vt peccator cum in aliqua materia peccat, se ipsum etiam referat ad aliquam aliam creaturam, quam sibi anteponat, tamquam finem sui vltimum, vt patet in illis, qui propter idolum mortem oppetere parati essent, ergo non semper homo constituit se ipsum vltimum finem, sed vt plurimum, & regulariter, quo pacto intelligendi sunt Scotus, Caietanus, & Augustinus supra. Ex quibus colligo hanc tertiam opinionem non esse omnino diuersam a secunda, sed esse eandem, adhibita quadam moderatione, & declaratione.

38. *Opinio authoris.* *1 Conclusio authoris, peccatum mortale auertit à Deo vt vltimo fine, cuius gratia.*

Ego autem dico. 1. Pecans mortaliter eo ipso auertitur à Deo, vt vltimo fine cuius gratia, quia meretur ipso, seu eius conspectu possessione, & fruitione carere in æternũ, seu quia cõstituit se indignũ tali fine, & illo carebit, si in præsenti statu moriatur, & quia homo volũtarie peccat & incurrit damnum hoc, ideo voluntas eius dicitur auertere se à Deo, vt ab vltimo fine. Hanc conclusionem in hoc sensu nec Adrianus, nec catholicorum quispiam negare potest, cum sit de fide, peccatorem mereri carentiam hanc Dei & hanc pœnam damni infligendam illi à Deo iuxta id. *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Hoc intendunt D. Tho. 1.p.q.88.art.1.2 d.43.art.3.& Capreo, ibi.q. vnica, conclusione 1. Viguer. cap.18.§. 3.versi.2. Bona, & Albert, infra dicentes, pecatum mortale auferre ordinem à fine vltimo.

39. *2 conclu. peccans mortaliter constituit vltimũ finem aliquomodo in creatura & illam diligit plusquã Deũ.*

2 Conclusio. Peccans mortaliter eo ipso, constituit aliquo modo vltimum finem in creatura & illam diligit plusquam Deum. Ita Caiet. Medina, Conradus & alij art.5. Valentia supra, Scotus. 1. d.1. q. 5. §. exhis, & §. ad primum. Idem vt certum supponere videtur duram. eadem. d. q.4. num.11. d. Tho. infra. q. 88. art.1. ad.2.3.&.4. argumentum &. a.2. ad. 1.&. q.89. a.1. ad. 3.&. 2.2. q.55. art 2, Rom.5. lecti 1.& in hac. q. art. 5. argumento sed contra,& art.7. ad.1.& de malo, q.7: art.1. ad 3.5. &.20. & 2.2. q.24. art.10 ad.2. Bon. 2. d.42. art.2. q.1. Albert. eadem. d. art.3 Richardus, art.2. q. 2.& a.3. q.1.& 2. Medina infra q.16. articu. 3. Vazquez disp. 5. cap. 1. Altisiod. 2. summę trac. 28. c. 2. in q. de distin. peccati mortalis à veniali, Alber. 2. summæ. tract. 18. q.114 memb.4.a.1. Alen. 1.p.q.124.m.2. Dur. 2.d. 42.q.6. Scotus: 1.d.1. q. 5. Richard. d S. Victore lib. de differẽtia peccati mort. & venialis. Caiet. q.71.a.6. dub vlt.& quidem conclusio hæc certa de fide est (neq. negatur ab Adriano) in hoc sensu, quod peccator communiter præfert creaturam, ratione cuius peccat, præsenti amicitiæ, & beneuolentiæ Dei & in eo actu plus amat se vel aliam creaturam quam Deum, & bonum proprium, vel alterius creaturæ quã obedientiam Dei, & constituit vltimum finem cui, & cuius, in creatura respectu illius actus, & operis, quod cum sit peccatum mortale non solum non refertur virtute in Deum, sed etiam tollit charitatem, qua opera essent referenda in Deũ. & in hoc sensu hanc sententiam exponit Vazquez supra; cæterum authores illius videntur amplius velle, nempe peccatorẽ constituere vltimum finem operantis totius vitæ in creatura, & simpliciter eam præferre Deo, vnde addo, similiter conclusionem certam esse de fide (neq. ab Adriano negari) in alio sensu sufficienti ad affirmandum peccatorem constituere vltimum finem operantis & totius vitæ in creatura & simpliciter eam præferre Deo, & diligere plusquã Deum: quatenus scilicet peccans mortaliter, eo ipso facit se indignum Deo, vt fine &, quod idem est, cõspectu, & fruitione Dei, ac proinde in fruitione boni creati vel etiã Dei cogniti per species creaturarũ & conceptus communes Deo, & creaturis, manere qui escere, & sistere debet, & ita creatura, vel aggregatũ ex creaturis, & Deo per species creaturarũ repræsentato, & per conceptus creaturarũ cognito. erit ei vltimus finis, secũdũ executionẽ, & quodã modo hic finis erit primus in intẽtione, quia in causa, & per accidens voluit peccator ad hunc statum, seu terminum peruenire, licet non inse, & per se id voluerit. In alio quoq. sensu vera est conclusio, scilicet quod pecãs mort. vt plurimũ, & regulariter loquẽdo habet pro fine vltimo cui, se ipsum, vel aliã creaturã, cui inordinate optat aliquod bonũ & pro vltimo fine, cuius gratia bonũ aliquod creatũ, quod sibi vel alteri creaturæ inordinate optat. Hęc est mẽs Valẽtiæ, Scoti. & Caietani, imo & D. Tho. nam art.5. argumẽto sed cõtra ait. de gulosis dici. *Quorũ Deus venter est* Philip.3. *qui scilicet constituunt finem in delitijs ventris*, & loquitur de vltimo, vt patet ex antecedentibus. Delitias ergo vẽtris (ait, Tho.) esse finem vltimum gulosi, scilicet vltimum finem cuius gratia, & (quod pro eodem reputat) venter ipse est finis, vltimus cui, & ratio est, quia in his finibus sistit pecans mortaliter, ita vt neque isti fines, vt sic amati, & dilecti tendant in Deum, vt in finem cui, vel cuius gratia, ex se & ex natura sua, sicut quãdo homo ordinate ap-

petit sibi, vel alteri creaturæ aliquod bonum creatum, neque sinant alia via subiectum tendere in Deum clare visum, vt in finem cuius gratia, neque tendere in Deum vt in finem, cui modo notabiliter debito, sci licet dando ei gloriam, & honorem, per obseruantiam mandatorũ obligantium sub mortali, quod non ita accidit in peccato ve niali, finit enim subiectum frui Deo, quia non destruit gratiam, admittitque secum obseruantiam ominum mandatorum obligantium sub pecato mortali. Et maxime hoc verum est, quando in aliquem istorum finium homo plurimas actiones dirigit, tunc enim istar Dei videtur rem adorare, & amare, eique vt domino obquem tot, & tanta facit, ac molitur, obtemperare. Vnde in hac re locutio non est omnino propria, sed metaphorica, & ideo Paulus, de gulosis, qui multa faciunt ventris gratia, non proprie, sed metaphorice dicit: quorum Deus venter est. Et quamuis vnicum tantum opus vẽtris gratia facerent, diceretur venter metaphorice Deus, & finis vltimus cui, & delitiæ ventris Deus, & vltimus finis, cuius gratia, quatenus instar vltimi finis, & Dei, in supremo quodam loco collocantur, & supra Deum quodammodo ponuntur, vel ei anteponuntur, vt legislatori, in re graui, & vt amico, & vt fini vltimo (imo & rebus omnibus, quatenus in Deo, vt fine vltimo continentur) siquidem reddunt hominem indignum Deo, vt fine vltimo, & in capacẽ eius, secundum præsentem statum. Vnde ad conclusionem in hoc sensu comprobandam faciunt ille locus Pauli ad Philip. 3. & alius aa Ephesi. 5. vbi auaritia appellatur idolorum seruitus, & Ierem. 2. *duo mala fecit populus meus, & me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas*; & Matth. 10. *qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus*: idest qui amore patris transgreditur præceptum meum, vt exponit Chrysost. Hierony. Hilar. gloss. & alij, & Ioan. 12. *Ex principibus multi crediderunt in eum*, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non ejcerẽtur dilexerunt enim gloriam hominum magis quã gloriam Dei. similia legimus. c. 5. nu. 44. & Ioan. 8. *qui facit peccatum seruus est peccati*: & Matth. 6. *non potestis Deo seruire, & mammonæ*: & Hierony. in id Isai. 50. *in iniquitatibus vestris venditi estis*, vbi ait: *qui enim facit peccatum, seruus est peccati: & quomodo auari, atque raptores serui sunt mammonæ, sic omne peccatum dominatur peccatoribus*, nempe obtinendo in animo quendam principatum instar vltimi finis. Ob eandem rationẽ dixit Augustinus 10. Ttinit. c. 10. & lib. 83. quæstionum quæst. 30. *Omnem humanam peruersitatem, quæ etiam vitium vocatur, esse fruendis vti velle, & vtendis frui*, id est velle frui creatura tanquam vltimo fine, quo pacto frutionem sumit Augusti. 1. de doctrina Christiana à cap. 3. vsque ad 5. & cap. 33. & lib. 3. cap. 10. & lib. 11. de ciuitate, cap. 25. dicens, *solo Deo fruendum esse*, quomodo etiam loquuntur omnes scholastici 1. d. 1.

Huc etiam spectat quod ait Augustinus in libris de ciuitate, præsertim, 14. cap. 28 *Amorem sui, vsque ad contemptum Dei, ædificare terrenam ciuitatem Babylonis, & amorẽ Dei vsq. ad contemptum, sui ædificare cœlestem ciuitatem Hierusalem.* & cap. 14. in fine ait, peccantem mortaliter, aliquid anteponere Deo. idem lib. 21. cap. 26. & 3. de lib. arb. c. 24. ait quod peccator vult sibi ipsi esse bonum suum & Deus, sicut serpens Genes. 3. mentiebatur, eritis sicut Dij, & 10. Trin ca. 10. vita vitiosa, & culpabilis est male vtens, vel malefruens; & Chrysosto. homilia 13. ad Phili. explicans id. c. 3. quorum Deus venter est, ait: *Vides quantum malum sunt diuitiæ: alijs quidem pecunia, alijs venter Deus est.* Idem q. dicere potuisset in quocunq. alio vitio. Eodem modo loquuntur patres communiter, cum explicant hunc locum, & aliũ ad Ephes. 5. iam relatum. Vide Athan. ad Philip. 3. & opsuc. contra gentiles & de Virginit. & Grego. 1. reg. 15. in id quasi peccatũ ariolãdi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, qui locus scripturæ etiam fauet, & Trid. sect. 6. c. 5. & Ioan. 15. qui diligit me mandata mea seruat, nam ibi indicatur, eum qui non seruat, non diligere Deum super alia omnia, sed aliquid supra Deum.

40. Corolar. primum. Conciliatio opinionis Adriani, & alior.

Ex dictis patet primò cõciliatio aliorũ doctorum cum Adriano, & inter se. Nam Adrianus solum intendit (id quod verisimum est) propriè, & sine vlla metaphora, aut figura loquendo, peccatum mortale, non constituere vltimum finem simpliciter in creatura, nec semper eam proprie simpliciter, & sine metaphora omnino præferre Deo, eamve amare plusquam Deum; quod sufficienter omnia, vel aliqua argumenta pro Adriano facta ostenderunt. Cæteri vero doctores sentiunt peccantem mortaliter, metaphorice tantum constituere finem vltimum totius vitæ in creatura, & illam diligere simpliciter plusquam Deum. Sed tam isti defecerunt non explicantes se loqui metaphorice, quam ille non inquirens aliquem modum, quo communem, & receptam sententiam tueretur. Qui vero asserunt, pecantem mortaliter constituere vltimum finem in seipso, cum ijs, qui dicunt, illum constituere in bono proprio, quod sibi peccando optat, faci

le con-

le cõciliantur dicendo; priores loqui de fine cui, posteriores de fine cuius gratia. Qui autẽ dicunt, finem vltimum cuius gratia esse bonum, quod quis sibi optat dum peccat, facile conciliantur cum ijs, qui dicunt, esse aggregatum ex bonis, quę in omnibus peccatis intendunt, vt priores de fine vltimo partiali, & posteriores de totali loquantur, in quorũ numero est Conradus art. 5. qui hac via (vt & Caietanus, & Valentia) saluare conatur eũ qui plura committit peccata, nõ habere plures vltimos fines, scilicet integros, & totales sed partiales tantum. Sed etiam conciliari possunt, vt priores loquantur de fine vltimo valde metaphorice dicto; posteriores autem de fine vltimo minus metaphorice dicto, magis enim recedit à metaphora, & acedit ad proprietatem dicere, aggregatum omnium illorum bonorum esse finem vltimum, quam eius partem, quia longe plura fiunt propter illud aggregatum, quam propter partem aliquam: imo omnes actiones peccantis mortaliter, vt sic, propter illud aggregatum fiunt, nec est inconueniens ponere plures fines vltimos valde metaphorice dictos, secus proprie.

41. *obiectio.* Si quis autem obijciat, existentem in peccato mortali non habere pro fine simpliciter vltimo proprie dicto ipsum Deum, ergo creaturam; nequit enim esse sine aliquo fine simpliciter vltimo proprie dicto.

Solutio. Responderi potest. 1. existentem in peccato mortali, posse sine miraculo habere simul naturalem dilectionem Dei super omnia elicitam vel solis naturæ viribus, vel auxilio supernaturali interiori dum nullum habet actum fidei: & cum miraculo, supernaturalem, & diligere Deum vt vltimum finem, naturali, & supernaturali amore concupiscentiæ; ac proinde habere Deum pro vltimo fine cui; & cuius proprie dicto. Deinde non esse necessarium, vt quisque actu, vel virtute habeat aliquem finem simpliciter vltimum, & proprie dictum, sed satis esse habere aliquem finem simpliciter vltimum late, & metaphorice dictum, & aliquem finem vltimum secundum quid, & in sua serie respectu cuiuscunque actionis, & ita in peccatore contingere posse. Imo interdum peccator, licet raro, nullam creaturam habet pro fine cui, simpliciter vltimo, etiam metaphorice dicto, vt quando propter ignorantiam culpabilem, vel sine illa, inordinate appetit aliquid propter gloriam, & honorem Dei, dilatationem fidei, & religionis Christianæ, & cultus diuini, tunc tamen habet aliquam creaturam, nempe gloriam & honorem Dei, vel cultum eius &c. pro fine cuius gratia simpliciter vltimo, late & metaphorice dicto. Bene etiam dixit Valentia, interdum etiam peccatorem constituere aliquem finem cui, increatura aliqua distincta ab ipso. Quod contingit primo quando ex ignorantia creaturam aliquam (vt idolum) arbitratur Deum (in quo casu etiam creattra posset constitui finis simpliciter vltimus, cui, & cuius proprie dictus) 2. quando quis peccat mortaliter ex affectu amici, vel parentis, vel alterius, in quo casu, quodammodo etiam peccat ex amore proprio, quia parens, & amicus est aliquid ipsius, vel alter ipse. Vnde D. Thom. quest. 77. art. 4. omnia peccata ex amore proprio oriri docet.

42. *2. Corolárium.* 2. sequitur proxime ad veritatem accessisse quosdam huius temporis viros doctos (quibus etiam in argumentorum Adriani responsione consonat Valentia, dicens, non esse necesse vt peccans mortaliter expressa intensione constituat sibi creaturam vltimum finem, sed affectu voluntario, quo implicite hoc ipsum intendat) qui dixerunt dupliciter intelligi potest, eum qui peccat mortaliter ponere vltimum finem in creatura primo formaliter, ac propria & expressa intentione, secundo interpretatiue, & imputatiue. Prior modus non est verus, vt recte probant argum. Adriani, & experientia, non enim omnis peccans ita diligit creaturam, circa quam peccat, vt se, & omnia sua in eam referat, & eam amet tanquam bonum sibi sufficiens, quin potius nec semper eam amat tanquam finem, sed interdum tantum vt medium, vt cum quis occidit propter furtum, homicidium non amatur vt finis, sed vt medium ad furtum, & hoc vt medium ad honores, voluptates &c. Posterior autem modus verus est, nam quia peccator propter bonum creatum deserit suum finem vltimum, & bonum creatum præfert diuinę amicitiæ, diligitque illam creaturam plus quam Deum vt amicum, interpretatiue censetur vltimum finem in creatura ponere, & imputatur ei ad grauem & mortalem culpam, ad eum modum quo ei imputaretur, si formaliter creaturam constitueret sibi vltimum finem, licet tunc esset maior malitia. Nec est inconueniens, aut impossibile voluntatem formalem, & interpretatiuam esse rerum oppositarum, & ideo aliqua voluntate explicita, & formali appetere aliquid vt finem non simpliciter vltimum, & interpretatiua vt finem vltimum: sic enim qui ignorat hunc esse patrem, vult formaliter eius mortem interpretatiue autem eius vitam. Et hinc isti satisfacere conantur illo argum. quo probatur, posse eundem habere simul plures vltimos fines, quia peccator simul vel successiue committens varia peccata mortalia videtur ponere vltimum finem

nem in varijs creaturis. Respondent enim, non posse eiusdem plures esse fines vltimos intentos ab ipso intentione formali, secus interpretiua, & morali imputatione. Nam inter actus, qui interpretatiue, & imputatiue constituunt finem vltimum in creatura, nulla est repuguantia, quia nullus tendit in suum obiectum, vt in sumum, ac perfectum bonum, & simpliciter sufficiens inter actus autem quibus amatur aliquid formaliter, & explicite per modum vltimi finis simpliciter, & perfecti ac sufficientis repugnantia est, vt præcedenti sectione diximus.

2. etiam respondent, si peccata plura mortalia successiue tantum committantur, per secundum peecatum mutatur finis vltimus à creatura prius amata in eam, quæ tunc diligitur: si vero simul committantur, tunc vltimus finis totalis erit aggregatum ex varijs bonis tunc amatis. Sed hæc solutio non satisfacit, nam si peccata quæ successiue committuntur, non sunt de obiectis repugnantibus, vel incompatibilibus, vnus noncenſetur alterius retractatio aut reuocatio, ergo vterque manet moraliter, & virtute, & sic homo simul habet duos vltimos fines. Illa etiam solutio, quam alij assignant, per omnes actus constitui eundem finem vltimum, scilicet eundem peccatorem, in quem referuntur omnia bona per illos actus prauos dilecta, nulla est. Quia bona aliqua referri in aliquem vt finem cui, non tollit rationem vltimi finis cuius gratia, ab illis; nam semper vltimus finis cuius gratia, appetitur alicui, qui est finis, cui, ergo illa bona erunt plures vltimi fines, loquendo de fine cuius gratia. Confirmatur, quia beatitudo est finis vltimus, licet alteri appetatur, quia non ordinatur ad ipsum vt medium, ad finem, sed vt finis, cuius, ad finem, cui, & perfectio ad perfectibile. Et ideo D. Thom. quæstione sequenti, art. 7. probat, animam non posse esse sibi vltimum finem seu beatitudinem, quia beatitudo est perfectio super addita beato, & 1. p.q.60. art. 4.ad 3. docet, finem non esse illum, cui volo bonum, sed bonum, quod alicui volo, ergo bona quæ peccator sibi appetit, licet referantur ad hominem vt ad finem cui, non amittent rationem finis, cuius gratia. Deinde quia sæpe homo peccat volendo alteri bonum, quia bonum eius est, & tunc bonum alterius non refertur ad peccatorem, vt ad finem cui, ergo si aliunde homo inordinate appetat sibi aliquod bonum, habebit plures fines vltimos. Recurrendum ergo est ad solutiones in hac sectione & præcedenti assignatas illi argumento.

3. ex dictis infertur, peccantem venialiter
43. non constituere sibi finem simpliciter vltimum, seu operantis, & totius vitę, increatura. Ita docet D. Thom. quest. 89. art. 1. ad 3. & de malo quest. 7. art. 1. ad 3. & 4. & fere omnibus locis citatis in 2. conclusione, & Bonauentura, Albertus, aliique ibidem adducti. Et quidem loquendo de fine simpliciter vltimo operantis, & totius vitę proprie dicto, seu formaliter, & proprie, ac formali intentione constituto, id probant rationes omnes, quæ id probant de peccato mortali. Loquendo autem de fine simpliciter vltimo late, vel metaphorice dicto, vel virtute, interpretatiue, & imputatiue cōstituto, id oſtēditur: quia veniale peccatū non redditi hominē dignum pœna æterna damni, quæ est carentia diuinæ visionis, & fruitionis, neque illam meretur, aut habiturus est, neq. tollit gratiam, aut amicitiam Dei supernaturalem, nec deliberate in re graui separat à Deo, vt legislatore, seu à lege Dei, his autem nititur metaphorica constitutio vltimi finis in creatura, quæ in eo qui mortaliter peccat concessa est, ergo in peccante venialiter locum non habet. Consonat Magister 4.d. 21. dicens, eum qui peccat mortaliter præferre creaturam Deo, non vero qui peccat venialiter. Neque obstat Richardus 2.d. 42. ar. 2. quest. 2. dicens, peccantem mortaliter constituere finem vltimum principalem in creatura, quia deliberate eam præponit Deo, sed peccantem venialiter constituere finem vltimum minus principalem in creatura, quia non diligit eam plusquam Deum. Loquitur enim Richardus de vltimo fine secundum quid, & in sua serie, quo pacto etiam is qui venialiter peccat, constituit vltimum finem in creatura (nec in hoc differt mortale á veniali, vt ait Vazquez, disp. 5. cap. 2. nisi quia peccans venialiter, constituit vltimum finem peccati in creatura contraria charitati, secus autem qui mortaliter peccat non) tamen simpliciter vltimum, seu totius humane vitæ, etiam metaphorice dictum, præsertim cum is qui peccat venialiter, licet amet creaturam propter se, tamen non videtur ei inhærere, & in ea sistere, sed obiter, & cursim per eā, quasi per viam quandam transire, quia peccatum veniale non est excludens charitatem qua facile postea excluditur affectus peccati venialis, & ipsa habitualis culpa. Peccans autem mortaliter, quia charitatem amittit firmius, stabilius, & pertinacius amat creaturam, eiq. in hæret & in ea figitur, & sistit, quasi in termino; cuius etiam alia ratio est, quia peccatum veniale, vel habet materiam leuem, à qua facile animus auertitur, vel est indeliberatum, & aduenientе deliberatione cessat, & retractatur, quod non contingit in peccato mortali, siquidem circa materiam grauem,

3. Corolarium, peccans venialiter non constituit finem simpliciter vltimum in creatura.

uem,& cum deliberatione versatur. Et preterea qui tantum habet peccatum veniale, habet gratiam,& charitatem, quæ inclinat ad tollendum affectum ad creaturum, quę est obiectum peccati venialis.Et ideo D. Thom. quest.88.art.1. dicit peccatum veniale esse reparabile per principium intrinsecum,quod est in homine ipso,nempe per habitum charitatis,quo inclinatur in Deum, peccatum ergo veniale non figit animum in creatura,nec in ea constituit,vel metaphorice quidem,vltimum finem.

44. *obiectio.* Dices,peccatum veniale non habet pro fine simpliciter vltimo Deum, si quidem non refertur, nec est referibile in ipsum vt notat Duran. 1.d.1.quest.4.ergo habet pro fine simpliciter vltimo creaturam.

1.solutio. R.negando consequentiam ,non enim quilibet actus debet habere aliquem finem simpliciter vltimum proprie vel metaphorice dictum, sed satis est habere finem vltimum secundum quid,quo pacto est creatura finis vltimus peccati venialis.Vnde Vazquez ait supra,peccantem venialiterf rui creatura,& probat ex Aug. lib.83.quest.3.asserente, *omnem humanam peruersitatem esse frui vtendis*, cum ergo peccatum veniale sit dicendum peruersitas humana, in eo fruetur homo vtendis scilicet creaturis. Item Augustinus non ponit medium inter frui,& vti creatura, sed peccans venialiter non vtitur creatura, quia non refert illam in Deum, ergo fruitur creatura, & sic habet illam pro vltimo fine illius actus formaliter,nec virtute relato in vlteriorem finem, & sic hominem posse simul habere duos vltimos fines,bene concedit Vazquez eadem disputatione cap.3.

35. Alij dicnnt, creaturam, esse tunc vltimum finem negatiue ,quia non ordinatnr ad alium finem,sed non positiue,quia reliqui fines non ordinantur ad ipsam, & ita non esse simpliciter vltimum finem,ita docet Azor,lib.1. c. 1.q.5.

Sed contra hoc est 1. quoniam si Deus est vltimus finis positiue respectn iusti , ergo omnes fines iusti ordinantur ad ipsum: vltimus enim finis positiue est, qui reliquis omnibus est vlterior,ac proinde in quem reliqui fines ordinantur . 2. quia D.Tthom.hic art. 6.docet,omnes actiones voluntatis esse propter vltimum finem. Solutio hæc fere coincidit cum sequenti. Ad argum. autem posita contra illam facile dici posset,ad 1.non esse de ratione finis simpliciter vltimi,vt omnia in ipsum referantur actu,sed tantum vt sit dignus in quem referibilia referantur, & vt in omni actione formaliter,vel virtute ipsum intendamus modo explicato sectione,1.& sicD.Tho. art.6. docet,omnes actiones voluntatis esse propter vltimum fiuem,vt eadem sectione diximus ex quo patet ad 2.

46. *3.solutio.* Ad obiectionem tamen principalem alij respondent,obiectum peccati venialis in homine iusto referri inDeum,non quidem actua liter,hoc est ratione actus,quo directe, & expresse ordinetur in Deum:nec virtualiter, hoc est ratione intentionis præcedentis , qua homo retulerit seipsum,& omnia sua in Deum, sed habitualiter,hoc est ratione habitus charitatis,quem iustus habet, cum peccat venialiter,& ex consequenti tale bonum non appeti vt vltimum finem , & ita iustum non habere plures vltimos fines, existimantq.isti hanc doctrinam esse D.Thom.consentaneam , qui.q. 88.art.1.ad 2.ait,peccantem venialiter referre habitualiter se,& omnia sua in Deum quia veniale non excludit habitualem oadinationem actus humani in gloriam Dei, sed solum actualem: eo quod non excludit charitatem, quæ habitualiter ordinat in Deum,& eodem art.ad 3.ait,eum qui venialiter peccat inhærere bono temporali, non vt fruentem, quia non constituit in eo finem, sed tanquam vtentem,quia illud refert in Deum,non actu, sed habitu.Idem de malo, q. 7. art.1.ad 4.& 2. 2.q.24.art.10.ad 2.sic ait:*quod amatur in peccato veniali,propter Deum amatur habitu , & si non actu.* Idem sentiunt Caiet.Conra. & Medina,alijq.recentiores.in modo tamen explicandi,quomodo obiectum peccati venialis dicatur habitu in Deum à iusto referri, disident. Nam Caietanus.q.9.art.3.& 2. 2 loco citato docet,bonum illud referri in Deum habitu, quatenus iustus per habitum charitatis posset illud in Deum referre , nisi ea relatio tali bono repugnaret.Conradus vero infra.q. 88. art.1.ad.2.& 3.ait,referri habitu, & non actu, quia non ponitur in eo finis,sed inordinate amatur citra auersionem ab vltimo fine.Alij vt Medina hic,art. 5. dicunt, referri habitu in Deum non immediate sed mediate,quatenus, cum illud bonum referatur in ipsum homine, qui per habitum charitatis est habitualiter relatus in ipsum Deum, consequenter tale bonum refertur habitu in Deum.Sed istæ explicationes non videntur ad mentem D.Thom. nunquam enim dicit, ipsum peccatum veniale,vel obiectum eius,vt eius est, referri habitu in Deum,sed tantum docet,in eo qui peccat venialiter,manere charitatem,quia facile fieri potest,vt nullum pecatum sit in homine, & sic omnia quæ in eo sint referantur in Deum. Vult etiam,id quod amatur in peecato venia li,referri habitu in Deum, quando vel non est actio humana,vel si est actio humana, non est intrinsece mala,talis enim per habitum charitatis existentemin eo,qui tantum committit peccatum veniale referibilis est in Deum. Et licet

licet prædictæ explicationes forte sint ad mẽtem D. Thom. tamen ad enodationem propositæ difficultatis insufficientes, aut in se falsæ sunt. Quomodo enim quod vere est omnino irreferibile in Deum per habitum charitatis, dicetur proprie eo habitu in Deum referri, vt Caietanus dicit? Maxime cum talis habitus ad exercitum talis actus non se habeat per modum principij, sed omnino per accidens, & cõcomitanter. Id autem quod retulimus ex Conrado sufficere posset, vt subiectũ dicatur referri habitu in finem vltimum, non verò bonum, quod amatur ipsi subiecto, nisi dicatur referri in Deum, non secundum se, sed ratione subiecti, quod certum est proprie referri in Deum.

Quod deniq. referebamus ex alijs, scilicet illud bonum referri habitu in Deum mediate, quatenus refertur rd subiectum, quod habitualiter per habitum charitatis est relatum in Deum, non videtur proprie dictum, tum, quia sic etiam obiectum peccati mortalis esset referibile in Deum, vt si quis interim dum peccat mortaliter actu, vel habitu naturali, vel etiam supernaturali (qui de potentia absoluta posset esse in peccante mortaliter) referret subiectum in Deum, tum quia bonum illud non amatur propter subiectum, vt vnum medium amatur propter aliud sed vt finis cuius gratia amatur propter finem cui, quando autem sic vnum amatur propter aliud, non eo ipso ordinatur mediate, & consequenter ad finem alterius, vt nec quando vnus finis ordinatur ad alium, & amatur per modum medij, simulq. alio actu amatur vt finis, mediũ quod amatur propter illum, non dicitur consequenter, & mediate amari propter aliũ finem. Cũ ergo obiectum peccati venialis non referatur proprie in Deum, vt in vltimum finem, erit vltimus finis, & sic iustus habet duos vltimos fines, & saltẽ argum. vrgebit in casu possibili de potentia absoluta, quod iustus non habeat habitum charitatis, quo habitualiter dicatur referre obiectum peccati venialis in Deum. Procedit etiam in habente veniale cũ mortali, qui per veniale nõ cõstituit vltimũ finẽ in creatura, alioqui peccaret mortaliter, nec tamen ille actus ex se, vel intentione agẽtis tendit in Deum, ergo nullum habet vltimum finem simpliciter, vel certe is nec erit creatura, nec Deus, sed aliquid aliud.

47. 4. *solutio* Propter hoc ergo alij dicunt, obiectũ peccati venialis amari vt vltimum finem partialem, totalem autem finem iusti peccantis venialiter esse bonum satiatiuum appetitus, sub quo bono etiam Deus comprehenditur, vt materiale sub formali, & vt beatitudo in particulari sub beatitudine incommuni.

Sed hæc solutio nulla est 1. quia obiectum peccati venialis non est pars fælicitatis formalis, vel obiectiuæ, veræ, aut existimatæ, ergo nõ est pars boni satiatiui appetitus, nec in tali bono intrinsece comprehenditur, licet sit quasi quædam participatio boni satiatiui, seu fœlicitatis, sicut etiam obiectum peccati mortalis, qua ratione diximus sectione. 1. in omni actu, etiam peccati mortalis appeti quodam modo fælicitatem. Sicut autem hoc non obstante obiectum peccati mortalis est finis simpliciter vltimus peccantis mortaliter, ita dicendum videtur de obiecto peccati venialis, esse finem simpliciter vltimum peccantis venialiter, etiam si sit iustus, & sic iustus habebit duos fines vltimos totales, scilicet Deum, & eius possessionem, & in super peccati venialis obiectum, & eius possessionem.

48. *Solutio. 1. indicatur optima.* Qua propter retinenda est prima solutio, nempe creaturam, quæ illo actu amatur, non esse simpliciter vltimum finem, etiam metaphorice dictum, vel interpretatiue, sed tantum esse vltimum secundum quid. Eo quod obiectum peccati venialis non est res grauis deliberate volita contra legem Dei, & ideo ex se non dirimit amicitiam, nec tollit gratiam, vel charitatem, nec reddit dignum carentia Dei, & diuinæ visionis, & fruitionis, sicut obiectum peccati mortalis.

49. *Quæstio an peccans venialiter fruatur vel vtatur. creatura.* An vero peccãs venialiter vt sic, dicatur vti creatura, an frui loquẽdo de visione, & fruitione quæ attẽditur respectu finis simpliciter vltimi, iuxta modũ loquẽdi Aug. 1. de doct. Christiana, c. 3. & seqẽntibus, & schol. 1. d. 1. Respõdet D. Tho. infra, q. 88. a. 1 ad 3. & de malo, q. 7. art. 1. ad 4. nõ frui, sed vti, quia peccans venialiter, refert habitu creaturã in Deũ, scilicet modis supra explicatis: vel intelligendo id non de creatura, quæ in individuo est obiectum peccati venialis, sed in specie, vel genere, vel quantum ad materiale, quod non fuerit intrinsece malum. *Resp̃sio D. Thom*

Resp̃sio aliorum. Alij dicunt, talem frui creaturam, quia proprie nec habitu eã refert in Deũ, vnde Augustinus loco citato, dicit: omnem humanam peruersitatem scilicet mortalem, vel venialem esse frui utendis, ergo etiam in peccato veniali reperitur fruitio creaturæ quatenus creatura. quæ est obiectum peccati venialis in Deum non refertur. Bonauentura autem. 2. d. 41. art. 2 q. 2. in fine, ait, nec fini, nec vti proprie, sed habuti, quia non vtitur ea ad finẽ ad quem debebat vti, licet non constituat in ea vltimum finem simpliciter, quem modum dicendi approbat Conradus q. 88. art. 1. ad 3. sed de hoc plura fortasse eodem loco dicentur.

Resp̃sio Bonauen.

Sectio. 4. Vtrum plura possint disiunctim appeti, quasi fines simpliciter vltimi.

DE

50. conclusio affirmatiua. possūt plura disiunctim appeti quasi fines simpliciter vltimi.

DE hac re nihil ait D. Thom. Breui ter tamē respondetur id fieri posse, vt si quis putat esse duos Deos numero vel specie diuersos, quarū quilibet sit bonū eius perfectū, & sufficiens ad satiandum eius appetitum, poterit disiunctim appetere vtrumq. vt finem simpliciter vltimum, idem esset de alijs bonis, vel bonorum collectionibus, si putaret quam libet esse sibi bonum perfectum & sufficiens, imo in vltimo fine formali, seu quo, qui etiā dicitur vltimus finis, vt adeptio, modo id contingit: ego enim non appeto videre Deum, & eo frui, hac numero visione, vel fruitione, sed disiunctim hac vel illa.

51. rationes cōt. cōcl. adducuntur

Friuolæ autem sunt rationes, quibus nōnulli iuniores oppositum tuentur. Prima, quia intentio illa est inefficax respectu singulorum finium, nec mouet sufficienrer ad electionem mediorum, ergo saltem efficaciter non possunt plura intendi vt fines simpliciter vltimi.

1. ratio.

2. ratio.

2. quia neutrum illorum bonorum absolute intenditur, sed sub conditione, & indefectu alterius, ergo intentione absoluta non intenditur ambo quasi fines simplieiter vltimi.

3. ratio.

3. quia cum bona sunt specie, & formaliter diuersa, licet fortasse vnum, vel alterum medium possit ad vtrumq. conferre propter aliquam conuenientiam, quam interse habere possunt, tamen absolute indigent diuersis medijs, & electionibus, illa ergo intentio non sufficit ad electionem, donec ad aliquem eorum finium determinetur: ergo quandiu fertur disiunctim in vtrumq. neutrum respicit, vt finem simpliciter vltimum.

4. ratio.

4. quia vltimus finis amatur vt quid necessarium simpliciter; sed neutrum illorum bonorū amatur vt quid necessarium simpliciter, sed tantum vt sufficiens, vel vt necessarium sub conditione, & in absentia, & defectu alterius, ergo neutrum potest appeti vt bonum perfectum, & sufficiens, vltra quod nihil appetendum restet, ac proinde nec vt finis, ergo neutrum amatur, vt finis vltimus.

5. ratio.

5. quia neutrum potest appeti vt continens bonitatem alterius; ergo neutrum potest appeti vt bonum perfectum, & sufficiens, vltra quod nihil appetēdum restet, ac proinde nec vt finis simpliciter vltimus. Antecedens probatur, quia bona saltem specie, & formaliter diuersa nō possunt ita se habere, vt quodlibet formaliter, vel eminenter contineat totam bonitatem & perfectionem alterius.

6. ratio.

6. quia neutrum eorum esset finis simpliciter vltimus, sed ipse qui vtrūq. ad se referret.

52. ad rationes cōtra concl.

Ad 1. rationem R. intentionem illam esse efficacem, & mouere sufficienter, vt eligātur media sufficientia ad vnum, vel ad alterum finem obtinendum, siue eadē essent media ad vtrūq. finem obtinendum, siue diuersa, siue aliqua eadem, alia vero diuersa, quod etiam contingeret quando disiunctim intenderentur fines aliqui vltimi secundum quid tantum, seu particulares. Non autē esset intentio illa efficax determinate circa vtrumq finem copulatim, nec inferret necessario electionem mediorū, quæ necessaria reputarentur ad vtrūq. sed ad alterum tantum vt dixi, quia non esset intētio vtriusq. copulatiue sed disiunctiue. positas R. ad 1.

Ad 2. R. intentionem illam esse absolutam respectu disiuncti, vt cum dico, Petrus est albus, vel niger, assēsus est absolutus respectu disiuncti. Non tamen est absoluta intentio respectu cuiuslibet determinate, quia non est intentio vtriusq. copulatim sed disiunctim. Ad 2. rationem.

Ad 3. R. nihil referre, eadem esse, vel non esse media ad vtrūq finem si enim sint eadem vere, vel apparenter; ex vi illius intentionis sequetur electio eorumdem mediorum. Si vero non sint eadem vere, nec apparenter, sed diuersa, voluntas ex vi illius intentionis sine vlla alia erit determinata; ad eligenda hæc, vel illa media, aut (si velis) ad intendendum determinate alterum illorum finium, & deinde ad eligendum determinate hæc, aut illa media. Et sane si idem medium eligeretur ad vtrumq. finem determinate, esset electio duplex ex duplici fine determinate intento. Si autem eligeretur idem medium ad vtrumq. finem disiunctim tantum, electio esset vnica & distincta ab electionibus, quibus eligeretur idem medium determinate propter vtrumq finem quia respiceret essentialiter disiunctum, quod tamen alię non respicerent. Vtcumq. autem res se haberet, vterq. finis amaretur, vt finis simpliciter vltimus, licet disiunctim & similiter posset esse duplex finis, cui, sub disiunctione, simpliciter vltimus. Ad 3. rationem.

Ad. 4. R. in ratione vltimi finis simpliciter, non intrat necessitas, sed perfectio, & sufficiētia; vnde si duo bona iudicātur perfecta, & sufficientia, poterunt sub disunctione appeti simul, quasi fines simpliciter vltimi. Licet in re, quia vnicus tantum est finis sufficiens, nullus est sufficiens, qui non sit etiam necessarius. Ad. 4. rationem.

Ad. 5. R. licet in re nullus posset esse finis sufficiens, qui non contineat formaliter, vel eminenter totam bonitatem saltem specificā homini possibilem, tamē posset esse in apprehēsione: posset etiam apprehendi mutua continentia inter fines formaliter, & specie diuersos, seu æquiualentia in ordine ad hominem, & ad satiandum eius appetitum, vnde posset vterq. seorsum appeti per modum vltimi finis simpliciter, & similiter disiunctū ex vtroq. fine. Ad. 5. rationem.

Ad. 6. R. tunc hominē fore finē cui, sed bona illa essent ei fines quorū gratia simpliciter vltimi referri enim ad aliud, vt ad finē, cui, non Ad 6. rationem.

non tollit rationem finis cuius, simpliciter vlti mi vt superiori sectione dictum est.

Sectio.5.Vtrum necesse sit hominem semper operari propter finem simpliciter vltimum à se intentum.

53. duplex qnæstionis sensus

HIVS quaestionis duplex sēsus esse potest, primus absolutus an in homine necesse sit,intentionem finis simpliciter vltimi omnes alios actus voluntatis præcedere.Secūdus conditionalis, & ex hypothesi,an postquā homo habuit talem tintentionem,necesse sit ab ea procedere omnes alios actus voluntatis. De primo sensu dictum est sectione.1.pauca vero addenda sunt propter quosdā putantes,nullum alium esse actum voluntatis,quem non necessario præcedat intentio finis simpliciter vltimi,non materialis, seu in particulari,quia non est necesse vt in ali qua re particulari primum omnium constituatur vltimus finis simpliciter, imo nec est homini possibile,hoc enim operosum est, magnamq.cognitionem requiriti:sed vltimi finis formalis seu in communi,ita vt primus actus sit circa fælicitatem,vel bonum perfectum, & sufficiens in cōmuni,& ex hoc affectu reliqui circa fines particulares,media q.oriantur.

1.sententia circa 1.sensum quæst.

1. argu. Quorum sententia suaderi potest 1. ex D. Tom.art.6.quem sequitur Caietanus,Conradus,Medina, & alij recentiores ibi, asserente omnia quæ homo appetit,appeti propter vltimum finem, quia omne bonum imperfectū appetitur propter perfectum. Et eodem art. ad.1 & 2.ait,Icientiam speculatiuam, & bonū q intenditur in actionibus ludicris etiam appeti propter beatitudinem. Et ibidem ad 3.ait *Virtus.1.intentionis,quæ est respectu vltimi finis,mouet in quocunq.appetitu cuiuscunq.rei etiā si de vltimo fine actu non cogitetur* &.1.p. q. 60. a.2.ait.*Voluntas naturaliter tendit in suum finē vltimum,omnis enim homo naturaliter vult beatitudinē,& ex hac naturali volūtate causantur omnes aliæ voluntates,cū quidquid homo vult,velit propter finem&c* Idem aitCaiet.ibi,& eadem.p.q. 82.a.2.dubio 2. expresse ait,*licet multa sint nobis appetibilia propter proprias bonitates,nō tamen sine dependentia ad primum appetibile à nobis quod est beatitudo in cōmuni&c.* Idē dicet Capreolus.1.d.1.q.3.a.1.cōc.1.& clarius.a.3 ad argu.Aureoli cōtra primā conclusionē.Ferrara cum D.Thom.3 contragentes,c. 17. idēq. sumi potest ex D.Thom 4,d.49.q.1.a.3.q 4 & de veritate.q.22.a.5. eiusdem sententiæ videtur plane Durandus.2.d.38.q.4. uum 5.& 8.Idem plane etiam videtur docere Henricus,quodlibeto.3.q 17.ad.1 Fauet Maximus Tyrius.ser.19. Augustinus tractatu de Epicureis & Stoicis c.4.to.6.19.ciuitatis Dei,c.1.& 2.11. Trinitat. c.6.13. Trinit.c.3. Aristoteles 1.Ethicorum cap.2.4.& 7.Boetius.3. de consolatione,prosa,2.Cōimbricenses in Ethi. disputatione.2.q.3.art.1.Fonseca.5.metaphy. c. 2.q.2.sectione.3.qui dicunt nihil amari,quod non ametur propter beatitudinem, vt retulimus sectione 1.Cicero etiam 1.& 2.de finibus ait:*verisime philosophi appellent summum bonum id propter quod omnia appetuntur.*Et August. 8. de ciuitate Dei, cap. 8.ait *in summum bonum referri omnia,quæ agimus,& ideo dictum esse finē, quia propter hunc cætera volumus.* Idem docet 13.Trinitate.c.5. & refertur à Magistro.4.d. 49.c.2.

2. argu. 2.Suaderi potest,qnia secundæ causæ efficiētes pendent in suo influxu á prima, ergo & particulares fines à fine simpliciter vltimo, qui in suo genere est causa prima.

3. argu. 3.quia ita se habet finis vltimus in appetibilibus,sicut prima principia in speculabilibus, vt ait Aristoteles.7.Ethi.cap.8.& 2.phy cap. 9 sed non possumus assentiri conclusionibus nisi propter prima pnincipia, ergo nec appetere aliquid nisi propter vltimum finem,& ex intentione illius,saltem præterita, vt sentiunt authores citati.Nemo enim est qui requirat præsentem intentionem,aut cogitationē beatitudinis,quin potius expresse cu D.Tho.dicūt,nō esse necessariā,sed præteritā sufficere.

54. sententia authoris intentio finis simpliciter vltimi nō necessario præcedit alios omnes actus. 2.sententia,& tenenda est, non esse necesse intentionem finis simpliciter vltimi, in particulari,vel in communi præcedere intentiones finium particularium.Ita docet expresse Scotus,4.d.49.q.1.§.ex his sequitur,& 1.d.1.q. 4. in vltimis verbis, Suarez to.1.metaphy. disp 24.sectione.2.num.16.idem insinuant Cōimbricenses.in Ethi disputatione 2.q.1.a.1.ad argum.contra contra secundam conclusionem: &Medina hic a.6.tandem id iudicat probabilius.Idem tenet Valentia disputatione.1.huius operis.q.1.puncto.4. & latius puncto.5. Caietanus,& Vazquez; & communiter iuniores a.6. & Conradus ibidem,maleq.quidā oppositum tribuit Caietano, & Conrado.

55. probatur sententia authoris. Probatur.1.experientia:quis enim talem āctum circa finem simpliciter vltimum expertus est ante omnes alios.

2 quia necessitas habendi istum actum ante alios non prouenit ex intellectu, nec ex obiecto,nec ex voluntate, vnde ergo prouenire poterit?Et quidem nō oriri ex intellectu probatur,nihil est, quod intelectum necessitet, ad cogitandum prius de bono perfecto in cōmuni,seu fælicitate,qnam de hoc, vel illo bono particulari, quod magis mouet intellectū,cū sit sensibile,vel sensibilibus propinquius, & in infātia cogitare soleat homo de rebus sēsibilibus,& particularibus.Nō prouenire autē ab obiecto,patet,quia si obiectum illud nō sit

prius

prius cognitum,non priusmouebitvoluntatē atqui iam diximus,raro,vel nunquam prius cognosci,ergo nō prius mouebit. Præterea,in bono particulari est sufficiens ratio obiectiua mouendi voluntatem, ergo absq. fælicitate, seu bono cōpleto,& perfecto,siue in cōmuni, siue inparticularicōsiderato,potestvolūtasbonum particulare appetere,sicut absq.assensu principij vniuersalissimi,quodlibet est, vel nō est,potest intellectus particularibus principijs assentiri,& alioqui voluntas multo tempore erit necessario suspensa in principio vitæ, eo scilicet tempore quo intellectus de fælicitate nunquam cogitauit,quo quid absurdius dici potest?Non oriri autem necessitatem ex ipsa voluntate,probatur,quia voluntas suppositā cognitione obiecti,vt boni,habet vim sufficiētem ad amandum illud,ergo potest illud appetere,sicut quælibet alia potentia potest statim operari circa quodlibet obiectū cōueniēter sibi propositū,& applicatum,& sane cū voluntas possit circa suum obiectum operari,nō secus atque appetitus sensitiuus circa suum, hic autē possit quodlibet bonum sibi propositum amare sine dependentia ab alio,idē poteritvoluntas.Quod maxime est verū,quādo alteri subiecto bonū appetitur, potest enim quisq.sine dependentia ab appetitu proprij boni, Deo vel alicui alteri creaturæ bonū optare,imo cum detrimento totius boni proprij, postponendo illud totū bono diuino, vel Rei publicæ,ergo.

56. Corolariū circa 2 sensum quæstionis.

Vnde patet, quid dicendū sit ad secundū sensum qnæstionis.Dico enim etiā si cōtingat illam intentionē beatitudinis in cōmuni præcedere,non esse necessariū reliquas intētiones ex ipsa manare Ita Suar.& Vazq.supra,& cōmuniter iuniores hic,non enim influit vt causa necessaria in aliquo genere,vt dictū est, nec vero vt causa non necessaria,quia non influit formaliter,nec virtute.Primum constat, quia influxus formalis non est sine actuali cogitatione,non autem quoties aliquid appetimus, cogitamus actu de vltimo fine. Secundū vero patet,quia nihil præcedens influit virtute, nisi quia ex influxu eius actuali aliquid manauit, quod modo est præsens,sed ex illa intētione nihil manauit,quod modo sit præsens, vt suppono,ergo.Confir.1 nam licet demus præcessisse in homine appetitū consummati boni,tamen fieri potest,vt nunquam cōtulerit particulare bonum,verbigratia sanitatem, cum illo,considerando esse partem illius, vel ad illud conducere, ergo quando voluntas appetit particulare bonum,non mouetur ex vi intentionis beatitudinis,sed solum ex vi præsentis obiecti, quia ad amandum ex vi præcedentis intentionis, non sufficit illam præcessisse,sed requiritur vt præcesserit collatio huius cum illo, imo consideratio vtilitatis huius ad illud,& electio huius propter illud,& tunc quidem non dicitur fluere intentio huius boni ex intentione alterius, sed electio eius:intentio enim tendit in bonum aliquod propter se,electio autem propter aliud.

Et confir. 2.nam aliæ intentiones nihil influunt,nisi facta tali collatione, ergo neque ista. Confirmatur 3. nam licet quis retuleomnia opera bona sua in idolum,vel in Deū, vt vltimum finem cui, non dicentur omnia opera sequentia ex ista intentione procedere, & ideo neque intenrio idoli facit ea mala,& demeritoria,neque intentio Dei bona,& meritoria:ergo multo minus, (vt late docebimus in materia de gratia, quæstione vltima)ex absoluto appetitu,& desiderio beatitudinis prodibunt sequentia opera quæ,sine vlla beatitudinis memoria inchoantur, & alioqui nullū opus sequēs erit otiosum,si qui dē omne illud proceditvere ex appetitu boni honesti,scilicet beatitudinis. Consequēs autē est falsum nā videbimus q. 18. aliquos actus esse otiosos, quia non referūtur in finē honestum præsenti, vel præterita intentione explicita,ergo.Confi.4.quia etiam si præcedat appetitus beatitudinis in particulari, non omnia opera oriuntur ex illo appetitu, ergo idē est de appetitu beatitudinis in communi Cō fir.5.quia particularis finis ita amatur, ac si nō præcessisset intentio finis vniuersalis, seu beatitunidis,ergo hæc intentio in amorē illū nullo modo influit,& ideo Vazq cum Bonacen. 2. d. 41. art. 1. q. 3.in corpore,& ad vltimum, & Richardus,art.1 q.2.docet,ad relationem virtualem operis in aliquem finem non sufficere quòd præcesserit intenio talis finis.

57. Notabile pro solut. arg. 1.sent.

Pro solutione autē argumentorū,notandū est,tribus modis intelligi posse hominē operari propter finē à se intentum, 1. actualiter, 2. habitualiter,3 virtualiter. Alij addunt quartum modum,scilicet interpretatiue.hic tamē modus sub tertio comprehendltur, vt dicemus.Actualiter quidem cum actu mouetur à fine,ad quod requiritur actualis, & expræssa, ac formalis cogitatio,&volitio finis,vnde nascatur medij volitio,vt id propter finē actu intentū fieri dicatur,&actu in finem referri.Habitualiter autem dicitur aliquid fieri propter aliquem finem,cum homo elicit actum circa obiectum aliquod & simul præditus est habitu quo referre illud possit in talem finem; & hic modus est valde improprius, quia illa relatio habitualis nec causat actum, nec aliquid in illo, sed quasi per accidens concurrit cum actu in eodem subiecto. De hac relatione habituali, num ea referatur

à iusto peccatum veniale in Deum, dixi sectione 3. corolario. 2. Virtualiter autem referri aliquid in aliquem finem, contingit varijs modis, quos fere attingit Valentia disputatione 1.q.1, punc 5. primus quidē, quando volitio alicuius medij orta fuit, & inchoata ex formali, et expressa intentione alicuius finis intrinseci, & cessante intentione, & cogitatione illius finis, continuatur, quod non esse impossibile dicemus tract de humanis actibus. 2. Quando ex electione alicuius medij continuata absque actuali cognitione, & intentione finis eligitur aliud medium, vt cō ferens ad medium prius electum, electio enim secunda virtualiter etiam est propter finem, quia mediate processit vere, & realiter ex præcedēti eius intentione. 3. Quando eodē actu appeto medium, & finem, modo explicādo inferius, tunc enim electio non dicitur realiter prodire ex intentione finis, ad hoc enim esset ponenda intentio realiter distincta ab electione, sed virtualiter, quia medium non attingitur nisi intuitu finis, & eius electio nostro modo intelligendi oritur ex illa intentione, aut quia ita attingitur medium, ac si præcessisset intentio finis. 4. Quādo obiectum, quod amatur ex sua natura tendit in illum finem, seu conducit ad illum 5. Quando est pars formaliter, vel virtute contenta in illo. Sicut enim quod facit pars hominis, dicitur quodammodo totum ipsum facere, ita quando pars rei intelligitur, vel amatur, dicitur quodammodo totum ipsum intelligi, vel amari, quod maxime verum est, quando pars non solum virtute, sed etiam formaliter & actu est pars, & componit totum. 6. Quando homo est in ea dispositione, vt si cogitaret de tali fine, & de referendo actu in illum, proculdubio illum referret ex magna inclinatione ad talem relationem sub his circunstantijs, ista est relatio interpretatiua, quamuis quidam quartum modum vocant relationem interpretatiuam, & insuper quando ex obiecto volito, seu eius volitione sequitur, in aliquo quiescere voluntatem, nec vlterius progredi, dicunt id esse appetere tale obiectum vt finem interpretatiue & quando effectus, vel omissio ita imputatur ad culpam, ac si esset volita formaliter, dicunt esse volitam interpretatiue. Sed hoc nihil refert in præsenti, quia hic non agimus de modis volendi aliquid interpretatiue, sed de modis referendi aliquid interpretatiue in aliquem finem.

58. Ad arg. 1: sent. Ad 1. His suppositis ad 1 argumentum R eos qui dicunt nihil à nobis appeti, quod non appetatur propter beatitudinem in communi, intelligendos esse formaliter, habitualiter, vel saltem virtualiter, iuxta aliquem modum ex his quos numerauimus: vel enim obiectum est ipsa beatitudo vera, vel existimata, vel aliquid quod appetitur vt medium proximum, vel remotum ad beatitudinem, vel ex natura sua ordinatum in ipsam beatitudinem, vel saltem est pars intrinseca componens, aut componere valens beatitudinē, vel saltem virtute continetur in beatitudine, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt inquit Boetius, & quod cumq. horum detur, concedi debet, tale bonū appeti propter beatitudinem formaliter, habitualiter vel virtute vno ex quinque modis relatis, & vlterius sexto illo modo. Est enim tanta ad beatitudinē propensio, vt quodcūque quis appetat, si ei proponeretur, vt conducens ad consequendam beatitudinem, vel saltem si proponeretur esse ad illam necessarium, sicut proculdubio beatitudinē appeteret, ita eiusmodi bonum appeteret in ordine ad beatitudinē, & cum actuali relatione ad illam. Sed præsertim quintum modum relationis virtualis in beatitudinē intendunt, Arist. D. Tho. Augustin. Maxim. Tyri. Boeti. Henri. Caiet. Capre. Duran. & alij relati in 1. arg. vt exponunt Caiet. Vazquez. Ferra. Conra. Valent. Medin. Suarez, & Conimbic. relati pro secunda sententia, & ex verbis Maximi Tyrij, & Arist 1. Rheto. cap. 5. hanc explicationem collegimus sect. 1. & ex D. Tho. hic art. 6. in 1. ratione, & ad 3. & 4. d. 49. q 1. art. 3. q. 4. præsertim ad 2. & 3. Idem potest sumi ex D. Tho. art. 7. & 8. huius q. & de verit. q. 22. art. 2. & 3. contra gentes, cap. 17. & ex Augustino. 2. confessio. cap. 6. qui docet, etiam cum homo peccat, habere aliquomodo Deum pro vltimo fine quia intendit aliquam eius similitudinē, aut participationem. Vnde ibidem ait Augu. *ita fornicatur anima cum auertitur à te, & quærit extra te ea quæ pura & liquida non inuenit nisi cum redit ad te peruerse te imitantur omnes, qui à te longe se faciūt, & tollūt se aduersū te, sed etiam sic te imitando indicant, creatorem te esse omnis naturæ, & ideo non esse quo à te omnimodo recedatur.* Ad idem Henricus supra adducit Augu. 2 de lib. arbit. c. 16 dicentē: *Væ qui derelinquerunt te ducē, & oberrant in vestigijs tuis, qui nutus tuos præpter te amāt, & obliuiscuntur quid innuas: non cessas innuere nobis quæ, & quanta sunt, & nutus tui sunt omnis creaturarum decor, &c.* Sed magis ad rē est quod tract. de Epicureis, & Stoicis ca 3 & 4. ait, omnes etiam cū peccant, beatitudinē appetere.

Ad 2. arg. dixi sectione 1 quare licet res de pēdeāt à 1. causa efficiēti, nō tamē ab vltimo fine vero, qui est Deus vel eius professio. de apparēti autē fine facilior est ratio, quia is ex falsa imaginatione finalizat, & ideo ex dignitate sua nō habet, vt omnes actiones ab illo pē-

59. Ad 2. arg.

dea-nt

deant vere: & licet Deus ex sua dignitate habeat vt nihil effici possit sine influxu illius in genere causæ efficientis, causalitas tamen finalis imperfecta est, qua exercetur sine dependentia ab existentia reali, per solam existentiam in apprehensione, & in hoc conuenit Deus cum alijs finibus, & ideo sicut ab alijs finibus, etiam simpliciter vltimis, non pendet omnes actiones nostrę, ita nec à Deo, vel eius possessione, neque id pertinet ad eius dignitatem, sed tantum nihil posse mouere finaliter, nisi quatenus eius bonitatē participat, ac proinde nihil sic mouere, nisi in virtute vltimi finis simpliciter, & hoc intendit D. Th vbicūq. vtitur ratione in argumento facta, vt in hac quæstione, art 6.

60. Ad 3. R. esse potius pro nobis, sicut enim si
Ad 3. arg. ne assensu principiorum primorum vniuersalissimorum, vt quodlibet est, vel non est, assentimur alijs principijs, & ex eis deducimus cōclusiones, ita absque intentione finis simpliciter vltimi possumus intendere alios fines, & media ad ipsos eligere, vt autē dicitur, in quolibet assensu virtute includi assensum illius principij, quodlibet est, vel non est, ita in qualibet volitione includitur virtute intentio vltimi finis ad modum superius explicatum.

61. Aduertendum tamen, hoc intelligi, quan
Nota. 1. do aliquod bonum nobis appetimus, tunc enim virtute saltē nobis beatitudinē volumus, cum vero id appetimus alteri, tūc virtute saltem ei beatitudinem volumus.

Nota. 2. Aduertendum quoq. est, non solum in quolibet actu nostro includi saltē virtute appetitū beatitudinis in communi, sed etiā in particulari, quæ est Deus & eius possessio, quod non solū est verum de actibus bonis qui, per se, & ex natura sua ad illā conducunt, vel ipsam merētur, de quibus Suar. to. 1. metaph. disp. 26. sect. 1. n. 10. sed etiam de malis, quia etiā peccādo intendimus bonū, quod est quasi pars beatitudinis in particulari, & in ea saltem virtualiter cōtinetur. Ita sentit Medi. hic a. 6. & Valē. puncto 5. & consonat August. & D. Tho. locis citatis ad primum argumentum in fine. Alia etiā ratione hoc verum est, quia si quis sciret cū appetit ista bona, cōducere ad beatitudinē in particulari, referret ea in beatitudinē istā, ergo virtualiter, seu interpretatiue ea diligit propter talē beatitudinē. Neq. vero ista virtualis relatio, seu interpretatiua peccatorē excusat, quia tenetur peccator appetere bonū honestum, & media honesta, vel saltem indifferētia sumere, vt docet Valen. sicut etiam (vt idē recte notat) nō peccat infidelis idololatra conferens eleemosynā sola pietate naturali, licet virtualiter illam referat in idolum, non ex præcedenti intentione, sed quatenus ita animo comparatus est vt si recordaretur, referret eā in idolum, iste enim modus relationis virtualis adeo imperfectus est, vt ad reddendum actum malū se sola minime sufficiat. Nec etiā est inconueniens peccantem mortaliter vna ratione esse auersum a Deo, vt ab vltimo fine & habere pro vltimo simpliciter ipsam creaturam, vt dixi sect 3. alia vero ratione habere pro vltimo fine simpliciter ipsum Deum vt modo dixi, hæc enim minime secū pugāt, sicut neque hominem vna ratione esse sapiētem, alia insipientem, præsertim cum isti modi loquendi maiori exparte sint metaphorici, & figurati. Neque est inconueniens, hominem, qui implicite, & virtute operatur propter beatitudinem agere explicite contra beatitudinem, peccando, & reddendo se ea indignum secundum præsentem statum. Nec solum quoties aliud appetimus, virtute saltem appetimus Deum, vt vltimum finem: sed etiam quodammodo vt medium, qui enim appetit aliquod bonum, virtute appetit existentiam causæ efficientis, sine cuius ope, & auxilio nō potest illud obtinere: sed sine ope Dei nullum bonum possumus obtinere, ergo.

Ex prædictis intelligitur D. Tho. art. 6. quæ autem ad. 7 & 8. articulos pertinere possent, sect. 1. dicta sunt, vnde circa hanc quæstionem nihil dicendum supereſt.

TRACTATVS SECVNDVS,
qui est de Beatitudine inparticulari.

Quæstio secunda D. Thomæ, de ijs in quibus hominis Beatitudo consistit.

Præfatio ad Disputationes sequentes.

POST quam cum D. Thoma egimus de fine, & de vltimo fine in communi; cum eodem agēdum est nobis de vltimo fine in particulari, seu de beatitudine in particulari, quæ idem est, sed in nomine finis causalitas importatur, quæ, quia deinceps cōsideranda non est, abstinet D. Thomas à nomine finis vltimi, & vtitur nomine Beatitudinis, in quo nulla importatur causalitas, vnde in Deo reperitur proprie Beatitudo, non tamen ea est finis respectu illius.

Beatitudo, & finis vltimus differunt aliquo modo.

Beatido Dei nõ est finis ipsius

Imo si quis Beatitudinem haberet, & eam non appeteret, ea non esset eius finis actu, sed potentia, & aptitudine tantum. Sic etiam Aristot. 1. ethico. post quam de fine, & vltimo fine in communi dixit, cap. 4. incipit agere de beatitudine in particulari, & docet in quibus consistat, aut non consistat, & quia hoc clarius est, & à notioribus nobis est inchoandum, vt eodem cap. docet Aristot. ideo merito D. Tho. sequentes articulos ponit, vt exponat in quibus non consistat Beatitudo. Qua etiam in re Aristotelem imitatur.

Articulus primus. Vtrum Beatitudo hominis consistat in diuitijs.
Articulus secundus. Vtrum consistat in honoribus.
Articulus tertius. Vtrum in famâ, siue gloria.
Articulus quartus. Vtrum in potestate.
Articulus quintus. Vtrum in aliquo corporis bono.
Articulus sextus. Vtrum in voluptate.
Articulus septimus. Vtrum in aliquo bono animæ.
Articulus octauus. Vtrum in aliquo bono creato.

Disputatio prima. Vtrum in possessione rerum creaturum formalis Beatitudo consistat.

Sectio prima. Vtrum in possione diuitiarum formalis Beatitudo consistat.

1. *De beatitudine qui egerunt. 1. Suppos.*

NOnnulla hic præmittenda sunt, 1. de beatitudine agere magistrũ, & scholasticos, 4. d. 49 & 1. d. 1. Abluen. Matt. 5. à q. 18. vsque ad 89. de eadem agit Heruæus tractatu speciali de beatitudine, de qua re librũ quoque scripsit Iulius Cæsar Scaligerus (vt sæpe ipse testatur libro de subtilitate contra Cardanum) & D. Tho. opusculo. 63. qui etiã de hac re agit. 3 contra gentes, cap. 25. & sequentibus, & lib. 4. à cap. 79. vsque in finem, & 1. p. q. 12. & additionibus ad 3. p. q. 69 & de inceps, & opusculo 3. à cap. 105. Anselmus libro de vita beata, & Augusti. lib. de vita beata & 19. ciuita. à principio, & lib. 8. cap. 8. & lib. 13. Trinitã. à cap. 3. & Epistola. 52. & 151. & tractatu de Epicureis, & Stoicis, tom. 6. & alibi sæpe, Aristot. 1. ethi & 10. & ibidem eius expositores, Eustratius, Donatus, Burlæus, Buridanus, Albert. Iauellus, & Conimbricen. Cicero libris de finibus, & 5 Tusc. & in Paradoxis, Seneca libro de vita beata, Lactãtius, lib. de diuinis institutio. cap. 7. & sequentibus, Boetius lib. 2. & 3. de consolatione Clemens 2. Stromatum, Ambrosius 2. de offic. à principio, Auetroes lib. de beatitudine animæ, de fælicitate animæ librum etiam scripsit Carthusia. qui tamen ad manus meas nõ dum peruenit, sed de beatitudine multa dicit lib. 1. de lumine Christianæ Theoriæ, à ca. 42. vsque ad finem.

Valerius Maximus de fælicitate scripsit lib. 7. Iamblichus li. de mysterijs in vltimis capitibus, Maldonatus li. de fælicitate Christia. Flamin. Nobilius tribus libris de fælicitate.

2. Præmittendum est hic quid nomine beatitudinis formalis intelligamus. Varias enim beatitudinis acceptiones aliqui constituunt, vt videre licet in Scoto 4. d. 49. q. 4. q 3. 5. & 6. Dur. q. 4. Palud. q. 3. Maior. q. 3. & 5 Ocham 4. q. vltima, art. 4. Olcot. q. 8 art. 2.

2. Suppos. Quid beatudo formalis.

Precipue tamen in genere duæ acceptiones ponuntur, 1. pro statu omnium bonorũ aggregatione perfecto. 2 Pro optima hominis operatione. Sed certe Beatitudo formalis, 1. tantummodo sumitur, & nulla operatio beatitudo dici potest, nisi quatenus constituit in statu omniũ bonorum aggregatione perfecto. Est enim beatitudo proprie dicta possessio boni perfecti, & sufficientis, quo habito appetitus satiatur, neq. aliud requirit. Hoc autẽ contingit dupliciter, 1. vt status dicatur omniũ bonorũ aggregatione perfectus, quia formaliter cõtineat omne bonum hominis, 2. quia illud contineat virtute, quo vltimo modo, vt postea dicemus, visio Dei est beatitudo, altero tamen ex his modis debet omne bonum includere, quod proprie Beatitudo dicatur. Vnde Boetius, 3. de consolatione, prosa. 2. beatitudinem definit, est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & hanc esse definitionem beatitudinis proprie dictæ, ait Albert. 2. p summæ tractatu 4. q. 18. membro. 3. art. 1. ad 4. & Flaminius 1. de fælicitate cap. 4. ex Aristot in ethicis, & Platone in Philebo fælicitatẽ definit, vt sit bonum perfectum, quod satis est homini, & propter se tantum expetitur, &c. 17. refert à Pseusippo fælicitatem definitam esse, vt sit bonum ex omnibus bonis cumulatum, Nyssen. de beatitudinibus, oratione, 1. in principio, Beatitudo, inquit, est comprehensio quædam omnium earum rerum, quæ in homine intelliguntur, à qua nihil abest, eorum quæ pertinent ad bonorum desiderium, & cupiditatem. Et Cicero 3. Tusculanarum: fælicitas est secretis malis, omnibus cumulata bonorum complexio, Anselmus de similitudini. cap. 47. & 48. ponit 14. partes Beatitudinis, & eam diffinit, sufficientiam omnium commodorum.

Iam

Iam etiam disputatione præcedenti, sectione. 1. vidimus secundum Aristotelem. Fælicitatem nihil aliud esse nisi bonum perfectum, & sufficiens seu possesionem ipsius: & hunc esse communem consensum omnium, patet ex eo quod scribit Aristo. 1. ethi cap. 4. Vulgus inquit, & elegantes fælicitatem dicunt, esse, atq; bene viuere, bene agere, & fælicem esse eadem esse putant. Eodem etiam libro, cap. 2. 7. & 8. & 9. & lib. 10. cap. 6. & 7. & 2. mag. moral. cap. 2. & 1. Rhetor. cap. 5. statum perfectum, in quo est bonorũ plenitudo, & desideriorum complementum, fælicitatem appeliat, & ab alijs appellari docet, & fere toto libro, 1. & 10, ethico. Augusti. 8. ciuitatis. cap. 7 & libro 19. cap. 1. & sequentibus, & 13. Trinit, cap. 5. dicens: *Beatus est qui habet omnia quæ vult, & nihil mali vult.* Et 1. de lib. arbit. cap. 13. beate viuere est bonis veris certisque gaudere. Multa similia lib. de vita beata, & epistola. 52. & 56. & tractatu de Epicureis, & Stoicis. Sic etiam sentit D. Tho. in hoc opere. q. 1. art. 5. & 7. dicens, vltimum finẽ esse bonum perfectum desideriorum completiuum, censet enim, vltimum finem sumptum pro adeptione, & beatitudinem idem esse: vt ex Augusti. 19. ciuitat. capit. 1. & 13. Trinit. cap. 3. & 4. docet. q. præcedenti, art. 8. corp. & argumento, sed contra. Sic etiam q. 5. art. 3. & 4. & 1. p. q. 26. artic. 1. & opusculo. 20. c. 8. 3. contra gentes capit. 63. Beatitudinem ait esse perfectum, ac sufficiens bonum, omne malum excludens, & omne desiderium implens. Propterea vt existimo Beatitudo inscriptura vocatur regnum cœlorum, & vita æterna. Matth. 15. *Venite Benedicti, accipite regnum, & ibunt in vitam æternam.* Interdum gloria, vt Lucæ 24. *ita intrare in gloriam suam.* Interdum ineffabilium bonorum collectio, vt 1. Corinth. 2. & Isai. 64. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se:* & Ioan. 14. ait Philipus ad Christum: *Ostende nobis patrem, & sufficit nobis*: idest quia sic erimus beati, cum visio Patris nobis sufficiat. Et 1. Ioan. 3. *cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est*: quo scilicet fiet, vt habeamus bonorum sufficientiam sicut ille: & Psal. 74. *Beatus quem elegisti, &c. inhabitabit in atrijs tuis, replebimur in bonis domus tuæ*: quæ beatitudienm significare ait Hilarius ibi.

Beatitudinis nomina varia.

Obiectio.

Si obijcias D. Thomam in tota hac q. excludere bona alia à Deo, ab essentia Beatitudinis, & q 3. art. 1. & 4. in sola possesione, & visione Dei illam collocare, ergo non censet de essentia Beatitudinis esse omnium bonorum cumulum, & aggregatum,

Solutio.

R. ipsum non docere bona alia à Deo non esse de essentia Beatitudinis, sed quædam non esse de essentia Beatitudinis alterius vitæ, & nulla sine Deo sufficere ad essentiam Beatitudinis, & in visione Dei consistere essentiam Beatitudinis præcipue, & quodammodo atque virtute totam essentiam, quia est fons, & origo omnium bonorum, non quòd sola ad essentiam Beatitudinis sufficiat. Idemque est de possessione Dei, quod egregie docet Eusebius Cæsarien. 11. præparationis, cap. 2. dicens: Hebræi Deo gratos solum beatos sunt opinati, quia profecto, cum omnium bonorum largitor Deus vitæ fons, & virtutis origo sit, solus ad beatam vitam eis sufficit, qui vera pietate ad ipsum tendunt. Et Dionysius Carrhusianus, lib 1. de lumine Christianæ Theoriæ, artic. 45. inter alia dicit: *in operatione contemplatiuæ intelligentiæ fælicitas principaliter consistit, sed non nisi secundum quod eam sequuntur amor, & gaudium.* Ob hoc nempe dixit Boetius: *felicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* Idem colligitur ex Aristot. 10. ethico. cap. 7. qui non ex eo solum probat fælicitatem hominis in contemplatione consistere, quia ea sit operatio præstantissima, sed etiam quia ad omnia bona sufficiens est. *Sufficientia* (inquit) *otium, & defatigationis vacuitas, & humana, & quæcunque alia viro tribuuntur beato, per hanc operationem illi inesse videntur: ideo fælicitas hominis fuerit hæc profecto, sumpta longitudine vitæ perfecta, nihil enim fælicitatis est imperfectum.* Similia dicit Aristot. lib. 1. cap. 10 sed de hac re plura in sequentibus dicemus.

3. Præmittendum est, hunc statum, quem diximus esse Beatitudinem, possibilem esse, & in aliquo existere, iuxta id Aristot. 1. ethic. cap. 4. vulgus, & elegantes fælicitatem dicunt esse. & probatur, nam possibile est, & in aliquo i nuenitur aliquod bonum, vel bonorum aggregatum quo habito nihil desiderari possit, vel quia illud aliud est impossibile. vel quia sine maiori dispendio obtineri non potest: hoc autem bonum, vel bonorum aggregatũ est fælicitas, & si est fælicitas huius vitæ debet durare vsque ad finem vitæ, vt docet Aristo. 1. ethi. cap. 7. 9. & 10. & lib. 10. c. 7. Si vero est alterius vitæ, debet durare sine vllo fine. Si enim bonum securitatis, & permanentiæ homo non habeat, fælix non dicetur, imo si non permaneat, dicetur infælix, quia à fælicitatis statu decidit, cui præter permanentiam nihil ad fælicitatem deerat. Vnde D. Tho. 1. p. q. 62 art. 1. censet dæmones ante lapsum non fuisse proprie beatos & similiter primos parentes non dicimus in hac vita fuisse fælices, sed infælices potius, post

3.

3. Supp. Beatitudinẽ esse pro habilẽ probatur.

Permanentia est de ratione beatitudinis huius vitæ.

peccatũ per quod à tãta fælicitate ceciderũt. Est igitur posibilis bæatitudo, & vt talis cognoscitur ab omnibus, & ideo est ad illam naturale desiderium innatum, & elicitum, de quo Augustin. 1. de libero orbitrio, c. 14. & lib. de vita beata, & 10. confessionum, c. 20. & in Enchir. c. 25. quod licet frustretur in aliquibus indiuiduis, non tamen in omnibus, nec id permittit diuina prouidẽtia, quippe nõ est ea dignũ, in Angelis enim si cuiuslibet speciei tantũ esset vnum cum indiuiduum, id permisit Deus, quia pereunte tota specie, vnicum tantum eius indiuiduum perijt, & quæ ad alias species pertinent, & fælicitatem obtinent, eiusdem gradus sunt, & non admodum dissimilia.

Ad beatitudinẽ naturale desiderium innatum & elicitum.

4. *Obiectio.* Dices, si Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & homo talẽ statũ habere non potest, homo enim natura sua subiecta est multis malis, & miserijs naturæ, imo & moris, cum pecatum omne cauere non possit, eo quòd contrarijs, & repugnantibus affectibus constet, ergo non poterit esse beatus saltem in hac vita, vbi mortis imminentis, ac damnationis timor semper existit.

Solutio. R. Beatitudinem non esse statum affluentem omnibus bonis simpliciter, sed omnibus bonis posibilibus, in quadam conuenienti quantitate, & gradu; hanc affluentiam, qui habuerit ex eo tempore, quo eam habuerit, beatus erit, vt homo tamen, iuxta Aristotelem, 1. ethi. cap. 10. in fine, ac proinde, non sine multis malis, & laboribus, atque incommodis, quæ naturam humanam comitantur, & comitari in hac vita mortali, & pasibili, necesse est, in alia vero supernaturaliter relegantur à corpore, & naturaliter ab anima beata, quæ sola naturaliter est capax illius fælicitatis, quæ post hanc vitam futura est. Nec tamen in alia vita habebit quilibet beatus in se omnia bona posibilia, etiam secundum potentiam ordinariam, saltem in omni gradu posibili nam aliqui caracteres erunt in aliquibus, & non in omnibus, & forte etiam aliæ qualitates præsertim in Christo, vnus habebit maiorem cognitionem, & amorem, & delectationem quam alius. Quisq; tamen ideo beatus erit, quia habebit magnam quandam bonorum affluentiam, & aggregationem sine vllo malo, vt in sequentibus videbitur.

5. 4. Præmittendæ sunt aliquæ Beatitudinis diuisiones, præter eam quæ in secundo notabili adducta est, sine quarum intelligentia tractatus iste prespicuus non erit. Prima est in Beatitudinem vt res, & vt adeptio, seu possessio, 1. est summum bonum quod posidemus, 2. vero eius possessio, & contingit, id quod est Beatitudo vt res possessa, esse etiam Beatitudinem, vt possessionem alterius rei. Quo pacto visio Dei, & reliqui actus, quibus ipsum posisse dicimur, sunt etiam res adeptæ, & possessæ, quatenus nobis inhærent. Itaque & sunt bona intrinseca obtenta, & possessa, & sunt possessiones boni extrinseci, nempe Dei, qui appellatur Beatitudo obiectiua, quia est obiectum actuum quibus posidetur. Si autem aliqua bona non sunt obiecta possessionis ipsorum, licet dicantur Beatitudo vt res, non tamen Beatitudo obiectiua, & huiusmodi sunt actus, in quorum possessione, seu inhæsione consistit: ideoque Beatitudo formalis dici possunt sicut & eorum inhesio, diuersa tamen ratione. Nam inhæsio dicitur Beatitudo formalis, sicut effectus formalis, actus vero ipsi, vt forma, qua formaliter reddimur beati.

4. Suppo. notantur. Variæ diuisiones beatitudinis.

1. Diuisio

2. Diuisio est in beatitudinem naturalem, & supernaturalem, qua diuisione vtitur D. Thomas, 1. p. q 23. sub nomine finis, & q. 62. artic. 1. sub nomine beatitudinis, addit-que beatitudinem naturalem quodammodo beatitudinem, & fælicitatem dici, quod verum est non solum quia collata ad beatitudinem supernaturalem imperfectissima est, sed etiam quia in homine eleuato ad ordinem gratiæ, & capaci beatitudinis supernaturalis non meretur beatitudinis nomen, cum nec formaliter nec virtute contineat omne bonum, cuius homo in eo eleuationis statu capax est, nec satiat omnem hominis appetitum, sed etiam ea habita vlterius aliquid appetit. Quare si aliquis illam habere posset in statu eleuationis absq; alia, vt de pueris decedentibus in solo originali aliqui sentiũt, non posset simpliciter, & absolute beatus dici, sed miser, quia careret potiori bono, quod assequi potuisset. Eadem distinctione beatitudinis naturalis, & supernaturalis, vsus est D. Thom. infra, q. 62 arti. 1. in corpore, & ad. 3. & q. 109. artic. 5. ad. 3. & q. 110. artic. 3. & 3. d. 25. q. 1. art. 4. q. 3. Nomine autem beatitudinis supernaturalis non comprehenduntur perfectiones, quæ totaliter sunt extra ordinem naturę, bene tamen beatitudo naturalis, & aliæ perfectiones naturæ, quæ si non inhæserint homini, non erit simpliciter beatus, & proprie, neque integre integritate substantiali, licet vltra illas requirat supernaturalis Beatitudo alias perfectiones ordinis supernaturalis. In quo autem consistat naturalis Beatitudo, & an maneat cum supernaturali, eademque esset in puris naturalibus, quæ nunc est, in sequentibus dicetur, & pars affirmatiua posteioris dubij colligitur ex D. Thom 1. p. q. 12. art. 12. dicente, cum visione Dei manere naturalem cognitionem ipsius.

2. *Diuisio Beatitudinis.*

De integritate supernaturalis Beatitudinis sunt aliquæ perfectiones naturales.

Cum supernaturali Beatitudine, manet naturali.

3. Diuisio

6. 3. Diuisio.

3. Diuisio est in beatitudinem huius vitæ, & futuræ, Quæ diuisio locum habet tam in Beatitudine naturali, quam in supernaturali. Hac diuisione vtitur D. Tho. q. 3. art. 2. ad. 4. & art. 5. & q. 5. art. 3. Et Beatitudo quidem naturalis præsentis vitæ ponitur ab Aristotele. 1. ethi. præsertim capit. 9. &. 10. imo de ila solaloquitur. 1. & 10. Ethico. & alibi sæpe Si autem sensit animam esse immortalem, negare non potuit alterius vitæ Beatitudinem, sed de illa nusquam egisse videtur.

De beatitud. alterius vitæ nihil Aristote. dixisse videtur.

7. 4. diuisio.

4. Diuisio Beatitudinis est in speculatiuam & practicam. Hæc traditur a D. Thom. q. 3. arti. 7. &. q. 5. arti. 4. & Aristot. 10. ethico. cap. 7. &. 8. Paludano. 4. d. 49. q. 4. art 2. sed D. Tho. & Arist non intendunt in vnico istorum actuum saluari essenti am Beatitudinis, cum consistat in omni bonorum aggretione, sed vult D. Thomas actus intellectus speculatiui, & practici esse Beatitudinis partes. Idemque colligitur ex Aristo 1. ethico. cap. 6. 7. &. 9. & de cognitione practica non esse proprie fælicitatem aliqui probant, quia non est propter se, sed propter opus: quod intellige saltem præcipue, de quo alibi.

Arist. non in solo actu intellectus esse tiam Beatitudinis cõstituit.

8. 5. diuisio.

5. Diuisio est, in Beatitudinem totius hominis vel animæ, & alicuius tantum potentiæ. Hæc diuisio non est in commnni vsu, & Scoto, & quibusdam alijs non probatur, sed in sano sensu recipi potest, vt tunc potentia fælix dicatur, cum omnia bona habuerit quorum est capax: anima vero vel homo cum habuerit omnia bona quorum est capax.

9. 6. diuisio.

6. Diuisio est in Beatitudinem in communi, & in particulari. Beatitudo in cõmuni nõ est cõmnis ratio boni, vt videtur explicare supplemẽtum 4. d. 49. q. 1. art 2. in principio: sed cõmunis ratio completi, integri & perfecti boni seu status omnium bonorũ aggregatione perfectus, abstrahendo à re particulari vel aggregato rerum particulariũ ni quo hec ratio reperiatur. Beatitudo autẽ in particuleri est determinata res, vel determinatum aggregatum rerum continens statum omnium bonorum aggregatione perfectum.

10.

His constitutis agendum est. 1. de bonis externis. Deinde de bonis corporis, denique de bonis animę. Que tria bonorum genera distinguit Aritto. 1. eth. cap. 8. 1. Mag. Moral. cap. 3. 1. Rhetori ad Theodectem cap. 5. Plato. 3. de. legibus, Eusebius. 11. præparationis. cap. 2. Bona externa sunt diuitiæ, fama, gloria, honor, potentia dominatus, & amici; corporis vero, sanitas, vires, robur, pulchritudo, voluptas &c. animæ vero, sapientia, virtus, &c. Inquirimus ergo hac sectione, an in diuitiarum possessione formalis Beatido consistat. Et abstrahimus nunc adiuitijs naturalibus, & artificialibus quas cum Aristo. 1. polit. cap. 6 distinguit D. Thomæs in hac. q. art. 1 & à fælicitate naturali, & supernaturali præsentis, & futuræ vitæ, quoniam quantum ad præsens attinet, de his omnibus eadem est tatio, licet ad alia, diuersa sit, vt suo loco notabimus.

11. Conclusio Beatitudo in diuitiari posse, nõ consistit. Probat. 1.

R. autem, in diuitiarum possessione non consistere. Ita D. Thomas in hac q. 1. art. 1.

Probatur. 1. quia fælicitas, & quælibet eius pars, est perse expetibilis, & habet proprie rationem finis, diuitiæ autem non sunt perse expetibiles, nec sunt fines, sed media, & instrumenta ad consequenda bona, quæ per se sunt expetibilia, ergo nec sunt fælicitas, nec partes aliquæ fælicitatis, sed media, & instrumenta ad illam comparandam, vt docet Aristoteles. 1. ethi cap. 5. in fine. Et ideo cap. 9. ait: in operatione secundum vittutem consistere fælicitatem, cæterorum autem bonorum alia inesse, alia adiuuare esseque vtilia aut instrumenta. Quibus verbis vltimis diuitias intellexit, quæ interdum magis impediunt, quam iuuent; quia cum labore magno acquiruntur, & conseruantur, iuxta id Aristot. 1. ethi. cap. 5. *Vita quæ diuitijs incumbit violenta est & multorum peccatorum, & aliorum occasiones sunt.* Vnde Christiana religio docet eas despicere, imo & abijcere, vt beati esse possimus. Matth. 5. *Beati pauperes spiritu.* 1. Timoth. 6. *diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum* Eccle. 31. *Beatus vir, qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris* Totus ecclesiastes in eo positus est, vt ostendat diuitias non reddere hominem fælicem. Vnde cap. 2. postquam Salomon enumerauerat in numeras diuitias, & possessiones suas, subiungit. *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi:* &. ca 5. *est & alia infirmitas pessima, quã vidi sub sole, diuitiæ cõgregatæ in malũ domini sui:* &. Psalmo. 61. *diuitiæ si affluant, nolite cor apponere:* & Luce 12: *Videte, & cauete vos ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusque vita eius est:* 1. Timoth. 6. *qui volunt diuites fieri, incidunt intentationem &c.* & Bernardus: *quis putat erit hic proditor? pl ine cupiditas radix iniquitatis.* Dequo Augustinus sermo. 40. ad fratres in Eremo, & sermone. 28. de verbis Apostoli, Gregorius 3. parte pastoralis, admoniti. 27. Chrysosto. homilia. 2. ad populum Antiochenum, & alia homilia speciali de auaritia.

2.

2. Probatur, quia fælicitas, cum sit finis vltimus simpliciter, satiat appetitum, diuitiæ autem non satiant appetitum: Ecclesiast. cap. 5. *Auarus nunquam ompletur pecunijs.* Eccle. 4. *non satiantur oculi diuitijs:* & Solon apud Aristot. 1. polit. c. 5. finis opum positus nõ est mortalis vllus, ergo.

3. Sum-

3. 3. Summum bonum hominis non ſubiacet fortunæ, ſed per rationem ſaltem magna ex parte obtinetur, diuitiæ autem ſubiacent fortunæ,& per eam plerumque obueniunt, ergo

Confir. Confirmatur, quia fælicitas eſt quid fixum & ſtabile, vnde Boetius. 3. de conſolatione proſa. 2. ait eſſe ſtatum,& lib.1. metro.1. *Quid me fælicem toties iactatis amici? Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.* Diuitię autem facile amittuntur, & nobis inuitis auferuntur,ergo in illis non conſiſtit fælicitas.

4. 4. Fælicitas eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus ex Boetio de conſolatione lib 3.proſa.2.ſed diuitiæ non ſunt omnia bona,ſed minima,infima,& extrinſica,ergo.

Confir.1: Confirmatur.1. quia poſſeſsio boni quod melius eſt diſtribuere,quam retinere,non poteſt eſſe fælicitas,ſed diuitiarum poſſeſsio eſt huiuſmodi;ergo.Minor probatur ex dicto Boetij.2.de conſolatione proſa 5.diuitię effundē do magis quam coaceruando nitent, ſiquidem auaritia ſemper odioſos,claros largitas efficit & recitatur a D. Tho art 1. argumēto ſed cōtra.Cui conſonat Cyrus,qui ſcite apud Xenophontem aiebat) *ſi vere diuites hi appellandi eſſent, qui plurimam auri,& argēti vim in arculis obſignatam haberent, eaq. ſibi numquam vtendum cenſerent,milites illos,qui in aliqua vrbe excubias agerent, omnium ditiſsimos merito iudicari debere, ab ijs enim, innumerabiles plerumq. theſauros cuſtodiri.*

Confir.2. Confirmatur.2.quia fælicitas excludit omna mala,diuitiæ autem non excludunt infirmitatem,dedecus, ignominam &. Denique licet Ariſto.1 ethi cap.3. dixerit, aliquos fælicitatem in diuitijs conſtituiſſe, tamen nullus ſapientium in ea opinione fuiſſe videtur, ſed in oppoſita, vt de ipſo retulimus. Cui conſonat Cicero vltimo, ſeu ſexto Parado. docens,ſolum ſapientem eſſe diuitem, docenſq. diuitiarum contemptum, & damna quæ inordinatum diuitiarum affectum conſequuntur. enum erans.

Conſonat Plato. 5. de legibus, verum eſſe inquiens, quod vulgo dicitur,admodum diuites non eſſe bonos,& exprimens damna quæ ex diuitiarum abundantia procedunt.Et Hieronymus epiſtola adHedibiam,&alibi ſæpe approbans vulgarem illam ſententiam: Diues aut iniquus aut iniqui hæres;& Anaxagoras, rogatus enim à quodam, quis nam eſſet fælix & beatus reputandus? Reſpondit. *Nemo ex his, quos tu fælices putas, ſed eum in eo numero reperies, qui à te ex miſerijs conſtare creditur, non erit ille diuitijs,& honoribus abundans, ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor,in ſeceſſu quam in forte beatior:* vt refert Valerius Maximus lib.7.cap. 2. Eugub. 10. de perenni phi.cap.10.Et Flami.1 de fælicitate.cap.5.Itē Ambro.2.de officijs,cap.9.*nec aliqua* (inquit) *commoda in facultatibus, & opibus conſtituimus, ſed incommoda hæc putamus, ſi non reijciantur*:& cap.10: diuites non eſſe beatos, ſed qui audiunt ſapientiam Salomonis,& verbum Dei,& cuſtodiunt illud:& cap.5. ait: diuitias, & alia huiuſmodi magis obeſſe,quam prodeſſe ad Beatitudinem:et cap. 2.refert varias opiniones philoſophorum, quorum nullus indiuitijs Beatitudinem poſuit. Itaque inquit Philoſophi quidam vitam beatam in non dolendo poſuerunt,vt Hiero. alij in rerum ſcientia vt Herillus,qui audiens ab Ariſtot. mirabiliter laudatam eſſe rerum ſcientiam, ſolum eam quaſi ſummum bonum poſuit,cum illi eam quaſi bonum, non quaſi ſolum bonum laudauerint. Alij voluptatem dixerunt vt Epicurus, alij, vt Callipho & poſt eum Diodorus ita interpretati ſunt, vt alter ad voluptatem,alter ad vacuitatem doloris conſortium honeſtatis adiunxerit, quod ſine ea non poſsit eſſe vita beata. Zeno ſtoicus ſolum ſummum bonum quod honeſtum eſt. Ariſto. autem,& Theophraſtus, & cæteri Peripatetici in virtute quidem,hoc eſt,in honeſtate vitā beatam eſſe.ſed compleri eius beatitudinem etiam corporis voluptatibus,atq. externis bonis (ficut honor, gloria) aſſeruerunt: nullus ergo in diuitijs Beatitudinē conſtituit. Quod videre etiam licet ex opinionibus,quas refert Lactan lib.3 diuina.inſtituti.cap.7.Seneca frequenter docet diuitiarum contemptum vnde Epiſto.18. nemo alius eſt Deo dignus, quam qui opes contempſit;& epiſto.9.ſapientem ait ſeipſo contemtum eſſe ad beate viuendnum. Pro hac re eſt etiam elegans teſtimonium Iāblici,apud Eugu.10.deperem niphilo cap. 15. vbi late docet Iamblicus, diuitias,& alia,que vulgo bona putantur,bona vere non eſſe,niſi bonis,qui eis vtuntur bene.

12. *Dubium.* An *diuitiæ ad Beatitudine cō ducant.*

Ex quibus diſſoluitur illa quæſtio,an diuitiæ conducant ad fælicitatem, vel eam impediant.

1. *Conclu.* Primo enim dicimus,certum eſſe defide, diuites ſaluari poſſe. Ita enim definitum eſt in concilio Gangrenſi contra errores Pelagianorum,qui vt refert Auguſtu.Epiſto.89 q.4.dicebant, diuites ſaluari non poſſe. Quem errorem tenuerunt etiam alij Hæretici dicti Apoſtolici,vt refert Auguſti de Hæreſibus. capit. 40,contra quos Caſtro de hærefibus, verbo paupertas.Hæreſi.1.

2. *Conclu.* 2. Statum paupertatis pro Deo aſſumptæ vtiliorem diuitijs eſſe perſe loquando ad vltimam & æternam fælicitatem conſequendam. Patet quia Chriſtus.Matth.5.ait; *Beati pauperes ſpiritu*; & Matth 19 docet,difficilimum eſſe,diuites conſequi regnum cælorū; ideoq. ad

renun

renuntiationem bonorum temporalium discipulos exhortatur dicens: *si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.* Idem suo exemplo docuit Christus, Mathe. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet:* & 2. Corint. 8. *propter nos egenus factus est, cum esset dives.* Hoc exemplum secuti sunt Apost. Mat. 19 *ecce nos relinquimus omnia &c.* & alibi. Vnde in primitiua Ecclesia plurimi fideles cuntis bonis his renunciabant, Actuum. 4. et in Concilio Telensi, status renunciantium diuitijs præfertur: & D. Tho. q sequenti, art. 7. docet, aliqua bona externa requiri ad Beatitudinem huius vitæ, non tamen eorum abundãtiam. Et ratio est, quia diuitiarum cura retrahit multum à contemplatione, & studio veræ sapientiæ; & exercitio moralium virtutum, & materiam, commoditatemque præbet ad varia vitia. Vnde Crates ille Thebanus, vt refert. Hierony. epistola ad Paulinum, de instituto monachorum, cum homo esset ditissimus, Athenasque ad philosophandum pergeret, magnũ auri pondus abiecit, ratus veræ sapientiæ impedimento esse. Idem eadem opinione fecit Anaxagoras, & Philogonus, Socrates, Democritus, & alij, vt referunt Plutarchus in moralibus, libro de vitanda vsura, & Hierony. in Matth. cap. 19. Philo Iudæus, libro, quòd omnis probus sit liber. Idem sentire videtur Seneca, lib. de vita beata, cum plerisque philosophis antiquis, quorum meminit Diogenes Laertius, lib. 1. in principio. Vnde illud Prouerb. 30. *mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria,* non ita intelligendum est, vt ibi damnaretur voluntaria paupertas, sed coacta, & repugnans regiæ dignitati, vel statui aut simili, in quo diuitiæ moderatæ necessariæ sint.

13. *Obiecto. 1. id Christ. actu. 20. beatius est dare quã accipere, quo modo intelligatur.*

Nec obstat illud Actorum 20. Beatius est dare magis quam accipere, ergo melius est habere diuitias, & illas distribuere, quam ab alijs mendicare.

Solutio.

R. præsupositiue beatius est dare, quam accipere, in eodem genere, quia primum supponit abundantiam, & affluentiam, secundum vero penuriam talis boni. Cæterum in se melius est accipere à Deo bona spiritualia media paupertate voluntaria quam dare alijs temporalia ex abundantia diuitiarum. Hic sensus est iuxta Caietanum, art. 1. Vel sensus est beatius, idest melius ad Beatitudinem esse erogare temporalia, quæ non sunt necessaria ad vitæ sustentationem, quam accipere ab alijs; quia primum est misericordiæ, & charitatis, secundum vero amoris proprij, & minus ordinati; melius tamen est ab alijs necessaria accipere, quam bonorum dominium obtinere, quia cura, & solicitudo temporalium à Deo multum auocat, & ideo melius est bonis proprijs renunciare, præsertim ea abinitio pauperibus relinquendo, quam ea retinere, vt deinceps pauperibus illa distribuat. Vt enim dixit Hierony. epistola ad Nepotianum, Optimus dispensator est, qui nihil sibi reseruat, & nullus melius distribuit, quamqui sibi nihil relinquit. Præterea Cassianus libro. 10 de instituti, renunciantium. cap 10 inquit, in verbis illis Actorum. 20. non beatificari dationem de thesauris reconditis, sed de bonis acquisitis proprio sudore, & labore, vt docebat Apostolus. Sixtus. 2. Bibloth. titulo verborum Domini, ponit varias sententias de ista quęstione, vnde accepit Paulus id. Beatius est dare quam accipere?

14. *Obiecto. 2.*

Neque item obstat quod Aristot. 1. ethi. cap. 5. & 9. diuitias dixit esse vtiles, & instrumenta ad fælicitatem comparandam. Vnde eodem libro. cap. 8. de operationibus secundum virtutem loquens ait; *bas, aut vnam ex his, quæ optima sit, fælicitatem esse affirmamus. Videtur tamen ipsa etiam externis bonis indigere, fieri enim non potest, vel non facile fit, vt cui facultates non suppetunt, bona atque honesta agat multa, & per amicos, & diuitias, & ciuilem potentiam, quasi per instrumenta quædam aguntur, quibusdam vero priuati nonulli, vt nobilitate, bona prole, pulchritudine Beatitudinem maculent. Non enim fælicitatis admodum compos ille est, qui vel specie prorsus deformis, vel genere ignobilis, vel solitarius est ac prole carens* Et lib. 10. cap. 8. ex Solone & Anaxagora: *moderatas diuitias dixit esse vtile, & instrumenta ad fælicitatem comparandam.* Et lib. 10 cap. 8. ait, moderatas diuitias ad fælicitatem conducere. Quod etiam videtur sensisse. Cic. Paradox. vltimo, & videtur fuisse sententia Stoicorum, & veterum Academicorum, vt patet ex Varrone apud August 19 ciuit. cap 3.

Solutio.

R. enim, non esse necessarium diuitiarum etiam moderatarum dominium, præsertim in particulari, satis est dominium rerum in communi, vel vsus, cum extrema enim penuria, & mendicitate vix posset homo sapientiæ, & studio virtutum vacare, vt ait Aratus, *haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi.* Item cum solis vitæ necessarijs, quæ communiter facile haberi possunt melius vacatur sapientiæ, & virtuti, quã cum diuitiarum abundantia. Huc pertinet quod ait Plato. 5. de legibus: *pecuniarum, prædiorum, & census posscssio excedens. & priuatim, & in ciuitatibus inimicitias, seditiones que parit, deficiens autem vt plurimam seruitutem ideo moderata quærenda est.*

15. *Obiecto.*

Sed aduersus id quod diximus, fælicitatem ni

in diuitijs non cõsistere, argumẽtor. 1. quia fortuna, & fælicitas versantur circa idem, vt ait Aristo. 2. phy. cap. 6. sed fortuna versatur circa diuitias, ergo & fælicitas.

2. Quia beatitudo est status omniũ bonorũ aggregatione perfectus, pecuniæ autem obediunt omnia Eccles. 10. Idemque sensit Aristote. 5. ethico. cap. 5. & 1. politi. cap. 6. & 7. dicens, omnia pecunijs possideri, ergo in ea consistit fælicitas.

2.

3. Quia quod infinite desideratur, est summum bonum, & Beatitudo: sed diuitiæ sic desiderantur, vt diximus ergo.

3.

Ad. 1. obiect. 1. solu.

Ad. 1. R 1. cum D. Tho. 2. physico. lectione 1. Aristot non dixisse, bonam fortunam esse fælicitatem, sed fælicitatem, vel prope fælicitatem, quia adducit bona externa in quibus secundum aliquos fælicitas, vel magna eius pars consistit; & ad fælicitatem præsertim huius vita iuuant.

2. solutio.

2. R cum D. Tho. 4. d. 49. q 1. art. 1. q. 1. ad 5. fortunam, & fælicitatem versari circa idem subiectum, non autem circa idem obiectum, sicut enim solus homo est capax fælicitatis, ita & fortunæ.

Ad. 2.

Ad. 2. R pecuniæ obedire omnia, quæ ab ignorante vulgo bona reputantur qualia sunt bona venalia, vel à pecunijs pendentia; non tamen spiritualia, quæ vendi non possunt. Vnde Prou. 7. dicitur: *quid prodest stulto diuitias habere, cum sapientiam emere non possit?* Pecuniæ etiam obediũt omnia, quia plerique diuitibus obtemperant, & ad eorum se nutus effingunt, licet autem diuitijs omnia bona obtinerentur, non essent fælicitas, nec eius pars. Cum vero 1 Retho. cap. 5. interpartes fælicitatis numerantur, loquitur Aristo. vt ibi dem patet, secundum aliorum opinionem, vel certe de partibus extrinsecis, quæ impropriè sunt partes.

Ad. 3. Appetitus diuitiarum an, & quomodo infinitus?

Ad. 3. R. D. Tho art. 1. ad 3. appetitũ, diuitiarum artificialium esse infinitum, seu ad plures, & plures sine termino se extendere, non vero naturalium, & illud quidem desiderium esse infinitum eomodo, non propter perfectionem diuitiarum, sed propter inordinatam cupiditatem. Desiderium autem Beatitudinis esse debere infinitum, hoc est summum propter excellentiam obiecti, ideo possessionem diuitiarum non esse Beatitudinem. Circa quam solutionem obseruanda est distincto diuitiarum in naturales, & artificiales, quam docet in corpore eiusdem articuli, & q. 30. art. 3. & 4. ex Aristo. 1. politi. ca. 5. & 6. Naturales sunt quibus secundum se, & immediate natura iuuatur, vt domus, vestes vehicula &c artificiales, quibus natura non iuuatur secundum se, & immediate, sed medijs naturalibus; appetitum priorum docet esse finitum ex Aristo. illo cap. 6. scilicet vt naturales sunt, secus quatenus ad artificiales cõferunt, paucis enim natura cõtenta est, & ideo si diuitiæ naturales solum quærantur ad subueniendum necessitati naturæ, cum quodam termino appetuntur, si tamen ad vendendum eas, & sic comparandam pecuniam, & alias, & alia sopes, appetitus earum infinitus est, sicut appetitus diuitiarum artificialium.

1. Annotatio. Diuitiæ naturales, & artificiales quæ?

Aduerte etiam ex D. Tho. q. 33 art. 2. desiderium sumi duplicirer. 1. proprie, & sic est appetitus rei non habitæ. 2. improprie, & sic est amor rei sine fastidio. 1. amor Beatitudinis, licet sit infinitus quo ad gradus, quia vellet homo altiorem, & altiorem gradum Beatitudinis, tamen est finitus quo ad durationem, quia habita beatitudine cessat. 2. vero est infinitus secundum durationem, quia durat per totam æternitatem, iuxta id. 1. Petri. 1 inquem desiderant Angeli prospicere.

Sectio secunda Vtrum in honore, fama, gloria, potentia, vel alijs bonis extrinsecis Beatitudo consistat.

17. Notab. quid gloria & quid honor

NOtandum est discrimen inter gloriam, & honorem, ex D. Thom. 3. contra gentes cap. 28. & 2. 2. q. 63. art 3. & q. 103. art. 1. & 2. & q. 131. & 132 & in hac q. art. 2. & 3. Aristo. 1. ethi. cap. 5. & 1. Rhetor. cap. 5. Hic enim est reuerẽtia quæ exhibetur in testimonium virtutis, vel alterius excellentię, quæ in illo est, illa vero est clara cum laude notitia, vt ait Augusti. lib. 83. quæstionum. q. 31. & glossa Ambrosij. Rom. 1 vel frequens de aliquo fama cum laude, vt definit Tullius lib. 2. de inuentione, vel consentiens laus bonorum, & incorrupta vox bene iudicantium, vt ait Cicero. 3. Tusculan. in principio, & Quintilian. lib. 7. vel illustris, ac peruagata multorum, & magnorum, vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominus fama meritorum, vt ait Cicero oratione pro Marcello. Vel cumquis studiosus à cunctis existimatur et id habere putatur, quod omnes vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt, vt ait Aristo. 1. Rheto. cap. 5. Vnde merito D. Tho. 2. 2. loco citato ad 3. ait: gloriam esse effectum honoris, reuerentia enim alicui exhibita in alijs æstimationem parit. Quare honor est medium ad famam, & gloriam comparandam, vt etiam è conuerso. Vnde etiam fama & gloria propter honorem quæritur, vt docet D. Tho. 3 contra gentes. cap. 20. & Ferrara ibi maxime autem eos honoramus,

noramus, à quibus beneficia accepimus, vel speramus. Et ideo Aristot. 1. Rhetor. cap. 5. ait, honor est existimationis benefactiuæ iudicium, honorantur ergo maxime & merito qui beneficia contulerunt, deinde qui conferre queãt: deinde honoris partes ibi numerat. Hæc opinio quam attulimus de honore communis est, Flaminius autẽ longe aliter sentit. 2. de fælicitate, cap. vltimo, & lib. de honore. cap. 1. & sequentibus, ait enim, nomine honoris primo existimationem appellatam, sic dici, agere honorem populi Romani, nobis quoque honorem nostrum vehementer charum esse. deinde, quia ab existimatione multa proficiscuntur, qualia illa sunt, deducere, assurgere, caput aperire, statuam ponere, factum est vt hæc etiam existimationis indicia honoris voci subijcerentur. Verum autem, & permagnum honorem esse ab alijs diligi, vt ait Plutar. in politicis, cui, consonat Cicero in sextiana dicens; Hæc est vna via, mihi credite, & laudis, & dignitatis, & honoris à bonis viris sapientibus, bene & natura constitutis laudari, & diligi. Et Philippica. 1. quid simile Cicero dicit de gloria, quam cum honore Flaminius confundit, viam & iter glorioſum esse ait, charum esse ciuibus, bene de republica mereri, coli, & diligi. Hanc sententiam sumpsit Flaminius ex preceptore suo Vincentio Madio dicente; verus honor nihil aliud est, quam voluntatum possessio beneficio virtutis parta vnde huic honori semper amor annexus est. Addit Flaminius, amorem sub existimatione comprehendi posse, & indicia existimationis honorem quoque nuncupari: sed his ommissis nos honoris, famæ, & gloriæ nomine, quæ diximus cum comuni opinione intelligimus, à qua nec Cicero, nec Plutarchus discrepant; beneuolentiam enim aliorum vocant honorem, quia est eius initium, vel quia cum alij, nos diligere ostendunt, honore nos afficiunt, amor etiam aliorum iter, & via est ad gloriã, quia glorioſos nos reddit. Et in præsenti, nomine famæ bonam intelligimus, quæ de bonis rebus nascitur, mala autẽ est quæ de turpibus & hec à Tullio in sextiana, gloria dicitur, vn de gloria à fama differt, quia fama est quid superius, gloria vero ad famam addit esse bonam, & quo ad multos, & cum laude. Tam vero honor, quam fama & gloria est perse expetibilis, vt docet Aristoteles de honore, quo etiam nomine forte gloriam comprehendit 1. ethico cap. 6 Vnde maior difficultas est an hæc possint habere rationem Beatitudinis, & vltimi finis, quam de diuitijs, quæ non sunt perse expetibiles.

fama quid

An honor & fama, et potestas possint habere rationem Beatitudinis.

Et pro parte affirmante est nam in eo videtur sita Beatitudo quod ab hominibus ardentius expetitur. Eiumodi vero est gloria, & honor, vt testatur Cicero pro Archia; tra himur inquit omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur, est etiam eius dem rei argumentum, quod nullius boni iacturam tam iniquo animo patiuntur homines, quam honoris, & gloriæ, ideo politiores, vel vt alij vertunt præstantes viri, & qui ad agendum nati sunt, Beatitudinem in honore collocarunt, teste Arist. 1. ethico. cap. 5. *Pro affe.* 1. argum. 2. argum.

3. autem de potestate, & dominatu suadetur, nam fælicitas in eo consistit, quo homines ad Dei similitudinem propius accedunt. Quod certe interuentu potestatis, ac regiminis assequuntur. Vnde ij, qui alijs præsunt in diuinis litteris Dij vocantur, exod. 13. *Dijs non detrahes.* 3. argu.

18.

Nihilominus assero. 1. in honore non consistere seu non esse sitam Beatitudinem Hanc probant D. Tho. art. 2. & 3. contra gentes. ca. 28. & opusculo. 2. Compendij Theo. cap. 108. 5. metaph lecti. 5. 1. ethico lectio. 5. & Arist. 1. ethi. cap. 5. & alij, quia Beatitudo debet esse in beato, scilicet saltem magna ex parte, vel præcipue honor vero est in eo, qui honorem exhibet, non cui exhibetur. 1. concluſt. *in honore nõ cõsistit Beatitudo.* 1. proba.

2. idem suadetur, quia Beatitudo est perse licite expetibilis, honor vero non est licite per se expetibilis, vt colligitur ex Matth. 6. *Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te sicut hipochritæ faciunt, vt honorificentur ab hominibus.* Nec obstat Plato. 5. de legibus dicens, diuinum bonum esse honorem, non enim illum diuinum vocat bonum, quia sit magnum sed quia primo est Deo debitum. Deinde alijs aliquid diuinitatis participantibus. 2.

3. quia vltra honorem sunt alia bona, & maiora, ergo in solo honore non consistit Beatitudo: an vero ille requiratur ad essentiam Beatitudinis, postea dicetur. 3.

Confirmatur, quia honor est testimonium excellentiæ, hæc autem maxime consistit in beatitudine, vel eius parte, qualis est virtus, ergo non est Beatitudo saltem tota. Sic intelligere rationem D. Tho. art. 2. & 3 contra gentes, cap. 28. rat 2 & Arist. 1. ethic. cap 5. 4.

4. Beatitudo est bonum constans, & stabile, honor autem hominum valde est instabilis, ergo &c. Hanc rationem putant aliqui intendisse Arist. 1. ethi. cap. 5. & D. Tho. hic ar. 2. arg sed contra, et. 3. contra gentes. ca. 18. rat 3. cũ dixerunt, honorẽ esse inhonorante, vt sensus sit esse in potestate honorantis, & pro libito illum deferre, vel auferre, sæpe sine ratione aut fundamento, & ideo subdit Aristo summum bonum tale esse debere vt auferri facile nequeat, vtrumque tamen sensum Ari. intendit.

2. Assero in fama, & gloria Beatitudinem non consistere D. Tho. art. 3. Probatur. 1. nam fælicitas 19. 2. conclu.

fælicitas est solidum, verumque bonum, sæpe autem contingit gloriam & famam fucatam esse ac falsis populi rumoribus collectam, cum sæpe homines decipiantur, & arbitratu suo quæcumq. volunt in vtramque partem de allijs prædicent, & sentiant.

& gloria non est sita Beatitudo 1. prob.

2. Deinde Beatitudo est bonum stabile, gloria autem humana fugit maxime, tenerique non potest.

2.

3. Gloria reddit homines elatos, & insolentes, multisq. alijs vitijs subdit, ergo nocet, tātū abest vt cōducat ad fælicitatē vel sit ipsa fælicitas. Antecedēs patet ex illa sentētia Sene. *qui vixit notus omnibus, moritur ignotus sibi:* & Io. 5. *quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis;* & cap. 12. reprehenduntur Pharisæi, quod quærerent gloriam hominum magis quam Dei.

3.

Confirma. Confirmatur, quia gloria humana tam parum bonitatis habet, vt vere propterse solam expeti nō possit, nec esse finis totalis alicuius operis studiosi: ergo nec integre, nec præcipue in ea consistit Beatitudo.

4. In honore Beatitudo non consistit, ergo nec in gloria, & fama. Antecedens patet ex superiori assertione, consequentia vero, quia cædem rationes militant in vtroque bono, imo amplius in gloria, quia videtur bonum minus honore, vt colligitur ex Aristo. 1. ethi cap. 12. & confirmatur, quia humana gloria tam parui momenti fuit apud Chrysip. & Dioge. teste Cicerone. 3. de finibus num. 45. ipsis assentiente, vt ne digitum quidem eius gratia mouendum esse dixerint. Ait etiam Cicero Tuscula. 1. & si nihil in se habet gloria, cur expetatur, tamen virtutem tanquam vmbra sequitur, verum multitudinis iudicium de bonis, si quando est, magis, laudādum est, quam illi obeam rem beati. Ego vero magis assentior alijs, quos refert Cicero. 3. de finibus, numero citato, asserentibus, bonam famam, seu gloriam perse esse expetibilem, non tamen licite vt illi voluisse videntur. Sed de honore vide. D. Thom. & Caietanum. 2. 2. q. 131. art. 1. de gloria vero q. 132. art. 1.

4.

Confir.

20.

3. asserō fælicitatem in potentia non consistere D Tho. art 4 & 3. contra gentes. capitu. 31. Probatur, quia potentia humana instabilis est nec hominis voluntati subiacet, & tam bonis quam malis obuenit, nec videtur perse appetibilis, nec est proprium bonum intrinsecum, & in vtramque partem potest quis ea bene, vel male vti, eamque comitatur odium & timor; quo pertinet vulgatum illud: necesse est multos timeat, quem multi timēt: & illud Senecę, simul ista posuit conditor mundi Deus, odium, & regnum: cum ergo oporteat fælicitatem ab hisce malis, & incommodis liberam esse, patet non debere illam in potentia, & dominatu collocari. Hanc conclusionem eleganter probat Seneca libris de tranquilirate, & de vita beata. Boetius. 2. de consolatione, confirmatque exemplum sapientissimi illius regis, qui vt refert Valerius lib. 7. cap. 2. accipiens purpuram regiam, & eam attentius considerans dixit: *O nobilem magis quam fælicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis solicitudinibus, & periculis sit refertus, nec humiquidem iacentem tollere velit.* Vide Chryso. homil. 41. in Matth. vbi copiose ostendit labores & pericula eorum, qui alijs imperant. Ad idem sunt rationes præcedentium conclusionum, quia bonum hoc est extrinsecum, instabile, infimi ordinis, plurima inferens mala animarum, non satians &c. De insufficientia autem diuitiarum, honorum, gloriæ, & potestatis, vide Chrysostomum homi. 25. & 43. ad populum, Augustin. Psalm. 63. Grego. 18. moral. capitulo. 55. Bernardum sermone. 13. in Canti. Euseb. 11. præparat. capit. 2. Et insuper contra honoris, gloriæ, & diuitiarum cupiditatem nota dictum Pythag, in celebri illo sermone, quem apud Leontem principem Phliasiorum habuit, nempe, vt quidam ad ludos olympiacos accedebant coronę cupiditate, alij opum emendi, & vendendi, alij inspiciendi causa: ita quosdam homines honoribus affici, alios diuitijs, ipsum scientia, ideo Philosophum, hoc est scientiæ amatorem se appellare, ergo ille in scientia, non in opibus, & honoribus fælicitatem collocabat: Et sic de alijs.

3. conclu. Beatitudo in poten. nō cōsistit.

Ad. 1. ergo argumentum R. vehementius esse contemplationis desiderium, in qua omnino, aut maiori ex parte sita est Beatitudo.

Ad. 2. R. quod multi tam grauiter ferant honoris iacturam, vt etiam aliorum bonorum quæ ad animā portinent amissionē minoris faciant, ex mentis errore, vel deprauato affectu & ambitionis studio prouenire.

Ad. 3. R. etsi dominatu fiant homines ad modum similes Deo, alia tamen esse quæ ad Dei similitudinem propius, & excellentiori modo accedunt, nempe contemplationem, & alia, in quibus, (vt progressu dicemus) fælicitas præcipue consistit.

21.

Sed supersunt aliquæ difficultates. 1. quia fælicitas est præmium, & finis virtutis, huius modi autem sunt honor, & gloria, ergo in his sita est fælicitas. Minor probatur ex Aristo. 1. ethico. cap. 5. dicente: *bonos enim finis fere cunctis est vitæ*, &. 8. ethi cap. 14. *honor est virtutis præmiū.* Et Cice. libro declaris oratoribus honorem definit, præmium virtutis iudicio, studioque ciuium delatum ad aliquem. Vn de Hieron. apud Xenophontē, vt refert Flaminius lib de honore, cap. 2. eum qui valde, & ex animo à ciuibus honoratur fælicissimū iudicat.

1. difficul.

iudicat. De gloria autem ait Cicero. 1. officio: *Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq. additis nō quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.* & pro Milone: *ex omnibus præmijs virtutis amplissimum est gloria.*

2 diffi. 2 Nam si fælicitas non consistit in gloria apud homines, quia est nostrum bonum extrinsecum, ergo nec in gloria apud Deum, quæ est quoque nostrum bonum extrinsecum. Consequens videtur falsum, nam Beatitudo nostra, gloriæ nomine explicari solet, ergo.

3. difficul. 3 An sit aliud bonum extrinsecum de quo possit inquiri, an in eo fælicitas consistat, & quid de illo censendum sit.

Ad. 1. diffi. Ad primam difficultatem R. fælicitatem esse finem ad quem virtus natura sua destinatur, & extrinsecus, etiam ac remote ab operante destinari potest finis autem intrinsecus est honestas proprij obiecti, honor autem hominum saltem, cum solus intenditur in aliquo opere, ipsum inficit. Vnde non est finis vitæ ciuilis, qui ab operante intendendus sit, saltem solus, sed cuius intuitu iuuandus sit operans, & quo à rectoribus reipublicæ ad virtutem accedendi sint ciues. Idem de gloria apud homines sentiendum est, vide D. Thomam, & Caietanum. 2. 2. q. 131. art. 1. ad. 2.

Honor quo modo virtutis præmiū.

Nō est propter se expetendus.

22. Ad. 2. diffi. in gloria apud Deū nō cōsistit formal. Beatitudo. Ad. 2. difficultatem R. nec in gloria apud Deum consistere formaliter nostram fælicitatem formalem, quia est bonum nostrum extrinsecum, & vt est cognitio ad nostra opera terminata nullam perfectionem dicit, in ea tamen vt in causa consistit nostra fælicitas, quia præuisio nostrorum operum est causa Beatitudinis nostræ, scientia autem simplicis intelligentiæ, & approbationis, de qua D. Tho. 1. p. q. 14. art. 8. est causa gratiæ, & meritorum nostrorum. Sed hæc non potest dici gloria nostra apud Deum, licet sit causa gloriæ, & honoris apud homines, iuxta id sapi. 5. *Vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce nunc computati sunt inter filios Dei.* Illa autem cognitio qua Deus videt in nobis Beatitudinem, est consequens ad ipsam Beatitudinem vt futuram: honor autem, quo Deus testificatur excellentiam beatorum, est effectus Beatitudinis præsentis. Vnde nec in honore, nec in gloria apud Deum Beatitudo formalis formaliter consistit, sed causaliter tantum; & sic intellige quod ait D. Thom. q. 4. art. 8. ad. 1. gloria, quæ est essentialis Beatitudini, est, quam habet homo, non apud hominem, sed apud Deum. De hac difficultate aliqua dicit Caietanus articulo. 3.

23. Ad. 3. diffi. Ad. 3. difficultatem R. præter bona prædicta extrinseca, de quibus hactenus egimus cum D. Tho. in quatuor prioribus articulis, est aliud scilicet nobilitas, quam Arist. 1. Rhet. c. 5. ex quotundam opinione inter bona extrinseca, & inter partes Beatitudinis numerat, similiter amicos seu amicorum, & aliorum gratiam, & amorem, filios, & vxorem. Ego autem existimo non esse Beatitudinis partes intrinsecas, saltem præcipuas, quia hæc non sunt perse expetibilia, sed per accidens, quatenus ad multa bona perse expetibilia conducunt, vel saltem ex se parum bonitatis, & appetibilitatis habent, vt de genere Ouidius. *Nam genus, & proauos & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra voco.* Iuuenalis. 1. ad Ponticum: *stemmata quid prosunt, quid prodest Pontice longo sanguine censeri; & pictos ostendere vultus, maiorum nobilitas est sola, atque vnica virtus.* Bona etiam fortunæ ab Aristotele ibidem inter parts fælicitatis recensentur ex opinione quorundam, qui tamen errant, cum perse expetibilis non sit, sed propter bona, quorum est causa.

Nobilitas an sit pars Beatitudinis.

Amici, seu amicorum gratia & beneuolentia an sint partes beatitudinis.

Libertas opposita seruituti, an sit pars Beatitudinis.

Si quid tamen horum inter partes fælicitatis numerandum est, id erit aliorum gratia, & beneuolentia cum Flaminio. 1. de fælicitate. capit. 15. qui etiam libr. de honore, capit. 1. hoc bonum in cælum extollit. Cui fauet Demosthenes oratione pro Ctesiphonte dicens: *Et enim cum nullum bonum est, quo priuari graue molestumque non sit, præsertim si inimici opera id eueniat, tum nihil grauius, quam vestram adimi beneuolentiam, quando, & eam collegisse omnium multo maximum erit.* Aristoteles. 1. Rhetorico. capitu. 5. dixit: amari esse per se expetibile: idem etiam Flaminius 3. de fælicitate cap. 2. addens, Ciceronem impartitionibus oratorijs, quas iam senex scripsit, beneuolentiam aliorum inter bona externa, quæ propter se licite expeti non possunt, non numerasse sed inter ea quæ honeste propter se diligi possunt. Libertatem etiam perse expetendam censet ibi Flaminius, vnde in partibus fælicitatis cum beneuolentia, & bonis corporis numerandam: Loquitur autem de libertate opposita seruituti heri & subiectioni principis.

Hæc tamen bona externa necessaria esse ad fælicitatem, vt instrumenta docet Aristo. 1. Ethi cap. 8. dicens, quibusdam vero priuati nō nulli vt nobilitate, bona prole, pulcritudine Beatitudinē maculant; non enim fælicitatis admodum cōpos ille est, qui vel specie prorsus deformis, vel genere ignobilis, vel solitarius est, ac prole carens, sed verā fēlicitatē prole nō indigere patet, ex Mat. 19. *Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum:* & Isai. 56. *non dicat Eunuchus lignum sum aridum, quia*

hæc dicit dominus eunuchis: dabo eis in domo mea locum. De parentibus, fratribus, & vxore Math. 19. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut matrem, aut filios: aut vxorem aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet &c.* De amicis autem, quomodo ad Beatitudinem requirantur vide D. Thom. q. 4. artic. 8. & Valentiam disputat. 1. q. 4. puncto. 3. in fine, qui dicunt. 1. ad Beatitudinem huius vitæ requiri consortium amicorum, vt illorum opera, consilio, & exemplo iuuetur homo, vt docet Aristoteles. 10. Ethi. capit. 9. &. 11. & confirmatur ex Ecclesia. 4. Væ soli quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.

2. Ad beatitudinem alterius vitæ non est necessaria societas, amicorum, quia Deus sufficit beato sine hominibus, vel alijs extrinsecis. Vnde si tantum esset vna anima, & illa videret Deum, esset essentialiter beata, vt ait Valentia cum D. Thoma ibi ad secundum.

3. Ad perfectionem Beatitudinis, & bene esse requiritur consortium amicorum, quia amari est perse expetibile, & alios, amare, & de eorum bono gaudere. Vnde Augustin. 8 super genesim ad literam, cap. 25. creatura spiritualis, & intellectualis perfecta, & beata quantum attinet ad se ipsam, quò sit sapiens & beata, non nisi intrinsecus adiuuatur charitate, æternitate, & veritate creatoris. Extrinsecus vero si adiuuari dicenda est, eo fortasse solo adiuuatur, quod se inuicem vident, & de sua societate in Deo gaudent.

Sectio tertia Vtrum in bonis corporis Beatitudo consistat.

24. BOna corporis numerantur ab Aristotele. 1 Rheto. capitulo 5. sanitas, pulchritudo, proceritas, velocitas, robur, & vires. Voluptatis, non meminit, quia communis est animæ, & corpori, & ab anima in corpus deriuatur medio appetitu sensitiuo, vel immediate; quia anima ipsa mediate, vel immediate causat voluptatem in corpore. Sed omnia hæc ex quorundam opinione docet esse partes Beatitudinis, vnde ait: sit ergo fælicitas fortuna secunda cum virtute, vel perse sufficientia vitæ, vel vita tuta, & iucundissima, vel possessionum facultas, & corporis vires cum factiua, conseruatiua, amplificatiuaq. horum virtute. Omnes enim fere vnum quidem istorum, aut plura fælicitatem fatentur. Ad hæc bona reducuntur indolentia, id est doloris carentia, & alia bona, quæ in malorum priuatione consistunt, sed potissime sensus & appetitus, & eorum operationes quæ voluptatis causæ sunt, & vita, quæ, horum omnium est fundamentum, & dotes, quæ corpori glorioso post resurrectionem conferentur.

Varij errores in bonis corporis fælicitatē collocantes.

Hoc supposito varij fuere errores, fælicitatem in aliquo, vel aliquibus corporis bonis constituentium. Carneades enim philosophus, vt inquit Cicero, lib. 1. de finibus, in salute, & integritate corporis, & alijs bonis corporis, quæ ipse appellabat prima bona naturæ, fælicitatem collocauit. Aristippus autem, eiusque sectatores in voluptate corporis Beatitudinem collocarũt, vt referũt Cice. 1. de finibus, & Hierony. Ecclesiastis. 9 & Lactantius. 3. diuin. institu. capitulo. 7. Cum his videtur sensisse Philoxenus, deqno Aristristo. sectione. 28. problemmate. 7. optasse narrat, à Dijs dari sibi grauis collum, vt amplius cibis delectari posset. Eandem sententiam Epicuro tribuunt Origenes, homilia. 4. in Exodum. Hieronymus in id Ephe. 5. fornicatio autem, & immunditia; & Augustin. in Epistola. 56. & tractatu de Epicureis, & Stoicis. capit. 4 tome. 6. D. Tho. 3. contra gentes. cap. 7. Eusеb. 11. præparat cap. 2. & Seneca, ep stola. 4. dicens: Certos habebat dies Magister voluptatis Epicurus, quibus maligne famem extringueret visurus, an aliquid deesset ex plena, & consummata voluptate, vel quantum deesset, & an dignum, quod quis magno labore pensaret, hoc certe in alijs Epistolis. habet, quas scribit Carino de Magistratu ad Polienum. Hæc Seneca. Ab hac tamen nota Epicurum liberat Cicero. 1. 2. &. 3. de finibus. Torquatus apud Ciceronem libo isto. 2. Lactantius. 3. diuinarum institutio capitulo. 7. Amonius, & Simplicius in procemio ad prædicamenta, & D. Thomas. 1. Ethi. lectio. 5. Valentia hic. disput. 1. q. 2. puncto. 1. Vazquez in hac q. 2 articulo 6 imo & Seneca libro de vita beata capitulo. 1. Qui omnes docent, Epicurum locutum fuisse de voluptate corporis, & animæ, quæ virtutem sequitur, seu cum uirtute coniuncta est, non de ea, quæ vitiose sumitur, qualis est quæ in luxuria, & in gluuie est. Vnde Epicurus epistola ad Menicæum, quam Cicero refert. libro. 2. de finibus, & latius Diogenes Laertius. 10. de vitis ait, non posse iucunde viui nisi sapienter, honeste, rectèque viuatur Ita videtur Epicurum intellexisse Maximus Tyrius Philosophus Platonicus, sermone 33. &34. Quod si ita est parum distat Epicurus à Cali-

Caliphone, & Dinomacho, qui vt refert Lactantius supra, in honestate, & voluptate simul sumptis Beatitudinem posuerunt. De alio autem philosopho, cui nomen Hierony. (non Diodorus, vt aliqui referunt) ait in indolentia fælicitatem collocasse, ideo tamen Epicurus male audire cœpit, quasi fælicitatē in voluptate corporis, etiam vitiosa posuerit, quia ita sensit Aristippus Epicuri discipulus. Imo aliquando Epicurus idem dixisse videtur, vt Cicero. 3. Tuscula. ex eius verbis ostendit. Vide Valentiam illo puncto. 1. & Senecam illo cap. 13. Vide etiam Diogenem illo lib. 10. vbi ait: Epicurum fuisse parcum & bonis moribus deditum Cui similis fuit Eudoxius, qui vt refert Arist. 10. Ethi. cap. 2. in voluptate, fælicitatem posuit, qui suam opinionem, magis morum integritate, quam rationibus persuadebat. Nec eam opinionem habuit affectu voluptatis, sed quia ita videbatur, vt ibidem ait Aristo. Ex hæreticis autem Cherintus, seu Cerintus cum alijs eius sectatoribus sensit, Beatitudinem, quæ nobis in Scriptura promittitur, & futura est post resurrectionem, in carnis voluptatibus consistere, vt, memorant Caius, & Dionysius Alexa. apud Eusebium. lib. 3. historiæ cap. 22. sed contra hunc errorem late agemus disputatione. 10. sectione. 8. Castro verbo Beatitudo. hæresi. 2. Sixtus senensis, lib. 5 annot. 233. & lib 6. annotat. vltima Nos modo dicimus, nec sola voluptate sensibili, nec solis alijs corporis bonis, hominem beatificari posse, vt docet D Tho. art 5. & 6. & 3. contra gentes. capitu. 27. & 32.

25. in voluptate, & alijs bonis corporis beatitudo nō, cōsistit.

1 prob.

Probatur. 1. ineo quod potissime est propter aliud: Beatitudo non est sita, sed bona corporis quamuis perse sint expetibilia, tamen potissime sunt propter bona animæ, ergo.

2. Beatitudo consistit in bono sufficienti, & perfecto, sed nullum bonum corporis nec omnia simul, sunt bonum sufficiens & perfectum: & ideo nec animum satiant sed adhuc est in homine desiderium bonorum animæ, & externorum, vt honoris, famæ &c. ergo.

2. Rat.

3. Summum hominis bonum non potest esse illi & beluis commune, sed bona corporis sunt vtrisque communia, ergo in illis non consistit humana fælicitas.

3. rat.

4. in eo bono, in quo bruta sæpe hominem excedunt, non consistit hominis fælicitas alioqui homo non præstaret fine cæteris animatibus sed multa bona corporis sunt huiusmodi; quædam enim bruta diuturniora, alia velociora, alia robustiora sunt homine, & aliquibus sensibus hominem à brutis superari, docet Plinius lib. 10. cap. 69. ergo.

4. rat.

5. Summa fælicitas excludit omne turpitudinis dedecus, & miseriam, alioqui idem simul esset miser & beatus, bona autem corporis possunt esse simul cum vitiorum turpitudine, & infamia ergo, fælicitas non est in his bonis constituta. De pulchritudine autem probatur, quia licet præstans forma communibus suffragijs, & Euripidis opinione digna sit imperio, cum sit maximum hominis ornamentum, & mores optimos indicet, & virtutem gratiorem reddat, iuxta id Virgilij. 5. AEneidos *gratior, & pulchro veniens in corpore virtus.* Vnde Pompeij pulchritudo plurimū valuit, vt à populo Romano diligeretur, & olim teste Aristo. ad Regiam dignitatem euehebantur, qui forma pulchriori, & insigniori essent. Vnde illud *Priami species digna est imperio.* Tamen alia bona sunt præstantiora, vt virtus, & sanitas, iuxta id Augustini. lib. de bono coniugali. cap 2, : *melius est habere Zachæi staturam, licet contractam, & brevem cum sanitate, quam Goliæ cum febri.* & Plato in Gorgia *optimum est valere, secundo formosum esse, tertio divitias possidere nulla fraude quæsitas.* Nec obstat Aristo. 1. Ethi. cap. 8. qui pulchritudinem inter bona ad Beatitudinem computat necessaria. Nos enim modo tantum definimus, in ea, nec omnino, nec ex magna parte Beatitudinem posse consistere.

5. rat.

6. Speciatim de voluptate probatur argumento Arist. 7. Ethi cap. 11. nimirum quia voluptates corporis impediunt prudentiam, & quo vehementiores sunt eo densiorem menti caliginem offundunt, & rationis, ac iudicij arcem occupant, animumque ille cebris in seruitutem pertrahunt, & ita deijciunt vt nihil magnum aut excellens moliatur. Vnde illud Senecæ lib. de vita beata. cap 7: *Voluptatem [æpius invenias latitantem ad tenebras, captuam circa balnea, & sudatoria, mollem, enervatam, mero, atque vnguento madentem pallidam offuscatam, in medicamentis in volutam.*

6. rat.

Confirmatur. 1. nam voluptas corporis sæpe est rationi rectæ contraria, & spiritualia bona impedit, imo si sit nimia, etiam corpori nocet, & infirmitates, doloresque affert. Si autem sit temperata maius bonum est virtus, quæ ipsam moderatur, & hæc ipsa moderatio signum est voluptatem non tam esse propper se expetendam, quam propter conseruationem naturę, & rectas operationes exercendas, ergo in ea non consistit Beatitudo.

Con. 1. si

Confirmatur 2 quia summi boni adeptio debet esse stabilis, & huiusmodi, vt eam non consequatur tristitia, at multo secus habent voluptates corporis, quæ vt ait Philo. Iudæus. lib de gigātibus, canū more primum

Confir. 1.

adblandiuntur, tamen repente mutatæ morsum infigunt insanibilem. Quod Boetius. 3. de consolatione metro. 7. ita cecinit.

Habet hoc Voluptas omnis
Stimulis agit furentes,
Apumque par volantum.
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci,
Ferit icta corda morsu.

Confir. 3. Confirmatur. 3. quia si in voluptate est fælicitas, ergo illa sola est propter se expetibilis, saltem præcipue, virtus autem saltem præcipue erit propter voluptatem expetenda. Quod licet aduersarij admittant, absurdum videtur, quia sic liceret præferre delectationem uirtuti, & dicere malem virtutem relinquere, saltem vbi non est preceptum exercendi virtutem. Vnde Augu 5. Ciuita. c. 20. affert tabulam quandam, quam philosophi nonnulli ad ingerendum pudorem ijs, qui corporis voluptates virtuti præferebant, pingebant, in qua voluptas in sella regali, quasi delicata quædam regina sederet, & cæteræ virtutes famulæ sub jcerentur obseruantes eius nutum, vt facerent quod illa imperaret. Cuius tabulæ meminit Cicero 2. de finibus: qui etiam Parado. 1. ait voluptatem esse summum bonum, vox mihi videtur pecudum, non hominum; & Plutarc. apud Eugub. sexto de peren. phi. cap 9. qui voluptatem inducunt, auertunt homines à magnis, & sinceris gaudijs. Multa hac dere eleganter dixit Maximus Tyrius. ser. 34. quæ tamen omnia maxime procedunt contra vitiosam voluptatem Quæstione etiam sequent. videbimus visionem, & amorem Dei potiorem esse volup tate etiam quæ de Deo capitur. Et ideo potius in visione, & amore Dei quam in ea voluptate Beatitudinem sitam esse.

Nec tamen ideo voluptatem in genere, dicimus esse malam physice, aut moraliter, vt quidam dixere, aut neque bonam, neque malum; vt dixerunt alij: est enim de se bona physice, iuxta Aristo. 10. ethi. cap. 2. dicentē: ridiculum esse ab aliquo quærere, cur delectari velit, ipsa enim delectatio perse est bona, & expetibilis, quia est vitalis & naturalis quædam quies in bono, & quoddam complementum, & perfectio atque consumatio operationis; quam rationem significat Aristot. ibi. cap. 4. & lib. 3. cap. 2. ait, alia bona cum voluptate expetibiliora esse, quam sine illa, quod falsum esset, si voluptas non esset perse expetibilis, & secundo mag. moral. capitul. 7. late docet, voluptatem perse bonam, & expetibilem esse, &. 1. ethic. capitu. 7. ait, voluptatem esse per se expetibilem, sed dicimus, alia bona esse magis appetibilia, nempe operationes, ex quibus voluptates consequuntur. Vnde author naturæ delectationes operationibus coniuuxit, vt operationes, quæ meliores sunt naturæ, non omitterentur, sed suauius, promptius, ac certius fierent, quemadmodum sal non tam propter se, quam ad condiendos cibos adhibetur, de quo lege D Thom q. 4. articu. 2. (Caietanum & alios ibi) & 3. contra gentes. cap. 26. vbi Ferrar. Propterea in voluptate etiam spirituali, non potest omnino aut præcipue Beatitudo consistere; & similiter nec in indolentia, seu carentia doloris, vt nec summa miseria in dolore, sed magis in malo, quod dolorem infert, & hoc refugit magis natura, & appetitus, quam dolorem ipsum, qui est violenta quies in malo, & quædam repugnantia ad malum, vt præsens, quæ suppositā presentia ipsius mali quodammodo est conueniens, & debita ipsi naturæ. An autem vita propter voluptatem appetatur, an è contra inquirit Aristoteles. 10. ethi. capitulo 2. in fine, & quamuis non expresse ad quæstionem respondeat, tamen satis innuit, quamlibet propter aliam appeti, & existimo magis expetibilem esse voluptatem propter vitam, quam è contra, quia vita melior est voluptate, & hæc ad vitæ conseruationem præcipue adhibita est, ab authore naturæ.

Sed obijcitur. 1. quia motus est propter quietem, ergo operatio est propter delectationem, quæ est naturalis quies in bono. 1. Obiectio. 16.

R. motum non esse proprie propter quietem sed propter terminum quiete, pacifice, sine variatione, & mutatione possidendum. Solutio.

2. Obijcies id Ecclesiastis. 2. *nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis*: Eodem capite: *hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, & hæc est pars illius*: & cap. 3. *deprehendi: nihil esse melius, quam lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius*; & cap. 8. *laudaui igitur lætitiam, quod non esset homini bonum subsole, nisi quod comederet, & biberet, atque gauderet*: & Lucæ. 22. *Ego dispono vobis regnum vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo*; ergo in bonis corporis, præcipue in voluptate corporis, sita est Beatitudo, vel saltem in voluptate animi: iuxta id Psalm. 15. *delectationes in dextera tua vsque in finem*: & Psal. 35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. 2. Obiectio

R. Ec-

Solutio. R. Ecclesiastem illis locis, vt Hierony. ibi, & D. Tho. 3. contra gentes, cap. 27 notat non loqui in persona propria: sed stultorum, qui sapient. 2. dicunt: *vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra*: in propria autem dicit cap. vltimo: *finem dicendi pariter omnes audiamus: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo*: ideſt, tota hominis perfectio, in hoc consistit seu hinc pendet. Christus autem metaphorice loquitur. Alia loca nomine delectationis bona illa significant, quæ delectationem allatura sunt, vel si loquuntur de delectatione secundum se, volunt spiritualem delectationem esse partem Beatitudinis, vel illam supponere, ac perficere, & consummare. De quo in sequentibus fuse dicetur.

Sectio quarta. Vtrum in bonis animæ, aut denique in bonis creatis Beatitudo consistat.

27. 1. Conc. *Beatitudo formalis in aliquo bono creato animæ constitit. Proba.*

DIco, primò Si loquamur de beatitudine pure formali, quæ non est res adepta sed adeptio, & possessio, vel de mixta, quæ & est res possessa, & est possio alterius boni, eam consistere, vel omnino, vel præcipue in bonis animæ. Patet, quia consistit omnino, vel præcipue in bonis intrinsecis hominis, non autem in bonis corporis, vt ex superioribus constat, ergo in bonis animæ. Ex bonis autem animæ, quædam sunt illi essentialia, vt eius genera & differentiæ, & hæc nõ videntur de essentia beatitudinis, sed quid præsuppositum ad illã, quia beatitudo videtur aliquod bonũ superadditum, & extra eius essẽtiam, imo & extra eius existentiam, & subsistentiam. Itaq. hæc supponuntur quidem necessario ad beatitudinẽ, non vero eius essentiam, vel substantiam ingrediuntur. Idẽ est de intellectu, & voluntate si ab anima nõ distinguuntur, si vero distinguuntur, dici idem posset, eo quod beatitudo bonum superueniens animæ, eiusq. potentijs esse videtur. Dici etiã posset, esse de essentia beatitudinis accepta pro statu continente formaliter, & nõ virtute tantum, quicquid ab homine potest desiderari licet non sit de essentia beatitudinis, vt sumitur pro possessione boni, in quo nõ formaliter, sed virtute omnia bona cõtinẽtur. Vtcũque autem res habeat, in primis ipsa anima non sufficit ad essentiam suæ beatitudinis, nã multa sunt bona, quæ in possessione animæ, nec formaliter, nec virtute cõtinentur, vt sunt bona corporis, & externa, & multa bona interna animæ, quæ ad eius possessionem, nec physice, nec moraliter consequuntur, vnde vltra bona physice & moraliter cõtenta in anima, vlterius aliquid optat anima, quo non obtento, & possesso, nõ quiescit, nec satiatur: idemq. est de potentijs & habitibus animæ, præterquam, quod nõ propter se, sed propter actus expetuntur, & ideo non potest in eis fælicitas cõsistere, & de multis actibus, quales sunt omnes, qui circa creaturas solas versantur, patet nã ad nullum horum sequuntur physice, aut moraliter reliquę omnes perfectiones, & bona intrinseca, & extrinseca hominis. Et ideo nullus illorum sufficit ad essentiam beatitudinis. Si autem visa visione Dei, vel aliquo alio habitu habẽte pro obiecto ipsum Deum, necesse est ipsum Deum videri, de quo in sequẽtibus differemus, uisio illa creaturæ beatitudo forte erit non precise, quia visio creaturę, sed quia formaliter, vel virtute continet visionem, & possessionem Dei, & cum ipso, aliorũ bonorum, quæ ab homine ipso vere expeti possunt. Cum ergo D. Tho. art. 7. sequentis quæstionis ait, in speculatione substantiarum separatarum positam esse quandam imperfectam hominis beatitudinem non ita intelligendum est, vt ad beatitudinem naturalem, vel supernaturalem, Angelorum cognitio cõducat, atque sufficiat, sed quia nullum bonũ in quo hæc cognitio formaliter, aut saltẽ virtute non contineatur, erit beatitudo, cùm hæc sit maxima hominis perfectio, quæ merito ab illo expetitur. Alij explicant, quia in tali cognitione consistit accidentale complemẽtum beatitudinis: quod quidem verum est, si sermo sit, tum de cognitione Angelorum per se sumpta, tum de beatitudine sumpta pro bono, in quo cætera non formaliter, sed virtute tantum continentur.

28. 2. Conc. *In nulla creatura, vel creaturũ collectione Beatitudo obiectiua cõsistit. Prob.*

Vnde dico 2. Nulla creatura, vel creaturarum collectio sine Deo est Beatitudo hominis obiectiua, nec sufficit beatificare hominem obiectiue. Probatur, quia in nulla creaturarum adeptione, vel possessione, sine possessione Dei, cõtinetur formaliter, vel virtute possessio omnis boni, nec quiescit appetitus, sed vlterius aliquid merito desiderat, ergo in tali creaturarum adeptione, & possessione nõ cõsistit formaliter beatitudo, nec in ipsis creaturis possessis cõsistit beatitudo obiectiua. Et hoc intendit D. Th in hac q. dicens, quatuor prioribus articulis beatitudinem non cõsistere in bonis extrinsecis, & art. 5. & 6. non cõsistere in voluptate, neque in aliquo bono corporis, & art. 7. nec in bonis animæ, & art. 8. nec in aliquo bono creato sine ipso Deo. Quod probat ex capacitate animæ, cuius potentiæ sunt vniuersalissimæ, ideo satiari nequeũt sine possessione Dei, qui est potissimum inter omnia bona hominis, & inter omnia obiecta potentiarum

tentiarum eius. Imo recte addit D. Tho. possessionē Dei sufficere ad beatitudinem nostram, quia possidendo ipsum conuenienti aliquo modo omnia bona formaliter, vel virtute à nobis possidentur, nec vltra contenta sic in possessione Dei aliquid supereſt desiderandū: sic intelligenda est ratio D. Tho. nec procedūt contra illam obiectiones aliquæ, quas proponūt, & nituntur soluere Cai, & alij, a. 8.

Ex sanctis cōcl. prob. Et huic rationi ac doctrinæ consonat Nazianzen, oratione 21. in laudem Athan. initio dicens: *Deus est intelligibilium omnium summus, & vertex, in quo desiderium omnium consistit, ac defigitur, nec supra eum vsquam fertur. Nec enim quicquam sublimius habet, aut omnino habebit mens vlla, quantumuis philosophica altissime tendens, & summe curiosa, hoc enim verum omnium expetendarum extremum est, quo cum peruenerimus, conquieſcit omnis speculatio.* Et clarius id docet Euseb. 11. præparatio. cap. 1. de Hebræis dicens: *finem bonorū, beatæque terminum vitæ pietatem erga Deum arbitrantur. Quem quidem finem præceptis Dei conseruandis, non voluptate corporum secundum Epicurum consequi putabant, neque tripertita secundum Aristotelem bona, corporis scilicet, animæ, & exteriora, æquali lance pensabant, nec ignorantiam omnium rerum, quam non nulli honestiori vocabulo retinentiam appellarunt, multi fecerunt, neq. vero in ipsa animæ virtute finē posuerunt. Quid enim ipsa sine diuina gratia, & absq; pietate, ad quietam vitam conferre potest propter quam à spe, quam in Deo habebant, quasi sine dependentes, Deo gratos, solummodo beatos opinati sunt. Quia profecto cum omnium bonorum largitor Deus, vitæ fons, & origo virtutis sit, solus ad beatam vitam eis sufficit, qui vera pietate ad ipsum tendunt.* Et Dionys. cap. 10. de cæleſti Hierar. idēo Deum vocat totius pulchritudinis, atque ordinis summum æternumq. principium, & finem: & Nyſ. orat. 1. de beatitudinibus non longe à principio ait: *Porro quod vere beatum habendum sit, ipsum diuinū numen est. Nam quidquid tandem esse ponamus, beatitudo est illa immortalis, & incorrupta vita ineffabile pariter, & inanimaduersibile, itque inexcogitabile bonum, inenarrabilis, inexplicabilisque pulchritudo à seipsa profecta, à seipsa data, & gratia, & sapientia, & potentia, vera lux, fons omnis bonitatis, &c.* Et loquitur non solum de Beatitudine, qua Deus est beatus, sed qua nos etiā obiectiue sumus beati. Vnde statim explicat, hominē esse beatum similitudine & participatione diuinę beatitudinis. Et orat. 6. explicans id, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, ait: *Videre Deum, vita sempiterna est:* & infra: *promissio quidem tanta est, vt superet extremum terminum Beatitudinis. Quis enim aliquid post eiusmodi bonum, aliud desiderare uerit, cum omnia habeat, in eo quem videat. Nam videre, in vsu scripturæ idem significat, quod habere, vt illud Psalm. 127. Videas bona Hierusalem, idē quod inuenias, significante verbo: & tollatur impius, nec videat gloriam Domini, per non videre, non participem esse significante prophetā; ergo qui Deum videt, quidquid in bonis numeratur, per hoc quod videt, adeptus est, vitam sine fine, æternam, incorruptibilitatem, immortalem Beatitudinem regnum sine fine, lætitiam continentem verum lumen, spiritualem, & dulcem vocem, gloriam, in accessum, perpetuam exultationem, omne denique bonum.* Irenæ. lib. 3. cap. 22. gloria (inquit) *hominis est Deus:* & Aug. 22. ciuitat. cap. 3. *præmium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit: &c.* & tract. de Epicure. & Stoicis, cap. 8. *non virtus animi tui te facit beatum, sed qui tibi virtutem dedit, &c.* & 13. ciuitat. cap. 7. in acquisitione Christi beatitudinem ponit, & Epist. 56. ait non esse in voluptate, vt Epicu. putauit, nec in alijs bonis corporis, nec in uirtute, vt putarunt Stoici: sed in fruitione Dei, seu in Deo, vt Plato, & eius discipuli senserunt & 2. Confessio. cap. 1. *fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te:* & Cyprian. lib. 2. aduersus Iudæos, cap. 6. probat Christum esse Deum, quia ipse dicit, Apocal. 21. *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ:* nempe cum proprium Dei sit satiare, & explere mentem nostram, tanquam vltimus finis. Augustin. 19. ciuitat. capit. 4. reijcit omnes opiniones omnium philosophorum, beatitudinem in aliquo creato bono constituentium, scilicet in primis bonis naturæ (quo nomine comprehendebat Varro etiam voluptatē) vel in virtute, vel in vtrisq. Et eodem lib. c. 25. & 26. *vt vita carnis anima est ita vita beata hominis Deus est.* Lactant. etiam 3 diuin. instit. c. 9. & sequentibus confutat omnes in bono creato, seu eius possessione Beatitudinem constituentes. Vnde Boet. 3. de consolatione. prosa 10. Beatitudinem (inquit) *in summo Deo sitam esse necesse est.*

Idem ex scriptura colligitur Genes. 15. *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis:* Psal. 72. *Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram:* & ibidem: *Pars mea Deus in æternum:* & rursum: *mihi adhærere Deo bonū est ponere in Dño Deo spem meam:* & Psal. 102. *qui replet in bonis desiderium tuum:* & Psalm. 143. *beatus populus, cuius dominus Deus eius:* & Eccleſiastis, 1. *vanitas vanitatum, & omnia vanitas:* excepto Deo scilicet, quatenus non possunt appetitum hominis satiare: Deum autem id posse docet, c. vltimo: *finem dicendi pariter omnes audiamus, Deum time,*

Euseb. *Dionys.* *Nyssen.* *Irenæ.* *Augusſt.* *Cyprian.* *Augusſt.* *Lactant.* *Boet.* *Prob. cōc. ex scriptura.*

time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo: Id est in hoc est tota omnis perfectio hominis: & Ioan. 17: *hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum* Ierem. 9. *Non glorietur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua*, sed in hoc glorietur *scire, & nosse me*: similia Baruch. 3. & 1. Ioan. 2. *Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt*: Scilicet existimando ea excepto Deo hominem beatificare, eiusque appetitum satiare posse: & 1. Ioan. 5: *Vt simus in vero filio eius, hic est verus Deus, & vita æterna*. Ad idem est, id Exo. 33. *Ego ostendam tibi omne bonum*, scilicet me ipsum, qui tibi, & alijs seruis meis omne bonum sum: vnde Beatus Franciscus dicebat: *Deus meus, & omnia*. Et in illum melius quam in Tobiam conuenit quod de Tobia. cap. 10: *Parentes dicebant, simul inter vno omnia habentes*: & quod de sapientia dicitur Sapient. 9: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*.

Ratio conclusionis, Ratio autem est, quia fælicitas nullius rei indiget, sed per se ipsam est sufficiens, vt patet, 1. Ethico cap. 7. &. 10. Ethi cap. 6. & alijs locis ipsius Aristo. & aliorum allatis sectione. 1. Sed licet reliqua, excepto Deo, possideamus, adhuc alijs, & maximis bonis indigebimus; possidentes autem Deum, modo postea explicando, nullius rei indigebimus, ergo in possessione aliorum bonorum Deo excepto, non consistit Beatitudo, sed in possessione Dei. Vnde Benedictus. 11. vel vt alij dicunt 12. in extrauaganti relata à Castro, verbo Beatitudo, & ab alijs, cuius mentio postea sæpe fiet, definit Beatitudinem animæ consistere in visione & fruitione Dei, quæ etiam sine bonis corporis, propter suam magnam excellentiam simpliciter denominat beatas animas, quæ modo in cælo sunt, imo & animam Christi, & totum Christum, dum erat in vita mortali, & similiter denominarent beatum hominem, qui nihil de creaturis intelligeret, quia cætera bona horũ collatione tam parui momẽti sunt, vt eorũ ratio nõ habeatur.

29. dictio. Sidicas, summum bonum seu fælicitatem esse bonum quoddam, quod nullo habito vel addito expetibilius fiat, vt patet ex Aristo. 10. Ethico. cap. 2. dicente Tali itaque ratione, & Plato tollit voluptatem summum esse bonum, vitam enim iucundam cum prudentia dicit expetibiliorem esse quasi sit sola, quod si mixtum est prestabilius, voluptatem summum bonum esse. nullo enim addito summum bonum fieri expetibilius fieri. Constat autem nec aliud quidquam summum esse bonum, quod cum eorum aliquo, quæ sunt per se bona, expetibilius sit. Ex quibus verbis Aristo. sic concludo, sed visio, & fruitio Dei cum alijs bonis est expetibilior se sola, ergo non est fælicitas, seu Beatitudo, sed congeries, & aggregatum bonorum animæ, & corporis, & externorum, vt ipse dicere videtur. 1. Rheto. cap. 5. & 1. ethic. cap. 8. 9. & 10. & ita illum interpretatur Eusebius. 11. præparation. cap. 2. & suppresso nomine Philo. Iudeus, lib. quod deterius potiori insidiari soleat, circa principium.

Solutio. R ad essentiam Beatitudinis sufficere, vt nullo alio in ea contento formaliter, vel virtute, reddatur expetibilior, vel, vt nullo alio addito reddatur longe expetibilior. Et ita contingit in visione, & fruitione Dei, quare in ea seruatur essentia Beatitudinis, reliqua vero bona sunt accidentalia, non sicut albedo, vel risibilitas est accidẽs hominis, sed sicut manus & pes, & alia quæ non sunt de essentia, sed de integritate, & complemento substantiali Ad quem modum Marcus Varro apud Augustinum. 19. ciuita. cap. 3. dixit. Hæc vero vita hominis, quæ virtute, & alijs hominis animæ & corporis bonis, sine quibus virtus non potest esse, fruitur beata esse dicitur, si vero & alijs, sine quibus esse virtus potest, vel vllis, vel pluribus, beatior, si autem prorsus omnibus, vt nullum omnino bonum desit, vel animæ, vel corporis, beatissima, illum autem, & Stoicos, quos sequitur Philo Iudæus, li. quod deterius potiori insidiari soleat, circa principium, existimantes solam virtutẽ, esse verum bonum, & ideo in ea sola fælicitatẽ consistere impugnat Augustinus, ca. seq. & toto tractatu de Epicureis, & stoicis, to. 6. & epist. 56. &. 52. quia virtus nõ confert omnia bona, nec tollit omnia mala, quibus in hac vita affligimur, sed innumera grauissima q. permittit, ergo in ea non consistit fælicitas. Quo argumẽto etiam probat, nec in alijs huius vitæ bonis fælicitatem consistere, sed in bonis alterius vitæ, seu in Deo eorum largitore. Et certe verissimum dicit loquendo de fælicitate simpliciter, secundũ quid autẽ potest quis esse fælix in hac vita; & talem esse sapientẽ docet Ari. 10 Ethi. c. 7. & 8. quia sibi ipsi sufficientissimus est, melius autẽ quo sapiẽtior fuerit, & si habuerit adiutores. Probat hoc Ari. quia vita cõtemplatiua, qualis est vita sapiẽtis, habet voluptatẽ propriã, quæ operationẽ ipsam auget, & quia sufficiẽtia, insuper otium, de fatigationis vacuitas, & humana, & quæcumq. alia viro tribuuntur beato, per hanc operationem illi inesse videtur. Si autem intendat Aristo. hanc esse simpliciter fælicitatẽ, aut perfectã fælicitatẽ, vt velle videtur addẽs, *perfecta fælicitas hominis fieret hæc profecto, sũpta lõgitudine vitæ perfectæ*, fallitur omnino. Et merito cũ alijs suppresso nomine ab Augu. illis locis impugnatur. Hæc enim operatio non omnia bona adducit, in numera, & grauissima mala admittit. ergo

simpli-

simpliciter, & absolute hominem fælicem non constituit. Quare falsum videtur, quod Stoici dicebant, sapientem, hoc est hominem virtute prædicum, etiam in summa rerum inopia, & summis cruciatibus, & in ipso quoque Phallaridis tauro in clusum æque beatum, aut etiam beatiorem esse posse, quã cum externis bonis, vt passim Cicero commemorat, præsertim in libris de finibus, & in Paradoxis.

Neque obstat, quod ait Hierony Isai.11. *Audiant à nobis Iudæi, nihil esse bonum nisi virtutem*: & ibidem Stoici, qui nostro dogmati in plerisque concordant, nihil appellant bonum, nisi solam honestatem, & virtutem, nihil malum, nisi turpitudinem. Idem ait Galat.6.

30. Obiectio.

Sed R. Loqui de bono solido, firmo, magni ponderis, & æstimationis, præsettim respectu futuræ vitæ. Vnde in illo loco Galat.6. probat cõmoda etiã corporis aliquo modo bona dici posse, sicut vulgus ea appellat ex Mat.7 *Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris* &c Et eodem modo exponendus est Augusti. Sermo.12. de verbis domini dicens: *Quæret aliquis, quid sit bonum? Respondebo, hoc est bonum, quod non potest inuitus amittere, potest autem aurũ perdere etiam nolens* &c. Et Nyssenus homilia.2. in Ecclesiasten, quod est necessitati subiectum, in bonis nemo numerauerit; & in oratione de mortuis, initio affirmat, bona externa non nisi praua consuetudine videri hominibus bona & Nazianzenus oratione in illud dictum: Cum consummasset Iesus sermones hos &c. ait: quod à libera voluntate fluit id demum laude dignum existimandum est &c. Et Chrysostomus homilia.8. in Epist.2. ad Timot. *Bonum est virtus, malum vitium, media, ideest nec bona nec mala sunt, morbus, inopia & insidiæ, & calumniæ &c.* quamuis aliqua ex his testimonijs de bono tantum morali loqui videntur. Alia ergo bona sunt præter virtutem, sine quibus non intelligitur essentia, aut certe integritas Beatitudinis. Vnde recte Potamon Alexandrinus, sensisse videtur, finem ad quem cuncta referuntur, vitam esse omni virtute perfectam, non absque corporis naturalibus, externisque bonis. vt refert Diogenes Laertius. lib.[illegible].ca 1. ad finem Vnde etiam Augusti 1.retracta.cap.2. seipsum reprehendit, quod libro de vita beata dixerit, in solo animo sapientis esse vitam beatam in hoc sæculo, nam in hoc sæculo nulla est proprie vita beata, vt ostendit ipse Augustinus. 19.ciuitatis, cap.4. & Epistola.52 & 6 & tractatu de Epicureis, & Stoicis, & Eugubinus 10.de perenni Philosophia.c.9.10.&.11. quod Iamblicho Platoni, Plutarcho, & alijs tribuit. Idem docet Canus.9 de locis cap.9. Carthusianus de lumine Christianæ Theoriæ, a.4.c.D. Th.4.d.49.q.1 a.1.q.4. Sot.q.1 a.2. Et confirmat. quia vita hæc subiecta est innumeris calamitatibus, & miserijs, quas late prosequitur Augusti.19. ciui.cap.4. & Cicero in consolatione de morte filiæ: & licet homo cum magna prosperitate totam vitam transigeret, non posset saltẽ, vllo temporis momento de futura prosperitate esse securus, ergo non erit simpliciter beatus, secundum autem quid erit beatus si cum magna prosperitate in bonis corporis, & animæ, vel etiam fortunæ diu, & vsque ad mortem vixerit. Sapienter enim dixit quidam Poeta.

Solutio.

Vltima semper est suspecta dies homini.
Dicique beatus ante obitum nemo,
Supremaque funera debet,

Quæ sententia tribuitur Soloni, vt refert Aristo.1. Ethico.c.10. & fuit mire laudata, & comprobata experientia à Regibus Cyro & Chreso, vt referr Plutar.in vita Solon. Neque ista Beatitudo, idest huius vitæ, quæ adeo est imperfecta vt simpliciter Beatitudinis nomen non mereatur, sine diuina ope comparari potest. Ideo Ari.10.Ethi.cap.8.in fine ait: Sapientem ob id fælicissimum esse, quia Deo est amicissimus. Vnde colligi potest fælicitatem huius vitæ, qualis qualis illa est, in Deo consistere, seu in possessione Dei per gratiam naturalem, vel supernaturalem eius, & amicitiam, ac proinde per studium sapientiæ & virtutis, & pietatis erga ipsum, vt Hebræis antiquis tribuit Euseb,11 præparatio.cap.2. Idem sensit Plato, & eius discipuli, vt docet Augu, Epist 56. vnde idem Augusti. 8.ciuitatis, ca. 9. ait: *Nunc satis sit commemorare Platonem determinasse finem boni esse secundum virtutem viuere, & ei soli euenire posse, qui notitiam Dei habeat, & imitationem, nec esse ob aliam causam beatum; ideoque non dubitat hoc esse philosophari, amare Deum &c*: Et hanc sententiam ex varijs locis Platonis & Platonicorum probat optime Ludouicus Viues in eum Augusti ni locum. Vnde Apuleius in philosophia Platonis, Deum beatum, & beatificum nominat, & Pseusipp. in definitionibus Plato. Deum esse ait aliquid viuens, immortale, ad Beatitudinemque sufficiens &c. Et Maximus Tyrius philosophus Platonicus, sermone 34. in operatione mentis Deo gratæ fælicitatem collocat. Idem sensere Pythagoras, Plutarchus. Thales, & alij, quos refert Eugubius. 10. de perenni philosophia, capit. 9 & Simplicius ni procemio physi. ait, contemplationem Dei esse finem totius philosophiæ, ac proinde vitæ humanæ. Et Augusti. 5. confessio.

cap.

cap 4. *Infælix homo qui scit omnia illa, te autem nescit, beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat, qui vero te, & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solũ beatus est, si te sicut Deum glorificet, & gratias agat, nec euanescat in cogitationibus suis.* Vbi eum, qui Deum, & alia nouit, dicit, non proprie esse beatiorem, quia alia nouit, vel quia quo plura alia nouit sæpe minus nouit, vel considerat Deum, vel sermo est de Beatitudine essentiali, non de integrali, vel hoc dicitur, quia ex illis paulo beatior est, & illius augmenti ratio nulla haberi debet. Quo sensu etiam videtur dicere D. Thomas, 3. contra gentes cap. 37. in sola contemplatione Dei Beatitudinem huius vitæ consistere. Intelligere enim non possum, quomodo is qui plura, vel maiora bona habet beatior nõ sit. Sed de hoc plura in sequentibus dicẽda sunt, nunc solum intendimus essentiam Beatitudinis in Dei possessione consistere, siue quia illum possidendo etiam cætera quodammodo possidemus, siue præscindendo ab eorum possessione. Et hoc ipsum docet D Tho. opusculo 20. de regimine principum, c. 8. & opusculo. 2. cap. 107. 108. 165. 166. & 1. par. q. 12 art. 1. 4 contra gentes, cap. 7. ratione. 17. & cap 54. ratione. 1.

De tota autem hac disputatione videri potest Abulensis Matth. 5. à quæstione 18. vsque ad 27. vbi late docet Beatitudinem non consistere in honore, gloria, potentia, diuitijs, vel alijs bonis externis, nec in bonis corporis, aut animæ, quasi in rebus possessis, & adeptis, neque in aliquo bono creato, sed in Deo. Idem late etiam docet Antoni, 4. p. titulo 7. cap. 4. per totum.

Quæstio tertia. Quid sit Beatitudo?

Articulus primus. Vtrum Beatitudo sit aliquid increatum.

Articulus secundus. Vtrum Beatitudo sit operatio.

Articulus tertius. Vtrum sit operatio sensitiuæ partis, aut intellectiuæ tantum.

Articulus quartus. Vtrum sit operatio intellectus, an voluntatis.

Articulus quintus. Vtrum Beatitudo sit operatio intellectus speculatiui, an practici.

Articulus sextus. Vtrum Beatitudo consistat in consideratione scientiarum speculatiuarum.

Articulus septimus. Vtrum consistat in cognitione substantiarum separatarum.

Articulus octauus. Vtrum sit in visione diuinæ essentiæ.

Præfatio ad sequentem disputationem.

POstquam, D. Thomas, quæstione præcedenti ostendit, Beatitudinẽ formalem non consistere in diuitijs, gloria, honore, potestate, aut alijs bonis externis, nec in voluptate, aut alijs bonis corporis, ac deniq. cõsistere in aliqua possessione Dei, in præsenti quæstione nititur inuestigare quæ sit ista possessio Dei in qua Beatitudo consistit, licet. a. 7. nonnihil inferat de Angelis, quod ad præcedentem quæstionem magis pertinebat, in qua omnes creaturæ excluſæ sunt à ratione Beatitudinis obiectiuæ, & vt res. Et licet sigillatim non disputet D. Tho. de Beatitudine naturali, vel supernaturali huius, & alterius vitæ, nos autem claritatis gratia de his omnibus disputabimus, & 1. de Beatitudine supernaturali alterius vitæ, quia hæc sola in hoc statu eleuationis ad ordinem supernaturalem, est simpliciter & absolute Beatitudo, vt superius diximus, & quia non erit difficile, quod de hac Beatitudinis specie dictum fuerit, ad alias species applicare. In his autem disputationibus à notioribus ad minus nota fere semper procedemus, quia id exigit communiter doctrinæ ordo. 1.

Disputatio secunda. In qua Dei possessione supernaturalis alterius vitæ Beatitudo consistat.

Sectio prima. Vtrum Beatitudo supernaturalis alterius vitæ consistat in aliqua substantiali vnione Dei cum anima.

QVAESTIO est non de Beatitudine pure obiectiua, sed de formali, de qua semper deinceps etit sermo. Formalis autem dicitur, & operatio, qua attingimus, & possidemus Beatitudinem obiectiuam, scilicet Deum, & vnio talis operationis cum anima, & hæc Beatitudo vocatur essentialis à D. Thoma quæstione sequenti, artic. 1. quia in ea sola saluatur essentia Beatitudinis proprie dictæ, vt notat Valentia, q. 2. puncto. 1. Scotus, 4. d. 49. q. 1. art. 1. &. 2. & Duran. q. 1. num. 5. 2.

Est

1. Opinio. Est autem quorũdam opinio, asserens beatos videre Deum, visione increata. Ita sensere quidam tempore Gregorij Ariminensis, vt ipse refert, 2. d. 7. q. 2. art. 1. argumen. contra secundam partem tertiæ conclusionis. Idque de anima Christi docuit Trachon quidam 3. d. 1. q. 4. apud Adamum eadem. d. q. 1. Ioanes de Rippa, vt refert Capreolus 3. d. 14 q. 1. art. 2. argumentis secundo loco adductis contra primam conclusionem. Idemque tenuit de anima Christi Hugo de Sancto Victore opusculo de anima Christi, & eius scientia, dicens: *Indubitanter affirmo in anima Christi scientiam creatam non fuisse. Nam qui scientiam creatam admittit in Christo, carnaliter potius quam spiritualiter loquitur.* Idem docet libr. 2. de Sacramentis, p. 6. capit. 1. vt refert Bonauentura, 3. d. 14. art 2. q. 3. & 7. Suarez 3. p. tom. 1. disputatione. 24. sectione. 2. & disputatione. 26. sectione. 2. qui cum Capreolo. 3. d. 14. q. 1. art. 2. in argumentis contra primam conclusionem. & Caietano, 3. p. q. 9 art. 1. circa ad. 1. pro eadem sententia refert Ioannem de Rippa, qui quidem 3. d. 14. q. 1. vt narrat Vellos. in aduertentijs ad beatum Ambrosium, quæsito 14. dicebat. 1. *Si Deus alicui naturæ intellectuali vniretur hypostatice, eo ipso per scientiam increatam, sciret omnia quæ Deus, & sic sciuit anima Christi in qua nulla fuit scientia creata.* 2. Beati habent scientiam omnium immediate per solam vnionem ad visionem, & essentiam diuinam, sine aliqua qualitate, vel gratia creata. 3 Impossibile est essentiam diuinam vniri alicui intellectui formaliter, quin per illam intelligat omnia, sicut implicat affectum albedine non esse album, vnde recte Caietanus, 1. p. q 26. art 3. cum Caprolo. 2. d. 3. q. 2. ait, aliquos asseruisse, beatos omnes videre Deum, omniaque in eo cognoscere per visionem increatam. Eiusdemque sententiæ meminit Marsilius, 3. q. 10. artic. 2. parte. 3. Ex qua opinione si teneamus Beatitudinem consistere in visione Dei, sequitur, Beatitudinem nostram formalem esse visionem increatam Dei, vel vnionem talis visionis cum intellectu creato, quæ vnio cum sit actus, & veluti formæ cuiusdam substantialis, videtur substantialis, nisi dicas, intellectum esse accidens, & ideo vnionem cum illo debere esse accidentalem.

Vt cumque sit, talem vnionem dari, eaque fieri vt homo Deum videat, sicut vnione albedinis fit, vt homo sit albus, his
1. Arg. argumentis suaderi potest: primùm, quia substantia, vel etiam existentia increata communicatur humanæ naturæ, ergo etiam visio increata posset communicari humano intellectui, & eadem ratio est de amore, & fruitione, & quocumque alio actu diuinæ voluntatis, vel intellectus, ac proinde fieri poterit vt homo sit beatus Beatitudine increata, seu actu increato, quod si fieri potest cur factum non est, præsertim, aut saltem in anima Christi? Cui, dicendum est, esse vnitum Deum intellectualiter perfectissimo modo possibili, alioqui posset aliqua creatura melius vniri Deo, quam sit vnita anima Christi.

2. Quia essentia diuina vnitur intellectui 2. arg
beati in ratione speciei intelligibilis, vt ait D. Thomas, 1. p. q. 12. art. 2. ad 3. ergo in ratione visionis vniri potest.

3. Quia nisi id reuera ita contingat, se- 3. arg.
quitur aliquid creatum esse infinitæ perfectionis, nempe visionem qua beatus videt Deum, cum habeat Deum pro obiecto, ac proinde excedat infinitas visiones possibiles obiectorum creatorum, quarum vna sit excellentior alia, vt quidam argumentantur apud Adamum, 1. d. 1. q. 2. & cum anima Christi, imo & omnes beati ex multorum opinione cognoscant actu, & simul omnia possibilia, vel saltem omnes species figurarum, & numerorum, & omnes cogitationes futuras per totam æternitatem, quæ obiecta cum sint infinita, non possunt attingi nisi cognitione infinita.

4. Quia si homo esset beatus visione crea- 4. arg.
ta, ergo esset beatus, etiam si per impossibile Deus esset illi absens, visio enim obiecti distincti à vidente non requirit coniunctionem realem obiecti cum ipso vidente, consequens est falsum, ergo-

5. Deus est intime vnitus intellectui beati, ergo cum Deus ipse sit sua visio beatifica, illa etiam est intellectui beati vnita, atque ita per eam videbit Deum eritque beatus, vt homo est albus albedine sibi vnita, & esset ignis, vel Angelus, si natura ignis, vel Angeli esset sibi vnita. 5. arg.

6. Quia videtur hæc sententia August. 1. 6. arg.
de Trinitate, cap. vltmo, vbi differens de visione beatifica inquit; secundum illam visionem Deus bonus est, secundum quam visionem Deus apparet mundis corde, sed Deus visione increata bonus est, ergo visione increata apparet mundis corde, seu videtur ab illis. Confirmatur, 1. quia statim subdit Illa vi- Conf. 1.
sio Dei, qua cõtemplabimur in conmutabilem & humanis oculis inuisibilem Dei substantiam, quæ solis sanctis promittitur, quam dicit S. Paulus Apostolus, facie ad faciem, 1. Corinth. 13. & de qua dicit Apostolus Ioannes, 1. ca. 3. similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est, & de qua dicitur vnam petij à Domino, hanc requiram, vt contempler

de

delectationem Domini, Psal. 26. & de qua dicit ipse Dominus: Ego diligam eum, & ostendam meipsum illi, Ioann 14. & propterquam sola fide corda mundamus, vt simus beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, Matth. 5. & si quæ alia de ista visione dicta sunt, quæ copiosissime sparsa per omnes scripturas inuenit quisquis ad eam quærendam oculum amoris intendit, sola est summum bonum nostrum, ergo visio, qua beati vident Deum, & sunt formaliter beati, est Deus, cuius adipiscendi gratia, & causa præcipimur agere quidquid agimus. Sed solus Deus est summum bonum nostrum, ergo visio, qua beati vident Deum & sunt formaliter beati, est Deus. Quod 2. confirmatur ex eodem Augustino. 8. Genes. ad litteram, capit. 27. dicente, Deum per suam substantiam præbere locutionem singulis, idest, loqui, & manifestare se illis. Et Auerroes 3. animæ tex. 36. ait, intellectum hominis separatum intelligere per intellectionem separatam à rebus, quo innuit, vt inquit Vellosillus supra homines intelligere immediate intellectione diuina, & non creata. Vnde authores citati à Caietan. 1. p. supra tribuunt hanc sententiam Augustino, & Philosophis.

Conf. 2.

Confi. 3. Confirmatur 3. Ex Magistro 1. d. 17. dicente charitatem, qua nos Deum diligimus esse ipsummet Spiritum sanctum, quod de dilectione actuali aliqui interpretantur, vt refert Marsilius, 1. q. 20. art. 1. licet ibi, & Bonauentura eadem distinctione, & Antonius, 3 p. tit. 6. cap. 1. §. 11 Iauel. tractatu de charitate Christiana, cap. 1. Aragon, 2. 2. q. 23. art. 2. interpretentur de dilectione per modum habitus. Sed eadem est ratio de vnione per modum visionis, ergo eo modo vnitur beatis,

7. Arg. 7. Quia uidentes Deum habent in se intelligibilem similitudinem Dei, vt patet ex, 1. Ioann. 3. *Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est.* Sed repugnat dari similitudinem creatam, quæ clare repræsentet Deum in seipso, vt D. Th. 1. p. q 12. art 2. affirmat: ergo impossibile est Deum videri visione creata. Nec valet dicere D. Tho. loqui de similitudine impressa, nam eadem ratio est de expressa, qualis est visio Dei, vel verbum ea productum, notitia enim; authore Aug. 9. Trinit cap 11. & 12. & lib 4. cap. 17. est naturalis similitudo obiecti.

8. Arg. 8. Quia visio non potest videri nisi viso obiecto, vt eius obiectum est, ergo si visio Dei sicuti est, est creatura, non poterit ea creatura videri, nisi viso Deo sicuti est, & sic visio alicuius creaturæ constitueret nos beatos, quod videtur absurdum.

9. Arg. 9. Quia Christus meruit infinite, ergo meruit præmium infinitum, ergo infinitam visionem, sed visio infinita est increata, ergo meruit visionem increatam, ergo ipse, vel etiam alij beati vident Deum visione increata.

Confi. Confirmatur, quia meritum Christi fuit infinitum, sed non esset infinitum, nisi dilectioni infinitæ niteretur, ergo in anima Christi fuit dilectio infinita, ac proinde increata. Sic ergo potuit ei inesse visio infinita. Hęc fere argumenta colliguntur ex Capreol, & Grego. supra, Vazquez, & Medina hic art. 1. Adamo, 3. sentent. q. 1. D. Tho. 4 d. 49. q. 1. art. 2. q. 1. Abulen. Matth. 5. q. 27. vbi aliqua alia ponit, quibus aliqui hanc sententiam stabiliebant, quæ postea attingemus.

3. *Conclusio. Beati non vidēt Deū visione increata:*

Hanc sententiam esse fere hæreticam ait Medina in hac q. art. 1. alij ibi dicunt esse parum consonan fidei, & vt minimum esse temerariam. Valentia disput. 1. q. 3 puncto. 1. solum ait oppositam esse certam. Ouandus 3. d. 14. p. 1. & 4. d. 49. prop. 1. cum Bonauen. illa. d. 14. q. 1 ait opinionem Ioannis de Rippa notandam esse, scilicet graui aliqua censura, licet Parisijs sustentata sit. Eā autem omnino falsam esse probatur. 1. quia omnes scholastici, 4. d. 49. & alijs locis tenent, Deum videri, & diligi sola visione & dilectione creata, ac proinde Beatitudinem formalem non esse aliquid increatum, nec vnionem realem, et veram actus increati cū intellectu creato, & ita docent omnes cum D. Tho. hic art. 1 Abulē. Matth. 5. q. 28. Grego. Caiet. Capreo Marsil. Vellosil. Vazquez, Suarez, & Adam. locis citatis. Idem significant Gregorius Nyssenus libro de Beatitudinibus, orat. 1. circa principiū, vbi postquam de Beatitudine Dei verba fecit, de Beatitudine nostra subiungit. Quoniā is qui finxit hominem, secundum imaginem Dei fecit illum, secundo loco beatum iudicandum fuerit id quod per communicationem, & participationem eius, qui vera beatitas est, hoc nomine appellatur. Et Ambrosi. 2 officiorum, cap. 1. qui de Beatitudine differens ait; *vitam æternam præstare non potest, nisi author æternitatis* Vbi significat Deum esse authorem Beatitudinis nostræ, ideoque eam esse quid creatum. Idemque insinuat Aug. 12. ciuit. ca. 1. dicens: *Quamuis non omnis creatura possit esse beata, ea tamen quæ potest non ex se ipsa potest, sed ex illo à quo creata est.*

1. Prob.

Nyssenus.

Ambro.

Augusti.

Sed hæc testimonia non vrgent, quia dici posset, nos effici beatos, quia Deus efficit in nobis vnionem visionis cum intellectu, & non quia efficit ipsam visionem. Aliqui etiam adducunt testimonia scripturæ, in quibus promittitur nobis tanquam vera Beatitudo, quod videbimus Deum sicuti est, & fruemur illo, vt Ioan, 14. *In illa die vos cognoscetis*

noscetis, quia ego in Patre, & Pater in me est: & Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te &c.* & 1. Ioan. 3. *Videbimus eum sicuti est*: & 2. Corinth. 13. *Tunc autem cognoscam sicut, & cognitus sum*, ideſt, clare & distincte: & vt ibidem dicitur: *facie ad faciem*: & Apoca. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*: & Psalm. 16 *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Sed nos videre, & amare non contingit proprie loquendo sine actione creata, & producta à nobis, ergo. Verum hæc minor facile negaretur, vnde melius arguitur ex scriptura, quia tali actione à nobis non elicita, non diceremur viuere. Beatitudo autem est vita æterna Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: & Ioann. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te*, & Rom. 6 *Gratia Dei vita æterna*: ergo est operatio creata, & à nobis elicita. Quam etiam veritatem probant aliqui ex quadam extrauagante Benedicti. 11. vel vt alij volunt. 12. relata à Castro, verbo, Beatitudo hæresi, 6. in qua definitum est, animam esse beatam visione, ac fruitione diuinæ essentiæ, & eam visionem, ac fruitionem futuram æternam, ac perpetuam; quod non oporteret definiri, si esset increata, & ex Concilio Vien. Clementina ad nostrum, de hæreticis, vbi definitur ad visionem Dei esse necessarium lumen gloriæ, quod tamen non videtur necessarium, nisi ea visio esset elicienda à beato. Ad hæc tamen posset dici, definiri ibi perpetuitatem visionis, non in se, quia id notum erat, sed in nobis, quia de hoc poterat esse dubium: & lumen poni, non quasi distinctum à visione, vel si est distinctum, non quasi necessarium ad eliciendam visionem, sed ad eam recipiendam. Vnde melius eadem veritas probatur, quia sic Beatitudo omnium esset æqualis, & infinita, cum æqualis visio, & fruitio eodemque modo, & infinita omnibus insit.

Legitimæ probationes.

1. Proba.

2. Proba. Deinde quia accidens non potest actuari per aliquid substantiale, intellectus autem ex communi opinione est accidens, ergo non potest actuari visione increata, quæ substantialis est.

Solutio. Si quis autem dicat, visionem increatam non vniri immediate intellectui nostro, sed substantiæ animæ, vel intellectum non differre ab ipsa substantia animæ.

Replic. 1. Contra hoc est 1. Quia de ratione intellectionis est, non posse inesse nisi intellectui, alioqui posset esse in voluntate, & in alijs omnibus substantijs, & accidentibus materialibus, vel immaterialibus, absolutis, vel relatiuis.

2. 2. Quia repugnat substantiam actuari aliquo substantiali, quod non sit eius substantiale complementum, sed substantia nostra est per se completa, nec compleri potest per intellectionem diuinam, ergo non potest tali intellectione actuari.

3. Quia duo substantialia non possunt vniri nisi ad componendum vnum per se, sed ex substantia nostra, & ex intellectione diuina non potest constitui vnum per se, ergo. 3.

4. Quia nulla natura substantialis potest immediate aliam afficere, vel cum ea componere, sed intellectio Dei est formalissime ipsa essentia Dei, vt 1. p. q 14. dictum est, ergo non potest afficere immediate substautiam animæ nostræ. 4. Prob.

Et licet hoc esset possibile non esset affirmandum de omnibus beatis, esset enim in omnibus illis ponere quandam vnionem substantialem similem hypostaticæ, imo forte excellentiorem, & mirabiliorem, quia vnio hypostatica communicat naturæ humanæ personalitatem relatiuam, quæ multorum opinione non est perfectio formaliter, vel saltem non est perfectio simpliciter. Vnione autem visionis increata communicaretur animæ id, quod est formalissimum in diuina essentia, & quod est infinita perfectio simpliciter, vel intra genus intellectionis, ergo talis vnio esset excellentior, & mirabilior. Ex quo etiam sequitur nec in anima Christi esse ponendam, alioqui esset in ea aliquid mirabilius, & excellentius vnione hypostatica, quod vtique si esset in ea, non esset silentio à sanctis prætermissum, quia illis esset proculdubio reuelatum. Et deinde qua ratione id diceretur de visione increata dici posset de omnibus alijs perfectionibus diuinis, quod & per se videtur falsum, & frustra, nam in Christo sunt operationes diuinæ, & humanæ, vt patet ex Epistola Agathonis, quæ lecta est in 6. Synodo Generali, actione, 4. & approbata actione. 6. 4.

Confirmatur, quia Deus potest videri visione creata, vt postea videbimus, ergo ea est ponenda in intellectu Christi. Frustra ergo fingitur visio increata in illo. *Confir. 1.*

Confirmatur 2. Nam in sexta Synodo quæ est Constantinopolitana. 3. actione. 17. non tantum definitur in Christo esse duas operationes, sed etiam, esse non posse eandem operationem diuinæ, & humanę naturæ, & diuinam communicari non posse naturæ humanæ, in defensione enim Orthodoxæ fidei referuntur verba Leonis Papæ. 1. & tanquam de fide à concilio recipiuntur, vbi sic dicitur. *Agit vtraque forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod* *Confir. 2.*

quod carnis est. Nec enim in quoquam vnam dabimus naturalem operationem Dei, & creaturæ, vt neq. quod creatum est in diuinam educamus essentiam, neq. quod eximium est diuinæ naturæ ad competentem creaturæ locum deijciamus. Eodē modo loquitur leo epistola, 10. ad Flauian. ca. 4, Epistola 97. ad leonem, Augustum. cap. 2. Ambrosius. 2. fidei, cap. 4. Damascē. lib. 3. cap. 13. 14. & 15. Augusti. 2. de duabus animabus contra Manich. cap. 10. & alij citati supra Præterea non sumus iusti per iustitiam, quæ est formaliter in Deo, sed quæ inhæret nobis, vt definit Trid. sess. 6 cap. 7. & canon. 10. & 11. ergo nec sumus beati beatitudine formaliter existente in Deo, sed inhærente nobis.

5. *Aliquæ rationes reijciuntur.*

Præterea aliqui cum Caietano, Capreolo, Vazquez, & alijs argumentantur, quia de ratione actus vitalis est esse elicitum à potentia in qua est, sed actio increata non potest esse elicita à potentia creata, ergo intellectus creatus nihil videre potest visione increata: sed Valentia ait se nō libenter vti hoc argumēto, quia nō existimat impossibile vt in potētia vitali sit aliquis actus vitalis ab illa nō elicitus, vt idē docuit. 1. p. disp. 1. q. 12. punct. 3. & Vellosillus supra, nosq. suo loco docebimus. Verisimile tamen videtur esse, vt sit de ratione actus vitalis immanentis posse dimanare, & produci in potentia in qua recipitur, quod si ita est non poterit visio increata in intellectu creato recipi, cum ab eo elici non possit, & sic vim habere rationem Caietani, ait Vellosillus supra. Similiter neq. vrget alia ratio, scilicet quia si visio increata vniretur intellectui creato ipsa mutaretur. Nam sicut substantia diuina vnitur humanæ sine sui mutatione, ita posset dici de visione increata: & sicut illa cum humanitate componit, iuxta D. Thomam. 3. p. q. 2 art. 4. tamen non est proprie pars, ita de visione increata dici posset. Similiter neq. urget argumētum Gregorij Arimin. & aliorum, quia actio dependet essentialiter à potentia in qua est; sed visio increata non pendet ab intellectu creato, ergo in illo non est. Potest enim dici maiorem solum esse veram in actionibus creatis. Neq. item vrget ratio aliorum, scilicet Petrus non potest generare, vel videre per actionem elicitam à Ioanne, ergo nec intellectus creatus per actionem, & visionem intellectus increati. Potest enim dici, antecedēs solum esse vniuersaliter verum in actione de genere actionis, quæ est productio alicuius rei, per actionem autem de genere qualitatis elicitam ab vna potentia posse aliam denominari agentem, si in ea recipiatur, vt de potentia absoluta intellectio Angelica recipi potest in intellectu humano, & humana in Angelico. Neque etiam vrget alia ratio Capreoli, scilicet quia intellectio distincta ab intelligente informat intelligentem, visio autem increata non potest informare hominem dici enim potest maiorem solum esse veram de intellectione creata, increatam autem posse actuare sine informatione; vt substistentia & existentia verbi sine informatione actuat naturā humanam, & ideo neq. in suo esse neque in sua perfectione pendet ab humanitate, forma autem in suo esse, vel in aliqua perfectione pēdet à re informata, & ideo est mutabilis, imo & communiter mutatur, recipiendo inse vnionem saltem relatiuam. Neque etiam vrget alia ratio, quia implicat Deū vniri nobis per modum volitionis liberæ, ergo & per modum intellectionis. De ratione enim liberæ actionis est esse libere elicitam ab operante, non tamen est de ratione intellectionis esse elicitam ab intelligente. Neque etiam valet alia ratio, quia vel beatus percipit in se talem visionem, vel non, si non, ergo non fruitur illa, neque de ea lætatur, quod est absurdum. Si vero illam percipit, ergo visione creata videt Deum, illo enim actu, quo videt visionem increatam videt Deum ipsum: nam dici potest percipere ipsam visionem ipsamet visione, sicut Deus eodem actu se videt, & percipit se videre. Ad priores ergo rationes recurrendū erit. Et quidem sententiam Ioannis de Rippa, quatenus negat in Christo fuisse cognitionem creatam, Vellosillus supra & alij recentiores putant hæreticam, quia in sexta synodo generali, actione. 17. inconfessione fidei, & in Concilio Toletano 14. contra Monothelitas definitur in Christo, esse duas notitias impermixtas, duasq. voluntates. Sed Vazquez hic disputa. 7. cap. 2. ait: Monothelitas non negasse alias actiones proprias humanitatis, sed tantum negasse velle proprium ipsius humanitatis. Cæterum bene potuerunt Concilia definire, eam habere suas operationes impermixtas, tam intellectus, quam voluntatis, ac proinde non intelligere, nec videre Deum visione increata, sed creata. Quod si ita est conclusio erit de fide ex illis Concilijs, ita autem esse satis colligitur ex verbis Leonis, 1. superius adductis. Confirmatur, nam si in eo non est cognitio humana: ergo nec volitio humana: non ergo meruit, quod est hæreticum. Probatur, quia intellectio nihil potest actuare nisi inhærendo, & informando, intellectio autem increata, nec inhærere, nec informare potest. Sed posset maior negari, melius autē probatur, quia de ratione intellectionis est non posse esse, nisi in intellectu eiusdem ordinis, & sibi connaturali, quod verum est, vt dixi.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Ad 1. argum. iam in probationibus nostræ sententiæ dictum est, quare substistentia, vel existentia diuina vniri possit naturæ

Ad 1. 6.

creatæ non vero possit visio diuina vniri naturę vel potētiæ creatæ, scilicet quia intellectio substantialis non potest actuare intellectum, qui est accidens, neque vero substātiam, eoq non est eius complementum, nec potest cum ea vnum aliquid substantiale constituere &c. Alij assignant discrimen, quia intellectio actuat informando, subsistentia autem vel existentia sustentando, & quasi efficiendo, sed hoc discrimen nullum est. Cur enim substantialis operatio, sine vera informatione per solam simplicem actuationem, & affectionem vniri non poterit? Similiter nec placet aliud discrimen, scilicet quia actus vitalis, & immanens non potest nō procedere a potentia in qua est, cum sit de eius ratione ab illa procedere. De ratione tamen subsistentiæ vel existentiæ non est procedere à natura, quam afficit, & terminat. Iam enim supra diximus fieri posse, vt actus vitalis, & immanens non procedat à potentia in qua recipitur, fortasse tamen est de eius ratione posse ab illa procedere, quod si ita est, visio increata, quæ ab intellectu creato procedere non potest, in eo esse non poterit, illi ve intrinsece vniri, etiam de potentia absoluta, vt tenet Medina, Valentia, Velosillus, Marsilius, Bonauentura, Caietanus, Capreolus, & alij authores secundæ opinionis iocis citatis. Confirmat Velosillus prædictum discrimen, nam de ratione intellectionis est vt saltem naturaliter non possit esse nisi in proprio intellectu sibi connaturali, at vero existentia naturaliter potest afficere rem, cui non est propria, vt existentia animæ communicatur corpori, & existentia substantiæ accidentibus. Non ergo mirum si existentia diuina possit supernaturaliter communicari alienæ naturæ, non vero intellectio diuina alieno intellectui. Sed exemplū de accidētibus nō placet, licet enim Aegidius. Bañes, & nōnulli alij senserint accidētia existere per existentiā substantiæ. Tamē hæc sententia prorsus falsa est, alioqui in Eucharistia maneret substantialis existentia panis, & vini. Et licet possibilis esset ea vnio, non esset in omnibus beatis constituenda, sed tantum in anima Christi, & esto esset in anima Christi, non esset negāda ei visio creata, quia istæ actiones non sunt incompatibiles, secus subsistentia creata, & increata, imo aliqui dicunt, etiam si esset possibilis ea vnio, non esse ponendam in anima Christi, cum magis connaturale sit videre Deum visione creata, & quòd licet illam haberet, non esset beata, quia visio Dei solum beatificat potentiam quā exigit connaturaliter, & à qua dimanat. Sed hæc non credo.

7. Ad 2. Ad 2. R. non esse simile, quia vnio essentiæ diuinæ in ratione speciei itelligibilis nō est per modum actus intrinseci, sed per modum efficientis, & motoris adiuuantis intellectum vt operetur, & ideo nulla est repugnantia in tali vnione, secus in vnione visionis ob rationes adductas. Alij respondent, de ratione speciei non esse quod in hæreat, vt patet in substantia Angeli, de ratione autem visionis esse quod inhæreat intellectui quem actuat, ideo repugnare, Deo vniri permodū visionis, non permodum speciei. Sed vnde probabunt de ratione visionis esse inhærere intellectui, quem actuat?

Ad 3. R. late Adamus in eodem argumento citatus, & nos late dicemus inferius in hoc tractatu. Nunc breuiter dicimus, visionem Dei debere esse infinitam secundum quid, & ex parte obiecti, & hoc nō repugnare creaturæ, repugnat tamen ei esse visionem Dei cō prehensiuam, vel attingere simul omnia possibilia, an vero repugnet ei attingere infinita substantialia, seu accidentalia, siue differant specie, siue numero? multi repugnare putant, sed alij multi sentiunt non repugnare, & sic omnes beatos, vel saltem animam Christi videre in Deo omnia possibilia, aut saltem infinita numero, vel specie diuersa, saltem accidentalia, vt infinitas cogitationes futuras per totam ęternitatem, vel infinitas species figurarum, & numerorum, sed de hoc inferius copiosè disseremus. Ad 3.

Ad 4. R. si per impossibile creatura posset manere absente Deo, non posset Deum videre per essentiam diuinam vnitam in ratione speciei intellegibilis, ac proinde nullo modo ipsum videre posset in opinione tenente, Deum specie creata videri non posse, nisi diceretur Deum manentem eodem tempore posse in animam loco distantem agere suplē do sua voluntate efficaciam speciei creatæ, & essentiæ diuinæ in ratione speciei intelligibilis, aut intellectionem non esse effectiue ab specie, vel obiecto, vel causa prima; si enim solus intellectus elicit visionem, quāuis Deus esset absens loco & tempore, posset ab eo videri sicut Deus videt res futuras in aliqua differentia temporis, quæ nec loco, nec tempore sunt illi coniunctæ, & illa visio intellectum creatum, hominemq. bearet. An vero omnis cognitio possit, quantum est de se, conseruari in absentia obiecti, non solum locali, sed temporali, vt disput. 7. cap. 1. in fine, & cap. 2. in fine docet Vazquez alibi examinandum est. Ad. 4.

Ad 5. R. Deum esse intime vnitum intellectui beati, per essentiam, præsentiam, & potentiam, & in ratione speciei intelligibilis, quæ vnio vt inquit Velosillus supra, & latius videbimus disputatione. 5. est tantum vnio per modum principij effectiui, & extrinseci, non tamen per modum actus intrinsece Ad 5.

actuan-

actuantis, quia hoc repugnat, & ideo licet Deus sit visio, non tamen beatus eo ipso dicetur formaliter videns Deum, vt neque propter intimam vnionem cum homine, vel alijs rebus dicuntur illæ æternæ, immensæ, omnipotentes, &c. licet Deus sit æternitas, immensitas, & omnipotentia &c.

ad 6. arg. Ad 6. R. cum Augustinus ait, Deum esse bonum secundum eam visionem qua apparet mundis corde, solum velle, ea visione videri Deum, vt bonum ipsi videnti: Vnde immediate subiungit: *Quando autem iudicem videbunt mali, non eis videbitur bonus, quia non ad eum gaudebunt corde, sed tunc se plangent omnes tribus terræ.*

Ad 1. cõf. Ad. 1. Confirmationem R. visionem creatam esse summum bonum non in se, sed nobis, quia est bonum summũ inter ea quæ nos possunt intrinsece afficere, & actuare.

Ad 2. Ad 2. confirmationem R. Augustinum solum velle Deum immediate, & non mediantibus creaturis manifestare seipsum Angelis.

Ad 3. Ad. 3. R. illam opinionem Magistri non habere repugnantiam, si intelligatur de dilectione improprie sumpta, vt sensus sit, Spiritum sanctum esse charitatem, & dilectionem nostram quatenus extrinsece assistit suppletque habitum charitatis, sed etiam eo modo intellectam esse temerariam periculosam, & errori proximam quia certum est, in nobis esse habitum charitatis creatum. Si autem intelligatur de vnione per modum actus intrinseci, & dilectione actuali, vel habituali proprie sumpta, repugnantem omnino esse propter rationes adductas de visione. De hoc autem cum alijs egimus. 2. 2. q. 23. a. 2

ad 7. arg. Ad 7. quidam putant dari posse speciem impressam Dei, etiam in doctrina D. Thomæ: sed ea opinione omissa respondent alij non esse simile de specie expressa. Alij dicunt, nec expressam dari posse, & actum intelligendi non esse expressam similitudinem obiecti, sed motum & tendentiam quãdam in ipsum, & Augustinum non sentire visionem esse similitudinem, vel imaginem obiecti secundum se, sed secundum principium à quo procedit, quod interdum est species impressa: & secundum terminum, qui interdum per eam producitur, de quo latius differemus disp. 3. sectione 8. vel intendit Augustinus, visionem esse similitudinem, idest fundamentum eximiæ cuiusdam similitudinis, quam cum Deo habemus videntes Deum, sicut ipse se videt.

Ad 8. Ad. 8. R. esto visio Dei non possit videri nisi viso Deo, tamen eadem visione, qua videtur Deus, videtur ipsa visio, eaq. beat animũ, vt visio Dei est, non vt visio sui est, vel forte illa actio non beatificaret, quia non esset immediata visio Dei.

Ad 9. Ad. 9. R. licet meritum Christi fuerit infinitum, tamen Christus non meruit infinitã visionem, quia visio creata non potest esse infinita, increata autem est incommunicabilis creaturæ. Meruit tamen maiorem, & maiorem visionem in infinitum non sibi sed hominibus, sed illis data est finita, & in gradu inferiori ad visionem, quæ fuit in anima ipsius Christi.

Ad confi. Ad confirmationem R. meritum Christi fuisse infinitum, non quia in eius anima esset dilectio infinita, sed quia opera eius procedebant à supposito infinite grato; & licet in eius anima esset dilectio increata infinita, non inde meritum eius esset infinitum, quia dilectio illa nõ esset libera animæ Christi, & sic ad eius meritum nihil omnino conduceret.

8. 1. Obiectio Sed adhuc obijcies. 1. quia Bòètius. 3. de consolatione, prosa. 10. ait; *necesse est confiteri Deum esse ipsam Beatitudinem*; ergo beatitudo est aliquid in creatum.

2. 2. quia beatitudo est vltimus finis, quo fruendum est: sed solus Deus est vltimus finis, solo que illo fruendum est, vt ait Augustinus. 1. de doctrina Christiana, cap. 4. 5. & 22. ergo solus Deus est beatitudo.

3. 3. quia de ratione beatitudinis est sufficientia vt ait Bòètius. 3. de consolatione, prosa. 2 in solo autem Deo inuenitur sufficientia ex Augustino. 1. Confession. cap. 1. *fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te*; ergo solus ille est beatitudo nostra.

4. 4. Quia finis vltimus est perfectior re, quæ tendit in ipsum, sed visio creata cum sit accidens, non est perfectior anima, quæ est substantia, ergo non est eius finis vltimus nec Beatitudo.

5. 5. Beatitudo super omnia diligitur, solus Deus super omnia diligitur, ergo solus est beatitudo.

Ad 1. Ad. 1. harum obiectionum R. Bòètium loqui de beatitudine obiectiua, que est res adepta, & possessa, nõ deformali, quæ est adeptio, & possessio, vt interpretatur D. Tho. in hac. q. art. 1. & Abulensis Matth. 5. q 27. ad. 1.

Ad 2. Ad 2. R. Beatitudinem formalem esse vltimum finem, quo fruendum est, vt adeptione, & possessione, obiectiuam vero esse vltimum finem, quo fruendum est, vt re adepta, & possessa, & hic est solus Deus. Aliter respondet Abulensis, solum Deum esse vltimũ finem exteriorem, visionem autem eius vltimum finem interiorem. Quæ solutio in priorem recidit, & sumpta est ex D. Thoma 4. d. 49. q. 1. art. 2. q. 1.

Ad 3. Ad 3. R. Abulensis, in Deo esse sufficientiam, vt in re adepta & possessa, in visione

autem vt in adeptione, & possessione.

Ad 4. Ad 4. R. ex D. Thom. & Abulensi ibi in solutione vltimi argumenti, finem vltimum sumptum pro adeptione non debere esse quid simpliciter nobilius re tendente in ipsum, sed satis esse si sit nobilius secundum quid, quo pacto beatitudo, gratia, & similia sunt nobiliora anima, quia comparantur ad ipsam, sicut actus ad potentiam, licet simpliciter anima sit nobilior, quia est substantia. Scio aliquos tenere charitatem, gratiam, beatitudinem, & lumen gloriæ, & similia accidentia supernaturalia esse simpliciter nobiliora anima, sed in materia de gratia, & charitate, & inferius ostendemus id esse contra rationem, & D. Thomam, aliosq. nobiliores authores. Si obijcias Aristotelem. 1. mag. moral, cap. 2. asserentem, nobilius non esse propter ignobilius, R. agere de eo, quod est propter aliud, vt medium propter finem, & sic nobilius non est totaliter, nec præcipue propter ignobilius.

Ad 5. Ad. 5. R. ex Abulensi, & D. Thoma in. 4. supra ad 3. Beatitudinem sumptam pro adeptione, & fruitione & possessione, esse quæ super omnia, & summe diligitur amore concupiscentiæ, non tamen simpliciter, quia simpliciter id magis diligitur, quod diligitur amore beneuolentiæ, & sic homo diligit se, quãdo sibi appetit beatitudinẽ, sciẽtiã &c. sic etiã diligit Deum, quia simul se, & suam beatitudinem, & omnia sua amore beneuolentiæ, & amicitiæ refert in Deum & gloriam Dei. Eadem solutio sumitur ex D. Thoma. 2. 2. q. 26. art. 3. ad 3. Dices saltem eo actu, quo appetit sibi beatitudinem, magis se amat quam Deum, quia se amat amore beneuolentię, Deum autem, & eius possessionem amore tãtum concupiscentiæ. R. id nihil absurdi habere, tantum esset absurdum amore beneuolentiæ diligere se appretiatiue plusquam Deũ.

Obiectio.

Solutio.

Sectio. 2. Vtrum beatitudo consistat in intimo illapsu Dei in substantiam animæ.

9. 1. Opinio. MEdina. q. 3. art. 2. & alij putant secundum Henricum quodlib. 13 quæst. 12. beatitudinem formalem essentialiter non aliud esse quam intimum quemdam illapsum Dei in essentiam animæ, ideoque eius sententiam temerariam putant, quia Benedictus, 11. vel secundum alios. 12. in extraua gante, quæ Benedictus incipit, quam refert Castro verbo Beatitudo, hæreti. 6. tradit nos fore beatos visione, & fruitione Dei. Cæterum vt graues authores docent, sententia Hẽrici nullam notam, aut grauem censuram meretur, quia ab essentia beatitudinis formalis non excludit operationes, quibus anima, & eius potentiæ Deo vniuntur, vt eum videtur intelligere Scotus. 2. d. 26. q. vnica, quin potius eas includit in essentia formalis beatitudinis, ait enim, beatitudinem obiectiuam, scilicet Deum ipsum ita perficere potentias beati, & ipsis vniri, vt tamen prius perfectius, & principalius illabatur essentiæ ipsam deificando, & reddendo consortem diuinæ naturę. Deinde vero perficere intellectum illuminando ipsum, perficere etiam voluntatem ipsam inflammando amore charitatis, quo transformantur, & quodammodo conuertitur anima in Deum, vt ex Dionysio. 7. cap. Cœlestis Hierarchiæ, & Hugone. ibi probat Henricus, illum autem illapsum in essentiam animæ explicat exemplo ferri candentis, in quem videtur ignis illabi ipsum intime, & profunde penetrando, & tã illapsum in essentiam animæ, quam in potentias ait, quodammodo dici circuminsessionem non tamen proprie, sola enim vnio Dei hypostatica cum anima Christi est proprie circuminsessio: proprie autem ait, dici penetrationem, & vtrumque illapsum putat esse de essentia formalis beatitudinis, & ideo etiam de beatitudine formali ait, perficere potentias, & essentiam, hanc tamen principalius, quia Deus essentiam animæ quodammodo perficit persuam essentiam, potentias vero solum per earum operationes terminatas ad diuinam essentiam. Addit autem perceptionem huius perfectionis non conuenire animæ, nisi per potentias, vt per intellectum ipsam cognoscendo, & per voluntatem ipsam degustando, & in hoc sensu dicit quodlib. 6. q. 6. beati finem, vt beatificans est, primo, & principaliter non attingũt nisi per potentias intellectus, & voluntatis, & habet esse in eis quia illabitur primo potentijs, concomitatiue autem necessario simul illabitur substantiæ, beatificando beatum non solum in eius potentijs, sed etiam in eius essentia. Hæc est opinio Henrici fideliter, & plene recitata, eam enim diminute referunt Scotus 2 d. 26. q. vnica, & 4. d. 49. q. 2. vbi Capreolus. q. vnica, Sotus. q. 1. art. 3. Heruæus tractatu de Beatitudine, q. 1. Valentia hic disputatione 1. q. 3. puncto. 2. bene autem Vazquez disputa. 8. cap. 1.

Circa hanc autem opinionem videndum est. 1. quid nam sit ille illapsus in essentiã animæ, & an sit possibilis, secundò quomodo pertineat ad essentiam beatitudinis. Quoad primum, quidam putat illapsum illum in essentiã animæ positũ ab Henrico esse impossibilem, quia putant esse illapsum immediatum

tum in ipsam essentiam, ita vt nullo medio accidente perficiatur Ita Henricum intellige re & impugnare videtur Sotus supra, Medina & alij. Sed Henricus nunquam dixit perfici sine vllo accidente recepto in essentia animæ, quin potius videtur docere fieri per gratiam receptam in essentia animæ, vel per alias qualitates, & ita illum intellexit Scotus, d. 26. q. vnica, & merito. Sic enim ait Henricus illa. q. 12. *Diuinitas ita illabitur in animam, vt nihil in ea appareat, nisi diuinæ dispositiones, quemadmodum ferrum immissum igni candescit, & quasi ignis fit ardens, & lucens.* Et paulo inferius: *Circumincessio autem, siue illapsus talis fit potius in essentiam animæ, per illamque in potentijs, sicut gratia, & gloria (quæ est gratia consummata) principaliter est in essentia animæ, & redundat in potentijs sub ratione habitus, & virtutis*, Et postea dicit animam perfici quodammodo per essentiam Dei. Si autem intelligeret essentiam Dei omnino immediate vniri animę, non diceret, animam perfici quodammodo per essentiam Dei, sed absolute. Neq. obstat quod Hēricus ait animam lucere luce increata, hoc enim intelligitur non formaliter sed effectiue, vel obiectiue, quatenus lux increata illustrat lumine creato, quod ab ea profluit substantiam animæ, vel intellectum.

10 *Concluſ. 1. ratio. Illapsus Dei in sub stantiā animæ non fit nisi me dio aliquo accidente*

Quidquid autem sit de mente Henrici, illapsum illum non fieri, nisi medio aliquo accidente. Probatur, nam illapsus ille non est per essentiam, potentiam, & præsentiam, si quidem hoc pacto illabitur omni creaturæ, vt patet. 1. p. q. 8. art. 3. & q. 43. art. 3. Beatitudo autem non consistit principaliter secundum Henricum in illapsu communi omnibus creaturis: alius autem illapsus in essentiam intelligi non potest, nisi impressione alicuius accidentis, non enim fit locali motu Dei, neque mutatione aliqua facta in Deo, ergo in creatura: noua enim denominatio sine aliqua mutatione intelligi nō potest. Si autem anima in eo illapsu mutatur, ergo recipit aliquid, non autem recipit substantiam, neque modum substantialem, ergo debet recipere aliquod accidens, vel aliquem modum accidentalem. Si dicas recipere diuinam essentiam, & vnionem substantialem cū illa, & ita per illum quasi ignem igniri, quemadmodum humanitas Dei, per naturam diuinam sibi vnitam, vt docent Nicetas oratione. 51. Nazianzeni, & Damascenus. 4. fidei. cap. 3. contra: sic enim ex amina, & diuinitate fieret vna substantia composita, vt ex humanitate, & verbo, quod falsum esse conuincitur, quia vel fieret vna natura, vel vna persona, vtrumq. autem est erroneū, venire enim in compositionem tertiæ naturæ repugnat naturæ diuinæ, venire autem in compositionem vnius personæ, vel suppositi, pertineret ad vnionem hypostaticam, quæ cum beatis non sit. Præterea, illa vnio si daretur, esset excellentior vnione hypostatica, quia est vnio cum essentia diuina, vt essentia est, conceptus autem essentię excellentior est cōceptu subsistentiæ. Vnio igitur illa non potest esse substantialis, ac proinde fiet medio aliquo accidente, quod quidem non est præsentia localis, vel temporalis, neque aliquod aliud accidens in Deo receptum, ergo per aliquod accidens receptum in anima, non enim potest aliud fingi, ergo erit aliqua qualitas specialis, ad modum quo ignis vnitur ferro (præter intimam penetrationem localem in poros) efficiendo in eo calorem, lucem; vel alias eiusmodi qualitates. Et quidem in hac etiam vita, vnitur Deus cum anima per qualitatem gratiæ, quæ secū dum D. Thomam infra q. 110. art. 4. & alios multos est qualitas immediate afficiens solam animam. Secundum Henricum vero, quodlib. 4. q. 10. est qualitas, quæ vt gratia afficit animā immediate, vt charitas vero potentiam animę, scilicet voluntatem, quam ait distingui tantum formaliter ab anima: secundum Scotum vero. Bonauenturam, 4. d. 49. p. 1. q 4. & alios est in sola voluntate, vt charitas, cum qua secundum istos identificatur, eaq. qualitate fit homo diuinus, & particeps diuinæ naturæ, per modum naturæ, vt ibidē exponemus, iuxta id 2. Petri. 1. *magna, & pretiosa nobis promissa donauit vt diuinæ efficiamur consortes naturæ*. Et ratione huius gratiæ dicitur Deus habitare in substantia animæ, nō media potentia, 1. quidem, quia per gratiam participat anima diuinam naturā, & ita per hanc qualitatem deificatur, & quasi substantialiter in ordinem supernaturalem elevatur, fitq. illi diuinitas intime præsens nouo titulo, & Deus in illa habitat, vt in templo suo, sibique dicato in quo colitur per cognitionē, & amorem, qui in ipsa gratia radicantur, & fundantur, vt significat D. Tho. 1. p. q. 8. ar. 3. & q. 43. art. 3.

2. quia ratione gratiæ Deus animam dili- 2. *ratio.*
git, vnde ea est quasi fundamentum, & vinculum amicitiæ, ideoq. Deus illi assistit, vt adiuuet protegat, & promoueat animam. Vnde Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum. & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: & Romano. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis*: Et saltem ratione huius vnionis, & aliarum, quæ fiunt medijs potentijs, verum est, quod dicit Gregorius Nazianzenus, oratione in plagam, grandinis: Trinitatem miscere secum tota mente beati. Hæc enim qualitas manet in

anima beata quia est magna perfectio, & nullam includit imperfectionem, statui Beatitudinis, aut alteri maiori perfectioni repugnantem: & præterea in patria manent virtutes, & dona spiritus sancti, quæ sunt velut facultates gratiæ, ergo & gratia, non enim potentiæ sine essentia manere debent. Probatur: in patria manet formalis causa iustificationis, hæc autem est gratia, ex Tridentino sessione. 6. cap. 7. ergo manet gratia. Præterea: in patria manet, quod dat ius ad gloriã, & constituit filiũ Dei, sed hoc est gratia: ergo manet gratia in patria.

11. *Dubium.* An vero præter gratiam in patria infundat Deus alias qualitates, in substantiã animæ immediate, ratione quarum dicatur in ea speciali modo habitare, & ipsi intime illabi? Henricus supra affirmare videtur, licet non satis se explicet.

1. opinio. *1. argu.* Quam opinionem non esse imposibilem suaderi potest 1. cur enim non poterit Deus ponere in anima alias qualitates præter gratiam? Deinde quia præter gratiam iustificantem ponunt aliqui in anima immediate varios caracteres, vt Suarez 3. par. tom. 3. disput. 11. sectio. 4. Bellarm. 2. de Sacramentis, cap. 11. concluſ. 4. Marsilius. 4. q. 4. artic. 1. in fine, Palacios, 4. d. 4. quæst. vnica, vel. 1. conclusio. 3. Alij ponunt in ea iustitiam originalem: ergo similiter potest poni alia qualitas, quæ conferatur in patria, quæ videtur intelligi ab Henrico supra nomine Gratiæ consummatæ, & gloriæ; ait enim gratiam consummatam, & gloriam idem esse, & principaliter esse in essentia animæ.

2. 3. Tandem, quia in corporibus beatorum ponuntur quatuor dotes gloriæ, quæ omnes, vel aliquæ sunt qualitates supernaturales ipsis superadditæ: ergo similiter in anima possunt intelligi nouę qualitates.

12. *Resolutio Dubij. nulla qualitas noua est immediate inesſētiæ quę beatur.* Cæterum existimo nullas qualitates nouas esse admittendas immediate in essentia animæ, quæ beatur. 1. quia illas reijciunt Vazquez, & communiter alij iuniores hic. 2. quia a nullo ponuntur clare. 3. quia nulla ratio ad eas asserendas cogit, nec sine causa, & necesitate multiplicandæ sunt entitates, aut asserendæ, præsertim supernaturales. 4. quia potius suadet ratio non esse ponendas, nam per gratiã iustificantem fit anima particeps diuinæ naturæ, vt natura est; per lumen autem glorię charitatem, &c. fit particeps virtutum, & operationum diuinarum. Ergo supernaeaneum est fingere alias qualitates.

1. ratio. *2. ratio.* *3. ratio.* *4.* *Confir.* Et confirmatur, quia si ponitur gratia noua distinctæ rationis, ab ea quæ est in via, ea iustificabit animam, ac proinde anima erit iusta iustitia alterius rationis in via, & patria, & erit constituenda in Christo, quæ tamen à nullo constituitur in ipso ante, vel post eius resurrectionem.

Confir. Confirmatur 2. quia vt ostendemus in materia de gratia, implicat dari gratiam superiorem ad eam gratiam, qua nunc iusti reddimur: ergo non datur gratia consummata distincta à gratia iustificante, & superioris rationis, in qua potissimum sita sit essentia beatitudinis.

13. *Ad 1.* Vnde ad 1. R. licet forte Deus posit in anima immediate alias qualitates pręter gratiam collocare, tamen nullam collocare potest superiorem gratia iustificante, vt videtur Henricus asserere, aliæ autem necessarię non sunt, & ideo minime asserendæ.

Ad 2. Caracter est in intellectu. Ad. 2. R. á D. Thoma, & alijs (quorum sententiam, veram esse docui in materia de Sacramentis,) poni caracterem in intellectu, ab alijs in voluntate, ab alijs partim in essentia, partim in potentijs. Sed licet ponatur in essentia, & ibi possint poni aliæ qualitates, non ideo ponemus in ea aliquam qualitatem superiorem gratia iustificante, quia vt dixi, est impossibilis; neque noua, nisi forte donum iustitiæ originalis, quod etiam aliqui in Christo, & beata Virgine constituerunt, vt ex vi illius, potentiæ inferiores essent rationi subditæ, & anima esset immunis ab omni errore, & motu indeliberato, &c. Aliæ enim qualitates beatis nullo modo necessariæ videntur, nec caracter ponitur de nouo, sed caracter in via impressus ibi permanet, isque sufficit ad effectus, propter quos caracter constituitur. Nec est necessarius caracter in omnibus beatis, vnde à Theologis communiter non ponitur in Christo, neque in is beatis, qui fuerunt ante legem Christi, aut sine Baptismo re ipsa suscepto defuncti sunt.

Ad. 3. Ad. 3. R. forte nullam qualitatem supernaturalem poni immediate in substantia corporis glorioſi, sed in quantitate, vel aliquo accidenti ipsius, & qualitates similes non esse animæ necessarias, nam anima perse est immortalis, & impassibilis, agilissima, & subtilissima, & pulcherrima, & quædam spiritualis lux & altiori modo illuminatur per gratiam, & lumen gloriæ, & virtutes, & dona ad intellectum spectantia, ergo non indiget qualitate, qua fiat immortalis, impassibilis, agilis, pulchra subtilis, lucida, &c.

14. *Dubium. Nullaqualitas quæ nũquã soleat dari in via imprimitur ineſſentiæ animæ beatæ.* Nullus ergo illapsus fit in substantiã animę cum beatificatur, per impressionem nouæ qualitatis, quæ nunquam detur in via, saltem loquendo de qualitate, in qua possit beatitudo principaliter consistere. An vero aliquando per infussionem gratiæ iustificantis, vel alicuius gradus ipsius fiat illapsus immediate in substantiã animę? R, partem affirmatiuam

tiuam esse veram, non quidem vt aliqui putãt, quia aliquem gradũ gratiæ mereatur homo in via, quem recipiat in patria, late enim docui in materia de charitate, & docebo in materia de gratia, omnẽ gradũ gratiæ, vel charitatis, quem homo meretur in via statim ei tribui, & similiter cum quis conuertitur recuperat statim, omnem gradum gratiæ, quem amiserat, neq. vllus reseruatur ei ad aliam vitam, imo & gradus gratiæ qui vltra condignũ datur istis, ex commnni Theologorum opinione, non reseruatur ad aliam vitam sed statim confertur. Gratia tamen, vel augmentum grtaiæ respondens martyrio ex opere operato in paruulis, vel adultis, non datur in hac vita sed in alia, quia donec aliquis viuit, martyr non est, sed tantum in instanti mortis, vt docet. D. Thom. 2.2.q 129.a.4. Caietanus ibi, & a.2. Vega 9. in Triden. c.43. & alij, & ita in eo casu martyrij interdũ augmẽtũ gratię, interdũ vero primã gratiam conferri in alia vita, recte docet Cumel. 1.2.q.112.a.3. in appẽdice, ad 5. disputationem, & q.113.a.3. disput. 2. concluſi. 2. & pro hac opinione refertur Victoria. 2.2.q.124.a 4. Idem dicunt de gratia, quæ datur virtute sacrameuti collati in tempore immediate antecedẽte mortem, in quo casu expresse concedit Maior. 4.d.16.q. vnica post medium, Alma. in. 2. Mora. c.2 & in vtroque casu idem censet probabile Suarez. 3. p. to. 2.q.52.a.1 &. to. 3. disp. 8. sectio. 2. prope finem. Licet probabilius putat oppositũ, quod etiam tenet Henriquez, 1. de Sacramentis, c. 19. §. 2, Quia ergo non solum gratia, sed augmentum gtatiæ sufficit, vt Spiritus sanctus dicatur de nouo in animam mitti, & Deus de nouo in eam venire, vt patet ex D. Thoma, 1. p. q.43.a.6. ad. 2. ideo in ingressu patriæ aliquando datur nouus Dei illapsus in substantiam animę immediate, communiter autem non fit, quia non augetur gratia in esse qualitatis nec esse gratiæ, sed capit statum quendã nobiliorem, nempe immobilitatis, & firmitatis cuiusdam, & ideo dicitur gaatia consummata, & hunc statum habet, tum ratione vnionis cum visione Dei, tum quia est in termino vitæ, ex vtroq. enim capite homo redditur impeccabilis. & gratia inamisibilis.

Aliquando tamen datur gratia tũc vel eius augmentum.

15. *Dubium aliud resolnitur. Beatitudo an aliquomodo consistat in illapsu Dei in substãtiã animæ medio alio quo accidenti.*

Ex quibuscolligitur quid sit dicendum ad 2. articulum, an scilicet Beatitudo consistat in illapsu immediato Dei in substantiam animæ, id est nõ medijs potentijs. Quidam interquos videtur esse Scotus. 4.d. 49.q. 2. & 3.d.21.q.1. quem sequuntur non nulli recentiores dicunt, nec totaliter consistere in tali illapsu. 1. quia solum fit (saltem communiter) mediante gratia, quę tota erat in via, in via autem non habetur Beatitudo, nec pars beatitudinis, ergo.

2. quia tota beatitudo consistit in operatione, & actu 2. ergo habitus gratiæ, nec est beatitudo, nec eius pars.

3. quia vnio Hypostatica non est tota beatitudo animæ Christi, nec pars eius, ergo neq vnio per gratiam est pars nostræ beatitudinis.

4, Sola operatio, & non aliquid prius operatione est de essentia beatitudinis Dei vt colligitur ex Aristote. 12. metaphy. cap. 9. tex. 51. vbi ait, si Deus sit vt dormiens, id est sciens tantum potentia vel habitu, non erit quid præcellens, non enim habebit optimũ, quod intellectus videtur hab ere, si quidem hoc est, speculatio (vt dixerat, cap. 7.) ergo & nostræ par enim ratio est, maxime cum beatitudo nostra sit participatio quædam diuinæ.

5. quia beatitudo est consecutio vltimi finis, gratia autem, nec est consecutio, nec pars cõsecutionis vltimi finis. 5.

Sed quidquid sit de conclusione rationes non vrgent, ad 1. enim facile negari potest, in via nullam esse partem beatitudinis, nam qui in Dei visione, & amore beatitudinem constituunt, partem beatitudinis in via ponunt. Similiter qui in habitu gratiæ, vel charitatis, & aliqua operatione eam constituũt vt Bonauentura, 4.d.49.p.1.q.ad 5. argu. neq. id potest sufficienter impugnari. Ad. 2. posset negari antecedens. Ad. 1. Ad. 2.

Ad. 3. admisso antecedenti posset negari cõsequentia, quia beatitudo est verum accidens beati vnio autem Hypostatica est modus substantialis adducens subsistentiam substantialem qua substantialiter completur natura, & ideo non potest pertinere ad essentiam beatitudinis, secus gratia & vnio gratiæ, vel per gratiam, quia est mere accidentalis. Ad. 3.

Ad 4. potest negari antecedẽs, sed melius negabitur consequẽtia, quia in Deo nihil est prius, etiam secundum nostrum modum intelligendi ipsa operatione, eo quod diuina essẽtia formalissime est intellectio, vt docui. 1.p.q.14. & esto essentia diuina secundum nostrum modum intelligendi esset prior omni operatione Dei, tamen possit dici, in ea nec totaliter nec partialiter beatitudinem consistere, quia beatidudo in nobis debet esse verum accidens, in Deo autem aliquid etra conceptum diuinæ essentiæ, aduenienſq. ipsi, iuxta nostrum modum intelligendi. Nihil autem in Deo antecedit eius operationem, & ideo nec omnino, nec ex parte in aliquo antecedente diuinam operationem beatitudo Dei consistit. Qnæ rationes in nostra beaitudine non procedunt, ideo dici potest, in aliquo antecedente operationẽ partem beatitudinis consistere. Ad. 4.

Ad. 5. dici posset, receptionem, vel conseruationem gratiæ esse consecutionem, vel conseruationem vltimi finis, saltem partialem, quia Ad. 5.

Deus

Deus per gratiam possidetur, & habitat in anima, vt dictum est. Itaq. recte defendi potest, beatitudinem supernaturalem alterius vitę in vnione cum Deo per gratiam habitualem partim consistere. Et multo melius id defendi potest, de beatitudine viæ. Vnde Eusebius. 11. præparationis, c. 2. dicit de Abraham, & alijs Patriarchis: Deo gratos, solum modo beatos opiniati sunt.

Beatitudo naturalis nullo modo consistit in illapsu Dei in substantiam animæ.

De beatitudine autem naturali dici nō potest partim consistere in aliqua perfectione, quæ immediate insit subsţārię animæ, nulla in enim inest immediate animę, præter potētias, in quibus cōstat nec partem beatitudinis consistere, cum potentiæ omnino sint propter actus, eademq. ratione, neq. in habitu potest tota beatitudo naturalis, vel pars eius cōsistere, vt probat Richar. 4. d. 49. art. 1. q. 4. ex Arist. 3. topico. c. 1. & 2. & 1. Mag Moral. c. 2. Vnde Arist. 1. Ethi. cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & lib. 10. c. 6. 7. 8. & 10. in operatione, & non in aliqua potentia, vel habitu naturalem beatitudinem constituit. Idem. 12. metaphy. c. 9. vbi id probat alioqui in somnijs posset quis esse beatus; & 10. Ethi. ad Eudemum in fine dicens, considerare Deum, esse terminum, & finem pulcherimum. Et lib. 2. & 7. in operatione beatitudinem constituit, vt &. 7. Politi. c. 3. 1. Mag. Moral. cap. 3. & 4. & lib. 2. cap. 7. & 10. Hinc etiam nec partem supernaturalis beatitudinis alterius vitę in aliquo habitu operatiuo constituā siue in hæreat essentiæ immediate, siue potentiæ, & ideo nec lumen glorię, nec charitas ad essentiam, vel substantiam beatitudinis intrin secè pertinere possunt secus gratia ipsa quæ secundum D. Thomam nou est habitus operatiuus, sedper se videtur expetibills.

Beatitudo supernaturalis non consistit principaliter in gratia habituali, sed in operatione.

Saltem tamen censeo in hoc habitu gratiæ beatitudiinem principaliter non consistere. 1 quia melius vnitur anima Deo, illumq. possidet visione, amore, fruitione, quam gratia ipsa.

2. quia istæ operationes sunt nobiliores gratia ipsa, in maiori autem perfectione potissimum consistit beatitudo, præsertim si est formalior, & vlterior, sic enim magis habet ratio nem finis, & formæ, quia finis est vltimum, & forma materiæ superuenit. Vnde Benedictus in extrauaganti citata. Solum docet videndo Deum, eoq. fruendo, animam esse beatam. Et Philippus, Ioan. 14. ait: *Ostende nobis patrem & sufficit nobis*: quasi beatitudo, & omnium bonorum copia, & sufficientia potissime sita sit in visione Dei. Vnde & Ioan. 17. *Hæc est vita æterna vt cognoscant te. &c.* Et Nazianzenus oratione in plagam grandinis, ait, regnum cę lorum idest beatitudinem, esse contemplationem Trinitatis, se totam cum tota mente missentis. Et Ambrosius. 2. de offici. c. 2. ait, *Scriptura diuina vitā beatā in cognitione posuit, diuinitatis & fructū bonæ operationis.* Et Aug. 12. ciuit. tis c. 1. postquam docuit, beatitudinem creaturæ rationalis esse adhærere Deo, eam adhæsionem potissimum explicat operatione adiungens. *Quam porro magna sit laus adhærere Deo, vt ei viuat, inde sapiat, illo gaudeat, tantoq. bono, sine morte, sine errore, sine molestia perfruatur quis cogitare, digne possit, aut eloqui?* Similia dicit. 1, Cor. 13. vbi etiam Paulus per visionem Dei beatitudinem explicat. *Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem, nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscā sicut & cognitus sum*: Et Ioan. 1. c. 3. *Videbimus eum sicuti est*: Et D. Thom. 1. a. 2. huius quęstionis probat beatitudinem (scilicet omnino, vel prę cipue) in operatione consistere, quia beatitudo est vltima perfectio hominis, hæc autem est operatio, quę est actus secūdus, habitus enim est actus prior, 2. animæ, tex. 2 & 5. ergo in operatione consistit beatitudo. Vnde res dicitur esse propter suam operationem. 2. cæli tex. 17 idst, ad nullum aliud bonum magis ordinari, quam ad suam operationem. Eodem modo loquuntur Valentia in hac q. 3 pun. 2. & alij. art. 2. Abulen. Matth. 5. q. 28. Præterea qualitas gratiæ non tam est expetibilis propter se quam propter gratiam in esse gratię, & amicitię, qua Deus prosequitur affectos illa qualitate, illisq. infundit dona, qnibus ipsum videant & ament, ipsoq. fruantur &c. ergo in illa non consistitit potissime beatitudo. Quare si quis sine illa, vt fieri potest de potentia absoluta, esset gratus. & acceptus Deo, ipsum que videret, & amaret, ipsoq. frueretur, paulo minus beatus esset.

Ex quibus sequitur falsam esse opinionem Bonauenturæ, 4, d. 49 p. 1. ad. 5. asserentis, beatitudinem principalius in habitu, quam in actu consistere. Qui tamen ab Henrico differt, quia habitum istam ponit in potentia, vt patet ibidem, q. 4. Henricus tamen in ipsa essentia animæ, vt patet ex dictis. Dices, essentia animæ est perfectior potentijs, ergo debet *obiectio 1* pius perfici à beatitudine.

R. ita esse, quia melius est esse primum, & remotum principium effectiuum, & susceptiuum operationem, quam proximum, & immediatum, anima autem est primum, & remotum principium effectiuum, & susceptiuum operationum, & in super habitus gratiæ qui est aliqua essentialis, vel substantialis pars beatitudinis. *18. Solutio.*

Dices. 2. glorificationem respondere iustificationi, iustificationem autem potissime, imo & totaliter quantum ad essentiam attendi in substantia animę immediate ergo. *Obiect. 2.*

R. glorificationem non respondere iustificationi, quoad subiectum immediatum, quia *Solutio.*

iustifica-

iustificatio consistit in immunitate á peccato habituali,quod est in essentia animæ essentialiter,ac principaliter,& primario:glorificatio autē in potētia totaliter,vel potissime esse debet,quia cōsistit in vltima perfectione,& quæ propter se expetitur,qualis tantum,vel potissime est operatio.Deinde nomine gloriæ aut gratię consummatæ secundumCaietanum infra.q.110.art.4.nō intelligitur sola beatitudo sed vniuersalis perfectio supernaturalis animæ beatæ,quæconsurgit ex habitu gratiæ,& charitatis,& luminis glotiæ,simul cum visione,& fruitione& alijs huiusmodi. Sicut etiam aliquando nomine iustitiæ intelligitur non solum gratia & carentia culpæ mortalis,sed fides,spes,charitas,& aliæ virtutes,& dona.

Sectco.3.Vtrum in sola operatione beatitudo consistat.

19. 1.opinio. PRIMA opinio est, beatitudinem in actu,& habitu consistere , sed præcipue in habitu.Hæc est Bonauenturæ,& Hērici,quos retulimus, & reiecimus sectione præcedenti: in qua re,licet obscurius locutus fuerit Henricus,magis tamen à veritatis scopo aberrauit Bonauentura,quia in habitu operatiuo dixit beatitudinem præcipue consistere.Nam habitus operatiuus,non propter se,sed propter operationem expetitur,beatitudo autem in solo bono per se expetibili consistit,ergo.

Si obijcias beatitudinem omnino, vel præcipue consistere in magna perfectione,sed habitus operatiuus est perfectior actu,ergo potius consistit beatitudo in habitu operatiuo , quā in actu ipsius.Ratio est Bonauenturæ.4.d.49 q.1.ad.5.& minor probatur à nonnullis , quia habitus est causa efficiens æquiuoca actus, quæ tamen ratio non concludit, quia est causa partialis,hæc autem licet sit æquiuoca,non debet esse nobilior suo effectu, vt recte docet Scotus.4.d.49.q.2.ad.5. Et præterea aliqui non admittunt,habitum esse proprie causam efficientem actus, vt in materia de habitibus referemus.Præterea si ea ratio valeret, etiam actus esset nobilior habitu acquisito, quia hic producitur per ipsum actum.Melius probaretur minor illa, quia habitus habet maiorem amplitudinem quam actus , & est diuturnior natura sua,& permanentior, quia non pendet ab actuali consideratione , vel apprehensione,nec dependet in conseruatione sua à potentia,vt à causa efficiente, nec subest secundum se voluntati, sicut actus,communiter loquendo.

Confirmatur, quia rationes istę concludunt, potentiam esse nobiliorem actu,æque autem militant in habitu,ergo hic quoq; est nobilior actu.Quod multi defendentes, non inde fieri putant,vt in eo integre , aut maxime sita sit beatitudo,quia (inquiunt) non est de ratione beatitudinis,esse perfectissimum eorum , quę in anima sunt,sed esse perfectissimum vinculum vniens cum vltimo fine,seu esse quid perfectissimum in modo actuandi , &esse vltimū actum in suo ordine. Quæ tamen responsio non satisfacit,quia cum vtrumq. sit intrinsece vinculum,si habitus est in se perfectior videbitur etiam perfectior in ratione vinculi, aut explicandum,cur non? Similiter cum de ratione vtriusq. sit afficere subiectum , si habitus est perfectior,perfectius actuabit. Preterea cum beatitudo sit omnium expetibilissima, vt passim docent Aristote.& alij , eo quod est finis simpliciter vltimus, in quem merito reliqua referuntur,erit simpliciter optima, quod passim etiam docet Aristo. ergo si habitus est simpliciter optimus,ac proinde expetibilissimus,in eo erit sita beatitudo,potius quam in actu.Melius ergo diceretur, beatitudinem nō consistere in eo quod in se est melius , sed in eo quod nobis est melius,& expetibilius, licet autem habitus in se sit melior actu,non tamen est melior nobis,nec expetibilior,ideo in eo non est beatitudopotius quam in actu.

Beatitudo potius cōsistit in actu quam in habitu.

Veritas tamen est , actum reliquis paribus, esse nobiliorem habitu,non solum loquendo de habitibus acquisitis,sed etiam infusis,quia acquisiti generantur ex actibus,tanquam ex causis totalibus, causa autē totalis est perfectior effectu:habitus vero infusi non producuntur per actus,quin potius illos producunt , & ad illos omnino sunt necessarij,ergo sunt perfectiores.

20. *conclusio.*

Actus , si cætera sint paria, est melior habitu.

Et confirmatur , quia habitus infusi à solo Deo produci possunt , actus autem eorū producuntur à nobis per habitus ipsos, vel auxilia,& per vires intrinsecas potētiarū,ergo habitus suntperfectiores . Hęc tamen distinctio non placet quia neq. habitus infusi sunt causæ totales actuum,sed partiales,quidquid aliqui dicant,cōtra quos inferius agemus, probantes visionem Dei,& alios actus supernaturales à potētia quoq. immediate procedere, ergo ea ratione, quod habitus infusi sint causæ æquiuocæ actuum,non sequitur esse nobiliores actibus:alioquiidem concedendum erit in acquisitis. Præterea neq.habitus infusi ita sūt necessarij ad actus , vt à nullo alio principio prodire possint , possunt enim prodire, etiam secundum legem ordinariā ab auxilio intrinseco vel extrinseco,vt in materia de gratia docebimus . Præterea sic supernaturalis beatitudo potius in habitu ,quam in actu consistit, quod isti non admittunt:& probatur sequela, quia beatitudo est maxima perfectio animæ

nostræ

nostræ & ideo maxime omnium appetibilis. Præterea habitus etiam infusus est propter actus suos,ergo est minus nobilis,nobilus enim non est omnino,aut præcipue propter ignobilius. 1 Mag.Moral.c.2.& lib.3. topico. cap. 1. &. 2.&.2.phy.sæpe.Cõfirmatur exArist.6. metaphy.cap.8. vbi probat actum esse simpliciter priorem potentia, non solum tempore & definitione,sed etiam substantia,hoc est per fectione(vt explicat Scotus.4.d.49.q.1.) probat autem tertium membrum Aristote.quia omnis potentia est gratia actus, vt inducit.tã in naturalibus,quam artificialibus, actus autem est vltimum,non gratia alterius , maxime,quando est operatio,& non factio , ergo est melior.Vnde concludit fælicitatem in operatione & non in potentia consistere,eadem autẽ ratio probat de habitu operatiuo,ergo neq.in illo consistit felicitas,sed omnino , aut potissime in operatione,tanquam in re perfectiori.

Neq.obstat qnod objiciebatur,habitum esse diuturniorem actu,bonorum autem diuturnius esse melius,vt ait Aristo.3.topico.cap. 1. Respondet enim Scotus.4.d.49.q.2.ad.5. cæteris paribus diuturnius esse perfectius, secus si diuturnius in multis alijs superatur à minus diuturno.Vnde ibidem Atistote.ait, se id non intelligere in multum distantibus,idest habẽtibus,alioqui,& ex alijs capitibus multam distantiam in perfectione.Sed in ills quæ solum differunt pmes maiorem , vel minorem diuturnitatem,&.1,Ethi.cap.7.ait,ex sola diuinitate non iudicari vnum esse simplicter alio melius,actus autem in multis alijs excedit habitum,ergo licet sit minus dinturnus,est perfectior. Aliam Solutionem subiungit Scotus actum beatificum esse æque diuturnum cum habitu ex parte potentiæ,& obiecti, & ex natura sua.Sed tertium membrum in alijs actibus etiam beatificis falsum est : in actu verò beatifico alterius vitę etiam supernaturali,an verumsit,postea expendemus, disputantes vn de visio beatifica perpetuitatẽ habeat. Vtrãque solutionẽ haber Scotus,4.d.49.q.1.art. 2. vbi etiam docet, actum esse nobiliorem habitu.Vtramq.etiam habet Richar.ibi a 1. q. 4. ad.1.Ad aliam vero obiectionem , de maiori extensione habitus quia scilicet respicit habitus plura obiecta, quam actus. R. propterea diximus supra,cæteris paribus,scilicet, saltem æquali extensione substantiali, actum esse melioremhabitu. Adeo tamen potest esse actus intrinsece limitatus,& contractus ex parte obiecti,quod substantialiter,& intrinsecè respicit,vt habitus eo videatur prestantior quod tamen in visione beatifica locum non habet, lumen enim glorię , & visio beatifica æqualis extensionis sunt ex parte obiecti, idem est in amore beatifico,si ad creaturas etiam se extendat, quod tamen liberum est .In reliquis etiam habitibus,idem erit, si de quolibet obiecto datur suus habitus distinctus,saltem partialis. Si vero idem simplex habitus respicit omnia obiecta cum actus singula respiciant, habitus videbitur perfectior quolibet actu, ni si dicatur habitum imperfectissime respicere illa obiecta,quia debet aliquidilli addi,vt hoc vel illud proxime, & determinate attingat, eiusq.cognitionem, vel appetitum causet, & ideo omnem , vel saltem aliquem actum esse nobiliorẽ habitu, quia hæc est magna excellẽtia in actu , vt propter illum sit habitus. Ideo Scotus illa solutione quinti argum. simpliciter,& sine vlla distinctione ait,actum esse nobiliorem. Subinngit autem aliam rationem, scilicet,quia actus est capax maioris intensionis,quam habitus. Quæ ratio mihi non placet, nititur enim falso fundamento,scilicet accidentia non posse in infinitum intendi, quod suo loco reijcietur. V ide Maiorem 4.d.49.q. 2.in principio vbi ait,secundum Aristo. & veritatem,fælicitatem huius vitæ in actu consistere,sed secundum Stoicos consistere in habitu virtutis:& horum opinionem stando in lumine naturæ esse probabilem , vel qu a habitus actu est præstantior, vt ait Altisiodo,vel quia virtus actum prõptissime gignit,& illum in radice continet,& est permanẽtior,neq.vllo modo tolli potest nisi per contrarium:nec requiritur,inquit, quod fælicitas sit qnid optimum simpliciter,& in se,sed sufficit in sua proxima causa.Ait etiam pro Stoicis esse , alias homo dormiens beatus non esset, quia non operatur actu secundum virtutem.Sed pro Peripatecis responderi posse, satis esse ad humanã beatitudinem,si operatio pro loco,& tempore exerceatur,nec esse absurdum si in somno interrumpatur.Verum de naturali, & supernaturali beatitudine huius vitæ postea differemus, in supernaturali autem alterius vitæ hęc obiectio locum non habet. Vide etiam Richar.4.d.49.a.1.q 4 vbi docet, actum esse nobiliorem habitu, ideo in eo proprie consistere beatitudinem,licet beatitudo extenden do nomẽeius possit dici habitusgloriæ.

21. *in habitu operatiuo nec essentialiter, nec principaliter, nec minus principaliter sita est beatitudo.*

Ex dictis ergo patet, in habitu operatiuo, neq.principalius,neq.minus principaliter sitã esse essentiam,vel substantiam beatitudinis,vt docent Sotus,Scotus,Richardus,locis citatis.

Vnde,si nullus ponatur habitus in anima, qui non sit operatiuus, vt censent omnes,qui putant gratiam , & charitatem idem esse, vt Scotus,2.d.26.q.vnica & 27.q.vnica cum Bonauentura , & alijs referendis in materia de gratia,nullo modo in habitu beatitudo consistit,sed in sola operatione, vt consequenter tenet Scotus illa.d.26.& in.4.supra. Idem et ã

tenet

tenet Scotus. Maior, Richardus, supra, & supplem, Gab. 4.d.49.q.2.& est mens D. Thom. & omnium eius discipulorum, art. 2. Abulen. Matth. 5.q.28. Valentiæ disp. 1.q.3. puncto. 2. & sequentibus.

22. *dubium.* In opinione tamen D. Thom. & aliorum poëentium, gratiam esse habitum non operatiuum, supereſt difficultas, an possit ad substã tiam, vel essentiam beatitudinis pertinere nõ principaliter, hoc enim iam est reiectum quæstione precedenti, sed saltem minus principaliter. Supponendum tamen est aliquid posse esse de substantia, & non de essentia, vt manus est de substantia, & integritate hominis, et non de essentia.

Conclu. Gratia habitualis est de substantia nõ tamen de essentia beatitudinis. Quo supposito dico, habitum gratiæ, non esse de essentia beatitudinis, esse tamẽ de eius substantia. Prior pars probatur, quia id tantũ est de essentia beatitudinis, siue quo appetitus non satiatur, sed manet inquietus, vt recte Valentia disp. 1.q.3. in principio, & puncto 4. in quinta probatione tertiæ conclusionis. Sed etiam si homo careret qualitate gratiæ, eius appetitus non maneret inquietus. neq. illam cum inquietudine, & affectione desideraret, ergo non est de essentia beatitudinis. Et sic verum est quod dicunt authores dudum relati, beatitudinem essentialiter consistere in sola operatione. Posterior autem pars (quæ videtur cõtra Cõra. & alios recentiores. q.3.a 2 Richardum, 4.d.49. Scotum. q. 2. suppl. q. 2. art. 2 conclu. 1. Sotũ. q. 1. att 2. conclu. 1. AEgidium. 2.d.5.q.2.a.2 Argentinam q. 1.a.4. & alios, qui simpliciter in operatione beatitudinem constituunt) probatur: quia ad substantiã beatitudinis pertinet omne id, quod de se est bonum, & expetibile, sed gratia est huiusmodi: ergo est de substantia beatitudinis.

1. pars probatur.

2. pars probatur.

Confir. quia id est de substantia, cum quo anima est beatior, sed cum gratia perficiente essentiã animæ, anima erit beatior vt cõcessit Scotus. 2.d.26. ex hypothesi, quod gratia sit in essentia animæ ergo gratia est de substantia beatitudinis. Quod verum est, etiam si loquamur de gratia in esse gratiæ, seu de amore quo Deus nos amat, est enim magnum bonũ nostrum extrinsecum iuxta Chrysostomum, homilia, 64. ad populum, vbi ait: *Hoc omnium maximum est, Christum amatum simul & amatorẽ habere. si hoc enim in hominibus contingens superius omni voluptate est, cum hæc vtraq; circa Deũ euenerint, quis sermo, quæ mens exprimere poterit huius animæ beatitudinem? Nulla profecto, sed experientia sola.* Et saltem ea gratia, isq. amor amicitiæ diuinę est necessarius ad beatitudinẽ, vt causa efficiens illius. Patet ex D. Thoma. 3.d.27.q.2. asserente, felicitatem super naturalem requirere amicitiam Dei, quia cum illa felicitas non sit connaturalis, à Deo amico communicanda est.

De gratia autem vniouis, quæ est in anima Christi, puto non esse felicitatem, nec partem felicitatis, licet enim sit nobilior gratia habituali, & beatifica delectatione, ac visione, vt late docui 3.par quæs. 2. & fatetur, S. Thom. 3.par q. 2. art. 9. & 10. ad 1. & q. 4. art. 1. ad. 2. & reliqui cõmuniter: tamen est quid substantiale, & beatitudo tota est accidens. Item beatitudo est perfectio suppositi, vel quę potest conuenire supposito: vnio autem hypostatica non potest supposito conuenire. Item beatitudo est quid speciale intellectuali creaturæ, vnio autem hypostatica est communis creaturæ non intellectuali, quia Deus posset eam assumere in vnitatem suppositi.

23. *gratia vnionis nõ est pars beatitudinis animæ Christi.*

Dices, vnio cum creatura rationali est personalis, & spiritualis, nec potest conuenire rebus corporeis.

R. præcipuum in vnione personali esse quod sit hypostatica, vnde si ea ratione nõ beat, nec vt personalis est, beare poterit, & alioqui cum vniones naturę humanæ, & Angelicæ sint diuersæ rationis, & similiter vniones cum vna natura Angelica, & cum alia, infinite poterũt multiplicari beatitudines secundum speciem, cum tamen omnis beatitudo debeat esse cõmunis omni creaturę rationali.

Præterea, beatitudo satiat appetitum naturæ rationalis, vtsic vnio autem hypostatica non satiat appetitum naturæ rationalis, vt sic, ergo, non est beatitudo animę Christi.

Sectio. 4. Vtrum operatio, in qua essentialiter beatitudo consistit, debeat esse elicita à beato.

24. *1. opinio.* QVIDAM dicunt, non esse elicitã à beato, siue ea sit visio, siue amor, siue delectatio, siue aggregatum ex duabus, vel tribus his operationibus (de quo postea). Ita tenẽt Ochã. 1.d.1.q.2.concl.2. & 2. sententiarum q.19.concl.3.& lib.4.q.13.art.5.dub.6. Gab. 1.d.1.q.2.artic.2.conclu.4 & 3.d,14.q. vnica, art.1. Marsilius. 3.q.10.art.2.par.1. opinio. 4 post secundam conclusionem, (licet de sola visione loquatur) Aliacen 1.d.1.q.2.art. 1. post quartam conclusionem, supplem. 4.d.49 q.2. art.3.dub.2. Bassolis. 4.d.49.q.1.art.1. Nicolaus Nisse in resolutio. fol. 57. Almainus. 3 d. 14.q.1. Videtur etiam Paludani. 4.d. 49. q.1. art.2. cõclu.3.& a.3.ad.3. dinstãtiã,& d.44. q. 7.num.59. de visione id probabile putat Richardus. 4.d.49.a.3.q.1. licet probabile eiam existimet oppositum. Et eadem d.art.2.q.4. fruitionem putat esse effectiue à voluntate quod etiam docet illo art.3.q.1. Item 3 d.14

art.

art.1.q.3. vtrumq.de visione defendit; Maior etiam.3.d.14.q. 2. probabile putat,visionem procedere à solo Deo efficienter,fruitionem vero etiam á voluntate beati. De Scoto vero ait Ouandus 4.d. 49. prop. 8. semper loqui conditionaliter , & dubitatiue,vt patet 4.d. 49.q.11.& 12.& 3.d 13.q.4.d.14. q. 1.art. 2. sed sane Scotus quodlib. 14.art. 2. expresse docere videtur: visionem Dei à nulla recreata ,sed à sola voluntate diuina produci. Idem videtur dicere Durandus eadem. d. 49. q. 2. num.28.&.3.d.14.q.1.num.9.

1. argum. Probant Ocham,Marsil.& Gab.1.quia visio,vel fruitio beatifica non est minus excellens & supernaturalis,quam habitus gratiæ, vel charitatis,sed forte magis,sed habitus gratiæ,& charitatis est à solo Deo propter suam excellentiam, & magnam supernaturalitatē, ergo similiter visio,& fruitio beatifica.

2. argu. 2.præmium debet proficisci solum ab eo qui remunerat,sed illa operatio est præmium beati ergo est à solo Deo,qui beatum remuerat.

Confir. Confir.alioqui seipsum homo bearet,quod non videtur concedendum.

3.argum. 3.si fruitio esset actus à voluntate elicitus, cum voluntas sit libera , poterit non elicere talem actum,& sic beatus mera volūtate sua poterit interrumpere suam beatitudinem.Et idem argum.fit in visione , intellectus enim quoad exercituum actus obtemperat voluntati.Eodem argum.probat Ocham 2.q.19.actus intellectus , & voluntatis,quibus damnati torquentur,esse effectiue à solo Deo , vt actum quo desiderant esse beati,& liberi à pena,alioqui enim possent tormentum depellere,de odio vero docet esse effectiue ab eorū voluntate,ideoq.ab illo cessare posse,licet oppositum ei inponat Maior.4.d.45.q.9. in fine.Asserunt tamen Ocham,& Aliacen in beatis esse duos actus fruitionis,alterum necessarium ,& beatificum productum à solo Deo, alterum vero liberum,non beatificum productum à voluntate beati.

4. argu. 4.si intellectus effectiue concurrit ad visionem, ergo melior intellectus cum æquali lumine melius videbit Deum, & sic æquales in merito,non erunt æquales in præmio.

5. argu. 5.quia simplex apprehensio non causatur effectiue à potentia,sed visio Dei est simplex apprehensio,ergo.Hoc est argumen.quorundam apud Richardum supra, qui videtur illud approbare.

6. argu. 6.suprema forma naturalis scilicet anima rationalis est à solo Deo , ergo & suprema forma supernaturalis,scilicet visio beatifica.

7. 7.quia Psal.83.dicitur gratiam & gloriam dabit Dominus.

8. 8.qua Aristoteles.3.,quimæ,cap.9.ait,intelligere est quoddā pati.

9. 9.visio non potest produci nisi per creationem,nulla autem creatura potest creare principaliter,aut instrnmentaliter,ergo.

25. conclusio operatio beatifica producitur à beato. Tenendum tamen,operationem beatificā productam esse à beato : vt tenent Olcot. in determina.q.8.art,1.Maior.4.d.49.q.9.& 10 Sotus.q. 2.art. 3.conclu.1. Vazquez hic disput,9.cap .3.Valentia disputat.1.q.3.puncto.4.dubitat.1.&.1.par q.12.puncto.3.Molina.& omnes recentiores ibi,art,5. vbi idem asserit D, Thom in corpore, & ad argum. & a.2.& alibi sæpe,Ferrara.3.contragentes,cap. 54.Capreolus.4.d. 49. ad argum. contra secundum conclusionem: Palacios,q.1. Angles in 4. q.de beatitudine , art.2. Ouandus.4.d. 49.ptop.8.idem tenuit Petrus Aliacensis, sibi contradicens, vt ait Almainus supra: nisi cum Vazquez sup.cap.1.dicamus Ocham,& Aliacensem existimasse in beatis esse duplicem visionem Dei,vnam à solo Deo productam,alteram à beato, & in prima quæ non, est beato libera, sitam esse beatitudinem quod etiam probabile putarunt Maior & Gab.locis citatis;omnes q.recentiores hic a. 2.vbi Medina id tribuit Scoto. Quia ideo dixit meliorem intellectum cum æquali lumine melius videre Deum , vt suo loco referemus.Sed.4.d.49 q.11.dubius manet,an visio sit elicitiue a potentia,fruitionem autem, ait, elici à voluntate per charitatem,nam secundum fidem manet in patria : maxime autem manere videtur ad eliciendam fruitionem, quetiā dixerat 3.d.14.q.4 & 4.d.50. insinuat intellectum concurrere actiue ad visionem Dei.

16. optimo posita impugnatur 1. ratio. censura cōtrariæ opinionis Medina priorem sententiam putat suspectam in fide , & hæresi valde proximam, Ouandus sapere hæresim.1.quia in Clementina ad nostrum de hæreticis, dicitur lumen gloriæ esse necessarium ad videndum Deum, ergo intellectus lumine gloriæ concurrit actiue,vt argumentatur Caietanus.1.p.q.12.a. 5,Ferrara.3 contragentes cap.54.

2. 2.quia in Tridentino sessione6.cano.4.sub anathemate diffinitur nos aliquid efficere ad nostram iustificationem, ergo aliquid etiam efficimus ad glorificationem.

3. 3.quia certum videtur lumine naturæ,omnem actum intellectus,vel voluntatis esse elicitum ab illis,imo aliqui putant inuoluere cōtradictionem , eiusmodi actus non procedere à potentijs,quibus insunt. Sed hæc parum vrgent,vt illo cap.3. docet Vazquez. Ad. 1. enim dici potest,lumen gloriæ requiri ad videndum Deum,non vt necessarium ad eliciēdam visionem,sed ad recipiendam . Sicut lumen requiritur in aere ad recipiendas spe-

cies

cies,& secundum aliquos in oculo ad recipiẽdam visionem,iuxta Scotum autem, qui, quæstione illa 11.ait,non esse necessarium ad recipiendam visionem dicere quis absque hęresi posset in ea extrauaganti sermonem esse non de lumine,quod est qualitas,sed de lumine extrinseco,quod est virtus Dei supernaturaliter causans visionem sui;quamuis hæc interpretatio non sit legitima,nec ab omni nota illam sententiam excusare potest.

Ad.2.potest dici,in Tridentino non definiri iustificationẽ ipsam,vel iustitiam, & gratiã secundum se esse effectiue à nobis,siquidẽ cõmuniter tenetur oppositum, sed tantum esse à nobis dispositiue,quia actus contritionis & charitatis est à nobis vt docuit D.Thom.2.2. q.23.art.2. Et ita 1.Ioan.3. dicitur; *Omnis, qui habet hanc spem sanctificat se:* & idem poterit dici de gloria ad quam adulti per actus meritorios disponũtur. Vnde argumentum potius videtur ad oppositum,quia gratia secundum se non est à nobis, ergo nec gloria, & sauet id Psal.83. *gratiam & gloriam dabit Dominus.*

Ad.3. dici potest, non esse certum lumine naturæ,omnem actum intellectus, & voluntatis esse elicitum à potentia; imo quidam sentiunt, nullam intellectionem esse elicitam ab intellectu,quia intelligere est quoddam pati vt ait Aristot.3.ánimæ,cap.4. Et quidquid sit, de alijs actibus, in quibus longe probabilius est,elici à potentijs;vt docet Iauellus, 9.Metaphy.q.6.& de cognitione probat Scotus 1. d. 7.q.3.& tenet communis cum August.11. Trinit.cap.2.dicente, à visibili, & vidente gignitur visio,& 9.Trinit.cap.12.à cognoscente,& cognito paritur notitia,videtur specialis ratio de operatione beatifica propter eximiã suã perfectionem,et supernaturalitatem.

27 *De potentia absoluta esse intellectionem, & quomodo beatus esse in intellectu mere passiue se habente.*

Et saltem de potentia absoluta posse intellectionem,& volitionem,vt sunt in genere qua beatis esse in potentijs suis mere passiue se habentibus. Docet Valentia supra, imo & ipse Medina fatetur,& mihi est verisimum. Vellosillis autem aduertentijs ad Ambrosium,quęsito.14.(licet neget intellectionem esse qualitatem)docet posse produci à Deo,in intellectu mere passiue se habente.Idem Maior.3.d. 19.q.3.& 4.d.12.q.1.ad.5.& d.49.q.9.in fine. & quæst.16 Angest.in moral,cap.14.fol.94. Capreolus,2.d.37.quæst.1.art.2.ad.5. Gregorius etiam 4.d.49.quæst.4.art.3.ad 4.ex dubijs, quæ quarto loco adducta sunt; Gregor. 1.d.42.quæst.1.art.2.ad.1. contra secundam conclusionem,Ferrariensis,3. contra gentes, cap.54.ad.4. Soncina. 9.metaphy.quęst.20. & 21. Sotus. 4.dist.49. quæst.2.art.4. Vega, 6.in Trident.cap.8. Scot.3.d.13.§.ad.3. quæstionem, & sauet, 1.d.3.quæst.8.§. respondeo, Caietanus, 3.p. quæst.9. art.1.& 1.p. quæst.12.art.5.& quæst.26. art.3. & Valentia 1.p.q.12.puncto.3.& omnes citati pro prima opinione;refertur etiam Olcot, quodlibeto 8. art.3. Victoria, & alij citandi disputatione 5. sectione, 4. Neque verum est quod dicunt Sotus, & Ferrara supra, & Capreolus. 4. d. 49. quæst. 4. art. 3. ad. 3. Scoti contra secundam conclusionem, scilicet, illam qualitatem seu actum,si à solo Deo ponatur in anima,non denominare animam videntem, amantem, vel operãtem, nam illa qualitas intrinsece est visio,vel amor, & operatio de genere qualitatis,cuius effectus formalis primarius est reddere videntẽ,vel amantem, & operantem,ergo impossibile est esse in subiecto,quin conferat illi eiusmodi effectus,vt late,& bene docet Vazquez, illa disputatione, 9. cap. 4. & 5. Omissis ergo illis argumentis Medinæ,& aliorũ probatur conclusio,quia licet actus vitales possint de potentia absoluta produci à solo Deo,tamen non est illis connaturale fieri sine concursu potentiæ in genere causę efficientis, neq.est vlla ratio fingendi hic miraculum,ergo vere fiũt à potẽtia, & alioqui propter hos actus non dicetur homo viuere, quod falsum est,quia beatitudo vita æterna dicitur, Math. 19.Rom.6.Ioan 17. Vel forte non posset dici beatus, quia beatitudo ex multorum sententia in actione degenere actionis,& nõ tãtũ de genere qualitatis consistit,& alioqui(inquiũt) si lapis potest recipere visionem,licet nõ possit eam producere, poterit esse beatus.Præterea dilectio Dei in via est elicita à nobis,ergo in patria.Par enim ratio est.Antecedẽs patet alioqui non esse libera, & alioqui falso Trid. supra definiret,nos aliquid cooperari nostræ iustificationi, quia præcipue disponimur ad illam dilectione. Et præterea cum iuuenis ille, Math.19.interroguit: *Quid faciendo vitã æternã possidebo* male Christus dixisset;diliges,si enim dilectio nõ est elicita à nobis, nõ dicetur fieri à nobis.Confir.nam dilectio, & alij actus supernaturalis fiunt à nobis,ex Triden. sessione 6.canon.4. ergo quamuis visio, vel fruitio Dei sit actus supernaturalis fieri illæ à nobis poterũt,cur ergo reipsa nõ fiẽt? Præterea de fide est,Deũ à beatis clare videri,Ioã.17.1.Ioã 3.1.Corinth.13.hoc autẽ debet accipi secũdũ modum ordinarium, quo visio accidere solet modus vero ordinarius est,vt visio, sicut quælibet alia actio immanẽs,& vitalis,proficiscatur ab operante. Quod cum ita sit(ait Valentia)apparet illos authores,in re graui non satis tuto defendere singularem suam opinionem maxime cum eorum rationes facillime refelli possint, & ad maiorem perfectionem beati spectet, vt efficiat actum in quo beatitudo consistit, quia nobilius est agere, quam pati, & cum beatitudo naturalis, cui assimi-

latur supernaturalis, sit operatio a nobis elicita, vt patet ex Aristotel. 1. Ethi. cap. 10. asserente fælicitatem esse actionem profectam ab optima virtute. Et ibidem ait, consonum est etiam ipsi rationi, & id quod dicitur fælicem inquam bene viuere, beneq; agere, finis enim bona quædam vita bonaq. actio dictus est. Et paulo post ait, in operatione virtutis fælicitatem consistere, & non in habitu, nam qui habitum habet potest nihil boni efficere, qui vero operatur fieri non potest, quin aliquid boni efficiat; qui namque operatur, agit vtique necessario, & bene etiam aget. Et eodem sensu ait cap. 3. fælicitatem in operatione consistere, & 9 metaphys. tx. 16. fælicitatem esse quandam vitam. Confirm. ex Aristotel. 2. animæ in multis locis docente, actus immanentes esse elicitos a suis potentijs. Idem 9. metaphy. tx. 5. vbi speciatim de intellectione docet esse actionem immanentem, ac proinde postulare, vt ab eo principio procedat, in quo recipitur, sed visio beatifica fit modo maxime connaturali, ergo fit ab intellectu, in quo recipitur.

28. *Essentia Beatitudinis nõ cõsistit in productione qualitatis intellectualis, sed in ipsa qualitate.*

Cum autem in intellectione sit, & qualitas, & qualitatis productio actiua, & passiua, in qualitate sola reperitur tota essentia Beatitudinis, quia actio, & passio supra qualitatem nihil addit nisi relationem transcendentalem, vel prædicamentalem, quæ non tanti momenti est, vt si abesset inquietus esset animus, & cum anxietate, & inquietudine ipsam expeteret, sed sola qualitate, satiatus abunde esset.

Si obijcias Aristotel. 10. Ethico. cap. 3. dicentem operationem virtutis non esse qualitatem, neque fælicitatem ipsam esse qualitatem. R. loqui de pura qualitate, sentireque fælicitatem, & operationes virtutum, & esse qualitates, & actiones de genere actionis, licet essentialem rationem fælicitatis non habeant ex ratione actionis, de genere actionis, sed de genere qualitatis.

29. *Dubium.*

Maior autem difficultas est, an actiones istæ de genere qualitatis contineant secundum se totam essentiam Beatitudinis, an vero ratione termini per eas producti, secundum eos qui tenent, per qualitatem intellectionis produci verbum realiter distinctum ab intellectione; & similiter per qualitatem amoris produci impulsum, & impetum quendam realiter distinctum ab ipsa actione amandi, etiam vt est de genere qualitatis. Videtur enim secundum eam opinionem in verbo, vel impulsu illo potius consistere Beatitudinem, cum sit vltimus terminus, ad quem ipsa actio ordinatur, & ratione verbi anima sit intelligibiliter Deo similis, non ratione intellectionis, quæ non est imago, & expressa similitudo obiecti, sed quędam tendentia, & motus in illud: illeq. impulsus sit nexus, & vinculum, quo anima vnitur ipsi Deo.

Ego in ea opinione, quam, 1. par. quæst. 27. docui esse de mente D. Thom. in vtraque qualitate essentiam Beatitudinis collocarem, quoniam vtraque per se valde expetibilis est, & sine vtraque non esset anima satiata, vel quieta: & propterea censeo omnino dicendum esse beatos producere verbum, de quo postea disputabimus.

Conclus. In opinione asserẽte verbũ, & intellectionẽ esse duas qualitates realiter distinctas dicendũ est vtrãq. esse de essentia Beatitudinis.

Ad. 1. R. 1. visionem, & fruitionem beatificam, licet sint perfectiores habitibus gratiæ, & charitatis, alijsq. huiusmodi, tamen esse minus supernaturales, quia respiciunt principium totale creatum, & compositum ex potentia naturali, & habitu supernaturali; habitus vero illi respiciunt totale principium supernaturale, & increatum.

30. *Ad argumẽta contrariæ opinionis.*

R. 2. licet daremus æquè supernaturales esse, non tamen eadem esset ratio, quia habitus supernaturales tribuũtur vt principia necessaria adiuuantia potentias ad suas operationes, aut per modum substantiæ supernaturalis, vt patet in habitu gratiæ, qui dat esse supernaturale veluti substantiale, & ideo huius modi habitus non possunt a nobis produci, sal tem id non petunt, vt latius tractatu de habitibus. Actus vero immanentes, aut vitales ex sua natura petunt, esse ab operante, siue sint naturales, siue supernaturales, quoad hoc siquidem par est ratio, ideo visio, & fruitio beatifica à beato elici debent.

Ad. 1. 1. solutio. Habitus infusi sũt magis supernaturales quã ipsorũ actus.

3. R. quidam iuniores lumen gloriæ esse perfectius visione beatifica, & charitatem amore. Hoc tamen nec facile credam, nec ad argumenti confutationem necessarium est.

2. solutio. Quare actus naturales non producãt habitus supernaturales.

Ad. 2. R. præmium posse etiam esse ab eo qui illud recipit, potestate tamẽ collata ab eo qui præmium confert, ipsoq. cooperante, vt apud nos aliquid efficere, quod fieri nõ posset, nisi potestate Regis, & cooperante Rege, posset premium esse; & licet id posset fieri à solo Rege, magis æstimaretur, si fieret à subdito per potestatem, & auxilium Regis.

3. solutio. Ad. 2.

Ad confirmationem R. non esse absurdum, sed potius pertinere ad liberalitatem Dei, & dignitatem hominis, vt adiutus à Deo suam Beatitudinem efficiat.

Ad cõfir.

Ad. 3. R. 1. si in actu voluntatis consistit Beatitudo, necesse est dicere illum non esse liberum, vt docet D. Thom. etiam si in illo Beatitudinem non constituat, & nos postea idem docebimus.

Ad. 3. In actu libero non consistit Beatitudo

R. 2. si actus esset liber, beatitudo non consisteret in illo secundum se, sed in proxima aptitudine

apetitudine exercendi illum pro libito ; si mul cum vsu illius potestatis frequenti,& ordinario , & sic,etiam si per breue tempus suspenderet homo actum,non diceretur beatitudinem interrumpere:prolongo autem tempore suspendere actum non posset. Sicut quidam constituunt beatitudinem naturalem in contemplatione , & operatione; quæ in somno interrumpitur , tamen non ideo dicitur interrumpi beatitudo naturalis, quinimo etiam cum homo dormit beatus est , si postea est conuenienter operaturus vsque ad mortem , de tristitia autem damnati,vtrum sit ab eo elicita loco suo dicemus.

Ad 4. Ad. 4. R. non militare contra processum actionis beatificę â beato, sed contra opinionem asserentem procedere à beato, non solum per qualitatem supernaturalem, sed etiam per potentiam immediate concurrentem cum supernaturali qualitate ad efficiendam ipsam actionem, de quo postea disseremus. Nunc satis est dicere argum. neque contra illam opinionem vrgere, quia dici potest habentibus æqualia merita non tribui æquale lumen, ideo visione beatificas posse æquales , vel meliorem intellectum cum æquali lumine non melius videre.

Ad .5. Ad. 5. R. etiam simplicem apprehensionem effici à potentia, præsertim si eadem apprehensio sit iudicium, vt est visio beatifica.

Ad. 6. Ad. 6. R. negando consequentiam, quia hæc forma est accidētalis & actus vitalis: ideo debet esse à subiecto proprio.

Ad. 7. Ad 7. R. Dominus dicitur gloriā dare quia præcipue illam efficit per lumen gloriæ, & essentiam suam concurrentem instar formæ intelligibilis.

Ad. 8. Ad. 8. R. non velle Aristote. quòd intelligere & sentire sit quodd ā pati , quia pura passio ,sed quia sola passio sufficit vt homo dicatur intelligens ,& sentiens, vel quia magna ex parte est ab obiecto per speciem.

Ad. 9. Ad 9. Capreo. 4 d. 49. q. 4. art. 3. ad argu. Aureoli, & Stoti contra secundam conclusionem,tenet,illam visionem, vt est visio fieri ab intellectu ,vt tamen visio beatifica est, fieri à solo Deo, quia vt sic,creatur. Sed R. talem visionem non creari,quia educitur de potentia animæ, àqua pendet in esse,fieri, & conseruari,sicut alij actus,& habitus supernaturales quoad substantiam. Et illa distinctio Capreoli impertinens est, quia illa visio est à creatura , ergo etiam vt beatifica oritur à creatura. Præterea sicut beatifica ,non fit, sed creatur à Deo,ergo vt beatifica,est independens à subiecto,quod falsum est.

Sectio. 5. Vtrum beatitudo consistat in operatione intellectus, vel voluntatis, vel vtriusq. potentiæ.

PRIMA ,opinio est, beatitudinem in solo actu voluntatis essentialiter consistere. Nullus autem dicit eam esse sitam in solo amore concupiscētiæ, quo quis sibi Deū vel,aliud bonum concupiscat. Cuius ratio esse potuit, quia hic amor valde imperfectus est , & non tam propter se expetibilis, quā propter possessionem boni concupiti,ergo in illo solo nō consistit beatitudo. Sed si solo aliquo amore consistit , consistet in amore amicitiæ erga Deum,in quo sensu hanc sententiam expresse tenent Scotus. 4 d. 49 q. 3. 4. &. 5. nouissime Constantius Sarnanus Cardinalis, in directorio Theologico,verbo beatitudo,vbi ait: Beatitudo nō cōsistit in aliquo velle cōcupiscentiæ,sed amicitiæ. Idē tenet in conciliationibus super. 4. sentēti in fine: & AEgidius quod lib. 3. q. 19. Henri. in summa Theologiæ,art. 49. quæst. 6. 21. 1. opinio beatitudinem consistere in amore Dei.

Pro hac sententia est. 1. Augusti. sermo. 53. de tempore dicens. *Charitatem ,omnium esse arcem virtutum , promissionem regni , præmium sanctorum in cælo , quia in perenni regno nihil gratius,nihil dulcius habent sancti perfecto amore Dei.* Et epistoia. 51. *Vna virtus erit, & id ipsum virtus , præmiumque virtutis,quod dicit in sanctis eloquijs homo, qui hoc amat : mihi autem adhærere Deo bonum est Psalm. 72. Hæc ibi erit plena ,& sempiterna sapientia , eademque veraciter uita iam beata,peruentio quippe est ad æternum,ac summum bonum , cui adhærere in æternum est finis nostri boni.* Et. 1. de doctrina Christiana ,cap. 32. *Summa merces hæc est, vt Deo fruamur* : Frui autem vt ibi definierat, capitu. 1. est amore adhærere alicui rei propter seipsam. Fauet etiam Chrysostomus homilia .64. ad populum : *Capiamur hoc amore scilicet Dei, huic enim par nihil, & propter præsentia ,& propter futura . Quoniam in super ipsam amoris naturam liberabimur , & à præsentis vitæ , & à futuri sæculi supplicijs , & regno fruemur. Veruntamen neque gehēnæ absolutio , neq. regni delectatio magnum aliquid est ed id, quod est dicendum , hoc enim omnium est maximum Christum amatum simul , & amatorem habere . Si enim hoc in hominibus contingens superius omni voluptate est , cum hæc vtraque circa Deum euenerint, quis sermo , quæ mens exprimere poterit huius animæ Beatitudinem ? nullā profecto,sed experientia sola.* 1. argum

2. quia Beatitudo est vnica operatio,ea-

que perfectissima, atque perfectissimæ virtutis vt patet ex Aristo. 1. Ethi. cap. 7. vbi ait; *Operatio animæ ex virtute bonum humanum efficitur, si plures habet virtutes, ex optima, & perfectissima.* & 10. Ethicor. cap. 7. *fælicitas est ex uirtute operatio, quæ præstantissima est*: & quamuis loquatur de Beatitudine naturali: eadem tamen ratio est de supernaturali, sed talis est amor amicitiæ erga Deum, ergo in ea consistit essentialiter Beatitudo.

1. proba. minoris. Minor probatur, quia amor eminet inter omnes actus voluntatis, inter amores autem amor Dei, inter amores autem Dei, amor amicitiæ ipsius. Rursumque amor iste est nobilior omni actu intellectus: quod probatur ex Paulo. 1. Corin. 13. dicente: *Maior autem horum est charitas.* Si dicas comparare actum charitatis ad actus reliquos, qui sunt in via, non autem ad visionem Dei *Solutio.* in patria. Contra est. 1. quia D. Thom. 1. *Replica.* par. quæst. 106. art. 6. ad 3. ait, etiam in beatis Angelis superiorum cognitionem, & præcipue Dei præeminere dilectioni eorum, quia superiora nobiliori modo sunt in se ipsis, quam in inferioribus, inferiora vero nobiliori modo in superioribus, quam in se ipsis: intellectus autem attingit res in se ipso, voluntas vero fertur ad res, vt in se ipsis sunt. Et eodem modo loquitur. 3. dis. 27. quæst. 1 art. 4. & 1. par. quæst. 82. art. 2. & 3. & hac ratione D. Thom. 1. part. quæst. 108. art. 6. cum Diony. cap. 7. 8. & 9. cœlestis hierarchiæ; & Grego. homilia, 24. in Euangelia, docet, inter Angelos ordinem Seraphinorum eminere, qui ordo sumitur ab amore. Idemque docent alij Theologi, ergo amor est potiorsimus actus etiam comparatione eorum, qui sunt in Patria.

Confir. 1. Confir. 1. quia si amor in via est perfectior, ergo & in patria, sicut enim actus perfectissimus voluntatis in statu imperfecto, est melior perfectissimo actu intellectus, ita in statu perfecto.

Confir. 2. Confir. 2. quia perfectissimus actus voluntatis in ordine naturali, est melior perfectissimo actu intellectus, ergo similiter in ordine supernaturali, par enim ratio esse videtur.

2. probat. minoris. 2. probatur eadem minor, quia illud est melius, cuius oppositum est peius, sed odium Dei est peius, quam hæresis, vel error circa diuina, ergo Dei dilectio, cui odium opponitur, est melior quam visio cui opponitur, hæresis, & error circa diuina.

3. proba. minoris. 3. probatur eadem minor, quia posteriora generatione, solent esse priora perfectione, 9. metaphy. sed amor est posterior generatione, ergo prior perfectione.

4. proba. minoris. 4. probatur eadem minor, quia nobilissimus actus nobilissimæ potentiæ est nobilior nobilissimo actu potentiæ ignobilioris, sed voluntas est nobilissima potentia, ergo amor Dei qui est nobilissimus actus ipsius, est nobilior visione Dei, quæ est nobilissimus actus intellectus. Voluntatem autem esse nobilissimam potentiam, etiam comparatione intellectus, tenent non solum authores huius sententiæ, sed etiam multi referendi pro quarta sententia, qui dicunt, amorem esse principaliorem visione. Idemque tenuit D. Thomas, 1. d. 1. quæs. 1. vt obseruauit Ocham, eadem d. quæs. 2. infine: qui tamen ibi, & Maior 4. d. 48. quæs. 5. tenent, eandem potentiam esse, & ideo intellectum non esse nobiliorem voluntate. Sed si distinguuntur, nobiliorem esse voluntatem. Probatur, quia est formaliter libera, mouetque alias potentias, vt earum domina, & attingit bonum etiam summum, vt bonum est, non vero intellectus.

3. argu. 3. principaliter suadetur hæc sententia, quia Beatitudo consistit in perfectissima consecutione vltimi finis, sed amore perfectissimo consequimur vltimum finem, scilicet Deum, non autem cognitione, ergo in amore consistit Beatitudo, & non in cognitione. Minor probatur, quia obiecti tractio, possessio, repræsentatio, & assimilatio intentionalis nõ est simpliciter & absolute eius consecutio, vt patet in diuitijs, vera autem consecutio finis est vera vnio cum illo, vera autem vnio cum Deo est per amorem, vt docet Augustinus, 10. Trinita. cap. 4. & D. Tho. 3. contragentes, cap. 116. & colligitur ex Diony. cap, 4. Diuin. nom. & cap. 7. cœlestis hierar. dicente; amantem amore ipso conuerti, trãsformari, & transferri in amatum; & ex illo 1. Corint. 6. Qui adhæret Deo vnus spiritus fit cum eo, & Hugo Victorinus lib. 6. super illa verba Diony. cap. 7. cœlestis hierarch. calidum acutum &c. fol. 368. explicat, quomodo potius vniat Deo amor, quam cognitio, dicens: *Significat impetum quendam amoris feruentis se ferentis in amatum, & intrãntis, ac penetrantis, vt vbi est ipsum quod amatur, ibi cum ipso, & in ipso sit, vt non solum sit ab ipso calidum, sed transeat in ipsum*, & ibidem: *si in dilectum non vadis, adhuc foris manes, nec acutum dilectionis habes, amor vnum te facere vult cum ipso.* Et infra: *Dilectio super eminet scientiæ, & maior est intelligentia, plus enim diligitur quam intelligitur, & intrat dilectio, & appropinquat vbi scientia foris est.* Sic etiam Bonauentura. 2. dis. 23. art. 2. quæst. 3. num. 39. & 40. ait: *Amor secundum Bernardum multo*

multo plus se extendit, quam visio: & ipse etiam dicit lib. de amore Dei, quod ubi deficit intellectus proficit affectus. Et ideo ait Bonauentura: *licet cognitio immediata Dei non sit in via, bene tamen dilectio*: Quam doctrinam approbat, & explicat Henri. quodlib. 13. quæst. 12. & latius. quæst. 2. intimius ergo amor nos vnit Deo, quam visio. Quod etiam ex eo colligi videtur, quia attingit obiectum, vt in se est, intellectio vero, vt est per suam similitudinem in cognoscente, ergo immediatius, & intimius attingitur amore, quàm intellectione. Rursum, hæc vnio maxime est propterse expetibilis; quid enim magis perse expetibile, quam Deo vniri perfecto vinculo amicitiæ; ergo in hac vnione, vinculo, & nexu amoris, tamquam in perfectissima Dei cõsecutione Beatitudo consistit.

Confir. 1. Confirma. 1. quia vt inquit Augustinus, 1. de libro arbitrio, cap. 13. & 1. retracta, cap. 9. in rebus honestis velle habere rem, est illã habere, amare ergo Deum est habere illũ, ac proinde hominem esse beatum.

Confir. 2. Confirm. 2. ex Anselmo. 2. cur Deus homo, cap. 1. dicente, peruersum ordinem esse amare, vt intelligas, rectum autem intelligere, vt ames, ergo sentit amorem esse perfectiorem visione, & eius finem, ac proinde potius in eo, quam in visione Beatitudinem cõsistere.

Confir. 3. Confir. 3. quia finis, & bonum vt sic, ad voluntatem pertinent, sed Beatitudo est consecutio vltimi finis, & boni vt sic, ergo ad voluntatem pertinet.

Confir. 4. Confirm. 4. nam quod appetit finem, & per conuenientia media illum procurat, ipsum assequitur, iuxta Augusti. 9. Trinita, ca. vltimo, appetitus inhiantis sit amor fruentis, sed voluntas appetit finem, & eligit conuenientia media ad eius consecutionem, ergo ipsum consequitur, ac proinde consecutio vltimi finis est actus voluntatis, & non alius nisi amor, ergo.

Confir. 5. Confirm. 5. ex D. Thoma. 2. 2. quæst. 27 art. 6. ad 3. vbi ait; vltimum finem hominis esse inhærere Deo per charitatẽ, loquitur autem de fine vt adeptio, hic autem est Beatitudo, ergo in adhæsione ad Deũ per charitatem consistit Beatitudo.

§. 1. *Proponitur 2. opinio.*

32. 2. opinio. *beatitudinẽ cõsistere in gaudio.*

2. sententia est, Beatitudinem essentialiter consistere in solo actu voluntatis, & hunc nõ esse amorem, sed gaudium vel delectationem de Deo clare visio, Medina & alij quidam in hac q. 3. art. 4. & Sotus, 4. d. 49. q. 1. art. 4. hanc tribuit Aureolo, 4. d. 49. Sed quidã dubitãt, an hæc sit sentẽtia Aureoli, quoniã à Capreolo, vt solet nõ refertur.

Cuiuscunq. tamen hæc sit sententia, suadetur. 1. quia Beatitudinem naturalem in voluptate consistere, tenet lateq. confirmare nititur Eudoxus, vt refert Aristo. 10. Eth. cap. 2. qui non audet improbare Eudoxi sententiam, eadem autem ratio est de Beatitudine supernaturali, ergo. 1. argu.

2. quia in scriptura nomine gaudij, & voluptatis Beatitudo explicatur, Psal. 35. *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*: & Matth. 25. *intra in gaudium domini tui*: Ioan. 15. *Vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum sit plenum*: Ioan. 16. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis*: Ideo ad spiritualem gustum refertur, Luce. 22. *Ego dispono vobis regnum &c. vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo*: & Apocal. 2. *Vincenti dabo manna absconditum.* 2.

3. quia Augusti. 10. Confessio. cap. 21. ait: *omnes ipsum gaudium vitam beatam vocant*, & cap. 22. *& ipsa est beata vita gaudere ad te, de te, propter te, ipsa est, & non altera.* & cap. 23 *Beata vita est gaudium de veritate, hoc enim gaudium est de te, qui veritas es, dominus illuminatio mea, salus faciei meæ, Deus meus. Hanc vitã beatam omnes volunt.* Et 1. de doctrina Christiana cap. 32. ait: Beatitudinem consistere in fruitione Dei, fruitio autem est proprie delectatio, vt tractu 5. dicemus, ergo &c. & 8. ciuita. cap. 9. *Nemo beatus est, qui eo quod amat, non fruitur: nam & hi qui res non amandas amant, non se beatos amando putant, sed fruẽdo: quisquis ergo fruitur eo quod amat, verumq. & summum bonum amat. Quis enim beatum, nisi miserrimus negat?* 3.

4. quia D. Thom. in hac q. art. 1. ait, fruitionem esse adeptionem finis vltimi, & Beatitudinem. Idem ait, q. 11. art. 3. ad. 3 & 5. contragentes, cap. 117. ratione 2. Præterea infra quæst. 34. art. 3. ait: fruitionem importare delectationem in vltimo fine & sic delectationẽ esse optimum bonum hominis; & quod ait 2. 2. q. 27. art. 6. ad 3, vltimum finem hominis esse inhærere Deo per charitatem. Quidam dicunt exponi posse de inhæsione per actum delectationis, ortum ex charitate, quo actu delectatur quis de bonis Dei vt sic, nõ de proprijs. Sed hic locus forte intelligitur de ipso actu amoris, vel de amore, & delectatione simul. Et quidem Augusti. 10 Confe. locis citatis, de gaudio elicito à charitate loqui videtur, in quo potius quã in gaudio concupiscentiæ consistere Beatitudinem suaderi potest, quia perfectior est. Sed alij potius arbitrantur, Beatitudinem consiste- 4.

re in delectatione pertinente ad amorem concupiscientiæ, qualis est de visione Dei, vt est proprium bonum nostrum. Ait enim Anselmus de casu diaboli, cap. 4. Beatitudinem esse commodis constare, atque adeo appetitum eius esse appetitum commodi, ergo magis spectat ad beatidudinem gaudium de bono proprio, quam de diuino. Vt cumque autem sit in gaudio beatitudinem consistere, videtur sentire D. Thomas locis citatis.

Confir. Et confirmatur nam ipse. quæst. 9. art. 3. ait, Aristo. 10. Ethi. cap. 6. 7. & 8. insolutam quæstionem reliquisse, quid sit maius bonum, contemplatio, an delectatio, quę ipsam consequitur. Si autem bona æqualia sint, potius erit constituenda beatitudo in delectatione, tum, quia delectatio excedit in ratione vltimæ perfectionis, siquidem consequitur operationem, & est quædam perfectio ipsius, teste passim Aristote. 1. & 10. Ethicor. & beatitudo maxime habet rationem vltimi, quia beatitudo est quies beati, beatus autem delectatione quiescit: tum quia id quod à nobis vehementius expetitur, est beatitudo. Voluptas autem est quæ vehementius expetitur, ergo ipsa erit Beatitudo. Vnde Aristote. 7. Ethico. μακάριον ideſt beatum deducit a verbo χαίρειν quod est gaudere. Et dicit Auerroes dictum Macarion, quasi marco cherion, ideſt longum gaudium.

§. 2. *Proponitur 3. opinio.*

33. 3. opinio. in sola Dei uisione beatitudinẽ cõsistere.

3. sententia est, Beatitudinem in sola visione Dei essentialiter consistere. Pro hac opinione communiter refertur. D. Thom. in hac quæst. 3. ab art. 4. vsque ad 8. docens; non consistere in actu voluntatis, sed intellectus, non practici, sed speculatiui, non habentis pro obiecto creaturam, sed Deum in se ipso, ac proinde Beatitudinem consistere essentialiter in visione Dei. Idem tenet 3. contra gentes, cap. 25. & 26. de malo. q. 16. art. 6. & quodlibeto. 8. arti. 19. seu. q. 9: arti. 1. & 1. par. quæst. 26. art. 2. & 3. 1. senten. d. 1. quæst. 1. art. 1. & 4. dist. 49 quæs. 1. arti. 1. quæs. 2. Sotus eadem distinctione, q. 1. articu. 3. Capreolus, quæs. 2. Hispalensis, quæs. 2. Durandus. quæs. 4. tribuitur Carthusia. ibi. quæs. 1. sed postea videbimus, ipsum tenere quartam opinionem. Hæc autem videtur Magistri eadem. d. cap. 1. eandemq. amplectuntur Caietanus, Medina, & Conradus in hac quæs. art. 4. & sequentibus: Ferrara. 3. contra gentes, cap. 25. & 26. Conimbricen. in Ethicis, disputa. 3. quæs. 3. art. 2. Heruæus, op. de Beatitudine, quæs. 3. & 4. Eugub. 8. de perenni philosophia, cap. 5. & lib. 10 cap. 10. & 11. & lib. 4. cap. 11. Canus, 12. de locis cap. 14. infine, Caietanus. 1. par. quæs. 26. art. 2. & quæs. 82. art. 3. Vazquez disput. 11. cap. 3. Idem de Beatitudine contemplatiua tenet Paludanus, 4. dis. 49. quæs. 3. de practica autem ait, essentialiter consistere in actu intellectus, & voluntatis, sed præcipue in actu voluntatis.

Sententia hæc suadetur 1. ex scriptura, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum.* Neque valet dicere cum Scoto, 4. dis. 49. q. 4. ad 1. cognitionem Dei vocari vitam æternam, non quia Beatitudo sit, sed quia est vita, ideſt actus vitalis, & æterna, quia in æternum durabit. Merito enim quidam dicunt hanc expositionem homine docto indignam esse. Alij autem, vt Valentia infra, esse prorsus á phrasi scripturæ alienam, quia vt notat Augusti. 19. ciuita. cap. 11. in scriptura nomine vitæ æternæ Beatitudo significari solet, vt nomine mortis æternæ, infælicitas, & summa miseria. Et quia eo sensu Scoti, etiam tristitia damnatorum vita æterna dici posset, quod falsum est, & quia nomine vitæ æternæ Beatitudo per Antonomasiam designatur, vt patet Matth. 19. *Quid faciendo vitam æternam possidebo*: Romano. 6. *Gratia Dei vita æterna*: Marci. 9. *claudum introire in vitam æternam*: & capit. 10. *Quid faciendo vitam æternam percipiam.* 1. Timo. 6. *Apprehende vitam æternam*: & Ioan. 17. immediate ante verba citata dixerat Christus: *Vt omne quod dedisti ei, dei eis vitam æternam*, ideſt Beatitudinem, ergo similiter cum ait: *Hæc est autem vita æterna*: de Beatitudine loquitur, vt exponit Augusti. de Spiritu, & litera capit. 33. & sermo. 112. de tempore, & 1. de Trinitate, cap. 8. 9. 10. & 13. & de morib. Eccleſię, cap. 25. & significat Origenes lib. 2. in cap. 2. Epistolæ ad Romanos. Idem sentit Innocentius, 3. lib. 5. de mysterio altaris, capitu. 8. & 26. Laurentius Iustinianus in fasciculo diuini amoris, capit. 16. Ambrosius 5. de fide, capit. 1. Rupertus, 12. in Ioannem, Lyra, & alij, Ioan. 17. 1. argu.

Accedunt alia scripturæ testimonia, in quibus nomine diuinæ visionis Beatitudo explicatur, 1. Ioann. 3. *Cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est*: Ioann. 14. *Ostende nobis Patrem & sufficit nobis*: ideſt erimus beati: & eodem cap. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo &c. & manifestabo ei me ipsum*: & c. 17. *Volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam*:

Matth:

Matth.5.*Beati mundo corde.quoniam ipsi Deum videbunt*:Matth.18.*Angeli eorum semper vidēt faciem Patris*.Hoc commemorasse videtur, tanquam eximium,in quo eorum beatitudo sita est.Iuxta quod dixit Basi.in constitutioni bus Monasticis.cap.19.*summi boni contemplatio,& virtutum loculentissima cognitio Angelorū thesaurus est* Et Hieronymus Isaię.5.ait,per visionem Dei homines fieri angelos:& Nazian zenus oratione 19.quæ est funebris in fratrē: *Nunc magistro appropinquat nudus, quia cum nuda illa principe,& purissima mente versatur, angelici ordinis dignitatem consecutus* :& Gregorius,1.dialog. cap.35. *per visionem Dei fit homo superior mundo*.Hinc.1. Corinth. 13. status viæ vocatur status pueritiæ,beatitudo autem, status perfectæ ętatis, & subiungitur causa. *Quia videmus nunc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem*:& Psal.16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua*:Psal.90. *longitudine dierum replebo eum ,& ostendam illi salutare meum*.Exodo.33.*ostende mihi faciem tuam*: qua voce explicatur affectus beatitudinis,vt infra ex Cyrillo Alexandrino adducemus,& Psal.85.*Ibunt de virtute in virtutem ,& videbitur Deus Deorum in Syon*;& Psalm.79.*ostende faciem tuam,& salui erimus*.

Basil.

Hieronym.

Nazian.

Gregor.

2. Suadetur sententia hæc ex sanctorum testimonijs,August.1.Ttrinitatis,cap.8.9. 10. &.13 sæpe ait,visionem Dei esse vltimum ter minum vitę nostræ , & totam mercedem nostris meritis promissam,& summum bonum, cuius adipiscendi causa præcipitur quidquid præcipitur. Speciatim. c.illo .10.ait: *Tradet regnum Deo,& patri Christus,quando perducet credentes ad contemplationem Dei , vbi est finis omnium bonarum actionum,& requies sempiterna, gaudium,quod nunquam auferetur à nobis*.Et 12. ciuitata.cap.19.& concione.2.in Psalm.90.visio est tota merces:& de quantitate animę cap.33.beatitudinem ponit in primæ veritatis contemplatione , quam vocat summum aspectum animæ,quo meliorem perfectioremq.non habet.Et 2.de lib.arbitrio,cap.14. ait: *illud beatissimos facit , quod scriptum est, tunc autem facie ad faciem , & tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Qui enim hoc inuenerunt, illi sunt in beatitudinis possessione* :& sermone 10.de verbis Domini,columna.8. *sicut veritate discimus,ita charitate diligimus ,vt & plenius cognoscamus,& beati cognito perfruamur*.& lib. 1.de moribus.Ecclesię,cap.25. *æterna vita est ipsa cognitio veri , quæ est perfectorum præmium*: Similia habeti .retracta. cap .2.tractatu.75 in Ioan.in fine,& tractatu.76.& Psalm. 85.& 10.Trinita.cap.7.& 8.& Nyssenus,lib.de beatitudinibus,oratione.6.explicans illam sextam beatitudinem,*Beati mundo corde,quoniam ipsi Deum videbunt*, ait, *Promissio tanta est , vt supereret extremum terminum beatitudinis : quid enim aliquis post eiusmodi bonū ,aliud desiderauerit:cum omnia habeantur in eo ,quem viderit. Nam videre in vsu scripturæ idem significat quod habere vt Psal.127.Videas bona Ierusalem ,& Isaiæ.26.Tollatur impius,ne videat gloriam Dei, ergo qui Deum videt,quidquid in bonis numeratur,per hoc quod videt adeptus est &c*. Cyril. 3. contra Iulianum circa principium : *Hominum fælicitas est habere summam contemplationem. Iã dignissima vertutum animæ est secundum mentem operatio, contemplatio enim est optimorum, quæ sunt,vera cognitio,optima autem inter omnia quæ sunt,sunt diuina*.& ibidem *Nihil vera Dei contemplatione est pretiosius quando quidem,nos sũmæ beatitudinis facit participes*: & citat locum tractatum Ioan.17.& Exo. 33. ostende mihi faciem tuam.Qua voce ait,explicari affectum beatitudis.Eusebius.7.præparatio,cap. 3.ait,vltimam beatitudinem in visione Dei consistere.Irenæus lib.4.cap.75.ait,hominem conualescentē glorificari,& glorificatum videre Deum,quasi gloria hominis in Dei visione consistat.Addit vero id quod est consequens ad beatitudinem,scilicet morum incorruptionem dicens: Visio Dei efficax est incorruptelæ , incorruptela vero proximum facit esse Deo.Similia habet cap.37.vbi inter alia dicit :*Vita æterna vnicuiq. euenit , ex eo quod videat Deum*:& infra: *substantia vitæ participatione Dei euenit , Dei autem participatio est videre Deum , & frui benignitate eius*. Hierony.in id Psalm.83.*Ibunt de virtute in virtutem , & videbitur Deus Deorum in Syon* ait, *infinita corona est , magna fælicitas Deum videre*. Ambrosius.2.de offici.cap.2. *scriptura diuina vitam beatam posuit in cognitione diuinitatis ,& fructu bonæ operationis*.Verū est loqui de beatitudine vitæ præsētis,& cognitione per fidē. Vnde magis est ad rē. Nazianzenus oratione.10.in Cesarium fratrem inter alia dicens. *Pura mente veritatem intuentes, atq.hanc laboris, in virtute exactam mercedem inuenimus,vt perfectius summi boni consortio & contemplatione fruamur:quā quidē sacræ nostræ , disciplinæ finē tũ libri , tum animæ Theologiæ laude florentes esse profitentur* . Vide etiam oratione de sancta Gorgonia sorore in fine. & oratione de Sancto Basilio in fine ,& in carmine de suis rebus,vbi obitum Cæsarij deplorat.& oratione de patre ait , in cognitione Trinitatis beatā vitam consistere. Quod ibi Nicetas,num.13. confirmat ex Ioan. 17. Hæc est vita ętterna &c. Et oratione de plaga grandinis ait , illos lux omni oratione maior exceptura est , & sanctę regięq. Trinitatis purius iam,clariusq. collustrantis,totamque,se cum tota mente

Cyrillus.

Eusebius.

Ireneus.

Hierony.

Ambros.

Nazian.

Nyssen.

miscentis contemplatio, quam quidem ego
Damasc. solam regnum cælorum potissimum esse arbitror. Damascenus, lib. 2. cap. 12. hominem accessu ad Deum esse deificandum, deificandum autem non translatione in diuinam substantiam, sed diuina irradiatioone. Et lib. 4. capit. vltimo: Qui bona egerunt, fulgebunt sicut sol cum angelis, in vitam æternam cum domino nostro Iesu Christo, videntes ipsum semper, &
Ansel. visi & inessabili, quę ab ipso est lętitia perfruentes. Anselmus in Monolog. cap. 88. in fine ait: *Nihil verius, quam quod omnis anima rationalis, si quemadmodum debeat audeat amando desiderare summam beatitudinem, aliquando illam adfruendam percipiat, vt quod nunc videt, quasi per speculum, & in ænigmate, tunc videat facie ad faciem.*
Bernar. Bernardus, sermone. 5. assumptionis, explicans id Psalm. 83. ibunt de virtute in virtutem ait: *Hæc est mens, & hic est finis, fructus nostri laboris visio scilicet Dei. Quis non hunc tantum fructum rebus omnibus visibilibus, & inuisibilibus incomparabiliter præferat? Hæc est enim illa gratia, quam nobis commendat, B. Ioannes Euangelista, Ioan. 1. dicens: & de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia &c. & visionem Dei ait esse gratiam, quæ est præmium, & qua remuneramur* Et 5. de consideratione; *principio erunt omnes docibiles Dei, nulli q. interueniente creatura solo beati Deo.* Consilium Francofordiense, epistola ad Episcopos Hispanos in fine: *Prædicamus cum Spiritu Sancto, Christum verum Deum & vnicum filium Dei, vt ad eius beatissimam visionem peruenire mereamur, in quo vera beatitudo, & beata æternitas.* Carthusia. 4. d. 49. q. 1. sententiam quæ ponit beatitudinem consistere in visione Dei, tribuit Augustino, Bernardo
Hierony. Hilario, & alijs patribus, refertque Hieronymum beatitudine coronatum apparuisse Augustino, & dixisse: *Tota beatitudo nostra est Deum videre, nec est vnus nostrum beatior alio, nisi in quantum faciem deitatis clarius videt.*

Confir. Confir. ex communi sententia philosophorum, qui beatitudinem in contemplatione Dei posuerunt, vt docet Eugub. 9. perennis philosophię, cap. 1. & patet ex Aristo. 10 Ethi. c. 7. & 8. vbi fælicitatem constituit in contemplatione, & 12. metaphy. capt. 7 inquit Deum sui contemplatione beatum esse. Plato, & reliqui Philosophi fęlicitatem in contemplatione Dei posuere, vt disputatione. 1. sectione vltima diximus. Idem Auerroes lib. de beatitudine animæ.

3. argum Sententia hæc suadetur. 3. quia beatitudo essentialiter consistit in sola perfectissima operatione. Hæc est visio Dei, ergo. Minor probatur quia intellectus est nobilior voluntate, ergo eius perfectissima operatio debet esse perfectior nobilissima operatione voluntatis, non solum loquendo de nobilissima operatione naturali, sed etiam de supernaturali: nobilior enim potentia ad nobiliorem operationem eleuari potest. Et præterea si nobiliorem actum habet in ordine naturali similiter poterit illam habere in ordine supernaturali. Nobilissima autem operatio intellectus procul dubio est visio Dei, ergo hæc est nobilior operatio nobilissima operatione voluntates. Antecedens docet D. Thomas, 1. par. q. 82 art 3. Caietanus ibi, Duran. 4. d. 49. q. 4. & alij cum Aristo. 10. Ethi. capitu. 7. & 8.

1. probatio antecedentis. Et probatur. 1. quia obiectum intellectus est simplicius, & abstractius, ac proinde quodamnodo spiritualius, ergo intellectus etiam est spiritualior in modo operandi, quatenus subtilius, & artificiosius operatur, quam voluntas, vt & phantasia, quam appetitns sensitiuus.

Confir. Confir. quia intellectus abstrahit ab existentia, considerans res etiam actu perfecto sine ordine ad existentiam. Voluntas autem præsertim actu perfecto non amat res, nisi in ordine ad existentiam: non enim appetit, vel amat sanitatem, nisi vt illam habeat. Iste autem modus operandi cedit in magnam perfectionem intellectus, hinc enim habet omnium intellectione simpliciter perfici, cum tamen voluntas non omnium volitione perficiatur. Rursumque voluntas tendit in obiectum, vt in se est cum suis incommoditatibus, illas asferens subiecto. Intellectus vero non affert incommoditates obiecti, velle enim mala malum est, intelligere tamen mala bonum est, ergo est perfectior voluntate.

2. probatio antecedentis. 2. quia potentia cognoscitiua, est immediator essentiæ, quam appetitiua, quia hæc media illa resultat, ideoque est veluti passio illius, vt & actus huius est veluti passio actus illius, appetitio enim vitalis sequitur formam apprehensam sed propria passio est imperfectior fonte, à quo manat, ergo.

Confir. Canfir. quia intellectus est dux, & regula seu rector voluntatis. & potest operari sine dependentia à voluntate, vel alia potentia animæ implicat autem voluntatem operari, nisi supposita operatione intellectus, ergo hic est nobilior.

3. probatio antecedentis. 3. quia intelligere pertinet per se. 1. ad gradum intellectualem, & est prima eius operatio

peratio,in qua primario,& præcipue distinguitur à brutis & similiter intellectus est prima intellectualis naturæ facultas,quæ medio actu suo dirigit, & in genere causæ efficientis mouet voluntatem, vttractatu . 1. diximus,& intellectns est rationalis per essentiam, voluntas autem per participationem , eo quòd sequitur intellectum, vt docet Aristote.1. Ethi cap. vltimo. Et libertas si est formaliter in voluntate, est radicaliter in intellectu. Idemque est de alijs perfectionibus, ergo intellectus est nobilor potentia,quam voluntas, ac proinde & intelligere quam velle,si cætera sint paria , scilicet obiectum , & modus attingendi illud &c. & confirmatur. 1. nam intelligere in Deo est formalissime diuina essentia, vt ex professo docuit Aureolus, 1. d. 35.art.3. &Suarez tom.2.metaphy.disput.30.secti. 15. Velle autem non sed tantum idemtice, vt docuimus.1. par, quef. 19. & in materia de Trinitate explicantes, cur processio Spiritus sancti , generatio dici non possit,essentia autem vt sic ,est id quod in re est perfectissimum, ergo in Deo secundum propriam rationem perfectius est intelligere,quam velle,ergo & in nobis quando idem est obiectum, & cætera sunt paria. Patet consequentia : tum ex paritate ratiouis , tum quia visio Dei est participatio Dei , secundum id quod formalissime est essentia Dei. Amor vero Dei secundum id quod idetice tantum est essentia Dei: sed participatio Dei, secundum id quod est formalissime essentia Dei, est perfectior, ergo visio Dei est perfectior amore ipsius.

Confir. 1

Confir. 2.

Confirmatur.2. quia specialiter dicitur de vidente Deum esse similem Deo, 1 Ioan. 3. *Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*: nimirū quia per visionē assimilamur Deo intelligibiliter , seu intentionaliter , & super realiter in eo,quod est perfectissimum: in maiori autem similitudine ad Deum consistit beatitndo ergo.

4. argu.

4.suadetur hæc sententia, quia beatitudo formaiis nihil aliud est quam adeptio,& possessio finis vltimi, atqui sola clara Dei visio hæc sibi vendicat, ergo ea sola est beatitudo.Maior in cōfesso est apud omnes,colligiturque ex illis verbis, 1.Corinth.9.sic curriite vt comprehendatis , & 1.Timoth. 6. apprehende vitam æternam. Minor probatur,quia voluntas non est potentia apprehendens, sed appetens , & eius actus non est apprehensio ,sed inclinatio qua trahitur ad rem amatam , iuxta id Augustini, 13. confessio. cap.9.amor meus pondus meum. Intellectus autem est potentia apprehensiua , quæ ex suo peculiari modo operandi trahit ad se obiectum,sibique præsens vnitum possidet non solum eius specie , & similitudine impressa sed etiam expressa,quam in se exprimit ,& producit,ergo &c.

Confir.

Confirmatur.quia tunc dicimur adipisci,& possidere aliquam rem materialem, quando constituitur in nostra potestate,vt ea frui possimus, vt docet D.Thom. 1. par. quæs. 12. art. 7. ad.1.ergo tunc dicimur Deum vltimum finem adipisci, cum constituitur in nostra potestate,vt eo frui possimus,hoc autem fit per actum intellectus , ergo per actum intellectus adipiscimur finem vltimum, & ita ille est beatitudo formalis.

5. argu.

5 suadetur ratione D.Thomæ.quæs. 1.art. 1.ad.2.& q.3.art.4.&.3.contragentes , cap. 26.quia beatitudo est primum volitum , sed actus voluntatis non potest esse primum volitum.ergo non potest esse Beatitudo,ac proinde beatitudo erit actus intellectus , necessario enim est operatio intellectus, vel voluntatis. Maior probatur,quia beatitudo est vltimus finis, ergo est prima in intentione, & affectu & sic est primum volitum. Minor vero probatur ,quia primum volitum est directe volitum,actus autem voluntatis,non est directe volitus,sed reflexe , ergo non potest esse primum volitum.

6.argum.

6.suadetur ratione Durandi. 4.d.49. q.4. quia beatitudo appetitur propter se , nullus autem actus appetitus appetitur propter se, sed propter rē,quæ apetitur , vt scilicet possidetur ab appetēte,vel alio, videlicet à Deo, vel creatnra,erga quam habet affectum amicitiæ, vel beneuolentiæ,ergo nullus actus appetitus est beatitudo,erit ergo beatitudo actus intellectus.

7.argum.

7.probat D.Thom. in hac q.3. art. 4.&.3. contragentes,cap,26.ratione. 5. quia omnis actus voluntrtis erga finem antecedit consecutionem finis,vt amor,& desiderium, vel sequitur eius consecutionem,vt delectatio , ergo nullus actus circa finem est consecutio, ac proinde nec beatitudo , sed beatitudo erit actus intellectus.

8. argu.

8.probari potest,quia amor vię, & patriæ sunt eiusdem rationis,ergo si in amore consistit beatitudo,iam actus beatificus secundum suam rationem essentialem, & specificam haberetur,in via quod videtur absurdum.Ratio sumitur ex Durando supra,&Caieta.in hac q. 3.art.4.

34. 4.opinio. consistere in actu intellect. et volūtatis.

§. *tertius.4. opinio Proponitur.*

4.sententia est, beatitudinem essentialiter consistere in actu intellectus, & voluntatis simul sumptis.Ita tenet Albertus.4.d. 48. art. 4.Bonauentura,d.49.p.1.distinct.art.1.q.5.& 2.dist.

Albert. Bonauen.

Richar. 2.d.38.art.1.quæſ.1. ad 1.& quæſ. 2. Richar. Supplem. 4.d.49. art. 1 queſ. 6.& 7. Supplem. queſ. 2. Baſſol. art.2.& art.3.dub.1. Baſſolis. quæſ. 2. Marſil. Marſilius quæſ.13.art.3.Altiſio.1.ſummę.cap.2.parte.3 Altiſiod. & lib.4. tractat .12. fine Argenti. Argenti. quæſ. 3. art.2.Ocham.1.d.1.q.2.in fine,& prologo. q. Ocham. 4.dub.5.ad 2. Buridanus,10.Ethi.q.4.& Ol- Burida. cot apud Maiorem.3. d.49. quæſ. 3. qui duo Olcot. dicunt beatitudinem ſupponere pro aggregato plurium operationum,vel pro vna cõ- notando alias. Hugo de Sancto Victore lib. Hugo. S. 6.ſuper Diouy.cap.7.cæleſtis hierarchiæ, lib. Victo. 7.fol.377.ante illa verba multas quidem, & Vega. beatas videns pure contemplationes. Vega Corduba 7.in Triden.cap.3. Corduba late lib. 1. quæſ. Alenſis. 42.Alenſis.3.par.quæſ.23.membro.1.&.4.p. Molina. quæſ.92.membro.2.art.4.Molina. 1. par. q. Valentia. 26 Valentia hic,diſputat.1.queſ.3.puncto.4. Henriq. Henriquez lib de fine hominis.cap. 10.§.1. Alphon. Alphõſus Toletan.1.d.1.quæſ.2.&.3 Carthu. Carthuſ. ſia.4.d.49.quæſ.1. vbi ait,non in qualicunque Dei cognione fælicitatem conſiſtere, ſed in ea quæ eſt formata,vnitiua, flamigera, ſua uis,& delectans,ac denique includens amorem,& fruitionem.Quod etiam docet, lib de lumine chriſtianæ Theoriæ.art.45.& 46.imo Sotus. quamuis Sotus.4.d 49.quæſ.1.art.3. abſolute dicat in ſola viſione beatitudinem conſiſtere,tamen art.4. explicat ſe non excludere actus concomitantes ait, enim ad finem artiuli ſi per abſoiutam potentiam videns Deum non amaret ipſum,neq.in eo oblectaretur,non eſſet beatus. Fauet Paludanus, 4. d.49.quæſ.3.art.2.conſtituens beatitudinem contemplatiuam,& ſpeculatiuam in ſola operatione intellectus, practicam autem, ſeu actiuam in operatione intellectus, & voluntatis,& in hac præcipue. Hanc autem quartam opinionem tenet etiam Olcot 4.q.8.art. 2.ad eſſentiam beatitudinis pertinere exiſtimans non ſolum, viſionem & fruitionem, ſeu amorem,ſed alia bona animę,& corporis. Non autem conueniunt iſti authores, quidam enim ad eſſentiam beatitudinis pertinere cum viſione putant actum amoris, vt Hugo,Supplem.Corduba, & Vega, Altiſiodore, qui expreſſe delectationem excludit lib.4.ſupra,alij actum delectationis in beatitudine includunt,vt Marſi,qui tamen delectationem putant non diſtingui ab amore rei præſentis. Alij vtrunque,vt Valentia, Molina, Sotus Alphonſus,Richardus, & Bonauentura,qui hæc tria,ſcilicet viſionem,amorem, & delectaeionem putat eſſe neceſſariam,vt ſit perfectum matrimonium ſpirituale inter Deum & animam. Alij inamiſsibilitatem, quam male putant eſſe actum voluntatis, vt Richardus. Præterea quidam amorem putant principaliorem,& præcipue in eo ſitam eſſentiam beatitudinis,vt Richardus Albertus & ſupplem.Corduba, & Ocham ; quod quidam tribuunt Bonauenturę ſed n beo- ſatis exprimit. His tamen fauent authores primæ opinionis, qui putant in ſolo amore ſi tam beatitudinem, quia eſt nobilior viſione, vt etiam tenet Hugo. 7.cap. cæleſtis hierarchię in illa verba calidum,& acutum &c. Henricus,quod lib. 1.q. 14.& quodlib. 13.q 12. imo D.Tomas,1.d.1.q.1.(licet alibi ſæpe dicat oppoſitum)Maior, 4.d.49. q.3.Richar. eadem.d art.3.q. 1. ad 3. contra. 2. opinionẽ,Scotus Alenſis,& alij alij vero viſionem eſſe principaliorẽ & in ea præcipua ſitam beatitudinem,vt Henriquez, Marſilius, Carthu. Altiſiodo.

Preterea quidam amorem concupiscentiæ includunt in eſſentia beatitudinis, inter quos eſt Richardus,illa q.6.præſertim ad. 2. quibus fauet Auguſti. 1.de morib.Eccle. cap. 3.cuius verba mox referemus. Putat tamen Richardus,amorem amicitiæ principalius eſſe de eſſentia beatitudinis, quam amorem concupiſcentiæ. Alij ſolum amorem amicitię dicunt eſſe de eſſentia beatitudinis,non amorem concupiſcentiæ,vt Scotus. Vtcunq. ſit tã in actu intellectus,quam voluntatis beatitudinem eſſentialiter conſiſtere ſuadetur. 1.argum.

1 quia in Clemẽ.ad noſtrum de hæreticis, dicitur beatũ nõ indigere lumine gloriæ adui dendum Deum,ipſoq.beate fruendum, ergo etiam in fruitione beatitudo conſiſtit.Fruitio autem eſt actus voluntatis,videlicet amor,vt quidam putant:delectatio autem ſeu gaudiũ vt alij arbitrantur.& Benedictus. 11. vt citant Caſtro,Sixtus Senenſis,& alij multi, vel. 12. vt citat Marſil. Vega ſupra,& paſsim Vaientia,& Vazquez in extrauag. quæ incipit, Benedictus, quam ad verbum refert Caſtro verbo btatitudo,hæreſi 64.Marſilius.4.q.13. rtt.3. definit, animas iuſtorum plene purgatas ſtatim videre Deum,& videndo frui, & hac viſione eſſe beatas, propter quod rem iſtam eſſe definitam arbitrantur Argentina, Vega & Corduba,& Alphonſus à Toleto ſupra.Fauet Cathechiſmus Romanus,circa illa verba ſymboli,Credo vitam ęternam,dicens, ſolida beatitudo,quam eſſentialem communi nomine licet vocare,in eo ſita eſt, vt eum videamus, eiuſq. pulchritudine perfruamur, qui eſt omnis bonitatis fons & principium. Fauent etiam ſcripturæ,& ſancti non ſolum quatenus modo in actu intetellectus, modo in actu voluntatis beatitudinem collocare videntur,vt patet ex ijs quæ pro ſuperioribus ſententijs allata ſunt, ſed etiam, quia interdũ vtriuſque potentiæ operationem coniungunt, vt Auguſti.1.de moribus Eccleſiæ, cap. 3. *Beatus quantum exiſtimo, nec ille dici poteſt*

qui

qui non habet quod amat qualecumq. sit, nec qui habet quod amat, si noxium sit: nec qui non amat quod habet, & si optimum sit: restat vt video, vbi beata vita inueniri queat, cum id quod est hominis optimum, & amatur, & habetur. Quid enim est aliud, quod dicimus frui, nisi præsto habere quod diligis, nec quisquam beatus est, qui non fruitur eo quod est hominis optimum, nec quisquam qui eo fruitur, non est beatus. Vbi Augustinus plane loquitur de amore concupiscentiæ, quem in essentia beatitudis videtur includere. Et eodem modo loquitur Anselmus, dialogo de lib. arbitr. Augustinus etiam supra, cap. 25. ait: *Dilectio Dei est vna perfectio hominis, qua sola impetrat vt veritatis sinceritate perfruatur*: scilicet vt præmio, sed præmium est beatitudo, ergo fruitio veritatis in beatitudine continetur, vt & cognitio ipsius veritatis. De qua expresse id ibi docet, & 8. ciuitatis. cap. 9. nemo beatus est, qui eo quod amat non fruitur: & 1. de libero arbitrio c. 13. *Beate viuere est bonis certis, verisque gaudere*: & Bernardus epistola. 18. tractans illlud ad Colos. 3. *Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo*, ait, *Quia necdum possumus contemplari per speciem: nec plene complecti per amorem, dedit nobis interim, & sapere per fidem, & quærere per desiderium sicut enim ad fruendum istis intrat fides, præsentit desiderium, profecto consummat intellectus, & amor.* Et infra: *His ergo fortasse qua si duobus animæ brachijs, intellectu scilicet & amore, ideſt cognitione, & dilectione veritatis complectitur & comprehenditur ab omnibus sanctis longitudo, sublimitas, & profundum*: &c. Irenæus lib. 4. cap. 37. fruitionem videtur includere in beatitudine dicens: *Substantia vitæ, scilicet æternæ participatione Dei euenit, Dei autem participatio est videre Deum, & frui benignitate eius*, Et Ambrosius, 2. de offici. cap 2. ait, scripturam diuinam ponere vitam beatã in cognitione diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Hæc autem ad voluntatem spectat, verum est, illum loqui de vitæ huius fæicitate, & cognitione per fidem. Et Nazianzenus oratione de plaga grandinis dixit, contemplationem Dei potissime esse regnum cælorum, ergo aliquid aliud, nempe actus voluntatis, nomine regni cælorum comprehenditur. Et Damascenus lib. 4. cap. vltimo, lætitiam in beatitudine comprehendit, dicens, videntes semper ipsum, & visi & incessabili, quæ ab ipso est lętitia perfruentes. Et Chrysostomus homilia. 1. de verbis Isaiæ. *Vidi Dominũ: nam stare in conspectu maiestatis illius, deque fulgore illius refulgente illuminari, hoc illis est gaudium, hoc illis exultatio, hoc illis voluptas, hoc denique gloria.* Et Psalm. 35. tam actus intellectus, quam voluntatis, vt pręmium, & beatitudo indicatur: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniã apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.* Et Psalm. 33. quem adducit Hugo, dicitur: *Gustate & videte, quoniã suauis est Dominus*: in gustate dilectio, in videte cognitio est, inquit Hugo supra: forte intellel, lexit amorem non distingui à delectatione quę nomine gustationis melius quam amor significatur. Et scriptura nomine cognitionis affectum quoq. solet comprehendere, vt Psalm. 66. *Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum*: Isaiæ. 1. *Cognouit bos possessorem suum*: Oseæ. 8. *Me inuocabunt, Deus meus cognouimus te*: Ioan. 1. *Mundus eum non cognouit*: 1. Ioan. 2. *Omnis qui peccat non nouit eum*. Vnde etiam loca scripturæ, quæ in sola cognitione Dei, beatitudinem ponunt, de cognitione comprehendente affectum exponi possunt. Et similiter sancti, vt colligitur ex Augustino. 1. Trinita. cap. 10. vbi ait: *Tradet regnum Deo, & patri Christus quando perducet credentes ad contemplationem Dei, vbi est finis omnium bonarum actionum & requies sempiterna, & gaudiũ, quod nunquã auferetur à nobis.*

Ratio etiam huic sententię maxime suffragatur, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt docet Boetius 3. de consolatione, prosa 2. Cui consonat Anselmus lib. de similitudinibus. cap. 47. & 48. ponens. 14. partes beatitudinis, & eam definiens, vt sit sufficientia omnium commodorum. ad quod plura alia adduximus in hoc tractatu, disputatione. 1. sectio. 1. sed absque quolibet illorum actũm non erit homo in statu (seu stabili possessione) omnium bonorum cumulo, aggregationeque perfecto, nec sufficientiam omnium commodorũ habebit ergo nec beatitudinem. 2. argum.

Confir. 1. quia anima solum est beata quando ita Deum possidet vt nihil vltra appetat cum inquietudine, sed absq. quolibet illorũ actuũ, erit cũ inquietudine & sine satietate: ergo. Maior colligitur ex Psalm. 16. *Satiabor, cũ apparuerit gloria tua.* Minorem vero de cognitione probat D. Thomas in hac quæs. 3. art. 8. & de amore, & delectatione patet, nam si actus sunt valde perfecti, ergo appetitus illis carens, non erit satiatus. Confir. 1.

Confir. 2. quia in anima rationali, vt sic sunt duę potentię, & per vtramque potest attingere Deum, illiq. coniungi: essentia autem beatitudinis consistit in plena & perfecta cõiunctione cum isto fine, ergo. Eodem tendunt aliæ rationes Richardi. q. illa. 6. quæ referuntur à Scoto, 4. d 49. q. 3. vt quòd beatitudo est matrimonialis quædam coniunctio cũ Deo, matrimonium autem spirituale ad vtramque potentiam spectat. Vnde & dotes ponuntur in intellectu, & voluntate. Confir. 2.

Confir. 3. quia amor Dei est finis noster, vel pars Confir. 3.

pars eius, ergo est de essentia beatitudinis. Probatur antecedens ex illo Pauli ad Philip p.1. *finis præcepti charitas*. dices loqui de charitate viæ, quæ est finis aliarum actionum, quę nobis præcipiuntur. Cõtra. nam D.Tho 2.2.q. 44 art.6. cum Augustino, lib. de perfectione iustitię, ratiocinatione. 16. ait, charitatem patriæ esse finem, ad quem ordinatur perfectio charitatis viæ. Imo in præcepto charitatis non solum iniungi quid in hac vita faciendum sit, sed demonstratam esse perfectionem charitatis in alia via obtinendam ad quam vt ad finem peruenire nobis nitendum est. Vnde per charitatem viæ inquirimus Deum, iuxta id Canti.2. *Quæram quem diligit anima mea*. Per charitatem autem patriæ illum tenebimus, quamuis etiã nunc quodammodo illum teneamus: Cantico. 3. *Teneam eum, nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ*. Et 1. Ioan. 4. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*.

Si obijcias ex D.Thom.3.d.27.q. 2.art. 2. ad.2. charitatem non dici finem præcepti, quia ad eam, vt ad finem ordinantur actus præcepti, sed quia per eam alię virtutes in finem, ideſt gloriam Dei ordinantur. R. D. Thom. ibi agere de charitate habituali, quã ait esse virtutem, ordinantem alias virtutes in finem vltimum cui, scilicet Deum & cuius gratia, scilicet gloriam Dei, qnod verissimum est, licet non sit hic sensus Pauli ad Philippe. 1. & licet loquatur de actu, verum est charitatem non esse vltimum finem sed hic est Deus, in quem charitas refert omnia & seipsam, & visionem Dei &c. Quod non tollit, quin ipsa sit adeptio, vel pars adeptionis vltimi finis obiectiui, cuius gratia operamur; & quin multa operemur, ad eliciendum perfectum actum charitatis in via, & in patria. Propter quod D.Thom.2.2. quæs.27 art 5.ad.3. expresse ait, internum actum charitatis habere rationem finis, quia anima in eo sistit, iuxta id Psalm.32. *Mihi autem adhærere Deo bonum est*. Et patet, quia amor Dei est propter se bonus, & expetibilis, & diligibilis absque relatione ad vlteriorem finem. Cur ergo, cum amor patriæ tam perfectus sit, non erit pars essenitalis ipsius beatitudinis?

3.argum.

1.rationis aduersariorum confutatio.

Deniq. suadetur hæc sententia, quia rationes, quibus aliqui probant beatitudinem non posse in pluribus operationibus consistere, nullius momenti sunt. Probat enim. 1. Scotus, 4.d. 49. q. 3. quia beatitudo obiectiua est quid per se vnum nępe Deus, ergo & beatitudo formalis. Negatur consequentia, quia datur vnum aliquid, quod per modum obiecti satiare potest appetitum nostrum prop rer infinitatem suam; non tamen datur aliquid per modum actus, quod se solo valeat appetitum satiare, sed oportet coniungere plures actus, quorum aggregato Deus perfecte obtineatur, & homo perfecte satietur.

2. probat Duran. eadem. d. q. 4. numero 12 Et D. Thom. ibi, q. 1. art. 1. q. 2. quia beatitudo est optima operatio: optima autem operatio, qua non sit alia melior in specie, vnica tantum esse potest, species enim sunt sicut numeri. 8. metaphy. cap. 10. ergo.

Confir. ex Aristo. 1. Ethi. cap. 7. dicente, operatio animæ, ex virtute bonum humanum esse videtur, si plures sunt virtutes ex optima, & perfectissima, & 10. Ethi. cap. 7. felicitas est ex virtute operatio, quę præstantissima est, R. beatitudinem inadęquate, secundum partem essentialem præcipuam, esse vnicam operationem, idque velle Aristote. adæquate autem & secundum se totã est aggregatio plurium operationem. Vel vult Aristot. totam essentiam beatitudinis seorsum in varijs operationibus seruari non posse, quia altera non esset bonum optimum hominis, secus in collectione plurium operationum. Vnde Aristote. 1. Ethi. capite 8. ait bene philosophos dixisse finem hominis esse actus quosdam, & operationes, & eodem capite: *operationes ipsas, aut vnam ipsarum quæ sit optima fælicitatem dicimus esse*. Addit Valentia, authoritatem Aristote, in hac reparum valere, quia vt ignorauit fælicitatem veram obiectiuam, ita & formalem. Adde varium fuisse, aliquando enim in vnica operatione aliquando in pluribus felicitatem constituisse videtur.

3. probat Sotus 4.d.49. quæs. 1. arr. 3. quia alię res vnica operatione suum finem consequuntur, ergo & homo. S. d negari potest antecedens nam Aristo. 3. cęli, tex. 65. 66. &, 67. ait, res quo perfectiores, paucioribus motibus consequi finem suum. Deinde negatur consequentia, nã finis hominis est perfectior, ideo non mirum si pluribus operationibus consequendus sit. Has responsiones assignat Valentia, vt sententiam suam tueatur. Ex quibus etiam patet ad rationes quas Heruæus, q. 2. de beatitudine adducit, vt probet in vnica tantum operatione consistere beatitudinem. Fauent deniq. huic quartę opinioni, qui dicũt beatitudinem dupliciter capi posse. 1. pro aggregato omniũ bonorũ animæ, & corporis, quomodo passim sumitur ab Aug. 13. Trinitatis dicẽte: *Beatus est qui habet quicquid vult*; & à Boetio. 3. de cõsolatione dicẽte: *beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus*. Sic Cicero. 5. Tusculana. ait: *sapientissimo beatos qui sunt in bono, nullo aduerso malo*.

3.rationis cõfutatio

Et

Et 1. modo dicunt, de essentia Beatitudinis, esse plures operationes, imo & omnia bona animæ, & corporis. 2. autem modo vnicam tantum. Ita Durand. 4.d. 49.q.3. & 5. dicens, nomen Beatitudinis interdum esse collectiuum, & hoc modo Beatitudinem consistere in multis operationibus, scilicet, visione, amore, & gaudio, interdum diuisiuum, & sic Beatitudinem consistere in vnica operatione attingente finem, siue sit intellectus, siue voluntatis, & sic visio est Beatitudo, similiter amor, & delectatio. Idem ex Paludano dixit Supplem. 4. d. 49. q. 2. art. 2 concluſi. 5. quod etiã approbat Valen. supra. Itaque tenent isti in quadam acceptione (quæ forte sola est vera) Beatitudinem includere actum intellectus, & voluntatis, nempe visionem, & amorem Dei, & fruitionem, siue delectationem.

§. Quartus. Proponitur Authoris sententia per aliquot conclusiones.

35. 1. Conc.

INter tot sententias, tot, tam graues quæ authorum, vt iam quid ego sentiam, explicem. Dico. 1. quæstionem hanc, non esse tanti momenti, quanti à multis censetur. Ita docet Valentia disputa 1. q. 3 punct. 4. conclu. 1. & probatur, quia inter omnes conuenit, in beato reperiri tres illos actus, visionem, amorem Dei, & delectationem de ipso. Quæstio autem est de nomine, scilicet, an quilibet eorum per se, vel connotando alios possit dici Beatitudo, an vero vnus tantum, vel duo, vel aggregatum duorum, vel trium, & quis illorum actuum in se sit præstantior, vel potiori iure vendicet sibi nomen Beatitudinis, vel sit præcipua pars beatitudinis. Quæ quæstiones non sunt magni momenti, vnde Supplem. 4. d. 49 q. 2. art. 2. concluſi. 5. in fine, postquam conclusione 4. multis argumentis probauerat, actum voluntatis esse præstantiorem, & ideo in illo potius sitam esse Beatitudinem, si in alterutro tantum ponenda est, forte inquit, disputationes istæ non sunt magnæ importãtiæ, quia clarum est aliquã beatitudinem esse in actu intellectus, & aliquam in actu voluntatis, & disputatur, vter actus sit præstantior, quod soli Deo notũ est, vtraq. certe actio bona est, & necessaria beato. Deinde in hac quæstione dissensionem potius vocum esse quãrerum docuit Ochã in fine 4. dub. 8. Maior. 4. d. 49. q. 3. Vazquez hic, disput. 10. cap. 2. vbi merito addit rationem quoque vocum habendam, & bene reiicit aliquos, qui beatitudinis voce abutuntur, præsertim Olcot. qui ad essentiam Beatitudinis omnia bona etiam corporis pertinere arbitratur: sic enim animæ ante resurrectionem corporum beatæ non erunt, quia non habẽt omnia bona quorum capaces sunt.

Dico 2. aggregatum illorum trium actuũ recte potest dici Beatitudo animæ, & similiter, quilibet illorum actuum connotando alios, quia in toto rigore beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Per aggregatum autem illorum trium actuum, vel per vnum actum, connotando alios, anima est in statu omnium bonorum aggregatione perfecto, ergo fit beata, & sic saluantur omnia testimonia scripturæ, & sanctorum, quæ pro quatuor superioribus sententijs relata sunt, in quibus aliquando Beatitudo vocatur vnus illorum actuum, aliquando duo illorum, vel omnes. *2. Conc. Aggregatũ visionis amoris, & delectationis, & quilibet horũ actuũ, connotando alios Beatitudo dici potest.*

Dico. 3. recte dici posse iuxta quartam sententiam in nullo illorum actuum per se, & seorsum saluari totam essentiam Beatitudinis, sed in collectione plurium, vel omnium, vel in vno, connotando alium, vel alios. Patet ex authoribus, & fundamentis illius opinionis, & ex responsionibus ad argumenta probantium, Beatitudinem in vnica tantum operatione posse consistere. *3. Conc. Duos, vel plures actus esse de essentia Beatitudinis probabile est.*

Dico. 4. opinio. 1. seu Scoti, aliquam probabilitatem habet, defendique potest, neque contra eam magnopere vrgent argumenta facta pro opinione D. Thomæ, præsertim aliqua. Hæc conclusio constabit diluendo cum Valentia, & alijs, omnia argumenta facta pro D. Thoma, & alijs assertioribus 3. opinionis. 36. *4. Conc. Opinio Scoti ponens solum actũ amoris esse de essentia Beatitudinis nonnullam habet probabilitatem.*

Ad. 1. Quamuis ille locus Ioann. 17. de Beatitudine intelligatur, vt ibidem ostensum est, recte quoque nomine cognitionis Dei eius visio intelligi possit cum sanctis ibidem relatis: tamen de cognitione Dei per fidem apte etiam exponi potest cum Ambrosio, & Ruperto ibi relatis, & Hilario, 3. Trinitat. circa medium, & libr. 9. Cypriano ad Demetrianum, & Epistola. 37. ad Iubaianum, Cyrillo. 11. in Ioann. cap. 16. Theophyla, Ionn. 17. & Augustino tractatu. 105. in Ioann. Castro verbo Beatitudo, hæresi 4. ubi citat alium locum Cyrilli ex libro ad Reginas, ut sit sensus: cognitionem Dei per fidem parare viam ad vitam æternam, seu Beatitudinem, Ioann. 3. *Qui credit in me, habet vitam æternam*: quæ ex positio satis est accomodata textui. Petierat enim Christus clarificari per fidem Ecclesiæ, & subiungit rationem: *Vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam*: id-est Beatitudinem. *Hæc est autem vita* *Ad 1. vrgt 3. Opinio.*

æterna, vt cognoscant, &c. ideſt fides eſt vnica via conſequendi vitam æternam. Ambro. 2.officio. cap. 2. in alio ſenſu intelligit illum locum de cognitione per fidem, vt ſcilicet in ea conſiſtat Beatitudo huius vitæ, non in ea ſola ſed ſimul cum fructu bonæ operationis, & quamuis ſermo eſſet de Beatitudine cæleſti, & de viſione Dei, non conuinceret locus ille: poſſet enim dici ſolum intendere viſionem Dei eſſe Beatitudinem, non formaliter, ſed cauſaliter, vel non ſecundum ſe, ſed ſecundum amorem, quem habet neceſſario adiunctum, vt cum dicimur iuſtificari per fidem, vel dilectionem, non eſt ſenſus, illam eſſe formalem iuſtitiam noſtram, ſed ad eam diſponere: eodem modo poſſunt explicari alia teſtimonia ſcripturæ, & ſanctorum, vel certe iuxta. 4 ſent. intendunt beatitudinem inadæquate conſiſtere, & forte etiam præcipue in viſione Dei, vel viſionem Dei, connotando reliqua, quæ illi ſunt neceſſario coniuncta, eſſe Beatitudinem.

37. Ad 2. arg. 1. opini. Ex quibus patet ad 2. argumentum. Vnde Vazquez. diſput. 11. cap. 3. ait ſe non propter teſtimonia ſcripturæ, vel ſanctorum, ſed propter authoritatem ſcholaſticorum, & rationes tenere, in ſola Dei viſione Beatitudinem conſiſtere, & ſpeciatim ad locum Cyrilli recte reſpondet.

Ad. 3. Probabile eſt voluntatem eſſe nobiliorem intellectu. Ad 3. Authores 4. ſententiæ negant maiorem. Authores vero. 1. negant minorem, & ſimiliter intellectum eſſe nobiliorem voluntate, ſiue ſint eadem potentia ſecundum rem, ſiue diſtinctæ. Et quamuis D. Thomas in pleriſque locis intellectum voluntati prætulerit, tamen. 1. d. 1. q. 1 vt retulimus præfert voluntatem, & Ariſtot. licet magis propendeat in opinionem, quæ intellectum præfert, tamen anceps in ea re fuiſſe videtur, vt patet ex illis verbis, 10. ethic. cap. 7. ſiue mens ſit hoc, ideſt optimum ſiue aliquid aliud quod quidem natura dominari videtur, ac imperare, & animaduerſionem habere de honeſtis, diuiniſque rebus aut quia diuinum & ipſum eſt. Quibus verbis voluntatem deſcribit, & rationes attingit, quare fortaſſe perfectior ſit intellectu, & eius actus actu intellectus. Ad rationes autem, quæ pro intellectu afferuntur, non eſt difficile reſpondree.

Ad 1. prob. antecedentis. 1. Solu. Ad. 1. R. Valentia, licet obiectum intellectus ſit ſimplicius, & abſtractius, non ideo eſſe perfectius, ſed id perfectius eſt, quod magis abſtrahit à potentialitate & imperfectione, quo pacto non magis abſtrahit verum, quam bonum, licet ſit abſtractius ab exiſtentia.

2. Solut. 2. R. Verum, & bonum æque abſtrahere, ab exiſtentia, verum enim eſt, quod eſt cognoſcibile, bonum, quod conueniens, ſiue exiſtat, ſiue non, neque magis erit abſtractum verum, quam bonum, eo quòd verum ſit ſuperius, cum omne bonum ſit verum non autem omne verum bonum, ſiquidem verum, & bonum reciprocantur: ſunt enim paſsiones traſcendentes adæquatæ enti neque eſt aliquod ens verum, quod in ſe, vel alteri non ſit bonum. Quod vero dicitur. 3 metaphy. tex. 3. in mathematicis non eſſe bonum explicat Ariſto. quia Mathema. non conſiderat rationem boni cum non conſideret finem.

3. Solut. 3. Et melius ad argumentum dici poſſet, licet intellectus ſuperet voluntatem quatenus habet obiectum abſtractius, tamen voluntas in alijs, quæ ſunt maioris momenti, excedit intellectum, & ideo ſimpliciter eſt nobilior, per quod etiam patet ad confirmationes.

Ad 2. pro bat. antecedentis. Ad 2. rationem R. Voluntatem non eſſe paſsionem intellectus, ſed animæ, ex qua vtraque potentia immediate reſultat. Et licet voluntas medio intellectu reſultaret, non inde fieret intellectum eſſe perfectiorem, nam ex quantitate reſultant aliquæ qualitates, & ex qualitatibus primis ſecundę, & ex apprehenſione iudicium: tamen ea quæ reſultant ſunt perfectiora. Subſtantia autem ſemper eſt perfectior accidenti, quod ex ea reſultat, vel in ea recipitur.

Ad confi. 1 Solut. Ad confirm. R. Valent. interdum regulatum eſſe perfectius regula, vt notat Supplem. 4. d. 49. q. 2.

2. Ad. 3. pro bat. antecedentis. 2. R. intellectum regi à voluntate alia ratione, quia ſicut intellectus regit voluntatem dirigendo in bonum, & oſtendendo illud, ita voluntas regit intellectum imperando illi, & incertum eſt, quæ ratio regulæ ſit potior.

Ad. 3. rationem R. nihil referre quod intellectus ſit prima facultas, ideſt, quæ primo operatur, natura enim ſolet procedere ab imperfecto ad perfectum, vt patet in apprehenſione, quę eſt prior iudicio, non tamen perfectior. Vnde ſicut eſſe apprehenſiuam in ſubſtantia animæ eſt prius ratione, quam eſſe iudicatiuam, tamen non eſt melius. Ita dici poteſt eſſe intellectiuam eſſe prius quam eſſe volitiuam, non tamen melius. Neque vero refert, quod intellectus ſuo actu cauſet partialiter actum voluntatis, vel ſit rationalis per eſſentiam, & uoluntas per participationem, hoc enim ſolum eſt dicere, intellectum per ſe ratiocinari, voluntatem vero ſequi actum intellectus; ſequitur tamen libere, & imperat intellectui, & reliquis potentijs, & membris externis, & intimius vnitur obiecto, quod

quod est fortasse maioris dignitatis.

A d. 1. cõf. Ad 1. confir. R. opinionem esse incertam, & paucorum.

Ad. 2. cõf. Ad 2. Confirmationem R. de videnti Deum specialiter dici, esse similem Deo, quia formaliter per visionem, vel verbum ea producitum est similis Deo realiter, & intelligibiliter, & per eandem visionem in genere causæ efficientis est similis Deo in amore, & gaudio, & impeccabilitate, tamen tota illa similitudo, quam dat formaliter ipsa visio, forte est minus perfecta, quam ea, quam dat formaliter ipse amor.

38. Ad. 4. arg. *Voluntas intimius vnitur obiecto q̃ã intellectus*

Ad. 4. argumentum principale R. sicut intellectus vnit sibi obiectum intentionaliter, ita voluntas affectiue, & tendendo in illud se vnit illi, & intimius, quam intellectus vniat sibi obiectum, quia etiam quod non intelligitur in seipso, amatur in seipso, iuxta id Hugonis. 7 capit cælestis hierarchiæ, in id calidum, acutum &c. dilectio intrat, vbi cognitio fortiter stat; & iste modus vnionis forte est excellentior illo, & ideo magis beatificans.

Ad confirmationem R. non oportere possessionem obiecti beatifici esse omnino similem possessioni morali, & iuridica rerum materialium, sed satis est esse vnionem intimam & præstantissimam cum obiecto beatifico, quod etiam fructum dare dicitur, quãdo ita vnitur, vt de ea vnione frui, & lætari liceat, & id verum est, etiam si beatitudo in amore consistat.

Ad confirmationem.

39. Ad 5. arg. 1. solut. *Non est necesse, vt primus voluntatis actus habeat pro obiecto beatitudinem.*

Ad. 5. R. rationem illam reiici à Richardo, 4. d. 49. artic. 1. q. 6. & à Valentia illo puncto. 4. & alijs, tanquam infirmam, & sane non videtur concludere, neque vrgere: 1. enim potest negari maior, loquendo de formali, & expressa voluntate Beatitudinis. Iam enim superiori tractatu vidimus, non esse necesse, vt primus voluntatis actus habeat pro obiecto Beatitudinem in particulari, neque in communi, sed primum actum versari posse circa quemcumque finem, qui primò repræsentetur, siue sit vltimus simpliciter, vt Beatitudo formalis, vel obiectiua, siue secundum quid, vt salus, scientia, &c. Virtualis autem Beatitudinis volitio nõ est ad rem, tunc enim falsum erit, quod actus voluntatis non possit esse primum volitum virtualiter. Si enim demus Beatitudinem esse aliquem actum voluntatis, in volitione cuiuscumque rei, quam mihi appeto, appetam virtualiter talem actum non minus quam illum actum intellectus in quo D. Thomas dicit Beatitudinem consistere.

2. Solut. 2. Potest negari minor, nam si primum quod repræsentatur, est hæc propositio, bonum est amare Deum, primus actus esse poterit, volo amare Deum, ergo actus voluntatis posset esse primum volitum, & ille amor non erit proprie reflexus, sed directus, quia non habet pro obiecto alium actum exercitum ab eadem potentia, sed possibilem exerceri: late autem potest dici reflexus. Neque est impossibile primum actum voluetatis esse hoc modo reflexum.

Actus voluntatis potest esse primum volitum.

Si obijcias, quia visio corporea non est primum visibile, ergo nec amor potest esse primum amabile. Negatur consequentia, quia visio corporea non est colorata, ideo nec primum, nec secundum visibile esse potest, at amor est bonus, ideo primum amabile esse potest, quia voluntas. 1. ferri potest in id quod. 1. repræsentatur vt bonum. Deinde etiam si visio esset visibilis, non posset esse primum visibile, quia non posset videri, nisi eius existentia supposita, ac proinde nisi aliquid prius per illam videretur. At amor potest amari etiam dum non existit, & ideo potest esse primum, quod à voluntate amatur. Denique si argumentum esset alicuius ponderis, non solum probaret, actum voluntatis non posse esse Beatitudinem, seu finem vltimum simpliciter, sed nec posse esse vltimum finem secundum quid, & in sua serie, hoc autem falsissimum est, quia multi actus voluntatis sunt propter se amabiles, & expetibiles, ergo argumentum non habet vim, maxime cum ipse D. Thom. q. 11. art. 3. ad. 3. dicat fruitionem, quæ est affectus voluntatis, esse adeptionem vltimi finis, & q. 34. art. 3. in fine, aliquam dilectionem, nempe fruitionem Dei posse esse vltimum finem.

40. Ad. 6. arg. 1. solut. Ad 6. R. falsum esse, quod nullus actus voluntatis sit expetibilis propter se: amor enim amicitiæ, & beneuolentiæ Dei, & proximi, imo & proprius, licet sit expetibilis propter bonum Dei, & proximi, vel proprium, tamen propter se quoque est expetibilis, & aliquando est magis expetibilis propter se, quam propter bonum, quod mihi, vel alteri opto: contingit enim illud esse quid materiale, & parui momenti, ac proinde imperfectius actu ipso, qui est spiritualis, & interdum excellentissimæ virtutis, vt charitatis spei &c.

2. Solut. Vnde non oportet hic recurrere ad solutionem quorumdam, scilicet amorem concupiscentiæ non esse proprie expetibilem, secus amorem amicitiæ, & ideo in hoc posse consistere Beatitudinem. Quam solutionem refert Durandus, & tripliciter, male tamen labefactare conatur. 1. enim ait, erga Deum non esse proprie amorem

Actus voluntatis potest propter se expeti etiã si sit amor cõcupiscentiæ

amicitiæ, sed beneuolentiæ, quia Deus nullo modo indigere potest, pertinet autem ad amorem amicitiæ velle bonum amico, quo ipse indigeat, in quo valde deceptus est. Est enim charitas vera amicitia erga Deum, vt 22. q. 23. ostendimus, ad quam satis est, vt Deo velimus permanentiam eorum bonorum, quæ sunt in ipso ab æterno, aut bona extrinseca quæ possunt ei aduenire ex tempore, vt amari, timeri, venerari, honorari, & glorificari à creaturis, &c. Et deinde solutio non minorem locum habet in amore beneuolentiæ, quam amicitiæ, à quo non distinguitur, nisi quia amicitia connotat redamationem, beneuolentia vero non.

2. Ait, hunc amorem esse Deo debitum de iustitia, ideo magis habere rationem meriti, & medij, quam præmij, & finis, ac proinde Beatitudinis. Sed hoc parum refert, quia licet amor liber, & viæ habeat rationem meriti, & medij, tamen amor patriæ, & necessarius posset habere rationem præmij, & finis, ac Beatitudinis, nec pugnat cum ratione Beatitudinis, esse actum debitum de iustitia, neque omnis amor Dei est debitus de iustitia, imo nullus, licet omnis sit debitus ex quadam decentia, & honestate, quia Deus ex se dignus est amore, & aliquis ex charitate, vel alia virtute.

Nullus amor Dei est debitus de iustitia.

3. Ait, idque sequuntur aliqui recentiores, affectionem Beatitudinis esse affectionem commodi, vt ex Anselmo retulimus, amorem autem Dei non esse affectionem commodi, ideo in eo non posse Beatitudinem consistere. Sed hoc non satisfacit, nam licet amor amicitiæ erga Deum non sit affectio commodi, tamen amor, quo amo, & opto mihi talem amorem est affectio commodi, licet interdum sit amor charitatis, vt quando amo meum commodum ad gloriam Dei, vel quatenus ego sum aliquid Dei: & sic D. Thom. 2. 2. q 25. art. 2. & 1. senten. d. 17. q. 1. art. 5. & d 28 art. 1. ad 5. ait, charitatem interdum ex charitate diligi.

41. Ad. 7. arg.

Ad. 7. Responderi facile potest, amorem vel desiderium finis vltimi, quem nobis optamus, non posse esse ipsum finem vltimum, attamen amor, & desiderium, quo optamus bona Deo, vel bonorum permanentiam potest esse vltimus finis noster, vt adeptio, & fortasse etiam delectatio, qua de diuinis bonis gaudemus, de quæ, vt de vltimi finis adeptione, & consecutione gaudere nihil obstat, præsertim in eo, qui putat, siue vere, siue, falsè talem actionem esse consecutionem vltimi finis.

Si obijcias, appetitum sensitiuum non respicere finem, nisi vt alia potentia obtinendum, vel obtentum, ergo nec voluntas Recte Valentia negat consequentiam, quia appetitus sensitiuus non reflectitur in proprios actus, nec potest illos pro obiectis habere, voluntas autem potest proprium actum attingere, vt obiectum, & finem, siue loquamur de fine, vt est res, siue vt adeptio. Vnde D. Thom. q. 1. artic 8. ait, creaturam rationalem intellectu, & voluntate consequi summum bonum, quod est Deus. Et non dubium, quin ad perfectam, & integram Dei consecutionem, præter visionē requiratur amor.

42. Ad 8. arg. 1. Solut. Ad amor viæ, et spe cie differunt.

Ad. 8. R. Scotus, 2. d. 26. q. vnica: amorem viæ, & patriæ differe specie ex diuersa cognitione, ad quam sequitur, & ex qua procedit, vt à causa efficiente partiali, vel vt ab applicatione, & conditione obiecti. Eandem solutionem habet Scotus, 4. d. 49. q. 5. concluſi. 2. sed displicet aliquibus, quia diuersitas specifica causæ non arguit diuersitatem specificam effectus, vt patet, in calore producto ab igne, sole, & motu: & gratis diceretur quendam amorem intrinsece postulare, procedere à visione Dei, alium à fide, nec diuersus modus approximationis diuersificat specie effectum, vt tenet ipse Scotus, 1. d. 1. q. 4. sicut alibi etiam tenet, actum voluntatis, siue sequatur visionem Dei, siue non, semper esse liberum & non naturalem. Sed amorem viæ, & patriæ non differre specie, partim dixi tractatu. 1. partim dicam, q. 114. de merito, docetque Vazquez hic, dispu. 11. c. 4.

2. Solut.

2. R Scotus illa quæst. 5. amorem Dei non esse Beatitudinem in quocumque gradu, sed in certo gradu, ad quem non potest pertingere amor viæ. Hoc reijcitur, quia de potentia absoluta posset amor Dei in via æquare, & superare in intensione amorem patriæ, tamen non bearet hominem, & sunt qui dicant Beatam Virginem in via intensius aliquo beato Deum dilexisse.

3 Solut.

Alij Respondent. 3. Beatitudinem non consistere in diuino amore secundum speciem suam considerato, sed secundum suam individualem perfectionem, & aliquas conditiones, quas habet in patria ex coniunctione ad visionem Dei, vel aliunde, scilicet, intensionem, inamissibilitatem, &c. Ita Valentia, qui videtur supponere, id quod alibi reijcietur, esse necessario distinctionem individualem inter amorem viæ, & patriæ. Quam distinctionem alij non arbitrantur necessariam ad argumenti solutionem, sed sufficere distinctionem conditionum, vt in patria sit Beatitudo,

in

in via autem non, sicut visio, qua Paulus, secundum D. Thom. vidit diuinam essentiam, erat eiusdem speciei cum ea quam modo habet in cælo. Sed quod attinet ad intensionem iam reiectum est, quod vero attinet ad firmitatem, reijcitur, quia sine visione posset Deus amorem stabilem omnino facere, & præterea secundum Scotum perpetuitas non est de ratione Beatitudinis. Vnde infra dicam, huic argumento solutione nulla commode satisfieri, licet aliquæ possent vtcumque defendi.

§. quintus, alijs conclusionibus sententia authoris explicatur.

43. 5. Conc. *Probabilius est in visione quam in amore Dei essentiam beatitudinis consistere.*

DIco 5. licet quidam putēt sententiam D. Tho. & Sco. æque probabiliter defendi posse, aut vix percipi posse, quæ illarum sit probabilior. Tamē opinio D. Th. lōge probabilior videtur, quam sent. Sco. imo aliqui iuniores satis docti censent hanc Sco. inter omnes esse minimæ probabilitatis.

1. proba. Probatur conclusio 1. quia opinio D. Th. plures scholasticos, philosophos, & sanctos, clariasque loquentes pro se habet, quam opinio Scoti, & potiores rationes, quæ difficilius soluuntur, vt quæ suadent excellentiam intellectus supra voluntatem, & visionis supra amorem, & illa vltima, quæ nullam conuenientem solutionem habet, vt vidimus, & recte docuit Vazquez disput. 11. cap. 4. Adde quod licet demus amorem in patria esse alterius speciei, nō videtur esse speciei adeo excellētioris, vt cum amor viæ sit longe inferior visione Dei, ille sit adeo superior visione, vt in illo & nō in visione sita sit tota essentia beatitudinis. Rursum, si, vt alia solutio cōtinet, requiritur certa intēsio, ponamus Deū cū videte ipsum non concurrere ad tantam intensionem, iam videns, & diligens Deum, & ipso fruens non erit beatus, quod videtur absurdum: non igitur in amore sita est Beatitudo supernaturalis, vt nec naturalis. Quo cir Aristo. licet. 10. ethi. cap. 2. dubitauerit, an in delectatione sita esset naturalis Beatitudo, nunquam tamen dubitauit, an sita esset in amore. Et similiter D. Tho. nunquam quæstionem mouit, an supernaturalis Beatitudo in amore sita esset.

2. Proba. 2. Etiam si amor patriæ esset æque perfectus cum visione, tamen visio excedit, 1. in ratione consecutionis, vt in argumentis tertiæ opinionis probatum videtur, 2. excedit, quia est fons, & origo omni ūaliarum perfectionum quæ sunt in anima beata, & illas necessario infert, & est prima forma, seu proprietas beati, distinguens illum à non beato, ita vt sine illa, nec de potentia absoluta possit aliquis esse beatus: cum illa autem saltem de potentia ordinaria, & sine miraculo, no posset quis nō esse beatus, nec posset carere reliquis perfectionibus, quas habet status beatificus, ergo cum finis consecutio, & bonorum sufficientia, & affluentia maxime pertineat ad beatitudinem, potius visio, quam amor erit beatitudo, si vnico actu continetur tota essentia beatitudinis. Denique quia argumenta Scoti facilime diluuntur.

Ad 1. enim R. Augustinum quidem velle amorem patriæ esse mercedem, & præmium bonorum operum viæ, non vt totam essentiā Beatitudinis, nec vt precipuam eius partem, sed vt partem integralem, iuxta D. Thom. vel essentialem minus perfectam secundum, aliquos authores, 4. opinionis, qui proprius ad veritatem accesserunt. Quod vero dicit Augustinus, nihil dulcius aut gratius habere sanctos perfecto amore Dei, intellige inter perfectiones volūtatis, vel inter omnes perfectiones, excepta visione Dei, à qua manat Quod vero dicit talem amorem esse vitam beatam, intellige de vita beata partialiter, quia amor est pars, saltem integralis vitæ beatæ: sic corpus, caro, vel anima dicitur homo, ideſt, pars hominis, vel sumitur effectus pro causa, vt cum de imagine dicimus, esse bonam, vel malam manum, ideſt, effectum bonæ, vel malæ manus artificis. Quod vero ait, summa merces est, vt Deo fruamur, intelligitur ita vt nomine fruitionis non intelligatur amor, nec delectatio, sed ipsa visio beatifica, quę fruitio appellari potest, quatenus est perceptio quædam, & summa illius fructus, quem Deus animabus sanctorum offert. Aliquando enim fruitionem sic capi, videbimus postea cum de beatifica fruitione differemus, q. 11. Chrysostomus vero solum vult, amorem vię esse nobis vtilissimum ex natura sua ad presentia, & ad futura bona, & tum per se, tum ratione amoris Dei, quem nobis conciliat, est superior omni voluptate, & carentia gehenę, nō tamen est secundum se superior visione Dei. Ad 2.

44. Ad 2. transeat, Beatitudinem consistere in vnica, & perfectissima operatione: quod tamen authores quartę opinionis negant, imo aliqui dicunt esse de ratione beatitudinis, quod sit vnica operatio, non tamen quod sit perfectissima, sed satis est quod sit consecutio naturalis, ideſt, non affectiua summi boni, sed intelligibilis, eo autē concesso, nego, amorem esse perfectissimam operationem, si comparetur ad visionem Dei, & similiter nego habitū charitatis esse perfectiorem lumine gloriæ. Quādo vero loco in superioribus citato ait D. Paulus

Ad 2. *probationem minoris. Intellectus est perfectior voluntate & lumen gloriæ charitate, & visio delectatione.*

Actus charitatis in esse naturæ est perfectior actu fidei vel spei & habitus habitu.

Paulus maior horum charitas, R. sermonem esse de charitate respectu fidei, & spei: est enim actus charitatis melior non solum in esse moris, sed in esse naturæ, vt ait Valent. Et similiter habitus charitatis habitu fidei, & spei.

Ad testimonia vero D. Thom. in quibus amorem cognitioni Dei præferre videtur, cõmuniter Respondent Thomistæ, vt Caprol. 1. d. 1. q. 1. & d. 49. q. 2. Caietan. 1. p. q. 26. art. 2. & q 82. art. 3. & 2. 2. q. 23 art. 6. tantum præferre illum cognitioni de Deo, quæ in via, vel patria habetur per species creatas. Ferrara vero 3. contra gentes, capit. 26. in fine, non quiescit in hac solutione, quia D. Th. præsertim in illo loco primæ partis agit de distinctione ordinum Seraphim, & Cherubim, & dicit supremum ordinem denominatum esse ab amore, quia respectu Dei amor est perfectior cognitione. Constat autem, quod ordines Angelorum à Dionysio sunt ordinati secundum perfectiones patriæ, & non viæ, nam de mente ipsius Dionysij, capit. 7. cælestis hierarchiæ, primam hierarchiam ab alijs distinguit D. Thom. quia rerum rationes in Deo immediate cognoscit; & 2. d. 9. art. 7. inquit, quod à principio creationis, quodammodo fuit distinctio ordinum, non tamen secundum vltimum complementum, sed per diuersum donum gratuitum, tanquam per principium formale, & completiuum, & in hac q. dicit quod Cherubim eminenter diuina secreta cognoscunt. Et d. 3. q. 2. art 2. ad 3. ait, ordines distingui secundum gradum in præmio essentiali. Et breuiter ex processu D. Thomæ, vbi agit de ordinatione Angelorum apparet, quod ordines in ipsis distinguit secundum quod sunt in statu Beatitudinis, & ait, dilectionem præeminere cognitioni, & ideo à dilectione denominatum supremum ordinem, ergo loquitur de cognitione beatifica, & sine distinctione de statu viæ, & patriæ, dilectionem Dei, eius præfert cognitioni, 1. p. q. 81. art. 3. & de veritate, q. 22. art. 11.

Quare Ferrariensis R. 2. D. Thomam velle amorem Dei esse perfectiorem visione Dei, non simpliciter, sed secundum quid. quia visio non tendit in Deum, vt in se est, sed vt est in vidente, amor vero tendit in Deum, vt in se est. Aliqui hanc solutionem impugnant, 1. quia ex ea sequitur fidem esse simpliciter perfectiorem charitate viæ, quod infra reijcietur. 2. Quia sic non fit satis difficultati, quam ibi tractat D. Thom. cur enim si visio Dei est simpliciter perfectior amore, non ab ea sumpsit nomen supremus Angelorum ordo? Quam obiectionem frustra, inquiunt, conatur soluere Ferrara 3. contra gentes, quia etiam visio attingit Deum, vt in se est, ergo in hoc non exceditur ab amore Antecedens probatur, quia videbimus eum sicuti est: nec refert quod cognitum attingatur, prout est in intellectu, quia Deus ipse vt inse est, est etiam in intellectu beati Si dicas, diuinam essentiam vniri intellectui, non secundum totam suam perfectionem, sed secundum intellectus capacitatem. Respondent isti, in hoc non esse considerandam vnionem essentiæ diuinæ in ratione speciei intelligibilis (in quo maximam vim suæ solutionis Ferrara constituit) hæc enim vnio extrinseca est & licet sit intrinseca solum est per modum actus primi, ideo antecedit, & non constituit Beatitudinem, & est vnio ad efficiendum, & si est limitata etiam essentia diuina, vt continetur in visione Dei, vel in verbo per eam producto concurrit, & vnitur limitate ad amorem iuxta finitã capactitatem voluntatis, ergo non magis attingitur Deus secundum se amore, quam visione. Præterea si visio fieret per speciem creatam, vt ali qui putant re ipsa contingere, vel saltem non repugnare, non minus bearet, ergo ad præsentem solutionem non spectat vnio essentiæ in ratione speciei, sed tantum in ratione obiecti: quo pacto sicut Deus secundum se vnitur voluntati, ita intellectui beati, & sicut visio attingit Deum producendo verbum, ita amor producendo impulsum in amatum, ergo par ratio est Vnde colligunt isti, doctrinam illam D. Thom, limitandam esse ad cognitionem Dei, quæ non sit quiditatiua, & intuitiua. Et ad obiectionem de ordinibus Angelorum, Respondent, 1. probabile esse, fuisse distinctos secundum perfectionem viæ, vt tenet Vazquez disput. 11. cap. 8. num 46. nam siue in patria excedat visio, siue amor, tamen qui perfectius videt, perfectius amat, & è contra, ergo nõ videntur distincti illi ordinis ex amore, & cogninitione, vt in patria sunt, sed vt erãt in via; in qua aliqui excessere in cognitione, & non in amore, vt Lucifer. Vnde illa distinctio ordinum suo modo reperta fuit in dæmonibus. 2. respondent illa nomina imposita esse ab hominibus, vel propter homines, ideo supremum ordinem denominatum esse à perfectione, quæ in viatoribus est maxima, consonat Altisiodoro, 2. summæ, tracta. 3. cap. 1. vbi Seraphin interpretatur ardens, siue succendens, quia Angelorum primi ordinis ministerium est accẽdere homines in dilectione Dei, vt & ipsi præ alijs ardent in dilectione Dei.

3. Respõdẽ illa nomina sumpta esse potius ex effectis, ita vt superior ordo intelligatur habere vim inflammãdi, & alius illuminãdi, quia inflamatio in nobis est perfectior illuminatione.

Veruntamen nec impugnationes Ferrariensis, nec istæ responsiones omnino placent. 1. 45.

enim

enim ex illa Ferrarienſis doctrina non eſt cõſequens, fidem eſſe ſimpliciter perfectiorem charitate, licet enim viſio Dei ſit ſimpliciter perfectior charitate, quia eſt clara quiditatiua, & intuitiua cognitio, tamen fides cum hoc non habeat, non excedit ſimpliciter charitatem. 2. quia in doctrina Ferrarien non male ſatisfit difficultati, quam tractat D Thom. de diſtinctione illorum ordinum, dicendo cum Ferrarienſe, illam diſtinctionem ſumptam eſſe ex perfectione actus intellectus, & voluntatis, non generica quæ ſumitur ex vero, & bono, vt ſic, ſed ſpecifica, quæ ſumitur ex tali obiecto, ſcilicet Deo, quod obiectum excellẽtiori modo attingit amor quam viſio, quia magis penetrat Deum, quã viſio ſed viſio excedit ſecundum generică rationẽ cognitionis, qui exceſſus præponderat, & ideo viſio ſimpliciter eſt excellentior; Ad complementum huius ſolutionis addit Ferrara, in ea denominatione ſupremi ordinis ab eo quod ſimpliciter eſt minus perfectum, nihil derogari excellentiæ illius ordinis, quia eo ipſo quod intelligatur eminere in amore, etiam intelligitur eminere in viſione; qui enim ardentius diligunt, clarius cognoſcunt, vt docet D. Tho. locis citaais. Sed melius addidiſſet Ferrarienſis, amorem, licet tantum ſit ſecundum quid melior in ſe, & ſuo ſubiecto, tamen quia ſimpliciter melior eſt Deo, & nobis (ĩ ſic loqui licet) quia directe reſpicit bonum Dei, & noſtrum, ipſumq. intendit, ideo ab eo ſupremus ordo nomen accepit, potius quam ab eo, quod ſimpliciter in ſe, & tali ordini melius erat. Id vero quod Ferrarienſis conſtare ait, ordines diſtinctos eſſe ſecundum cognitionem & amorem beatificum, non ſatis colligitur ex D. Tho. aut Diony. nec forte eſt verum; Seraphim enim ſecundum Diony. cap. 7. cæleſtis hierarchiæ dicti vdentur Angeli quidam, quia in ſe in flammati ſunt, & alios inflammare poſſunt, non per cognitionem, quam in verbo habent, ſed per ſpeciales reuelationes immediatas, quæ ipſis fiunt accomodatæ ad amorem in illis, & hominibus excitandum. Sicut Cherubim iuxta D. Thomam, in illo loco primæ partis, immediatas reuelationes accipiunt à Deo accommodatas ad illuminationem intellectus, magis quam ad inflammandum proprium, vel humanum affectum, & in his reuelationibus eminent. 3. deficiunt illi Ferrarienſis impugnatores, quia non intellexerunt, quomodo voluntas dicatur amore attingere Deum, vt in ſe eſt, non autem intellectus viſione. Senſus enim eſt, licet forte à Ferra. non ſatis cognitus, intellectum non videre Deum ſecundum omnem modum realem, quem in ſe habet, quia hoc eſſet comprehendere Dum, vt poſteadicemus. Et hoc eſt impoſsibile, & ad hoc. adducit Ferrara D. Thomam de veritate. q. 8. art. 2. ad. 3, Et art. 4. ad. 2. & 4. d. 49. q. 2. art. 4. ad. 2. aſſerenrem, eſſentiam diuinam non vniri intellectui beato ſecundum totam ſuam vim & poteſtatem repræſentaudi, ſed limitate, quia intellectus creatus non eſt capax infinitæ & comprehenſiuæ viſionis; at vero voluntas attingit Deum ſecundum omnes ſuos modos, quia appetit, & vult Deo, etiam modos illos, qui nõ percipiũtur diſtincte. Et hoc eſt quod ait Hugo ſæpe citatus, dilectionem intrare ubi cognitio foris ſtat, & eſſe acutiorem amore, habereque maiorem vim penetrandi Deum: & propterea, etiam S Tho. in fra q. 28. art, 1. ad. 3. dixit, quod amor eſt magis vnitiuus; quam cognitio: & 1. p q 108 art. 6. ait quod Seraphim excedunt in hoc, quod eſt omnium ſupremum, ſcilicet Deo vniri, quia videlicet per dilectionem à qua nomen ſumunt, magis Deo vniuntur, quam per ipſam viſionem vel cognitionẽ, à qua ipſi Cherubim denominantur Ferrar. autem ſupra explicat priorem locum D. Thomæ ex alio loco eiuſdem. 4 d 49 q. 1. art. 1. q. 2. ad. 5. vbi ait, amorem magis vnire, quia perficit vnionem factam per intellectionem, & illam ſupponit. Alij dicunt, amorem magis vnire cauſaliter, & affectiue quia refert amantem in amatum, & facit vt omnes cogitationes ſint de illo, vel propter illum. Itaque ex vnione affectiua ſequitur intelligibilis, ex intelligibili autem non ſemper ſequitur affectiua, imo aliquando ſequitur auerſio.

Ad. 1 confirmationem minoris ſecundi argumenti, primæ opinionis R optimum actum voluntatis in ſtatu imperfecto eſſe meliorem optimo actu intellectus in eodem ſtatu, ſed non in ſtatu perfecto, quia hic conſtituitur per excellentiſsimum actum intellectus, qui non poteſt eſſe in ſtatu imperfecto, &, eſt excellentior optimo actu voluntatis in quocumque ſtatu. *Ad. 2. cõf. 2. argum.*

Et per idem patet ad. 2. confirmationem amor enim naturalis attingit Deum in ſeipſo, & ideo ſimpliciter eſt perfectior omni cognitione naturali, quæ nullatenus attingit Deum in ſe, ſed ſecundum rationes, & conceptus communes Deo & creaturis, dari tamen poteſt cognitio, quæ attingat Deũ in ſe ipſo, licet non ſecundum omnem modum, & illa erit ſimpliciter excellentior omni amore Dei, quia licet in aliquo ſuperetur ab amore, tamen in multis, & præponderantibus illum excedit. *Ad. 1. cõf.*

Ad 2 Probationem minoris in eodem. 3. argumento ſumptæ Reſpondent Duran. 4. d. 49 q. 4 ad. 5. Medina hic, art. 4. Valentia puncto. 4. Caieta. 2. 2. q. 142. art. 2. maximam illam *ad. 2. prob. minoris,*

illam intelligendam in bonis disparatis, quorum vnum non includit neque supponit aliud in illis autem, quorum vnum aliud includit, vel supponit, vera non est, quia melior est florens valetudo, quam sanitas, peior autem est ægritudo, quæ opponitur sanitati, quam imperfecta valetudo, quæ opponitur florenti valetudini: Quia igitur amor supponit cognitionem, oppositum amoris scilicet odium potest esse deterrius opposito cognitionis, scilicet errori, vel hæresi circa diuina, quæ oppo nuntur visioni, licet hæc sit perfectior.

2. Respondet Valentia, maximam nec in disparatis esse veram; nam fieri potest, vt aliquid sit peius, non quia maiori bono opponitur, sed alia ratione, vt melius est seruare virginitatem, quam audire sacrum in die festo, tamen non audire est deterius, quam non seruare virginitatem, non quia maiori bono, puta amori opponatur, sed quia est dere minime digna odio, scilicet de Deo, qui potius est summe diligibilis. Alij respondent, sicut visio est magis diligēda, ita eius priuatio est magis fugienda, vt etiā Durādus dicere videtur. Quia tamē argumentū vrgere videtur in errore, & odio, quæ contraire opponuntur visioni, & dilectioni addunt cum Medina (id quod etiam docet Vazquez, disputatione. 11. cap. 8. nu. 47.) odium esse maius malum in genere moris sed in genere naturæ maius malum esse errorem circa diuina qui opponi tur visioni, quæ præstantior est in esse naturæ, in genere autem moris visio, & dilectio beatifica comparari non possunt formaliter, cum sint actus necessarij, sed radicaliter, & sic vterque actus est radix impeccabilitatis, & vniuersalis rectitudinis, ac bonitatis moralis: Visio autem excedit, quia est prima radix, & similiter excedit in ratione obiecti desiderati, quia melius, etiam moraliter, est desiderare visionem Dei, quam amorem, & moraliter nec visio, nec dilectio beatifica habet contrarium, sed hæresis opponitur moraliter cognitioni viæ, & odium amori viæ, vnde non mirum quòd odium in genere moris sit detestabilius. Addunt isti, maximam, seu regulam illam esse falsam, nam licet oppositum caloris, nempe frigiditas, sit mihi peius, quam oppositum albedinis, nempe nigredo, non inde sequitur, meliorem mihi esse calorem albedine, quin potius hæc in seipsa & mihi est melior, si secundum se solas istæ qualitates considerentur. Si vrgeas, quoniam amor Dei est melior aliqua intellectione, puta equi, ergo etiam est melior intellectione Dei, ac proinde Beatitudo in eo sita est, & non in visione Dei. Consequentia patet, quia quando aliqua species alicuius generis est perfectior alia alterius generis, omnes eius species sunt perfectio res omnibus speciebus alterius generis, eoquòd genus ipsum altero genere perfectius est.

R. negando consequentiam, ad cuius probationem dico, falsissimum esse antecedens, alioqui cognitio sensitiua esset perfectior amore Dei, quoniam aliqua species cognitionis est perfectior aliqua specie amoris, & cælum esset perfectius omni corpore corruptibili, quoniam est perfectius aliqua specie corporis corruptibilis, nempe terra, vel aqua &c. Nec valet dicere cælum esse animatum anima rationali, & perfectius homine secundum Aristo. nam hæc opinio licet fortasse fuerit Ari. tamen falsissima est Neque item valet dicere, corruptibile & in corruptibile nō esse differētias essentiales, cōstituētes duo genera substātiæ, nullaūque corpus ex natura sua esse in corruptibile: totū enim hoc est cōtra cōmunem, & verissimum doctrinam præter quā, quòd in alijs rebus infinitæ instantiæ antecædentis afferri possent. Neque aliter defendi potest præstantia visionis supra amorem Dei, nisi negando illud antecedens.

Ad. 3. probationem minoris R. non semperposteriora generatione esse priora perfectione, sic enim actus exnterior esset perfectior interno, quia est posterior generatione. *Ad. 3. probationem minoris*

Ad. 4. probationem illius minoris R. falsam esse illā sentētiam. Scoti, Richardi Henrici, Ochami, Maioris, supplemen. Cordubæ, & olim D. Thomæ de excellentia voluntatis supra intellectum: & omnia, quæ pro ea adducuntur, solum probant voluntatem esse excellentiorem secundum quid, sed simpliciter præstat intellectus, quia in pluribus, & excellentioribus voluntatem excedit, præsertim si intellectio proprie efficit volitionem, voluntas enim, non proprie efficit intellectionem, sed per sympathiam & ordinem potentiarum mouet intellectum, vt ait Valentia illo puncto quarto, iam supra citato. *Ad. 4. probationem minoris*

Ad. 3. argumentum principale primæ sententiæ R. obiecta, quæ non possunt alio modo obtineri, nisi cognitione vel affectu, cum sic obtinentur, simpliciter obtineri, & possideri dicuntur, & ita obtinetur, ac possidetur Deus, sed nobiliori modo per visionem, quam per amorem, licet per amorem magis, & intimius vniatur mens Deo, vt superius dictum est, & sic intelligendi sunt D. Tho. Dionysi. Augusti & Hugo in argumento citati: non tamen recte colligitur ex eoquòd amor attingat Deum, vt in se est, visio autem vt per suam similitudinem expressam est in cognoscente: nam visio, vel includit ipsam similitudinem, quæ repræsentat Deum, vt in se est, vel non dependet ab ea, in attingēdo Deum, vel *46. Ad. 3. arg.*

vel saltem non attingit Deum media illa, vt obiecto, sed vt conditione requisita, vt obiectum videatur, vel visio Dei non producit talem similitudinem, seu verbum Ratio ergo est, quam superius attigimus, quia amor etiam modos Dei confuse tantum cognitos attingit in seipsis, nec enim oportet, rem distincte, & in seipsa cognosci, vt in se, & distincte ametur.

Ad. 1. cõf. Ad. 1. Confirmationem R. Augu. solũ intẽdere in rebus honestis & in oppositis voluntatem pro facto reputari, aut velle rem esse habere illam in affectu, & vnione affectiua coniunctam, melior autem vnio in esse naturæ est per cognitionem, & similitudinem expressam.

Ad. 2. cõf. Ad. 2. Confirmationem R. Anselmum solum velle esse peruersum ordinem amare Deum præcipue, vt illum intelligas in via, secus vt illum intelligas in patria, dummodo non excludatur, aut negligatur amor Dei propter seipsum, qui est amor amicitiæ, & perfectior illo, quo appetitur eius amor propter visionem beatificam, vel propter seipsum. Ex quo soluitur illa difficultas, an visio appetenda sit propter amorem an è contra. Caietanus. 1. p. q. 26. art. 2. Ferrara. 3. contra gentes. cap. 26. Sotus. 4. d. 49. q. 1 art. 3. Durandus q. 4. contendunt, amorem potius ordinari ad visionem. Quod probat Durandus, quia sicut appetitus naturalis est propter formam naturalem, ita appetitus sequens cognitionem est propter formam apprehensam, ideſt propter consecutionem alicuius boni apprehensi, cuiusmodi in natura intellectuali est cognitio. Et inde colligit Durandus, intellectionem esse perfectiorem amore, & intellectum voluntate. Sed hæc ratio parum vrget, & facile reijcitur, quia laborat in æquiuoco non distinguens de amore concupiscentiæ, & amicitiæ, & licet quod dicit possit verificari de primo, non tamen explicat, quomodo possit verificari de secundo, de quo solo est controuersia, & in quo ratio Durandi non procedit, nam amor amicitiæ non est appetitus propriæ perfectionis sicut amor concupiscentiæ, & ideo non videtur ordinari perse ad intellectionem, quæ est propria perfectio. Deinde ex eo quod quidam amor, scilicet habens pro obiecto intellectionem, sit inferior intellectione, non sequitur, quemcũque amorem concupiscentiæ & amicitiæ, esse imperfectiorem intellectione, neque voluntatem intellectu. Alij etiam non solum Durandum, sed & cæteros reijciunt, dicentes, amorem Dei in patria esse propter visionem, licet enim amor viæ, quia liber, & meritorius est, possit ad visionem ordinari. Quod præcipue intendit Anselmus supra dicens, Deum creasse hominem, vt ipsum intelligeret, intelligendo amaret, amando ad ipsius fruitionem peruenire, vt explicat ipse Caietanus, in hac. q. 3 art. 4. & 1. p. q. 26. art. 2. Sotus. 4. d. 49 q. 1. art. 3. Amor tamen beatificus non amatur propter visionem, quia ad eam nullo modo conducit, sed propter seipsum, & propter amicum, vt petit amor amicitiæ. Declaratur in quiunt, quia si amor ordinatur ad visionem, vel hoc est quatenus visio est bonum hominis, & sic non quia hoc spectat ad amorem concupiscentiæ, & non amicitiæ. vel vt visio conducere potest ad laudem, & gloriã Dei, & hoc est illi extrinsecum, at ipse amor perse ordinatur ad Deum, vt conducere potest ad eius gloriam, & est illi debitus propter seipsum, etiam si Deus videri non posset: & visio posset ad amorem ordinari, vt causa illius, ergo potius visio est propter amorem, quam è cõtra. Sed priores illi defendi possunt, nam in primis non laborant in æquiuoco, loquuntur enim tantum de amore amicitiæ contra Scotum, qui putat esse principaliorem visione & ideo magis expetendam visionem propter illum, quam è contra, & in illo sitam esse Beatitudinem, ipsi vero sentiunt potius esse appetendum amorem propter visionem, quam è cõtra, quæ ordinatio in amorem viæ (qui secundum probabiliorem opinionem est eiusdem speciei, imo potest esse idem numero cum amore patriæ) absoluta esse potest, quia reuera ad visionem meritorie conducit, in amore etiam patriæ ordinatio ista absoluta esse potest, quia ille amor conducit ad rectitudinẽ voluntatis, quæ necessaria est ad conseruandam visionem. Si enim videns Deum per impossibile peccaret, priuaretur visione, saltemque ea ordinatio potest fieri conditionaliter, vt vellem amare Deum si esset medium necessarium, vel vtile ad conseruandam visionem: & relationes istæ illius amoris amicitiæ ad visionem possunt fieri per actum amoris amicitiæ, & per actum amoris concupiscentiæ. Quando vero amor ipse amicitiæ propter se amatur, non amatur amore amicitiæ, sed concupiscentiæ, & omnes isti amores, sunt liciti, & recte ordinati & similiter amor quo visio ordinatur ad amorem amicitiæ. Peruersitas autem de qua loquitur Anselmus esset elicere hunc actum nolo amorem Dei propter seipsum, sed solum propter cognitionem, quamuis enim sit licitum velle talem amorem precise propter cognitionem, tamen excludere formaliter, & explicite motiuum propriæ bonitatis, quam ex se habet amor, est malum quia est actus quodammodo derogans amicitiæ, quæ obligat ad non excludẽdum explicite motiuum propriæ bonitatis, cum sit præcipuum, licet non obliget

Difficult. an visio sit appetenda propter amorem.

obliget ad adhibendum propriæ bonatis motiuum, quoties amor amicitiæ expetitur. Sed nolle intelligere nisi propter amorem, non est peccatum, quia propria bonitas cognitionis, quæ ad studiositatem pertinet, non est præcipua, & ideo nec derogat studiositati, nec alteri virtuti motiuum eius expresse, & explicite excludere, vt altiori motiuo maior locus detur. Paludanus supra ait, cognitionem Dei speculatiuam non ordinari ad amorem, quod signihcat D. Thom. in hac. q art. 5. cognitionem vero practicam ait, ordinari ad amorem, & sub dubio relinquit, an hæc sit eadem cum visione Dei, de quo agemus inferius, disputãtes. An visio Dei sit practica, & speculatiua simul; An vero notitia speculatiua sufficiat ad mouendam voluntatem vidimus superiori tractatu. An item Deus magis velit diligi, quam videri, quia magis conducit perse ad promouendum diuinum bonum diligi quam videri, & ideo melius sit appetere dilectionẽ Dei ad bonum Dei, quam visionem ad idem bonum quia melius est conformare voluntatem nostram cum diuina; Respondetur breuiter, visionem habere omnes vtilitates dilectionis beatificæ, & insuper esse causam talis dilectionis, vnde etiam vt vtilis bono Dei, & creaturæ, præferenda est à Deo, & à nobis ipsi dilectioni. Cum vero dicimus visionem propter se esse nobis amabiliorem, & expetibiliorem amore beatifico, intelligitur de amore precise, non vt supponit visionem, vt enim eam supponit amabilior est visione, idest appetibilius est amare Deum, quam videre, quia sic amare, est videre & amare simul, & hoc est melius, quam solum videre. Ita Durandus. 4. d 49 q. 4. ad. 2. deinde cum dicimus, amorem esse præferendum visioni, intelligitur secũdum propriã bonitatẽ, si tamen necessarius sit actus amoris Dei, ad satisfaciendũ alicui præcepto, erit exercẽdus, spreta si necesse fuerit visione, & de eo dẽ actu exercẽdo omissa visione consulendũ erit, si magis cõducat ad gloriam Dei, quam visio, & cum visione esse non possit; sed casibus metaphysicis omnissis ad institutum reuertamur, præmonendõ tamen, ex eo quod visio dei ordinetur à nobis ad dilectionem, vel è contra, non posse colligi vnam esse perfectiorem alia, quia quod nobilius est, sæpe à nobis etiam licite ad ignobilius ordinatur. Quando vero ex natura rei vnum omnino est propter aliud, recte colligitur, hoc esse nobilius. De quo, & alijs, ad secundam confirmationem spectantibus, multã Vazquez. disputa. 11 cap 9.

Ad. 3. conf. Ad. 3. Confirmationem R. tantum probare, quod sicut finis obiectiuus formaliter, & vt finis est, pertinet obiectiue ad voluntatem, ita & eius consecutio, & adeptio, quæ pro eodem fine reputatur. Et ideo voluntas eodem actu, quo appetit Deum, appetit eius visionem, quæ est consecutio Dei, & pertinet ad intellectum, vt ad subiectum. materialiter autem finis, & eius consecutio pertinet obiectiue ad intellectum: quia intellectus sicut cosiderat alia sub ratione veri, ita & ipsum finem & eius consecutionem.

Ad in. Ad. 4. Confirmationem R. voluntatem assequi finem non perse, & immediate, sed mediante intellectu, sicut quando intẽdit videre id assequitur per ipsam visionem Si dicas, res quæ meretur, debet remunerari, voluntas meretur, ergo debet remunerari, scilicet Beatitudine Respondetur, licet meritum, & præmium debeant esse in eadem persona, non tamen in eadem potentia, vel parte, miles enim manibus pugnat, & meretur coronam, quam in capite recipit. Ita D. Tho. quodlibet. 8. art. 19. Addo voluntatem recipere premium, quod est pars essentialis, vel saltem integralis Beatitudinis, scilicet amorem, & voluptatem beatificam.

47. *6. conclu. In amore amicitiæ Dei non est totaliter sita. Beatitudo.* Ex dictis ergo patet, & dico. 6. in amore amicitiæ non esse sitam totam Beatitudinis essentiam, quia est alius actus principalior amore, in quo totaliter, vel saltim præcipue consistit, aut certe iste actus visionis est essentialis pars Beatitudinis, quia sine illa appetitus noster non esset satiatus, neque quietus cum bono aliquo maximo, sibi secundum legem ordinariam possibili priuatus esset. Eadem videtur ratio de amore Dei, & beatifica voluptate, licet sint actus imperfectiores visione, vt ita vera sit quarta sententia, quæ ait, tres istos actus, vel saltem visionem, & aliquem ex alijs duobus esse de essentia Beatitudinis, Vnde.

48. *7. Conclu.* Dico. 7 probabilius rationi, testimonijs scripturæ, & Patrum, & Ecclesiæ definitionibus conformius est, amorem, & forte delectationem esse de essentia Beatitudinis.

Probabilius est amorẽ aut etiã dilectionem esse de essentia Beatitudinis quam oppositum. Quod etiã in via D. Tho. verũ esse aliqui cõtendunt. Et de amore id defendunt aliqui docti iuniores, dicuntque non esse contra D. Tho. quin potius illi esse consentaneum. Et probant. 1. quia. D. Thom. 1. p. q. 43. art. 5. ad. 2. docet cognitionem gratuitam, quæ non prorumpit in affectum, non sufficere ad perfectam similitudinem cum Deo, ac proinde nec vt spiritus sanctus dicatur ad animam mitti, & in ea habitare Idemque docet. 1. d. 15. q. 4. art. 1. ad. 3. sed qui habet essentiam Beatitudinis perfecte est similis Deo, & habet Deum in ipso habitantem, ergo habet amorem, & ita secundum D. Tho. amor est de essentia Beatitudinis. Vnde in eo loco 1. sent. ait, fælicitatem contemplatiuam tunc haberi, quando contemplatio sine impedimento exerceretur, in quo casu amorem infert, & delectationem,

tionem, secundum Arist. 7. Eth. cap 14. 2. quia D. Thom. q. 4. art. 8. ad 3. ait, perfectionem charitatis, quantum ad dilectionem Dei esse essentialem Beatitudini, licet non quantum ad dilectionem proximi; &. q 1. art. 8. dixerat, creaturã rationalem consequi suum finem vltimum, cognoscendo, & amando Deum. &. 22. q. 27 ar. 6 ad 3. vltimum bonum hominis esse inhaerere Deo per charitatem: &. q. 44. art. 6. ait, charitatem patriæ esse finem ad quem ordinatur charitas viæ: &. 3. d. 27. q. 2. art. 2. ait, Beatitudinem supernaturalem postulare amicitiam charitatis cum ipso Deo, vt ita per amicitiam fiat connaturalis ipsi beato 3. quia sic D. Tho. sententiam intellexit Sotus. 4. d 49 q. 1 art 9. in fine ante solutiõnem primi argumenti; vt visio Dei non sit tota essentia Beatitudinis, nisi cum amore, & delectatione: vnde admittit eum, qui de potentia absoluta videret Deum & non amaret ipsum, nec in eo delectaretur, non fore beatum essentialiter. Quod etiam docet Medina in hac. q art. 4. ad. 1. primæ opinionis in vltima solutione. Sed non putat id esse quia amor, vel delectatio sit de essentia beatitudinis, sed quia visio nõ beatificat tantũ inherẽdo, sed causando amorẽ, & delectationẽ. Sed hęc causatio non videtur conducere ad fælicitatem, nisi ratione termini, quem causat. Præterea sicut calefatio includit calorem, est enim calor in fieri, ita causatio amoris includit amorem, ergo si causatio est de ratione Beatitudinis, etiam amor, præsertim cum talis causatio supra amorem solum addat relationem amoris ad suam causam. Quæ relatio minimæ entitatis est, ideo non videtur ad essentiam fælicitatis pertinere, sed amor cui inest; & saltem cum ea relatio pendeat ab amore, si ea est de essentia Beatitudinis, amor erit præsuppositus ad essentiam Beatitudinis nec videns, & amans Deum, vel ipso fruens, eo ipso erit beatus, sed cum in amore, & fruitione illa relatio intelligatur. Si autem dicatur, amorẽ, aut eius productionẽ, non esse de essentia Beatitudinis, sed tantum visionem expeditam & cum omnibus requisitis ad causandum amorem. Contra, quia expeditio, & præparatio illa ad causandum amorem non est expetibilis, nisi ratione amoris, vel certe parum expetibilis, ergo non erit de essentia Beatitudinis, nisi ratione amoris, quod est dicere, ipsum amorem esse de essentia, & hic loquimur de amore amicitiæ, nam de amore cocupiscentiæ postea dicemus, & aliquid diximus superius, in prima opinione. 4. ad hoc suadendum adduci possunt testimonia Augustin & Chrysostomi, quia amorem vocant mercedem, præmium, & vitam beatam, seu beatitudinem, vt retulimus pro. 1. opinione. Ab his autem non est verisimile dissentire D. Tho. 5. ita illum, & alios interpretatus est Carthusia. 4. d. 49 q. 1. & libro de lumine Christianæ Theoriæ, art. 45. &. 46. vt etiam amor, & delectation sit de essentia Beatitudinis. Neque obstant loca D Tho. in quibus videtur dicere in sola visione, & vnica operation Beatitudinem consistere, non enim vult excludere actiones, quæ illam necessario consequuntur, sed solum intendit in illis non consistere præcipue Beatitudinem. Ideo. 3. contragentes, cap. 26. vbi hoc fusius disputat, sæpe ait, Beatitudinem magis pertinere ad intellectum, quam ad voluntatem. Et de verita. q. 22. art. 11. ad. 11. nomine vitæ contemplatiuæ non solam contemplationem, sed etiam amorem Dei intelligi, vt expresse docet Gregorius, homil. 14. in Ezechielem à medio, & ibidem ad. 1. ait D. Th. Quòd cum Augustinus dixit, hominem ratione intellectus esse ad imaginem Dei, non excluditur voluntas, quin potius comprehenditur. Et Eugub. 4. de perenni. Philosophia, post quã, c 11. ex Arist & catholica doctrina docuit, Deum, & Angelos Dei visione, seu cõtemplatione beatos esse, subdit. cap 12. in ea contemplatione voluptatem, & delectationẽ summam comprehendi: eodem modo de Beatitudine Dei, & Angelorum, & animæ loquitur, libro 8. cap. 5. & lib. 10 cap. 10. &. 11.

Dico tamen. 8. durum est creditu, hanc esse sententiam D Thomæ, verba enim eius aliud passim sonant, & ita illum interpretantur, qui illiũ sequũtur, & qui illi aduersãtur. Neq. argumenta facta pro noua illa explicatione D. Thomæ vrgent. 49. 8. *conclu. Durũ creditu est, amorem, vel delecta. in vita* D. *Th. esse de essetia Beatitudinis.*

Ad. 1. enim dico, si depotentia absoluta quis videret Deum, non tamen illum diligeret, saltem habitu, licet haberet essentiam Beatitudinis, non diceretur perfecte similis Deo, nec simpliciter possidere Deum in se, imo nec forte esset simpliciter beatus, sicut nec calidum remisse denominat simpliciter calidum. Quod vero ait D. Thomas, fælicitatem contemplatiuam tunc haberi, quando nullum habet impedimentum, vt inferat amorem, & delectationem, intelligitur de fælicitate integra, & completa substantialiter, & alioqui argumentum plus probaret, quam aduersarius intendit, scilicet delectationem quoque esse de essentia Beatitudinis. Ad. 1.

Ad. 2. R D. Thomam dilectionem Dei docere esse essentialem Beatitudini, non quia sit de essentia, sed quia necessario consequitur essentiam, quæ in visione consistit: & cum ait, creaturam rationalem consequi vltimum finem, cognoscendo, & amando Deum, loquitur de integra, & completa consecutione, & charitatem patriæ vocat Ad. 2.

finem

finem quia est pars integralis Beatitudinis, & finis, ac præmij substantialis nostrorum operum. Et cum ait Beatitudinem supernaturalem postulare amicitiam charitatis, vt fiat connaturalis beato, non vult, eiusmodi amicitiam esse de essentia Beatitudinis, sed ad perfectum eius statum pertinere.

Ad. 3. Ad. 3. R. ex testimonio Soti plus probari, quam aduersarius admittat, scilicet dilectionem esse de essentia Beatitudinis. Fateor tamen Medinam non loqui consequenter, fateri enim debuisset cum Ferrara. 3. contra gētes, cap. 26. Duran. 4. d. 49. q. 4. ad vltimum & Cano de locis. li. 12. c. 14. in fine, Vazquez hic disputati. 11. cap. 10. Eum qui videret Deum, & non diligeret ipsum esse beatum essentialiter; Vel certe docere debuisset, amorem esse de essentia Beatitudinis. Quod vero Vazquez supra docuit, carentiam peccati habitualis, esse de essentia Beatitudinis, & peccatum habituale sola visione excludi, inferius disputabimus, disputatione. 7 sectio. 9. & resoluemus peccatum habituale sola visione Dei excludi non posse, & eo manente cum visione Dei animā non esse essentialiter beatā.

Ad. 4. Ad. 4. R. testimonia Augustini, & Chrysosto satis esse explicata, ad. 1. 1, opinionis.

Ad. 5. Ad. 5. R nihil referre quod Charthusi, Sot. & alij pauci sic intellexerint D. Tho. cum omnes fere aliter, & merito de D. Thoma sentiant, & de delectatione etiam aduersarij dicant, secundum D. Tho. & alios, & veritatem non esse de essentia Beatitudinis.

§. *Sextus. Vltima conclusione mens authoris exponitur.*

50. 9. Conclū. *Valde probabile est nullā delectationem esse de essētia Beatitudinis.*

QVa in re dico. 9. valde probabile est, nullam delectationem esse de essentia Beatitudinis. Ita enim docet D. Tho. in hac. q. 3. art. 4. & q. 4. art. 1. & 2. & Scotus. 4. D. 49 q. 7. & de gaudio, & delectatione orta ex amore concupiscentiæ probatur quia amor concupiscentiæ, qui potior est, propter suam modicam perfectionem non est de essentia Beatitudinis, ergo neq. delectatio ex eo procedens. Sed posset negari minor cum Rich. relato in. 4. sententia, qui asserit, amorem concupiscentiæ, & delectationem ex eo ortam esse de essentia Beatitudinis,

Pro. 1. de delectatione orta ex amore cōcupiscentiæ.

2. quia hæc delectatio supponit finem simpliciter adeptum, sed adeptio finis est essentialis Beatitudo, ergo delectatio supponit essentiam Beatitudinis. Ratio est D. Thomæ dicto ar. 4. cui tamen dici posset, delectationem supponere finem adeptum, adeptione inchoata non autem perfecta, quantum requiritur ad

2.

essentiam beatitudinis, vt ipse D. Tho. fatetur, non supponere consummatam, seu integram beatitudinem. Et ita explicat Augusti. 10. confessi. cap. 23. asserentem, beatitudinem esse gaudium de veritate, ideſt gaudium esse consummationem beatitudinis. Quo saltē modo intelligendum est, quod ait Aristo. 10. Eth. cap. 7. arbitramur fælicitati voluptatem admixtam esse oportere. Scilicet, vt habeatur essentia beatitudinis, vel saltem eius substantiale complementum,

Vnde probatur. 3. quia delectatio de toto aggregato visionis, amoris, & delectationis, est maior, & perfectior, quam de visione, vel etiam de amore, tamen non est de essentia beatitudinis, ergo nec illa, quæ est de sola visione, & amore simul. Sed huic rationi occurri potest, nam forte nulla est delectatio de toto aggregato, sed de sola delectatione est alia delectatio reflexa, quæ quia est imperfectior, certe etiam si sit de toto aggregato haberi non potest sine diminutione attōtionis ab obiectum directæ delectationis, ideo non est de essentia, imo nec de integritate beatitudinis, alioqui delectatio de illa secunda delectatione esset de essentia vel de integritate, & sic procedetur in infinitum, vel saltem in magnum quendam delectationum numerum, qui totus esset de essentia, vel integritate beatitudinis. 3.

4. posset probari cum Durando. 4. d. 49. q. 4. quia delectatio orta ex amore concupiscentiæ non est de Deo secundum se, sed vt viso, & ita est de re creata, quæ est possessio Dei, ergo est valde imperfecta, & ita non intrat essentiam beatitudinis, sicut amor concupiscentiæ, qui etiam habet pro obiecto Deū vt visum, seu visionem Dei. Aliqui hanc rationem Durandi impugnant; immerito tamen, nisi ad delectationem ex charitate ortam, quæ immediate versetur circa bona Deo intrinseca, extendatur. In ea enim delectatione locum non habet, bene tamē in delectatione orta ex amore concupiscentiæ, & in ipso amore concupiscentiæ. 4.

5. probāt aliqui, quia delectatio præcipue est propter operationem. D. Tho. q. 4. art. 6. & lib. 3. contra gentes, cap. 26. sed essentialis pars beatitudinis præsertim propter se diligitur, ergo. Huic tamen etiam occurri posset negando omnem essentialem partem beatitudinis præcipue esse propter se, licet enim de præcipua sit verum, de alijs negari potest: de tota tamen beatitudine maxime esse propter se, docet bene Aristoteles. 1. ethi. cap. 6. & 7. Deinde quod ait Arist. delectationem esse propter operationem, magis intelligitur de obiecto delectationis, seu de re causante, & inferente delectationem, quam de ipsa delectatione, 5.

tione, quæ per sensum hominis, vel bruti non percipitur, vnde mouere non potest ad inchoã dam, vel continuandam operationem, sed ad illam cosequitur, sic etiam delectatio beatifica ad continuandam visionem, vel delectatio nem non est necessaria, sed ad illam cosequitur, ergo non est præcipue propter operationem, vt medium propter finem, sed precipue est propter se.

6. Alij 6. probant, cum Scoto, quia delectatio non est actus elicitus à voluntate, ergo non est pars beatitudinis. Sed ista ratio supponit falsum, vt in sequentibus patebit, & male colligit, quia etiã si visio, & dilectio Dei essent in nobis productæ à solo Deo, altera, vel vtraq. simul esset essentialis beatitudo.

7. 7 Probat Scot, quia amor concupiscentiæ supponit amorem amicitiæ, ergo delectatio orta ex amore concupicentiæ supponit delectationem ortam ex amore amicitiæ, ergo est ignobilior, ac proinde in ea nõ cõsistut beatitudo. Sed hæc ratio non placet, quia si sumatur amor amicitiæ pro amore, quo volo alteri bonũ propter se; amor uero concupiscentię pro quocumq. alio amore, vt hic sumimus, neuter alterum supponit, licet sint distincti actus. Si vero amor amicitiæ sumatur pro amore mei, vel alterius personæ, amor autem cõcupiscentiæ pro amore quo mihi, vel alteri personæ volo bonum, vnus actus non est distinctus ab altero, ergo illum non supponit. Item quia non omne quod alteri supponitur est ipso perfectius.

8. 8 Alij probant, quia delectatio est decor, & ornamentum operationis, sicut pulchritudo iuuentutis 4. ethico ca. 1. D. Tho. q. 33. ar 4. est ergo eius accidens. Sed hæc ratio nihil valet, quia licet sit accidens operationis, potest cum illa constituere essentiam beatitudinis, & saltem constituit integram beatitudinis substantiam. Non ergo est vlla ratio, quæ conuincat delectationem ortam etiam ex amore concupiscentiæ, non esse de essentia beatitudinis; licet agnoscam esse sententiam D. Tho ideoque illam venerer, & coniectura probabili de modica perfectione huius actus id valde probabile esse mihi persuadeam. Idemque censeo de delectatione orta ex charitate, nam ea qua delectamur in bonis creatis Dei, quæ illi extrinseca sunt, vt honor, gloria, &c. imperfecta est ex obiecti imperfectione: ea vero qua gaudemus de bonis increatis Deo intrinsecis, imperfecta est, non ex obiecto, sed ex ratione communi delectationis, oritur enim ex visione, & amore sine vlla libertate, & est quies vitalis in bono iam adepto, & ex ratione speciali, quia cum sit de bonis, quæ sine opera nostra necessario insunt Deo, non potest ad eorum possitionem, vel conseruationem conducere, ideo quodammodo est inutilis & parui momenti comparatione aliarum operationum. Item beatitudo habet pro obiecto immediato Deitatem ipsam secundũ se, delectatio vero orta ex charitate tantum habet pro obicto bona Deitatis, ergo non intrat essentiam beatitudinis.

De delectatione orta ex amore amicitiæ.

Ad argumenta autem 2. opinionis, quæ probabant delectationem esse totam beatitudinis essentiam, facile R. sententiam Eudoxi falsam esse, & licet Aristot eo ca. eã non reijciat, tamen eam reijcit in sequentibus, docens in cõtẽplatione beatitudinem consistere, & nõ in voluptate, licet ad cõplementum, & integritatem fælicitatis oporteat voluptatẽ esse admixtam contemplationi, & ita Suarez. 3. p. tom. 1. disputa. 38. sect. 3. docet, visionem Dei sine delectatione non fore perfectam beatitudinem. *51. Ad arg. 2. Opin. Ad. 1.*

Ad. 2. R. 1. voluptatis nomine in scriptura ipsum bonum, quod voluptatem affert significari, frequenter enim nomen causæ tribuitur effectui. Sic bruta dicuntur appetere delectationem, ideſt bonum delectabile, delectationem enim non cognoscunt, vnde neque appetunt, vt tractatu de passionibus constabit. *Ad. 2. 1. Solut.*

R. 2. delectationem dici beatitudinem, ideſt, consummationem, & integritatem ipsius, quo pacto Augustinum exponit D. Th. art. 4. *2. Solut.*

R. 3. delectationem esse beatitudinem, non ratione sui, sed ratione visionis, vel etiam dilectionis, quam supponit. *3. Solut.*

Et eisdem modis R. ad. 3. quamuis August. vbi fruitionem insinuat esse essentiam, vel de essentia beatitudinis, forte ipsam visionem, fruitionem vocat, quatenus per eam formaliter fructus de Deo capitur.

Ad. 4. eisdem modis R. licet quod dixit D. Thom. q. 34. art. 3. delectationem aliquam esse maximum bonum nostrum, aliter exponat Caietanus ibi, eiusque expositione merito reiecta, aliter exponat Vazquez q. 4. art. 2. nempe aliquam delectationem esse maximum bonum nostum, non respectu visionis, vel dilectionis, ad quas consequitur, sed respectu aliorum bonorum, vbi etiam Vazquez recte cum Sco. 4. d. 49. q. 7. docet. dilectionẽ neque esse beatitudinem, neque præcipuam in Beatitudine Et quamuis D. Tho. q. 4. art. 2. dicat Aristotelem insolutam quæstionem reliquisse, an contemplatio sit præstantior delectatione, quia expresse ad eam non respondit. Tamen partem affirmatiuam quam D. Tho manifestam esse ait, Aristot. quoque vt manifestam supposuit, & ideo in contemplatione beatitudinem collocauit, & voluptatem *Ad. 4.*

putauit esse eius complementum. Imo Ambros. 2. officio. cap. 2. ait. Aristot. autem, & Theophast. & cæteri Peripatetici in virtute quidem, hoc est in honestate vitã beatam hominis esse, sed compleri eius beatitudinẽ, etiã corporis voluptatibus, atque externis bonis asseruerunt.

52. Corolariũ. Valde probabile est, & D. Tho. conformius neq. delectationẽ, neq. amorem etiam amicitiæ esse de essentia beatitudinis.

Ex his ergo, vtcumq. patere potest delectationẽ nullatenus esse de essentia beatitudis præsertim in opinione D. Tho, quod similiter sentio D. Th. de amore etiam amicitiæ sensisse & mihi valde probabile esse persuadeo. Cum enim in via habetur, & cũ æquali perfectione specifica, imo & indiuiduali (iuxta veriorẽ sententiam) & ab omnibus iustis, & quodammodo melior quia liber, non tantæ æstimationis est, vt de essentia beatitudinis reputetur.

Et confir. quia amor concupiscentiæ respicit Deum vt visum, seu visionem ipsam, vnde est de obiecto creato, vel de increato sub ratione creata, ideo imperfectus, & eodẽ modo amor amicitiæ, quo appeto Deo bona extrinseca creata, vt honorẽ &c. ille vero, quo appeto ei bona intrinseca increata, vt suam sapiẽtiã, bonitatem, potentiã &c. cum sit inutilis ad ea bona afferenda, vel stabilienda, imperfectus quoque est, & parum per se expetibilis, comparatione visionis. Vnde essentiam beatitudinis non ingreditur. Quare vt recte notat Duran. 4. d. 49 q. 4. licet Arist. dubitauerit, an in voluptate beatitudo consisteret, tamen de amore Dei nunquã dubitauit, sed tanquam certum supposuisse videtur beatum non efficere. Alij idem probant, quia amor Dei est quasi propria passio consequens visionem, ergo non est de essentia beatitudinis. Sed hæc ratio nulla est, quia posset dici beatitudinem ex visione, & eius passione essentialiter constitui, vt raritas, & siccitas ex calore resultantes sanitatem essentialiter constituunt. Adde amorem proprie non esse passionem visionis, sed effectum, qui ex visione prouenit, vt ex conditione, sine qua non, vel vt ex causa partiali, sicuti ipsa visio ex lumine gloriæ.

53. Obiect. 1.

Si obicias, August. 1. de moribus Eccles. c. 3. qui vt latius retulimus, pro 4. opin. ait, eũ qui non amat bonum quod habet, licet optimum sit, beatum non esse. Quod etiam ait Ansel. de libero arbitrio.

R. loqui de perfecta. cõpleta, & integra beatitudine, qui enim non amat quod habet, licet optimum sit, non poterit de eius perfectione delectari, ideo integre beatus nõ erit, delectatio autẽ hæc poterit esse orta ex amore amicitiæ & concupiscentiæ, & vtraque est de integritate beatitudinis, & ad vtramque requiritur cognitio Dei & bonorũ ipsius, & propriorũ, inter quę cõputatur ipsa visio Dei, quæ per se est bona, & expetibilis, & etiam propter gloriam, & honorem Dei &c.

Obijcies etiam. quia August. ibi, ait frui esse præsto habere quod diligis, talis non diligit, ergo non fruitur, ergo neque est beatus.

R. frui ibi sumi, non pro delectatione, sed pro facultate capiendi delectationem, vel pro perceptione alicuius fructus. Et hanc fruitionem habebit etiam, qui quod habet non amat, si ex se est bonum habenti.

Obijcies demum, quia de ratione beatitudinis est consecutio, tentio, & comprehensio, rei concupitæ, ex D. Thom. q. 4. art. 3. & 1. p. q. 12. art. 7. ad. 1. & 1. d. 1. q. 1. Et colligitur ex 2. Corinth. 12. *Sequor si quomodo comprehendam*: & Matth. 25. *Possidete regnum*: ergo qui non concupiscit visionem Dei, quamquam illam habeat, non erit beatus.

R. de ratione comprehẽsionis, tentionis, & consecutionis, non esse quòd sit possessio boni actu concupiti, & desiderati, sic enim desideriũ præsens esset de ratione beatitudinis, sed satis est esse prius concupitum, & desideratum actu, vel habitu, aut aptitudine. Itaque sufficit esse possessionem boni desiderabilis, & concupiscibilis. Et sic Ansel. de casu diaboli, c. 4. dixit beatitudinem esse commodis constare, ideſt, habere bonum proprium, amabile amore concupiscentię. Ex dictis patet ad argumenta, 4 senten. sed breuiter ad illa in forma, & sigillatim respondeamus.

54. Ad. 1. arg. 4. Sent.

Ad. 1. R. in illa Clementina sermonem esse contra Begardos, & Beguinas, asserentes hominem in hac vita proprijs viribus beatum esse posse, nec indigere lumine gloriæ ad visionem, & fruitionem beatificam, & non definitur. an in sola visione, an vero in alia operatione sola, vel cum visione beatitudo essentialiter consistat, & tam amor quam delectatio, dicitnr operatio beatifica, quia ex beatitudine necessario consequitur, vel quia ipsam integrat, & consummat. In illa autem extrauaganti benedicti definitur contra asserentes, animas non videre Deum vsque ad diem iudicij. Nec vult Pontifex videndo, & fruendo effici beatas, ita ut visio, vel fruitio, vel vtraq. simul sit tota essentia, sed cum visione, & fruitione inter vtramque reperiri essentiam beatitudinis, vel vnam esse de essentia, scilicet visionem, alteram vero de substantia & integritate, vel eandem esse actionem. Sotus enim, Canus supra, & alij, dicunt, visionem dici posse fruitionem, licet alij cum Sco. putent esse amorem propter se, alij delectationẽ, de quo dicetur, q. 11. Nihil ergo certi ex illis locis haberi potest. Eodem modo potest responderi ad Catechismum; ad Augustinum vero in 8. conclusione diximus: Bernardus solum

solum vult ad consummatam beatitudinem requiri visionem & amorem. Eodem modo intelliguntur alia loca scripturæ, & sanctorum, præter Ambrosium, qui tantum loquitur de beatitudine præsentis vitæ. Ad rationem pro eadem R. illam definitionem, seu descriptionem non competere, neque assignari essentiæ cuicumque beatitudinis, sed completæ, aut integræ, & consummatæ, alio qui sine scientia infusa, & naturali, & sine corpore glorioso, & alijs multis bonis, quorum capax est anima, non esset essentialiter beata. Vel si ea definitio, est proprie definitio, & omni ac soli Beatitudini conuenit, intelligēda est, vt sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, ita vt potissimum bonum formaliter habeatur, reliqua vero virtute, vt videlicet sunt cōtenta in summo illo bono tā quam in fonte, & radice, vnde suo tēpore necessario dimanent, stando in lege ordinaria. Eisdem modis explicari debet quod ait Augustinus, 13. Trinitat. cap. 5. *Beatus est, qui habet quidquid vult.* Quæ expositiones assignantur à Conrado in hac q. 3. art. 4. ad. 5. ex Scoto 4. d. 49. q. 2. ad argumenta contra 2. conclusionem Quod vero in ea definitione ait Augustinus; & *nihil mali vult*: explicat D. Thom. q. 3 art. 4 ad 5. nihil mali velle, esse dispositionem quandam debitam beatitudini, quasi dicat, non esse de essentia, sed de integritate, vt etiam sentit Ferra. ibi, sed disputa. sectio. 9. in fine, explicabimus, quomodo nihil mali velle, seu rectitudo voluntatis requiratur ad beatitudinem, scilicet, an sicut essentia, an sicut pars integralis, aut veluti accidens antecedens vel consequens beatitudinē? suo etiam loco dicetur, quomodo requiratur status, seu firmitas, & stabilitas: cuius in illa definitione meminit Boetius, seu inamissibilitas, securitas, & perpetuitas ad beatitudinem. De quo D. Thom. & alij q. 5. art. 4. Quomodo etiam voluptas, & gloria corporis ad beatitudinem requiratur, inferius exponetur.

Ad. 1. cōfi. Ad. 1. confirmationem R. etiam si anima non amet Deum, neque in ipso delectetur, nullam patietur inquietudinem, vel tristitiam dummodo Deum videat: vel dicitur, non esse effectum beatitudinis, secundum solam essentiam, auferre omnem inquietudinem sed secundū totā suam integritatem, & consummationem, saltem in bonis animæ, quæ Deum clare visum pro obiecto habent.

Ad. 2. cōf. Ad. 2. confir. R. essentiam beatitudinis non cōsistere in vnione animæ ad Deum per vtrā que potentiam, sed per intellectum, licet integritas beatitudinis consistat in vnione per vtramque potentiam; & in eadem forte consistit matrimonij spirituolis perfectio, & consummatio, & sic sponsæ dotes in matrimonio integro comprehēduntur, distinctæ vero sunt ab essentia matrimonij, quæ in vnione per gloriam sita videtur.

Ad. 3. cōfi. Ad. 3. Confirmationem admittimus amorem esse beatitudinis partem, sed integralem.

Ad. 3. argumentum, fatemur opinionem quartam esse satis probabilem; sed modo in gratiam D. Tho. & aliorum tertiam defendimus, quæ valde etiam est probabilis.

55. Corolt. Nulla Dei cognitio præter intuitiuā est de essentia beatitudinis. Ex dictis patet, nullam cognitionem Dei præter intuitiuā esse de essentia beatitudinis, quia omnis alia videtur imperfectior dilectione, & delectatione beatifica, quæ tamē ob suam modicam perfectionē non sunt de essentia.

Idē est de quacumq. cognitione creaturarū etiam supernaturali, & in verbo, vnde infra dicemus cum August. & alijs, ex eo quod quis creaturas videat in verbo, non esse beatiorem essentialiter, quam si nullam videret: nec ex eo quod videat plures, esse beatiorem essentialiter, quā si videret pauciores, sed tantū integraliter, licet cæteris paribus, qui plures, vel nobiliores creaturas videt in Deo beatior sit, quia distinctius, & clarius videt Deū. Si autem amor, & delectatio beatifica non sunt de essentia Beatitudinis, à fortiori, nec alij amores, aliæ ve delectationes, aut perfectiones inferioris ordinis. Et superiori disputatione docuimus, nullam possessionem rei creatę esse beatitudinem. Patet etiam ex dictis, videntem Deum fore beatum, etiam si illa visio non esset effectiue à Deo, ac proinde nec Deus in illo esset per modum efficientis, satis enim est esse in eo per modum obiecti, quiditatiue, & intuitiue cogniti. An vero si per possibile, vel impossibile videretur vnū attributum sine alio, vel vno persona sine alia homo esset beatus, postea examinabitur, cum inquiremus, an casus iste sit possibilis.

Idē est de quacumq. cognitione creaturarum.

Visio Dei esset beatitudo, etiā si per impossibile non esset ab ea producta.

An vero visio Dei sit beatitudo, quatenus speculatiua, vel practica, vel sub vtraque ratione, dicemus inquirentes, an visio beatifica practica sit.

Sectio sexta. Vtrum supernaturalis beatitudo vitæ in Dei contemplatio sita sit.

56. Begardorū errores. PRIMO ommito Begardos, & Beguinas, contra quos in sequentibus agetur, qui dixerunt; beatitudinem huius vitę in clara Dei visione consistere, & hanc hic haberi posse.

2. Ommitto eos qui dicunt nullam beatitudinē in hac vita haberi posse, quia in ea nihil

stabile: Beatitudo autem est quid permanens & quia dum hic viuimus, innumeris malis subiecti sumus. Quod licet verum sit, loquendo de beatitudiue perfecta, & quæ simpliciter, & in toto rigore beatitudo sit, vt docuimus disputatione præcedenti sectione vltima, cum Augustin. 10. ciuitat. cap. 4. docente, beatitudinem in hac vita nō haberi, sed sperari, nō haberi in re, sed in spe. Idem docet alijs locis, quos infra citabimus, & Carthu. li. de lumine Christianæ Theoriæ ar. 46. & 50. D. Tho. 4. d. 49. q. 1. art. 1. q. 4. Sotus. q. 1. ar. 2. Can. 9. de locis, c. 9. Eugub. 10. de perenni philosophia, c. 9. 10. 11. & lib. 7 c. 15. tamen beatitudinem in hac vita dari posse, docet Aristot 1. & 10. ethi. eam autē imperfectam esse, nec denominare simpliciter beatos, colligit Sot. supra ex 1. ethic. c. 10. vbi Aristo. ait, beatos in hac vita nos esse, vt homines. Beatitudinem etiam in hac vita posuit Auer. lib. de beatitudine animæ, alijque philosophi, vt disput. præcedēti vidimus, & D. Tho. in hac. q. art. 5. & 6. & q. 5. art. 6. & alibi; & ipse Augustin. 11. ciuitat. cap. 12. Ambro. Euseb. & alij referendi. Cum autem beatitudo huius vitæ sit duplex, scilicet naturalis, & supernaturalis, de supernaturali, quæ magis ad rationem beatitudinis proprie dictæ accedit, prius differendum est, postea vero de naturali huius, & alterius vitæ disseremus. Et licet aliqui de beatitudine supernaturali huius vitæ intelligant id. 1. Timoth. 4. *Pietas promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ*; tamen per vitam, quæ nunc est, corporalis communiter, & merito intelligitur, nam pietas in parentes, & in Deum, & in pauperes olim habuit corporalis vitæ promissionem, *honora patrem, &c. vt sis longæuus super terram.* Eph. 6. Exo. 20.

Beatitudo perfecta non potest haberi in hac vita: sed imperfecta.

Suppono etiam in hac vita aliquos esse supernaturaliter beatos. Nam Augustin. 11 ciuita. c. 11. beatos appellat primos parētes in sui cō ditione, multosque alios homines in hac vita. Quod solum, aut potissime de beatitudine supernaturali intelligendum est.

57. Aliqui ergo dixerunt, supernaturalē huius vitæ beatitudinem consistere in iure ad gloriam, quia nihil est in hac vita, per quod homo magis appropinquet ad gloriam. Consistit autem Beatitudo huius vitæ non in possessione gloriæ, sed in eo, per quod homo redditur propinquior gloriæ. Hæc sententia si intelligatur de iure ad gloriā formaliter sumpto, nullā apparentiam habet, quia tale ius, vel est relatio quædā rationis, qua homo denominatur dignus gloria, vel denominatio extrinseca ab aliquo actu Dei, quo dicitur iuste operanti, & secundum exigentiam suæ ordinationis, & promissionis, aut qualitatis gratiæ, iuste collaturus gloriam. Vel est de nominatio extrinseca, qua Deus propter qualitatem gratiæ, aut alia ratione acceptat hominem ad gloriam. Quocumque autem ex his modis sententia hæc intelligatur, absurda videtur, nam relatio rationis nullam perfectionem dicit, beatitudo autem est perfectio magna. Item beatitudo est propter se expetibilis, relatio autem hæc solum potest expeti propter gloriam. Beatitudo ergo viæ non est talis relatio. Non autem esse denominationem extrinsecam, probatur, quia beatitudo debet esse in beato. Qua ratione disputatione 1. ostendimus cum Aristo. D. Tho. & alijs, beatitudinem non esse sitam in honore, gloria, aut alijs bonis extrinsecis. Et sane si in aliqua denominatione extrinseca deberet constitui, potius esset constituenda in diuina prædestinatione, seu electione. Amari enim à Deo ad eum modum, quo amatur prædestinatus, maximum bonum extrinsecum est, vt patet ex Chrysostom. homilia 64. ad populum: Hoc *omnium maximum est, Christum amatum simul, & amatorem habere.* Et præterea est fons ineffabilium bonorum in hac vita vita, & præsertim in alia.

1. Opinio. In iure ad gloriā formaliter sū pto non est ista Beatitudo huius vitæ.

Alio ergo modo potest intelligi hæc sentē 58.
tia de iure ad gloriam, non formaliter, sed fundamētaliter sumpto, scilicet de qualitate gratiæ, & sic minus esset improbabilis. Quia hæc est magna perfectio, & secundum cōmunem sententiam maxima earum, quæ sunt in hac vita, & radix virtutum, & donorum spiritus sancti, & multorum aliorum bonorum huius vitæ, & alterius, sed beatitudo est summa perfectio, & fons aliarum, ergo.

2. Probatur ex Eusebio. 11. præparatio, capit. 2. ubi ait: Sancti *antiqui Deo gratos solummodo beatos opinati sunt, quia profecto, cum omnium bonorum largitor Deus, vitæ fons, & virtutis origo sit, solus ad beatam vitam eis sufficit, qui vera pietate ad ipsum tendunt.* Cæterum ista sententia nec sic intellecta, vera est, præsertim in opinione asserente, gratiam non esse distinctam à charitate, vel collectione virtutum, habitus enim, qui nō propter se expetuntur, sed propter operationem, nec tota beatitudo, nec pars essentialis, aut integralis ipsius beatitudinis esse possunt. Si autem teneatur cum D. Thō gratiam esse habitum non operatiuū, adhuc opinio falsa erit, quia gratia est sicut substātialis forma, radix, & origo virtutum, & per illas operatur, & hæc est eius perfectio. Vnde magna ex parte est expetibilis propter aliud, scilicet propter virtutes & dona, quarum est radix, & propter operationes, quas his mediis exercet & quia dat ius ad gloriam, ergo in ea non consistit beatitudo huius vitæ.

Nec in iure ad gloriam materialiter sumpto ista est huius vitæ beatitudo.

Confir-

Confirmatur, Nam gratia vnionis, quia substantialis est, non est Beatitudo animæ Christi, licet sit summa eius perfectio; nec gratia habitualis, ergo nec gratia habitualis est Beatitudo in alijs, quia etiam est quasi forma substantialis. Confirmatur, quia Beatitudo est adeptio, consecutio, & possessio, & fruitio vltimi finis, sed gratia non est adeptio, &c. ergo.

Confirmatur etiam, quia beatitudo supernaturalis huius vitæ est secundum se in nostra potestate, sed gratia non est secundum se in nostra potestate, ergo.

Confir. etiam, alias infans baptizatus esset beatus Beatitudine viæ, quod improprie dicetur, & præter communem modum loquendi Theologorum. Deniq. omnes philosophi, & Theologi docent Beatitudinem in operatione consistere. Vnde D. Tho. 4. d. 49. q. 1. art. 2. q. 2. ad. 5. ait, iustum, qui non operatur esse beatum habitu, non actu. Eusebius solum vult, solos gratos Deo esse beatos vera Beatitudine, scilicet alterius vitæ, non re, sed spe. Quo pacto intelligitur id Roma. 6. *Gratia Dei vita æterna*: id est in gratia fundatur vita æterna.

59. 2. Opinio. Alij dixerunt, beatitudinem viæ in solo actu intellectus speculatiui, vel etiam practici, consistere videtur. D. Thom. in 4. d. 49. q. 1. art. 1. q. 4. & in hac q. art. 5. & 6. 2. 2. q. 180. artic. 4. & 186. artic. 3. ad. 4. Sed forte sentit, in cognitione includente actum voluntatis sitam esse beatitudinem; sic enim nomine vitæ contemplatiuæ amorem Dei intelligi docet de veritate. q. 22. artic. 11. ad. 11. ex Gregorio, homilia. 14. in Ezechie: vita autem contemplatiua, & contemplatio, in in qua Aristot. 10. ethi. ca. 7 beatitudinem collocauit, idem sunt, vt patet ex ipso D. Tho. 2. 2. q. 182. art. 1. ergo D. Thom. non in nudo actu intellectus, sed simul cum amore beatitudinem huius vitæ constituit; vt Eugub. 4. de perenni philosoph. cap. 11. & 12. beatitudinem Dei, & Angelorum posuit in contemplatione complectente voluptatem. Sic quando Sophocles apud Eugub. 10. perennis philosophiæ, capit. 27. dixit, ter, quaterque beatos esse, qui fines bonorum, & malorum contemplantur, intelligitur, si iuxta hanc contemplationem operentur per voluntatem.

Suadetur 1. Quia beatitudo viæ est participatio beatitudinis patriæ, sed beatitudo patriæ consistit in visione Dei, ergo beatitudo viæ in contemplatione quadam Dei, quæ sit participatio illius.

2. Quia beatitudo viæ consistit in aliqua Dei assecutione simili assecutioni alterius vitæ, sed hæc assecutio non est aliud quam contemplatio Dei, ergo.

Si autem roges, in quonã actu intellectus sita sit beatitudo viæ. Quidam dicunt, in actu doni sapientiæ, 1. quia hoc donum est omniũ excellentissimum, & eius actus est euidens, alioqui non esset, in Christo, & alijs beatis, beatitudo autem debet consistere in actu euidenti, non vero in actu obscuro.

2. Quia beatitudo debet consistere in actu proprio studiosis, actus autem fidei, est communis iustis, & peccatoribus. ergo in eo non consistit beatitudo, qui est fons omnis boni. Sed actus sapientiæ est huiusmodi, Sap. 7. Venerunt mihi omnia pariter cum illa, ergo.

Alij sentiunt esse sitam in actu fidei, 1. quia ita sentit D. Tom. locis citatis, ex Augustino. 11. Trinitatis, capit. 8. dicente, beatitudinem perfectam consistere in contemplatione perfecta, quæ est per visionem Dei claram, quam visionem imperfecte in hac vita participamus, iuxta id quod dicitur, 1. Corinth. 13. *videmus nunc per speculum in ænigmate*: vbi certum est Paulum loqui de fide non de dono sapientiæ, vt plane sentit D. Tho. q. 68 art. 2. Actus enim donorum, non sunt ænigmatici, & obscuri.

2. Probatur, quia dona intellectus dantur vt adiuuent fidem, nec attingunt immediate Deum, sed credibilitatem articulorum fidei, quos euidenter iudicant esse credibiles: Actus autem fidei iudicat immediate, licet ineuidenter de ipso Deo, vnde est perfectior, & in eo debet esse sita beatitudo, cum debeat esse sita in actu tum perfectissimo, tum immediate attingente ipsum Deum.

Confir quia virtutes Theologicę sunt perfectiores donis, vt docet D. Tho. infra q. 68. art. 8. ergo beatitudo viæ potius consistit in actu fidei, quæ est virtus Theologica, quam in actu alicuius doni.

3. Actus beatificus est vnde magna lætitit spiritualis oritur, huiusmodi autem est actus fidei, 1. Petri, 1. *quem cum non videritis diligitis, &c. credentes autem exultatis, &c.*

Confirmatur, quia beatitudo est vnde gloriari merito quis possit, hoc autem est cognitio fidei, Ierem. 9. *In hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me*: ergo,

Alij forte dicerent, in aggregato ex cognitione fidei, & doni sapientiæ consistere Beatitudinem viæ, quia cognitio solius fidei non est sapida, secus si ei adiungatur cognitio doni sapientiæ, quod ita appellatur, quasi sapida scientia.

3. Opinio principalis est, beatitudinem hanc solum consistere essentialiter in actu charitatis erga Deum. Hanc tenet Vazquez disputatione, 12. capit. 3. & alij multi iuniores, & videtur Cani. 9. de locis, 60. 3. Opinio.

c.9.vbi Aristo.reprehendit,quod fælicitatem huius vitæ in rerum summarum contemplatione constituerit, tum quia nulla est vera fælicitas in hac vita, vt ibi late probat, tum quia si aliqua est huius vitæ fælicitas,ea nõ in contemplatione, sed in amore Dei, qui secundum Paulum, & D. Thomam scientiæ præstat,& in obseruatione mandatorum constituenda esset, vt ibi quoque late ostendere conatur Suadetur, quia amor Dei præstat eius cognitioni.saltem in via,vt patet ex adductis præcedenti secti.arg.2. quintæ opin.& est perfectissima vnio,vt patet ibidem argu.3. Vbi etiam in 3 confirmatione adduxi Anselmum,2.cur Deus homo,cap.1.dicentem,peruersum ordinem esse, amare, vt intelligas; rectum autem intelligere, vt ames: quod verum non esset,si cognitio esset vltimus finis, seu beatitudo huius vitæ. Et ibidem pro 4. sententia,attuli id Philip.1.Finis præcepti charitas. Vnde colligitur omnia præcepta etiam fidei,ad actum charitatis ordinari, ergo ille est vltimus terminus,& finis huius vitæ,& omniũ actionũ eius, ergo est beatitudo.Itẽ charitas dicitur vinculum perfectionis, Coloss.3. vel quia est perfectum, vel quia omnes bonos actus vnit,& complectitur,mouet enim reliquas virtutes ad earum operationes,vnde est causa fere omnium bonorum,quod maxime pertinet ad Beatitudinem. Denique est hæc substantia Christianæ vitę. Symbolum discipulorum Christi,quo discernuntur filij Dei,& regni à filijs perditionis, & diaboli,forma, & regina virtutum ; ergo in charitate consistit beatitudo huius vitæ. Vnde D.Tho.q 5.ar.5. ait imperfectam beatitudinem huius vitæ esse in operatione virtutum. Præterea in hac vita non est vera Beatitudo, sed via ad Beatitudinem : quod autem maxime ducit ad Beatitudieem , est dilectio Dei, ergo in ea consistit Beatitudo huius vitę, quamuis demus,vt tenet Vazquez, cognitionem etiam in via præstare amori in sua physica entitate, & perfectione.

61. 4.Opinio. 4.Opinio,in cognitione,& amore Dei cõsistere intrinsece&essentialiterbeatitudinẽ.Ita quidã iuniores,quia fundamenta.3.opin.probant saltem,consistere principaliter in amore,fundamenta vero 2. consistere in cognitione Dei,saltem vt in parte aliqua essentiali.

Confi.1 Quia in contẽplatione Dei est per se magna perfectio nostra,& ipsa vnit vltimo fini modo speciali,quo nõ vnit amor,&specialiter conducit ad honorem Dei,vt per fidem cognoscatur & manifestetur,& ea est radix,& causa actus spei, & charitatis, & similium, ergo essentialiter pertinet ad Beatitudinem vitæ.

2.Probari potest ex Ambros. 2. de offic. cap.2. vbi docet Beatitudinem huius vitę consistere in Dei cognitione, & fructu bonæ operationis.& de cognitione probatur ex Io ann.17.*hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te,&c.* de operatione autem ex Matth. 19. *Omnis,qui reliquerit domum &c. centuplum accipiet,& vitam æternam possidebit*: & Psalm. 111. *Beatus vir,qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis: gloria, & diuitiæ in domo eius,&c.* Ecclesiastis vltimo: *Deum time & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo* : idest, summa fælicitas: Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, &c.* De vtraque Psal. 93. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Adde de vtraque id Psalm.1. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, &c. & in lege eius meditabitur, &c.* & Psalm. 118. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini* : *Beati qui scrutantur testimonia eius.* Et de operatione Ecclesiastis vltimo : *finem dicendi pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo* : idest in hoc sita est Beatitudo, & perfectio hominis. De fide Matth. 17. *Beatus es Symon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, &c.* Fauet etiam Augusti.11.ciuita. capit.12. dicens, *Non imprudenter beatos vocari, quos videmus iuste, ac pie, cum spe futuræ immortalitatis hanc vitam ducere sine crimine vastante conscientiam, facile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinam misericordiam, &c.* Et vt Horatius inquit: *nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.* Vt contra nulla maior crux, quam conscientia sceleris. Hanc Cicero contra Pisonem , & pro Roscio furias dicit à Pœtis nominatam esse: vnde apparet vitę rectitudinem, seu peccati mortalis carentiam esse partem præsentis fælicitatis. Gregorius 6. Moral. capit. 17. *Beatus homo , qui corripitur à Domino , quia per hoc quod peccator dolore correptionis premitur, quandoque ad Beatitudinem , quæ sine interuentu doloris est , eruditur.* Quod late exponit, eodem cap.& sequenti : quia correptio Dei oculos aperit, & ad contemplationem inducit.Ex qua multa bona consequuntur. Augustin lib. de dignitate animę,cap.33.inter alia dicit.*Iam vero in ipsa visione,atque contemplatione veritatis,qui septimus,atque vltimus animæ gradus est,neque iam gradus,sed quædam mansio,quo illis gradibus peruenitur,quæ sunt gaudia? quæ perfruitio veri,& summi boni?cuius serenitatis, atque æternitatis afflatus,quid ego dicam?&c.* & infra : *Tanta autem in contemplanda veritate voluptas est,quãtacunque ex prrte eam quisque contemplari potest,tanta puritas,tanta sinceritas tam indubitanda rerum fides : &c.*

Ecce

Ecce in contemplatione quadam Beatitudinem ponit, quatenus aliquas voluntatis perfectiones causat. Sententia hæc videtur Conimbricensium disputat.3. Ethi.q.3. art.2: Dicunt enim beatitudinem supernaturalem huius vitæ non cognitione supernaturali, sed actione charitatis potissimum contineri, quia huiusmodi beatitudo, est tendentia quædam ad supremam fælicitatem, ideſt visionem Dei; ea autem tendentia maxime fit per actus meritorios, quos part.m elicit, partim imperat charitas. Quare Christus Math.5. huius vitæ Beatitudinem in virtutum actionibus constituit. Neque obstare putant subiectum fidei esse perfectius, satis enim est, voluntatem in ratione tendendi ad beatitudinem per actus meritorios excellentiorem esse: vnde colligo secundm Conimbricen. non referre, etiam si actus charitatis simpliciter, seu in esse naturæ asseratur imperfectior actu fidei, quia sat est hac ratione spectante ad esse moris esse perfectiorem, quod vernm est, loquendo de beatitudine causali huius vitæ, non autem de formali.

Proquo nota ex D. Thom. q.5. art.3. ad. 1. & q. 69. art. 2. nos in hac vita dupliciter beatos dici, primo in spe, seu causaliter, quia scilicet habemus aliquid vnde dimanabit fælicitas alterius vitæ. De hac fælicitate causali certum est, cõsistere præcipue in actibus charitatis, quia soli illi perse, aut saltem principaliter sunt meritorij 2. propter participationem fruitionis seu visionis beatificæ, & sic possunt esse opiniones, an beatitudo huius vita includat essentialiter actum intellectus, & voluntatis, & quem illorum principaliter.

62. 1. Conclu. Beatitudo huius vitæ essentialiter includit actũ intellectus, & voluntatis.

Et dico. 1. Vtrumque essentialiter include re, iuxta. 4. opinionem, & probatur licet enim demus beatitudinem alterius vitæ in vnica operatione, scilicet visione Dei sitam esse, id tamen est, quia illam naturaliter, & necessario consequitur amor Dei, & delectatio, ac vitæ rectitudo, & aliæ perfectiones status beatifici: ac proinde virtute est cumulus, & aggregatio omnium bonorum. At cognitio Dei in via non infert naturaliter, aut necessario, nec semper amorem, delectationem, vitæ, rectitudinem, &c. ideo in ea sola non consistit beatitudo, sed in aggregato cognitionis fidei, & delectationis supernaturalis.

63. 2. conclu. Dilectio etiã in esse naturæ est melior quã cognitio Dei perfidem.

Dico 2. Hæc beatitudo potissime in dilectione Dei consistit. Probatur quia hæc est secundum se melior, etiam in esse naturæ, & vnit perfectius, & intimius animam Deo, & inmediatius, & magis ex vi propriain fert vitæ rectitudinem &c. Colligitur ex Paulo. 1. Corin. 12. *æmu lamini charismata meliora.* &c. & 1. cap. 13. *maior horum charitas*: Scilicet in esse naturæ, & absolute. Si enim tantum esset maior secundum quid, non diceret simpliciter Paulus esse maiorem, & expositores antiqui ita intelligunt, & explicant, sine vlla restrictione, & addito diminuente, charitatem esse maiorem. Ita etiam sentiunt antiqui scholastici. D. Tho. 2.2. q. 23. art. 6. ad. 1. & 1. p. q. 82, art. 3. in corpore, & ad. 3 & q. 108. art. 6. ad. 3. & de veritate. q. 22. art. 11. & 1. 2. q. 66. art. 2. vbi ait, vna virtus secundum speciem est maior altera sicut charitas fide, & spe & art. 2. subdit illam virtutem esse perfectiorem altera in suo esse & entitate, quæ excedit secundum rationem speciei, licet secundum quid in ordine ad meritum sit minus perfecta; & art. 6. in corpore, & ad. 1. ex professo probat, hoc modo charitatem esse maiorem fide & spe. Idem docet Ferra. 3. contra gentes. cap. 26. Caieta. 1. p. q. 26. art. 2. & q. 82. art 3. in fine, & 2. 2. q. 27. art. 6. Aragon. Bañes, & alij ibi Capreo 1. d. 1. q. 1. &. 4. d. 49. q. 2. Valentia in hac q. 3. puncto. 4. expresse ait, etiam in esse naturæ esse meliorem habitum charitatis habitu fidei, & actum actu. Idemque tenent recentiores. 2. 2. q. 23. art. 6. Probatur præterea, quia si fides simpliciter excederet, vel hoc esset ratione nobilioris generis, vel ratione nobilioris potentiæ, neutrum autem fundamentum solidum est. De. 1. patet, non enim omnes species altioris generis excedunt simpliciter omnes species inferioris generis: sic enim actus fidei humanæ, & opinionis, ac scientiæ esset perfectior actu charitatis, quia est in nobiliori genere, scilicet actus intelligendi, & visio exterior, & imaginatio esset perfectior omni actu voluntatis, quia est in genere perfectiori, scilicet actus cognoscendi, & scientia naturalis esset perfectior fide super naturali, quia continetur in genere perfectiori, scilicet cognitionis euidentis.

Confirmatur, quia licet aliquid sit perfectius secundum rationem aliquam generică, potest tamen esse simpliciter imperfectius propter differẽtias cõtrahentes tale genus lõge imperfectiores illis, quæ contrahunt ignobilius genus, in quo est alia species. Quod explicatur magis, nam genus comparatur ad differentiam, vt potentia ad actum; fieri autem potest, vt potentia capax nobilissimi actus, sit ignobilissima. Quo pacto materia inferior est capax animæ rationalis, & vilium formarum, & materia cæli, licet nobilior, est capax ignobilioris formę anima rationali. Vnde ex eo quòd fides sit nobilioris generis, quã charitas, non fit differentiam esse nobiliorem, sed fieri potest, vt sit longe inferior, ac proinde charitas sit simpliciter nobilior.

Confirmatur. 2. quia fieri potest, vt duæ species conueniant in aliquo genere, & tamen detur aliqua alterius generis media inter illas,

illas, ergo præstantia generis non arguit præstantiam simpliciter. Consequentia est nota, & antecedens probatur, nam inter duas species animalium terrestrium datur species animalis aquatilis, vt Delphinus inter hominem, & murem, & sic in alijs multis, licet ergo sit fides nobilioris generis, quam charitas, poterit esse simpliciter ignobilior. De. 2. autem probatur, quia licet intellectus sit potentia nobilior voluntate, potest tamen elicere, & recipere actus, & habitus aliquos imperfectiores alijs actibus, & habitibus voluntatis. Causa enim æquiuoca, licet sit principalis, qualem existimo esse potentiam naturalem, respectu actus supernaturalis, habet varios effectus, & potest habere aliquem, qui sit inferior alio effectu potentiæ nobilioris. Dices forte, actum, fidei esse nobiliorem actu charitatis, quia est eius causa.

Contra obijciunt nonnulli, quia solum est causa instrumentalis, alij, quia solum est causa, per modum conditionis, & approximationis, vtrumque autem falsum puto Vnde melius obijcitur, quia solum est causa partialis, hæc autem potest esse ignobilior effectu. Forte recurres ad obiecta formalia, sed contra, quia rationes veri, & boni specificant potentias, ideo ex eis colligi potest excessus ad voluntatem; non tamen omnium habituũ & actuũ intellectus ad omnes actus, & habitus voluntatis, quia aliunde potest actus vel habitus voluntatis, qui non specificatur adæquate à ratione boni, sed contracta sic, vel sic, excedere actum, vel habitum intellectus. Et ita D. Tho. ponit charitatem superiorem fide, quia charitas respicit Deum vt in se est, etiam loquendo de charitate in via, vt patet ex D. Tho 2. 2. q. 27. art. 4. Fides autem non, quia per eam non cognoscitur Deus in seipso intuitiue, nec quiditatiue, sed abstractiue, & per species creaturarum, imo vt diximus præcedenti sectione cum Ferra. 3 contra gentes, cap 26. & cum alijs, amor Dei quodammodo, & secundum quid excedit visionem Dei, quia attingit Deum distincte secundum modos confuse tantum cognitos, non autem visio. Cum ergo aliunde non excedatur multum à fide, sicut exceditur à visione, erit simpliciter perfectior fide, licet non visione, quæ attingit Deum in seipso distincte, intuitiue, & quiditatiue, licet non secundum omnes modos. Præterea quia fides magnam habet imperfectionem, nempe obscuritatem physice, vel moraliter pugnantem cum visione Dei; ab his autem, & similibus imperfectionibus immunis est charitas, ergo. Dices hanc rationem procedere de habitu, non de actu, qui habetur in via, hic enim ex natura sua consequitur cognitionem obscuram, vnde habet imperfectionem pugnantem cum visione, & statu beatifico. Sed dico etiam procedere rationem in amore viæ, nam idem secundum suam essentiam, & naturam individualem, posset sequi cognitionem supernaturalem euidentem scientiæ infusæ imo & beatæ, vt diximus precedenti sectione. Est ergo actus charitatis simpliciter perfectior actu fidei, imo & quacumque cognitione citra visionem beatificam; quod etiam colligitur ex illo ad Colo. 3. *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*: & Ephe. 3: *Super eminentem scientiæ charitatem Christi.*

64. 3. Conclu. *Etiam actus spei est de essentia Beatitudinis huius vitæ.*

Dico. 3. etiam actus spei videtur esse de essentia Beatitudinis supernaturalis, vel saltem de integritate. Probant aliqui, quia inter virtutes Theologicas necessarias ad perfectionem huius vitæ numeratur spes. 1 Corin. 13. & eius actum esse necessarium ad iustificationem docet Trid sessio. 6. cap. 7. & cano. 3 vt notat Vega lib. 7. cap. 3 Vbi ex patribus hanc veritatem confirmat, quod signum est hunc actum este excellentissimum, ac proinde de essentia, vel de integritate formalis Beatitudinis huius vitæ. Vnde August. Psal. 52. &. 11. ciuita. cap. 12. beatos ait vocari, & esse, qui bonis operibus, & gratiæ Dei nitentes Beatitudinem sperant, & vt credo, non solum intendit esse beatos causaliter, (hoc enim notissimum est) sed etiam formaliter, participando iam modo possibili in hac vita æternam Beatitudinem.

Si dicas, hic actus consistit in motu, & tendentia, quæ directe repugnat cõsecutioni, ergo non est consecutio, aut eius pars, ergo nec est beatitudo nec pars beatitudinis. Item, beatitudo, imperfecta debet habere proportionem cum perfecta, sed perfecta solum consistit in cognitione, & amore amicitiæ, ergo & imperfecta. Propter hæc quidam dicunt, hominem in hac vita dupliciter posse spectari. 1. vt existentem in aliquo statu, in quo potest aliquo modo consequi, & tenere suum finem, quem statum posset homo habere, etiam si non esset illi promissa beatitudo perfecta, & hoc modo beatitudo huius vitæ nullum actum spei requirit, sed solam cognitionem Dei, & amorem amicitiæ erga ipsum, vt probant rationes modo factæ. 2. vt viatorem tendentem ad perfectam beatitudinem sibi promissam, & sic spes est essentialis beatitudini, quia sic consequitur finem, si non re, saltẽ spe; & quia sine spe nullum fere progressum facere posset ad illũ terminũ. Deniq. quia perfectio Viatoris in motu consistit, & sic loquitur Augu. supra. Sed hæc insufficienter dicũtur: quamuis enim homo posset esse in statu supernaturali sine eleuatione ad visionem Dei, & tunc spes, vel affectus absolutus, & effi-

efficax illius non esset possibilis, nisi ex ignorantia, ac proinde nec de essentia Beatitudinis, tamen tunc posset sine ignorantia esse simplex voluntas Beatitudinis perfectæ, & desiderium conditionatum illius, & de his posset esse dubium, an essent de essentia beatitudinis: & modo cum homo est ordinatus ad visionem Dei, est dubium etiam de spe, & desiderio absoluto, & videtur esse de essentia, quia est magna perfectio huius status, & quædam vnio affectiua cum Deo, vt visibilis est, ac proinde est quædam consecutio licet affectiua, & per modum tendentiæ ad perfectam consecutionem: et licet amor concupiscentiæ, ad quem pertinet spes, non sit de essentia Beatitudinis perfectæ, quia est valde imperfectus, tamen nihil prohibet, quin sit de essentia beatitudinis imperfectæ. Quod confirmatur, quia ad beatitudinem requiritur, vt sit delectationis, & rectitudinis, & aliorum bonorum origo at hęc moraliter, & communiter sine spe esse non possunt, ergo.

65. *Dubiũ de gaudio an sit de essẽtia.*

Sed rogas, quid dicendum sit de gaudio, quod ex charitate, & amore cõcupiscentiæ & spe oritur, & ex contemplatione, vt optime explicat. D Tho. 2. 2. q. 180 art. 7. vbi etiam refert Gregor. hom. 14. in Ezechie. dicentem vita contemplatiua amabilis valde, dulcedo est: & potissimum reuocat ad charitatem gaudium quod est in contemplatione. Vnde ibidem art. 1. gaudium docet esse fructum charitatis. Eodem tamen articulo ad 3. ait, gaudium ex spe oriri iuxtà id Roma. 12, *spe gaudentes*. Quidam ergo dicunt, gaudium etiam ex charitate ortum non esse de essentia beatitudinis supernaturalis huius vitæ, sed proprietatem, propter rationes, quæ superiori sectione allatæ sunt, in fauorem asserentium, ad perfectam fælicitatem non pertinere essentialiter delectationem, etiam ex charitate ortã: sed eas rationes ibidẽ diximus. nec de delectatione orta ex amore concupiscentiæ concludere. Minus autem concludent de Beatitudine huius vitæ, quæ imperfecta est, & ideo actus imperfectos à sua essentia non excludit.

66. *4. conclu. Probabile est gaudiũ ortum ex charitate esse de essẽtia Beatitudini presentis.*

Vnde Dico. 4. probabile esse, eiusmodi gaudium esse de ratione beatitudinis huius vitæ saltem de integritate valde debita. Nam & Aristo. agens de beatitudine naturali. 11. ethi. cap. 7. ait: *Arbitramur fælicitati voluptatem admixtam esse oportere*: & lib 9. ca. 9. *Arbitramur hominem fælicem iucunde viuere oportere*: ergo idem est in fælicitate supernaturali. Vnde Roman. 14. *Regnum Dei* (quo nomine Beatitudo solet intelligi) *non est esca, & potus, sed iustitia, pax, & gaudium in spiritu sancto*. Ex quo testimonio etiam haberi potest justitiam, ideſt vitæ puritatem, & pacem, seu conscientiæ tranquillitatem, & securitatem quandam esse de essentia, vel integritate huius beatitudinis. Imo si iustitia ibi sit nomen generale omnem virtutem moralem comprehendens, inde colligitur, actus omnium virtutum morahum supernaturalium ad essentiam, vel integritatem huius Beatitudinis pertinere. Quod ex Ambrosio, & Augustino verbis pro. 4. opinione citatis colligi potest. Et ex Matth. 5. & alijs loc it scripturæ ibi citatis. Et saltem sunt causæ beatitudinis huius vitæ, & alterius, quia sunt actus meritorij gloriæ, & augmenti gratiæ & charitatis, & ad harũ infusionem disponunt; & auferunt impedimenta ad earum operationes. Vnde Beatitudines causales dici possunt, vide de illis D Thom. inrsa. q. 69. Nysse. lib de Beatitudinibus. Hilarium. Abulens. Et alios Matth 5.

Actus naturales in substantia aliquã pertinent ad Beatit. huius vitæ.

Et hæc suo modo de actibus bonis ordinis naturæ intelligi possunt, aliqualiter enim conducunt ad actus supernaturales, & sunt meritorij, & partes, supernaturalis beatitudinis esse possunt. Aggregatum enim ex rebus naturalibus, & supernaturalibus super naturale est, quoniam stando in solo naturæ ordine haberi non potest, licet aliquid eius haberi possit. An vero homo sit beatus dicendus ante finem vitæ, & quando, dicetur sectione sequenti, nam de beatitudine naturali, & supernaturali huius vitæ quantum ad hoc eadem est difficultas, & ratio.

Supereſt autem hic difficultas, qui nam actus intellectus sint de essentia supernaturalis beatitudinis huius vitæ. Et.

67. *5. Conclu. Actus qui circa creaturas versantur nõ sunt de essentia præsentis Beatitudinis.*

Dico. 5. ab essentia eius esse excludendos omnes actus, qui non versantur circa Deum, vel res diuinas, vt sic: sufficit enim ad essentiam Beatitudinis huius vitæ, Dei, & rerum diuinarum consideratio. Ex hac enim sufficienter resultat voluptas, vitæ rectitudo &c Hos tamen actus, qui Deum, vel diuina respiciunt, in essentia includam, reliquos in integritate: sed non est de essentia considerare Deum vel diuina omni modo, quo possumus, sed saltem per fidem. Si autem & alio modo, hoc pertinet ad integritatem.

68.

Ex quibus intelligitur D. Thomas. articu. 5. dicens, perfecta Beatitudo, qualis est in alia vita, tota principaliter consistit in contemplatione, secundariò autem in actu intellectus practici ordinantis passiones, & operationes. Sic habet Codex Conradi, & nouissime excussum est in impressione facta iussu Pij. V. Alia vero exemplaria, quæ aliter habent, vitiosa sunt, vt ex contextu, & articu. 6. colligi potest Vult ergo D. Thom totam essentiam Beatitudinis perfectæ, quæ

est

est in alia vita in contemplatione, seu actu intellectus speculatiui consistere, (quod obiter nota contra eos, qui superiori sectione dicebant, amorem ex D. Thom. esse de essentia illius Beatitudins): essentiam vero beatitudinis huius vitæ primario in actu intellectus speculatiui, secundario in actu intellectus practici consistere. Idem docet art 6. & q. 4. art. 5. & 4. D. 49. q. 1. art. 1. q. 4. idemque de beatitudine huius vitæ naturali sentit Aristote. 10. Ethi. cap. 7. &. 8. quem sequitur Medina hic art. 7 Sotus. 4. D. 49. q. 1. art. 4. conclu. 5. qui sicut de Beatitudine perfecta docet ibi, essentialiter includere amorem, ita de imperfecta huius vitæ sentire videtur. Medina autem, quia articu. 4. sentit amorem non esse de essentia beatitudinis perfectæ, sed inferre amorem, idem quoque de imperfecta dicturus videbatur: attamen articu. 7. videtur sentire amorem esse de essentia Beatitudinis huius vitæ, & videtur loqui de Beatitudine naturali, & supernaturali; Canus autem. 9. de locis, capitu. 9. ait grauiter errasse Aristotelem qui, & in hac vita dixit homines esse beatos, & in contemplatione posuit Beatitudinem, cum tamen si aliqua est in hac vita Beatitudo in amore, qui perfectior est, sita erit, & aliqui iuniores dicunt, merito reprehendi, quia nisi quis Deum diligat, beatus in hac vitæ non erit. Medina autem art. 7. Aristotelem excusat, quia. 10. Ethi. cap. 7. &. 8. dixit. Beatitudinem nostram, aliam esse contemplatiuam, aliam actiuam, contemplatiuam in contemplatione consistere, quam voluptas exercitium virtutum, omniumque sufficientia sequitur, propter quam homo Deo est charissimus, quippe illi similimus. Actiuam vero in exercitio virtutum moralium & prudentiæ consistere. Et libros Ethicorum ad Eudemium concludit Aristoteles dicens; *omnes actiones, omniaque nostra studia meliora, vel deteriora censeri, quo magis ad Dei cognitionem, & cultum adiuuent, vel impedimento sint.* Et. 7. Politi cap 1. vnicuique tantum tribuit Beatitudinis, quantum sapientiæ, & virtutis, subqua religio continetur. Et sub hac forte amicitia Dei, vel certe sub amicitia in communi humanam, & diuinam comprehendit, quam forte veritus est amicitiam vocare propter inæqualitatem, vel alias rationes. in disputationibus autem de charitate. 2. 2. inuestigauimus, an ad Deum sit naturalis amicitia, & illam cognouerit Aristoteles, et an in eius doctrina admittenda sit. An vero amor Dei sit de essentia Beatitudinis naturalis, sequenti sectione disputabimus.

Id vero sciendum modo est, varios actus, in quibus diximus essentialem Beatitud nem consistere, mutuo referri ad inuicem posse, licet quisque sit vltimus finis partialis; fides enim recte ordinatur ad amorem, & amor non male ordinatur ad fidem, potest enim quis intendere amorem vel eius augmentum vt recte de rebus diuinis sentiat, & constantius credat.

Ex dictis patet ad argumenta secundæ, & tertiæ sententiæ. Si quis vero. 2. defendere velit, dicat, vel actum fidei esse nobiliorem in esse naturæ actu charitatis, vel Beatitudinem imperfectam posse essentialiter consistere in operatione, quæ non sit in esse naturæ nobilissima, dummodo sit radix, vnde moraliter loquendo vix possit non sæpe resultare nobilissima operatio, scilicet charitatis, & aliæ perfectiones, vnde hæc Beatitudo, etiam quo ad solam essentiam, raro, aut nunquam contigit existenti in peccato mortali. Per quod ad argumenta. 3. &. 4. sententiæ patere potest & ad argumenta putantium, non in cognitione fidei, sed doni sapientiæ Beeatitudinem huius vitæ consistere, maxime cum sicut ex actu fidei non sequitur necessario actus amoris, ita nec ex actu doni sapientiæ, ergo ex eo, quod ad Beatitudinem necesse sit coniunctam esse cum actu charitatis, nõ sequitur in actu doni sapientiæ consistere potius, quam in actu fidei. Cum vero infra. q. 69. art. 2. ad. 3. videtur D. Thom. sapientiæ, & intellectui tribuere cognitionem, qua videtur Deus in hac vita, iuxta id, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, & qua homo est in hac vita beatus, intelligendus est, non quia visio Dei sit elicita ad his donis, sed à fide adiuuantibus tamen his donis. Ad arg.

Sectio septima. Vtrum Naturalis Beatitudo præsentis, & futuræ vitæ in Dei contẽplatione sita sit

SVpponunt Doctores in hac controuersia, esse aliquam beatitudinem naturalem, quod negat Vazquez disput. 12. cap. 3. quia Beatitudo non potest consistere cum peccato mortali: omne autem naturale potest esse cum peccato mortali, ergo nihil naturale est Beatitudo. Sed dici potest. 1. naturaliter, & sine gratia Dei posse hominem breui tempore, & potuisse Angelum semper esse sine peccato mortali, & ideo potuisse habere veram Beatitudinem. 70. *De Beatitudine naturali vide alia disput. 13.*

2. Beatitudinem posse considerari dupliciter. 1. quo ad principale significatum, & sic

& sic non posse esse naturalem & constitui in aliquo actu naturali. 2. quo ad connotatum, & minus principale significatum, & sic non posse esse naturalem saltem diu in homine constituto in natura corrupta, quia non potest esse diu sine mortali; & similiter in dæmonibus, qui iam non possunt peccato mortali carere, tamen re vera, vt sæpe ait D. Thomas, Angeli, & homines conditi fuere in Beatitudine naturali, quia cum reliquis requisitis ad Beatitudinem naturalem habebant naturalem rectitudinem. His constitutis de beatitudine alterius vitæ Aristo. numquam disseruit, vt recte obseruat Canus. 9. de locis. cap. 9. vel quia non credidit animæ immortalitatem vel quia anceps fuit, vel alia ratione. De beatitudine autem naturali huius vitæ docuit, contemplatiuam in contemplatione substantiarum separatarum sitam esse: actiuam autem in exercitio prudentiæ, & moralium virtutum, cætera bona requiri vt instrumenta, seu dispositiones, aut media ad hanc fælicitatem obtinendam. Patet. 1. Ethic. capit. 7. vsque ad. 12. docet enim fælicitatem esse actum nobilissimæ potentiæ, & virtutis, nobilissimam autem potentiam putat intellectum. 10. Ethi. capitu. 7. & nobilissimam virtutem sapientiam. 6. Ethi. capitu. 7. ergo sentit in contemplatione sitam Beatitudinem, vt clarius docet. 10. Ethico. cap. 7. &. 8. & ideo. 7. Politico. capit. 3. contemplationem præfert omnibus humanis actionibus, etiam gubernationi Reipublicæ; &. 1. methaphysic. cap. 2. sapientiam, & cognitionem omnibus præfert, & libro. 12. capi. 7. ait, Deum sui contemplatione beatum esse, nos vero, & Angelos contemplatione Dei. Idem tenuit Auerroes libro de Beatitudine animæ, Simplicius in proœmio physicor. Plutarchus in Syposijs de Geometria, Pythagoras, Thales, & alij, quos refert Eugub. 10. de perenni philosophia. capit. 9. 10. & 11. Idem docuit D Tho. in hac q. art. 5. & 6. & q. 4. art. 3. & q. 5 art. 5. & 1. par. q. 62. art. 1. & q. 64. art 1. ad. 1. 3. contra gentes cap. 44. 3. d. 27. q. 2. & exponendo Aristotelem cuius rationes sunt. 8. quæ ad præferendam vitam actiuam contemplatiuæ colliguntur late ex Aristotele 10. Ethic. cap. 7. &. 8 & D. Tho. 22. q. 182. art. 1.

Sententia Ari. de felicitate huius vitæ.

1. Ratio. Prima est, quia vita contemplatiua est operatio perfectissima, & conuenit homini secundum id quod in ipso est optimum, scilicet secundum mentem, & respectu priorum obiectorum, scilicet intelligibilium. Vita autem actiua accupatur circa exteriora.

2. 2. Quia vita contemplatiua, diuturnior est, & magis continuari potest.

3. 3. Quia maior est delectatio vitæ contemplatiuæ, quam actiuæ.

4. 4. quia sibi est magis sufficiens, & paucioribus indiget.

5. 5. quia magis propter se diligitur.

6. 6. quia consistit in quodam otio, vacatione, quiete, & tranquillitate.

7. 7. quia est secundum diuina, actiua vero secundum humana.

8. 8. Quia est secundum id, quod est commune homini, cum Deo, & Angelis scilicet secundum intellectum, actiua enim exercetur maxime viribus inferioribus, in quibus communicamus cum brutis; vnde contemplatiua reddit hominem similem Deo, ipsique familiarem Deo ipsique amicum.

Addit D. Thomas nonam rationem, quia vita contemplatiua etiam post hanc vitam duratura est, actiua vero non.

9. Has rationes ornat D. Thomas testimonijs scripturæ & sanctorum, nec mirum, cum etiam contemplationi super naturali, de qua potissimum differunt scripturæ, & sancti communes sint. Sotus etiam aliquas ex his rationibus attingit, 4. d. 49. q. 2. arti. 2. Sed cum ait Beatitudinem in contemplatione consistere, amorem sub contemplatione comprehendit, vt colligitur ex art. 4. potest. 5. conclu. vbi amorem, & delectationem de essentia beatitudinis esse docet, & sane rationes Aristo. de contemplatione adductæ etiam in amore, & delectatione consequente cognitionem Dei procedunt, licet manifeste loqui videatur de solo actu intellectus, cum in contemplatione beatitudinem ponit. Vnde Canus. 9. de locis. capitu. 9. ipsum reprehendit, non tantum quia Beatitudinem in hac vita posuerit, sed etiam, quia in contemplatione eam dixit consistere, cum si aliqua est huius vitæ Beatitudo, potius in Dei amore, & dilectione, quæ perfectior est consistat. Addit autem Canus, si Aristoteles de fælicitate animæ separatæ à corpore loqueretur, aliquid doceret familiæ D. Thomæ consentaneum. Vnde insinuat Canus, fælicitatem naturalem alterius vitæ in sola contemplatione consistere, & non in amore, secus naturalem huius vitæ fælicitatem.

7. *De fælicitate naturali.*

1. *opinio.* Alij vero naturalem huius vitæ fælicitatem in contemplatione constituunt. 1. propter authoritatem Aristotelis & aliorum philosophorum, & D. Thomæ.

2. *opinio.* 2. quia Beatitudo naturalis Dei, & Angelorum in contemplatione naturali consistit, vt de Deo, & Angelis docet Aristo. 10. ethi. capitu. 8. &. 12. Metaphy. capit. 7. & de Angelis, & homine D. Thomas. 1 p. q 62. art.

1. Et

1. Et confirmatur, quia amor non habet rationem consecutionis, cognitio autem habet, ergo in ea erit sita Beatitudo naturalis.

3. Quia putant dilectionem naturalem non esse cognitione naturali præstantiorem, licet dilectio supernaturalis sit præstantior cognitione supernaturali, quæ in hac vita habetur. Ita docet Caietan. Bañes. Aragon; & alij. 2. 2. q. 23. articu. 6. qui id probant. 1. quoniam dilectio naturalis Dei non est virtus, cognitio autem natualis est virtus præstantissima, scilicet sapientia, ergo præstat dilectioni. 2. quia cognitio naturalis neque repugnat statui Beatitudinis perfectæ naturalis, nec supernaturalis, nec æternitati, ergo licet cognitio supernaturalis, quæ in via habetur, sit imperfectior dilectionè supernaturali, eo quòd sit cognitio obscura, habeatque imperfectionem repugnantem statui beatifico perfecto, & perpetuitati, tamen dilectio naturalis non erit imperfectior cognitione naturali euidenti, præsertim animæ separatæ, sed perfectior, sicut intellectus voluntate, ergo in ea cognitione potius quam in amore sita erit naturaris Beatitudo. Quæ sententia videtur Caietani. q. 3. art. 6. ad finem, vbi loquitur de naturali Beatitudine vitæ præsentis, & futuræ.

3. opino. Alij vero contendunt, in amore naturali Dei sitam esse beatitudinem naturalem, tam vitæ præsentis, quam futuræ, quia est perfectior cognitione, & attingit Deum in se, & intimius vnit animam Deo, & per illam magis tendit anima ad beatitudinem perfectam, quã per actus intellectus, siquidè per actus voluntatis imperatos, vel elicitos, & potissime per dilectionẽ naturalẽ Dei meremur modo, & mereremur in puris naturalibus naturalem beatitudinem alterius vitæ, quæ in suo ordine perfecta est.

4. opinio. Alij dicunt, beatitudinem naturalem vtriusque vitæ in cognitione, & dilectione Dei essentialiter consistere. Quod videtur Medinæ art. 7. vbi à Cano conatur Aristotelem defendere, dicendo, non posuisse naturalem fælicitatem in nuda contemplatione, & operatione intellectus, sed etiam in Dei amore, & virtutum exercitio, quod verum est. Articulo autem. 4. docuerat Medina, non esse de ratione beatitudinis supernaturalis futuræ vitæ amorem, vel delectationem, sed visionem Dei, quæ hos actus revera inferat. Superiori autem sectione circa finem attulimus loca Aristotelis, exquibus Medina conatur ostendere, amorem Dei, & virtutum exercitium nonesse alienum ab essentia Beatitudinis. Cognitionem ergo Dei naturalem ad essentiam Beatitudinis naturalis intrinsece & essentialiter pertinere probant aliqui, tum rationibus Aristo. iam relatis, tum quia cognitio Dei est quædam eius assecutio excellentissima, & satians maximum appetitum cognoscendi clare supremam omnium causam, propter se, & propter multa alia bona expetibilis, vt propter amorem, & delectationem, quam causat &c. Amorem vero etiam pertinere ad essentiam, probatur, nam supernaturalis cognitio intuitiua Dei, necessario secum affert amorem, & delectationem, & ideo defendi potest in ea esse totam essentiam Beatitudinis supernaturalis, at cognitio naturalis non affert secum necessario amorem, & delectationem etiam in anima separata, vel Angelis, vnde tota essentialis Beatitudo non potest dici; alioqui dæmones erunt beati essentialiter naturali beatitudine, quia retinent cognitionem Dei naturalem, licet non amorem: quod absurdum est.

Confirmatur, quia ad essentiam beatitudinis pertinet perfectio hominis in esse moris, & naturę: sed sine amore non habetur perfectio in esse moris, ergo, licet daremus in esse naturæ manere perfectionem, non esset essentialiter beatus. Inter authores autẽ huius sententiæ varietas est, quidam enim sentiunt, amorem esse beatitudinis partem præcipuã quia excellentior videtur amor, vt rationibus superius factis suaderi videtur. Alij vero sentiunt, cognitionem esse partem principaliorem: alij distinguunt, nam in esse naturæ dicunt, cognitionem esse partem principaliorem, cognitio enim beatifica est euidens, talis autem Dei cognitio est perfectior amore ipsius, cũ sit supremus actus naturalis supremæ potẽtiæ, separatæ. Quamuis eadẽ fere ratio sit de cognitione animæ in hac vita: vtraq. enim cognitio est abstractiua, & per effectus, & per species creatas, & cõceptus cõmunes Deo & creaturis: vnde si vna in esse naturæ est perfectior amore, etiam altera, imo eiusdem rationis est, quia beatitudo naturalis eadẽ essentialiter esse debet in anima coniuncta, & separata. Cum autem resurrectio non sit naturalis, nunquam beatitudo erit eiusdem rationis in anima coniuncta & separata, nisi beatitudo huius vitæ & futuræ sit eiusdem rationis.

At vero considerando bonitatem moralem præcipua pars Beatitudinis naturalis est amor, quia solus ille est sufficiens, & efficax principium honestatis, & rectitudinis in humanis operationibus, quod non habet speculatio naturalis. Vnde si optio daretur, potius eligendus esset amor, quia magis conducit ad bonitatem moralem, cum illam necessario inferat.

Vnde

Vnde etiam colligunt isti, quænam cognitio naturalis maxime ad Beatitudinem pertineat, speculatiua, an practica. Aristot. enim & D. Tho. speculatiuam maxime requirũt, quod procedit, considerato homine in esse naturæ, tamen in ordine ad mores maxime necessaria est cognitio practica, & si non sit excludenda speculatiua, in qua practica fundatur; imo ipsa practica cognitio, quamuis necessaria sit, nõ tamẽ proprie propter se, & vt pars Beatitudinis, sed vt cõditio ad amorem requisita.

Deniq. colligunt, quomodo aliæ animæ virtutes, vel earum operationes ad hãc Beatitudinem pertineant. Aristoteles ait, secundario pertinere, quia vere in eis non consistit naturalis Beatitudinis essentia, sunt tamen vel dispositiones ad eam prærequisitę, vel proprietates illam consequæntes, aut concomitantes. Atq. idẽ iudiciũ esse potest de alijs scitijs intellectus: idẽq. proportionaliter dicẽdũ de alijs corporis bonis, vel fortunę, quę requiri possunt, vt instrumẽta, vel media necessaria ad Beatitudinem, non vero proprie, vt partes Beatitudinis.

77. Decisio q. Ex his igitur patet, quatuor esse opiniones principales Theologorum de fælicitate naturali. 1. distinguit, vt fælicitas huius vitæ in amore, alterius vero in sola contemplatione consistat. 2. vult vt vtraq. consistat in sola cõtẽplatione, 3. in sola dilectione seu amore, 4. vtramque Beatitudinem in vtraq. operatione essentialiter consistere. Et omnes istæ opiniones sunt satis probabiles, pręsertim vltima eo modo intellecta, vt principalior pars Beatitudinis naturalis sit contemplatio. Quãuis 2. opinio magis videatur de mente Arist. & D. Tho. Sed 5. opinio addi potest, quæ fortassis est probabilior omnibus, & est consentanea dictis secundum viam D. Tho. sectione pręcedenti de Beatitudine supernaturali huius vitę, & sectione 5. de Beatitudine supernaturali futurę vitę, vt Beatitudo animę separatæ consistat in sola contemplatione quia ex ea, stando in solo ordine naturę necessario sequitur amor naturalis. Angelus enim stando in solo naturę ordine necessario diligit Deum, & peccare non potest, secus adiecto ordine supernaturali. Anima etiã, quę sine peccato mortali ex hac vita migrat, necessario diligit Deũ, & peccare non potest, idq. prouenit ex cognitione Dei naturali, vt est in tali rectitudinis statu, vnde in ea cognitione consistit tota essentia Beatitudinis, non tamen in cognitione naturali vitę pręsentis, quia non infert necessario amorem, aut rectitudinem, sine qua non videtur posse de potentia ordinaria saluari essentia Beatitudinis.

5. opinio. in quã author prouenit.

Alię opiniones addi possunt, quę tamẽ sunt improbabiles, prima quæ sit ordine sexta, Beatitudinem in visione Dei consistere, & in hac vita viribus naturæ obtineri posse, ac proinde eam esse Beatitudinem naturalem. Ita Begardi, & Beguinæ de quibus dixi initio sectionis prædentis: cõtra hos agemus postea, & probabimus Deum in hac vita videri nõ posse de potentia ordinaria, & nec in alia vita videri posse viribus naturæ. Begardi. Beguinæ.

7. opinio. 2. opinio, & 7. in ordine est, vltimam, & supremam Beatitudinem nostram in quiditatiua cognitione substantiarum separatarũ consistere. Ita quidam philosophi, quorum meminit Carthu. libro de lumine Christianæ Theoriæ, art. 50. vbi ait, solemnes peripateticos sensisse, hominem in hac vita posse substantias separatas quiditatiue cognoscere, & in ea cognitione sitam esse Beatitudinem, idque esse de mente Aristo. licet de modo id explicandi fuerit diuersitas. Nam Alexand. Auerro, & Abubater tenent, animam rationalem esse materialem, & morralem, de intellectuque idẽ sentit Alexander, quia putat esse potentiam animæ. Auerroes autem, & Abubater putant, esse substantiam separatam, quæ irradiat, & illuminat cogitatiuam hominis. Isti ergo dicunt, intellectum, vel cogitatiuam hominis, quam Auerroes appellat intellectum passiuum, in hac vita cognoscere quiditatiue substantias separatas, & in ea cognitione fælicitatem ponunt. Idem tenuere Alpharabius, Theophrastus, Auicenna, & Algazel, inquit Carthu. quamuis senserint animam rationalem, & intellectum esse spiritualem, & immortalem simul, quod docuit Auẽpace, vt refert D. Tho. 3. contra gentes, cap. 40. qui contra illum agit ibi, contra Alexan. cap. 42 contra Auerro, cap. 43. & nomine substantiarum separatarum, non videntur comprehendisse Deũ, si autem comprehenderunt, consequenter deberent ponere posse videri in hac vita, si verum est, quod aliqui dicunt, non posse Deum quiditatiue cognosci, quin etiam intuitiue cognoscatur, vt infra referemus. Sed ex D Thom. in illo cap. 41. colligitur, de Angelis solum sensisse posse cognosci quiditatiue in hac vita, & per illos posse quodãmodo videri Deũ licet non simpliciter; & in hac cognitione sitã esse fælicitatem vltimam, & suprẽmam. Cõtra hos vide Carthu. & D. Tho. qui etiam contra Themistium asserentẽ, posse in hac vita quiditatiue cognosci substantias separatas, agit cap. 45.

8. opinio. 8. in ordine est aliorum, qui visionem Dei in seipso, existimarunt esse Beatitudinem naturalẽ, ita vt prẽter illã nulla alia sit naturalis Beatitudo, quia nullo alio potest satiari hominis appetitus, hanc tamẽ nec posse cõtingere viribus naturæ, nec de potentia ordinaria in prẽsenti vita. Carth. supra art. 51. hãc sententiam tribuit D. Thom. 3. contra gentes, cap. 44. & Aegidio Romano, & eos impugnat, docẽs

non in visione Dei,sed in alia cognitione,quã habet anima separata consistere naturalem animæ fælicitatem.Cæterum D. Thom. nunquam excluſit aliam fælicitatem, ſed ſolum docuit,in nulla cognitione præter viſionem Dei in ſeipſo,poſſe conſiſtere vltimam, ac perfectam Beatitudinem,quæ plene ſatiet naturale deſiderium. Et hoc verum eſt, nec dixit viſionẽ Dei,vt in ſe eſt,eſſe ſimpliciter Beatitudinem naturalem hominis,ſed naturaliter appeti, vt etiam docet hic quæſ.3.art.8.& quęſ. 5.art.8.& 1.part. quæſt. 12. art.1. quod an de appetitu naturali innato, an vero de elicito ſit intelligendum & an verum ſit, poſtea examinabimus. Nunc ſolum dicimus,talem Beatitudinem ſimpliciter naturalem dici nõ poſſe, etiam ſi naturaliter appetitu innato,vel elicito appeti admittamus, cum non poſſit ſine auxilio ordinis ſupernaturalis obtineri, ſiue conſideretur ea viſio, vt eſt viſio Dei ſecundum rationem primæ cauſæ, ſiue ſecũdum alia attributa, & ſimiliter, nec ſimpliciter dicenda eſt finis naturalis hominis, licet ſic loquãtur Scotus, Sotus, Ferrara, & alij, contra quos agemus diſſerentes de appetitu Beatitudinis. Illam autem dicimus Beatitudinem naturalem, quam haberet anima ſeparata, vel coniuncta,ſi homo eſſet conditus in puris naturalibus ſine vlla ordinatione, vel eleuatione ad finem ſupernaturalem,& talis,(vt illo art. 51. inquit Carthuſia.de Beatitudine animæ ſeparatæ) ſatiaret hominis deſiderium, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid,& imperfecte, quia anima ſaltem ſeparata, ſicut & Angelus,naturaliter cognoſceret Deum eſſe in ſe viſibilem, ſaltem id ſuſpicaretur, aut iudicaret poſsibile,aut cenſeret conueniens ſecundum ſe, ac proinde illius deſiderio, ſaltem cõditionali teneretur,& tale deſiderium, quod vehemens, & nobiliſsimi actus eſt, non expleretur.

73. Demõſtrari nequit viſionem Dei eſſe poßibiliẽ.

An vero etiam in hac vita poſſit demonſtrari, viſionem Dei eſſe poſſibilem, & ſine illa vltimam, & perfectam Beatitudinem haberi non poſſe. Scotus affirmat, 4. d. 49. q. 5.etiam in hac vita demõſtrari poſſe. Ego exiſtimo neq.in hac vita,neq. in alia demõſtrari poſſe,tamen non exiſtimo opinionem Scoti eſſe improbabilem.Quod enim aliqui contra eam afferunt; *nec oculus vidit, &c.* 1. Corinth.2. tantum concludit,non poſſe demonſtrari, Deum eſſe à nobis videndum, & quæ nam Deus præparauit diligentibus illum. De Beatitudine corporis hic diſſeri poſſet, ſed quoniam corpus non dicitur proprie beatum, ſed ſola ſubſtantia intellectualis, ad cuius Beatitudinem pertinet perfectio corporis, qualem in reſurrectione recipiet, de qua poſtea late diſſeremus agentes de requiſitis ad Beatitudinem, & de gloria corporis, ideo ab hac quæſtione modo ſuperſedendum duxi.

Et quamuis per ea,quæ hactenus dicta ſunt ſatis explicata maneant, quæ D. Thom. tota quæſtione. 3. attigit, tamen ad exactiorem cognitionem Beatitudinis noſtræ, antequam ad quæſtionem quartam accedamus, vbi D. Thom.de neceſſarijs ad beatitudinem diſputat,inter quæ amor, & delectatio computantur, quæ ſecundum aliquos ſunt partes eſſentiales Beatitudinis, vt vidimus, nonnulla alia diſcutiemus, quæ 1.par. quæſt. 12. & alijs locis D.Thom. diſputauit,quæ huic loco opportune inſerentur; nam de illis etiam agunt D. Thom. & alij Scholaſtici, 4. diſt. 49. cum de Beatitudine diſputant, & multa ex his in his quæſtionibus à D.Thom.& eius diſcipulis attinguntur,vel etiam ex profeſſo diſcutiuntur. 1. ergo diſputabimus de eſſentia viſionis beatificæ, 2. de obiecto, 3. de cauſis per ſe viſionis beatificæ, quæ ſunt potentia cum lumine gloriæ, & obiectum, ſiue eſſentia diuina concurrens in ratione ſpeciei intelligibilis, vel ſpecies creata; 4.de effectibus conſequentibus per ſe ad viſionem beatificam, cuiuſmodi ſunt amor, & delectatio; & hic iam incipiemus expoſitionem quęſtionis quartæ,nam initio ipſius agit D. Thom. de delectatione, poſtea vero exponemus, quæ antecedenter, vel conſequenter,vt cauſæ vel effectus per accidẽs,neceſſaria ſunt ad viſionem beatificam, & de ijs, quæ illam concomitantur, & conſequuntur, quo tempore, & modo acquirenda ſit, & de eius appetitu, deinde de Beatitudine naturali,ac tandem de appetitu beatitudinis & de gloria corporis.

Diſputatio 3. De eſſentia viſionis Beatificæ.

Sectio.1. Vtrum viſio Beatifica ſit actus ſupernaturalis reſpectu omnis intellectus, vel ſubſtantiæ creatæ.

QVAESTIO hęc alijs terminis proponi poſſet,vtrum viſio Dei ſit connaturalis alicui ſubſtantiæ, vel intellectui creato, ſeu an viribus naturæ poſſit videri ab aliqua ſubſtantia, vel intellectu iam creato, & ſic quæſtio etiam poſſet ſpectare ad cauſas per ſe viſionis beatificæ. Nec mirum, quia aliquando ordo ad cauſas eſſentialis eſt, & ſic contingit in propoſito; nam naturalitas, vel ſupernaturalitas ordinem ad cauſas importat, tamen cuique rei eſſentialis eſt.

Quidam

1. *senten. Eunomij, et Anomæorũ error*

Quidam apud Nazian. oratione 42. quæ est. 2. in pascha, versiculo, immensus itaque est Deus, dixerunt: Deum; cum simplex sit, vel non posse cognosci, vel posse comprehendi, & cum cognosci posse etiam naturæ viribus, certũ sit, ex eorum errore colligi potest, Deum comprehendi, atq. ita quosdam affirmasse Platonicæ doctrinæ nitentes, refert ibi Psellus, & hunc errorem Eunomio, & sequacibus tribuit Niceras versiculo illo, & sequenti. Eundem errorem Eunomio tribuit Theophilactus in id Ephesios, 3: vt euangelizem in gentibus inscrutabiles diuitias Christi, dicens, Eunomius se Christi naturam, & essentiam cõprehendere iactat. Aperte etiam hunc errorem Eunomio tribuit Theodoretus lib. 4. hæret. fabularum. in Actianis, & Eunomianis: & Hieronym. in id Math. 11: nemo nouit filium, sed ex eius verbis cõstat, incertum esse, an Eunomius dixerit, naturæ viribus posse comprehendi, an vero ex reuelatione, ait enim Hieronymus: *Erubescat Eunomius, tãtã sibi notitiam patris, & filij, quantam alterutrum inter se habeant, Lactitans, quod si inde contendit, & suam insaniam consolatur, quia sequitur, & cui voluerit filius reuelare, Aliud est naturæ æqualitate nosse quod noueris, aliud reuelantis dignatione.* Eundem errorem tribuere videtur Basilius Eunomio. 1. contra Eunomium, sub finem, & clarius epist. 188. ad Eunomium; Chrysostomus vero, nec homilia, 5. contra Anomæos de incomprehensibili Dei natura, nec alibi, vt existimo, hunc errorem tribuit Eunomio, sed illũ tribuit Anomæis in eisdem homilijs, præsertim, 1. & 2. quæ habentur to. 2. Cæterum Anomæi hunc errorem ab Eunomio acceperunt, vnde vt notat Billius præfatione ad oratione Nazienzeni contra Eunomianos, quæ est 1. de Theologia & Epiphanius, hæresi. 76. ijdem erant Anomæi, & Eunominani, qui etiam Aetiani dicebantur, non quòd hunc errorem ab Aetio hauserint, sed quòd alius fuit Eunomius Actij discipulus, vt patet ex Theodoreto supra, Augusti. libro de hæresibus, cap. 54. Damasceno lib. de hæresibus, Nicepho. lib. 11. cap. 11. Epipha. hæres. 76. qui dictos Anomæos putat, quasi dissimiles, & inæquales, quia inter omnes diuinas personas dissimilitudinem, & inæqualitatem asserebant. Vazquez autem 1. part. disputa. 41. cap. 1. Anomæos dictos putat quasi Anomos, idest, sine lege, aut regula. Sed commune id omnibus hæreticis, & prauis, nec erat cur corrupto vocabulo, qui Anomi essent Anomæi vocarentur. Fortasse ergo Anomæi dicti sunt, ab Anomio hæretico, cuius meminit Cyril. epistol. 25. ante medium; siue is fuerit ipse Eunomius, siue alter similis, vel certe author huius sectæ est Anomæus, vt insinuat Basilius, homilia 28. de spiritu sancto contra Anomæos, colum. 1. & 2. qui tamen eosdem Anomianos vocat, epistol. 41. ad Maximum. Hi hæretici quantum ad id, quod clare asserunt, Deum comprehendi posse, reijcientur à nobis, disputatione 4. sectione. 6. opinione. 2. suppositione. 2. quantum vero ad id quod dicunt, hanc comprehensionem (ac proinde visionem Dei, & Beatitudinem) in hac vita haberi posse, refellentur, disputatione. 10. sectione. 2. Quantum ad id vero, quod insinuant, visionem Dei, solis naturæ viribus haberi posse, in præsenti reijciendi sunt. Diuinam autem essentiam, viribus solis naturæ cerni posse, expressius docuere Begardi, & Beguinæ, vt patet in Concilio Viennensi, sub Clemente. 5. quod refertur Clementina ad nostrum, de hæreticis, nam errore 4. dixerunt, hominem ita vltimam Beatitudinem secundum omnem gradum posse assequi in hac vita, sicut in alia obtinebit. Errore autem 5. quamlibet intellectualem naturam in se ipsa naturaliter esse beatam, animamque non indigere lumine gloriæ, quo eleuetur ad videndum Deum, sublatis enim curis, & solicitudinibus huius sæculi, quibus à Deo abducimur, & distrahimur, remotisque his impedimentis, anima suis viribus naturalibus videri poterit diuinam essentiam vbiq. præsentem. Contra illum 4. errorem agit Castro verbo Beatitudo hæresi. 4. contra illam vero partem erroris 5. quæ negat, ne cessitatem luminis gloriæ dicemus disputatione. 5. sectione. 3. Contra aliam vero partem eiusdem erroris, quæ visionem Dei asserit, solis naturæ viribus haberi posse, Castro supra hæresi. 5. & Valentia. 1. p. disputa. 1. quæst. 12. puncto. 3. & 1. 2. disputatio. 1. quæst. 5. puncto. 5. D. Thom. & alij, q. 5. art. 5. & 1. part. q. 12. art. 4. & 4. sententia, d. 49. Vazquez disputatione citata, & nos hic. Visionem ergo Dei solis naturæ viribus comparari non posse.

Begardi. Beguinæ.

Probatur. 1. testimonijs scripturæ, Psal. 83. *gratiam, & gloriam dabit dominus*, Psal. 138; *Etenim illuc manus tua deducet me*, Lucæ. 12: *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Ioan. 1. *illuminat omnem hominem, &c. de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis.* Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam æternam.* Vbi nomine vitæ æternæ, sicut alijs

2. *Conclusio Visio Dei solis naturæ viribus cõparari nõ potest. Prob. 1.*

locis notatis disputatione precedenti, sectione.5.Beatitudo, seu visio beata intelligitur, & statim subditur: *stipendium peccati mors gratia autem Dei vita æterna*; vbi communiter aduertunt interpretes diuersitatem locutionis, nam quia homines naturaliter se reddunt dignos supplicio, dicitur stipendium peccati mors, quia vero non se reddunt naturaliter dignos gloria, sed hęc dignitas fundatur in gratia Dei dicitur, gratia autem Dei vita æterna. Augustinus epistola 105, ad Sixtum, de gratia, & libero arbitrio, cap. 8. & in Enchiridi. c. 107. Chrysostomus homilia. 12. in Epistolam ad Romanos: 1. Timoth. 6: *Lucem habitat inaccessibilem*; scilicet viribus naturæ. Isai. 64: *Oculus non vidit Deus absq. te quæ præparasti expectantibus te*, & 1. Corinthior. 2: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum*; Scilicet dando nobis fidem, vt explicat Hierony. & ibidem, *quæ sunt Dei, nemo nouit* (proprijs viribus) *nisi spiritus Dei, qui in ipso est*. Vnde argumentum sumitur, quia si cognitio, qua credimus beatitudinem, supernaturalis est, multo magis cognitio ipsa beatifica erit supernaturalis. Ioan. 14. Diligam eum, & manifestabo ei me ipsum: quod ad rē optime ponderat Augusti. tract. 75. in Ioan, & eodem cap. dicitur, manifestaturus es te ipsum nobis, & nō mundo, de quo August. tract. 76. Vide etiam illū in illa verba, ostēde nobis Patrem, & sufficit nobis. Ad idem sunt omnia testimonia, quibus Deus dicitur inuisibilis, intelliguntur enim secūdum vires naturæ, vt explicat Epipha. hæresi. 70. Ambrosius Lucæ. 1. Ad idem est id Math. 11: *nemo nouit Patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare*; nam licet hic locus possit exponi de cognitione fidei, quam habemus in hac vita, tamē Christus absolute loquitur de cognitione Patris, & filij, & inde sumitur argumentum apertum, nā si cognitio Dei per fidem supernaturalis est, multo magis per speciem. Et Roma. 3: *iustificati gratis per gratiam ipsius*; nam si iustificatio, quę est medium ad Beatitudinem, supernaturaliter confertur, ergo & ipsa Beatitudo. & Roma. 9. *non est volentis, neq. currentis, sed Dei miserentis*: scilicet iustificatio, & glorificatio nostra. Ad idem adducit Castr. id Matth. 19. & Marci. 10. nemo bonus, nisi solus Deus, nā si solus Deus est bonus ex natura sua, vt verba illa significant, anima non erit naturaliter bona, ac proinde nec naturaliter beata, sed ex voluntate Dei. Rursum, quia si intellectualis natura ex se est beata, ergo nulla est misera, quoniā ea quę natura insunt, nullo modo deleri possunt. Consequens est contra scripturam, ergo. Hāc etiam hæresim impugnari putat testimonijs asserentibus, non posse in hac vita beatitudinem obtineri: nam si anima est beata ex sua natura, etiā in hac vita erit beata. Sed aliqua ex his credo non esse ad rem, non enim dicebant isti hæretici, animam esse beatam essentialiter, sicut Deus ex se est bonus, nec necessaria consecutione ad essentiam, sed ad essentiam expeditam passionibus, curis & solicitudinibus sæculi, & nō punitam à Deo per priuationem diuini conspectus; tamen etiam ista intelligentia absurda est, & contra omnium experientiam.

2.probat. 2. probatur ex Clementina citata, vbi ille. 5. error cum alijs damnatur, definiturq. Beatitudinem esse supra naturam creaturæ intellectualis, & asseritur, ad Beatitudinem esse necessarium supernaturale lumen gloriæ. Vnde sequitur, non solum non posse hominem solis proprijs viribus naturalibus Beatitudinē asse qui, sed neq. solis viribus naturalibus alterius creaturæ, etiam superioris, qualis est Angelus, quod q. 5. art. 6. docent D. Thom. & alij.

3.probat. 3. probatur ex Patribus, D. Ambros. 2. de offici. cap. 1. Vitam æternam prēstare nō potest, nisi author æternitatis, August. 4. cōtra Iulia. cap. 3: *neq. omnes, naturali instinctu immortales, & beati esse vellemus nisi esse possemus; sed hoc sūmum bonum præstari hominibus non potest, nisi per Christum, et hunc crucifixum, cuius morte mors vincitur, cuius vulneribus natura nostra sanatur*. Chrysosto. homil. 64. ad populum; *pro meritis vnusquisq. recipiet, sicut lazarus & diues*. Ambrosius lib. 2. de prēparatione ad missam in fine narrat bona, quæ in Beatitudine erunt, modo ineffabili, & nobis adhuc incomprehensibili, & ea in Deum, vt in specialem causam refert, & in libro orationum, seu meditationum, oratione 7. quę incipit spes mea, egregie docet quod intendimus inter alia dicēs, *creatura vero tua, cui est aliud viuere, aliud beate viuere, omne quod viuit, et quod beate vivit, non debet nisi gratiæ tuæ*. Quo testimonio probatur, visionem Dei, & æternam vitam etiam Angelis esse supernaturalem. Quod etiam colligitur ex illis testimonijs scripturæ, gratia Dei vita ęterna, & gratiā, & gloriam dabit dominus, quæ absolute loquuntur, ideo non sunt ad homines restringenda. Vnde August. 12. Ciuita. c. 9. ex dono spiritus sancti Angelis sicut hominibus, charitatē bonā voluntatē & eius augmentū, & Beatitudinem aduenire putat, & lib. 11. ca. 9. in fine ait: *lumen verum, quod illuminat omnem hominem, in hunc mundum venientem, hoc illuminat, & omnem Angelum mundum, vt sit lux non in se ipso, sed in Deo, &c.* Et lib. 10. cap. 2. docet, dono Dei Angelos sicut homines beatos fieri, refertque Plotinum dicentem, Angelos participatione diuini luminis beatos fieri, sicut

& nos

& nos, & ponentem exemplum in luna, quę à sole lumen recipit. Vnde D. Thom. 1. p. q. 12. art. 4. docet, nullum intellectum creatum per sua naturalia posse videre Deum; idemq. ait, in hac 1. 2. q. 5. art. 5. & Richar. 4. d. 49. art. 2. quæst. 6.

3. 4. probat. Quorum ratio; & 4. probatio est, quia naturalis cognitio est iuxta naturalem modum essendi ipsius cognoscentis, vt habetur in libr. de causis, propositi. 8. Ita videlicet vt potentia sensitiua, quæ penitus est materialis, non cognoscat nisi materialia, & modo materiali, scilicet, sine abstractione aliqua. Intellectus autem humanus, quandiu anima est in materia, cognoscat quidem quiditatiue, vel etiam intuitiue materialia, cum quibus communicat in modo essendi, cum quadam tamen spiritualitate, quia spiritualis est, nempe cum abstractione: intellectus vero Angelicus, vel animæ separatæ à corpore quia spiritualis est, & modum essendi habet spiritualem, & abstractum à corpore, possit intuitiue, & quiditatiue cognoscere substantias separatas creatas, quæ sunt sibi proportionatæ, quia habent eundem modum essendi. At Deus solus, qui eminentiorem modum habet essendi, quoniam est suum esse, possit quiditatiue, & intuitiue seipsum cognoscere, quia ipse est sibi obiectum proportionatum, eo quod obiectum, & res intelligens eundem habent modum essendi.

Contra quam rationem sic formatam, non recte procedunt argumenta, quibus illam reijcere conatur Scotus, 1. d. 3. q. 3. & in 4. d. 49. q. 11. & quodlib. 14. art. 2. Primum est, quia si Deus sibi soli est obiectum proportionatum connaturale, ergo nec confuse poterit cognosci naturaliter à creatura.

2. quia si obiectum habens superiorem modum essendi, non est proportionatum habenti inferiorem modum essendi, ergo Angelus superior non poterit cognosci naturaliter ab inferiori præsertim quiditatiue.

3. quia cœlum habet modum essendi superiorem bruto, tamen videtur naturaliter à bruto, ergo licet Deus habeat modum essendi superiorē omni intellectuali natura, poterit ab illa naturaliter videri, nisi quid aliud obstet.

Reiecta ergo D. Tho. ratione, Scotus duas alias adducit.

1. est, quia nulla creatura potest esse obiectum visionis beatificę, nec producere speciem talis obiecti, nec potest facere Deum præsentem obiectiue.

2. quia non possumus naturaliter habere media necessaria ad Beatitudinem, scilicet gratiam, & charitatem, ergo nec ipsam Beatitudinem. Sed hæc ratio solum procedit suppositâ fide antecedentis; prior autem non vrget, nam posset dici, vel alicui creaturæ inesse naturalem vim producendi in se, vel alia speciem Dei, vel posse cum essentia diuina, quæ ex se est intima vnicuique personæ, producere visionem, vel denique ad Deum, vt auctorem naturæ pertinere, vt per se, vel speciem sui concurrat cum hoc, vel illo intellectu creato ad visionem Dei. Et ratio D. Tho. defenditur a Capreolo, 4. d. 49. quæst. 4. ad argumenta contra, 1. conclusionem, Soto, quæst. 2. art. 2. Ferrar. 3. contra gentes, cap. 32. à Caietano, Valentia, & alijs. 1. par. quæst. 12. art. 4. Summa defensionis est, vt excessus obiecti respectu cognoscentis, si sit secundum materiale, & immateriale, vel potentiale, & actuale obstet cognitioni naturali perfectæ, nimirum quiditatiuæ vel intuitiuæ, non vero alius excessus; nec respectu alterius cognitionis, & ideo etiam si Deus excedat creaturam in actualitate, quia est suum esse, poterit à creatura cognosci naturaliter, non quiditatiue vel intuitiue, sed alio inferiori modo. Angelus vero superior, quia inferiorem non excedit in actualitate, vel immaterialitate, sed in alijs, possit naturaliter ab eo cognosci quiditatiue, & intuitiue; & similiter ab anima separata, & similiter cœlum potest à bruto videri; quia in immaterialitate brutum non excedit, sed in incorruptibilitate, &c. Hæc ratio etiam si sic explicata probabilis sit, tamen non est euidens, vt recte ait Molina, 1. par. quæst. 12. art. 4. nec D. Thom. illam vt euidentem adducit, in eamque incidit ratio quam Molina probabilem putat, & vt diuersam adducit, ait enim de anima nostra, quandiu est immersa corpori, non posse naturaliter videre Deum, apertissime probatur, quia pro hoc statu non intelligit, nisi per species rerum materialium sumptas ministerio sensuum, quæ non possunt ducere in notitiam intuitiuam, nec quiditatiuam Dei. De angelo vero, & anima separata, licet non videat rationem euidentem, tamen cum infinite superentur à Deo difficile credita arbitratur supernaturaliter euehi posse in claram Dei visionem, ac proinde difficilius longe esse, quod ea visio sit illis connaturalis, ideoque fatetur excessum Dei ad creaturam probabiliter suadere visionem Dei nulli creaturæ posse esse connaturalem. Relabitur ergo in rationem D. Tho. & vtraque ratio non solum procedit in omni substantia, & potentia intellectiua creata, sed etiam creabili, de qua dicetur sectione sequenti, vbi eadem ratione, & alijs docebimus, nec lumen gloriæ esse posse alicui creaturæ connaturale. Vnde cessat obiectio contra rationem D. Tho. scilicet si diceretur creatura, cui esset con-

naturale lumen gloriæ, excederetur à Deo in actualitate, tamen esset ei connaturale videre Deum, ergo non obstat ille excessus. R. enim hypothesim esse impossibilē quia ex ea sequeretur visionem esse, & non esse illi creaturæ connaturalem.

Alia autem obiectio, scilicet intellectus creatus affectus lumine gloriæ connaturaliter videt Deum, tamen exceditur illo modo à Deo, ergo nō obstat ille excessus, facile soluitur: nā lumen gloriæ est ordinis supernaturalis, & non perficitur a visione Dei, cum eam in se nō suscipiat, ideoq. visionem Dei esse illi connaturalem, vel intellectui, vt est sub ipso lumine gloriæ, non est inconueniens, nec arguit immensam perfectionem luminis, vel intellectus. At vero visionem beatificam esse simpliciter cō naturalem intellectui, vel substantiæ creatæ, arguit immensam eius rei perfectionem, quippe quæ naturaliter petat perfrui visione Dei. Ideo cuicunque substantiæ, vel intellectui creato visio Dei debet esse supernaturalis. Confirm. 1. cognitio connaturalis est commensurata subiecto, visio autem Dei ob suam excellentiam nulli rei creatæ est commensurata, ergo soli Deo est connaturalis, gratis autem supernaturaliter eam cui vult communicat.

4. *Certū de fide est, nulli intellectui hactenus creato esse cōnaturalē visionē Dei.*

Ex dictis patet certum de fide esse visionē Dei nulli substantiæ, vel intellectui hactenus creato esse connaturalem. De creabili autem non ita certum est, an vero aliqua ratione certum sit, sectione sequenti dicemus. Nec huic doctrinæ aduersatur Durandus, aut Maior, licet enim sentiant, Deum videri posse sine lugloriæ, vt suo loco referemus. Tamen existimant, sine auxilio, & concursu Dei supernatuali videri non posse. Vnde merito Molina in hac. 1. par. quæst. 12. art. 5. reprehendit Sotum, 4. d. 49. asserentem, secundum Durandum visionem Dei esse nobis connaturalem; quod Valentia ibidem non solum Durando, sed & Maiori tribuit. Ad hoc tamen incommodum probabiliter adduci possunt, ex opinione eorum illi, qui opinantur, non esse necessarium lumen gloriæ ad visionem Dei.

Porro cum asserimus, visionem Dei esse supernaturalem, intelligimus in substantia, & non in modo tantum. ita docet Vazquez. 1. p. disputat. 47. cap. 6. num. 36. & Caietanus, 2. 2. quæst. 171. art. 2. explicans solutionem ad. 3. Vbi D. Thom. ait, cognoscere occulta sapientiæ diuinæ, esse actum supernaturalem quoad substantiam. Quod à fortori diceret de visione beatifica, qua cognoscitur quod in Deo est occultissimum. Quod vero ibi dicit D. Thom. & Caietan. de actibus virtutum Theologicarum, esse tantum supernaturales quoad modum, varias habet interpretationes, de quibus suo loco dicetur. Sotus etiam 4. dist. 49. quæst. 2. art. 4. licet de actibus virtutum Theologicarum esse dicat supernaturales tantum quoad modum, tamen de visione beatifica sentit esse supernaturalem quod substantiam. Quod etiam tenet Molina, 1. part. quæst. 12. art. 6. disputat. 5. colligitur ex D. Thom. infra quæst. 5. art. 6. ad. 3. vbi dicit, hanc operationem specie differre ab omni operatione, quam homo suis viribus efficere potest. Et probatur, quia actus supernaturalis quoad substantiam est ille, cuius substantia, ideſt ratio specifica vel indiuidualis talis est, vt fieri non possit sine concursu ordinis supernaturalis; talis autem est visio beatifica. Ad eam enim non sufficit aliqua potentia naturalis cum communi influentia, & generali concursu Dei, vt auctor naturæ est, quia secundum fidem, Deus videri non potest solis naturæ viribus, ergo.

Visio Dei est supernaturalis, quoad substantiam.

Confirm. quia si esset naturalis quoad substantiam, & supernaturalis quoad modum; maxime quia in sua substantia non distingueretur ab actu fidei, & hic esset naturalis in substantia, & ei esset accidentalis obscuritas, eam autem deponeret, claritatemque reciperet accessu lumiuis gloriæ, sicut aliqui dicunt de actu fidei accessu demonstrationis, & de actu scientiæ subalternatæ accessu scientiæ subalternantis fieri euidentem. Quo pacto etiam quidam sentiunt, actum Theologiæ, qui in via est obscurus, perseuerare posse in patria, recepta claritate. Hoc autem dici non potest, tum quia vt in hoc opere ostendemus, actus fidei est supernaturalis quoad substantiam. Vnde à fortiori visio Dei, quæ magis supernaturalis est, quam actus fidei, tum quia substantialis species actus non sumitur ex solo materiali obiecto, sed etiam ex modo attendi illud. Vnde de eadem propositione possunt esse assensus substantialiter diuersi; scilicet fidei humanæ, & diuinæ, & opinionum; ac scientiarum diuersarum, & experientiæ vel habitus principiorum, vel etiam prudentiæ, & artis propter diuersum modum assentiendi tali propositioni, vt etiam de eadem re possunt esse actus voluntatis substantialiter diuersi ob diuersum modum appetendi, vel amandi illam, vt diximus tractatu. 1. disputatio. 7. Sectio. 2. ergo licet daremus obiectum materiale actus fidei, & visionis beatificæ idem esse, tamen cum modus attingendi illud sit valde diuersus, quia actus fidei nititur obscuræ auctoritati dicentis, visio autem non nititur authoritati claræ, nec obscuræ, nec rationi,

tioni, sed sine vllo medio tendit in suum obiectum, isti actus essent diuersi in substantia: sicut & habitus,à quibus procedunt, ex illo modo attingendi obiectum valde differunt in sua substantia,tum,quia obiectum materiale hic est valde diuersum:Omnis enim cognitio citra visionem Dei attingit Deũ,nõ secundum se,sed secundum rationes,& conceptus obiectiuos communes ipsi,& creaturis,vnde fit per species creaturarum. Visio autem beatifica attingit Deum in seipso, & secundum propriam,& quasi specificam, & indiuidualẽ, rationem,ac differentiam,vnde indiget specie propria Dei, vel diuinæ essentię gerente munus speciei propriæ Dei,ergo omnes aliæ cognitiones Dei sunt diuersæ substantialiter à visione beatifica, & alioqui in via haberent etiam peccatores,imo & infideles,& damnati totam substantiam beatitudinis,vel præcipuam,aut maximam eius partem, quod est absurdum,præsertim cum idem dicendum esset de dilectione, vel delectatione beatifica. Nec admittimus aliquem actum posse transire de obscuro in clarum, vel est contra & exẽpla,quæ in compositum afferuntur falsa sunt, & falsis opinionibus nituntur,vt alibi videbimus.& saltem nullus actus, qui sit visio rei in se,potest claritatem amittere. Sicut enim de ratione notitiæ intuitiuæ sensitiuæ euidentis est ipsa eius euidentia, ita de ratiõt notitiæ intuitiuæ intellectiuæ euidentis est sua euidentia. Vnde recte Palud.3.d.31.q.3.a.2. opin.3. concl.4.ait,dicere in speciali,quod lumen glorię est idem numero cum fide, nec est aliud quam fides infusa sicut charitas viæ & patrię; vel quod visio patriæ non differt specie à videre viæ sicut aliqui dicunt,quod est idẽ specie actus charitatis viæ & patrię, quamuis illud da charitate non sit hæreticum,quia multi catholici id adhuc tenent inde inferentes, beatitudinem in actu charitatis non consistere, quia beatitudo,in cor hominis non ascendit:tumẽ illud de lumine,quia illud oculos nõ vidit, & de visione,quia est tota merces,non licet imaginari vel, vt magis proprie dicam, opinari hæc Paludanus.

6. 1. dubium posteatractandum. An vero visio beatifica sit naturalis in ratione finis,& obiecti appetibilis,eo ꝙ naturaiter appeti possit appetitu,elicito,vel innato videbimus cũ agemus de appetitu beatitudinis.

2. dubium An vero cognitio clara & distincta Dei abstractiua tantum,dari possit, eaq. sit connaturalis Angelo.Scotus.2.d.3.q.9.§. ad quæstionem ait,licet secundum communiter loquentes, non possit Angelus ex puris naturalibus habere cognitionem Dei intuitiuam,de qua in4.d.49.q.11.tamen non videtur negandũ, quin possit naturaliter habere cognitionem eius abstractiuam hoc modo intelligendo, quod species aliqua distincte repræsentet eã vt in se existentem. Et addit, licet talis species non possit esse in Angelo ex acquisitione per vires proprias, vel alicuius agẽtis creati, tamen nullum esset inconueniens asserere esse illi in instanti suæ creationis inditam à Deo,vt authore naturæ,eo modo,quo illi datæ sunt aliæ species, & perfectiones. Idem sentit Gab.eadem distinctione q.2.addens,abstractiuam notitiam distinctam Dei posse haberi naturaliter ab Angelo,quę nõ oriatur ex tuitiua.Idem q.latius docet Gab.q.1.prologi art.2.

Sed hæc opinio communiter displicet. 1. quia repugnat dari distinctam notitiam Dei euidentẽ quin sit intuitiua, & respiciat Deũ, vt præsentem,& existentem,cum de ratione Dei sit existere,argũ.tñ nõ conuincit vt infra rius late dicemus.ergo idẽ probarur 2. quia si potest dari species distincta, & propria Dei repræsentans illum distincte abstractiue, cur non intuitiue ? Eeadem enim ratio est, vt disputatione quinta sectione.2. ostendemus. Vnde ipse Scotus.4. d.49.q.11. dubius manet,an sit necesse ponere speciem intelligibilem ad visionem Dei. Vnde videtur sentire esse possibilem.Si autem vtraq. est possibilis, cum necesse sit poni æqualis,aut fere æqualis perfectionis,& non sit absurdum asserere vnam esse connaturalem Angelo, idem quoque poterit de alia sine absurditate concedi; quod falsum est.

Species representans Deũ qui dicitur abstractiue non potest esse connaturalis Angelo.

Sectio.2.Vtrum visio beatifica sit supernaturalis,respectu cuiuscumq.substantiæ & intellectus creabilis.

7. 1. sententia

EADEM quæstio est de lumine gloriæ,de gratia, & charitate, & alijs habitibus infusis, & de eorũ actibus,& de impeccabilitate.

Molina.1.p.q.12.a.5.disputationc. 2. non audet quęstionem de lumine glorię & visione beatifica definire: nonnihil tamen inclinare videtur in hoc,quod visio Dei dupliciter possit esse connaturalis alicui substantiæ creabili. 1.modo ita vt lumen glorię sit illi connaturale, & consequenter videre Deum.2.modo,vt illi sit connaturalis intellectus, tantam per se habens vim ad videndum Deum,quãtam alius intellectusaffectus lumine glorię. Cum autem visio Dei,vt dicemus reddat subiectum impeccabile,substantia, cui esset connaturalis visio Dei altero ex his modis,consequenter esset naturaliter impeccabilis. Et præterea,cum poscat altero ex his modis in subiecto gratiam,charitatem, & reliquos habitus infusos conuenientes iusto in statu perfecto

fecto,etiam illi substantiæ essent connaturales huiusmodi habitus, ac proinde & actus eorum. Fauet huic sententiæ Ioan. Maior. 4. d. 49. conclu. 3. & eius probatione, vbi ait, intellectum nudum creatum sine lumine gloriæ, non posse cum generali influentia Deum videre, & hanc conclusionem esse communem, sed difficile esse eam probare secluſa determinatione Ecclesiæ in Clementina ad nostrũ de hæreticis, & in fine quæstionis ait. Nec caret scrupulo, an aliquis Angelus, vel creatura creabilis posset habere potentiam, cuius excessus super intellectum humanum tantum faciat ad productionem visionis beatificæ, quantum lumen gloriæ cum intellectu humano, hoc est dicere, Angelus ille potest circa quodcũq. obiectũ actũ elicere circa, quod intellectus humanus lumine gloriæ adiutus potest actum elicere: & per consequens ex determinatione Pontificis non cõcluditur quod in Angelis omnibus, uel aliquibus lumẽ gloriæ requiratur ad eleuandam potentiam vt Deum videat. Fauet etiam Valentia. 1. p. q. 12. puncto. 3. in fine, vbi ait, difficile esse ostendere repugnantiam in hoc, vt aliqua creatura per Dei potentiam absolutam fiat, cui sit connaturale lumen gloriæ. Nec ratione D. Thom. videri eam repugnantiam ostendi, tamen non idcirco se affirmare posse diuinitus fieri talem creaturam, imo arbitratur nullam talem fieri posse. Aliqui tamen recentiores ausi sunt affirmare, nullam esse repugnantiam, alij autem, nullam adhuc esse inuentam rationem, qua eiusmodi repugnantia satis probetur. Adducitur pro hac sentẽtia Ioãnes Bachonius. 2. d. 38. q vnica, art. 2 sed non est ad rem, tantum enim ait, voluntatem nostram potuisse fieri naturaliter impeccabilẽ. Vt si Deus statuisset vniri ei à principio, & inseparabiliter, & esse determinatam ad bonũ salua libertate, sicut beati modo per cõfirmationem, & lumen gloriæ, vbi manifeste sumit naturaliter impeccabilẽ, non in sensu istius opinionis, sed pro eo, quod à natiuitate sua, & quodammodo naturaliter impeccabilitatem habet. Magis ad rem est Gab. 2. d. 23. q. vnica a. 2. concluſ. 1. & 2. dicens: licet Deus non possit liberam voluntatem naturaliter impeccabilem producere, potest tamen producere aliquam voluntatem naturaliter impeccabilẽ non liberam, sed quæ necessario haberet sequi dictamen rationis. Aduersarij autem plus intendunt, nempe produci posse voluntatem liberam naturaliter impeccabilem, & certe omnis voluntas naturaliter libera est, ergo si non potest esse libera, & impeccabilis simul, non erit naturaliter impeccabilis quod bene contra Gabrielem aduertit Palac. eadem distinctione, disputatione. 1.

Cuiuscunq. autem sit hæc sententia suadetur. 1. quia nulla potest afferri ratio sufficiens implicationis, vt probat Molina. impugnando rationes, quę afferri solent, de quibus postea. 9. 1. Argum.

2. quia Deus potest producere substantiã, & intellectum nobiliorem & nobiliorem in infinitum, ergo tandem perueniretur ad aliquem intellectum, qui sit perfectior intellectu nostro, etiam perfuso lumine gloriæ, ac proinde qui per se, sine lumine gloriæ possit videre Deum, vel cui si naturale lumen gloriæ, quo videat Deum. 2.

Confir. substãtia perfectior exigit perfectiora accidentia sed potest dari substantia perfectior, & perfectior in infinitũ, ergo deuenietur ad aliquam, quæ connaturaliter petat fidem, & spem, & ad aliquam, quæ petat gratiam, reliquosq. habitus infusos, vel etiam lumen gloriæ, & visionem Dei. Confir.

3. quia genus substantiæ creatæ est nobilius toto genere accidentium, ergo in eo debet dari aliquid nobilius perfectissimo accidenti, hoc autem esse non potest, nisi substantia cui sit connaturalis visio Dei. vel gratia, ergo dabilis est talis substantia. Minor patet: nam reliquis omnibus substantijs creatis, & creabilibus saltem diuisiue sumptis, perfectiora sunt lumen, & visio Dei, gratia &c. 3.

4. nullus intellectus potest produci, qui nõ sit connaturalis alicui substantiæ creatæ, vel creabili, etgo similiter nullum lumen gloriæ, nulla visio &c. par enim ratio est de omnibus accidentibus. 4.

5. hypostatica vnio Dei cum natura intellectuali, petit cõnaturaliter lumẽ gloriæ, & visionẽ Dei iuxta id Ioã. 1. *Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre &c.* ergo etiam substantia completa creata dari poterit, quæ connaturaliter eadem petat. 5.

6. visio Dei est connaturalis lumini gloriæ & lumen gloriæ charitati, virtutes morales, donaq. Spiritus sancti sunt connaturalia gratiæ. cur ergo non poterunt esse connaturalia substantiis creatę? 6.

7. visio Dei potest esse connaturalis principio, quo, creato, ergo & principio quod, creato: eadem enim ratio videtur. 7.

8. accidentia hæc sunt limitatæ perfectionis, cur ergo repugnabit esse connaturalia substantię creatæ? 8.

Confir. quia cum lumen sit finitum produci poterit intellectus adeo perfectus, vt totam eius vim contineat, ac proinde visio Dei erit connaturalis illi intellectui, & substantię, cui is est connaturalis. Confi.

9. possibilis est, substantia creata supernaturalis, sed illi erunt connaturalia accidentia supernaturalia, qualia sunt visio Dei, lumen gloriæ, 9.

gloriæ, &c. ergo posibilis est substantia, cui hæc sint connaturalia. Maior probatur, quia accidenti potest conuenire supernaturalitas, ergo & substantię creatæ, quæ maiorem affinitatem, & similitudinem, & conuenientiam cum Deo habere potest, qui est maxime supernaturalis, ac proinde ea substantia erit capax maioris participationis Dei. Nec appareret ratio vlla cur supernaturalitas magis pugnet cum modo creato essendi per se, quam essendi in alio.

2. probatur maior, quia datur modus substantialis supernaturalis, scilicet vnio hypostatica, ergo etiam potest dari sustantia completa supernaturalis.

3. quia accidens supernaturale potest habere subiectum sibi connaturale tale autem non potest esse substantia naturalis, ergo dabilis est supernaturalis. Minor probatur, quia substantia naturalis non est subiectum proportionatum accidenti supernaturali, ergo nō est subiectum illi connaturale, alioqui tale accidens educeretur de potentia naturali talis subiecti, & non de obedientiali.

Cō 4. quia si dabilis esset substātia supernaturalis nō esset subiectum connaturale accidenti naturali, ergo nec substantia naturalis accidenti supernaturali, sed sicut omnis forma naturalis petit subiectum naturale, ita supernaturalis supernaturale.

4. probatur eadem maior: supernaturalitas enim non repugnat sustantiæ creatæ, quatenus ens, nec quatenus creata, sic enim etiam accidenti repugnaret, nec quatenus substantia, sic enim etiam repugnaret Deo, ergo nulla ex parte illi repugnat.

5. supernaturalitas non est vltima differentia Dei, si quidem conuenit etiam aliquibus accidentibus, ergo est communicabilis substātiæ creatæ.

6. lumen gloriæ est accidens vitale supernaturale, ergo dicit ordinē ad substantiā vitalē supernaturalem, quæ sola illi proportionatur. Antecedens patet, quia per lumen gloriæ viuit anima vita supernaturali, Ioan. 10. *Vitam æternam do eis*, & cap. 17. *Hæc est vita æterna*. Confir. actus & potentię, debent esse eiusdem ordinis, ergo cum visio sit supernaturalis, potentia visiua, ac proinde substantia, cui inest, debet esse supernaturalis, & alioqui actus secundus esset perfectior actu primo, quia actus supernaturalis est perfectior potentia naturali.

7. probatur eadem maior, nam ex hoc quòd detur substantia supernaturalis, non extrahitur à ratione creaturæ, nec sequitur ipsam esse Deum, nam similiter intellectualitas, & alię perfectiones simpliciter non extrahūt substantiam à ratione creaturæ, cur ergo extraheret supernaturalitas.

10. argumentātur, nam aliæ perfectiones eximiæ Dei sunt connaturales aliquibus creaturis, vt intelligere velle cognoscere sine discursu, intelligere se per propriam substantiā: cur ergo non poterit alicui creaturæ esse cōnaturale lumen glorię, & visio Dei in gradu remisso. Sicut lux, & calor, qui in gradu intenso sunt connaturales soli, & igni, in gradu remisso sunt connaturales alijs, & sicut secundum D. Thom. 1. p. q. 74. art. 4. Sotū. 1. Posteriorum, c. vltimo. q. 6. & communē Thomistarum cogitatiua participat discursum intellectus ingradu imperfecto, & secundū Caietanum, 1. 2. q. 74 art. 3 & 4. appetitus sensitiuus ingradu imperfecto participat libertatē voluntatis. 10. *argu.*

11. licet non posit dari substantia supernaturalis, cui sit connaturale lumen gloriæ, vel visio Dei, quid tamē obstat dari intellectum supernaturalem, cui hæc sint connaturalia, cū enim supernaturalitas non repugnet accidēti, non repugnabit intellectui creato esse intrinsece, & absolute supernaturalem, ac proinde esse ei connaturalia lumen gloriæ, & cognitionem aliquam supernaturalem. 11. *argu.*

Tenendum tamen omnino est, prædicta nulli substantiæ creatę vel creabili, posse esse connaturalia. 10. *sententia authoris*

Probatur. 1. quia hactenus nullus author oppositam sententiam edere ausus est, licet Molina & Valentia supra nonnihil illi faueant, & Maior. 4. d. 49. q. 4. in fine dicens, sententiam nostram scrupulo non carere. 1. *prob.*

2 quia nobiscum sentiunt omnes scholastici, Henricus, quod lib 4 q. 9. Capreo. 2. d. 23. q. vnica, art. 1. conclu. 2. D. Thom. 3. contragētes. cap 52. Ferrara ibi, Valentia supra Henriquez libro de fine hominis. c. 1. §. 2. Caieta. 1. p. q. 12. art. 4. & 5. in fine, D. Thom. eodem art. & late çumel ibi art. 4. & 1. 2. q. 110. art. 4. disputatio. 5. Aragon. 2. 2. q. 24. art. 2. dubio. 2. Sotus. 4. d. 49 q. 2. art. 4. ad. 3. Paluda. q. 1. art. 4. Author mallei maleficaum, parte. 1. q. 12. in fine Vazquez optime. 1. par. disputa. 45. cap. 1. & disputatio. 231. Antoni. 3. p. tratatu. 30. cap. 4. principio, Scotus. 2. d. 23 q. vnica. §. dico igitur, vbi ait, dico igitur ad quæstionem, quod non potest fieri talis natura, siue voluntas, quæ sit impeccabilis per naturam, quia authoritates sanctorum sunt expresse de hoc. Et positis quibusdam rationibus, quas vocat probabiles concludit: Teneo igitur propter authoritates magis, quod Deus non potest facere voluntatem impeccabilem per naturam, sed per donum supernaturale. Idem tenent Ouandus eadē dist. propositione. 3. 4 & 5. Bonauentura art. 1. q. 1. & d. 24. a. 1. Durand. distin. 23. q. 1. Richar. 2.

art.

art.1.q.1.Bassol.q.vnica,AEgidius.q.1.art.1. Argent.q.1.a.4.Carthu.q.1.Vbi idem tribuit Altisiodoro.Alb.Vdalricho,& Tarantasiæ,& refert quædam verba D.Thom.ex.3.contragentes,cap.109.Anto.Andr. eadem.d.q.1. Palaci.q.1.& dicit latius,se de hac re egisse.1. sentent.vbi tantum reperio in prologo. q.1. visionem Dei nulli creaturę esse connaturalē, quod repetit.4.d.46.fol.161:idem tenent Alens 2.p.q.69.membro.2.art.2.& 3.D. Tho. 1.p.q.63.a.1.(Vbi Bañes, çumel & alij)& de verita.q.24.art.1.ad.16.& a.7. incorpore, & ad.4.& q.17.a.8.& 2.d.23.q.1.a.1.& 1.d.39. q.2.a.2.in corpore, & ad.3. Olcot. 2.q.2. a. 5.Bergom.in concord. dub. 819. Carthu.de consideratione Theologica, art.84. Hi omnes docent,Deum non posse facere creaturā aliquam naturaliter impeccabilem, & multi eorum,vt AEgidius,Bassol,& Cartuhusia: id probant,quia nulli creturæ potest esse connaturalis gratia,& visio Dei.Et certe si impeccabilitas nulli creaturæ potest esse connaturalis, multo minus gratia, visio Dei &c. quæ longe excellentiora sunt,& ita etiam tenet Abulensis Matth.5q.45. Deniq. nulli creaturæ posse esse connaturalē gratiā,& similia docēt Cabrera.3.p.q.2.a.12.disp.2.Anton.Perez certam.4.Scholastico.idem tenet Ferrar.3.cont. gen.cap.54.Silues.in consl.1.p.q.12.a.5.circa ad.3.Capreo.4.d.49.ad.3.Scoti contra.2.cō. Bañes.1.p.q.32.a.1.dub.1.ad.4.

II. 3, prob. Ansel.

3.probatur ex sanctis, adduci solet Ansel. 2.cur Deus homo,cap. 10. vbi rogat, quare Deus Angelos,& primos homines, non fecit impeccabiles? Et R.quia non potuit, nec decuit fieri,vt vnusquisq. eorū esset idē quod ipse. Sed hoc testimonium non vrget, vt ait, Bassol.supra,loquitur enim de impeccabilitate per vnionem hypostaticam, qualis fuit in Christo,& esse non potuit,nec decuit in Angelis,& primis parentibus,nam indecens, & impossibile est creata suppositа assumi ad vnionem hypostaticam:indecens etiam est, & impossibile de potentia ordinaria, tot naturas hypostatice vniri Deo: & hoc solum voluit Anselmus. Magis vrget Damascen. 2. de fide,c.3.probans,Angelum esse vertibilem, & mutabilem à bono in malum, quia quod creatū est mutationi quoq.subsit necesse est. Id enim vnum extra mutationis aleam est quod nihil habet,à quo sit creatum.Quæ ratio non minus procedit de creaturis actu productis,quam de omnibus producibilibus:ergo idem dicendum est de omnibus creaturis producibilibus, sicut manifestum est, omnes creaturas producibiles esse subiectas aliquibus accidentibus, & mutationibus, eo ipso, quod creaturæ sunt,& sane qui eo quòd nullam cernit implicationem,asserit possibilem esse substantiam,cui sit cōnaturalis visio Dei, etiam similiter posset asserere,possibilem esse substantiam omnino immutabilem,nisi forte secundum existentiam,quod erroneum videtur. Ad idem est Damascenus, eodem libro.c.27. dicens, quidquid procreatum est, quin mutationi quoq.subsit, nihil afferri potest. Quorum enim generatio à mutatione initium duxit, ea quoq. mutationi obnoxia sint,necesse est: & loquitur de mutatione à bono in malum,quam ratione prædicta,omnibus Angelis naturalem esse, statim docet & Clictouæus ibi.Nyssenus.2.philosoph. cap.3. fuse docet omnem creaturam intellectualē, eo ipso esse liberi arbitrij,& vertibilem à bono in malum.Idem Nemesius, lib de natura hominis,c 41.Prosper lib.sententi. August.c. 143.ait creaturæ rationalis, vel intellectualis bonum,quo beata sit, non est nisi Deus, quod ei non ex seipsa est,quia ex nihilo creata est,sed ex illo à quo creata est. Vbi ex eo quòd aliquid sit creatum, probat, non habere ex se beatitudinem, quæ ratio etiam procedit in creaturis producibilibus: & D. Tho. de verita.q.24.a.1.ad.16.ex Nysse. & Damas. docet,impossibile esse dari creaturam, quę voluntate immutabili adeh̄reat Deo per naturam propriam, eo quod cum ex nihilo sit,flexibilis est. Athanasius oratione contra Idola.non procul à fine ait;*creaturarum enim rerum natura,quia ex nihilo constat,fluxa imbecillis, & morti obnoxia est,si ex se in æstimationem veniet. Deus contra vniuersitatis istius bonus,& plus quam bonus est natura.*& in illa verba: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo* in compendio de Spiritusācto,ex eo q̄ Christus est immutabilis, probat esse Deū;& inter alia dicit,*in creatis nihil est immutabile natura. Quippe cum angeli quidam non seruauerint suum ordinem, & stellæ nō habeantur mundæ coram eo, & diabolus cecidit de cælo, Adam autem prævaricatus sit, omniaq.alterentur,Filius contra inalterabilis est,& immutabilis,vt pater. Et hoc Paulus subindicauit verba Dauid in hoc ipsum mutuatus omnes quasi vestimentum veterascent, & sicut amictum conuolues eos,& mutabuntur,tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient. Iesus Christus heri, & hodie idem & in sæcula.* Et initio libri de passione,& cruce domini ait; *rerum creaturarum natura id proprium sibi habet, vt mutationi subiecta sit,& diuersis vicibus agitetur, id inde nimirum illis venit, quod cum non essent per immutationem acceperunt ex gratia,& humanitate sui conditoris, vt essent.* Ad idem adducit,id ego Deus, & non mutor,& id ego dixi in excessu meo,omnis homo mendax,& id,est Deus verax, omnis autem homo mendax.Et Augusti.12.ciuita.c.1.late docet,nullam creaturam esse beatam,aut impeccabilem,nisi ex gratia Dei,sed

Damasc.

Clictouæ, Nyssen.

Nemesius Prosper.

D.Thom.

Athanas.

August.

omnem

omnẽ creaturam ex se mutabilẽ esse,& peccare & miserã esse posse.Et vt intelligamus, etiam de possibilibus loqui,perpendenda est ratio,quę illis etiam communis est. Dicit enim August. *Dicimus itaq.immutabile bonum nõ esse nisi vnum verum Deum beatum: ea vero quæ fecit, bona quidem esse quòd ab illo verum tamen mutabilia, quòd non de illo,sed de nihilo facta sũt:* &.14.ciuita.cap 13.docet hominem, vel angelum ex eo peccare posse, si sibi relinquatur,quia de nihilo factus est. Eadem ratione vtitur late lib.de fide ad Petrum, c. 3.in principio ad probandum omnem creaturam esse naturaliter mutabilem; & speciatim docet, Angelos naturaliter esse mutabiles,licet aliqui ex gratia Dei beatitudinem, & cum ea immutabilitatem acceperint &.3.contra Maximin. c.12.ait:*Cuicunque naturæ rationali præstatur,vt peccare non possit,non est hoc naturæ propriæ,sed gratiæ,& per hoc solus Deus habet immortalitatẽ,qui nõ cuiusquã gratia, sed natura sua nec potuit,nec poterit aliqua mutatione peccare.* Gregorius.25.Morali.cap.5.probat,hominem,& Angelum ex natura sua peccare posse,& mutari,quia est de nihilo:& cõcludit solius notiræ diuinæ esse vmbras ignorantiæ, & mutabilitatis non pati.Et.5,Moral.cap.2. exponens id Iob.4.*in Angelis suis reperit prauitatem*,ait:*natura Angelica, etiam si contemplationi authoris inhærendo in statu suo immutabiliter permaneat,eo ipso tamen quòd creatura est, in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet.* Hieronym,to.3.epistola ad Damasum de filio prodigo,explicãs id:*non iustificabitur &c.* ait: *Solus Deus est, in quem peccatum cadere non potest:cætera cum sint liberi arbitrij,in vtramq.partem flecti possunt.* Quæ verba referens Magister. 2.d.7.art.2.ait: *Hic videtur dicere, quod omnis creatura in libero arbitrio constituta flecti potest ad bonum, & ad malum,* quod ait verũ nisi sit cõfirmata per gratiã vel obstinata per propriã culpã.Hiero,etiã in id Galat.1.licet nos vel angelus &c.ait, angelos esse mutabiles à bono in malum,& solius Dei naturam esse immutabilem iuxta id Psal.101.*Tu autem idem ipse es &c.*& Malach.3. *Ego Deus & non mutor.* Nazianz.etiam oratione in sanctum Pentecostẽ.docet,angelos immutabilitatem à bono in malum non aliũde habere,nisi ex Spiritu sancto: & ibi Nicetas probat illis inesse ex gratia Spiritus sancti,quia prouenit à visione Dei,quæ nititur gratiæ Spiritus sancti.Et lib. de fide docet Nazian. omnem creatam substantiam ex se esse subiectam contrarijs, & varijs qualitatibus,eo ipso quod creata est Isidorus etiam.1. de summo bono, cap.12 Dionysi.lib.de diuin.nominibus, cap.4.&.5 Anselm,supra & inElucidario,col.5.& alij patres generaliter docent,omnes angelos ex natura sua esse mutabiles, & peccare posse, quod certe non potuerunt asserere, nisi aliqua ratione communi omnibus creaturis passibilibus.Quomodo enim possent confutari,qui dicerent, angelos, qui non cecideruntesse natura sua impeccabiles, nisi per rationes communes omnibus creaturis producibilibus? ergo omnes illæ sunt natura sua peccabiles, sicut angeli, maxime, quia vt postea videbimus, nulla creatura intellectualis completa produci à Deo potest,quę non fit angelica. Ambrosius etiam,lib. Meditationum oratione.7.ait: *Creatura tua, cui est aliud viuere,& aliud beate viuere,omne quod viuit,& quod beate viuit non debet nisi gratiæ tuæ.* Et postea late docet, Angelicã naturã,eo quod creatura est,ex se variabilẽ, & mutabilẽ esse sed ex gratia,& dono Dei habere inuariabilitatem, & immutabilitatem.Et lib de fide cõtra Arrianos.c.4. docet,propriũ Dei esse nõ esse subiectũ varijs, & cõtrarijs qualitatibus:& cap.8.proprium Dei esse,vt mutari non possit & in id.1.Timoth.2.*soli Deo immortali* &c.ait: solum Deum esse bonum à seipso, iuxta id Matth.16 Luce.18.Marci. 10.*Nemo bonus, nisi solus Deus*, & Augusti. 13.confessionem.cap.3. explicans de natura Angelica id. Fiat *lux*,ait:*nec enim eius informitas placeret tibi,si non lux fieret non existendo, sed intuendo illuminantem lucem, eique cohærendo, vt & quod beate viuit, non debeat, nisi gratiæ tuæ conuersa per commutationem meliorem ad id quod neque in melius, neque in deterius commutari potest, quod tu solus es, quia solus simpliciter es, cui non est aliud viuere, aliud beate viuere, quia beatitudo tu es.* Et cap.4. *Superferebatur voluntas tua super eam, quam feceras vitam, cui non est hoc viuere,quia viuit etiam fluitãs in obscuritate sua cui restat conuerti ad eum, à quo facta est, & magis, magisque viuere, apud fontem vitæ, & in lumine eius videre lumen,& perfici,& illustrari, & beari.* Et cap.10.*Beata creatura,quæ non nouit aliud, cum esset ipsa aliud,nisi dono tuo, quod superfertur super omne mutabile, mox vt facta est attolleretur nullo interuallo temporis in ea vocatione, qua dixisti, fiat lux, & facta est lux.* Et lib.de vera religione,cap.3.*Soli intellectuali naturæ datum est, vt eius æternitatis contemplatione perfruatur, atque efficiatur, orneturque ex ea, æternamque vitam possit mereri.* Et cap.18.*quare deficiunt: quia mutabilia sunt,quia non solum sunt &c.* & cap. 19.*Bona sunt ergo quæ vitiantur, sed ideo vitiantur, quia non summa bona sunt*: & infra: *Bonum ergo, quod vitiari non potest, Deus est, cætera autem omnia bona ex ipso sunt, quæ per seipsa possunt vitiari, quia per seipsa nihil sunt, per ipsum autem partim non vitiantur, partim vitiata sanantur.*

Grego. Hierony. Magister Hierony. Nazian. Nicetas. Isidorus. Diony. Anselm. Ambros. Augusti.

sanantur. Quibus locis patet, Augustinum docere beatitudinem, & impeccabilitatem, nulli creaturæ, posse esse connaturalem, eo ipso quod creatura est. Quæ ratio etiam in omnibus producibilibus procedit, ergo nulli earum potest esse connaturalis visio Dei, vel impeccabilitas, quod satis etiam innuit Concili. Vienen. Clementina ad nostrum de hæreticis, idamnans Begardos asserentes omnem creaturam intelectualé naturaliter esse beatam: voluit enim concilium assumere contrariam propositionem: nempe nullam esse posse naturaliter beatam.

3. probatur nostra sententia ex scripturis tribuentibus Deo immutabilitatem tanquam illi propriam, Psalm. 101. Malachi. 3. Iacob. 1. hæc enim de immutabilitate secundum bonitatem intelligunt Hierony. Galat. 1. vt retulimus, & alij multi, & si possibilis esset creatura naturaliter immutabilis secundum bonitatem, cur non immutabilis simpliciter? Ad idem sunt scripturę, in quibus Deus dicitur inuisibilis. 1. Thimoth. 1. *Regi sæculorum immortali, & inuisibili*: & capit. 6. *quem nullus hominum vidit sed nec videre potest*: Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam*: Psalm. 17. *posuit tenebras latibulum suum*: Exodo. 33. *faciem videre non poteris*. Hæc enim, & similia loca scripturæ, & Patrum apte exponuntur, vt nulla creatura ex natura sua possit videre Deum, vt explicant AEgidius. 2. d. 23, quæs. 1. art. 1. Caietan. Matth. 8. Epipha. hęresi 70. Ambrosi. Lucæ. 1. Augustin. epist. 112. Gregorius. 18. Moral. cap. 36. & alij, vt videbimus disputatione quinta sectione. 1.

Ad idem sunt loca, in quibus necessariũ ponitur lumẽ glorię ad videndũ Deum, de qua re disputatione. 5. nam hoc lumen etiam Angelis esse necessarium, omnes certum putant: esse autem incertum si possibilis esset substantia cuius intellectus connaturaliter sine lumine glorię posset videre Deum, vt probabile putat Molina. Quis enim probare poterit nullum Angelum esse huiusmodi? Ad idem sunt loca in quibus visio Dei, & alia huiusmadi dicuntur simpliciter, & absolute supernaturalia, & gratuita, vel specialia dona Dei, quæ loca retulimus sectione præcedenti & diximus ad Angelos quoque extendi ex mente Augusti. & aliorum quod non aliunde colligere potuerunt, nisi quia simpliciter, & absolute in scriptura dicuntur talia ergo etiam respectu cuiuscunque creaturæ talia sunt. Tandem ad hoc est id Matth. 19. & Lucæ. 18. nemo bonus nisi solus Deus: vnde Hiero. hunc locum tractans in id Ephes. 3. ex quo omnis paternitas, ait: nemo iuxta naturam bonus, nisi solus Deus, & Ianse. in concordia capit. 100. ex Augustin. 3. de liber. arbit. explicat, neminem posse aliquid boni facere ad assequendam vitam æternam, nisi qui ex voluntate Dei miserentis factus fuerit bonus: quæ explicatio etiam ad rem facit, ex ea namque sequitur bonitatem supernaturalem nulli rei connaturalem esse posse. Nec à proposito aliena est explicatio Lyrę, Matth. 16. vt solus Deus sit per essentiam bonus, ita scilicet, vt habeat bonitatem connaturaliter, & immutabiliter.

Rationibus agamus, quę plurimæ, & efficacissimæ sunt, quædam à priori, quædam à posteriori. primo quia si esset possibilis substantia, cui hæc essent connaturalia, iam actu esset, sicut actu sunt supernaturalia accidentia: consequens est hæreticum vel erroneũ, ergo sequela probatur: quia decuit vt in vniuerso essent omnes gradus possibiles; quia ratione Diu. Thom. 1. par. quest. 50. articu. 1. probat re ipsa dari substantias spirituales completas, quia gradus ille possibilis est, nec debuit vniuerso deesse & Caietanus ibi ad. 1. dubium ait, omnes gradus essendi creabiles iam esse creatos: & quidam hac ratione docent, quod licet homo non peccaret, Deus homo fieret, ne gradus vnionis hypostaticæ vniuerso deesset. **12. rationibus probatur lumen gloriæ, visionem Dei & alia huiusmodi nulli creaturæ possibili posse esse connaturalia. 1. ratio.**

Confirmatur. 1. nam si possibile fuit accidentia supernaturalia habere aliquod subiectum, cui connaturalia essent, cur non ita factum est? maxime cum Deus ad se communicandum sit valde propensus, & ideo sicut produxit actu entia supernaturalia inferiora, nempe fidem, spem &c. & supremum, nempe vnionem hypostaticam, ita produxisset media nempe substantias supernaturales: & ita totus supernaturalis ordo completus, perfectus, & concatenatus esset. Si dicas, tales substantias non esse supernaturales, sed naturales, magis vrget ratio, nam si sunt ordinis naturalis, & in perfectissimo gradu talis ordinis, absque illis esset valde imperfectus, & incompletus mundus Dei autem perfecta sunt opera: ergo. *Confir. 1.*

Confirmatur. 2. ex Scoto. 2. d. 3. quæs. 9. docente, rationabile esse tribuere Angelis in via species inditas supernaturales simpliciter, ipsis tamen connaturales, quibus quiditatiue abstractiue cognoscerent Deum *Confir. 2.*

Deum, quia non repugnat eas dari, esseque connaturales alicui creaturæ. Angelus autem est excellentissimus inter omnes creaturas, & in supremo ordine creaturarum substantialium possibilium: ergo similiter, si non repugnat dari substantias, quibus prædicta sint connaturalia, tales deberent actu dari. Vnde male quidam huic rationi occurrunt dicentes, sufficere quod Deus gradum supernaturalitatis in accidentibus produxerit, sicut potuit producere corpora non constantia materia, & forma, nullum tamen eiusmodi produxit. Certe enim cum supernaturalitas producta sit in accidentibus, à fortiori esset producta in substantijs, si non repugnaret: sine illis enim supernaturalis ordo esset imperfectissimus. Adde etiam quod Christus, vt homo, & tota Trinitas caruissent suprema laude, honore, & obsequio, quæ ab his substantijs sibi exhiberentur, & ratione ipsarum ab alijs. Quod videtur indecens. Illud vero quod dicebatur de corpore immateriali ridiculum est, nam tale implicat, vt lib. de cœlo ostendimus, & si non implicat, actu datur, & quidam dicunt esse cœlum. Huic rationi etiam nititur occurrere Gab. 2. d. 35. q. vnica dicens, esse aliquas congruentias, quare Deus non produxerit naturam intellectualem impeccabilem non liberam; non tamen assignat tales congruentias, sed mittit ad Bonau. qui potius adducit rationes impossibilitatis.

13. c. Ratio. 2. Ratio, quia eisdem, vel potioribus rationibus liceret fingere mirabiles, ne dicam mostruosas, portentosas, & prodigiosas quasdam substantias, quas nemo vnquam asseruit, vel asserere audebit, vel citra temeritatem asserere poterit, vt naturas, quibus connaturale sit vniri hypostatice alieno supposito, etiam increato, vel transformari, trasubstantiari, & conuerti in alias, vel per conuersionem aliarum in ipsas produci, aut conseruari; fingere etiam liceret substantias, quibus esset connaturale facere miracula, creare, transubstantiare, conuertere vnam rem in alteram, vnire naturam creatam alieno supposito creato, vel increato, iustificare aliam effectiue, vel meritorie de condigno, eodemque modo causare virtutes omnes supernaturales, & lumen gloriæ, operari actione transeunte ad quamcumque distantiam, quod etiam aduersarij negant cum Suarez, 3. p. tom. 1. q. 13. disputatione. 3. sectione. 4. & cum communi opinione: cuius signum est, quod Deus ad hæc opera efficienda talem creaturam non produxit, si autem producibilis esset, iam vtique esset producta, & per illam potius quam per Sacramenta, vel similia Deus hæc effeciisset. Nec obstat dicere, ad hæc tantum esse potentiam obedientialem, quæ solum respicit Deum; nam qui fingeret eiusmodi substantiam, diceret ad potentiam obedientialem sufficere, non posse reduci in actum, nisi per aliquid ordinis supernaturalis, constat enim potentiam obedientialem posse respicere aliquam causam effectiuam creatam, vt visio respicit intellectum cum lumine gloriæ. Quæ ergo esset repugnantia, quòd daretur substantia, cui connaturale esset præ dicta præstare principaliter, vel saltem instrumentaliter, ad modum quo semini instrumentaliter producere viuens est connaturale, & calori ignem, &c. nisi recuramus ad rationes, quibus etiam probatur nulli substantiæ creatæ posse esse connaturale lumen gloriæ, gratiam, &c. Fingere etiam liceret substantiam corpoream supernaturalem, cui essent connaturalia accidentia corporea supernataralia, vt dotes corporis glorioſi, virtutes infusæ appetitus sensitiui, quod absurdum est, maxime cum aduersarij doceant, omnem substantiam supernaturalem esse perfectiorem quacumque naturali, ac proinde substantia illa corporea nobilior esset omnibus Angelis: quo nihil potest cogitari absurdius; omnis enim natura intellectualis ex omnium opinione nobilior est omni corpore possibili, siquidem est ad imaginem Dei, & capax ipsius, &c. Liceret etiam fingere substantiam etiam corpoream, cui esset connaturale habere plura accidentia solo numero differentia, esse pluribus in locis, penetrare se cum alijs corporibus, visum & aliossensus recuperare, redire ad eadem numero accidentia corrupta. Fingi etiam posset materia, quæ naturaliter posset simul habere plures formas numero, vel specie diuersas, & redire ad eamdem numero formam semel amissan. Fingi etiam posset creatura, quæ intrinsece peteret produci hoc tempore, loco, modo, & non alio, & medijs talibus causis, & non aliter, & quæ sit incapax accidentium absolutorum, & relatiuorum, & omnino immutabilis, & quæ petat intrinsece non produci, nisi coexistente diuina voluntate conseruandi illam certo tempore, vel inperpetuum. Liceret etiam fingere, esse possibilem substantiam creatam, quæ esset sua virtus & per suam substantiam intelligeret, amaret,

ret, & ad extra operaretur, &c. Quam esse possibilem docet late Valent. 1. p. q. 5. de Angelis, puncto. 3. Implicare autem tenet Caietan 1. p. q 54. art. 3. & communiter alij. Imo etiam liceret fingere naturam, quæ connaturaliter peteret tres subsistentias vel realiter, vel sola ratione distinctas ab ipsa, interse autem distinctas realiter, & quasi specifice, & cuius intellectus, & intellectio voluntas, & volitio esset ipsamet essentia, & in qua esset substantialis emanatio intrinseca per intellectum, & voluntatem, vt sic talis natura tanquam excellentissima participatio naturæ diuinæ in his etiam eam referret, & imitaretur: nec enim probari poterit aperte implicare, vt excellentissima aliqua supernaturalis substantia sit trina, & vna, licet implicet in substantijs naturalibus. Fingi etiam posset, creatura, cui esset connaturale non posse fallere, nec falli, & sic fides, quæ niteretur eius authoritati, esset ita infallibilis, sicut fides diuina. Cur enim si produci potest creatura impeccabilis, non poterit produci indeceptibilis. Consequens autem videtur erroneum, ergo &c. liceret etiam fingere creaturam, cui esset connaturale lumen propheticum, & euidenter cognoscere cogitationes, & affectiones cordium, & futura contingentia absoluta, imo & conditionata, & quæ naturaliter haberet cognoscere quid quid Deus cognoscit scientia visionis, vel etiam conditionata, imo cogitationes, & volitiones liberas ipsius Dei, quæ omnia absurdissima sunt, est enim proprium, & manifestum diuinitatis argumentum nosse futura &c. secundum scripturas, & sanctos.

14.

3. Ratio. 3. Ratio à priori est, quia possibilis est ordo rerum non connaturalium alicui substantiæ creatæ, vel creabili; cum in hoc nulla apparens repugnantia afferri possit, sed in tali ordine debent esse gratia, gloria &c. quia iste ordo esset ordo omnium perfectissimus, & in eo esse deberent perfectissima accidentia, qualia sunt, gratia, gloria, &c. ergo hæc nulli substantiæ creatæ, vel creabili sunt connaturalia

Confi. 1. Confirma. 1 nam substantia, cui hæc essent connaturalia, vel esset naturalis, vel supernaturalis; neutrum dici potest, ergo &c. Prima pars minoris ab omnibus conceditur: & probatur, alioqui hæc non essent supernaturalia simpliciter, & absolute, quidquid enim connaturale est alicui substantiæ naturali, est simpliciter naturale: consequens est falsum & parum consonum fidei, ergo. 2. Pars minoris probatur, tum quia sequitur idem inconueniens, nempe hæc accidentia non esse simpliciter supernaturalia, id enim est simpliciter supernaturale, quod nulli substantiæ creatæ, vel creabili est connaturale, vt magis statim videbimus, tum quia dicere substantiam supernaturalem creatam, est implicatio in adiecto, non minus quam dicere aliquem Angelum esse superiorum omni Angelo, sic enim esset seipso superior, eodem namque modo, si substantia creata est supernaturalis, erit supra seipsam, id enim vocamus supernaturale, quod est super omnem naturam, seu substantiam creatam, ita vt nulli tali sit connaturale: nihil autem connaturalius, aut magis debitum alicui esse potest, quam ipsummet, ergo implicat in terminis substantiam creatam esse supernaturalem. Nec valet dicere, supernaturalitatem creatam, & participatam non consistere in hoc, quod res nulli substantiæ creatæ sit connaturalis, sed in hoc quòd respiciat in seipso Deum, qui est supernaturalis per essentiam, vt late docet Herrera. tom. 1. disputat. 1. q. 1. Quis enim vnquam finxit talem supernaturalitatis definitionem, aut quam consonantiam cum ipso nomine habet hæc definitio? sane enim hoc nomen (supernaturalis) significat aliquid quod sit super omnem naturam, non ita vt nomine naturæ diuina comprehendatur, quæ non satis proprie natura est, cum non sit principium motus in seipsa: nec superius aliquid ipsa esse potest. Et eadem ratione nec debent comprehendi naturæ accidentales, quæ proprie non suut naturæ, sed interdum entia naturalia: & si sic sumeretur natura, nullum accidens posset esse suprnaturale, quia nullum pottst esse supra omnem accidentalem naturam. Dicitur ergo aliquid supernaturale, quia est super omnem substantiam creatam, quæ proprijssime est natura, quia est principium, passiuum saltem, alicuius motus in seipsa, & certe multa sunt, quæ non respiciunt Deum in seipso, tamen supernaturalia sunt, vt transsubstantiatio, modus existendi corporis Christi in Eucharistia, dotes corporis glorioſi, caracter, iustitia originalis, vnio hypostatica suppositi creati cum natura creata, (quam vnionem multi censent possibilem) virtutes infusæ appetitus sensitiui, imo in vniuersum omnes virtutes morales, imo proprie fides, & spes non respiciunt Deum in seipso, solum enim attingunt Deum, vt repræsentatum per species creaturarum, & secundum aliquas rationes communes Deo, & creaturis, gratia etiam non respicit Deum vt obiectum nisi radicaliter. Aliqua etiam respiciunt

Deum

Deum in seipso, quæ tamen sunt mere naturalia, vt relationes similitudinis, propinquitatis, & distinctionis, quibus creaturæ prædicamentaliter, vel transcendentaliter respiciunt Deum: non ergo supernaturalitas consistit in hoc, quod est respicere Deum in seipso, sed in hoc quod est nulli substantiæ creatæ, vel creabili esse connaturale, vt præter multos alios docent Richard. 2. d. 23. q. 1. ad. 1. Cumel infra q. 110. art. 4. disput. 5. Henriquez libro de fine hominis, cap. 1. §. 4. Arag. 2. 2. q 24. artic. 2. dubio. 2. Verum est actus supernaturalitatem prouenire exprætantia obiecti, vel ex modo attingendi illud, vel ex eo quod res per se est ordinata ad sic attingendum tale obiectum, vel dependens ex tali tendentia in ipsum, &c. Quia ex his radicibus sæpe prouenit, rem nulli substantiæ creatæ connaturalem esse posse, siue vt habenti, siue vt efficienti.

Confir. 2. Confir. 2. Quia aliqua ita sunt supernaturalia, vt nulli substantiæ creabili sint connaturalia, ergo idem est dicendum de charitate, gratia, & gloria &c. Consequentia patet, alioqui illa essent magis supernaturalia, quam hæc, imo constituerent superiorem quendam ordinem supernaturalitatis, qui solus esset vere diuinus. Esset enim rerum, quæ à solo Deo, vt supernaturali authore effici possunt, & nulli substantiæ creabili sunt connaturalia. Consequens est absurdum, ergo. Antecedens probatur, quia præter ea, quę supra commemorauimus, quæ nulli substantiæ creabili sunt connaturalia, vt iustificare, glorificare, transsubstantiare, cognoscere futura contingentia, & cogitationes cordium, iustitia originalis nulli substantiæ creabili connaturalis esse potest. Est enim secundum veram opinionem qualitas animæ distincta à gratia per se subijciens vires inferiores rationi; in solo autem homine dari potest concursus inferiorum, & superiorum virium, ergo in eo solo potest dari iustitia originalis, illi autem non potest esse connaturalis, ergo nulli substantiæ creabili connaturalis esse potest, & quidquid sit de ipsa, tamen de illa subiectione manifestum videtur. Præterea, modus sacramentalis essendi corporis in Eucharistia nulli rei potest esse connaturalis. Præterea species quiditatiua repræsentans Deum possibilis est, vt 1. p. q. 12. a. 2. docuimus: at nulli creaturæ potest esse connaturalis, quia præter naturã est poni speciem quando obiectum est satis proportionatum & vnitum, ad causandam sui cognitionem. Præterea, Caracteres Baptismi, Confirmationis, & ordinis, alijque similes à Deo producibiles, non videntur esse posse connaturales alicui creaturæ cum sint quædam figuræ, & notæ ex mero placito diuinæ voluntatis impressæ ad hoc, vel illud significandum.

4. Ratio à priori, quia sicut in infinitum procedit series intellectualium creaturarum producibilium, ita cognitionum naturalium Dei per species creaturarum, ergo vnicuique intellectuali creaturæ potest assignari naturalis cognitio Dei sibi proportionata, & adæquata, ergo nulli erit connaturalis cognitio supernaturalis, seu visio Dei, qui imo proportionabiliter excedit quamcumque naturalem Dei cognitionem possibilem haberi per species creaturarum. Et ita visio Dei, lumen gloriæ, & reliqua eiusdem ordinis nulli creaturæ possibili erunt connaturalia. *15. 4. Ratio.*

5. Ratio, quia sicut in moralibus aliqua debent singularia esse Regibus, Imperatoribus, ac summis Pontificibus, & maiores causæ ciuiles deferuntur ad Reges, Ecclesiæ vero ad summos Pontifices, quibus aliqui casus absoluendi, & dispensandi reseruãtur propter suam excellentiam, ita decet vt quædam magna & eximia reseruentur Deo, vel omnino, & in ordine ad quamcumque potentiam, vt creare, & principaliter iustificare, glorificare, conuertere, esse actum purum, comprehẽdere se, vnire hypostatice principaliter &c. Alia verò, quæ non possint connaturaliter communicari, vt lumen gloriæ, visio Dei, esse primum fontem propriæ charitatis, & iustitiæ, esse amabilem ad gloriam, esse impeccabilem, & indecepcibilẽ, cognoscere cogitationes cordium &c. *5. Ratio.*

6. Ratio specialis de impeccabilitate, qua vtitur D. Tho. 1. p. q. 63. a. 1. & 3. contra gentes ca. 109. & alij multi, licet non satis ab eis explicetur, & à Sco. Bass. aliisque impugnetur; nam modus coniunctionis cum regula in operando sequitur modum coniunctionis cum ipsa in essendo, sed sola diuina valuntas habet specialissimum modum coniunctionis cum regula in essendo, quia ipsa non habet substantiam superiorem à qua reguletur, sed tantum regulatur ab intellectu diuino, cum quo, & cuius actu identificatur, omnis autem voluntas creata habet pro principali regula Deum, & pro minus principali proprium intellectum, à quibus realiter distinguitur, ergo sola diuina voluntas habet specialissimum modum coniunctionis cum regula in operando ita vt non possit ab ea declinare, & deuiare ac proinde nec peccare. *16. 6. Ratio. Impeccabilitas nulli creaturæ potest esse cõnaturalis.*

Confir. 1 voluntas debet proportionari intellectui, ergo intellectui creato, qui est decepcibilis, non respondet voluntas impeccabilis. *Confir. 1.*

Confirma. 2. ratione qua vtuntur Damas. Nyssen. Augustin. Gregor. Bonauen. D. Tho. de veritate, q. 27. artic. 7. & alijs locis supra, *Confir. 2.*

AEgidius, Richardus, & alij nam sicut omnis creatura ex eo quod creatura est, & cum quadam mutatione esse capit, contrahit multas imperfectiones, & inter alias mutabilitatem, & ideo omnis creatura anihilari potest, & corporeæ quædam naturaliter aliæ saltem supernaturaliter corrumpi, ita natura intellectualis mutabilitatem sibi proportionatam contrahit, nempe secundum assensum à vero in falsum, & secnndum electionem à bono in malum, quæ mutatio facillima est, & aptitudo ad ipsam valde ad meritum conducit, quod maxime pertinet ad intellectualem creaturam, ideo omni creaturæ intellectuali connaturalis est talis mutabilitas. Vnde recte Alensis, & Bonauent. supra dicunt, peccabilitatem omnis creaturæ ostendi tam ex parte principij, quam ex parte termini, & sane indecens esset, visionem beatificam, quæ supremum bonum creaturæ rationalis est, conferri ipsi absque vllo merito, ad meritum autem maxime conducit peccabilitas, iuxta id; qui potuit transgredi, & non est transgressus, ergo. Vide Augustinum, 22. ciuit. capit 30. vbi ait, Deus natura peccare non potest, particeps vero Dei ab illo accepit. vt peccare non possit. Quo testimonio vtitur Supplem. 4.d.49.q.2.dub.6. vt doceat, omnem creaturam naturaliter esse peccabilem: & Hug. sum. senten. tractat. 3. cap. 9. & tractat. 2. cap. 2 & 4. docet, liberum arbitrium creatum eo ipso esse peccabile, Scotus, & Bassol. supra aliam impeccabilitatis rationem tradunt, quia solus Deus ex peccato nullum commodum capere potest, cum sine peccato habeat in se omne bonum formaliter, vel eminenter, & quodcumque bonũ extrinsecum gloriæ honoris, &c. varijs modis sine peccato consequi possit. Vnde non potest habere sufficiens motiuum peccandi, maxime cum nulla possit laborare ignorantia, inconsideratione, vel fragilitate, sed infinitam habeat inclinationem ad bonum rationis; at creatura omnis finitam tantum habere potest inclinationem ad bonum, multis ignorãtijs, & inconsiderationibus admixtam: potest que ad multas commoditates indigere peccato, vnde affectu commodi delinquere potest, quod multi etiam docent in voluntate videntis Deum Quod qualiter sit, vel non sit verum inferius docebimus.

AEgidius vtitur alia ratione, quia nulli creatutæ potest esse connaturalis beatitudo, & visio Dei, cum Deus sit finis simpliciter supernaturalis, & obiectum naturaliter inuisibile à creatura secundum scripturam: ergo nulli creaturæ potest esse connaturalis impeccabilitas. Patet consequentia, quia vt in naturalibus illud solum est incorruptibile, cuius materia satiata est per propriam formam, vt cælum, quia nec eius forma, habet contrarium, nec adiunctam priuationem, ita in moralibus ille tantum spiritus immunis est à corruptione peccati, qui fuerit satiatus, nec aliquid appetere possit, per quod à ratione deuiet. Vnde Dionysius: nemo respiciens ad malum operatur, satietas autem spiritus est per beatitudinem, & visionem Dei, iuxta id Psalm. 16. *satiabor cum apparuerit gloria tua*: ergo solus spiritus, cui visio Dei fuerit naturalis, erit naturaliter impeccabilis. Hac ratione vtuntur etiam Scotus, Bassol, Richardus, & alij, qui omnes vt certum supponunt gratiam, & gloriam nulli creaturæ posse esse connaturalem, & Carthusi. approbat rationes D. Thom. Bonauent. Alensis, & AEgi. Adde quod Deus, cum non habeat superiorem, nullo precepto positiuo potest obligari, nec etiam potest obligari creaturæ de iustitia vel charitate propter suam infinitam eminentiam, vt nec homo sic potest obligari bruto, sed solum potest Deus obigari, quasi sibi ipsi ex veritate, ad non mentiendum, & ex bonitate, ad non inducendum aliquem in peccatum. Creatura autem tot potest obligationes suis commoditatibus aduersas habere, vt impeccabilis per naturam esse non possit.

7. Probatur de visione Dei, quia quod habet specialissimum modum essendi, debet habere specialissimum modum operandi, & exercendi beatificam actionem, sed Deus habet specialissimum modum essendi, quia solus est suum esse, & essentialiter, atque intrinsece petit, semper, vbique, & eodem modo esse, ergo ille solus habet specialissimum modum operandi, & videndi seipsum, scilicet, ita vt ille solus connaturaliter, & ex proprijs viribus habeat talem visionem. Hac ratione vtitur D. Tho. 1.p.q.12.art. 4. & 5. & 1.2 q.5.art.5.3.contra gentes, c.52. Henri. quolib. 4.q.9. 17. *7. Ratio.*

Confir. 1. quia ex eadem radice prouenit, vt solus Deus se comprehendat, & sit sua intellectio, & volitio, reliquaque attributa, ac proinde sit actus purissimus, & simplicissimus, nullam habens admixtam compositionem vel potentialitatem, ergo nihil mirum si ex eadem radice prouenire dicamus, vt solus ipse connaturaliter Deum videat. *Confi. 1.*

Confir. 2. nam cum esse Dei sit eleuatissimũ, eius intelligibilitas debet esse eleuatissima, ac proindę visio ipsius Dei soli Deo debet esse cõnaturalis, animæ autẽ nostrę, quia est cõ creta materiæ, sut proportionata obiecta materialia, alijs, vero substantijs intellectualibus *Confi. 2.*

libus,quæ sunt abstractæ à materia, sed non à potentialitate,obiecta abstracta à materia, & non à potentialitate, & hoc intendit author libri de causis,proposi 8.dicens,omnem intelligentiam intelligere ad modum suę substantię.

Confir.3. Confirmatur. 3. ideo Angelus non potest naturaliter videre Deum, quia infinite excediturà Deo,sed omnis creatura posibilis infinite exceditur à Deo, ergo.

Confir. 4. Confir. 4. omnis cognitio fit per aliquam abstractionem,seu modo aliquo immateriali, & intentionali, ideo inter sensus is est perfectior,qui habet modum operandi minus materialem,& intellectus,vt sit omnium cognoscitiuus,abstrahit secundum suum esse ab omni organo materiali, & corporeo, ergo vis cognoscendi,& eius modus est accomodatus modo essendi,seu puritati, & immeterialitati ipsius esse.Similiterque vt res intelligatur, abstrahitur aliquo modo à materia, ideo res materiales dicũtur intelligibiles in potentia, immateriales vero actu, ergo intelligibilitas rei oritur ex actualitate, & puritate ipsius, ergo si modus existendi naturæ cognoscibilis, est alterius ordinis à modo essendi naturæ cognoscentis, tale obiectum non erit proportionatum, & connaturale,vt intuitiue,qui ditatiue,& in seipso à tali natura percipiatur.

Confir.5. Confirmatur,5. nam Deus non potest connaturaliter videri per speciem,licet sit posibilis, neque vero connaturaliter videbitur per seipsum, ergo nullo modo.Prima pars antecedentis constat, quia obiectum, quod per seipsum est intelligibile actu, & sufficienter vnitum, non videtur connaturaliter per speciem, sed per se. Secunda pars probatur,quia vnio diuinæ essentiæ in ratione speciei inteligibilis excellétissima est,neque videtur,quod posit esse magis connaturalis alicui creaturæ,quam vnio hypostatica.

18. Argu. contra hanc rationem. Contra hanc rationem obijciunt aliqua Durandus,Aureolus, Scotus, Molina & alij quæ diluere nituntur Ferrara 3. contra gentes, cap.52.Soto 4.d.49.q.2.art. 2. Capteolus, q. 4. Caietanus & alij recentiores, 1 p. q.12.art.4.& 5.

1. Primum est,quia sequitur, Angelum superiorem non posse videri connaturaliter ab inferiori cũ superior habeat perfectiorem modum essendi.

2. 2. Quia sequitur, nec lumen gloriæ posse connaturaliter elicere visionem Dei cum habeat modum essendi inferiorem modo essendi Dei,non enim est suum esse.

3. 3. Quia licet perfectio modi essendi Dei inferat,illi soli posse esse connaturalem perfectissimam, & comprehensiuam visionem Dei, tamen non videtur inferre, quòd visio limitata, & imperfecta nulli creaturæ posit esse connaturalis Neq. est simile de excellentissima luce, quæ propterea ab infirmo &non confortato visu videri perfecte nequit, quia lædit organum,intellectus autem ab excellentissimo intelligibili non lædit ur:& præterea lux excellentissima ad momentum videtur in seipsa,etiam ab infirmo visu, & alia eiusdem speciei minus intensa videtur longo tempore.

Ad.1. Sed hæ obiectiones, vel arg.nullius momenti sunt. Ad. 1. dicitur, licet omnes Angeli differant specie, non tamen in modo essendi, & in simplicitate, & puritate, quia in omnibus est compositio generis, & differentiæ, essentiæ & existentiæ, atque subsistentiæ: substantiæ,& accidentis,ideo vni potest esse connaturale alterum etiam superiorem videre.

Ad.2. Ad, 2. R. non esse simile de luce,quia neque perse,neque per aliquid in ea existens est totalis causa visionis, neque visus ordinatur ad eius perfectionem;licet ipsi sit connaturale causare visionem,non tamen vlli substantiæ creatæ;propter suam enim imperfectionem postulare non potest,vt tanta perfectio,nempe visio Dei,sit connaturalis ipsi, vt recipienti,&totali agenti quantum est parte intelligẽtis,quamuis iuuetur ab obiecto.

Ad.3. Ad. 3. R. quòd infinita perfectio Dei in modo essendi non solum arguit, ipsi soli esse connaturalem infinitam, & comprehensiuam sui visionem, sed etiam visionem eius simpliciter, sicut infinita perfectio Dei in modo essendi non solum arguit, quod infinita visio sit eius substantia,sed etiam visio,& quæcumque alia operatio sit substantia ipsius. Et ita sicut implicat,quod aliqua creatura sit sua actio immanens quocumque modo, & in quocumque gradu, ita etiam quod sit ei connaturale videre Deum etiam in infimo gradu; simile autem de luce tantum procedit in hoc,quod sicut visus nosster,vel alius similis non potest videre solem in se ipso, nisi supernaturaliter confortetur, ita nullus intellectus creaturæ potest videre Deũ in seipso,nisi supernaturaliter confortetur. Similiter procedit aliud simile, quod adducunt Paludanus, 4.d. 49. q. 1. artic. 1. conclusio. 1. Antoni. 3. p.tractat.3 cap. 4. intio,sicut enim esse calidum est connaturale igni, & alijs, esse autem summe calidum est ita proprium igni, vt nulli alteri communicari posit: esse autem vehementer calidum ex solo influxu ignis potest prouenire, ita cognoscere Deum, vtcumque connaturale est Deo, & alijs; cognoscere autem summe ita est ipsi proprium, vt nulli alteri valeat communicari. Cognoscere autem intuitiue ex solo influxu gratiæ ipsius

sius posit prouenire; idem est de luce, quæ in summo ita est propria soli, vt nulli valeat communicari, prope summum autem communicari posit ex influxu solis; in inferiori autem gradu posit esse alijs connaturalis.

19
8. Prob. *Gratia nulli creaturæ potest esse connaturalis.*

8. Probatur de gratia, nam de ratione gratiæ est esse primum principium supernaturalium virtutum quasi per naturalem emanationem. Si autem esset connaturalis alicui creaturæ, iam ipsa gaatia non esset primum principium per naturalem emanationem, sed illa substantia, cui esset connaturalis, ergo.

Confir. 1. Confirmatur, 1. Rogo enim, an creatura, cui qualitas gratiæ esset connaturalis, non autem gloria; (hæc enim ad inuicem separari possent, ita vt vni creaturæ esset connaturalis fides, alij fides, & spes, alij etiam gratia, alij etiam gloria) de tali inquam creatura, cui gratia, & non gloria esset connaturalis, rogo an posset peccare mortaliter? Si neges, contra, quia gratia, & reliquæ virtutes non necessitant, sed inclinant ad vitanda peccata. Si vero affirmes, ponamus peccare, auferentur ne ab ea gratia, & virtutes supernaturales, vel non? Si non, ergo connaturaliter potest stare peccatum actuale, & habituale cum his qualitatibus, non minus quam cum intellectu, & voluntate, & habenti has qualitates in termino viæ non respondebit gloria, quod est absurdum. Si vero dicas, tunc has qualitates destruendas; contra, quia non habent contrarium physicum, ergo non est à quo destruantur physice, neque vero destruentur moraliter: sicut enim Deus nobis peccantibus non aufert proprietates connaturales, ita nec auferret illi substantiæ. Præterea, ergo iam gratia non posset esse inseparabiliter connaturalis creaturæ non videnti Deum, quod aduersarij negabunt. Præterea charitas tunc non destrueretur vno actu. Imo nec minueretur actu remisso, vel pura omissione, vt nec modo tollitur physice nec minuitur, ergo nec illa, nec gratia tollerentur per mortale. Antecedens probatur, sicut enim habitus acquisiti, qui nobis sunt connaturales, non tolluntur vno actu, nec minuuntur actu remisso, vel pura omisione, ita nec habitus, qui essent tali substantiæ connaturales.

Confir. 2. Confirmatur, 2. Sequitur enim dandos esse habitus charitatis specie diuersos, & sic de reliquis habitibus, & de gratia, in qua fundantur, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quia, vt virtutes naturales, quædam sunt congenitæ nempe Angelicæ, & aliæ diuersæ specie sunt acquisitæ, vt nostræ, ita in supernaturalibus quædam deberent esse acquisitæ à substantia supernaturali, aliæ vero diuersæ speciei congenitæ. Falsitas consequentis probatur, sic enim fortasse nos non essemus eleuati ad supremam gratiam, & habitus supernaturales, ac proinde nec ad supremam gloriam, quod est absurdum, maxime in Christo, inde etiam sequeretur, hos habitus posse acquiri & augeri effectiue per nostros actus, quia sunt eiusdem rationis cum actibus, quos illa substantia naturaliter haberet, & ideo sicut illi effectiue producerent, & augerent habitus, ita & isti, nihil enim refert, quod sint in subiecto habente illos connaturaliter, vel non: siquidem vtrumque subiectum est eorum capax, licet vnum naturaliter, aliud supernaturaliter seu obedientialiter. Præterea, ergo gratia, vel huiusmodi habitus nũc destruerentur physice per peccata etiam venialia, sicut tunc. Præterea, substantia illa acquisitiua horum habituum non haberet gratiam congenitam, sicut nec charitatem, ergo, vel nunquam haberet gratiam, & sic gratia, & charitas non essent connexæ, vel infunderetur ei gratia, cum diligeret Deum, & sic charitas non esset eiusdem ordinis cum gratia, quia posset effici actibus creaturæ, gratia vero non. Præterea oporteret explicare, an gratia causaretur physice dispositiue per dilectionem, an moraliter tantum, vt modo: & an augeretur per actus remissos charitatis, & aliarum virtuum. vt modo, & quidem si augeatur, erit inæqualis charitati, quæ solum augeretur actibus proprijs, vt habitus modo naturali acquisiti. Si vero dicatur non ita crescere; contra, quia modo crescit dispositiue, & meritorie per actus cuiuscumque virtutis, ergo & tunc. Prætera, si diligenti Deum infunderetur gratia, cum ad gratiam sequantur omnes virtutes, omnes infundentur, ergo aliæ virtutes à charitate non acquirentur actibus proprijs, cuius oppositum iam fuit ostensum. Prætera, ergo, sicut habitus, nostri acquisiti non corrumpuntur vno actu contrario, ita nec illæ virtutes acquisitæ à substantia supernaturali, gratia autem destrueretur, ergo manerent sine gratia. Præterea, ergo idem vitium nempe iniustitia haberet plures virtutes contrarias, nempe iustitiam naturalem in nobis, & supernaturalem in substantia supernaturali, nam omnes virtutes effectæ actibus proprijs sunt alicui vitio contrariæ: Consequens est falsum, nam vnum vitium vni virtuti tantum contrarium est, & alioqui in nobis iustitia infusa cum iniustitia esse non posset, quod est falsissimum, &

contra

contra experientiam. Præterea, cum talis substantia esset participatio naturæ diuinæ, vt sic, ex ea prodirent virtutes vt modo ex gratia, ergo gratia esset superflua. Præterea talis substantia per se esset amabilis ad finem supernaturalem, ergo non indigeret gratia, & ita gratia, & virtutes non essent connexæ nec esset possibilis substantia, cui gratia esset connaturalis. Præterea, si gratia esset connaturalis suppositò creato illud esset filius Dei naturalis & non adoptiuus, quod videtur repugnare, nam quod naturaliter est seruus, non potest naturaliter esse filius. Præterea ergo ascendendo in infinitum, peruenirctur ad creaturam, cui esset connaturalis maior gratia, charitas, & gloria, quam Christo. Præterea, vt est contra rationem primæ gratiæ, haberi ex meritis alicuius puræ creaturæ. Rom. 11. *quod si ex operibus, iam non est gratia*: Ita & quod sit debita puræ creaturæ ex propria natura. Præterea, sicut probabile esse ait Molina, produci posse intellectum æquiualentem intellectui nostro, cum lumine gloriæ, & voluntatem æquiualentem voluntati nostræ cum charitate, ita producibilis erit substantia æquiualens animæ cum gratia, ergo per se erit particeps diuinæ naturæ, & fons virtutum, & ita gratia, & virtutes non erunt connexæ. Præterea, si potest produci intellectus æquiualens intellectui nostro cum lumine gloriæ, & voluntas æquiualens voluntati nostræ cum charitate, sequitur, lumen nostrum non posse informare quemcunque intellectum, nec charitatem nostram quamcumq. voluntatem, quia potentiæ æquiualẽtes his habitibus frustra illos reciperent: Consequens derogat perfectioni horum habituũ ergo. Præterea, si tales potentiæ essent possibiles, Christus, & eius membra & Angeli, ad eas essent eleuati, quod falsum est. Præterea, vel talis intellectus æquiualeret nostro, cum maiori, & maiori lumine in infinitum, vel cum certo, non primum, sic enim esset infinitus, & comprehensiuus Dei, non secundum, quia sic non esset de se indifferens ad quæcumque videnda in Deo, sed determinatus ad aliqua, vt nos cum certo lumine sumus determinati ad videndum in Deo has creaturas, & cum illo illas; & voluntas illa affecta charitate in certo gradu non melius diligeret, quam sine illa, & ita frustra illum gradum reciperet. Præterea, substantia, cui esset connaturale lumen gloriæ, vel intellectus illi æquiualens, esset incapax fidei, & spei, quod etiam derogat perfectioni horum habituum. Denique illa substantia, vel esset Angelus, vel non? si Angelus, quid prohibet vt dicamus, modo dari talem Angelum? si vero non esset Angelus, ergo non esset adequata definitio Angeli, quod sit substantia spiritualis cõpleta, sed oporret addere, naturalis: Consequens est falsum, & videtur, contra cap. firmiter de summa Trinita, vbi pro eodem sumitur Angelus, & substantia spiritualis completa.

Confirmatur, alioqui substantia non esset immediate diuidenda in corporalem, & spiritualem, sed in naturalem, & supernaturalem. Ommitto alias rationes quibus vtuntur Scotus. 4. d. 49. q. 11. Durandus. q. 2. num. 9. & alij, quia vel non habent vim, vel ad superiores reducendæ sunt.

Quibus attente inspectis existimo, nullum fore bene disciplinatum ingenium, quod nostræ sententiæ non acquiescat, nam vt ait Aristo. 1. ethi cap. 3. Indisciplinati ingenij est in omnibus æqualem euidentiam & demõstrationem exigere. Et sane multa sunt in Theologia, & philosophia constitutissima, quæ minori rationis fundamento nituntur. Quomodo autem de oppositа opinione censendum sit. Cumel 1. p. q. 63. art. 3. conc. 7. ait, certum esse, nec licere de eo dubitare nullam creaturam esse producibilem, cui sit connaturalis inpeccabilitas simpliciter, & 1. p. q. 12. art. 4. disput. vnica, ait, sine hæsitatione tenendum esse, nulli creaturæ posse esse conaturale lumen glorię, & 1. 2. q. 110. ar. 4. dispu. 5. conc. 1. ait, esse manifestam implicationem quod detur creata substantia supernaturalis. Vazquez 1. p. disput. 45. cap. 1. reprehendit Maiorem, quod incertum esse dixerit an sit producibilis Angelus, qui solis naturæ suæ viribus possit videre Deum, vt nos possumus cum lumine gloriæ, & ignorare se fatetur, qua ratione aliqui quærant, an produci possit intellectualis substantia supernaturalis, nam ratio supernaturalis, si recte consideretur solũ potest accidenti conuenire, non substantiæ creatæ. Et Hériquez de fine hominis, ca. 14. §. 1. videtur dicere, esse contra fidem asserere, nihil creatum dari posse, quod non sit connaturale alicui creaturæ possibili. Cabrera autẽ 3. p. q. 2. a. 12. disp. 2. adhuc durius censet de opin. contraria.

20.

Censura cõtrariæ opinionis ex mente aliquorum.

Substantia creata supernaturalis implicat contradictionẽ.

Ego in primis censeo, fortasis oppositam sententiam esse periculosam, ea enim admissa aditus aperitur ad asserendum, dari de facto aliquam substantiam supernaturalem, cui impeccabilitas, & alia huiusmodi sint connaturalia, & ad concedendam possibilem esse substantiam creatam, cui sit connaturale vniri hypostat ce Deo, creare, transsubstantiare, &c. quæ secunda ratione commemorauimus, & ad asserendum, possibilem esse aliquam substantiam creatam, quæ sit sua visio. Vnde Aureolus, qui videtur dicere, impeccabilitatem posse esse connaturalem alicui creaturæ, similiter

Censura contrariæ doctrinæ ex mente authoris.

militer docet cum Adamo. 1. sententen. possibilem esse creaturam quæ intrinsece sit visio amor, & fruitio Dei, sicut ait Philosophus, quod quælibet intelligentia est suimet cognitio, refertur hoc à Capreolo 2.d. 22. q. 1.art.2.fine. Deinde opposita opinio est parum consona scripturæ, & manifeste videtur contra communem sanctornm. Est etiam conrra torrentem omnium scholasticorum, quorum aliqui vt vidimus, tanquam certum supponunt gratiam, & gloriam nulli creaturæ posse esse connaturalem & nullus scholasticus aut grauis author hactenus ausus fuit oppositum asserere, sed quidam paucissimi iuniores. Vnde ea mihi videtur digna, quæ à scholis reijciatur, nec ab vllo defendi permittatur, quod merito sæpe salmanticæ ita factum est, & maxime cum argumenta illius sententię nullius prorsus roboris sint, & facile diluantur, vt videbimus.

21. Ad. 1. arg. Ad. 1. R. multas esse repugnantias, vt vidimus, nec oportet, vt sint euidentes, per nostram enim assertionem nihil subtrahitur diuinæ potentiæ in re, sed in opinione: ea autem opinio eligenda est, quæ sit probabilior, satis est ergo afferre rationes, quæ ostendant, probabilius esse repugnare talem creaturam, quam non repugnare, vt merito repugnare teneamus.

Ad. 2. Ad. 2. Quod nonnullis visum est in solubile, facilima est solutio, nempe, quod illo ascensu nunquam peruenitur ad intellectum cui sit connaturale lumen gloriæ, nec per se sine lumine ita potentem ad videndum Deum, sicut noster intellectus potens est cum lumine gloriæ. Totus enim ille ascensus est in distincto, & inferiori ordine, vt producendo animalia, perfectiora & perfectiora in infinitum numquam perueniretur ad brutum intellectiuũ, vel simpliciter æquale homini, nedũ Angelo, & producendo in infinitũ perfectiores & perfectiores Angelos eiusdẽ chori, vel hierarchiæ, aut etiã diuersæ, nunquam veniretur ad aliquem, cui sit connaturale videre Deum sed tantum cognoscere ipsumper creatura perfectiori modo, quam inferiores Angeli. Ad. confir. Per idem patet ad confirmationem, ad nullam enim creatam substantiam peruenire oportet, quæ petat accidentia supernaturalia sed naturalia perfectiora illis, quæ fuerint connaturalia inferioribus substantijs. Sicut enim est infinitus processus in ipsis substantijs ita & in ipsis accidentibus ordinis naturæ.

Ad. 2. Ad. 3. R. non esse certum, quod in supremo genere debeat dari aliquid perfectius perfectissimo inferioris generis, nam supremus actus fortitudinis, nempe martyrium à nullo actu iustitiæ, quæ superior virtus est, excedi potest, & aliquæ relationes nobiliores sunt, qualibet quantitate, licet quantitas vt sic, nobilior sit quam relatio vt sic.

R. 2. Satis esse, quod in genere substantiæ creatæ detur aliquis modus substantialis perfectior omni accidenti creato, nempe vnio hypostatica cum Deo.

R. 3. vel omnem, vel aliquam substantiam spiritualem creatam esse simpliciter nobiliorem quocumque accidenti, etiam supremo ordinis supernaturalis, quale est visio Dei, quã uis enim nulli creaturæ tanta perfectio sit habere dominium, & possessionem omnium creaturarum etiam spiritualium, quam habere vnicum gradum gratiæ, vel gloriæ, tamen quęlibet substantia creata saltem hominis, vel aliqua spiritualis in se est simpliciter perfectior qualibet gratia, & gloria, quia habet nobiliorem modum essendi, est enim ens per se, & spirituale, & capax, ac effectiua innumerabilium perfectionum, etiam supernaturaturalium, gratia autem & gloria, & alia accidentia intrinsece, & essentialiter ab ea pendent, ad eiusq. complementum, & perfectionem ordinatur. Et quidem D. Tho. 1. 2. q. 110. art. 2. ad. 2. ita ait, ipsa participatio diuinæ bonitatis, quæ est gratia imperfectiori modo habet esse in aima, quam anima in seipsa subsistat, est tamen nobilior, quam natura animæ, in quantum est expressio, vel participatio diuinę bonitatis, non autem quantum ad modum essendi. Vnde non explicat, quęnam sit simpliciter perfectior, sed habere se sicut excedens, & excessum diuersa ratione. Cumel tamen ibi dub. 1. circa. 1. & 2. art. ait, esse communem sententiam, quòd anima simpliciter est perfectior. Quare non video vnde tanquam certum nonuulli. 1. p. q. 12 art. 5. supposuerint, gratiam, & gloriam esse simpliciter nobiliorem quacumque substantia creata, vel creabili, licet Çumel supra nõnullis rationibus suadere intendat probabile esse, quod aliqui dicebant, gratiam esse simpliciter nobiliorem anima nostra, vel saltem aliqua inferiori substantia. Quod vltimum mihi quoque probabile videtur.

Ad. 4. R. intellectum, & voluntatem ex propria ratione esse passiones, ac proinde per naturalem emanationem debere procedere ab aliquo subiecto; vnde necesse est ab eo exigi, & consequentur esse ei connaturales, secus de lumine gloriæ & similibus, quæ non sunt propriæ passiones, ideo possunt nulli substantiæ esse connaturalia. Et quod non possit dari intellectus, vel voluntas supernaturalis, colligitur ex testimonijs, & rationibus quibus supra ostendimus, visionem Dei, impeccabilitatem, &c. nulli intellectui, vel voluntati creabili esse connaturalia. Nam si hæ potentiæ supernaturales esse possent, deberent illis prædicta acci-

Ad. 4. Nulli intellectui vel voluntati creabili potest esse connaturalis visio Dei, vel charitas.

accidentia esse connaturalia. Et quidem nullum intellectum dari posse, qui non sit passio alicuius substantiæ. Probatur, si enim non est passio, ergo vel obtinendus erit per acquisitionem, vel per infusionem: neutrum dici potest, ergo. Minor probatur, quo ad acquisitionem, quia potentiæ, præsertim vitales acquiri non possunt, actus enim non potentias, sed vt plurimũ habitus generant. Quo ad infusionem, probatur, quia iam deberent coniungi in substantia spirituali duo intellectus, alteri illi connaturalis, alter aduentitius, & supernaturalis, esset que pugna inter illos, vnus enim negaret, alter assereret, mouerent que diuersas voluntates quæ magis interse pugnarent, quod esset absurdum: ergo nulli intellectui est connaturale infundi, seu produci naturali emanatione, maxime quia quod Deus præstaret illo intellectu, posset præstare perficiendo supernaturaliter intellectum naturalem, ergo, simili quoque ratione probatur, omnem sensum, & appetitum sensitiuum esse propriam passionem.

Ad.5. & 6. Ad 5. Simul cum 6. negatur consequentia, nam quod est ordinis supernaturalis exigere potest aliquid ordinis supernaturalis; id autem exigere nequit, quod est ordinis naturalis. Nam eo ipso quod illud exigeret, illud esset simpliciter naturale, cum sit connaturale ei, quod naturale est: supernaturalitas enim constit in negatione formali, vel fundamentali connaturalitatis ad substantiam creatam quæ hic vocatur natura; naturalitas vero in connaturalitate ad talem substantiam.

Ad.7. Ad. 7. R quòd licet visio Dei possit esse connaturalis principio, quo, proximo creato non tamen principio, quo, remoto, nec principio, quod, creato: quia eo ipso amitteret rationem supernaturalitatis quæ consistit in negatione connaturalitatis ad naturam, vel suppositum creatum.

Ad.8. Ad.8. Iam dictum est, cur accidentia hæc licet sint limitatæ perfectionis, nulli tamen substantiæ creatæ possunt esse connaturalia.

Ad confir. Ad confirmationem R. etiam si lumen sit finitum, tamen propter rationes assignatas nullum intellectum creari posse, qui eminenter contineat totam perfectionem ipsius, ac proinde possit perse videre Deum.

Ad.9. Ad.9. negatur, talem substantiam creatam supernaturalem esse possibilem.

Ad.1.pro. maioris. Ad.1. Proba R. licet substantia saltem aliqua sit perfectior quolibet accidente, inde tamen non sequitur posse participare quamlibet excellentiam participabilem ab accidenti: nam aliqua repugnat, nempe esse supra omnem substantiam creatam: sic enim erit supra seipsam, & nec sibi ipsi erit cõnaturalis, quo nihil repugnantius: loco autẽ huius excellentiæ repugnantis substantiæ creatæ habet omnis, vel aliqua substantia creata alias excellentias, in quibus superat accidentia etiam supernaturalia.

Ad.2.pro. maioris. Ad. 2. probationem negatur consequentia, quia modus substantialis potest esse super omnem substantiam creatam, ac proinde supernaturalis, at substantia creata non potest esse super omnem substantiam creatam, ac proinde nec supernaturalis.

Ad.3.pro. Ad. 3. Negatur minor; ad probationem dico, subiectum naturale secundum se, & secundum suam substantiam, supernaturale autem, secundum modum recipiendi esse accõmodatum, & proportionatum accidenti supernaturali, & tale est omnis substantia creata spiritualis respectu gratiæ, gloriæ &c. Recipit enim hæc modo supernaturali nempe cum essentiali dependentia ab agente supernaturali, quod respicit per potentiam obedientialem, quam habet.

Ad confir. Ad confi. R. quòd si esset possibilis substantia supernaturalis, fortasse etiam naturaliter haberet, vel recipere posset accidentia ordinis naturę, vt distinctionẽ, distantiã, propinquitatẽ, &c & his esset subiectũ cõnaturale. Posset etiã supernaturaliter meum intellectum recipere, vel scientiã, & his nõ esset cõnaturale subiectũ, quia hæc petũt subiectum inferius, gratia tamẽ & gloria, & reliqua accidentia supernaturalia nõ petunt, imo nec possunt esse in alio subiecto, quã in natura intellectuali. Vnde hoc subiectũ est illis cõnaturale, licet ipsa nõ sint cõnaturalia tali subiecto, quia exigũt illud non exiguntur ab illo.

Ad.4.pro. maioris. Ad. 4. proba negatur cõsequẽtia quia repugnat ei vt est substantia creata, eo enim ipso nõ est super omnẽ substãtiã creatã, ac proinde nec supernaturalis.

A d.5.pro. Ad. 5. negatur cõsequẽtia, sicut enim sensibile nõ est vltima differẽtia hominis, tamẽ repugnat lapidi, ita supernaturalitas licet nõ sit vltima differẽtia Dei, tamẽ repugnat substantiæ creatæ, quia cõsistit in hoc, quod est esse super omnẽ substãtiã creatã, quod est cõmune Deo & accidentibus supernaturalibus.

Ad.6.pro. Ad. 6. R. substantiã vitalẽ naturalẽ proportionari in ratione subiecti cũ lumine gloriæ, & alijs accidẽtibus vitalibus supernaturalibus.

d. consit Ad confi. R. Potẽtiã obediẽtialẽ nõ debere esse eiusdẽ ordinis cũ actu, sed sæpe inferioris, vt cũ accidens est supernaturale potẽtia obediẽtialis passiua debet esse ordinis naturalis, neq. est in cõueniens, quod actus secũdus sit perfectior primo inadæquato, quãuis nec in hoc casu id sequatur: iã enim diximus, animã nostrã esse perfectiorem gratia, & gloria, & similiter existimo, intellectum esse perfectiorem lumine, & voluntatem charitate.

Ad

Ad.7.pro, Ad. 7. R. quod supernaturalitas extrahit substantiam à ratione creaturæ, quia substantia quæ est super omnem substantiam creatã non potest esse creatura, sed Deus.

Ad.10.ar. Ad. 10 Argu. R. alias perfectiones esse longe minores, quam gratiam, gloriam, & impeccabilitatem simpliciter, vel etiamsi aliquæ sint minores, tamen, ne tot perfectiones sint connaturales substantiæ creatæ, quot Deo necesse est gratiam, gloriam, & similia, soli Deo quasi reseruari, illique soli esse connaturalia, & alioqui non essent supernaturalia simpliciter, nec Deus posset producere aliquid simpliciter supernaturale, quod absurdum est. An vero impeccabilitas secundum quid, & circa solam legem naturæ possit esse creaturæ connaturalis. 1. p. q. 63. art. 1. An vero naturaliter Angelus non possit peccare venialiter priusquam mortaliter infra. q. 89. a. 4.

Ad. 11. ar. *An visio Dei sit cõnaturalis Intellectui. affecto lumine gloriæ.* Ad. 11. R. quod licet supernaturalitas non repugnet accidenti, repugnat tamen tali, vel tali accidenti, vt intellectui voluntati, sensibus &c. quia ex propria ratione sunt passiones, ac proinde ab aliqua substantia creata exiguntur. Hic posset quæri, an visio Dei sit connaturalis intellectui affecto lumine gloriæ, de quo vide disp. 5. secti. 3. diffi. 1. Alia ad hanc secti. pertinentia dicam tract. de hab. virt. & gratia.

Sectio Tertia. Vtrum visio Beatifica sit aprehensiua, an iudicatiua, an vtram que rationem comprehendat; & an sit simplex, & in complexa.

22. DOnauen. 3. d. 14. art. 1. q. 3. ad vltimum ait, dicipotse animã beatam visione Dei non iudicare de Deo, sed de seipsa, & de sua cognitione, addit tamẽ, nihil tamẽ impedit aliquomodo accipiẽdo iudiciũ secundũ quod requiritur ad visionẽ, quin possit cõcedi, quod anima beata certissime iudicet esse summũ lumen, quod intuetur, sicut in. 1. libro fuit habitum, & ita ego certissimum arbitror, visionem Dei iudicare de ipso Deo esse bonũ, sapientẽ omnipotentẽ, æternum &c. neq obstãt Augu. 1. de vera, & falsa religione, dicens, de Deo neminem iudicare posse hoc enim intelligitur de iudicio præsidentiæ inquirendo de causis, & negotijs diuinis, vt approbẽtur, vel reprobẽtur à nobis. Nemo enim potest licite de rebus diuinis ita iudicare, neque ad id ius, vel authoritatẽ habet, sed potius iudicium suũ diuino iudicio, & voluntati, quæ ex se est rectissima subijcere tenetur. Quamuis autẽ visio Dei iudicium sit non ideo in ea erit vera & formalis cõpositio sicut enim Deus, & Angeli, imo & sensus nostri sine cõpositione vera, & formali iudicant, ita beati quatenus Deum, & alia in Deo vident, hoc maxime cõcedẽdũ est in hac visione, cũ sit perfectissima participatio diuinæ scientiæ, inqua iudiciũ sine cõpositione reperitur. Vnde Richardus. 4. d. 49 art. 3. q. 1. cũ alijs doctoribus eam apellat simplicem apprehensionẽ, & Molin. 1. p. q 12. ar. 8. disput 6. dub. 2. ait, hãc notitiã esse vnicã & simplicissimã, apprehensiuam simul simplicium, & iudicatiuam cõplexorum, secundum se tamen omnis complexionis, & compositionis expertẽ, de quo remittit ad Sotũ. 4. d. 49. q. 3. art. 3. con 9. latius id disputantẽ; non autem intendunt isti, visionem beatificã non cõponi ex extensionibus ad varia obiecta. Quasi ex partibus accidentalibus essentiæ, eam tamen integrantibus, vt disputatione. 4. varijs locis dicemus. Sed quia non procedit ex præuia apprehensione terminorum, aut præmissarum, dicitur nullam compositionem, vel diuisionem habere recte autem dicunt, eandẽ esse apprehensionem, & iudicium.

In visione Dei nõ est vera & formalis cõpositio.

Dei visio simul est apprehẽsio et iuditium.

Vnde etiam ego dico cum Valen. disp. 1. q. 3. puncto. 4. dubita. 3. licet nos hic diuersis actibus rem aprehendamus, & de illa iudicemus, tamen in patria eundem actum esse, quo Deum, & alia in eo intuitiue apprædimus, & quo de ipsis iudicamus; quæ enim in inferioribus sunt dispersa, solent in superioribus vniri Nihil tamen prohibet, quin beatus aliquas propositiones in Deo apprehendat, de quibus minime iudicet, assensum, vel dissensum eis præbendo, sed potius illum suspẽdat, quia non habet lumẽ, neque principia, quibus ad tale iuditium determinetur, maxime cum ineuidens esse non possit.

Deus autem nullam propositionem apprehendit, quin iudicet esse veram, vel falsam, quia omnis propositio etiam futuri contingentis conditionalis, & liberi, est determinatæ veritatis, vel falsitatis. Deus autem ex se est determinatus ad assensum omnis propositionis veræ, & dissẽsũ omnis propositionis falsæ.

Ex quibus patet, visionem beatificam esse incomplexam, vt docet Ocham. 4. q. 15. ar. 3. ad. 1. dubium, & suplem. infra, & probant, quia omnis actus intuitiuus est incomplexus, sed visio beatifica est actus intuitiuus, ergo. Sed ego probo, quia actus, in quo non est compositio est incõplexus, sed visio Dei est huiusmodi, ergo. Imo cẽseo, omnem assensum esse actum simplicem, & incomplexum in se, & complexum ex parte obiecti, quia est de propositione aliqua. In apprehensione autem sola diuiditur actus in actum complexum, & incomplexum in se, & ex parte obiecti.

Visio Dei est iudicatiua re pectu illius.

1. Obiect. Dices. 1. beati nõ distinguunt in Deo quæ reipsa distincta non sunt, ergo visio beatifica non

visio Dei est cõplex ex parte

obiecti, licet in se sit simplex.

non est complexa ex parte obiecti. Propter hoc argumentum dicunt aliqui, visionem beatificam non solum esse in se simplicissimam, & incomplexam sed etiam ex parte obiecti, sed non video quomodo beati possint sine complexione ex parte obiecti iudicare Deum esse bonum, iustum &c.

R. Ergo ad complexionem ex parte obiecti satis esse iudicare de vera vnione conceptuum obiectiuorum, quæ realiter virtute, ratione autem formaliter distinguantur, maxime si de ipsa quoque distinctione cogitetur, vtrumq. autem contingit in visione beatifica. Vnde re vera est complexa ex parte obiecti.

2. obiectio.

Dices. 2. notitia complexa est melior incõplexa, sed visione beatifica non est vlla melior cognitio: ergo talis visio est notitia complexa. Respondet Ocham ibi, & supplem. Gab. 4. d. 49. q. 3. art. 3. dub. 1. quando notitia complexa, & incomplexa sunt eiusdem generis, scilicet ambæ abstractiuæ, complexa est melior, secus quando complexa est intuitiua, vt in visione Dei. R. 2. quando vtraque cognitio est pura apprehensio, complexa est melior; secus quando incomplexa est simul apprehensio, & iudicium, vt contingit in visione beatifica. Dequa addo, vnico simplici intuitu attingere conclusionem, & principia, & videre quomodo ex illis principijs necessario sequatur conclusio Vnde non est discursiua formaliter sed tantum virtute, & eminenter, sicut est scientia diuina, & Angelica. Addo insuper, siue cognitio beatifica sit simplex, siue non, tamen non esse sitam totam essentiam Beatitudinis in illo iudicio, quam bonus Israel Deus &c. Psal. 72. sed etiam in alijs de sapientia diuina, infinitate &c. vt contra aliquod docet Vazquez disp. 12. c. 1.

Sectio quarta. Vtrum Visio Beatifica sit reflexa in seipsam, hoc est an sit Visio sui ipsius.

23. 1. opinio.

QCham. q. 13. art. 5. dub 2. ait, esse actum rectum, quia sine omni actu reflexo potest aliquis æqualiter esse beatus. Et si objicias, quia nullus est perfecte beatus, nisi sciat se esse beatum, & per consequens habeat securitatem de hoc R. aliquem esse posse perfecte beatum Beatitudine essentiali, licet nesciat se esse beatum, & hoc, actu elicito, sed sufficit quòd habeat principium sufficiens, vnde statim possit scire se esse beatum, nisi Deus tale iudicium impediat. Ad illud vero de securitate R. Ocham, hominem posse esse æqualiter beatum sine illa securitate, & hoc si ponatur esse aliquid distinctum afruitione, vt vere est, quia securitas nihil aliud est quam euidens & certa cognitio de diuina ordinatione, qua ordinauit, actum beatificum semper fore. Sed si ille actus idem esset cum visione Dei, tunc non posset esse beatus sine securitate; si vero ponatur distinctus actus, totaliter causatus à Deo, quod, inquit, videtur esse verum, quia visio Dei est notitia incomplexa, hæc vero notitia est complexa, quia terminatur ad istud complexum, Deus ordinauit actum beatificũ semper fore, tunc differt realiter a visione, & possunt esse tam visio, quam fruitio Dei ac proinde beatitudo sine securitate, nisi dicatur eundẽ actum posse esse complexũ, & incomplexum respectu diuersorum, vt actus, quo apprehenditur propositio, est complexus respectu illius, & incomplexus respectu subiecti, vel prædicati. Et sic eundem actum esse visionem, & securitatem, sic enim visio non posset esse sine securitate. Hæc Ocham, cui consonat Gab, 3. d. 14. q vnica. art. 1. in opinione Ocham, notabili. 1 in fine dicens, potest quis scire se esse beatum, reflectendo se super actum proprium beatificum, & ita habebit duos actus rectum, & reflexum. Sed magis consonat Supplementũ Gabrielis, 4. d. 49 q 3. art. 3. Nam dubio. 1. dicit totum quod Ocham dixit de securitate, scilicet esse actum intellectus reflexum, distinctum à visione, quo quis scit Deum ordinasse actum beatificum fore perpetuum Et dubio. 2. vbi quærit, an actus beatificus sit rectus, vel reflexus, supponit ex Ocham. 2. sent. q. 21. & quod lib. 2. q. 12. & 4. q. 13. art. 5. dubio. 3. rectum, & reflexum distingui realiter. Quo supposito inquit actum beatificum esse rectum, quia potest quis esse beatus, licet non cognoscat actum se esse beatus, vel videre Deum. Et reijcit dicentes, in actu reflexo consistere Beatitudinem, quia est perfectior, via generationis, & magis quietat appetitũ, negatq. reflexum esse perfectiorem; neq enim semper, quæ sunt priora ordine generationis, sunt imperfectiora, nec plus quiescit appetitus actu reflexo, quã directo. Et si objicias, maiorem sequi delectationẽ ex actu recto, R. 1. id negando. 2. eam delectationẽ maiorẽ sequi præcipue ex fruitione seu amore Dei, & non precise ex actu recto, vel visione Dei. Itaque isti sentiunt, beatifica visione non videri ipsam visionem, & satis insinuant, nec videri posse.

24. 2. & vera opinio. Visione Dei videtur ipsamet visio.

Vtrumque autem falsum existimo, cum Bonauen citato initio sectionis præcedentis, & cum alijs Sicut enim in Deo possunt videri aliæ creaturæ, ad quas diuina essentia dicit ordinem, ita & visio essentiæ. Neque hoc repuguat simplicitati ipsius visionis, sic enim Deus eodem actu simplicissimo videt se, & videt se videre seipsum, sicut lux manifestãs alia, manifestat etiam seipsam, licet non eodẽ

modo

modo, quia se manifestat emittendo sui speciem, & terminando ipsam sui visionem sine dependentia ab alia luce, vel forma, alia vero manifestat vt conditio, vel ratio subqua emittunt speciem, & terminant visionem cum autem id fieri possit, credibile est ita fieri vt visio hæc magis assimiletur visioni, qua Deus seipsum videt, & vt ipsa per se sine alia cognitione sit principium perfectæ delectationis, qua homo delectatur de visione, vt de bono proprio, & ad diuinum bonum conferente: falsum tamen puto, quod dicunt aliqui, beatum non posse videre Deum quin videat se videre. Sicut enim potest beatus videre Deum, non videndo in eo alias creaturas, vt infra dicemus, ita non videndo suã visionem; & ita Paludanus. 4.d.49.q.2.nu. 8 optime dicit, necesse esse, scilicet de potentia ordinaria, videntem Deum reflexe cognoscere eadem visione se videre; alioqui illa visio non esset perfecta, nec beatifica, quo etiam satis insinuat, de potentia obsoluta fieri posse, vt videns Deum, non videat eadem visione se videre Deum. Tunc tamen facile esset videre illam alio actu, sicut modo, cum aliquid contemplamur, facile est reflexionem facere, cognoscendo alio actu nos illud contẽplari. Et sicut cognitio aliarum creaturarum in Deo dicit aliquem modum realiter distinctum à cognitione Dei, vt Dei est, ita cognitio ipsius visionis in Deo. Credo autem in Deo nõ fieri plures reflexiones, vel saltem erunt in certo, & determinato numero, scilicet video me videre Deũ, & video me facere illã reflexionẽ &c. sine processu tamẽ in infinitũ, quia in creatura nõ potest infinitum reperiri: in Deo autẽ se videnti videntur ponẽdæ infinitæ reflexiones, scilicet vt videat se videre: & rursum hãc primã reflexionẽ & rursum secundã & tertiam, & sic in infinitũ sine distinctione reali, cũ sola distinctione secundũ nostrum modum intelligendi. Sed de hoc. 1.p.q.14. vbi examinari debet, quomodo diuina scientia sit reflexa.

Potest Deus videri non visa visione

Visio Dei posset alio actu videri

Sectio quinta. Vtrum visio Beatifica sit speculatiua, an vero practica, vel vtram que rationem habens.

2 5. 1. Opinio.

PRima opinio tãtum esse scientiã practicã, quia est regula volũtatis, quã mouet ad operandũ, & dictat quid, secundũ rectã rationem agendum sit: quod de Theologia. & de quacumq. scientia creata Dei, ait Scot. q.4 prologi: imo idẽ probabile putat de scientia increata, quã Deus de se habet, quamuis de hac probabilius iudicet contrarium, quia non est regula diuinæ voluntatis, cum voluntas Dei per se recta sit.

2. opinio.

2. Opinio, visionem beatificam esse pure speculatiuam, quia est de obiecto non operabili, & non habet pro obiecto praxim, licet enim ostendendo bonitatem Dei, moueat voluntatem ad amorem Dei tamen non dictat de tali amore, neq. habet illum pro obiecto. Ita Vazquez disp.12. cap.1. Videtur D. Tho. art. 5. vbi ait Beatitudinem perfectam magis consistere in contemplatione, quam in actu intellectus practici, imperfectam vero, primario in contemplatione, secundario in actione. Et. 2.2. q.181. art 4. vbi ait, totam vitam patriæ contemplatiuam esse. Pro hac sententia quidam referunt Paludanum. 4.d. 49 q.3.art.2 sed immerito, ille enim in beatis ponit scientiam speculatiuam, & practicam, vt necessarias ad essentiam beatitudinis: & fatetur, visionem Dei esse scientiam speculatiuã, manet tamen dubius, an eadem sit practica, an vero alia sit practica constituenda.

26. 3. opinio. Authoris.

3. Opinio, & tenenda est, esse simul speculatiuam, & practicam. Ita Caietain hac.q.3.art. 5. Valentia puncto. 4.dub.2. AEgid. quodli. 5.q.6. Henric. quodlib.12.q.5. Sotus. 4.d.49. q.1.art.4.post. 5. conclusionem; Richardus ibi.q.8. differt tamen ab alijs, quia existimat principalius esse practicam, quã speculatiuã, quia principalius intenditur propter amorẽ, quam propter se. Alij vero contrariò dicunt, potius esse speculatiuam, quam practicam. ita Val. Caie. & alij communiter, & mihi placet, quia videtur ex presse demẽte. D. Th. ar. 5. dicẽtis, perfectã beatitudinẽ quæ in futura vita expectatur, totã, id est quoad omnia sua obiecta, principaliter consistere in cõtemplatione. Quo pacto legimus etiã in textu Romæ excusso, atq. inimerito aliqui legunt, sine illa particula, principaliter. Et de theologia, dixi. 1.p. q.1.a.4. magis esse speculatiuã quã practicam.

1. probat.

2 2. Quia hæc cognitio est perfectissima quædã participatio diuinæ sciẽtiæ, quæ magis est speculatiua, quam practica. Vt docet D. Tho. 1.p.q.14.ar.16. & colligitur ex hac.q.3.ar.5.ad. 1. ergo & hæc est magis speculatiua, quam practica.

2

3 3. Quia ea cognitio est principaliter speculatiua, cuius primarium obiectum, vt sic non est operabile, sed primarium obiectum huius cognitionis, quod est Deus; vt primarium est, non est operabile, idest nec à nobis factibile, nec operationibus nostris attingibile. Hac enim vltima ratione est obiectum secundarium, cum in ea includantur creaturæ, quæ sunt secũdaria obiecta huius actus, nempe dilectio, & aliæ operationes, quibus ipsum possumus attingere; ergo cognitio hæc est principaliter speculatiua, secundario vero practica, quatenus secundario, & consequenter considerat actiones, quibus Deum possumus attingere, imo quibus facere, & attingere

gere obiecta creata possumus, non solum moralia, sed etiam artificialia. Vnde non solũ videtur participare rationem scientiæ practicæ actiuæ, & factiuæ, sed etiam prudentiæ, & artis Ratio autem cognitionis practicæ nõ pertinet ad essentiam beatitudinis, quæ ex solo obiecto primario desumitur, pertinet tamẽ ad substantialem integritatem beatitudinis ratio cognitionis practicæ, vt colligitur ex D. Tho. illo art. 5. dicente, Beatitudinem perfectam, quæ est in alia vita, magis esse actum intellectus speculatiui, quam practici, ergo etiam vt beatitudo est, est actus vtriusque intellectus, licet potissime speculatiui, quia ex ipso essentiam ex practico vero solam substantiæ integritatem sumit: imo & hanc sumit beatitudo ex alijs bonis realiter distinctis à visione Dei, interquæ est amor ipsius Dei, ad quem etiam requiritur hæc visio, quatenus cognitio practica est, quia ex solo iudicio speculatiuo voluntas moueri non potest, vt diximus tractatu. 1. disput 5. sectio. 2. difficul. 3. Quamuis oppositum doceant aliqui supra. Pro cuius rei intelligentia aduertendum est, ad diligendum Deum, v. g. non satis esse cognoscere Deum sub ratione boni, & perfecti in seipso, aut comparatione aliorum, sed oportet vt homo iudicet, bonum esse amare rem sic bonam, aut eius bonum procurare, augere, vel conseruare. Nam amare est velle alicui bonum, idest, velle bonum ei conferre, vel bonum eius conseruare, vel augere. Vt autem huiusmodi actiones voluntas exercere velit, debet illas proponere intellectus vt bonas, quod pertinet ad iudicium practicum, ergo ad dilectionem Dei requiritur iudicium practicum, vt docuit Sco. supra. Qui propterea merito docuit, visionem beatificam, etiam in ordine ad veritates necessarias, quales sunt, Deum esse amandum, bonum eius prosequendum &c. esse practicam, quia vt sic etiam habet praxim pro obiecto.

27. 1. Obiect. Si obijcias Augustin. 1. de Trinitate, cap. 8. vbi asserit promitti nobis contemplationem, tanquam actionum omnium finem, atque æternam perfectionem gaudiorum. Et cap. 10. ait: in illa contemplatione Deus erit omnia in omnibus, quia nihil ab illo aliud requiritur, sed solo ipso illustrari, perfruique sufficiet: ergo in sola Dei contemplatione consistit beatitudo. R. 1. cum Valen. solum intendere visionem beatificam præcipue esse speculatiuam. 2. R. solum intendere in visione Dei, vt speculatiua est consistere, principaliter, & essentialiter beatitudinem. Quo non obstante in eadem, vt est cognitio practica, consistere potest beatitudo minus principaliter, & secundum solam substantialem integritatem.

2. Obijcies, nam si hæc cognitio etiam est practica, ergo secundum eam rationem erit imperfectior actione ipsa, quam dirigit: nam cognitio practica, vt sic, ordinatur ad actionem, quam dirigit; perfectius autem non ordinatur ad imperfectius, sed è contra. Consequens autem absurdum videtur, ergo. R. Valen. supra ex Caiet. doctrina, art 2. perfectius posse ordinari ad imperfectius; quando ex vtroque constituitur aliquid perfectius, vt substantia ordinatur ad operationem, quæ est imperfectior, tamen substantia cum operatione est quid perfectius seipsa sola. 2. Obiect.

Sed hæc responsio non euacuat difficultatem, nam licet perfectius possit permodum subiecti ad imperfectius ordinari, vt in exemplo adducto, tamen non videtur posse ordinari ad imperfectius per modum medij ad illud. Vnde aliter R. Caiet art. 5. actum intellectus practici, dupliciter considerari posse. 1. vt est actus intellectus. 2. Vt est practicus, & sic est ignobilior actione. Sed contra suam salutionem replicat, quia causa actiua nõ est ignobilior effectu. Actus autẽ intellectus practici, vt sic, est causa actiua actionis, ergo R. respõdet autẽ ad hoc, & similia dici potest, quod quidquid sit de causa pure actiua negandum est, quod causa quodammodo actiua, quodammodo dispositiua non sit imperfectior, quoniam etsi non in quantum actiua, in quantum tamen dispositiua imperfectior est, & ordinatur ad id pro quo disponit vt ad finem: sic autem est in proposito, nam actus intellectus practici ad agendum disponit, proximumque, & propinquum hominem reddit. Addit autem Caiet. aliam replicæ solutionem, quam meliorem putat; scilicet actum intellectus practici esse nobiliorem effectu, quia est causa effectiua illius, esse tamen ignobiliorem actione, quia comparatur ad illam vt potentia ad actum, & perfectibile ad perfectionem, & incompletum ad suum complementum. Sed certe posterior solutio nulla esse videtur, quia actio causata per actum intellectus practici est transiens externa, & corporea, est enim in passo, quod est corpus. Nihil autem corporeum est nobilius aliquo spirituali. Præterea licet demus actionem transeuntem esse in agente, vt sæpe docet Caiet. & ideo esse in ipso actu intellectus practici, non sequeretur esse perfectiorem illo, quia multæ qualitates sunt in intellectu, quæ sunt imperfectiores illo: & similiter in voluntate, & alijs potẽtijs, & figura, & raritas sunt in quantitate, tamen sunt imperfectiores quantitate. Præterea ad illam replicam facile posset responderi, actum in-

tellectus practici non esse proprie causam effectiuam actionis,quam dirigit, neque ipsius effectus,sed potentiam executiuam, vel causam posse secundũ quid esse ignobiliorẽ effectu,& actione,licet non simpliciter.Et ad principalem obiectionem posset.3.dici,quod præcise intendi potest vt medium ad aliud,esse ignobilius illo.Actum autem intellectus practici non intendi solum vt medium ad effectum,vel actum externum, sed per se quoque esse appetibilem, imo appetibiliorem, sæpe tamen nisi ad opus conduceret,non appeteretur,quia impedit operationem aliam ex se nobiliorem,vel hic,& nunc vtiliorem, nempe actum intellectus speculatiui meliorem, vel alium actum intellectus practici, qui vtilior sit,& effectum sortiri possit.

3. Obijcies, quia practicum,& speculatiuũ sunt differentiæ oppositæ,ergo eidem rei compete non possunt. Propter hoc Caiet. dicto art.5.dicere videtur,visionem Dei, & quamcumque aliam eius cognitionem non esse formaliter practicam sed formaliter speculatiuã & eminenter practicam: & sic intelligit D. Tho in ptologo,1.sent. asserentem Deum esse obiectum intellectus practici, quia ex ipso sumuntur regulæ, & præcepta actionum nostrarum. Sed iam trac.1.disput.1.sect.2. hanc doctrinam reiecimns & illam obiectionem dissoluimus.

Sectio sexta. Vtrum Visio Beatifica sit notitia euidentior, & certior omni alia, etiam cognitione primorum principiorum,& fidei.

28 *Suppositio*

Vppono esse euidentem, & claram. Est certum de fide, nam illa visio in scriptura opponitur obscuræ cognitioni, & ideo dicitur excludere fidem, nec requiritur pia affectio ad assentiendum propositionibus,quę per eandem apprehenduntur. Deinde, illa notitia est intuitiua, & facialis, & attingit Deum in se & sicuti est; ergo est euidens. Confirmatur, quia posito lumine gloriæ,& aliquo eleuante intellectum intrinsece,aut extrinsece ad videndum Deum, necessario videt,ergo euidenter cognoscit. Notitia enim,quæ necessario est in potentia, eo ipso quod ei applicetur obiectum,& ipsa habeat sufficiens principium cognoscendi, euidens est,quia euidentia nihil aliud est quam huiusmodi determinatio intellectus ad actũ, seu quod ex natura sua oritur ex tali determinatione intellectus ad assensum,&hoc est etiã esse certã certitudine adhæsionis intellectus. Certitudo autẽ infallibilitatis est nõ posse ei subesse falsum,quæ certitudoab euidẽtia ipsa prouenit;quia omnisnecessaria determinatio intellectus est ad assensum verũ:potentiæ autem sensitiuæ aliquando sunt determinatæ ad falsum ex indispositione organi,vel medij,vel distantia&c.vt in libris de anima. Et similiter licet aliæ notitiæ intuitiuæ falsæ esse possint, non tamẽ notitia intuitiua intellectualis, præsertim supernaturalis,maxime autem beatifica,quæ supremi ordinis,& gradus est. Vnde etiam sequitur,in Deo nihil posse opinatiue cognosci, quia omnis opinio fallax,seu falsitati subiecta est.

Hoc supposito quidam dicunt, cognitionem hanc non solum esse euidentiorem omni alia cognitione creata, sed etiam cognitione primorum principiorum. Probant tum ex parte principij, procedit enim à lumine gloriæ,quod est perfectissimum,&supremi ordinis, tum ex parte obiecti cuius, veritas simplicissima est, & maxime necessaria. Sed hæc secunda ratio nullius momenti est, quia obiecta simplicissima cognosci possunt cum imperfecta euidentia, & cum maxima ineuidentia,& incertitudine, nempe fide humana, vel opinione etiam leuissima. Prior autem ratio rem facit verisimilem, & ita tenent communiter iuniores,& fauet Augu. 8. Trinitat. cap. 17. dicens, in beatitudine notiorem esse Deum, quam sit modo frater,& 11.ciuita.cap.29.ait, beatos in Deo ita nosse mysterium Trinitatis,& similia, vt eis magis ista sint nota quam nos ipsi nobis cogniti sumus.Licet non careat difficultate, quia euidentia consistit in determinatione intellectus,quæ non videtur habere gradus debet enim esse omnimoda: quoniam si esset determinatio,cum qua staret,vel voluntate operantis, vel aliqua obiecta ratione, posse suspendi assensum,non diceretur euidentia: hęc autem determinatio est omnimoda, & qua maior esse non potest: ergo. R. tamen, aliquam esse euidentiam tam tenuem,vt uoluntate operantis,vel obiecta aliqua ratione possit suspendi assensus.Alia est maior, quæ maiorem voluntatem operantis, vel fortiorem obiectionem requirit, vt assensus suspendatur. Vel R determinationem non habere latitudinem in se,sed in causa, aliquando enim sunt plures causæ, aut fortiores ad causandã determinationem,aliquando minores numero, aut vi,& sic euidentia dicitur maior, aut minor:in visione autem beatifica,& suprema, quia nullæ voluntates vel rationes possunt ab assensu dimouere & ad visionem ipsam Dei pluribus titulis,& maioribus determinatus est intellectus,eo quod lumẽ,à quo detur, minatur intellectus,est supremi ordinis,& efficacissimum.

Quorumdã opinio,

29 *Conclu.1. Visio beatifica est omni alia cognitione euidentior.*

Quantum

30 Quantum vero attinet ad certitudinem interrogant aliqui, an sit certior fide, & dicũt, has cognitiones ex parte obiecti, & quoad exclusionem periculi falsitatis æquales esse, quia vtraque fundatur in diuina veritate. Tamen quantum ad positiuum visio potest dici certior, nõ solum ex parte obiecti, quod ne cessitat intellectum, & ab eo excludit omnem motum dubitationis, sed etiam quia habet omnem perfectionem, quæ reperitur in fide, & aliquid amplius, procedit enim ex lumine supernaturali, & perfectiori, & fundatur in prima veritate nõ loquẽte, sed in se existente, & manifestante totam suam veritatem, & necessitatem essendi, in qua fundatur infallibilitas, & certitudo cognitionis. Et præterea excedit visio in euidentia, & quodammodo comparatur ad fidẽ, sicut scientia subalternans ad subalternatam: ostendit enim originem fidei, vnde fides habet certitudinem suam.

Con. 2. Visio & fides sunt in æquales in certitudine adhæsionis æquales vero in certitudine infallibilitatis.

Sed dico in certitudine adhæsionis longe excedi fidem à visione, quia fides non necessitat intellectum, nec excludit dubitationem, nisi deliberatam, & ne hanc quidem excludit physice, sed moraliter. Lumen autem gloriæ omnem dubitationem physice excludit, & necessitat intellectum ad assensum, in certitudine autem infallibilitatis videtur esse æqualitas, quia quæ maior infallibilitas esse potest, quam implicare contradictionẽ, quòd fidei subsit falsum? nisi dicas, non esse infallibilitatem maiorem formaliter, sed virtute, & causaliter, quia in visione concurrunt plures, & efficaciores rationes infallibilitatis, sicut vbi nulla est lux, tenebræ sunt æquales formaliter, causaliter autem erunt maiores, vbi plura vel maiora sint lucis impedimenta.

Sectio septima. Vtrum visio Beatifica sit comprehensiua, quiditatiua, & intuitiua.

31 DICO primò non esse comprænhesiuam respectu Dei, infra enim ostendam, Deum à creatura etiam vnita Deo hypostatice, neque de potentia absoluta comprehendi posse, & ideo neminem posse clare, & distincte videre omnia, quæ formaliter, & eminenter sunt in Deo: esse tamen potest visio hæc comprehensiua respectu creaturæ visæ in Deo.

1. Conc. Visio beatifica non est comprehensiua Dei

2. Conc. Est tamen quiditatiua

Dico 2 esse quiditatiuam, ita omnes loquuntur in hac materia, & 1.p.q. 12. cum D. Thom. 4. d. 49. q. 2. artic. 3. & de veritat. q. 8. artic. 1. ad. 3. Patet, quia ad cognitionem quiditatiuam satis est cognoscere in se & per propriam speciem genus, & differentiã specificam rei: vel si res non habet genus & differentiam proprie, id quod habet se per modum generis, & differentiæ, id autem reperitur in proposito, ergo.

3. Conc. Et intuitiua.

Dico 3. hanc cognitionem esse intuitiuam. Probatur. 1. alioqui non esset proprie visio, & facialis cognitio. 2. Quia est cognitio rei præsentis, vt præsens est, pendetque à præsentia obiecti, non solum, vt à conditione, vt fortasse accidit in sensibus, qui non videntur existentias attingere, sed res sub existentijs, sed etiã, vt à re cognita, attingit enim beatus ipsa visione Deum existere.

32 3. Aliqui id probant, quia de ratione Dei est existere, ergo non potest cognosci quiditatiue Deus, quin cognoscatur vt existens, & existere, ac proinde quin cognoscatur intuitiue. Hac ratione Duran. q. 3. prologi, Capreolus, 2. d. 3. q. 2. ad argumenta Scoti, contra 6. conclusionem, & d. 23. q. 1. Mendoza quodlib. 3. scholastico, & communiter iuniores, 1.p. q. 12. art. 2. & q. 32. artic. 1. impugnant Scotum, quodlib. 13. & 14. 2. d. 3. q. 9. & 4. d. 49. q. 11. asserentem, dari speciem connaturalẽ Angelo, quæ proprie, distincte, & quiditatiue repræsentet Deum: non vero posse dari speciem connaturalem Angelo, quæ repræsentet Deum intuitiue. Sed sane impugnatio hæc minorẽ vim habet quam isti putant, nam esse, vt alibi ostendimus, non est de intrinseca, & formalissima ratione Dei, quin potius ratione ratiocinata distinguitur ab essentia ipsius vt voluntas, aut amor ab intellectione vel ab essentia. Et licet sit de formalissima ratione essentiæ necessitas essendi, non tamen ipsum esse existentiæ. Alia item sunt de formalissima ratione essentiæ, ut præintelligitur eius attributis, præter necessitatem essendi, aut saltem alia sunt de propria ratione eius præter ipsum esse, & quodcumque illorum in se conciperetur, iam Deus cognosceretur quiditatiue, & quasi per genus, & differentiam, & sic ratione dicta non probatur, omnem quiditatiuam Dei cognitionem esse intuitiuam, & sane nullam video esse repugnantiam in hoc, quòd detur notitia quiditatiua Dei sine intuitiua, si Deus videri potest per speciem creatam, vel non est necessaria species innotitia, saltem abstractiua. Vnde illam opinionem Scoti asserentis, posse viatori communicari claram, & immediatam, seu quiditatiuam notitiam abstractiuam Dei, sequuntur Gab. q. 1. prologi, art. 3. & 2. d. 3. q. 2. art. 3. Ocham, & alij quos referemus disputatione 5. sectione 2. opinione 3. Si autem species Dei dari non potest, de quo ibi disseremus, nec potest Deus cognosci mediate, &

Existentia non est de formalissima ratione diuinæ essẽtiæ, sed necessitas existendi.

Si species Dei dari nequit, non potest Deus abstractiue quiditatiue cognosci.

te, & quiditatiue, nisi per essentiam diuinam vnitam in ratione formæ intelligibilis, seu obiecti, ratio repugnantiæ est, quia res per se ipsam immediate concurrens in ratione obiecti non potest causare notitiam abstractiuam sui, sed intuitiuam tantum, vt patet discurrendo per omnia quæ immediate, & sine specie videntur, imo aliqui dicunt de ratione intuitiuæ notitiæ esse, vt sine media specie fiat, & ideo dicunt, sensus externos nulla media specie attingere sua obiecta, & intellectum suos actus & voluntatis, & Angelum singularia materialia, vel saltem immaterialia, licet hoc communiter reputetur falsum à Theologis, & Philosophis. Vnde D. Thom quodlib. 7. q. 1. ait, notitiam intuitiuam esse posse, licet fiat media specie. Et ita repugnantia esse videtur, vt Deus quiditatiue abstractiue cognoscatur sine specie creata, vel Deo, vt causa vniuersali supplente concursum speciei creatæ. Hoc autem dici non potest, si non est possibilis species Dei, ergo in ea opnione nulla potest dari notitia abstractiua quiditatiua Dei.

Sectio octaua. Vtrum visio Dei sit similitudo, & imago repræsentans Deum.

QVidam dicunt, visionem Dei & generaliter omnem cognitionem, etiam sensus externi esse imaginem, & similitudinem obiecti. Ita Sot. 4. d. 49. q. 2. artic. 3.

Suadetur 1. ex Augusti. 14. Trinita. cap. 6. vbi in genere dicit, notitiam esse imaginem ortam ex memoria fœcunda. Nec recte dicetur, vocari imaginem, quia oritur ex imagine, idest, ex specie impressa, tum quia species non dicitur imago, nisi quia potest efficere imaginem obiecti, scilicet notitiam, & ideo ad amorem, qui non est imago, neque repræsentat, sed est pura tendentia, non requiritur species impressa. Tum etiam, quia non potest aliqua res vere dici imago, si ipsa non repræsentat, etiam si ab imagine procedat. Vnde Augustin eodem lib. cap. 17. agens in speciali de visione beata, & tractans illud 1. Corinth. 13. *Videmus nunc per speculũ in ænigmate*: & illud Ioa. 3. *Similes ei erimus, quia videbimus &c* cõcludit. Hinc apparet, tũc in ista imagine Dei, idest in anima fieri perfectam Dei similitudinem, quando eius plenã perceperit visionem.

2. Quia hoc non magis repugnat actui. 2. quam 1. licet enim actus secundus sit operatio, tamen etiam est qualitas æquæ, vel magis perfecta quam species. Quo circa dicunt isti, visionem vere repræsentare Deum, vt in se est, ad quod non est necessarium, esse similem Deo in essendo, sicut imago Imperatoris in externa figura, & colore est similis Imperatori. Et verbũ diuinum, quod est imago Patris, est simile illi, & creatura intellectualis, quæ est imago Dei, est similis Deo, sed satis est esse similem intentionaliter, & intelligibiliter, sicut & species impressa, quatenus habet referre intellectui naturam, & formam obiecti; ita vt ex vi illius repræsentationis nota sit intellectui talis forma, vel natura, quod à posteriori explicãt, quia ex vi talis repræsentationis potest intelligens explicare formam talis rei, seu depingere illam, si talis est, quæ describi possit. Et hoc modo dicunt, talem repræsentationem perfectius fieri per actum secundum, quam per primum. Et hanc doctrinam tribuunt D. Thom. 1. contra gentes, cap. 53. Sed nihil minus: solum enim docet ibi D. Tho. intellectum affectum similitudine, & specie impressa formare expressam, quæ est verbum. Quod secundum D. Th. varijs locis non est intellectio, sed quid productũ per intellectionẽ: eodẽq. modo ait, imaginatiuam informatam specie impressa producere idolum & similitudinẽ rei cognitæ, & rationem reddit, quia intellectus, & imaginatiua cognoscunt res in absentia reali, ergo oportet ponere Verbum, vel aliquid proportionale verbo, quod contineat in se obiectum, vt possit terminare cognitionem: licet alia ratio etiam sit ponendi verbum distinctum ab intellectione; propterea que aliqui Thomistæ arbitrantur etiam in cognitione intuitiua, & beatifica, & qua Angeli alios Angelos, vel animas, vel propriam substantiam intuentur, produci Verbum, vt Deus se videns producit Verbum. Vnde communiter Thomistæ cognitionem non admittunt esse similitudinem obiecti: sic enim cum res intelligitur, triplex esset eius similitudo, species impressa, cognitio, verbum; sed tendentim, & motum in obiectum, & vnionẽ quandam cum illo, sicut actus voluntatis, & appetitus sensitiui est motus in obiectum, & vnio cum illo. Idemque est de sensatione externa, quæ nec est similitudo obiecti, nec illam producit; & de visione beata aliqui dicunt non solum non esse similitudinem obiecti, cum Capreolo. 4. dist. 49. quæst 5. Sed nec in ea produci verbum, ne si admittant Dei similitudinem expressam, fateantur, possibilem quoque esse similitudinem, & speciem Dei impressam. Ita Capreolus ibidem, & Caietanus. 1 par. q 27. artic. 1. Alij vero admittunt in visione Dei produci verbum, quia

In doctrina D. Tho. visio Dei nõ est eius similitudo

quia D. Tho. 1. p. q. 27. art. 1. generaliter ait, quemcumque intelligentem producere verbum: & August. supra illud videtur ponere in vidente Deum, & quia alioqui beatus non conciperet Deum vt in se est, quia concipere est formare conceptum, & verbum de obiecto, & existimant possibilem esse speciem Dei expressam, non autem impressam, laborâtque, vt infra videbimus in assignando discrimine. Ita tenet Ferrar. 1. contra gentes, cap. 53. Sot. supra. imo Capreol. 1. d. 27. q. 2. Richard tamen. 4. d. 49 art. 3. q. 1. ad. 3. contra 1. opinionem, quam vt probabilem defendit, docet esse probabile, quod beati non producuut verbum, tamen magis inclinat in hoc, quod illud producant, quia non arbitratur esse impossibile dari similitudinem Dei impressam, imo illam ponit re ipsa in visione beata, vt postea videbimus; multo minus id formidabit concedere de expressa. Vnde ibidem ad. 2. ait cum August. 9. Trinitat. cap. 11. ponit in beatis speciem, & similitudinem Dei, sumit similitudinem pro ipsa visione, quam ibidem statim vocat verbum & notitiam. Vt autem ostensum est: inquit, 1. d. 27. Verbum non tantum accipitur pro similitudine, per quã intellectus intelligit, sed principalius pro intellectione formata. Vnde in sermone de natiuitate Baptistæ dicit, quod verbum est ipsa cogitatio Hæc Rich. Beatos autem producere verbum Dei probant aliqui ex August. 9. Trinit. c. 11. & 12. generatim dicente, notitiam qua intelligimus, esse expressam similitudinem obiecti, & inparticulari dicit, notitiam, quam de Deo habemus, esse verbum mentis & similitudinem Dei. Quia tamen, vt Richard. illa q 1. ait, posset hoc intelligi de cognitione Dei in via, producunt aliud testimonium August. in. 15. Trinitat. cap. 16. vbi cum dixisset, cognitionem nostram, quam formamus de re, quam scimus, esse verbum nostrum: subdit, hoc verbum nostrum habere similitudinem aliquam cum verbo Dei, quam habebit maximam, quando videbimus eum sicuti est, & quando ei similes erimus: non tamen æquales, tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque mentiemur, neque fallemus: fortasse etiam volubiles non erunt cogitationes nostræ, sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus. Sed de de hac quæstione, an cognitio obiecti, sit eius similitudo, & an videntes Deum producant verbum plura dicentur, dis. 5. q 2. in 1. arg. 3. opin. solut. 6.

Sectio nona. Vtrum omnes visiones beatificæ in hominibus, & Angelis existentes sint eiusdem speciei atomæ.

PRima sententia esse potest, omnes beatos inæquales in beatitudine, habere visiones distinctas specie, & essentialiter inæquales. Pro hac nullus author profertur, suaderi tamen potest. 1. quia vnus est beatior alio in beatitudine essentiali, ergo est essentialiter beatior alio: ergo habet aliam essentiam beatitudinis, ac proinde visionis, cum beatitudo consistat in visione, vel non possit esse specie diuersa, sine diuersitate specifica visionis. 34 1. Opinio.

2. Quia is qui est alio beatior, videt clarius, & distinctius Deum, ergo videt aliquid eminenter, imo & formaliter existens in Deo, quod non videt alius. Quæ consequentia inferius ostendetur: hoc autem sufficit ad specificam distinctionem visionis, ergo. Minor probatur nam attingere illud est intrinsecum huic visioni, & commue cum alia visione æque clara & distincta, quæ datur, vel dari potest, non autem est commune cum alia inæquali, & inferiori. Quæcumque autem distinctio in aliquo intrinseco communi multis, est essentialis, siquidem iuxta quamcumque conuenientiam essentialem est etiam essentialis differentia ab alijs, ergo talis distinctio est essentialis. 2. Opinio.

3. Quia ad diuersitatem specificam cognitionis sufficit attingere diuersum obiectum materiale, vel diuersam rationem obiectiuã in illo existentem: sed omnes visiones inæquales, sunt huiusmodi, ergo sunt essentialiter diuersæ, sicut & imagines, quæ repræsentarent diuersa obiecta adæquata, vel adæquate diuersas rationes obiectiuas eiusdem rei.

2 Sententia, omnes visiones in Angelis existentes differre specie ab his quæ sunt in hominibus & quæ sunt in Angelis diuersis specie, esse etiam diuersas specie. Ita Maior, 4. d 49. q. 11. Suadetur 1. quia actus potentiarum specie diuersarum differunt specie: sed intellectus hominis, & Angeli, & Angelorum diuersorum specie, differunt specie, ergo & actus eorum, seu visiones, quibus vident Deum.

2. Quia intellectio Angelica, & humana, sunt genera diuersa non subalternatim posita, sed eadem species non potest contineri in diuersis generibus non subalternatim positas, ergo visio Dei quæ est in homine, debet specie differre ab ea, quæ est in Angelo.

3. Quia omnes actus naturales hominis,

& Angeli differunt specie. ergo & supernaturales; sicut etiam omnes actus Dei sunt diuersæ rationis ab omnibus actibus creaturæ. Hãc opinionem probabilem putat Palu. 4. d. 49. q. 5. & iuxta hunc modum variari posse ordines Angelorum, licet affirmare non audeat.

3. opinio. 3. Opinio, de potentia absoluta posse visionem essentialiter perfectiorem ea, quæ nunc est in omnibus beatis hominibus, & Angelis, & est eiusdem speciei in omnibus illis: non enim videtur repugnare, vt detur aliqua gratia excellentior essentialiter, & similiter aliud lumen gloriæ, & alia visio, & sane si fieri possent aliquæ creaturæ, quibus visio Dei esset connaturalis, vni esset connaturalis visiovnius speciei, alij alterius. Sicut modo vni Angelo est connaturalis cognitio diuina vnius speciei, alij vero alterius.

35. 4. Opinio absolute affirmat, omnes beatificas visiones esse eiusdem speciei, siue sint in hominibus, siue in Angelis. Ita Dura. 3. d. 14. q. 1. a. 2. & 2. d. 23 q. 2. &, 4. d. 49. q. 6. Marsi. 3. q. 10. art. 2. Sot. 4. d. 49. q. 3. art. 2. Palac. q. 1. Molin. 1. p. q. 12. art. 6. disp. 5. Vazq. 1. p. disp. 47. c. 7. Scot. 2. d. 1. q. 6. ad. 1. Mayro. d. 3. q. 1. Valen. 1. 2. disput. 1. q. 5. punct. 3. in fine. Caieta. 3. p q. 10. quem citat, & sequitur Suar. ibi disp. 26. in præfatione.

4. Opinio. Authoris.

1. Prob. Suadetur cum Duran. 1. quia gratia & charitas, quę est radix, & principium meriti, & cui correspondet præmium, & beatitudo, est eiusdem speciei in omnibus beatis, de quo dicemus in materia de gratia, & aliqui differunt. 1. p. q. 62. &. 3. p. q. 8. ergo & præmium, seu beatitudo, & visio Dei.

2 2. Quia istæ visiones habent idem obiectũ primarium, scilicet Deum, & sub eadem ratione formali, & sub eodem lumine ipsum attingunt, & eodem modo, habent etiam easdem causas principaliores, nempe essentiam diuinam, quæ cõcurrit effectiue ex parte obiecti, seu in ratione speciei & lumen gloriæ, de quo esse eiusdem speciei ait D. Tho. q. 9. de verit. art. 1 ad. 17. & Palac. supra; imo Caiet. 3. p. q. 10 art. 4. putat, nec de potentia absoluta dari posse lumen alterius speciei ab eo, quod in omnibus beatis est, & eiusdem speciei est, ergo omnes visiones sunt eiusdem speciei, licet intellectus ipsi, qui sunt causæ minus principales, & secundum aliquos mere instrumentales, differant specie, vt de intellectu Angelico & humano tenet Caiet. 1. 2. q. 50. art. 6. quod tamen Valen supra ait, non esse exploratum, maxime cum species ex causis sumi non soleat: idem enim effectus ex causis specie diuersis prouenire solet. Et præterea, si actus supernaturales à causis speciem sumere debent, potius summent à causis supernaturalibus, quã à naturalibus, & ab vltimo, & formalissimo complemento ipsarum, quale nunc est lumen gloriæ, quod est eiusdem speciei, quam ab eo, quod materiale est, & uelut inchoatio causæ, quale nunc est potentia naturalis.

3 3. Probatur, quia si beatitudo Angelica essentialiter esset perfectior humana, nunquam humana posset æquari Angelicæ, qui fuit error Eustratij, 6. ethi. cap. 6. & impugnatur à D. Tho. 3. contra gentes, cap. 57. ex illo Matth. 22. & Lucæ. 20. *Erunt sicut Angeli in cœlo*, potissimùm enim est ibi sermo de æqualitate non in gradu intensionis, vel claritatis, sed in specie visionis & beatitudinis, vt communiter scholastici Doctores interpretantur. Quamuis vt notat Vazquez loco citato, nullus ex patribus, neque ex recentioribus scripturæ interpretibus locum hunc sic intelligat: in eo enim non de visione, sed de incorruptione futuræ vitæ agitur. Ibidem etiam adducit D. Tho. quòd Apocalyp. 10. Eadem mensura hominis, & Angeli esse perhibetur; & quòd sæpe Angeli in forma hominum describuntur, vel in toto, vt patet de Angelis, qui appruerunt Abrahæ, in similitudine virorum, Genes. 18. vel in parte, vt Ezech. 1. *Manus eorum sub pennis eorum.*

4 4. Probatur, alioqui Angeli omnes essent beatiores Christo, & eius matre nedum alijs hominibus, quod est absurdum, & erroneum, vt recte docet, D. Tho. 1. p. q. 108. art. 2. & 2. d. 9. q. 1. art. 8. & 3. contra gentes, cap. 53. & 57. R. Maior, excessum in specifica perfectione abunde compensari per excessum in gradu claritatis, & distinctionis. Sed sane inconueniens videtur asserere, aliquam beatitudinem esse perfectiorem essentialiter beatitudine animæ Christi; debuit enim eleuari ad perfectissimam speciem beatitudinis; neque potest dici, non esse capacem, quia saltem speciali miraculo potuit actus qui petebat esse in Angels, vt in subiecto sibi connaturali, collocari in anima Christi, imo in ea deberet collocari multiplex species beatitudines supernaturalis, siquidem multiplicis est capax. Præterea, aliqui reijciunt illam solutionem Maioris, quia licet in ordine ad effectum extrinsecum, vel vtilitates humanas interdum multitudo, magnitudo, vel intensio in re inferioris rationis censeatur æquiualere, aut præstare rei nobilioris speciei, tamen secundum se melior, & expetibilior est res nobilior in specie, quam alia in quacumque quantitate, magnitudine, vel intensione, ergo si visio Angelica est melior in specie, erit in se melior & expetibilior visione humana, cuiuscumque gradus sit.

Sed

Sed obijci potest, quia melior mihi est in esse moris, & naturæ intensissimus actus fortitudinis, quam remissus iustitiæ; qui tamen est in specie sua excellentior; & eodem modo potest mihi esse melior, & expetibilior comprehensiua cognitio naturalis, equi, quam sola cognitio quiditatiua eiusdem equi, quæ ex intellectu Angeli ad meum transferretur, cum res magis appetat formas connaturales, vel quibus ipsa est connaturale subiectum, quam reliquas formas, etiam si sint aliquanto perfectiores, secus si sint multo perfectiores.

5. Probatur ex nonnullis testimonijs Augusti. allatis sectio. 1. in quibus videtur eandem speciem charitatis gratiæ, luminis gloriæ, visionis, & Beatitudinis tribuere Angelis, & hominibus. 5.

Confirmatur quia fides, & spes hominum, & Angelum in via fuit eiusdem speciei quantum ad actum, & habitum, vt. 1. 2. docuimus ergo similiter est eadem visio, & gloria, par enim ratio est in his omnibus. Confirmd.

6. Speciatim de visionibus in hominibus probatur, quia nullus hactenus dubitauit, quin omnes essent eiusdem speciei atomæ, quod est scripturis consentaneum; semper enim promittunt hominibus idem præmum, eandem Beatitudinem, & mercedem, eundemque denarium diurnum, quod intelligitur non solum de identitate Beatitudinis obiectiuæ, sed etiam formalis secundum speciem: Confirmant aliqui, quia si Beatitudo vnius hominis est essentialiter maior quam alterius, ille non erit satiatus, qui minus perfectam Beatitudinem habeat, quam potuerit habere. Sed idem argumentum fit de inæqualitate graduum, & postea soluetur. Sed melius confirmatur, quia sic quilibet homo carebit varijs speciebus visionis Dei, quarum omnium fuit capax collectiue, vel saltem diuisiue. 6. Confirmd.

Item confirmatur, quia si visiones in hominibus essent diuersæ speciei, etiam lumina differrent specie, vt ait Palacios supra, consequens est falsum ergo. Sed posset negari maior, quia ab eodem habitu prouenire possunt actus specie diuersi: latius enim patet habitus, quam actus: & similiter posset dici de lumine in homine & Angelo esse diuersum specie, quia vnum ex natura sua habet iuuare potentiam Angelicam, aliud humanam, sicut etiam infra distinguemus specie lumen ex natura sua permanens, ab eo, quod ex natura sua est fluens, quale forte fuit in Paulo tempore raptus. Similiter etiam posset dici, visiones beatificas in hominibus, & Angelis esse specie diuersas, quia vna expetit: prodire à potentia humana, & in illa recipi alia vero esse in potentia Angelica, & in ea recipi. Confirmd.

Nihilominus aliquæ ex superioribus rationibus probabiles sunt, sed præcipue propter authoritatem doctorum complectenda est sententia. Conclu. 4. 36.

Ad. 1. 1. Opinionis R. inæqualitatem esse in Beatitudine essentiali, id est in forma, quæ est Beatitudo essentialis sed inæqualitas, quæ in illa est, non est essentialis. Vnde non est admittendum vnum esse essentialiter beatiorē alio, sed esse beatiorem in Beatitudine essentiali. Sed. 2. & 3 argumentum difficile solui possunt R. tamen ad 2. illam conuenientiam, & differentiam totam esse extrinsecam, & accidentalem actui: sicut enim in visione corporali extrinsecum, & accidentale est attingere albedinem, verbi gratia, in tali, vel tali intensione, & extensione, figura &c. Et eadā specie, & numero manet nūc cōtractior nūc extensior: idēq. cerni potest in visione intellectuali, qua videmus nostros actus intellectus, vel voluntatis, & qua vnus Angelus videt alium, vel aliquid materiale: ita in visione Dei solum est intrinsecum videre Deum in seipso visione intrinsece determinata per suam hecceitatem, reliqua sunt extrinseca, & accidentali, & ita visio Dei eadem numero manens, potest saltem de potentia Dei absoluta contrahi, & extendi: plura, & pauciora obiecta creata in Deo attingere, & plures vel pauciores modos formaliter existentes in Deo, seu plures vel, pauciores respectus transcendentales Dei ad creaturas. Alij ad argumentum Respondent, illas conuenientias, & differentias esse intrinsecas, & substantiales, sed indiuiduales, & non specificas, aut essentiales: & in differentia indiuiduali esse latitudinem quandam. Sed in simili reiectum est, tractatu. 1. disputatione. 6. sectione. 2. & in sequentibus sæpe impugnabitur, præsertim disputatione. 4. sectione. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. vbi de comparatione visionis beatificæ disseretur. Ad. 1. pri. mæ. Opinionis. Ad. 2.

Ad. 3. R. diuersitatem specificam obiecti materialis secundarij non variare speciem notitiæ intuitiuæ. Et idem dico de diuersitate rationis obiectiuæ inuentæ in obiecto primario, licet ea sufficiat ad vtarietatem notitiæ abstractiuæ. Alia enit notitia abstractiua est, qua cognosco hominem, vt animal, alia vt corpus, alia vt substantiam, alia vt rationalem: recte ergo Molina supra ait, omnes visiones Dei esse eiusdem speciei, quia species sumitur ex obiecto primario, quod est idem in omnibus, nempe diuina essentia. Ad. 3.

Ad. 1. argumen. 2. sententiæ R. Molina. actus naturales diuersarum potentiarum distingui specie, quia ad illos maxime influunt potentiæ Ad. 1. 2. opinionis.

tentiæ ipsæ, at vero supernaturales secundum suam substantiam, non distingui specie ex potentijs, quia parum influunt, & sunt aliæ causæ, quæ magis influunt, Sed hoc non caret difficultate, quia ad specificationem actus parum pertinere videtur, quod potentia magis, vel minus influat effectiue. Vnde dici potest vel non omnes intellectiones naturales hominis differre specie ab omnibus Angelicis, sed quæ habeant diuersum obiectum, vel diuersam rationem formalem sub qua, vel diuersum modum attingendi. Vel denique id competere actibus naturalibus ob suam imperfectionem vt ex propria ratione quidam sint contracti & determinati ad intellectum humanum, alij ad Angelium, & forte alij ad intellectum vnius Angeli, alij ad intellectum alterius; actus vero supernaturales ex sua perfectione habent maiorem latitudinem, vt scilicet quilibit ex natura sua possit afficere quemcumque intellectum, & ab eo manare. Idem potest dici de gratia humana, & Angelica, & de dilectione, & delectatione humana, & Angelica. Hoc ipsum de actuali dilectione ait Vazquez supra, licet alia ratione moueatur, nimirum, quia visio tam in homine, quam in Angelo procedit ab eodem principio, nempe specie impressa eiusdem rationis, vel essentia diuina concurrente loco speciei impressę. Et similiter dilectio tã in homine, quam in Angelo procedit ab eodem habitu charitatis. Sed obijci potest, quia species, aut diuina essentia non est totale principium visionis, neque habitus charitatis totale principium dilectionis, sed horum actuũ alia prinipia diuersa essentiatiter sunt in homine, & in Angelo, & sic videtur actus esse specie diuersos. Ideo retinenda prior solutio.

Alia solutio, esse potest, intellectum humanum, & Angelicũ non differre specie, sicut cõmuniter dicitur de visu hominis, & aquilę. Sed doctrina cõmunis est, visũ hominis, & Aquilæ esse eiusdem speciei, quia organũ, & obiectum est eiusdem rationis, nõ vero intellectum hominis & Angeli de quo vide Paludanũ. 4.d. 49.q.1.conclu.3. & instantia prima.

37. Ad.2. Ad.2. R. Quidam recentiorum supra, intellectionem creatam analogice dici de intellectione supernaturali quoad substantiam, qualis est sola visio Dei, & naturalem quoad substãtiam, quales sunt reliquæ cognitiones. Vnde visio Dei, quæ est in Angelo, non continetur subintellectione Angelica, neq. ea quæ est in homine subintellectione humana, vt sub genere, vel aliquo prædicato superiori vniuoco, ac proinde nec diuersa individua vnius speciei cõtinẽtur essentialiter sub diuersis generibus, non subalternatim positis. Additque, esto diceremus visiones beatificas hominũ, & Angelorũ, specie interse distingui, cũ negandũ non esset illas omnes cõuenire vniuoce in aliquo genere, scilicet visione beatifica, nõ effugeremus vim argumẽti illud enim genus, quoad aliam, & aliam partẽ sibi subiectam collocaretur similiter sub duobus generibus, nõ subalternatim positis, nempe sub intellectione humana, & Angelica in communi. Sed hæc solutio difficultates aliquas habet. 1. quia intellectiones, & aliæ qualitates naturales, & supernaturales re vere cõueniũt vniuoce in genere qualitatis, & qualitatis supernaturalis, & spiritualis, & ad intellectum spectantis, & habentis Deũ pro obiecto; cur enim in his prædicatis non cõueniant vniuoce?

Intellectio vniuoce dicitur de naturalibus, & supernaturalibus quoad substantiam.

2. Quia aliæ sunt cognitiones supernaturales qnoad substantiã, vt cognitio prophetica, de qua id docet D. Tho. 2.2.q.171.art.2.ad.3. & Caiet ibi de actibus etiã virtutũ Theologicarũ idẽ suo loco dicemus cũ cõmuni Theologorũ, & hæ omnes cõueniũt vniuoce in genere intellectionis, & intellectionis supernaturalis quoad substantiam.

3. Quia si visio Dei nec cũ alijs supernaturalibus cognitionibus cõuenit generice, ipsa erit genus supremum continens sub se plures species, vel erit species nullum habens genus Vtrumq. autẽ absurdũ videtur. Quare aliter R. ad argumẽ. intellectionẽ humanã, & Angelicã nõ esse genera, cũ inuoluãt aliquid accidẽ tale alicui intellectioni scilicet visioni Dei, cui accidit esse in homine, vel Angelo. Vnde eo argumẽto nõ colligitur eãdẽ speciẽ secundũ diuersa indiuidua collocari sub diuersis generibus disparatis, aut incompatibilibus.

Ad fundamẽtũ 3 sententiæ.

Ad fundamentum sententiæ 3. R esse repugnantiam, quod sit alia gratia superiorista, vel alia visio, aliud lumẽ gloriæ superius præsenti & quod aliquid horum sit connaturale alicui creaturæ.

38. *Corolariũ. Cognitio beatifica est specifice nobilior quacũque alia cognitione possibili.*

Ex dictis patet, visionem beatificam quæ nunc est in quouis beato, inter omnes creatas cognitiones excellere secũdum specificam perfectionẽ. In primis enim excedit omnem actum, qui habeat pro obiecto creaturam, quia Deus est obiectum excellentius: & in modo intelligendi obiectum nulla superat saltẽ ita vt excessum obiecti, quẽ habet visio Dei, cõpensare possit. Licet enim cognitio alicuius creaturæ possit excedere, in quãtum sit comprehensiua; tamen melius est Deũ videre sine comprehensione, quam creaturam comprehẽdere, etiam si illa sit suprema. Ita docet Maior. 1.d. 14.q.1. Inter cognitiones etiam Dei constat hanc excellere, quia est quiditatiua, & intuitiua simplex, incorruptibilis inuariabilis Cæteræ vero vero cognitiones, quæ specie differunt ab ista, nihil horum habent.

bent. Nulla enim visio Dei datur, nec dari potest de potentia absoluta, quæ sit alterius speciei ab ista, ac proinde nec perfectior essentialiter, vt cum Caietano docet Suarez.3.p. disput.26.in eius præfatione.

Prædictis consonat Durandus. 4.d.49. q.6. dicens, omnes visiones Dei possibiles, esse eiusdem speciei, siue fiant à lumine siue non. Paludanus autem ibi. q.5. probabile putat, posse etiam in homine esse diuersas specie ex diuersitate principiorum, vel ex diuersitate rationum, quæ in Deo videntur; nam vnus in Deo videt vnam rationem, alius aliam, & forte in Christo esse vnam visionem adeo perfectam, vt nullus de potentia absoluta possit habere ita perfectam in specie, & in Angelis diuersæ Hierarchiæ, esse visiones diuersæ speciei. Eas vero quæ sunt in Angelis eiusdem Hierarchiæ, solum differre intensione, & remissione. Addit autem; hæc tamen quia non sapiunt comunem doctrinam, sine assertione dicta sint ad dandum materiam cogitãdi. Teneo tamẽ omnes possibiles esse eiusdem speciei, quia principia non sufficiunt illas distinguere, & obiectum materiale, & ratio sub qua est eadem. Nec refert, quod vnus cognoscat Deum formaliter, & explicite secundum vnam rationem, & alius secundum aliam, quia species in actibus à materiali obiecto sumitur & à ratione sub qua, non à ratione quæ, & alioqui in eodem beato possent constitui multæ visiones. quia plura accidentia specie diuersa possunt esse simul in eodem subiecto, si non sint contraria, seu oppo sita aliquomodo.

Visio Dei facta lumine permanẽtieius dẽ speciei est cũ eaq. fieret lumine fluẽti.

Ex quibus etiam patet falso Medinam q. 5. art. 4. vt probabile dixisse, visionem quæ fit lumine permanente esse diuersam specie ab ea, quæ fit lumine transeunte, vel auxilio extrinseco, qualis fuit in Paulo, & Moyse. Nam sicut contritio, quæ fit ab habitu, nõ est distincta specie abea quæ fit auxilio fluenti extrinseco, vel intrinseco, ita nec visio, quæ fit à lumine permanente, est alterius speciei ab ea quæ fit lumine transeunte, vel auxilio extrinseco, quia neutra poscit magis vnum principium, quam aliud &; eodem modo censeo motum grauis incentrum eiusdem speciei esse, siue fiat à grauitate, siue ab impetu siue ab vtroque.

Disputatio quarta

De obiecto Visionis beatificæ.

Sectio Prima. Vtrum Deus in seipso sit immediatum obiectum visionis beatificæ.

ARmeni, quos supepresso nomine refert D. Tho. 1. p. q. 12. art. 1. dixere, nullum intellectum creatum euehi posse ad intuitum diuinæ essentiæ & beatos solum videre fulgorem, & claritatem, seu quasdam Theophanias, & splendores diuinæ essentię. Hunc errorem Armenis tribuit Armacanus. li. 14. de quæstionibus Armen. c. 1. Castro li. cõtra hæres, verbo beatitudo, hæresi. 1. Prateol, in suo elencho hæresum, verbo Armeni. 1.

Error Armenorũ negãtiũ Deum in seipso videri à beatis.

Tametsi Nicephorus lib. 18. capit. 53. eorum recensens errores, inter illos hunc non numeret, & Sanderus. 7. de visibili monarchia hæresi. 118. solum dicat docuisse Armenos, Deum ante diem iudicij à Beatis non videri. Quod docuisse asserit Castro supra hæresi. 6. Sed non inde colligitur post Diem iudicij Deum à beatis esse in seipso videndum. Et merito Vazquez. 1. p. disputatio. 37. capit. 1. standum putat Armacano, qui optime eorum errores nouerat. Eundem errorem græcis recentioribus tribuit Armacanus ibi.

Eundem errorem tenuit Ioannes Scotus Anglicus super Dionysium, capit. 1. cælestis hierarchiæ, vt refert Henricus. 1. p. summæ, art. 24. q. 1. & art. 37. q. 2. Eundem errorem secuti sunt Petrus Abailardus, Arnaldus Brixiensis, Almaricus tempore Innocentij. 3 (quo etiam Albigenses in Gallijs dogmatizare cœperũt) vt referunt Castro, verbo beatitudo, hæresi. 1. Bernardus de lucemburgo in cathalogo hæreticorum, Turrecremata. 4. Summæ. p. 2. cap. 35. Molina. 1. p. q. 12. art. 1. disp. 1. Valentia puncto. 1. & 1. 2. disputa. 1. q. 5. puncto. 2. Vazquez disput. citata, Guido Carmelita, & Prateolus in elencho hæresum, sub nominibus horum hæreticorum, & quamuis Bernardus cuius tempore fuit Petrus Abailardus impugnans eius errores ab epistola 178. vsque ad. 198. nullam mẽtionem huius erroris fecerit: ait tamen alios habuisse errores præter eos, quos ipse refert. Nec dubium quin Arnaldus in ea fuerit sententia, si eam docuit Abailardus, nam teste Bernardo epist. 190. hic secutus est tanquam magistrum Abailardum. Huius erroris etiam meminit Gregorius 18. moral cap. 38. & 39. & sumptus videtur ex aliquibus philosophis; Alpharabius enim in fine suæ ethicæ dixit intellectum nostrum posse ad eũ statum posse, vt intelligat quiditatiue, ac videat substãtias separatas, licet oppositum tenuerit libr. de intellectu vt refert Auerroes. 3. animæ. t. 36. & D. Tho. 4. d. 49. q. 2. art. 1.

In eius autem fauorem arguitur. 1. ex Paulo 1. ad Thimoth. 1. *Regi sæculorum immortali, & inuisibili*: & capit. 6. *lucem habitat*

2. Argu. 1.

tat inacceſtibilem, quem nullus hominum vidit, ſed neque videre poteſt: Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam*, Ioan. 6. *Patrem non vidit quiſquam niſi is qui eſt à Deo: Vnigenitus qui, eſt in ſinu patris ipſe, enarrauit.* Vbi Irenæus lib. 1. cap. 38. Athanaſius. 3. &. 4. de vnita deitate Trinitatis, & Euariſtus epiſto. 1. legunt, niſi vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, & Auguſti tracta. 3. in Ioan: ſed vnigenitus & ſimile eſt quod dicitur. 1. Ioan. 4. *Deum nemo vidit vnquam &c.* Quæ loca ad Angelos extendit Chryſoſto. Theophy. & Euthym. ibi. Ambro. 1. in Lucam. capit. de apparitione Angeli, & Theodoretus dialogo immutabilis, ſeu in Eraniſte poſt folium. 3. & Ianſeni. in concordia, capitu. 15. Ad idem eſt Paulus Hebræorum. 11. *Inuiſibilem tanquam videns ſuſtinuit.* Exod. 33. *Videbis poſteriora mea: faciem autem meam videre non poteris*: Matth. 11. & Lucæ. 10. *Nemo nouit patrem niſi filius*: Et 1. Chorinthi. 2. *quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi ſpiritus Dei.* Roma. 11. & ſapi. 9. & Iſai. 40. *quis cognouit ſenſum domini.* Hieronymus relatus ab Auguſtin. epiſto. 111. ad Fortunatianum ait: non ſolum homines, verum neque Angelos, neque thronos, neque dominationes neque poteſtates, neque omne nomen, quod nominatur poſſe videre Deum ſicuti eſt in ſua natura. Similia habet Hieronymus. Epiſto. 15. to. 9. & Iſai. 1. in illa verba: *Audite verbum domini principes Sodomorum*, &. cap. 7. in id; *Et ea quæ ſubipſo erant*; et Primaſius in id. 1. Corint. 13. *Cognoſcam ſicut & cognitus ſum.* Iſidorus Exod. 41. Baſilius. 1. contra Eunomium poſt medium, & homi. 1. Hexameron, vbi docet. Moyſem vidiſſe eſſentiam Dei, ſicut Angeli. Moſes enim non vidit diuinam eſſentiam, vt in ſe eſt, alioqui falſo dixiſſet idem Baſil. homil. 21. de potentia ſeu principatu, nullum hominem vidiſſe eſſentiam Dei: ergo ſecundum Baſilium, neque Angeli vident diuinam eſſentiam in ſeipſa. Quod etiam colligitur ex eodem homil. de vera, & pia fide, & oratione. 20. earum, quæ ex eius ſcriptis ſunt collectæ à Symone græco: quam ait ſe ſumpſiſſe ex concione Baſilij de incomprehenſibilitate Dei. Idem videntur docere Athanaſius & Nazianzenus, apud Auguſtinum ibidem: locus Nazianzeni eſt oratione. 34. Athanaſii vero ſermone in id Matth. 11: Omnia mihi rradita ſunt à Patre meo. Ambroſius etiam. 1. in lucam, capit. de apparitione Angeli: id Ioann. 1. *Deum nemo vidit vnquam*, extendit ad principatus, & poteſtates. Hic locus refertur ab Auguſtin. Epiſto. 112 capit. 6. Idem Ambroſius. 1. de Spiritu ſancto capit. 1. ait, ibi excludi omnem creaturam, non vero ſilium, & ſpiritum ſanctum. Ad idem ſunt Epiphanius hæreſi. 70. Dionyſius cap. 1. diuino nominum, & epiſt. ad Dorotheum, Cyril. Alexandrinus. 11. Theſauri, ca. 1, & 1. in Ioan. c. 22. & lib. 8. cap. 8. Cyril. Hieroſolym cateche. 6. Nyſſenus, lib. de Beatitudinibus, oratione. 6. explicans id: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Matth. 5. idemque docet oratio. 7. & libro de vita Moyſis, Irenæ. li. 4. cap. 37. Chryſoſt. Homi. 14. in Ioan. homi. 23. in genes. circa finem, & homil. 32. circa principium, & homilijs de incomprehenſibili Dei natura contra Anomæos, præſertim in. 3. &. 4. Cyprianus. lib. de idolorum vanitate, vbi probare videtur ſententiam Hoſtani magi negantis, formam veri Dei conſpici poſſe, etiam ab Angelis ſedi eius aſsiſtentibus. Dequo loco vide Iacobum Pamel ibi, num. 53. & Auguſti. lib. de Baptiſmo contra Donatiſtas in fine. Eandem ſententiam tenere videntur Theodoretus ſupra, & in id Pſal. 103: *amictus lumine* &c. Theophylactus., & Euthimius Ioan 1. explicantes id: *Deum nemo vidit vnquam*: Aliquorum exiſtis verba refert D. Thom. 1. p. q. 12. arti. 1. argum. ſed contra, & Valen. ibi, puncto. 1. & Sixtus. 6. Biblio. annot. 13. & 182. & lib. 5. annota. 78. ſed fuſius Vazquez. 1 p. diſputa. 37 cap. 2. 3. & 4.

Hieron. Primaſius. Iſidorus. Baſilius. Athana. Nazianz. Ambro. Epiphan. Diony. Cyril. Ale. Cyril. Iero ſoli. Nyſſe. Irenæus. Chraſoſto. Cypria. Theophy. Euthym.

2. Arguitur, quia implicat videri Angelum aut aliquid ſpirrtuale viſu corporeo, vt diſputatione ſequenti, ſectione. 1. dicetur, ſed magis diſtat Deus à quolibet intellectu creato, quã Angelus à viſu corporeo, ergo magis implicat Deum videri abintellectu creato, 2. argum.

3. Quia obiectum, & potentia debent proportionari: finiti autem ad infinitum nulla eſt proportio, ergo Deus, qui infinitus eſt, intellectu creato, qui finitus eſt, videri non poteſt. Nec valet dicere, proportionari in genere cognoſcibilis, licet non in genere entis, quia cognoſcibilitas ſequitur entitatem, ergo ſi Deus eſt improportionatus in genere entis intellectui creato, etiam erit improportionatus in genere cognoſcibilis. 3. argum.

Confirmatur ex Ariſto. 1. phyſicorum capit. 4. infinitum, qua ratione infinitum, nobis ignotum eſt, ſed Deus eſt infinitus, ergo non poterit in ſeipſo videri à nobis.

4. Viſio Dei eſt infinite perfecta, ſed nihil creatum poteſt eſſe infinite perfectum, ego nihil creatũ poteſt eſſe viſio Dei. Maior patet, nã viſio eſt perfectior, quo perfectoris obiecti, ergo viſio Dei, qui eſt infinitus, debet eſſe infinita, & alioqui viſio creaturæ poſſet adæquare, & excedere perfectionẽ viſionis Dei, Si enim viſio Dei eſt finita, ſit. v. g. vt. 10. detur etiã viſio alicuius creaturæ perfecta, vt vnũ, viſio alterius creaturę perfectioris erit vt duo & alterius per- 4. argum.

perfectioris, vt tria & sic deinceps, ergo perueniretur ad creaturam, cuius visio æquet, & superet visionem Dei. *Neque satisfacies si dicas* solum probari infinitam perfectionem secundum quid, & in certo genere, quæ infinitas non repugnat creaturæ, nam dicta supputatio etiam procedit in perfectione simpliciter, et secundum totam latitudinem, & ambitum entis. Visio enim cuiuscumque obiecti habet aliquam perfectionem simpliciter; & nobilioris obiecti maiorem, ergo infiniti infinitam; alioqui tanta poterit esse perfectio simpliciter in visione rei creatæ, quanta in visione Dei; imo & maior, & sic in eius visione, potius quam in visione Dei, Beatitudo consisteret.

Confirma. Confirmatur, nam repugnat infinitum in proprio genere, vt infinita linea, vel albedo &c. ergo infinita visio ex parte obiecti, ac proinde infinita visio Dei.

3. Confir. De fide est Deũ in se ipso abeatis videri. His non obstantibus, de fide certum est, Deum in seipso videri posse, vt docent Bonaventura. 3. d. 14. art. 1. quæsti. 3. & alij eadem. d. &. 4. d 49. Alexa. 2. p. q. 98. memb. 2. art. 1. Henricus quodlib. 3. q 1 Antonin. 4. p. tit. 7. capit. 7. §. 2. & alij omnes cum D. Tho. 1. p. q. 12. art. 1. vbi ait, oppositam sententiam non posse conuenienter defendi, & art. 2. esse erroneam, &. 4. d. 49. q. 2. art. 1. vbi ait, de fide esse Deum posse videri per essentiam. Vocat autem videri per essentiam, videri ita vt terminus proximus, formalis, & immediatus sit eius essentia, siue ea sit principium quo talis visionis, siue non, dequo disputati, sequenti differetur. Et ita se explicat D Tho. infra. q. 93 art. 2 & quodlib. 7. art 1. Videri autem Deum per essentiam, vt per terminum proximum est videri in seipso, ergo secundum D. Thom. de fide est Deum in seipso videri posse. Quod patet ex

1 Prob. ex scriptu. Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Vbi hæc visio ponitur tanquam præmium beatorum: est enim merces operum, vt docet Augustinus locis citatis, disputatione. 2. sectione. 5. opinione. 3. Et hunc locum de futuræ vitæ visione exponit Ambrosius. 5. in lucam cap. de beatitudinibus, & Chrysost. hom. 15. in Matth & homi. 6. ex varijs locis in Matth & D. Th. infra. q. 69. art. 2. & art. 4. ad. 1. &. Nysse oratione 6. de Beatitudini, vbi tamẽ ne admittat Deum in se ipso videri à beatis, interpretatur de visione, qua beatus videt Deum in seipso, tanquam in perfecta quadam imagine eminenti quadam ratione participante Deitatem, quod est sine vlla necessitate detorquere scripturam ad sensus metaphoricos, & improprios. Melius ergo Augu. ep. 112. cap. 4. Hilarius can. 4. in Matth. & alij nunc citati hunc locum de visione Dei in seipso interpretantur; imo Augusti, loco citato ex hoc testimonio hanc veritatem sciri, & credi (quod idem est) affirmat. Id etiam Ioan. 14. *manifestabo ei me ipsum*: de visione Dei exponit Augusti. tracta 75. in Ioan in fine, & tractatu 76. in id: *mansionem apud eum faciemus.* Ad idem est id Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Quod etiam de hominibus intelligendum docet Augustinus, epistola. 112. cap. 8: *Erunt enim sicut Angeli Dei*: Matth. 22. videlicet, non solum in incorruptione, & carentia matrimonij, sed in visione Dei, & alijs multis. Item. 1. Corinth. 13: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum*: &. 1. Ioan. 3. *Cum apparuerit, similes ei erimus*, scilicet Deo, vt Deus est: *quia videbimus enim sicuti est*: Scilicet visione spiritualis diuinitatis, vt explicant Concili. Francofordien. epistola. ad Episcopos Hispaniæ, Euaristus, epistola. 1. Augusti. epistola. 112. cap. 7. &. 10. Nazian. & alij; item Apoca. 22: *Serui eius seruient ei, & videbunt faciem eius*: Psal. 140. *faciem tuam Domine requiram*: Psal. 26. *quærite faciem eius semper.*

Obiect. Dices, in scriptura sæpe dicitur, videri Deus & interdum, facie ad faciem, licet non in se, sed in aliqua imagine, vel corpore à se, aut Angelo vicem eius gerente assumpto, videatur. Sic Iacob dixit, se vidisse Deum facie ad faciem: cum tamen solum viderit Angelum in corpore assumpto, Deum repræsentantem: Iob: *in carne mea videbo Deum saluatorem meum*: scilicet in humanitate: loquitur enim de visione corporali. Præmiserat namque: *Et oculi mei conspecturi sunt*: sic etiam videbit omnis caro salutare Dei. *Gene. 30.* *Iob. 19.*

Respon. R. vbi potest reperiri proprietas verborum, non est recurrennum ad metaphoras: priora autem loca de vera visione Dei in se, sine incommodo exponi possunt, ideo sic exponenda sunt, maxime cum. 1. Ioan. 3. dicatur: *Videbimus eum sicuti est* Quid enim clarius dici poterat? In locis autem obiectis, non esse sermonem de visione Dei in se, patet ex Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam*: Et exodi. 33. *non videbit me homo, & viuet.* Nam si nullus vidit Deum inse, illi qui in locis obiectis commemorantur, nõ viderunt Deũ in se. Præterea. 1. Cor. 13. Paul. opponit hanc visionem speculari, ænigmaticæ & ex parte, ergo cũ ait facie ad faciẽ, loquitur de visione Dei in se, ideo ait: *tunc cognoscã sicut & cognitus sum.* Præterea, cum Angelis tribuitur videre faciẽ; nõ potest intelligi de visione corporea, vel imaginaria, sed intellectuali

& pro-

& propria. Vnde Hilari. can. 18. in Matth. explanans id Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem patris*, & in id Psalm. 118. *Dilexi mandata tua: per faciem* intelligit substantiam Dei. Et passim Augustin. epist. 112. præsertim cap. 4. Grego. 18. Moral. cap. 28 alias. 38. &. 39. Neque obstat id. 1. Petri 2: *in quem desiderant Angeli prospicere*: nam si legamus in quæ, cum omnibus græcis patribus, & aliquibus codicibus vulgatis latinis, quia nimirum Angeli desiderabant intelligere, & completa videre mysteria quædam gratiæ, vt & postea intellexeruut, & viderunt, iuxta id ephe. 3. vt innotescat principatibus &c. nulla est difficultas: si vero legamus, vt legendum est, in quem, vt vulgatus Codex à Sixto. V. emendatus legit, desiderii illud non est affectus rei absentis, sed satietas sine fastidio, iuxta id Psal. 16. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*, vt exponit Greg. supra Beda lib. quæstionum. q. 9. to. 8. Isidorus lib. sententiarum, sententia. 22. vel quod in idem recidit, & sumitur ex Alensi. 1. p. q. 25. num. 1. desiderium illud non ett de inceptione visionis, sed de continuatione, non est visionis acquirendæ, sed conseruandæ; iuxta id; qui *edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient*. Deinde si Angeli desiderio ab soluto desiderant visionem, possibilis est: quod tantũ nunc intendimus. Præterea cũ dicitur Io. 1. *Deum nemo vidit vnquã*, sermo est de visione propria quia impropria multis cõmunicatafuerat, ergo, cũ subditur. *Vnigenitus, qui est in sinu eius, ipse enarrauit*; sensus est, Christum vt hominem vidisse Deum illa visione, qua nullus alius viderat, ideo tanquam oculatum testẽ potuisse narrare, quæ erant in sinu Dei, ergo & cæteri beati videbũt Deum in se, quia sunt capaces vt Christus, & erũt vbi Christus; *Vbi ego sum, illic & minister meus erit*: *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem* Christi. Ad idẽ est id Hebreo. 12. *Pacẽ sectamini cũ omnibus & sanctificationẽ, sine qua nemo videbit Deũ*: sci licet clare in sua natura, nã secundũ humanitatẽ, & secundũ diuinitatẽ prophetice, & ænigmatice potest quis sine sactitate Deum videre: & impij Deum viderunt, & videbunt in carne. Matth. 24. De qua illatione bene Fulgentius, lib. responsionum ad Ferrandum Diaconum, responsione. 3. Augusti lib. 1. de Trinitate, ca. vltimo, Armacanus. lib. 14. de quæstionibus Armenorum. cap. 3.

2. Probatur catholica sententia ex definitionibus ecclesiæ, nam Benedictus 12. in quadam extrauaganti, quam ad verbum refert Castro, verbo Beatitudo hæresi. 6. & Marsil. 4. q 13. a. 3. Supplementũ Gabrie. 4. d. 9. q. 2. a. 3. dubio. 3. Molin. 1. p. q. 12. a. 1. disp. 1. Sixtus. 6. Biblio. anno. 345. definiuit, sanctos post hãc vitam videre diuinam essentiam immediate se bene, clare, & aperte illis ostendentem. Quam extrauagantem multi cum Castro, & Sixto supra tribuunt Benedicto. 11. sed merito Valentia. 1. p. q. 12. puncto. 1. & passim eadem quæstione. & 1. 2. q 4 &. 5. eam tribuit Benedicto. 12. nam vere (vt ait Molina. & Franciscus Peña in commentarijs ad directorium inquisitorum, commento. 21. folio. 135. aperte docet) author huius extrauagantis fuit Benedictus. 12. qui successit Ioanni. 22. Ideo Marsilius supra, & Vega. 7. in Tridenti. cap. 3. Henricus de fine hominis, cap. 10. §. 1. & Canus. 12. de locis, cap. 14. in fine, & Bellarmi. 1. de Beat. capit 2. Sotus. 4. d. 45. q 1. ar. 3 conclusio 3. hanc extrauagantemt tribuunt Benedicto. 12. quod obseruandum, ne sæpe id repetamus. Idem colligitur ex Clementina ad nostrum de hæreticis, vbi damnantur Begardi, & Beguinæ afferentes, animam non indgere lumine gloriæ ad videndum Deum & ex cap. damnamus, de summa Trinitate, in fine, vbi damnatur dogma impij Almarici, & ex Senonensi Concilio tempore Bernardi, vbi damnatus est Petrus Abailardus, dequo multa Bernardus, epist. 187. vsq. ad. 194 Hæc veritas clare etiam supponitur vt certa de fide in Tridentino sessione. 25. de creto de inuocatione sanctorum, & expresse definita est ab Eugenio. 4. & Concilio florentino in litteris vnionis, quæ receptæ sunt ab vniuersa Synodo, & subscriptæ, licet postea fraudibus cuiusdam ex græcis Patriarchis Imperator græcus resilierit. Idem his verbis ait Concilium Francofordiense in epistola ad Episcopos Hispaniæ. *Prædicamus* (Scilicet Christum) *Deum verum, & viuum, & vere filium Dei, vt ad eius beatissimam visionem peruenire mereamur, in qua est æterna Beatitudo, & beata æternitas*. Probauerat autem ante medium epistolæ ex. 1. Ioan. 3, visionem hanc futuram Dei sicuti est.

2. prob. ex definitionibus Ecclesiæ.

3. Probatur ex traditione Patrum. Euar. Papa, qui fuit. 3. vel. 4. à Petro Epistola. 1. ad Aphricanos ait, beatos videre ipsum deitatem, non per ænigmata, & similitudines, sicut videbatur olim à prophetis. Ignatius, epistola ad Romanos, Epiphan. hæresi. 70. Nazianzenus oratione de suis rebus, dum mortẽ Cæsarij deplorat, & oratione de obitu Cæsarij, & oratione de sancto Basilio, & oratione de sancta Gorgonia, & oratione de plaga grandinis, & oratione. 25 in fine, vbi sic ait *In hoc igitur commune nomen* (Scilicet Dei) *crede, & prospere incede, & regna: atque hinc ad alterius vitæ Beatitudinem transibis. Ea porro vt mihi quidem videtur, in expressiore horum cognitione, ac comprehensione sita est*, ideſt, in visione

3. Probat. ex traditione. Euaristus. Ignatius. Epiphan. Naziãze.

visione Dei, vt ex prioribus locis magis constat. Dionysius de cœlesti hierarchia, cap. 4.
Dionysi. *Martial.* Martialis epistola ad Tolosanos, capit. 27.
Origenes Origenes. 1. Periarchon, capit. 1. explicans id Psal. 35. *In lumine tuo videbimus lumen.*
Irenæus. *Damasc.* Irenæus, lib. 1. cap. 38. Damascenus in historia Barlaam, cap. 8. circa finem, vbi inquit maximam damnatorum pœnam esse facie Dei priuari, & 1. de fide, capit. 1. vbi ait, Deum nemini visum iri, nisi cui voluerit filius reuelare, ac proinde Deum esse incomprehensibilem natura, idest inuisibilem viribus naturæ, non enim loquitur de incomprehensibilitate more scholasticorum, quidquid dicat Clictouæus. Idem docuit Ioan. Cypariotus Decade. 4. capit. 5. Beda in id Ioan. 3. quia videbimus cum sicuti est. Hilari. 4. in Matth. sic explicans id; Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, & alijs locis citatis probatione præcedenti. Et Iunilius. 1. in Genesim interrogatione 18. Bernardus sermo. 31. in Cantica. Augustinus epistola. 6. 111. 112. præsertim capit. 4. & 8. & epistola. 150. 10. Ciuita. cap. 13. libro vltimo. cap. 29. & penultimo. 14. Trinita. cap. 8. 4. Genesis ad litteram à cap. 23. 12. genes. ad litteram, cap. 34. tractatu 75. & 76. in Ioannem, Ambrosius in id Lucæ. 1. apparuit ei Angelus Domini, Gregorius 17. Moral. cap. 38. & 39. alias cap. 28. Clemens. 5. stromaton, non longe à principio. Ad idem sunt patres ex quibus inferius ostendetur, animas iustorum ante diem iudicij Deum videre.

Cypariot. *Beda.* *Hilarius.* *Iunilius,*

4. 4. probatur ratione, quam insinuat D. Th. 1. par. quæst. 12. art. 1. alioqui fælicitas nostra consisteret in cognitione creaturæ, vel incognitione Dei, quæ non esset intuitiua, nec quiditatiua, vtrumq. autem á fide & ratione alienum est.

4. probd. ex ratione.

5. probd. ex alia ratione. 5. id probat D. Thom. ibidem, & in hac par. quæst. 3. art. 8. & quæst. 5. art. 1. nam cognito effectu naturaliter consurgit appetitus videndi causam, vel ergo talis appetitus erit frustra, quod est inconueniens, vel possibilis est visio Dei, etiam de lege ordinaria. Hæc ratio, vt docent Banes, & Molina 1. par. q. 12. art. 1. magisque constabit ex sequentibus non multum vrget, sed est quædam congruentia. Nam appetitus videndi causam, qui naturaliter consurgit viso effectu est appetitus elicitus conditionatus; ad absolutum enim non est sufficiens fundamentum in natura: cum non possit esse naturaliter certum, aut probabile, Deum in se ipso videri posse, etiam de potentia ordinaria; talem autem appetitum conditionatum frustrari non est inconueniens, vt patet de appetitu volandi, & similibus: ergo, &c. *licet* verisimile sit, si visio Dei esset impossibilis, id aliqua ratione manifestatum fuisse à Deo, ne tam vehementi appetitu frustra homines, & Angeli cruciarentur: quod tamen manifestatum non est, sed oppositum, sequitur ergo visionem Dei esse possibilem. Et eodem modo intelligenda est similis ratio in appetitu fundata, qua D. Thom. 3. contragentes. capit. 79. probat resurrectionem esse possibilem, & futuram. neque enim homines naturali instinctu immortales, & beati esse vellemus, nisi esse possemus. Aliter hanc rationem defendere conatur. Vazquez. 1. par. quæst. 12. ar. 1. in annotationibus, & disputa. 37. cap. 5. in fine.

Confir. Confir. 1. ex Gregor. 18. Moral. capit. 39 qui ex. 1. Petri 1. in quem desiderant Angeli prospicere, hoc probat: nam desiderium sine fructu anxietatem habet, anxietas pœnam. Cum Beatitudine autem non conueniunt anxietas, & pœna: ergo.

Confir. 2. Confirmatur eadem ratio ex Augustino, 4. contra Iulia. capit. 3. asserente, neq. omnes homines naturali instinctu immortales, & beati esse vellemus, nisi esse possemus. Sed instinctus hic est ad Beatitudinem perfectam, quæ sine visione Dei non potest esse, ergo visio Dei est possibilis etiam de lege.

6 probd. ex aliara tione. 6. probatur, quia illa claritas, & fulgor Dei, in cuius visione consistit Beatitudo secundum aduersarios, non est Angelus, neq. aliqua alia substantia creata, neque aliquod accidens, ergo est ipsa Dei substantia, & essentia. Ratio est Gregor. 18. Moral. cap. 38.

7. probd. 7. rem conatur demonstrare Scotus, 4. dis. 49. quæst. 8. quia visus potest suum obiectum intuitiue cognoscere; ergo & intellectus, qui est potentia superior. Sed credo nulla ratione demonstrari posse aliquem actum supernaturalem quoad substantiam; & præsertim visionem beatificam esse possibilem. Non enim potest constare, potentias nostras eleuari posse ad concurrendum principaliter, aut instrumentaliter per se ad actus supernaturales, aut illos efficere posse forma aliqua supernaturali adiuncta. Et in visione beatifica sunt speciales difficultates, quæ tamen bene diluuntur. Vnde coniectura sit nõ implicare, id tamen minime demonstratur, & illa ratio Scoti non vrget. 1. quia non est necesse vt omnis perfectio naturæ inferioris conueniat superiori. Incorruptibilitas enim conuenit cælo, & non homini, & euidentia conuenit scientiæ naturali, & non fidei diuinæ. Eodem igitur modo, licet visus corporeus videre possit omne suum obie-

ctum, non sequitur, idem posse intellectum: & ratio assignari posset, quia videre corporeas aliquas qualitates modica perfectio est, ideo non mirum si in visum corporeum cadat. Videre autem Deum est tanta perfectio, vt non videatur posse cadere in intellectum creatum, præsertim humanum, sed tantum posse cernere corporea, vel etiam spiritus creatos. Imo Arriani, licet filium Dei dicerent esse creatum, dixerunt non posse ob suam excellentiam ab Angelis videri, vt late refert D. Augusti. lib. 1. contra Maximinum Arrianum. Præterea, si ratio illa vim haberet, etiam viribus naturæ posset intellectus Deum videre, vt visus corporeus omnia sua obiecta. Nisi dicas, visum corporeum aliqua obiecta non posse naturaliter videre, sed tantum supernaturaliter. Quod tamen non poteris satis probare, licet verum esse censeam de claritate corporis glorioſi.

8. *proba. aliorum.* Deinde ratio illa, qua aliqui vtuntur scilicet, quia Deus potest eleuare potentiam, vt perfecte attingat quidquid continetur sub eius adæquato obiecto, ergo cum Deus sit contentus sub obiecto adæquato intellectus poterit eleuari, vt Deum perfecte attingat, scilicet intuitiue, & quiditatiue. Ratio hæc (inquam) assumit antecedens, verum quidem, sed quod suaderi demonstratiue non potest, imo neque probabiliter forte. Sed iam argumentis respondeamus.

§. *Ad 1. arg.* Ad 1. quantum attinet ad patres, Vazquez. 1. par. disputa. 37. cap. 2. 3. & 4. ponderatis eorum verbis, non immerito docet patres illos sensisse, Deum in sua substantia nullatenus videri posse, erasse tamen, nec mirum, quia eo tempore non erat res satis explorata. Sed mihi propter ipsorum reuerentiam cum omnibus Theologis placet illos pie interpretari. Vnde ad argumentū R. testimonia illa scripturæ, & Patrum exponenda esse vno ex sequentibus modis, vt patet ex D. Thom. 1. par. quæst. 12. art. 1. & 4. distin. 46. quæst. 2. arti 1. ad. 1. & Durand. quæst. 2. ad. 4. Maldonato Ioan. 1. numero 18. & Augusti. lib. de videndo Deum, qui est epist. 112. Sixto. 6. Biblioth. annotatio. 182. infine. 1. de visione comprehensiua, sic Iansenius cap. 15. concordiæ, Epipha. hæresi. 70. Damascenus, & Clictoueus, 1. fidei, cap. 1. Gregorius. 18. Moral. cap. vltimo, Isido. 1. de summo bono, cap. 3. Augustinus quæstiunculis de Trinitate colum. 2. tom. 3. & epist. 112. capit. 7. & 8. & 4. Geneſis ad litteram, cap. 8. Hæc expositio ex verbis Chrysosto. colligitur à D. Thom. 1. par. quæst. 12. art. 1. ad 1. nunquam enim absolute negat à creatura cognosci Dei essentiā, sed semper addit, exacta, vel perfecta cognitione, vt constat homilia 34. in 1. ad Corinth. & 39. in id Matth. 11. & cui voluerit filius reuelare, & homilia 72. in id Ioan. 14. Si cognouissetis me, vbi ait, quòd videre possumus, & ignorare simul, non vero possumus exacte cognoscere, & simul ignorare, & homil. 14. in Ioan. multa habet, quibus satis declarat, se tantum velle, Deum à nulla creatura comprehendi, seu exacte cognosci posse, vt legenti patebit, & homilia. 5. de incomprehensibili Dei natura, ait se tantum exquisitam Dei cognitionem, qualem habet filius, negare creaturis. Sic intelligitur quod ibi ait, substantiam Dei ignorari quid sit? & non cognosci, nisi per reuelationem, reuelari autem de ea non quantum cognosci potest, sed quantum nos capere possumus. Et hoc est quod dixerat homilia. 3. non videri Deum, nisi per condescensum. Itaque ex verbis Chrysostomi colligitur, ipsum loqui de visione comprehensiua. Colligi idem potest ex verbis Diony. Cyrilli, & Irenæi. Sic etiam Chrysostomum exponit Velosillus, aduertentijs ad tomum. 1. Chrysostomi, quæsito. 5.

1. exposi. 2. de visione corporali, Augusti. epist. 6. 19. 111. 112. cap. 2. 10. ciuita. cap. 13. Origenes. 1. Periarchon, cap. 1. Isidorus supra, Hugo, 2. de sacramentis, par. 18. cap. 16. de quo dicemus differentes, an Deus possit cerni oculis corporeis. Hoc 2. modo Paulum. 1. Timoth. 1. exponit D. Thom. & Anselmus ibi, notantq. Paulum non dixisse, soli immortali, vel soli inuisibili, quia etiam Angeli, & animæ sunt immortales, & inuisibiles sed soli Deo; sic etiam exponunt id Colos. 1. Imago inuisibilis Dei, & Hebræo 11. inuisibilē tanquam videns sustinuit. Cum autem Deus corporeis oculis videri dicitur, non intelligitur, in se, sed in corpore assumpto a se, vel á creatura repræsentante ipsum. Diony. capit. 4. cælestis hierarchiæ, Hieronymus, epist. 142. ad Damasum, & Isai. 64. Gregor. 18. Moral. cap. 37. Cyprianus de idolorum vanitate, Augusti. 10. Ciuitate. cap. 13. Nota autem quod Bellarminus, 1. de Beatitudine, cap. 4. in fine impugnat Augustinum, quòd epistola. 111. de visione corporali Hieronymum, & alios fuerit interpretatus. primò quia Hieronymus, Chrisosto. & Theodoretus tenent, Angelos non habere corpora aerea, vel ignea, vt Augustinus putauit, tamen negant ab Angelis Deum videri: ergo non loquuntur de visione corporali.

2. quia Hieronymus, reddens causam cur Angeli non possint videre Deum, ait; non enim potest creatura aspicere creatorem suum: & eandem causam reddere

solet Chrysostomus, at hæc ratio etiam in oculis mentis procedit.

3. quia isti Patres dicunt Deum, neque Angelis, neque hominibus esse visibilem, sed soli ipsi Deo, at Deus solamente se videt: ergo de sola visione, quæ mente fit, loquũtur. Vnde ipse Bellarminus eos exponit de visione comprehensiua.

Si obijcias Chrysostomum dicere, Deum fuisse inuisibilem ante incarnationem Christi, & non postea, tamen postea, etiam fuit incõprehensibilis. R. Bellarminus, postea fuisse comprehensibilem secundum humanitatem, quia homo factus est.

Si obijcias, Theodoretum, loco citato dixisse, Angelos non aliter videre Deum, quam viderunt olim Abraham, Moyses, Isaias, & cæteri; at isti non solum non comprehenderunt, sed neque vere viderunt Deũ in se, sed solum in corpore assumpto ab Angelis, qui Deum referebant, vel imaginaria reuelatione. R. Bellarminus, Theodoretum non dicere, non aliter, sed tantum statuere similitudinem inter visionem Angelorum, & Patriarcharum, quæ in hoc consistit, quòd sicut vna est imperfecta, & non comprehensiua, ita & altera; quamuis cum magno discrimine; sed omisso Bellarmino sit.

3. expo. 3. expositio de visione naturali, Deus enim solis naturæ viribus videri non potest. Sic Epiphanius, hæresi. 70. inuisibilis natura, incomprehensibilis gloria: & Ambrosius. 1. in Lucum, cap. de apparitione Angeli, cuius natura est non videri, voluntatis videri. Damascenus, & Clitoneus supra, Augusti. quæstiunculis illis de Trinitate, colum. 2. & epist. 112. cap. 9. Athanasius, q. 26. ad Antiochum, D. Tho. 1. Thimoth. 6. Caietanus Matth. 18.

4. expos. 4. de visione in vita mortali, secundum legem communem, Augustinus epist. 112. ca. 7. & 12. Gregorius. 18. Moral. cap. 37. Hugo supra, indicat Cyprianus lib de Cardinalibus Christi operibus, initio, ex illo Exodi. 33 *Non videbit me homo, & viuet.*

5. expos. Quem tamen locum, & alia aliter supra interpretatur Gregorius, 18. Moral. cap. 38. ab eo: qui carnaliter viuit, non videndum Deum in contemplatione; Antoni. 3. par. tit. 30. cap. 4. principio, & Iunilius. 1. in Genes. resp. 18. Consonat id. 1. Corinth. 3. *Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* & Matth. 16. *quem dicunt homines, esse filium hominis? vos autem quem me esse dicitis?* quasi illi non essent homines, qui non erant carnales, sed spirituales.

6. expos. 6. In quibusdam locis excluduntur homines ante mortem Christi, vel adhuc viuentes, a visione Dei, non vero Angeli neque animæ separatæ: vt. 1. Timoth. 6. *quem nemo hominum vidit, & Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam:* non excluduntur Angeli, vt contra Chrysostom. Theophi. & Euthym. & alios probat Maldonatus, Ioan. 1. nume. 18. Vazquez. 1. part. disput. 37. cap. 6. Et est consentaneum Ioãni: vult enim Christum etiam vt hominẽ potuisse nobis enarrare diuina mysteria, quia ea viderat, non vero alij homines, quia ea nõ viderant. Alia circa hæc loca, vide apud Toletum, Ioan. 1. annota. 53. & Bona. 3. distin. 14. art. 1. q. 3.

7. Ad 2. argumentum R. distantiam infinitam secundum perfectionem non impedire conspectum Dei per supernaturalem eleuationem, neque imperfectam eius cognitionem per lumen naturæ, & fidei, per lumen propheticum, & scientiam infusam. Ad hoc enim satis est Deum contineri sub adæquato obiecto intellectus, quod est ens, nihil autem spirituale, sed sola lux corporea, & color continetur sub obiecto adæquato visus. Vnde cæteræ potentiæ corporales neque de potentia absoluta possunt eleuari ad eorum cognitionem. Ad 2.

Ad 3. R. cum D. Tho. 1. par. quæst. 12. ar. 1. ad vltimum inter obiectum, & potentiam non debere esse proportionem mathematicam, geometricam, vel arithmeticam, videlicet æqualitatis, aut determinati excessus in perfectione. sed satis esse proportionem habitudinis, & accommodationis, & hæc est inter intellectum creatum affectum lumine gloriæ & Deum, quatenus continetur sub eius obiecto adæquato, quod est ens seu verum in cõmuni, vt docet D. Thom. 1. p. q. 5. art. 2. & quæst. 54. art. 2. & quæst. 87. art. 3. ad. 1. licet obiectum proportionatum intellectui secundum se, vide vltimam differentiam sumit intellectus noster, sit quidditas rei materialis, vt docet D. Thom. 1. par. quæst. 85. art. 1. de quo fuse diximus, 3. animæ. Fallitur enim, qui dicunt, omnes intellectus creatos esse eiusdem speciei, quod probabile putat Scotus, 2. distin. 1. quæst vltima, §. potest etiam addi. Falluntur etiam dicentes, distingui quidem aliquos specie, non ex obiectis, sed ex subiectis, vt visus hominis, & aquilæ, quod exemplum reieci, 2. animæ, & verisimilius est intellectum hominis, & Angeli ex subiecto distingui specie, quam visum hominis & aquilæ. Hi enim in eodem subiecto proximo sunt, scilicet quantitate. Vnde non distinguuntur specie, vt docet Scotus supra. Ens itaque, seu verum in communi est obiectum adæquatum intellectus creati, ideo hic per lumen gloriæ eleeari potest ad conspectum Dei, qui subente, & vero continetur. Ad 3.

Iuxta hæc intellige quod docet D. Thom. 3. contragentes, capitu. 54. ad. 5. rationem

(vbi Ferra) &.1.p.q.12. art.1. ad.4. Scotus. 4. distin.49. quæst. 11.§. respondeo in medio Capreolus.quæst.4. art.3. ad.3. Scoti contra 3. conclusionem, Caietanus. 1. part. quęst. 12. art. 5. ad 1. Duran.& cum illis Vazquez 1. par. disput. 43. in fine, lumine gloriæ constitui intellectum in debita proportione cum obiecto, quia tribuit intellectui vim, & effica citatem ad videndum Deum.

Ad confi. Ad confir. R. Molina, infinitum esse incog nitum nobis lumine naturali, secus supernaturali: melius tamen dicitur cum D. Thom. 1. par. quæst. 12. art. 1. ad 2. esse incognitum nobis comprehensiue, vel 3. non posse á nobis cognosci distinguendo, & distincte percipien do in eo infinitas partes, seu rationes, secus cognoscendo eius genus,& differentiam in se etiam intuitiue.

Ad 4. Ad 4. bene ibi responsum est, non oportere visionem Dei esse simpliciter infinitam in perfectione, satis est enim esse infinitam secundum quid, scilicet ex parte obiecti. Ad replicam autem R. licet ea supputatione col ligatur perfectionem simpliciter, quę est in visione Dei, esse actu infinitam, non tamen esse infinitam simpliciter, scilicet vndique,& omnibus modis. Ad hoc enim necesse esset attingere Deum comprehensiue adæquate, & omni claritate possibili quod implicat in visione Dei creata. Nec poterit dari aliqua visio creaturæ, quę sit tantæ claritatis, vt ea compensetur excessus obiectiuus quo visio Dei excellit, & sic in tali visione obiecti creati Beatitudo consistat. Tum quia ad hoc deberet dari infinita claritas in visione obiecti creati, quod implicat: tum quia infinitas ob iectiua est præstantior infinitate euidentiæ, & ideo infinitus excessus euidentiæ non compensaret infinitum excessum obiectiuum. Vn de bene Maior. 3. distin. 14. quęst. 1. tenet nullam dari posse notitiam perfectiorem visione Dei.

2. posset responderi ad argumentum cum sua confirmatione, vt in simili ostendit Molina & respondet 1. par. q. 12. art. 8. disp. 5. membro. 7. illa supputatione non colligi in finitum, sed aliquid maius cognitione cuius cunque creaturæ, quia procedendo in infinitum, infinite etiam decrescit proportio, vt si duplo melius est obiectum, non erit cognitio melior in duplo, sed in alia minori proportione, & sic in infinitum. Quæ doctrina ad multa alia conducit, vt docet ibi Molina, & referemus nos sectione. 7.

Ad confi. Ad confirmationem R. infinitam charitatem dari non posse, sic enim darentur infiniti gradus realiter distincti, intensio namq. vel extensio actus, vel habitus creati fit necessario per additionem gradus realiter distincti; at in infinitate obiectiua gradus non sunt rea liter distincti, sed ad summum ratione, & sicut dantur in Deo, possunt dari in creatura.

Alię obiectiones, quæ contra veritatem quam defendimus, fieri possunt, scilicet quia si Deus potest à creatura videri, poterit etiá comprehendi, & potentia naturalis se extendet ad actum supernaturalem, in sequétibus diluendę sunt.

Sectio 2. Vtrum videns Deum necessario videat omnia absoluta, quæ formaliter, & necessario sunt in Deo.

NON quærimus de relatiuis, nec de liberis formaliter existentibus in Deo, nec de creaturis quæ sunt in illo eminenter. De his enim om nibus figillatim postea inquiremus, sed tantum de ijs, quæ sunt absoluta, & formaliter, ac necessario in Deo existunt, no mineque absolutorum intelligimus quæ non dicunt relationem prædicamentalem, aut quasi predicamentalem, (qualis est quadruplex relatio Origenis in Deo) licet dicant transcendentalem, vt potentia, sapientia, iustitia &c. 7.

Prima sententia est asserentium, a nullo intellectu creato videri posse omnia eiusmodi absoluta in Deo, vel saltem de potentia absoluta vnum attributum videri posse sine alio: opinionem hanc videtur tenere Ocham, in 4. quæst. 13. art. 1. dicens solum Deum se videre sub omnibus prædicatis, quę de illo prędicari possunt. Et forte mouetur, quia huiusmodi prædicata sunt infinita. Nullus autem intellectus creatus potest distincte cognoscere infinita, vel vno actu, vel infinitis, vt docet arti. 5. dubio. 4. quia hoc esset vere & in toto rigore Deum comprehendere. Eodem modo loquitur, Gab. 3. distin. 14. quęs. 1. arti. 3. dub. 2. Almainus, quæs. 1. circa finem. *1. opinio. possevnũ attributũ Dei videri sine alio Ocham. Gab.*

Eiusdem sententiæ est expresse Antoninus, 3. part. titu. 30. cap. 4. §. 2. vbi probat de potentia absoluta posse videri essentiam sine personis, quia sic potest videri vnum attributum sine alio, & Argentina, 3. distin. 14. quæs. vnica, art. 3. ad 3. dicens, multos imo infinitos modos diuinæ essentiæ latere animam Christi. & Paludanus, 4. distin. 49. quæs. 2. art. 1. num. 4. dicens, in Deo esse infinitas perfectiones attributales ratione distinctas, quas cognoscere distincte esset Deum comprehendere; ideo a nulla creatura posse distincte cognosci. Idem supponit. quęstio. 5. numero. 6. in fine; & numero. 19. idem egre- *Antonin. Palud.*

Abulen. egregie his verbis docet Abulensis Matth. 5. quæst. 44. in dubio post solutionem ad. 4. argumentum. Qui ergo Deum cognoscit necesse est vt cognoscat scientiam eius, quam habet de rebus, etiam medium cognoscendi, & actum intelligendi, ideſt, scit omnia ista in quantum ista realiter sunt ipsa essentia, non tamen oportet quod cognoscat sub istis rationibus, scilicet vt essentia est ipsa scientia Dei, & actus intelligendi; quia ista sunt quasi per accidens ad Dei essentiam in quantum essentia est: ideo non oportet cognosci istas rationes, vel respectus eius, sicut qui perfecte cognoscit aliquem hominem non oportet vt cognoscat omnes habitudines, & relationes, quæ possunt ei conuenire. Idem

Ouandus. tenet Ouandus 4. distinct. 49. propositione. 19. & 20. & 1. distinct. 1. propositione. 10. & 2. distict. 3. propositione. 9. expresse enim ait, vnum beatum plura alio videre ex his, quæ formaliter, & essentialiter sunt in Deo. Idque esse consonum Scoto ponenti attributa non esse idem formaliter inter se, & cum essentia, & posse videri essentiam sine relationibus seu personis, eo quòd formaliter inter se distinguuntur. Quæ omnia con-

Scotus. stant ex Scoto, 1. distinct. 1. quæst. 2. art. 2. & quæst. 4. §. negatiua istius, & distinct. 8. quæst. 4. tenet tamen Scotus de potentia ordinaria, & secluso miraculo non posse videri essentiam sine personis, neque vnum attributum sine alio, vt late deducit Vazquez. 1. part. disputat. 48. cap. 1. sed nec de potentia absoluta posse videri distincte à creatura omnia, quæ sunt formaliter in Deo, tenent

Victoria. Victoria, & alij recentiores apud Vazquez. 1. par. disp. 53. c. 1. dicentes ideo Deum à beatis non comprehendi quòd licet videant omnia attributa, non tamen omnes attributorũ modos & gradus idem tenet Lælius Zecnus, tract. de Christo. cap. 6. dicto. 8. in fine vbi sic ait: Anima Christi videt omnia attributa diuina, quæ ab aliqua creatura cognosci possunt, non tamen credendum est cognoscere omnia diuina attributa cum sint infinita & idẽ materialiter cum diuina essentia. Hoc enim esset comprehendere diuinam essentiam id est eam cognoscere vt est cognoscibilis quod

Lælius. alicui creataræ non cõceditur. Hæc Lælius cui

Richar. consentit Richar. 3. distinct. 14. art. 1. quæst. 4. ad vltimum. Dicit enim, virtutem diuinam esse simplicem, & infinitam, & quatenus simplex est totam videri; quatenus vero infinita est, aliquid de illius profunditate la-

Ferrar. tere omnem intellectum creatum. Et Ferrariensis, 3. contra gentes, capit. 56. circa finem dicens, beatos non videre distincte omnes diuinas perfectiones, quæ sunt infinitæ, licet videant simplicem essentiam, omnes illas perfectiones continentem. Et in eodem capit. dub. 1. ad. 2. dixerat; beatos non videre distincte Dei infinitatem intensiuam, videndo omnes gradus perfectionis formaliter distinctos in ipsa contentos. Ferdinandus etiam Vellosillus episcopus lu- *Vellosil.*
censis in aduertentijs Theologiæ, ad. 9. tomum Augusti. quæsito, 16. dub. 2. ait, probabilem quidem esse opinionem dicentium, omnes beatos necessario videre omnia, quę sunt formaliter in Deo, saltem que dicuntur de Deo sine ordine ad creaturas, tamen oppositam esse probabiliorem, & ita ex natura visionis diuinæ beatos non magis videre in Deo hoc quam illud attributum, hanc quam illam perfectionem, sed ex voluntate Dei conferente lumen ad cognoscendum hoc, potius quam illud. Hæc etiam est opinio Palacij; 4. distinctio. 49. *Palacios.*
quæst. 2. in principio, & fine, putat enim non posse videri Deum clarius, & distinctius, quin plura eorum, quæ sunt formaliter in Deo videantur; & ideo concedit, vnum beatum videre in Deo plura attributa respicientia creaturas, quam alius. Huic

Bonā. sententiæ etiam fauet Bonauentura, 3. distinct. 14. art. 1. quæst. 2. asserens, beatos aliquid necessario latere de profunditate ipsius Dei. Fauent etiam Capreolus, Caie- *Capreol.*
tanus, & Ferrara, propter id quod ex ip- *Caiet.*
sis argumento. 7. afferemus. Hanc etiam *Ferrar.*
sententiam docuit, ex societate nostra doctissimus pater Ioannes Monte Maior Cor- *Ioannes Mõte Maior.*
dubæ, anno. 1583. in materia de Beatitudine, quæst. 27. de visione beata, eam tribuens Scoto, 1. distinct. 1. quæst. 2. & 4. distinct. 49. quæst. 7. Duran. quæst. 3. num. 4. & 7. Capreolo, 1. distinct. 27. item Pen- *Pennatius*
nario, & Ferrariensi, 3. contra gentes, cap. 56. circa finem, & Victoriæ. Quibus duobus postremis eandem sententiam tribuit etiam Bañes, 1. part. quæst. 12. art. 7. dub. 1. *Bañes.*
circa solutionem, 2. argumenti, vbi ipse Bañes eam defendit, tanquam probabilem: licet eodem dubio, & sequenti probabiliorem censeat oppositam. Imo Monte Maior eandem opinionem tribuit ipsi Bañes, illo dubio. 1. ad. 3. Soto, 4. distinct. 44. quæst. 3. ar. 3. quia dicit, posse videri essentiam sine vlla creatura, etiam in genere, quod non esset verum si videri non posset sine attributo omnipotentiæ, quod intrinsece respicit creaturam, saltem in communi. Hanc etiam sententiam docuit ex nostris sapientissimus pater Antonius Maria Menu. quos *Antonius Maria Menu.*
patres meos, & valde amicos, & studiorum varijs rationibus socios, & opinionis huius confirmandæ, & honoris causa nomino.

8. Hæc opinio suaderi potest. 1. cum Vellosillo, quia hæc absoluta sunt infinita, cũ Deus sit infinitus, & infinite perfectus, ergo non possunt simul, & distincte videri vna visione infinita. Hoc enim superare videtur omnes vires finitas, vt patet vulgari argumento calculatorio. Nam ad videndum vnam ex his perfectionibus, requiritur aliqua virtus, & ad videndum duas maior, ergo ad infinitas infinita. *1. argum.*

Confir. Confirm. alioqui cognitio finitarum numero perfectionum posset æquare cognitionem infinitarum, imo & superare illam, licet cætera essent paria: Nam si videre infinitas perfectiones est finita perfectio, sit verbi gratia, vt 10. videre autem vnam esset perfectio, vt vnum, videre duas, vt duo, & sic deinceps, ergo breui peruenietur ad visionem finitarum numero perfectionum, quæ esset perfectior visione infinitarum, etiam si cætera essent paria.

2. argum. 2. arguitur, quia quodlibet attributum habet infinitos gradus, sapientia enim est infinita, omnipotentia, & bonitas; &c. ad cognoscendum autem distincte infinitos gradus requiritur, & virtus, & cognitio infinita, vt illa supputatione constat; cum ergo intellectui, & visioni creatæ repugnet infinitas, non poterit beatus videre distincte omnes gradus attibutorum, siue attributa sint numero finita, siue non, & sic nec videre distincte omnia, quæ sunt formaliter in Deo.

3. argum. 3. quia si beatus omnia hæc distincte videret, comprehenderet Deum, nam vt ait Augustinus. 12. Ciuita. cap. 18. illud comprehenditur scientia, quod scientis cogitatione finitur; quod non est intelligendum positiue, vt ipsemet Augustinus eo in loco satis explicat, & Durandus. 3. dist. 14. quæst. 1. & Scotus ibi ad. 2. Molina. 1. part. quæst. 12. art. 7. sic enim Deus non diceretur comprehendere seipsum, cum sua cognitione ad finem sui non perueniat, quippe qui termino, & fine careat, sed negatiue, ita vt nihil obiecti lateat cognoscentem: ergo si nihil Dei latet beatum, Deus à beato comprehenditur.

Confir. 1. Confir. quia id comprehenditur quod ita videtur, vt nihil eius lateat, vt ait Agust. epist. 112. cap. 8.

Confir. 2. Confir. 2. quia quod non comprehenditur ab intellectu, est extra intellectum secundum aliquid sui, vel secundum se totum, vt de Deo fatetur Bonauentura, 3. dist. 14. art. 1. quæst. 2. dicens: Totum esse intra, & extra intellectum secundum aliquid sui, vel in se totum patere, & latere: sed quod latet secundum se, vel aliquid sui latet, & est ignotum, ergo Deus, vel aliquid Dei latet beatum, & ita ille non videt omnia, quæ sunt formaliter in Deo.

Confir. 3. Confirm. 3. cum Vellosillo, quid enim ad comprehensionem deerit cognoscenti, omnia quæ sunt formaliter in Deo? Si dicas videre illa cum omni euidentia, & claritate possibili. Contra sic enim nec Angelus formicam comprehenderet, quæ à Deo, & superiori Angelo melius cognosci potest. Præterea, si quis euidenter cognosceret omnes proprietates, & perfectiones solis, & virtutem eius, quid ad comprehensionem eiusdem deesset? profecto non video (ait Vellosillus.)

Confir. 4. Confirm. 4. cum eodem, saltem enim parua nimis disparitas, & inæqualitas erit inter beatos; vt si duo haberent scientiam earundem conclusionum geometrię per eadem principia, exigua differentia, & præstantia esset vnius super alterum, eo solum quod vnus euidentius, & intensius quam alter cognosceret, imo videtur non posse esse maiorem euidentiam, saltem notabiliter, nisi conclusiones per diuersa principia innotescant, ergo. vnde Antonin. 4. part. tit. 7. cap. 7. §. 8. ad explicandum quomodo vnus est alio beatior & clarius Deum videt, adducit exemplum de visione corporali: is enim clarius videt obiectum, qui plures differentias in eo cognoscit. Vult ergo Antonin. vnum beatum plures rationes in Deo videre quam alium.

4. argum. 4. quia Deum cognoscere, posseque amare, & producere hominem equum & omnia creata, & creabilia in particulari, est formaliter, & necessario in Deo: ergo si beatus videt omnia quæ sunt necessario, & formaliter in Deo, cognoscit, Deum cognoscere, & posse amare & producere omnia creata, & creabilia in particulari, & ita comprehendit nõ solum sapientiam, voluntatem, & omnipotentiam Dei, sed Deum ipsum, siquidem cognoscit omnia, quæ sunt formaliter, & eminenter in ipso Deo.

Confir. 1. Confir. 1. quia in Deo est formaliter, & necessario idæa hominis, et idæa equi, & denique in eo sunt idææ omnium rerum possibilium, & conceptus, expressaque similitudo earum in particulari. Hæc autem omnia cognosci non possunt, nisi cognoscantur creaturæ, quas intrinsece respiciunt, ergo beatus cognoscit omnes creaturas possibiles, & ita comprehendit Deum.

Confir. 2. Confirm. 2. quia in Deo est potentia generandi, creandi, spirandi, transubstantiandi, iustificandi, glorificandi, & aliæ infinitæ potentiæ respicientes infinitos actus, & terminos;

nos: creatura autem non potest infinita distincte cognoscere, saltem sine comprehensione Dei,quæ tamen est impossibilis,ergo.

5. 5.ad videndum corpus immensum distincte requiritur ,& vis videndi,& visio infinita, & ideo impossibile est creaturæ, ergo similiter ad videndum immensum Deum , qui multorum opinione est in spatio infinito imaginario vel potest sine vlla sui mutatione esse in maiore & maiore spatio requiritur& vis, & visio infinita,& ideo repugnat creaturæ.

6. 6.quia si aliqua ratione necesse esset videntem Deum videre omnia absoluta, quæ formaliter, & necessario sunt in ipso, maxime propter simplicitatem diuinæ essentię,ratione cuius omnia in Deo sunt vnum,& idem. Hæc autem ratio videtur nulla , tum quia aliqui arbitrantur attributa diuina inter se,& ab essentia distingui actu formaliter ex natura rei,vt Scotus tenere videtur 1.d. 8. q. 4. Franciscus Herrera, 1.sententia.d. 14.q. 1. Radato. 1.cõtrouersia. 14.Bassolis,1.d.22.q. 3. Nicolaus Niisle in resolutionibus: fol. 55. ergo saltem ex mente Scoti, & istorum potest vnum attributum sine alio videri;maxime cum Scotus simili ratione dicat, videri posse essentiam sine personis vt sectione sequenti referemus;tum quia distinctio rationis ratiocinatæ,seu conceptæ sufficit vt possit cognosci vnum sine alio, non solum abstractiue,vt notum est, sed etiam intuitiue , vt patet in sensu &intellectu. Visus enim cognoscit albedinem, non cognoscendo an sit substantia,vel accidens,an distinguatur, vel non distinguatur à quantitate:an sit disgregatiua vilus,emissiua specierum &c. nec attingit intrinsecam eius differentiam indiuiduale distincte,& secundum se: Vnde si duæ albedines penetratiue se haberent,non distingueret illas:& intellectus notitia abstractiua,& intuitiua cognoscit aliquas res, non cogitans de multis earum prędicatis intrinsecis, vel non iudicans, aut etiam nec potens iudicare, an rei conueniant,nec ne:videt se intelligere:an vero illa intellectio sit verbum,& sit causa effectiua volitionis, & habitus, non videt, nec discernere valet &c. & quilibet videt in se actus supernaturales, non videns an sint supernaturales:& angeli omnes naturaliter vident animam, non tamen capacitatem gratiæ, vel vnionis hypostaticæ,quæ capacitas cum ipsa anima identificatur:ergo potest ab intellectu & sensu attingi res secundum vnam rationẽ, non videndo eam secundum aliam , quamuis inter eas nulla sit distinctio ex natura rei, nisi virtualis, poterit ergo homo videre Deum secundum vnam rationem , non videndo eum secundum aliam.

Dices forte,non esse necessarium simpliciter,vt videns Deum videat omnia , quæ formaliter sunt in Deo : sed hoc tantum est necessarium , vt sit beatus, & quia Deus voluit omnem videntem Deum esse beatum,omnis videns Deum,videt re ipsa omnia quæ formaliter sunt in Deo.Contra, quia absurdum videtur,vt videns & diligens Deum , & eo fruens non sit beatus,& si potest aliquis videre Deũ, non videndo omnia attribnta potuit etiam esse beatus,non videndo illa omnia.

Confir.quia si propter identitatem necesse esset videtes essentiã videre attributa,ergo & liberos actus Dei , qui eãdem identitatem habent cum diuina essentia. Hęc ratio pręcipue mouit Vellosillum supra.

7. 7.potest dari verbum vnius attributi,& nõ alterius,ergo & visio. Consequentia tenet ex paritate rationis,maxime si visio , & verbum non distinguntur realiter:antecedens vero tenet Capreolus. 1.d.27.q.2.a.3.ad.8.Durandi contra.1.conclusionem Ferra.1.contragẽtes. c. 53. §.quinta,est Caietanus,1.p.q. 27.articulo.1.dub.3.vbi ait,beatus verbum partiale, non autem adęquatũ visioni proferre potest & fere omnes Thomistæ , licet inter eos sit dissensio,an detur verbum adæquatum visioni Dei in beatis,an non?Capreolo concedente alijs vero negantibus , vt suo loco scribemus. Vnde male aliqui Thomistę negant,antecedens esse eorum,quos retulimus . Male etiam eos authores interpretantur de verbis expressis cognitione non intuitiua ipsius Dei, qualem in via de ipso habemus . Nam isti aperte loquuntur de verbis sequentibus cognitionem beatificam,ac proinde intuitiuam: quę verba intuitiua quoq. esse necesse est.

9. 2.opinio. non posse videri vnum attributum Dei sine alio referuntur Authores huius opinionis.

2.opinio,videntem Deum necessario videre omnia absoluta,quę necessario , & formaliter sunt in Deo,ita vt oppositum nec de potentia absoluta fieri possit.

Hæc sententia tribuitur D. Thom. 1. par. q.12.a.7.ad.2.asserenti,beatos non comprehendere Deum non quia non videant quidquid in Deo est,sed quia non perfecte vident & ad.3.explicanti hanc perfectionem non esse considerandam ex parte obiecti , sed ex modo videndi:nam obiectum totum videtur, & omnis modus,qui in ipso est:videtur enim Deũ infinite esse & infinite cognoscibilẽ esse licet necmodus eius infinite videatur.Idẽ docet D.Tho. .cõtragẽtes. c.55. idẽ colligitur ex locis referendis sectione sequenti , vbi ait essentiam sine personis videri non posse propter identitatem,eadem enim, vel maior identitas est inter absoluta.Idem colligit Vellosillus ex locis referendis sectione. 4. in quibus ait D.Tho.eũ qui videt Deũ, nõ necessario videre omnia quę sunt eminenter in ipso : si enim videns Deum, non necessario videret omnia

omnia,quæ sunt formaliter in Deo, etiam si cognosceret omnia ,quæ sunt eminenter in Deo,ipsum non comprehenderet,sed hoc nō omnino sequitur vt videbimus sectione. 5. Hanc etiam sententiam tribuit Vellosillus Durando.4.d. 49.q. 3. vbi recitata opinione asserentium,quod intellectus essentiam diui nam videns,ex natura talis visionis videt ea, quæ realiter sunt in ipsa essentia,vt sunt perso næ diuinæ,relationes personarum,& modi emanationum,sed res creatas non videt. Improbat hanc opinionem,quantum ad vltimā partem,& non quoad primam.

Confir. Et Confir.quia secundum Durandum ,videns Deū necessario videt omnes creaturas possibiles, ergo & omnes pefectiones necessrrio,& formaliter existentes in Deo.vt docet Bona.3.d.14.art.1.q.2.&.4.d.49. vbi Capreolus.q.6.Hispal.q.6.Sotus.q.3.a.3.conclusione 1.&.2.Henri. quodlib.13.q. 1. Molina. 1. p. q.12.a.8.disp.3.Valentia ibi, puncto .6.q.2. ad.1.argum.Vazquez disputa.48.c.2.& disput.50.c.5.& passim alibi, Henriquz de fine hominis,c.10 §.3.Medin.1.2.q.5.a.2.&.q.11. a.4.Suarez.3.p.q.10.a.2. in commentario Caietanus.2.2.q.2.a.8.

1.argum. Suadetur 1.quia nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam ,sicut & cognitus sū, 1.Corinth.13.& videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3.cognosci autem Deum sicuti est, est cognosci secundum essentiam suam: de essentia autem Dei sunt omnes perfectiones simpliciter seu absolutè,ergo cognoscetur secundum omnes eiusmodi perfectiones.

Confir. Confir. quia non cognoscitur res clare & distincte, nisi cognoscantur omnia eius prędicata essentialia,& indiuidualia, sed omnes istę perfectiones essentialiter predicantur de Deo,ergo non cognoscetur clare,&distincte, nisi illę omnes cognoscantur

2.argum. 2.quando res est simplex non potest secundum aliquid videri,& secundum aliquid nō videri,hoc enim est rei habentis partes vt secundum partem videatur,& secundum partem lateat,Sed essentia diuina est simplicissima,nequæ in se est composita, neq.cum attributis componit, ergo qui videt illam omnia eiusmodi attributa videt.

3 3.quia vel visa essentia videtur necessario aliquod eiusmodi attributum vel nullum:hoc secundum dici non potest , quia si nullum eiusmodi attributum videtur ,quid videtur de Deo?primum vero dici non potest , quia nō est maior ratio de vno quā de alio,cū enim omnia æque sint de essentia Dei , quolibet ablato non intelligetur essentia Dei constituta vt in se est ,sed solum secundum aliquem conceptum communem substantiæ vel spiritus,vel secundum conceptum negatiuum, & improprium, qui est valde alienus à visione faciali.

Confir. 1. Confir.1. nam de ratione cuiuslibet attributi est essentia,ergo viso quolibet attributo videtur essentia in se,sed de ratione essentiæ reliqua sunt attributa,ergo viso vno videntur reliqua, visa essentia videntur omnia.

Confir.2. Confir.2.qnia ita intrinsece connenit Deo quæcunq.proprietas,sicut ipsum esse.Ex quacunq. autem notitia intuitiua, cognoscitur Deum esse,ergo & esse sapientem ,iustū &c. maxime cum Deum esse non sit ex se magis notum vel cognoscibile,quam esse sapientem,omnipotentem &c.

Confir.3. quia sine cognitione essentiæ ,& attributorum,non potest vllo modo consistere beatitudo,sed in qualibet visione Dei,vel attributi diuini est beatitudo,ergo qualibet visione videntur ista omnia.

10. *conclusio* Hæc posterior opinio simpliciter & absolute amplectenda est,adhibita tamen quadam explicatione,& moderatione , iuxta quam conciliabitur cum prima opinione , quę aliquid veritatis habet, nec omnino reijcienda est.

Pro explicatione autem supponendū est, quædam esse attrbuta absoluta stricte & proprie dicta , alia late, & improprie:late,& improprie omnia illa prædicata,quæ de Deo affirmaripossunt attributa dici possunt,stricte autem & proprie illa tantum , quæ sunt propria Dei,& capita quædam,ad quę alia reducuntur,& sub quibus reliqua continentur,vt intellectus,voluntas,infinitas,summa sapientia,iustitia,bonitas , potentia , immensitas, æternitas &c. sub quibus continetur esse intellectiuū,& productiuū hominis equi leonis, &c. posse coexistere huic tępori vel loco, & illi &c.& quę non sunt proprie, & stricte attributa,possunt dici attributorum modi,quia determinant & modificāt attributa proprie, & stricte dicta,& per se, ac sine illis intelligi non possunt: vt vis productiua equi sine vi productiua cognosci non potest. Attributum autem stricte dictum sine suo modo cognosci potest.Deinde attributa late dicta,duplici ter cognosci possunt,& secundum propriam rationem , & secundum rationem attributi propie dicti,ad quod reducuntur: quod vltimum est cognosci quasi in suis capitibus.Capita autem hęc (imo etiam quæ sub illis cōtinentur)possunt dupliciter cognosci, scilicet distincte & indistincte,cognosci autem distincte potest contingere dupliciter, primo distinctione se tenente ex parte actus, vel conceptus:2.distinctione se tenente ex parte obiecti,vt in simili notat Durau.1.d.35. q.2. nu. 13.Cognosci distincte ex parte actus est cognosci distincto actu,& sic distincte cognosce-

re attributa erit distinctis actibus cognoscere ea, & hoc loquendo de cognitione abstractiua, quæ habetur de Deo secundum conceptus, & rationes communes Deo, & creatutis, contingere potest in patria: loquendo autem de cognitione quiditatiua, & intuitiua quidã dicunt, impossibile esse cognosci distincte: quia cognitio intuitiua attingit rem, sicuti est, & est proportionata rei: ergo si res est vna, & non multiplex, cognitio debet esse vna, & nõ multiplex.

2. quia si vnum attributum sic cognoscitur, cognoscitur essentia quę est de eius ratione, ergo & reliqua attributa, quę sunt de ratione essentiæ. Sed hoc difficultatem habet, vt videbimus: modo autem hoc non inquirimus, sed an possit vnum attributum videri sine alio, eo modo distinctionis, quã statim ponemus, siue vno actu, siue pluribus videnda sint, quãuis si plures sint actus, indirecte inferetur vnũ posse videri sine alio, quia si sunt distincti actus, cum vnus non pendeat ab alio, poterit esse sine illo, & ita vnum attributum sine alio videbitur. 2. ergo modo attributa dicũtur cognosci distincte, distinctione se tenente ex parte ipsorum & sic cognoscere illa distincte, erit cognoscere illa, vt plura & distincta: & si sit sermo de de distinctione reali, vel ex natura re, certum est supposita communi opinione negante talem distintionem inter attributa comparata ad inuicem, & ad essentiam, nõ posse distincte cognosci in patria, quia ibi cognitio beatifica, & omnis alia cognitio vera est, talis autem cognitio falsa esset, & deinde cognitio attributi attingit illud in Deo, vt in se est, & non aliter quam est in se: ergo non falso, & sic verum est quod ait Vazquez, 1. p. disputa. 48. cap. 2. per notitiam intuitiuã non posse distincte cognosci, quæ formaliter sunt in Deo. Si vero sit sermo de distinctione rationis, hoc potest intelligi dupliciter. 1. loquẽdo de distinctione rationis actuali & formali: & sic fieri potest vt videns Deum videat attributa vt distincta secundum rationem, scilicet videndo illa, quatenus à creatura concipiuntur, vel possunt concipi distinctis conceptibus, quo pacto Deus attributa sua concipit distincte, & vt distincta, & plura: sed non est necessarium vt videns Deum sic distincte illa cognoscat, quia non est necesse vt videat illa cum dicta habitudine ad conceptus varios creaturarum existentes, vel possibiles.

2. potest intelligi de distinctione rationis fundamentall, & sic cognoscere attributa distincte est cognoscere illa secundum rationes proprias, quibus ad inuicem distinguuntur, ea distinctione, quę reperitur inter ipsa attributa, quæ est distinctio rationis ratiocinatæ, fundata in distinctione reali virtuali ipsorum (vt dixi late in materia de Trinite) & ista cognitio distincta opponitur confusæ, qua cognosci possunt secnndum rationes communes ipsis, vt si iustitia, & misericordia considerare tur secundum solam communem rationem virtutis, affectus, vel aliarum huiusmodi. Sic etiam Durandus supra ait, cognosci craturas distincte esse cognosci secundum proprias rationes, quibus adinuicem distinguũtur. Est & alius modus cognoscendi attributa distincte distinctione opposita etiam confusioni, sicet licet quando cognoscuntur non secundum aliquam rationem communem illis, & creaturis, sed secundum rationem aliquam propriam in qua distinguuntur à creaturis, siue secundum illam rationem adinuicem distinguantur nostro modo intelligendi, siue non. Et isto modo non est dubium, quin videns Deum videat necessario distincte omnia hæc attributa, supposito quod non distinguantur actu, & formaliter ex natura rei, & si nihil aliud vellet secunda opinio verissima esset, sed aliqui authores illius, in quibus est Henricus Ganden. supra, velle videntur, videntes Deum necessario videre distincte huiusmodi attributa secundum rationes, quibus ad innicem distinguuntur actu, & formaliter nostro modo intelligendi: virtute autem in re, & oppositum videtur intendere prima opinio, quam de attributis improprie, & late dictis, quæ sũt modi attributorum, quę proprie, & stricte attributa dicuntur, veram existimo, non solum loquendo de potentia absoluta, sed etiam de lege ordinaria & de facto. In attributis autẽ proprie, & stricte dictis, tantum censeo esse veram de potentia absoluta, ita ceenseo propter. 2. 3. 4. & sextum argum. illius opinionis, quę sine hac doctrina non recte dilui possunt, vt cõstabit, & iuxta hũc modũ iudicãdũ est de variis opinionibus iuniorum, qui de secundæ opinionis certitudine certant. Nam quidam. 1. p. q. 12. art. 7. docent, si sit sermo de attributis, quæ in via cognoscuntur de Deo per effectus naturales, vel supetnatarales, de fide esse omnia illa videri de facto in verbo à quolibet beato. Si autem sit sermo de omnibus in vniuersum attributis, non esse certum, beatos videre illa omnia in verbo, aut videre posse de potentia absoluta. Quam doctrinam alij dicunt non habere sufficiens fundamentum, nec conuenienti distinctione vti: quia si sit sermo de cognitione clara & distincta, ideſt qua cognoscantur attributa secundum rationem propriam, qua distinguuntur à creaturis, non minus certum est videri in Deo omnia in vniuersum attributa, quam quæ in via distincte cognoscims. Vtrũq. enim concluditur ex vna propositione de fide, & altera euidenti, scilicet videri Deum vt in se est: & attributa

Vnum attributum videri potest sine alio secũdũ rationem propriã.

diuina

diuina esse eãdem rem simplicissimam. Si vero sermo sit de cognitione distincta quovis alio modo, non est cur sit de fide, beatum videntem Deum videre distinctius ea attributa, quæ nos in via distinguimus, quam alia si forte sunt, quæ à nobis non distinguuntur nec conceduntur, quia non est magis reuelatum vnum, quam aliud, nec magis necessario sequitur ex principijs fidei, præsertim quia vt videbimus, non est de fide certum, beatos ipsa visione beata videre aliquos effectus creatos, ergo non potest esse certum videre attributa Dei, videndo quomodo ratione distinguãtur, vel distingui posse int per varios conceptus nostros: imo nec est de fide certum, beatos videre omnipotentiam distincte concipiendo illam cum habitudine transcendentali ad creaturas possibiles, aut misericordiam cum habitudine ad miseriam subleuandam, aut iustitiam cum habitudine ad æquitatem faciendam: quia ad eiusmodi cognitionem necesse est, vt illi termini, seu obiecta clare videantur visione beata: quod tamen non est de fide reuelatum, sed dumtaxat videri Deũ pro vt in se est. Est autem longe probabilius, beatos videre visione beata hęc attributa secundum proprias rationes & habitudines transcendentales ad creaturas, ac proinde eadem visione creaturas secundum illas rationes communes, sub quibus terminant habitudines sapientiæ, potentiæ, iustitiæ, & misericordiæ diuinæ & eodem modo probabile est videre alia, si quę forte sunt attributa proprie dicta: nam si sit sermo de omnibus prædicatis, quę de Deo per ordinem ad craturas dici possunt secundum varias rationes, & cõuenientias inter Deũ & creaturas, hæc sunt infinita, præsertim in ordine ad creaturas possibiles, & verũ est nõ videri distincte à beatis, idq. forte voluerũt qui dixerũt, beatũ nõ videre omnia prędicata, qnæ de Deo dici possunt. Hæc doctrina mihi placet, præterquã quòd non solum probabile, sed fere certum de fide puto, beatos videre Deum secundum propriam rationem potentię, iustitiæ, misericordiæ, &c. Deniq. secundum proprias rationes, eorũ, quę stricte & in rigore attributa vocãtur, distinguẽdo in eo misericordiã, iustitiam &c. secundum varias habitudines transcendentales, vel vt alij volunt, rationis, quibus respiciut creaturas. Tum quia cognitio illa Dei perfectissima est non solum quoad modum, quatenus est intuitiua, sed etiam quoad extensionem, & latitudinem eorum, quæ in Deo, & de Deo cognoscuntur: & quoad hanc etiam latitudinem correspondet fidei, & ideo satiat desiderium, quod fideles habent videndo in Deo, quæ de Deo audierunt, & crediderunt, iuxta id Psal. 47. *Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Dei nostri*: & 1. Corin. 13: *Videmus nunc per speculum &c. nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum: & cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Et hoc intendit Magister. 4. d. 49. c. 3 vbi ait: *solet etiam quæri, vtrum aliquid de Deo cognoscat magis meritus, quam minus meritus. Pluribus videtur, quod omnia ad beatitudenem spectantia omnes communiter electi conoscant, sed differenter. Nihil enim in Deo noscibile maius, dignius q. videtur, quam eum intelligere trinum & vnum. Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent: vnde sequitur, vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum: omnes ergo cuncta illa videbunt, quorum cognitio seruit beatitudini, sed in modo videndi differunt, alius enim magis, alius alio minus fulgebit.* Hęc Magister. Itaq. hoc non est omnino de fide sed quãdam certitudinem ex fide sortitur, ita vt sit fidei proximum, oppositum vero sit temerarium, & periculosum. De potentia autem absoluta non video cur necesse sit, videntes Deũ, videre distincte, idest secundum propias rationes, quibus adinuicem distinguuntur, eius modi attribnta, licet forte id sit necessarium vt beati sint, quoniam absq. horum cognitione visio ad eo imperfecta maneret, vt forte ad essentiam beatitudinis non sufficere, sicut multi sentiunt, videntes Deum, si ipsum non diligant, vel ipso non fruantur, vel sint in peccato actuali, vel habituali, non fore essentialiter beatos.

Ad argum. igitur vtriusq sententiæ quatenus prędictis aduersari possunt respondendũ est. II.

Ad 1. 1. opinionis, cum sua confirmatione R. cum Molina 1 p. q. 12. art. 8. disp. 3. perfectiones simpliciter, quas appellamus proprie attributa; vt sunt intellectus iustitia, scientia &c. (quidquid Torres in contrarium innuat de Trinitate. q. 28. a. 2.) non esse in Deo infinitas multitudiue, sed finitas, & non magno quodam numero comprehensas, licet quęlibet earum sit secundum se infinita, & earum aggregatum sit infinitum simpliciter in tota latitudine entis. Vnde in his non habet locum calculatio, & supputatio posita in argumento, & eius confirmatione: & ita etiam has perfectiones esse numero finitas contra Vegam ait Ouandus. 4. d. 49. propositione. 2. & 2. d. 3. propositione. 8. teneri posse. Si vero sermo sit de attributis absolutis late & improprie dictis, fateor ea esse simpliciter infinita, nec posse omnia distincte, idest secundũ rationes proprias, qnibus inter se distinguuntur videri à creatnra in Deo: non tam illo argumento calculatorio, quod in simili solutũ est præcedenti sectione, quam qua illa omnia sine Dei comprehensione, & sine cognitione Ad 1.

tione habente infinitos gradus perfectionis, cognosci non possunt. Quæ duo repugnant, vt in processu huius disputationis videbimus. Et idem dicerent, si attributa proprie dicta essent multitudine infinita: tunc enim cognoscerentur secundum propriasrationes ea, quę in via cognoscimus, reliqua vero in eo tantũ sensu cognoscerentur distincte quia cognoscerentur secundum aliquam rationem in qua distinguuntur ab omnibus creatis, quo pacto cognoscuntur modo distincte omnia attributa late & improprie dicta. Et fortasse nihil aliud voluit Ferrariensis. 3. contragentes. c. 56. dubio. 1. ad. 2. dum ait beatos videre non solũ materialiter, sed etiam formaliter infinitatẽ Dei intensiuam quantũ ad an est: quia vident perfectionem Dei esse infinitam: non tamen cognoscere distincte illâ infinitatẽ, quia hoc inquit, esset cognoscere particulariter et distincte omnes gradus perfectionis in illa contentos, qui infiniti sunt, secundum quod vnus ab alio formaliter distinguitur quod sine cõprehensione fieri non potest. Idem ait de infinitate intensiua. In quibus verbis aperte vult Ferrariensis, & bene, non cognosci à beatis distincte, idest secundum proprias rationes suas formales, omnes gradus perfectionis existentes in Deo, quia sunt infiniti & ex eiusmodi eorum cognitione sequeretur comprehensio Dei: secus, autem materialiter. Sed aliqua improprie, aut falso etiam dicit: primo enim significat, neutram infinitatem cognosci quiditatiue sed tãtum quoad an est: quod falsum est, nam sicut Deus ibi cognoscitur, quoad quid est, seu quiditatiue, vt ait D. Th. 4. d. 49. q. 2. a. 1. ad. 8. & a. 2. ad. 4. & sectione. 1 exposuimus, patetq. quia sola quiditatiua cognitione infiniti boni, vt infinitum est, satiari potest appetitus, vt ait Scotus. 3. d. 13. q. 1. ad. 2. ita etiam quiditatiue cognoscitur infinitas Dei, quæ ad essentiam, & alia attributa tantum addit negationem finis. 2. distinguit in Deo infinitatem intensiuam, & extensiuã, quasi duo attributa, cum tamen infinitas intensiuã improprie dicatur in Deo, & sano modo intellecta extensiuã comprehendat: potẽtia enim Dei ad infinitas creaturas producendas quæ est infinitas extensiua, ad infinitam intensiuam perfectionem Dei pertinet.

Ad. 2. Ad. 2. R. ex dictis, quodlibet attributum habere infinitos gradus, quitamen à nulla creatura possunt cognosci distincte, modo explicato, idest secundum proprias rationes, quibus ad inuicem distinguuntur, hoc enim esset comprehendere attributum & ponere infinitos gradus realiter distinctos in visione creata, & infinitam virtutem in agente ad producendum infinitum in actu. Possunt tamen omnes illi gradus cognosci distincte, & re ipsa cognoscuntur à quolibet beato, quatenus cognoscuntur secundum propriam rationẽ, qua distinguuntur ab omnibus rebus creatis. Ex quo non sequitur comprehensio, quia cõprehensio est cognitio rei quantum cognoscibilis est, iuxta D. Thomam. 1. p q. 12. a. 7 Quando autem aliquid non cognoscitur secundũ omnem eius rationem, & gradum, non cognoscitur quantum cognoscibile est.

Ex quo R. ad. 3. cum suis confirmationibus, 12.
id enim comprehenditur cuius nihil latet: Ad 3.
idest cuius nulla pars (si quam habet) nullaq. ratio, vel habitudo secundum seipsam latet, (vt late in hac disputatione docebimus) non autem admittimus, ita Deum à beatis cognosci, quia multæ in eo sunt rationes, quæ formaliter, & secundum seipsas non patent: bene tamen materialiter, & secundum aliquid quod illis idem est. Vnde propositiones facientes sensum formalem negandæ sunt, vt si demus aliquem beatũ non cognoscere Deũ, secundum quod est productiuus. A. creaturę posibilis, falsa erit ista propositio: hic beatus cognoscit Deum vt productiuum, A. vel cognoscit Deum esse productiuum. A. In hac vero propositionum forma verum est verba significantia actum animæ internum applicare suum significatum ad formale termini sequẽtis, quod tamen in alia forma non est verum. Cum enim video albedinem verum est me cognoscere formam disgregatiuam visus, & & productiuam specierum &c. tamen nõ cognosco albedinem sub his rationibus, sed sub alia ratione, scilicet albedinis. Sic Ocham. 1. d. 1. q 5 & Gab. eadem distinctione docent. in sensu identico, & materiali non posse cognosci Deum in via vel in patria, quin simul cognoscantur omnia quę identificantur cum ipso: in sensu autem formali dicunt, esse posibile, vt explicabimus ex eisdem sectione sequenti.

Ad. 4. R. Molina. 1. p q. 12. art. 8. disputatione. 3. cum dicimus, beatum cognoscere omnia, quæ sunt formaliter in Deo, intelligitur, quantum ad id reale quod dicunt in Deo, nõ quantm ad habitudinem, & relationem rationis, quam dicunt ad creaturas in porticulari: sic enim non posent omnia cognosci sine totali penetratione, & cõmprehensione Dei quia Deũ cognoscere, posse amare, posse q., producere hanc, aut illam creaturam & esse idæam illius, formaliter importat relationẽ rationis ad creaturam in particulari: ideo nõ est necesse cognosci à beato secundum suam rationem formalem, & vltimam, sed secundũ id quod est materiale, nempe secundũ eã entitatem, in qua fundatur illa habitudo, & relatio rationis Eodem modo respondet Hẽriquez de fine hominis. c. 10. §. 3. 13. Ad 4.

Sed

Sed hæc solutio difficultatem habet, nam scientia in particulari ad scibile in particulari non solum dicit relationem rationis, sed etiam realem transcendentalem. Similiter amor & potentia ad suum obiectum, quoniã: hæc intrinsece respiciunt obiecta sua. Relatio autem rationis non est intrinseca enti reali, & ita in actibus nostris docuimus tractatu 1.disputatione.6.sectione.1. Prorsusq. idem est in actibus diuinis. Nullus autem beatus cognoscit omnes illas habitudines transcendentales, ergo non cognoscit omnia realia, quę sunt formaliter in Deo.

Confir.quia non minus respicit scientia in cõmuni scibile in cõmuni, quã sciẽtia in particulari scibile in particulari, ergo si sciẽtia in cõmuni respicit scibile in cõmuni relatione trãscendentali intrinseca, etiam scientia in particulari scibile in particulari. Quare ergo beatus necessario videt scientiam Dei secundum habitudinem, quam dicit ad scibile in communi, & non scientiam in particulari secundũ habitudinem ad scibile in particulari? Alij respondent, beatos necessario videre Deum secundum omnem rationem, quæ est penitus absoluta, & non includit respectum realem prędicamentalem, nec transcendentalem, nec rationis ad creaturam, non vero secundum rationes, quæ aliquam ex his relationibus includunt. Sed neq. hoc satisfacit plene: nam forte in Deo nulla est ratio ita absoluta, vt nullam huiusmodi relationem includat: nam si est negatiua, dicit intrinsece ordinem ad formam oppositam, si vero est positiua, omnis videtur intellectiua, volitiua, vel effectiua creaturæ proxime, vel remote, & intelligibilis, atq. amabilis à creatura: ergo nulla ratio esse videtur in Deo ita absoluta, quin contineat relationem transcendentalem ad creaturas. Et esto sit, tamen cognitio Dei sine vlla habitudine ad creaturas, scilicet vt cognitas diligibiles, vel producibiles &c. non videtur sufficiẽs vt homo sit beatus. Vnde. 3. dici potest videntes Deum, non necessario simpliciter videre Deum secundum omnem rationonem, etiam positiuam, vt dictum est; idq. tantũ probare argum: tamen necessario videre omne attributum, & quidquid est formaliter in Deo, secundum aliquam rationem, & vt sint beati debent saltem videre ipsum secundum rationes attributorum, quę in via à nobis cognoscuntur, alioqui enim visio esset adeo imperfecta, vt hominem minime bearet.

4. quod attinet ad potentiam creatiuam dicunt aliqui, non respicere relatione reali trãscendentali omnes creaturas in particulari, sed secũdũ rationem communem entis creabilis, à qua ratione communi quodammodo specificatur. Idemq. dici potest de potestate diligendi creaturas possibiles: sed non potest applicari ad cognitionem, quia constat in Deo esse cognitionem omnium rerum possibilium in particulari, & ita referri ad illa in particulari per aliquam relationem transcendentalem. Et idem puto de potentia creatiua 1. quia Deum esse productiuum hominis est aliquid reale formaliter existens in Deo, & inuoluit habitudinem ad creaturam, etiam in particulari, & non inuoluit relationem prædicamentalem, ergo transcendentalem.

2. quia potentię reales non respiciunt rationes communes in sua cõmunitate, & abstractione, sed contractas ad indiuidua: quę tamen respiciunt sub disiunctione quadã. Nam etiã si intellectus noster nunquam faceret talem abstractionem, nec haberet conceptum communem imo nec posset habere, potentia creatiua respiceret illa obiecta in quibus reperitur ratio, quæ modo per intellectum fit communis: maxime cum ea non sint producibilia in communi, sed tantum in particulari. Idem est de potentia visiua, auditiua, & reliquis quę potentiæ cum contractione respiciũt intrinsece; & rationes communes, & speciales, præter intellectum, & voluntatem qui possunt attingere obiecta sua, cum abstractione, & cum contractione: nec in hac re est discrimen inter potentiam creatam & increatã, quia etiam increata suam quasi specié sumit ab obiecto adæquato, & actibus, quos circa illud potest exercere, non quia obiectum sit vera causa talis speciei, cum non requiratur præexistẽtia obiecti ad esse ipsius speciei, sed quia si nõesset possibilis talis terminus, non esset potẽtia, quæ illum intrinsece respicit vt possibilem.

Ad.5.R. sicut ad videndum distincte, & secundum omnes partes immensum corpus, necessaria esset vrtus, & visio infinita, ita ad videndum distincte, & secundum omnes rations essentiam diuinam immensam, & eius immensitatem, quod est videre illam immense, & infinite, ac totaliter, vt patet ex D. Tho. de verita. q.8.a.2.ad.6. Tamen quia immẽsitas, & essentia diuina non habet partes distinctas ex natura rei: qui aliquid eius videret, totam immensitatem, & essentiam simpliciter, & absolute videret: at qui videret corpus, non totum videret simpliciter, sed tantum secundum quid, quia aliquas partes eius non attingeret propter magnam earum distantiam à visu. 14. Ad.5.

Ad.6. negatur minor, & ad primam probationem R. illam opinionem de distinctione ex natura rei inter essentiam & attributa ipsa, reuera non esse Scoti, tantum enim ponit distingui formaliter ex natura rei negatiue, id est 15. Ad.6.

est non esse idem formaliter ex natura rei, sed realiter tantum. In quo sensu illum explicant, & sequuntur citati in argumento; & patet ex ipso Scoto. 1. distin. 2. quæstio. 7. §. sed ad hoc restat. Sed cuiuscumq. sit hæc sententia falsa est, de quo. 1. par. differitur, sufficit tamen ea distinctio negatiua, quam ponit Scotus, vt videri possit vnum attributum secundum propriam rationem sine alio, quod nos propter distinctionem rationis ratiocinatæ admittimus.

Ad 2. probationem R. probare non esse necessarium simpliciter, vt videns Deum videat omnia quæ in eo sunt, secundum proprias rationes, quibus adinuicem distinguuntur, sed satis est videre illa secundum aliquam rationem. Vt tamen videns Deum sit beatus, forte requiritur explicita, & formalis cognitio eorum quę proprie dicuntur attributa, ita vt cognoscantur secundum proprias rationes, quibus distinguũtur adinuicem. Nec est absurdum ad essentiam Beatitudinis, vltra visionem, dilectionem, & fruitionem Dei, petere certam perfectionem visionis.

Ad confi. Ad confirmationem R. viso Deo necesse esse videri actus liberos Dei, non secundum proprias rationes, & formaliter sed saltem materialiter, & secundum aliquas rationes.

16. *Ad. 7.* Ad 7. R. quosdam negare omne verbum repręsentans Deum, vt in se est, siue adæquate, siue inadæquate, hoc est siue secundum rationem vnius attributi, siue omnium, quia eadem ratio est de vtroque verbo. Admittunt tamen aliqui ex his verba quædam, quæ repræsentent attributa Dei secundum rationes communes Deo, & creaturis, qualia verba dantur in via, & fortasse nihil aliud intendunt Capreolus, & sequaces. Si autem dari possunt verba quæ repræsentent Deum in se secundum varias rationes attributorum, idẽ dici potest de visionibus. Sed credo non posse dari, saltem de lege, & de potentia ordinaria, & connaturali varias visiones eiusdem obiecti in eadem potentia, maxime per idẽ lumen, & eodem modo, quia visiones eiusdem potentiæ speciem sumunt ex obiecto materiali: & quacumque ratione illud videatur, visio est eadem specie, imo & numero, nunc contractior, & confusior, nunc latior, & expressior. De potentia autem absoluta sicut non implicat poni plures albedines in eodem subiecto, ita nec plures numero visiones attingentes idem obiectum, etiam secundum eandem rationem.

17. *Ad arg. 2. opinio.* Ad argumenta 2. opinionis, quatenus militare possunt contra id quod diximus, videntes Deum non necessario videre ipsum secundum omnes rationes; nec attributa secundum proprias rationes, quibus adinuicem distinguuntur. Respondetur ad. 1. ad videndum Deum sicuti est, & notitia intuitiua, *Ad 1.* & cognoscendum, sicut ego ab alio homine cognoscor, non esse necessarium, vt cognoscatur secundum omnes rationes, & vt attingantur attributa secundum proprias rationes, quibus adinuicem distinguuntur, sed satis est cognosci Deum secundum rationem qua distinguitur ab omnibus rebus creatis, sicut nec ad cognoscendum intuitiue hominem oportet cognoscere illum secũdum omnes rationes intrinsecas illi, aut accidenti, quod est proprium obiectum externæ visionis. Adde, quod si loquamur de essentia, secundum rationem essentiæ, qua concipitur à nobis imperfecte, & inadæquate, non sunt de intrinseca ratione ipsius essentiæ attributa, sed esse veluti radicem, fontem, & fundamentum attributorum, vt in materia de Trinitate docuimus. Et propterea, si omnino, & comprehensiue cognosceretur essentia etiam secundum inadæquatam istam rationem essentiæ, necessarium esset videre attributa ad quæ dicit intrinsecam habitudinem. Idem est de attributis, quia etiam dicunt intrinsecam habitudinem ad essentiam. Quia tamen essentia, etiam vt condistinguitur attributis habet varias rationes, dicit enim habitudinem ad existentiam, & subsistentiam, & ad varia attributa, bene posset de potentia absoluta videri, secundum vnam habitudinem, & rationem, & non secundum aliam. Modo autem re ipsa videtur secundum habitudinem ad existentiam, & subsistentiam, & omnia attributa proprie dicta, alioqui enim visio Dei, esset imperfecta, nec hominẽ forte bearet.

Ad confirmationem R. essentiam non posse omnimoda distinctione, & claritate cognosci, nisi videatur secundum omnes rationes; secus claritate & distinctione sufficiẽti ad notitiam intuitiuam, vt sæpe dictum est.

18. *Ad 2.* Ad 2. Respondetur simplicem rem non posse secundum aliquid videri, & secundum aliquid non videri quod vere, & realiter sit pars: secus secundum aliquid, quod non sit vere pars, sed tantum nostro modo intelligendi: quia res, quæ nõ est composita realiter, potest esse composita secundum rationem & modum intelligendi, & cognosci secundum vnam rationem, & non secundum aliam, vt res quæ est sapientia, potest cognosci quasi materialiter tantum, scilicet, secundum rationem iustitiæ, cui identificatur, & non secundum propriam rationem sapientiæ, qua distinguitur à iustitia secundum modum nostrum intelligendi.

19. *Ad 3.* Ad 3. R. forte nisa essentia non est necesse videri aliquod attributum, sed satis est videri

eam secũdum aliquam rationem omnino absolutam,vel secundum habitudinem ad essentiam, & subsistentiam, quæ non sunt proprie attributa Dei, eo quod non habent rationẽ proprietatis, quasi accidentalis, sed complementi substantialis. Deinde, etiam si necesse essetcognosci essentiam in ordine, & habitudine ad attributum in communi, vel ad aliquod attributũ vage,vel determinate ad hoc, vel illud non tamen est necesse in ordine ad sapientiam determinate, vel ad iustitiam determinate sed vt videatur,sufficit videri secundum habitudinem ad hoc, vel secundum habitudinem ad attributum, abstrahendo ab hoc, & illo, & sub disiunctione affirmando, competere illi hoc attributum, vel illud; & tunc aliquid cognoscetur de essentia, nempe illa habitudo, quæ est illi intrinseca, vel terminus illius habitudinis, cum quo identificatur: neque cognoscetur secundum rationem communem sibi, aut creaturis, aut negatiuã, sed positiuam,& propriam, inqua distinguitur àcreaturis.

Ad 1.confirm. Ad 1. Confirmationem R. de ratione cuiuslibet attributi esse essentiam, si secundum ea omnia, quibus identificatur, spectetur; non tamen si consideretur secundũ conceptũ obiectiuum distinctũ ratione ab essentia; & licet etiam vt condistinguitur essentiæ, sit de eius intrinseca ratione habitudo ad essentiã, tamen etiam aliæ habitudines sunt intrinsecæ, & ideo posset videri secundum habitudinem ad aliquid aliud, & non ad essentiam, & consequenter videri non visa essentia secundum proprium conceptum essentiæ, sed secundum rationem propriam illius attributi, qua distinguitur ab essentia.

Ad 2.confirm. Ad 2. confirmationem R. notitiam intuitiuam terminari ad rem vt præsentem, & ideo magis necessarium est,videntem Deum cognoscere ipsum esse, quam esse sapientem, maxime cum esse sit fundamentum reliquarum perfectionum: abstractiue autem vt dixi superius, forte est possibile cognoscere Deum quiditatiue imperfecte, non cognoscendo ipsum existere.

Ad 3.confirma. Ad 3. confirmationem R. absolute sine cognitione essentiæ, & attributorum, non posse consistere Beatitudinem, secus sine cognitione essentiæ, vel attributorum secundum hanc, vel illam specialem rationem.

R. secundò,licet ad Beatitudinem necessaria sit cognitio essentiæ, & attributorum, secundum proprias eorum rationes, non tamen est necessaria præcise vt videatur Deus: nec est absurdum,depotentia absoluta posse tam imperfectam esse visionem Dei, vt nõ reddat hominem Beatum; falso ergo Medina.3.part.quæst.11.art.1.ait,omnes Theologos rectissime conuenire non posse videri Deum, nisi per scientiam beatam: nisi intelligat de potentia ordinaria, de qua loquuntur Aegidius. 1. distin.3. quæst. 1. & Albertus in summa Theologiæ, tracta. 3. quæstio. 15. Falso etiam alij apud Vazquez disputa. 13. cap. 1. & 2. dicunt, visionem Dei solum beare, quatenus est cognitio bonitatis diuinæ expressæ in Psal. 72. *Quam bonus Israel Deus, iis, qui recto sunt corde*. Nam bonitas vt docet ibi Vazquez est singulare quoddam attributum, visio autem Dei, non beat, vt est cognitio vnius tantum attributi,quoniam vt sic, non est perfecta,ergo.

Sectio Tertia. Vtrum visione beatifica possit videri essentia sine personis, aut vna persona sine alia?

SCotus 1. distin. 1. quæst. 2. & dist. 49. quæst. 7. ait, de potentia ordinaria, & sine miraculo videri non posse essentiam sine personis, vel vnam personam sine alia. Videri tamen posse de potentia absoluta essentiam sine subsistentijs relatiuis constituentibus personas,ac proinde sine personis,& Patrem, ac Filium sine Spiritu sancto,licet non Patrem sine filio aut è contra: quia relationes oppositæ sunt simul cognitione. Non autem explicat Scotus, an relationes possint absque essentia videri. Sic etiam Cardinalis Sarnanus in directorio Theologico, verbo, beatitudo, ait,de lege ordinaria non posse videri essentiam sine personis; secus de potentia absoluta. 20.

1.opinio. Scot. 1. asserẽs de potẽtia absolutaesse essentiam sine personis, & vnam personam sine cæteris posse videri. Sarnanus.

Fundamenta Scoti sunt Primum, quia relationes non sunt de ratione obiecti beatifici: ergo potest dari visio beatifica non visis relationibus. Secundum, quia visio potest manere sine cognitione obiecti secundarij; relationes autem sunt obiecta secundaria visionis beatificæ: ergo. Tertium, quia quando aliqua distinguntur formaliter, bene potest vnum sine alio videri; essentia autem distinguitur formaliter à relationibus: ergo potest sine illis à beatis videri.Quartum fundamentum esse potest: quia nulla potest ostendi implicatio, aut repugnãtia in eo quod essentia absq. relationibus videatur. Si enim aliqua, maxime quod essentia videretur, & non videretur;iã enim supponimus eã videri. Quod autem non videatur, probatur. Primò,nam impossibile est videri Petrum non viso Petro; sed essentia, & persona sunt tam idem, sicut Petrus, & ipsemet: ergo impossibile est videri essentiam non visa persona. Secundò quia

1. Argu.

2.

3.

4.

quia non potest videri paternitas non visa paternitate: ergo nec non visa essentia, quia tã idem est cum essentia, quam secum.

Tertiò, quia si in Deo tantum esset vna persona, non posset videri diuina natura sine persona; quia tunc personalitas esset absoluta, & in Deo non potest videri vnum absolutum sine alio; sed nunc tam eadem est deitas tribus personis, sicut tunc vni: ergo non potest nunc videri essentia sine tribus personis. Quarto, quia esse trinum est ita de ratione intrinseca Dei, sicut rationale de essentia hominis; sed non potest videri homo non visa rationalitate: ergo nec Deus non visa Trinitate.

Hæc aũt non satis ostendunt repugnantiã, videtur enim aperte habere instãtiã. Quia nõ obstante identitate essentiæ, & relationis Pater communicat Filio essentiam, & non paternitatem: ergo similiter potest videri essentia sine paternitate, maxime cum intellectus sit natus adunata diuidere, & distinctio rationis sufficiat ad cognoscendum & videndum vnũ, & non aliud.

1. confir. Confir. Primo, nam vt vidimus in materia de Incarnatione, filiatio secũdum se, & immediate vnita fuit humanitati Christi, non autẽ essentia. Item existentia absoluta, & similiter subsistentia absoluta potest vniri humanitati non vnitis relationibus, vel existẽtijs, aut subsistentijs relatiuus: ergo similiter poterit intelligibiliter vniri intellectui essentia non vnitis relationibus.

2. confir. Confirm. secundo, quia essentia diuina vnitur intellectui beati in ratione speciei intelligibilis, quo modo nõ vniuntur illi relationes: Relationes enim per se non sunt actiuæ; quod autem gerit munus speciei intelligibilis, debet agere: ergo etiam potest essentia diuina vniri per modum obiecti concepti, & intellecti non vnitis eo modo relationibus.

3. confir. Confir. Tertio, quia licet daremus, quando aliqua sunt idem adæquate non posse vnũ videri sine alio, & ideo si vna esset tantũ persona diuina, non posse essentiam sine tali persona videri; tamen non est opus id admittere in ijs, quæ inadæquatè tãtum sunt idem: tunc enim id quod superius est, & latius patet, potest sine alio cognosci, vt animal sine homine. essentia autem non identificatur adæquatè personis, sed latius patet, & quodãmodo est superior: ergo visa essentia non est necesse videri personas.

4. confir. Et confirmatur quarto, ex fundamento contrario ad fundamentum aduersariorum. Nam res potest videri sine eo, quod est extra rationem ipsius; sed personæ sunt extra rationem essentiæ, alioqui non posset Pater cõmunicare essentiam, nisi communicando suã personalitatem: ergo potest videri essentia Patris non visa persona Patris: & sicut ex identitate essentiæ, & Paternitatis non sequitur communicata sola essentia Filio eam communicari, & non communicari; ita nec visa sola essentia sequitur ipsam videri, & non videri, maxime cum non sit de ratione visionis, & notitiæ intuitiuæ attingere omnem modum, quem res in se habet. Dæmon enim videbat humanitatem Christi, non tamen videbat eius existentiam, & subsistentiam; sed satis est rem habere in se, quod habere apprehenditur & iudicatur.

5. confir. Confir. quinto. Nam Sotus 4. d. 49. q. 3. art. 2. concl. 2. docet notitia iudicatiua posse essentiam cognosci sine personis, & vnam personam sine alia; eadem autem est ratio de notitia apprehensiua: ergo etiam notitia apprehensiua potest cognosci vna persona sine alia, licet oppositum sentiat Sotus.

6. confir. Confirm. sexto. Nam opinionem Scoti tenuit Ferdinandus Vellosillus Episcopus Lucensis in aduertentijs Theologiæ ad Tom. 9. Aug. quæst. 16. dub. 2. vbi ait, opinio Sancti Thomę, quòd vna persona sine alia videri nequit, est vera de lege, non autem de potentia Dei absoluta. Vel si intelligatur de potentia absoluta, forte est vera de notitia apprehensiua, non de iudicatiua: nihil enim obstare videtur, quin Deus alicui ostendere possit, se esse omnipotentem, non ostendendo, quod sit Pater, aut Filius; & sic possit etiam communicare alicui notitiam de perfectione aliqua non ostendendo aliam, quantumcunq. identitas sit inter perfectiones ipsas.

21. 2. opinio. asserẽs nõ posse essẽtiã videri sine personis, nec vnã sine alia.

2. opinio est, non posse à Beatis videri essentiam, quin omnes personæ videantur, nec vnam sine alia. Hæc tribuitur Diuo Thomę, quia 1. p. q. 12. art. 7. ad 2. & 3. ait, nihil Dei esse, quòd à Beatis non cognoscatur cũ sit simplicissimus. Quod etiam docuit 3. contragen. cap. 55. in fine. Item 3. p. q. 3. art. 3. ait, eum qui cognoscit Deum, sicuti est, non posse abstrahere aliquid à Deo; & loquitur de abstractione essentiæ á relationibus. Sed locus iste non est ad rem, quia, vt ibi diximus, docetq. Suarez ibidem, Diuus Thom. loquitur de cognitione Dei etiam in via, & de abstractione negatiua, non de præcisiua: vt sensus sit, eum qui cognoscit Deum vere, non posse negare de illo diuinas personalitates. Expressior autem locus D. Thom. est 2. 2. quæst. 2 art. 8. ad 3. vbi ait, non posse intelligi essentiam vt in se est, sicut intelligitur à Beatis, quin intelligantur personæ. ibique Caietan. late disputat contra Scotum. Hanc etiam opinionem expresse docet Henrriquez lib. de fine hominis cap. 10. §. 3. Valentia 1. p. q. 12. puncto 6. q. sua. 2. ad primum argumentum. Molina eadem q. art. 8. dispu. 4.

Vazq. disp. 48.c. 2. Cabrera.3.p.to.2. q.10. a. 2.disp. 6.nu.66. similiter docens,non posse vnũ attributũ videri sine alio,vel essentiam sine attributis. Anton. Perez certami 4. scho. nu.45.Bañes.1. p.q.12.a.7.dub.1.& 2.Med. 1.2.q.11.a.4. vbi licet probabilẽ putet sententiam Soti.4.d.49. q. 3.art.3.asserentis,de potentia absoluta posse beatos videre essentiam sine personis, & vnam sine alia, loquendo de notitia iudicatiua,& non de apprehensiua: tamen probabilius esse ait,nec notitia iudicatiua id fieri posse,& absolute putat implicare euidentem cõtradictionem, vt videatur essentia non visis personis,aut vna sine alia.Et hãc sententiam tribuit Henrico quodlib. 2. q. 7. sed oppositam illi tribuit Vellosillus supra: falso autem vterq. Nam ibi tantum dicit Hẽricus personas à Beatis cognosci, vt sunt vnũ in essentia,& vt sunt plures,& vtroq.modo cognosci vnico intuitu: quia quę, vt vnum sunt, cognoscuntur,vnico intuitu cognoscuntur : & similiter,quæ cognoscuntur vt plura,ad inuicem tamen relata:opposita enim relatiue vt sic,vnico intuitu cognoscuntur. Clarè tamen id docet Henricus quodlib. 13.q. 1. argum. Sed contra. Sed in via,ait, cognosci essentiã sine personis, & vnum attributum sine alio. Ocham autem 1.d. 1.q.7.& Gabr. ead.dist. & quæst.docent,nec in patria,nec in via posse cognosci, aut diligi essentiam sine personis, aut vnam personam sine alia. Quod explicãt latè,præsertim Gabriel in sensu idẽtico & materiali, secus in sensu formali,quem faciunt propositiones,in quibus dicitur me cognoscere aliquam propositionem, vt cum dico,cognosco Deum esse trinum,vel esse Patrem;est sensus,me cognoscere Deum, in quantum trinus vel Pater est &c. Idem ait Gabriel,quando vox significans actum animæ anteponitur obiecto:quia tunc censet appellare suum significatum ad formale ; vt cum dico, cognosco venientem, sensus est, cognosco quis sit iste, qui venit, scilicet, determinate cognosco illum esse Petrum, vel esse Paulum : secus quando dico,venientẽ cognosco;ad hoc enim satis est cognoscere personam illam, licet ignorem, an illa sit,quæ venit. Vnde opinio Ocham reuera non est contraria opinioni Scoti:materialiter enim,& in sensu identico non negaret Scotus, visa, vel cognita essentia, vel dilecta, necessario videri, vel cognosci, aut diligi personam. Sed Scotus putauit in his propositionibus fieri sensum formalem;ideo cũ quis non cognoscit personam sub conceptu proprio,& relatiuo, etsi cognoscatur essentia sub proprio conceptu, negat cognosci personam. Quæstio ergo inter Scotum, & Ochã solum est de nomine, & Gabriel pro opinione Ochami initio illius quæstionis refert Adamum Henricum de Oyta, Argentinam, Holcot, Cameracensem, Elephat, Brinchel, & alios. Argumenta huius sententiæ in 4. argumento prioris sententiæ relata sunt.

Locus Hẽricipera intellectus, & quæ illius sit sententia.

Sententia Ochamnõ est contraria Scoto.

22. *1. Conclu. Beati formaliter et explicite secundum proprios conceptus obiectiuos clare vident personas diuinas.*

Dico primo. Beati non solũ materialiter, & identice,sed etiam formaliter, expressẽ & explicite, ac secundum proprios conceptus obiectiuos, seu rationes, quibus personæ diuinę ab inuicem distinguuntur, eas clare vident.Ita tenet Paludan. 4. d.49. quæst. 5. ar. 3. nu. 17. dicens, de potentia ordinaria non posse videri essentiam sine personis, quia debemus videre quicquid credimus,&c.

1. probat.

Probatur primo,ex scriptura. Nam 1. Corinth. 13.dicitur; nunc cognosco ex parte,tũc autem cognoscam, sicut & cognitus sum : cũ venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Quibus verbis aperte significatur visionem correspondere fidei, & ea esse clarè videnda, & cognoscenda de Deo,quæ de eodem in via audiuimus & credidimus Psal.47. Sicut audiuimus, sic vidimus,& August. lib. de diligendo Deum in fine libri.c. 18.Quod hic crediderunt,ibi videbunt. Quæ verba ex ipso sumpsit Prosper. 1. de vita contemplatiua cap. 4. August. etiam 20.de Ciuitate Dei cap. 21. quid videbimus nisi Deum, & omnia illa quę nunc non videmus credentes? & Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant se solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vbi sermonẽ esse de cognitione in patria, multi Sancti docent, quos retulimus disputat. 2. huius tractatus sectione.5.

2. probat.

2. probatur ex definitione Ecclesiæ: sic enim habet Concilium Florentinum sessione vltima in litteris vnionis,decreto de Purgatorio.In cœlum mox recipi(scilicet definimus) sanctas animas iam plene purgatas & intueri clare ipsum Deum Trinum,& Vnum,sicuti est. Si autem tãtum viderẽt personas quasi materialiter, & non sub proprijs rationibus non fieret in eo decreto expressa mentio Trinitatis. Et concilium Francofordiense epistola ad Episcopos Hispaniæ in fine. prædicamus cum Spiritu sancto Christum Deum verum vnicum Filium Dei, vt ad eius beatissimam visionem peruenire mereamur, in quo vera beatitudo,& beata ęternitas.

23. *3. probat. Nazian.*

3. probatur ex Partibus. Nazianzen. enim oratione de plaga grandinis ait. Illos lux omni oratione maior exceptura est, & sanctæ, regiæq. Trinitatis purius iã,clariusq.collustrantis,totãq.se cum tota mente miscentis contemplatio;quam quidem ego solũ Regnũ cœlorum potissimũ esse arbitror. Et oratione in sanctum Basilium in fine ait. Vt simul viuen-

viuentes sanctã, ac beatã Trinitatẽ, cuius nũc exiguam speciem, & imaginem accepimus, purius, perfectiusq. conspicientes desideriis nostris finẽ imponamus. Et oratione in sanctã Gorgoniã in fine ait. Equidẽ non dubito, quin ijs quæ oculis cernuntur, multo excellentiora, & præstabiliora sint ea, quibus nũc fruemur, nempe vox festũ celebrantiũ Angelorum, choreæ cælestis ordo, gloriæ contemplatio, ac præsertim supremæ Trinitatis purior illuminatio, non iam amplius mentẽ corporis ergastulo clausam, sensibusq. diffusam suffugientis, sed totius iam toti menti contemplandam se se, amplexandã q. præbentis, totoq. diuinitatis fulgore nostras animas circumfulgẽtis. Et oratione vigesima circa finem. Beatã, inquit, Trinitatem purius, plenusq. cernentes. Et oratione 23. cũ processionẽ personarũ explicuisset, subdit. Quòd si modum quæris, quid ijs relaturus es, quos solos mutuo se cognoscere, atque mutuo cognosci scriptura testatur, aut ijs etiã nostrum, qui postea diuinitus illuminabũtur? fac, sis prius quidã eorum, ac tunc tu cognosces, quantum ij mutuo á se ipsis cognoscũtur. Et oratione in Cyprianum in fine petit, vt à Deo sibi obtineat Trinitatis, cui assistit martyr, pleniorẽ, clariorẽq. splendorẽ. Cui, inquit, vtinam etiam post confectum huius vitæ curriculum puri, & ab omni offendiculo liberi adstemus, eaq. perfecti perfecte fruamur. Et Nyssenus oratione in sanctum Ephrem. Tu vero diuino adsistẽs altari, vitæq. principi, & sacrosanctæ vna cum Angelis sacrificans Trinitati, omnium nostrum recordare.

Athanas. Athanasius lib. de æterna substantia Patris & Filij contra Gregales Sabellij, & in Oratione prima contra Arianos, & in expositione fidei similia dicit, & Magister 4. d. 49. c. 3. cuius verba superiori sectione retulimus.

Magister

Nyssen.

Augustin. Augustin. 11. Ciuitat. cap. 29. illi quippe Angeli sancti non per verba sonantia Deum discunt, sed per ipsam præsentiam immutabilis veritatis, hoc est, Verbum eius Vnigenitum, & ipsum Verbum, & Patrem, & eorum Spiritum sanctum: eamq. esse inseparabilem Trinitatem, singulasq. in ea personas esse substãtiam; & tamen omnes non tres Deos esse, sed vnum Deũ ita nouerunt, ut eis magis ista sint nota, quam nos ipsi nobis cogniti simus. Et libro de Speculo to. 9. c. 27. Aperte namq. videbitur cũcta mentis iã detersa caligine quomodo filius, qui oriendo est, tibi Pater de quo oritur, subsequens non est, & quomodo Spiritus amborum qui per processionẽ proditur, à vobis proferentibus non prętitur, quomodo & vnum diuisibiliter tria, & tria indiuisibiliter estis vnum &c. Lib. etiam de Catechiz. rudibus c. 25. aperte docet omnes beatos videre explicitè in cælo mysterium Trinitatis.

Et Ecclesia in festo Omnium Sanctorum canit: te omnes Sancti & electi voce confitentur vnanimi beata Trinitas Vnus Deus Et in Præfatione ex Isaiæ 6. ait omnes dicere. Sanctus, Sanctus, Sanctus, ter scilicet propter tres personas. Et in hymno dedicationis: omnis illa Deo sacra, & dilecta ciuitas plena modulis in laude & canore iubilo Trinum Deum vnicumque cum fauore prædicat. Ecclesia.

Dico secundo etiam de potentia absoluta non potest videri essentia quin saltem materialiter videantur personæ, neq. vna persona quin videatur saltẽ materialiter alia. Hoc probant Ocham Gab. & alij communiter ex illo Ioan. 14. Philippe qui videt me videt & Patrem meũ, scilicet ratione essentiæ quam qui videt eo ipso videt omnes personas saltẽ materialiter eo quod essentia ipsa est tres personæ. Atq. vt intelligatur hanc expositionẽ esse huic loco consentaneam, obseruandũ est, non posse explicari de visione corporali Christi vt homo est, quia ea visione qui videt Christum, nõ videt Patrẽ sicut nec qui corporaliter occidebat Christum, occidebat Patrem: quæ enim competunt Christo in quantũ homo, nõ dicuntur de Patre, sed de Deo per cõmunicationẽ idiomatum. Si autem Pater & Filius nõ essent distinctæ personæ, qui videbat Filium etiam oculis corporis videbat Patrem, & sic explicabat hunc locum Praxeas Hæreticus putans Patrem & Filium non esse diuersas personas, vt refert Tertullian. lib. contra Praxeam cap. 24. quem ex eisdem verbis Christi confutant Hilarius 7. de Trinit. & Basil. hom. 28. contra Sabellianos & lib. de Spiritu Sancto c. 8. Chrysost. & Cyrill. in eum locum affirmantes, hisce verbis personas non cõfundi, sed potius aperte distingui. nisi enim duæ essent personę non esset dictum, si cognouissetis me, cognouissetis & Patrem; & qui videt me, videt & Patrẽ, loquens de se & Patre quasi de duabus personis. Quod amplius patet ex verbis sequentibus. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est: nemo enim in se ipso proprie est. 24. 2. conclu. Probatio. Ocham. Implicat videri essentiã & non videri personas saltẽ materialiter sicut etiã videriynã personam nõ visa aliã saltem materialiter. Elucidatur locus. Ioan. 14.

Secundo nec potest exponi hic locus qui videt me videt & Patrem de visione corporali Christi secundum diuinitatem quamuis de hac exponãt Leontius & Theophylactus ibi & Chrysostomo. hom. 73. in Ioan. dicens. Si quis me videt & illum videbit; hoc est, nec ego, nec ille videri possumus. Philippus enim visus cognitionem quærebat. Quæ tamen expositio violenta videtur, quia verba illa, qui videt me videt & Patrem, non videntur negare, sed potius supponere videtur vtrũq. esse visibilẽ. Vnde Tertull. cõtra Praxeã. c. 24. licet dicat Philippum petijse visionem corpoream, tamẽ responsum Christi intelligit de visione perfi dẽ. 2. exposit

Sic enim ait. Et ideo suggillatur Patrem videre desiderans quasi visibilem, & instruit eũ visibilem in filio fieri ex virtutibus, nõ ex persone repręsentatione. Et similiter licet Cyril. 9. in Ioan. c. 36. & 37. etiam intelligat petitionem Philippi de visione corporea: tamen responsum Christi intelligit de visione per fidem. Sic enim ait c. 37. An igitur Philippe cũ multo melius in me Patrem videre possis, quàm in igne atiquiores viderunt, alium quẽdam modum videndi Patrem desideras &c. tu autem videre Patrem petis quia non penitus adhuc credidisti, quia ego in Patre, & Pater in me est. Et cap. 36. dixerat, putabat, oculis corporis Diuinam posse videri naturam; & infra. vnde oportebat intellexisse Philippũ impossibile omnino homini oculis corporeis substantiam Dei aspicere: nec valde prudenter, cum imago & caracter patris verus adesset, primitiuũ quasi non adesset desiderare: Sufficientissime enim qui Christum videt, Patrem videt: probè enim à fructibus arbor cognoscitur vt Saluator ait, &c.

3. *expos.* Tertio nec potest exponi qui videt me, videt & Patrem, id est perinde est, ac si Patrẽ videat propter similitudinem magnam, quę inter nos est. Ità videtur exponere Hilarius. 7 de Trinit. circa finẽ. Sed hæc expositio aliquãtulum violenta est & impropria, vt ait Tolet. Ioan. 14. annotat. 11. & sine necessitate statuit metaphoricam & figuratam locutionem & non consonat sequentibus verbis. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem, non credis quia ego in Patrẽ & Pater in me est?

4 *expos.* Quarto, nec cõmode exponitur de cognitione per fidem licet expositio hęc sit Tertul. supra, Cyrill. 9. in Ioã. c. 36. & 37. Vt latè Vazquez. 1. p. disp. 48. c. 3. nec mirum, si nomine visionis cognitionẽ fidei intelligamus: de hac enim præmiserat Christus: amodo cognoscetis eum & vidistis eum, & Ioan. 9. cum Christus cæco dixisset: Tu credis in filium Dei? Respondit, quis est vt credam in eum? Cui iterum dixit Christus. Et vidisti eum & ipse est qui loquitur tecum. Quamuis hic secundus locus de visione corporeà Christi secũdũ humanitatem intelligi potest. Sed contra hanc expositionem est, quòd Philippus nõ potuit existimare complementũ & satietatẽ sui desiderij in cognitione per fidẽ consistere, ac proindè nec de ea dicere: Ostende nobis Patrẽ & sufficit nobis. Præterea neque huic expositioni consonant verba sequentia. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem, non credis quia ego in Patre & Pater in me est?

5. *expos.* Quinto, nec cõmode exponitur de visione faciali, quæ ratione oppositionis relatiuæ non potest esse de filio, quin sit de Patre: quę expositio est Scoti sup. Nã Christus nõ fundat hoc in oppositione relatiua, sed in vnitate essentię dicens: non credis quia ego in Patre &c.

6. *expos.* 6. exponitur hic locus de visione faciali, vt sit sensus: propter vnitatẽ essentiæ nõ posse videri filiũ facie ad faciẽ, quin Pater etiã, vt Pater est videatur; sed nõ placet expositio, licet sit multorũ Thomistarũ. Nam vt statim ostẽdã, visa essentia nõ est necesse videri personas secundũ proprias earum rationes, sed materialiter, & identice, & seccũdũ aliquid quod est idem cum ipsis relationibus.

7. *expos.* 7. ergo expositio & amplectẽda, est, vt viso filio propter vnitatẽ essentiæ necesse sit videri Patrẽ: quia visa essentia necesse est videri personas, nõ formaliter, sed materialiter. Ita Gab. & Ochã cũ alijs quos citat supra & consonat Toleto paraphrasi in eũ locũ & annotatio. 11 Et hanc credo esse mentẽ Hil. 7. de Tri. Atha. in conf. fidei ad Epictetũ. Chryso. ho. 73. in Ioa. Postquã enim locũ illum exposuit de visione corporali Patris modo relato in 2. interpretatione. subiungit. Quod si quis dicat visum hoc in loco cognitionẽ intelligi, id ego non nego. Attamẽ nõ propter hoc dixit, sed vt eãdẽ substãtiã demonstraret. Qui meã substantiã videt, videt & Patris. Idẽ sentit Naziã. orat. 36. n 82. vbi dicit, filiũ Dei ideo merito logon appellari, quod sit veluti Patris definitio, qua cognita Pater ipse cognoscatur. Et oration. 49. de fide vbi ait: nõ immerito qui filiũ videt, videt & Patrẽ quia vnitate substantiæ & maiestate diuinitatis idẽ sunt. & Aug. trac. 70. in Ioan. ad Philippũ inquit, cur inseparabiles separatim desideras nosse? & 1. de Trin. c. 8. ait sicut dixit Philipp. ostende nobis Patrẽ & sufficit nobis, potuisse dicere ostẽde nobis te & sufficit nobis quia neuter sine altero potest ostendi. Vnum quippe sunt, iuxta id; ego & Pater vnum sumus. Idem circa id Psal. 84. ostende nobis Domine misericordiã tuam. & in id Psal. 87. Respice in me. Vbi hunc locũ tractans & illum Ioan. 17. hæc est vita æterna &c. concludit Patris & Filij separari nõ potest visio, vbi non separatur natura & substantia. Idem epis. 112. c. 5. in fine vbi dicit Christum dixisse illa verba ad ostendẽdã vnitatẽ Patris & Filij in natura. Et lib. quæstion. nou. & veter testamenti q. 45. per id, inquit, quòd consubstãtiui sunt, qui vnũ videt ambos videt. Eãdem interpretationem habent Cyrill. 9. in Ioan. c. 37. Theodorus Heracleota, Leontius, Beda, & Maldonatus in illum locum Ioannis. Athanas. orat. 2. cõtra Arrianos & serm. 3. & 4. contra eosdem. Victorinus lib. 4. Ambro. 5. de fide c. 5. Basil. lib. de Spiritu sancto. c. 8. & hom. 28. contra Sabellianos & Arianos, Tertull. lib. contra Praxeam. c. 24. ostendentes Christum esse consubstantialem Patri, quia qui videt illum, videt & Patrem, propter substantiæ vnitatem.

Probatio Ochã & Gabrielis ex illis verbis Ioa. 14 Philippe qui videt me &c. Germanę illorũ verborũ sensus.

Con-lu-

25. 2. probatio Ochã à ratione Ochã ratio (quia quod dicitur de vno, necessario dicitur de alio, cui idẽ tificatur) est valde difficilis.

Conclusio autem secundum Gabrielem Ocham & alios non solum est vera de cognitione beata sed etiam de cognitione fidei & quacumque alia, & de dilectione, seu fruitione. Ratio illorum est, quia quidquid dicitur de aliquo, dicitur necessario de eo cui identificatur, alioqui contradictoriæ verificarentur de eodem: sed essentia diuina & Pater idẽ sunt: ergo si videtur essentia diuina, videtur & Pater idem est de alijs personis.

Sed contra hoc est dificillimum argum. vt ait Gabriel: Quia maior habet instantiam in ipsamet essentia diuina quæ cõmunicatur filio: paternitas vero non communicatur: & è contra, Pater generat, essentia autem non generat. Essentia est vnita humanitati hypostatice: non autem Paternitas nec Pater, nec Spiritus sanctus; ergo similiter posset concedi essentiam videri & Patrem non videri.

Respondet Ocham, quidquid dicitur de aliqua re dicendum esse de re, quę illi est eadẽ nisi oppositũ sit de fide: & similiter prædicata contradictoria possunt, inquit, de eadẽ re concedi secundum diuersas rationes vbi fides cõpellit, & alias non. Nec vero tunc fides compellit concedere duas propositiones contradictorias: quando enim termini non sunt ijdẽ, nec synonimi, non sunt propositiones contradictoriæ. Termini autem eamdem rem significantes sub diuersa tamen ratione non sunt ijdem nec synonimi. Vnde istæ non sunt contradictorię, essentia cõmunicatur, paternitas non cõmunicatur. Hanc solutionem sic explicatam amplectitur & late defendit Gabriel, sed non plene satisfacit: cum enim Spiritus sanctus & Ecclesia, aut patres ab eo illuminati docuerint in quibusdam prędicatis esse cõmunicationem propter identitatem, in alijs vero id negent, inquirenda est aliqua ratio huius diuersitatis, vt ait Hericus de Oyta. Hanc autem diuersitatem non assignant Ocham, & Gabriel & licet hic dicat aliquos ex naturalibus voluisse rationem diuersitatis assignare, non tamen adducit illam, aliqui autem iuniores assignant: quia communicatio est proprietas realis essentię diuinę, quę reipsa illi conuenit ratione suę infinitatis, ex qua habet posse identificari omnibus relationibus quamuis interse oppositis ac proinde nulli earum adæquate identificari, sed cum excessu quodam, & posse communicari supposito constituto per vnam relationem non habenti relationem oppositam: at videri & non videri est quid extrinsecum: ideoq. ex essentiæ infinitate non prouenit, vt de ea affirmetur considerata secundum vnam rationem, & de eadem secundum aliam rationem considerata negetur. Sed hæc ratio non satisfacit: nã etiam vnio hypostatica cum humana natura est quid extrinsecum essentię, licet alio modo: (quæ diuersitas nihil refert) tamen verificatur de filio, & non de essentia & hoc etiam prouenit ex infinitate illius rei, quæ est essentia, & filius: ergo similiter posset dici visionem vere affirmari de essentia & non de filio, vel alia persona.

Refelli-tur alia ratio, quæ à recẽtioribus adducitur.

Vnde respondetur ad argumentum, prædicata contradictoria in sensu aliquo formali verificari posse de eadem re, videlicet accepta secundum diuersam rationem formalem. Sic Deus intellectu intelligere dicitur, non voluntate; quia in communi modo loquendi sẽsus est formalis & similiter licet in nobis voluntas & intellectus essent eadem res, vt aliqui putant: tamen verum esset dicere, nos intellectu intelligere, non voluntate: sic etiam verum est, Deum existentia existere, nõ intellectu, & essentia concurrere in ratione speciei intelligibilis ad sui visionẽ, non relationibus. Quia ergo istę propositiones faciũt sensum formalem, essentia cõmunicatur filio paternitas cõmunicat filio, vna cõceditur, altera negatur: & de essẽtia negatur generare, quia importatur distinctio realis essentiæ, vt essentia est à re genita. Similiter de patre negatur vnio hypostatica cum humanitate, quia vniri hypostatice significat communicare talem personalitatem, quæ vt personalitas, & nõ solum secundum aliquid identificatum suæ personalitati sit ipsius. Et similiter de aliquo poterit dici cognoscere Deum vt sapientem, & non vt amantẽ, vel omni potentẽ; quia fit sensus formalis. Idem est cũ dicimus Petrus cognoscit Deum esse sapientem, & non cognoscit esse potentem &c. Quoties enim propositio est materia cognitionis, denotatur extrema secundum proprias rationes esse cognita & sic potest exponi, quod ait Soto, Deum posse communicare alicui notitiam intuitiuam iudicatiuam de essentia, & non de personis & de vna persona & non de alia. In hac autem propositione, Deus videtur, Deus cognoscitur, Deus diligitur, vel essentia, videtur, cognoscitur, diligitur &c. nullus fit sensus formalis; ideo ad omne quod est idem cum essentia extendendę sunt. Loquimur modo de identitate rerum singularium: nam si vna sit vniuersalis, & alia particularis, licet nõ distinguantur realiter, potest cognitio affirmari de vna & non de alia: vt cum concipio animal conceptu communi, verum est dicere, cognosco seu apprehendo animal, & non hominem, aut equum, Petrum vel Paulum. Et ideo dicunt Dialetici animal in his propositionibus supponere simpliciter, & non licere ab eo descendere ad inferiora. Quando autẽ sensus sit censendus formalis, ex hominum impositione, & vsu magna ex parte pendet.

Solutio argumenti quod contra rationẽ Ochã affertur.

Quo-

Quoniam autem conclusio hęc non tanti momenti est,cum pertineat tantum ad modum loquendi,subijcio aliam conclusionem, quæ dirimit totã cõtrouersiam, quæ de re esse potest.

26. 3.conclu. Et Dico tertio,de potentia absoluta& sine miraculo posset videri esẽtia nõ visa vlla persona secũdũ propriãeius rationem,seu formaliter & vna persona non visa alia secundum propriã eius rationẽ,seu formaliter.Hanc cõclusionem tenet expresse Palud.4.d.49. q.5. a.3.nu.17.& sequentibus.Vbi ait, de potentia absoluta non posse videri essentiam sine re quæ est persona,bene tamen sine eo quòd videatur ratio personæ cuiuscumq.quod ait patere quatuor rationibus.Prima quia intellectus non comprehendens rem potest in ea cognoscere vnum modum, seu rationem ignorando aliam etiam sola ratione distinctã.

2.quia non plus differunt attributa ad inuicem quam essentia & persona, sed potest vnum attributum videri sine alio ergo & essentia sine personis .3. quia potest videri essentia non videndo in ea rationem ideę: ergo & non videndo in ea rationem personæ. Patet consequentia, quia minus addit idæa ad essentiam, quam persona, cum hæc addat quid reale,illa rationis.Antecedens vero,probat quia vt patet ex Arist.libro de memoria, & reminiscẽtia,res que est imago,potest cognosci non cognoscendo in ea rationem imaginis:quod potiorem locum habet in re quæ non est facta,vt repræsentet, qualis est essentia diuina. 4. ratio quia prior est cognitio rei absolutæ in se quam in comparatione ad aliud,& prius potest absolui à posteriori diuina virtute &c.& postea Paludanus respõdet ad rationes Aureoli Ochami, Adami, & Gerardi, quodlib.2.q.1.qui videntur tenere oppositum. Lege argumenta,& solutiones in ipso quia maxime consonant argumentis, quæ nos hic referimus,& solutionibus, quas adhibebimus.Per omnia autem Paludanum imitatur Antoninus.3.p tit.30.c.4.§.2.Pater etiam Montemaior quem sectione precedẽti citaui,hanc conclusionem tenet & docet in materia de beatitudine.q.16.de visione Dei, Addens visionem essentiæ sine personis non fore beatificam.Franciscani etiam Romæ hoc anno.1604.corã illustrissimo Cardinali Iustiniano defenderunt,de potentia absoluta essentiam sine personis videri posse. Eamdẽ sententiam tenet Ouandus. 1.d.1.propos. 10.&.2.dist.3.propos.9.cum Scoto locis initio huius sectionis citatis vbi & Cardinalem Sarnanum citauimus in directorio Theologico verbo beatetudo,& Vellosillum aduertentijs ad tom.9 Augusti. quæsito 16. dubio.2.

Patet etiam ex rationibus,quibus prędẽti sectione ostendimus,posse videri Deum de potentia absoluta non viso aliquo attributo secundnm propriam rationem qua distinguitur ab essentia & vnum attributum non viso alio secundum propriam rationem.Vnde quidam iuniores,qui id fatentur in essentia, & attributis,negant autem in essentia comparata ad personas,& in vna persona comparata ad aliam,non loquuntur consequenter,maxime cum intra latitudinem distinctionis rationis actualis, vel virtualis realis,maior sit distinctio, & minor vnitas inter essentiam & relationem quam inter absoluta ipsa.Neque vrgent rationes,quibus iuniores illi mouentur.Prima est quia de ratione notitiæ intuitiuæ est,vt per eam videatur obiectum secundũ modum & conditiones,quas habet. Vt cum videtur albedo,videtur quantitas,& extensio & figura ipsius,nisi fit aliquod impedimentũ vel Deus subtrahat concursum:ergo saltem si Deus miraculose nullum apponatimpedimẽtum,nec subtrahat concursum necesse est visa essentia videri eius relationes, maxime cum non distinguantur ex natura rei ab essentia. Secunda quia essentiam esse communicabilẽ tribus personis & terminabilem ac necessario terminatam tribus subsistentijs,est de intrinseca ratione essentię: ergo non potest videri essentia secundum omnia prædicata intrinseca & essentialia, quin videatur secundũ istas habitudines atq.adeo sine relationibus & personis,quas intrinsece respiciũt. Nõ enim potest habitudo aliqua secnndum propriam rationem videri, quin eius terminus videatur. Tertia quia si potest videri essentia non visis relationibus,vt tales sunt:ergo vel eadem visione quæ nunc inest beatis, vel alia.

27. Primum quod significat Scotus reijcitur, quia hæc visio formaliter repræsentat, quæ per illam videntur, & videri est repræsentari per ipsam:sed nõ potest dari etiam de potentia absoluta forma in subiecto, quin conferat suum effectum formalem:ergo hac visione manente in anima fieri non potest,quin ea repræsentet animæ Trinitatem,seu tres relationes personales sub proprijs rationibus,& faciat formaliter cognoscere ipsas. Secundum autem,scilicet videri posse essentiam sine relationibus alia visione ab ea, quę nunc inest beatis,reijcitur:quia vel ea visio esset diuersa specie,vel numero: non specie,quia superiori disputatione vidimus non posse dari etiam de potentia absoluta aliquam visionem Dei, quæ sit distinctę speciei ab ea,quæ nuc est:nec vero solo numero. Nam diuersitas numerica non videtur sufficiẽs,vt hæc visio repręsentet essentiam & personas, illa vero solam essentiam.

Quarto

4. posset nobis obiici D. Thom. 2. 2. q. 2. a. 8. ad. 3. citatus pro 2. opinione.

5. quacumq visione Dei posibili homine fore essentialiter beatum, saltem adiuncto amore, & delectatione: sine visione autem Dei vt trinus est, non fore essentialiter beatum: ergo omnis visio, posibilis erit visio Dei, vt trinus est.

28. Sed ad. 1. harum obiectionum facile dicitur, de ratione notitiæ intuitiuæ non esse videri rem secundum omnem modum, & conditionem, quam habet, etiam si ille modus, vel conditio sit attingibilis à tali potentia. Sæpe enim videmus intellectu actus ipsius, aut voluntatis, aut sensuum, & non videmus in illis omnia quæ videri posūt: vel quia est aliquod impedimentum, vel quia nolumus omnia videre, quę in illis actibus uideri possunt. In visione autem externa id prouenit ob aliquod impedimentū, vel indispositionem organi, vel medij, vel ob paucitatē luminis: in visione aūt beata solū potest prouenire ex negatione cōcursus diuini vel ex paucitate, & tenuitate luminis, quod pro voluntate Dei datur ad vidē dum Deum secundum plures, vel pauciores rationes absolutas, vel relatiuas, vt ex Episcopo Lucensi diximus superiori sectione.

Ad. 2. obiectionem respondetur, si essentia videretur secundum omnia prædicata essentialia, non dubito, quin visa illa viderentur personę, & relationes omnes: non autem est necesse videri secundum omnia prędicata essentialia, sed potest videri secundum prędicata quæ important habitudinem ad creaturas, & non ad diuinas relationes & ita videri non visis relationibus.

29. Ad. 3. obiectionem concedo, videri posse sine relationibus eadem numero visione, qua videtur cum relationibus: sicut enim visio corporalis, quæ erat valde extensa, potest magis & magis contrahi: ita & spiritualis etiā illa, qua videtur Deus. Vnde ex communi opinione: manente eadem numero visione possent, qui vident in Deo quatuor creaturas, videre vnam tantum, vel nullam: & similiter possent videre in Deo habitudinem ad vnam tantum creaturam, vel nullam habitudinem ad creaturam videre: similiter ergo posset visio, quæ se extendebat ad absoluta, & relationes, contrahi ad absoluta, & quæ ad plura absoluta, contrahi ad vnum: nec enim est indiuisibilis, sed habet latitudinem quandam non proprie intensiuam, sed extensiuam, quatenus ad plures vel pauciores rationes eiusdem rei se extēdit. Vnde & eius effectus formalis suam habet extensiuā latitudinem, & sicut totus prouenit à tota forma, ita pars à parte formæ. Neq; istę partes sunt diuersę speciei, sed eiusdem: quia species uisionis ex obiecto materiali sumitur: quod idem est, licet ab vna parte attingatur secundum vnam rationem, & ab alia parte secundum aliam rationem, & sicut in visione ponimus istas partes extensiuas ita in verbo dicendum est, si per visionē Dei producitur verbum, siue distinguatur realiter ab actu intelligendi siue non. Posset etiam dici ipsam visionem esse in seipsa indiuisibilem, sed extensionem eius, quæ est accidētalis, habere latitudinem & partes diuersæ rationis, quæ in eadem visione vniuntur: quarum vna respicit obiectum secundum vnam tationem: alia vero secundum aliam. Imo hoc videtur probabilius, quia extensiones ad rationem sapientiæ diuinę magis conueniunt intrinsece inter se, quam cum extensionibus ad iustitiā, vbi autem est maior conuenientia intrinseca, est maior conuenientia essentialis inter se & differētia essētialis ab alijs: ergo istę extēsiones differunt ab illis essentialiter, & specifice. Denique hoc argumentum etiam aduersarios vrget, tenent enim visionem Dei aliquando se extendere ad plures creaturas in Deo visas, & ad plures habitudines Dei ad creaturas, aliquando vero ad pauciores: ergo explicare debent, an tunc sit distincta visio numero, vel specie, diuisibilis aut indiuisibilis constituta ex gradibus eiusdem vel diuersæ speciei intēsi ę vel extensiuę, & quod illi dixerint in illa opinione nos dicere poterimus in prędenti: quia eędem rationes militant, & idem est in visione corporali, quę aliquando extensior, aliquādo contractior est, & in habitibus intellectus, & secundum aliquos in habitibus voluntatis, & in actibus vtriusq; potētię & sensuum inferiorum atque appetitus sensitiui, denique omnium potentiarum cognoscentium, & appetitiuarum seu appetentium: male ergo iuniores illi à prędictis rationibus subsidium petunt, & latius confutari possent. sed quod perspicium est longum esse non debet.

Ad 4. R. D. Thom: ibi vt docet Quandus 1. d. 1. proposit. 10. solum intendere, ea visione quam nunc habent, & ex lege ordinaria necessario est in beatis (sine qua vt statim dicemus, beati forte non essent) videri relationes diuinas secundum proprias rationes, quibus suo modo ab inuicem distinguuntur, non vero id est necesse etiam de lege in alijs cognitionibus, quæ non sunt beatificæ. Vnde recte Mol. sup. dixit D. Tho. eo loco opinionē contrariam nostræ innuere, quia certe illam nō exprimit: sed potest dicto modo explicari, licet ā Caietano, Soto, Medina Molina & alijs in alio sensu explicetur, & defendatur. Existimant enim noticia abstractiua cognosci posse essentiam sine cognitione personarum, secundū proprias rationes, non tamen notitia intuitiua, idque velle D. Thom, eo loco.

Ad

30. Ad.5.obiectionẽ, quę estCaietani & aliorũ Thomistarum respondetur.1. illa visione absolutorum sine relationibus contineri essentiam,sed non integritatem beatitudinis,sicut de visione Dei sine creaturis dicitur: sed visio relationum diuinarum magis spectat ad beatitudinem,quam visio creaturarum:licet enim neutra sit de essentia beatitudinis,tamẽ ex visione relationum diuinarum essentialis beatitudo est maior secundum Paludan.4.d. 49.q.5.in fine:non ex visione creaturarum, vt creaturæ sunt,sed vt visio earum est maior penetratio diuinæ essentię vt reuera est quando in ea videntur creaturæ vt possibiles.

R.2.visionem illam esse possibilem sed ob suam imperfectionem non sufficere ad essentiam beatitudinis etiam si cum amore & delectatione iungatur.Et ideo sancti citati conclusione 1.cognitionem expressam,& formalem mysterij Trinitatis videntur ponere vt essentialem beatitudini .Sed de hoc in solutione 1.argum.1.opinionis dicetur:Scotus enim Paludanus,Vazquez Molina,& alij arbitrãtur expressam & formalem cognitionem relationum non esse de essentia beatitudinis.

31. Caietanus autem & alij oppositum docent.

Iam ad argum.1.opinionis repondeamus quatenus contra secundum conclusionem militare possũt,& in solutione vltimi videbimus argumenta Medinæ & aliorum contra 3. conclusionem nihil efficere.

Ad arg.1 opinionis Ad 1.1. solutio. Ad.1,ergo argumentum 1.opinionis respõdetur.1.relationes etiam esse de ratione obiecti beatifici si materialiter sumantur : quia de ratione beatitudinis est esse cognitionem essentię,quę sit idem cum relationibus , licet non sit de eius ratione esse cognitionem relationum,vt relationes sunt.Ita videtur sentire Vazquez.1.p.disp.48.c.4.

2.solutio. R.2.cum Molina negando consequentiam: licet enim relationes non essent de ratione obiecti beatifici vt sic,sed sine earum cognitione posset beatitudo intelligi: tamen fortasse earum expressa & formalis cognitio est necessario coniuncta cum visione ipsa beatifica.

3.solutio. R.3.cum Caietano relationes esse de ratione obiectibeatifici vt sic ita vt essentia beatitudinis sine earum formali & expressa cognitione non possit vllo modo intelligi , & ita licet in nostra opinione & essentia sine expressa cognitione relationum videri possit, non tamen beare,vt docet Vazquez disp.13. c.2.qui probat quia Deus non beat nos obiectiue,nisi quatenus possessus per intellectũ, vt in se est:Deus autem in se est trinus : ergo beat,vt trinus.

Oppositum huius tenet Molina his verbis,

32. Si per possibile,vel impossibile,videretur essentia diuina non visis personis , qui illam ita videret,simpliciter,& proprie esset beatus.Et probat,quoniam visio beatifica beat , quatenus visioeius , quod in se continet totam latitudinem boni; sed diuina essentia præcisa à relationibus continet in se totam latitudinem boni:ergo visio illius efficeret hominem proprie, & simpliciter beatum . Imo si duo æquæ viderent diuinã essentiam,hoc est ęquè intensè,& ęque penetrando illã quoad rationem formale essentiæ,& per impossibile vni eorũ occultarẽtur relationes,alteri vero mini me,illi essẽt,vt arbitror,ęque beati beatitudine essentiali:quippe cũ Deus, vt Deus,sit qui beat,& illi æque viderent Deum vt Deum: tametsi unus videret esse Trinum in personis: & alij non.Probabilis quidem est hęc sententia Molinę,& Scoti contra Caietan. non autẽ certa.Ad illud enim argumentum Molinę dici posset,essentiam pręcisam omnino à relationibus non esse infinitam in tota latitudine entis,quia deest ei personalitas,quæ secundum rationem personalitatis,imo & personalitatis relatiuæ est perfectio simpliciter,vt ostendi in materia de Trinitate. Licet paternitas & filiatio & processio, vt sic non sint perfectiones simpliciter, sed secundum quid , vt ibidem ostendi. Et Esto essentia præcisa à relationibus esset infinita in tota latitudine entis:dici posset eius cognitionem imperfectã, qualis esset si non attingeret expresse relationes,& attributa omnia proprie dicta, quæ in via cognoscimus,non sufficere ad essentiã beatitudinis. Idque posset defendi, licet relationes præcisæ ab essentia nullã omnino perfectionem includerent. Nam cognoscere difficillima aliqua non dicentia perfectionem, præsertim si sint idem cum diuina essentia,& necessario illam comitentur,magna perfectio videtur,& sine qua forte non habetur essentia beatitudinis. Nec obstat quod obijcit Scotus, relationes esse obiecta secundaria visionis beatificę,sicut creaturæ sunt obiecta secundaria:ergo sicut cognitio creaturarum non est de essentia beatitudinis, ita nec visio relationum . In primis enim Molina ait ,relationes nun pertinere ad obiectum secundarium visionis beatificæ,sed ad primarium , quia sunt formaliter in obiecto primario,& ab illo non distinguuntur ex natura rei,secus creaturæ. Deindeetiam si admittamus pertinere ad obiectum secundarium, dici potest, de essentia beatitudinis esse, vt attingat aliquod obiectum secundariũ,scilicet relationes diuinas, quæ saltem secundum rationem communem personalitatis sunt perfectiones simpliciter,& sunt de intrinseca ratione Dei :Deus enim ad Deitatem addit personalitatem, & expressa cognitio essentiæ & personalitatis saltem vt

per

personalitas diuina est, videtur ad essentiam beatitudinis spectare. Nec obstat quod obijcit Scotus, Deū esse essentialiter beatū prius origine, quam generet filium: ergo & quam il lū videat, ergo etiam creatura essentiam beatitudinis habebit si per possibile, vel impossibile videat essentiam, & non filium. Respondetur enim multos licet concedant ordinē originis inter diuinas personas, negare tamen prioritatem originis: ita Molina supra sic intelligens illud Athanasij in symbolo, nihil prius, aut posterius. Alij autem, quos secuti sumus in materia de Trinitate, licet fateantur vnam personam esse origine priorem alia, quia hoc nihil aliud est, quam esse id à quo alia, & Athanasium explicent de sola priorita te durationis, & naturæ: tamen inter ea, quæ non distinguuntur realiter, nullum ponūt ordinem, nullamq. prioritatem orignis: & ideo uisio qua Pater videt essentiam, non est prior origine, quam generario, vel visio filij. Imo addo nec prioritatem rationis esse intervisionem essentiæ, & filij: res enim prius natura, & duratione quam sit, videri potest. Et ita docuimus in materia de Trinitate, & ideo docet Caietan supra, visionem essentię in omni signo esse comprehensionē essentię, quia filius procedit ex notitia comprehensiua, ac proinde in omni signo esse visionem omnium personarum, quia essentia sine cognitione personarum comprehendi non potest: & licet daremus in aliquo signo intelligi visionem essentiæ sine visione relationum, vel creaturarum, non esset pater in eo signo essentialiter beatus: quia ad beatitudinem Dei requiritur cōprehensio essentię. Comprehensio autem essentiæ petit comprehensionem relationū diuinarum, & crearurarum omnium, licet ad nostram beatitudinē sufficiat visio, & forte quęcumq. visio Dei.

Item non obstat, quod Scotus obijcit, scilicet, Patrem nullam perfectionem habere à filio: beatitudo autem est perfectio: ergo illam non habet à filio, ergo prius origine vel saltē ratione intelligitur beatus, quam intelligatur filius productus, ac proinde visus. Respōdetur enim, visionem filij esse perfectionem spectantem ad essentiam beatitudinis, supponere tamen quod statim producendus sit filius: & eam perfectionem non habere Patrem à filio, sed à se etiam prius ratione quam producatur filius.

Deinde non obstat alia obiectio Scoti, scilicet, quod pertinet ad primarium obiectum visionis beatificæ cōcurrit actiue ad beatitudinē: sed relationes nō cōcurrūt actiue: quia nulla relatio etiam diuina est per se actiua: ergo non pertinēt ad obiectum primarium: ergo licet non viderentur, haberetur essentia beatitudinis. Respondetur enim non oportere, vt omne quod pertinet ad obiectum primariū, concurrat effectiue ad nostrā beatitudinē, nisi per aliquid, quod ei identificatur: quo pacto concurrit etiam relatio. Et licet dicamus eā esse obiectum secundarium talis visionis, potest dici, visionē nō esse beatificā nisi hoc obiectū secūdariū attingat: erit autē beatifica, licet non attingat creaturas in particulari, nec habitudinem essentiæ ad illas. Tādē dici posset, visionem relationum, vt est relationum, nō esse necessariam ad essentiā beatitudinis: secus vt est essētię cū habitudine ad relationes, licet amplius velle videatur Caie. videlicet, de ratione beatitudinis esse vt sit cognitio relationū, quod tamē nō potest manifeste probari.

Ad. 2. argum. principale 1. opinionis Respō detur vel relationes nō esse obiecta secūdaria, vel visionem obiecti primarij non posse dari sine visione obiecti secundarij identificati cū primario, scilicet essentia: nam visa essentia necesse est saltē materialiter videri personas, quæ sunt idē ex natura rei cū ipsa essentia.

34. *Ad 3. quomodo essentia & relatio in Deo distinguā tur.*

Ad 3 R. relationē ex mente Scoti nō distingui positiue formaliter ex natura rei ab essentia, sed negatiue quatenus à parte rei non sunt idē formaliter, vt patet ex ipso Scoto. 1. d. 2. q. 2. & 7. quē sic explicāt Quandus. 1. d. 8 pro. 4. Niisse in resolut: fol. 16. Herrera to. 1. dis. 8. q. 18. & dis. 7. q. 5. & dis. 14. q. 1. & Rada controuersia. 4. & alij Scotistę. Sed distingui positiue actu ex natura rei, tenet Durād. 1. d. 33. q. 1. & 34. q. 2. &. 3. d. 1. q. 2. Ferra. 2 contra gent. c. 9. Palac. 1. d. 34. q. vnica Bassol. d. 33. q. 1. Bachonius. q 11. Bonau. d. 26. a. 1. q. 1. & alij qui adducunt Ochamū Gabrielem, & Marsil. quos tamē alij aliter intelligūt. Alij autē Theologi merito nullā distinctionē actu ex natura rei ponūt inter essentiaā, & relationes: sed dicunt esse idē realiter & formaliter formalitate rei. Ex qua opinione recte infertur, non posse videri essentiā quin saltem materialiter videatur relatio.

Ad. 4 R. admittēdo nō repugnare, vt videatur essentia & nō videatur relatio secūdū propriā rationē, secus materialiter: & rationes quæ à Medina & alijs afferuntur ad probādū, repugnare visa essentia nō videri relationē se cūdū propriā rationē nullius momēti sunt. 35.

Ad. 1. enim R. essētiā & relationes, licet sint idē realiter actu, non ita idētificari, sicut Petrus, & ipsemet, quia Petrus & ipsemet nō distinguūtur realiter virtute, secus essentia, & relatio: & propterea potest concipi essentia nō cōcepta relatione secundum propriā rationem qua virtualiter distinguitur ab essentia.

Similiter ad secundum dico, paternitatem magis esse idem cum essentia quam secū, quia ab essentia distinguitur realiter virtute, à se autem

autem nullo modo distinguitur relatio.

Ad. 3. R. etiam si in Deo vnica esset persona posset videri essentia non visa persona secundum propriam rationem, sicut superiori sectione diximus posse de potentia absoluta videri essentiam non viso aliquo absoluto attributo secundum propriam eius rationem.

Ad. 4. R. de ratione essētiæ, vt cōdistinguitur relationi non esse relationem, sed habitudinē ad relationem: est tamen relatio de ratione entitatis constitutæ nostro modo intelligendi ex essentia & relatione. Deinde cognitare nō est necesse cognosci secundum proprias rationes omnia eius prædicata essentialia potest enim cognosci lux etiam intuitiue, non cognoscendo an sit substantia, vel accidens. Quæ vero adducta sunt in illo quarto argu. 1. sententię ad probandum non repugnare videri essentiam sine relationibus, si intendant visa essentia non opus esse, vt saltem materialiter videatur relatio, soluta manent ex dictis in secunda conclusione vbi rationem assignauimus quare repugnat.

35. *Posse dari de potentia absoluta fruitionē essētiæ sine fruitione personarum & fruitionē vnius personæ sin fruitione alterius. Forte visio Dei nec de potentia absolua potest esse pura apprehensio ita vt nō sit iudiciū*

Ex dictis patet videntes Deum frui posse formaliter essentia, & non personis, atq. vna persona, & non alia, siue sumatur fruitio pro amore, siue pro delectatione: quia fruitio pendet à visione: ergo si potest videri essentia sine personis, & vna persona sine alia, poterit videns Deum frui essentia sine personis, & vna persona sine alia, vt tenent authores 1. opinionis, & debent tenere (vt ait Medina) Sotus & alij qui sētiūt notitiā iudicatiua, sed nō apprehēsiua videri posse vnam personam sine alia: quia fuitio ad iudicium sequitur, non ad puram apprehensionem. Adde quod sicut visio Dei forte nec de potentia absoluta potest esse pura eius apprehensio sed intrinsece est etiam iudicium, vt & omnis alia notitia intuitiua tam sensus, quam intellectus: ita si est apprehensio formalis & explicita personarum, forte non potest non esse iudiciū formale & explicitum earū: neq. potest Deus concurrere ad apprehensionem formalem deitatis, & relationis, quin concurrat ad iudiciū. Et sane, si daretur apprehēsio sine iudicio, esset alterius specei ab ea, quæ modo est in beatis: ea enim essentialiter est apprehensio & iudicium simul. Et prēterea falsum esset, quod ait D. Tho. ex visione Dei necessario sequi amorem, & delectationem: falsum etiam esset, quodquidam dicūt quamcumque visionem Dei sufficere ad beatitudinē: visio enim sine iudicio ad beatitutidem non sufficeret. Si autem Deus non potest concurrere ad apprensionem essentiæ qnin concurrat ad formalem apprensionem personarum, neq. poterit concurrere ad iudicium essentię, quin cō curaat ad iudicium personarum: quia eadem ratio est in vtroq. vt probabilius censet Medina, qui dubitat an si quis videret Deū, & non frueretur omnibus personis (sumēdo fruitionē pro dilectione) esset beatus perfecte perfectione scilicet essentiali. Respōdet affirmatiue tum quia videret essentiā, & personas saltē apprehendēdo ipsas, & frueretur essentia, ergo esset essentialiter beatus. Tum quia Deus est vltimus finis beatificās ratione essentię & nō relationem. Vnde D. Tho. 1. d. 1. q. 2. a. 2. dixit relationes diuinas nō esse fruibiles, vt sunt relationes, sed vt sunt ipsa Dei bonitas. Quilocus maxime suadet cōtra Caieta. id quod ex Molina, & Scoto referebamus, videntē Deum licet non videret personas fore beatum essentialiter, licet posset Responderi D. Tho. solū velle, relationes sine essentia non habere rationē vltimi finis: sed cū essentia, vel hoc non competere ipsis vt relationes sunt, sed vt personalitatis diuinę rationem habent. Si enim vnica tantum esset personalitas diuina, homo videns essentiam cū illa, beatus esset. Ex quo diluitur alia obiectio quę fieri potest contra Caietan: essentia per se, & quælibet persona est vltimus finis; ergo etiā si per posibile vel imposibile cognosceretur essentia sine personis, & vna sine alia, bearet hominē. R. enim essentiā sine personis, & vnā sine alia esse vltimuū finem, cui, quia ad eius honorē & gloriā cuncta essent referenda, non tamē cuius cōsequendi gratia. Ad hoc enim debet sumi essētia terminata suis personalitatibus, aut saltē aliqua ipsarū, quia personalitas in cōmuni, & personalitrs relatiua est perfectio simpliciter, & sine illa nō esset Deus infinite perfectus in tota latitudine entis, quia tamen qnælibet persona intrinsece dicit essentiam, & personalitatem relatiuam, quelibet est infinite perfecta modo dicto & habet rationem vltimi finis potentis beatificare sua cognitione. Et eo dē modo, si in Deo tantum esset personalitas absoluta, quia in eo casu dicendum esset cum ea esse infinite perfectū in tota latitudine entis, & eius visio esset operatio perfectissima inter omnes posibiles, non dubium quin mē tem beatificaret.

Sectio. 4. An & quomodo beati creaturas aliquas in verbo videre dicātur? Et quid de hoc Augu. Ber. alijq. patres senserint.

HIC prius dicendum videbatur 37.
de liberis actibns Dei, quia formaliter sunt in ipso Deo: tamē quia hæc quęs. & aliquæ sequētes magnā cōnexionē habēt cū duabus præcedētibus & ex eisdē fere principijs decidendę sūt, visæ sunt huic loco consentaneæ. Alia vero de actibus liberis cum illa quę est de creaturis secundnm esse existen-

existentiæ affinitatem habent, ideo cum illa discutietur.

Creaturas aliquas à beatis videri in verbo

1.opinio. omnes Scholastici confitentur propter testimonia Augustini & aliorum Patrum,quæ postea referemus:in modo autem id explicandi valde dissentiunt Nam quidam dicunt creaturas aliquas videri inverbo non esse,eas esse obiecta secundaria visionis beatificæ,ita vt eadem visione videantur,qua videtur Deus: nã videri eadem visione impossibile, aut falsum putant; sed esse eas videri per actionem verbi supplẽtis vicẽ earum ad efficiendam earum visionem quæ vel à solo verbo fiat,vel simul à verbo,& ab intellectu beati: Ita expresse docent Ocham. 4.q.13.art.2.& 3.Gabriel.3.d.14. q.1.art.1.& 1.dist.35.q.3.Supplem. 4.d.49.q. 3.art.1. propos.3,Maior. 4.d.49.q. 10.§. penult.&.3 d,14.q.3 vbi Almain.q. 1 art. 1. Petrus Alliacensis.1.q.12.art.3. versic.his præmissis litter. G. Quamuis Maior, & Alliacensis satis probabile putant Deum, & creaturas in Deo eadem visione beatifica videri: & similiter Ocham in fine illis quæstionis soluedo tertiam rationem. Cum his partim conuenit Vazquez. 1. p. disput. 50. presertim ca. 7. & disput.51.præsertim.c.2, docet enim beatos non eadẽ visione videre Deum, & creaturas in Deo,sed distinctis visionibus & non dici videre res in Deo quia Deus vel Verbum in efficienda creaturarum suppleat efficientã obiecti:sed quia creaturæ ex Dei reuelatione cognoscũtur:quod sufficit vt in eo videri dicãtur.

1.Argu. Suam opinionem suadet Primo, quia licet non repugnet Deum & creaturam eadem visione cognosci: probabiliter enim id defendi posset,sicut vna specie ab Angelo multa & varia cognoscuntur; tamen facilius est diuersas cognitiones Deo,& creaturis assignare, & cũ hoc optime saluare communem modum loquendi, quo res in Deo aut in verbo Dei videri dicuntur:ergo non est cur in angustias vnius cognitionis Deum & creaturas conijciamus, & dicamus,eadem cognitione videri.

2. Secundo quia iuxta D.Tho 1.p.q.57.ar.5. quædam videt Angeli in Verbo non à principio suæ beatitudinis, sed decursu temporis: ergo si videntur eadem visione qua videtur verbum,visio Dei erit variabilis,quod est absurdum: Ideoque Caieta,ibi. &.2.2.q.83 ar. 4.circa ad.2.concedit aliqua videri in verbo, quæ non videntur eadem visione qua videtur verbũ,sed ideo dici videri in verbo, quia speciali eius reuelatione videntur.

3. Tertio quia explicatu difficile est,si cognitio illa vnica est Dei, & creaturarũ,quodnam habeat principiũ,quatenus ad creaturas terminatur. Nam à lumine gloriæ prouenire nõ potest,nisi dicamus aut ex vi visionis essentiæ diuinæ eas videri, aut nisi diuersa lumina secundum speciem constituamus ad videndum Deum cum his creaturis,& cum illis:nam idẽ lumen intra eamdem speciem, etiam si differat secundum magis & minus intensum, non potest ad cognoscendas varias creaturas secundum speciem,& multo minus ad cognoscendum Deũ atque creaturas simul,mouere.

Ad hoc autem vt creaturæ in Deo videri dicantur saris esse Dei reuelatione cognosci Probat primo ex D.Thoma & Caietano in. 2.argumento adductis. 2.ex eodem D.Tho. 1.p.q.62.art 1.ad.3. vbi ait Angelum duplici cognitione creaturas inverbo videre,primum cognitione naturali,qua etiam in via cognoscit Deum per propriam substantiam, & hanc dicit imperfectã:deinde per clarã visionẽ essẽtiæ & hãc dicit perfectam:ergo nõ est necesse creaturas videri eadẽ visione,quaverbũ vt in verbo videri dicãtur:tertio ex glos.ordinaria in id Isaiæ.38. Dispone domui tuæ, asserente Prophetas legere in libro præscientiæ Dei ea quæ prædicunt. Quod sumptum est ex Gregorio, id uero exponens D. Tho. 2.2. q,173. art.1.ad.1. inquit,ideo Prophetæ legere dicuntur in præscientia Dei,quia ex illa ipsis futura reuelantur.Sic ergo quæ per speciales reuelationes beati cognoscunt,in verbo videre,& legere dicuntur:quo pacto Augustinus.13. confession.cap. 15. de beatis dicit: non opus habens suspicere firmamentum,hoc est, legendo cognoscere verbum tuum: vident enim faciẽ tuam semper, & ibi legunt sine syllabis temporum quid velit æterna voluntas tua. Sic etiam Bonauen.& Scot. pro sequenti opinione citandi docent,beatos in verbo vt in libro legere, creaturasque cognoscere. Et Isidorus 1.sentent.seu de summo bono.cap. 12.senten. 17.ait.Angeli in verbo Dei cognoscunt omnia antequam in re fiant, & quæ apud homines futura sunt Angeli iam reuelante Deo nouerunt,vbi pro eodem sumit,videre in verbo,& videre reuelatione Dei.Quarto ex Bernardo sermo.17.in Cantica asserente luciferum ante lapsum præsciuisse in verbo,futuram humanę naturæ glorificationẽ:& tamẽ Bernardo satis perspectum erat luciferum nunquam Deum clare vidisse,vt habet cõmunis certaq. Scholasti.sententia sumpta ex Augustino epist.112. de videndo Deum cap. 5.&.11. & alijs locis. Respondent aliqui Bernardum non de verbo Dei substantiali,sed de externo locutum,qua ratione in scriptura dicitur factum est verbũ Domini ad hunc vel illum Prophetã.Sed hoc effugium (inquit Vazquez) ex cognitatum videtur:nam vix reperies eam phrasim de verbo externo in Patribus,aut scriptura cõtra vero de verbo substãtiali Dei inuenies in Augustino:ergo &c.

37. Hãc primam opinionem erroneã vel saltem parũ tutã & consentaneũ fidei censent aliqui Iuniores ex Paulo. 1. Corinth. 13. vbi ait videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc ex parte cognoscimus, cũ autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Ex quibus & alijs quæ attulimus duabus proximis sectionibus colligi apertè videtur, beatos in verbo videre, quæ in hac vita crediderũt saltem præcipuè, & formaliter existentia in Deo, quorũ multa habitudinem intrinsecã dicunt ad creaturas & ideo sine illis nullatenus cognosci possunt, & alias non intelligunt isti Iuniores quomodo vnus sit beatior alio: omnia enim quæ ita sunt formaliter in Deo vt nullã habitudinẽ dicãt ad creaturas, beati omnes æquè clarè cognoscunt aut certe nõ admodũ inæqualiter, cũ tamen gradus beatitudinis valde inæquales sint. Sed cũ modestioribus Theologis ab hac cẽsura abstinẽdũ cẽsui. Nã locus Pauli solum probat Deũ esse cognoscendũ facie ad faciẽ hoc est, perfectè per visionẽ beatificam, qua quidem putat Vazquez attingi essentiam sine vlla habitudine ad creaturas à quibusdã beatis clarius quã ab aijs, quia diuina essentia nullã relationẽ realẽ prædicamẽtalẽ, aut trãsecendẽtualẽ dicit ad creaturas, sed tãtũ relationẽ rationis, quã non oportet cognosci eodẽ actu, quo cognoscitur intuitiue diuina essentia Verũtamẽ licet hæc, & alia argumẽta quæ postea afferemus, ad censuram illam minime sufficiãt, sufficiũt tamẽ ad iudicã dum oppositã sentẽtiam esse probabiliorem.

38. 2. Opinio. Est ergo secunda opinio longe probabilior, beatos eadem visione qua vident Deum videre creaturas, tanquã secundarios terminos talis visionis. Hanc opinionem probabilem putant Vazquez, Ocham, Maior, & Aliacensis vt diximus, imo alio loco eam tenet Gabriel videlicet lect. 31. in Canonem littera E. & F. Adamus. 2. d. 1. q. 8. art. 1. & 2. Bassol. q. 4. prologi. art. tertio &. 3. sentent. d. 14. q. 2. §. sed istis opinionibus Duran. ead. d. q. 2. & 4. dist. 49. q. 3. vbi Richar. art. 3. q. 3. & 3. d. 14. art. 2. q. 3. Bonau. art 2. q. 2. & 3. ad finem Scotus q. 2. §. sed si ista via, sed præsertim littera M. &. 1. d. 1. q. 2. lit. D. & quodlibet. 15. sub liter. v. &. d. 3. q. 9. §. ad quæstionem vers. Tertio persuadetur &. q. 3. prologi §. ideo dico aliter in fine, &. §. sed dubium est Marsil. 3 q. 10. art. 2. part 3. præsertim post. 4. conclus. & ex professo part. 2. per totam Palu. 4. d. 49. q. 2. & d. 45. q. 2. art. 3. conclus. 5. & 3. d. 14. quest. 1. art. 2. in fine. Alensis. 2. part. q. 23. memb. 5. & 6. Capreol. 4. dist. 49. quest. 6. a. 1. & 3. qui etiam a. 2. in principio citat Gothifredum quodlib. 3. quæst. 6. idẽ tenet Sotus ead. dist. quest. 3. art. 3. Ferrar. 3. cõtra gent. cap. 56. 59. & 60. Vellosill. aduertentijs ad Tom. 9. Augustini. quæstio. 16. & ad Grego. q. 4. Suarez. 3. par. tom. 1. dis. 6. sect. 3. Valen. 1. part. q. 11. puncto. 9 quæst. sua. 1. Molina ead. q. 12. art. 8. disput. 2. ante medium. Hierony. Perez. Çumel, & Bañes eodem art. Caietan. ibi & eadem parte. quæst. 57. art. 5. & quest, 58. ar. 6 &. 7. & quest. 62. art. 1. ad 3. &. 2. 2 quæst. 83. art. 4 circa ad. 2 & sæpe alibi & D. Thom. 1. par. quest. 12. art. 6. 8. 9. &. 10. & quest. 57. art. 5. & quest. 58. art. 6. &. 7. & quæst. 62. art. 1. ad. 3. &. 3 p. quæst. 10. art. 2 &. 3. (vbi Caietan. Tapia, Medina & alij). &. 3. contra gent. à cap. 86 vsq. ad. 60. & de veritat. quæst. 8. art. 4. & 3. dist. 14. quæst. 1. art. 2. per varias quæstiunculas &. 4. dist. 49. quæstione. 2. art. 5. Quibus locis docet, beatos ad videndas creaturas in verbo nõ indigere speciebus earũ quia per diuinam essentiam vt per principiũ & vt per medium seu obiectum primarium vident illas, & hanc solam visionem, qua verbum & res in verbo vident, ait esse beatificã & in ordine ad creaturas esse proprie matutinam, & in verbo, licet illa q. 62. art. 1. ad. 3. dicat cognitionem naturalem creaturarum in Deo quæ fit per essentiam Angeli tanquam per principium, & per essentiam Dei tanquam per medium seu obiectum primarium, esse late, imperfectè & improprie matutinam, & in verbo. Negat etiam in his locis beatos videre in verbo omnes creaturas possibiles quia visione beatifica Deum comprehenderent: quę ratio nullius esset momẽti, si visio ipsa beatifica non esset etiam creaturarum cognitio. Hanc etiam opinionem tenet Henricus quodlib. 7. q. 4. &. 5. docens videri quidem posse de potentia absoluta diuinam essentiam nulla visa creatura in specie vel indiuiduo, tamen reipsa omnes beatos videre in verbo omnes rerum essentias (scilicet substantiales) quæ, non sunt infinitæ multitudine sed finitæ & ideo simul cognosci possunt etiã in verbo; quia habent propriam idæam; Indiuidua vero quoniam propriam idæam non habent, in verbo cognosci non possunt, sed reuelationibus specialibus, nec possunt simul cognosci quia infinita sunt, sed successiue plura, & plura intelligi per speciales reuelationes, quomodo animæ Christi reuelata sunt omnia futura, licet non omnia possibilia: & quod dicit de singularibus, dicit de speciebus numerorum & alijs huiusmodi quæ infinitæ sunt. Vult ergo Henricus omnes species substantiales futuras in aliqua differentia temporis (quæ finitæ sunt) videri eadem visione, qua videtur essentia, & ita videri in verbo reliqua vero specialibus reuelationibus, & ideo non videri in verbo. Item aliqua videri in verbo vt primaria obiecta visionis beatæ ac

proinde

proinde eadem visione qua videtur verbum, tenent Argentina. 3. d.14. art. 3, &. 4. d.49.quæ.2.art.4. Palac.dispu.2.&.3.dist.14. disp.1.Ouand.2.dist.3.propos.15.&.3.dist.14. propos.5.&. 4.dist. 49.propos.21. Viguer.ca. 14.§. 1.vers.4.Henriquez.tom. 2. lib. vltim. de fin.hominis.cap.10.§.2.&. 3.Antonin.3.patit.30.ca.4.§.3.Sed euidentissimè.§.4.Albert. 3.dist-14.art. 2.&.3.& optime Hispalensis.4. dist.49.quæst.6.art. 3.notab.5.&.7.& art.4. ad argumenta Aureoli.contra 2.conclu.&.3. dist.14.q.2.art.3.notat.2.Cabura.3 p.q.10.a. 3.d.1.Abulen.matth.5.q.45.ad.1.& Hugo de sancto victore in eruditione Theologica codice. 2. miscellaneorum lib.3.tit.3.Conrad.1.2. quæst.5.art.2.in fine.

39. Probatio. 2.opinionis ex Augst.& alijs.Patribus.

Hæc sententia sumitur ex Augustino. 2. Genes. ad litter.cap.8.& lib.5.cap.22. vsq.ad.32. & lib.5.cap.4. 18.19.&.35. vbi docet Deum in seipso cognouisse creaturas sicut artifex opificium,antequã illas faceret:deinde creaturas quas facturus erat ostedisse Angelis in seipso: sicut artifex antequam domum fabricet, docet discipulos formã domus,quam fabricare intendit:& hanc vocat Augustin. cognitionẽ matutinam qua Angeli cognouerunt creaturas vt in mente artificis. Tertio Deum fecisse res quas Angelis ostendit faciendas& Angelos cognouisse illas notitia intuitiua, vt sunt actu extra Deum , & hæc dicitur ab August. cognitio vespertina,quia est inferior,& minus lucida, quam illa ,qua Angeli cognouerunt creaturas vt in verbo & mente diuina. Idem docet August.11.ciuitat.cap.7 &. lib.12. confession cap. 13.& lib 13. cap.15.& dialogo, 65. quæ.in.26.& lib 83 quæst.46 & epistola.6.ad Italicam & lib de speculo cap.27.tom.9.Quibus locis non solum de Angelis sed & de alijs beatis loquitur.Cum Augustino sentit Concilium Senonẽse in decretis fidei ca 13.cõtra errorẽ asserentium sanctos non esse orãdos, dicens:Sed quam sit hoc non modo veritati, sed scripturis quoque dissonum facile intelliget qui beatis satis peruium esse non ignorat omniforme illud diuinitatis speculum, in quo quidquid eorum interfit,illucescat Et Berna. 5.de consid.ad Eugenium in principio explicans id.Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt &c de beato ait,videt verbum,& in verbo facta per verbum,ibi illa videt,vbi melius sunt, quam in seipsis. Et sermon. de triplici genere bonorũ:In ipso fonte sapientæ rerum omniũ cognitionem bibẽtes.Similia Ansel ad finem Elucidarij &Isidor 1.sentẽ seu de sũmo bono cap.12.senten.17,ait:Angeli in verbo Dei cognoscunt omnia antequam in re sint, & quæ apud homines futura sunt Angeli iam reuelante Deo nouerunt. Et Gregor. 4. dialogi capit. 33. in fine, &. 2. Moral.cap. 2. alias. 3. & lib. 12. cap. 13. docet videntes Deum omnia in eo videre; quia quid non videt qui videntem omnia videt. Quod etiam ait Beda lib.variarum quæstionum quæst.12.tom 8.

40. Cognitio matutina creaturarum secundum Augustinum est visio earũ in Deo, vt in obiecto primario.

Et quamuis Albert.3. dist 14. art. 2. &.2. parte summæ tractat.4.quest.14.memb.3.ar. 2.par.2.in corpore& quæ.incidenti:& AEgid: 2.dist.13. quæst.1. art.3. dub. 3. distinguant in August. triplicem cognitionem creaturaum nempe in verbo, quam appellant non solum matutinam sed & meridianam propter summam eius claritatem & perfectionem ; & in Deo perspecies inditas cognito, quam appellant magis proprie matutinam : & in proprio genere perspecies acquisitas,quam appellant vespertinam: tamen vt statim ostendemus Augustinus nomine matutinæ cognitionis solam claram Dei visionem ac beatificam, qua facie ad faciem cernitur, intellexit. Ex quo principio etiam reijciuntur Bonauen. 2. dist. 4. art. 3. quæst. 1. &. 2. Richard.art. 4. q.1.&.2.qui duplicem ponunt cognitionẽ matutinam nempe qua creaturæ cognoscuntur in Deo clarè viso,& qua cognoscũtur in Deo cognito per species inditas, seu infusas Imo addit Richard.3. improprie matutinam, qua cognoscuntur creaturæ in Deo cognito perspecies innatas,absque eo quod mens assurgat in laudem creatoris. Reijcitur etiam Scotus, 2.dist.3 q.9.§.ad. q.versic. Tertio persuadetur:ponens duplicem cognitionem matutinam,primam,qua cognoscuntur creaturæ in Deo cognito intuitiue per essentiam diuinam .Secundam,qua cognoscuntur creaturæ in Deo cognito quidditatiue abstractiue per species creatas , quam cognitionem esse possibilem de potentia absoluta sæpe cum multis contra alios docuimus. Reijcitur tandem D. Thom. quæ.62 art. 1.ad 3 docens duplicem esse cognitionem mutatinam. Primam imperfectam & improprie dictam nempe qua Angelus cognoscit creaturas in Deo cognito per propriam Angeli substantiam:secundã, perfectam & proprie dictam,qua eadem cognoscit per essentiam diuinã clareuisam. Quamuis forte non sit reijciendus D.Thom.cum illam primam dixerit improprie esse matutinam,nisi quia videtur de illa explicare Augustinum. 4. Genes.ad lit.cap.22. &. 34. &. lib. 5. cap. 5. cum distinguit sex dies à principio mundi per mane & vesperum seu cognitionẽ Matutinam & vespertinam intellectus angelici,quamuis incertum sit,an de illa prima intelligat August.Has omnes interpretationes August.reijcit Vazquez.1.part.dispu.51. cap. 1.&. 2, in quo & sequentibus ait Aug.nomine visionis matutinæ intellexisse visionem clarã Dei, ea tamen visione secundum August. non videri formales rationes creaturarum,

sed solam essentiam Dei, in qua eminenter continentur. Et ita putat Augustinum fuisse intellectum à D. Thoma. 1. part. quæst. 58. ar. 6. &. 7. Alens. 2. part. quæst. 23. præcipue membro. 6. In primo dicto cum eo conueniens, in secundo cum omnibus alijs Doctoribus, qui omnes senserunt Augustinum loqui de cognitione creaturarum secundum proprias rationes: nec video cur. D. Tho. & Alen excipiantur. Igitur Augustinum per cognitionem creaturarum in verbo, quam matutinam vocat, intellexisse visionem claram Dei, patet, quia. 11. ciuit. cap. 7. in beatis Angelis mane assignat visioni Dei, vesperum autem cognitioni creaturarum in seipsis: & cap. 29. cum dixisset angelos non discere per verba sonantia, quid sit Deus, sed per ipsius præsentiã (quod de visione clara plane intelligit) statim subiungit: ibi ergo tanquam in cognitione diurna, in seipsis tanquam in vespertina, sicut supra iam diximus (sciluet seipsos & alia cognoscunt) & in locis citatis ex libris confessionum & ex libro speculi illam cognitionem matutinam, qua res videntur in verbo appellat cognitionem Dei facie ad faciem, & lib. 83. quæstionum in 46. ait, animam rationalem videndo rationes, quibus facta est, & creaturas in illis, fieri beatam. Ergo sentit creaturas quoque videri visione beatifica, illamque esse matutinam. Et propterea. 11. de Trinit. cap. 16. ait, beatos omnem suam scientiam, scilicet beatificam, vno conspectu habituros; id est vno actu comprehendente Deum & creaturas. Et lib. 65. quæstionum quæst. 26. ipsa creaturę cognitio in semetipsa vespera, in Deo erat mane: quia plus videtur ipsa creatura in Deo, quam in seipsa videatur, plus scilicet creatura videtur in arte, qua facta est, quam in seipsa, quæ facta est. Quod plane intelligitur de cognitione beata: quæ tamen matutina appellatur. Et quamuis liber hic ex censura Louanienſium non sit Augustini, constat saltem ab aliquo Augustini studioso esse compositum, & ex selectissimis eius sententijs compilatum, vt eadem censura fatetur & sententia illius quæstionis 26. collecta videtur ex. 5. Genes. ad litter. à cap. 12. vsque ad. 18. Item August. 4. Genes. ad litter. loquens de matutina cognitione ait. In cuius incommutabili veritate rationes secundum quas facta est principaliter vident, quasi dicat, illa cognitione matutina primario & principaliter videri Deum, secundario vero & minus principaliter creaturam.

41. Obiectio. Sed obijcies: quoniam Augustinus sæpe dicit, cognitionem matutinam esse priorem rerum creatione, & hanc ipsa cognitione vespertina: Angeli autem non prius viderunt clare Deum, quam creaturas viderent in proprio genere: ergo nomine cognitionis matutinæ, non intelligit clarum Dei visionem. Maior habetur expresse dialogo 65. quæstio. in. 26. & 4. Genes. ad litter. capit. 22. 24. 26. 31. 32. & alijs.

Solutio. Respondetur partim cum Vaz. illa disp. 51. cap. 2. illud prius in August. non esse prius temporis vel durationis sed ordinis numerandi, & dignitatis: itemq ex parte obiecti, quia melius, & perfectius res sunt in verbo, quam in se & melior est cognitio earum in verbo, quam in se. Patet ita exponendum esse August quoniam in eius opinione omnia simul sunt creata: ergo angelus qui est vna ex creaturis, & similiter reliquæ non sunt cognitæ ab angelo cognitione matutina antequam fierent, siue prioritate temporis siue naturæ; cum hæc cognitio vespertina in Augustino supponat res iam factas. Item quia cum August. capit. 29. & 30. obijceret contra id, quod dixerat, matutinam fuisse priorem vespertina; nimirum, nullum esse in conueniens, si simul fuisse dicantur: Respondit cap. 32. ac per hoc etiamsi nulla hic morarum temporalium sint interualla, præcesit ratio condendæ creaturæ in verbo Dei, cum dixit fiat lux; quasi dicat, licet nullus sit ordo temporis inter istas cognitiones secundum se: tamen ex parte obiecti fuit ordo, quia prius fuit creatura in verbo Dei, quàm in se. Et capit. 34. sed in his rebus quid prius sit & posterius, interualla temporum non demonstrant. Idque explicat Augustinus exemplo oculi, qui simul videt spacium interiectum & solem, cum tamen inter obiecta hæc sit ordo, & prius, seu propinquius sit spacium interiectum. Et istum ordinem cognitionum ex parte obiecti insinuauit lib. 65. quæstionum illa quæstione. 26. dicens: omnis creatura, antequam tempore suo fieret, in ipso Dei verbo prius erat ab Angelis cognoscenda, & sic suo tempore facienda. Ordinem vero dignitatis eadem quæstione explicat dicens. Creatura plus videtur in arte, qua facta est quam in seipsa: & de eodem ordine dignitatis intelligitur quod ait. 4. Gene. ad litter. cap. 32. angelum eo ordine creatum vt præcederet cætera. Cui consonat Iob. 40. Behemoth dici principium viarum Dei. Et Aristotel. in prædicam: cap. de modis prioris, docet aliquid interdũ vocari prius secundum ordinẽ dignitatis. Posset etiam cognitio matutina dici prior ordine naturæ, quia ex consideratione creaturarũ in verbo excitari solet mens ad hanc vel illam cõtemplandam in proprio genere: licet non semper cognitio rerum in proprio genere ex cognitione earum

rum in verbo procedere debeat:&sane ordine temporis cognitionem aliquam vespertinam fuisse priorem omni matutina aperte docet Augustinus. 4. Genes.ad litter ca.22.dicens. Si lux ista,quæ spiritualis est, sicut post tenebras facta est, vbi intelligitur à sua quadam informitate ad creatorem conuersa, atque formata, ita & post vesperam fiat mane, cum post cognitionem suæ propriæ naturæ, qua non est quod Deus, refert se ad laudandam lucem, quæ ipse Deus est cuius contemplatione formatur &c. Propterea dictum putat August. Factum est vespere & mane dies vnus: vbi prius ponitur vespere, quam mane. Idem sumi potest ex Augustin. 11. ciuit. capit. 11. 13. 19. &. 33. vbi Viues sic intelligit Augnstinum qui propterea eodem lib. capit. 29. ait sanctos Angelos meritis ascendisse ad cognitionem beatam, quæ matutina est.

42. Secundo obijcies quia secundum August. 4. Genes. ad litt. capit. 22. & seq. vsque ad 35, & lib 5. capit. 5. Ea quæ leguntur facta in operibus sex dierum, simul facta fuerunt & sic oportet à principio creationis cœpisse illos sex dies,ac proinde ex tunc fuisse cognitionem matutinam: Ergo Angeli fuerunt beati à principio.

Huic argumento omissa solutione D. Th. 1. part quæst. 62 art.1.ad.2. de qua superius dictum est.Respondetur cũ Vaz. illo c.2.illos dies metaphoricè ab Augusti.intelligi & ideo non oportet rerum creationem illis coextitisse, sed potius fuisse priorem illis;quia illi fuerunt in mente Angelica, quæ simul cum alijs creaturis facta est secundum August. & prius fuit producta quam cognitionem matutinam,aut vespertinam elicerer.

43. *Cognitione matutina cognoscuntur creaturę secũdũ proprias rationes.* Cognitione autem matutina,seu creaturarum in verbo,cognosci creaturas secundũ proprias rationes manifestum est: Si enim non cognoscerentur secundum proprias rationes non dicerentur simpliciter vere, & propriè cognosci: sicut idiota cognoscens hominem vel solem, non dicitur verè simpliciter & proprie cognoscere cogitationes & affectus hominis, eclypses, aut motus Solis, licet cognoscat in seipsis & materialiter causas talium effectuum. Ergo Augustinus & alij Patres, qui ipsum sequuntur, non verè, & propriè loquuntur quod est absurdum. *Confir.* Confir. quia sic nihil aliud dicerent, quàm quòd beati vident Deum, qui est causa omnium rerum: de quo quis dubitat? Item quando Concilium Senonense definiuit contra hæreticos, fundendas esse sanctis orationes, quia in verbo videntur ea,quæ à beatis videri oportet; non loquitur de visione orationum in causa materialiter tantum cognita: de hoc enim visionis modo hæretici illi non dubitabant, aut repugnabant: Ergo loquitur de cognitione orationum in verbo secundum proprias rationes. Item Augustinus & alij de creaturis quæ fiunt loquuntur, illo autem modo etiam omnes possibiles in verbo videri planum est: ergo non loquuntur de illo videndi modo. Ad homines est etiam euidens argumentum: quia cognitionem creaturarum in verbo dixere esse omnem quæ fit reuelatione diuina extra visionem beatificam: tali autem cognitione cognoscuntur res secundum proprias rationes: ergo cognitio in verbo, quam vbique Augustin. matutinam vocat, non est cognitio essentiæ diuinæ secundum se sine vllo ordine, vel habitudine ad creaturas ac proinde non attingens creaturas secundum proprias rationes. Deinde Augustinus passim ait, res melius cognosci in verbo,quã in se: at si non cognoscerentur in verbo secundum proprias rationes,non diceretur melius cognosci. Sicut domus non cognoscitur melius in artifice materialiter tantum cognito, quam in seipsa:ergo &c. Item Augu. 4. Genes ad ciuit. cap. 24. docet,ea visione principaliter videri Deum:ergo sentit minus principalite videri creaturas, ac proinde illa esse obiecta secundaria: quod falsum esset, si non attingerentur secundum proprias rationes. Item August.9. ciuit. cap. 22.& lib. 13. conf.cap. 15. docet,in verbo Dei ab angelis beatis cognosci temporalia, hoc est,mutabilia per principales & cardinales eorum causas,ideo certiusab eis cognosci,quam à dæmonibus,qui æternas cardinales temporum causas in Deo non contemplantur. Vbi plane loquitur de cognitione creaturarum in verbo secundnm proprias earum rationes, vt fatetur Vazquez illa disput 51.cap. 4.Et idem fatetur de Isidoro lib. de summo bono seu sentent. ca. 17.asserente angelos in verbo Dei cognoscere omnia antequam in re fiant. Omnis autem cognitio creaturarum in verbo secundum Augnst est matutina:ergo cognitio matutina attingit creaturas secundum proprias rationes. Et idem vult Bearnard. 5. de consider. ad Eugen.dicens, videt verbum & in verbo facta per verbum,vbi melius sunt, quam in seipsis:quia scilicet ibi sunt secundũ esse quoddam vitale intelligibile substantiale æternum,& immutabile,iuxta id Ioã.1.quod factum est in ipso vita erat: quod ad rem explicat August. tract. 1. in Ioann. & lib. 6. quæst. in.26.& D Thom.1.part.quest. 18.art. 4.in corp & ad 1.

Si obijcias August.11.ciuit.cap.7. vbi sic ait fit tamen vespera huius diei mane aliquatenus, quoniam scientia creaturæ in comparatione creatoris quodammodo vesperascit: 44. *1.Obiectio.*

vbi scientia creatoris dicitur matutina, creaturæ autem vespertina: ergo per matutinam cognitionem non attinguntur creaturæ secundum proprias rationes, sed creator tantum.

Solutio. Respondetur, alios codices, sic habere; si tamen vesperam diei huius & mane congruenter intelligere valemus &c.

Admissa autem illa lectione facile dicetur scientiam creatoris appellasse matutinam, quia eadem est secundario scientia creaturarum secundum proprias rationes: alioqui enim non esset vere & proprie scientia creaturarum; cum tamen Augustinus scientiam creaturarum in matutinam & vespertinam distinguat.

2. Obiect. Si obijcias. 2. Augustinum eodem. lib. cap. 29. vbi ait, alio modo videri res in in vrbo, quam in seipsis, sicut aliter scitur rectitudo linearum, seu veritas figurarum cum intellecta conspicitr, alter cum in puluere scribitur; & aliter iustitia describitur in veritate incommutabili, aliter in anima iusti. Profecto obiectio non est ad rem, sed in aduersarios facile retorquetur. Nam sensus Augu. est cognitionem creaturarum in verbo esse, sicut cognitionem linearum & figurarum in mente artificis, vel iustitiæ creatæ, in diuina dispositione: hæc autem est cognitio rerum secundum proprias rationes in mente artificis expressas, & repræsentatas: ergo etiam cognitio creaturarum in verbo est cognitio earum secundum proprias rationes.

Solutio.

3. Obiect. Similiter retorqueri potest. 3. obiectio ex lib. 83. quæstio. quæstio. 46. vbi Augu. ait cognitione matutina videri in Deo ideas, seu rationes reum stabiles; immutabiles, & & æternas in diuino intellectu existētes; At implicat ideam vt sic, videri, nisi cognoscatur eadem cognitione ipsum ideatum secundum propriam rationem: ergo ex hoc loco potius colligitur sententia nostra quam opposita.

Solutio.

4. Obiect. Quarto tamen apparentius obijci potest Augustin. 4. Genes. ad lit. cap. 32. vbi ait, facta est vespera, quia necessaria erat & ista cognitio, qua distingueretur à creatore creatura aliter in seipsa cognita, quam in illo: quæ ratio nulla esset si creaturæ secundum proprias rationes in verbo cognoscebantur: sic enim eadem cognitione Deus & creatura distinguerentur. Respondetur mentem Augustini esse, necessariam fuisse cognitionem vespertinam, vt per experientiam ipsam discernere tur creator à creatura: antea enim non cognoscebatur creatura per experientiam, sed in sua causa & idea.

Solutio.

5. obiect. Quinta obiectio est, quia res vt sunt in rationibus æternis sūt ipse Deus, per cognitoinē autem matutinam sic tantum cognoscuntur inxta Aug. 4. Genes. ad lit. ca. 34. & alibi sæpe ergo cognitione matutina non attinguntnr secundum proprias rationes. Respondetur, res vt sunt obiectiuè in rationibus ęternis nō esse Deum, licet illud esse, per quod esse dicuntur in rationibus æternis, quod non est aliud, quàm ipsæ rationes æternæ, sit Deus. Vnde ex hoc loco potius colligitur nostra sententia. Sed obseruandum est, Augustinum eo loco ponere diem, vespere, & mane. Non quia sentiat esse cognitionem meridianam matutinā & vespertinam, vt Albert. & AEgid. supra recti, dixerunt. Sed quia ex mane, & vespere fit aggregatum quoddam, quod appellatur dies: cognitio item matutina ibi appellatur cognitio creatoris: quia illum habet pro obiecto primario, & creaturā pro secundario: ca. autem. 30. cum meridianam cognitionem ponere videtur, non eam ponit profecto, sed coniunctionem matutinæ, & vespertinæ cognitionis meridiem vocauit, quia in meridie vniūtur quodammodo mane & vespere.

Solutio.

Secundum Aug. & alios patres per ipsam Dei visionem secundario cognoscūtur creaturæ secundum proprias rationes.

Ex omnibus ergo prædictis patet, iuxta mētem Augusti & aliorum Patrum qui ipsum sequuntur, per ipsam Dei visionem secundario cognosci creaturas secundum proprias rationes.

45. Secundo eadem sentētia probatur ratione quia Deus videndo se tanquam obiectum primarium, eadem visione videt alia vt obiecta secūdaria: ergo similiter creatura vidēdo Deū vt obiectum primarium potest eadem visione videre alia, vt obiecta secundariā. Respōdent aliqui, Deum nō videre creaturas, vt obiecta secundaria per suam ipsius essentiā tanquam per obiectum primarium, sed quia ex se habet vt sit etiā creaturarū cognitio: de qua re vide Vazquez. 1. par. disp. 50. cap. 3. in fine. & disp. 60. per totum. Vbi cap. 1. tribuit hanc sententiam Gabrieli. 1. dist. 35. art. 2. conc. 2. Ochamo ead. dist. quæ. 4. Aureolo. apud Capreol. ead. dist q. 2 art. 2 in argumentis contra. 1. conclu. Scot. ead. dist. §. ad ista, & ipse cap. 2. & 3. illius disp. ait, Deum non videre creaturas in seipso tanquam in causa vel obiecto primario, sed tanquam in verbo, & similitudine expressa seu intellectione essentiali.

2. Prob. 2. opin.

Solutio.

Cæterum argumentum procedit in communi opinione asserente Deum videre creaturas in seipso tāquā in causa & obiecto primario. Quā opinionē tenet D. Th. de veritat. q. 4. a. 6 7. & 8. & 1. p q. 14. art 4. 5 & 7. & ibi Caiet. & omnes recētiores: idem docet D. Th. 1. contra, gent. ca. 83. AEgid. 1. dist. 35. q. 3. Durand. q. 1. & alij cōmuniter ead. dist. Alex. 1. pa. quæst. 23. membr 2. art 1. Henric quod lib. 9. quest. 2. Ferrar. 1. contra Gent. cap. 49. & D. Thom. cap. 48.

Et aperte idem docet Dionys cap. 7. diui. nom. Nec enim (inquit) ea quæ sunt ex ijs quæ sunt

unt discenda nouit diuina mens, sed in se, & ex se per causam, rerum omnium cognitionem, scientiam, essentiamque anticipatam, & informatam habet. Non quod per speciem singula consideret, sed quod vno causæ complexu omnia sciat. Quemadmodum etiam lux per causam in se tenebrarum notitiam anticipatam & informatam habet. Quod nõ aliunde quam ex luce tenebras nouit. Seipsam ergo cognoscens diuina sapientia, nouit omnia: sine materia, ea quæ ex materia constant; sine diuisione, ea quæ diuidua sunt: multa coniuncte dum ipso vno omnia & noscit, & procreat. Et infra. Ipsa enim, scilicet scientia Dei, seipsam omnium causam noscens nullo prorsus modo ea, quæ à se profecta sunt, ignorabit. Hac ergo Deus ea, quæ sunt noscit, non rerum notitia sed sui. In quibus verbis aperte Dinys. docet Deum non solum ex se, sed in seipso vt in causa, ac proinde, vt obiecta secundaria videre creaturas. Et August. lib. 83. quæst. 49. ait, Deum nihil extrase intueri, & certe si in essentia diuina, vt dicitur verbum seu similitudo expressa & cognitio essentialis videntur creaturæ ergo, an vt est essentialis cognitio Dei, an creaturarũ: si vt est essentialis cognitio Dei contra, quia in imagine & similitudine vnius rei non videtur alia. Si vero vt est cognitio creaturarum iam supponimus creaturas esse cognitas, & illa prima cognitio creaturarum non habet pro primario obiecto creaturas, alioqui Deus videret eas in ipsis, & non in se, illa prima cognitione, ergo habet pro obiecto primario Deum, non vt est imago creaturarum, sed vt est primum principium earum: ergo non potest cognosci perfecte, & comprehensiue, nisi sub ea ratione cognoscatur: sub ea autem ratione cognosci non potest, nisi cognitis creaturis: ergo cũ Deus perfecte & comprehensiue cognoscat suam essentiam, in ea vt in causa videt omnes creaturas, videlicet propter ordinem transcendentalem, quem dicit ad illas sicut in alijs causis videntur earum effectus propter ordinem transcendentalem, quem dicunt ad illos. Nec valet dicere, essentiam diuinam ita absolutam esse, vt nec transcendentalem ordinem dicat ad creaturas, Nam dicere ordinem transcendentalem non est imperfectio, sed perfectio maxima: ergo sicut aliæ causæ dicunt ordinem transcendentalem ad suos effectus, ita de essentia diuina dici potest. Et profecto nõ intelligo quomodo essentia diuina saltem vt intelligens creaturas notitia simplicis intelligentiæ, non referatur transcendentaliter ad illas, imo cum ij, contra quos disputamus; dicant, in illa sub hac ratione considerata, posse videri creaturas, vt in speculo: fateri debent, illam vt sic dicere ordinem transcendentalem ad creaturas. Nullum ergo absurdum est, si dicamus, etiam sub alijs rationibus illas transcendentaliter respicere, Sed age, admittamus creaturas non videri à Deo in essentia diuina, vt in causa, sed vt in speculo, seu specie expressa vel idea. Hoc certe sufficit vt dicantur videri in illa tanquam in obiecto primario: eadem igitur ratione concedendum est beatos in diuina essentia vt in speculo & specie expressa seu idea, tanquam in obiecto primario videre creaturas, ac proinde eadem visione: vt si quis cognosceret colorem in sua similitudine impressa, vel expressa corporali vel spirituali, eodem actu videret speciem coloris & colorem. Quæ ratio æque probat contra Henricum de indiuiduis, sicut de speciebus contra alios: quia vt bene notat Vaz. 1. part. disp. 50. cap. 2. in Deo non solum sunt ideæ specierum, sed indiuiduorũ. Item quia Deus non solum respicit transcendentaliter species, vt causa, & cognitio &c. sed etiam indiuidua.

46

Tertio probatur 2. opinio: quia si beati per visionem Dei solum cognoscunt Deum sub ratione omnino absoluta, nullumque dicente ordinem realem, vel rationis prædicamentalem vel transcendentalem ad creaturas & ideo per talem actum non cognoscunt creaturas secundum proprias rationes: sequitur talem visionem etiam in Christo vel non esse beatificam, vel esse imperfectissime beatificam: cum imperfectissime attingat Deum: siquidem nec per illam, nec ex vi illius, vt aduersarij fatentur, cognoscitur habitudo aliqua Dei ad creaturam in particulari, nec in communi: ac proinde ex vi illius non cognoscitur Deus, vt idea creaturarum, nec vt scientia earum, nec vt creator, nec vt omnipotens, nec vt iustus, aut misericors &c. Nec potest beatus de his loqui nobiscum: quare talis visio non satiat, aut certe imperfectissime satiat appetitum hominis qui maxime ad cognoscendũ ista inclinatur. Et confirmatur, quia visio Dei respondet fidei, ergo omnia aut præcipua mysteria fidei debent cognosci tali visione: præcipua autem mysteria fidei vel certe omnia continent eius modi conceptus relatiuos, ergo illa visione debet relate cognosci Deus, ac proinde eadem debent cognosci creaturæ: quia non potest cognosci relatio, quin eadem cognitione terminus ipsius cognoscatur.

3. Prob.

2. Opinio.

Quarto probatur eadem sententia: quia vix intelligi potest, quomodo vnus sit beatior alio, nisi visione beatifica videantur in Deo aliqua attributa respicientia creaturas, ac proinde, nisi videantur creaturæ eadem

47

4. Prob.

visione

visione. Probatur, quia in visione eius quod mere absolutum est, ita vt nec includat respectum realem nec rationis transcendentalem, nec prædicamentalem, nulla aut fere nulla inæqualitas esse potest, cum tale absolutum siue vnum siue multiplex sit, ab omnibus æque videatur. Dices, ab vno videri posse longe clarius, ac distinctius quam ab alio. Contra est, quia vt inquit Palacios 4. distinct. 49. disputat. 2. Si beati non vident Deum cum habitudine ad creaturas, non potest vnus videre Deum clarius, & distinctius, quam alius Quod probatur, quia non stat clarius, ac distinctius aliquid videri, nisi videatur secundum plures rationes, conditiones, vel circunstantias; vt aperte in visione corporali ex ipsa experientia concedit Vazquez 1.part. disput. 47.cap.vlt in fine, & in visione quoque spirituali etiam Dei, docent Palud. 4. dist. 49. quæst.5.art. 3. Antoni. 3. part. tit. 3c. cap.4. §. 2. Ergo cum omnes videntes Deum videant eum secundum omnes & solas rationes omnino absolutas; nullus clarius, aut distinctius, quam alius Deum videbit. Nec verũ est in visione corporali quotiesclarior sit sem per aliquid noui apparere : secus in visione Dei propter eius simplicitatẽ : nam simplicitas prohibet apparere nouam rem, non nouam rationem obiectiuam: quod si non appa ret noua res, nec noua ratio obiectiua, certe visio non est clarior, vt nec de potentia absoluta posset corporalis visio clarior esse nulla re vel ratione apparente de nouo.

48

5. Prob.

2. Opinio. Quinto probatur eadem opinio, quia diuina essentia est speculum creaturarum, vt postea videbimus: ergo in ea possunt creaturæ videri, & à Deo, & à beatis.

6. Probi. Sexto. Si Deus, & creaturæ eadem visione cognosci possunt vt aliqui authores primæ opinionis fatentur : non est cur visioni, quam nunc habent beati, eam perfectionem non concedamus, vt statim deducemus.

7. Prob. Septimo. Si diuina essentia à quocumque beato cognoscitur secundum omnem rationem, quæ in ipsa est, quia in ea nulla est ratio respectiua : absoluta vero ab omnibus videntur: ergo diuina essentia ab omni beato comprehenditur; quia vt inferius videbimus, id comprehenditur quod secundum omnem suam intrinsecam rationem cognoscitur. Consequens temerarium, erroneum, vel etiam hæreticum est, ergo &c.

8. Prob. Denique argumenta primæ opinionis facile diluuntur: ergo propter illa non est à communi opinione recedendum.

49

Ad 1. arg. 1. opinic. Ad primum igitur argumentum primæ opinionis Respondetur, si probabile est, eadem visione & specie impressa Deum & creaturas videri posse, non esse cur qui ponunt Deum videri per speciem impressam, negent Deum & creaturas eadem specie videri: credendum enim est species datas beatis præsertim animæ Christi, ex illis esse, quæ Deum, & creaturas complectuntur. Alioqui cum liberum sit vti, & non vti speciebus, quibus res extra visionem beatam cognoscuntur, nec pluribus ea. um simul beatus perfecte vti possit, poterit non considerare attributa relatiua Dei, & creaturas, ad quas dicunt respectum, imo necesse erit multa ex his non considerare: quod absurdum sane videtur.

Ad 2. Ad secundum respondetur vel non esse inconueniens, visionem Dei esse variabilem quoad aliqua obiecta secundaria: quod in sequentibus examinabo; vel si id est absurdum, approbandam esse illam doctrinam Caietan. Sic tamen vt non quodcumque cognitum extra visionem beatificam reuelatione diuina, id dicatur proprie videri in verbo, sed forte id tantum, quod ipsa visio beatifica, vt est in tali persona, exigit à Deo reuelari, & cognoscitur in Deo, quasi in obiecto primario cognito per visionem seu cognitionẽ non beatificam; & ita vt talis modus videndi rem in verbo non sit satis proprius, sed latus admodum, & nunquam vel raro à Patribus vsurpatus.

Ad 3. respondetur in opinione asserentium, dari speciem impressam in visione Dei, ipsamque esse lumen gloriæ, facile explicari posse, quodnam principium habeat visio illa, nempe speciem, aut lumen, quod complectatur Deum, & creaturas: talem enim speciem esse possibilem ipsi fatentur, sicut vna species Angelica complectitur varia obiecta : an vero illa species esset essentialiter distincta ab illis, quibus solus Deus videretur, an item species, qua Deus videretur cum vna creatura, esset essentialiter distincta ab ea, qua videretur cum alia creatura: viderint isti opinantes, certe si tales species, vt illi sentire videntur, habeant etiam creaturas pro obiectis primarijs, essentialiter distinguendæ sunt, secus si solum Deum respiciant tanquam primarium obiectum : quia specifica ratio ab obiecto primario petenda est. In opinione vero eorum, qui dicunt, Deum non videri specie impressa, dicendum est ex vi diuinæ visionis, vel cuiuscumque vel alicuius, consequi necessario omnium, vel aliquarum creatiuarum cognitionem, ita vt Deus, & tales creaturæ eadem cognitione attingantur. Quod verissimum esse finita argumentorum solutione constabit.

Ad. 1. arg.

Ad primum autem argum quo suadetur

vt

vt res dicantur videri in verbo satis esse, ipsas à Deo reuelari. Satis in solutione 2. arg. precedentis factum est.

Ad 3. Ad 2. respondetur non esse ad rem, quia videre rem in verbo per cognitionem naturalem non est videre illam ex diuina reuelatione: & præterea D. Thom. vocat illum modum videndi Deum, modum improprium. Et tantum docet contingere in cognitione creaturæ habente Deum pro obiecto primario, & creaturam pro secundario. Et similis concedi poterit in cognitione supernaturali habenti Deum pro obiecto primario, & creaturam pro secundario, saltem si ea cognitio sit iuxta exigentiam visionis beatificæ.

Ad 2. Ad 3. respondetur, ea quæ videntur, vel cognoscuntur vt præscita à Deo, dici posse legi, non in Deo vel eius substantiali verbo, sed in eius præscientia. Idq. non satis proprie, quia nihil videtur proprie in alio, nisi ipsum proprie videtur; præscientia autem Dei proprie nõ videatur. Alia uero quæ cognoscũtur reuelatione, non tamen vt præscita à Deo, neque illo improprio modo loquendi posse dici, legi, vel videri in libro præscientiæ Dei.

Ad 4. Ad 4. Respondetur primò Bernardum loqui de verbo externo non de substantiali, neque illam phrasim esse à Doctoribus, aut scripturis alienam. Nam Prophetæ, & fideles in verbo externo seu testimonio Dei res videre & intelligere dicuntur, & audire, & dicere. Coloss. 1. Per spem quam audistis in verbo veritatis Euangelij. Et 1. Tessal. 4. Dicimus in verbo Domini. Respondetur 2. Bernardum loqui de visione in verbo substantiali Dei improprie dicta. Nusquam enim ille, vel Augustinus cognitionem rerum in verbo, seu matutinam proprie dictam dæmonibus tribuerunt, sed tantum bonis Angelis: licet 11. ciuitat. cap. 11. videatur asserere fuisse æquales in principio secundum imperfectam quamdam beatitudinẽ, & cap. 19. Deũ ex sola præscientia inter eos diuisisse, & hos appellasse lucem & diem, illos tenebras & noctem, & capit. 33. sub disiunctione ait, Deum ex præscientia, vel opere inter eos diuisisse, & Sanctos lucem, alios tenebras appellasse. Neque erit difficile ostendere, reuelationem rei non sufficere, vt ea proprie in verbo æterno seu Deo videri dicatur. Primò enim in eo quod non proprie videtur non dicitur res proprie videri: ergo si non videntur Deum aliquid reueletur id in eo proprie videri non dicitur. 2 Sic non solum dicerentur creaturæ videri in Deo, sed Deus ipse, quando nobis reuelatur. 3, Sic etiam inguorantes Deum si cognoscant alia per lumen; aut speciem infusam à Deo, dicerentur in Deo illa videre. 4. Cum aliquid testimonio hominis agnosco, non dicor proprie illud in eo videre, ergo neque cum aliquid cognosco ex reuelatione Dei, protinus dicor proprie illud videre in Deo. 5. Quæ Sancti dicunt videri in Deo, dicunt in eo videri, vt in causa vel speculo: Quæ autem testimonio Dei cognoscuntur, non dicuntur in eo videri, vt in causa vel speculo, ergo cum dicunt ea videri in Deo, non intendunt tãtum significare ea videri ex reuelatione Dei, sed aliquid aliud.

Reuelatio nem rei nõ sufficere vt ea proprie in Deo videri dicatur ostenditur.

§ 1

Quæstio quomodo ex vi diuinæ visionis omnes vel aliquæ creaturæ in Deo videantur;

Reliquum iam est, vt explicemus quod promisimus, nempe ex vi diuinæ visionis, vel omnis, vel alicuius omnes, vel aliquas creaturas videri. Prima opinio in hac re fuit Durand 4. distinct. 49. quæst. 3. & 3. dist. 14. quæst 2 & Gothifred. quodlib. 6. quæst. 3. (vt refert Capreol. illa distinct. 4. quæst. 6.) Bassolis. quæst. 4. prologi. art. 3. & aliorum dicentium, videntem Deum necessario videre omnes creaturas possibiles, non vero præsentes, præteritas, aut futuras. quia essentia diuina naturaliter, & necessario repræsentat res, vt possibiles eo quod intrinsece illas respicit, vt possibiles, sicut quælibet causa intrinsece respicit omnes suos effectus vt possibiles, non vt futuros & multo minus Deus intrinsece respicit suos effectus vt futuros, cum liberrime illos producat. Hunc modum dicendi variis rationibus reijcit Vazquez 1. part. disput. 50. cap. 1. Quibus omissis, quæ apud me vim habent, sunt. Quia Deus videri potest, ita vt non videantur explicite & formaliter omnia quæ sunt formaliter in ipso, saltem quæ dicant habitudines ad creaturas, vt superius vidimus: ergo ex vi visionis Dei non sequitur visio omnium creaturarum, vt sunt possibiles, & alioqui visio Dei erit infinita, & comprehensiua, quia attingit Deum secundum omnem vim, & rationem repertam formaliter, imo & virtute in ipso. Secunda opinio est Henrici quam in 2. opinione principali huius sectionis fideliter recitauimus, ex vi diuinæ visionis in communi nullam creaturam in Deo videri, sed ex vi visionis attingentis in Deo rationes ideales, omnes substantiales rerum species videri posse, & re ipsa videri à beatis, nullum tamen individuum. Hanc opinionem partim approbat, partim reprobat Vazquez disput. illa 50. cap. 2. Ego sic de illa censeo. Si per species substantiales intelligat omnes possibiles de potentia absoluta, falsum est omnes videri à quocumque beato: Quia infra ostendemus, omnes nec de potẽtia absoluta à

§ 2

beato

beato vllo videri posse, siue ex vi visionis Dei siue alia quacumque ratione. Et idem est de speciebus figurarum, & numerorum quæ de potentia ordinaria, & naturali fieri possunt: quia in his dari potest naturaliter progressio infinita.

Omnis species substãtialis possibilis de potẽtia ordinaria videtur ex vi visionis beatifica.

Si vero de speciebus substantialibus possibilibus secundum ordinem à Deo constitutum, verum, est omnes ab omnibus beatis videri ex vi visionis: qua quidem re ipsa cernunt Deum, vt est idea omnium illarum. Sed sine fundamento negatur de omnibus indiuiduis: nam etiam est idea indiuiduorum, quicquid dicat Henricus, si autem sic videatur, ex vi talis visionis indiuidua aliqua cognosci poterunt, saltem vt possibilia, & in his omnibus conueniunt Caietan. & alij Thomistæ. 1. part. quæst. 12. artic. 8. Capreol. 4. dist. 49. quæst. 6. Hispalen. eadem dist. & quæst. Scot. quæst. 3. art. 3. Ferrar. 3. contra gentes cap. 56. 59. & 60. Richard. 3. distin. 14. artic. 2. quæst. 3. & 4. distinct. 49. art. 3. quæst. 3. Bonauent. Scot. Palud. Marsil. D. Thom. & alij citati opinio 2. huius sectionis. Quorum doctrina certissima est nullamque habet difficultatem si essentia diuina (vt sæpe docuimus) respectu reali intrinseco transcendentali respicit creaturas, viderique potest secundum vnum eiusmodi respectum & non secundum alium aut certe sine vllo huiusmodi respectu. Si autem nullum intrinsecum ordinem transcendentalem dicit ad creaturas, sed tantum illas respicit aliquo respectu extrinseco rationis, vix potest saluari, quomodo ex vi alicuius visionis essentiæ diuinæ, creaturæ aliquæ videri possint: quia tunc nihil videretur in diuina essentia, quod cogeret ad fingendum vel videndum eiusmodi respectum: quo viso necesse esset videre creaturas, quia nulla relatio videri potest sine suo termino. Maxime cum hic respectus ad creaturas possibiles fingi non possit, nisi cognoscendo prius ipsas creaturas esse possibiles: quod non apparet qualiter ex vi visionis essentiæ cognosci posset. Cæterum qui tenent, quamuis in essentia nullus sit respectus realis transcendens ad creaturas, tamen Deum ex vi visionis essentiæ suæ cognoscere, creaturas esse possibiles, & apprehendere in se respectum ad illas, quia visio increata essentiæ exigit, se quoque esse visionem omnium creaturarum, saltem dicere possent, visionem creatam Dei ex sua ratione postulare, vt eadem quoque ad creaturas extendi valeat. Licet posit ita coarctari vt ad nullam creaturam extendatur, sed in sola Dei essentia sistat: quem visionis modum dari posse cum Henr. & alijs sectione sequenti dicemus.

Essentia diuina relatione reali trãscendẽtali respicit creaturas vt possibiles.

Sed arguet quis. Nam si nihil esset possibile præter Deum, & Angelum, Deus esset eodem modo in se vt nunc est, & eodem modo videretur ab Angelo: tunc autem Deus non esset ratio videndi alia ergo nec modo. Obiectio sane friuola est, quoniam si nihil creari posset, aliter se Deus haberet in se, quia non esset intrinsece potens creare: & idem dicerem, si solum posset creare Angelum; vnde non mirum si tunc non esset ratio videndi hominem, vel equum sicut nunc est. 53

1. Obiectio.

Solut.

Si rursum quis obijciat. Cur ab vno beato videtur Deus secundum vnum respectum transcendentem, & non sub alio, ac proinde videtur in eo vna creatura, & non alia? 54

2. Obiect. Cur in Deo videtur vna creatura & nõ alia.

Prompta est responsio, id prouenire ex parte luminis, quod habet latitudinem quãdam extensiuam & secundum vnum modum extensionis determinat intellectum ad videndum Deum, vt respicit vnam creaturam, & non vt respicit aliam. Et idem posset dici de specie, si Deus per illam videretur; si tamen dicamus Deum videri specie & in lumine nullam esse latitudinem extensiuam, dici posset id prouenire partim forte ex parte ipsius essentiæ, in qua vt ait D. Thom. de verit. quæst. 8. art. 4. ad 12. quædam creaturæ magis patent, & sunt manifestæ, aliæ magis latent. Sicut enim colores magis se manifestant secundum vnam rationem visui, quam secundum aliam, & ideo à longe potius videntur secundum vnam rationem quam secundum aliam: ita forte essentia diuina &c. Quamuis Vazquez. 1. part. disput. 50. cap. 5. ignoret, qua ratione hæc doctrina D. Tho vera esse possit. Et melius respondet illam diuersitatem prouenire ex mera voluntate Dei, quæ applicat essentiam suam, vt gerat munus speciei intelligibilis ad videndum se sub vna ratione, & non sub alia, ac proinde vt videatur in eo vna creatura & non alia. Et hac ratione, vt infra videbimus, aliqui docent, Deum esse speculum voluntarium, quia liberum est ei ostendere hoc, vel illud in seipso tanquam in speculo. Alij referunt hanc diuersitatem visionum ad diuersitatem intrinsecam indiuidualem luminis, & similiter ponunt indiuidualem diuersitatem in ipsis visionibus sine vlla accidentali latitudine luminum aut visionum, qui sentiunt eadem visione nunc plura, nunc pauciora videri non posse, nec eodem lumine, saltem si eo vtatur beatus secundum vltimum potentiæ Alij vero sentiunt, lumen quo videri possunt in Deo duæ creaturæ, diuersum esse specie ab eo

Solutio.

quo

quo vna tantum in Deo videri potest. Postremos hos duos dicendi modos reijcit Vazq. 1. part. disput. 50. cap. 4. & vltimus recte confutatur: Quia visiones plurium, & pauciorum creaturarum in Deo sunt eiusdem speciei propter identitatem obiecti primarij, quod solum confert speciem. Quamuis oppositum doceat Adam. 2. distinct. 1. q. 8. art. 2. Ergo idem eadem ratione de luminibus dicendum est. Et simili ratione ostendi potest, illam differentiam visionum nō esse indiuidualem intrinsecam, neque proficisci à differentia indiuiduali intrinseca luminum, quoniam à secundario obiecto sumi non potest differentia vlla intrinseca, siue specifica, siue indiuidualis. Quare concedendum est eamdem visionem Dei non solum specie, sed numero, posse nunc ad plures, nunc ad pauciores creaturas se extendere facta additione, vel detractione aliqua reali circa illam. Et ita docet expresse Scot. 1. distinct. 1. q. 2. §. quantum ad istum articulum, littera D. Et cum eo Ouād. 4. dist 49 propos. 21. corol. 2 Sed de his omnibus in sequentibus plura dicentur, & an ex vi diuinæ visionis possint cognosci actus liberi Dei, & creaturæ, vt existentes, vel futuri.

55 Ex dictis colligitur primo creaturas non videri in verbo, eo quod videantur eadem visione æque primo terminata ad Deum, & ad creaturas. Probatur primò, quia id non esset proprie videri in verbo, sed cum verbo. 2. Quia Deus non sic videt, nec videre potest creaturas in verbo seu in seipso, vt docet D. Thom. 1. contra gentes cap. 48. Ferrar. ibi cap. 49. Durand. 1. d. 35. q. 1. Henric. quodlib. 9. q 2. Et ratio esse potest, quia cum Deus omnia, & secundum omnem rationem possit in se cognoscere, superfluum atque adeo imperfectum, & repugnans videtur, vt alia à se directe, & æque primò cognoscat, licet æque primò seipsum, & alia amet sub diuersis rationibus, videlicet volendo sibi bonum, quia bonum sibi est & creaturis, quia bonum illis est: ergo nec beatus sic videt creaturas in verbo, cum eius scientia sit perfectissima participatio diuinæ scientiæ. 3. Probant aliqui, quia impossibile est simul multa intelligere æque primò, & principaliter vnica intellectione, vt ait Durand. 1. dist. 35. q. 1. num. 14. id probans alioqui vna operatio terminaretur æque primò, & principaliter pluribus terminis, qnod est inconueniens. Sed consequens est incertum, & probatio non vrget, quia non videtur inconueniens, eadem operatione plura cognosci, vel amari ab intellectu, vel sensu, voluntate, vel appetitu sensitiuo; ita vt illa plura sint termini inadæquati, sed æque primò & principaliter terminantss eam operationem. Alij 4. Idem probant, quia vel illa operatio esset diuisibilis in duas partes indiuisibiles, vel diuisibilis, quarum altera attingeret immediate Deum, alia creaturam aliquam: vel esset indiuisibiles. Primum non, quia partes illæ indiuisibiles non vnirentur per modum continuationis, neque vllus hactenus excogitauit vnionem per modum continuationis inter res indiuisibiles, sed tantum inter res habentes latitudidem, quæ habere possunt vnum communem terminum indiuisibilem: neque vero vnirentur per modum actus, & potentiæ: cur enim cum vtraque pars æque primò tendat in suum obiectum, vna erit actus, alia vero potentia. Non ergo illa entitas est composita ex duabus partibus indiuisibilibus. Secundum autem scilicet esse compositam ex duabus partibus diuisibilibus facile reijcitur, quia non est, cur eiusmodi partes habeant inter se latitudinem extensiuam, siquidem vnaquæque interdum habet obiectum indiuisibile, scilicet Deum & Angelum, & est in subiecto indiuisibili, scilicet intellectu. Deinde siue partes essent diuisibiles, siue indiuisibiles probant aliqui non posse vniri quasi per continuationem: quia ille terminus communis nec attingeret solum Deum, nec solum Angelum; cum non sit maior ratio de vno, quam de alio: neque vtrumque quia sic esset alterius rationis à tota operatione, & esset excellentior vtraque parte, imo per se esset visio Dei, & creaturæ, & non terminus visionis Dei, & visionis creaturæ. Sed hæc probatio nullius est momenti, quia sicut terminus continuans lineam non est linea, & continuans calorem non est calor, sed alterius rationis: ita terminus vniens duas partes actus non esset actus, ac proinde nec haberet per se obiectum, sed per partes, quas vnit haberet diuersa obiecta. Sicut dicunt aliqui de habitibus, quos ponunt componi per modum continuationis ex indiuisibilibus entitatibus, & sic potest hic dici. Sed obstat quia non videtur, quare magis illæ entitates vniātur interse, quam cum alijs existentibus in eodem subiecto, & pertinentibus ad eum ordinem, scilicet supernaturalibus. Tertium autem scilicet actum illum esse indiuisibilem dicunt Iuniores illi, non ita facile impugnari posse: quia iuxta communem sententiam Angelus vna specie, & actu vniuersali intelligit simul plures res, non intelligendo vnam in alia, vel per aliam, sed singulas directe & in se. Nihilominus sine causa fingi: Quia cognosci Deum & creaturam æque primò eadem cognitione non confert per se ad beatitudinem; cum creaturæ cognitæ

56 4. Probat. aliorum.

57 Reijcitur.

Corol. 1. Visio beatifica non terminatur æque primo & immediate ad creaturas, & ad Deū.

1. Probatio

2. Probat.

3. Prob.

cognitæ per se non beatificent, & si solum cõcomitanter cognoscantur, inde non crescit visio Dei, neque è contrario visio creaturarũ ex visione Dei oritur, vel perficitur, cum creaturæ non videantur per Deum, vel in Deo: ergo.

Præterea ille modus vniuersalis cognitionis habet locum in rebus inferioribus cognoscente, & non in superioribus. Angelus enim inferior non cognoscit eadem specie & actu Angelum aliquem superiorẽ & aliquid aliud: ergo beatus vno actu videbit æque primo Deum & creaturam. Et confirmatur, quia Angelus eodem actu quo videt se, non videt æque primo alia neque Deus: ergo similiter beatus eodem actu quo videt Deum, non videt æque primo alia. Cuius ratio à priori esse videtur: quia ad diuersitatem specificam actus sufficit diuersitas specifica obiecti materialis saltem altissimi, & eminentissimi: quod propter imperfectionem intellectus creati non potest vno actu simul cum creatura cognosci, licet forte alia possint vno actu æque primo cognosci, si non ab intellectu humano coniuncto corpori, vel separato, saltem ab Angelico, qui quo perfectior est, plura eodem actu cognoscere poterit saltem ex inferioribus, non autem ex superioribus: & multo minus poterit eodem actu supernaturali Deum, & creaturam in seipsis videre æque primo & principaliter. Vnde August 4. Genes. ad lit. cap. 24. aperte docet, beatos videntes creaturam in Deo principaliter videre ipsum Deum. Idque significat alijs locis citatis, similiterque Gregor. & Bernard. supra, & D. Tho. infra.

58 *Obiectio.* Dices, diuina essentia quæ per modum speciei intelligibis concurrit ad visionem beatificam, est veluti species vniuersalis repræsentans se & creaturas: ergo illi potest respondere actus adæquatus vniuersalis attingens Deum & creaturas immediate, & in seipsis. Confir. quia quidam Thologi, præsertim Nominales dicunt, Deum se & creaturas immediate videre eodem actu, quia essentia Dei est vniuersalis species omnia immediate repræsentans: ergo similiter beati per essentiam diuinam vnitam in ratione speciei poterunt immediate attingere eodem actu Deum & creaturas. Vnde D. Thom. 1. part. q. 12 art. 9. & 10 & vbicumque agit de hac re, inde probat, beatos quicquid in verbo vident, simul & vno actu videre: quia non vident illa per proprias species earum, sed per Diuinam essentiam, quæ est species eminentissima.

Respons. Essentia diuina non est Respondetur retorquendo argumentum: essentia enim diuina non est proprie species, sed concurrit ad visionem Dei effectiue per se, sicut reliqua concurrunt per suas species quæ eorum vicem gerunt: quia per se non sunt intime vnita intellectui: & ideo essentia diuina dicitur se habere per modum speciei, & similiter actus intellectus dicitur exercere munus speciei in sui cognitione, & Angelus est veluti species, qua seipsum cognoscit. Neque ponitur aliquid in Deo, quod vere sit species, præsertim creaturarum, alioqui per essentiam diuinam vnitam in ratione speciei intelligibilis posset videri creatura non viso Deo: sicut Angelus per speciem vniuersalem omnium hominum potest videre vnum sine alio, & per speciem plurium naturarum potest videre vnam sine alia, & multo melius potest per varias species vnam rem sine alia videre. *proprie species intelligibilis*

Potest tamen Deus per suam potentiam actiuam supplere quamcumque speciem & quodcumque obiectum creatum efficiendo per se, quod per talem speciem, taleque obiectum effici potest; quia quicquid Deus potest facere per causas secundas, potest facere se solo, etiamsi effectus sit actus vitalis. Imo sic potest supplere efficientiam suæ essentiæ concurrentis effectiue per modum obiecti eminentissimi primario ad cognitionem sui, secundario vero ad cognitionem relationum diuinarum, & creaturarum, (vt disp. 5. dicemus cum Mol. & alijs) Diuina ergo essentia non est species, sed eminentissime potest causare, per seipsam quidem cognitionem cuiuscumque rei in Deo: per potentiam vero suam actiuam (quæ nec ratione concepta in mea opinione distinguitur ab intellectu & voluntate) omnem cognitionem, etiam sensitiuam.

Vnde iam secundo colligitur, beatum visione beatifica primario videre diuinam essentiam, secundario vero creaturas. Ita D. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. & q. 14. art. 5. & q. 8. de veritate, art. 4. vbi ad. 8. explicat illa verba Gregorij, quid non videt, qui videntem omnia videt, quoad sufficientiam, ex parte medij, scilicet quia essentia diuina visa est sufficiens medium de se ad videnda reliqua. Eamdem doctrinam habet Caiet. in illa loca 1. part. & Ferrar. 1. contra gentes cap. 49. Duran. 1. dist. 35. q. 2. num. 18. & latius. 4. dist. 49. q 3. Palud ibi q. 2. Palac. q. 2 Capreo. & Hispalen. 6. Scot. & alij eadem dist. Mol. Valen. & alij supra. Prob. 1. quia hoc est necessarium vt vere ac proprie dicatur vnum cognosci in alio, & non satis est cognosci eadem visione, vel eadem specie, vel per aliam rem tanquam per speciem: res enim in specie, vel visione videri non dicitur, nisi cum per speciem vel visionem tanquam per obiectum primarium cognoscitur res ipsa, vt obiectum secun- 59 2. Coro.

secundarium. Sic ergo cognoscuntur à beatis creaturæ in Deo: non enim est alius modus qui communis sit omnibus creaturis.

60. *Difficul. 1. modus dicendi. quomodo diuina essentia sit obiectū primariū visionis beatificæ*

Sed sunt hoc loco aliquæ difficultates. Prima est, quomodo diuina essentia sit obiectū primarium, quo medio videantur creaturæ? Quidam dicunt esse medium tanquam speculum: ita enim videtur explicare D. Thom. 1. p. locis citatis. 2. opin. huius sect. & 3. dist. 14. quæst. 1. art. 1. quæstiuncul. 4. ad. 1. & sæpe alibi. Altisiod. Hispale. Capreol. Argentin & fere omnes citati pro 2. opinion. præsertim Molina. 1. part. quæst. 8. art. 8. disp. 2. id tribuūt ali qui Ansel. in monologio sed ibi non inuenitur vt bene inquit Vazquez. 1. part. disp. 50. c. 6. licet Math. 17. dicat, Deum non posse cognosci à creatura, nisi quantum ipse vult reuelare omnes fere doctores citati pro secunda opinione id etiam tribuunt Augustino. lib. de vidend. Deum qui est epistola 112. sed ibi non habetur: tantum cap. 6. 7. 10. & 11. dicit Aug. cum Ambrosio. 1. in Lucan cap. 1. is in cuius voluntate situm est videri, & cuius naturæ est non videri, nam si non vult, non videtur, si vult videtur. In quibus verbis expresse loquitur Augustinus de visione Dei non in sua substantia sed in specie corporea, eisdemq. verbis ali qui adiungunt, esse speculum voluntarium, quod ibi non dicit Augustinus, qui tamen metaphora speculi vtitur lib. de triplici habitaculo cap. vltim. qui liber habetur tom. 9. sed aliqui arbitrantur non esse Aug. ea item metaphora vtitur Cōcil. Senonēse citatū in 2. opin. & Laurentius Iustinianus lib. de casto connubio &c. c. 18. colum. 4. & colligitur ex sapientiæ 7. vbi nomen speculi tribuitur filio seu sapientiædiuine candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Metaphora autem in hoc consistit, quod sicut respicientes ad speculum, eo medio cognoscūt res speculo obiectas per species suas, quę in speculo sunt intentionaliter, & in suo esse naturali intra speculum esse videntur, ita beatia specientes ad Deū, vidēt creaturas, quę secundum suam similitudinem expressam, scilicet verbum diuinum & vt in causa, sunt vere in Deo. Deficit autem secūdū Valentiam. 1. p. q. 12. puncto. 6 q. 1. & Molinā illa disput. 2 & omnes, metaphora, & similitudo speculi in multis, Primo quia res sūt in speculo per distinctas species: creaturæ autem sine per eamdem speciem in Deo. 2. quia res sunt in speculo per speciem impressam: creaturę autem in verbo per speciem expressam 3. quia speculum recipit similitudines à rebus ei obiectis: Deus autē nihil recipit à creaturis, sed potius creaturę sunt similitudines Dei participatæ. Et ideo ipsę habent rationē speculi, quo ducimur in cognitionem Dei, iuxta id 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum (scilicet creaturarum) & in ęnigmate. 4. quia speculum non est species rei obiectę Deus autem est species creaturę, ita vt speculum ipsum sit species. 5. quia speculum non est obiectum, in quo vere videantur res, sed est medium per quod deferuntur species rerum, quæ in speculo repræsentantur. Vnde licet visio rerum in speculo materialiter coniuncta sit cum visione speculi, per se tamen ab illa non pendet: nam si miraculose impediretur visio speculi permissa reflexione specierum à speculo per eas viderentur reliqua obiecta, non viso speculo. Nam species speculi, & aliarum rerum distinctę sunt, sicut etiam sunt diuersę species plurium rerum, quæ repręsentantur in speculo: Deo autem non viso non viderentur res in ipso, aut per ipsū 6. quia res non sunt in speculo, vt in causa, creaturæ autem sunt in Deo vt in causa. Propter aliqua ex his D. Tho. de verit. q. 12. a. 6. & 2. dist. 11. p. 2. art 4. quem citat & sequitur Hispalen. 3. dist. 14. quęst. 2. art. 3. notab. 1. & 4. dist. 49. quæs. 6. art. 3. ait Deum improprie & abusiue appellari speculum, in quo creaturæ videantur & nunquam sic appellari à sanctis vel scripturis Si tamen sic appellatur addendum esse putat illa dist. 11. qneſt. 2. art. 2. ad 4. & 4. dist. 49. quęs. 2. art 5. ad. 9. esse speculum voluntarium. Id vero sapient. 7. speculum sine macula explcant vt filius dicatur speculum respectu Patris in quantum à patre in filio species diuinitatis recipitur.

Quomodo diuina essentia sit speculum voluntarium in quo beati creaturas videnit.

61. *2. modus dicendi.*

Relicta ergo ista metaphora ad proprietem veniamus & fit secundus modus dicendi Henr. quod lib. 7. q. 4 &. 5. creaturas in verbo videri tanquam in idea & exemplari. quæ est sententia Augustin. lib. 83. quæstionum & alijs locis supra relatis & obseruatis. Vbi ait creaturas videri in verbo, vt in arte & ratione, per quam factæ sunt & licet verbum Dei non esset idea, vt idea est ratio efficiendi res, sed tantum vt est ratio cognoscendi illas, adhuc per verbum, seu viso verbo, res ipse viderentur in illo, vt in obiecto primario quod non potest cognosci sine illis: quia intrinsece dicit ordinem transcendentalem ad illas. Idē est de scientia, si distinguitur ratione in Deo à verbo ipso quantum ad absolutum, quod importatur in verbo. Idemq. est de potentia vidēdi & diligendi res, & de potentia & principio illas efficiendi proximo, vel remoto. Vtrūq. enim transcendentalier & intrinsece respicit creaturas, vt possibiles. Vnde per illud tāquā primariū obiectū cognosci possunt creaturæ vt obiecta secundaria, & hic est 2. modus proprié dictus (licet tertius in ordine) quo creaturæ dicuntur videri in Deo, videlicet, vt in causa: ita D. Thom. de veritate quæst.

8.ar.4. & 5.& queſt.20.ar.4. vbi ait potius videri creaturas in Deo vt in cauſa,quam ſicut in ſpeculo. Eundem modum ponit de veritate quæſt.16. arti. 6. & 1.p.quæſt. 12. arti.8.& quæſt.14. ar.5. Caieta. Molina, & alij ,Iuniores eiſdem locis.Ferrar. 1. contragent. capit. 49.Durand. 1.diſt. 35. quæſt. 2. & 4. diſt. 49. quæſt.3. Marſil.3.quæſt. 10.art.2.part.1.Hiſpalen.3.diſt. 14. queſt.2. & 4.diſt. 49. queſt. 6.& Capreol. ibidem.Medin.& Conrad.1. 2. queſt. 5. art.2.

Probatur quia Deus per ſuam eſſentiam,vt per cauſam alia cognoſcit iuxta Dionys. ca. 7. Diuin.nomin.dicentem;diuina mens omnia continet & per cauſam rerum omnium, ſcientiam omnium anticipatam habet; & infra. Ipſa ſeipſam noſcens,ea quorũ cauſa eſt, non ignorat. Quo ſenſu dixit Aug. lib. 83. quæſtion.quæſt.46.Deum extra ſe nihil cognoſcere, ſed in ſe tanquam in cauſa omnium; ſed viſio beatifica maximè aſſimilatur ſcientię,quam Deus habet de ſe ipſo : ergo beati vident creaturas in Deo, tanquàm in cauſa. Confir. quia nullibi melius cognoſcitur effectus,quam in cauſa ſua,preſertim ſi talis ſit,vt ſe ſola& independenter ab omni alia ſufficiat ad effectũ; huiuſmodi aũt eſt Deus: ergo &c.

Addit autem D. Thom.locis citatis & 1. contragent. cap.46.& lib.3.ca.56. non poſſe hanc cauſam comprehẽdi, quin in illa,& per illam videantur omnes creaturę poſſibiles: quia ad omnes illas intrinſece dicit ordinem, & tanto melius cognoſcetur,quanto in illa,& per illã plures creaturæ videãtur:Poteſt addi alius modus cognitionis creaturarum in verbo per diſcurſum virtualem: diximus enim ſupra,viſionem beatam eſſe diſcurſiuam virtualiter,licet non formaliter.Quando autem cognoſcitur concluſio per diſcurſum, cognoſcitur in ſuo principio, & res quæ eſt ſubiectum in concluſione,cognoſcitur in ſua cauſa, quę eſt mediũ ad probandum aliquid de tali re. Itẽ poſtquàm aliquid cognitum eſt per ſcientiã beatã,poteſt diſcurſu Theologico inde aliud colligi. De his tamen duobus modis cognoſcendi creaturas in verbo,nunc non loquimur: ſic enim etiam aliquæ perfectiones increatæ cognoſci valent.

62. *2.difficultas an prius cognoſcatur diuina eſſẽtia quã creaturæ in ipſa.*

Sed hinc oritur ſecunda difficultas : nam ſi Deus vt eſt ratio cognoſcendi & faciẽdi creaturas dicit intrinſecum ordinem tranſcendẽtalẽ ad illas,& proprerea ſine ipſis cognoſci non poteſt ſecundum illam habitudinẽ : ergo non prius cognoſcitur quàm ipſę; ergo non erit obiectũ primarium,nec per ipſum dicentur cognoſci;quia particula,per,dicit habitudinẽ cauſæ, & prioritatem ſaltem naturæ denotat.Reſpõdeo in primis poſſe dici obiectũ primarium ordine intentionis, vel dignitatis; vel ordine rationis in quantũ valet conſequẽtia à viſione creaturæ in Deo,ad viſionẽ Dei, & non è cont..:quę prioritas etiam appellatur prioritas naturæ ab Ariſtot.in prædicam. capit. de modis prioris. Poteſt etiam hic conſtitui alia prioritas naturæ ſecundũ rem, & iuxta ordinem executionis: quia viſio Dei, vt eſt Dei,eſt cauſa ſui ipſius,vt eſt viſio creaturæ:& ideo poteſt dari viſio Dei, quæ nõ ſit viſio creaturæ,præſertim ſi loquamur de creatura hac vel illa in particulari: Eſt ergo viſio Dei vt ſic indepẽdẽs à viſione creaturę vt ſic, & nõ è cõtra.Et ideo viſio Dei vt ſic,eſt prior natura quam viſio Dei vt eſt viſio creaturæ,& iuxta hæc intelligi debet D.Tho. de verit. q. 12.art.6.dicens. Viſio qua videtur Deus, vt eſt rerum ſpecies,prę ſupponit illam quavidetur in ſe vt eſt eſſentia quædã &c.Sed Hiſpal. 4. d.49.q.6.art.3. notab. 5.nullum cognoſcit ordinem niſi ex parte obiectorũ.Viſio tamẽ Dei vt ipſe eſt cauſa huius creaturę non eſt prior natura quã viſio huius creaturæ vt colligitur plane ex D. Tho. & Hiſpa. locis modo citatis.

63. *3.difficultas quomodo beati vidẽt creaturas in Deo vt in cauſa.*

Tertia difficultas eſt, quia Deus non ſcit creaturas eo quod ſit cauſa ipſarũ,ſed potius poteſt eas cauſare, quia habet perfectã ſcientiam ipſarum:ergo nec beati vidẽt creaturas in illo, vt in cauſa. Antecedens patet, Deus enim eſt agens per intellectum, & voluntatẽ: ergo operatur quia intelligit.R.cum Deus ſit ſuum intelligere & forte formaliſsime,nõ poteſt cognoſcere creaturas in ſe vt in cauſa, quin cognoſcat illas in ſua ſcientia, quæ cum ſit ſimpliciſsima,& infinite perfecta,eſt reflexiua in ſe ipſam,ita vt Deus cognoſcat ſe cognoſcere creaturas ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ,&per eam ſe poſſe illas cauſare:& facilius intelligitur hoc in viſione beatifica, quæ habet pro obiecto directo ſcientiam, qua Deus poteſt creaturas producere, & in ea cauſa proxima,& in eſſentia,ſi à ſciẽtia diſtinguitur ratione ratiocinata,tãquã in cauſa remota cognoſcit creaturas vt poſsibiles. Alij reſpõdẽt (vt putant ex D.Th.1.p.q.16.a. 4.ad 4. & q. 25.a.1.ad 4.)ſcientiã ſolum cõcurrere ad cauſandũ creaturas per modũ dirigentis voluntatẽ,& omnipotentiã,ſiue hæc diſtinguatur ratione à voluntate,ſiue nõ. Vnde non conſtitui tur Deus formaliter potens ad agendum per ſcientiã,ſed per ſuũ ſubſtantiã,vel omnipotẽtiã,ſcientia vero eſt conditio neceſſaria ad perfectũ modũ agendi: quocirca loquendo formaliter de principio per ſe agendi, non ideo potens eſt Deus efficere omnia, quia ſcit omnia , ſed quia habet talem potentiam,& efficaciam, quæ immediatè conuenit illi ratione ſuæ perfectiſſimæ eſſentiæ, quæ ex vi ſuæ perfectionis eſſentialis, & quatenus eſt ipſum

sum esse per essentiam eminenter continens omne esse, est principium principale potens ad faciendum omnia. Ex quo etiam habet vt sit potens ad cognoscendum omnia, atque adeo, vt sit sufficiens medium & pricipium, in quo possint omnia cognosci. Exemplo declaratur in Angelo mouente cælum: nam mouet per intellectum & voluntatem; tamen non cõstituitur formaliter potens ad mouẽdum per intellectum, sed per potentiam motiuam, quæ per cognitionem dirigitur, & per voluntatem applicatur ad agendam. Quod non obstat quo minus in ipsa potentia motiua possit cognosci effectus eius. Sed hæc doctrina, an sit vera, & D. Thom. incertum est, & in hoc opere, suo loco examinabitur, inquirendo, an in nobis potentia motiua executiua distinguatur ab intellectu, & voluntate, sensu & appetitu. Licet autem sit vera non enacuat vim argumenti, quia saltem nõ recte intelligitur potentia executiua in Deo, nisi cognoscatur cũ subordinatione ad intellectum dirigentem, & voluntatem applicantem: Siquidem ex natura sua habet non posse in actum prodire sine hac directione, & applicatione; ergo vt intelligãtur creaturę à Deo in se ipso vt effectus in causa debet intelligi ipsa scientia Dei, & necessaria est reflexio posita in prima solutione.

64. *4. difficultas an actus quo in Deo creaturæ videntur, diuisibilis sit ratio dubitãdi.*

Quarta dificultas est Ochami, Gabrielis, & Maioris locis citatis in prima opinione, quia si eodem actu, quo videtur Deus, videtur creatura in ipso, vel talis actus est diuisibilis, vel indiuisibilis. Si indiuisibilis, ergo non est in eo prius, & posterius natura causa, & causatum, & sic eo actu non cognoscetur primario Deus, secundario vero creatura, sed æquè primo vtrumq. obiectum, neq. visio Dei erit ratio, aut causa videndi creaturam. Nec poterit esse talis actus in aliquo beato, etiam de potentia absoluta, quin per illum videat creaturam. Si vero est diuisibilis in partes, vna erit visio Dei, & alia creaturæ: ergo erunt distinctæ visiones. Nec potest dici, esse partes vnius integræ visionis, quia cum sint diuersæ rationis non apparet cur, aut quomodo vniãtur ad vnam integram visionem constituendam. Hæc ratio dubitandi difficilis satis est.

1. Respõ. Aliqui respondent, primo illum actum esse indiuisibilem, & ideo ex parte ipsius non reperiri realem causalitatem, ita vt aliquid sit in actu, quod sit causa realis alterius perfectionis, quæ sit in actu: quia hoc pugnat cum indiuisibilitate actus; & eadem ratione nõ est realis ordo in ipso actu secundum se solum, sed inter obiecta reperitur hic ordo, quo vnum est ratio cognoscendi aliud: quæ ita attinguntur per illum actum, sicut inter se habent habitudinem. Vnde fit vt possimus præscindere, & considerare illum actum, vt terminatum ad Deum, & vt sic esse rationem, quare ille actus terminetur ad creaturam, & sic ille actus indiuisibilis secundum rem, diuidetur secundum rationem. Nec erit inconueniens non posse eumdem numero terminari ad Deum, quin terminetur ad hanc creaturam, etiam de potentia absoluta: alius enim solo numero distinctus ab illo poterit terminari ad solum Deum, & alius ad Deum cum aliqua alia creatura, & alius ad Deum, & has vel illas creaturas. Ita Suarez. 3. part. disput. 26. sect. 3. & 4. Solutio hæc difficilis est, quia si talis actus est indiuisibilis, & ideo intrinsece habet determinari ad Deum, & ad creaturam simul, cum alius actus id non habeat, differet essentialiter ab isto. Omnis enim differentia intrinseca communis multis essentialis est; sicut omnis conuenientia intrinseca essentialis est, & sic non omnes visiones beatificæ erunt eiusdem speciei. Præterea quia Deus vt potens causare creaturam non potest concipi sine ipsa creatura: ergo nec ratione prius videtur Deus vt potens causare creaturam, quin videatur creatura, ac proinde neque Deus vt sic, erit ratio cognoscendi creaturam, quia quod est ratio cognoscendi aliud, prius re, vel ratione est cognitum quàm aliud. Maior. 3. distin. 14. quæst. 3. ad. 1. arg. fauit dictæ solutioni. sed alij.

Respõdẽt. 2. actũ illũ esse indiuisibilẽ, & sine aliqua additione, aut de perditione nunc denominare posse subiectum videns creaturã, nunc non: quia nunc tendit in creaturam, nũc vero non. Sed hæc solutio diminuta est, quia non satisfacit illi difficultati de obiecto primario, & secundario. Deinde vt recte docent Ocham & Gabriel, intelligi non potest, intellectum transire de contradictorio in contradictorium sine mutatione facta in illo, vel alibi. sed cum fit de videnti creaturam non videns illam, vel è contra, non fit alibi mutatio: ergo debet fieri in ipso intellectu aliquid acquirendo aut amittendo. Confirmatur, quia illa tendentia in creaturam, vel est aliquid in ipsa visione, vel non: si aliquid, ergo eius aduentu mutatur realiter visio, & aliquid acquirit. Si vero nihil est in visione, cum nec possit dici esse extra illam: ergo visio non dicitur de nouo tendere in creaturam. Adde tendentiam denominare intrisece tendentem, & non extrinsece, & immutare intellectum: ergo est aliquid reale in ipso intellectu; & non visio: ergo aliquid aliud, quod non potest poni, nisi in visione Dei, & distinctum ex natura rei ab illa: ergo. Confirm. quia calor sine additione, vel substractione non potest denominare subiectum magis, vel minus calidum: ergo nec visio plura, vel paucíora videntem. Et idem potest colligi ex habitu, qui sine additione, vel substractione aliqua nõ

65. 2.

potest denominare hominē magis aut minus propēsum vel inclinatum ad actum. Et sane si visio posset sine additione esse maior in ordine ad creaturas, etiam posset esse maior in ordine ad Deum,scilicet clarior, & distinctior sine additione;& sic qui esset beatior,nō plus haberet,quam qui esset minus beatus,cō sequens est absurdum:ergo &c.

66. Vnde ad rationem dubitandi respondetur tertio visionem beatificam esse diuisibilem in visionē Dei,vt sic,à quo,tāquā à primario obiecto,& per se capit suā essentiā, & in extēsionē eius ad creaturā;quæ extensio est accidēta lis visioni Dei absolute sumptę; nō tamē visioni Dei respicienti transcēdentaliter creaturā: quia extēsio visionis ad talē rationē Dei formaliter repertā in Deo,& extēsio ad creaturam,vt possibilem,prorsus eadem entitas realis est,sine vlla distinctione ex natura rei, imo neq. rationis ratiocinatæ. Et hæc extensio à Scoto vocatur relatio extrinsecus aduenies: vere tamen est modus quidam absolutus existens in visione Dei,sicut quando videtur aliquid corporaliter,extensio visionis coloris ad figuram est modus quidam absolutus inhærens visioni,& proprie nō est visio,aut forma, quia non est per se tendentia in obiectū, sed extensio tendentiæ,cū per se, nec esse de potētia absoluta,nec intelligi possit. Visio autē potest variari secūdū extēsionē ad creaturā, vel manēdo sine tali extēsione,vel recipiēdo vnā pro alia, de quo plura sectione sequenti: vbi etiam dicetur de illa ratione, qua Henricus relatus pro secunda opinione,probat indiuidua in Deo videri non posse; quia non habent propriam ideam. Interim Respōdeo vel habere ideam, quia Deus cognoscit vltimas rerum differentias secundum se ipsas; vel ad cognoscendum aliquod indiuiduum in Deo satis esse,si in Deo sit idea speciei continentista le indiuiduum.

3. *Visio beatifica est diuisibilis*

An indiuidua in Deo habeāt propriās ideas.

Sectio.5. Vtrum videns Deum necessario videat in Deo aliquam creaturam, vt possibilem.

67. DVPLICITER potest intelligi,esse necessarium, vt videns Deum videat in eo aliquam creaturam, aut certe creaturam abstrahendo ab his, & illis. Primo in ordine ad essentiam beatitudinis, quia videlicet sine cognitione creaturæ essentia beatitudinis non potest consistere. Secundo ex natura visionis, præscindendo ab hoc, quod sit vel non sit beatifica. Et primum membrum dupliciter intelligi potest. Primo vt cognitio creaturæ quatenus creaturæ est sit necessaria ad essentiam beatitudinis:& sic D.Tho.1.par. quæst. 12. art.8.ad 4. & Molina ibi disput.7. memb.3. & art.1. disput. 2. Communiterque Theologi docent non esse necessariam ex August.5.confess.cap.4. Infælix homo qui scit illa omnia, te autem nescit; beatus autem qui te scit,etiam si illa nesciat, qui autem te, & illa nouit, non propterea beatior, sed propter te solum beatus. Ex quibus verbis (quæ male aliqui & contra omnium fere intelligentiam interpretantur de sola beatitudine huius vite)non solum habetur,notitiam creaturarum, vt sic, non esse de essentia beatitudinis, sed nec reddere hominem beatiorem beatitudine essentiali: quia tamen,vt superiori sectione dicebamus,notitia creaturarum secundum esse possibile,quę habetur in Deo,coincidit cū notitia Dei secundum aliquam habitudinem ad creaturas,& hæc notitia Dei reddit hominem beatiorem beatitudine essentiali: idem præstat notitia illa creaturarum; non tamen est necessaria ad beatitudinem, si sit notitia creaturæ in particulari: est tamen necessaria notitia creaturæ in communi,quia sine illa nō cognoscitur Deus,vt omnipotens, & creator, atque gubernator &c. sub quibus rationibus Deum cognosci est de essentia beatudinis,vt sectione secunda diximus.

Cognitio creaturarū in Deo quomodo est necessaria ad beatitudinem.

De secundo autem membro illius diuisionis variæ sunt opiniones. Prima esse necessarium videre non solum aliquam, sed omnem creaturam. sic adeo vt nec de potentia absoluta oppositum fieri valeat. Ita sentire videtur Gotthfred.quodlib.6.quæst.3.cuius verba refert Capreol.4.dist.49.q.vltim.art.2. Eamdem opinionem tenet Bassolis 3.dist. 14.qu. 2.art.2.Suadetur primo,quia necesse est videntem Deum videre aliquam creaturam,& non est maior ratio de vna,quam de alia,cum omnes æqualiter contineantur & represententur in essentia Diuina:ergo necesse est videri omnes. Secundo quia videns Deum necessario videt omnia,quæ sunt formaliter in Deo;hęc autem non possunt cognosci, nisi cognoscantur omnia quę sunt eminenter in Deo,scilicet omnes creaturæ quia intrinsece respiciunt omnes creaturas, vt possibiles: ergo necesse est has omnes in Deo cognosci. Tertio si non est necesse videri omnes; ergo dari potest visio Dei,qua videatur aliqua creatura,& alia qua non videatur, et explicandum est quid addat prima visio supra secundam,quod tamen non poterit recte explicari. Quarto quia Gregor.12.moral.cap.13.& 4.dialog.cap.33.ait, quid est quod nesciant, qui scientem omnia vident.

68. *An videns Deum necessario videat in eo creaturā.*

1. opinio.

1. argum.

2.

3.

4.

Secunda opinio,id non esse necessarium in ordine ad potētiam absolutam:bene tamē in ordine ad potentiā connaturalem,& accōmodatam

69. *2. opinio.*

datam naturæ visionis Dei. Hanc tenent aliqui relati à Durando 4. dist. 49.q.3.num. 4. quibus Duran.non aduersatur, cum ipse solũ doceat ibi.& 3.d.14.q.2.quantum est ex natura visionis beatificæ non posse videri Deum, quin eadem visione cognoscantur omnes creaturæ, vt possibiles. Fundamentum esse potest, quia multa sunt necessaria connaturaliter, quorum oppositа fieri possunt de potentia absoluta, vt hominem habere intellectum & voluntatem,&c.Similiter connaturale videtur homini affecto lumine gloriæ, vt videat diuinam essentiam, & in ipsa omnes creaturas, vt possibiles: quia eas naturaliter repręsentat,& supposito lumine gloriæ, & concursu generali ordinis supernaturalis necessario causat earum cognitionem, ita tamen, vt sicut vtrumq.potest impediri Deo subtrahente concursum suum, ita possit impediri.2. permisso primo,vt si præsente colore permitteret Deus videri ipsum impedita visione quantitatis, vel figuræ,& similium,quæ naturaliter necesse est videri viso colore, aut permitteret Deus videri vnum gradum, & non alium. Ex quo confirmatur hæc sententia. Nam sicut Deus præsentato colore aliquo potest miraculosè efficere,vt videatur vnus gradus,& nõ alius, etiamsi vterq. speciem emittat, & nullum sit impedimentum in medio vel organo; similiter præsentata diuina essentia poterit miraculosè efficere,vt vnum eius attributum, & non aliud secundum propriam rationem videatur, ac proinde vt non videantur creaturæ,quas intrinsece respicit tale attributum, secundum propriam rationem occultatum: licet absque miraculo sit impossibile, quia omnia attributa in habente lumen gloriæ efficiunt naturaliter, & necessario expressam, & formalem sui cognitionem,vt docet Scot. 1.dist. 1.qu.2.§.quantum ad tertium.& Constantius Sarnanus in directorio Theolog.ver. beatitudo.

Nec valent rationes,quibus aliqui iuniores hanc sententiam impugnãt in eo quod á priori discrepat: omnes enim ex dictis facile diluuntur, præter illam difficultatem communem huic sententiæ, & sequentibus, scilicet, quid addat visio Dei, quæ est visio alicuius creaturæ ad visionem Dei,quæ non est visio talis creaturæ.Quæ tamen difficultas satis in fine sectionis præcedentis explicata fuit.Atque huic sententiæ fauere aliquantulum videtur August. 5. confess. ca. 4. dum ait, beatus qui te scit, etiam si illa nesciat: videtur enim supponere id esse possibile.

70. 3. sent. Tertia sententia, non esse necessarium de potentia absoluta vel connaturali,viso Deo videri in eo omnes creaturas possibiles:esse tamen necessarium secundum legem ordinariã à Deo statutam, quantum attinet ad species substãtiales. Hæc tribuitur Henrico quodlib. 7.quæst.4.& 5.& 1.part. summæ art. 4.quæst. 6.ad vltimum. Sed incertum est, an loquatur de omnibus speciebus possibilibus secundum potentiam absolutam, an de illis tantum agat,quæ secũdum hunc ordinem vniuersi sunt possibiles,quia dicit species substantiarum esse multitudine finitas, quod de prioribus verũ nõ est.Nam 1.p.q.25.& alibi bene ostẽdũt Theologi,Deũ posse plures & plures substantiales naturas in infinitũ producere. Fũdamẽtũ huius sententię, quod & priores supponũt, est,id nõ repugnare:de quo differetur sectione sequẽti.Si autẽ nõ repugnat,admittẽdũ est in omnibus beatis, vel quia necessariũ est ad essentiam beatitudinis, vel quia est maxime expediens. Sic enim & beatitudo hominum, & gloria Dei maior erit. Nec propterea gradus diuersi beatorum non erunt: quia Deus, & creaturę omnes in illo,à quibusdam distinctius, & clarius quam ab alijs cognoscentur: & sic varij erunt beatorum gradus.

71. 4. senten. Authoris nõ est necesse vidẽ Deum videre in eo omnes creaturas posibiles de potentia absoluta.

Quarta sentẽtia & tenẽda est,nõ esse necesse,vt qui videt Deũ,videat in eo omnes creaturas possibiles de potẽtia absoluta, siue secũdũ rationes indiuiduales,siue tãtũ secũdũ rationes specificas.Hæc forte(vt diximus) quoad naturas specificas substãtiales nõ est contra Hericũ, quoad indiuidua autẽ expresse eã tenet Henricus dicens.Neq.omnia indiuidua possibilia cognosci quia infinita sunt: idẽ ait de speciebus numerorum, & alijs huiusmodi, quę infinitę sunt,vt species figurarũ. Hãc etiã opinionẽ tenẽt Okam,Gabriel,& Maior, alij que tenẽtes,nullam creaturam posse videri in Deo,idest, eadem visione, qua videtur Deus, &c.vt retulimus sectione pręcedẽti. Prętea ex ijs,qui tenent,creaturã videri posse in verbo proprie, hãc opinionẽ docẽt D.Th.1.p.q. 12.a.8.& 3.p.q.12.ar.2.& 3.contra gentes.ca. 55.& 56.& de veritate q.8.art.4.& 5.& q.20. art.5.& 3.dist. 14. qu.2.& 4.dist.49. quæst.2. Caie.Ferra.Medi.Cabrera,& alij recentiores explicantes D.Th.locis citatis Scot.3.d.14.q. 2.Palud.4.d.49.q.2.ar.2.opinio.3. Sotus. q.3. art.3.Capreol.Sylu. Hispalen.& Soncin.qu.6. Pala.disp.2.Vellosil. in aduertẽtijs Theolog. ad tom.9.Aug.quæsito.16.dub.3.Molina.1.p. q.12.a.8.disp.5. memb.1. Valentia puncto 6. q. 2. Probatur primo quia nõ est necesse visa causa videri omnes effectus virtute cõtentos in illa,nec visa aliqua re videri expresse,& formaliter omnes habitudines, quas habet ad omnes alias,nisi causa vel res illa comprehendatur;sed beati non cõprehendũt Deũ:ergo. Maior posset multis exẽplis illustrari,sed sufficit exẽplũ Solis,vel albedinis:nã viso Sole, vel albedine, non est necesse cognoscere omnes

effectus posibiles ipsius, neq. omnes habitudines etiã intrinseças, & transcendẽtales quas habet ad omnes alias res. Præterea nulla est ratio,quæ probet hãc necessitatem,vt patebit diluendo argumẽta aduersariorum Deniq. ex præcedentibus sectionibus cõstat,viso Deo non esse necesse videri formaliter,& expresse omnes habitudines,quas habet ad creaturas:& ex sequentibus constabit, forte repugnare,vt tales habitudines,vel creaturæ omnes posibiles in Deo videantur.

72. *Corolar. non est necesse viso Deo videri in eo aliquã creaturã determinatam.*

Ex hac quarta opinione sequitur nõ esse necesse viso Deo videri in eo aliquam creaturã determinatam,quæcumq. illa sit,vt docet Hẽric. illa q. 4.& quodlib. 12.q.4.Sot.supra concluſ 3. Capre. supra ad argument. primo loco facta contra primam conclusionem.Moli. & alij authores secundæ sententiæ. & Gabr.3 d.14. a.1.opin.5.notab.1.concl.1. Palud.4.d. 49.q.2.a.2.opi.3.Ochã,Maior,Aliacẽ,& alij qui vt retulimus præcedenti sectione opin.1. tenent Deũ,& creaturas non eadẽ visione videri.Et insuper Sco.1.d.2.q.2.lit.D.quẽ citat & sequit̃ Ouãd.4.d.49.propos.2.idẽ insinuat satis Sco.2.d.14.§.potest dici.esse huius sentẽtiæ.Prob. corolarium,quia eo ipso quod non necessario vidẽtur omnes potest quælibet signata occultari,cum nõ sit maior ratio de vna quam de alia.Imo & Henricus,& alij merito id fatentur de tota collectione: & Ratio est, quia viso Deo possunt occultari, beato non cognoscente,an habeat habitudinẽ ad hanc, & illam,seu hanc,vel illã,neq. de vlla habitudinũ harũ cogitante,sed ab omnibus omnino prẽscindẽte.Imo existimo nõ esse necesse cognoscere vllã habitudinẽ ad creaturam in communi:quod aliqui Iuniores probabile,alij verum putant contra Capreol.4.d.49.q.6.a.3. ad arg.contra.1. concl.qui prose citat Bern. de Gannaco,& contra Henri. quodlib.7.q.4. Sot.4.d.49.q.3.a.3.cõcl.3, & multos recẽtiores vt videre licet in Mol.sup.& disp.3.in fine & Henrico.lib.de fine hom.c.10.§.2. quorum fundamentũ est quia necessariũ est, viso Deo, videre illũ esse omnipotentẽ.non potest autẽ videri omnipotentia sub propria ratione, nisi videndo,Deum posse omne posibile,& factibile:ergo saltem sub hac ratione necesse est viso Deo videre creaturas:nõ enim potest cognosci formaliter habitudo ad aliquã rationẽ cõmunem,quin ea ratio formaliter & explicite cognoscatur.Sed hoc fundamentũ solidum non est,quia vt vidimus in superioribus nõ est necesse viso Deo videri in eo formaliter & explicite & secundũ proprias rationes quibus adinuicem distinguntur,omnia & singula attributa,nec aliquod ipsorũ determinate,quãtumcunq. essentiale sit: ergo non erit necesse explicite,& formaliter aliquã aliam rationẽ in Deo videre, quæ non sumatur in ordine ad creaturas,vt Deum esse suam esse,suum sapiẽtiam,esse æternum immensum,actum purum &c.& similiter cum Angelus videt hominem, non necesse est vt videat omnes eius proprietates,neq.omnia prædicata essentialia,seu omnes habitudines essentiales,præsertim ad res supernaturales,sed à multis potest præscindere,imo non potest non præscindere:& sane tã intrinseca est Deo habitudo ad hominem sicut ad creaturam in communi;sine priori potest cerni: ergo sine posteriori,vt & quælibet causa potest tam imperfecte cognosci; etiam quidditatiua vel intuitiua cognitione,vt in ea nullus videatur effectus.

Viso Deo potest nulla creatura videri in eo.

Imo & nulla habitudo ad creaturam in cõmuni.

Ad primum argumẽtum primæ opinionis, Negatur;viso Deo necesse esse videri aliquã creaturã,sed pro voluntate Dei, qui ea ratione à multis appellatur speculũ voluntarium, manifestantur in verbo hæ creaturæ potius quàm illæ iuxta exigentiã status & meritorũ cuiuscunq. beati,quorũ ratione habita Deus tribuit lumen gloriæ in hac vel illa mẽsura & extensione & fortasse etiã quosdã effectus manifestat,& non alios,quia de se quidã facilius, quã alij in causa cognosci possunt,vt ait D.T. de veritate q.8.a.4.ad 12.& similiter manifestat quasdã habitudines, & conclusiones potius quàm alias, quia clariorẽ habent connexionem cum essentia diuina, & cũ principijs in ea visis:& sic manifestat potius rationẽ potentiæ,& sapientiæ Diuinæ,quàm potentię,& sapientiæ respicientis intrinsece particularẽ aliquã creaturã,quia illę rationes manifestiorẽ habẽt cõnexionẽ cũ essentia Dei, quã ipsę. 73. *1. Arg. 1 opinio.*

Ad secundũ iã dictum est in superioribus, viso Deo, non esse necesse formaliter explicite,& secundũ proprias rationes videri omnia, quæ sunt formaliter in Deo. *Ad 2.*

Ad 3.R. præcedenti sectione expositũ fuit se quid adderet visio Dei,& creaturę in ipso ad visionẽ solius Dei:& eodẽ modo explicandũ est,quid addat visio vnius creaturæ in Deo ad visionẽ aliarũ,nempe quemdã nouũ gradũ extensionis;vt quando habitus scientiæ extenditur in seipso,vt promptũ reddat intellectũ ad cognoscendã nouam conclusionẽ. Decipiuntur autẽ qui dicunt addi nouũ gradũ intensionis,aut minus proprie loquuntur.Nam gradus intẽsionis sunt eiusdẽ rationis,isti vero minime,cũ creaturas specie diuersas intrinsece respiciãt;ergo.Præterea gradus intẽsionis versantur circa idẽ obiectũ secundũ eandẽ rationẽ:isti autẽ gradus versantur circa creaturas specie diuersas,& circa Deũ secũdũ varias rationes cõsideratũ: ergo nõ sunt gradus intẽsionis proprie loquẽdo;quia oẽs respiciunt diuersa obiecta,vel diuersas partes,vel rões eiusdẽ obiecti: Prẽterea amor Dei nõ extẽdit ad proxi- 74. *Ad 3. Quid addit visio creaturæ in Deo ad visionem Dei & visio vnius creaturæ ad visionẽ alterius.*

proximũ per gradum intensionis : ergo nec visio Dei ad visionem creaturæ. Alij idem probant quia inter gradus intensionis est ordo per se,ita vt primus ad secundum necessario supponatur,& secundus ad tertium &c. Inter hos autem gradus non est ordo necessarius,potest enim videri perfectior creatura non visa minus perfecta:ergo. Sed hæc ratio nulla est,quia inter gradus intensionis nullus est per se ordodo,sed per accidẽs exvolũtate authoris naturę, quę vult hic & nunc potius produci vnum gradum caloris quam alium. Alij dicunt ex diuersa differentia indiuiduali prouenire, vt vna visione Dei videatur solus Deus,alia Deus,& vna crettura,alia duę, alia tres,vel quatuor &c.sicut enim vnus intellectus perfectius intelligit, quam alius, non ex maiori intensione,sed ex maiori perfectione indiuiduali ,sic inquiunt facile intelligi potest de visione,atq. idẽ proportionaliter intelligẽdum est de lumine quia principium accomodatur suo effectui.Et similiter dicendum esset de specie si daretur in visione beatifica, quia esset adæquata & proportionata ipsi lumini: Hæc tamen omnia falsa sunt, vt præcedenti sectione ostendimus quia omnis conuenientia & differentia indiuiduorum in aliquo cõmuni intrinseco,est essentialis,& specifica, vel generica. Visiones autem beatificę omnes sunt eiusdem speciei atomę:ergo varia extensio ad creaturas non est intrinseca, sed mere accidentalis vnde recte Scotus, & Henricus supra dicunt,eamdem numero visionem posse nũc esse contractam ad solum Deum,nunc extensam ad vanm creaturam , vel aliam vel plures,si intelligatur de potentia absoluta : si vero de ordinaria,vt vult Scotus,forte falsum est:in sequentibus tamen discutietur .Si dicas visionem non posse variari circa obiectum secundarium, quin varietur circa primarium: sed circa primarium non potest variari de potentia absoluta:ergo neq.circa secũdariũ Negatur minor:potest enim res eadem numero visione corporea vel spirituali nunc melius nunc deterius videri,vt patet ipsa experientia:alioqui crescente paulatim lumine in singulis instantibus esset alia numerovisio imaginis,vel alterius obiecti.

obiectiõ

Solutio.

75. Ad.4.R Gregorium loqui de pertinẽtibus ad statum cuiuscumq.non de omnibus absolute.

Ad fundamentum.2.opinionis R.attributa manifestare se,& concurrere actu ad visionem beatificam ex natura sua iuxta quantitatem,& qualitatem luminis,vel diuinæ volũtatis,& auxilij extrinseci supplentis lumẽ.Vnde quod ex his quæ sunt formaliter in Deo plura vel pauciora sic manifestentur ,nullum est miraculum.

Ad fundamentum.3.opinionis R. non esse expediens,quia non est possibile, vt videbimus,omnes creaturas possibiles,etiam vtpossibiles dumtaxat,in Deo videri: & licet esset possibile,nõ expediret concedi omnibus beatis,quia modicum esset discrimen inter illos si omnes illi in Deo omnes creaturas possibiles attingerent,& quidditatiue,vel etiam cõprehensiue cognoscerent.

Sectio.6.Vtrũ beatus aliquis possit in Deo cognoscere aut, etiam cognoscat omnes creaturas possibiles.

GOTHIFREDVS Bassolis,& Durandus relati in prima & 2. opinione præcedentis sectionis, cum sentiant viso Deo necesse esse videri in ipso omnes creaturas possibiles:à fortiori docẽt id esse possibile: quod etiam docet quidam ex doctis recentioribus supposito quod aliqua creatura ex vi visionis verbi videri possit:nam ratione infinitatis nullam repugnantiam esse putat,& ita concedit alia visione ab ea,qua verbum videtur,infinita simul & distincte videri posse,& idem diceret,si eadem visione verbum & creatura videri possent: quod non repugnare docet idem author.Gregor.etiam.q.4.prologi.a.2.in probatione .2. conclusionis fatetur libenter posse Deum,& omnes creaturas eadem notitia clare videri. Quod etiam multi tribuunt Henrico quo d lib.7.q.5.quantum attinet ad species substantiales à Deo producibiles: tamen, vt dixi,incertum est an loquatur de omnibus speciebus substãtialibus,quæ à Deo produci possunt,de potentia absoluta, an vero de illis tantum quę in hoc ordine,& statu vniuersi reperiri possunt.Docet enim species substantiales esse finitas multitudine,ideo à quolibet beato videri posse.Imo ait ab omnibus re ipsa videri.Vt cumq sit ille arbitratur infinitas species,vel infinita indiuidua à nullo creato intellectu videri posse, vt & alij quos postea referemus.Vellosillus autem in aduertentijs Theologicis ad to.9.August.quest.16.impossibilem & inimaginabilẽ putat opinionẽ Durandi,quę in ordine ad creaturas vt possibiles tam amplam docet esse cognitionem beati,quam ampla est cognitio Dei.Quæ sententia vera est,sed difficilis,ideo diligenter examinanda,Vnde in gratiam prioris opinionis.

76.

Argumentamur.1.quia animã Christi cognoscere omnia quę futura sunt & quæ à Deo fieri possunt, videtur colligi ex illo Pauli ad Colossenses.2.In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ Dei. Vbi Chysostom.hom.5.affirmat Christum omnia scire,&nihil ignorare.Et Fulgentius in sermone quodam , vt citat Magister-

1.argum.

ter. 3. d. 14. seu in lib. ad Ferrandum respon. ad 3. quæsti onẽ (vt citat Suarez. 3. p. to. 1. disp. 26 sect. 3.) ex eodem loco Pauli idẽ colligit. Quẽ. tamen librum seu sermonem inter opera Fulgentij non inuenio: Quod etiam videtur colligi ex Ioan. 1. plenum gratiæ, & veritatis. Et nõ dat Deus spiritum ad mensuram: si enim nõ sciret omnia vt homo, non esset p lenus veritatis & ad mensuram accepisset spiritum. Fauet etiam id Ioan. 5. non potest filius facere quid quam, nisi quod viderit Patrem facientem, & pater demonstrat illi omnia opera. Et Ioan. 16. & vltimo. Scimus quia omnia nosti & Eusebius Cremonensis discipulus beati Hieronymi. Epistola ad Damasum de vita & transitu. Hieronymi quę habetur in fine epistolarum ipsius & alias tomo. 9. operum Hieronymi: in c. inquam 18: illius epistolę refert verba Hieronymi obeuntis & Christum alloquentis his verbis, quæ Eusebius ait se audiuisse. Tua anima statim vt vnita fuit inseparabiliter diuinitati, omnia perfecte sciuit, & potuit, quæ ipsa scit & potest diuinitas. Et Damascenus. 3. fidei cap. 21. & 22. ait humanitatem Christi propter vnionem ad verbum diuinitatem fuisse omni sapientia. Et Ambros. 5. de fide c. 8. proponit quorundam sententiam, qui dicebant Christum vt Deum omnia sciuisse, non autem vt hominem, quia scriptum sit proficiebat sapientia. Deinde eam refellit dicens. Hæc tamen alij dicunt: ego autem multo magis arbitror, quod filius, qui cum hominibus conuersatus est & hominẽ egit, & carnem susceperit, nostrum assumpsit affectum, vt nostra ignorantia nescire se diceret, nõ quod aliquid ipse nesciret. Anselmus. 2. cur Deus homo. cap. 13 ait vt hominem nullã habuisse ignorantiam, sed omnem scientiam, cognouisse q. omne bonum, & omne malum, & discreuisse inter vtrumq. Et certe absurdum videtur tribuere animę Christi aliquam ignorantiam: Propterea Hugo de sancto Victore, & Ioannes de Rippa dixerunt animam Christi cognoscere omnia futura in aliqua differentia temporis, & omnia possibilia, quamuis dixerint illa scire per scientiam increatã: quod iam rectum est disputat. 2. sect. 1. Magister etiam. 3. d. 14. expresse docet, animam Christi scientia creata scire quęcumq. Deus scit scientia increata. Idem docet Albert. eadem dist. art. 1. licet de alijs beatis neget & Alens 3. p. q. 13. memb. 7. Altisiodor. 3. summæ tractat. 1. cap. 5. Maior. 3. d. 14. q. 4. idem videtur tenere. Glossa in id Apocalyp. 5. Dignus est Agnus accipere diuinitatem & sapientiam: vbi ait, per sapientiam intelligi omnem rerũ cognitionem, Et eodem modo loquitur Anselm. ibidem. Richard. etiã Victorinus. 2. de Emanuele cap, 16. & 18. ait ab instanti conceptionis animam Christi plenam fuisse sapientia. Eamdem opinionem approbare videtur Sixtus 5. Biblotech. annotat. 29. & probabilem putat Scotus. 3. dist. 14. q. 2. §. 3. modo & §. potest dici, Vbi ait dupliciter defendi posse. 1. vt eadem cognitio feratur in Deum, vt obiectũ primarium, & in omnes creaturas vt obiecta secundaria. 2. vt sint tot cognitiones, quot fuerint obiecta.

Secundo arguitur ex Gregor. 4. dialogi c. 33. in fine & 12. Moral. cap. 13. & lib. 2. cap. 2. & alias. 3. quibus locis ait. quid non scit qui scientem omnia scit? vult ergo beatos cognoscere omnia. Idemq. videtur velle August. lib. de diligendo Deum cap. 18. & epist. 6. & in hymno paradisi qui habetur in meditat. cap. 26. & lib. 12. ciuitatis. cap. 29. vbi ait omnes beatos cognocere etiam cogitationes aliorũ omnia q. secreta, quod eisdem verbis ait Prosper. de uita contemplatiua cap. 4. Beda autem lib. variarum quæstionum q. 12. tom. 8. ait, quid non videt, qui videntẽ omnia videt? Et Athanas. q. 11. ad Antiochum ait: non esse dubitandum, quin animæ sanctorum hanc vitam inuisant. Nam & post mortem, & in die iudicij cognoscent omnia. Et Bernard. serm. de triplici genere bonorum in fine ait. In ipso fonte sapientiæ rerum omnium cognitionem bibentes. Similia dicit Anselm. ad finem eluci darij. Et August. tom. 9. lib. de speculo. c. 27. omnia sacramenta, & cuncta nobis tunc apparebunt arcana, non doctorum verbis, non enim vllis indigebimus mysterijs, cum facie ad faciem videbimus te: sed inde, ni fallor, vnde Angeli te vident, quid nos tunc latere poterit, quãdo tu Deus noster, & vita viuentium, causa causarum, forma formarum, informata tete nobis clara visione infinuabis? 3. argum.

3. arguitur, quia plus est videre Deum, quã omnes creaturas etiam possibiles: intellectui autem creato potest competere primum: ergo & secundum. Ratio hæc sumpta est ex patribus citatis, præsertim ex Prospero, & August. illo libro de diligendo Deo & lib. de speculo. c. 27. & ex Gregor. & Beda.

4. arguitur, quia si aliqua ratione id non est concedendum beatis, vel saltem animæ Christi, maxime quia est impossibile, eo quod sequeretur, Deum à creatura comprehendi: sed hæc ratio est nulla: ergo. Minor probatur, nã licet creatura aliqua in Deo cognosceret omnia possibilia, possent clarius, distinctius, & excellẽtius cognosci ab alia creatura vel à Deo: ergo non comprehenderetur Deus. Cognitio enim comprehensiua est illa, qua clarior, distinctior, meliorq. esse non potest. Antecedens probatur: sicut enim vna res potest clarius, distinctius, & melius cognosci ab vno quam ab alio, ita plures res, ita & infinitę par enim 4. argu.

ratio

Confir.1. ratio est.Confirmatur 1.Nã qui effectus solis non cognosceret summa claritate,& distinctione, non comprehenderet solem, eo quod non comprehenderet illos: ad comprehensionem autem causæ requiritur comprehensio effectuum:ergo similiter qui non summa claritate & distinctione cognosceret effectus Dei,non illos comprehenderet,ac proinde nec Deum.

Confir.2. Confir.2.Nam licet beatus cognoscat quidditatiue Deum,& potentiam eius generatiuã & filium qui est terminus adæquatus talis potentiæ:tamen nihil horum comprehẽdit,quia nullum horum cognoscit summa claritate,& distinctione:ergo similiter licet creatura cognoscat quidditatiue omnia possibilia,quę sũt obiectum adæquatum potentię creatiuæ,non sequitur ipsam,vel Deum comprehendi.

Confir.3. Confir.3.ex D.Thom.1.p.q.10.art.2.ad.3. vbi cum D.Thom. proposuisset hoc argum. Quantitas scientiæ attenditur secundum quãtitatem scibilium:si ergo anima Christi sciret in verbo omnia,scientia eius æquaretur sciẽtię Dei.

Respondet, qnantitas scientiæ non solum attenditur secunum numerum scibilium, sed etiam secundum claritatem cognitionis: Quamuis igitur scientia animæ.Christi,quam habet in verbo, parificetur scientię visionis,quam Deus habet in seipso, quantum ad numerum scibilium, scientia tamen Dei excedit in infinitum,quantum ad claritatem cognitionis scientiam animæ Christi,quia lumen increatum diuini intellectus in infinitum excedit lumen quodcumq. creatum receptum in anima Christi :ergo non sufficit ad cognitionem adęquatam,seu comprehensiuam diuinæ potentiæ cognoscere omnia,nisi summa claritate,& distinctione cognoscantur. Vnde D.Thom.1.part.q.12.art.7.in corpore & ad 2.&.3.contragent.cap.55.& de veritate. q.8. a.2.in corpore & ad.2. ait,quod licet beatus videat totum quod est in Deo,non illum comprehendit,quia minus clare ipsum cognoscit, quam sit cognoscibilis, vt qui per medium probabile à posteriori cognoscit conclusionẽ demonstratione à priori cognoscibilem, non comprehendit talem conclusionem: quia posset eam melius cognoscere.Idem docent Ferrar.3.contra gent.cap.55.præsertim.§.vltimo. Peresius,Molina,& alij.1.p.q.12.art. 7. & 8. Durand.1.d.35.q.1 num.10. & alij postea referendi.

Confir.4. Confir.4.nam licet beatus comprehenderet in Deo omnes effectus Dei,summaq.claritate cognoscceret & intelligeret omnes respectus transcendentales Dei ad creaturas: tamẽ adhuc non sequitur comprehendere Deum, quia posset ignorare,aut non summa claritate,ac distinctione intelligere multa, quæ sine vllo respectu ad extra conueniunt diuinę essentię,vt modus generandi,spirandi,&c. ergo adhuc non comprehenderet Deum, imo nec potentiam creatiuam. Quia ad comprehendendumaliquid,debet comprehendi omne quod idem cũ illo est:ergo cũ reliqua attributa Dei non comprehendantur, non comprehendetur potentia creatiua.

Confir.5. Confir.5.nam licet ex cognitione omnium creaturarum in verbo, recte sequeretur comprehensio Dei: nulla tamen videtur authoritas, vel ratio vrgens ad probandum repugnare quod Deus supernaturaliter comprehendatur: Testimonia enim scripturę & sanctorum,que asserunt,Deum esse incomprehensibilem, exponi possunt de comprehensione in hac vita,aut secundum legem ordinariam in alia,aut viribus naturę,sicut explicantur testimonia,in quibus Deus dicitur inuisibilis etiam in Angelis.Ratio etiam illa,quia sic creatura esset æqualis Deo in cognitione, nulla videtur:quia potest esse ęqualis in duratione,si producatur ab æterno, & nunquam destruatur:& in loco,si substantia Angeli ponatur in infinito spacio imaginario,& in notitia intuitiua, intuendo quidquid Deus cognoscit scienria visionis:similiter ergo nullum erit inconueniens æquari Deo in scientia simplicis intelligentiæ quanuum ad numerum scibilium manente in ęqualitate in multis alijs: nam cognirio beati erit creata, & pendens à Deo,& ab alijs & erit euidens,& composita, ac diuisibilis,quæ omnes imperfectiones longe erunt á scientia existente in Deo.

Si forte propter hæc dicas,non repugnare huiusmodi cognitionem,quia comprehenderetur Deus, sed quia esset infinita simpliciter vel saltem esset composita ex infinitis gradibus,aut partibus realiter,vel ex natura rei distinctis. 77.

Contra.1.partem huius resp. obijcitur .1. quia visioni Dei ex visione omniũ creaturarũ in ipso nõ plus additur,quã sit visio solius Dei: ergo ex vtroq.non resultat perfectio simpliciter infinita.Confequentia patet,quia ex duobus finitis non constituitur aliquid infinitum: si autem,quod additur ad visionem Dei solius quę est finitæ perfectionis, est minus, etiam erit finitum. Antecedẽs veto probatur,quia Deus est melior tota collectione creaturarũ: ergo visio eius est perfectior visione totius clollectionis creaturarum. Replic.1.

2.contra eamdem primam pertem.respõsionis objcitur:nam ex cognitione omnium creatururum possibilium non potest colligi infinita perfectio simpliciter in ipsa cognitione,nisi per illam supputationem cognoscere vnam creaturam in Deo est aliqua perfectio Replic.2

&

& cognoscere duas est maior perfectio,& sic deinceps:ergo cognoscere infinitas est infinita perfectio. Hæc autem supputatio nullius momenti esse videtur. Similis enim fit in visione, & dilectione Dei,scilicet,videre, vel diligere aliquid est aliqua perfectio,& videre aut diligere melius est maior perfectio: ergo videre,vel diligere Deum est infinita perfectio: Tamē falsū cōcluditur,similiter in indiuiduis producibilibus cuiscūq.speciei,& in speciebus figurarum,& numerorum fit eadem supputatio,falsum tamen forte concludit,scilicet cognoscere infinita individua alicuius speciei vel infinitas figurarum,aut numerorum species esse perfectionem simpliciter infinitam. Multi enim talem cognitionem ponunt in Angelis,& beatis,præsertim in anima Christi, nec
3.replic. inde putant fieri vt habeant perfectionē simpliciter infinitam. Vnde etiam confutari potest alia pars responsionis de infinitate partium,vel graduum diuersorum: nam eadem infinitas videtur sequi ex cognitione infinitorum individuorum,& infinitarum specierum numerorum, & figurarum,in his autem non conuincit argumentum: ergo neq.in visione omnium creaturarum siue in diuina essentia, siue in proprio genere.

78. 2.sententiauthoris. Hanc.1.opinionem ita probabilem existimauit Valentia.1.p.q.12 puncto.6.q.2. vt oppositam asserere noluerit, sed quæstionem indecisam dimiserit. Et certe si infinita aliqua possunt videri in Deo,probabile satis est omnes creaturos in Deo videri posse.

2 sententiauthoris. 2.tamen opinio & tenenda est nullam creaturā etiam animam Christi posse etiam de potentia absoluta videre in Deo omnia creabilia,aut omnes species substantiales à Deo producibiles.Hanc sententiam tenetD.Tho. de verităt.q.2.art.4.&.3.p.q.10.art.2. vbi Caietā.Medina,Cabrera& alij recentiores, & Suarez. 3.part. tom.2. disp. 26.sect.3 Idem tenet D.Thom.1.par.q 12.art.8. vbi Caieta. Medina,çumel Bañes,Peresius,& alij Molina ibidem disp.5.membr.2.& Valentia puncto 6.q.2.Ferrar.3.contragent.cap.55.&.56 Richard.3.d.14.a.1.& a.3.q.3. Carthusian.q. 2.cū Tarātasia,Argentina q.vnica,a. 3.Palud. q.1.a.3. Capreol.q.2.art.1.&.2.Hispalen.q.2. Palac.q.1.Bonauent.a.2.q. 3. ad argumenta. Marsil.3.q.10.a.2.part.3. Sotus.4.d. 49.q.3. a.3.Palacius q.2.Capreol.q.6.Hispalen,Soncinas,&Sylvester.q.6.Palud.q.2.a.1.&.2. Abulen.paradoxo.5.cap.170. & in prologum D.Hieronym.ad Genes.q.18.19.&.20.Math. 5.quæst.43.&.44.Viguer in institutionib.ca. 2.§.2.vers.2.Franciscus deChristo.lib.4.de incarnatione q.7.Ferdinand.Velosillus Episcopus Lucēsis supra,& Fauet Henric. quodlib. 7.q.5.expresse docens infinita siue specie, siue solo numero diuersa à nulla creatura etiā anima Christi cognosci posse.Henriquez autem lib.de fin. hominis cap.10.§.3.& 6.ait nō posse ab vllo beato etiam ab anima Christi videri omnes creaturas possibiles idē tenet Adam.3.dist.24.q.10.concl.4.

Pro huius sententiæ explicatione inprimis supponendum est,species substātiales à Deo creabiles esse infinitas multitudine, quod docent omnes relati præsertim Bonauentura in 3.sentent.loco citato,& probatur late.1.p.q. 25. 79. *suppos.1.*

2.Supponendū est Deum à nulla creatura producta vel producibili comprehendi posse etiam de potentia absoluta loquendo stricte de comprehensione,vt fatenter omnes relati pro vtraq.sententia &passim alij.Speciatim id probat Molina.1 p.q.12.art.7.Caieta. Peresius Bañes çumel & alij ibi.Valentia puncto 5.cum D. Tom.eod.art.&.3.p.q.16.art. 1.& 2.&.3.contragenres.cap.55.Suarez 3.p tom. 1.disp.26.sect.2 & tom.2.metaphys.disp.30. sect.1.num.2.&.3.&.Medin.3.p q. 12. art. 1. & 2.Magister.3.d.14.vbi Bonauent.art.1. q. 2.Richard.q.4.Quand. propo. 3 Durand.q. 1.num.10.Albert.a.1 Scot.&Gabriel.ibid..q. vnica art.3.Almain. q.vnica non longe à fine Palud.q.1 in fine.ad quoddam argum. Alens 1.p.q.7.membr.1.Scot.4.d.49.q.1.§.ad primum argum.in solut.2.probationis argumenti 2.Maior ibi q.15.Sotus.q.3.art.1. Quand. propos.12.Ocham.4.q.13.a.1. *Supos.2. Deus à nullacreatura producibili comprehēdi potest.*

Dubium tamen graue est vtrum sit dogma fidei,Deum neq.à beatis comprheendi posse. 80. *dubium an sit de fide deū non posse à creatura comprehendi.*

Loquimur de comprehensione,qua quid cognoscitur quantum cognoscibile est, ita vt nihil eius lateat vidētē.Quo pacto dicit Aug. epist.112.cap.8aliud.est videre, aliud est totū videndo comprehendere,quando quidem id videtur,quod præsens vtcumq sentitur,totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur,vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circunspici possunt sicut te nihil latet præsentis voluntatis tuę, circumspicere autē potes fines annuli tui. Exempli gratia duo posui quorum alterum ad mentis obtutum, alterū ad corporales oculos perninet.Quā de fruitionem sequitur Beda in id 1.Ioann.3.videbimus eum sicuti est:colligitur ex Nazianzen.Niceta Pselo,Helia Cretensi Chrysosto. Ansel.& alijs,quos postea referemus. Id circo Augustinus.serm.38.de verb.dom.docet oculo corporeo non possecorpus aliquod à nobis comprehendi, quia non possumus ipsum simul per omnem sui partem & extrema conspicere. Nam si ex parte anteriori videmus, latet posterior quod in omni corpore necessario euenit.ad quod de annulo etiam dicendum

dum esse recte ait Vazquez.1.p.disp.52.c.1. quē tamen idem Aug.epist.112.c.8.in exemplum nobis adduxit comprehensionis, quia fines illius optime simul videri possunt:sed iuxta illius doctrinam illo serm.38.exemplumnō exacte nobis rem explicat: Nam si pars anterior videtur,posterior videri non potest. Aliud exemplum de voluntate adductum illo c.8.minus est ad rem: nam actus voluntatis nostrę non comprehenditur à nobis, siquidē circa eius naturā & proprietates multa nos latent:sed exē plorū non requiritur veritas modo definitionem illā teneamus. Vazquez 1.p.disp.52.c.2.pronūciat,iam licitum non esse sed plane temerariū absolute docere Deū à beatis comprehendi posse,cū omnes scholastici doceant,Deum esse incomprehensibilem,licet in modo id explicandi varie sentiāt Hæret tamen & alijs definiendum relinquit, an res sit de fide,conaturq ostendere id neq. ex scriptura,neq.ex traditione patrum aperte colligi posse.

81. *de fide est Deum neq.à beatis cōprehendi posse.*

Alij autem & bene putant esse dogma fidei Deum neq.à beatis comprendi posse. vt Sotus 4.d.49.q.3.art.1.Suarez Molina, Valen.Bañes,çumel, Ouandus Medina supra, quibus consonat Palud.loco citato dicens esse blasphemiam contra diuinitatemChristi,dicere ab eius humanitate ipsam comprehēdi.

Probatur:1.ex locis scripture Ieremię 32 fortissime,magne,potēs,dominus exercituū, nomen tibi, magnus consilio,& incomprensibilis cogitatu. Vbi Vazquez supra existimat sermonem non esse de incomprehensibilitate essentię &substantiæ Dei, sed consilioru eius, de quibus dixerat magnus consilio, hoc est vt ibi explicat Capilla : cuius consilia sublimia,eximia,& incomprehensibilia sunt.Et statim subijcit:cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adā,vt reddas vniciuq.secūdum vias suas & secundum fructum ad inuētionem eius,qui posuisti signa & portenta in terra AEgypti.Magnus ergo consilio dicitur & incomprensibilis humano cogitatu, quia nūlla hominum,vel Angelorum industria,aut solertia naturali citra reuelationem Dei consilia ipsius comprehendi,seu deprehendi, aut suspicari possunt. Sicut dicimus interdum inscrutabilia esse consilia alicuius principis. Et iuuari posset expositio,si ibi, sicut est sermo de consilijs Dei,ita intelligeretur esse de cogitationibus Dei.Quam intelligentiam satis significat Hebrai.lectio infra referenda.Sed omnes,quos viderim, de cogitatu creaturę explicant,incomprehensibilitatem autem,vt verba plane sonant,ad ipsam Dei substantiā referūt. Vnde Hieronymus ibi ait.Quēnō comprehendit cogitatio,potest sermo cōprehendere?quæ verba ex ipso sūpsit glo. interlin & ordinaria,& Lyra,sicq.hūc locū interpretātur scholast. citati cū D.Th.1.p.q.12.a.8.arg. sed cōtra,quē simpliciter etiā explicat super Iere. dicems, incomprensibilis cogitatu humano iuxta id Iob. 36. Magnus Deus vincēs sciētiā nostrā.Nec video quid cogat incōprehēsibilitatē ad cōsilia referre, aut quid prohibeat referri,& ad naturā,& ad cōsilia Dei?Quāuis autē ad sola cōsilia referre tur,non est ita accipiēda,vt solū velit Iere.nulla humana solertia & iuduſtria deprehēdi posse:sic enim nihil singulare,egregiū,& magnificū de Deo diceretur.Nā nec cōsilia hominis præsertim profūdi,intelligi ab alijs possūt etiā ab Angelis, nisi ipsemet illa manifestet. Sed vult Iere.Deū ob suā infinitā sapiētiā tot modos vias,& rationes in mēte sua habere, vt nec ē potētia absoluta,aut Dei reuelatione cōprehēdi posit tota illorū cōsiliorū,& rationū collectio: eo quod infinitū á finito comprehedi non potest.Vnde ex eo loco etiā colligitur,naturā Dei esse vere incōprehēsibilē, siquidē in ea sūt habitudines infinitę ad infinitos gubernādi modos,& adaliainfinita.Neque obstat?septuaginta ibi vertere:magnus cōsilio & potēs viribus, seu operibus, & Paraph.Chaldaica,multa opera eius:nā Hebraica lectio vtrāq. interpretationē admittit nā vt ait Capilla ibi inHebreo habetur magnus vel multus opere vel ad inuētione,siue conatu:& noster interpres per magnū vel multum conatu veladinuētione intellexit,quòdomnē conatū & ad inuētionē, quo quis conetur eū cōprehēdere& ad inuētionē eius inuenire superet,& iuxta hunc sensū, incōprehensibilē cogitatu transtulit. Et Vulgata editio reijci non potest,prę̄sertim post Tridētinū: lectioq. septuaginta interpretū in eūdē sensū recidit: nā magnus cōsilio,& potēs viribus& operibus,omnia potēs intelligere,& facere idē est quod incōprehēsibilis,siquidē infinita sciētia & virtus à nullo intellectu creato cōprehēdi valet.

Atq.eodē modo argu.sumi potest ex Psal. 91.nimis profundę factę sūt cogitationes tuę Quē locū scholastici citati ad incōprehēsibilitatē Dei probādā adducūt.Quod vero additur,vir insipiēs nō cognoscet & stultus nō intelliget hęc,non ideo dicitur, quia vir diuina sapientia illustratus possit cogitationes Dei cōprehēdere:sed quia omnis vir ad talē comprehēsionē ignarus, & stultus est.Vel quia solus ignarus & stultus existimare valet se vlla ratione,aut via posse cogitationesDei cōpehēdere,propter earū infinitā multitudinē & varietatē.Et eodē modo argumētari licet ex alio loco,quē cōmuniter dducūt Scholast. & D.Tho.Iere.32.nēpe, quā incōprehēsibilia sūt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius.Roman. 82.

m an.11.ec dē ptinet id Iob. 9.qui facit magna, & incōprehēsibilia,& mirabilia quorū nō est numerus, vbi opera Dei dicūtur incōprehēsibilia, ppter innumeras,& infinitas rōes quibus ad ea efficiēda duci potuit,& infinitas vias,quibus potuit intētionē suā ad effectū pducere. Ad idē est Iob.11.forsitā vestigia eius cōprehēdes, aut omnipotētē vsq.ad pfectū reperies? vbi nomine vestigiorū creaturas intelligi, quæ si perfecte nō possunt intelligi multo minus creator, docet D.Th.& alij,sed melius Græci,quos sequit Pin.ibi,& Mol.sup. intelligūt vias,modos & rōes,quibus Deus pcedit in mūdi gubernatione:hæc vestigia incōprehēsibilia cēset,quia nec de potēcia absoluta pōt homo cōsilia Dei exacte cognoscere propter infinitatē rerū,quę in qualibet Dei cōsultatione occurrūt. Et quia hoc prouenit ex infinitate & incōprehensibilitate substātię Dei,protin⁹ addit, *aut omnipotētē vsq. ad perfectū reperies?* & hanc incōprehensibilitatē substantiæ diuinæ ex eius magnitudine probat subiungens, *excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno est, vnde cognosces? &c.* Imo & Polychr. vestigiorū nomine principiū, perfecti aūt nomine finē intelligit. quasi dicat; nunquid poteris eius principiū,& finē cognoscere? nequaquā,principio & fine caret, ideo à nullo intellectu creato cōprehendi potest. Eadē veritas conf.& Iob. 36. *quis poterit scrutari vias eius &c.? omnes homines vident eum: vnusquisq. intuetur procul: magnus Deus vincens scientiā nostrā, numerus annorū eius inæstimabilis.* Vbi sicut numerus annorū Dei à nullo intellectu creato supputari pōt ob infinitā annorū multitudinē, quibus æternitas æquialet, ita neq. substantia Dei ob infinitā eius magnitudinē non molis sed virtutis, à nullo intellectu creato cōprehendi potest.

Neq. obstat id c.11. esse Sophar, hoc vero
83. c.36. esse Eliu: nā verba amicorū Iob. in quibus errare non deprehendūtur, nō modicū habent authoritatē saltē ad confirmandū tanquā agiographū, seu sancte scriptū, quod aliunde aperte probatur esse de fide, vt ait Mol. sup. Itaq. licet prædicta loca videātur exponi posse vt nulla creatura possit naturaliter cognoscere cogitationes & affectiones Dei liberas, tū intimius cōsiderata maius quid significāt: id.n. cōmune est omnib. cogitationib. & affectib. liberis creaturæ,& omnib. reb. ordinis supernaturalis: intēdūt ergo Deū, eiusq. affectus,& cogitationes atq. cōsilia esse incōprehēsibilia ab omni creatura etiā ordinis supernaturalis, quęcūq. dari pssit: vnde in illis locis Scrip. diuina magnitudo adducitur, vt ratio incomprehensibilitatis Dei, & ita loca ista intelligunt Schol. traditio Eccle siæ, communis consensus Patrū,& aliorū fideliū, vt magis statim constabit.

84. Ad idem etiā adduci solet illud Eccli. 43. *nec laboretis, non enim cōprehendetis.* vbi aliqui dicūt tm̄ significari illū esse maiorē omni laude, quæ naturaliter, vel in hac vita exhiberi ei pōt: reddit. n. rationē. *Quis videbit eum & enarrabit, & quis magnificabit eū sicut est ab initio:* quasi dicat eū nemo eū viderit, nemo potest eum magnificare sicut ab initio in se subsistit, vel sicut est: Græce.n. vt ibi not. Ian. non habet *ab initio*, sed *sicut est*. Et similis est illa. *Deū nemo vidit vnquàm, vnigenitus, qui est in sinu eius, ipse enarrauit.* Colligitur etiā hæc expo. ex antecedentib. Dixerat.n. Sapiens; *glorificantes Dñm quantūcumq. potueritis, superexaltabit adhuc, & admirabilis magnificētia eius benedicētes Dominū exaltate illū, quantū potestis, maior est.n. omni laude. & subiungit; nec laboretis*, id est, ne defatigemini, sed sine defatigatione, & sūmis virib. insistite eius laudib. quia quā tūuis illū laudetis, nō cōprehendetis; ideſt, *nō habebitis*, sicut aliqui trāsferūt, vel nō assequemini (q̄ magis significat verbū Grecū) perfecte eius laudes. Vbi Ian. sait nros sic fere intellige re, vt nō sit laborandū pro perfecta Dei cognitione, quia ipse est incōprehēsibilis: sed priorē sēsū pfert. vter q. tū sensus coincidit: ideo enim Deus dicit maior omni laude, quia à nullo homine, vel angelo cognitus est cōprehēsiue, aut visus omnino,& quantū ad oēm rōm,& modū sicuti est in se. Quo pacto multi etiā explicāt id Io. 1. *Deū nemo vidit vnquā*. Sed licet Sapiēs & solis hominibus,& de visione nō cōprehensiua intelligatur, potest sensus esse Deum non posse exactē laudari in hac vita ab hominibus, tum quia omnino incomprehensibilis, tū quia a nullo omnino visus.

Mol. etiam Dei incomprehensibilitatē pro 85
bat ex. 1. Tim. 6. *Lucē habitat inaccessibilē, quē nullus hominū vidit, &c.* quod recte intelligitur de visione cōprehēsiua: si enim de sola intuitiua secūdū vires naturæ intelligeretur nihil singulare de Deo diceretur. Nā & Angeli sunt hominibus inuisibiles secūdū vires naturæ. Ad hoc etiā sunt loca, in quib. Deus dicitur inuisibilis, qm̄ á multis de incōprehensibilitate explicantur, & id psal. 138. *mirabilis facta est scientia tua ex me, &c.* & Iob. 26. *quis poterit tonitrū magnitudinis eius intueri.*

2. eadē veritas prob. ex definitio. Ecclesiæ nā 86.
in Conci. Later. 2. sub Innocen. 3. c. firmiter de sum. Trinit. dicitur. *Firmiter credimus, & simpliciter confitemur quia vnus solus est verus Deus æternus, immensus, & incommutabilis incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis, &c.* Vbi glos. de omnimoda incomprehensibilitate textum intelligere videtur, adducens id, *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, &, O altitudo diuitiarum, &c.* & sane sicut ibi sermo est de omnimoda immensitate potentia, & immutabilitate: ita de omnimoda incomprehensibilitate, quæ in communi

muni modo loquendi respectu creaturarum dicitur, non respectu Dei. Ideo non denotatur esse incomprehensibilem etiam respectu Dei, sicut denotatur esse immutabilem, ita vt nec à seipso mutari possit. Cum vero dicitur ineffabilis, etiã sumitur hæc vox iuxta communem modum loquendi, scilicet de verbis externis, quibus vtimur, quæ non possunt Deum exprimere sicuti est, præsertim quoad omnia, quo pacto nec inter nis beatorum verbis exprimi potest.

Accedunt Patres Concilij Basilie. qui sectione 22. quendam Augustum de Roma Archiepiscopũ Nazaren. damnarunt, eo quod diceret Deum comprehendi posse, saltem ab anima Christi: seu ita clarè & intensiue videri ab anima Christi, sicut à seipso videtur. Statim etiam videbimus Anomæos vel hoc solo ab Ecclesia reiectos esse tanquam hæreticos, quod dicerẽt Deum à creatura comprehendi posse.

87 3. Prob. Greg. 3. Eadem veritas probatur ex Patribus. Inprimis enim Greg. 10 moral. cap. 10. alias 7. explicat id Iob. 11. Forsitan vestigia eius comprehendes, ait. In retributionis culmine reperiri omni potens per contemplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum non potest: quia si hunc in claritate sua quandoq; conspicimus, non tamen eius essentiam plene contuemur. Sed dicunt aliqui loqui de viatoribus, qui etiã si sint in culmine retributionis, id est, in altiori gradu contemplationis, qui in hac vita est præmium bonorum operum, non cognoscunt perfecte Deum. Sed hæc expositio violenta est admodum. Nam impliciter loquendo falsum est, contemplationem esse culmen diuinæ retributionis. Item Gregorius ibi loquitur de notitia intuitiua, seu facie ad faciem: ea enim sola dicitur cognitio per speciem, seu formam, & ea sola aspicimus Deum in sua claritate, hoc est, in seipso, qui est lumen incircumscriptum, vt statim loquitur Gregor. dicens. Angelica enim vel humana mens cum ad incircumscriptum lumen inhiat, eo ipso se quo est creatura coangustat, & super se quidem per prouectum tendit, sed tamen eius fulgorem comprehendere nec dilatata sufficit. Vbi lumen incircumscriptum vocat Deum, quia est incomprehensibilis. Et loquitur de Angelis sanctis, & beatis, non pro antiquo statu viæ: vnde enim hoc potest colligi? sed pro statu præsenti & beatifico, & ostendit humanam vel Angelicam mentem eo ipso, quod creatura est quantumcũque per dona gratiæ, & lumen gloriæ dilatetur, non posse Deum plene & perfecte contueri, quia creatura cum sit finita, creatorem, qui infinitus est, nullatenus ualet comprehendere: & ideo etiam paulo post subiungit: excelsior itaque cælo est, quia ipsi quoque electi spiritus visionem tantæ celsitudinis perfecte non penetrant. Et cap. 11. ait. Habet sublimitatem, quia ipsorum quoque intelligentiam qui recepti in supernam fuerint congregationem, transcendit, vbi clare loquitur de hominibus & angelis beatis. Et lib. 18. c. 27. alias 28 alias 39. in fine ait. Nec tamẽ videbimus, sicut videt ipse seipsum, longe quippe dispariliter videt creator se, quã videt creatura creatorem: nam quantum ad immensitatem Dei quidam nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipso pondere circumscribimur, quo creaturæ sumus. Asserunt aliqui, non assignare discrimen inter Deum & beatos, quod Deus à se & non ab intellectu creato comprehendatur, sed quod Deus videns se, in se quiescat, nec ad alium transeat: creatura vero Deum videns ad Deũ transeat, & in illo quiescat. Sed expositio hæc manifeste est nulla. Nam Greg. quoad cognitionem, non quoad quietem discrimen ponit, & ait creaturam eo ipso, quod creatura est modũ quemdam habere, circumscribi, ac limitari in cognitione Dei. Vnde & c. 40. visionem à requie distinguens dicit. Sed profecto non ita conspicimus Deum, sicut ipse conspicit se: sicut non ita requiescimus in Deo, quemadmodũ ipse requiescit in se. Nam visio nostra vel requies erit vt cumq. similis visioni, vel requiei illius, sed æqualis non erit &c. Quid clarius dici poterat. Beda etiam in id 1. Ioann. 3. videbimus eum sicuti est, hanc veritatem perspicue docet his verbis. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est: non sicut eum homines viderunt, quando voluit, in specie, qua voluit, non in natura, qua in semetipso etiam cum videretur latuit, sed sicut est, quod ab eo à Moyse petebatur, cum ei diceretur. Ostẽde mihi teipsum ab eo qui cum eo facie ad faciem loquebatur. Non quia Dei plenitudinem quisquam non solum oculis corporeis, sed vel ipsa mente aliquando comprehendit: aliud est enim videre, aliud est totum comprehendere. Et prosequitur discrimen visionis & comprehensionis ab Augustino assignatum, & à nobis superius relatum. Vbi plane docet, Deum à nobis videri posse sicut est, non tamen comprehendi; non enim à solis viatoribus comprehensionem Dei excludere vult, sed etiam à videntibus Deum, alioqui quorsum adduceret discrimen visionis, & comprehensionis.

Eadẽ est sententia Augu. epist. 112. c 8. & 9 ex quo omnia verba adducta sumit Beda. Et miror quod aliqui dicunt Aug. in visione corporali constituisse discrimẽ inter visionẽ & cõprehensionẽ, cũ expresse dicat se etiã in visione spirituali hoc discrimen docere & illud adducat ad docendum Deum videri posse & videndũ esse à nobis, à nullo tamen cõprehendi posse. Et ser. 38. de verbis Dñi dicat nullum corpus visu corporeo comprehendi posse, vbi incõprehẽsibilitatẽ Dei aperte docet inquiẽs. Ecce de corporibus dicimus subiacẽtibus oculis nostris, nõ illa possumus cõprehẽdere aspectu.

Quis ergo oculis cordis cõprehendit Deũ, sufficit vt attingat, si puruseſt oculus: si autẽ attingit, tactu quodã attingit incorporeo, & spirituali, nõ tamẽ cõprehendit, & hoc si purus eſt, & homo fit beatus contingendo corde illud quod sẽper beatũ manet, & eſt illud beatitudo perpetua, & vnde fit homo viuus vita perpetua, vnde fit homo sapiẽs sapiẽtia perfecta, vnde fit illuminatus, lumẽ sempiternũ eſt. Quę verba nullo modo interpretari posſũt de solis viatoribus, cum aperte loquãtur de beatis, & viatores apud Augu. non sint vere, & proprie beati, vt passim alibi docet. Vnde paulo ante dixerat. Attingere autẽ aliquantum te mente Deũ, magna beatitudo eſt, cõprehẽdere autẽ omnino impoſsibile. Si objicias, quia attingere eſt leuiter tãgere, beati autẽ non leuiter tãgũt Deũ intellectu suo: ergo nõ loquitur de beatis. Resp beatos etiã leuiter, & quodãmodo superficialiter Deũ tangere: quia vt sup. ex Gregorio retulimus, nõ penetrant omnino diuinã essentiã, sed infinitæ eius rationes illos latent. Si rursus objicias, quia paulo ante omnia verba citata dixerat Augu. Dicimus quã incõprehẽsibile sit quod lectũ eſt, & tamen lectũ eſt, non vt cõprehenderetur ab homine, sed vt doleret homo, quia nõ cõprehẽdit, & inueniret vnde impeditur à cõprehensione, & remoueret ea, & inhiaret perceptioni incõmutabilis verbi ipse ex deteriori in melius commutatus. Si cõprehensio esset omnino impoſsibilis, quomodo exhortaretur Auguſt ad remouẽda ea quæ cõprehensionem impediunt. Resp. Non vult Augu. vt omnia quæ cõprehensionem impediũt, remoueantur, sed quæ remoueri possunt, qualia sunt peccata, his enim semotis etiã si non comprehendatur verbum, videbitur tamen & aliqua cõprehensionis pars habebitur.

Eamdẽ veritatem docet Augu. in quæstiũculis de Trinit ad medũ to. 3. Explicans enim quomodo Deus inuisibilis, & incõprehensibilis sit, ait. Videri poteſt Deus per bona gratiæ siue ab Angelis, siue ab animabus sanctis, plenã vero diuinitatis naturã, neq. angelus quilibet, nec sanctorum aliquis perfecte videre poterit, ideo incõprehẽsibilis dicitur Deus. Et li. de cognitione veræ vitæ to. 9. sic loquitur c. 3. sciendũ igitur, Deũ nullis verbis proprie exprimi, nulla posse cogitatione cõprehendi. Quomodo enim immẽsus, & incõprehẽsibilis prædicaretur, si humana locutione, vel meditatione includeretur. Nunc autem patet quã sit admirabilis, cũ omnibus linguis sit incredibilis, omnibus cordibus sit incogitabilis. Et c. 7. Porro summus spiritus sicut à nullo intellectu valet proprie cogitari: ita nulla definitione poterit proprie definiri vel determinari, & infra ait, Deus spiritus eſt essentia inuisibilis, omni creaturæ incomprehensibilis, vbi incomprehẽsibilitatem ponit vt attributum distinctum ab inuisibilitate. Et ca. 11. explicans, quomodo Deus etiã Angelis inuisibilis dicatur, aliunde dicente Christo, Angelos semper videre faciẽ Patris, ait. Hic etiam solus eſt inuisibilis, quia nulli creaturæ ad plenum intelligibilis nempe animæ beatorũ & Angeli suo more non nostro semper eum videt non per interualla spaciorum, sicut nos corpora videmus, sed intra se & extra se in omni creatura & extra omnem creaturã eum conspiciunt, nec vllo intellectus intuitu amplitudinem suæ claritatis excedunt, & quia non pleniter ab ipsis, vt à seipso conspicitur, vel intelligitur, ideo solus inuisibilis dicitur. Eodem sensu Deum inuisibilem vocat serm. 90 de tempore in principio, & subiungit: quippe cum constet lumen istud diuinitatis æstimari comprehendi, & definiri non posse. Et inferius. Deus quantus sit sciri non potest: hoc enim Prophetæ, hoc Apoſtoli prædicauerunt. Et infra, certe hoc eſt Deus, quod cum dicitur, non potest dici, cum æstimatur, non potest æstimari; cum definitur, ipsa definitione cresçit: quia cælum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitum claudit, quem totum omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Et lib. meditationem cap. 27 in fine dicit, Deum non videri sicut eſt, ab Angelis: scilicet integre & secundum omnem rationem, quod interpretatur addens, sibi soli integre notam esse totam Trinitatem: vbi supponit videri, modum tamen præfigit visioni, vt non sit perfecta, integra seu comprehensiua. Si autem solum loqueretur in ordine ad vires naturæ, omnem visionem excluderet. Sic etiam lib. soliloq. cap. 31. inquit. Sibi soli integre notam esse totam Trinitatem. Nec valet dicere hos duos libros non esse Auguſt. certius esse. Nam de hac certitudine dubium esse potest ea autem gratis admissa constat hos libros à docto aliquo, & studioso Auguſtini ex variis eius locis fuisse concinnatos. Et eadem sententia habetur 4. Geneſ. ad litteram. cap. 6. in fine, vbi de videntibus Deum inquit. Quanquam & si corda mundissima, & mentes simpliciſſimas gereremus, sanctisque Angelis iam essemus æquales, non vtique nobis ita esset nota diuina substantia, sicut ipsa sibi: Si autem diuina substantia à beatis comprehendere. tur, ita esset illis nota, sicut ipsa sibi contra Auguſt.

Cui concinit Fulgent. lib. responsionum ad Ferrandum Diaconum ad q. 3. vbi postquam dixit Christum habuisse plenam diuinitatis notitiam, ipsam tamen non nouisse, sicut ipsa se nouit, reddit rationem: Quia ipsa diuinitas sic se nouit, vt inueniat se esse quod nouit, anima vero ita nouit Deitatem, vt Deitas non sit: quasi dicat eam inæqualitatem prouenire ex eo, quod Deus sit Deus, & creatura creatura, quam rationem in testimonijs citatis *Fulgent.*

Anſel. citat. reddunt ſæpe Auguſt. & Greg. Anſel. in monol. c. 35. Quomodo cõprehendat humana mens cuiuſmodi ſit illud dicere, & illa ſcientia (ſcilicet Dei) quæ ſic longe ſuperior, & verior eſt creatis ſubſtantijs: ſi noſtra ſcientia tantũ ſuperatur ab illis quantum earum ſimilitudo diſtat ab earũ eſſentia. Et enarratione in Euã geli. de Transfiguratione Mat. 17. inter multa ait. Aſcendit ſuper Cherubim & volauit Cherubim quippe plenitudo ſcientiæ dicitur, proinde ſuper plenitudinem ſcientiæ aſcendiſſe perhibetur, & volaſſe, quia maieſtatis eius celſitudinem ſcientia nulla comprehendit: & infra. Nubes, & caligo in circuitu eius, quia latet in quadam obſcuritate incomprehẽſibilitatis ſuæ, nec agnoſci poteſt à creatura, niſi quantũ vult reuelare, & infra. Vnde & Seraphim qui eum primi agnoſcunt, faciem eius, & pedes velant, & medijs alis volant, vt intelligamus, quia etiã ſublimis ordo beatiſsimorum ſpirituum timidus eſt circa celſiora, & profundiora diuinarum viſionum, & mediocriter ad deificas ſcientias attollitur. Et ad id 1. Timoth. 1. Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili: ait Deum dici inuiſibilem, quia licet à beatis videri poſsit, non tamen comprehendi.

Hilari. Eodẽ ſenſu inuiſibilem illũ appellauit Hila. 2. Trini. circa principiũ, vbi multa alia de incõprehẽſibilitate Dei dicit, & li. 10. ſatis poſt me-

Iunil. dium. Iunil. lib. de partibus diuinæ legis c. 14. vbi ait, Deus quid eſt, comprehẽdi nõ poteſt.

Hieronym. Verba Hieronym. Ierem. 32. ſupra retulimus.

Hugo. Hugo etiam 1. de ſacramẽtis p. 3. c. 1. ait Deus ab initio notitiam ſui ſic ab homine temperauit, vt ſicut nunquam quid eſſet totum, poterat comprehendi, ſic quia eſſet, nunquã prorſus poſſet ignorare.

Richar. Richar. 2. de Trinit. p. 1. cap. 20 Incõparabiliter, & incõprehenſibiliter ſupra huiuſmodi omnes cõſtat hanc fore, quæ in infinitatis idẽtitate habet ſumme ſimplex, & incõmutabile eſſe, & concludit. Attende ergo quam ſit incõprehenſibilis, & omnino inæſtimabilis ſimplicitas illa veræ, & ſummæ vnitatis.

Cyprid. Cypr. li. de cardinalibus Chriſti operibus inter alia quæ ad ſolos viatores ſpectare videntur, hæc verba habet, quæ ad beatos quoq. Angelos & homines extẽdi poſſunt. Quicquid audiri, vel videri, vel ſciri poteſt, non cõuenit maieſtati, hebes eſt in hac cõſideratione omnis acies ſenſuum, & caligat aſpectus. Hãc inuiſibilem lucem, & inacceſſibilem naturam ſex alis Seraphim circumeunt, & abſcondunt ſic in ſuperioribus eleuatam, vt quantumlibet ad cor altum homo aſcendat, exaltetur Deus, & comprehenſionis importunitatem euadat.

Ambro. Ambroſ. 1. in Lucã c. de apparitione Angeli, ait, Deũ nemo vidit vnquam, quia eã quæ in Deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conſpexit, nemo mente, aut oculis cõprehendit. Quod tamen teſtimoniũ ad ſolos homines qui Chriſti aduentum præceſſerunt, poteſt referri ita vt nec viſione comprehenſiua, nec quidditatiua ſola Deum viderint.

Magis ad rem eſt Iſid. 1. de ſummo bono c. 3. Iſidor. dicens. à nulla creatura poſſe videri Deũ plene, & in totum etiam ab humanitate Chriſti, & ab Angelis, vt dicit, Paul. Pax Chriſti quæ exuperat omnẽ ſenſum &c. Ad idẽ eſt quod Exod. 41. dicit Iſido. Quid eſt faciem meã videre non poteris: niſi quia quamuis vſq. ad parilitatem Angelicã humana etiam poſt reſurrectionẽ natura perferatur, & ad contemplãdũ Deum indefeſſa conſurgat: videre tamen eius eſſentiã plene non prævalet, quia nec ipſa perfectio Angelica in totũ, vel integre attingit ſcire. Quod vero vtroq. loco ait Iſido Trinitas ſibi ſoli nota eſt &c. obiectio. 5. exponetur. Hoc teſtimonium refert Vazq 1. p. diſp. 37. c. 4. Sed non vidi Iſidor. in Exod.

Laurent. Iuſtinia. li de caſto cõnubio verbi & Lauren. animæ, c. 18. col. 5. Prima Dei cognitio peregri Iuſtinian. nantiũ, ac viatorũ eſt. 2. Triumphantium, & angelorum. Tertia autem ſcilicet comprehẽſiua nec hominum, nec angelorum, omnem quippe creatum ſupereminet intellectum.

Bernar. 5. de conſider. col. 4. lucẽt Cherubim Bernar. & ſciẽtia eminent, ſed vt participio veritatis, ac per hoc nõ vt veritas, nec quantũ Deus, amat vt charitas, nouit vt veritas &c. quæ omnia faciunt & Angeli: Facimus & nos ſed longe inferiori modo. Angeli ergo non comprehendũt Deũ; ſic enim eſſent æquales Deo in ſciẽtia.

Fauet etiam Proſp. ſenten. 61. dicẽs. Excedit Proſpẽ ſupereminentia Deitatis non ſolum vſitati eloquij noſtri, ſed etiã intelligentiæ facultatẽ. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur, & verius eſt quam cogitatur, non parua autem notitiæ pars eſt, ſi antequam poſsimus ſcire, quid ſit Deus, poſsimus ſcire quid nõ ſit. Quãuis de ſolis viatoribus loqui videatur. vt epigram. 60. dicens; nulla quidem mens eſt mortali in corpore viuens, quæ plena videat cognitione Deũ. Quod tamen ſequitur, poteſt. d beatos pertinere: vnde licet fãdivires animiq. vigorem vincat & excedat gloria, lauſq. Dei.

88

Iã ad Græcos Patres gradũ faciamus, vt videamus hac in re Græcã Eccleſiã optime cũ latina conſentire. Quid enim aliud voluit B. Maxim. centuria 3. c. 92. dicens, Deus ſecundũ Maximus. ſubſtantiam non cadit ſub notitia; niſi Deum à nullo intellectu creato comprehendi poſſe? Ideo enim centuria 4. c. 74. ait: omni cognitione ſuperior eſt Deus, quia omnem quoq. pluſquam infinite ſuperat intellectum, ſub quem cuiuſcumque rei cognitio cadere nata eſt.

Et Anaſtaſi. Synaita 2. Hexam. ait: angelos Anaſtaſi. & omnes creaturas eſſe viſibiles, nõ autẽ Deũ

iuxta id Deũ nemo vidit vnquam, quia ipse nõ subijcitur cõprehensioni,nec cernitur modus eius essentiæ:habentur hi duo libri in appendice biblioth. Sanctorum.

Cyril.Hieros.catechesi 6.ait,Admonet igitur nos infirmitatis nostræ Dñs dicens Deum nemo vidit vnquam,quid igitur dicat aliquis nonne scriptum est,quod Angeli paruulorũ vidẽt faciẽ Patris,qui in cælis est:vidẽt sane Angeli,sed nõ ita vt est(videlicet omnimodo)sed secundum quod est & ipsi capiunt. Ipse enim alias dicit,quod Patrem nemo vidit, nisi qui est de cælo,hic vidit Patrem. Vident Angeli ita vt capiunt,& Archãgeli ita vt possunt;throni vero & dominationes plus quidem,quam illi,sed minus quam pro Dei dignitate: solus autẽ Spiritus sanctus ita vt oportet,videt,ille enim scrutatur omnia etiam profunda Dei,& vnigenitus Dei filius ita vt oportet, etiã cognoscit,quoniam Deitatis Paternæ est particeps filius,tanquã vnigenitus. Neque obstat quod sibi obijcit:si incõprehensibilis est diuina substantia,& cur tu de his disseris? Et respondet,nunquid igitur quia totum fluuium ebibere nequeo, id quod mihi commodum est,sub mensura nõ hauriam?His enim verbis non vult diuinam substantiam esse incomprehensibilem solis viatoribus,sed illis,& alijs.

Cyrill,etiam Alexan.11.thesau.c.1.Theodo. 4.hæreticarum fabularũ sub Aetio,& Euno.

Basil.1.contra Eunomium sub finem,& ho. de vera, & pia fide,& hom.20.de principatu & potentia,& epistol 168. ad Eunomium: & Nazian.orat.1.de Theologia.Et Chrys. ho.5. de incomprehensibili Dei natura, præsertim ho.1.& 2.item ho.34.in 1.Cori. 13. irridens & confutans Anomæ,vt insanos hæreticos dicẽtes,Deũ à creatura cõprehendi posse,& se ita illum nouisse,& comprehendisse, sicut ipse se nouit,& ex infinitate,& immensitate Dei probant Deum esse incomprehensibilẽ respectu omnis intellectus creati videlicet etiã illustrati lumine gloriæ: nullam enim exceptionẽ faciunt,quamuis præsertim de viatoribus, & naturali cognitione loquantur. Et Cyrill. Alex.adducit id Isai. 40.quis metitus est manu aquas & cœlum palmo? Quo etiam loco ad probandum Dei incomprehensibilitatem vtitur Irenæ. lib.4.c.36.& quamuis hic nomine comprehensionis visionem Dei,qui naturæ viribus est incõprehensibilis & inuisibilis intelligere videatur: nam c.37.ait,& qui vident Deum, intra Deum sunt percipientes eius claritatem.Et infra.& propter hoc incapabilis,visibilem se & comprehensibilem, & capacem hominibus præstat.Tamen si attente legatur in vtroque cap.sentit Deum nullis & nulla ratione esse verè & perfectè comprehensibilem,nã & c.37.in principio ait:secundũ magnitudinẽ non est cognoscere Deũ:impossibile enim est mensurari,licet secundũ dilectionẽ aliquid eius cognoscamus. Et infra secundũ magnitudinẽ ignotus omnibus est his qui à Deo facti sunt Nemo enim inuestigauit altitudinem eius,nec veterum, qui quieuerunt, nec eorum qui nunc sunt, secundum autem dilectionem cognoscitur semper &c. Et infra: Sed quoniam qui omnia & in omnibus operatur,Deus est,qualis est, & quantus est, inuisibilis &inenarrabilis est omnibus quæ ab eo facta sunt. Vbi plane sentit nec à beatis posse cognosci secundum magnitudinem,seu secundum omnem suam rationem, & virtutem eo quod Deus est,ac proinde immensus, infinitus,& vere incomprehensibilis. Et Chrysost. hom.1.in c 6 Isai.ait.In illa visione Seraphim velare facies suas ad ostendendam Dei incõprehensibilitatem.Et multis locis ait,Deum esse inuisibilem, idest,incomprehensibilem,vt explicuimus ect.1.vbi eodem modo cũ omnibus doctoribus interpretati sumus Theod. in id Psal.103.Amictus lumine sicut vestimento & alibi & Cyril.1.in 1oa.c.22.Epiph hæres 70 Euthym.Theophyl.Basi.Nissen.Hieron. Primasi. Isidor. Ambros. & alios asserentes Deum esse inuisibilem.

Hanc etiam veritatem docet Dionys. epi. 1.ad Caium,& epist.ad Doroth.& 1.ac 7.ca. diuin nom.& lib. de mystica Theologia,cap. 1.docens Deum esse super omnem mentem & intelligentiam. Quem partim refert Ansel. enarrat.in Matth.17.Nazianz.etiam oratione prima apologetica pag 119. sæpe Dei incomprehensibilitatem docet adducitque id Psal. 17.Posuit tenebras latibulum suum, & Psal. 103.Amictus lumine sicut vestimento,& illud Abyssus sicut vestimentum amictus eius, & oratione 49.quæ est de fide, post medium. Et vtroque loco Helias Cretens & oratione 42.quæ est 2.in pascha.circa principium: vbi Nicet & Pselll.&oratione 34.quæ est 2 Theologiæ,num. 9. & 19. & vltimo,& oratione 4. de Theologia,quæ est 36. nu. 66.& eleganter oratio. illa 34.ex incomprehensibilitate creaturarum probat incomprehensibilitatẽ Dei, concludens his verbis.In hoc enim omni dicendi contentione incumbebamus, vt ostenderemus,ne ipsam quidem secundarum rerum naturam hominis mente, atque ingenio comprehendi posse,nedum primam illam, ac solam (vereor enim dicere) omnibus rebus excelsiorem. Quo etiam argumento vtitur Basil. 1.contra Eunominum concludens: si minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione comprehendisti, quomodo incomprehensibilis Dei vim te imaginari gloriaris?

Sed obijcies quia Nazian.oratione illa 34. n.19.quærens, quare non concesserit nobis com- *Obiect.*

comprehensionem essentiæ suæ Resp. tribus de causis, quarum vna est, vt aliquid nobis tã illustre in præmiũ huius vitæ asseruetur. Ergo solum vult Deum non esse comprehensibilẽ viatoribus. Resp. solum inquirit, quare tam imperfectam notitiam sui Deus nobis concesserit in hac vita, vnde post 3. causam subiungit: Idcirco media inter nos, & Deum caligo hæc interiecta est. Tamen nec à beatis posse comprehendi. n. 9. his verbis docuerat. At rem tãtam animo comprehendere, omnino impossibile est, non modo ignauis, & languidis, deorsumq. vergentibus, sed magnis etiam, & excellis viris, Deiq. amore flagrantibus, & peræque omnibus ad veri cognitionem caligo hæc, & carnis crassities tenebras offundit. Atq. haud scio an hoc quoque sublimioribus illis, & intelligibilibus naturis negatum sit, quæ quia Deo proprius iunctę sunt, ac toto illo splendore perfunduntur, collustrare quoq. fortasse, ipsiusq. naturam perspicere queant, si non omnino, plenius tamen quã nos, & expressius atq. aliæ alijs pro cuiusq. ordine, vel parcius. Itaq. Nazia. dubitare videtur an Angeli Deum videant, tamen certum putat, non plene, ac proinde nec vera comprehensione Deum agnoscere. Et. n. 19. ait certum esse in nobis, non posse perfecte cognoscere Deum, sed de mẽtibus à corpore libers nihil interim se definire.

Damascen. etiam 1. fidei c. 1. & 4. Deũ ait esse incomprehensibilem, vbi de vera comprehensione sumpta pro cognitione rei quantũ est cognoscibilis, loqui, explicat Clictouæ & vere ita intelligendus est. Quod autem ait c. 1. post primam naturam nullus Deum nouit, nisi cui ipse reuelauerit: ad cognitionem, nõ ad comprehensionem referendum est. De vtraq. enim locutus fuerat, proximius autem de cognitione, non de comprehensione. Clemẽs. etiam 5. Strom. sæpe docere videtur Deũ esse incomprehensibilem, quamuis non explicet, an hoc etiam respectu beatorum intelligendum sit. Catth. lib. de natura æterni & veri Dei, a. 29. probat Deum esse incomprehensibilẽ ex authore. li. de causis dicente: Causa prima est superior omni narratione quoniam ipsa est super omnem causam. Et Boet. dicente, quædã effugere cognitionẽ nostram propter suæ essentiæ dignitatem, plenitudinem, & perfectionem, vt Deus. Sicut enim oculus noster ad lumen solis, ita intellectus noster ad manifestissima naturæ, inquit Arist. 2. metaph. Et ibi dẽ ait, Car. omnes Theologos & Philosophos in hac Dei incomprehensibilitate conuenire.

89 4. Prob. Quarto prob. ratione: quia infinitum, & immensum à finito & limitato comprehendi nõ potest, cum habeat in se pluribus modis infinitas habitudines ad infinitos effectus numero & specie diuersos. Hanc rationem attigere Aug. Greg. Ansel. Cyril. Hierosol. Cypri. Naz. & alij Patres locis citatis, & aliqua scripturæ testimonia relata.

Solutio.

Confirmatur aliqui quia Angelus inferior nõ potest cõprehẽdere superiorẽ ob eius magnitudinẽ: ergo nõ mirũ si nec supernaturaliter creatura possit cõprehendere Deũ. Sed antecedẽs negabuut aliqui, Alij vero non solũ putãt Angelum superiorẽ non posse naturaliter cõprehendi ab inferiori, sed omnẽ creaturã putant esse incomprehensibilẽ de potentia absoluta, vt Ochã 4. q. 13. a. 4. quia vt aliquid comprehendatur, debent cognosci omnia prædicata, quæ ipsi conueniunt; cuilibet autem creaturæ infinita prædicata conueniunt, cũ ergo nulla creatura possit infinita prædicata cognoscere nulla creatura poterit aliam comprehendere. Et quidem Nazianz. orat. 34. quæ est. 2. Theologiæ, & Basi. 1. contra Euno. & alij communiter, imo & aliquæ ex scripturis citatis ex incomprehensibilitate creaturarum colligunt incomprehensibilitatẽ Dei. Item opera Dei in scriptura aliquando dicuntur incomprehẽsibilia, quod de operibus ipsis in se intelligi potest quamuis si omnis creatura est incomprehensibilis in se, non erit hoc singulare in operibus Dei, quia etiã opera hominum erunt incomprehẽsibilia, sed tantũ erit peculiare operibus Dei esse incõprehensibilia in radice sua scilicet, in rationibus, quibus Deus ad operandũ ducitur, & procedit. Quan. autẽ 4. d. 49. propos. 1. taxat Ocha. eiusq. doctrinam nõ omnino sanam esse dicit, nã esse incomprepensibilẽ videtur poni in scriptura & sanctis tanquam proprium Dei. Sed hoc negari posset, licet in Deo plures sint incõprehensibilitatis rationis.

Const.

Ex his patet ad obiectiones quasdã quæ cõtra prædicta fieri possent. Primo enim obijci potest interdum scripturam, & Patres docere, Deũ à beatis vel etiã viatoribus cõprehendi: ergo nõ est de fide Deũ beatis etiã esse incõprehensibilẽ Resp. comprehensionẽ quadrupliciter sumi. Primo pro cognitione rei perfecta secundũ præsentem statum; quo pacto cõprehensionem sumit Nazia. orat. 42. paulo post principiũ dicens: vt quatenus cõprehẽdi potest, nos ad se trahat; quatenus autẽ capi nequit, admirationẽ sui excitet, &c. Quo loco comprehensionem hanc imperfectã esse sentit seu impropriam: siquidem non absolute dixit comprehendi, sed quatenus potest comprehendi, id est, qua ex parte. Sic etiam comprehensionem sumit eadem oratione dicens, hoc solum de Deo posse comprehendi, quod incomprehensibilis sit. Quo pacto loquitur etiam Damas. 1. fidei. cap. 4. quibus verbis non negat alia posse de Deo certo cognosci: sed hoc esse certissimum omnium, & euidentissimum. Aut solum excludit comprehen-

90 1. Obiect.

Solutio.

sionem oppositæ propositionis, quasi dicant de Deo non comprehendi esse comprehensibilem, sed esse incõprehensibilem. Secundo sumitur cõprehẽsio pro cognitione perfecta absolute, nobisq. possibili, quam plenam appellauit Prosper epigr. 60. vt retulimus, sic cõprehensionem capit Nazian. ora. 25. contra Arrianos, cum multa contra Arrianos disputasset, concludens: in hoc igitur commune nomẽ crede, & prospere incede & regna; atq. hinc ad alterius vitæ beatitudinem transibis, ea porro, vt mihi quidem videtur, in expressiori horũ cognitione, & comprehensione sita est. Tertio sumitur comprehensio pro apprehensione, & tẽtione præsertim firma, stabili, & stricta, sumpta metaphora à corporeis, in quibus ait Cic. 1. de de natur. Deor. quid opus est manibus si nihil comprehendatur, & 4. academi. q. Cũ digitos plane compressera t, pugnumq. fecerat, comprehensionem esse dicebat. Sic quod fortiter tenetur animo, atq. concipitur, dicitur comprehendi à Cicer. vt. 1. de oratore, res penitus perspecte, planeq. cognitæ, atq. ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaq. comprehẽsæ. Vnde hæc acceptio comprehensionis primã includit, & ab vtraq. beatus dicitur cõprehensor. Et in hac 3. acceptione intelligunt D. Th. 1. p. q. 12. a. 7. ad 1. & alij. communiter id 1. Corin. 9. sic currite vt cõprehendatis. Et Eph. 3. vt possitis comprehendere &c. & Phil. 3. sequor si quomodo comprehendam. Quamuis Berna. 5. de cosider. interpretatur hæc loca de comprehensione primo modo. Quarto sumitur comprehensio pro adæquata cognitione qua cognoscitur res quantum cognoscilis est: hic autem modus est impossibilis creaturæ erga Deum. Sancti vero si quãdo innuant, Deũ cõprehendi in alia vel in hac vita, loquũtur de cõprehẽsione primo secũdo, vel tertio modo.

91 2. Obiect. 2. Obijcies, quia in scriptura opera Dei dicũntur incomprehensibilia, quia nõ possunt à nobis exacte cognosci in hac vita, aut viribus naturę, vt Iob 9. Qui facit magna & incõprehẽsibiha & inenarrabilia quorum non est numerus, &c. 11. Forsitan vestigia eius comprehendes? vbi D. Tho & alij nomine vestigiorum creaturas intelligunt: ergo eodem modo posset intelligi, quod scriptura, & sancti dicũt Deũ esse inconprehensibilem. Solut. Respõdetur forsan opera Dei dicuntur incõprehensibilia in radice sua quæ est voluntas, & prouidẽtia Dei, loquendo de comprehensione 4. modo, vt sup. explicuimus. Licet autem dicantur incomprehensibilia in hac vita vel viribus naturæ: tamẽ testimonia, quæ de Deo loquuntur, aperte loquũtur de cõprehensione etiã in alia perquas cumq. vires; quia loquuntur etiã de beatis & dicunt, Deũ videri posse nõ autẽ cõprehẽdi.

3. obiectio. 3. Obicies quia probabile est de potentia absoluta posse dari infinitam gratiam, charitatem, lumen gloriæ, & similia: ergo & infinitam visionem, ea autem erit comprehensiua. Solut. Respondetur, qui concedunt maiorem debẽt negare minorem qui vero admittunt minorem, quã ego admitto, debẽt negare maiorẽ. Itaq. quælibet illarũ præmissarũ est probabilis, sed non aggregatum vtriusq. quia hæresim infert.

92 4. obiectio 4 Obijcies cũ Anomæ. apud Nazia. illa oratione de Pascha. & Chry. ho. 5. de incomprehẽsibili Dei natura contra Anomæ, Deus simplicissimus est, ergo vel eum cõprehẽdimus, vel penitus igneramus, quia quod simplex est, aut omnino cõprehenditur, aut omninoignoratur, neq. vlla deceptio circa simplicia esse potest. 9. metap. c. 12. Huic obiectioni virtute tantum & implicite respondent Chrys. & Nazia. cum eoque Nicet. & Psel. summa responsionis est naturam simplicem secundum rẽ, habere aliquã compositionẽ rationis, variaq. de illa dici nõ distincta in re, ratione quorum potest partim cognosci partim ignorari ignorantia negationis, & prauæ dispositionis iuxta id 1. Corinth. 13 ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Et melius cognoscitur ab ijs qui dicũt esse cõprehensibilẽ quã ab alijs qui dicunt cõprehendi posse, Arist. vero vult substãtias simplices, quidditatiuo conceptu completo & integro, aut omnino cognosci, aut omnino ignorari: quia nõ habent partes quarum vna quiditatiue cognoscatur, & alia ignoretur. Vnde si quidditatiue cognoscãtur, nõ fore vllam deceptionẽ circa earũ quidditatẽ. Ita exponit Vaz. 1. p. dis. 41. c. 1. vel vult Arist. circa simplicia omnino, in quibus nulla est cõpositio rei, vel rationis, nullã posse dari deceptionẽ, quia vel omnino cognoscuntur, vel penitus ignorãtur, secus circa simplicia re tãtũ.

93 5. obiectio. 5. Obijcies quia Isid. 1. de summo bono c. 3. ait, Trinitas sibi soli nota est, & homini assũpto, hoc nõ potest intelligi de notitia quidditatiua, quia hãc etiã habẽt alij beati: ergo intelligitur de cõprehensiua; ergo hæc est in homine assumpto, id est humanitate Christi, ac proinde potest esse in alijs creaturis: quia humanitas Christi Physice loquendo nõ est capax maioris cognitionis Dei, quã si non esset verbo vnita. cum subsistẽtia diuina per se nõ cõducat ad cognitionem, sed tatũ principia proxima cogitionis de quo vide Suar. 3. p. to. 1. disp 26. sect. 2. & 3. Solut.

Ad obiectionẽ hanc respond. D. Th 3. p q. 10. a. 1. ad 1. Isidor. solũ velle in solo Deo & humanitate Christi esse excellentissimã quandã Trinitatis notitiam. Hoc rerijcit Suar. in cõmentario illius art. Quia Isidor. ibi dixerat Trinitatem esse inuisibilem omni creaturæ etiam Angelis beatis id est incomprehẽsibilẽ quod explicat addens, videre tamen eius essentiam

plere

plene non valet, quam nec ipsa perfectio Angelica attingit scire in totū. Ergo cum subdit sola Trinitas sibi integre nota est & homini assumpto, etiam loquitur de notitia comprehensiua. Suarez ait in Isidoro legi sola Trinitas sibi integre nota est, & humanitas à Christo assumpta quæ tertia est in Trinita. persona: sed legendum esse, qui tertia est &c. vt sit sensus, Sola Trinitas cognoscit seipsam, & humanitatē susceptā à Christo, ideſt Incarnationem, & susceptionē humanitatis Christi, qui tertia est in Trinitate persona. Sed forte legendum: est homini assumpto, qui secūda est in Trinitate persona Nan Christus nō est proprie tertia persona Trinitatis, & numerādo iuxta ordinē fundatum in proprietatibus personarum: & nomine hominis assumpti nō humanitas, sed homo in cōcreto significatur, quia Deus sibi adiūxit esse hominē, & hoc est assumere & suscipere hominē. Vult autē Isido. etiā de homine dici, quod dicitur de tota Trin. scilicet cōprehēdere Deū, quia homo assumptus est. 2. persona Trinita. vel vult iuxta interpretationem D. Thom. excellentē Trinita. cognitionem in nulla esse creatuta præterquam in Christo vt homo est, qui tamen vt homo Deū non comprehendit, sicut neq. Angeli. Quæ expositio præferenda est alijs, licet Vaz. 1. p. dis. 37. ca. 4. hæc verba tribuens Isidoro Exo. 41, velit, secundum Isidorum Deum à beatis nō videri, vt in se est, sed tantum ab ipla Trinit. & à Christo, vt Deus est.

94. 3. Suppositio.

Tertio supponendum est quid sit comprehēdere aliquam rem. Ocham 4. q. 13. a. 1. Gab. 3. d 14. art. 3. dub. 2. Alma. q. 1 quinque modos comprehensionis intellectualis ponūt. Primus est videre aliquid ita vt nihil eius lateat. 2. videre aliquod totum & discernere inter eius partes. 3. videre aliquid perfectissima visione qua videri potest. 4. cognoscere aliquid sub omnibus prædicatis sibi conuenientibus. 5 cognoscere intellectione habēte tantam perfectionem quam perfectum est ipsum obiectum, vt etiam dicit Scotus (ait Gabriel) & sic dicit Augst. 12. ciuitat. cap. 18. quicquid scientia comprehenditur, scientis cognitione finitur. Quia cognoscitur res quantum cognoscibilis est. Primo modo, quicumque vident Deum comprehendunt illum. 2. modo, essentia seu verbum à nullo comprehenditur, quia non habet partes, inter quas dicerni possit; modo, solus Deus comprehendit Deum, quia solus cognoscit perfectissima visione, imo solus Deus hoc modo comprehendit creaturam. 4. modo similiter nō potest Deus comprehendi nisi à seipso, quia solus cognoscit essentiam diuinam infinita cognitione & commensurata essentiæ diuinæ. Sed isti sine arte & fundamento multiplicant acceptiones cōprehensionis, vt docent Sotus. 4. d. 49. q. 3. art. 1. & Suarez 3. p. disp. 26. secti. 1. Vazquez. 1. p. disp. 53. cap. 3. Non enm est necesse, vt res in toto rigore comprehendatur, videre illam perfectissima visione ingenere eritis iuxta tertium modum, nec visione adæquata in genere entis iuxta. 5. sed saris est rem cognosci adæquata cognitione, & perfectissima, quæ in genere visionis fingi potest, scilicet cognoscendo eam secundum omnem rationem, & secundum omnia prædicata essentialia, seu intrinseca illius, quo pacto bene dicunt iuxta ea, quæ diximus sectione. 2. Deum à beatis non comprehendi, quia non cognoscunt illum secundum omnia prædicata essentialia, intelligendo omnia, quę sunt formaliter in Deo explicite formaliter & distincte, ac secundum proprias rationes quibus ad inuicem distingūtur Vnde melius Mai. 3. d. 14. q. 2. ad finē, solū ponit duos modos comprehensionis, primus est vt comprehēdere sit cognoscere intuitiue. 2. vt sit cognoscere rem quantum cognoscibilis est.

Quid sit cōprehēdere.

Varij comprehensionis modi.

Melius etiam aliqui distinguunt duos cōprehenſionis modos. 1. est, quo videntur omnia. quæ sunt formaliter in re, tametsi non cognoscantur omnia, quæ sunt in ea eminenter, neq. omnia prædicata quę ad rem pertinent. Alter vero magis proprius quo cognoscuntur omnia, quæ eminenter sunt in re, & omnia prædicata, quæ ad rem pertinēt. Hunc modū comprehensionis esse proprium tenet Vaz. 1. p. disp. 53. c vltimo illmuq. tribuit nominalibus citat, & vere illum tenent D. Tho. 1. p. q. 12. art. 7. & 8 & omnes Thomistæ ibi. Alex. 1. p. q. 7. membr. 1. Bona. 3 d. 14. ar. 1 q. 2. Richar. ar. 1. q. 4. Scot. q. 1. §. ad 1. arg. in solut. 1 proba. Maior. 4. d 49. q. 15, Sotus. q. 3. ar. 1. Aduertendum tamen est cognitionē eorum, quæ eminēter in re contmentur impertinentē esse ad rationem comprehensionis, nisi quatenus, si cognoscātur ea, quæ eminenter cōtinentur in re, cognoscētur etiā ea quæ in ipsa sūt formaliter. Et similiter cognoscere prædicata extrinseca rei non pertinet ad cōprehensionē; nisi quia illis cognitis cognoscuntur prædicata intrinseca, & ignorātis ignorātur. Qua propter si vt aliqui putāt, possent cognosci omnia, quæ sunt formaliter in Deo ignoratis ijs que sunt eminenter, vere posset comprehendi diuina essentia, maxime si vt quidam istorum fatentur posset infinita claritate cognosci diuina essentia, nihil cognoscendo eorum, quæ sunt eminenter in illa. Sicut enim ad comprehensionem rei corporalem, impertinens est comprehendere quæ sunt illi extrinseca, etiamsi in ea eminēter contineantur: ita & ad comprehensionem spiritualem, & intellectualem, nisi quatenus intrinseca ab extrinsecis in sui cognitione pendent

dent. Et si semel daremus creaturas omnes posse extra Deum cognosci, & similiter omnia prædicata extrinseca Deo, & simul videri essentiam Dei & omnia formaliter contenta in ipsa etiam infinita claritate (quæ omnia aliqui concedunt); consequenter dicendum esset (id quod ijdem negant) Deum posse vere comprehendi intensiue, & extẽsiue, quoniam licet non vna cognitione, pluribus sane cognoscerentur omnia pertinentia ad Deum intrinsece & extrinsece, formaliter, & virtute etiã summa & infinita claritate; quamuis daremus nullam earum cognitionum perse solam esse comprehẽsionem; quia aggregatum vtri vsq. esset comprehensio. Veritas tamen est nõ posse dari summam & infinitam claritatem in cognitione diuinæ essentiæ, quin cognoscantur omnia, quæ eminenter sunt in illa, vel e contra.

Vnde etiam male Gothifred quodlib. 6. quæst. 3. distinguere videtur apud Capreol. 4. d. 49. q. 6. art 2. arg. 4. inter comprehensionẽ intensiuam, & extensiuam, vt comprehensio extensiua sit cognoscere omnia quæ formaliter, vel eminẽter in re continentur: intensiua autem cognoscere illa cum summa claritate, & distinctione. Nam certe sola hæc comprehensio est stricte comprehensio; cognoscere autem rem summa claritate, & distinctione in proposito, est cognoscere rem secundum omnem rationem, siue cognoscatur sic modico lumine, siue nõ, quamuis ad cognoscendum Deum hoc modo infinitum lumẽ requiratur: lumen enim intellectuale, quo maius est, plures rationes manifestat. Vnde quamuis Suarez 3. p. Tom. 1. disp. 13. Sect. 3. §. in his ergo videatur distinguere inter comprehensionem intensiuam, & extensiuam tamem sectione. 1. §. dices obiectum, docuit visionem Dei non posse esse adæquatã extensiue, quin sit etiam intensiue.

95. Cognoscere autem rem secundum omnẽ rationem est rem comprehendere stricte, & in rigore, seu simpliciter, & absolute Probatur primo ex Patribus Nam Aug. epi. 112. c. 8. ait aliud est videre, aliud totum videndo comprehendere; quandoquidem id videtur, quod præsens vtcumq. sentitur, totum autẽ comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circũspici possunt, sicut te nihil latet præsentis voluntatis tuæ, circumspicere etiam potes fines annuli tui. Et serm. 38. de verbis Domini col. Corpus oculis comprehẽdere te putas? om. no non potes; quicquid enim aspicies non um aspicies: cuius hominis faciem vides sum non vides eo tempore, quo faciem vi quando dorsum vides eo tempore fa- on vides, non sic ergo vides, vt comprehendas. Multa alia subiungit, quibus intendit id comprehendi, cuius nihil latet. & ita docet nec beatos comprehendere Deum. Eius autẽ verba imitatur Beda in id. 1. Ioa. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Sic etiam Augu. 12. de ciuitat. ca. 18. ait. Quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur; id est, cuius nulla ratio latet: sed omnes explicite, & formaliter intelliguntur. Sic etiam lib. 83. quæstionum q. 14. quod se comprehendit finitum est sibi. Et serm. 190. de tempore Deum non comprehendi, quia definitione crescit, id est qnia semper aliquid manet extra ipsam definitionem, & conceptũ, quod explicite & formaliter non cõcipitur. Similia dicit li. de cognitione veræ vitæ cap. 3. tom. 9. Et Chrysost. homi. 1. de incõprehensibili Dei natura idẽ existimat animo comprehendere, & totum scire. Non comprehendere autem, & scire ex parte. Idem elegan ter explicat ibidem homil. 5. circa med. probans Patrem comprehendere filium, quia totam eius tenet rationem, nec eum quicquam filij latet. Idem colligitur ex Naz. oratione. 36. quæ. est. 4. Theologiæ numero. 66. vbi ait, Deum non posse comprehendi à creatura, quia nulla potest inuenire totum quod est Deus, vbi satis ad rem loquuntur Nicet. & Psellus. Item q. Helias super oratione. 49. vbi Nazianz ait, cum æstimatur non potest æstimari, cum definitur, ipsa definitione crescit. Quod, explicat Helias, nam quacumq. data definitione statim videtur, Deum esse quid maius, quam definitione comprehẽdi possit. Eodem modo loquitur oratione. 34 quæ. est. 2. Theologiæ numero 19. & oratione. 84. nu. 4. ait Angelos beatos non prorsus, ac plene videre Deum. Quibus verbis explicat ipsum esse in comprehensibilem. Sic etiam August. in quæstiunculis de Tri. ait, Deum esse in cõprehensibilem, quia eius naturam plene nullus videre potest. Optime q. Irenæus lib. 4 ca. 36. &. 37. semper incomprehẽsibilitatem Dei explicat ex parte obiecti, quod ratione infinitatis suæ non potest omni ex parte, & vndequaq cognosci. Similiter loquitur Cyrill. Hierosc. cateches 6. & Greg. 18. moral c. 39. in fine. &. 40. &. 10. Moral. cap. 10. &. 11. Idem significat Epiphanius hæresi. 70. vbi ait: sicut qui videt cælum, & mare, non cõprehendit ipsum, quoniam aliquid eius fugit visum ipsius: Ita quantumius aliqui videant Deum; tamen non comprehendunt, quia aliquid Dei latet ipsos. Et Cyprianus prologo de cardinalibus Christi operibus explicat visionem Isaiæ, de seraphim velantibus faciem, & pedes Dei quia ad principium, & fines diuinæ maiestatis temerarius aditus esset: quasi dicat, semper beatos latere aliquid immensitatis diuinę. Et An sel.

95. Comprehẽ re est cog cere rẽ ndum m ra- de noj secu omne. tionem.

2 ni tot don des, & ciem 1.

sel. in monologio cap. 35, dicit Deum esse incomprehēsibilem quia aliter substantia Dei esset ipsa, quam in nostra cognitione: Similia Basilius lib. de vera & pia fide, & alij multi Patres citati in 3. suppositione.

2. Probatur quia cōprehensio intellectualis dicitur sumpta metaphora à materiali; materialis autem comprehensio est quando vnum corpus vndiq. includitur, & continetur in alio; ergo similiter intellectualis comprehēsio est, quando nihil est in re, quod non includat, & cōplectatur in se formaliter, & expicite, ac secundum omnem rationem ipse intellectus Dicis, ergo nulla creatura potest aliam comprehēdere, quia nulla creatura potest ab alia cognosci secundum omnē rationem & habitudinem, qua respicit Deum, & reliquas omnes creaturas. Respondetur cum Almaino, & Suarez supra, vnam creaturam posse aliam comprehendere imperfecto quodam modo comprehensionis, scilicet cognoscendo illam secundum omnem speciem habitudinis quā habet ad alias res naturales productas in hoc ordine vniuersi: & hoc sufficit vt simpliciter, & sine addito comprehensibilis dicatur. Deus autem absolute est incomprehensibilis, quia habet infinitatas habitudines quasi specie distinctas ad infinitas creaturas possibiles, quas nullus intellectus creatus cognoscere valet: perfecte tamen nulla creatura potest comprehēdere aliam, quia non potest cognoscere in ea omnes habitudines, quas habet ad Deum secundum potentiam obedientialem, nec quas habet ad alias creaturas possibiles de potentia absoluta: saltem si loquamur de habitudinibus quæ sunt valde similes, vt quod sit conuertibilis in talem, vel talem creaturam possibilē, an vero illo imperfecto modo comprehensionis quilibet Angelus comprehendat angelum, vel saltem omnem inferiorem substantiam, & similiter anima separata: nō est huius loci, sed ad materiam de Angelis pertinet, aliquid tamē dicit Suarez. 3. p. tom. 1. dis. 26 se.

96 1. obiecti. Solutio.

97 2. Obiect.

Si dicas. 2. Ergo si quis fide humana, vel diuina vel opinione cognosceret omnes rationes, quę sunt in Deo, vel in alia re, illam cprehēderet, quod est contra Thom. 3. contra Gent. cap. 50. & de veritate. q. 8 art 2. in corpore, & ad. 2 & 6. & 1. p. q. 12. art. 7. quibus locis ait. eum qui cognoscit opinatiue tantum conclusionem, quæ posset euidēter, & demonstratiue cognosci, non comprehendere illam quia non cognoscit illam perfectiori modo, quo potest cognosci. Respondetur Primo, ad rationem comprehensionis requiri perfectionem quandam ex parte cognscentis sumptā à modo, vel medio, scilicet firmitatem, & immobilitatem, qua intellectus omnino fixus, & immobilis maneat in assensu, & ad hoc requiritur euidentia. Sed ea suppositā si res cognoscatur secundum omnem rationem, nihil desideratur vt res in toto rigore comprehendi dicatur.

1. Solutio.

2. Solutio.

2. Resp. quando res quæ potest cognosci demonstratiue, cognoscitur tantum opinatiue, vel fide humana, & diuina, necesse est non cognosci multas eius habitudines ad causas, vel effectus. Si enim illæ cognoscerentur prædicatum cognosceretur euidenter competere subiecto, & habere necessariam connexionem cum illo immediate vel mediate.

98 3. obiect.

Dices, 3 D Thom. 3. p q. 10. art. 2 ad. 3. assèrere quantitatem cognitionis non attendi tantum ex numero scibilium, sed etiam ex claritate & ibidem ait. 1. & 1. p. q. 12. art 7. ad. 2 ad comprehensionem non sat esse cognoscere totum obiectum, sed debere cognosci totaliter ergo non sufficiet cognoscere rem secundum omnem rationem vt comprehendi dicatur.

Solut.

Negatur consequentia, nam per numerū scibilium non rationes, sed res ipsas intellexit. 5. Th. & tūc censuit rem summa claritate, seu distinctione, ac totaliter, & perfectissime cognosci, cū cognoscitur secundū omnē rationē. Et eodem modo potest exponi Dura. 1. d. 35. q. 1. nu. 10. dicens, comprehendi rem esse cognosci omni modo, quo cognosci potest. Et 3. d. 14. q. 2 nu. 6. dicit ad perfectissimam, seu comprehensiuam cognitionem non sufficere, vt videantur omnia in Deo. Idem ait. 4. d. 49. q. 3. num. 15. Scotus. 3 d 14. q. 2. §. ad 2. quæstionem. &. §. potest dici, &. §. vltimo magist. 4. dist. 14. capit. 2, numer. 35. Albert. ibi. q. 1. Aureol. apud Capreol. 4. d. 49. q. 6. apud quem etiam Gothifred. quodlib. 6. q. 3 Idem tenet Alensis. 3. p. q. 13. memb. 7. Altisidor. 3. summæ. tractatu. 1. ca. 5. Bassol. 3. d. 14. q. 2. Gabr. q. vnica art. 1. circa. 1. opinionem. D Tho. Maior. ibi. q. 2. ad finem &. q. 4. ad. 1. contra. 1, conclusionem, & 4. d. 49. q. 15. Bachonius. 3. d. 14. q. 1. art. 3.

99 Conclusio responsiua ad quæstionē principalem. Implicat, intellectū creatū videre in Deo omnes creaturas possibiles, secūdum omnē rationem alias cōprehenderet Deum.

Iam igitur dico. Implicat aliquem intellectum creatum videre Deum, & omnia, quæ sunt eminenter in Deo, seu omnes creaturas possibiles secundum omnem rationem. Probatur, quia talis comprehēderet Deum iuxta proximam suppositionem; id autem implicat iuxta secundam: ergo. Et hæc est mens D. Th. & aliorum, quos pro secunda sententia retuli: nā qui ex cognitione omnium creaturarū in Deo putant sequi comprehensionem Dei, & propterea talem cognitionem omnium creaturarum in Deo contradictionem inuoluere quod verum est, si tam Deus quam creaturæ ipsæ secundum omnem suam rationem cognoscantur Et reuera non est possibile, creaturas secundum omnem rationē cognosci, quin Deus secundum omnem rationem cognoscatur, quia nulla est ratio in Deo, quæ nō termi

net

net aliquam habitudinem creaturę ad ipsum: ergo qui cognosci omnem rationem creaturæ, necesse est cognoscere omnem rationem Dei: vt è contra non possunt cognosci omnes rationes Dei, quin creaturæ secundum omnem rationem cognoscantur. Quia nulla est ratio in creatura, ad quam Deus non dicat intrinsece aliquã, vel aliquas habitudines. Qui tamen cognosceret omnes creaturas in Deo, sed non secũdum omnes rationes earũ, non cognosceret omnes rationes Dei, & ideo non comprehenderet ipsum: Et ita sentiunt auth. primæ sententiæ, & fortasse id tantum voluit Gre. 1. d. 34. q. 4. art. 2. ad. 9. videlicet, quod etiã si Deus cognosceretur infinita claritate, non comprehenderetur. Ad cognoscendum enim in Deo infinitas creaturas, licet non secundum omnem rationem requiritur infinita claritas, sed ad cognoscẽdum illas in Deo secundum omnes rationes, requiritur pluribus modis infinita claritas; scilicet claritas, quæ manifestet plurimas rationes in qualibet ex infinitis creaturis, & non vnicam, vel duas tantum. Falso ergo Sotus. 4. d. 49. q. 3. conclu. 1. ad. 2. argum. ait; quod si Deus videretur infinita claritate, comprehenderetur. Et similiter si in eo viderẽtur omnes creaturę, quia necessaria esset infinita claritas, vt in eo viderẽtur; nõ enim ad comprehẽsionẽ sufficit videre Deum infinita claritate, nisi illa sit summa & omnibus modis infinita, omnesq. rationes manifestans. Et eodem modo exponendi vel moderãdi sunt Ferra. 3 cõtra Gen. c. 65. §. pro solu. & Pala. 3. d. 14 q. 5. qui dicũt, nõ posse omnia videri in Deo sine infinita claritate, ac proinde sine cõprehẽsione, Verum enim est, si claritas sit sũma, & omnibus modis infinita, alias non.

Si autẽ nõ videret creaturas, in Deo secũdum omnes earum rationes nõ comprehenderet ipsum.

100 *Obiectio.* Si dicas, intensio & extensio in habitibus distinguũtur, vt patet ex D. Th. 1. 2. q. 52. a. 2. & 2. 2. q. 4. a. 5. ergo similiter in actibus, & in visione beatifica: ergo licet daretur visio beatifica summe extensa ad omnes res & rationes in Deo formaliter, vel eminẽter contẽtas, poterit esse remissa, ac proinde non cõprehensiua.

Solutio. Resp. in actibus & habitibus intellectus nõ datur proprie intẽsio, sed late: quãdo enim extẽsio est ad plures rationes eiusdẽ rei, actus, vel habitus appellatur intẽsior, quando vero ad plures res, extẽsior. Vnde si visio attingat Deũ, & omnia in eo cõtẽta secũdũ omnes rationes, erit nõ solũ summè extẽsa, sed etiã summe intẽsa, eo modo, quo intẽsa esse potest: & ideo erit cõprehẽsiua, secus si nõ attingat formaliter omnes rationes Dei, & creaturarum Quod autẽ ait Suare. 3 p. tom. 1. dis 26. sect. 3. in visione dari proprie intẽsionẽ & additionẽ graduũ, quorũ vnus intrinsece supponit aliũ & est eo nobilior, sicut tenet in intẽsione aliarũ qualitatũ, in tract de habitibus, & de peccatis examinabo. Quamuis autẽ ex hoc capite, scilicet quia inde sequeretur cõprehẽsio Dei, nõ repugnet creaturas omnes possibiles videri in Deo secũdũ aliquas rationes peculiares ipsa rũ, tamẽ repugnat ex alio capi. scilicet quia ne cesse esset in creatura dari visionẽ, quæ habeat infinitã latitudinẽ extẽsiuã cũ infinitis gradibus realiter distinctis: & similiter in lumine quod esset sufficiens principiũ illius visionis vna cũ potentia, & specie: seu essentia diuina gerẽte munus speciei, quod implicat, eo quod repugnet dari infinitum in actu. Et fortasis quia licet posset dari forma infinitę intẽsionis tamẽ nulla creatura est capax formæ cũ tãta intẽsione, quia omnis est finitæ & limitatę capacitatis. Quod examinabitur in sequẽti sectio.

101 *Videre omnes creaturas in Deo secũdũ aliquas earũ rationes etiam implicat, & cur.*

Confir. Pri. quia satis absurdũ est dicere creaturã posse æquari Deo in numeroscibiliũ, seu in extẽsione, vt est absurdũ posse æquari in intẽsione. Vnde rectè Casio. expon. id Psa. mirabilis facta est sciẽtia tua ex me. ait Veritas humanæ cõditionis ostẽditur, quia homo assũptus diuinæ substãtiæ nõ potest coæquari in scientia, neq. in aliquo alio.

Obiect. Dices licet beatus cognosceret omnes creaturas possibiles, nõ æquaretur eius scientia scientiæ Dei in extensione, quia nõ cognosceret futuras in aliqua differentia temporis. Contra quia hoc nõ est cognoscere plura, sed secundum plures status. Et deinde notitia, quæ se extẽderet ad omnia possibilia, etiam si posset extẽdere ad futura in quouis tempore, saltem cognitio existens in creatura esset æqualis extensionis cum ea quæ esset in Deo, si nihil creare statuisset, & qua producit verbum parumque in extensione excederetur à cognitione, quam Deus modo habet.

Confir. 2. quia si creatura aliqua sciret quid quid Deus scit, exhauriret Deus cum tali creatura thesaurum suæ sapientiæ, & doctrinæ ita vt eam docere nihil posset, hoc autem videtur absurdum, sicut exhauriri potentiam eius creatiuam, ita vt non possit semper plures species, pluraq. indiuidua in eadem specie, & maiorem, ac maiorem quantitatem, & intensionem producere. Hanc rationem eleganter insinuauit Irenæus lib. 2. ca. 47. dicens; *Quædam commendemus Deo non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, vt semper quidem Deus doceat, homo autem semper discat, quæ sunt à Deo, sicut & Apostolus dixit, reliquis etiã partibus destructis, hæc tunc perseuerare, quæ sunt fides spes, & charitas: semper enim fides quæ est ad magistrum nostrum permanet firma, asseuerans nobis, quoniam solus vere Deus, & vt diligamus Deum vere semper, quoniam ipse solus Pater, & speremus subinde plus aliquid accipere, & discere à Deo, quia bonus est, & diuitias*

tias habens indeterminabiles,& regnum sine fine,& disciplinam immensam. Hic locus videtur probare fidem, & spem manere in patria, quod est contra cõmunem sent. Theologorũ, præsertim loquendo de actibus fidei. Vnde debet exponi de cognitione euidenti accepta à Deo,præsertim quæ solum sit euidens in testificante,& de spe sumpta pro quadam confidentia. Nobis satis sit, Deum semper necessario aliquid scire quod alios lateat, quodque ipsos de nouo docere possit: quod verum est non solum de rerum rationibus,sed etiam de rebus ipsis.

Confirmatur. 3. quia secundum plurimos sanctos & Schol. Deus non potuit creaturam producere ab æterno, ne esset æqualis Deo, in duratione:& similiter non potest Deus cõmunicare immẽsitatem creaturæ vt sit simul in infinito spatio,sicut Deus est, vel potest esse sine sui mutatione. Sed maius incõueniens est creaturam esse Deo æqualem in scientia, vel in numero scibilium: ergo non potest Deus vlli creaturæ communicare scientiam omnium,quæ ipse scit,neq. creatura est capax illius,quod optime significauit Gregorius. 10. Moral.cap. 10. dicens: *In retributionis autem culmine reperiri omnipotens per contẽplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum non potest,quia & si hunc in claritate sua quandoque conspicimus, non tamen eius essentiam plane cõtuemur. Angelica etenim vel humana mens, cum ad incircumscriptum lumen inhiat, eo ipso se quo est creatura coangustat, & super se quidem per profectum tendit, sed tamen eius fulgorem comprehendere nec dilatata sufficiet, qui & transcẽdendo & portando omnia & implẽdo, concludit.* Vbi manifestum est loqui de beatis, vt patet ex illis verbis, in retributionis culmine, & facie ad faciem, & vult mentem beati eo ipso, quod creatura est angustam esse debere,id est,non se posse extendere ad cognoscenda omnia,quæ eminenter sunt in Deo, nec ad cognoscenda explicitè & formaliter omnia,quæin ipso formaliter existũt. Cũ igitur anima Christi sit creatura,non poterit omnia hæc videre in Deo,maxime cum ex vnione hypostatica non fiat capacior Physice,sed tantum moraliter,& secundum quandam decentiam. Cum ergo nullus Angelus possit hæc omnia videre in Deo de potentia absoluta,multo minus anima Christi, & propterea non est illi concessum. Vnde in directorio Inquisitorum. p.2.q 11.errore.2. refertur, contrariam sententiam Tarroconæ ab inquisitoribus, vt erroneam fuisse damnatam,& Arnal.de Villano.eius authorẽ coactũ fuisse illam retractare. Quamuis vt notat Suarez 3.p to.1 dis. 26, sectio.3. Arnal. videtur dãnari, quia id asseruit ex principio erroneo, quia scilicet non poterat ei anima esse vnita personaliter,quin sciret omnia, quæ Deus sciebat: ex alijs autem principijs non est erroneum ponere in anima Christi scientiam omnium, quæ Deus scit, sed longe minus probabile. Ideo Bernardus de Lucemburgo lib. contra hæreses, verbo Arnaldus.& Prateolus in Elencho hæresum verb. Arnaldus, inter errores Arnaldi hunc non ponunt,nec etiam cõtra hanc sententiam vrget Concil. Basilense sessione 22. damnans Augustinum de Roma, quia dixit animam Christi tam clare videre Deum, ac Deus seipsum,licet hinc sumatur optimum argumentum:si enim æqualis claritas repugnat creaturæ,etiã repugnabit æqualis extensio visionis. Deinde qui cognosceret omnia quæ Deus scit,id est omnes res, & rationes,tam clare cognosceret Deũ, sicut ipse se nouit: posterius repugnat Conc. ergo & prius.

Ad primũ ergo Respõdetur,in Christo esse omnes thesauros sapiẽtiæ & scientiæ Dei,quia secundum diuinitatem scit omnia,quæ scit Pater,vel quia secundum humanitatem scit saltem habitu omnia quę Deus scit scientia visionis,& quæ scire possunt de lege, & potentia ordinaria omnes creaturæ. Ideo etiam dicitur Ioan.1.plenus gratiæ, & veritatis, & non esse illi datum spiritum ad mensuram. Quod vero dicitur Ioan. 5. recte exponit Toletus ibi de scientia increata,quam Pater cõmunicat,& in æternũ communicabit filio per æternam generationem. Sic etiam potest exponi quod dicitur Ioa.16.& vltimo. Omnia nosse, vel de notitia omnium,quam habet secundũ humanitatem modo explicato. Dictum autem Hieronymi quantum attinet ad potentiam animæ Christi intelligitur: quia ipsa poterat vt instrumentum Physicum, vel morale efficere omnia,quæ Deus poterat, efficere vt causa physica principalis. Quod vero attinet ad scientiam solum intendunt cognouisse omnia quæ Deus scit scientia visionis, saltem habitu,vel voluit animam Christi habitu cognouisse omnia possibilia de potentia absoluta, quia si vellet.1. vel. 2. vel. 3. &c. speciem Angelicam,v.g. producibilẽ cognoscere, Deus cũ illa concurreret,comunicaretque ei actualem eius cognitionem in verbo,vel extra, eisdem modis possunt alij Sancti explicari Magister vero, & Albert. Magn. Alens. & Altisiodor. ac alij Scholastici non sunt in hac parte defendendi, nisi forte tantum vellent,animam Christi,vel omnes beatos videre habitu, & non actu omnia, quæ Deus scit, vel saltem omnia possibilia modo explicando sectione sequenti Non tamen admittenda est in humanitate Christi proprie ignorantia, quia ignorantia proprie sonat priuationem non cũ

102

Ad 1.arg.

iusuis

in suis cognitionis, sed debitæ.

Ad 2. Respondetur Gregorium & alios loqui de omnibus, quæ pertinent ad statum cuiusque beati, non de omnibus simpliciter.

103 Ad.3.1.solutio.

Ad 3. Respondetur Primo, licet cognoscere omnes creaturas extra Deum sit minus, quã videre Deũ, secus tamen cognoscere eas in Deo, & eadem visione, qua videtur aliquæ diuinæ perfectiones, quia ad hoc oportet formaliter, & explicite cognoscere in Deo infinitas rationes, & habitudines ad creaturas, quod maius, & difficilius, est, quam videre Deum secundum vnam, vel alteram rationẽ de quo Caietan. 3.p.q.10. art.2. Sotus. 4.d. 49. q.3 art.3. cõcl.5. ad 2 arg. & D Th. 1.p.q.12 art. 8. ad 2. Argẽt 3.d.14.q vnica art 3. ad probationem primam minoris. Capreol. 4.d. 49. q.6.

2. Solutio.

Respondetur 2. licet esset minoris perfectionis habere notitiam omnium creaturarũ quam videre Deum, tamẽ posset primũ repugnare non repugnante secundo, sicut repugnat habere infinitam pecuniam, & non repugnat videre Deum, licet posterius sit maioris perfectionis.

3. Solutio.

Respondetur tertio, licet neutrum per se repugnaret, scilicet videre Deum, & videre infinitas creaturas non videndo Deum: Tamen aggregatum posset repugnare, quia esset exhaurire scientiam Dei & æquare scientiã creatam diuinæ, saltem quoad extensionem, & numerum scibilium.

104 Ad 4. confirm.

Ad 4. cum suis confirmationibus Respõdetur probare ex sola cognitione omnium creaturarum in Deo non sequi comprehensionem Dei, sed tantum ex cognitione creaturarum in Deo secundum omnes suas ipsarũ rationes: tamen quæcũq. cognitio rerũ infinitarũ etiã numero solo differẽtiũ repugnat creaturæ propter infinitatem graduũ realiter diuersorũ, quæ inde sequitur, vt sectione sequẽti videbimus. Quare autẽ admitti nõ possit cõprehensio Dei, vidimus in secunda suppositione. An vero extra Deũ cognitis omnibus creaturis possibilibus secundum omnes rationes comprehenderetur Deus, verã cẽseo partem asserẽtẽ, si cognitio esset euidẽs, quia tũc cognoscetẽtur euidenter omnes rationes existentes formaliter in Deo, cũ eas omnes respiciãt intrinsece creaturæ; nisi vel loquaris de cõprehensione creaturarũ imperfecta, vel dicas deficere à ratione cõprehensionis illã cognitionem, quia nõ attingit Deũ proprio, & distincto cõceptu, sed cõfuso, & per rationes cõmunes Deo & creaturis, sicut modo cognoscimus in via attributa Dei. Scut enim ad comprehensionem non sufficit cognoscere omnes rationes fide, vel opinione; ita fortasse non sufficit eas scire confusa cognitione.

Ex dictis patet ad illam difficultatem, An omnia quæ continentur eminenter in Deo possint simul cognosci in proprio genere Molina. 1. part. q. 12. art. 8. disp. 6. dub. 3. negat, quia nec possunt cognosci simul vnica notitia, nec pluribus & infinitis. Primum probat, quia vna notitia non potest esse immediata similitudo tot, ac tam diuersarum rerum, quarum nulla est perfectissima: notitia autem extra verbum esset immediata omnium, vel plurium earum: non ergo possunt cognosci vnica notitia extra verbum. De pluribus patet, quia si vna non sufficiet ad infinita, nec duæ aut plures numero finitæ sufficient. De infinitis patet, quia nequit dari infinitũ actu Sed posset dici rationẽ nõ vrgere; quia sicut Angeli ex opinione multorum cognoscũt immediate plures species animarum, vel plantarum &c Ita posset dici vna specie vniuersali creaturæ in communi cognosci posse immediate infinitas species creaturarũ. Cõfirmatur, quia multi sentiũt Angelos eadẽ specie, & notitia cognoscere immediate infinita individua vnius speciei: ergo idem posset dici de infinitis speciebus; & sicut eadẽ visio secundum rationem essentialem, vel substantialem attingit obiectum immediatũ, & secundũ alias rationes accidẽtales attingit obiecta mediata: ita posset dici speciem omnis creaturæ secundum suam rationem essentialem, vel substantialem attingere creaturam in cõmuni secundum alias vero accidentales creaturam hanc, vel illam in particulari. Melius ergo probatur eadem sententia ex dictis, quia species, vel notitia attingens infinita debet habere gradus infinitos realiter distinctos Implicat autem dari infinitum in actu. Alij probant quia sic posset exhauriri potentia Dei manifestatiua rerum, & comprehendi abstractiue, comprehenso scilicet eius obiecto Suarez vero 3. p. tom. 1. disp. 27. sect 4. ait, de potentia absoluta posse omnia possibilia cognosci in proprio genere, quia ad hoc non requiritur infinitum lumen, nec infinita multitudo specierum intelligibilium: nec ex eo sequitur comprehensio Dei, sed si non repugnat non video cur negetur animæ Christi. Sẽtentia vero Suarez est D. Thom. de veritate q.20. art.5. ad 1. scilicet de potentia absoluta posse omnia possibilia cognosci in proprio genere & per scientiam infusam, sed non sic cognosci ab anima Christi.

105. An omnia quæ continentur eminenter in deo possint simul cognoscin proprio genere.

Sectio. VII. Virum beatus possit in verbo infinita cognoscere.

Prima

106. 1. opinio. PRIMA opinio animam Christi in verbo cognoscere actu infinita simul; ita Sotus. 4.d. 49.q.3. art.3. paulo ante 7. conclusionē. Molina.1.par.q.12.art.8.disp.5. memb.3.4.& 7.Henriquez de fine hominis c. 10.§.4.Suarez.3.par.tom.1.disp.26.sect.4.Capreol.3.d.14.q.2.Medina, & Cabrera.3.part. quæst.10.art.2.& 3.Bergomen.in concord.D. Thom. dub.477.& 1215. Ferrar. 1. contra gent.ca.69.& lib.3.c.60. Viguer.cap. 20.§.2. vers.1.Caiet.1.p.q.12.art.10.& 3.par.q.11.ar. 5.ad.2.Valentia puncto 3.q.sua 4. & alij iunio res putantes esse sententiam D. Thom. quia 3.d.14. quæst.1.art.2.q.2. ait animam Christi cognoscere omnia, quæ sunt, fuerunt, & erunt, etiam dicta,facta,& cogitata. Item quæ sunt in potentia cuiuscumq. creaturæ producte,& q.4.ad.2.ait cognoscere quidquid Deus cognoscit scientia visionis, & quod si mundus duraret in æternum,& essent infinitæ generationes cognoscerēt infinita: eodem modo loquitur 3.p.q.10.art.2.in corpore;& ad 2.& 3. & art.3.ait non scire infinita futura, quia non sunt futura infinita scilicet substantialia, scire tamen infinita,quæ sunt in potentia creaturæ & de verit.quæst.20.art.4.in corpore,& ad argumenta apertè docet; animam Christi cognoscere infinitas cogitationes futuras.& infinita individua existentia in potentia creaturæ, & quod si mundus duraret in æternum, cognosceret infinita individua rerum corruptibilium futura. Et 3. contra gent. capit. 60. expresse ait; beatos videre in verbo simul à principio suæ beatitudinis infinitas species numerorum, & figurarum. Similia opusc.9.q. 81. Huic sententiæ fauent magister, Alb. Alens. Altisiodor, Durand. Bassol: Maior; & alij citati sectione præcedenti: docent enim animam Christi ab instanti conceptionis cognoscere omnia quæ Deus scit. Quod quidā explicant,secundū esse possibile;alij secundū existentiam. Loqui etiā videntur omnes de cognitione actuali,vt expresse Durand. & Bassol. qui eadē cognitione qua cognoscitur Deus,dicūt cognosci ab omnibus animabus oēs creaturas,vt possibiles,& forte etiā ab anima Christi omnes creaturas,quę sunt,erūt, vel fuerunt secundum existentiam sibi conuenientem in aliqua differentia temporis. Maior etiā tenet omnes possibiles,vt possibiles, & omnes futuras,vt futuras cognosci ab anima Christi vno actu, vel infinitis. Quod probabile etiam putant Scotus, & Nijsse. supra quæstione. sua 11. de incarnatione hanc sententiam defendit, quæ infinitorum simultaneam cognitionem actualem tribuit Christo; licet arbitretur incertam. Fauet etiam Argentina 3. distinct. 14. quæstio. vnica art. 3. dicens animam Christi videre in verbo omnia quæ sunt,fuerunt, & erūt:sed videtur intelligere de ijs,quæ erunt vsq.ad diem judicij, quia ibi impossibile putat intellectum finitum in essentia diuina videre infinita, & ideo ait non posse videre quidquid Deus scit,& potest facere. Et ita illum exponit Marsil. 3.q.10. art.2.p.3. opinio.6. Vazquez etiam 1. part.disp.50.ca.5. possibile arbitratur intellectum creatum cognoscere infinita,& omnia possibilia, vel lumine distincto, & superioris speciei ab eo quo cognoscuntur finita,vel eiusdem speciei infinite intenso: putat enim non repugnare infinitum in actu secundum intensionem,vt probare conatus fuit disp.26.ca.2.& eodem cap. 5. pollicetur se.3.p.q.10.ar.2. probaturum in anima Christi esse infinitum lumen, quo videt infinita indiuidua futura.

Pro hæc igitur sententia quæ ait animam Christi,aut alium beatū cognoscere actu, vel saltem posse cognoscere infinita possibilia,vel reipsa futura,vel vtraq. Arguit primo ex Fulgentio Hieronymo,Anselmo,& alijs citatis sectione præcedenti argumēto primo primę opinionis absolutè asserētibus animam Christi omnia scire Secūdo ex locis Grego. & aliorū ibidē relatis argumēto secundo, in quibus dicūt;quid non videt, qui videtē omnia videt? si dicas,intelligi de pertinētibus ad cuiuscumq. statū. Tertio arguitur, quia ad statum animæ Chtisti pertinebat omnia scire,tū propter dignitatē personæ,cui est vnita, tū quia oēs bonæ cogitationes,& affectiones futurę per totam æternitatē à Christo,vt capite fluūt;est autem caput,vt homo,tū quia ad iudicē spectat cognoscere distincte omnia merita, & demerita iudicandorum:ac proinde ad Christum pertinebat cognoscere omnes actus humanos futuros vsq.ad diem iudicij,eorumq.circunstantias, & gradus intensionis, & extensionis, ac durationis. Spectat etiam ad iudicem cognoscere præmia,& supplicia,quę illaturus est;omnes autem actus bonorum,& malorum,quos habebunt post diem iudicij videntur participare rationem prēmij, vel supplicij: ergo. Quarto arguitur, quia anima Christi, & quilibet beatus comprehendit ignem verbi gratia, ergo cognoscit in particulari & distincte omnes ignes, qui ab illo prodire possunt: qui enim comprehendit causam cognoscit in particulari omnes effectus, qui ab illa emanare possunt, ignes autem producibiles à quolibet igne sunt infiniti: ergo. Quinto alioqui anima Christi ignoraret aliqua, quæ postea sciret, verbi gratia, aliquam cogitationem Petri futuram, & eam posset ab ipso Petro, vel aliquo alio discere, & eam nunquam sciret in verbo, quia scire in verbo est cognoscere eadem cognitione, qua cog-

107. 1. argum. 2. 3. 4. 5.

noscitur Verbum : cognitio autem Verbi est immutabilis, & inuariabilis, ac proinde in verbo nihil cognoscitur, quod non sit cognitum ab instanti, quo cæpit cognosci ipsum verbū. Sexto arguitur, quia non implicat contradictonē infinita simul cognosci ab anima Christi, vel alio beato, siue infinitis cognitionibus, productis à beato, vel á solo Deo; aut vna cognitione habente infinitos gradus extensionis realiter distinctos, vel indiuisibili, & simplici, quæ ex sua differentia intrinseca indiuiduali, vel specifica habeat attingere simul infinita: ergo ita fieri potest de potentia absoluta, ac proinde concedi debet omnibus beatis, vel saltem animæ Christi propter infinitam personæ dignitatem. Confirmatur quia Angeli habent species rerum corruptibilium, quarum quelibet repræsentat infinita indiuidua, quæ fierent, si mundus in æternum duraret: alioqui cum fierent, non haberent Angeli principia, quibus illa indiuidua cognoscerēt: sed quicquid cognoscunt vna specie possunt simul cognoscere, & vnico actu: ergo similiter anima Christi potest vnico actu infinita cognoscere in Verbo vel extra illud.

Quam sit probabile nec de potētia absoluta infinita posse simul distincte cognosci.

Secunda opinio (quam ego longe probabiliorem putarē nisi authoritas D. Th. & sequacium in contrarium vrgeret) est, fieri non posse etiam de potentia absoluta, vt aliquis intellectus creatus simul intelligat, actu explicite, & distincte infinita siue numero, siue specie diuersa. Ita tenet Henric. quodlib. 7. q. 1. 2. & 3. Scotus q. 2. §. sed ista via, & §. sed cōtra istud. Gab. q. 1. ar. 1. concl. 1. & 2. post 2. notab. Richar. a. 2. q. 3. Lælius Zechus tractat. de Christo. c. 6. dicto. 11. propositione 4. & 5. vbi docet animam Christi non cognoscere infinita, nec omnia, que Deus scit scientia visionis, cognoscere tamen habitu omnia etiam, quæ Deus scit scientia simplicis intelligentiæ. Palacios disp. 1. sententia seu conclus. 6. Alma in. q. 1. Quand. Propos. 5. cum Gabrie. citans Guillielm. Varronem, quem etiam refert Molina. 1. par. q. 12. ar. 8. disp. 5. memb. 4. & 7. vbi etiam alios refert pro hac sententia, quā tenet Marsil. 3. q. 10. art. 2. p. 3. concl. 2. Adamus. 2. d. 1. q. 5. infine, & 3. sentent. quæst. 10. conclus. 4. (quem refert Capreo. 3. d. 14. q. 2.) Dionys. Cistercien. 3. q. 3. art. 3. Palud. 3. d. 14. q 1. col. penult. licet probabilem dicat oppositam sententiam. Idem docet, 4. d. 49. q. 2. art 3. num. 21. ad 3. obiectionem. & nu. 25. licet art. 1. videatur dicere, posse in Deo videri infinita indiuidua, numeros & figuras infinitas, non vero species infinitas addentes perfectionem: quæ non video quomodo conciliari possint, nisi vellet in 1. a. non posse videri per creaturam visam in Deo infinitas species perfectionem addentes, secus infinitas species numerorum & figurarum, & infinita indiuidua, diuisim tamen: qui sensus valde illi est consonus. Vel in 1. art. vult, infinita posse videri habitu in Deo, art. autem. 2. non posse videri actu: qui sensus colligitur ex illo nu. 25. vbi ait animam Christi videre habitu, nō tamen actu infinita. Hanc sententiam tenet etiam Ocham. 4. q. 13. art. 5. dub. 4. Nicol. de Nijsse. in resolutionib. Theologicis. tit. 4. p. 1. portione. 1. In hanc sententiam propendet Franciscus de Christo. 4. lib. de Incarnatio. q. 7. licet oppositam sententiam, quā paucis probari ait, etiam defendat. Hanc etiam tenet Richard. 3. d. 14. art. 3. q. 2. in corpore & ad 3. dicens, ideo animam Christi non cognouisse actu omnia, quorum vnum alteri sine fine succedet, licet quodlibet eorum aliquando cognoscet, & cum voluerit, poterit cognoscere quia habitu cognoscit omnia. Reliqua vero, scilicet, quæ non habebunt successionem sine termino, videt actu.

Ex quibus patet merito Henriquez de fine homis c. 10. §. 6. lit. S. dicere vix paucos concedere animæ Christi, quod infinita videat. Ipse autem affirmat, animam Christi videre infinitas cogitationes futuras per totā æternitatē; de alijs vero beatis, etiam de Beata Virgine expresse in illo §. 6. negat videre infinita.

Hæc opinio aliquod fundamentum habet in D. Thom. Quia primo contra gent. cap. 69. post medium late docet, intellectum nostrum non solum quia cognoscit per plures species, sed etiam quia finitus est, non posse simul neque successiue vna, aut pluribus cognitionibus infinita cognoscere; diuinum autē id posse, quia infinitus est. & 3. part. quæstio. 11. art. 5. ad 2. ait animam Christi per scientiam infusam non posse omnia sua obiecta vno vel pluribus actibus simul, nec successiue cognoscere quia sunt infinita & 3 dist. 14. quæst. 1. ar. 2. quæstione. 4. ad 2. ait, non cognoscere infinita per scientiam visionis: hoc tamen loco loquitur de substantijs. Vnde ibidem insinuat, quod si mundus duraret in æternum cognosceret infinita vnico intuitu. Vnde hanc secundam sententiam tribuit D. Tho. Marsil. q. 10. ar. 2. p. 3. opinio. 6.

109. *Opinio asserēs infinita non posse simul actu & distincte cognosci in Deo fundamētū aliquod habet in D. Thom.*

Aliqui probant hanc sententiā ex illo Mat. 24. & Marci. 13. De die illo & hora nemo scit, neq. Angeli in cælo, neq. filius nisi Pater: quod de Christo, vt homine, ignorante diem Iudicij intelligunt multi Patres, vt Cyril. 1. thesaur. ca. 4. 2. de fide ad Reginas in defensione 4. Anathematismi, in cuius impugnatione Theodor. idem dixerat. Athanas serm. 4. contra Arrianos. Origen. hom. 30. in Matt. Nazianzen. oratione. 35. quæ est 3. Theologiæ, n. 77. (vbi id notat Helias) & oratione. 36. quæ est 4. Theologiæ. Bassol. epist. 1. ad Amphilochium.

110. *Tractatur fuse locus Matt. 24. & Marci. 13. & quomodo Christus dicitur diē iudicij ignorare.*

Ad

Ad hoc argumentum posset quis respondere non conuincere. Nam Ambros. lib. 5. de fide cap. 8. & Hieronym. Matth. 24. & Euthim. suspicantur illud, neq. filius, additum esse ab Arrianis; qui quoniam filium negabāt esse cō substantialem Patri, dicebant aliquid ignorasse etiam secundum diuinitatem. Contra quos vide Castrum, verbo Deus. Hæresi. 8. & D. Th. 3. p. q. 10. art. 2. ad. 1. Molinam 1. p. q. 12. art. 8. disput. 5. memb. 5. in fine. Vnde illa particula non habetur apud Matth. communiter in codicibus Latinis, neq. in Græcis Pierij, & Adamantij. Sed quia communiter est in Latinis codicibus apud Marcum, & quia Sotus ait, hæreticum esse in hoc dubitare. Et Suarez. 3. p. q. 10. in commentario ar. 2. ait, licet non sit hæreticum dubitare, tamen non licere dubitare, sed rem esse omnino certam præsertim post Concil. Triden. à quo vulgata editio approbata fuit. Et quia nec Ambros. in illa sententia perstitit: aliter respondendum est. Vndesit

1. Expos. prima expositio. Gregor. li. 4. epi. 42. ad Eulogium, vbi approbat Eulogij sententiam quod Christus dicatur nescire diem illum nō in persona sua, sed Ecclesiæ: multa enim quæ dicuntur de Christo, intelliguntur de corpore eius mystico, & non de ipso capite. Sed cōtra, quia sic nō dixisset, nec Angeli: nam in corpore mystico Christi, etiam Angeli intelliguntur. Præterea Christus ibi aperte condistinguitur Ecclesiæ scilicet hominibus, & Angelis: ergo nō solum in corpore mystico, sed in seipso nescit diem Iudicij. Vnde & Gregorius hac expositione omissa duas alias adhibet, eamdem tamen expositionem sequatus est Hieronym. supra, & Origen. homil. 30. in Matth.

2. Expos. 2. expositio est Gregorij ibidem, & Ambrosij Luc. 17. Nazianz. oratione 4. de Theologia Cyril. 9 thesaur. ca. 4. quod Christus non sciebat diem Iudicij ex propria natura, sed ex diuina reuelatione: eodem modo intellexit Damasc. 3. fidei c. 21. Nicetas 3. Thesauri. c. 38. & Basil. epist. 1. ad Ampilochium. qui expositionē illius loci concludit dicens: *nemo scit, neq. Angeli, nec filius sciret, nisi pater ei reuelasset.* Et Athanas. ser. 4. cōtra Artian. qui similiter explicat id Pauli: siue in corpore, siue extra corpus nescio, scilicet cognitione humana & inferiori. Hęc expositio difficultatē habet, quia Apostoli cupiebāt scire illū diē: Ipse autē respōdit se nescire, vt docere posset, si autē illū sciebat diuina reuelatione eum poterat docere. Præterea q̄ homo non scit diuina reuelatione, absolute scit, quomodo ergo filius dicit se nescire.

3. Expos. 3. expositio Christū nescire practice & per experientiam diem Iudicij quia nondum iudicauerat, vt Adam ante lapsum nesciebat bonum & malum scilicet per experientiā. Chrysost. homi. de Trinit. tom. 3. Origines supra Epiphan. in Anchorato & hęresi 69. Bernar. li. de 12. gradibus humilitatis. Sed nō placet quia neq. pater sciebat practice, & per experiētiā: Et præterea non dicitur quis absolutē nescire q̄ scit speculatiue, licet nō sciat practice, aut p experiētiā. Neq. illa respōsio fuisset admētem Apostolorū interrogātiū, vt esse expediebat.

4. Expos. 4. ergo expositio & vera est Christū negasse se scire; quia veluti sub secreto illud sciebat, & non ad dicendum alijs iuxta id Actor. 1. nō est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Et quadrat contextui, & intentioni Apostolorum, ac Christi, & communi modo loquendi, quem credo etiam eo tempore fuisse in vsu, vt quę quis scit, & non poterit licite, aut commode manifestare, nescire se dicat. Consonat etiam scripturæ in qua interdū Deus dicitur scire, quæ scit ad dicendum, & quæ alios facit scire, vt Gen. 22. Nunc cognoui &c. & dicitur nescire quæ non scit ad dicendum. Vt Ioan. 15. Omnia quæ audiui a Patre meo (scilicet vt vobis dicerem) nota feci vobis. Nam statim c. 16. dicit multa habeo vobis dicere, quę nō potestis portare modo. Sic Hiero. Chrys. Theoph. & alij in Matth. Augu. 1. Trinit. c. 12. 1. de Genes. cōtra Manich. c. 22. Basi. 4. in Eunomium. Hilar. 9. de Trinit. Ambros. & Athanas. supra D. Tho. 3. p. q. 10. art. 2. ad. 1. & Suarez & alij Iuniores ibi & omnes Scholastici 3. d. 14. Castr. & Molina supra Canus. 12. de locis. c. 14. Bellarmi. li. 4. de Christo c. 5. to. 1. Quū tū ex Caluino obijcit primo nā si explicatur Cām scire, sed non ad dicēdū; similiter poterit explicari Angelos scire quidē, sed nō ad dicēdū 2. cū dicitur filiū nō scire ad dicēdū vel intelligitur nō scire ad dicendū Apostolis, vel nō scire ad dicēdū alicui. Si primum, nec Pater scit. si secundum, falsum est, quia scit ad dicendum Spiritui sancto.

Ad primam obiectionē respōdetur ex hoc loco solū colligi Angelos nescire ad dicendū; an vero sciant absolutē, nō est vnde colligatur altera pars. Vnde sine euidenti fundamento Abulen. Matt. 24. q. 209. affirmat scire. & Sotus supra. & Molin. 1. p. q. 12. a. 8. disp. 5, memb. 2. Valentia ibi puncto 2. q. 2. & alij Iuniores eodem articulo id negant.

Ad secundam obiectionē respōdetur Christum nescire ad dicendum homni, Patrem vero non, quia id dicit Christo.

5. Expos. Quinta expositio est, Christum nescire diē Iudicij in verbo, vel actualiter, quia forte de illo tunc non cogitabat. Hæc expositio nō est omnino improbabilis quia multi Scholastici docent nullam creaturam videri in verbo (id est, eadem cognitione, qua videtur verbum) præsertim secundum esse existentiæ. Et alij etiam tenēt, nō nosse omnia actu in verbo, aut extra, licet omnia sciat habitu: quia ex go

poterat tũc Christus nõ cogitare actu de die Iudicij, quando futurus erat, quia nolebat tũc id considerare; rectè dicere potuit se nescire diem Iudicij. Quæ interpretatio vt non potest satis probari, ita nec potest reijci, vt affinis errori Agnoitarum, quos refert. Gregor. lib. 8. epist. 42. Isidor. 8. ethimolog. c. 5. Damasc. lib. de hæresib. Nicephor. lib. 18. cap. 50. Suarez supra. Bellamini. sup. c. 1. Agnoitæ enim negabant animæ Christi scientiam etiam habitualem diei Iudicij; sicut etiam Themistius quidam, qui huius hæresis author fuisse dicitur, vt colligitur ex Liberato in Breuiario. c. 19. & ex Epistola Sophronij in 6. Synodo actione 11. contra quam hæresim vide, quæ adducit Suarez ibi, & Bellarmi. supra c. 2. & sequent. vbi etiam impugnat Lutherum, Caluinum, & alios huius temporis hæreticos, qui animæ Christi tribuerunt ignorantiam diei Iudicij, & similium rerum etiam habitualem.

111. 2. probatio 2. opinionis. 2. alij probant eamdem sententiam. Nam si anima Christi cognosceret actu in verbo quidquid Deus scit scientia visionis: ergo cõprehendit talem visionem, sicut si cognosceret omnia possibilia in Deo, comprehenderet scientiam simplicis intelligentiæ. Consequens est impossibile: ergo.

Sed hæc ratio nullius est momenti. Dici enim potest primo negando consequentiam, quia ad comprehẽdẽdã sciẽtiam visionis, oportet cognoscere comprehensiue quidquid cum ea idem est, scilicet, essentiam diuinam, quam tamen anima Christi non comprehendit, & creaturas quas respicit; quæ tamen ab anima Christi non comprehenduntur loquendo de stricta comprehensione, vt sectio. 6. diximus. Secundo admittendo consequens, vt quidam admittunt, beatum, qui videt in Deo aliquam creaturam, comprehendere Deum non simpliciter, sed vt est productiuus illius creaturæ. Huic solutioni consonat Caiet. 1. p. q. 12. art. 8. concedens Deum, vt causam omnium futurorum, & vt videntem omnes creaturas futuras comprehendi ab anima Christi: quia hoc non est comprehẽdi simpliciter, sed secundum quid. & Capreolus. 3. d. 14. q. 2. art. 3. in solut. 2. argumenti contra 2. concluſ. admittit Deum comprehendi, vt causam vnius effectus cum videtur distincte, vt causa illius. & Medin. 3. p. q. 10. art. 2. ait, vidisse doctissimos Theologos concedentes scientiam visionis comprehendi ab anima Christi. Et suaderi potest, quia vt docet Caiet. & indicat D. Thom. 3. p. q. 10. art. 2. & 3. d. 14. q. 1. art. 2. qu. 2. & alibi apud Capreol. 4. d. 49. qu. 6. & 3. d. 14. qu. 2. vbi Capreol. & Hispalen. idem docent, & Palac. 3. d. 14. q. 1. Marsil. 3. q. 10. cognitio rei quoad omnia, ad quæ res ipsa dicit intrinsecam habitudinem est comprehensiua; talis est prædicta: ergo. Sed prior solutio quæ est Medinæ supra, & Capreoli post illam primam solutionem, & communis præstantior est propter rationes adiunctas.

Tertio alij cum Scoto. 3. d. 14. q. 2. argumẽtantur, quia in creatura attentio ad vnum minuitur ex attentione ad aliud: ergo creatura non potest perfectè attẽdere ad infinita. Sed respondent Ferrar. 3. contra gent. c. 60. & Capreol. 3. d. 14 q. 2. ex D. Tho. 1. contra gent. ca. 69. antecedens esse verum, quando varijs speciebus cognoscuntur; beatus autem intelligit vnica quasi specie, scilicet diuina essentia; & ideo attẽtio ad vnum ex attentione ad aliud non minuitur, alioqui nec de potentia absoluta posset plura, & plura in verbo distinctè cognoscere. Addo quod in ordine ad potentiam absolutam attentio vnius non minuitur ex attentione ad aliud, etiam si homo intelligat per plures species; alioqui non possent d potẽtia absoluta plura, & plura per plures species ab aliquo videri. Quod censeo falsum, licet de potentia naturali forte etiam in rebus cognitis eadem specie sit terminus, saltem excepta visione beatifica, ita vt cum ventum fuerit ad talem numerum cognitorum pluribus intentus minor sit ad singula sensus. Solutioni Ferrar. addunt nonnulli, quando aliqua cognoscuntur in aliquo vno simplicissimo, in quo vnite continetur attentio ad singula, non est remissior, & sic est inquit in proposito. Vnde sicut attentio ad Deum non minuitur ex attentione ad creaturas: ita neq. attentio vnius creaturæ ex attẽtione ad aliam, sed credo naturaliter quamuis aliqua in vno simplicissimo videantur, attentionem esse remissiorẽ ad singula, saltem excepta visione beatifica. Nec eadem ratio est de essentia, & creaturis, quæ de creaturis inter se, quia ex penetratione essentiæ cognoscuntur creaturæ ad quas dicit intrinsecum ordinem, non tamẽ ex penetrationevnius creaturę cognoscitur alia, ad quã non dicit ordinẽ. Ratio ergo illa Scoti vim aliquã habet, quod sine miraculo nõ possunt plura, & plura distincte cognosci in verbo, & multo minus infinita, sed in ordine ad potentiam absolutam non multum vrget. 112. 3. prob.

Quarta ratio Adami est quia infinita nõ possunt simul produci, ergo nec cognosci: sed non vrgit recte enim. Respondent Moli. Ferra. Capreol. supra magis vnibiles esse res in cognitione, quã in esse. Vnde Deus simul cognoscit infinita, tamẽ nõ possunt infinita simul fieri, aut esse. Ratio tamẽ Adami vim habet si in creatura, vt dicemus, cognitio infinitarũ rerũ sine productione & exitentia infinitorũ graduũ in eadem visione esse non potest. 113. 4. prob.

Quinta ratio Adami est quia visio quo plurium est, cęteris paribus, est perfectior: ergo si

est

est infinitorum,erit infinite perfecta;& sic perfectio animæ Christi esset infinite maior, quã aliarum animarum.Respõdet Capreol.& Ferrar.ea supputatione solum colligi infinitũ secundum quid neq.putat Ferrar. incõueniens, vt anima Christi excedat alias in perfectione infinita secundum quid vel in visione æquipalente infinitis visionibus. & quidam putant alios beatos videre in Verbo infinitas species numerorum,& figurarum, & proportionũ ex D.Thom.3. contragent.c.60.& infinita individua possibilia in eadem specie hominis, & Leonis &c. Licet non omnes cogitationes cordiũ,& futura omnia contingẽtia,quod est propriũ animæ Christi. Addũt prædicti idẽ argumentum fieri posse in cognitione habituali contra Scotũ:sed certe argumẽtũ habet vim maiorẽ contra ponentes,animã Christi videre distincte aliqua infinita, quæ alij beati non vident:excedet enim alios in infinitis gradibus distinctis, vel in vna extensione simplici æquipalente infinitis gradibus; et,si hocnõ reputatur inconueniens,neq. erit inconueniẽs quod anima Christi cognoscat infinitas species animaliũ,vel plantarum,vel etiam Angelorũ,& non alij beati, quia totus excessus erit infinitus secundũ quid. Adde quòd hæc ratio reducitur ad tertiam nostram, qua probauimus ex opinione.1. sequã,animã Christi excedere in beatitudine essentiali alios beatos infinite,licet non infinite simpliciter,sed secũdũ quid.Et similiter nonnullum inconueniens videtur quod Deus videatur ab anima Christi, vel quolibet beato sub infinitis rationibus, vel infinitis habitudinib.ad infinita individua, vel ad infinitas species numerorũ, figurarum, &c.Hoc enim est cognoscere Deum intensione infinita secundũ quid, licet non omnibus modis infinita; quia adhuc posset cognosci sub alijs infinitis rationibus.

Sexta ratio quorundam est,quia si infinita
114. possunt simul distincte cognosci,poterit dari
6. prob. in pura creatura meritũ,& demeritum infinitũ,amando,vel odio habendo infinitos homines distincte. Nec valet dicere,in Deo vilos nõ posse odio haberi,nec meritorie amari, vt quidã ait.Quia videns posset simul esse viator, vt Christus,& sic mereri infinitũ,vel saltem elicere vnũ actũ valoris infiniti.& aliqui,vt inferius videbimus,dicunt,Deum clare visum posse odio haberi, ne dãviſos in Deo.Præterea si in Deo possunt videri infinita;ergo& in proprio genere,& tunc procedit ratio,ad quã melius respondet Mol.augendo numerum obiectorũ decrescere proportionẽ;verbigratia,si odisse vnum hominem est alicuius malitiæ, odisse duos non erit duplicata seu duplo maior malitia,& sic deinceps, & sic veniendo ad multitudinem infinitã,nõ sequitur infinita malitia, & alioqui etiã in odio infinitorũ confuse cognitorũ,& in odio Dei,quod est obiecti infiniti & grauius odio infinitorũ hominũ, colligeretur infinita malitia,&in quolibet peccato etiã veniali,quodtũ est absurdũ.Eodẽ modo diluit Mol.5.argum.propositũ à nobis, & est acuta solutio.Fateor tñ ex illa cognitione distincta colligi,nõ esse impossibile mirũ in modũ crescere meritum,& demeritũ, vel etiam posse esse infinitũ secũdũ quid, licet posset puniri, vel remunerari præmio,vel supplicio infinito secũdum quid.

115.

Omissis ergo prædictis argumentis quę pro hac sẽtẽtia fiũt, alia vrgẽtiora afferẽda sunt. *1.probat. authoris.*

Primum est supponendo illam sententiam, quæ late.1.p.q.7.&.3.Physicorum fuse tractari solet,scilicet non posse etiam de potentia absoluta dari infinitum secundum multitudinem in substantijs,vel accidentibus, vel in partibus extensiuis eiusdem formæ. Si enim aliquis intellectus creatus in verbo vel extra verbum cognosceret simul infinita, necesse esset,vt fatetur Maior,in eo ponere infinitas notitias realiter distinctas,vel vnam, quæ haberet infinitas partes realiter distinctas, hoc autã est impossibile,vt supposuimus:ergo. Hãc rationem attingunt Ocham , Richard. Alma in,Gabr.Adamus,Henricus,& alij multi. Sed respondent aliqui iuniores nec esse ponendas infinitas cognitiones , nec infinitos gradus distinctos in eadem visione,sed vnum gradum simplicissimum,& omnino indiuisibilem,qui respicit intrinsece hanc,vel illam multitudinem infinitam,vt quando finita tantum videntur in verbo,vnus tantum gradus indiuisibilis,& simplicissimus est in qualibet visione,qui intrinsece respicit hanc, vel illam multitudinem finitã. Et similiter in quolibet lumine gloriæ est vnus simplex & indiuisibilis gradus confortans intellectum ad videndum hãc vel illam multitudinem finitam, aut infinitã. Vnde eadem numero visione aut eodem numero lumine non possunt cognosci nunc plura,nũc pauciora obiecta numero , vel specie diuersa.Sed hæc sententia licet acuta videatur,difficultatẽ habet,Primo quia noua,& singularis.2,quia in sola diuersitate obiecti secundarij ponit distinctionẽ in visionib.beatificis: quod absurdum est.Nam substantialis differẽtia,qualis est numerica,ex solo obiecto secũdario,cũ accidẽtarij sit, sumi nõ potest.Si dicas,non sumi ex solo secundario obiecto sed ex primario,quod varie respicitur ab hac, vel alia visione beatifica.Cõtra.quia visio beatifica, qua cognoscitur Petrus,vt existens, non alio modo attingit Deũ,nec magis illũ penetrit, quã visio, qua cognoscitur Petrus dũtaxat,vt possibilis:vnde nec magis beatificat: ergo nõ distinguitur abilla penes diuersũ modum at

Reijcitur sententia asserentium visionem beatificam eodem gradu indiuisibili intrinseco respicere finitam aliquã vel infinitam creaturarum multitudinem

attingendi,aut penetrandi obiectũ primariũ. 3. quia alię notitię tam sensus, quàm intellectus, tam intuitiuæ, quam abstractiuæ, sunt diuisibiles suamq. habent latitudinem extẽsiuã in ordine ad diuersa obiecta, vel partes, modos,aut rationes eiusdem obiecti:ergo similiter visio beatifica.Consequentia tenet ex paritate rationis,& quia nihil cogit,vt hoc singulare comminiscamur,& fingamus in visione beatifica.Antecedens vero probatur in visione corporali:cum enim succesiue augetur lumen,& clarius,ac distinctius videtur imago aliqua,in singulis instãtibus est clarior, & distinctior cognitio nõ tamen numero diuersa. & cum succesiue tollitur impedimentum,vel partes obiecti mouentur ad locum, vnde species possint emittere ad visum,vel visus ad locũ vbi possit species recipere:in quolibet instanti est visio magis extensa, tamen non est alia numero.Idemq. in alijs notitijs sensus & intellectus constare potest:ergo &c.Idẽq.argumẽtũ fit in habitibus intellectus:omnes.n. alij à lumine,habẽt suã latitudinẽ extensiuã: ergo idẽ de lumine dicendũ est, prẽsertim cũ nullã habeat latitudinẽ intensiuã proprie loquẽdo,vt superiori sectio. dicebamus. 4.quia sumo duas visiones, quæ habeant eadẽ obiecta secundaria,istę certè intrinsecè respiciunt has creaturas,& non alię:ergo intrinsecè conueniũt in aliquo cõmuni,in quo nõ aliæ. Omnis autem conuenientia in aliquo communi sub aliquo genere est conuenientia specifica; & differentia specificare spectu diuersorũ: ergo illę visiones cõueniunt inter se,& differunt ab alijs specifice, & essentialiter, & non tantum numero,cuius oppositum dicebatur.

Confir. nam differentiæ intrinsecæ indiuiduales ex opinione communiori,& veriori in Physica,& Metaphysica sunt æquales:nec. n. vna anima,vel vna forma ignis &c. est substãtialiter,& intrinsecè perfectior alia,vt cũ Toleto,& alijs latè ostendimus. 3. de anima: isti autem gradus indiuisibiles, quos aduersarij ponunt, sunt inæquales;ergo non sunt differẽtiæ indiuiduales. 5. si actus indiuisibilis creatus potest attingere infinita obiecta numero diuersa saltem in Deo: ergo similiter infinita obiecta specie diuersa etiam substantialia, vt infinitas species animalium, vel Angelorum, imo & omnes species,omniaq.indiuidua, dũ tamen non attingat ea secundum omnes rationes, ne inde colligatur Dei comprehẽsio. Consequens est contra aduersarios, qui non admittunt posse vlla ratione in Deo videri omnia ab aliquo intellectu creato:ergo. Confirmatur,nam D.Tho.1.p.q.12.art.7.probat, Deum non posse comprehendi, quia ad hoc requiritur infinitum lumen:& art.8.non posse videri in Deo omnes creaturas,quia comprehenderetur:ergo censet ad videndum infinitas creaturas requiri infinitum lumẽ. Et ideo non posse videri infinitas creaturas.quæ ratio nulla esset si infinitæ creaturæ finito,imo indiuisibili lumine videri possent. Idẽ enim quod de infinitis dicit aduersarius, dici posset de omnibus,maxime quia omnes non petunt infinitum lumen,quia sunt omnes,sed quia sunt infinitæ:in lumine ergo dantur gradus distincti secundum extensionem, ac proinde in visione admitti possunt. Vtrumq. autem est cõtra aduersarios. Iam autem in superioribus sectionibus 3. 4. & 5. uidimus,argumenta, quibus probant,non esse compositionem, & distinctionem realem graduũ extensionis in visione nullius esse momenti.

2. Ratio efficax pro conclusione est, quia omnis creatura est finita, ac proinde capacitatis,& virtutis finitę;ergo non potest efficere nec recipere in se infinitas visiones, neq. vnã visionem quæ sit infinita formaliter,vel virtute constans ex gradibus infinitis, & æquiualens infinitis visionibus infinitarum creaturarum: hac ratione vtuntur sancti citati sectione.6.ad probandum creaturã non posse Deũ comprehendere,quia videlicet cum sit finita, non potest ad infinitam visionem Dei(qualis est comprehensiua)pertingere,eo quod attingit Deum infinitè secundũ infinitas rationes, & habitudines ad creaturas. Vnde Grego.18 Moral.cap.39. in fine ait:quantum ad immẽsitatem Dei quidam nobis modus significatur contemplationis,quia eo ipso põdere circumscribimur,quo creaturę sumus.Et 10.moral.cap.10. cum ad incircumscriptum lumen inhiat,eo ipso se quo est creatura coangustat & reliqua, quæ superiori sectione retulimus. Et eadem ratione ad idem propositum vtuntur.D. Tho.1.par.q.12.art.7. Bona.3. d. 14. art.1. quæst. 2. Richar. art. 1. Scot. quæst. 1. ad.1. Duraud.q.1.num.10.Maior.4.d.49.q. 15. Marsil.3. quæst.10.art.2. part.3.& D.Th. 1. contragent.cap.69.& eadem ratione vtuntur Suar.3. p.to.1 disp.26. sectio.3. Bonauen. 3.d.14.a.2.q.3.& alij ad probãdum nõ posse ab intellectu creato videri in Deo omnes creaturas.Eadẽ autem procedit in qualibet multitudine infinita,siue sit substantiarũ, siue accidentium,siue differentiũ specie, siue numero; non enim potest creatura cũ sit finita,|recipere,vel producere cognitionẽ rerum infinitarũ vel vnius rei secundũ rationes multitudine infinitas q̃ est attingere illã modo infinito.Cõfirm. nam vel visio, quæ ineſt creaturæ, est finita,vel infinita;si finita,ergo non potest attingere distincte infinita,si vero infinita, ergo nõ est in creatura,quæ est finitæ capacitatis,& virtutis. Vnde Bon.Henr.Richar.Scotus, & Palud.citati pro 2.opinione ex eo probant,nul

116. Prob. 2. authoris.

lam

lam creaturam posse simul cognoscere infinita specie,vel num ero diuersa, quia ad hoc requiritur capacitas,& virtus infinita, quod Bonauent.&Henric,tanqnam certum supponũt. Scotus vero Richard.& Palud.probant, quia ad videndum duo simul,requiritur maior virtus,& capacitas,& ad videndum tria, maior, & sic deinceps:ergo ad videndum simul infinita requiritur capacitas, & virtus infinita: Hęc autem in nulla creatura est, etiam in anima Christi cum lumine gloriæ, & omnibus alijs viribus naturalibus,& supernaturalibus ergo nulla creatura potest videre simul in Deo, vel extra Deũ creaturas infinitas.Cui tamẽ ratione posset responderi cũ D.Thom. de veritate q.20.art.4.ad.1 creaturam intellectualem esse infinitam secundum quid:& ideo posse cognoscere aliquo modo infinita,scilicet infinita indiuidua possibilia in aliqua specie,& infinitas cogitationes futuras, & infinitas species numerorum,& figurarum, quę possunt fieri sola diuisione continui, non tamen omnes species possibiles.Sed propter dictam rationem posset probabiliter teneri,animam Christi nõ posse infinita aliqua simul cognoscere. Quæ doctrina maxime locum habet in opinione multorum asseremtium,esse certum numerum intellectionum, vel aliorum actuum, vel graduum,vltra quem nec de potentia absoluta potest simul se extendere potentia activa,vel receptiua. Quæ opinio valde probabilis est, eamq. sectione sequenti examinabimus.

117. 3.ratio Scoti.Nicolai Nijsse,& aliorum est,
3 prob. quia si anima Christi videt infinita numero, vel specie distincta in Deo,infinite magis penetrabit Deũ,quam reliqui omnes beati, qui tamen vident finita in Deo, & sic erit infinite beatior. Quod est absurdum, maxime cum non excedat infinite in charitate,vel qualitate gratiæ,cui gloria ipsa proportionatur, & commensuratur. Ad hoc posset dici, nullam speciem cum omnibus indiuiduis sub ea contentis videri ab anima Christi quæ non videãtur ab omnibus alijs beatis, quoad suam essentiam,& substantiam:nam indiuidua specierum possibilium de potentia absoluta, quas non cognoscunt omnes beati,non videt anima Christi ,licet videat ipsas species: species autem omnes figurarum, & numerorum ac proportionum,quæ sunt infinitę, non solum ab anima Christi, sed etiã à beatis omnibus videntur,vt docet Molina.1.p.q.12. artic. 8. disp.5.num.8.& Ferrar.3.contragent.cap.60 cum D.Thom.ibi:de indiuiduis autem specierum productarum,quæ possunt esse in hoc ordine vniuersi,licet non erunt, quamuis aliqui sentiãt,cognosci,vt possibilia,ab anima Christi,& non ab aliis beatis:tamen oppositum,docet Molina.1.p.q.12.a.8.disp.5. membr. 8. quia lumen gloriæ, quod satis est ad videndũ in verbo vnum indiuiduum,satis est ad videndum omnia possibilia in eadem specie.Quod autem secundum D.Thom.peculiare est animę Christi est videre secundum suas existentias omnia præsentia,preterita,& futura etiã contingentia,&cogitationes cordium,& hoc non arguit in ea maiorem beatitudinẽ : quia cognitio creaturarum secundum existentiã potest esse maior sine maiori penetratione essentię,vt docet Molina eadem disp.memb. 6.& nos infra sectione.9,in fine.&sectione,10 Imo cognitio indiuiduorum infinitorum secundum esse possibile non arguit maiorem beatitudinem essentialem,quia eodem lumine,quo Deus cognoscitur,vt potens producere vnum indiuidunm alicuius speciei ,cognoscitur vt potens producere iufinita , siquidem non maior, nec alia virtus requiritur ad producendum illa,vt docet Molina supra mẽbr.7.sed hæc solutio difficultatem habet.Quãuis enim cognitio rerum secundum existentiam non arguat maiorem beatitudinem,quia non arguit maiorem penetrationem diuinę essentiæ,secus tamen cognitio earum secundũ suas indiuiduales differentias,quia ad hoc oportet cognoscere in Deo plures relationes transcendentales intrinsecas: & ideo inquit Henriquez de fine hominis c.10.§.3. illũ,qui cognoscit plura indiuidua in Deo, non esse magis beatum beatitudine essentiali, non placet:neq.quod ait Molina ad videndum plura indiuidua non requiri maius lumen. Nam ad maiorem beatitudinem,& penetrationem diuinę essentiæ requiritur maius lumen,sed cognitio plurium indiuiduorum,vt dixi,pętit maiorem beatitudinem ,& penetrationem diuine essentiæ:ergo & maius lumen. Item extensio ad plura indiuidua est supernaturalis, ergo à principio supernaturali confortante potentiam,sed non ab eodem gradu luminis,á quo est cognitio speciei tantum,vel speciei in in vnico indiuiduo , cum sine vllo miraculo per lumen possit homo videre in Deo speciem solam,vel cum vnico indiuiduo, non videndo reliqua:non possit autem sine miracũlo lumen non manifestare quęcumq,per ipsũ manifestari possunt : ergo opus est ad cognoscenda reliqua indiuidua nouo gradu luminis & alioqui vt cõcedũt aduersarij,ex speciebus naturalibus tot indiuidua,vt possibilia cognosceret quilibet beatus, quot anima Christi.Quod(quidquid ipsi dicãt) est contra D.Thom.& omnes eius Interpretes. Vnde hoc supposito Ferrar.3. contragent.cap. 60. alitet, & forte melius Respondet non esse inconueniens animam Christi esse infinite beatiorem alijs,non simpliciter, sed secundum

quid:

quid:& idem dicendum est deexcessē in lumine,& totus iste excessus potest correspondere vnico vel paucis gradibus gratię,& charitatis,sicut excessus in visione alicuius speculi.Nā vt ait Hēric.supra,plus est cognoscere in Deo vnam speciem Angelicam,quam infinitos homines.

118. 4. prob. authoris. 4. est & aliud argumentum ad hominem, nam Sotus 4.d.49.q.3.art.3 concluſ.4. reijcit Ocham,& alios asserentes,nullam creaturā videri eadem visione, quam videtur verbum, & ait, quando aliud non esset argumentum, hoc certe satis esset,quod Christus in quantū homo,& quatenus redemptor,ac proinde iudex viuorum,& mortuorum,cognouit omnia opera nostra,etiam cordium cogitationes,vt pote de quibus debet iudicare, quin vero & creaturas omnes, quibus bene aut male vtimur: cognoscere autem tam multa in proprio genere per species diuersas ,atque adeo simul ad omnia aduertere,cum anima eius sit finita,quę habere nequit species infinitas, nō est creditu possibile:cognoscit ergo illa per beatam visionem in verbo.Atq. hac ratione D.Thom.1.p.q.12.art.9.probat, quod videntes Deum non vident per aliquas creatas similitudines,sed per ipsam essentiam intellectui pręsentem, quæ est omnia eminenter. Hæc Sotus.Ex quibus constat incredibile, & impossibile existimasse videri infinita in proprio genere.Eadem autem ratio est de visione in verbo.Ergo.Minor probatur, quia nihil referre videtur saltem in ordine ad potentiā Dei absolutam,quod vnica, vel pluribus speciebus videantur:ergo si vnica specie, scilicet essentia diuina vnita in ratione speciei anima Christi videt infinita, etiam pluribus speciebus posset videre infinita.

Occurrit obiectioni Sotus dicens,ad vidēdum infinita in proprio genere requiri infinitas species,& actus,repugnat autem multitudo infinita. Sed non satisfacit, quia infinita numero diuersa eadem specie, ac proinde eodem actu cognosci possent, vt multi ponunt,in Angelis esse vnam speciem infinitorum indiuiduorum, imo infinitorum numerorum,& figurarum spececie diuersarū vnoq.actu adæquato tali speciei infinita distincte,imo cōprehensiue cognoscere:Deusq. virtute sua supplere posset oēs species : ergo etiā extra verbum possent infinita simul cognosci.Quod negat Sotus.

119. 5. prob. authoris. 5.argumentum sumitur ex D Thom. 3.p. q.11.a.5.ad.2.vbi ait,obiecta omnia scientiæ infusæ non posse cognosci simul neq. successiue vnico, nec pluribus actibus, eo quod sunt infinita:ergo eadem ratione per scientiā beatam non poterunt actu cognosci infinita simul nec successiue.Nec valet quod ait Caiet. ibi D.Thom. non negasse,quod per scientiā infusam vno actu possent cognosci infinita, sed soum asseruisse (quod sufficiat ad solutionem argumenti)etiam si nec vnico actu, nec pluribus cognosceret infinita, non esse frustra habitum scientiæ infusę.Nam reuera D.Tho. absolute concedit,quod in argumento proponebatur,non posse vnico, vel pluribus actibus infinta cognosci: & si falsum hoc putasset,negasset antecedens,& non esset alia solutione contentus,ne illud admittere vitus fuisset. Ex his ergo probabile fit infinita nō posse simul distincte in Deo cognosci.

120 Sed hunc iam emergit alia difficultas, an saltem habitu cognoscant beati, vel saltem anima Christi ;aut cognoscere possint infinita distincte & in verbo?Bonauent.3.d.14. art. 2.q.1.2.&.3.Marsil.3.q.10.art,2.p.3.Scot. 3. d.14 q.2.§.sed ista via.Palacios ead.d.q.1.Henri.quodlib.7.q.5.Palud.4.d.49.q.2. num. 15. & Nicol. Nijsse in resolut.Theologicis tract. 4.p.1.portione 1.q.1.tenent animam Christi cognoscere habitu infinita,licet non actu. Idē etiam Guillierm.Varro apud Gabr.3.d.14. q. 1.& Molin.1.p.q.12.disp.5.& quidam intelligunt de omnibus possibilibus,vt Bonauent.& Marsil.Scot.& Nijsse membr:7.& Palac. qui sic interpretatur Magistrum eadem dist. dicentem animam Christi cognoscere in verbo omnia possibilia,nec esse contra D. Thom. cum enim negat videre in Deo omnia possibilia,intelligit;actu.Alij vero ex his tantum loquuntur de indiuiduis infinitis futuris per totam ęternitatem,vt de infinitis cogitatinoibus.Item de speciebus infinitis possibilibus in hoc ordine vniuersi,quales sunt species numerorum,& figurarum. Ita Henricus supra, qui addit illa indiuidua non cognosci in verbo, seu eadem notitia, qua cognoscitur verbū, sed per specialem reuelationem :quia in verbo non videntur,nisi quæ habent proprā ideam,qualem non habent indiuidua. Et simiiliter Palud. ait, quæ anima Christi cognoscit habitu,non cognoscere in verbo, & visione beatifica,quia est inuariabilis, sed per speciales reuelationes : reliqui vero de cognitione in verbo loquuntur.

Hæc autem opinio dupliciter intelligi potest,primo vt sit aliquis habitus in anima Christi,quo vtatur ad hoc,vel illud cognoscēdum pro sua voluntate sine vlla additione & augmento in suo habitu:quemadmodum Hēricus quodlib.5.q.14. ponit habitum scientialem in Angelis,quo cognoscunt omnia, & cognoscerent infinitas species substantiales creatas si essent possibiles.Istum modum dicendi impugnant merito Scotus supra §.aliter respondetur,& Almai.3.d.14.q.1.Gabr q.1.a. 1.q.2.Nijsse supra. Prima ratio qua vtuntur Scotus,

nullus est habitus in anima Christi quo sine vlla additione quidquid voluerit dist. cognoscat

Scotus, & Nijsse ac Bassolis est, quia omnis habitus potest habere actum sibi adæquatum: sed nemo potest infinita intelligere ergo neque potest dari habitus ad intelligenda infinita. Cęterum maior videtur falsa, & contra experientiam: habitus enim Physicæ, verbi gratia, non potest in nobis vnum actum adæquatum habere, vt nec intellectus ipse, quia non stat simul plurima intelligere bene tamē habitu & potentia. Vnde & D. Thom. 3. p. q. 11. art. 5. ad. 2. ponit scientiam infusam animæ Christi non posse habere actum sibi adæquatum, quia respicit infinita, non autem potest simul intelligere infinita. Ratio tamen Scoti, & sequacium optima est: non enim dicūt, omnem habitum habere posse vnum actum sibi adęquatum, sed vnum adæquatum, vel plures, quorum collectio sit adæquata habitui, quod tamen esse non potest, si habitus habeat infinita obiecta. Nec D. Thom. vult scientiam infusam animę Christi respicere proxime, & immediate sine vllo augmento infinita, sed remote, quia pro libito voluntatis Christi poterit augeri, & immediate disponere ad cognitionem cuiuscunq. ex infinitis rebus. 2. Probant Scotus & eius studiosi, quia habitus sine sui augmento sufficiens ad cognoscendum distincte infinita, necessario debet esse compositus ex infinitis gradibus: repugnat autem dari gradus infinitos. Quo argumento reiecisse se ait Scot. d. 3. illam opinionem Henrici de habitu scientiali sufficienti ad cognoscenda infinita. Et quod ille habitus debeat habere infinitos gradus, probatur quia habitus quoad plura se extēdit, plures habet gradus, vt patet in nobis: ergo qui se extenderet ad infinita, haberet gradus infinitos interse distinctos. Et confirmatur, nam secundum Henric. illo quodlib. 5. q. 14. non potest dari vna species, quæ sine additione sufficiat ad cognoscendum infinita: ergo nec vnus habitus. Par enim ratio esse videtur. Item si potest dari habitus indiuisibilis, qui sine additione se extendat ad infinita obiecta, cur non poterit dari vna visio, quę infinita obiecta complectatur? Præterea saltem ille habitus æquiualebit infinitis: ergo creatura non est eius capax, vt non est capax infinitorum habituum, vel actuum, eo quod ipsa est limitata, & finita.

3. probatur quia vel habitus ille inhærens, quo anima Christi potest cognoscere infinita diuisiue, est ipsum lumen gloriæ, vel habitus distinctus à lumine glorię: non primum, quia lumen gloriæ habet vel habere potest actum adęquatum, vel saltem simul, aut successiue potest habere actus quorum aggregatum sit sibi adæquatum & oppositū esset in eo maxima imperfectio, siquidem necessario carebit infinito exercitio. Præterea etiam lumen glorię est ęquale charitati, & qualitati gratiæ, quæ in Christo esset finita, & finite excedens charitatem, & gratiam cuiuscunque alterius beati: ergo illud non erit sufficiens ad infinita obiecta diuisiue cognoscenda. Deinde vel illud lumen esset eiusdem rationis cū eo quod est in alijs beatis, vel alterius. Si primum: ergo non erit indiuisibile, sed latitudinem extensiuā habebit & iuxta multitudinē obiectorū, quæ sunt infinita, habebit lumen gradus infinitos: si vero est alterius rationis: ergo & gratia, charitas, & visio, quæ illi correspondent, & commensurantur. Hoc autem absurdum est. Insuper lumen gloriæ non causat visionem creaturę nisi in verbo: talis autē visio variari non potest: ergo quidquid anima Christi cognoscit habitu, cognosceret actu. Minor probatur 1. quia si visio posset variari in parte, cur non in totum, non ergo erit incorruptibilis, cuius oppositum infra ostendetur. Præterea si visio variatur quoad obiectum secundarium secundum sustantiam suam consideratum: ergo & quoad obiectum primariū, scilicet Deum, quod est absurdum: sic enim anima Christi non semper erit æque beata essentialiter. Postremo reliqui beati semper & necessario habent actum adæquatum lumini gloriæ, saltem quod substantiam rerum, quę in Deo vident, quidquid sit quoad existentiam: ergo similiter anima Christi Confirmatur: sic enim dici posset, alios beatos quædam actu, quædam habitu tantum videre in Deo, quod tamen nullus dicit. Ratio autē est quia sicut lumen glorię determinat intellectū ad exercitium: ita ad adæquatum exercitium: neutrum autem habent alij habitus, sed illis vtimur, vti volumus, & quando volumus. Secundum autem, scilicet talem habitum esse omnino distinctum á lumine gloriæ, reijcitur, quia cum talis habitus sit supernaturalis & excellentissimus, non debet tribui ei hæc imperfectio vt non possit vno vel pluribus actibus simul, vel successiue reduci complete & plene ad exercitium, scilicet quoad omnia obiecta, quæ proxime respicit & sine vlla additione potest attingere. Et præterea talis habitus tantę amplitudinis repugnare videtur, sicut & ipse actus.

2. modo potest intelligi illa opinio, vt anima Christi dicatur cognoscere omina habitu, quia facile potest cognoscere quodcunq. illorum non propter aliquem habitum inhærentem, qui saltem proxime, & immediate præstet promptitudinem ad actum: sed quia Deus cōcurrit cū intellectu Cristi ad hanc vel illam rem intelligendam statim atq. id vult anima Christi, vt si velit intelligere, quæ sit prima, vel secūda cogitatio Petri post 121.

diem

Anima Christi potest quidquid voluerit saltem eorum quæ facta vel futura sunt distincte cognoscere sed extra verbum.

diem iudicij, statim Deus conferat lumen sufficiens, & determinans ad eius cognitionem. Hoc saltem modo credo animam Chtisti cognoscere omnia quæ sunt futura per totã æternitatem,& omnia, quæ sunt in potentia causarum naturalium,& forte etiam in potẽtia Dei,non tamen in verbo:alioqui visiõ Dei esset variabilis,etiam quoad obiectum primarium & anima Christi esset vno tempore beatior,quam alio,vt paulo ante argumentabamur, si hæc cognoscerentur habitu luminis gloriæ,& non actu simul ab instanti conceptionis.

223. Scotus autem,& sequaces in nonnullis deficiunt.Primo quia ponunt quod anima Christi cum voluerit cognoset in verbo hãc, vel illam creaturam,quod est visionem Dei facere variabilem etiam quoad obiectum primarium vt ostedemus:inquo cum Scoto Bonauent.& Marsil.alijsq.cõueniunt, sed reiicitur, quia absurdum est beatitudinem essentialem augeri,& minui,& videtur contra Augu. 15.Trinit.cap.18.dicentem,fortasse non erũt voluibiles cogitationes nostrę &c.vbi non solũ intendit auferre discursũ,sed vicissitudinẽ, nec vicissitudinem tantum circa essentialia beatitudinis (quę explicationes sunt Bonauẽc)sed omnẽ vicissitudinem. Nec valet dicere,loqui cum formidine.Nam.12.confessiõni.ca.14.sine formidine,ait,omnia ab Angelis simul videri in verbo.Et Cõfir. qnia visiõ beatifica tota est naturalis,seu necessaria, & non libera,nec ex natura rei,est maior ratio, cur sit libera quoad unam partem , quam quoad aliam ; miraculum vero sine fundamẽto fingetur.

2. deficiunt Scotus & sequaces secundum quendam recentiorem quia dicunt ,quemlibet beatum habituaIiter cognoscere omnia possibilia , licet Scotus dicat ex possibilibus non posse quemlibet beatum ordinate,& licite id velle,vt potest anima Christi.Sed certe Scotus potius sentit reliquos beatos non cognoscere habitu omnia possibilia : quia Deus non est paratus ea illis manifestare : & ideo ipsi non possunt de omnibus ordinate id velle,secus anima Christi, quę ex cognitione cõfusa potest moueri ad appetendum cognitio nẽdistinctam,verbi gratia,creaturę primæ in dignitate post supremum Angelum iam creatum,vel secundæ,aut tertiæ &c. Deficiunt tamen Scotus & sequaces 3. quia ponunt sine lumine fieri visionem, & sine augmento luminis augmentum visionis , quod etiam est falsum. Speciatim tamen Bonauent: & Marsil deficiunt,quia ponunt habitum distinctum à visione quo habitu immediate attingnatur hęc,aut illa producta,producenda, vel producibilia, prout voluerit anima Christi. Licet Molina.1.p.q.12.a.8.disp.5.membr.7. dicat non ponere habitumdistinctum âvisione.Verumtamen videtur Marsilius ponere habitũ distinctum à lumine gloriæ, Et Bonauent.videtur ponere solum habitum luminis gloriæ.

Ad.1.ergo argum.primæ opinionis R.Sanctos illos interpretandos de cognione habituali omnium saltem futurorum,& possibilium iuxta hunc ordinem vniuersi:vel de cognitione actuali omnium quæ fient vsq.ad diem iudicij,quia horum omnium cognitio pertinet ad statum Christi, qui est iudex vniuersorum.

Ad.2.R. Gregorium,& alios loqui de pertinentibus ad naturã cuiusq.

Ad.3.R.ad statum Christi non pertiinere id quod est impossibile,scilicet omnia vel infinita scire actu,sed tantum habitu,& cognoscere actu & distincte in verbo omnia,que futura sunt vsq.ad diem iudicij, & in ipsoiudicio:actus vero alios,qui non sunt prępmia ,nisi in radice,vel accidẽtalia:satis est cognoscere in verbo quãtũ ad suas species,& modos peculiares, quibus,multis ab alijs discernuntur. Itaq.non opus est eorum omnium differentias indiuidnales actu cngnoscere in verbo, aut extra,sed hanc, vel illam extra verbnm, cum placuerit.Nec mirum si tantam cognitionem demus animę.Christi, siquidem quilibet beatus cognoscit in Deo omnes rerum productarum species, & plurima indiuidua, & omnes in die iudicij cognituri sunt omniũ conscientas Daniel.7.libri aperti sunt &c. Et propter hanc lucem maximã in anima Christi,cum dixissent illi discipuli.Ioan.11. Nunc volebant te Iudęi lapidare:& iterum vadis illuc?Respondit Christus , si quis ambulauerit in die,non offendit,quia lucem huius mundi videt &c.& Ioan.2.ipse aũtem Iesus non credebat semetipsum eis,eo quod nosset omnes & quia opus ei non erat,vt quis testimonium perhiberet de homine,ipse enimsciebat,quid esset in homine.Infinita autem cognitio non potest tribui animæ Christi, quia repugnat: vnde quod dicitur Ioan.I.plenum gratiæ, & veritatis,intelligitur de plenitudine secundũ legem ordinariam:sciuit enim actu quidquid est,fuit & erit vsque ad ad diẽ iudicij,reliqua uero habitu.Vnde non tam late patet cognitio distincta actualis, sicut dominium ncc opus est tam late patere , vt nos multorũ perfectum dominiũ habemus,quæ non actu cõsideramus.Et Prætera Christus non est dominus rei, nisi quando est, & tunc forte eam considerat,sed non semper & in verbo.

Ad.4.R.loquendo strictissime de comprehensione,à nulla creatura posse ignem comprehendi,late autem comprehenditur ab Angelis.& beatis, quatenus omnes cognoscũt

eius

eius essentiam cum omnibus proprietatibus specificis non respicientibus formaliter & intrinsece alias creaturas secundum proprias rationes specificas, sed secundum aliquam rationem genericã.

Ad.5.

Ad.5. Respondetur Christum vt hominem proprie nihil ignorare, quia ignorare proprie denotat priuationem debitæ & habitualis cognitionis, discere autẽ à nullo potest, quia discere est industria alterius intelligere aliquid, quod habitu non tenebatur, neque sine alterius industria, & doctrina ita facile posset intelligi. Neque est inconueniens aliquid esse, quod anima Christi nec videt nec videre vnquam poterit in verbo secundum legem ordinariam.

Ad.6.

Ad.6. Respondetur nullum modum fingi posse quo Christi anima videat actu infinita, qui non repugnet, vt ostensum est.

Ad conf.

Ad confirmationnm Respondetur vel Angelos species singularium sumere à rebus, vt tenent Scotus, & alij: vel illa cognoscere sine speciebus, vt alij sentiunt: vel nũquam ea cognoscere nisi per species vniuersales, vt cognoscuntur à nostro intellectu: vel cum fit nouum indiuiduum, infundit Deus Angelis modum quemdam, quo species naturæ vniuersalis modificatur, & extenditur ad hoc indiuiduum in particulari, qui modus quasi naturali emanatione resultat ex natura Angelica supposito ortu illius indiuidui in mundo, sicut species naturæ vniuersalis resultat ex natura Angeli nulla suppositione facta.

Tho. Ad 10. 1.5.

Ad loca D. Thom. initio huius sectionis allata pro prima opinione Respondetur, esse quidem difficilia, sed alia esse in contrarium vt superius notauimus, potissimus locus est. 3 par. q. 11. a. 5. ad. 2. vbi ait omnia obiecta scientiæ infusæ non posse ab anima Christi cognosci vnico vel pluribus actibus, quoniam sunt infinita. Eadem autem ratio est de cognitis scientia beata: ergo. Deinde quamuis D. Thom. sæpe docuerit animam Christi cognoscere omnia existentia secundum quamcumq. differentiam temporis, & omnia quæ sunt in potentia creaturæ, ac proinde infinita: nunquã tamen docuit cognoscere, infinita omnino distincte, & secundum omnes rationes, & differentias indiuiduales, sicut Deus. Quinimo aperte docuit oppositum. 3. p. q. 10. art. 2. ad. 3. dicens: Quamuis scientia animæ Christi, quam habet in verbo pariticetur scientiæ visionis, quam Deus habet in seipso, quantũ ad numerum scibilium: scientia tamen Dei excedit in infinitum quantum ad claritatem, quia lumen increatum diuini intellectus in infinitum excedit quodcumq. lumen receptum in anima Christi. Idem docet 3. d. 14. q. 1. a. 2. quæstunc. vel. 2. ad. 2. & q. 4. ad. 3. & de verita te q. 2. art. 4. ad. 2. 4. 9. 10. &. 14. Non video autem quomodo si anima Christi cognoscit infinita secundum omnes rationes etiam indiuiduales lympidior & clarior sit cognitio eorumdem in Deo. Videtur ergo in via D. Thom. esse dicendum, quod anima Christi cognoscit infinitas cogitationes futuras per totam æternitatem eo modo, quo á creatura cognosci possunt, distinctissime quidem secundum rationem specificam, & quantum ad singularitatem vagam, imo & quantum ad determinatam ex parte subiecti. Quia scit quis habiturus finitas, & quis infinitas cogitationes cuiuscumq. speciei, quis rarius, quis frequẽtius, & omnes futuras numero finito cognoscit quantum ad differentias indiuiduales intrinsecas, & ex finitis cognoscit eodem modo certum aliquem & magnum earum numerum à Deo designatum: quia hoc totum non excedit capacitatem creaturę: secus cognoscere infinita distinctissime attingendo in particulari omnes differentias indiuiduales ipsorum. Si cui vero prima opinio verior videatur, vel simpliciter, vel in via D. Thomæ, quærat solutiones argumentorum. 2. in Suarez, & alijs authoribus primæ opinionis. Quam nos præsertim ob authoritatem D. Thomę. qui illi magis fauet, probabilem censemus: nos vero solum contendimus secundam quoq. esse valde probabilem. Quisq. quam maluerit amplectatur.

Sectio 8. Vtrum beatus possit in verbo vel extra, plura, & plura in infinitum cognoscere.

EADEM quæstio est, an possit melius, & melius in infinitum videre, aut diligere Deum: & denique. An gratia & charitas, & alię huiusmodi formę possint in infitum magis, & magis augeri in beato, vel in aliquo alio. 126.

Prima opinio est dari terminum vltra quẽ non poterit creatura peruenire etiam de potentia absoluta. Ita tenet Scot. 3. d. 12. q. 1. 2. 3. & 4. Durand. q. 1. & 1. d 17. q. 9 Carthus. q. 8. & 3. d. 13. q 2. tribuens Henrico quodlib. 1. q. 22 AEgidio 1. d. 17. p. 2. q. 4. Pal. 3. d. 13. q. 1. art 2. imo ait Carthus. se pro sententia D. Thom. dicentis charitatem posse in anima magis & magis augeri in infinitum, nullum authorem inuenire. Hanc etiam sententiam tenet Albert. 3. d. 13. art. 7. Richard. art. 1. q. 2. Bassol. q. 1. Bonauẽt. p. 2. arti. 1. q. 2. & 1. d. 17. part. 2. artic. 1. quæst. 4. Richard. art. 2. q 4. Grego. q .6. conclus. 3. Gabr. quæ. 8, conclus. 4. &. 3. d. 13. quæst. vnica art. 1. ad finem. Licet priori 1. opinio

loco

loco oppositū dicat esse æque probabile, idq. defendat eadem.q.art.2.dub.3. posteriori autem loco art.2.in principio dicat oppositum esse probabilius. Sed statum augmenti claritatis in anima docet Lyra in id Ioan. 3. non dat Deus spiritum ad mensuram. Et Driedo de captiu.tract.2.c.2.p.3.art.3.sētia.8.imo & Caiet.3.p.q.7.a.9.10.11.&.12.&.q.10.art. 4.&.2.2.q.24.art. 7. Cui sentētiæ fauēt multa.

1. argum. Primo quia capacitas cuiuslibet creaturæ est finita: ergo non potest simul ad plures, & plures formas, aut gradus eiusdem formæ se extendere. 2. quia secundum D. T. & plures alios, intensio non fit per additionem partis formæ ad partem formæ sed per maiorem radicationem formę in eodem subiecto. Quæ radicatio consistit in conferendo maiorem, & maiorem effectum formalem ipsi subiecto: forma autem in se non aucta non potest conferre maiorem & maiorem effectum formalem in infinitum: ergo charitas non potest in infinitum magis, ac magis intendi. 3. alioqui hæc qualitas in anima Christi non fuisset summa, & maxima, quę secundum potentiam absolutam conferri potest. Quod videtur contra D. Tho. 3.p.q.7.a. 9 & 10.&.12. Et confir. nam ibidem a.11. ait capacitatem animæ Christi esse finitam, quia est creatura, & ideo gratiam non posse esse infinitam. Quæ ratio etiam videtur probare nō posse recipere plures, & plures gradus in infinitum, sicut ex eo quod vittus portandi est finita, colligitur non posse portare maius & maius pōdus in infinitum. Vnde Magist. 3.d. 13.c.2. ait Christum tantam à conceptione recepisse sapientiæ, & gratiæ plenitudin, vt Deus plenius illi conferre non potuerit. Et ita intelligit id Ioan. 3. non est datus spiritus ad mensuram. Et D. Thom. 3.p.q.7.a.9.ad 3. ait Deum dedisse gratiam animæ Christi iuxta suam capacitatem, & ideo finitam. Et a.12.ad 1. quod in gratia, sicut & in alijs formis consideratur terminus, vltra quē non progrediuntur. Et. 3.dis.13.quæ.1.art.2. ad 2. ait dici posse, Deum non potuisse efficere maiorem gratiam, quam sit in anima Christi, vel potuisse illam efficere, non tamen in creatura, sed extra subiectum. Et.d.14.q.1. art.2. q.2. ait animā Christi peruenisse ad terminū cognitionis possibilē. Et quæstiū 3. ad.2. peruenisse ad vltimū gradū creaturę possibilē, nec vllā creaturā esse posse, quæ lympidius Deū cognoscat. Et Aug. in Enchirid. c.12. ait charitatem posse ad tantā magnitudinē peruenire, vt maior esse non possit. Si autem hæc sententia uera est, similiter verū erit, neq. animā Christi aut alterius, nec aliam creaturā posse simul habere plures, & plures notitias, vel plures, & plures gradus eiusdem notitię in infinitum, ac proinde non posse visione Dei plures & plures creaturas in infinitū videri, sed dandum esse terminum: vltra quem nec de potentia absoluta progredi potest etiam mere passiue se habendo. Imo iuxta hanc sentē tiam neq. extra subiectum posset visio Dei in infinitum augeri, & extēdi ad alias, & alias creaturas, vel ad alias, & alias habitudines Dei ad creaturas sine vllo termino: quia sicut anima eo quod est capacitatis finitæ non potest iuxta prædictam sententiam sine vllo termino recipere plures, & pluers formas vel gradus eiusdem formæ: ita nec visio, cum etiā sit capacitatis finitę poterit recipere sine vllo termino plures, & plures gradus extensiuos erga alias, & alias creaturas vel erga alias & alias rationes Dei, aut alicuius creaturæ. Charitas autem si intenditur per addditionē partis ad partem, poterit in infinitum augeri extra subiectum vt docet Gregorius. 1.d.17 q.6.con.3. Gabr.q.8.a.1.concl.3.&.4.&.3.di. 13. quęst. vnica art. 1. notab. 3. in fine. Sicut enim (quidquid Lichetus.3 d.13.q.4. Ouā dus. ibi proposit. 2. cum Scoto sentiant) non repugnat quātitati existenti in subiecto, vel separatæ à subiecto addi aliam, vel aliam æqualem in infinitum, quia semper additur noua, & noua capacitas eo quod noua pars nouam vnibilitatem affert, vel quia quantitas sequens non recipitur in priori, sed ei coniungitur per indiuisibile continuatiuum: ita & eadem ratione non repugnat charitati separatæ à subiecto aliam, & aliam adiungi quadam veluti continuatione, & sic charitatē in infinitum fieri intensiorē & intensiorem: imo Gre. 1.d.44.q.4. tenet extra subiectū dari posse charitatem infinitā. Argum. autē, quæ probare videntur non posse dari infinitum in actu secundum magnitudinem, multitudinē, vel intensionem, conatur soluere Gbr. 3.d. 31. q. vnica. a.1. notab 3. Adamus, Ocham Palac. & alij infra, itterquos sunt Gregorius Bachonius, & Maior dicentes Deum posse facere infinitam charitatem in subiecto determinato. Si autem charitas & aliæ formę (vt sentio esse verum salrem in doctrina D. Thmo.) intenduntur per solam radicationem in subiecto, nullo modo extra subiectum intēdi poterūt, neq. antiquam intensionem retinere.

Conf.

127. Conclus. Probabilius tamen videtur, quamlibet intellectualem naturam esse capacem maioris, & maioris gratiæ ac charitatis, & visionis beatificæ in infinitum. Hæc enim videtur esse expressa sententia D. Thom. 2. 2. quæsti. 24. articu. 7. & de veritat. quęst. 29. art. 3. ad 3. & 3. part. quæs. 7. art. 12. in corpore, & ad. 2. & quęst. 10. art. 4. ad. 3. Marsil. 3. q. 10. ari. 1. part. 3. concl. 1. Ocham. 1.d. 17. quæst. 8. concl. 1. & 3. quæ. 7. Aimai. 3.d. 13. quæst. 1.

cum

cum Aliacen. Capreol. d.13. q. vnica art. 3. ad 3. Aureoli contra 2. concl & 1. d. 17. q. 2. art. 2. concluſ. 1. Franciſ de Chriſto. 3. d. 13. q. 7. maxime ad 8. & d. 26. q. 7. Palacios 1. d. 17. q. 7. Bachonius d. 46. q. 1. Suarez 3. p. to. 1 diſp. 22. ſectio. 2. Soto 1. Phyſic. q. 4. Vincent. de gratia Chriſti. q. 3. Gabr. loco cita. Adam 2. d. 1. q. 1. Henric. quodlib. 7. q. 17. Viguer. cap. 12. §. 1. in principio. & cap. 20. §. 3. verſic. 2. Antonin. 4 p. tract. 6, cap. 2. §. 1. Raynerius in ſumma verbo Charitas. c. 18. Maior. 3. d. 13. q. 1. Ciſter. 3. q. 3. art. 3. Victoria Medin. Bañes. Aragon, Tapia, alijque recentiores in loca D. Th. relata.

Probatio prima. Et probari poteſt, quia quod non inuoluit repugnantiã, non eſt negandum diuinæ potẽtiæ, Hoc autem eſt huiuſmodi: ergo Maior probatur Primo, quia Deus poteſt in eadem materia ponere plures & plures formas ſubſtantiales, & accidẽtales prioribus non deſtructis abſque vllo termino, & in eadem potẽtia plures, & plures actus numero & ſpecie diuerſos. Quòd ſi hæc neges. ſaltem non negabis Deũ poſſe velocius, & velocius in infinitum mouere quodcumque corpus, vel certe quemcumque ſpiritum. Nam ſatis probabiliter quidem concedunt Angelum ſic poſſe mouere ſe, & alios ſpiritus, vel etiam corpora ſibi ſubiecta; & aliqui admittunt poſſe corpora glorioſa mouere ſe maiori velocitate in infinitum. Itẽ non videtur negandum, poſſe Deum rarefacere magis, & magis in infinitum quodcumq; corpus: ergo etiam anima poteſt recipere maiorem & maiorem gratiam, & charitatem, ac gloriam in infinitum. Confirmatur. Nam Angelus poteſt ſe mouere ſubito & in inſtanti: ergo in quolibet quamtumcumque breui tempore, & ſaltem à pluribus, & pluribus Angelis in infinitum, moueri poſſet velocius, & velocius in infinitum. Et idem eſt de corpore. Et ſimiliter ſi corpus aliquod in infinitũ fiat maius & maius mouebitur ad ſuum locum naturalem velocius, & velocius in infinitum, calefacietque velocius, & velocius, & ad maiorem & maiorẽ diſtantiam in infinitum: ergo etiam anima erit capax maioris & maioris gratiæ, & viſionis in infinitum.

2 2. Arguitur quia eadem materia poteſt recipere nobiliorem, & nobiliorem formã in infinitum: ergo & intenſionem.

3 3. In qualibet quantitate extenuando, & poſtea contorquendo illam, poſſunt recipi maiores, & maiores circuli in infinitum: ergo & intenſiores qualitates in infinitum.

4 4. de potentia abſoluta eadem forma ſubſtantialis, vel accidentalis poteſt efficere plura, & plura, vel vnum maius, & maius ſubiectum informare: ergo idem ſubiectum poterit intenſiori, & intenſiori qualitate informari ſeu ab eadem qualitate magis, ac magis informari.

5 5. Potentia actiua poteſt eſſe ad plura, & plura in infinitum: idem enim ignis poteſt ſimul plura, & plura ſibi appoſita calefacere ſiin illis nõ ſit reſiſtẽtia: & eadẽ aqua poſſet (ſi phyſice iuſtificare, poteſt) pluribus, & pluribus hominibus penetratiue ſe habẽtibus applicari, & illis gratiã conferre, & plures ac plures qualitates in illis cauſare, ſi ad hoc eleuetur: ergo ſimiliter potentia paſsiua poteſt plura, & plura ſimul recipere abſque vllo termino.

6 6. Ad hæc omnia non requiritur infinita capacitas ſimpliciter, ſed ſecundum quid; hæc autem non repugnat creaturæ: ergo. Minor patet, quia infinita capacitas ſecundum quid requiritur ad recipiendas plures, & plures formas, vel plures & plures gradus euiſdem formæ prioribus ſublatis: hæc autem in qualibet creatura reperitur.

128 Ad primum argumẽtum in oppoſitũ Reſpondet D. Tho. 2. 2. q. 24. art. 7. ad 2. capacitatem creaturæ rationalis ad charitatem aucta charitate augeri, quia per charitatem cor dilatatur iuxta id. 2. Corint. 6. Cor noſtrum dilatatum eſt. Et ideo adhuc poteſt fieri maius augmentum. Hanc ſolutionẽ reijcit Scotus, quia capacitas ad charitatem eſt innata & naturalis iuxta id Auguſt. lib. de prædeſt. Sanctorum c. 5 poſſe habere fidem naturæ eſt hominum: ergo non creſcit per charitatem, quæ naturalia non auget. Dici tamẽ poteſt capacitatẽ proximã moraliter augeri, quia quo quis maiorem habet charitatem, magis diligere poteſt, & ideo maiorem charitatem mereri, præcipue ſi Deus maiora auxilia conferat, vt conferre ſolet habenti maiorem gratiam, & charitatem. *Ad 1.*

Sed ſolutio hæc non ſatisfacit omnino, quia argumentum procedit de capacitate Phyſica, & ſaltem in viſione beatifica ſolutio locum non habet. Et ideo Reſpondetur 2. ad argumentum, capacitatem creatam eſſe finitam ſimpliciter, infinitam tamen ſecundum quid: & hoc ſufficere, vt anima poſſit recipere maiorem, & maiorem charitatem, & viſionem ſine vllo termino.

Ad 2. Reſpondetur, licet demus intẽſionẽ fieri ſola radicatione, charitatem poſſe intendi in infinitum; habet enim vim informandi infinitam ſecundum quid, quatenus poteſt maiorem, & maiorem effectum formalem ſine vllo termino conferre ſubiecto, dummodo magis ac magis ab agente in ſuo genere cauſæ concurrente iuuetur. *Ad 2.*

Ad 3, Reſpondetur, conſequens eſſe verum neque D Tho, docuiſſe charitatẽ animæ Chriſti eſſe maximam de potentia abſoluta, ſed de potentia ordinaria, & de lege expediente, quã exigit dignitas vnionis hypoſtaticæ. *Ad 3.*

Ad confirmationem, Reſpond. ea ratio *Ad confir.*

ne D. Th. recte probari charitatē animæ Christi esse finitam, non tamen augeri non posse in infinitum. Ad hoc enim non requiritur in anima Christi capacitas simpliciter infinita, sed secundum quid: ad portandum autem maius, & maius pondus in infinitū requiritur infinita virtus, quia debet superari maior, & maior resistentia non aucta virtute, & ad calefaciendum magis, ac magis in infinitum requiritur calor infinitus: quia à proportione minoris inæqualitatis non fit actio. Quod autem ait Magist. vel falsum est, vel intelligitur de potentia ordinaria, vel de gratia in esse gratiæ. Et si de sapientia loquatur quoad extensionem & numerum scibilium, fallitur; sed loquitur consequenter ad aliam opinionem, quā tenet, animam Christi scire quidquid Deus scit. Quomodo autem animæ Christi nō sit datus spiritus ad mensuram, dictum est sectione præcedenti ad primum.

Quod refertur ex D. Thom. 3. p. q. 7. arti. 9. & 12. solum probat charitatem & alias formas semper esse finitæ intensionis, & extensionis. Quod refertur ex 3. d. 13. & 14. explicationē nō habet, ibi namque manifeste tenuit priorem opinionem, quam tamē retractauit locis pro 2. opinione citatis.

Si obijcias, quia D. Tho de verit q. 26. art. 3. ad 6. ait, Deum potuisse facere maiorem capacitatem ad charitatem, quam sit in anima: ergo etiam in quæstionibus de veritate sensit, nō esse capacē maioris charitatis in infinitū: quæ enim capacitas maior esse potest, si nulla creatura est capax chritatis infinitæ? Resp. capacitas proxima potest esse maior, quam in anima pro hoc statu, in quo est coniuncta corpori subiecto innumeris difficultatibus ad recipiendum augmentum charitatis, vt in Angelo, & in primis parentibus pro statu Iustitiæ originalis. Ex quibus patet, nullam creaturam esse magis, aut minus capacem alia, siue gratiæ, & charitatis, siue gloriæ, loquendo de capacitate Physica, & per se licet in vna natura seu statu sint plura aut pauciora auxilia & impedimenta ad hæc adipiscenda, quam in alia natura, vel statu. Si tamen teneremus in qualibet natura solum esse capacitatem ad certum gradum, possent esse, & re vera sunt diuersæ opiniones. Nam Gabr. 3. d. 13. q. 1. art. 2 & Palud. q. 1. in fine tenent omnem naturam intellectualem esse æque capacem gratiæ, & gloriæ. Idem tenet Vincentius supra tribuens Alberto, & Bassolis supra & Ouand. supra proposit. 2. id tribuens Scot. & est valde probabile. Sicut enim nos ponimus esse æqualis capacitatis, & actiuitatis in ordine ad visionem Dei, & similia, sed sine termino; ita illi possunt dicere, esse æqualis capacitatis assignando tamē terminū.

129

An tenēdo in creatura intellectualicapacitatem ad gratiā vel gloriam esse finitam dicendum sit, in vna esse maiorem capacitatē quā in alia.

Alij tenent enim Richar. supra Bonauent. & Alberto animam puri hominis esse minus capacem gratiæ, & glorię, & inter Angelos qui sunt inferioris speciei: sed animam Christi capaciorem esse Angelis propter vnionem ad Verbum. Sed merito id reijciunt Maior Vincent. Palud. & Suarez supra, quia vnio hypostatica non conducit Physice ad gratiam, & licet conduceret quasi dispositiue, posset Deus eam supplere, vt quamcumque aliam dispositionem. Et licet daremus animam ex vnione hypostatica esse capaciorem Angelo, tamen natura Angelica vnita Deo esset capacior humana vnita similiter Deo. Melius ergo dicitur naturam Angelicam esse capaciorem humana, etiam vnita verbo, & inter Angelicas quę fuerit excellentior, vt tenēt Liche. 3. d. 13. q. 4. & alij Scoti studiosi, vt ait Francis. de Christo supra. Inter indiuidua autem eiusdem speciei atomæ, quæ etiam in Angelis constitui possunt, credo æqualem esse capacitatem, quia existimo vnum non esse substantialiter perfectius alio. Si autē teneremus esse inæqualia substantialiter dicendum esset perfectius esse magis capax: aliqua tamen esse æqualiter capacia, si enim essent omnia inæqualia, cum sint infinita, veniendum esset ad aliquod, in quo esset maior capacitas, quam in quolibet Angelo designato speciei superioris.

130

Sed supersunt nonnullæ difficultates Prima, an hæc non solum de potentia absoluta, sed etiam connaturaliter, hoc est, secluso miraculo possent in infinitum augeri in anima, an vero augeri vltra certum terminum esset miraculum, & præter exigentiam naturalem huiusmodi qualitatum, aut ipsius animæ? Quidam tenent vltra certum terminum sine miraculo augeri non posse, & in anima Christi habuisse summum, & maximum gradum, qui sine miraculo est possibilis. Hæc opinio tribuitur Marsilio 3. q. 10. art. 1. p. 3. concluſ. 1. ad finem, vbi ait, in nulla creatura esse posse de potentia absoluta maiorem gratiam, & charitatem, quam sit in anima Christi, & in illa maiorem esse non potuisse de potentia ordinata. Addit autem neque de potentia absoluta potuisse in ea esse maiorem, nisi aucta capacitate, quod augmentum capacitatis credit, non implicare. Ego autem implicare credo: nihil enim naturale, vel supernarurale fingi potest, quo capacitas hæc in ordine ad potentiam Dei absolutam augeatur. Vide Palud. 3. d. 13. q. 1. in fine ait. In natura non assumpta non potuisse de potentia ordinata esse maiorem gratiam, quam in anima Christi, nec de potentia absoluta, si gratia non potest crescere in infinitum, quia capacitas ex vnione ad verbum non crescere, et, si crescere, infinite cres-

Opinio quorundam.

te creſceret, & ſic nulla natura non aſſumpta eſſet capax tantæ gratiæ. Fauet etiam huic opinioni, & ſententiæ Adamus 2. d.1. q. 5 art. 6.& 7. docens gratiam non poſſe magis ac magis creſcere ſine ſpeciali miraculo vniendo charitatem nouam præcedenti in eodem ſubiecto; ſecus vniendo illam eidem, non in eodem ſubiecto. De potentia autem abſoluta putat idem ſubiectum poſſe maiorem, & maiorem charitatem in infinitum recipere. Capreol. etiam 3. d 13.q.1.art.3.ait nõ fuiſſe poſſibile, aut ſaltem conueniẽs de potẽtia ordinata, vt fieret maior gratia, & charitas, quã quæ fuit in Chriſto. Item in nullo comprehenſore poſſe creſcere de potentia ordinata. Iuxta hãc ſentẽtiã poſſent explicari loca D. Th. ſuperius citata, in quibus docet gratiã & charitatẽ animę Chriſti fuiſſe maximã poſsibilẽ, præſertim. 3.p.q.7.art.9.10.& 12. ſicut calor ignis eſt sũmus; & maximus, nam calor ignis non eſt maximus ſimpliciter, ſed maximus ſine miraculo poſsibilis: ergo ita de illis qualitatibus ſupernaturalibus dicendũ eſt. Et ſic melius ſaluatur quod capacitas animæ ad eiuſmodi qualitates, & earum vis ad informandam animam ſit finita.

131 *Viſio Dei gratia charitas & ſimiles qualitates nullũ ex natura rei augmẽti terminũ habent.*

Sed probabilius eſt eiuſmodi qualitates nullũ ex natura ſua terminũ habere: ſed poſſe etiã ſine miraculo eſſe maiores, & maiores in infinitum. Videtur Henrici quodlib. 7. q. 17. vbi ſolum ponit limitẽ in charitate ex diuina diſpoſitione: & D. Tho. 2.2.q.24.art.7. dicentis charitatem ex natura ſua, neque ex parte agentis, vel ſubiecti terminum habere. Ex expreſſe id tenent Maior 3.d.13.q 1. Vincentius de gratia Chriſti q.3. Suarez 3 p.tom.1. diſp. 22.ſect.2.ſentent.4.

Probatur, quia iſtę qualitates nullum habẽt terminum connaturalem ex parte agentis ſubiecti, obiecti vel ſua: ergo nulla ex parte habent terminum. Primum patet, quia agens connaturale gratiæ, & charitatis eſt ſolus Deus, qui habet vim infinitam idẽque eſt de lumine gloriæ cuius menſuram connaturaliter ſequitur viſio beatifica: ergo neque iſta habet terminum connaturalem ex parte agentis Secundum probatur, quia ſubiectum ſolum eſt capax harum formarum per potentiam obedientialem: hæc autem nullum habet terminum, ſed poteſt vltra quemlibet gradum ſe extendere, imo omne ſubiectũ poteſt naturaliter formam intẽſibilẽ recipere in quolibet gradu, niſi ipsũ ſit corruptibile, & forma ſit corruptiua ipſius: vt docet Gab. 3.d.13. q.1.art.1.notab.3 ad 9 & Franc. de Chriſto q. 3.ad.8.& Maior ſup. Et ita Angelus & corpus poteſt in infinitum velocius moueri, quantum eſt ex parte ſua. Itaque ſi eſt aliqua naturalis impotentia ad hoc, nõ poruenit ex parte ſubiecti, ſed agentis. Eodemque modo poſſet volũtas habere naturaliter intenſiorem & intenſiorem volitionem in infinitum, ſi haberet principia ſufficiẽtia ad illã, & aer poſſet recipere ſpecies ſenſibiles in quocũque gradu, & lucẽ, ſi ex ea non prodiret nimius calor, qui aerẽ deſtrueret. & quodlibet elementum poſſet naturaliter, niſi deeſſent agẽtia, recipere augmẽtum ſummæ ſuæ qualitatis, vt ignis augmẽtũ caloris, terra ſiccitatis &c. Quia nullus calor videtur deſtructiuus ignis imo ſecundum Gabrielẽ ſupra, nulla ſiccitas. Tertium vero probatur, quia Deus eſt magis, ac magis diligibilis & viſibilis in infinitum, imo & quęlibet creatura: ergo iſtæ qualitates non habent terminum ex parte obiecti. Quartum vero manifeſtũ eſt, ſi forma intenditur additione alterius partis; quælibet enim pars ex natura ſua eſt vnibilis alteri, vt aqua aquæ, & ignis igni: ergo data qualibet vnione eſt connaturaliter poſsibilis alia, & ſic in infinitum. Si vero intenſio fit ſine additione partis, probatur, quia non eſt magis limitata forma, vt informet, quam ſubiectum, vt informetur, ſed ſubiectum non eſt limitatum ex natura ſua, vt informetur certo gradu: ergo nec forma vt informet certo gradu. Confirmatur, quia potentia informandi actiue connaturaliter magis ac magis in infinitum nõ atguit in finitatẽ ſimpliciter: cur ergo nõ poteſt ineſſe qualitatibus preſertim ſupernaturalibus, & excellẽtiſsimis, quales sũt gratia, charitas, & viſio beatifica. Imo ſicut Gabr. Greg. & Bach. ſupr. citati in 2. parte quæſtionis dicunt omnẽ formã intenſibilẽ poſſe de potentia abſoluta intẽdi in infinitũ, ita dico ex parte ſua omnẽ poſſe intẽdi in iuſinitũ. Licet Vincent. ſupra referat Victor. & Sotum pro opinione aſſerente omnem qualitatem poſſe de potentia abſoluta augeri in infinitum, ſednullam poſſe augeri cõ naturaliter vltra certum gradũ Quod tamen neq. in charitate, & gratia poſuit D. Th. ſed tã tũ docuit gratiã, & charitatem animæ Chriſti eſſe ſummã, & maximã inter poſsibiles de lege. At ſi Deus aliam legẽ tuliſſet, ſine vllo miraculo dari poſſent iſtæ qualitates intẽſiores quã ſit maxima Chriſti.

132

Obijcies quia ſine miraculo nõ poreſt homo habere plures & plures actus in infinitum ergo nec plures, & plures gradus eiuſdem formæ. Reſp. homines poſſe plures, & plures ſpecies, & habitus in infinitũ ſine vllo miraculo recipere, de actibuſq, eadẽ eſt ratio quãtũ ad receptionẽ. Vnde ſi mere paſſiue ſe haberet ad illos vt quidam ſentiunt de viſione, & dilectione beatifica, nullum eſſet miraculum plures, & plures ſine termino recipere. In agendo autem pluribus intendens anima, minus attẽdit ſingulis & ideo naturaliter non poſsũt eſſe

in homine plures,& plures actus sine vllo termino vt experientia constat de actibus naturalibus,& supernaturalibus huius vitæ;sed visio beatifica ex propria natura videtur habere,vt neq;alios actus impediat,neq;ab illis impediatur.Resp.2.gradus eiusdē formæ minus se impedire,quā diuersarū formarū;& ideo licetho mo nō posset plures,&plures formas in infinitū sine miraculo simul habere,bene tamē plures,& plures gradus eiusdem formæ.

133 Vnde consequenter Rich.3.d 13 a.1.q.3.ad 3.in 1.solut dixit animam posse recipere species intelligibiles sine vllo termino non tamē plures,& plures gradus eiusdem habitus.Cōsequentius autem in 2.solut.ait vtrūq.esse impossibile,easdem solutiones posuerat 1.distn. 17.art.2.q.4.ad 1.& ad 5.dixerat nullum habitum scientiæ posse in nobis augeri in infinitum.Male etiam Bonauēt.1.d.17.ar.2.q.4.ad 2.dixit aerem posse plures, & plures species, plura,& plura lumina recipere,sed non intensius,ac intensius lumen. Aegidius etiam 1. d. 17.p.2.q.4.ad 1.& 3.sine consequentia ait posse lumen, & alias qualitates intensibiles augeri in infinitum in aere,non tamen charitatē in anima,aut calorē in igne,aut cæteras qualitates,quæ habent esse reale. Et ad 4.non esse statum in conclusionibus, secus in cognitione eiusdē conclusionis.Sed non oportet in rebus, quę nullam speciem veritatis præ se ferunt,impugnandis immorari.

Et hæc quidē sufficerent pro augmēto habitū& pro augmento actuū videndi Deū,&diligēdi illū in patria.si nō essent actus eliciti à potētijs nostris,quia tamē sunt actus eliciti à nobis secūdū veriorē opinionē,eadē difficultas de illis supereſt,quę de dilectione viæ,quę secūdū omnes est elicita a volūtate nostra Et sūt qui dicant nō posse esse intensiorem,& intensiorem in infinitum quia volūtatis nostræ vis actiua est finita,& limitata;& ideo actus eius certis gradibus, metis,& finibus continetur, quos præterire non potest,etiam de potentia absoluta.Ita sentiunt Almain.& Aliacens.3.d. 13.q.1.vbiGabr art.3 dub.1.cum Scoto q 3.docet esse terminum in actu elicibili à voluntate. Et problematice defeudit,cū eodē habitu charitatis, & eadem cognitione non plus amoris posse elici ab Angelo,quā ab homine sicut tenuerat,maiorem habitū nō posse recipi ab vno,quā ab alio,nec maiorem actū productū à solo Deo.Sed Scot.q.3 affirmat maiorē actiuitatem esse in Angelo,licet nō sit in eo maior capacitas respectu habitus nec respectu actus a solo Deo producti.Adamus autē 2.d.1.q.5. art.7.ait actiuitatem voluntatis finitā esse,, & mensurari secundū magnitudinem actus,quē sine miraculo potest volūtas recipere.Cisterc.autē 3.q.3.art.3.licet admittat animū esse capacem maioris & maioris charitatis in infinitū,& maioris & maioris actus producti a solo Deo,ait tamen nō posse maiorem.& maiorē actū producere.Maio.3.d.13.q.1.ait Angelū esse maioris capacitatis,& actiuitatis respectu actus supernaturalis intellectus,& voluntatis,quā homo,licet respectu habitus, & respectu actus producti a solo Deo sit æqualis.

134 *Prima conclus.* Dico tamen Primo Adamū Cister,Aliacē rem Maiorem,& Gabrielē nō loqui consequēter,quia vt absolute tenent non esse limitē in capacitate habitus,vel actus à solo Deo productis;ita debuerūt dicere,nō esse limitē in actiuitate:tū quia eadem est ratio,tū quia recipiendo maiorē habitū elicere posset potentia maiorem actū,& idē posset per auxiliū fluens intrinsecum,& per extrinsecū,quæ possūt esse maiora,& maiora in infinitū.Sic vnus gradus caloris adiunctus pluribus,& pluribus alijs in infinitū,posset magis,& magis calefacere in infinitū,sed cū eodem habitu,vel auxilio intrinseco,aut extrinseco non posset voluntas magis & magis in infinitum diligere,quia potius necessario esset status in aliquo gradu.Sic forre omnes citati præter Scot.intelligunt esse statū in actiuitate,sed nō in receptione,quia etiam sine augmento potest volūtas plus,& plus recipere.Non tamē potest sine augmento virtutis actiuæ plus,&plus facere.Et ratio est quia multo perfectius est posse facere, quā posse recipere;ideo nulla pottia creata sine augmēto potest plus,& plus facere,secus vero plus, & plus recipere:vel quia augmentū nihil facit ad receptionem:quoniam potentia sola recipit;facit autem ad actionem,eo quod potētia non sola agit. Cum igitur potentia sit capax nobilioris,&nobilioris actus in infinitum,etiā erit elicitiua melioris & melioris actus in infinitum,siue sit melior secundum intensionem, siue secūdum extensionem. Ita Suar.3.p to.1. disp 22,sect. 2. opinion. 3. Bachonius 1.d.46. q.1.

135 *2 Conclus.* Dico 2.cū eodem habitu & auxilio,& eadē cognitione non posset maiorem dilectionem elicere voluntas Angelica , quam humana, nec voluntas Angeli superioris, quam inferioni,Est contra Gabr.& Scot. supra. Probatur. Primo ad homines,quia illi non ponunt maiorem capacitatem in natura Angelica , quā in humana,neque in Angelo superiori,quā inferiori,vt Gabr.ibi art.2.Scot.q.1.docent,quos sequuntur Basolis , & Ouandus citati sect. præcedenti,& Vincent.de gratia Christi q. 5. tribuēs Alber.& Franciscus de Christo 3.d 13. q.3.ergo neque,debent maiorem actiuitatem ponere.Simpliciter autē probatur argumētis illis , quibus disputatione quinta sect. septima probabimus meliorem intellectum cum æquali lumine non videre Deum melius. Qui autem

tem ponunt maiorem capacitatem in Angelo, quam in anima, & in Angelo superiori, quã in inferiori vt Richard, 1.d.17.art.2.q.4. & 3. d.13.ar.1.q.2 consequenter loquerentur si idẽ dicerent de actiuitate.

136 Corollar. Ex quibus patet quã falsum sit quod ait Bonauent. 1 d.17. part. 2. art. 1. q. 4. attendendo augmentum gratiæ secundum possibilitatem sic statum habet in Christo, & credo etiã, quod in Beata Virgine, & aliqui dicunt, quod in Angelis: vtrum in aliquibus alijs nescio, scio tamen de Christo, quia tantum habet de gratia quantum potest recipere creatura vnica & credo hoc idem de Marte dulcissima.

Sed contra, quia natura Angelica est magis capax gratiæ, & Angelus superior, quam inferior, vt ipse aperte significat 1 d.17.p.2.art. 1. q. 4. ad 2. ergo si Angelus habet omnem gratiam quam potuit recipere, maior gratia est in quolibet Angelo quam in Beata Virgine imo quam in anima Christi. Nec enim valet dicere animum Christi ex vnione ad verbum capaciorem esse. Id namque reieci cũ Palud. 3.d.13.q.1. in fine Suarez 3.p.to. 1.disp.22. sect. 2. Vincent. de gratia Christi q.3. Si autem dicatur, esse æqualem capacitatẽ in anima Christi & Angelo: si vtriusque capacitas plena est vt ait Bonauent æqualis gratia erit in anima Christi & in Angelo, quod est hæreticum. Præterea si capacitas Christi & Virginis plena est vt ait: ergo vtriusque gratia æqualis erit, quia vna anima non est capacior alia cum nõ sit substantialiter perfectior. Et licet sit substantialiter perfectior anima Christi, quam Virginis, hic excessus modicus etit. ergo etiã excessus gratiæ, quod est absurdissimum. Item si capacitas Angeli impleta est, cum ea sit æqualis, vel maior, quam in qualibet anima, saltem puri hominis: ergo qualibet Angelus habebit æqualem, aut maiorem gratiam quolibet puro homine, quod est omnino inopinabile.

137 Obiectio. Quæ hactenus dicta sunt de augmento gratiæ & charitatis, de augmento luminis gloriæ & visionis Dei intellige propter paritatem rationis, & quia lumen gloriæ & visio Dei commensurantur gratiæ, & charitati. Sed obijcies, nam si visio Dei augeri potest de potentia obsoluta, ponamus mundum durare in æternum, & quolibet die augeri in vno gradu, iam Deus scientia visionis videbit se

Solutio. à creatura cognosci per æternitatem quantũ cognoscibilis est, ac proinde se a creatura comprehendi. Respond. negando sequelam, tum quia nunquam omnes illi gradus visionis coniungentur, sed semper aliquis desiderabitur: tum quia licet coniungerentur, possent esse plures, vt si quolibet die augeretur visio in duplo, vel triplo &c. Et sic per illos licet Deus cognosceretur infinitè, non tamen infinitè vndequaque, neque quãtum cognoscibilis est, ac proinde nec comprehensiue.

Ex omnibus dictis circa hanc section. constat creaturam eo ipso, quod creatura est esse saltem adeo limitatam, vt non possit simul elicere visiones infinitas rerum infinitarum, vel vnam visionem, quæ res infinitas cõplectatur, & similiter nec recipere; eadem enim ratio est de productione, & receptione, vt Maior loco citato in sect. 7, fatetur. Male autem Scot. ibidem relatus conatur defendere, licet vt minus probabile, nullam esse repugnantiam in tali receptione, licet sit in actiuitate. Fateor tamen naturaliter minus fieri posse vt quis eliciat plures cognitiones plurium rerum vel rerum earumdem, quam vt recipiat. Quia animæ actio circa vnum impeditur, vel remittitur naturaliter actione circa aliud, non vero pura receptio. Et fortassis hoc ita vernm est vt sine miraculo non possint videri in verbo distincte vltra certum rerum numerum, quem possemus dicere esse impletum in Christo, ita vt ipse solus videat, quanta sine miraculo videri possunt: licet probabilius est, lumen gloriæ esse adeo excellens, vt quæ illò videntur, nõ se impediant, nec cognitio quæ illo fit, impediat, vel remittat alias cognitiones, nec ab illis impediatur vel remittatur. 138

Sectio IX. Vtrum beati videant inter nos actus liberos Dei. 139

QVm, actus dicimus non supponimus, in Deo esse plures actus secundum rem, sed tantum secundũ rationem, & cum inquirimus de actibus internis Dei liberis, nõ solũ inquirimus de actibus elicitis nostro modo intelligendi à diuina voluntate, sed etiã de internis imperatis, siue sint ab ea eliciti, siue ab intellectu, & de supponentibus aliquo modo determinationem liberam diuinæ voluntatis. In quo genere sunt omnes actus intellectus, quibus Deus videt res creatas, vt præsẽtes, præteritas, vel futuras: nãhi non sunt proprie imperati à volũtate Dei, nisi dicas, actus, quos necessario exercet, ex suppositione aliqua etiã imperare, quod superfluũ & frustra, & proinde impossibile videtur in Deo, in quo nihil esse superfluũ potest, fortasse tamẽ diuina voluntas imperat intellectui diuino, vt eliciat actũ imperij proprij, & dicat, fiat hoc: vel illud, actus enim iste nõ videtur necessarius ex aliqua alia suppositione in diuino intellectu. Quidquid autẽ sit de hoc, id quod modo in-

quirimus, est, an actus qui simpliciter in Deo sũt liberi qua parte liberi sũt, videãtur in seipsis à beatis, & quomodo? De cognitione autẽ eorũ per species, & cõmunes cõceptus creaturarũ ad modũ quo invia cognosimus essentiã Dei, nõ est nũc quæstio, quãuis certũ videtur, & absq. temeritate negari nõ posse, sicut a nullo hucusq. negatũ est, aliquos huiusmodi actus nullatenus cognosci ab omnib⁹ beatis. Quod

140 Prob. Primo alioqui omnes beati attingerẽt omnia decreta Dei, & omnia eius opera, & cõsilia, seu motiua fines, & rationes diuinæ prouidẽtiæ vt quẽ velit absoluere, saluare, aut dãnare, & propter quæ opera &c. Cuius oppositũ docet S. Th. 1. p. q. 12. ar. 8. & q. 106. ar. 1. ad 1. & 3. p. q. 10. ar. 2. & de veritate q. 8. ar. 4. ad 1. Vbi adducit Dionys. c. 3. diuin. nomin. dicentẽ Inferiores Angelos à superioribus illuminari de his rationibus, atq. cõsilijs, quia nõ omnes omnia norunt. Quod etiã tradit Dionys. c. 7. cæleſt. Hierarch. Theologi etiã multi tanquã singulare, & propriũ illius tribuũt animæ Christi hęc omnia cõsilia nosse. Confi. alioqui omnes beati cognoscerent omnia præsentia, præterita, & futura per totam æternitatem, quia non possunt cognosci omnes actus liberi Dei, quin hæc omnia cognoscantur; hoc autẽ falsum est, vt videbimus sectione sequenti: ergo. Secundo quia commune est intellectuali naturæ, vt ea cognita lateant omnes intellectus creatos etiã eam videntes vniuersæ eius cogitationes, & affectiones liberæ, nisi Deus vel ipsa velit eas manifestare huic, aut illi intellectui: vt 1. p. q. 57. art. 2. docetur.

1. Con. Aliqui actus interni liberi Dei nõ cognoscuntur ab omnibus beatis

Quod potissime habet locũ in natura diuina, quæ supremũ locũ habet inter omnes naturas intellectuales; & ideo nõ debet in hoc esse inferioris conditionis, sed potius superioris, ergo etiã videntes eius substantiam possũt latere eius cogitationes, vel affectiones liberę, nisi Deus libere velit eas illis manifestare. Cõfir. quia minus perfecte videt Angelus Deũ quam meam animam vel voluntatem, sed videndo meam animam non necessario videt actum meum liberum: ergo nec videndo Deũ, videt necessario actum liberum Dei, ac proinde nec alia cognitione ipsum necessario cognoscit. quia visio Dei cum alijs cognitionibus nullã habet connexionem omnino necessariam.

Respons.

Si dicas nõ esse simile quia actus liber Dei nõ est distinctus ex natura rei à Deo, à nobis autẽ realiter distinguũtur actus liberi nostri. Contra, quia distinctio rationis sufficit vt possit cognosci vnum sine alio, quando vnum nõ dicit intrinsecum ordinem ad aliud, maxime si non habet necessariam connexionem cum illo, sed Deus non dicit intrinsecum ordinem ad actus suos liberos. vt existentes, sed tãtum vt possibiles, neque habet necessariam connexionem cum illis: ergo potest cognosci Deus etiam intuitiue non cognitis actibus liberis Dei, vt à parte rei existunt. Et hoc est sufficiens fundamentum huius doctrinæ, si determinatio libera diuinæ voluntatis aliquid reale intrinsecum, licet sola ratione distinctum; addit ad actum Dei necessarium: si autem solum addit respectum rationis, vel denominationem aliquam extrinsecam sumptam ab aliquo existente in creatura, manifesta ratio est, quia illa denominatio non est eadem cum substantia Dei: ergo poterit ignorari ab eo, qui videt substantiam Dei; cum hęc non dicat intrinsecum ordinem ad talem denominationem, vt existentem, sed tantum vt possibilem, nec habeat necessariam connexionem cum ipsa. In qua opinione procedit argumentum, quo Vazq. 1. p. disp. 50. c. 4. probat, beatos ex vi visionis Dei non posse in eo cognoscere scientiam visionis Nam si talis scientia in Deo non esset, eius essentia eodem modo esset, sicut nunc est, vt testatur Hugo. 1. de sacram. part. 2. c. 16. & ratio ipsa palam ostendit, quando omnia quæ sunt in Deo, sunt Deus ipse, vt fusius inquit, explicabitur disp. 80. c. 1. & 2. Sed si non esset in Deo scientia visionis alicuius creaturæ, non videretur per diuinam essentiã à beatis: ergo nec modo videtur per illam. Nã eadem res & eodem modo visa, si semel non est ratio videndi, nunquam erit ratio videndi: idem enim, quatenus idem ẽst, semper est natum facere idem.

confutatio responsionis.

141 Et hæ rationes etiam concludunt, nullã determinationem liberam diuinæ voluntatis necessario cognosci à quocumquevel ab aliquo vidente Deum, quia in omnibus & singulis determinationibus liberis diuinæ voluntatis æque procedunt. Et hoc ipsum confirmatur ex Paulo 1. ad Corinth. 2. & 4. dicente Sicut quæ sunt hominis, nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est; ita quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei qui in est. Vt ergo quæ sunt hominis, id est; liberas eius determinationes nemo nouit, nisi homine libere volente ea manifestare: ita quæ sunt Dei, ideſt, liberas eius determinationes nemo nouit, nisi Deo libere volẽte illa manifestare, etiã si videat ipsum Deũ, vt ex eodem loco recte inferunt Valentia 1. p. q. 12. punc. 6. q. 2. & Molina ibi art. 8 disp. 5. memb. 2. Henriquez de fine hominis cap. 10. §. 4. in fine. Id autem Deum non velle, non colligitur ex hoc loco, sed ex fundamentis superioribus. Nã cum huius loci veritate stare posset, Deum manifestare cuicumq. beato omnes suos actus liberos sicut etiã stat cũ conditione prædicta humani spiritus vt cuiq. beato manifesti sint omnes actus

tus liberi, plius ita vt eos cum libuerit, videre possit, dicente Augu.22.ciui.c.29.in fine; patebunt cogitationes nostræ inuicem nobis tũc enim implebitur quod Apostolus ait, cum enim dixisset, nolite ante tempus iudicare quidquã; mox addidit donec veniat Dñs, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq. à Deo. Et Epist.6.in principio ait: notitia nostri certior intus est, vbi nemo scit, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est; sed cum venerit Dñs, & illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum in proximo, nec erit quod suis quisq. aperiat, abscondat alienis, vbi nullus erit alienus. Similia dicit Augu.li.de diligendo Deum c.18.de quare plura dicemus infra in hac disp.sect.vlt.cõclus.4. Itaq. ex illo loco Pauli solũ colligitur, nec videntes Deum absq. libera Dei voluntate cognoscere eius actus liberos. Idemq. colligitur ex Hierem.31. Magnus Deus & incomprehensibilis cogitatu, id est, incomprehensibilis in suis cogitationibus, quatenus nemo etiam videns Deum, potest sine speciali eius voluntate libera nosse eius cogitationes, seu actus liberos. Licet posset hic locus exponi, vt nemo possit Deum cogitatione comprehendere, vel vt nemo possit omnes eius cogitationes, seu actus liberos cognoscere; quia infiniti sunt, licet possit singulos cũ libuerit, vt sentio de anima Christi.

142 2.Co. *Aliqui actus interni Dei liberi cognoscuntur à beatis*

2. Etiam certum est aliquos eiusmodi actus cognosci ab omnibus, vel aliquibus beatis omnes enim cognoscunt Deum voluisse creare mundum. hominem iustificare, & glorificare, &c. imo & nos per fidem, & Prophetæ lumine prophetico eiusmodi actus in via cognoscũt, & animæ in purgatorio existentes.

143 *dubitatio. An eos videãt in verbo, & qualiter.*

Difficultas autem est, an eos videant, aut videre possint in verbo, & qualiter. Impossibile enim id apparet, quia videre in verbo est videre ex vi visionis, qua videtur verbum; ex vi autem talis visionis videri non potest vlla determinatio libera diuinæ voluntatis; ergo. Minor probatur. Primò quia talis determinatio non est aliquid reale internum superadditum diuinæ volũtati, sed vel est ens rationis, vel determinatio extrinseca ad illamque, nec diuina essentia, nec aliquid necessario existens in Deo, dicit ordinem intrinsecum, nec cum illa habet necessariam connexionem: ergo ex vi visionis Dei, aut aliorum quæ necessario sunt in Deo, nullo modo poterit cognosci talis determinatio. Secundò quia licet illa determinatio esset aliquid reale existens in Deo: tamen non videtur posse cognosci ex vi visionis Dei, cum nec ad illam sit talis ordo intrinsecus, nec cum vlla sit illa necessaria connexio. Tertiò quia vel videtur eadem visione qua Deus, vel alia; si eadem, ergo illa visio erit alterius rationis ab alijs visionibus, quibus ea determinatio non uidetur, cum habeat aliud obiectum: si vero alia, inquirẽdum est quomodo sequatur ex diuina visione, & qua specie, quoue lumine fiat, & an distinguatur numero, vel specie à diuina visione. Et aliæ similes difficultates quas non facile fuerit expedire, quæ fere omnes inuenientur in cognitione creaturarum secundum esse existentiæ. Ideoq. qui putant eas vt sic non posse cognosci in verbo, idẽ affirmaturi videntur de his liberis determinationibus Dei. Imo videtur necessario consequens, nam si hæ determinationes in verbo cognosci possunt: ergo & creaturæ secundum suas existentias: siquidem determinationes hæ creaturas, vt in aliqua differentia temporis existentes intrinsece respiciunt, cum sit de ratione diuinæ voluntatis frustrari non posse, necessarioq. inferre quod absolute vult. Et similiter si quis creaturas aliquas in Deo videt, etiam videt liberam determinationem Dei, sine qua scit fieri non potuisse

144 3.Conc. *Aliqui actus liberi Dei in Deo uidentur.*

Nihilominus dico 3. aliquas eiusmodi determinationes in Deo videri. Ita sentit D. Tho. locis initio citatis dicens aliquas res futuras, & aliquas rationes diuinæ prouidentiæ, cognosci in Deo à beatis, imo & ab anima Christi quæ cũq; Deus scit scientia visionis, seu quæcumq. in aliqua temporis differentia futura sunt. Idẽ sentiunt omnes sectatores D. Th. locis citatis. Proba. quia Deus in seipso videt eiusmodi determinationes: ergo etiã qui Deũ vidẽt potent ex volũtate Dei eas videre in Deo. Antecedẽs probatur, quia Deus eadem visione videt suã essentiã, vt obiectum primariũ, & alia quæ sunt formaliter in illa, vt obiecta secundaria: illa autem determinatio libera est formaliter in Deo: ergo Deus in sua essẽtia tanquã in obiecto primario cognoscit illã, vt secundariũ obiectũ, videlicet, quatenus Deo ex se habet eadem visione prius attingere suam essentiã, deinde suos actus liberos, siue ad hoc oporteat prius cognoscere futuras esse creaturas, vt aliqui putãt, siue nõ. Quod verius est, & cõformius doctoribus asserentibus, Deũ in determinatione volũtatis suæ futura contingentia cognoscere. Confi. quia clare ostẽdit seipsũ: ergo & poterit ostẽdere eiusmodi determinationes, cõmunicareq. notitiã intuitiuã ipsarũ, quatamẽ notitia cognosci nõ possũt nisi in Deo: ergo possũt cognosci in Deo, seu eadẽ notitia, qua Deus: quod si est possibile, decuit beatiscõcedi, quia ad eorũ statũ maxime pertinet diuinã volũtatẽ cognoscere, eaque gubernari: imo sæpe insinuant sancti, beatos maxime delectari, videndo in Deo mirabiles rationes diuinæ prouidẽtię, præsertim circa suam, aliorumq. salutem.

tem. Sic D. Tho de verit. q. 8. a. 4. ad 1. explicat, quod ait Isidor. 1. de summo bono ca. 12. beatos scire in verbo omnia antequam fiant, omnia scilicet; quæ ad eorum statum pertinēt quæq. ipsos scire expedit, vt ait concil. Senon. in decretis fidei c. 13. Et quod ait Dionys. 3. c. diuin. nom. Inferiores Angelos à superioribus discere rerum scibiles rationes. Quod his verbis docet etiã Diony. 7. cap. cæleſt. iherar. *Diuinorum operũ rationes, quæ scientiã gignũt, vt primæ scilicet essentiæ, & mentes, quæ Deo præsto sunt, discunt à Deo ipso cui diuino, eximioq. modo patent. Hoc enim Theologi plane tradunt, inferiores cælestium naturarum ordines à superioribus rite diuinas scientias discere, summos autem à Deo pro suo captu doceri mysteria.*

145 Dub. Modus.

Actus libe Dei non videntur in Deo à beatis ex effectibus.

Qualiter eutem libera determinatio diuinæ volũtatis cognoscatur in Deo possunt esse varij modi dicendi. Primus est, liberã hanc determinationem solũ addere Deo respectũ quemdam rationis ad creaturam futurã, qui respectus visa creatura in Deo, statim etiã in Deo videtur: visis enim extremis facile relatio, & habitudo inter illa videtur. Sed hic modus nõ placet. 1. Quia est diminutus, nõ explicat quomodo determinatio libera videatur in opinione Caiet. & aliorũ asserentium liberã determinationem aliquid reale æternum, & internũ, distinctũ ratione ab eo quod necessariũ est, illi addere. 2. Quia rem difficilem per aliam forte dificiliorem explicat: difficile enim aut etiã difficilius explicatur, quomodo effectus videãtur in Deo secundum actualem existentiam, præsertim non visa prius determinatione diuinæ voluntatis. 3. Quia hoc non est videre determinationem Dei in seipsa, nec in Deo; sed in effectu suo colligẽdo ex illo voluntatẽ Dei, qua est productus, vel producẽdus. 4. Quia iste modus cognoscendi nõ videtur habere locũ in actibus Dei conditionatis, aut inefficacibus, cũ sæpe defectu cõditionis appositæ, vel intentionis nõ adiunctæ effectũ non habeant, vnde colligi possint. 5. Quia cũ idem effectus possit à Deo prodire ex varijs motiuis, & ob varios fines vario modo intentos, nõ potest viso effectu deprehẽdi ex quo motiuo, ob quẽ finem, & quo ordine prodierit à Deo, vt viso dãno peccantis scire nõ potest, an Deus illud voluerit inferre in pænã peccati huius, vel alterius, an vero solũ ne perturbaretur naturæ ordo, & an vt obtineret talẽ gradũ gratiæ, vel satisfactionis &c. Et quem horum finium præcipue intenderit. Et cũ possint forte hi effectus prodire ex volitione Dei efficaci, & ex permissiua, siue indifferenti aut generali, nõ potest ex illis colligi, qua nam voluntate Dei effecti sint. Similiter visa incarnatione sciri nõ potest, an primo, & perse sit volita in remedium peccati, vel propter seipsam, vel propter alium finem: potuit enim ex varijs motiuis, vel intentionibus fieri, vt in humanis visa quidem externa actione, v. g eleemosynæ non statim cerni tur, an ex affectu pœnitentiæ, vel inanis gloriæ oriatur. Confi. nam Deus potuit eligere homines ad gloriam ante, & post præuisionem operum; quomodo ergo ex effectu, scilicet glorificatione, potest intelligi, an electio fuerit ante præuisionẽ, vel post. Similiter cum comminatio aliqua possit esse ex absoluta, vel conditionata puniendi uoluntate, ex qua procedat visa ipsa intelligi nõ potest. Idem est cũ Deus aliquid præcipit, intelligi enim ex præceptione non potest, an ea procedat ex animo obligandi, vel non.

146

Secũdus modus dicendi esse potest, quod sicut Deus nullo addito reali ad actum necessariũ sui intellectus, & visionem sui, & cognitionem omniũ creaturarũ secundũ esse possibile, videt res, vt futuras ex suppositione, quod futuræ sint: ita beatus nullo addito ad visionẽ, qua videt ea quæ necessario sunt in Deo, videt determinationẽ liberã ipsius Dei in Deo, prout Deus voluerit se videri, qui hac ratione dicitur speculum voluntarium, iuxta id quod ait Augu. epi. 112. c 6. ex Ambo. lib. 1. in Lucam c 1. si vult videtur, si non vult, non videtur. Sed iste modus displicet. 1. Quia suppo nit id quod difficillimum est, & à Caiet. & alijs non conceditur, scilicet Deum videre creaturas, vt existẽtes, nullo reali addito ad id quod necessarium est in Deo, & ita non explicat in omni opinione de actibus liberis Dei, quomodo à beatis videantur. 2. Quia est ido cõcedere tur in Deo propter eius infinitatẽ, simplicitatem, & immutabilitatem, sine fundamento tamen tribuitur creaturæ, cum in Deo vix capi possit. neq vlla sit necessitas eã perfectionẽ tribuendi actui creato, vt sine additione & mutatione ad plura & plura obiecta extendi possit. Confi, quia non addita forma, nec effectu formali, non est vlla noua denominatio intrinseca. ergo si nec visio, nec eius effectus formalis augetur, nec additur beato non aduenret noua denominatio intrinseca, qualis est videre liberam determinationem Dei. 3. Illud testimonium August. impertinenter adducitur, tantum enim agit de voluntaria manifestatione diuinæ essentiæ, neque vtitur illa metaphora speculi voluntarij. Et quamuis vteretur, nihil aliud vellet, nisi Deum in seipso ostendere creaturas, vel liberas determinationes quas voluerit; modo autem inquirimus quomodo ostendat, cum essentia Dei videatur illas repræsentare non posse, eo quod nõ dicat intrinsecum ordinem ad illas, & alioqui cum necessario se repræsentet, illas quoque necessario repræsentaret.

Beatiti nõ vidẽt actus liberos Dei nullã additione facta visioni eorum quæ necessario sunt in Deo.

3. Modus dicendi est visionẽ qua videtur illa

147 deter-

determinatio in Deo,differre ab ea visione qua nō videtur talis determinatio, nō specie: quia omnes Dei visiones sunt eiusdē speciei, eo quod in omnibus obiectum propriū & primarium,& modus attingendi est idē:sed numero,vel intensione tantū: & ad talē visionē datur à Deo lumen proportionatum,& accō modatū, & concursus accōmodatus essentiæ diuinæ in ratione speciei intelligibilis. Cum enim illa visio fiat modo maxime connaturali,necesse est, vt detur principium intrinsecū, seu inhærens illi accōmodatum scilicet lumen & extrinsecū,scilicet essentia diuina vnita extrinsece,hoc est,sine inhæsione, & actuatione intrinseca in ratione speciei intelligibilis.Quibus positis,& seclusis miraculis necessario videtur libera determinatio Dei,sicut necessario videtur ipse Deus:nam omnia agentia hic naturalia,& necessaria sunt,& non libera præter voluntatem primæ causæ scilicet Dei,quæ libera est. Quia tamen supposita reliqua agentia necessario operantur,supposita tamē locutione vnius Angeli,alter nō intelligit necessario, sed libere,quæ illi dicuntur:potest enim nō attendere,sed voluntate sua,quasi aures obturare.Determinatio autem illa quæ est respectus rationis sicut videtur à Deo,prout in seipsa est,ita & à beato: ad quod etiam necesse est videri in seipsis extrema illius respectus, nempe actum necessarium Dei,& ipsam creaturam, quæ dicitur dilecta &c. Hic modus (meo iudicio) non exhaurit difficultatem, imo eam integram relinquit: tota enim consistit in hoc, quomodo essentia diuina in ratione speciei intelligibilis repræsentet illam determinationem; solum enim repræsentat seipsam, & ea ad quæ dicit intrinsecam habitudinem:ergo. Præterea isti non explicant, quomodo si illa determinatio videtur, prout in se est,dicatur videri in Deo tanquā in obiecto primario. Deinde supponūt,vt certū, quod incertum valde est nēpe liberā determinationē nihil reale etiam ratione sola distinctū addere ei,quod in Deo necessarium est. Præterea quod isti dicunt de distinctione illarum visionum secundum numerum, vel intensionem,falsum est,vt sectione sequēti in simili patebit Deinde isti dicunt,modum intelligendi liberā determinationem Dei inexplicabilem esse,cum tamen tam facilis sit,vt inter Theologos nulla fuerit hactenus specialis de hac re controuersia,nec mirum quia modus intelligendi liberam determinationem Dei similis est modo intelligēdi creaturas in Deo & ideo explicato modo quo creaturæ videtur in Deo facile intelligitur quomodo actus liberi Dei videantur in ipso.

148 Conc. Dico ergo breuiter,si determinatio libera est aliquid reale superadditum Deo,sicut essentia diuina repræsentat seipsam obiectiuē,& efficit per se cognitionem sui,ad modum quo species efficit cognitionem sui obiecti: ita illa determinatio Dei seipsam obiectiuè repræsentat,efficitq.in intellectu beati simul cum lumine gloriæ ad eam extenso,& simul cū intellectu ipso,sui cognitionem:quia tamen non potest videri,nisi eadē visione,qua videtur Deus, & cū quadā dependentia ab ipsa visione Dei, vt sic, ideo videri dicitur in ipso Deo tanquā in obiecto, secundariò,& quasi accidētaliter, siue autem illa determinatio libera addat aliquid reale internū Deo,sine non,poterit alio modo cognosci,nimirum,quia essentia diuina repræsentans seipsam,repræsentat consequenter ea omnia, ad quæ dicit ordinem intrinsecum,ea autem sunt & creaturæ, & determinationes liberæ Dei,vt possibiles. Possibile autem,& existens eadem specie repræsentatur, cum etiam ipsa actualis existentia vt possibilis repræsentetur, & talis repræsentatio creaturæ,vel determinationis diuinæ,vt existētis, licet actu non existat obiectum ipsum, est necessaria in Deo,& similiter ipsa obiecti apprehēsio;quæ non ideo erit falsa,quia in apprehēsione pura nulla falsitas,aut veritas esse potest.In beatis autē apprehensio illa non est necessaria,etiā ex suppositione visionis Dei,quia vltra repræsentationem veluti habitualē diuinæ essentiæ requiritur lumen gloriæ accōmodatum,vt hoc,vel illud obiectum apprehendatur, tale autem lumen accommodatum huic vel illi obiecto,non datur cuilibet beato, sed uni ad vnum obictum, alij ad aliud, & tunc beatus etiam iudicat,tale obiectum esse, vel fore, quia lumen illi accommodatum non solum determinat intellectum beati ad apprehensionem,sed etiam ad iudiciū de existentia talis obiecti.Sicut intellectus diuinus de se est determinatus ad iudiciū, & apprehēsionem omnis veritatis,& ideo eo ipso, quod propositio aliqua est determinatę veritātis,intellectus diuinus illi assentitur.Iuxta hūc modū creaturæ dicuntur videri in Deo tanquā in obiecto primario,& per se,in quo cōtinentur ipsæ,vt in causa &quod intrinsece illas respicit:determinationes autē liberę tāqāum obiecto primario,& per se,quod est quasi causa earum, licet non sit proprie causa, & quod intrinsece illas respicit,vt radix, & fundamentum ipsarum.Hæc ampluis sectione sequenti constabunt.

Sectio decima.Vtrum sit necessariū,vel possibile,beatos in Deo videre omnes creaturas præsentes,præteritas,& futuras?

Quæst

149 QVæstio hæc quantum ad necessitatem, duplicem sensum habet 1. an sit simpliciter necesse eum, qui Deum videt, reliqua omnia videre, quæ in aliqua temporis differentia futura sunt. 2. Vero, an saltem id necessarium sit, vt homo dicatur beatus? De primo sensu fuit antiqua opinio, quam referunt D. Tho. de verit. q. 20. a. 4. & Durand. 4. d. 49. q. 3. omnes videntes Deum necessario videre in ipso omnia futura in aliqua differẽtia tẽporis, imo & omnia possibilia, quia omnia in eo naturaliter, & necessario repræsentãtur quasi in speculo: sicut ergo qui videt speculum necessario videt omnia repræsentata in ipso: ita &c. Fauẽt Greg. 4. dialog. cap. 33. 2. moral. c. 2. alias 3. & li. 12. c. 13. & Beda li. varia. quæst. q. 12. tom. 8. Quid non videt, qui videntẽ omnia videt? & Isido. 1. de summo bono c. 12. dicens Beatos scire in verbo omnia, antequam fiant. Fauent etiam qui hanc omnium cognitionem in Deo tribuunt animæ Christi: inter quos est Magister 3. d. 14. & alij relati sect. 7. Fauet non nihil scriptura loquens de Angelis beatis quasi omnia nouerint, vt 1. ad Timo. 5. Testificor corãm Deo, & electis Angelis, & 1. Corint. 11. oportet mulieres velari in ecclesia propter Angelos: & in confessione dicimus, cõfiteor Michaeli, Ioanni, Petro, Paulo: &c.

Antiqua opinio.

Fundamentũ esse potest illud de speculo, & quia visio beata est participatio eminẽtissima scientiæ diuinæ: ergo sicut Deus videndo se, necessario videt omnes creaturas sub esse possibili, & omnes futuras suppositio quod futuræ sint, vt futuras: ita beatus videns Deum videt omnes creaturas possibiles, & futuras, si vere futuræ sunt.

150 *Beati non omnia in Deo vidẽt & quam certũ hoc sit.*

Hanc sententiam non damnant D. Tho. nec Duran. sup. vt hæreticam, licet eam reijciant; de quo etiam Duran. 3. d. 14. q. 2. Moderni tamen quidã, inter quos est Vale. 1 p. q. 12. pũc. 6. q. 2. eam censent temerariam: Alij vt Mol. 1. p. q. 12. censent plusquã periculosam, alij hæreticam, quia de fide est Angelos ignorare diẽ iudicij. Matt. 24. & Marc. 13. De die illa nemo scit, neq Angeli Et Esa. 63. sancti Angeli interrogãt, quis est iste qui venit de Edom? quia id ignorabãt, vt colligit Ambr. de institutione virginis, & li. de myste. c. 7. adiungẽs id Psa. 23. quis est iste rex gloriæ Ex quibus locis Diony. c. 7. cæleſt Hiera. & c. 3. diui. nom. deducit, inferiores Angelos à superioribus doceri, & illumina ri, vt præcedẽti sectione retulimus, & Iusti. dialog. cum Tripho. ante mediũ ait, Angelos ex ignorãtia interrogasse Psa. 23. & spiritũ sanctũ respõdisse. Imo ab ecclesia sanctos Angelos aliquid discere colligi videtur ex illo Pauli ad Ephe. 3. vt innoscat principibus, & potestatibus per ecclesiam multi formis sapientia Dei. Et Orig. hom. 23. in Luc. probat, sanctos Angelos humanis vocibus erudiri ex illo Apocal. Angelo Ephesi. ecclesiæ scribe, habeo aliquid cõtra te &c. Sed male ex hoc loco id probat, quia Sancti Angeli nõ peccãt, quicquid ipse ho. 13. in Lucam & hom. 20 in Numeros dicat. male ergo colligit, *certe homo est qui scribit Angelis & aliquid præcipit.* Tamen Angelos ab ecclesia didicisse aliqua quæ ignorabãt, docet Chrysost. ho. 1. seu præfatione homiliarum in Ioan. & Theodo. dialogo immutabilis. Vide Sixt. 6. bibliothec. annot. 142 & 165 & quos ibi citat. & Vellosil. in aduertentijs Theologicis ad to. 3. Chryso. q. 1. vbi adducit Hierony. qui 2. li. in epist. ad Ephes. ediſſerens locũ citatum Pauli Ephes. 3. ait Crux Christi non solum nobis, sed et Angelis, cunctisq. in cælo virtutibus aperuit sacramentum, quod ante nesciebant. Deniq. ad cælum cum corpore reuertentem mirantur & dicũt, quis est iste qui ascendit de Edom? fuluida vestimenta eius ex Bosra? & alio loco, quis est iste Rex gloriæ? quasi interrogantes quæ ante nesciebant. Et tam Hiero. quam Chry. interpretatur Vellos. vt mysteria Crucis, Resurrectionis, & similia fuerint cognita à sæculo superioribus Angelis: inferioribus vero ex parte fuisse incognita, quousq. impleta sunt, & per ecclesiam prædicata, & tunc perfecte ab omnibus Angelis fuisse cognita. De quo etiam Scholasti. 2. d. 11. D. Thom. 1. p q. 106. art. 4. & q. 108. art. 1. & de verit. q. 9. art. Altisiodor. infra. Confir. Nam beati etiamsi Angeli sint, non cognoscunt cordium cogitationes ex vi solius intuitus diuinæ essentiæ, vt affirmat D. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. arg. sed contra, & Altisiodor. lib. 2. tracta. 5 cap. 3. Neque futura contingentia eo quod pendent ex determinatione voluntatis diuinæ, quæ beatis naturaliter est occulta, vt diximus sectione præcedenti, & probant Mol. & Valent. ex 1. Corin. 2. quæ sunt Dei, nemo cognouit, nisi spiritus Dei: ergo beati vi beatificę visionis non statim cognoscunt omnia. Merito tamen aliqui viri docti existimant, testimonia superiora esse probabilia, at non sufficere, vt veritas hæc certa de fide censeatur. Primo enim non est de fide, electos Angelos ignorare omnino diem iudicij: sicut enim dicto loco dicitur, nec Angeli, ita dicitur, nec filius. Et sicut hoc explicatur vt filius id non sciat ad dicendum, ita illud explicari potest, vt expoſuimus sectione. 8. Suarez. 3. part. q. 16. art. 2. in commentario. Testimonium autem illud Isai. minus vrget, quia multi putant, non esse Angelos, qui ibi loquuntur, sed Prophetam ipsum, qui vsus est illo loquendi genere, vt Christi triumphum altius explicaret. Sic Tertull. 4. contra Marcion. c. 40. Et licet demus, Angelos interrogare, non ideo

necesse

necesse est fateri ex ignorantia interrogare, sed ex admiratione,& abundanti gaudio, vt Origen hom.seu tract.15.in Mat.Et tom.9.in Ioan.indicat.Aug.vero serm.189.de tempore putat in Isai.& Psal. Angelos interrogasse de natura Dei,& eam nescijsse,scilicet ex natura sua,vel comprehensiue, vel ante beatitudinē: quo tempore eam non cognoscebāt quiddita tiuè,& intuitiuè,vel de scientia quadam experimentali. Quod enim Angeli etiam inferiores, qui interrogabant tempore ascensionis, non omnino ignorarent id, quod interrogabant,videtur manifestum,quia recte sciebant Christum esse filium Dei,& Regem gloriæ,& propter hominum redemptionem passum esse &c.Propterea in natiuitate cecinerant, Gloria in excelsis Deo.Deniq.ille locus Pauli ad Ephes.3. non conuincit ignorantiam in Angelis,quia potest recte intelligi de scientia experimentali,vt id 1,Thimot.3.magnum est pietatis sacramentum,quod apparuit Angelis. Illud etiam ad Ephes.3.explicari posset de malis Angelis,qui vel inuiti mysteria Christi credunt per ea,quæ in Ecclesia fieri vident,vt exponit Ambr.de quibus etiam intelligit Aug. citata verba Psal.23.li,quæstionum noui & veteris testam.q.3.Testimonum autem illud 1. Corinth.2. solum probat beatos sine speciali voluntate Dei non cognoscere futura contingentia,nec cogitationes cordium. Hæc ergo testimonia non satis sunt vt veritas hæc de fide censeatur,licet sit satis certa,scilicet, non omnes beatos scire omnia,quæ per totā æternitatem futura sunt.Et testimonijs scripturæ, & Patrū iam relatis accedit id Apoc 7. Angelus clamauit magna voce quattuor Angelis: ergo aliquid iniunxit, quod alij tunc esse faciendum ignorarēt.Et Daniel.10.vnus Angelus restitit alteri;quod omnes fere exponunt de Angelis beatis,quorū quisq.deprecabatur pro populo suo,ignorans quid Deus facere disposuisset.Deinde omnes cum Diony.supra docent Angelos inferiores illuminari,& purgari ab ignorantia per superiores: aliqua igitur ignorant inferiores.Sane si omnia in verbo cognoscerent,non esset necesse illa ab alijs discere in proprio genere,seu per speciales reuelationes,vt anima Christi,quia omnia scit saltem habitu in verbo, non accipit speciales reuelationes. Et Theologi communiter existimant,non esse possibile,vt omnia futura actu in verbo videantur: & ideo id negant animæ Christi,vt vidimus sect.7 nulluſq.nominatur qui id tribuat alijs beatis:ergo non est illis tribuendum.Imo omnes illis denegant,vt &D.Th.3.contarGen.c.56.Duran.4.d.49.q. 3.& alij ead.d.& 3,d.14.Altisi.2.sum.tra.5.c.3.

Nec licet id sit posibile,erit necessario illis tribuendum, vt beati sint,& dici possint:non enim est de ratione beatitudinis habere simpliciter omnia bona, sed habere formaliter, vel in radice proxima affluentiā,& abundantiā bonorū,quæ merito quisdesiderare possit. 151

Sed difficilior quæstio est de posibilitate. 1.Opinio.
Quidam enim affirmarunt nullius creaturæ existentiā videri posse eadem visione, qua videtur verbū,sed alia:ita sentit Ocha. 4.q.13. art.2.& 3.Supplementum Gabr.4.d.49.q.3. a.1,popositi.3.Maior eadem d.q.16.§.penul.& 3.d.14.q.3.vbi Alma.q.1.Gab.q.1.ar.1.& 1.d. 55.q.3.Aliace.1.q.12.a.3.ver.his præmissis lit.G 152
Vazq.1.p.dis.50.præsertim.c.4.& 7. 2.Opinio.

Durand.autem 4.d.49.q.3 n.16. admittit res videri in verbo secundum esse essentiæ,sed non secundum esse existentiæ.Idem tenet Basol.q.4 prolog.a.3 & Gothif.quodlib.6.q.3. apud Capre.4.d.49.q.6.a.2 & Durand.3.d. 14.q 2.& suadetur, tum quia essentia diuina intrinsece respicit creaturas,vt posibiles, nō vt futuras,& ideo qui illam videt, necessario intelligit creaturas vt possibiles, non tamen intelligit eas,vt futuras, tum quia notitia intuitiua debet attingere rem in se,&nō in alio: ergo cum creaturę secundum esse existentiæ cognoscantur notitia intuitiua,cognoscuntur in se,& non in essentia diuina,seu in verbo.Et confirmari potest,quia creaturæ videntur in verbo,vt in causa,sed in Deo,vt in causa videri,non possunt vt existentes, sed vt posibiles: ergo.Probatur minor:quia in causa duo possunt considerari vnum virtus causæ,aliud causatio ipsa,In virtute Dei,quæ est eius omnipotentia,non possunt videri creaturæ, vt existentes;quia vt existentes non habent necessariā connexionē cum omnipotentia:nā si Deus nihil facere decreuisset, vt decernere potuisset, esset omnipotentia,& nulla creatura esset futura.Si vero de causatione loquamur, cū illa sit actio ad extra,cognoscere illam est cognoscere creaturā.De hac ergo inquirimus, quomodo videatur. Et quidem si vera esset opinio Durand.quondam citata asserentis Deum in dictamine practico sui intellectus cognocere determinationem liberam suæ voluntatis ad creandum hoc,vel illud,& consequenter ipsas creaturas facile explicaretur, quomodo beati illas cognouerint,quia reuera tale dictamē antecedens liberam determinationem diuinæ voluntatis necessarium est,nec est libertas vlla per se in intellectu diuino, aut humano, vt bene contra Durand.obiter notat Molina.1.p.q.12 art.8.disput.5.memb.2.& late dicemus tractatu 3.Beatus autem cognoscere potest, imo secundum Durand. necessario cognoscit, quæ sunt necessario in Deo: ergo cognoscere potest in illo dictamine determinationem diuinæ voluntatis,& effectus illius. Cæterum quia falsum est,vt docet Mol.supra

& nos

& nos docebimus illo tractatu. 3. voluntatem determinari aliquo dictamine intellectus,vel res secundum existentias non videntur in Deo,vel aliter explicandum est. Dici ergo potest videri in libera determinatione diuinæ voluntatis quia ex illa necessario sequitur effectus: & hic modus dicendi difficultatem nullam haberet, si duæ opiniones admitterentur.Prima determinationem liberã diuinæ voluntatis esse aliquid reale distinctũ ratione ab eo quod est necessario in Deo illique superadditum. Altera est omnes effectus Dei etiam malos pro materiali,& in sua entitate positiua consideratos esse absolute prædefinitos à Deo. Has autem opiniones multi non concedunt.Vnde ab eis alia via quærenda est,maxime cum hæc cognitio creaturarum in prædeterminatione diuinæ voluntatis,etiam si detur in Deo vel in beatis,non sit cognitio intuitiua creaturarum, sed abstractiua;Deus autem,& beati in Deo cognoscunt creaturas intuitiue: ergo alia via,& ratione illas in Deo vident.

153 1.Con. *Creaturæ vt præsentes præteritæ & futuræ videntur a beatis in Deo.*

Dico primo creaturas vt præsentes,præteritas, & futuras cognosci in Deo à beatis eadẽ visione,qua videtur ipse Deus.Quæ sententia videtur expressa D.Th.1.p.q.12.ar.8.9.&10.& 3.p.q.10.a.2.Idẽ tenent omnes D.Th.discipuli Valent.ibi punct.6.q.1.& 4. Scot.4.d. 49.q. 3.art.3 conc.7.Mol.1.p.q.12.a.8. dis.5. memb. 5.Gabr.lect.31.in Canonem.litt.E & F. & alij citat.sect.4.Et August.ibidem citatus Quando enim dicit Angelos videre creaturas in verbo,non loquitur de possibilibus, sed de iã productis.Item cum ait,videre in verbo mysterium incarnationis,& similia, loquitur de mysterijs factis: non enim credimus tantum posse Deum incarnari, & homini gratiam cõferre &c.Sed iam hęc feciſſe:similiter,cum ait epist 6.& 22.ciuit.c.23.& lib de diligendo Deo cap.28. beatos videre in verbo cogitationes aliorum, intelligit etiam quoad existentiam, & dicit lucem in qua videntur,esse Deum ipsum.Non ergo intelligit videre hæc per speciales reuelationes. Vnde eisdem locis sentit simul & vnico intuitu Dei hæc omnia videre. Propter quod li.13.Trinit.cap.16.dicit in beatis,scilicet quatenus beati sunt, fortassis non esse volubiles cogitationes,sed,inquit,omnem nostram scientiam vno conspectu videbimus. Et 12.confess cap.11.& 13.aperte sentit cognitione beatifica omnia simul intelligi. Idẽ sentit Grego.4.dialog.c.33 in fine.2.moral ca.2. alias; & 12. moral.cap. 13. tractat enim ibi quæstionem,an mortui videant quæ hic aguntur,& respondet virtute sua non videre, tamẽ videndo verbum videre.Bernard.etiam.5. de considerat.cum dicit creaturas videri in verbo,aperte loquitur de earum cognitione etiã secundum esse existentiæ. Et similiter sermone de triplici genere bonorum: siquidem loquitur etiam de cognitione cogitationũ cordis.Et Concil.Senonen.in decreto fidei ca.13. dicens,beatis peruium esse vniforme illud diuinitatis speculum,in quo quidquid eorum intersit,illucescat. Res enim intersunt secundũ esse existentiæ potius quam secundum esse possibile. Et Laurent.Iustin. sermone de omnibus sanctis ait,beatos videre clare pericula, in quibus nos versamur.Iulian.etiam Archiepiscopus Toletan.tractans illa verba Matt. 18.Angeli eorũ semper vident faciem Patris, dicit,cũ Angeli huc conueniunt ad nos custodiendos nõ separari à visione Dei:quia si aspectum conditoris amitterent,nec iacentes erigere,nec ignorantibus vera nunciare potuissent.Supponit ergo videre in Deo ea, quæ annuntiant.Et Dionys.sæpe significat superiores Angelos illuminare inferiores de ijs, quæ in verbo vident.Nazianz.etiam oratione.11.ca. 18.20.21,Cypr.lib.de mortal. Tertull. lib. de monoga.cap.10 significant etiam beatos res nostras curare,& videre eas visione beatifica quamuis exponi possint de cognitione extra verbum.Et si anima Christi nõ videret in verbo omnia quæ fiunt, non videret ea omnia vnico actu,nec simul.Quod saltem de ijs quæ fiunt vsque ad diem iudicij non videtur recte dictum,maxime quòd inde sequeretur forte numquam aliqua considerasse nec considerarum vsque ad diem iudicij,cum tam multa sint,& cognitio extra verbum tam limitata. Præterea cognoscere creaturas in Deo secundum existentias suas non repugnat, vt patebit soluendo obiectiones, cur ergo negabitur? Præterea Deus cognoscit sic creaturas in seipso:ergo idem poterit efficere beatus:cognitio enim beatifica est perfecta quædam participatio scientiæ increatæ. Præterea per cognitionem Propheticam, & per scientiam per se infusam possunt euidenter cognosci futura contingentia,& cogitationes cordium, & alia huiusmodi secundum suas existentias: ergo etiam per scientiam beatam.

154 *Explicatur quomodo creaturæ secundum quod existunt in aliqua differentia tẽporis vidẽtur in Deo*

Explicatur.Deus omnia quæ sunt,fuerunt & erunt,ac omnes propositiones veras de futuro contingente absoluto,vel de conditionato,si & ipsæ sunt determinatæ veritatis(vt nõnulli arbitrantur) cognoscit in seipso,beatisq. eumdem modum cognoscendi communicat, quia nulla est repugnantia in eiusmodi communicatione:& omnes difficultates quæ procedunt in visione creata,procedunt fere in in creata. Et sicut Deus non in sua virtute, nec semper in prædefinitione suæ voluntatis vel in dictamine sui intellectus videt futura, sed immediate eius scientia ad illa extenditur eo ipso, quod futura sint,ita etiam scientia beatifica

beatifica eo ipso, quod Deus conferat lumen gloriæ accommodatum ad iudicandum esse futura, ad hoc ipsum extenditur, non tamen omne quod cognoscitur vt possibile, eo ipso iudicatur futurum, etiamsi vere futurum sit, nec non futurum, si euenturum non sit: quia non semper communicat Deus lumen, quo determinetur intellectus ad tale iudicium ferendum, vt Angelus quamuis habeat speciem cogitationis, & affectionis meæ, vel futuri alicuius contingentis, non semper habet, vnde sufficienter determinetur ad iudicium. Et similiter beatus sæpe videt, quem actum Deus habere potest, quem autem habeat, ignorat, nec habet, vnde iudicare possit. Et alioqui beatus qui scit, quæ circulatio cœli possit esse vltima, & quis dies hominis, vel mundi potest esse vltimus, continuo sciret, quinam possibilium erit vltimus; & sic possent alia absurda inferri.

Dico ergo visionem quæ est apprehensio alicuius rei, vt possibilis absolute, vel pro tali differentia temporis, eandem numero extendi posse, vt sit iudicium de futuritione: non tamen semper extendi, propter imperfectionem luminis gloriæ: Falsum est enim quod aliqui dicunt, extensionem cuiuscumque visionis ad has, vel illas creaturas, vt possibiles, vel futuras, esse de intrinseca ratione individuali vt sectione. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. cõtra aliquos recentiores ostensum est. Nec est inconueniens, quamlibet visionem magis, & magis in infinitum extendi posse: & idem est de ipso lumine, sicut scientiæ per nouas conclusiones in infinitum extendi possunt: Quod etiam de habitibus virtutum existentium in voluntate, vel appetitu sensitiuo aliqui dicunt.

155. *Alio modo eadem res explicatur ab aliis, qui difficultatem non curat.*

Alio modo rem istam exponit Molina. 1. part. quæst. 12. art. 8. disp. 5. memb. 2. in fine, & memb. 4. & 5. Concedit enim cum Durand. supra, & propter eius argumenta, beatos vi solius luminis gloriæ, & visionis diuinæ essentiæ non cognoscere contingentia futura, nec cogitationes cordium licet forte sic cognoscant contingentia externa, quæ iam sunt in rerum natura. Cognoscere tamen hæc omnia putat in determinatione diuinæ voluntatis, quæ statuit liberum arbitrium creaturæ sub ijs, aut illis circunstantijs ponere, vel in scientia, qua Deus cognoscit hæc. Quod magis placet Molinæ, quia ad cognoscendum illo modo à priori hęc omnia, requiritur supereminens comprehensio, & penetratio liberi arbitrij, vt in concordia. & 1. p. quæst. 14. art. 13. docet, quæ comprehensio, & penetratio supereminens soli Deo competere potest. Concludit ergo longe magis sibi placere, vt hæc cognoscantur in diuina eorum scientia, quam Deus peculiari modo manifestat beatis non concurrente ad eam lumine gloriæ, sed Deo libere influente peculiari quodam influxu; & hac inter alias rationes putat Deum dici speculum voluntarium, & res videri in verbo scientia, seu arte diuina: quibus modis sæpe loquitur August. vt sectione 4. vidimus; eadem attigerat disput. 2. Sed difficultatem habent primo quia (vt ipsemet Molina fatetur, & docuimus 1. part. quæst. 14. & docebimus late in materia de gratia) futura contingentia libera non possunt cognosci à creatura, nec ab ipso Deo in illa determinatione libera diuinæ voluntatis ponendi liberum arbitrium creaturæ sub talibus, vel talibus circunstantijs: eo quod in causa indifferenti non potest cognosci effectus determinate; liberum autem arbitrium sub quibuslibet circunstantijs est causa indifferens: ergo. Secundo quia ille cum communi opinione, de qua dicetur alibi fuse, existimat actus liberos diuinæ voluntatis, & intellectus solum addere ad ea, quæ necessario sunt in Deo, respectum quemdam rationis; cur ergo, sicut Deus immediatè manifestat illum respectum, & facit videri eadem visione, qua videtur ipsa essentia, non poterit immediate manifestare complexiones contingentes futuras, & similiter cogitationes cordium? Et confirmatur, quia sicut per lumen gloriæ immediatè manifestat complexiones contingentes pendentes à libertate creata, & creaturas præsentes, præteritas, & futuras pendentes à voluntate Dei, posset manifestare contingentia futura libera, & cogitationes cordium. Cur non? Tertio quia Deus notitia intuitiua cognoscit prædicta; scientia autem beatifica est eminentissima quædam participatio diuinæ scientiæ: ergo etiam est intuitiua prædictorum. Notitia autem in voluntate, vel scientia diuina est abstractiua: ergo aliter cognoscuntur à beato. Quarto quia licet de potentia absoluta possit dari cognitio supernaturalis sine habitu, vel alia qualitate intrinseca supernaturali: tamen de lege, & iuxta suauem Dei prouidentiam dari non potest sine qualitate intrinseca habituali; ad illam autem cognitionem non concurrit alia qualitas supernaturalis præsertim habitualis: ergo concurrit lumen gloriæ. præsertim cum idem habitus, & eadem species, quæ concurrit ad cognitionem aliquã, concurrat etiã ad eius extẽsionẽ: ergo in illa extensione visionis beatificę ad futura cõtingentia, & cogitationes cordiũ, sicut nõ ponitur aliqua species creata: ita nec poni debet alia qualitas confortans potẽtiã, sed essentia diuina concurrit vt species ex parte obiecti, & lumẽ extẽsũ, ex parte potẽtię: vt enim Ange-

lus suppositâ productione contingentis externi liberi, suo naturali lumine determinatur ad eius cognitionem intuitiuam, & suppositâ voluntate alterius de manifestando corde illum determinat ad cogitationem aliam cordis intuendam, & lumẽ Propheticum, vel sciẽtiæ infusæ ad cognoscendum futurum contingens: ita lumen gloriæ cum aliqua peculiari extensione determinat beatum ad videndum liberos actus Dei, & cogitationes cordis creaturæ, & futura cõtingẽtia ab eius libertate pẽdentia. Sed quia hæc extensio non est necessario annexa visioni Dei, ideo dixit D. Tho. 1. p. q. 12. a. 8. argum. sed contra, cogitationes cordium non videri ex vi diuinæ visionis.

156. *Dubium. An visio beatifica ꝺ lege ordinaria variari possit in ordine ad creaturas vt existẽtes in aliqua differẽtia temporis.*

Sed an visio beatifica secundum istos modos variari possit etiam de lege, Scotus, & alij relati sectione 6. affirmant, & nonnulli Thomistæ; quia D. Tho. 1. part. q. 89. art. 8. ait beatos omnes cognoscere omnia prẽsentia, quę apud nos aguntur, & loquuntur de cognitione in verbo quæ si non simul à principio attingit futura, sed postea quando fiunt præsentia: procul dubio mutatur: nec enim est intelligibile quod alij Thomistæ dicunt visionem Dei, & creaturæ vt possibilis, sine sui mutatione fieri cognitionem rei secundum existentiam, quamuis res quæ cognoscebatur, vt futura solo lapsu temporis cognoscatur, vt præsens à Deo, & à beatis sine vlla mutatione visionis: ergo vere variabitur, & mutabitur visio beatifica. Quod non est conueniens, cum tota hæc variatio sit tantum circa obiectum secundarium.

Si dicas variari non posse circa obiectum secundarium, quin varietur circa primarium. Respondetur visionem non posse variari circa obiectum secundarium, vt possibile, quin varietur circa primarium: quia vt possibile solum cognoscitur quasi terminus alicuius habitudinis diuinæ, qua cognita cognoscitur creatura vt possibiles. Vnde si creatura de nouo cognosceretur vt possibilis, homo esset beatior, quam antea; quod est absurdum. tamen creatura quæ cognoscebatur vt possibilis, si de nouo cognoscatur, vt præsens, vel futura, non oportet visionem mutari circa obiectum secundarium: quia res secundum existentiam, quam habent in aliqua differentia temporis, non cognoscuntur ex vi habitudinis Dei ad illas. Siquidem Deus non respicit eas intrinsece, vt existentes in aliqua differentia temporis, sed tantum vt possibiles. Sicut ergo Deus non est beatior essentialiter ex eo quod cognoscat creaturas, vt existentes in aliquo tempore quam si non esset illas producturus, ac proinde nec videret eas scientia visionis: ita homo non est essentialiter beatior cognoscendo res, vt præsentes, vel futuras, quàm si solum cognosceret eas, vt possibiles, vt egregiè docet Molina. 1. part. quæst. 12. art. 8. disp. 5. memb. 6. quia hæc non cognoscuntur ex maiori penetratione diuinæ essentiæ, sed ex peculiari voluntate diuina manifestandi illa. Hoc igitur modo defendi potest, Beatos in verbo videre aliqua de nouo secundum existentiam.

157. *Cõclusio.*

Sed oppositum est conformius Augustino locis citatis asserenti non esse volubiles cogitationes beatorum; & D. Thom. alijs locis. Nam 1. par. quæst. 12. art. 10. & alibi sępe absolute docet scientia beata omnia simul videri. & de veritate. quæst. 8. art. 12. ait, respectu visionis beatificę perinde esse rẽ esse factam, & futuram. Locus autem citatus ex 1. part. quæst. 89. art. 8. exponi potest, vt beati videant omnia præsentia (id est, existentia in aliqua differentia temporis quæ ad eorum statum pertinent) quæ apud nos aguntur, à principio tamen suæ beatitudinis, & non successu temporis. Sed de hoc plura sectione sequenti.

Sectio. 11. Quænam videantur reipsa à beatis in Deo?

DIXIMVS in superioribus nullum beatum videre posse omnia possibilia, vel infinita numero, vel specie diuersa in Deo: tamen omnem beatum videre aliqua. Supereſt modo explicandum, quæ illa sint? Res est valde incerta. Dico tamen primo beatos omnes visuros in verbo omnia mysteria, quæ in hac vita crediderunt, saltem præcipua. Vellosill. in aduertentijs Theologi. ad tom. 9. August. quæsito. 16. dub. 3. Valentia. 1. part. quæst. 12. puncto. 6. Patet etiam ex D. Thom. 1. part. quæst. 1. art. 2. dicente nostram Theologiam esse subalternatam scientiæ beatorum, quia ipsi vident principia fidei, quæ nos credimus. Idem 22. quęstio. 1. art. 5. & 1. 2. quæst. 4. art. 3 ait visionem succedere fidei, & ea visuros quæ credimus. Et August. lib. de speculo tom. 9. cap. 27. quæ (nimirum visio) nunc fide inchoatur, sed tunc in specie perficietur. Quando sapientiam tibi coæternam, quam modo per ora Doctorum sumimus, in ipso fonte bibemus. Omnia sacramenta & cuncta nobis tunc apparebunt arcana non doctorum verbis, non enim vllis indigebimus mysterijs cum facie ad faciem videbimus te. Sed inde, ni fallor, vnde Angeli te vident. Quid nos tunc latere poterit, quando tu Deus noster. vita viuentium, & causa causarum, forma formarum in formata te nobis clara visione insi-

1. *Cõclus. Beati in Deo vidẽt omnia vel saltẽ præcipua mysteria fidei.*

insinuabis? Et idem Augustin. libr. de dilig. Deum.cap. 18. ait, Quod hic crediderunt, ibi videbunt.& 20. ciuit.capit. 21. explicans illud dictum: Videbitis & gaudebit cor vestrũ; ait; Videbimus Deum & omnia illa, quæ nunc non videmus, credentes autem pro modulo capacitatis humanæ longe minus,quàm sunt, atque incomparabiliter, cogitamus. & infra: hic creditis, ibi videbitis. Colligitur etiam ex Gregor. 18. moral. capit. vltimo. Quæ visio nunc, inquit, fide inchoatur, sed tunc in specie perficitur, quando coæternam Deo sapientiam, quam modo per ora prædicantium, quasi per decurrentia flumina sumimus, in ipso suo fonte biberimus. Paulus etiam 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum &c. vbi significat, sicut nunc videmus res fidei, in prima veritate obscure loquente, ita tunc visuros in prima veritate clarè se ostendente. Ideo subdit. Cum venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est. Ex quo sumitur hæc ratio, quia visio illa per se excludit fidem: ergo ponit euidentiam omnium, vel saltem principalium propositionum fidei: alioqui non obstante visione Dei retinenda esset fides ad reliqua mysteria cognoscenda. Probatur etiam ex 2. Corinth. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem. Quorum verborum probabilis sensus est: Nos in lege gratiæ reiecto velamine veteris testamenti expressius, ac distinctius cognoscere supernaturalia mysteria, quæ cognitio quamuis sit obscura, in comparatione legis veteris dicitur claritas quædam, à qua transformamur in claritatem gloriæ, eadem mysteria clarius inspecturi. Ita fere exponunt Anselm. Ambros. & D. Thom. in illum locum, & Augnst. epist. 112. cap. 21. à claritate, inquit, fidei in gloriam contemplationis æternæ. Et lib. 15. Trinit. cap. 8. transformamur de forma in formam, id est, de obscura in lucidam, de gloria fidei, in gloriam speciei, de gloria, qua filij Dei sumus,in gloriam, qua similes ei erimus,quando videbimus eum, sicuti est. De mysterio autem Trinitatis, & de attributis Dei, quæ in via credimus, plura adduximus sectione 3.& 4. Nunc vero præcipue loquimur de mysterijs fidei creatis, licet generaliter loquamur de mysterijs fidei.

159. Ratio autem assertionis est vel quia eiusmodi visio est præmium valde consentaneum fidei, vel quia fideles merito cupiunt videre quæ credunt: ergo verisimile est hoc iustum desiderium explendum esse ipsa beatitudine essentiali,cum facile,& excellentius fieri possit, vel quia licet non sit absolute necessarium viso Deo videre formaliter, & explicite attributa quæ formaliter sunt in Deo: est tamen valde expediens, & ad diuersos beatorum gradus conducens: talia autem ad mysteria fidei creata ordinem intrinsecum transcendentalem important:& quædam licet non sint formaliter in natura diuina; tamen constituunt Christum, qui vt docuimus in materia de Incarnatione vere compositus est ex humanitate, & subsistentia verbi vnitis quadam vnione substantiali creata: Expedit autem ad ipsorum, & Christi gloriam, vt beati etiam in verbo intelligant,quæ sunt vere in ipsa persona Christi.

Imo Palud. 4.d.49.q. 2.num.8.ait de necessitate beatitudinis hominis redempti esse videre humanitatem Christi, alias esset ingratus. Necessarium autem dicere videtur Paludan. ad integritatem debitam: quia subdit hoc separato manere essentiam beatitudinis. Licet forte velit in creatura non redempta hoc separato esse essentiam beatitudinis, non tamen in redempta.

Notanter autem dixi cum Vellosillo saltem omnes visuros in verbo principalia fidei mysteria: non enim videtur necessarium, vt quisque in verbo intelligat vniuersa, quæ in Scriptura continentur; ita vt iuxta omnes sensus saltem litterales totam Scripturam exponere possit: & similiter intelligat omnes nõ Scriptas traditiones, & Ecclesiæ definitiones, sed pro diuerso statu, aut gradu beatitudinis vnus ex ijs mysterijs plura videbit, quam alius, aut quia magis, vel cum pia affectione maiori fidem exercuit, vel maiori desiderio videndi res fidei flagrauit, & vnus in pluribus videbit completa fuisse hæc mysteria, vt iustificationes per propriam dispositionem, vel per hoc, aut illud Sacramentum &c. quam alius. Idem de mysterio Resurrectionis,vel etiam glorificationis animę,& vnus cognoscet in verbo plures rationes quam alius, cur tale,vel tale sacramentum sit institutum,cur Deus humanitatem assumpserit, cur permissum sit tale peccatum &c.quam alius. Vnde non omnes videbunt omnia indiuidua actuum,vel habituum supernaturalium,præsertim loquendo de actibus futuris post diem iudicij,qui erunt infiniti.

160. *Forte nõ oẽs beati vidẽt omnia fidei mysteria in Deo.*

Dico 2.omnes beatos visuros in verbo omnes species substantiales rerum naturalium, & earum proprietates, & totum ordinem vniuersi. Conclusio est D. Thom. 1.part.quæst. 12.art.8.ad 4.(vbi omnes Thomistæ)& 3.contra gent.cap.59.vbi Ferrar.Ferdinand.Vellosill. in aduertentijs Theologi. ad tom. 9. Augustin. quæsito.16. dub.3. Valentiæ supra,Molinæ.1.p.quæst. 12.disp.5.memb.3.Palud.4.d.4. quæst. 2.art.3. Soti quæst.3.art.3. conclusio.6.

161. *Oẽs beati vident in verbo oẽs species substãtiales rerũ naturalium.*

Vazquez. 1. part. disp. 50. cap. 8. Et colligitur ex August. locis citatis sectione 4. in quibus asserit Angelos in verbo vidisse omnia opera sex dierum. Et Bernard. serm. de triplici genere bonorum, vbi de visione beatifica ait: O sapientia qua tunc omnia quæ in cœlo, & quæ in terra sunt, perfecte cognoscimus in ipso fonte sapientiæ rerum omnium cognitionem bibentes.

Ratio est quia homo appetitu innato, & elicito appetit maxime horum omnium cognitionem in verbo, quæ supernaturalis est: perfecta autem beatitudo satiat per seipsam, si potest, etiam appetitum naturalem; satiari enim potest superiori forma ad eam cuius homo naturaliter est capax, quamque naturaliter appetit: ergo visio beatifica quæ perfecta beatitudo est, & per se potest satiare hunc appetitum; per seipsam illum satiat, ac proinde est horum omnium cognitio. Sic debet intelligi, & formari ratio D. Thom. & aliorum, vt aliquam probabilitatem habeat. Quamuis Vazquez supra consequēter ad sua principia doceat ex vi visionis essentiæ, & eadem visione qua videtur essentia, nullam creaturę speciem videri sed alia cognitione. & non ideo species possibiles non necessario videri ab omnibus beatis, quia ad cognitionem earum non sit appetitus naturalis, ideſt, quodammodo necessarius, & ex viribus naturæ elicitus. Siquidem hic ad supernaturalia esse potest, vt ad visionem beatificam, & multo magis esse posset ad species naturales possibiles cognoscendas. Sed quia videre omnes nō est possibile; videre autem aliquas vel merita non exigunt, vel saltem non exigunt videre has præ illis, sed has vel illas. Ad videndas autem naturales species spectantes ad hunc ordinem vniuersi est appetitus naturalis innatus, & elicitus respiciens illas interdum in particulari, quem dicit expleri à Deo.

Et eadem ratione probatur homini dandū esse lumen gloriæ accomodatum ad hæc omnia in Deo videndum.

162. *Beati vidēt in eo oēs species substantiales naturaliter possibiles, licet nunquā futuræ sint. Quid de indiuiduis naturaliū*

Nec solum vident beati vniuersi in verbo omnes species quæ modo sunt, vel aliquando futuræ sunt: sed forte etiam quæ concursu causarum naturalium naturaliter fieri possunt, licet nūquam futuræ sint. Quod de anima Christi docet D. Thom. 3. par. quęst. 10. art. 2. & observat Caiet. ibi. & ad Beatam Virginem, & alios beatos extendi debet, alioqui posset aliqua species prodire, quæ illis esset ignota in verbo. Quod videtur inconueniens. An vero beati videant indiuidua omnia harum specierum substantialium? Quidam negāt, quia cognitio singularium ad perfectionem intellectus humani non pertinet: vt videtur dicere D. Th. 1. part. quæst. 12. art. 8. ad 4. Alij merito dicunt hoc procul dubio falsum esse. Non enim videbunt Angelos, cœlos, & homines tantum in communi, sed hos cœlos, hos Angelos, hos homines. Vt etiam tenet Vazquez supra: quia hæc cognitio distinctior est & perfectior, ac appetitus sciendi hæc in particulari naturalis est, & talis cognitio est magna perfectio, licet non semper sit valde necessaria, aut debita nostro intellectui, præsertim si impedit nobiliorem cognitionem: quod etiam in verbo locum habet. Nam quo plura ex his beati in verbo cognoscunt, minus participabunt cognitionem specierum saltem possibilium extra hunc ordinem vniuersi, non quia non possint hęc, & illa simul cognosci in verbo, sed quia merita non attingunt ad vtramq. cognitionem. Vnde credo non omnia indiuidua harum specierum cognosci à beatis, sed pauca quædam in quibus quasi exemplum vniuersalis cognitionis ponere possint, vel quæ ad prudentiam sufficiant, vt in indiuiduis humanis. Indiuidua autem quæ sunt vnica in sua specie, vt sunt Angelica, & cœlestia cognita sunt in verbo omnibus beatis, & similiter indiuidua insignia elementorum, vt globus terræ, sphæra aëris, & ignis, mare, celeberrimaque flumina, ingentes lacus, fontes mirabiles, Potentissimi Reges, Summique Pontifices, lapides, & herbæ, quæ intra speciem suam habent singulares proprietates, & similia; reliqua indiuidua nosse non magni momenti est. Ideo non oportet tribui Beatis omnibus. & hoc voluit D. Thom. supra. & 1. part. quæstio. 14. art. 11. dicens singularia cognosci à Deo, quia eorum cognitio etiam pertinet ad perfectionem nostram. & Palud. 4. distinct. 49. quæstio. 2. art. 3. ait cognitionem singularium, & contingentium non ita esse de perfectione intellectus nostri, sicut cognitio quidditatum vniuersalium, & partium vniuersi: ideo beatos nō cognoscere omnia singularia, sed quæ ad ipsos pertinent; Cognoscere autem quidditates vniuersales, & partes vniuersi. Vnde falsum est quod aliqui dicunt, beatos omnes visuros omnia indiuidua harum specierum possibilia, vel saltem quæ aliquando erunt, quia existimant non esse maioris perfectionis videre hęc omnia indiuidua in verbo, quam vnum eorū, præsertim quando inter se sunt valde similia. Sed hoc fundamentum falsum est, & si verum esset, potius esset ad oppositum: nam si non est maioris perfectionis cognoscere vnum, quam plura, quorsum beatis tribuitur? imò nec Deo tribuendum erit. Deinde possibilia indiuidua sunt infinita, forte autem nulla creatura potest infinita cognoscere, vt supra ostendimus.

specierū substātialium.

Ex quibus omnibus colligitur recte Molinam. 1. par. q. 12. art. 8. disp. 5. memb. 3. dixisse, 163.

quod

quod attinet ad singularia, cogitationes cordiũ, & complexiones contingentes. Licet D. Th.hoc loco ad 4.dicat cognitionem horum non pertinere ad perfectionẽ intellectus creati, non intelligit quasi cognoscere hæc nulla sit perfectio intellectus:cum oppositum dicat q.14.art.11.sed quod non sit tanta perfectio, vt oporteat omnes beatos hæc omnia cognoscere.Præterea non intendit omnes beatos nulla singularia,nullas cogitationes cordium, nullasq.complexiones contingentes conspicere in Deo:cum oppositum apertè asserat infra q.89.art.8.& 3.contra gent.c.59.2.2.q.83. art.4.ad 2.3.p.qu.10.art.2.& alibi.Sed quod Molina ait ibi membro 8. quicumque videt in Deo individuum aliquod cognoscere omnia possibilia in eadem specie,tractatũ est sectione.7.

Censeo ergo omnes beatos cernere in singulis speciebus plura.aut pauciora individua, hæc, aut illa pro meritorum, & status cuiusq. varietate,& exigentia,vt ait Valentia.

Obiectio. Dices,Angelos naturaliter cognoscere omnia individua naturalia possibilia: ergo idem poterit beatus secundum beatificam cognitionem.Respondetur neque Angelos posse in finita cognoscere vno actu, aut infinitis, nec ad id habere habitus, vel species extensas: sed si cognoscunt differentias individuales rerum corruptibilium secundum seipsas, oportet quotidie perfici, & augeri eorum habitus & species, vt in materia de Angelis docui. Et præterea non omnia quæ habitu cognoscunt, semper actu considerant: vnde non mirum si hæc cognitio illis tribuatur.Beati vero omnia quæ habitu norunt, semper actu considerant. Ideo non expedit tot rerum cognitionem in verbo illis tribuere, maxime cum visio beata, non per se,sed per accidens ad creaturas terminetur.

Solutio.

163. *An omnes beati cognoscãt aliquas species substãtiales possibiles extra hunc ordinẽ vniuersi.*

An vero ex speciebus possibilibus tantum extra hunc ordinem vniuersi,quilibet beatus aliquas videat D.Tho.1.p.qu.12.art.8.in fine ait, Beatos cognoscere plures vel pauciores pro quantitate luminis gloriæ. Vnde supponit quẽlibet cognoscere aliquas. Quod probant aliqui ibi,quia lumen sufficiens ad videndum maius,sufficit ad vidẽdum minus; sed aliquæ species producibiles sunt imperfectiores aliquibus productis:ergo lumen quo vidẽtur productæ,sufficiet ad illas. Visio autem non est libera,sed necessaria, & adæquata lumini:ergo &c.Sed certe vt in scientia,ita & in lumine gloriæ,quod sufficit ad maius,non sufficit ad minus,quod est diuersæ rationis, vt patet in naturalibus,& moralibus.Nec est simile de lumine.& visione corporea, in qua lumẽ non concurrit, vt ratio agendi, sed vt conditio, vel ratio, sub qua. censeo tamen sententiam illorum veram esse alia ratione.Quia cũ omnes quoad naturales species sint æquales, si producibiles,ab ipsis non viderentur,modica,vel nulla disparitas esset in beatis.Vnde bene Molina 1.p.q.12.art.8.disp.5.membro.3. ait,omnes beatos cognoscere aliquas ex illis speciebus possibilibus.Male ergo Scotus,3.d. 14.q.2.& quidam alij tribuunt D.Tho. quod crediderit animam Christi nihil in verbo cognoscere eorum,quæ Deus scit sola scientia simplicis intelligentiæ. Nam de omnibus beatis oppositum docet loco citato, & speciatim de anima Christi. 3.p.q.10.a.2.& 3. ac aliis locis citatis sectio. 7.docet,cognoscere omnia quæ sunt in potentia creaturæ productæ,licet nunquam futura sint.Solum docuit D. Tho. non omnia,quæ Deus scit sola scientia simplicis intelligentiæ,cognosci actu ab anima Christi.

164. *3.conclus. Quilibet beatus videt in verbo omnes actus humanos & effectus ex illis manãtes qui ad ipsius statum pertinent.*

Dico 3.quamuis de actibus humanis,& effectibus inde emanantibus opiniones fuerint, quinam à beatis cognoscantur? Tamen dicendum est,vnumquemque cognoscere in verbo eos,qui ad statum ipsius pertinẽt. Prima pars patet ex Origene, lib. 2. super Epistolam ad Rom.& August.lib.de cura pro mortuis. cap. 13.quem refert D.Thom.1.p.q.89.art.8.quo loco August. docet,hos actus & effectus non cognosci à Beatis, suamque sententiam probat ex Isai. 63. Abraham nescivit, & Israel non cognouit nos. Et confirmat; quia à matre sua non consolabatur, nec in tristitijs visitabatur: nec est probabile, vt sit facta vica fæliciore crudelior. Et quia Dominus promisit Iosiæ. 4. Reg. 22. quod prius moreretur, ne videret mala populo superuentura. Sed August.vt ait D.Thom. dubitando hoc dixit; præmiserat enim; vt volet accipiat quisque, quod dicam.

Vnde alij dixerunt animas ex sola Angelorũ reuelatione cognoscere, quæ hic fiunt: sed hoc non satis est ad cognoscẽdas cordiũ cogitationes, & affectiones; quia nec Angeli eas cognoscunt virtute naturali sine consensu, & ordinatione hominis cogitantis, neq.alia omnia externa Angeli semper attẽdũt,licet possint ad quod velint attẽdere. Quod posse etiã videtur animę sanctę virtute naturali,vt inuuit Hieronym.lib.contra Vigilantium:licet oppositum videatur dicere D. Tho.supra cum Gregor. 12. moral. cap. 13. quia distantia locali; non impedit cognitionem Angeli, vel animæ separatę. Et verisimile est,animas sanctas habere species inditas omnium harum rerum, sicut Angeli, licet minus perfecte, minusque distinctè repræsentãtes,maxime in statu beatitudinis: nam in sinu Abrahæ fortasse has nõ habebant,vt sentit August.supra,& colligi potest ex nonnullis locis veteris testamenti,quæ ibi citat, vt retulimus, & addi potest id

Iob.14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget: quod tamen de solis animabus damnatorum intellexit Gregorius supra. Probabilius tamen est etiã animabus decedẽtibus in originali infundi species à Deo, quibus cognoscant, quæ ad statum suum pertinent, vt docent Vellosillus aduertentijs ad to.9. Aug.q.16.dub.vltimo.

165. Secũda autẽ pars conclusionis est D. Thomæ locis citatis videlicet 3. parte. quæstione. 10. art.2.& 3.contra gent.cap.59.& 4.distinct.45. quæst.3.art.1.& 2.2.quæst. 83. art.4.ad 2.& eam docent Caietan.& Ferrar.ibi.Sotus.4.d. 49.quæst.3.art.3.conclu.10.Capreol.& Sonci. qu.6.Palud.q.2.art.3.Vellosil. in aduertentijs ad August.tom.9. quæsito.16. dub. vltimo, & ad Gregor.quæsito.4. Valentia supra Molina 1.par.qu.12.art.8. disp.5.num. 3.& 6. & disp. 6. Vazquez.ibi disput. 50. cap.9. Iuxta quam partem recte exponitur Gregor. 12. moral.c.13.& li.2.cap.2.alias.3. & 4.dialog. cap. 33. Quid non videt, qui vidẽtem omnia videt? scilicet, ex ijs, quæ ad ipsum pertinent. Idem significauit Cõcilium Senonense in decretis Gratiani.c.13. in illo verbo. Quidquid eorũ interfit, & sic debet intelligi Isidorus 1. de sum. bon. cap. 12. sententia. 17. Angeli in verbo Dei cognoscunt omnia antequam in re fiant: & quæ apud homines adhuc futura sunt, Angeli iam reuelante Deo nouerunt.

Ratio est, quia beati merito cupiunt hæc cognoscere, cognitio autem beatifica per se satiat omne desiderium iustum, quod per se ipsam satiare potest; hoc autem potest: ergo. Aduertit tamen Molina illo memb.6. Ad statum Angelorum beatorum non videri pertinere, quæ anima sit cuiq. demandanda in tutelam, eo quod ad eos parum referat, vtrum hæc, aut illa demandetur, neq. id tam cedat in honorem, aut emolumentum ipsorum, quam in bonum animarum: quare non est necesse vt à principio beatitudinis suæ videant, quę anima sit cuiq. committenda, sed satis est, si per reuelationem in proprio genere hæc cura demandetur, cum homines nascũtur. Nec est, inquit, necesse Angelos videre in verbo, quę circa singulas animas sibi cõmendandas futura sunt, tam quoad tentationes ac preces, quas non solum ad eos custodes Angelos, sed ad Deum decursu tempors fundẽt, quam quoad discursum huius vitæ, & prædestinationem, ac reparationem earum. Circa hæc ergo & alia quæ pertinent ad regimen, & decursum Ecclesiæ militantis, illuminantur Angeli per illuminationem in proprio genere iuxta Dionys.7. cæleſt.Hierarch.& ita cessat obiectio Caiet.3. p.q.10.art.2. de pugna inter Angelos beatos dum ignorabant voluntatem Dei circa exitum filiorum Israel de captiuitate Babylonica. Et plane si Angeli beati à principio suę beatitudinis nouerunt quæ animæ cuiq. in tutelam essent demandandę, & omnia quę illis essent euentura eo tempore, quo essent futuræ, saltem illi Angeli, quibus demandandi sunt in custodiam homines, qui in igne conflagrationis interibunt, iam cognouerunt à principio suæ beatitudinis, quando futura sit dies iudicij cõtra Matth.24.& Marci.13. Angelus etiam custos Adami prænouisset à principio casum illius, & tam ille, quam alij prænouissent mysteriũ Incarnationis, & omnia media gratiæ, quibus homines ipsorum tutelæ committendi peruenturi essent in vitam æternã. Quæ non videntur concedenda: licet possit concedi cum Ouand.2. d.8.in fine.& Gab. lect. 31. in cano. Angelum custodem nosse extra verbum omnia secreta sui clientuli & non sit improbabile quemlibet beatum in verbo nosse diem iudicij, vt sectione.7. diximus, & certum videtur, nosse mysterium Incarnationis, quia in via omnes illud crediderunt.

Ad statum autem beati pertinet intelligere quæ ipsum intelligere oportet ad proprias actiones exercendas prudenter, recte, prompte, & iucundè, & ex quorum cognitione specialem capere voluptatem potest. Hinc institutor, vel author alicuius Religionis, qui de illius augmento, & felici progressu curam, & prouidentiam habuit, & retinet, cognoscet in verbo, quæ ad talem Religionem pertinent, non solum quæ ante instans mortis euenerunt, sed quæ postea euenient. Quod obserua contra Caiet.3.par.quæst.10.art.2. asserentem, beatos solum videre in verbo formaliter, quæ ad eos pertinent vsq. ad instans mortis: quæ vero postea euentura sunt, tantũ causaliter & per nouas reuelationes. Quod reijciunt alij Thomistæ, meritoq. quia ratio facta æque procedit de omnibus, quæ speciali titulo ad beatos pertinent: ergo ita in verbo vident. Addit tamen Ferrar.3. contra gent. cap. 59. non videre ea simul, & à principio suę beatitudinis, sed successiue, vt res fiunt. Quod diximus sectione præcedenti in fine, sine mutatione visionis circa obiectum primarium fieri posse si res à principio cognosceretur secundum essentiam, vel substantiam, postea vero secundum existentiam: secus si etiam postea esset cognoscenda de nouo secundum suam essentiam, vel substantiam. Vnde cum visio beatifica saltem circa obiectum primarium inuariabilis sit ex natura sua, vel de lege: talis noua cognitio admittenda non est, imo nec noua cognitio secundum existentiam debet admitti. Absolute enim D.Th.3.contra gent. cap.60.& 1.p.quæst.12. art.10. quem sequitur Valentia ibi puncto.6.q.4 ait, quæ videntur à beatis in verbo, simul videri in quod propẽ

166.

det

det Augustin. 15. Trinita. c. 16. dicens fortassis volubiles non erunt cogitationes nostræ ab alijs in alias euntes, atq. redeuntes, sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus. Idem tenet Sotus. 4. d. 49. q. 3. a. 3. concluſ. 8. Molina illo membr. 6. & similiter Vazquez. 1. part. d. 50. c. 9. tenet visionẽ Dei circa nullum obiectum variari. Quod ipse probat, quia solum Deum habet pro obiecto, & circa Deum non variatur. Nos vero probamus quia illa visio mensuratur æternitate participata vt. 1. part. q. 10. art. 3. cum D. Thom docent Theologi. & Aug. lib. 83. quæstionũ. q. 23. ergo est inuariabilis. Male autem Palud. 4. d. 45. q. 2. dixit, possibile esse vt illa visio varietur extensiue quoad obiecta visa, licet nõ varietur in se, nec ex parte luminis. Nam vt ait Valentia. 1. part. q. 12. puncto. 6. si ipsa in se non variatur, nec res possunt per eam variabiliter videri. Præterea Aug. 12. confess. ca. 13. ait, omnia ab Angelis simul videri in verbo & 25. Trinit. c. 16. non erunt volubiles cogitationes eorum, sed omnem suam scientiam vno conspectu videbunt: ergo visio illa nec extensiue quoad obiecta visa variatur.

167. *An beati in Deo videant orationes, quæ ad ipsos fundũtur.*

Hinc resoluitur alia difficultas, an beati videãt in verbo orationes quę ad illos dirigũtur? Aliqui Thomist. negãt, vt Sotus. 4. d. 49. q. 3. art. 3. post 8. conclusionem, & consonat opinioni Caietan. modo relatæ. Idem tamen Caiet. 2. 2 q. 83 a. 4 circa solutionem 2. docet beatos videre has orationes in verbo. Idem tenet D. Thom. ibi Valentia. 1. part. q. 12. puncto. 6. q. 4. ad 3. argument. Capreol. 4. d. 45. q. vnica. Palud. q. 2 a. 3. Colligitur ex D. Thom. 1. p. q 12 art. 2. dicente quemlibet beatum videre in verbo quæ ad suum statum pertinẽt. Idem tenet D. Thom. 4. d. 49. q. 3. a. 1. Idem tenet Gabr. lectione 31. in Canon. Et id significat satis Concil. Senonen. in decretis fidei ca. 13. & consonat consuetudini Ecclesiæ, & modo quo ad sanctos preces fundit. Plane enim supponunt videri à sanctis ex visuæ beatitudinis. Forte q. ideo nunc potius oramus sanctos, quam in veteri testamento, quando sancti defuncti non videbant Deum. Et hæc opinio est pia, & æque facile defendi potest, ac beatos illa videre in verbo. Et confirmatur, quia merito beati appetunt cognoscere eos qui ad illos orationes fundunt, vt eos magis diligant, honorẽt, intime alloquãtur, pro eis quę orẽt, qui eos singulari amore prosequũtur colunt, venerantur, &c. ergo si per ipsam visionem sa tiari potest hic appetitus, ita fiet. Sed ait Durand. nihil secundum existentiam posse videri in verbo. Et ideo 4. d. 49. q. 2. num. 16. d. 45. q. 4. art. 2. & 3. d. 14. q. 2. ait orariones, quę beatis fiunt non videri in verbo. Fundamentum tamen est falsum, & reiectum sectione. 9.

Addit tamen Molina non videri sibi improbabile, si Christum demas, ad cuius statũ pertinet, vt statim á principio suę beatitudinis videat omnia, & beatam Virginem, quæ merito & prerogatiuis specialibus excellit cęteros beatos, non statim à principio suæ beatitudinis videre in Deo preces, quę ad ipsos de cursu teporis fiũt, ceteraq. quę ad statũ cuiusq. lapsu temporis spectant, sed tũc quando preces funduntur, & cętera fiunt Deo per suum peculiarem influxum in visione beatifica hęc illis de nouo manifestante, extendenteque eo influxu visionem ad ea etiam intuendum. Neque id est volubiles esse cogitationes, quasi quibusdam omissis alię sumantur. vt dicebant Bona. 3. d. 14. art. 2. maxime ad vlt. & penult. Richard, ead. dist. art. 2. q. 3. Scotus. q. 2. §. sed si ista via & 1. d. 1. §. quantum ad istum articu. & §. per hoc ad argumenta, & alj supra impugnati. Nunquam enim à cognitione semel habita in verbo postea dimouentur. Vnde visio beatifica nunquam vlla ex parte corrumpitur, vel minuitur, sed augetur comparatione obiecti secundarij & accidentaliter. Cum Molina quantum ad hoc, quod visione beatica videatur de nouo aliqua creatura, quę à principio visa non fuit, conueniunt præter nũc citatos Marsil. 3. q. 10. art. 2. part. 2. ad confirma. 6. argumenti. &. 3. part. conclus. 3. Ferrar. 3. contragent. cap. 59. Abulen. Matth. 17. q. 114. ad. 3. Adam. 2. d. 1. q. 8. art. 2. Mouetur Molina, quia durum est admittere Petrum, & alios summos Pontifices iam nunc conspicere totum decursum Ecclesiæ militantis: eo enim dato, qua nã ratione negari potest eos à principio suæ beatitudinis scire, quando futura sit dies iudicij. Item si cõcedatur, omnes beatos iam modo videre omnes preces, quæ ad eos fundentur, intuebuntur sane preces, quas ad ipsos fundent iusti in igne extremæ conflagrationis positi, atq. adeo cognoscent, quando futura sit dies iudicij. Præterea durũ est admittere beatos præscire, qui viatorum sint prædestinati, & quibus auxilijs. atq. precibus perducendi sint in vitam æternam, aliaq. similia pręuidere, quę ad decursum Ecclesię pertinent, & circa quæ decursu temporis Angeli inferiores illuminari solent à superioribus, qui tunc à Deo immediate notitiam illorum accipiunt. Hæc Molina illo art. 8. dis. 6 dub. 1. qui etiam disp. 5. membr. 6. satis probabiliter ait dempto Christo, & beata Virgine, nõ esse certã, sed piã, & probabilẽ opinionẽ D. Tho. asserentis omnes beatos à principio suæ beatitudins videre in verbo quæ ad cuiusq. statum pertinent. Et Vaz q. 1. p. dis. 50 c. 9. ait beatos non eadem cognitione, qua cognoscunt, Deum cognoscere futura: ac proinde non esse necessarium omnia quę ad eorum

An visione beatifica videatur de nouo aliquid quod à principio beatitudinis visum nõ fuerit

rum statum pertinent,ab initio ab ipsis cognosci.Nos tamen probabile esse censemus & in gratiam D.Thomæ defendimus, quæ ad cuiusq.statum pertinent,ab initio ab illis cognosci,& eadē cognitione qua verbū.In qua opinione aliqui admittunt,beatos cognoscere in verbo,quando futura sit dies iudicij,nō tamen ad dicendum,sicut nec Christus Matth.24.& Marc.13.

169. *obiectio 1* Dices,ergo inferior beatus plura interdum videbit in verbo,quā alius beatior,quia possunt plura pertinere ad illius statum, vel plures orationes ad illum fundi.Respondetur.1. concedendo sequelam, tamen alius, qui est beatior, vel melius videbit Deum sub ratione absoluta à creaturis, vel cognoscet Deum secundum plures,aut excellētiores ha- *Solutio.1.* bitudines ad creaturas, vel cognoscet in eo plures alias creaturas aut excellentiores. 2. respondetur licet quilibet beatus cognoscat, quæ pertinent ad eius statum, tamen qui beatior est cognoscet alia,quæ non ad proprium statum pertineant,sed ad statum aliorum,vel *Solutio.2* quę ad nullius statum spectent, vt sunt creaturæ possibiles 3.respondetur ex dictis,visionē creaturarum secundum esse existentiæ non augere maiorem beatitudinem essentialem in cognoscente, etiam si cætera essent paria.Vnde non est inconueniens minus beatum plura ex his videre.Istę omnes solutiones sunt de mente Molinæ illo membro.6.Alij.4.respon- *Solutio.3* dent,non esse necessarium, quo plura in verbo videntur,eo perfectius verbum videri, nisi illa quæ videntur specie differant: Quia cognitio singularium ad perfectionem intellectus non pertinet,& de illis tantum existimār dixisse S.Thom.3.p.q 10.a.2. quo plura cognoscuntur in verbo,eo perfectius verbum videri.Sed hoc ridiculum esse putat Vazq 1.p.disp.50.cap.9.quia S.Doctor in eo artic. non solum de speciebus,sed etiam de individuis futuris,cogitationibus, & orationibus pertinentibus ad statum beati loquebatur,& dixit,eo plura à beato videri, quo perfectius Deum videt:procul dubio de ijs intelligens, quæ in exemplum adduxit.Ad hæc, si individua in verbo eadem visione,& ex vi visionis videntur:necesse est,quo plura cognoscuntur, verbum ipsum perfectius videri.Nā si in duobus æque perfecta est visio,non potest in vno esse causa videndi plura, aut diuersa quam in alio.Tum etiam quia ad naturale desiderium, & perfectionem intellectus pertinet,non so- 170. *obiectio.2* lum cognoscere species,sed etiam individua vt ergo melius sententiam nostrā tueamur, ad alias solutiones recurrendum erit.

Si dicas.2.beatitudo est commensurata, & proportionata gratię, & meritis: fieri autem potest, vt quis non habeat tantam gratiam, vel tot merita, quę postulent cognitionem omnium earum rerum quas diximus ab omnibus beatis cognosci.Respondetur minimum gradum gratiæ,& meriti petere de iustitia totam illam cognitionem, vel saltem decet,& expedit Deum,qui vltra condignum remunerat,totam illam cognitionem cuiq.beato præstare, vel si meritorum, & gratiæ minimus gradus non petit,omnia illa à quolibet beato cognosci in verbo:petit tamen cognosci per speciales reuelationes extra verbum. Et ita cum dicitur,omnia illa in verbo cognosci,intelligitur:abillis,quidigni sūt quales fere sūt oēs.Nemo enim est,qui saltē nō sit dignus videre in Deo principalia mysteria fidei, & omnes species naturales,paulo autē maior in dignitate dignus quoque erit cognitione rerum contingentium, quę ad proprium statū pertinent. Et quidem certum est à sanctis orationes cognosci,quæ ad illos funduntur,vt docet August.lib.de cura pro mortuis agenda.c.15.Hieronym.lib.contra Vigilant. Gregor.12.moral.cap.12.in id Iob. 12. roborasti eum paululum.qui non explicat modum,sed Aug.indicat,eas cognoscere relatione Angelorum.Hieronym.eo quod animæ mira quadam celeritate naturæ præsto sunt vbique,Sed cum eadem sit quæstio de Angelis, & distātia localis parum faciat ad cognitionem spiritualem, & animę simul in multis locis esse non possint,vbi orationes simul ad eas fundūtur:tenendum est,cognosci reuelatione Dei in verbo, vel extra, aut alio modo ex illis, quos Scholastici assignant.

Solutio.

Dico 4.quilibet beatus videbit in verbo omnes cogitationes,& affectus aliorum beatorū ad eius statum pertinentes.Colligitur ex præcedenti conclusione,& ex Gregor.& Concil. Senonen.ibi citatis.Et ratio est eadem, quia beatitudo satiat quantum potest per se omne iustum desiderium nostrum. Sed expresse hanc conclusionem docet Velosillus quæsito citato in fine.Et ita explicat August.lib.de diligendo Deum in fine libri cap. 18. vbi de vita beata ait.Ibi ita patebunt singulorū singulę mentes,sicut corporalibus oculis subiacent facies corporales:quia humanorum pectorum tanta erit ibi, & tam perfecta mundi tia,vt habeant,vnde mundati Deo gratias agant,non vnde offusi antiquis sordibus peccatorum erubescant:quia ibi neq vlla peccata, neq.peccatores erunt,& ibi qui fuerint,iam peccare non poterunt:neq.latebit iam perfecte beatos aliquid secretorum,qui (quodest longe præstantius) ipsum visuri sunt mūdis cordibus Deum:quando quidē humana creatura ita perfecta erit, vt in melius aut deterius vltra mutari non possit.Forte tamen Augustin. ibi non loquitur de formali visione in verbo

171. *4. concl. quilibet beatus videbit in verbo omnes actus aliorum beatorum ad ipsius statum pertinentes.*

verbo,sed extra verbum,nec de actuali,sed de habituali,ita vtquilibet beatus,quoties velit, cognoscat alterius beati cogitationem, vel affectionem,non secus quam cognosceret,si alter ei vellet tunc se manifestare : Nec hoc est incredibile de voluntate Dei præsertm cum quilibet beatus generaliter consentiat,& , velit,vt alter cognoscat,cũ placuerit,secreta sui pectoris.Et idem probabile reddũt rationes August.inepist.6.&.22.ciuit.cap. 29. in fine cuius verba retulimus section.8.eisdemque verbis idem docet Prosper.1.de vita contem plat.cap.4.idem docet Bernard.serm. de triplici genere bonorum,vbi de visione beatifica ait.O sapientia qua tunc omnia,quæ in cælo,& quæ in terra sunt,perfectissime cognoscemus in ipso fonte sapientiærerum omnium cognitionem bibentes & subdit ciuitas illa (iuxta Ioannem)purissimo vitro similis erit, & sicut per vitrum dilucidissime cernimus,sic aliorum conscientias clarissime videbimus. Nec obstant rationes quibus aliqui ab August.discedunt,scilicet,quia hoc est incertum, & à nullo Scholastico assertum & minime necessarium,imo indecens,vt quilibet beatus etiam superiorum, præsertim beatę Virginis, & Christi animę cogitationes intelligat,& videat, quidquid facere disponit : ergo id non videt, vt nec omnis beatus videt quidquid Deus voluntate increata facere disponit. Vnde nec Angelus custos cognoscit omnia, quæ euentura sunt,aut Deus disponit facere circa animam,vel communitatem eius curæ, custodięque commissam,vt ex Danielis.10.colligitur. Sed hæ rationes non vrgent. August. enim nõ est intelligendus de cogitationibus, & affectibus beatificis. Nam si quilibet beatus cognosceret huiusmodi actus in alijs,cognosceret etiam omnia obiecta, quę alij cognoscunt:Qnod tamen non expedit ,eademq. ratio est de affectibus non beatificis. Cognoscere tum quisq.poterit si velit quemcumque actum non beatificum alterius,& hac facultate nullus vtetur,nisi moderate, & vt expedit. Et fortasse dum expresse alius beatus velit suum actum alicui alteri patere.Hunc autem cognitionis modum tribuere omnibus beatis expediens est ob rationes August. Et licet forte à nullo scholastico sit assertum , sufficit esse assertum ab Augustino,& à nullo Scholastico damnatum & verisimile est si id disputarent,& sententiam Augustini nossent, illam probaturos.

172 *in beatis non sunt simul nec succ. siue variæ. et visiones.*

Id vero minime probabo quod ait Adamus 2.d.2.q.8.art.2.vel in beato præter visionem fixam,stabilem,& inuariabilem,quæ habet pro obiecto solum Deum esse alias visiones Dei quæ decursu temporis fiunt, quibus cognoscitur Deus, & alia creatura : vel in eo nullam esse visionem Dei fixam, & stabilem, sed modo vnam,modo aliam iuxta varietatẽ creaturarum quæ cum Deo videntur.Neutrũ enim dici debet,imo omnis visio Dei est perpetua ex sua natura,& variatio obiecti secundarij,etiam si esset, non variaret specificã, aut numeralem rationem visionis. Et cũ hæc multiplicatio, aut variatio visionum sine fundamento fingatur:quando enim necesse esset de nouo aliquid videri, si est absurdum, aut impossibile visionem prꝛteritam manere variatam, Satius esset illud extra verbum reuelari.Et prꝛterea hoc videtur contra August. 13. de Trinit. asserentem non fore volubiles cogitationes beatorum & totam suã scientiam simul vnico aspectu habituros.Ad quod tamen Augustini testimonium Adamus respondere conatur & probabile etiam putat eandem visionem posse esse nunc solius Dei nunc Dei,& creaturæ,imo & esse posse verã in ordine ad Deum , & falsam in ordine ad creaturas,de quo alibi.

173. *5.conclu. beati nũ in verbo videant damnatorum pœnas.*

Dico.5.beati in verbo videbunt damnatorum pœnas.Ita Vellosillus in aduertentijs ad Gregorium quæstio.4. conclus.2. Et probat, quia nihil eis negandum est, quod ad eorum, fælicitatem spectet. Conducit autem eis , vt tormenta damnatorum intueantur , tum vt magis gaudeant,quod ab illis liberati sint:tũ vt cumulatiores Deo referant gratias. Addit beatos posse damnatorum pœnas conspicere,non tamen opus esse illas sempet intueri, sed sufficit cum voluerint illo solatio recreari. Conclusio colligitur ex Isai.vltimo.Egredientur,& videbunt cadauera eorum,qui prꝛuaricati sunt in me.Vbi glossaait.Egrediẽtur beati ad videndos damnatos intelligentia , vel visione manifesta.Addit Vellosillus concluſ. 3. beati damnatorum miseriam videntes,ad misericordiam non commouebuntur: quia misereri quandam participationem miserię designat,quæ in beatis esse non potest , imo & lætabuntur,non de illis malis, quatenus eorũ mala sunt,quia hoc ad odium pertinet, quo beati nullum prosequentur , sed quatenus sic exercetur diuina iustitia iuxta id Psalm. 57. Lætabitur iustus.Sed quod dicit de commiserationc,intelligendum est,nullo dolore affici, quia hoc esset miseriam participare quo pacto nec Deus,nec beati viuentium miserẽtur. Secus accipiendo miserationem pro voluntate leuandi alienam miseriam:quo pacto beati damnatorum non miserentur, quia non expedit,nec fieri potest,vt ab illis pœnis eripiãtur.

174. *6.conclu. an beati in verbo cognoscant futura contingentia libera conditionalia*

Dico.6.si propositiones de futuro contingenti libero conditionales,sunt stabilis,& determinatæ veritatis,& subsunt infallibili scientię Dei,vt multi sentiunt, aliquarum cognitio tri-

tribuenda est animę Christi,& aliquarum alijs beatis iuxta exigentiam sui status ac merito rũ,& luminis glorię, nec nó iuxta bonã Dei voluntatem. Quia non est maior difficultas de his contingentibus liberis conditionatis, quam de absolutis. Et aliqui vt Suarez. 3.par. tom.1.disput.26.sect.3.in fine eam scientiam colligunt in anima Christi ex Matth. 11. & Lucæ.10.Si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes,quę factæ sunt in te,olim in cilcio, & cinere pœnitentiam egissent. Et infra.Si in Sodomis factæ fuiessent virtutes &c. mansissent vsq. adhanc diem. Quo in loco cognouisse Christum etiam vt hominem, & testificari, quę illi facturi essent,docet August.lib.de bono perseuerantiæ cap.9.& 10. &. Matth.26. cum ait Christus. An putas quia possum rogare Patrem meum,& exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum. Futura contingentia conditionata libera ex sola voluntate Dei pendentia cognouisse videtur. Et hæc scientia,si posibilis est,cum ad pleni tudinem scientię Christi & dignitatem eius & præstantiorem Ecclesiæ gubernationẽ spectet,non est illi neganda. Quia tamen multi impossibile existimant,vt hæ propositiones cognoscantur tãquã certæ fixęq.veritatis:eo, quod propositionis conditionalis veritas tota consistit in bonitate consequentiæ:à voluntate autem sub talibus circunstantijs constituta non potest esse euidens certa,aut infallibilis consequentia Physice,aut Logice loquendo,sed vt plurimum moraliter, solunt concedunt beatis, sed abundantius animæ Christi. Vt cognoscant eiusmodi propositiones eo modo,quo ipsæ sunt cognoscibiles, nempe quasdam esse simpliciter falsas, quia consequentia conditionalis est nulla,& improbabilis:quasdam veras per modum consequentiæ probabilis:alias vero veras per modum consequentię moraliter necessariæ & infallibilis. Nec mirum quod vim harum consequentiarum,& illationem cognoscant beati, præsertim anima Christi cum exactissime cognoscant inclinationem voluntatis, quanta illa sit ad obiectum sub tanta, & tali cognitione,talibus, vel talibus circunstantijs. Et si admittamus in anima Christi vel alijs beatis cognitionem infinitorum, etiam poterit admitti cognitio infinitæ multitudinis talium conditionalium propositionum. Quamuis quidam primum admittentes,secundum admiitere nolunt sed de hac redicemus in materia de gratia.

Disputatio.5. de principijs, & causis per se visionis beatificæ.

Præfatio ad 5.disput.

CVM quattuor sint causarum genera, de forma & fine nihil hic dicendum occurrit:nam visio ipsa est forma intrinseca, quæ aliam intrinsecam non habet. Extrinsecam autem duplicẽ, nempe obiectũ de quo superiori disputatione dictum est,& ideam,quã imiatur,nẽpe essentiam diuinam, & beatitudinem creatam, & increatam Christi.de quibus satis constat. De causa igitur materiali,& efficienti,quæ partim coincidũt nam actio immanens fit á subiecto, cui inhęret,agendum nunc est & quidem de causa materiali quattuor tantum video in dubium reuocari posse Primum, an illamet visio,quæ spiritualis est,possit recipi de potentia absoluta in re corporea. Quod dubium omitto, quia commune est omnibus accidentibus spiritualibus .2. Vtrum hæc spiritualis visio recipiatur in solo intellectu, an in aggregato ex essentia animæ,& ex intellectu. Hoc etiã ommitto,quia commune est omnibus immanentibus,& sentio, si intellectus vt habet cõmunis opinio,distinguitur realiter, vel ex natura rei ab anima,in eo, & non in anima immediate esse beatificam visionem:& similiter nulla actio immanens recipitur immediate in substantia ,imo nec recipi potest etiam de potentia absoluta, nec vllum accidens potest recipi de potentia absoluta, nisi in proprio & connaiurali subiecto, de quo in materia de incarnatione opportune sermo factus est.3.est.an visio Dei non hæc, sed alia possit esse in subiecto corporeo:scilicet, an in visu corporeo possit dari visio diuinæ essentiæ? Quę quæstio ad causam quoque efficientem pertinet. Nam si talis visio dari potest in visu corporeo,ab illo quoque elici posse videtur. Et hæc quæstio in prima sectione disputabitur.4.est vtrum lumen gloriæ concurrat materialiter per modum subiecti aut dispositionis ad recipiendam visionem. Hęc quæstio etiam tractabitur cum de necessitate, & efficientia luminis gloriæ differetur. De causa autem efficienti per se multa examinanda sunt. Nam videndum est, an ad videndum Deum sit efficacia in visu corporeo, & in intellectu. & in essentia animæ,& in lumine glorię, & in specie creata, vel creabili,& in essentia diuina concurrente per modum speciei intelligibilis. De concursu autem Dei generali vt author supernaturalis est,non differemus, quia quæstio hęc communis est omnibus supernaturalibusquoad sustantiam, de quibus omnibus alibi dicetur.

1.

Nulla actio immanens recipitur immediate in substantia sed in sola potẽtia.

Sectio.1.

Sectio 1. Vtrum visus corporeus euehi possit ad recipiendam, & efficiendam visionem diuinæ essentiæ?

11. SVPPONO visionem corporeã etiam si dari posset, beatificam non esse, cum nec sit optima inter operationes hominis!, nec pertineat ad eius præcipuam partem, scilicet ãnimam rationalem, vt sic: Imo etiam si in oculis corporeis spiritualis Dei visio daretur, non bearet hominem, quia non afficeret animã, sed corpus: alioqui & bruta beari possent.

1. sententia erronea.

Quidam ergo relati ab Augustino epistola 6. 111. & 112. dixere Deum in propria natura videndum esse oculis corporeis à sanctis, & impijs. In his fuerunt Antropomorphitæ, vt refert Epiphanius hæresi 70. & Gentiles quidam quibus hunc errorem exprobat Athanasius oratione contra Idola dicens. Irrationabili vecordia vti rem visibilem Deum esse finxerunt. Item Arriani & inter eos Maximus filium Dei, quem existimabant non esse consubstantialem Patri visibilem corporeis oculis putarunt: Et ita visum fuisse à Patribus veteris testamenti, vt intelligi potest ex Augustino 3. contra Maximinum c. 26. de Trinitate cap. 8 & epist. 111. 174. & ex Athanas. disp. cũ Ario in Concilio Niceno: & ex Nazianze. tractat. de fide non longe à fine, nisi potius hic tractatus sit Nysseni nam est idem cum lib. de fide orthodoxa apud Ambros. quem esse Nysseni conijciunt aliqui ex Cassiodoro lib. diuinarũ lectionum cap. 16. vbi ait librum Gregor. de fide adiunctũ esse libro Ambrosij de fide (scilicet ad Gratianum) & libro de Spiritu sancto, sicut ille adiũctus est. Et forte aliqui Ariani non in hoc sensu dixere filium Dei esse visibilem, Patrem vero non, sed existimantes filium Dei cum sit creatura in opinione ipsorum esse naturaliter visibilem mente vel comprehensibilem.

Filium etiam Dei visibilem dixere alij Ario vetustiores, quos refert & confutat Irinęus lib. 4 c. 37. in eodem errore fuit Nouatus lib. de Trinit. qui falso ad scribitur Tertulliano, cum sit Nouati, vt Hironym. 2. contra Rufinum testatur. Si autem filius in propria natura videri potest oculis corporeis, vtiq. vera diuinitas eisdem videri poterit: Filius enim est verus Deus.

3. 2. sententia certa Deus oculis corporeis videri non potest.

Sed certum est Deum videri non posse oculis corporeis de quo D. Thom. 1. p. q. 12. a. 3. & iuniores ibi, vbi Vazquez disp. 40. & Valetnia puncto. 8.

Probatur primo ex locis in quibus Scriptura Deum inuisibilem appellat: nam potissima docent corporeis oculis Deum videri nõ posse, vt Exodo. 33. Deuterõ. 4. Ioan. 1. Romã. 1. 1. Corinth. 2. & 6. Hebre. 11. & 1. Ioan. 4.

Probat. 1.

2. ex patribus Iren. Athan. Nazian. seu Nyssen. & Epiph. supra Origen. 7. contra Celsum. August. epist. 6. & epist. 111. (vbi citat Hiero. Ambros. Nazian. & Athanas.) & 112. & 1. Trinit. c. 6. & lib. 2. c. 8. 8. Genes lit. c. 27. Ambro. serm. 8. in Psalm. 118 & Lucæ. 1. c. de apparitione Angeli. Idem docent Cyril. 9. in Ioan. c. 36. Chrysost. homil. 73. in Ioan. Leontius & Theophilactus ibi, qui docent Philippum putasse Deum in sua natura videri posse oculo corporeo, cum tamen id sit omnino impossibile. Ad idem sunt Patres relati disputatione præcedenti sectione. 1. qui sic explicant loca, in quibus Deus dicitur inuisibilis.

Probat. 2.

3. Probatur ratione. Nam Deus est incorporeus, vt probatur. 1. p. q. 3. & Ioan. 4. Spiritus est Deus. Et ex alijs locis ergo nõ potest in propria natura videri oculis corporeis: nulla enim potentia sensitiua potest spiritum attingere cognoscendo, vel diligendo illum, quia non continetur intra latitudinem, & ambitum sui obiecti, quod est coloratum, seu lucidum luce corporea. Esto fortasis possit attingere effectiue saltem instrumentaliter supernaturaliter spiritum, vt communiter dicitur, Sacramenta, & ignem inferni attingere animam: quo pacto similiter visus corporeus posset eleuari ad agendum in spiritum. At vero intellectus quoniam est spiritualis potentia, cuius obiectum adæquatum est ens, sub quo continetur Deus, potest eleuari ad visionem Dei eliciendam non solum instrumentaliter, sed per modũ principalis causæ vt infra videbimus. Sic intelligitur ratio D. Thom. 1. p. q. 12. a. 3. & art. 4. ad. 3. Aug. epist. 6. & Orig. 1. perarchon c. 1. Et communis.

Probat. 3.

4. Nulla potentia sẽsitiua etiã ordinis supernaturalis, si quæ esset potest cognoscere Deum etiam de potentia absoluta.

Quę ratio probat non solum rem esse impossibilem de potentia ordinaria, sed etiã de potentia absoluta, & non solũ de visu, & qualibet alia potentia sensitiua ordinis naturæ, siue dono gratuito, sed etiam de potentia sensitiua ordinis supernaturalis, si vlla talis dari potest, & de naturali affecta quocumq. dono gratuito licet Valentia supra dicat non satis constare, an simplicet contradictionem, vt potentia aliqua sensitiua sic à Deo condatur, vt vel natura sua, vel saltem dono aliquo gratuito super addito valeat non solum obiecta sensibilia corporalia, sed etiam aliquod obiectũ atq. adeo Deum percipere. Maxime cũ Augu. lib. 22. de ciuit. c. 29. subdubitasse aliquo modo videatur, an ab oculo glorificato possit Deus videri. Visuri inquit, sunt Sãcti Deum in ipso corpore, sed vtrũ per ipsũ, sicut per corpus nũc videmus solẽ, lunã, stellas, mare, & terrã & quæ sunt in ea non parua quæstio est. Et infra de glorificatis oculis loquẽs ait: sed vtrũ videbũt & per oculos corporis, vnde quæsito est

Et infra: longe alterius potentiæ erunt, si per eos videbitur incorporea illa natura, quæ non cõtinetur loco, sed vbiq. tota est. Et rursum. Vis itaq. præpotentior oculis erit illorum, nõ vt acutius videant, quam quidã perhibentur videre serpẽtes, vel aquilæ. Quantalibet enim acrimonia cernendi eadem quoq. animalia nihil aliud possunt videre quã corpora, sed vt videãt & incorporalia, Et fortasse magna ista virtus cernendi data fuerit ad horam etiã in ipso mortali corpore oculis sãcti viri Iob, quã do ait ad Deũ. Nunc autẽ oculus meus videt te. Iob. 42. Et infra. Sed vtrum etiam corporalibus oculis ibi videatur hoc, in ista quæstione versamur. Et inferius docet, nõ esse certũ, Deũ non posse videri, nec videndum esse oculis corporeis: quia nulla scripturæ authororitate sufficiẽter ostẽdit imo aliqua testimonia scripturæ sẽtẽtię cõtrarię fauẽt: nec ratio Philosophorũ certa est, qua dicũt, mẽtis aspectu intelligibilia videri, & sensu corporis sensibilia. Cuius rõis incertitudinem probat, quia mẽs põt corporalia videre. Quid ergo, si tanta erit potẽtia spiritualis corporis, vt corpore videatur, & spiritus. Et infra. Quãobrem fieri potest valdeq. credibile est, sic nos esse visuros mundana tũc corpora cœli noui, & terrę nouæ, vt Deũ vbiq. præsentem per corpora, quæ gestabimus, & quæ cõspiciemus, quaqua versũ oculos direxerimus, clarissima perspicuitate videamus. Et infra. Quocumq. spiritualia illa lumina corporũ nostrorũ circũferemus, incorporeũ Deũ omnia regẽtẽ etiam per corpora intuebimur. Aut ergo per illos oculos sic videbitur Deus vt aliquid habeãt in tãta excellẽtia mẽti simile, quo & incorporea natura cernatur. Quod vllis exẽplis siue scripturarũ testimonijs diuinarũ vel difficile, vel impossibile est ostẽdere. Aut quod est ad intelligẽdũ facilius, ita Deus erit nobis notus, atq. cõspicuus, vt videatur spiritu à singulis nobis &c. Et epist. 111. ad Fortunatianũ excusat se cũ eo, ipsumq. precatur, vt episcopũ quẽdam sibi recõciliet, quẽ litteris suis offenderat, eo præsertim, quod dixerat Deũ nec videri, nec vidẽdũ esse oculis corporeis. Quod ita dixisse testatur Augu. ne vt Antropomorphitæ dixerũt, Deus corporeus esse crederetur. Deũ autẽ neq. visum esse, neq. videri posse in se corporeis oculis probat testimonijs Ambr. Hiero: Nazian. & Athan: sed tãdem in fine epistolę nihil audet definire: inquit enim. Si autẽ iste frater, quod de spirituali corpore adhuc requiro, iam sibi firmat esse certissimum, nisi placidus audiero docẽtem, ita vt ille quoq. placidus me audiat inquirentẽ, habebit vnde iure succenseat. Hæc Aug. Vazq. etiam. 1. p. disp. 40. c. 2. ait: nec scripturæ nec conciliorum, nec patrum testimonijs expresse definitum esse, non posse Deum oculo corporeo videri. Nihilominus ex ratione certum arbitratur, nullam visionem Dei etiã spiritualem ab oculo, vt ab agente principali elici, vel in eo esse posse. Et quidẽ quantum attinet ad visionem corpoream Dei, merito inter Scholasticos nulla est controuersia, vel dubitatio: imo sancti citatirem censent simpliciter, & omnino impossibilẽ: quia nulla potentia versari potest extra ambitum, & latitudinem sui obiecti adęquati, & ea ratione visus nõ potest sonũ percipere: ergo á fortiori neq. Deũ. Vnde Ambr. ser. 8. in Psal. 118. de Moyse dicit: putauit Deo etiam hoc esse possibile, vt corporeis oculis faceret id, quod est incorporeum, comprehendi. Et addit: non reprehensibilis hic error, sed grata cupiditas, atq. inexplebilis, quod dominum suum velut manu tenere, & obtutu oculorũ videre cupiebat. Vbi Ambro. de potentia etiam absoluta loqui videtur: de ordinata enim bene nouerat Moyses, Deũ in sua natura videri non posse.

Sed an visio spiritualis elicita ab intellectu possit in oculo collocari: aliquod dubium est, & dico primo nec solam, nec cum ipso intellectu in oculo esse posse. Quoniam accidentia spiritualia ex veriori opinione, quam sequitur Vazquez supra, in corpore esse non possunt: imo nulla forma potest esse etiam de potentia absoluta nisi in suo immediato susceptiuo cõnaturali, saltem si est actus vitalis: alio qui visus posset audire, & voluntas, ac sensus intelligere &c. Sed addo hanc doctrinam certã omnino nõ esse, quia nõ est omnino improbabile, accidentia spiritualia posse esse incorpore, ac proinde intellectũ in oculo, cui si cõcedatur lumẽ gloriæ, & species, & vniatur diuina essentia in ratione speciei, cur non poterit elicere visionẽ Dei, maxime cũ minus probabilis sit opinio asserens substantiam per se concurrere ad actum vitalẽ, & Deus possit supplere quãcunq. efficientẽ causam etiam vitalem, & omnem actum vitalem se solo extra subiectum, aut in subiecto producere, vt libuerit. De sola ergo visione corporea Dei certũ puto, oculo corporeo conuenire non posse: certum etiam puto nec visionem spiritualem reipsa ponẽdã in occulo corporeo, quia est maxime contra eius naturam, & dignitatem.

5. Dub. 1.

Similiter dubium est, an aliqui sensus fint producibiles de potentia absoluta præter eos, qui modo sunt. Sed certum videtur debere habere pro adæquato obiecto aliquid materiale, & ita nõ posse rẽ spiritualẽ percipere. Si enim pro obiecto adæquato haberet aliquid spirituale, vel abstrahẽs à corporeo, & spirituali, intellectus esset, & potẽtia spiritualis, nõ sẽsus, & potẽtia corporea: quãuis repugnare puto, vt detur intellectus coarctatus ad obiectũ spirituale. Cũ enim sit potẽtia excellens, de-

debet spiritualis esse, & vniuersalis, ac proinde ad corporea extendi, maxime cum spiritualia sine ordine ad corporea, recte intelligi non possint. Vnde patet quare licet forte corpus possit aliqualiter agere in spiritum, non tamen ipsum cognoscendo, vel amando.

6 1. Obiectio. Si obijcias, quia fortitudo, & temperantia infussæ sunt in appetitu sensitiuo: ergo is eleuatur ad actus supernaturales, hi autem aliquo modo attingunt Deum: ergo. Respondetur actus supernaturales vel non dari in appetitu sensitiuo, de quo differetur suo loco, vel dari posse actum supernaturalem qui non habeat pro obiecto Deum, vel aliquid spirituale, sed dumtaxat aliquid materiale.

Soluitur.

Quæstio in alium locũ. Quam autem cognitionem habeant vires sentientes dum ex contritione, & amore Dei dolor, vel affectus aliquis est in appetitu sensitiuo, & lachrymæ effunduntur? Remittit Molina. 1. p. q. 12. art. 3. ad 1. 2. q. 9. art. 2. nos autem id docuimus in materia de charitate & pœnitentia, & vberius in sequenti tomo exponemus. In hoc vero tractatu de gloria sensuum differemus, docebimusque, aliquas qualitates esse in corporibus glorioſis, quæ naturaliter nullo sensu percipi possunt secus supernaturaliter.

7 2. Obiectio Solutio. Si rursus obijcias Deum à Sanctis Isai. 6. & alibi visum esse oculis corporeis. Respõdetur non visum esse in propria natura, sed in imagine quadam, vel creatura assumpta à Deo, vel ab Angelo referente ipsum Deum. Ita Epiphan. hæresi. 7. Gregor. 18. moral. c. 36. Ambros. 1. in Lucam. c. de apparitione Angeli. Aug. epist. 111. & 2. Trinit. c. 9. & sequẽtibus. Nazian. & alij Patres. Potest etiam videri Deus oculis corporeis in aliquo effectu, qui ducat intellectum in cognitionem diuinæ præsentiæ vt 22. ciuitat. c. 29. Augu. docere videtur post resurrectionem conspiciendũ Deũ à Sanctis, quatenus ex refulgentia diuinæ claritatis, quam oculis corporeis videbunt in corporibus glorioſis, & totius vniuersi innouatione, statim perspicasissimus eorum intellectus cognoscet Deum esse præsentẽ: vt ex ijs, quæ in corporibus humanis cernimus, colligimus statim præsentiam animæ. de quo D. Thom. art illo. 3. ad. 2.

8 3. Obiec. 3. Obijcies cum Augustin. 22. ciuit. c. 29. duo loca scripturæ & Iobi. alter habetur c. 19. In carne mea videbo Deum; alter vero habetur c. 42. Auditu auris audiui te, nunc autẽ oculus meus videt te. Ad primum locum Respondetur, in aliquibus Codicibus Augu. legi. Deũ saluatorem meum; vt nunc etiam canit Ecclesia, & sic verisimile est Iob loqui de Deo secũdum humanitatem conspiciendo corporeis oculis post resurrectionem. Sed in nouis codicibus Augustin. illud verbũ non reperitur; in Hieronymo etiam, seu vulgatis multis codibus, inter quos est emẽdatus per Sixtũ Quintum, & in Hæbræo non inuenitur. Quare verisimilius est Iob loqui de Deo secundũ diuinitatem, quem visurũ se dicit in carne sua post resurrectionem. Sed non per carnem, vt ipsemet Augustin. ibi ait exponi posse. Quod vero addit Et oculi mei conspecturi sunt, ad oculos mentis referri potest. Alij cum Eugubino interpretantur de recuperanda sanitate, vt sit sensus. Credo quod redemptor meus, qui ab hac miseria me liberabit, viuit & de me cogitat, & in nouissimo die huius miseriæ, & calamitatis, quã patior, de terra, aut puluere huius sterquilinij, in quo iaceo, surrecturus sum & iterum pelle mea, & cute, quam lepra, & vlceribus amisi, renouabor, & in carne mea videbo Deum, quia in corpore assumpto mihi apparebit. Sed quia Eugubin. non probat Deum in corpore assumpto Iob apparuisse, alij exponunt: In carne mea instaurata agnoscam Deum salutis meę authorem.

Solutio.

2. Locus scripturę facilius explicatur à Vazquez. 1. p. q. 12. disp. 40. c. 3. quod cum de Dei fortasse prouidentia Iob nonnihil conquestus esset, aut minorem fiduciam concepisset, postea vero suauissimam expertus esset, dicit. De tua erga homines presertim pios suauissima prouidentia audieram multa, quæ ad oculum in me ipso video, & experior: idcirco de modica illa fiducia me reprehẽdo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere: Aut certe ita loquitur Iob, quia in corpore assumpto apparuit ei dominus, vt significant Iunilius. 1. in Genes. interrog. 18. & Gregor. 18. moral c. 37. Alia scripturæ loca obijcit Augustin. ibi. dem, sed idem docet, qualiter illis responderi potest.

Ex dictis patet, filium licet non esset Deus (vt sensere Arriani) oculis corporeis cerni nõ posse. cũ saltẽ esset spiritus superior Angelis, qui sub aspectũ corporeũ non cadunt. Patet etiã falso Celsum existimasse, & obiecisse Christianis, quod Deum oculis corporeis visibilẽ putarẽt Sic enim scribit Orig. 7. lib. cõtra Celsum. Mentitur Celsus cõtra nos dicens, quod speremus nos Deum visuros oculis corporeis, & auribus vocem eius audituros, & manibus sensibilibus eum contrectaturos.

Corolariũ 1.

Corolariũ 2.

Sectio. II. *Vtrũ visio Dei necessario fiat vel saltẽ fieri possit per speciẽ creatam.*

CVM disputatione præcedenti sectione. 1. ostenderimus Deũ videri posse, & sectione præcedenti nõ posse cerni visu corporeo, sequitur solo intellectu videri posse. Quibus autem viribus, & adminiculis

id prestare valeat intellectus, examinandum est. Et in primis de eo quod requiritur ex parte obiecti dicēdum esse: ideo præsens quæstio proposita est, quæ celeberrima est, & difficillima propter discrepantes grauissimorum Doctorum sententias, & rationes.

Et in primis omittimus eos qui dicunt visionē beatificam esse effectiue à solo Deo: hi enim non possunt ponere speciem in visione Dei. Esto fortè aliqui eorum sentiant, esse possibilem de potentia absoluta: iam autem in superioribus vidimus beatitudinem nostrā siuè sit visio, siue fruitio siue amor, siue delectatio, debere esse actum elicitum à nobis.

11 *I. Opinio asserens dari actu speciē impressam in visione Dei.*

Prima ergo opinio est Hunc actum elici ab intellectu media aliqua specie creata. Hanc opinionem suppressis Authorum nominibus referunt Durand. 4. d. 49 q 2. Richard. art. 3. q. 1. & 3. d. 14. q. 1 art. 3. Masil. 3. q 10. art. 2. & Henric. locis citandis. Petrus de Taranthas. apud Carthus. 3. d. 14. q. 1. qui neutram partem determinat, & hanc sententiam amplexus est Richard: in. 3. supra & in 4. d 49. in summario ante. 1. quæstion. quia remittit se ad ea quæ in. Tertio dixerat. Eandē sententiā tenuit expressè Guillierm. Parisien. tractat de retributionibus Sanctorū column. 5. & 6. & Vdalrichus apud Carthus. 3. d. 14. q. 3. & Andreas à Vega, si credimus Ouando id referenti. 4. d. 49. prop. 10. Valen. 1. p. q. 12 pun. 2. eamdem tribuit Bonauenturæ. 3. d. 14. art. 1. q. 3. argumen. 5. in contrarium. Fauet etiam quæ. 1. asserens ponendam esse similitudinem Dei in anima inhærentem, vt Deus videri possit: quod tamen de lumine explicat Ouandus supra. Sed & Laurentius Amolinus in annotationibus marginalibus ad AEgidium quodlib. 5. q. 3. Vidi inquit, famosos in Theologia, qui tenuere in patria Deum videri alia qua specie impressa. Soluitque rationes AEgidij oppositum tenentis, licet dicat eius opinionem esse securiorem. Et inter authores huius sententię vt referunt citati, quidam dixerunt, sic adeò esse necessariam speciem ad visionem Dei, vt sine illa esse, aut effici nō possit. Alij vero non esse sic necessariam, licet actu detur. Et priorem dicendi modum amplexi sunt viri aliqui docti nostri temporis, eo quod sicut repugnat voluntatem ferri in aliquid, nisi prius sit illi repræsentatum per speciem expressam: ita repugnare videtur, vt intellectus in aliquid feratur, nisi sit eidem repræsentatum per speciem impressam, & si sufficit realis præsentia Dei, vt possit mouere intellectum, etiam realis præsentia caloris in organo tactus sufficiet sine specie mouere tactum. & realis præsentia vnius Angeli ad alium sufficiet sine specie, vt ab alio intelligatur: & similiter realis præsentia habituum in anima nostra sufficiet sine specie, vt ab anima cognoscātur; quæ omnia falsa sunt: ego realis præsentia Dei sine specie nō sufficit, vt videri possit.

Et quāuis Argētina. 4. d. 49 q. 2. art. 2. cōtra aliquos dicat, nō esse necessariā speciē ad visionem Dei, &. 3. d. 14. q. vnica art. 1. & 6. pro pendeat in opinionem, quę negat talem speciē, tamen probabile putat dari. Et Aureolus apud Capreol. 4. d. 49. q. 5. art 2. non reputat impossibile, aut inconueniens, dari speciem impressam Dei, licet probabilius putet nullā cognitionem intellectus, vel sensus specie impressa fieri. Et quidam viri nostri temporis satis docti, sentiunt reipsa dari, idque esse consentaneum D. Thomæ: nam similitudinē formalem in visione Dei ponit 1. p. q. 12. art. 2. & 5. vbi eam appellat lumen gloriæ, obiectiuā vero tantum excludit. 1. p. q. 12 art. 2. Pro quo nota in cognitione alicuius rei tres similitudines reperiri posse se tenentes aliquo modo ex parte obiecti. Vt interim omittā alias quę dumtaxat se tenent ex parte potentiæ quia non sunt res cognitæ, nec principia, nec termini cognitionis. Prima similitudo est species impressa, quæ est principiū cognitionis. 2. Est species expressa, quæ est terminus cognitione productus. 3. est aliqua creatura quæ sit obiectum immediatum, cognitione sui ducens in cognitionem Dei: vt imago Imperatoris ducit in eius cognitionem. Duæ priores dici possunt similitudines subiectiuæ, vel formales. 3. autem obiectiua. Et de hac nonnulli D. Thomam interpretantur, cum ait non dari nec posse dari speciem, vel similitudinem Dei. Quo pacto loquitur. 1. p. q. 12. art 2. & 9. 3. contra Gent. cap. 49 & 51. & quod. lib. 7. art. 1. & 4. d. 49. q. 2. art. 1. & 3. p. q. 9. art. 3. ad 3.

12 *In cognitione alicuius rei triplex similitudo potest inueniri.*

Quædam interpretatio D. Thomæ reijcienda.

Et quidem D. Thom. 1. p. q. 12. art. 2. de similitudine tantū obiectiua, quæ videlicet in cognitionem Dei ducat, locutum esse suadetur primo, quia D. Thom. argu. sed contra illius artic. quod sumptum est ex August. 15. Trinit. cap. 9. probat visionem Dei non posse fieri similitudine aliqua: quia visio quæ fieret similitudine aliqua esset ænigmatica; visio autem Dei non est ænigmatica: ergo non potest fieri aliqua similitudine. In quo argumento falsa esset maior, si sermo esset de similitudine impressa: ergo D. Tho. de ea non loquitur, sed de obiectiua, in qua maior propositio vera est.

13 *Argumentum pro ista interpretatione D. Thom.*

2. Quia in art. 4. eiusdē quæstio. cū esset. 1. argumentū ad probādū Angelū sua virtute naturali posse Deū videre, quia se ipsū clare intuetur, ipse autē est speculū purū recipiēs, sifas est, totā Dei pulchritudinē iuxta Dion. 4. c. diuiti. nom. Respōdet D. Th. cōnaturale esse Angelo noscere Deū per similitudinē Dei in Angelo

2. Argum.

gelo refulgentem: sed cognoscere illum per similitudinem creatam non esse videre illū, sicuti est. Vbi plane loquitur de similitudine obiectiua, non de specie impressa, addit autē sicut dictū est supra art.2. ergo in 2. articulo tantum locutus est de similitudine obiectiua.

Argu. 3. Quia in art.11. eiusdē q.12. probat, Deū in hac vita videri non posse, quia in hac vita nō potest cognosciniſi per res materiales: per has autem videri nō potest: quia vt supra ostensum est (scilicet art.2.) per similitudines creatas Deus videri non potest, in quo argumento sermo est de similitudine obiectiua: ergo de eadem locutus fuerat art.2.

4. Argu. 4. Quia eodem art.2. concedit lumen gloriæ illudque appellat similitudinem Dei tenētem se ex parte potentiæ &.3. contra Gent. cap. 54. ait, lumen gloriæ esse similitudinem Dei, quia ad videndam Dei substantiā perducit; similitudo autē Dei tenens se ex parte potentiæ est species impressa: ergo.

5. Argum. 5. Quia si D. Tho. loqueretur de specie impressa, tres rationes, quibus probare nititur, Deum per similitudinem aliquam videri nō posse, futiles essent, & inanes. Si vero de obiectiua euidenter cōcludunt. Ergo ne dicamus eius rationes friuolas esse, satius fuerit de similitudine obiectiua ipsum interpretari cum Victoria eodem art.2. in quem sensum plane etiam locutus videtur.3. contra Gent.c.49. & de verit.q.8. art.1 & in.4. d. 49.q.2.art.1. nec vsquam alibi oppositum docuit. Neque Dionys. c.1. diuin. nomin. (quem pro se citat D. Tho. illo art.2.) dicens per similitudines inferioris ordinis non posse res superioris ordinis videri, loquitur de similitudinibus, quæ sunt species impressæ, sed de obiectiuis. De quibus etiam Isaias c.40. Cui similem fecistis eum, aut quam imaginem ponetis ei? & Act. 17. Non debemus estimare auro, & argento, aut sculpturæ artis diuinum esse simile. Vnde ad Colos. 1. de solo filio dicitur, esse imaginē Dei: ex quo Chrysostom. ibi. hom.3. colligit, filium esse æqualem Patri: quia si non esset æqualis Patri, non esset imago vera illum perfecte repræsentans: hominem vero, & Angelum non tam esse imaginem, quam ad imaginem.

14 Secundum D. Tho. in visione beata non datur species impressa Dei.

Alij autem communiter melius dicunt D. Thomā eod. art.2. voluisse excludere speciem expressam in visione Dei. Probatur.1. quoniā art.1. eiusdem quæstionis ex professo excluserat medium cognitum, seu similitudinē obiectiuam: ego cum aliud tractet art.2. in eo excludere voluit speciem impressam, seu similitudinem formalem. 2. quia in eod. art.2. excludit medium, quale est in visione corporea; in hac autem nullum est medium cognitum: ergo. Nec valet, quod dicunt Aduersarij, in visione corporea dari medium cognitum, nempe similitudinem expressam à visu proportionalem verbo mentis. Primo quia licet visio exterior esset similitudo obiecti, non tamen est res visa: quia visus non videt nec cognoscit suum actum, vt recte docet D. Tho. 1.p.q.85. art.2. & 4. contra Gent.c.11. quem sic interpretatur & sequitur Capreol. 1.d.35.q.2.ar. 1. post. 5. concluſ. Vnde D. Thom. 1.p.q.78. art.3. docet, quod primo percipitur à sensu esse externum obiectum, & ratio id suadet, quoniam sensus non potest ferri in rem, quæ non continetur intra latitudinem sui obiecti adæquati: obiectum autem adæquatum sensus externi est externum sensibile & visus color lucem comprehendens, vt Arist. & alij docent. 2. animæ cap. 7. ergo species expressa coloris, tametsi in oculo gratis admittatur, non percipitur visu, sicut nec species impressa, ob eandem rationem videtur in speculo, sed res obiecta videtur per speciem reflexam à speculo, vt latius infra hac eadem sectione dicetur.2. Quia ex D. Tho. sensus externi nō formāt aliquid proportionale verbo: id enim formare tantum tribuit imaginationi & intellectui. 1 p.q.83.art.2. ad.3. Tertio quia D. Thom. eod.art.2. duo petit vt principia visionis corporeæ, potentiam scilicet, et obiectum illi vnitum per imaginem, & similitudinem suam: & hoc principium excludit in visione Dei, quia essentia diuina per se est vnita intellectui, vt ibidem ait ad 3. intendit ergo excludere speciem impressam.

3. Principaliter reijcitur illa explicatio D. Thomæ ex aliis locis. Nam.4.d.49.q.2.art.1. excludit à beatis similitudinem, qualem habet vnus Angelus ad videndum alium quæ similitudo proculdubio est impressa. & quod lib.7. art.1. excludit tam similitudinem impressam quam obiectiuam, quas ibi cōdistinguit inter se, & à lumine &.3. contra Gent c. 49. ratione.4. & 5. docet nullam posse dari similitudinem creatam Dei, quæ sit principiū diuinæ visionis & c.51. ait essentiam diuinam esse, quod videtur, & quo videtur. &. 3. p. q. 9. art.3. ad.3. ait visionem Dei non effici similitudine creata vt, 1.p. ostensum est, sed per essentiam diuinam vnitam menti beatæ, vt intelligibile intelligenti. &.1.p.q.12. art.5. in corp. ait. Cum aliquis intellectus creatus videt Deum per essentiam, ipsa essentia Dei fit forma intelligibilis intellectus, & eod. arti. ad.1. necessarium est lumen gloriæ ad videndam essentiam Dei, non quod per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat, quæ secundum se intelligibilis est, sed ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum per modum, quo potentia per habitum fit potē-

tior ad operandum Et art. 6. licet concedat in diuersis diuersa lumina gloriæ vnum alio perfectius: negat tamen diuersas similitudines creaturarum vnam alia perfectiorē: quia illa visio, inquit, non fit per similitudinem, vt dictum est. Idem dicit art. 9. & ibi ad 1. ait assimilationem potentiæ ad obiectum prærequisitam vt fiat cognitio, fieri tantum per essentiam diuinam, & nō per similitudines creatas: & ex hoc quod sola essentia est ratio, & principium cognoscendi, & non similitudo creata, concludit art. 10. omnia simul, & non successiue videri in Deo. & ad 2. concedit in Angelis successionē, quia cognoscunt per diuersas species impressas. & 1.p.q.56. art. 3. dicit. Sicut Angelus cognoscit se per suam essentiam & non per speciem & similitudinem aliquā: ita Deus à beatis videtur per præsentiā essentię diuinæ, & non per aliquam speciē, aut similitudinē, sicut lapis videtur ab oculo per similitudinē, quæ resultat in oculo, medio speculo, aut sine speculo. Et q. 57. art. 7. ad 3. ait visionem beatam procedere à verbo increato seu essentia diuina, & nō à similitudine creata. &. q. 58. art. 2. Omnia quæ beati intuentur, videri simul; quia ea cognoscunt vnica specie, quæ est essentia diuina. & 4. d. 49. q. 2. art. 1. ad 15. docet triplex esse mediū in visione corporea & intellectus. Primū sub quo, & hoc ait esse lumen corporeum vel spirituale 2. quo videtur res, & hoc est, inquit, forma visibilis aut intelligibilis. 3. est medium in quo, id scilicet, cuius inspectione ducitur visus in aliā rē sicut speculum se habet ad visum corporalē. Deinde dicit, in visione Dei, 1. tantum mediū reperiri, non. 2. nec 3. ergo sentit, ibi non esse speciē impressam, quā dixerat esse: 2. mediū.

15 Nec valet quod 1. respōdent aduersarij D. Tho. aliter postea sensisse. Nusquā enim aliter sentit, sed semper sibi similis hac in re fuit vt ex dictis, & dicendis constabit. Nec etiam valet quod 2. dicunt, quando negauit 2. medium, non negasse similitudinem impressam sed expressam. Nam D. Thom. negauit similitudinē, qualis reperitur in visione corporea: vbi tamen nihil est, quod sit verbum, vel proportionale verbo, vel quo viso videatur externum obiectum, vt ostendimus. Præterea quia illud medium appellauit medium quo, non quod: verbum autem in opinione aduersariorum ponitur à D. Thom. vt medium quo, & quod: ergo non loquitur D. Thom. de medio, quod est verbum, sed de specie impressa. Itē si loqueretur de medio, quod: confunderetur quodammodo 2. medium cum 3. nam 3. appellatur à D. Thom. quod sui inspectione ducit in cognitionem alterius Præterea eod. art in corp & ad 2 & art. 3. ad 6. & art 4. ad 2. manifeste docet, nullam similitudinem creatam, sed essentiam diuinam esse principium visionis beatæ, & medium, quo Deus videtur. Idem expresse de verit. q. 8. art. 1. Similiter ergo D. Thom. 1.p.q.12. sentit visionem Dei nō fieri specie impressa, sed essentia diuina vnita per modum formæ intelligibilis. Recte ergo Conrad. 1. 2. q. 50. art. 6. ait, in beatis dari lumen gloriæ, & non speciem, quia essentia diuina supplet vicem speciei, vt patet, inquit. 1. p.q.12. Deinde in D. Thom. certum est, beatum non posse suspendere, aut non elicere visionem Dei: quod tamen falsum esset, si fieret specie, vt recte docet Scotus 3.d.31. q. vnica: quia habitibus vtimur, vt volumus, sicut & ipsa potentia, quando cum illa nihil cōcurrit, quod non sit voluntati subiectum, vt nos dicimus de essentia diuina in visione beata.

16 4. Principaliter Aduersarij reijciūtur, quia D. Thom. in visione beata excludit medium creatum, quod interuenire solet in aliis intellectionibus. Hoc autem non est medium cognitum: ergo non intendit ibi docere, Deū nō videri similitudine creata, quę sit mediū cognitum, sed non videri specie impressa, quæ sit principium cognoscendi. Maior probatur, quia aliæ intellectiones non fiunt per mediū aliquod cognitum. Respondent Aduersarij iuxta viam D. Thomæ, quam tamen veram non arbitrātur, in omni alia intellectione producī verbum; idq. esse medium, cuius cognitione intellectus ducitur in cognitionem obiecti: Voluisseq; D. Tho. excludere hoc mediū in visione Dei, non vero speciem impressam. Euasio hæc facile reijcitur. Nam D. Tho. 4. contra Gent. cap. 11. ait, verbum non cognosci directe ab intellectu, sed reflexe, postquam directè fuerit cognitum ipsum obiectum: ecquis dicat vniuersè, videre rē esse videre eius idolum, & similitudinem, nec separari posse cognitionē rei à cognitione idoli? Fateor quidem imaginem, & speciē non posse cognosci, quin eadē cognitione cognoscatur obiectū, quod intrinsece & transcendenter respicit; at res cognosci potest nō cognita imagine, vt recte, & fusè docet Vazquez 1.p. dis. 39. cap. 2. & communiter Thomistæ. 1. p.q.27. art. 1. quos ibi secuti sumus. Id quod in imaginatiua certius est, quia ipsa nihil potest attingere nisi quod externis sensibus perceptum fuerit. Cū ergo imago effecta per ipsam vim imaginandi, nullo sensu externo percepta sit, non poterit ab imaginatiua directe percipi, & multo minus reflexe quia sensus etiam interni nullā reflexionē habere possunt.

Neq. oppositum docet Arist lib. de insomniis & imaginib. cap vlt. aut lib. de memor. & reminiscent. Sed dubitat, an interdum imponant sibi interni sensus, imagines pro rebus accipientes? & nihil determinat. Loquendo

autem

autem vere,& propriè,debuisset partē negan tem eligere , quia sensus internus nullas internas imagines agnoscit, præsertim à seipso confictas . Illusio autem fit praua aliqua corporis dispositione determinante potentiam ad iudicandum aliter de rebus , quam sint.Et quamuis Capreol.1.d.35.q.2.ar.1.post. 5.conclusionem putet, iuxta D.Tho.verbum sēper cognosci eadē cognitione,qua cognoscitur obiectum,& hoc cognosci tātum in verbo cognito : tamen fallitur:nunquam enim id docuit D.Th nam quando 1.contra Gēt. c.53.& lib.4.c.11.& de potentia q. 9. art. 5. verbum appellat intentionem intellectam, cuius esse nihil aliud sit , quam intelligi; non,vult, ipsum esse verbi consistere formaliter in eo quòd intelligatur. Sic enim tantum haberet esse fictum , & esset purum ens rationis : Sed tantum vult dependere intrinsece ab intellectione obiecti , essequе ipsum obiectum in esse quodam intelligibili,& intentionali pendente ab intellectione actuali:in quo differt à specie impressa,& propterea illud vocat intentionem intellectam non quia necesse sit ipsum intelligi , vt intelligatur obiectum.Neque item Anselm.oppositum sentit in monolog.c.31.dicēs. Cum enim cogito notum mihi hominem absentem , formatur acies cogitationis meæ in talem imaginem eius, qualem illam per visum oculorum in memoriam attraxi, quæ imago in cogitatione verbum est.Nam formari aciem in imaginem non est videre illam, sed indui ea imagine : quam ibidem Anselm. appellat cogitationem : vel quia vere est ipse actus cognoscendi , vt quidam volunt , vel quia est eius partus inseparabilis , vt volunt alij & sicut non quoties obiectum cognoscitur, cogitatio cognoscitur,sed interdum alia cognitione reflexa: ita neque verbum cognoscitur,quoties obiectum cognoscitur , sed interdum alia cognitione reflexa.Non ergo voluit D.Thom.in visione Dei excludere solam similitudinem obiectiuam internam , & multo minus solam externam:sic enim nihil peculiare diceret D. Th.de Deo:nam neque essentiā hominis intuitiue,vel queditatiue cognoscere possumus per eius similitudinem obiectiuam essentialiter distinctam,& diminutus esset. Nā Deum videri in seipso de fide est , idque fieri non posse per similitudinem obiectiuam clarius est , quàm vt disputatione indigeat. Solū poterat verti in quæstionem.An daretur vel dari posset species Dei: Ergo si nullibi hoc discussit, diminute , & insufficienter processit. Vnde omnes tam studiosi , quam aduersarij D.Thom. censent, ipsum excludere à beatis speciem impressam Dei: imo docere esse impossibilē.Eiusque sententiam sic intellectam, amplectuntur Capreol. & Hispalens.4.d.49 q. 5. Argentina q,2.art.1.Sotus q.2.art.3.Durand. in prolog sent.q 1.& 4.d.49.q.2.art.3. & sequentibus.Aegidius quodlibet 13. q. 16. & in defensorio D.Tho.art.1.& opusc.de diuina influentia in beatos c.1.Conrad.1.2.q. 50.art 6. Cabrera.3.p.q.11.disp 5.& 6. Anton. 3.p. tit.2.c 6.§.2.& tit.30.cap.4.§,1,Viguer.in institutionibus c. 14.§. 1.versic.3. Marsil.3.q. 10.art.2.dubio incidenti concluſ 2.Hēricus 1. p.summæ art 33.q 2.ad 1.quodlib. 3.q.1.dicēs esse multorum Magistrorum,& quodlib.4 q. 7. Vellosill.Episcopus Lucensis in aduertentijs Theologic.ad Ambr.quæsito.14 Albert. 1.p.sūmæ tract.3.q.13 mēb.4.circa mediū.Palud.4,d.49.q.1,art.2.concluſ.3.Alen.1.p.q.2. memb.3.ar,1.ad 2.& q.7. m.2.2.p.q.24.mēb. 1.& q.25.memb.3 in fine Bonauent.2.d.23.ar. 2.q.3. ad finem. Torres de Trin.q.27.art.1. disp.5.p.2.dub.4.Ferrar 3.contra Gent.c.49. Caiet. Sylvest. Bañes Peres.& Zumel, communiterque alij Iuniores 1.p.q 12.art. 2.Imo ex discipulis Scot. hanc sententiam tenent Bassol.3.d.14.q.1.art.1. Angles in. 4.Sentent. q.de. beatitudine art.3.difficult.6.Fundamenta huius sententiæ in 3.referuntur.

27 Auctores opinionis asserentis nō dari nec esse possibilem speciē impressam in visione Dei. quæst.2. in hac sectione.

Neque argumenta putantium,hanc nō esse opinionem D Th.alicuius pensi sunt I. enim facile diluitur dicendo illud argumentum,sed contra,vt & alia multa,quæ à D.Tho.afferuntur parum ponderis habere. Nec mirum cum ea argumenta sæpe afferantur,nō tā vt rationes decidendi,quam dubitandi.Et D.Thom. existimauit bonam esse consequentiam à similitudine obiectiua,de qua loquitur Aug.ad similitudinem formalem,seu speciem impressam.Nos autem docebimus hoc argumentū, & alia quę afferuntur ad probandam repugnantiam speciei impressæ in visione Dei infirma esse:sed de eius mente propter superiora non dubitamus.Et minus absurdum est à D. Tho in hac parte recedere quam ei imponere opinionem,quam est euidens ipsum reiecisse. Neque video cur qui in alijs in quibus doctores D Thom.sequuntur , facile ab illo recedunt;hic ne illum cum communi deserere videantur,contra eius expressa verba sua illi opinionem tribuant.

Ad 2.Respondetur D.Tho.loqui de similitudine,quæ est obiectum &principium cognitionis,vt est essentia Angeli & de hac dicit, se probasse: non dari in visione Dei:quia art. 1. docuerat,non dari similitudinem obiectiuam & art.2.non dari speciem impressam.

Ad 3.similiter Resp D.Thom ibi de similitudine etiā formali loqui:si autē loquatur de sola obiectiua, ad ar.1.& 9.nō ad 2.nos mittere

Ad 4.Resp.tantum velle D Thomam,lumen gloriæ esse similitudinem Dei , quia est

participatio diuinæ naturæ,vt gratia vel charitas,non quod sit similitudo intentionalis impressa aut expressa obiecti.

Ad 5.Resp.satius esse non inferre vim verbis D. Tho. quam eius rationes inferendo verbis vim,firmas esse ostẽdere; maxime cum si sermo sit de similitudine obiectiua interna vt aduersarij docent, etiam confitendum sit infirmas esse,idq ijdẽ confiteantur qui invisione Dei dicunt ponendum esse verbum,tamet si id dicant esse contra D.Tho. quod non satis exploratum est.

19

3. Opinio. asserens nõ dari actu speciẽ impressam in visione Dei, esse tamen possibilem de potentia absoluta.

3.Sententia est,non dari speciem impressam Dei in beatis, dari tamen posse de potentia absoluta. Hanc tenent nonnulli ex doctissimis huius temporis,inter quos Molina 1.p. q.12.art.2.disp.1.Valent.punct. 2. Suarez. to. 1.metaphys.disp.30. sect. 11.à num. 27. vsque ad 33.& 3.p tom.1.disp 29 sect.2.Rada,tom.1. controuer.10.Herrer.disp,10.q 4. qui dicunt esse communem Scotistarum, eandem tenet Ouand.4.d.49.propos.10.& 2.d.3.propos.8.& quidem hanc speciem esse possibilem late docet Vaz.1.p.disp. 39. Fauet Scot. 2.d.3.q.9.dicens Angelum posse per speciem creatam cognoscere quidditatiue abstractiue diuinam essentiam. Imo ad vltimum 1.opin. videtur dicere posse dari speciem, qua videatur Deus & 4.d.49.q.11. & in reportatis eadem q.non omnino decernit an detur, vel etiam sit necessaria, licet in partem negantem propendere videatur.Fauet etiã quodlib. 14.a.2.&quodli.7.a.2 §. Secũda.cõ.&§.Tertia conc. docens posse conferri viatori speciem qua Deũ quidditatiue abstractiue cognoscat. Mayrones etiam quodlib.4 postquam ostendit posse dari speciẽ,quæ repræsentet quidditatiue abstractiue diuinã essentiam,rogat cur non possit dari quæ repræsentet intuitiue. Et Resp.non apparet euidens ratio, cur species produci à Deo non possit,quæ repræsentet intuitiue, sicut antiqui doctores posuerunt & Palac 1.d.1.disp.4.& 4.d.49.disp. 1. ait nullã esse rationem quę vel mediocriter suadeat talem speciem esse impossibilem. Hanc opinionem esse satis communem in scholis ait Vaz. 1.p.disp.38.c.1.pro ea quantum ad possibilitatem talis speciei citans Aureol.apud Capreo. 4.d.49.q.5.& c.2.& sequentib.idem concedit: licet disp.seq.sentiat reipsa dari,in quo discrepat ab hac 3.senten. quam tamen totam probabilem existimauit Richard.3.d. 14. a.1.q.3. & fit probabilior si attendamus, quod multi concedunt, Deum cognosci posse quoad an est,per propriã speciem vt tenuit Caiet.3.p.q. 11.a.1.&q.171.a.3.&5.quod probabile putat& Capreolo.2.d.23.a.3. tribuit Cabrer.3.p.q.11. dis.5.§.8.ad 9.&dis.6.§.1.&§.4.con.3.& ad arg. Nec huic opinioni aduersatur Alb.3.d.14.a.2. & 4.d.49.a.5.tantum enim docet speciem nõ dari,nec esse necessariam in visione Dei, licet dicat animã Christi per speciem non potuisse cognoscere omnia in Deo, quæ tamen modo cognoscit per essentiã diuinam sibi præsentẽ.

20

1. Argu. 3.opinio.

Primum argu.huius sententiæ est,quia potest dari species expressa Dei:ergo impressa. Consequentia patet,quia par ratio est de impressa,& expressa: imo cum species expressa sit perfectior quam impressa,si non repugnat creaturæ esse speciem expressam Dei, minus repugnabit esse impressam. Hoc argum.ait Peresi.sup. feciſſe graues Theologos dubitare de opinione D.Tho.illudque insolutum reliquit,ab alijs autem variæ eius assignantur solutiones.

21

1. Solutio

1.Solutio quam assignant Torres, Sylvest. & Sot. est non esse parem rationem sicut enim potest dari creatura iustificans formaliter, non tamen effectiue per modum causæ principalis:ita potest dari species expressa qua Deus dicatur videri formaliter, non tamen impressa,qua videatur, vt principio effectiuo principali.

Reijcitur superior solutio.

Sed hæc solutio nulla videtur.1. Quia verbum seu species expressa non beat formaliter sed consequitur ad ipsam visionem beatificã per quam producitur secundum D. Tho. & alios distinguentes realiter verbum ab actu intelligendi,& quod ait Torres esse obiectum immediatum, falsum est, sic enim Deus non esset immediate cognitus in visione beatifica, sed verbum increatum Dei 2.quia intellectus & lumen beant effectiue, vt causæ principales neque est simile de gratia, alijsque habitibus supernaturalibus,& de visione beatifica,nam visio Dei est actus vitalis,& immanens,quæ propterea petit causam creatam efficientem ptincipalem: at gratia & alij habitus supernaturales,eo ipso,quod supernaturales sunt non sunt producibiles per actus,qui à potentia naturali licet eleuata proficiscuntur, cum potius dent posse,& prærequirantur ad ipsos actus supernaturales,de quo plura in tractatibus de habitibus ac virtutibus.Nec vero producetur vnus habitus per alium, nullus enim habitus efficit immediate habitum, sed actum: ideo isti habitus debent produci à solo Deo. Visio autem beatifica potest produci à causis creatis, cur ergo nõ potuit produci à specie creata? Respondet Sylvest.quia omnis species creata impressa habet obiectum creatũ cui adæquatur:ideo nulla potest attingere in se obiectũ infinitũ.Sed hoc nõ satisfacit:cur enim omnis speciescreata impressa debet adæquari obiecto creato,nõ autẽ expressa. 3. quia rationes D.Tho & aliorum ad negandum esse possibilem speciem Dei impressam non nituntur impotentiæ efficiendi visionem

nem, scilicet, quia nulla creatura potest efficere visionem Dei, sed impotentiæ repræsentandi scilicet quia nulla creatura potest Deū distinctè repræsentare.

22 2. Solutio est Ferrar. 3. contra Gent. c. 49. & lib. 1. c. 53. speciem impressam debere esse adæquatam obiecto, ita vt repræsentet quid quid in ipso est: & ita debere esse comprehensiuam: nullam autem speciem creatam posse esse comprehensiuum Dei at vero speciem expressam non debere esse adequatam obiecto, sed actui: ideo non debere esse comprehensiuā: Quare ex eius positione nullum absurdum sequi. Cæterum gratis dicitur speciem impressam debere esse adæquatam obiecto, imo falso: nam species, quas habemus in hac vita, nō sunt comprehensiuæ rerum materialium, nec species quas habet anima separata saltem de Angelis. Item non est cur si essentia diuina in ratione speciei intelligilis posset potest in intellectu creato causare cognitionem quidditatiuam, species creata debeat habere vim causandi cognitionem adæquatam obiecto. & comprehensionem. Plura contra hanc solutionem habet Vazquez. 1. p. disputat. 38. c. 3.

2. Solutio. Reijcitur.

23 3. Solutio Scoti, speciem impressam tenere se ex parte obiecti, tanquam vicariam ipsius, ideo necessario debere esse æqualis vel maioris immaterialitatis, spiritualitatis, & puritatis, cum obiecto: expressam autem tenere se ex parte potentiæ, tanquam effectum vel operationem ipsius ideo non petere tantam, immaterialitatem, quantam habet obiectū: cum ergo repugnet creaturam æquari Deo in spiritualitate, etiam repugnabit, dari speciē impressam Dei, non autem expressam.

3. Solutio. Reijcitur.

Sed hæc ratio non satisfacit, tum quia sicut species impressa gerit vicem obiecti in efficiēdo; ita expressa in terminando. Intellectus enim vt communiter dicitur, videt rem in suo verbo, & similitudine expressa, tum quia vicē gerens alterius non debet esse æquale illi: ergo cū species sit vicaria obiecti nō debet esse æqualis spiritualitatis, & immaterialitetis, vt late docet Molina. Et sane species, qua inferior Angelus cognoscit Angelum superiorem, vel eius species, habitus, & actus, nō est equalis immaterialitatis cum earum obiectis sed minoris: ergo nō semper species impressa superat obiectum in spiritualitate, vel illæqua tur. Hanc solutionem etiam impugnat Vazq. illo c 3.

24 4. Solutio quorumdam recentiorum est speciem impressam Dei non posse limitari ex obiecto, cum obiectum sit infinite repræsentabile: nec ex intellectu, quia data qualibet specie est capax melioris: ergo non haberet, vnde limitaretur in repræsentando, & sic esset comprehensiua Dei. Quod repugnat: quæ ratio non procedit in specie expressa. Limitari enim potest ex actu intelligēdi cui adæqua tur, & ex lumine gloriæ, seu virtute quā Deus confert ad intelligendum, quæ limitata est. Sed hæc ratio nihil valet: nam species illa ex lumine gloriæ, quod ad ipsius receptionem disponit, posset limitari, vel saltem ex libera voluntate Dei: potest enim Deus producere species quę inęqualiter repręsentent obiectum ipsum. Sic dicunt multi, species quibus Angeli superiores cognoscunt intermedium, melius repræsentare ipsum, quam species quibus illū inferiores cognoscunt.

4. Solutio. Reijcitur.

25 5. Solutio est Ferrarien. 1. contra Gent. c. 53. non esse inconueniens ab essentia diuina vnita in ratione speciei impressæ oriri speciē expressam Dei, quia essentia diuina est infinita, & ideo potest dare quamdam infinitatem speciei expressæ: quæ infinitas necessaria est ad repræsentandum Deum qui est infinitus; at vero species impressa creata nulla ex parte posset sumere suam infinitatem. Sed neque ista ratio valet: dicam enim eam sumere formaliter ab obiecto, effectiuè autem à scientia & voluntate diuina, vel speciem, quæ repræsentat infinitū, posse repræsentare illud finite, scilicet secundum finitam quandam similitudinis rationem, & ideo non opus esse vt sit infinita. Si dicas solum Deum esse posse rationem proximā, & immediatā, qua intellectus assimiletur Deo: si autem daretur similitudo impressa creata, iam creatura assimilaret intellectum Deo immediatè. Contra. quidquid est immediata causa intellectionis est ratio proxima. & immediata, quare intellectus assimiletur Deo: huiusmodi autem est lumen gloriæ, & intellectus; cur ergo non poterit esse species creata?

5. Solut. Reijcitur.

26 6. Quorumdam recētiorum solutio est, ideo speciem impressam Dei dari non posse, quia repugnat esse causam per se & assentialiter ordinatam ad effectum qui necesario debet procedere ab alia sufficiēti causa: visio autem Dei si detur, necessario procedere debet ab essentia diuina vnita per modum speciei iutelligibilis, quia posito lumine gloriæ necessario influit in ipsam visionem. Ideo Deus non potest producere speciem impressam essentiæ suæ; secus expressam: in expressa enim hæc ratio locum non habet. Sed hæc solutio nihilo est melior cæteris, tum quia licet visio Dei non posset non fieri ab essentia diuina & ideo alia species ad omnem euentum esset superflua, tamen non inde fit, esse impossibilem præsertim si de potentia absoluta possunt dari eiusdem effectus duæ causę: quarum quælibet posset ipsum eumdem specie aut etiam numero, & in eadem intensione producere,

6. Solut. Reijcitur.

ducere: tum maxime, quia licet essentia diuina quantum est ex parte sua necessario influat in quamlibet visionem Dei, posito lumine gloriæ, aut eius supplemento intrinseco, vel extrinseco: tamen quia eius actiuitas subordinata est liberæ voluntati Dei, poterit Deus concursum eius impedire, & tunc cur non poterit producere speciem, quæ suppleat diuinæ essentiæ concursum.

27 7. Solut.

7. Solutio est non posse dari speciem expressam Dei, beatosque in Dei visione non producere verbum. Ita tenet Caiet. 1. p. q. 27. art. 1. & q. 12. art. 2. Zumel eisdem locis. Valent. 2. de Trinitat. c. 4. ad finem. Et 1. p. disp. de Trinit. q. 1. punct. 3. vbi docet in notitia, qua creatura aliquid intuitiue cognoscit, non produci verbum, Sonzin in epito. Capreoli, 1. d. 27. q. 2. ad 4. Duran. contra 1 conclusio. Henric. quodlib. 3. q. 1. & quodlib. 4. q. 8. idque probematice defendunt Torres de Trinit. q. 27. art. 1. disp. 5. dub. 4. & Sylvest. 1. p. q. 12. art. 2. AEgid tamen absolute id tenet quodlib. 5. q. 9 & Vellosil. sup. Sed male ait, esse certum & omnium Theologorum, excepto Sco. & consonat D. Tho. 1. d. 2. art. 3. q. 4. ait enim expresse, beatos non posse vnica conceptione, sed pluribus exprimere totum, quod in Deo videt: licet locus hic possit in contrarium retorqueri. Si enim possunt dari plures conceptus, & similitudines expressæ plurium attributorum, seu perfectionum diuinarum: ergo & plures species impressæ. Capreol. etiam 4. d. 49. q. 5. art. 3. ad argumenta contra. 1. conclu. anceps manet. An in visione beatifica producatur verbum? Asserit tamen dici posse, non dari verbum Dei in beatis, neque visionem Dei esse eius similitudinem, maxime si dicamus, intellectionem non esse actionem de genere qualitatis, quæ solũ dicitur actio grammaticalis, sed de genere veræ actionis, & productionis. Idem docet. 2. d. 3. q. 2. art. 3. ad 2. confir. 1. arg. 2. loco adducti contra 4. conclu.

Reijcitur. Videntes Deum producũt verbum.

Hanc solutionem reijcere possumus. 1. quia beatos producere verbum videtur expressa sententia August. 14. Trinit. cap. 17. vbi ait: tunc perfecta erit similitudo in mente cum perfecta erit Dei visio: subaudi, quæ est similitudo, vel causa similitudinis, quam vocat August. imaginem. de qua dictum putat. 1. Corinth. 3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eãdem imaginẽ transformamur. De ea etiam explicat id Ioan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est. Idem fere repetit c. 19. Si dicas cum Vazq 1. p. disp 38. cap 3. contra Scot. 4. d. 49. q. 2. art. 3. post 2. conc. hæc loca non vrgere, quia compertum est, Ioan & Aug. non de similitudine expressa in intellectu, sed de similitudine vitæ, & morum loqui. Vrget idem Aug. 9. Trinit. c. 10. in fine, dicens. Omnis notitia similis est rei, quam quis nouit, Vnde c. 11. in principio infert. Habet ergo animus nonnullam speciei notæ similitudinem quo circa in quantum Deum nouimus, similes sumus, sed non ad æqualitatem similes, quia non tantum eum nouimus, quantum ipse est & toto eo cap. expresse docet, in Dei cognitione verbum formari, & similitudinem Dei, sicut quando rem imaginamur: illudque verbum illãque similitudinem Dei esse quid inferius Deo, quia est in inferiori natura. Si dicas, loqui de cognitione Dei in via, vide 15. Trinit. c. 16. vbi expresse idem docet de via & patria, & loquitur de verbo proprie dicto, quia verbũ nostrum comparat cum diuino. 2. quia beatos producere verbum videtur colligi hac ratione. Beatitudo enim omnino vel magna ex parte consistit in possessione intelligibili Dei: possidetur autem Deus per verbum, & similitudinem expressam, & non per visionem formaliter, si est distincta realiter à verbo. Si dicas possideri per ipsam essentiam diuinam vnitam in ratione speciei intelligibilis. Contra quia hæc vnio non est de essentia, vel de integritate beatitudinis, sed antecedit beatitudinem, quæ est operatio elicita ab ipsa anima, & Præterea est vnio extrinseca. Deus enim dicitur vnitus in ratione speciei intelligibilis, quia assistit extrinsecus ad concurrendũ cũ intellectu, & lumine gloriæ, ad producẽdã visionẽ beatificã: idq; præstare potest, quia est illi intime vnitus per essẽtiã, sicut & omnibus alijs rebus. Cõsistit ergo beatitudo in vnione qua verbum, & similitudo Dei expressa vnitur intellectui inhærendo, vt accidens inhæret subiecto: per talem enim similitudinẽ dicitur formaliter apprehendi, & cõcipi Deus 3 Quia amor proxime, & immediate producitur, ex verbo & cõceptu mẽtis, sed beati eliciunt amorem: ergo producunt verbum. Nec potest dici, eorum voluntatem ad eliciendum amorem iuuari à verbo increato, sicut iuuatur à creato: Nam verbum extrinsecum amãti, non concurrit cum voluntate ad elicieedũ amorem, sicut intellectio extrinseca. Confir. quia intellectus & voluntas beati proportionem habent, sed voluntas beati per suam dilectionem producit in se propensionem quamdam, & impulsum in Deum qui impulsus etiã dicitur amor: ergo similiter intellectus per intellectionem producit in se verbum. 4. Quia ratio, qua aliqui docent, beatos non producere verbum, scilicet quia quando res cognoscitur intuitiue, non producitur verbum, nulla videtur: eadem enim fieret, nec Deum producere verbum cum se intelligit: quod tamen falsum est. Sed respondẽt, non esse simile; quia Deus non producit verbum, vt habeat termi-

num

num suæ intellectionis, vt nos in cognitione abstractiua,sed ex fœcunditate magna sui intellectus iuxta id Isai.66. Nunquid ego qui alijs generationem tribuo,sterilis ero? At hæc responsio reijci potest,quia propter similem fœcunditatem, intellectus in qualibet notitia producet verbum,& non quia eo indigeat ad terminandam intellectionem: Si enim intellectione producitur verbum,prius natura intelligitur res,quam verbum ipsum producatur.ergo intellectio est terminata ad obiectũ ante productionem verbi,ad quod sufficit obiectum esse in specie impressa,vel esse ens existens aut possibile,reale,vel rationis : Obiectũ enim adæquatum terminatiuum intellectionis est ens in tota sua latitudine.Vnde falso etiam videtur dixisse Caiet 1.p.q.27.art.1. Angelos in sui cognitione.& beatos in cognitione Dei non producere verbum:ideo generatim D.Th.illo art.1.dixit omne intelligens,cũ intelligit producere verbum & in hoc magis propẽdet Ferrar.3.contra Gent.c.53.Capreol. 4.d.49.q.5.ad 1.& 1.d.27.q.2.art.1.ad 8.2. loco positum contra.1. concluſ. Sylueſt,in cõflato.1.p.q.12.art.2.q.37.art 1.idem tenent Vazq.1.p.disp.38.c.2.Sotus.4.d.49.q.2.ar.3. post 3 concluſ. Molin. 1.p. q.12.art.2. disp. 1,& q.27.art.1.disp.8.memb.3. vbi docet terminum intrinsecum cuiuslibet intellectionis esse verbum,sicut calor calefactionis. Quod etiam docet Syl.illa q.27.ar.1. Iam si species Dei expressa est possibilis possibilem esse impressem fatentur Caiet.& Peresi. alijque multi.1.p.q.12.art. 2. Aegid. Henr. & Velloſi. supra:ergo dari potest species impressa Dei Palacios in.1.supra.Vazq.& alij hoc argumentũ confirmant.1. eius confirmatio sit.

29

1. Confir. arg.1.principalis positi pro 3. opinione.

Nam visio est similitudo obiecti:ergo cum detur visio Dei,dabitur etiã similitudo Dei: ergo similiter poterit dari species impressa Dei Antecedens probatur ex verbis citatis Aug. 14.Trinit,cap.17.& 19.& lib.9.c.10.&11.& 15. Trinit.16.& ex Anselm,in monolog.c: 31. vbi ait. Nulla ratione negari potest,cum mens rationalis seipsam cogitando intelligit,imaginem ipsius nasci in sua cogitatione, imo ipsã cogitationem sui esse imaginem ad sui similitudinem tanqnam ex eius impressione formatam. Quamcumque enim rem mens seu per corporis imaginationem seu per rationem capit veraciter cogitare,eius vtique similitudinem,quantum valet in ipsa sua cogitatione conatur exprimere; quod quanto verius facit,tanto rem ipsam verius cogitat Bonauent. etiam.1.d.3.p.1.art.1.q.1.ad vltimum ait intellectionem esse similitudinem expressam obiecti. Ex eisdemque testimonijs idem magis probat Vazq.loco citato,quam quod alij tenent,intellectionem esse productionem similitudinis obiecti, & quod dicunt Scot. quod lib.8.Durand.1.d.27.q.2.& Gabr.q.2.intellectionem esse actionem de genere qualitatis, quam quod alij dicunt,esse actionem de genere actionis & productionis. Item intellectionẽ esse obiecti similitudinem tenent Palac. supra Sotus 4. d. 49. q 2.art.3 Aureol. apud Capreol.4.d.49.q.5.vbi tamen Capreol.& Palud.ead.d q.1.art.2 Ferrar.3 contra Gent.ca. 49. Caiet.1.p.q.12.art.2. Velloſil supra & alij multi dicunt,cognitionem non esse per se similitudinẽ obiecti,sed ratione speciei,ex qua sequitur,vel ratione verbi quod infert, quãdo illud infert (non enim secundum Caiet.infert semper verbum) & sic diximus disp.3.section. 8.visionem non esse similitudinem Dei, & ita debent dicere omnes,qui verbum dicunt distingui ab actu intelligendi, ne cogantur duas similitudines expressas ponere in intellectu, scilicet verbum, & intellectionem. Vnde D. Tho.1. contra Gent.c.53. speciem impressam vocat similitudinem Dei;visionem autem minime.Confirmatio ergo prædicta licet non sit contemnenda tamen in opinione nostra vim non habet nisi hoc modo. Visio est similitudo rei saltem ratione verbi,quod infert,sed in beatis infert verbum Dei:ergo est similitudo ratione talis verbi ergo etiam poterit dari alia similitudo vel species impressa. Confirmatur 2.quia potest dari species repræsentans Deum immediate quidditatiue,& distincte abstractiue : ergo & intuitiue. Consequentiam admittunt Durand. 4. d. 49. q. 2. & in prologo sentent.q.3.& Medin.3. p. q. 11. art.1.Caiet.& Peresius 1. p. q.12.art. 2. Bañes & Zumel ibi,& 1.p.q.32.art.1.Capreol. 2. d. 3. q.2.ad argumenta contra 6.conclusionem.Et merito,quia eadem est ratio de vtraque specie.Antecedens autem docent Scot. quodlib. 6.7.13.& 14.& 2.d. .q.9.& in reportatis eadẽ d.q.& 3.d.14.q.3.4.d.10.q.2.art.3.& Lichetus eius commentator eisdem locis,& Mayrones quodlib.q.4.Palud.d.1.disp.4. Rada controuersi.10.art. 1. Angles in florib.Theolog.super.4.q.de beatitudine art.11.id concedit de specie repræsentante Deum,immmediate quidem,sed imperfecte,& non quidditatiue & dicit,hoc nõ esse cõtra D.Tho.idẽ docet Capre. 2.d.3 q.2.ad argumenta contra 6. conclusionem & d.23.q.vnica concedens posse dari speciem quæ repræsentet Deum Trinum,& vnũ immediate,abstractiue tamen,& imperfecte:& ait eiusmodi speciem esse in beatis & fuisse in Paulo post raptum,quia recordabatur Dei à se visi & Adam sic cognouisse Deum ante lapsum.Quod videtur consonum D.Tho.de verit.q.18.ar.1.2.& 3.vbi docet,Adamum habuisse speciem repręsentantem immediate Deum, non tamẽ quidditatiue,nec intuitiue.& sic exponit

30

Dari potest species representas Deũ quidditatiue abstractiue.

ponit. Magistrum 4. d. 1. asserentem Adam ante peccatum vidisse Deum sine medio, & Hugonem de Sancto Victore dicentem cognouisse Deum cognitione, qua per præsentiã contemplationis manifestius cernebatur, & Damascenum 2. fidei ca. 11. dicentem, quod fruebatur vita beata, & reficiebatur visioneditissimæ contemplationis, August. 11. Genes. ad lit. cap. 33. asserentem cognouisse Deum eodẽ genere visionis quo illam cognoscunt Angeli beati, etsi non tanta participatione diuinæ sapientiæ. Et 15. Trinit. c. 9. vidisse Deum sine ænigmate. Sic etiam Glos. Genes 2. explicans id. Misit Dominus soporem in Adam, ait, extasis recte intelligitur ad hoc immissa, vt mẽs Adæ particeps Angelicæ Curiæ & intrans in Sanctuarium Dei nouissima intelligeret. Nec dissentit D. Tho. 1. p. q. 94. art 1. & 2. 2. q. 5. art. 1. sed tantum vult Adam non cognouisse Deũ intuitiue, vel quidditatiue, licet aliquos Dei effectus quidditatiue & intuitiue cognouerit. Sic etiam expone Richardum 2. d. 23. art. 2. q. 1. & 2. Palac q 1. & alios dicentes cognouisse Deum in effectibus, & non in seipso, sicuti est.

31

2. Argumentum 3. opinionis. Fundamenta secundæ opinionis reiiciũtur. P. fundamẽtum. Confirm. 2 funda.

2. Principaliter suadetur 3. opinio, quia nullo testimonio vel vrgenti ratione probatur repugnare speciem Dei impressam, vt patebit discurrendo per omnia fundamenta 2. sententiæ. P. est Nam Paul. Hebre. 1. inde probat Christum esse Deum, quia est similitudo, & figura substantiæ Patris: ergo creatura non potest esse similitudo substantiæ diuinæ. Confirmatur ex Ioan. 14. vbi Christus probat se esse Deum, quia qui videt illum, videt & Patrem; sed similiter qui videret speciem Dei, videret Deum: ergo illa esset Deus. 2. species debet esse purior, & immaterialior obiecto, vt patet discurrendo per singulas species sensibiles, & intelligibiles, sed nulla creatura potest esse purior, & immaterialior Deo, neque æquè immaterialis: ergo Confirmatur Nam hac ratio nevidetur implicatio, vt specie corporea videatur aliquid spirituale, vel certe quia res spiritualis est superioris ordinis; sed Deus est immaterialior quauis creatura, & superioris ordinis ad illam: ergo nulla creatura potest esse species Dei. 3. Quia species reuera est obiectũ ipsum in alio modo essendi, vt docent Henric. quodlib. 4. q 7. & 8. Ferrar. 3. contra Gẽt. c. 49. Durand 4. d. 49. q. 2. art. 2. Idem ait supposito quod dentur species. Probabilius tamẽ putat ibi in nulla cognitione sensus, vel intellectus dari speciem. Quod ex professo docet 2. d. 3. q 6 vbi etiam Gabr. q. 2. cum Ocham. 1. d. 1. q. 3. & 2. q. 17. & 18. & 4. q. 3. Speciem autẽ esse obiectum in alio modo essendi tenent Caiet. 1. p. q. 12 art. 2. Zumel; & alij ibi. Est D. Th. 3. contra Gent. c. 49. 4. d 49. q. 3. art. 1. ad vltimum de veritat. q. 10. art. 4. ad 4. Albert. tra. 1. in Porph. c. 6. & lib. de intellectu, & intelligibili Nec est contra Aristot. 2. animæ c. 7. dicentem, speciem coloris non esse colorem remissum; quia esto non sit color remissus, potest esse color in esse intentionali 4. Si Deus videretur media specie impressa: ergo non visione immediata, & faciali, ac proinde nec beatifica. Confirmatur P. nam omnis notitia quæ fit per speciem est abstractiua, & non pendet à præsentia obiecti: sed visio beatifica necessario est intuitiua: ergo non potest esse per speciem. Cõfirmatur 2. si Deus videretur per speciem creatam: ergo per creaturam beatificaret; quod implicat. Cõfirmatur 3. Nam species de se est indifferens ad repræsentandum rem præsentem, vel absentem, vt patet discurrendo per omnes species etiam Angelicas: sed Deus nequit quidditatiue, vel immediate repræsentari nisi vt præsens: ergo non potest dari species quidditatiua, vel immediata ipsius. 5. Si ea species daretur, in ea quasi in obiecto proximo posset Deus quidditatiue cognosci, quia ipsa nequit cognosci quidditatiue, nisi quidditatiue cognitis omnibus, quæ in ea repræsentantur. Consequens videtur impossibile: tali enim cognitione bearetur homo qui tamen nullius obiecti creati visione immediata beari potest ergo. Hac ratione vtitur Hen. in summa ar. 33. q. 2. ad 3. arg. Et confirmatur: nam sicut per speciem quæ in speculo videtur rem, à qua deriuatur ptoprie, & sicuti est intuemur, vt docet D. Tho. 1 p. q. 14. art. 5 & Caiet. q. 12. art. 8. & iterum D. Tho: 3. contra Gẽt. c. 49. & Aug. 15. Trinit. c. 8. ita etiam per speciem illam propriam essentiæ diuinæ intellectui alicuius beati impressã posset alius Deũ intueri. Item quia nullus effectus sui cognitione ducere potest in quidditatiuam cognitionem Dei & Trinitis fũd. species quæ repræsẽtat obiectum perfectius, est perfectior: ergo quæ obiectum infinitum, infinita: sed nulla creatura potest esse infinita: ergo nec species Dei. Confirmatur. 1 quia species & obiectum debent proportionari: finiti autem ad infinitum nulla est ptoportio: ergo cum omnis creatura sit fiita, Deus autem infinitus, nulla creatura potest esse species Dei. Cõfirmatur. 2. Quia species debet esse similis obiecto: ergo si obiectum est suum esse, ipsa est suum esse solus autem Deus potest esse suum esse ergo nihil aliud potest esse species Dei. 7. Species naturaliter procedit ex obiecto, & ideo obiectum in eius productione agit secundum vltimum potentiæ: Sed nulla species potest naturaliter procedere ex Deo: ergo. Minor patet quia Deus ad extra est agens liberum, & quia si Deus emitteret speciem secundum vltimum potentiæ, cum eius potentia sit infinita, produceret speciem infinitam, & cum

Confir.

4. Funda.

Confir. 1.

Confir. 2

Confir. 3.

5. Funda.

6. Funda.

Confirm. 1.

Confir. 2.

7. Funda.

omni

omni perfectione possibili, ac proinde talis species esset comprehensiua: qualibet enim specie non comprehensiua posset dari alia melior: ergo. Octauum fundamentum, quia si esset possibilis ea species, daretur: quod enim Deus potest facere per causas secundas non solet facere se solo: consequens est falsum: ergo. 9. quia si posset dari species creata, ea esset connaturalis alicui substantiæ creatæ, vel creabili: ergo talis substantia connaturaliter videret Deum, quod tamen non est admittendum. 10. quia si posset dari vna species Dei, etiam possent dari plures, quarum vna esset perfectior alia essentialiter, & sic elicerent visiones specie diuersas. Nam species diuersæ causant cognitiones essentialiter diuersas. Consequens est impossibile, ergo Hac ratione vtitur Marsil. 11. est: Inter speciem & obiectum est relatio similitudinis: sed inter creaturam, & Deum non est relatio similitndinis: quia hæc debet fundari in vnitate, qualis non est inter creaturam, & Deum ergo. 12. ex Alensi. quia Lux nõ cognoscitur per speciem, sed seipsa, Deus autẽ est lux: ergo. 13 quia D. Th. sæpe (vt retulimus) ait dari non posse speciem Dei.

8. Funda.
9
10
11
12
13

Sed ad P. horum facile dicitur Paulum ibi non probare Christum esse Deum, eo quod sit imago Patris, quia nõ procederet ex notionibus, sed id nomen ei tribuere, quod est eius proprium, loquendo de imagine, quæ repræsentet illum, non tantum intelligibiliter sed realiter, & non intelligibiliter vtcumque sed comprehensiue: quo pacto species impressa non esset imago Dei. Ad confirmationem Respondetur non probare se esse Deum illa ratione, sed potius ex identitate naturæ, quòd qui videt illum, videt & Patrem, vt ex Patribus explicuimus disputatione præcedenti sect. 3.

32
Ad 1. Fundament. 2. sententiæ.
Ad confir.

Ad 2. Respon iam in superiori argumento 3. sententiæ ostensum esse non semper speciem
Ad confir. esse immaterialiorem obiecto. Ad confirmationem Respondetur, non ea ratione implicare quod species materialis repræsentet rẽ spiritualem, sed quia debet esse accommodata sensui, qui nõ potest percipere rem spiritualem, vt superiori sect dicebamus.

Ad 2.

Ad 3. Respond. speciem non esse proprie obiectũ in alio modo essendi, sed improprie, & metaphorice ad modum, quo imago Imperatoris dicitur Imperator, & ita tenet Valentia supra. Palud. 4. d. 49. q 1. art. 2. concluſ 7. & 2. d. 3. sumitur ex Arist 1. Animæ dicẽte. Simile simili cognosci non formaliter simili, sed virtualiter; quia lapis non est in anima sed eius species.

Ad 3.

Ad 4. Respondet. visionem per speciem esse immediatam, & facialem, quando inter rem seu eius faciem nullum aliud mediat obiectum. Vnde D. Thom. 1. p. q. 12. art. 9. ait Cognoscere res per earum similitudines in cognoscente existentes, est cognoscere ipsas in seipsis, seu in proprijs naturis. Ad 1. Confirmationem Respondetur non omnem notitiam, quæ specie fit, esse abstractiuam. Ad notitias enim intuitiuas etiã ponũtur species cõmuniter à Philosophis, & Theologis. Ad 2. Confirmationem Respoudetur, sicut non implicat, quòd Deus beatificet per intellectum, & lumen gloriæ: ita neque per speciem impressam. Ad 3. confirmationem Respondetur, non omnem speciem esse indifferentem ad repręsentandum rem prętentem, & absentem, vt patet in speciebus sensuum externorum. Vel Respondetur, illam speciem, quantum est ex parte sua, posse etiam repræsentare Deum absentem: sicut dicunt aliqui posse dari speciem quę repręsentet Deũ abstractiuè.

Ad 4.

Ad 1. conf.
Ad 2. con.
Ad 3.
Ad 5.

Ad 5. Fateor in ea specie posse quidditatiue cognosci Deum, & eius visio vel non esset beatifica, cum non habeat Deum pro obiecto immediato, vel si esset beatifica, non id haberet, quatenus esset visio speciei creatæ, sed quatenus esset cognitio intuitiua, vel quidditatiua Dei: sicut in verbo, vel visione beati posset quidditatiue & intuitiue cognosci Deus; illa autem visio non esset beatifica saltem vt visio visionis, seu verbi creati, sed quia simul esset visio, aut notitia quidditatiua Dei, & quamuis nullus effectus possit argutiue ducere ad notitiam Dei vt est Trinus quia nullus manat à Deo, vt Trinus est; tamen effectus, qui dicunt intrinsecum ordinem ad Deum, ducunt in eius cognitionem, quatenus eorum cognitione necessario cognoscitur Deus, & sic species impressa & expressa Dei, & eius visio, ac alij multi effectus possunt ducere in cognitionem etiam intuitiuam, vel quidditatiuam Dei, & hoc est ducere non tam effectiue, quam formaliter, quia sua cognitione formaliter reddunt homines cognoscentes Deum.

Nec ex ista solutione sequitur Angelũ viribus naturæ posse quidditatiue cognoscere Deum, vt videtur inferre Henr. in argumento citatus: quia vt bene ait Vazquez 1. p. disp. 38. c, 4 num 23. species illa Dei, & alij supernaturales habitus non possunt ab intellectu creato solis naturæ viribus videri aut quiditatiue cognosci. Aliter ad argumentũ Respõdet Vazquez. cod. num. & sequenti per visionem illius speciei neminem duci posse in notitiã intuitiuam, uel quidditatiuam Dei. Quod tribuit Scoto quodlib. 14. §. ad ista, & Gregorio. 1. d 3. & 2 d. 9 q. 2. & Gabrieli ibidem q. 2. ar. 3. dub. 1. Quia cognitio intuitiua quidditatiua debet

ua debet esse immediata, illa autem cognitio Dei esset mediata. Item quia res quæ est diuersæ rationis ab alia, neque continet aliam eminenter, non potest ducere in quidditatiuam cognitionem illius. Cui solutioni obijci potest, creaturas cognosci intuitiue à Deo, & beatis, licet mediatè. Item speciem & visionem Dei non posse quidditatiue cognosci, nisi cognoscatur quidditatiue id quod intrinsece respiciunt: intrinsece autem respicere Deum vt in se est, ac proinde non posse quidditatiue cognosci, nisi Deus vt in se est quidditatiue cognoscatur: quare recurrendū est ad priorem solutionem vel dicendum est Deum videre creaturas quia earum existētiā in nullo obiecto primario, quod cū ea habeat cōnexionē cognoscit, ac proinde quodāmodo immediate illā attingit: qui autē videt visionē Dei cognoscit Deū in aliquo obiecto primario & mediate omnino & ideo non dicitur Deū videre aut intueri, imo nec quidditatiue ipsum cognoscere, quia non attingit eius quidditatem immediate & in seipsa & ita negandū est, quod qui quidditatiue cognoscit visionem, quidditatiue debeat cognoscere eius obiectum. Ad confirmationem bene Respondet Vazquez eodem cap. Speciem impressam non videri in speculo: alioqui in superficie appareret, non in profunditate. Item videretur quoties videtur speculum, etiam si res à tergo posita distaret. Item species non est color, vt patet. 2. Animæ cap. 7. nec lux, nec quantitas, nec aliud sensibile commune: ergo vere non videtur. Quicquid dicat August. 15. Trinitat. cap. 8. &. 9. qui tamen potest explicari vt species dicatur videri in speculo, quia vulgus ita existimat, eo quod res in speculo ipso esse apparet. Et quidem speciem in speculo non videri docet etiam Scotus quodlib. citat. Toletus, & alij communiter. 2. de Anima, vbi hoc fusius ostendimus. Cur vero cognitio Dei, quam per fidem habemus, tametsi non attingat Deum intuitiue aut in seipso, comparetur visioni per speculum à Paulo. 1. Corinth. 13. vide Vazquez ibi.

Ad conf.

Ad 6. Ad 6. Respondetur, eamdem supputationem fieri in visione & dilectione, ac specie expressa Dei. Vnde constat esse nullam: ratio autem assignata est disputatione præcedenti sectione. 1. Ad. 1. confirmationem Respondetur ex dictis ibidem inter speciem, vel potentiam, & obiectum non debere esse proportionem Arithmeticam, vel Geometricā æqualitatis, vel determinati excessus; sed satis esse proportionem habitudinis, & hanc esse posse inter creaturam & Deum. Ad 2. Confirmationem Respondetur speciem debere esse similem obiecto in repræsentādo, non tamen habendo realiter, seu in modo essendi naturali omnes perfectiones obiecti. Et ita, licet obiectum sit suum esse, non opus est, quod species sit suum esse.

Ad. 1. Con.

Ad. 2. Con.

Ad 7. Respondetur, non omnem speciē naturaliter procedere ab obiecto, vt patet in speciebus, quibus vtuntur Angeli, & animæ separatæ. Dices, omnes quæ procedūt ab obiecto, naturaliter procedunt ab illo. Verum est, tamen hoc est per accidens, quia nullm obiectū emittens sui speciem est agens liberum, aut si est agens liberum, vt homo, non tamen quatenus emittit sui speciem, quia illam emittit vi aliqua corporis, quæ in agendo non est subordinata voluntati; Deus autem est agens liberum, & eius essentia in emittenda specie sui esset subordinata voluntati: vnde non emitteret eam secundum vltimum potentiæ, nec summe perfectam, sed iuxta modum, & mensuram, quam præscriberet diuina voluntas, sicut dicetur postea, essentiam diuinam per se concurrere ad visionem beatificum inxta mensuram præscriptam à voluntate diuina. Nec verum est, omnem speciem debere esse talem, qualis esset si ab obiecto ipso mere naturaliter dimanaret. *Ad 7.*

Ad. 8. Respondetur etiam si admitteremus talem speciem dari, nihil absurdi sequeretur: ad hoc enim nec desunt graues Authores, nec rationes, vt vidimus in 1. opinione. Vnde male aliqui, inter quos Velloſillus supra, eam opinionem temerariam reputant, alij erroneam. Probabile enim, est vt ait Palacios. 2. d. 2. quæst. 4. quod viri egregiæ doctrinæ tenent, licet pauci sint. Existimo tamen, eam opinionem falsam esse, quod postea probabo. Nec si species creata est possibilis de potentia absoluta, oportet eam dari, quia est superflua, cum essentia diuina sit per se intimevnita intellectui beati, & potens perse illum adiuuare ad visionem Dei, multo melius quam per speciē. *Ad 8.* *Ad. 9.*

Ad 9. Respondetur, vel non esse incōueniēs vt ea species sit connaturalis alicui substantiæ creabili, sient aliqui dicunt de lumine gloriæ & de ipsa visione, vel melius (quia illud mihi semper fuit improbabile) sicut lumē gloriæ nulli substantiæ crearæ vel creabili esse potest connaturale: ita quoque de ipsa visione dicendum esse. *Ad. 10.*

Ad. 10. Refponderur, ex eo quod detur vna species Dei, non sequitur posse dari alias essentialiter perfectiores in infinitum, sed intēsiue, vel accidentaliter, Deinde quāuis non possint dari visiones essentialiter diuersæ: non recte infertur, non posse dari species essentialiter diuersas, nam à principijs essentialiter

liter diuersis sæpe tantũ prodire potest vnus effectus secundum essentiam & speciem.

Ad 11. Ad 11.negatur minor.Nã creaturæ ad Deũ potest esse similitudo realis analoga, itemq. similitudo intentionalis,quæ cum non sit relatio,sed qualitas,nõ oportet eius fundamentũ inquirere.

Ad 12. Ad 12. Respondetur lucem etiam specie cognosci,vel saltem cognosci posse.

Ad 13. Ad 13 R.D.Th.forte nõ loqui de potentia absoluta,sed de ordinaria,vt ait Valentia. 1. p.q.12.puncto 2.vel non loqui de specie manante à Deo,vt ab agente libero,sed vt ab agente naturali eo modo quo species albedinis manat ab albedine:talis enim species vt diximus,deberet esse summe perfecta,& comprehensiua,quod est impossibile.Si cui tamẽ expositiones istæ violentę videantur,(vt mihi 2. videtur,quia D.Thom.non negat tantum similitudinem dimanantem naturaliter ab obiecto,sed vniuersę omnem similitudinẽ tenentem se ex parte obiecti)dicere poterit nõ esse in omnibus sequendũ D.Th. quippe qui vt homo falli interdum potuit, & in hac parte deceptus videtur, cũ sine vrgenti testimonio aut ratione asserat non posse speciem intuitiuam Dei produci ab ipso Deo.

33. 1. concl. asserens 3. opinionem probabiliorum esse 1. modus defendendi opinionẽ D. Thom.

Propter hæc dico primo tertiam opinionẽ esse valde probabilem,imo stando in sola ratione probabilior longe est,quam.2. quæ tamen propter authoritatem D.Tho.& sequacium vtcumq. defendi poterit.Primo dicendo speciem saltem impressam nihil aliud esse quam obiectum affectum alio modo essendi, qui sit accidentalis obiecto, & quia Deo nihil potest accidere:ideo nulla potest dari species immediata Dei,saltem impressa,bene tamen cuiuscũq.creaturę,saltem excepta creatura,quę non potest quidditatiue cognosci, quin cognoscatur quidditatiue ipse Deus. Nec erit absurdũ dicere in mẽte esse vere, & realiter,ac formaliter res omnes,quarũ propria species habetur,nõ in modo essendi proprio,& naturali,sed in modo essendi intelligibi vt corpus Christi realiter,& formaliter,atque secundũ totum subsistãtiã suam est sub speciebus consecratis,non in modo essendi naturali,sed sacramẽtali.Et ita tenent D.Tho.& alij citati in.3.argumẽto.2.opinionis.

Ex qua doctrina intelligitur, quare Deus nõ possit cognoscere creaturas per propriã speciem:ad hoc enim opus esset eas habere formaliter in seipso,quod est absurdum propter summam Dei simplicitatem. Et quia modus essendi quem habet res in propria specie,vt est accidentalis illi,ita & potentiæ:intellectus autem diuinus nulliusaccidentis est capax:potest defendi sententia D.Tho.dicendo de ratione speciei impressæ esse,vt gerat vicem obiecti, vel quia potest esse absens à potentia,vel quia propter suam materialitatẽ,aut quid simile non potest illi esse intime vnitum.Cum ergo Deus non possit esse absens à potentia. Sed necessario sit illi intime vnitus per intimum illapsum, non habentur conditiones essentiales speciei: ideo repugnat dari speciem impressam Dei, non solum intuitiuam,aut quidditatiuam,sed etiam omnem, quę illũ immediate repræsentet secundũ rationes, quæ nõ sunt cõmunes ipsi,& creaturis.Et ad hunc sensum potest accipiratio Caiet.Soti,& aliorũ dicentium,speciẽ debere esse immaterialiorem,aut æque immaterialem cũ obiecto:hoc enim verũ est d obiecto,quod non potest esse absens à potentia: tale enim non per speciem,sed per se causabit sui cognitionem nisi propter suã materialitatem non possit agere seipso in potentiã,& cum ea vniri ad efficiendã intellectionem.Et ita cũ Deus non possit esse absens ab intellectu,non poterit speciem habere,nisi sit materialis in se, & possit modo magis immateriali, & spirituali esse in specie.Et si verũ est,quod dicebamus in 1.ratione,speciem esse ipsum obiectum in alio modo essendi,cõstat hoc debere esse materialius specie,quia suscipit in se modum essendi intentionalem,quod in specie est quid formale,& ratione cuius species comparatur ad obiectum,vt actus ad potentiam,& forma ad materiam.Nec in doctrina D.Thomę admittendum est dari posse speciem,quæ immediate repręsentet Deum secundum proprias rationes, sed secundum rationes communes Deo,& creaturis: quarum rationum aggregttio sit propria Dei,quo pacto habemus modo conceptus Dei immediatos, qui quodammodo sunt proprij, quia affirmant de Deo rationes communes,quarum aggregatũ est proprium Dei.Sic explicanda sunt loca citata pro.3.sententia,in quibus D.Thom. docet,Adã ante lapsum habuisse speciem, qua quodammodo videbat Deum.3. potest defẽdi sententia D.Th.dicẽdo speciem debere esse eiusdẽ ordinis,vel superioris cũ obiecto:ita vt si obiectũ sit materiale,illa sit materialis,si obiectũ spirituale & creatum,ipsa sit spiritualis creatura vel Deus:si vero obiectum sit actus purus,seu Deus ipsa quoque sit actus purus & Deus.Nam ordo superior ad Deum dari non potest. Neq.gratis id dictum videtur, quia specie materiali nihil spirituale repræsentari potest:ergo nil mirum,si dicamus:specie creata nihil increatum repręsentari posse.Et iuxta hunc modum dicendi recte procedunt tationes D.Thom.1.p.q.12.art.2.

3. modus defendendi eamdẽ opinionẽ.

2. modus defendendi eamdẽ opinionẽ

Dico.2.licet daremus speciẽ Dei esse possibilem de potẽtia absoluta,non tamen est admittendum esse necessariam: quidquid olim

34. 2. concl.

dixerint quidam relati à Richardo.3.d. 14.a. 1.q.3.Bassol.q.1. art.1.Argentin.4.d.49. q.2. a.2.Scoto.q.11.Durand.q.2.& ab alijs. Ita tenent omnes Authores 2.&.3.opinionis,& ali qui ex authoribus 1.& extra controuersiam certumq. putat Valentia & probatur. Nam Deus est summe immaterialis, & intelligibilis,& intime vnitus intellectui: ergo per seipsum potest concurrere ad efficiendā sui cognitionem simul cum potentia : species enim non requiritur, nisi propter absentiam, materialitatem, vel imperfectionem obiecti: & ideo Angelus non cognoscit se per speciem, sed per suam substantiam.

35. *An vnus Angelus possit alium sine specie cognoscere per substantiam ipsius angeli cogniti.*

Dices ergo eadem ratione Angelus qui esset in eodem loco in quo est alius intellectus humanus,vel Angelicus posset sine specie cognosci à tali Intellectu. Aliqui cum Molina 1.p.q.12.a.2.disp.1.& 2.concedunt in eo casu vnum Angelum posse per se per suam substantiam videri ab alio.Et similiter videtur dicere Molina,quod si species coloris penetraret se cum potentia visiua,vel esset indistans ab illa,concurreret cum ipsa ad visionem licet nō inhæreret potentiæ.Sed D.Th.eod.a.ad 3.videtur solum concedere essentiæ diuinæ in alieno intellectui sine specie causare sui visionem. De quo vide Ferrarien.3.contragent.c.51.Capreol.3.d.5.q.2.&.d.49.q.5. Caietan.1.p.q. 56.art.1. Ratio autem est quia vt obiectum vel eius species adiunet potentiam ad sui cognitionem non sufficit esse iuxta illam, sed debet esse in illa per inhærentiā vt species, quę sunt accidentia,vel per intimum illa ipsum, vt Deus est in omni intellectu creato,vel sub illa vt substantia Angeli,quę vt subiectum substentat intellectum Angeli, vel debet esse in potentia coniuncta intellectui in eadem essentia,quo pacto actus qui sunt in voluntate concurrunt cum intellectu vt ipsos videat. Præterea substantia Angeli extra se non potest agere per seipsam:ergo quamuis sit in eodem loco,in quo est intellectus Angelicus, non efficiet in ea sui notitiam,& multo minus in humano pro hoc statu, in quo non potest cognoscere immaterialia, nisi per species rerum materialium & eo modo quo intelligit materialia. Sed de Angelis an possit vnus alterum sine specie cognoscere,late egimus in materia de angelis.

36. *3. concl.*

Dico.3. beati reipsa nō vidēt Deū per speciem,nec videre possunt de potentia ordinaria,sed per essentiam diuinam, quæ tanquam obiectum præsens debite vnitum, & approximatum,& cum sufficienti virtute actiua concurrit ad sui visionē. Ita sentiunt Scot. quodlib.14.a.2.§.hic intelligendum est,& quodlib. 15.lit X.4.d.49.q.11.Argentin.Bassol & Durand.supra Richard.3.d.14.a.1.q.3.& 4.d.49 art.3,q.1.Palac.Durand.Capreol.Ferrar. Marsil.Alber.Molin.Valentia & omnes authores 1.&.2.opinionis.Probatur quia Deus vt author supernaturalis non facit neq. potest facere de potētia ordinaria,quod est superfluum, & frustra,sed posito obiecto debite approximato,& vnito, & cum sufficienti virtute ad causandam sui visionem, frustra est species eius:ergo.Confirmatur.1.nam eadem ratione dicunt D.Tho.& alij multi angelum cognoscere se duntaxat per suam substantiā,gerentem munus speciei impressę : ergo similiter beati duntaxat per substantiam Dei,gerētem munus speciei impressę Deū intuentur. Sed respōdent aliqui iuniores.1.p.q.12.illā opinionem D.Thom. non esse certam,& oppositam esse veriorem,Et licet admittatur ea opinio,non esse simile: quia quod concurrit secundum substantiam,non concurrit libere, sed naturaliter:qui modus causandi sui cognitionem non repugnat angelo.Deo autem repugnat agere naturaliter ad extra ex D. Th. 1.p.q.19.a.4.Sed illa sententia D. Tho. alibi est cōfirmāda. Deinde facilius defēditur essē tiā diuinā cōcurrere ad visionē Dei instar speciei intelligibilis, quam essentiam Angeli in visione sui Quia creatura non potest agere per suam substantiā immediate,secus Deus. Neq.illa actio Dei ad extra est naturalis, sed libera:nam Deus volūtate sua libera applicat essentiam suam per modum formæ intelligibilis ad efficiendam visionem sui in beato.

Probatio.

Confir. 1.

Eadem conclusio confirmari posset ex 2. Corinth.5.per fidem ambulamus,non per speciem,scilicet vt in patria,sed ad hoc bene aduersarij Respondēt nomine speciei ibi non intelligi similitudinem impressam, sed naturā, & substantiam,Dei,quæ metaphorice appellatur species, idest forma, & faeies Dei Et quia cognitio quæ nōest á tergo,sed facie ad faciē perfecta est,& cognitio Dei in patria erit perfecta,ideo facialis vocatur.1.Cori.13. tūc facie ad faciē. Et licet ibi Paulus nō vtatur nomine εἶδος,sed, πρόσωπον,vt 2.Corinth.5. tamen etiam εἶδος formam, & faciem significat,vt & species iuxta Porphyr.c.de specie.Et illud prima, seu Priami species digna est imperio: sic à forma speciosus quis dicitur. Idē respondetur ad Aug.psal.91 in principio dicē tē.Fidei notitiæ succedat species lucis eius.

37. *Confir.2.*

Sed contra has duas cōclusiones obijcies 1. quia intellectus de se non est determinatus ad visionem Dei:ergo debet determinari per aliquam speciem.Respondetur determinari per essentiam diuinam,& cum illa efficere visionem,quam non efficeret cum alijs obiectis,vel eorum speciebus.

38. *Obiect. 1*

Solutio.

Obicies.2.quia essentia diuina nō est limita ta ad causandum hunc, vel illum gradum visionis:

2. obiect.

sionis:ergo si illa sine specie concurrit causabit adæquatam, & comprehensiuam visionē Dei. Negatur consequentia quia limitatur à lumine glorię: si vero cum Scoto negaretur lumen inhærens distinctum a visione,dicendū esset cum eodem quodlib.14.art. 2.limitari à voluntate Dei, qui cum vult, videtur,& cum non vult,non videtur. Nec mirum,hanc esse naturam Dei,sicut est natura cuiuslibet rei intellectualis, vt eius affectus ,& cogitationes cum vult cognoscantur, & cum non vult non cognoscantur ab alijs:Et similiter est connaturale corpori glorioso,cum vult videri, cum non vult non videri à nobis.

Solutio.

3.obiectio

3. obijcies. Si essentia diuina eo quod est præsens intellectui beati, causat sui visionem in illo:ergo & in intellectu viatoris,cui etiam est intime presens.Negatur consequētia,quia intellectus viatoris non est dispositus,nec cōfortatus lumine glorię, vt sic possit visionem recipere,& cum essentia diuina illā efficere.

Solutio.

4. obiec.

4.obijcies,quia probabile est potentias cognoscitiuas nō agere per se,sed per species impressas,in qua opinione intellectus nulla specie informatus nō posset elicere visionē Dei, licet forte posset illā recipere abessētia diuina concurrente effectiue in ratione obiecti.Respondetur illam opinionem non esse probabilem,ea tamen admissa concedendum esset intellectum passiue tantum concurrere ad visionē.Essentiā autē diuinā intime vnitā intellectui causare visionē in ipso per modū causæ totalis.Veritas tamen est,ipsam visionē Dei vna cum intellectu & lumine gloriæ efficere.

Solutio.

5. obiec.

5. obijcies.Si ipsa essentia diuina per se efficit, & cōcurrit ad modum quo cōcurrit species:ergo instrumentaliter, quia species concurrit,vt instrumentum obiecti: hoc autē est impossibile,quia essentia diuina nō potest esse instrumentum:ergo. Respondetur quamuis Bañez.1.p.q.12.art.2.Palud.4.d.49.q.1. a.2.conc.2.& Vellosillus supra dicant speciē concurrere ad visionem,vt semē.& instrumētū obiecti,tamen improprie dicitur:vereq.est causa principalis supplens obiectum, & alioqui non solum species,sed obiectum per se ageret:sicut quando aliquid semine generatur & semē,& animal,à quo decisum est per se agit:saltem autem quando obiectum agit sine specie agit vt causa principalis.

Solutio.

6.obijcies. Quia nulla substantia est per se actiua,sed per suas potentias. Vnde cōmuniter Theologi,& Philosophi docent nec Deū agere nisi per potentias suas, scilicet intellectum,& voluntatem, vel potentiam executiuam,quam aliqui distinguunt ab intellectu,& voluntate sicut voluntatem ab intellectu. Respondetur substantiam creatā posse agere immediate per naturalem emanationem, vt cū aqua se reducit ad pristinam frigiditatem,& anima causat suas potentias,& qui tenent potentias animæ non distingui ab anima, dicūt substantiā creatā per se,& immediate agere. Et qui dicūt Angelū intelligere se per propriā substantiam,& qui dicunt in omni actione animali substantiā per se agere , cuius signū esse dicunt,quod anima vsu vnius potentię distrahitur ab vsu alterius non subordinatæ, patet experiētia ; vsus enim visus impedit vsum auditus &c.sed quidquid sit de ijs,diuina essentia per se ipsam agere potest in ratione obiecti imo quidam dicūt,essentiam diuinā vt contradistiugnitur intellectui& voluntati esse potentiā executiuā, & seipsa agere ad extra per modū causę vniuersalis:alij vero dicūt,formalissime esse ipsū intelligere,& ideo se ipsa posse agere:nā in rebus intellectu prędituis intellectio est rō agēdi,volitio vero est applicatio.

39. 6. obiec. Species non concurrit sit vt instrumētū sed sicut causa principalis ad cognitionem

Solutio.

Obijcies.7.Quia essentia diuina per se ipsā non potest agere libere,sed naturaliter: ergo si essentia diuina per se ipsam concurrit ad efficiendam visionem, non efficit ipsam libere, sed naturaliter. Respondetur cum Molina cōcursum essentię diuinę per se ipsam vt sic esse naturalem,sicuti & concursus intellectus,& intellectionis. Tamē quia essentia subordinatur liberæ voluntati Dei, & per ipsam applicatur,ea ratione cōcursus essentiæ diuinę liber est,sicut& cōcursus ideę diuinę huius vel illius rei, vt idææ subordinatur volūtati,est liber. Quo circa in visione Deus dupliciter cōcurrit immediate 1.vt obiectū persuam essentiam.2.per ideam,vt causa vniuersalis,& secūdū vtrāq. rationē applicatur ad operandum libera voluntate. Vnde simpliciter agit libere.Et ea ratione Scotus quodlib.14.a.2.Rada controuersia 10 a.1.& Quan.4.d.49 propositio.8.dicunt,essentiam diuinam non mouere naturaliter intellectum beati ad visionem Dei,sed libere,& contingenter.

40. 7. obiect.

Solutio.

8.obijcies.Quia Deus non potest vniri nobis in ratione visionis,vel luminis gloriæ : ergo oportet ponere speciem creatam, qua videatur . Respondetur non esse simile quia quod vnitur per modum actus vitalis , & immanentis debet esse elicitum, vel elicibile à potentia,& quod per modum habitus,vel luminis glorię, debet esse potentiæ principium agendi , vnde debet afficere , & actuare illam:Quod vero vnitur per modum speciei intelligibilis , id est ad præstandum per se,quod prestaret species intelligibilis,sufficit esse vnitum extrinsece per modum principij effectiui a diuuantis potentiam.Informatio autē intelligibilis,quam cōmētatur Caietan.1.p.q.12.a.2.Iosephus Angles , & alij,vel est falsa, & non intelligibilis vel est metaphorica,vt docet Valentia ibi puncto 2.&

8. obiect.

Solutio.

Molin disput. 2. Çumel etiam disput. 2. Metaphora autem consistit in hoc quod essentia diuina ita determinat, & adiuuat intellectũ ad videndum Deum ac si haberet speciem Dei. Nec amplius vult D. Tho. eadem. quæst. ar. 5. & 3. contra gent. cap. 51. dum dicit: essentiam diuinam vniri beatis per modum formæ intelligibilis. Imo probabile est, vt dicunt Çumel illa disput. 2. & alij essentiam diuinam solum concurrere per modum formæ extrinsecę determinando intellectum ad visionem. Quo pacto dicunt aliqui, obiecta sensuum per se vel per species concurrere ad sensationem, solumque sensum concurrere actiuè. Idem etiam probabile putat Ouandus 4. dist. 49. propos. 10. imo ait, esse D. Tho. & Henrici impugnati à Scoto 1. d. 3. q. 7.

Nos tamen sequimur communem opinionem quę asserit ab obiecto & potentia produci notitiam, siue obiectum cõcurrat per se ad illam siue per speciem iuxta quam opinionẽ essentia non solum est forma extrinseca sed efficiens. Et hanc credo esse opinionem D. Th. quam etiam tenet Argentin. 3. dist. 14. quæst. vnica a. 1. ad argumenta & Angles. q. de beatitud. art. 3. diffi. 6. Hunc autem concursum actiuum essentiæ diuinæ posset Deus de potentia absoluta supplere per suum intellectum & voluntatem vt potest supplere actiuitatem aliorum obiectorum & specierum, ac causarum. Quod proculdubio esse verum arbitratur Molina supra disp. 1. Sine autẽ fundamento id negauit Mẽdoza quodli. 3. scholastico. §. 7. ad 1.

Sed obijcies quia intellectus nullo modo potest intelligere rem nisi sibi repræsentetur; repræsentatio autem fit per speciem: ergo. Et confirmatur quia non potest diligi incognitum: ergo nec intelligi non repręsentatũ. Respondet Palud. 4. d. 49. q. 1. ar. 1. concl. 2. Deum posse facere vt intellectus feratur in obiectum non repręsentatum, sicut potest facere vt ignis comburat lignum constitutum extra sphæram naturalem, quia repræsentatio solum est conditio naturaliter requisita; imo non requiritur vt conditio sed vt principium actiuum: quod Deus supplere potest. Eodem modo cõcedit posse de potentia absoluta diligi incognitum. Sed tractatu primo dixi incognitũ, nec de potentia absoluta diligi posse, quia voluntas vt imperfectior, magis pẽdet ab alijs quã intellectus & quia cognitio est ratio formalis sub qua respectu dilectionis: repræsentatio autem solum concurrit actiuè, ideo suppleri potest de potentia absoluta.

41. Obiectio. Solotio.

Nono obijcies id 2. Corinth. 5. Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino: per fidẽ enim ambulamus, & nõ per speciem: ergo postea videbimus eum per speciem. Ad idẽ est Aug. 1. Trinit. ca. 8. dicens Sanctos ex fide peruenturos ad speciem: eodem modo loquitur lib. 11. c. 10. & li. 12. c. 19. Anselm. in menolog. c. 38. & communiter alij Sancti. Respondetur speciem ibi non sumi pro similitudine impressa, sed pro essentia Dei, quæ metaphoricè dicitur facies vt patet Ioan. 5. Neq. vocem eius vnquam audistis, nec speciem vidistis.

42. 9. obiect.

Ex quibus omnibus patet ad fundamentũ. 1. opinionis quod contra secundam, & tertiã conclusionem militabat.

43. Dubium. An visio quæ fieret per speciẽ esset eiusdẽ rationis cũ ea, quę modo fit sine specie Solutio.

Sed difficultas est vtrum si dari posset species impressa intuitiua Dei, visio, quæ illa fieret, esset eiusdem rationis cum visione, quæ nunc fit sine specie creata, per essentiam diuinam cõcurrentem in ratione speciei intelligibilis seu obiecti, & cũ ea quæ fieri posset Deo supplente per modum causæ vniuersalis totũ illum concursum essentiæ diuinæ, vel speciei creatæ. Respondetur affirmatiue, quia esset eiusdem obiecti, & sub eadem ratione formali & per idem lumen, imo etiamsi lumen quoq. esset diuersum, non distingueret visiones specie: quia à diuersis actiuis principijs possunt prouenire effectus eiusdem rationis, vt calor ab igne, luce, & motu, mus à mure, & putrefactione, & quia distinctio actuum nõ est à principijs vt sic, sed ab obiectis. Confirmatur nam licet Angelo infunderetur species, qua se videret, (vt fieri posset) non videret se visione alterius speciei ab ea, qua se modo videt per suã substãtiam: ergo similiter &c. Confirmatur 2. quia quidam dicunt, visionẽ se ipsa videri, alij specie, omnes tamen ponunt visionẽ illius in eadem specie atoma: ergo similiter &c. Cõfirmatur 3. quia argumenta quæ suadẽt dari posse speciem intuitiuam Dei, suadent visionem illam fore eiusdem rationis, & Deus non diceretur omnino posse per modum agentis vniuersalis supplere cõcursum essentiæ suę, & speciei creatæ, nisi idem specie, & numero posset sic efficere: sicut non diceretur omnino posse supplere concursum ignis, si non posset producere se solo eũdem ignem specie, & numero, quem producit per ignem. Deniq. nulla ratio est in oppositum. Vnde scientia beata, & infusa animæ Christi non differunt essentialiter, quia vna fit per speciem, alia non: sed quia vna attingit Deum immediate intuitiue, & secundum propriam rationem, alia vero abstractiue, mediate & secundum rationes communes Deo & creaturis.

1. Confir. 2. Confir. 3. Confir.

44. 2. Dubiũ. An eadẽ species repræsentaret Deum intuitiue & abstractiue. Solutio.

Alia difficultas est, vtrũ species eadẽ repręsentaret Deũ abstractiue & intuitiuè. Rada cõtrouersia 10. a. 2. affirmat, & addit posita specie, & lumine gloriç in intellectu esse miraculũ nõ cognosci Deũ abstractiue, secus intuitiue: quia illa species naturaliter repręsentaret abstractiue, nõ tũ intuitiue, sed istũ modũ repręsentãdi habet cũ subordinatione ad volũtatem

fortasse à Deo produci posse vnam speciem quæ sit purè intuitiua, aliam quæ sit pure abstractiua, aliam, quæ vtranque rationem complectatur & hæc tã naturaliter & necessario causabit notitiam intuitiuam Dei, quàm abstractiuam, vel amplius, quia magis subordinantur voluntati species abstractiuæ, quam intuitiuæ, & species, quæ habet vtramque rationem, minus subordinatur, vt intuitiua, quã vt abstractiua: ergo si non subordinatur vt abstractiua, non subordinabitur vt intuitiua, sed erit miraculum illam non causare. Sed adhuc dici posset, vtrumque actum absque miraculo impediri posse: sicut enim corpus glorioſum se manifestare, vel occultare, aut Angelum manifestare alteri, vel non manifestare cogitationes suas nullum est miraculum, quia vsus specierum in ordine ad hæc connaturaliter pẽdet à voluntate manifestantis: ita fortasse vsus speciei, qua Deus immediate cognoscitur, connaturaliter subest voluntati diuinæ: ideo siue species reducatur ad actum, siue non reducatur, nullum miraculum videtur. Imo idem posset dici de concursu essentiæ diuinæ in ratione speciei intelligibilis, & sic explicari, quod ait Ambros. Lucæ 1. cap. de apparitione Angeli. & August. epist. 112. cap. 6. Cuius natura est non videri, voluntatis videri, si vult videtur, si non vult, non videtur. Sed melius est dicere, omnem notitiã intuitiuam, vel quidditatiuam Dei ita necessario sequi posito lumine gloriæ, vt nõ sequi sit miraculum. Et quidquid sit de hoc, tamen si semel ponatur, non potest sine miraculo destrui, & ideo est incorruptibilis ex natura sua.

45. 3. dubium. 1. opinio.

3. difficultas est. An admissa specie impressa, possit dici, eamdem esse lumen gloriæ, & præter eam nullum esse lumen gloriæ? Quidam enim iuniores ita sentiunt, & probant ex D. Thom. 1. part. quæst. 12. art. 2. & 5. vbi lumẽ gloriæ appellat similitudinem, qua Deus videtur, nec loquitur de similitudine, generali ratione, qua omnis creatura dicitur similitudo Dei: id enim fruolum esset, & sine fine assumeretur, sed quia vere est species impressa ab obiecto, non vt obiectum est, sed vt est causa efficiens libera. Et probatur primo quia de ratione speciei tantum est determinare potentiam, & dare ei vim hoc vel illud determinate cognoscendi; hoc autem præstat lumen gloriæ: ergo. Confirmatur quia species solum est similis obiecto, eo quod sit effectiua similitudinis expressę, & media illa obiectũ apparere faciat, vt est in se; sed totum hoc habet lumen: ergo nihil ei deest ad rationẽ speciei impressæ. Secundo vel in specie relucet obiectum alio modo quam relucet in lumine; vel non: si secundum: ergo lumen est species: si primum, ergo species est similitudo formalis, quod falsum est. Patet sequela: nam præter rationẽ formalis similitudinis nihil in specie excogitari potest, quod in lumine non existat. Consequẽter hæc sententia tollit omnem actiuitatem essentiæ in ratione obiecti, & ait non concurrere effectiuè, sed tantum formaliter & terminatiue, quia vbi est species, obiectum per se nihil agit. Sed hæc sententia displicet primo quia noua & inaudita est, & expresse contra D. Th. & omnes Doctores, qui negant speciem esse possibilem, vel saltem dari actu, vel si illam admittunt, eam distinguunt à lumine, quod D. Thom. dixit esse similitudinem, non vt cumque, sed tenentem se ex parte potentiæ, quo addito significauit, non esse speciem impressam. Nam hæc tenet se ex parte obiecti, eius gerens vices: neque lumen appellauit similitudinem generali ratione, qua omnis creatura est similitudo, sed qua speciatim habitus ordinis supernaturalis eleuantes ad actus, qui formaliter reperiuntur in Deo, dicuntur similitudines Dei. Secundo quia argumenta quibus isti recedunt ab omnium sententia friuola sunt, & falsa multa supponunt, vt ad illa respondendo constabit.

1. argum. Confirm. 2. argum.

2. opinio. Aliboris

Ad 1. in oppositum Respondetur de ratione speciei est determinare potentiam vice obiecti, & supplendo ipsum, efficiendoque cum potentia, quod obiectum cum ea efficeret, si esset satis proportionatum, & conuenienter vnitum: Hoc autem non habet lumen quia tantum se tenet ex parte potentię dans ei vim incompletam, qualem habet potentia sine specie ad actus naturales.

45. Ad 1. arg. 1. opinio.

Ad 2. Respondetur speciem impressam non esse similem eo solum quòd sit effectiua similitudinis expressæ: sic enim & ipse intellectus & habitus scientiæ esset similis sicut species impressa: sed quia est similitudo formalis per modum principij intelligendi; vel quia in efficienda intellectione gerit vicem obiecti, quam vicem non gerit lumen. Vnde ad argumentum dico, speciem esse similitudinem formalem, vel saltem esse, in qua relucet obiectum, vt in gerente vicem illius quoad efficientiam intellectionis: quo pacto non relucet obiectum in lumine; sed modis explicandis sectione sequenti. Vbi etiam plura de hac 3. difficultate dicentur & alia diximus in hac sectione non longe à principio.

Ad 2.

Sectio. 3. Vtrum beati indigeant lumine gloriæ ad videndum Deum?

47. NOMINE luminis intelligendo qualitatem distinctam à visione existentem in intellectu. Sunt qui dicant non esse ponendum lumen gloriæ. Et ita videntur sentire Scotus 4.d.49.quæst.11.& 12.& 3.dist.14.quæs.2. §.ad 1.quæst.vbi Bassolis.quæstio.1.art.1. Durand.4.dist.49.quæst.2. quamuis Scotus conditionaliter tantum loquatur dicens; quod si intellectus non concurrit actiuè ad visionem non indiget lumine gloriæ, quia ad receptionē solam minime requiritur: Si vero concurrit actiue, dicendum esse, sicut 3.dist.13.quæst.4. dictum est de charitate respectu dilectionis diuinæ. Ex quibus verbis male Ouandus 4. distinct.49. propos.7. colligit de mente Scoti lumen esse necessarium ad visionem beatificam de potentia ordinaria. Quia Scotus 3.distinct.13.quæst.4.tenet charitatem requiri ad dilectionem beatificam vt voluntas valeat eā elicere: par autem ratio est de lumine gloriæ respectu visionis beatificæ: ergo de ea idem sentire videtur. Infirma autem hæc probatio est cum constet de lumine dubitasse; imo ex illa propositione quam supra asserit, scilicet non esse ponendum lumen, si intellectus non efficit visionem beatificam simul cum alia, quam habet alibi, vt referemus, scilicet intellectum non efficere talem visionem manifeste inferatur, non esse ponendum lumen gloriæ. Quod etiam tenet Aureolus apud Capreol.4.dist.49.quæst.4. Ocham.1.dist.1. q.2. & 4.quæst.13. Gabr.1.dist.1. quæst.2.& 3.dist. 31. quæstio. 1.art.3.dub.1. quare male aliqui pro contraria opinione Gabrielē citant. Huic autem fauet Vellosillus aduertentijs ad tom. 9. August. quæst. 16. dub. 1. docens non esse certum dari lumen gloriæ, quod sit qualitas, sed tantum dari aliquid supernaturale intrinsecum, vel extrinsecum, cui tribuatur visio.

1.opin.

48. Suadetur hæc sententia, quia lumen non requiritur ex parte obiecti, quod ex se est intelligibile, & semper præsens atq. intime vnitum intellectui: nec ex parte potentiæ quia vel ipsum peteret ad suscipiendam visionem, vel ad eliciendam: Neutrum autem potest dici. Prima pars probatur à Scoto Durand. & alijs si enim ad suscipiendam visionem Dei quia est supernaturalis, requiritur dispositio supernaturalis, ad hāc daretur alia dispositio supernaturalis, & sic esset processus in infinitum. 2. gratia & charitas, & aliæ res supernaturales suscipiuntur in anima sine aliqua præuia dispositione: ergo etiam visio beatifica poterit immediate recipi in anima sine præuia dispositione. Confirmatur nam ad vnionem hypostaticam nulla datur præuia dispositio: ergo multo minus ad visionem beatificam. Lumen autem non requiri ad eliciendam visionem. Probatur primo quia essentia diuina est lux quædam spiritualis quæ per se vel saltem cum intellectu sufficiens est ad efficiendam visionē. Secundo quod Deus potest facere cum causa 2. efficiente, potest facere se solo: ergo sine lumine gloriæ poterit visionem efficere, ac proinde illud erit superuacaneum. Tertio alioqui recepto lumine gloriæ naturaliter videre possemus, vt cæcus recepto miraculose visu naturaliter videt. Consequens est falsum: ergo. Quarto magis necessaria videtur species, quam lumen gloriæ: nam communiter cognitio per speciem fit; ergo qui non ponunt speciem, non debent ponere lumen gloriæ, sed dicere vtrumque suppleri à Deo. Quinto probat Durand. quia si intellectus adueniente lumine redderetur potens ad eliciendam visionem, vel id esset, quia cresceret virtus intellectus secundum se, & hoc non, quia intellectus non est intensibilis, nec lumen habet vim ad intensionem ipsius, cum non sit actu, & formaliter intellectus, nec virtute: vel id esset, quia ex intellectu & lumine conflaretur vnum integrum agens potens ad id efficiendum, quod neutrum posset per se efficere, & sic lumen esset partiale agens visionis, & partialis facultas intelligēdi, quod est absurdum. Sexto probat Durand. quia si esset concedendum lumen maxime propter excessum obiecti ad potentiam, sed hoc non, quia etiam posito lumine manet infinitus excessus, & potentia est tam improportionata visioni, sicut antea: ergo. Septimo ad 1.actum fidei, spei, charitatis & pœnitentiæ non ponitur habitus, sed auxilium quoddam supernaturale: ergo ad primam & vnicam visionem Dei non ponitur aliquid habituale & permanens in anima, sed auxilium quoddam supernaturale. Octauo multorum opinio est nec omnino improbabilis, intellectum mere passiue se habere ad visionem Dei, eamque à solo Deo produci: ergo non ponitur lumen vt eo adiutus intellectus visionem eliciat. Antecedēs patet, sic enim tenet Ochā 1.dist.1.quæst.2.concl.2.& 2.dist.19.concluſ.3. & lib.4.quæst.13.art.5.dub.6. Gabr.1.d.1.q.2. art.2.concluſ.4.& 3.dist.14.quæst.vnica art.1. & dist.31.quæst.1.art.3.dub.1. Marsil.3.quæst. 10. art. 2.part.1.concluſ.1.& opinione 4.post 2.concluſ. Aliacensis 1.distinct.1.quæst.2.post 4.concluſ. Supplem. 4.dist. 49.quæst.4. art. 3. dub. 2. quod etiam videtur Palud. 4. dist. 49. quæst.1. art.2.concluſ. 3.& art.3. ad 3. instantiam & dist.44.quæst.7.n.59.& problematice defendit Richard.3.dist.14.art.1.quæst.3.& 4. dist.49.art.3.quæst. 1. idem tenet Bassolis 3.d. 14.quęst.1.art.1.& cum eo Nicolaus Nijsse in resolutionib. fol.57. videtur etiam Durand.4. d.49.

1.impugnatio. 2. partis.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

1. argum. pro hac sententia.

1. pars impugnatur 1.

2.

Confirm.

d.49.q.2.uum.28.idem tenet 3.d.14.q.1.nu. 9.Scot.quodlib.14.art.2.& 3.d.31.q.1.§. respõdeo(licet dubitatiue & cõditionaliter loquatur)4.d.46.q.11.§.respondeo ergo & q.12.&3.d.13.q.4.& d.14.q.1.a.2. quorũ rationes adduxi disputatione.2 sectione 4.& alios retuli disp.4.sect.4.concluſ. 1. 9. Nono quoniam ad visionem corporalem lumen non requiritur ex parte potentiæ,sed ex parte obiecti,vel medij: ergo nec ad visionem Dei requiritur lumen ex parte intellectus,sed satis est concursus supernaturalis,quo eleuetur intellectus ad visionem Dei. 10. Decimo si lumen concurrit per se actiue:ergo vel solum lumen per se agit,vel etiam intellectus:neutrum dicipotest: ergo.Minor probatur quia si solum lumẽ per se agit,actio non est vitalis,& immanens cum non maneat in suo principio immediato,si vero vtrumq.per se agit:ergo vtrumq. per se,& seorsum habet vim actiuam: vis autem quæ competit intellectui per se,& præciso ab omni principio supernaturali,non est supernaturalis,cum non sit pooducta ab agente supernaturali vt sic:ergo est naturalis, nempe ipse intellectus:ergo visio est naturalis & intellectus naturaliter potest videre Deum(quod absurdum est)saltem actiuita silla intellectus cũ actiuitate essentiæ diuinæ vt formæ intelligibilis & concursu Dei generali supernaturali erit sufficiens ad uisionem Dei. Nam perfectio speciei supplere valet imperfectionem potentiæ.Si enim daretur mihi species Angeli sine nouo lumine,viderem Angelum,licet forte minus perfecte, quam eadem specie videretur à se,vel ab alio Angelo.

Confir. Confirmatur:nam si intellectus per se etiã concurrit:ergo vel vt causa principalis, vel vt instrumentum.Si vt causa principalis:ergo nõ eleuatur lumine gloriæ,quia eleuari est proprium instrumenti.Si vt instrumentum : ergo non videt proprie Deum,sicut alia, in quorũ visione est principalis causa & eodem modo posset cõcurrere lapis ad visionem,quo intellectus maxime si possent recipere lumen glorię,& visionem.

49. Suppono hic primo,visionem Dei effici ab intellectu,& non à solo Deo,vt ostendi disputatione 2.sectione.4.2. potuisse de potentia absoluta produci à Deo visionem Dei intellectu mere passiue se habẽte.Quod ibidem docui cum multis, & ita cõtingere in visionibus Ptopheticis dicunt aliqui,quos reijcit Durandus.4.d.49.propositi.8.

2.opinio. authoris 1.conclu. His suppositis Dico 1. admittendam esse qualitatem quandam receptam in intellectu distinctam à visione , quæ ipsum eleuet ad videndum Deum.Hanc docet D.Thom.1.p. q.12.art.2.& 5.& ibi Valẽtia puncto 3.Vazquez.disp.42.cap.2.Caiet.Molina, & omnes Sotus.4.d.49.q.2.a.4.Palud.q.1.art.3.Palac. q.1.Maior.q.4.& 3.d.14.q.2.vbi Richard. a. 1.q.2.Bonauent.art.1.q.3.ad vltim.& art.2.q. 1.ad.3.Capreol.4.d.49.q.4.artic.1. Argentin. q.2.a.1.Ouandus prop.7. Albert.a.5. Ferrar. 3.contragent.cap.53.&54.Heruæus quodlib. 5.q.7.Henricus.quodlib.3.q.1.& quodlib.4. q.6.Marsil.3.q.10.art.2.p.1.concluſ.2. & dubio incidenti opinione 4.concluſ.1.Viguerius c.14.§.1.vers.3.Vellosillus supra.Antoninus.3 part.tit.30.cap.4.§.1.Carthus.3.d. 14.q.1.in fine D.Thom.de verit.q.8.a.3.Idem dicendũ esse,si intellectus concurrit actiue ad visionẽ beatificam,tenent Scotus & Gabriel pro cõtraria sententia citati.Probari solet ex Psalm. 35.in lumine tuo videbimus lumen. Quo tamen loco per lumen fauor Dei intelligi potest,vt Psalm.4.signatum est super nos lumen vultus tui Domine.Adducitur etiã id 1.Ioã.3. similes ei erimus,scilicet participatione diuini luminis. Et Isai.60. Non erit ibi amplius Sol ad lucendum per diem,nec splendor lunæ illuminabit te,sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Quę verba quasi exponẽs Ioannes Apocalyp.21.&.22.inquit: ciuitas non eget sole, nec luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam. Quomodo etiam Nazianzen.oratione de plaga grãdinis ait.Illos lux omni oratione maior exceptura est.Et oratione de sancta Gorgonia in fine.Trinitatis purior illuminatio &c.Et infra.Totoque diuinitatis fulgore nostras animas circumfulgentis. Et oratione in Sanctũ Cyprianũ in fine.Sanctęq.Trinitatis,cui nunc adsistis pleniorem, clarioremq. splendorem nobis concilians.Et oratione.10. Magno regi adstas,atq.illum magno lumine impletus. Similia oratione 11.&18.& 23.qui postea diuinitus illuminabũtur.Irenæus lib 1.c.2. Claritatẽ æternam circumdat.Nyssenus oratione quod non sit dolendum propter obitum eorũ, qui in fide dormierunt:Ipsi quidem cum ad illam lucẽ processerint &c.Ambr.epist.85. ait Prothasiũ,& Geruasiũ esse plenos luminis,& fulgoris æterni. Et in meditationibus oratione 7.vocat Deum illustratorem,& domum cęlestem luminosam. Et in 2. præparatione ad missam in fine.In æternum lucem aspicientes,sicut sol refulgebunt:nec immerito sole,& luna non indigebunt,quia te perenne lumen habebunt.Sic Gregor.3.Moral. explicat id Iob.17.post tenebras spero lucem. Et Ecclesia petit, lux perpetua luceat eis Domine cum sanctis tuis in æternum Et in Clementina ad nostrum.de Hæreticis damnatur.5. error Begardorum,& Beguinarum,quod anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuãte ad videndum Deum. Propter quod testimoniũ Caiet.1.p.q.12.a.5.ad.4. Scoti.Ferrar.4.contra

tragent.cap.54 Capreol.4.d.49.a.3.ad argu. Scoti quinto loco adducta contra 2. concluſ. Argentin.q.2.art.1.concluſ.2.ccnſent hanc veritatem eſſe de fide. Melius tamen Molina, Valentia, Sotus, Palacios Bañes & communiter recentiores dicunt, non eſſe de fide: ſed Molina, Valentia, & non nulli alij ita certum hoc putant vt oppoſitum ſit temerarium & periculoſum in fide: Valentia addit eſſe erroneum. Alij ſolum dicunt, hoc eſſe longe probabilius quia hæc Clemẽtina (& idẽ eſt de teſtimonijs Patrum) conuenienter exponitur & exponi poteſt, etiam ſi non admittatur huiuſmodi qualitas. Primo enim quidam per lumẽ intelligunt ipſam viſionem, quæ quatenus formaliter Deum manifeſtat, & facit intelligere, lumen dici poteſt, vel quatenus manifeſtat effectiue, ſcilicet efficiendo conceptum, & expreſſam ſimilitudinem Dei. Omne enim quod manifeſtat lumen eſt, vt inquit Paul. Sed hæc expoſitio quæ eſt Aureoli Durand. & Scoti, qua Palacios Molina, & Vazquez diſp. 41. in fine & diſp. 42. cap. 2. nituntur eos ab errore excuſare, licet aliquibus teſtimonijs ſcripturę & patrum accomodari poſsit (nam ſi Deus ſine vlla qualitate nobiſcum vel in nobis viſionem alicuius rei produceret, vere diceretur nos illuminare: ſicut Angeli inferiores nullam prẽuiam qualitatem recipientes à ſuperibus dicuntur ab eis illuminari: Sic Palacios ait quod canit Eccleſia lux ęterna luceat eis Domine, de manifeſtatione Dei intelligi poſſe): tamen dictę Clementinæ non ſatis conſonat, quia viſio non proprie dicitur eleuare ad videndum Deum ſed conſtituit formaliter videntem. Et quia Clementina videtur diſtinguere lumen à viſione, & docere eſſe prærequiſitum ad viſionem 2. Poſſet exponi vt nomine luminis intelligeretur concurſus Dei actualis, quo producitur ipſa viſio à ſolo Deo & intellectu beati, quia efficiendo viſionem eo modo, quo actio dicitur terminum efficere, manifeſtat obiectum. Sed non placet, quia lumen non ſolet pro actione de genere actionis ſumi, ſed pro termino, vel principio illuminationis. Vnde non placet quod Sotus, & multi recentiores dicunt, Clementinam exponi poſſe ita, vt lumine gloriæ intelligatur auxilium ſupernatrrale neceſſarium ad elicidam viſionem, ſiue illud ſit per modum habitus, ſiue actionis, ſiue ſit res diſtincta à viſione ſiue non: tantum enim intendit Concilium illam viſionem eſſe ſupernaturalem, ideo requirere lumen gloriæ, ideſt auxilium ſupernaturale. Quę expoſitio optima eſſet, ſi auxilium in actu 2. ſeu concurſus actualis poſſet dici lumen proprie, & poneretur, vt vere eſt, diſtinctum ex natura rei à viſione, ſicut calefactio à calore. Alioqui enim non diceretur requiri ad viſionem Dei, tamen iam dixi, auxilium eiuſmodi non poſſe proprie lumen dici. Vnde eſt 3. expoſitio, vt lumen dicatur diuinum auxilium ſupernaturale in actu primo, ſeu virtus Dei quæ viſionem Dei totaliter, aut partialiter producit: illa enim virtus, quatenus effectiue manifeſtat, vere & proprie vocatur lumen, vt ſi Deus ſua virtute ſuppleret lumen creatum, vere diceretur lumen nobis eſſe, & eo diceretur nos eleuare ad viſionem Dei: ſi vero ſine qualitate vlla prævia nos eleuaret ad ſui amorem, virtus, qua ſuppleret qualitatem, non diceretur proprie charitas eleuans: non enim omne quod cauſat dilectionem, dicitur charitas, vt patet de ipſa voluntate: Omne tñ quod manifeſtat lumẽ eſt. Nec enim eſt credibile, Concilium velle ibi aliquid definire contra Scholaſticos, qui hanc qualitatem luminis gloriæ negant, ſed tantum voluit definire contra Begardos, & Beguinas aliquod verum lumen gloriæ requiri ad viſionem, ſiue creatum, ſiue increatum. Et ſane aliqua loca ſcripturę de lumine increato recte exponuntur vt Apocaliyp. 21. cum ibi dicitur: lucerna eius eſt Agnus: & claritas Dei illuminabit eam. Quod de Trinitate exponi ait Palacios & Iſai. 60. vbi dicitur: erit tibi Deus in lucem ſempiternam. Sed Pſalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen: nõ recte intelligitur, niſi priori loco lumen ſignificet lumen creatum, poſteriori vero increatum: quia videtur Dauid duo lumina diſtinguere. Niſi dicas cum Palacio primo loco lumen ſignificare Chriſtum, vt hominem, ſicut expont gloſſa ordin. Caſsiodori. Id etiam quod ait Auguſtin. animam eſſe beatam participatione diuini luminis: de increato intelligit Palacios, & refert quemdam Hymnum Eccleſiæ dicentem: Diuinum lumen cernentes increato lumine. 4. expoſitio vt nomine luminis glorię intelligatur qualitas quædam habitualis diſtincta à viſione, non tamen pertinens ad intellectũ, ſed ad voluntatem, vel eſſentiam animæ, nempe gratia, aut charitas, quę ſępe lux dicitur, quia animam illuſtrat, ſplendidamq. reddit: ſicut peccata dicuntur tenebrę. Hanc expoſitionem adhibuit Cardin. Zabarella in eadẽ Clem. Gab. 1.d.1.q.2.a.3.&.3.d.31. q. vnica a. 3. dub. 1. Supplẽ: 4.d.49.q.2,a.1.cõc.2. Ochã 1.d.1.q.2.&.4.q.13.& alij, eamq. confirmant ex Paulo ad Coloſſenſ. 1. Qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Quod tamen de lumine fidei intelligo, vel de baptiſmo, qui quoniam in eo fiebat profeſsio fidei, lumen dicebatur, vt docte & late Ribera in id Hebr. 6. Impoſsibile eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati &c. Et quidquid ſit de hoc loco, tamen Clementinæ expoſitio non placet. Nam Clementina loquitur de lumine quod

ſit

51. Expoſitiones Clemẽtinæ damnatæ de hæretic.

1. expoſ.

2. expoſ. Clementinæ.

3. expoſ. Clementinæ.

4. expoſ. Clementinæ.

Confir 1. sit Physica facultas videndi, quale lumen nō est proprie gratia & charitas: licet enim eadē potētia esset iutellectus & volūtas, quod negamus, tamē nō posset idē habitus esse charitas, & lumen proprie dictum, seu principium amandi, & videndi. Imo reuera Clementina loquitur de lumine proprio alterius vitæ: Quoniam enim Begardi putabant in hac vita & viribus naturæ ac proinde sine lumine gloriæ posse videri Deum: ideo definitum est, nec in hac vita, nec viribus naturæ, sed lumine glorię Deum videri posse. Præterea lumen ad intellectum pertinet proprie loquendo, vt Clemētina loquitur. Præterea gtatia & charitas lumen viæ, non tamen gloriæ dici potest, alioqui reprobis etiam daretur lumē gloriæ, quia illis datur gratia & charitas.

§2. 5. expos. 5. alij per lumen gloriæ intellexerunt speciem impressam, qua putant intellectum videre Deum. Hæc enim si ponatnr, lumen esse, cōstat, quia vere & proprie manifestat efficiēdo visionem, & adducunt D. Thom. qui. 1. p. q. 12. a. 2. & 5. & 3. contragent. c. 54. lumē glorię appellat similitudinem id est speciem impressam Dei. Nec intendunt Concilium voluisse definire speciem impressam Dei: sed eius definitionem optime saluari ponendo speciē impressam: quæ quia dat vim ad visionē Dei quæ supernaturalis est, ideo dicitur eleuare ad videndum Deum. Hanc opinionem tenēt quidam iuniores, qui quamuis pro se nullum authorem proferant præter D. Thom. qui vt videbimus oppositam potius sententiam expresse tenet, proferre tamen possent vetustum inter Scholasticos Vdalricum, qui apud Carthus. 3. d. 14. q. 3. expresse tenet, animam Christi, & alias beatas mentes Deum videre specie impressa, eamq. esse habitum luminis gloriæ. Alij vero male citantur in fauorem huius opinionis: nunquam enim speciem cum lumine confundunt, sed expresse distinguunt, vel vtrumq. concedendo, vel vtrumq. negando, vel alterum concedendo alterum negando in beatis respectu diuinæ visionis vt videre licet in Richard. 3. d. 14. art. 1. q. 3. & 4. d. 49. art. 3. q. 2. Scoto. 4. d. 49. q. 11. & alibi Argentin. 4. d. 49. q. 2. art. 1. 2. & 3. Alensi. 2. p. q. 24. membr. 1. Sed displicet Primo. quia species non solet vocari lumen, nisi improprie, & metaphorice valde, sed id solum quod res per se vel per aliud repręsentatas cognoscere, aut etiam sui speciem imprimere facit. 2. quia superiori sectione vidimus speciem impressam Dei nō dari actu, imo nec esse posibilē, saltem de potē tia Dei ordinaria. 3. quia vltra virtuteē requisitā ex parte obiecti requritur virtus ex parte potentiæ, quod vocamus lumē. Nec valet dicere hi: speciē & lumē est parte obiecti, & ex parte potētię coincidere, 1. quia ex parte obiecti nulla hic virtus creata requiritur, vt ostē ū est sectione præcedēti. 2. quia in omni scię tia creata virtus ex parte potētiæ distinguitur à virtute ex parte obiecti: vnde lumē non est similitudo intentionalis, sed realis, sicut similitudo in charitate sciētia &c. & de hac similitudine reali loquitur D. Tho. imitatus Alens. 2. p. q. 24. m. 1. de hoc vide dicta sectione precedenti. vbi ostēdimus secūdum D. Th. & veritatē essentiam diuinā gerere munus speciei intelligibilis, ac proinde mullam speciē creatā admittendā esse in visioue Dei, & ita tenent Capreol. 4. d. 49. q. 4. a. 1. concl. 2 a. 3. ad. 1. Scoti contra. 2. conc. Caiet. & alij 1. p. q. 12. a. 2. & 5. Ferra. 3 cōtragent. c. 54. Sotus. 4. d. 49. q. 2. a. 4. Dur. 4. d. 49. q. 2. n. 13. & sequentibus & alij citati, sect. preced. con. 3. & D. Th. 1. p. q. 12. a. 2. ad. 3. & a. 5. ad. 1. & 3. cōtragent. c. 51. & 53. & de verit. q. 8. a. 1. & 4. d. 49. q. 2. a. 1. ad. 5. quibus locis aperte docet in visione Dei nō dari speciē quæsit principiū vt invisione corporea, sed essētiā diuinā esse loco talis speciei & formæ intelligibilis: quæ verba nō possunt glossari de specie expressa, seu verbo, vt aliqui interpretatisunt, ꝙ superiori solutione demōstratū est, vbi alia D. Th. loca attulimus. Cōf. nam D. Th. 1. p. q. 12. a. 5. ad. 1. vult lumē glorię esse habitum: species autē nō sūt proprie habitus, vt in materia de habitibus dicemus, vbi etiā docebimus scientiā infusā Christo & scientias inditas Angelis esse habitus proprie dictos distinctos à speciebus ergo lumē nō est species.

Reiciuntur qui speciem impressā nomine luminis gloriæ intellexerunt.

Vel ergo 3. expositiō amplectenda est, vel tenendū est, dari qualitatē quandam in intellectu quæ nō est species, sed alia qualitas natura sua fluens, vel permanens & habitu aliscōferens ad videndū Deum per modum causę efficientis vel dispositinę, vel vtriusq. quod discutiendum est, vt inde intelligatur necessitas constituendi eiusmodi qualitatē. Quidam censent, non esse necessariū lumen gloriæ nisi ad confortandū intellectum vt possit elicere actum visionis, qui vt disp. 3. vidimus, est supernaturalis quoad substantiā, & quidē si intellectus actiue concurrit ad visionem vt tanquā probabilius suppositimus, satis aperta est ad hoc necesitas huius qualitatis: Deus. n. quiomnia suaviter disponit. sap. 8. tribuit habitus supernaturales quoad substantiā, vt patebit tract. de habitibus, & docet D. Th. & communis. q. 61. a. 4. & 2. 2. q. 23. a. 2. & sæpe alibi. quamuis Innoce. 3. c. maiores de baptis, teste tur adhuc de ea re inter Scholasticos esse cōtrouersiam & in Conc. Vien. clem. vnica de summa Trinit. solū vt probabilior referatur sententia asserens in baptismo infūdi habitus ergo similiter tribuit Deus aliquē habitū ad eliciendā visionē beatificā: Confir. 1. cū Antonino

23. *ad quid sit necessarium lumen gloriæ. requiritur vt cū potentia eliciat visionē probatio. 1.*

nino & Palū.quia magis necessarius est habitus ad determinādū intellectū,quā ad determinādā volūtatē,si quidē determinato intellectu peruisionē beatificā, determinat volūtas ad amādū Deū.Sed adhuc ponit habitus charitatis in voluntate ad dilectionē beatificā,vt fatet Scotus: ergo debet etiā cōstitui ad visionē beatificā.Cōfi.2.quia nō repugnat ad hoc dari habitū, cur ergo negabimus datū fuisse? de specie aūt, etiā si sit possibilis, vidimus superius,rationē esse optimā,cur data nō fuerit.

Cōfirm.2.

§4.

Secūda aliorū probatio.

Alij probāt dādū esse hoc lumē, alioqui. n. quomodo visio esset supernaturalis? Respōdet Dur.4.d.49.q.2.n.24.& sequētibus,esse supernaturalē,nō quia ad sui productionē requirat supnaturalē habitū,aut vim,quę adiuuet intellectū,sed quia requirit supnaturalē ablationē naturalis impedimenti;est.n.naturalis cōditio intelligēdi,quam exigit natura intellectualis creata,vt nihil intelligat nisi per creaturā tāquā per speciē intelligibilē,& hāc conditionē, quę est impedimentū videdi Deū,tollit Deus sua volūtate, volens nimirū vt creatura iuuetur ab essentia diuina in rōe speciei intelligibilis ad videdū ipsum:sed putāt aliqui hāc sent. Dur.erroneā esse 1.quia ponit visionē Dei fieri solis naturę viribus sine lumine glorię cōtra Clem.citatā:2.quia actus fidei requirit habitū quo adiuuet potētia:ergo à fortiori visio Dei. 3.quia vt Deus clare videat,qui à nobis nō videt,oportet fieri aliquā mutationē, nulla autē fieret mutatio,nisi poneret lumē gloriæ, quia in Deo nō potest dari mutatio & nec dat in intellectu nostro, nec in alia creatura, ergo.4. quia ex sentētia Dur.sequit,Deū ab omnibus ęqualiter videri;cū intellectus sint ęquales,nec det lumen in quo possit repeirri inęqualitas, pręsētia etiā obiecti,& ablatio illius naturalis impedimēti ęqualis sit.Quod si dicat quis intellectus esse inæquales,id erit cōtra Dur.si soli intellectus humani inter se cōparentur.Item inde sequeret,pollētē meliori intellectu,tametsi habeat minora merita,melius visurū Deū futurumque beatiorem. Sed non placet censura quia noua & leuibus fundamentis nitēs. Ad 1. enim dici potest voluntatem, qua Deus aufert illud naturale impedimētū,itēq.illā qua si expeditionē diuinę essentię ad causandā visionē p modū speciei intelligibilis,posse dici lumē glorię,& sic saluari Clemētinā. Ad 2.posset negari cōsequētia,quia sine habitu est aliud principiū supnaturale adiuuans intellectū ad visionē Dei, nēpe essentia diuina expedita in rōe speciei intelligibilis,& ideo nō requirit habitus supernaturalis,sicut in actu credēdi. Ad 3.R.sine vlla mutatione Dei vel creaturę posse fieri visionē Dei per solā ęternā volūtatem Dei, qua expedit essentia diuina pro certo tēpore,vel Deus vult se solo efficere quod p lumē creatū fieri posset. Ad 4.ipse Dur.respōdet,dupli. 1.quòd,sicut aliquibus quādoq. visum est, quātū ad visionē diuinę essētię & eorū quę in ipsa naturaliter vidēt,nō erit differētia inter homines beatos, sed quoad reuelationes volūtarias,seu beatitudinē accidētalē,dotes etiā corporis & quosdam gradus dignitatis in quibus Christus & beata Virgo reliquos excedēt. Vidēs autē ipse Dur.hāc doctrinā periculosam aut minus tutā esse,adiecit,vel pōt dici aliter & melius & securius,tametsi nō sit differētia ex parte intellectus,nec ex parte obiecti pśentati,posse esse differētiam ex parte Dei volētis essentiā diuinā influere magis ad visionē Dei in vno,quā in alio,quod licet nō explicet Dur. erit diuinā essentiā magis expediri respectu vnius quā alterius, & sic ablatio impedimēti aut certe applicatio vnius principij actiui,nēpe essentię,erit inequalis. Aliā obiectionē proponit contra se Dur. quia vt potētia clare attingat obiectū,vltra pśentatū obiectū & ablationē impedimenti requirit proportio inter potētiā & obiectū,sed intellectus creatus sine lumine pdicto nō est proportionatus erga Deū,ergo nō potest illū videre. Respōdet. Dur.potētiā esse proportionatā ad cognoscēdū clare, & nude quidquid cōtinetur sub eius adæquato obiecto,si cōueniēter ei propronatur,& nullū sit impedimētū,vt est in noctua ad videdū solē in rota sua,quia oculus noctuę nimia solis claritate offenditur,lędit ur ac dissoluitur. Per hęc ergo sentētia Dur. ab erroris nota liberatur,quā pter iunioré quēdā nullus ei Scholasticorū inuisit magis quā opinioni Scoti & aliorū negātiū pdictā qualitatē. Nihilomīnus probbi ius est,& Clemētinę cōformius ponere huiusmodi lumen gloriæ vt roborēt, proportionatū,potētē & pōptū reddat intellectū ad visionē Dei eliciēdā,vt docet D.Th.1.p. q.12.a.5.ad.1.& 2.& a.6.Alber.Sotus.Molin. Palac.Valēt.Capreol.Cai.Ferra. & alij supra. Addo etiā,alijs rōibus requiri hoc lumē,sicut n.2.animæ docui,lumē corporeū requiri ad visionē,1.ex parte obiecti vt valeat emittere species,nō quia det ei virtutē actiuā,nā sicut alia obiecta sensuum,ita color per se aut in virtute cœli habere videtur huiusmodi vim, iuxta Palu.4.d.49.q.1.a.2.conc.2.sed quia est cōditio sine qua obiectū nō posset species emittere, quocirca nihil videri pōt, nisi in se ipso habeat lumē aliquod,vel in subiecto cui inest. 2. ex parte medij,quod nisi sit illuminatū,nō reciperet nec trāsmitteret species. 3.ex parte vidētis,quod nisi in pupilla vel organo visus lucē aliquā haberet,nihil videre posset,etiā si in obiecto & medio lux esset & in ipso species albedinis:quia lux est cōditio recipiendi & eliciēdi visionē; & 3. animæ his fere modis diximus,intellectū agētē cōcurrere ad intellectionem

Quā quidā erroneā cēsēt.

Ab errore defenditur.

Ad quid requiritur lumen in visione corporea

Requiritur etiam lumẽ gloriæ ad recipiẽdã visionẽ vel speciẽ impressam si per speciẽ visio Dei fit.

nẽ.ita dicẽdũ est de lumine gloriæ,requiri non solũ vt vim producẽdi visionẽ Dei,sed 1.vt dispositionẽ ad recipiẽdã speciẽ impressã si visio per speciem fit,vel saltem ad recipiendam ipsam visionem,& 2.ad eam eliciendam.

Et 1.ex his muneribus colligit ex D.Th.1. p.q.12.a.5.Cai.Capreo.& Ferra.supradicenti b' requiri ad recipiẽdã diuinã essentiã in rõe formę intelligibilis:quibus verbis nõ significãt disponere ad vnionẽ intrinsecã essentię diuinę secũdũ se,hoc.n.verũ nõ esset vt recte docẽt Moli.Palac.& alij,nã essentia diuina secũdũ se nõ afficit intrinsece intellectũ,sed extrinsecus assistit,vt causa efficiẽs, sine qua nõ põt intellectus Deũ cernere,sed intẽdit ad recipiẽdã essentiã diuinã per modũ formę intelligibilis in actu 2. ideſt vt visio quę est talis formæ effectus recipiatur,necessariũ esse lumen glorię,& ita se explicant Caie.Capreol.& Ferra. & sic ad recipiẽdã visionẽ necessariũ esse docẽt Anton.Palu.Heru.Richar.Marsil.&Palac. supra, Maior.3.d.14. q.2.dub.2.& 4.d.49.q.4. nec multũ displicet Dur.3.d.14.q.2.n.9.Argumẽta autem quibus id impugnãt Dur.4.d.49 q.2.n.22.Scot.3.d.14.q.2.§.in 1.quæs.& alij nõ nulli,postea diluẽtur.Hoc autẽ ꝓbãt Pal.& Anto. quia naturale est,quidquid videtur,in lumine videri,etiã ab intellectu, qui quidẽ videt in lumine intellectus agẽtis, quod adeo verũ putat Pal.vt 4.d.49.q.5.n.15.vt ꝓbabile putet intellectũ agentẽ esse dispositionẽ necessariã ad recipiendã quãlibet intellectionẽ, tã naturalẽ quã supnaturalẽ, tã in via quã in patria, licet ꝓbabilius putet,solũ esse dispositionẽ necessariã ad recipiẽdas naturales intellectiones animæ,dũ est coniũcta corpori;dẽ quo alibi dicã: ergo intellectus ad visionẽ Dei indigebit lumine supnaturali tãquã dispositione; quod ẽt docet Vdalri.apud Cart 3.d.14.q.3.Ouand. 4.d.49.ꝓpos.7.dicẽs nõ esse cõtra Scotũ,cũ.n. dixit eadẽ distinct.q.11.& 12.lumẽ nõ requiri ad recipiẽdã visionẽ,solũ vult non requiri per modũ receptiui & subiecti proximi in quo recipiatur visio,& merito quia nullus habitus recipit in se propriũ actũ,vnde non est ꝓbabile, quidquid nõnulli dicãt, visionẽ recipi in lumine.De quo plura in hac sectione diffic.2.ergo nõ negat requiri per modũ dispositionis.2.autẽ munus scilicet esse dispositionẽ requisitã ad productionẽ visionis veriſimile fit ex lumine corporeo quod esse videtur necessariũ,vt obiectũ emittat speciẽ, teste Pal.loco ꝓxime citato, & vt visus eliciat visionẽ; Ex quib. patet lumẽ gloriæ nõ esse purã condicionẽ sine qua nõ ad recipiendã & eliciẽdã visionẽ,vt aliqui dixerũt,quos reijcit Vaz.1.p.disp.43.c.5.in fine nec purũ principiũ effectiuũ visionis, vt dixerũt alij,sed vtramq.rationem participare.

Corol.

57. Si obijcias quia dispositio nũquã est ad agẽdũ sed ad patiẽdũ,Respõdetur imo etiã ad agẽdũ dicitur homo disponi,tũ vi actiua, tũ cõditione aliqua:sic ad motũ localẽ animalẽ, & ad sensationes requritur receptio vel ꝓsentia spirituũ vitaliũ,& certa dispositio organi secũdũ primas qualitates, & propter hæc oĩa officia quæ lumini gloriæ damus diffinijsse videtur Cõcil.Vienẽse Clemẽt.citata lumẽ gloriæ esse necessariũ ad vidẽdũ Deũ, & nõ tm̃ quia fit vis actiua visionis.Et nõ solũ lumẽ habituale,& ꝓmanẽs ꝓstat hæc omnia munera, sed etiã fluẽs,si daretur,ea ꝓstaret,& forte ad actũ fidei est etiam dispositio necessaria habitus fidei,vel lumẽ fidei fluẽs quale est illud quod antecedit 1.actũ credẽdi supnaturalẽ.Dices,habitus nõ disponit ad actũ,ergo lumẽ nõ disponit ad visionẽ,negat antec.nã q hẽt habitũ nõ solũ facilio elicit,sed etiã facilius recipit actũ, & licet demus,habitũ naturalẽ nõ esse dispositionẽ ad actũ,potest admitti in supnaturali,ſicut.n.dat.simpliciter posse agere,ita darevidetur simpliciter posse suscipere;Vnde ad recipiẽdũ requiritur habitus,vel vice illius aliqua qualitas fluẽs illi similis.Dices.3. Ad alias formas supnaturales nulla ponitur dispositio aliqui,vel esset ꝓcessus in infinitũ,l.deueniendũ esset ad formã naturalem quæ esset dispositio ad supnaturalem:ergo neq. ad visionem Dei ponenda est dispositio.Respõdetur 1.ex Cai. 1.p.q.12.a.5.sicut nõ ad quãlibet formã naturalẽ datur dispositio,sed ad substãtialẽ quæ est vltima & terminus generationis, ita neq. ad oẽm formã supnaturalẽ datur dispositio, sed ad eã quæ est veluti substãtialis, vt ad gratiã quę est veluti substãtialis participatio diuinæ naturæ,& ad visionẽ beatificã quæ est veluti vnio diuinæ essentiæ in rõe speciei intelligibilis,& vltimus finis supnaturalis.Hæc solutio nõ placet,quia vt ait Vaz.1.p.disp.43.c.1.& dicemus latius in materia de gratia,cõtritio nõ est Physica dispositio sed moralis exordinatione diuina in ijs qui mortale peccatũ ad miserunt,]& si esset dispositio Physica ad gratiã & charitatẽ,etiã visio videretur dispositio ad lumẽ gloriæ,& nõ ècõtra,quia actus potius disponit ad habitũ quã ècõtra. Ideo respõdetur 2.sicut speciale est in visione naturali nõ recipi nisi in subiecto habẽte aliquã dispositionẽ nẽpe lumen corporeũ,l.spirituale,ita speciale est in supnaturali forma,quæ est, visio non posse connaturaliter recipi nisi in subiecto habente lumen supernaturale illi proportionatum.

1. obie & Solutio.

2. obiect.

Solutio

3. obiect.

1. Solucio quæ reijcitur.

2. Solutio authoris.

Nec inepte quæritur ob quod nã istorũ munerũ potissime ponatur lumen gloriæ,cũ reuera sint munera valde distincta & separabilia ḋ potentia absoluta; posset.n.intellectus visionẽ beatificã recipere nõ producẽdo illã,& tũc lumẽ esset necessariũ ad receptionẽ, nõ ad ꝓductionẽ visionis,similiter posset cõcurrere passiue ad receptionẽ speciei impræsse,si est possibilis,nõ cõcurrẽdo ad eliciẽdã visionẽ per illã im-

58.

impedita actione speciei miraculose: licet autē ponēretur species ex parte obiecti, adhuc requiriretur lumen ad confortandam potentiā, & hoc est prēcipuum eius munus, habitus. n. præcipue ordinatur ad efficiendum actum.

59. Ad argumētū 1. opi. R. lumē requiri ex parte potētię ad suscipiēdā & eliciēdā visionē. Ad 1. impug. 1. opin. R. Cai. quādo aliquid eleuat ad aliquid supnaturale, quod sit quasi forma substātialis & vltimus terminus, reqrit dispositio supnaturalis; sicut ad formā substātialē naturalē quę est vltimus terminus in generatione naturali reqrit puia dispositio naturalis, visio aūt est veluti forma substātialis & vltimus terminus, quia est finis actuū humanorū & potissima perfectio intellectualis naturę, ideo &c. Sed Moli. magis placet solutio Soti, quādo aliquid eleuat ad ꝓducendū aliquid in se reqri dispositionē quę scilicet simul eleuet ad ꝓducēdū, & ad recipiendū talē effectū. 3. R. in visu corporeo & spirituali esse speciale vt ad agendū & recipiēdū reqrat disp. Ad 2. impug. eiusdem. p. R. p idem. Addo tñ gratiā in adulto, fidē & spē per se reqrere dispositionē, & hāc esse moralē, reliquę virtutes p se nullā dispositionē reqrūt quia gratiā sequūt. Ad cōf. nego. cō seq. quia vnio substētię debet antecedere vnionē cuiuscūq. accidētis nō vero visio Dei. Ad 1. impugnat. 2. p. R. licet Deus quia est lux quædā spiritualis, sine alia luce quę se teneat ex parte sua videri possit, non tamē sine alia luce tenēte se ex parte potētię, illiq. inherēte, loquēdo vt modo loquimur, de lege ordinaria. Itē quia lux est pōt videri sine specie sīm eos qui tenēt lucē corpoream sine specie videri, quę tamen opinio falsa est: Vnde si species Dei neganda est non ista sed alijs rationibus adductis sup. sect. neganda est.

Ad 1. arg. 1. opinionis.

Ad 1. impugnat. 1. partis.

Ad 2. impugnat. 1. partis.

Ad cōfir.

Ad 1. impugnat. 2 partis.

Ad 2. Ad 2. R. licet Deus possit de potētia absoluta efficere p se quod efficit p lumē, tñ ad suauē Dei ꝓpudētiā spectat lumē cōferre, vt ipsū sit & operationē cōnaturalē exerceat, & intellectus plenius agat, nēpe, p se & p lumē.

Ad 3. Ad 3. R. nō esse simile quia visus est virtus naturalis, ideo eo miraculose recepto visio est naturalis. At lumē est vis supnaturalis, ideo actio quæ p illud fit, supnaturalis est potētię, licet sit cōnaturalis lumini, ideo q. naturalis sīm quid. Itē est naturalis sumēdo naturale, vt cōtra liberū distinguit.

Ad 4. Ad 4. R. quādo obiectū de se est satis intelligibile, & vnitū intellectui, nō esse necessariā speciē, quia species solū ponit defectu intelligibilitatis, aut ꝓsentię obiecti, ideo nō ponit in visione Dei, secus lumē, quia potentia sine illo nō est satis ꝓportionata obiecto, ideo

Ad 5. lumine infuso debet cōfortari. Ad 5. R. suppositō vt postea ostēdā, quod intellectus p se agit, ex intellectu & lumine cōflari, vt ait Mol. vnū integrū agēs, cuius partes a nonnullis dominet causæ partiales, alij vero dicūt, nō esse causas partiales, quia neutra pōt se sola effectū totū aut eius partē efficere, quod est de ratione causę partialis. Alij dicūt, esse causas partiales partialitate causæ, non partialitate effectus. Ad 6. R. infinitum excessum Dei, in causa esse, quare intellectus creatus ex se sit illi improportionatus, ita vt non sit illi connaturale attingere in se tantum obiectum: accedēte tamen lumine gloriæ reddi proportionatū proportione habitudinis ad Deum, licet semper maneat improportionatus proportione æqualitatis, vel determinati excessus, quę mathematica Arithmetica, vel geometrica dicit.

Ad 6. Ad 7. R. non esse simile vel quia illi actus nō sunt supernaturales in substantia, sicut visio, vt multi putant, vel quia non expedit dari habitus quibus fiant, nisi præcedentibus aliquibus similibus actibus, quibus subiectum moraliter disponatur, dignumq. fiat tantis habitibus, at vero habitu luminis gloriæ fit homo dignus p actus viæ, vel gratiā sacramenti, ideo antequā videat Deum, recipit habitum, seu lumen habituale quo Deum videat, loco tamē habitus ad illos priores actus exercēdos dat qualitas supnālis ex natura sua fluēs, vt postea dicam.

Ad 7. Ad 8. R. licet illa opinio forte non sit omnino improbabilis, tamē si defendatur, debet poni lumen ad recipiendam visionem beatificā, deinde licet admitterem, quod tamen nullo modo admitto, non esse omnino improbabile nullum dari lumen, quod sit qualitas distincta à visione, & inhærens intellectui; tamen sine dubio oppositum est longe probabilius propter fundamenta adducta.

Ad 8. Ad 9. iam dixi, lumen corporale requiri ex parte obiecti, medij & potentiæ, & saltem requiritur lumen in visione spirituali ex parte potentiæ, quando de se est insufficiens ad obiectum percipiendum vt nunc accidit.

Ad 9. Ad 10. R. intellectum per se immediate agere, licet non possit agere sine lumine, ideo non agere naturaliter, esto habeat vim naturalem in completam ad agendum, quæ solum est naturalis quantum ad substantiam, vt latius sect. 5. Ea vero actiuitas luminis non potest suppleri per speciem, aut essentiam diuinam concurrētem in ratione speciei, quia species tenet ex parte obiecti, lumē vero ex parte potentiæ, ab obiecto autem & potentia debet prodire notitia. De quo Suarez. 3. p. to. 1. disp. 29. sectio. 2. & vtrumq. debet poni supernaturale ad actum supernaturalem. Vnde etiamsi mihi daretur species angeli, si non daretur mihi Angelicum lumen, vel aliquid vice illius, non possem illa specie elicere actū quē Angelus elicit, licet actus mihi connaturales melius elicerem, & eodem modo dicendum est de Angelo inferiori, cui darentur species connaturales superiori, si quis tamen dicat. Ego habeo lumē sufficiēs ad angelicos actus,

ideo

ideo cũ speciebus angeli sine alio lumine illos elicere possũ,& angelus inferior actus superioris, nõ cõtendã:cæterũ ad vitionẽ Dei nõ habeo sufficiẽs principiũ actiuũ,etiã recepta supernaturali specie, vel essentia diuina cõcurrẽte instar speciei. Ad cõfir. dicã sect.5.intellectũ in visione Dei nõ se habere vt instrumentũ,sed vt causã principalẽ,& eleuari esse instrumẽti;cõmune cũ causa principali incõpleta qualis est noster intellectus inuisione Dei,sed est 1. dif an intellectui informato lumine gloriæ naturale sitvide Deũ,Caiet.1.p.q.12.a 5.ad 2.Scoti,Vaz ibi.d.45.c. 2.affirmãt,Ferra.3.cont.g.c.54.circa.4.obie.ait naturale esse illi videre.Deũ quatenus est affectus lumine gloriæ;Sot 4.d.49.q 2.à 4 negat visionẽ esse naturalẽ etiã habenti lumẽ gloriæ,cũ simpliciter sit naturalis,fauẽt Sc.&Dur.cit.initio sec.quatenus dicũ visionẽ nullomodo esse posse naturalẽ,vnde colligũt uõ esse a lumine,ne sit actio aliqualiter naturalis.Sed huic.q.R. nõ esse absolute naturalẽ, neq. forte naturalẽ intellectiui etiã illuminato lumine gloriæ,ideo nec esse illi naturalẽ,quatenus est illuminatus lumine gloriæ:quia reduplicatiua supponit præiacentẽ,quæ hic vera nõest,est tũ aturalis lumini,seu cõnaturalis,nõ vt subiecto,sed vt causæ efficienti,quia est de natura luminis inferre visionẽ. Probabilius tũ est,in bono sensu dici posse cõnaturale intellectui,vt præditũ est lumine gloriæ,videre Deũ quia id nõ excedit vires intellectus illuminati,vt sic licet excedat naturales vires intellectus, nec à reduplicatiua ad præiacentẽ in qua est partic. importãs cõnexionẽ,valet semp cõseq. vt si quis dicat homo in quãtũ albus necessario estdisgregatiuus,ergo hõ est necessariodisgregatiuus visus,quia ergo cõnaturalitas importat cõnexionẽ quãdã,nõ valet intellectui vteſt affectus lumine gloriæ, est cõnaturale videre Deũ:ergo intellectui id est cõnaturale. Et hęc de naturali vtdistinguitur cõtra supernaturale:si vero sumatur vtdistinguitur cõtra liberũ cõcedo visionẽ Dei esse naturalẽ simpliciter, intelectui quia est determinatus quoad exercitiũ & specificationẽ ad uisionẽ Dei,nec potest visio suspendi ex volũtate videntis:intellectus enim illuminatus in hac actione nõ subditur volũtati vt in actibus fidei speciei & charitatis,& aliorũ qui proprie habitus dicũtur,nã habitibus vtimur vt volumus,licet hoc nõ sit intelligẽdũ de omni actu,nã dilectio beatificaneceſſaria est. Imo posita apprehensione terminorũ nõ potest intellectus nõ assentiri primis principiis, & facto discursu euidẽti nõ potest nõ assentiri cõclusioni. Cõf. nã angelus in cognitione sui & Dei per suã substantiã nõ est liber:ergo nõ mirũ si nõ sit liber inuisione Dei,quæ fit per substãtiã cõcurrentẽ in ratione speciei intelligibilis, & est fũdamẽtũ vitæ glorioſæ,sicut illa cognitio angeli est fundamẽtũ vitę Angeli. Cõf. quia Deus necessario videt diuinã essentiã:ergo & intellectus affectus lumine gloriæ,quod est participatio diuini 2.Dif.est an lumẽ gloriæ concurrat ad isionẽ vt proximimũ subiectũ. Quidã affirmãt alij probabile censent 1.quia intellectus elicit & recipit sionẽ,ergo & lumen quod eleuat intellectũ ad visionẽ,cũ enim intellectus ad vtrũq. sit de se insufficiens ad vtrũq.debet eleuari.Conf.quia Conc.Viẽ. clem.cit.ait,per lumen eleuari intellectũ ad videndũ Deũ,videre autẽ non tantẽ dicit agere,sed recipere ergo ad vtrũq eleuat lumẽ.Conf.2.quia lumen, habet connaturalẽ vim actiuã visionis,ergo illi respõdet potẽtia receptiua cõnaturalis,hæc autem nõ est in intellectu,ergo in lumine.2.quia rõnes Cap.4.d. 49.ar.3.ad ar Sc.cont 2.cõ.& ciusdẽ Sc ibi.q.11.& 3.d.14.q.2.Vaz.1.p.d.43.c.1.Ouã.4 d.49.pro.7.& aliorũ docẽtiũ oppositũ nõ concludũt.1. est quia habitus nõ est potentia recipiẽdi actus cũ fiat illis lumẽ autẽ est habibitus.2.quia intellectus recipit immediate lumẽ,ergo & visionẽ ob quã recipit lumẽ. 3.alias intellectus nõ perficeretur a visione nisi per accidẽs vt substãtia à calore per quãtitatẽ.4. Quia sicut de ratione actus immanẽtis est immediate ac perse procedere a potentia vitali,ita illã immediate informare.5.Quia intellectus per se est susceptiuus cuiuscũq. visionis,alioqui nec de pot. absoluta posset dari visio sine lumine Hæ rationes nõ cõcludũt. Ad 1.posset dici habitũ acquisitũ no posse recipere actus,quoniã per eos producitur secus infusus qui per actus produci nõ potest & sicut ipse solns , est quasi potẽtia actiua,ita ipse solus potest dici potentia receptiua.Ad 2.dico nõ esse simile quia lumen est actus.1, extrinseco veniens.Visio autẽ est actus 2.immanens & sic debet manere in suo principio actiuo. Ad 3.dici posset non esse inconueniẽs prfici a visione per alind. s.lumen vt substantia a colore per quantitatem,vel visioem recipi in aggregato ex intellectu et lumine sicut recipiuntur accidentia corporea in composito secũdũ D Th.& eius sectat. Ex quo etiã pater ad.4.imo & ad 5.nã forma non potest esse de potentia absoluta nisi in suo immediato susceptiuo cũ ergo immediatũ susceptiuũ sit aggregatum ex lumine & intellectu,nec in solo lumine nec in solo intellectu recipi poterit etiam de potentia absoluta Sed retinẽda est sentẽtia Sc.& Cap. ob rationes adductas,quę male ab aduer.diluũtur, nã sicut actus intellectus nõ recipitur inhabitu natu quia est causa illius,ita nec actus supernaturalis in habitu super naturali quia sæpe ad illũ disponit & ideo prius est in potẽtia quã ipse. Et si in quolibet principio actiuo deberet actus recipi omnis actus intellectus reciperetur in specie habitu & potẽtia, imo & in actu cũ ex illo procedit quæ sunt absurda. Non ergo est de ratione actus immanentis recipi in omni suo principio actiuo,sed in potẽtia.Nec potentia naturalis receptiua:si vero visio estin coniũcto lumẽ q̃ tię actiuæ supernaturali debet respõdere passiua supernaturalis quoad substantiã, sed quo admodũ alioqui potentiæ qua Deus producit gratiã vel lumẽ respondere deberet alia potentia supernaturali receptiua & sic essẽt processus in infinitũ.Cõfi.quia siue in solum lumine siue in coniuncto recipiatur visio non respondet potentia passiua supernaturalis supernaturaliactiuæ,si.e.in solo lumine est visio, potentia actiua naturalis quæ est in intellectu, poneret visionẽ in lumine quod perte est potentia supna

est omnino supernaturale agit in subiectū non omnino supernaturale, & intellectus qui est naturalis agit in subiectū supernaturale scilicet lumen, nō ergo oportet correlpōdentiam illā admittere. Deniq. cū causalitas receptiua sit valde imperfecta actiua autē perfectissima nullū est inconuenies admittere rē naturalē quoad substantiā esse posse totale principium receptiuū actus supernaturalis, licet nō posit esse totale principiū actiuum.

3. Difficultas cū diuina concurrat per modum speciei impressæ, quorsū ponitur lumen.

3. Difficultas, cum essentia diuina cōcurrat aduisionē Dei in ratione speciei intelligibilis vt in hac sectione, & præcedēti dictū est, quorsum lumē gloriæ? nā si gerit munus specie intelligibilis id erit efficiendo cū intellectu vt cū causa etiā principali immediata visionem Dei: alij enim modi merito repelluntur à Vazq. 1.p.disp.43.c.3.4.& 5. si autē cum intellectu efficit visionē superuacaneū erit lumē gloriæ, saltē ad roborandū intellectum & cooperādū illi, cū hoc munus præstet essentia diuina: & eodē argumēto probant aliqui nullā dari speciē distinctā à lumine, quia tūc etiā lumen esset superfluū vnde cōcludunt lumē ipsum esse speciē, & confir. quia quoties concurrunt plures causę partiales vnicuiq. respōdet aliquid peculiare in effectu, sed in uisione Dei ratio generica intellectionis respōdet intellectui, specifica vero visionis Dei respōdet speciei impressæ, vel entitię diuinæ gerēti vicē speciei, ergo nihil respōdebit lumini, si est distinctū ab omni specie, vel gerente vicē speciei. Nodus hic facile dissoluitur, nā in qualibet cognitione requiritur potētia cōpleta dupliciter, 1. in ratione potētiæ, 2. ex parte obiecti, nā ab obiecto vel specie vicaria ipsius & a potētia integra & cōpleta in se, producitur notitia. 1. cōplemētū in ordine ad actus naturales habet potētia per se solā, & 2. per obiectū ipsum, vel eius speciem, in ordine vero ad actus supernaturales non est cōpleta per se ipsam, sed per habitū fidei, vel scientiæ infusæ, vel alterius luminis distincti ab obiecto & specie tenente se ex parte obiecti, & ideo etiā si essentia diuina gerat munus speciei intelligibilis requiritur habitus luminis gloriæ, & in anima Christi datur habitus scientiæ infusæ distinctus à speciebus quibus cognoscuntur creaturæ in proprio genere, vel Deus non intuitiue nec quidditatiue, vt in materia de habitibus dicemus, & similiter ad actū voluntatis supernaturalem concurrunt effectiue voluntas & habitus infusus & cognitio supernaturalis. Ad cōfir. potest negari maiorem in naturalibus potentia habitus & species, vel apprehensio obiecti sunt causæ partiales eiusdē actus: tamen speciei, vel apprehensioni & habitui respondet effectus sub eodem ratione v. g. cognitio lapidis, vel ignis: eodē igitur modo poterit visio Dei vt visio Dei respondere lumini gloriæ cōplenti intellectū in ratione potentiæ, itemq. diuinæ essentiæ complēti intellectū ex parte obiecti. Resp. 2. visionem vt est cognitio spiritualis respondere intellectui vt supernaturalis lumini supernaturali proportionato ipsi obiecto, vt autem visio Dei est essentiæ diuinæ gerenti munus speciei,

Sectio. IIII. Vtrum de potentia absoluta possit videri Deus sine lumine gloriæ.

Similis quæstio est de actu fidei & charitatis & similibus an possint fieri sine habitibus supernaturalibus ad quos pertinent, vel alijs qualitatibus, qui eorum vicem gerant. Caiet. 1. p. q.12.ar.5. ad 3. Scoti & ad 2. Duran. & ibidem mult. thomistæ docent inuoluere repugnantiam vt Deus videatur sine lumine gloriæ inhærente intellectui, idque colligunt ex D. Tho. 2.2. q.175. art 3. ad 2 de ueritate q.2. art.2 vbi absolute dicit nō posse Deū à creatura videri sine lumine gloriæ permanente, quale habent beati, vel transeunte, quale habuit Paulus in raptu, ita docent Capreol. 4 d.49.q.4.art.3.ad 3 & 4 argum. Scoti 4. loco adductum contra 2. conclu. Soto q.2. art. 4. Ferra 3. contra c.54 Bañes. 1 p. q. 12. a.1. dub.3.& 2.2.q.23.art.2.dub.2. idemque docet de dilectione & reliquis actibus supernaturalibus, de his enim omnibus eadem ratio est.

Suadetur. 1, quia repugnat aliquid videri sine potentia visiua, lumen autem gloriæ est veluti potentia visiua, qua intellectus sine illo non habet vires ad videndum: Deum ergo. *1. Arg.*

2 Actio supernaturalis intrinsece pendet a principio supernaturali: ergo nisi potentia sit affecta aliqua forma supernaturali, non poterit elicere visionē Dei vel alios actus supernaturales. *2. Argu.*

3. Repugnat aliquid agere nisi sit in actu 1. sufficiēti, & proportionato, sed intellectus sine forma supernaturali non est in actu. 1. Saltem sufficiente & proportionato ad visionem Dei, vel ad alios actus supernaturales ergo. Si dicas cōstitui in actu. 1. sufficiēti per potentiā Dei extrinsecus assistentem. Contra quia nihil cōstituitur in actu. 1. ad operādū nisi per aliquid intrinsece & formaliter existens, in ipsa, a qui ignis posset calefacere per calorem extrinsecu qui nec illi inhæreat, nec ab ipso fluxerit ergo potia nō potest constitui in actu. 1. per aliquid formaliter existens in Deo & non in ipso. Confirma. 1. nam quod non agit per formam sibi in harentem non agit nisi forte vt instrumentum, sed potentia ad actū supernaturalem est causa principali & nō instrumētū. ergo. Cōfir. Intellectus secūdū se non est quid supernaturale: ergo nō potest vi propria elicere actū supernaturalem sed tantū affectus aliqua supernaturali forma, vt detur proportio inter effectū & causam, vt causa est 4. Noctua nō potest videre solē nisi diuinitus confortetur in se ipsa: ego nec intellectus creatus potest videre Deū, nisi in se ipso confortetur aliqua supernaturali forma 5. Quia D. Tho. 1.2 q. 65. art. 2. ait quod sicut se habet naturalis inclinatio voluntatis ad finem naturalē: ita habitus charitatis ad finem supernaturalem: ergo sicut repugnat elici actum voluntatis circa finem naturalem sine naturali inclinatione, ita actū supernaturalem dilectionis sine habitu charitatis. *3. Arg. Confirm. 4.*

2. Opinio tenenda est, posse de potentia aboluta dari actū supernaturalem sine vlla forma præuia supernaturali in intellectu vel voluntate, quod dupliciter potest intelligi. 1. ita vt istæ potētiæ nō cōcurrāt effectiue sed passiue se habeāt ad eiusmodi actus: 2. Quod actiue cōcurrant eleuatæ sine aliqua forma sibi *2. Opi.*

sibi inhærente per solũ auxiliũ extrinsecũ seu potentiã Dei extrinsecus assistentem. Dicimus ergo. 1.hanc sententiã veram esse.1. modo,hoc est contra Zume.1.2.q.111.ar.2. disp. 3.& nõnullos alios dicentes repugnare quod detur actus vitalis non elicitus a potentia vitali,quibus fauet D. Tho.2.2.q.23.ar.2 dicẽs implicare quod dilectio Dei non sit effectiue à voluntate,cũ de ratione amoris sit esse voluntarium,voluntariũ autem sit, quod est ab intrinseco,sed nostra conclu est Soti.4.d. 49 q. 2.ar.4.Valen.1.2.disp.8.q.3 punc.3.Vegæ 6.Trid.c.8.Maio.4.d 49.3 d.14.q.4.conclu. 3.eandem tenent alij,quos retulimus disp. 2. sec. 4.imo multi doctores sentiunt, visionem beatificam modo non esse elicitam à Beatis sed à solo Deo.Ita Ocham.1.d.1.q.2. conclu.. 2.2.d.19 &4.q.12.art.3.ad 2.dubium,& q.13. art.3.dub 6.Gab.1.d. 1.q. 2.conclu.4.3.d.14. q 1.opinione 5.Marsil.3.q.10.art.2.Bassol.3.d. 14.q.1.art.1.Almai.q.1.Niisse in resol fol.457 supplementum.4.d. 49.q 2.art.3.dub.2. pro pendet Palud.4.d. 4.q.7.nu.59. & d. 49.q 1 nu.31 problematice defendit Rich 3.d.14.ar. 1.q.3.&.4.d.49.a.3.q.1.probabile,putatMaio. 3.d.14.q 2.videtur Duran ibi.q.1.n.9. & 4. d. 46.q. 2. nu.28.Scot.quotlibet.14. art. 2. post. med.& 3.d.13.q.4.d.14.q.1.art.2.4.d. 49. q. 11.& 12.licet Ouandus ibi propositione 8. dicat de Scoto nihil posse cõstare,semper enim dubitatiue loquiur.Hæc cõclu.probatur quia Deus potest supplere omnem concursum mere effectiuũ,& ita efficere se solo in potentiis nostris quod cum eisdem efficiebat, si dicas concursum potentiæ ad actum vitalem nõ esse mere effectiuũ sed etiã formalem quasi formæ extrinsecæ,quoniam de ratione actus vitalis est esse à potẽtia,in qua recipitur.Cõtra quia hocgratis dictũ videtur,sicut enim non est de ratione caloris procedere à calore formali,sed à formali vel virtuali, ita non est de ratione actus vitalis procedere à potentia vitali,sed ab illa,vel à Deo authore ipsius,seu melius,non est de ratione actus vitalis debere procedere à potentia vitali, stando in quocunque ordine sed stando in ordine naturali nulloq. edito miraculo,vt de ratione intellectionis est procedere à suo subiecto estando in ordine naturæ,non tamen admisso miraculo, Confir. nam intellectio non est actio de genere actionis,seu productio alicuius qualitatis sed qualitas quædam:omnem autem qualitatem,saltem bonam potest Deus producere se solo,ergo.Antecedens æpe in hoc opere docemus cum Scor. Caiet. Valent & aliis quos citat & sequitur Vaz. 1. p. disp.9.c.2. 4.& 5. neq. obstat quod ex D. Tho. afferebatur,solum enim intendit D Tho ibi.implicare dari dilectionem cõnaturaliter nisi sit elicita vo à luntate quia de eius rattione est esse voluntariã in eo sensu,quo voluntariũ dicitur, quod postulat produci à voluntate,& in eodem sensu,1.p.q.34.a.1.in corp.dixit de ratione verbi esse quod procedat a notitia concipientis, nam cum in opinione D.Th.verbum sit qualitas distincta realiter ab actu intelligendi,nõ omnino repugnabit produci à Deo sine influxu actus intelligendi in genere causæ efficientis.Neq.item obstatquod intellectio sine attẽtione fieri non potest, neque attentio sine conatu & in fluxu potentiæ. Nihil enim vetat de potentia absoluta attentionem sine conatu & actiuo influxu potentiæ dari.neque item obstat quod sic posset intellectus separatus videre Deum,ac proinde esse beatus nã hoc nõ est absurdũ,& etiam sequitur in opinione asserente,dari non posse actum vitalẽ sine actiuo influxu potentiæ,nisi addatur, id quod addit quidã nothericus & pauciss imis probatur,ad actum vitalem præter influxum potentiæ requiri immediatum ipsius substantiæ influxum,de qua re dicetur disp.5.sec.7.dici quoq posset,ad beatitudinem non sufficere visionem Dei,sed requiri amorem, vel quippiam aliud,ideo intellectum separatum nõ posse esse beatum.

1. Conclu.

2.Dicimus actũ supernaturalem a potentia nostra elici posse sine vlla forma supernaturali inhærente ipsi. Moli. in Concord. disp. 26. fin.1.p.q.12.ar.5.dis.1.Valent.Victo.Cano.ibi & Zumel ibi disp.2.& olim Scotus, vt ipse fatetur supra,Anton.3.p.tit.30.c.4.§.1.Arag. & alii.2.2. q.23.ar.2.Palacios.4.d.49 q.1. ar.3. merito docens esse D.Tho.Paludani,Duran di.Maioris & aliorum,hancenim tenet Palu. 4.d.49.q.1.ar.3. conclu.2.Maior.q. 4.Dur. p.2.nu.24.& sequentibus,eandem tenet Argentina ibi q.2.ar.1.conclu.1.Vazq.1 p. disp. 46.c.2.Scot.3.p.d.13.§ ad 4.quæstionem infine & d.14.q.1.§.in 1.q.infine Bas.q.1.ar.1.Angles.q.de beatitudine ar.2.difficul.7.Ouand. 4. d. 49. pro. 7, cum Scoto locis citatis nempe.3.d.13.q.4.litera.P.& d.14.lit.B.infine qui loquitur de visione & dilectione seu fruitione Dei. Et quidem merito tribuitur D. Tho. nam. 4. d. 49. q.2. art. 7. ait visionẽ Dei posse cõmunicari homini manẽti in dispositionibus viæ,& carẽti lumine gloriæ,idẽ ait de verit.q. 10.ar,7.nec valet,quod ait Capreol.D.Tho.postea mutasse sententiã vel his locis solum esse locutũ de lumine permanenti,nullibi enim legitur mutasse sententiã,& falsum est his locis solũ esse locutum de lumine permanenti,quia tantũ ait,requiri lumen gloriæ ad visionem Dei scilicet de potentia ordinaria,& cum D.Tho. ait de potẽtia absoluta Deũ videri posse sine luminæ gloriæ indistincte loquitur maxime cũquidquid sit de mente D. Tho. id suadeat apertissima ratio vt inquit Molin.& statim videbitur.Præ

66.

2. Corrol. *Potentia sine vlla forma supernatura. sibi inhærẽte potest elicere actum supernaturalem*

terea ipse D. Tho. 2.2. q.23. ar.2. satis significat non esse necessariũ habitũ charitatis vel aliã formam supernaturalẽ addilectionem Dei nisi de potentia ordinaria, vt dilectio con naturaliter prompte & delectabiliter fiat, & ita tenet Victo. ibi. imo. Dur. 4. d. 49. q. 2. tenet, nec de potentia ordinaria esse necessariũ lumen gloriæ ad producendã visionem, idem videtur tenere Maior. eadem. d. 49. q. 2. & Henri. de fine homi. ca. 10. §. 1. ait lumẽ habituale suppleri posse per auxiliũ speciale quale, inquit, collatum esse D. Paulo.

67 Probatur conclu. 1. quia lumẽ nõ est vis tota qua beati eliciunt visionẽ Dei, vt calor est tota ratio calefaciendi, sic enim implicaret intellectũ sine lumine elicere visionẽ, vt aquam sine calore calefacere, sed etiã intellectus per se ipsum influit concurritq. actiue ad visionẽ vt sec. sequenti; ergo nõ repugnat visionẽ fieri sine lumine, Deo supplente eius concursum, vt per se supplet concursum speciei impressæ efficens per suam essentiã immediate quod facturus esset per speciẽ impressam si daretur; imo vt recte Moli. 1. p. q 12. art 2. disp. 1. Deus per suam voluntatẽ vel potentiã actiuã potest supplere nõ solũ concursum speciei impressæ, sed etiam essentiæ diuinæ concurrentis modo in ratione speciei. Deus enim sua omnipotentia supplere potest concursum cuiuscunq. causæ efficiẽtis præsertim nõ viuẽtis, cuiusmodi est lumẽ, licet enim sit quid vitale, quatenus est quid adiuuans potentiã vitalẽ, nõ tamẽ viuit, cũ in eo non recipiatur visio sed in intellectu, nec est causa formalis visionis vt de se patet sed efficiens, vel etiam dispositiua, potest autẽ Deus supplere causam efficiẽtẽ & disponentẽ, ergo. Nec obstat, quod intellectus nõ sit per se sufficiẽs aduidendum Deũ, satis enim esse esse partẽ virtutis, vt ei possit tribui actio supplente Deo concursum luminis vt etiã ei tribuitur supplente Deo concursum speciei impressæ, vt si Deus ab habente. 10. gradus virtutis portãdi nauẽ subtraheret quattuor, vel suspenderet eorũ concursum suppleret autẽ illũ per se, vel per tertiũ, tunc qui cõcurreret per virtutẽ vt sex, vere ageret. Similiter ergo supplẽte Deo cõcursum luminis, intellectus diceretur producere visionẽ.

2. 2. Sacramenta, & alia huiusmodi iuxta cõmunẽ opinionẽ supernaturaliter eleuãtur ad dãdam gratiã & similia, nulla qualitate in se recepta, ergo similiter potest eleuari intellectus

3. nulla qualitate in se recepta ad efficiendã visionẽ Dei. 3. Arguit Molin ad hominẽ. Nam Soto supra fatetur, vltimam dispositionẽ ad

68 gratiã nõ esse ab habitu, vel alia qualitate supernaturali existente in voluntate, quod etiã de mẽte Scoti tenet Ouand. illa propositione 7. & d. 14. propositione 8. & de habitu docebimus. q 113. ex D. Tho. 1. p. q. 62. ar. 2. ad. 3. 1. 2. q. 109. art. 6. 3. p. q 89. art. 1. ad 2. Aegidio. in. 2. d 28. q 1. ad 3 Duran 4. d. 17. q. 1. n. 8. & q. 2. ad 1. Gab. Vega & aliis ergo visio potest fieri ab intellectu, nulla ei infusa qualitate. Nec obstat, quod ait Soto, nõ esse simile, quia visio est supernaturalis in subsstãtia contritio vero non: nam alibi ostendã, contritionẽ esse supernaturalem in subsstantia specifica, vt est visio Dei: quod autẽ generica ratio cõtritionis possit produci solis naturæ viribus, nihil refert. ergo. Dixi autem cũ Molina, hoc argumentũ solũ esse ad hominẽ, quia vt alibi ostẽdemus cõtritio semper procedit ab aliqua qualitate supernaturali existente in volũtate. 4. alij probãt, nã charitate vt duo aliquãdo volũtas eli 69
cit dilectionẽ vt quattuor Deo supplẽte duos gradus charitatis: ergo sine vlla charitate pos- 4.
set elici dilectio, Deo supplẽte reliquos duos gradus, seu totũ habitũ, parenim ratio videtur nec dici potest illos duos gradus in quibus dilectio excedit habitũ precedentẽ, esse ab ipso augmẽto habitus, ad quod disponit, nã impossibile est, vt forma causet effectiue dispositionem ad ipsam. Sed hoc argumentũ nullius est momẽti, tũ quia illud augmentũ posset dici esse ab aliqua gratia excitante, tũ maxime quia de potentia ordinaria Deus nõ supplet formã supernaturalẽ qua indiget potentia ad eliciendũ actũ supernaturalem, nec in proposito necessariũ est aliquod supplementũ, cum enim nõ solũ habitus supernaturalis, sed etiã volũtas ipsa sit ratio producendi dilectionem Dei, nõ mirũ si cũ habitu remisso producatur intensa dilectio pro maiori vel minori conatu ipsius potentiæ, quæ quidem cum habitu remisso intensius diligere & conari potest iuxta maiorem, vel minorem cognitionẽ, & alias circũstãtias seu motiua diligendi. Vnde paruuli decedentes cũ modica charitate habituali intensius diligunt Deũ propter visionem beatificã, quã quicunq. viatores cũ quã tocũq. habitu charitatis & quantacũq. cognitione, &c. & ridiculũ esset dicere quod Deus suppleat in illis paruulis defectũ augmenti habitus. 5. Alij probant conclusionem 70
quia aduersarij fatentur, Deũ de potentia ab- 5.
soluta videri posse sine lumine habituali, ergo & sine vllo lumine, vel qualitate supernaturali: patet cõsequẽtia, quia nõ est dabile aliquod lumen fluens seu qualitas distincta à lumine habituali quæ possit poni principiũ visionis Dei, quod probatur, nã lumen nõ habet cõtrariũ à quo possit destrui, nec est aliquid trãsiẽtes & fluens, à quo intrinsece depẽdeat, ergo nõ potest dari lumẽ, quod ex natura sua sit fluens, sed per accidens tantum ex mera voluntate Dei nolentis illud conseruare; similiterq. argui potest de alijs qualitatibus fluentibus, in quibus tamen minorẽ vim habet argumentũ, quia vt alibi vidimus poni

possunt

potentiæ intrinsece dependentes ab apprehẽsione, vel iudicio aliquo fluente & transeunte ex natura sua: nec tamen in lumine vim habet argumentũ, nõ enim repugnat dari lumẽ, vel aliam qualitatem carentẽ contrario quæ qualitas ex natura sua petat produci à Deo cũ voluntate non conseruandi illã nisi pro modico tempore, cuius exemplũ manifestum est in impetu impresso proiectis, qui ex natura sua est qualitas fluens, petitq. produci à Deo cum voluntate nõ conseruandi illũ nisi breui tẽpore. Nec valet dicere, quod diu conseruaretur nisi destrueretur à qualitate contraria, vt à grauitate &c. grauitas enim non est contraria impetui siquidem ab eo non destruitur, nec est ipsi incompatibilis, etiam in gradu summo.

Præterea si imprimatur impetus corpori cœlesti vel nullã habenti grauitatẽ, leuitatem &c. vel moueatur res versus suũ naturale locũ, constat talem impetũ breui extingui, tamẽ nulla qualitas tunc est contraria à qua extinguatur. Aliud simile est in habitibus acquisitis & speciebus imaginatiuæ, qui per nõ vsum diuturnum secundum probabilissimã sententiam, paulatim destruũtur sine vllo contrario vel defectu requisitæ dispositionis: eodem igitur modo dari poterunt aliæ qualitates, quæ ex natura sua habeant citissime fluere, nullo existente cõtrario, vel defectu requisitæ dispositionis. In cuius rei cõfirmationẽ adduci potest, quod ait Vaz. 1. p. dis. 38. cap. 2. visionẽ luminosi de facto manere, licet imperfectã, ab eũtibus sẽsibilibus quippe imperfectio prouenit ex eo quòd absẽte obiecto paulatim species enanescũt, quæ abillo cõseruabantur. Suã autẽ opinionẽ ille tribuit Arist. 2. animę c. 14. text. 13 & li. de insomnijs & imaginibus & Aug. 2. Tri. c. 2. eamq. probat experimẽto, qui enim (inquit ipse) vt ait Aug. attẽte aspexit cãcellos luce perfusos, statim atq. oculos claudit, eosdem cancellos quasi intenebris videt. Nec placet, quod Greg. 2. d. 7. q. 4. Maior. d. 3. q. 9. & alij dicũt tenẽtes visionẽ absente obiecto esse non posse, nimirũ tunc nõ videri obiectũ illud prius, sed qualitatẽ & impressionẽ in oculo factã. Falluntur enim manifeste, inquit Vaz quez, quia tunc apparet eadẽ figura magnitudo & substãtia, quod si solũ videretur impressio, quæ intus esset, nõappareret res illius figuræ, quã titatis, & distãtiæ, cũ intra oculũ talis esse nequeat: Alij respõdent ex apprehẽsione imaginationis solũ prouenire vt aliquid apparere videatur clausis oculis, vel ad aliũlocũ cõuersis. Horũ tamẽ solutio, inquit manifeste repelli potest, nã siex sola imaginatione illud appareret voluntate nostra posset talis visio impediri, at hoc nõ est incuiusq. potestate, sed aliquandiu durat in oculo ipso motiuncula donec paulatim euanescat: ergo reuera visui manet impressa aliqua species quę apparere facit obiectũ quod antea clarius videbatur. Hęc opinio licet nostrę opinioni faueat, tamẽ multas habet difficultates quas persequi nõ est præsentis instituti: Vnde ad argumenta initio sectionis posita respondeamus.

71 Cõfir. Vaz quez.

Ad. 1. respõdetur lumẽ gloriæ nõ se habere vt potentiã visiuã, quia sublata potentia uisiua, deest subiectũ & omne principiũ actiuũ, deficiente autẽ lumine manet vis actiua intellectus, qui per auxiliũ extrinsecũ eleuari potest ad visionẽ Dei. Ad. 2. respõdetur intrinsece pendere à principio supernaturali intrinseco, vel ab extrinseco supplente intrinsecum. Ad 3. Respõdetur licet intellectus sine lumine nõ possit esse in actu 1. cõpleto & sufficienti aduisionem potest tamen esse in incompleto & insufficienti & cum potentia Dei supplente lumen, fiet visio, sed tunc intellectus nõ dicetur proprie videre per potentiam Dei, sicut neq. qui partialiter portat lapidem dicitur illum portare per virtutem alterius, à quo iuuatur. Nihil enim proprie dicitur agere per virtutẽ in alio existentem quæ à se non fluxerit: potentia autem extrinseca Dei nec est in homine, nec ab ipso fluxit, & ita homo nõ dicetur proprie agere per talem potẽtiã Dei. Ex quo patet ad. 1. confir. Ad. 2. respondetur naturale secundũ se posse concurrere ad productionem rei supernaturalis, dummodo iuuetur aliquo intrinseco vel extrinseco supernaturali

Ad 1. & 2. Constr.

Ad 4. Respon. cũ Molina noctuã posse nulla virtute sibi infusa eleuari ad videndũ solẽ, quãuis Sotus videatur dicere oppositũ, qui facile reijcitur: visus enim noctuæ per se loquendo visuus est solis, vt recte dicit Duran. imo ipsum videt, vel saltem lumen aeris quod est eiusdem rationis cum luce Solis, & si lumen solis minueretur, ipsum sine miraculo cõtãtissime videret, sed quia eius organũ læditar ab ingenti fulgore solis, non potest in eo obtutũ figere, sicut aquila habẽs visum eiusdẽ rationis, posset autẽ Deus sua volũtate suspendere actionẽ solis in organũ talis visus, & tũc naturaliter, nullo sibi infuso eleuaretur ad videndũ solẽ. Vnde merito Palac. 4. d. 49. q. 1 carpit Lyranum, quia ex Noctua colligit necessitatẽ luminis gloriæ, Noctua enim sub Occasũ potest videre solem. Et excellens sensibile corrũpit sensum, nõ tamẽ excellens intelligibile intellectum.

Ad quartũ

Ad. 5 respõdetur, similitudinem illã D. Th. non in omnibus procedere. Ex resolutione huius quæstionis colligitur, etiã si in visione Dei esset necessaria species de potentia ordinaria, posse nihilominus de potentia absoluta visionẽ Dei fieri sine specie, ita docent Bassolis, Moli. & Vaz. citati pro 2. opin. & rationes quæ probãt de lumine, probãt de specie, maxime si species & lumen idem sunt, vt tenet Vaz.

Ad quintũ Corol.

Sectio V. Vtrum intellectus se ipso instar causæ principalis concurrat effectiue ad visionem beatificam.

73

1. Opinio asserẽs potentiã per se non concurrere ad actus supernaturales.

EAdem quæstio est de ipso intellectu & voluntate respectu aliorum actuum supernaturalium. 1. Opinio potentias in ordine ad visionẽ Dei & reliquos actus supernaturales solum concurrere actiue per formam supernaturalem, vt aqua solum calefacit per calorem receptum ab igne, videtur Soti. 4. d. 49. q. 2. ar. 4. ait enim, quod sicut aqua non potest calefacere sine calore recepto ab igne, ita nec intellectus potest videre Deum sine lumine gloriæ quod est virtus supernaturalis, qua redditur potens videre Deum, vnde ait intellectum & lumen non se habere, vt duo agẽtia partialia, sed vt agẽs & rationem agendi, idem videtur tenere de actibus virtutum infusarũ. De visione Dei idem videtur tenere Capreol. 4. d. 49. q. 4. art. 3. ad argumentum. 1. Duran. contra. 2. conclusionem. Idem videtur tenere Bañes 1. p. q. 12. ar 5. & alij, qui tamẽ reijciuntur quia actus vitalis & immanens ex natura sua postulat elici per se & immediate à potentia in qua recipitur, & alioqui in naturalibus tota efficientia sensationum, & intellectionum posset tribui speciebus quod est falsum & reiectum. 3. de anima de quo etiam Caiet. 1. p. q. 79. ar. 2. dub. 2. Medin. 1. 2. q. 3. art. 2. dub. 1. Præterea in realibus constat voluntamen seipsa efficere actum suũ, alioqui cum vult sine habitu, non eliceret actum quia nullam aliam habet formã, qua illum eliciat ergo similiter intellectus per se cõcurrit effectiue ad actum suum, alioqui potentiæ vitales & immanentes essent imperfectissimæ cum non agant perse sed tantum per formas superadditas, vt quantitas per calorem, &c. Præterea si potentiæistæ non agerent perse non opporteret vt in seipsis reciperent species, & habitus naturales, vel supernaturales, cum hæc non ordinentur ad earum actiones sed sola ipsa sint principia actiua, & ideo deberent potius dici potentiæ actiuæ, & residere immediate in essentia quã in potentijs, quod falsum est: ergo signũ est hæc omnia integrare vnũ principiũ actiuũ cũ potẽtijs, ideo merito in potentiis collocari, tanquã cõplementa ipsarũ totaliter ordinata ad earum actiones. Præterea ad actionẽ vitalẽ non sufficit fieri a subiecto per formã superadditam, sed necesse est vt essentia vel saltẽ potentia per se cõcurrat effectiue, sed supernaturales actiones intellectus & voluntatis sunt vitales, ergo nõ fiũt à solo principio supernaturali, ergo. Si dicas lumẽ gloriæ, charitatem, & alios habitus supernaturales reuera esse potẽtias quia dant posse, contra quia si lumẽ est potẽtia, ergo non infũditur potẽtię, quoniã vna potẽtia animæ non est in alia, sed immediate in substantia, et idẽ est de aliis habitibus supernaturalibus ac proinde nõ erunt dicendi habitus; hæc autẽ sunt absurda, ergo. Confir. quia sic nõ in intellectu aut volũtate, sed in lumine & charitate esset visio & delectio Dei, &c. quo quid absurdius? sequela probatur quia omnis actus immanens recipitur in sua potentia. Confirmatur etiã quia si est inconueniens intellectũ immediate cõcurrere aduisionẽ, multo absurdius est immediate cõcurrere animã, quomodo ergo actio illa vitalis erit ad quam nullũ viuens substantiale aut accidentale immediate concurrit? Itẽ quod per se nõ cõcurrit nec operatur, nõ dicitur adiuuari ab alio, sed liberũ arbitriũ dicitur adiuuari à gratia in ordine ad actus supernaturales, vt patet ex scriptura, concilijs & patribus referẽdis tractatu de gratia, ergo per se cõcurrit & operatur Cõfir. quia quod dicitur infirmũ attenuatũ & debile habet vires aliquas, sed liberũ arbitriũ dicitur infirmũ, attenuatũ & debile inordine ad actus supernaturales, ergo per se & sine gratia habet aliquas vires per quas aduenientegratia, illi cooperatur. Vide Suarez. 3. p. to. 1. disp. 29. sectione. 2.

Reijcitur.

74

2. Opinio asserens cõcurrere mere instrumentaliter.

2. Opin. potentias in ordine ad actus supernaturales solũ cõcurrere instrumẽtaliter, quod quidã limitãt quãdo nõ cõcurrũt per aliquã formã supernaturalẽ inhærentẽ. Alij vero magis cõsequẽter dicũt, quod siue eleuẽtur per aliquã formã supernaturalẽ intrinsecam siue per auxiliũ omnino extrinsecum tamen concurrũt instrumẽtaliter, nã si intellectus v.g. sine lumine gloriæ cõcurrit tantũ instrumẽtaliter per se ad visionẽ Dei, ergo etiã cũ lumine nam actiuitas luminis nõ auget propriã actiuitatẽ intellectus, nec illã immutat, ergo si absente lumine non erat principalis causa nec aduentu luminis principalis fiet, etsi præsente lumine principalis est, etiã eo absente principalis erit. Confir. Deus potest nihil aliud præstare quã supplere lumẽ: ergo intellectus cũ ipso Deo supplente lumẽ ita concurret sicut cũ ipso lumine, quare vtrobiq. intellectus concurrit per se principaliter, vel vtrobiq. instrumẽtaliter vt cõcurrere tenet Medi. 1. 2. q. 3. a. 2. du. 1 ad. 7. multi iuniores & Palu. 4. d. 49. q. 1. ar. 3. ad. 3. instantiã nu. 42. vbi ait quod si intellectus concurrit actiue ad visionem concurrit vt instrumentum & ideo non indiget qualitate aliqua ad eliciendam visionem: fauet Aegidius. 2. d. 26. q. 2. art. 3. dicens, hominẽ per gratiã instrumẽtaliter ad actiones supernaturales concurrere Sed existimo hunc loqui in eo sensu, quo aqua vel aer per calorem receptum

tum ab igne vel sole dicuntur instrumentaliter calefacere quia licet ea forma sit ratio agendi, non tamē est illis connaturalis sed hæc sententia mihi omnino displicet. Vnde. 3 Tenēda est, asserens potētias in ordine ad visionē Dei & reliquos actus supernaturales per se ipsas cōcurrere vt causas principales & rationes agēdi siue eleuētur auxilio inttinseco supernaturali, siue solo auxilio extrinseco Molina. 1.p. q.12. art.5. disp 1. 2. 3. & disp.5. & in concord. q.14. ar.13. disp.8.9. & sequentibus & q.3. Val. 1.2. disp.8. q.3 p.3 1.p.q.12. art.3.5. & 6. Vazq. 1.p. disp.43. cap.4, & disp.176. c.4 qui sententiam quæ asserit, in actibus meritorijs potentiā non concurrere immediate per seipsam ait esse improbabilem, quia nō saluat eorum libertatem. Bellar. 6. de gratia. ca.15. sententia. 2.3. & 4. & Staplet 4. de gratia & lib. arb. seu de Iustif. c. 12. Maior. 3. d.14. q.2. Scot. d.3. q.4. Herre. tom. 1 disp. 1. q.3. Aragon. 2-2 q.28 art.2. dub. cōtra conclu. ad.3. Palac. 4.d.49 q.1. Richar. art.3.q 1.& 2. Capreol. q. 4. a. 3. ad argumeuta contra. 2. conclusionem. Ouand. propositione. 10. Maior. q. 2. Cistercien. 2.d.27. q. vnica art. 2. Camera. 1. de gratia & lib. arb. c.8. idem videtur tenere Decan. art.7 contra Calui. §. & potest homo, vbi ait potentiā propria virtute agere & nō per solam virtutē supernaturalem sicut aqua per solum calorē calefacit. Vega etiā 6. in Trid. c.8. licet de actibus supernaturalibus indeliberatis dubitet an semper vel interdum partialiter sint a nostris potentijs, de reliquis tamē iduidetur supponere D. Tho. 2.2. q.23. art. 2. quem imitatur Antonin. 3. p. ti. 6. c.1. §.1. ait voluntatem non concurrere instrumentaliter ad dilectionē Dei, quia sic non esset in eius potestate agere, vnde nec concurrereret voluntarie & libere, ac proinde nec mereretur. Bañes in eodem art. dub.1 &.1.p.q.12. art.5, dub. 3. docet potētias non concurrere instrumentaliter sed principaliter ad actus supernaturales licet sentire videatur totam rationem agendi in illis esse virtutem supernaturalem. Sed intellectum esse partem rationis agendi inuisione beata manifeste supponunt, qui dicunt meliorem intellectum cum æquali lumine melius videre Deum quod docet Caiet. 3 p.q.10. art. 4. fauet ibi D. Tho. ad. 2. Dur. 3. d.14. q.1. Palud. ibi. Scot d.3. q.3. Richard. 4. d. 49. art. 3. q.8. & art. 5. q.2. Maior. q.2. Moli. 1.p.q.12. art 6. disp.2. vbi ait, lumen non esse totam agendi rationem, sed intellectum etiam partialiter concurrere. Sic Scot. d.17. q.2. § 3. modo, ait habitum & potentiam esse causas partiales respectu actus naturalis & d.3. q: 7. §. ad quæstionem, dixerat intellectū & speciem esse causas partiales licet sint essentialiter subordinatæ quia neutra sine altera potest intellectionē

3. Opinio autharis asserens potentiam in ædine ad actus supernaturales cōcurrere per modum causæ principalis.

producere, Zum. 1.2. q.109. ar.1. disp.1. concl. 2. & q.111. art.2. disp.3. &.1.p.q.12. art.5. disp. 2. &.3. late docet potētias ad visionem beatificam & alios actus supernaturales per se & immediate concurrere non instrumentaliter sed principaliter. negat tamen eas esse causas partiales aut partes causarum totaliū aut habere ex se virtutem incompletam, sed ex potentia & forma supernaturali ait constitui vnum agens integrum & totale, & eodem modo loquitur de intellectu & specie inqualibet intellectione, præterquam quod fatetur intellectui vim inesse incompletā ad cognitionē naturalem, sed in his manifesta inuoluitur repugnantia; nam si potentia per se immediate operatur simul cum forma supernaturali proculdubio in ea causa totali sunt duæ partes & virtutes incompletæ siue appellētur duæ causæ partiales siue non. Meritoque Molina vocat eas partiales non partialitate effectus, quia neutra se sola producit vel producere valet partem effectus sine alia, sed partialitate causæ, in quo sensu potentiam appellat causam partialem, Caiet. 1.p.q.12. art.2. circa ad 3. Sc. Mai. & Ouan. supra & communis, vt dicit ibi Caiet & quanuis Med. 1.2. q.49. art. 3. cum Caiet. ibi dicat potētiam & habitum naturalem non esse causas partiales actus. Dura. tamen. 3.d.23.q.2.nu.8. id supponit si habitus effecti ue concurrit ad actum: quod tamen ipse negat.

76

Prob. 1 quia creatura potest eleuari ad actū supernaturalem in ratione causę principalis, cur igitur non dicemus ita esse eleuatam & præsertim loquendo depotentijs beatorum & animæ Cæristi ad quarum dignitatem maxime spectat sic eleuatas esse ad suos actus prę sertim cum actus vitalis natura sua postulet sic esse à potētia, si id non repugnat. antece. probatur in eo enim nulla repugnantia appa ret, Neq. vero repugnat eo quod visio sit perfectior intellectu & ita nō potest esse effectiue ab illo vt a principali causa: Existimo enim intellectum esse perfectiorem visione beata, & licet id negetur, tamen vt intellectus sit causa principalis partialis, non debet esse perfectior visione sed sufficit causam totalem perfectiorem esse Nec vero, repugnat quia quod non agit propria virtute completa instrumentum est: nam sic intellectis in cognitione naturali esset instrumentum: quia eius virtus imcōplet a est. Nec vero quia supernaturale non potest fieri à naturali tanquam a causa principali incompleta, hoc enim falsum est, quia species imo apprehensiones naturales principaliter efficiunt iudicia supernaturalia & assensus naturalis alicuius permissæ aliquando effective principaliter concurrit ad assensū cōclusionis Theologicæ qui est supernaturalis insubstātia

1. Probati.

nulla

nulla ergo repugnantia est quod actus supernaturales fiant à potentia vt a causa principali.

77

2. Proba. 2. Nihil dicitur vitaliter operari nisi agat in se tanquam causa principalis, nec dabitur vlla instantia extra casum, de quo est disputatio: ergo neque in hoc casu dicendum est, cum

Confir. 1. nulla prorsus ratio vrgeat. Confi. nam si ad actionem vitalem sufficeret aliquid agere in se instrumentaliter, sequitur quod si Deus assumeret animam, vel voluntatem ad causandum in ea instrumentaliter gratiam vel charitatem, ipsa diceretur vitaliter agere, & similiter, si Deus suspenderet à potentijs cognoscitiuis vel appetitiuis concursum, quem habent, vt causæ principales, ad suos actus naturales, eosque elicerent tantum vt instrumẽta, dicerentur vitaliter operari. Imo & lapis si vt instrumentum Dei in se produceret visionem, auditionem, calorem vel aliquid aliud, vere & proprie diceretur vitaliter agere. His autẽ nihil absurdius dici potest: ergo ad actionem vitalem requiritur quod agens

Confir. 2. concurrat vt causa principalis & non vt purum instrumentum. Confi. 2. alioqui eodem modo poterit quæcumque res eleuari ad productionem visionis Dei dilectionis & cuiuscunque actus supernaturalis, quo intellectus, & voluntas: nam intellectus & voluntas solum agunt instrumentaliter se ipsis: sic autme per te & communem opinionem quælibet res agere posset; sicut enim iuxta cõmunem opinionem, quam aduersarij sequuntur, quælibet res eleuari potest ad producendam gratiam, ita ad producendam visionem & dilectionem Dei, saltem in intellectu & voluntate. Rursum etiam sequitur, non magis actiue concurrere potentiam per se ad productionẽ actus vitalis supernaturalis, quã sacramẽta ad productionẽ gratiæ & caracteris, & forma cõsecrationis ad transubstãtiationẽ. Rursũ secundũ aliquos ex aduersarijs sequeretur, actus qui non sunt ab habitu, nullo modo esse à nobis, vt à causis principalibus, tenent enim gratiam excitantem non esse causam physicam, sed moralem talium actuum: ergo physice solum sunt à potentia, si ergo potentia per se solum concurrit instrumentaliter, sequitur tales mere instrumentaliter esse

Confir. 3. à nobis hæc autẽ omnia sint absurda ergo Cõf. 3. Causa totalis debet esse perfectior effectu: sed lumen non est perfectius visione Dei: ergo non est causa totalis, ac proinde potentia est pars causæ totalis, & ratio agendi & non instrumentum. Nec valet dicere, causam integram constitui ex lumine & ex diuina essentia concurrente in ratione speciei; nam aliqui predictorum opinantium existimant, species creatas non concurrere effectiue principaliter: sed instrumentaliter, ergo nec essentia diuina in ratione speciei concurret principaliter sed vel instrumentaliter, vel nullo modo effectiue. Vtrumque autem est à veritate alienum, & licet admittatur, tamen iam habemus, lumen debere esse causam totalem visionis, nisi potentia ipsa sit pars causæ totalis. Confirm. 4. nã quidã ex istis tenent, animam immediate seipsa concurrere effectiue ad actus vitales naturales ac proinde etiam ad supernaturales, quod falsum esse infra ostendemus; eo tamen admisso, peto an concurrat per se instrumentaliter ad actus supernaturales, an principaliter, si principaliter, cur nõ etiã potentia? si instrumentaliter iam igitur duo instrumenta sumet Deus ad productionẽ taliũ actuũ nempe animam & eius potentias, quod superfluum videtur, cum ad actum vitalem sufficiat quod potentia per se ipsam illum in seipsa producat. Si enim daretur intellectus separatus producens in se intellectionem proculdubio diceretur vitaliter agere. Confir. 5. alioqui beati non ita proprie viderent Deum, sicut videmus colores, nec nos ita proprie crederemus, speraremus & diligeremus actionibus supernoturalibus, sicut naturalibus: Nam causalitas principalis magis propria est quam instrumentalis, vt patet incalamo, qui non ita proprie, dicitur scribere sicut ipse scriba consequẽs videtur absurdum, ergo,

Confir. 4.

Confir

78

3. Probat. 3. Proba. hæc sententia ratione D. Tho. 2. 2. q. 23. art. 2. Nam agere libere videtur contra rationem instrumenti; ergo dilectio Dei & alij eiusmodi actus non essent liberi, cum per te ipsæ potentiæ seipsis solum concurrãt instrumentaliter ad illos. Antec. proba. quia instrumentum ex propria ratione habet operari vt motum applicatum, seu determinatum ab alio, & non habet propriam intentionem, aut electionem, sed accommodare se intentioni & electioni principalis agentis. Vnde in naturalibus videmus, pro diuersitate causæ principalis fieri varios effectus eodem instrumento. vt calor in animali producit carnem, infœmina lac, in homine hominem in igne ignem &c. Confir. 1. Agere libere est agere excellentissimo modo: instrumentum autem vt sic, agit imperfectissimo modo ergo non libere. Confir. 2. alioqui volũtas poterit libere instrumentaliter concurrere ad causandum in se immediate habitum charitatis, potest enim assumi vt instrumentum ad efficiendum illum in se, & per te, etiã si agat mere instrumẽtaliter potest agere libere ergo potest immediate causare libere in se habitum charitatis, quod absurdissimum est Confir. 3. Agere libere est habere dominium sui actus seu illud exercere, dominari autẽ est prin-

Confir. 1.

Confir. 2.

Confir. 3.

principalissima agere ergo.

4. Probat. 4. Probatur quia instrumenta physica supernaturalia si quæ sunt, nec petunt nec solent eleuari, per aliquid inhærens vt patet in sacramentis, & humanitate Christi &c. Sed potentiæ petunt eleuari, semperque eleuantur per aliquid in hærens ipsis habituale vel fluens ergo, non sunt instrumenta sed rationes agendi incompletæ quæformas supernaturales recipiunt vt compleantur. Confir. 1. quãdo tota causa principalis est supernaturalis non dependet in sua operatione ab aliqua re naturali vt ab instrumento, sed hic per te, tota causa principalis est supernaturalis, ergo effectus non pendebit necessario a potentia vt ab instrumento. Confir. 2. causa principalis nõ dicitur proprie cooperari instrumento, Deus autem & gratia dicuntur proprie cooperari libero arbitrio, ipsumque iuuare vt patet ex Trid. sess. 6. c. 5. & can. 4. & ex Paulo, non ego sed gratia Dei mecum, & ex alijs multis, ergo liberum arbitrium non est instrumentum sed causa principalis. Conf. 3. nã Trid. & alia Concilia ac patres eodem modo tribuunt hos actus potentijs nostris & supernaturalibus formis, sed formæ supernaturales efficiunt eos principaliter ergo & nostrę potentiæ.

5. Probat. 5. Probatur, & explicatur hæc sententia nam vt late docuimus tractatu de instrumentis docetque Henrric. de fine hominis c. 15. §. 6. instrumentum & causa principalis in eo conueniunt quod vtrumque per se & immediate attingit effectum: differunt autem, quod instrumentum non habet quasi propriam intentionem, nec intendit sibi simile producere aut se communicare, sed accommodatur fini & intentioni causæ principalis, nititurque producere simile illi, & eam cõmunicare alteri: potentiæ autem in actibus supernaturalibus intendunt propriam perfectionem, communicationem, & assimilationem ergo nõ sunt instrumẽta, sed causę principales. Confir. 1. nam quod extrahitura suo adæquato obiecto, concurrit instrumentaliter, vt calor cum eleuatur ad producendam gratiam vel frigiditatem &c quod vero perficitur circa

Con. 2. propriũ obiectũ adęquatum est ratio agẽdi & causa principalis, sed potentię supernaturaliter operantes perficiuntur circa propria obiecta adæquata, ergo non sunt instrumenta sed rationes agendi, seu causæ principales. 2. potest cõfirmari hæc sententia, quia virtus obedientialis instrumentaria videtur sine sufficienti asserta fundamento, vt alibi ostendemus &

Probati. 6. probat Vazq. locis in. 3. opinio citatis ergo vel intellectus & voluntas in visione Dei & alijs actibus supernaturalibus nullam habent propriam efficacitatem, quo d iam est reiectum vel operantur instar principalium causarum, quod modo intendimus. 7. argum. Zum. 1. 2. q. 109. art. 1. disp. 1. quia Deus potest supplere quodcumque instrumentum, sed non potest supplere potentiam vitalem: ergo non est instrumentum. Sed existimo minorem esse falsam, & alius forte negaret maiorem. Omitto alia argumenta, quæ ab eodem fiunt, vel referuntur, partimque impugnantur.

7. Probat.

81

1. Obiec. Contra nostram sententiam in fauorem 1. vel etiam. 2. obijcio. 1. quia si potentia per se concurrit ad actum supernaturalem, cum ipsa in se sit naturalis, sequitur dari vires naturales ad efficiendum actum supernaturalem, videtur autem conseq. falsũ & Pelagianũ ergo. 2. si pars causæ est naturalis, ergo & pars effectus, conseq. est falsum: ergo: sequela prob. quia vt effectus correspondet causæ ita pars effectus debet correspondere parti causæ. Si dicas, actũ secundũ vt est supetnaturalis esse a forma supernaturali, vt vero est vitalis esse à potentia. Contra vitalitas in communi abstrahit a naturali & supernaturali, vitalitas autem contracta hic est supernaturalis ergo non potest esse nisi a forma supernaturali. Confir. Totum quod est in actu, est vitale: ergo a potentia vitali, ac proinde ipsa supernaturalitas erit a potentia vitali naturali, vt sic, quod repugnat.

2

3. Cõclusio sequitur debiliorem partem vna enim præmissa existente probabili conclusio est probabilis, licet alia præmissa sit necessaria, & quando vna causa est contingens effectus est contingens etiam si alia sit necessaria: ergo similiter si vna pars causæ actus est naturalis, ipse actus erit naturalis & non supernaturalis.

3

4

4. Si natura dat partialem actiuitatem ad aliquod opus ergo ad eam pertinet dare alteram partem: frustra enim daret vnam sine altera: ergo tota vis ad efficiendum actum supernaturalem est a natura, quod repugnat Conf. si pars virtutis est naturaliis, ergo naturaliter ordinatur ad talem effectum. ergo in natura debent esse reliqua requisita ad illum & sic erit naturalis.

5. Si ratio agendi est naturalis qui habet meliorem intellectum vel voluntatem cum eadem forma supernaturali melius videbit, vel deliget Deum, cuius oppositũ docebimus infra.

5

6

6. Si pars eausæ est naturalis ergo & pars auxilij generalis, cuilibet enim causæ. 2. debetur auxilium generale iuxta propriam naturam, scilicet naturale naturali & supernaturale supernaturali, cõsequens est falsũ quia auxilium generale est idem cum actu, sed totus actus supernaturalis ergo & totum auxilium

Conf. 1. Con. 2.

Confir. 1. xilium Confirm. 1. omni causæ supernaturali debetur auxilium supernaturale: ergo & naturali naturale. Confirm. 2. Naturale idem est quod debitum naturæ, ergo si auxilium generale debetur naturæ eo ipso est naturale.

Confir. 2.

7 7. Si causa est naturalis, ergo & concursus quem habet ex proprijs est naturalis, ergo & effectus cum eo enim identificatur ipse concursus.

8 8. Corporeum non potest esse causa partialis rei spetialis ergo nec naturale iritui supernaturalis, 9 ergo Deus supplens formam supernaturalem inhærentem erit causa partialis cum potentia. 10. ergo causa totalis particularis erit mixta ex naturali & supernaturali, imo interdum ex creatura & Deo, scilicet cum Deus per se supplet formam inhærentem, sed ad hæc facile R ad. 1. nec esse falsum nec Pelagianum in natura esse vires incompletas imperfectas & insufficientes ad actum supernaturalem, sed tantum, quòd dentur vires completæ integræ & sufficientes. Adde, quod licet forma actiua incompleta sit naturalis secundum substantiam, non tamen debet simpliciter dici causa vel potentia naturalis, sed obedientialis, quia vt simpliciter diceretur naturalis deberet esse naturalis tam secundum substantiam quam secundum modum causandi, & similiter potentia passiua licet proculdubio sit naturalis secundum substantiam, quia non est naturalis secundum modum causandi, non appellatur naturalis simpliciter, sed obedientialis, de qua D. Tho. q. 113. ar. 10. 3. p. q. 1. art 3. ad. 3. q. 11. ar. 1. 1. p. q. 119. art. 2. ad. 4. ex Aug. de prædestinatione sanctorum c. 5. Potentiamq. actiuam obedientialem ponunt expresse Suarez. 3. p. to. 1. disp. 31. sect 5. & alij tribuentes Alexan. 4. p. q. 34. memb. 1. art. 2. ad vltimum D. Tho. 4. d. 8. q. 2. art. 3. ad. 4. Caiet. 3. p. q. 18. ar.

8 2

Ad. 1. Obi.

Ad. 2. Obi. 2. q 78. ar. 4. Ad. 2. negatur Consequentia, nam eo ipso quod effectus intrinsece petat aliquam causam supernaturalem, est extra totum ordinem naturæ, nec in eo inueniri potest, & sic totus est supernaturalis, nullaque ex parte est naturalis, cum sit indiuisibilis. Et licet in actu dentur diuersæ rationes tamen quod est causa vnius, etiam est causa alterius & ita quod est causa vitalitatis est causa supernaturalitatis & e contra, ita tamen vt vitalitas præcise sumpta petat intrinsece potentiam vitalem à qua procedat & supernaturalitas principium supernaturale, sicut quod est causa humanitatis est etiam causa animalitatis, & omnium aliarum rationum quæ non distinguuntur ex natura rei ab ipsa humanitate tamen ratio entitatis productæ petit Deum vt auctorẽ & ratio humanitatis hominem, & hoc est quod dici solet, quod licet potentia efficiat totum quod est in actu & similiter forma supernaturalis, tamen tribuuntur singula singulis, vitalitas potentiæ, supernaturalitas formæ supernaturali, vt in homine humanitas tribuitur homini, vt causæ, entitas vero Deo, qui ea ratione dicitur causa entis in quantum ens, omne enim ens productum, eo ipso quod est productum, petit esse à Deo; hic autẽ notandum est, quod vitalitas & supernaturalitas actus distinguuntur, vt duæ rationes vniuersales quarum altera alteram contrahit. Vitalitas enim actus abstrahit a naturali & supernaturali, & similiter supernaturalitas abstrahit a vitali & non vitali; multa enim sunt entia supernaturalia non vitalia: quia igitur rationes vniuersales secundum se non causantur, sed cum suis differentijs contrahentibus, minime dicendum est vitalitatem solam causari a potentia, & supernaturalitatem a forma supernaturali, sed potentia causat vitalitatem supernaturalem, & forma supernaturalis supernaturalitatem vitalem, neque est inconueniens à potentia quæ est naturalis, elici supernaturalẽ simul actũ cũ alia causa supernaturali, vt quod ab ipsa forma supernaturali quæ non est vitalis simul cum potentia vitali fiat actus vitalis, ex dictis patet ad confirmationem.

Ad. Confi.

Ad. 3. obiectionem Respondetur potentiam esse debiliorem partem, nam melior est forma supernaturalis, ei inhærens, vt D. Tho. 2. d. 26. q. 1. ar. 2. ad. 3. expresse ait animam esse simpliciter perfectiorem gratia & gloria, de qua diximus præcedenti disp. sect. 5. ad quoddã argumentũ Respondetur. 2. quod licet effectus secundum aliquas conditiones sæpe sequantur debiliores partes, non tamen semper & secundum omnes conditiones, & ita ex viro & fœmina sæpe procedit vir, & ex calido intenso, & remiso sæpe procedit intensus; eodem igitur modo ex causa naturali & supernaturali potest procedere effectus supernaturalis quia ad supernaturalitatem sufficit, non posse dari, stando in solo ordine naturæ. Quando autem effectus petit vnam causam supernaturalem eo ipso dari non potest stando in solo ordine naturæ, ergo hoc sufficit vt sit supernaturalis, licet petat aliam causam naturalem, contingentia autem effectus vel probabilitas assensus semper sequitur debiliorem patrem, quia vt effectus sit contingens satis est quod deficere possit, poterit autem deficere eo tantum quod aliqua causa necessario requisita ad eius esse, deficere possit & similiter vt assensus non sit necessarius, sed probabilis satis est quod nitatur alteri assensui nõ necessario sed probabili. Itaque iuxta naturam conditionis

Ad. 3. Obi.

repertæ

repertæ in effectu censendum est an sequi vel nõ sequi debeat debiliorem partem nec generaliter est asserendum: effectum in omnibus debere sequi debiliorem partem causæ.

Ad.4 Resp. non frustra a natura dari solam Ad.4. actiuitatem partialem, expedit enim in ordine naturæ dari entia quæ etiam principaliter iuuare possint ad effectus supernaturales.

Ad conf Ref. licet sit naturalis in substãtia Ad Consi. tamen ad hunc effectum non naturaliter ordinatur, sed supernaturaliter, quia ex propria ratione petit nõ posse illũ producere nisi cõpleatur per aliã causã supernaturalẽ, & sicut potentia passiua est naturalis secũdũ substantiã, tamẽ ad aliquid recipiendum non ordinatur nisi supernaturaliter, ita licet potẽtia actiua sit naturalis secũdũ substantiam, tamẽ ad aliquid agẽ solum supernaturaliter ordinatur,

Ad.5. Resp. non esse magnum inconueniẽs si admitteremus meliorem potentiam cum equali forma supernaturali perfectius operari posse, vt admittunt multi citati in 3. sententia. Oppositum tamẽ est probabilius & cõmunius vt infra videbimus: quod facile defenditur dicendo quod licet intellectus Angeli. v. g in ordine adoperationes naturales sit perfectior quã humanus: in ordine tamẽ ad supernaturales sunt æque perfecti quia habẽr æqualẽ potẽtiã obedientialem actiuam, & ideo cum æquali lumine æqualiter videbunt Deum, sicut calor perfectior est quam frigiditas in ordine ad operationes naturales, tamen in ordine ad productionem gratiæ, sunt æqualis perfectionis, quia habent æqualem potentiam obedientialem actiuam instrumentalem, & ideo æque bene potest frigiditas producere gratiã sicut calor, supposito quod vtraque qualitas possit gratiam physice efficere.

Ad.6. & 7. Respon. omnem concursum ad actum supernaturalem, esse supernaturalem quia nullus concursus ad talem actum potest dari stando in ordine naturę licet posset dari aliqua causa ex his quæ concurrunt ad actum supernaturalem. Nec est verum, quod si causa est naturalis in substantia, concursus eius vel Dei cum illa naturalis sit, quia causa naturalis ad producendum effectum supernaturalem petit auxilium supernaturale, ergo non potest operari stando in ordine naturæ, & sic concursus eius non erit naturalis & similiter concursus subiecti ad recipiendam formam supernaturalem supernaturalis est quia non potest dari stando in solo ordine naturæ, imo & concursus rei supernaturalis ad causandum aliquid naturale; vt cum dilectio Dei causat motum manus, supernaturalis est, licet Deus cum dilectione illa concurrat concursu naturali, quia ad ordinem naturæ spectat iuuare causas naturales ad effectus naturales, ibi autem sunt causæ naturales licet, etiam interueniat causa aliqua supernaturalis scilicet dilectio charitatis Ad.8.

Ad. 8. Resp, negando antecedens, quidã enim dicunt Phantas mata esse causas partiales respectu nostrarum specierum intelligibilium, & obiecta corporea specierum quas Angeli habent rerum singulariũ; homoq. est causa principalis vinonis animæ ad corpus, quæ vnio secũdum multos spiritualis est.

Respon. 2. & melius negando consequentiam quia generaliter loquendo magis excedit res spiritualis corporeã in sua perfectione quam supernaturalis naturalem, multa enim naturalia sunt perfectiora multis, imo & omnibus supernaturalibus Vnde non mirum si naturale possit esse causa principalis incompleta respectu supernaturalis, non vero corporale respectu spiritualis. Addequod licet naturale & supernaturale differãt ordine, tamen sæpe conueniunt in eodem subiecto, ideo non mirum si vnum possit esse principalis causa incompleta alterius, at vero spirituale & corporale omnino differunt subiecto, ideo vnum nõ potest esse principalis causa alterius, nisi superius respectu inferioris.

Ad.9 Concedo totum vt modo essentia diuina partialiter concurrit in ratione speciei intelligibilis cum intellectu beati ad visionem Dei, remanet tamen Deo integra sua causalitas totalis per modum causæ vniuersalis, quatenus ab eius libero arbitrio pendent omnes effectus quarumcunque causarum, imo Molina. 1. p.q. 14. art. 13. disp. 6. & Cone. disputat. 26. Gab. 2. d. 27. q. 1. art. 1. & alij multi docent Deum etiam vt causam vniuersalem simpliciter esse causam partialem respectu effectuum secundarum causarum, licet secundum quid & in suo ordine sit causa totalis. Ad.9.

Ad.10 Transeat consequẽs: vel dico talem causam simpliciter dici supernaturalem, quia totum illud compositum nec agere nec esse poiest stando in solo ordine naturæ, sic etiam compositum ex re corporea & spirituali est simpliciter corporeum qua est diuisibile & extensum Patet ergo ex dictis potẽtias in ordine ad actus supernaturales nõ esse proprie instrumẽta: late tñ instrumẽta dici possũt, & sic verũ erit quod Sua, 3 p. to. 1. dis 3. Sect 4. & Henr. de fine hominis c. 14. §. dãt esse instrumenta. Ad.10.

Sectio.VI. Vtrum substantia animæ cõcurrat immediate ad visionem beatificam actiue vel passiue. 83

1. Opinio.

SVppono intellectũ distinguia substãtia vt ostẽdi in libris de anima alioqui enim nulla esset q. Aliqui ergo dicũt, omnem actionẽ imma-

immanentem esse effectiue immediate nõ solum a potentia sed ab essentia animæ suadẽt
1° Argum. 1. alias nõ magis concurreret anima ad eius modi actiones quam materia prima ad actiones animæ, vel alterius formæ substãtialis, vel
2 accidentalis existẽtis in ipsa, consequens autẽ est falsum ergo. 2. Quia experientia cõstat animam exercitio vnius potentiæ distrahi ab vsu alterius non subordinatæ, quod non contingeret nisi anima seipsa immediate cõcurreret ad omnes actiones vitales. Maior patet nã si nimis atente homo aliquem inspiciat nõ audet loqnentem, & ne aliquis id tribuat defectui spirituum, & attentio intellectus impedit operationem sensus, & quo est altior & perfectior eo plus minuit phantasiæ motum aut operationem (& quod magis est) etiam opera nutritiuæ partis impedit, vel suspẽdit: Min. vero probatur, nam vna quæque facultas solam per seipsam suã haberet operationem nulla esset ratio cur operatio vnius impediret operationem alterius, nã multiplicatis virtutibus si vna ab altera non pendet neque ambæ ab vno. 3. cuius virtus dũ vtrique applicatur, minuatur in singulis, nihil est cur earum operationes nõ possint simul æque perfecte exerceri Confir. nam licet oculus habeat obiectum presẽs & ab eo recipiat speciem non videbit si anima non attendat, nec valet dicere id prouenire ex distractione imaginationis, aut sensus cõmunis, quia argumentum faciam de sensu cõmuni & imaginatione. Si dicatur speciem tunc non peruenire ad sensum internum: inde sumitur argumentum cõtra priorem euasti onem nam si species obiecti interni non peruenit ad sensum internum dum anima nõ attendit, ideo est quia species sensus externi non cõmunicatur interno nisi medio actu externo: ergo sensus exterior non ideo non sentit quia interior non sentit, sed e cõtra, cuius nõ est alia ratio, nisi quia anima distracta nõ cooperatur illi, nec enim causa est defectus spirituum, licet enim necessarij sint tamen non casu ad visum confluunt, sed virtute alicuius facultatis ministrantis illos ergo necessarium est aliquod cõmune principium actu vtenus illis duabus facultatibus, & ex naturale inclinatione & Sympathia ordinans actũ vnius ad actum alterius
3 3. Arguitur, nã dum intellectus intelligit voluntas excitatur ad amendũ, hoc autem ideo est quia eadem anima per vtramque potẽtiã actu operatur, nam sola veluti radicatio habitualis, & remota emanatio ab eadẽ anima nõ esset satis ad hanc actualem causalitatem, seu motionem, si quæuis operatio a sua sola potentia actu prodiret sine connexione in ali
4 quo principio comuni. 4. arg. alioqui visus, vel intellectus separatus a subiecto videre posset cum habeant totam suam rationem proximam agendi. 5. Si aliqua ratione id esset negandum, maxime quia substantia creata non potest esse immediatum principium actionis, hæc ramen ratio habet, instantiam in, cognitione, qua Angelus seipsum & Deum per suam substantiam cognoscit: ergo similiter potest instantiam pati in omni actione vitali respectu cuius potest esse immediatum principium non totale & integrum sed partiale & incompletum, ad extra autem nullo horum modorum potest immediate agere. Propter aliqua ex argumentis factis hanc sententiam tenent nõnulli recentiores, quam si quis voluerit, defendere ligat Suar. tom. 1. phy. disp 18. sect. 5. & 6. 5

Sed probabilius censeo, substantiam non cõcurrere immediate ad operationẽ vitalem seu immanentem, 1. enim generatim omnes tenentes potentias animæ distingui ab anima docent, substantiam esse non posse principium immediatum operationis Caiet. & alij cum D. Tho. 1. p. q. 54. art. 3. Valentia ibi 5. punt. 3. Capreol. 1. d. 3. q. 3. phy. 2. animæ c. 3. Sotus. c. de proprio. 2. Quia in alijs substantijs fatentur aduersarij & constat non esse proxima principia operationum, calor enim & alia accidentia Eucharistiæ eodem modo agunt in hoc vel illo subiecto & in nullo. Gratis autem & præter omnium opinionem fingeretur Deum per se suppplere efficientiam panis & vini: ergo idẽ dicẽdũ est in actionibus vitalibus, & alioqui, quo potentia vitalis esset in subiecto excellentiori, cæteris paribus, melius ageret, quod est falsum & contra experientiam conf quia experientiæ quibus aduersarij mouentur ad constituendũ discrimen inter viuentia & alia inanes sunt vt videbimus. 3. Quia potentia per se vel cum specie aut alio accidenti adiuuante ipsam est nobilior accidenti producendo, ergo potest illud producere sine immediato concursu substantiæ. 4. Quia virtus seminis efficit operationem vitalem, nempe generatiouem vitalem sine concursu immediato alicuius substantiæ: substantia enim generantis iam non est vel distat maxime: ergo non concurrit per se, substantia autem seminis non est viuens ergo similiter non concurrit perse: potest ergo dari actio vitalis a nulla substantia immediate procedens. Ad hoc ar. respõdẽt, 1. quidam ex aduersarij semen esse viuens, vt tenet Valles. 2. Controuers. Medi. cap. 8. & videntur tenere Galen lib. de Marasm. Arist. 2. Degene. ani c. 1. D. Thom. 1. par. q. 118. art. 1. ad 4. 2. Ad actiones animæ vegetatiuæ non concurrere substãtiam immediate, quia non quoad substãtiã, sed quoad modum quendã differũt ab actionibus non viuentium consistunt enim

2. Opinio Auctoris.

in quo-

in quodã motu locali vel alteratione & generatione, secus alias actiones vitales. 3. Solutio addi posset, viuês a quo decisum est semẽ licet sit dissãs vel corruptũ, agere p se cũ semine. Hanc solutionem ipse nõ admitteret quia alibi tenet, quod in se nõ est, nullo modo p se agere, & licet id daremus respectu generationis fœtus, tñ respectu formationis solũ semẽ agit, vt oês fatent. Nõ esse autẽ viuês actũ sed potẽtia, postquam decessũ est (quidquid sit de eo ante decisionẽ de quo Mol. 1.p.q.27.ar.2.) tenet cõmunis cũ D. Th. 2. cõtra gen. c.89. Alb. 16. de anima lib. c.8. Arist. 2. animę c.1.t.7. Tolet. ibi & tex. 4. D.T. tex. 15. Marti. c.1. in fine, Pala. c.1.o.59. idẽ videt supponere Mol. sup. & late ostẽdit Ferneli° 1. de abditis rerũ causis. c.6. & pbat breuiter. 1. quia Valles sup. c.7. ait medullã esse eiusdẽ naturę cũ semine, medullã aũt nec intra corpus viuentis ergo. 2. quia anima est actus corporis organici, semẽ aũt nõ est organicũ, ergo. 3. ex duobus viuẽtibus nõ fit vnũ, ex duobus autẽ seminibus fit vnũ sicut ex duabus aquis, ergo nõ sunt viuẽtia. 4. quia semẽ, dũ retinet in corpore, nullã exercet operationẽ vitę vegetatiuę & multo minus postquã decisũ est, nõ. n. nutrit nec auget quãdo aũt fœtus ex eo generat, p hoc nõ viuit sed corrũpit, ergo. Cõf. in seminibus plãtarũ, quæ multo tẽpore seruãt, interim vero nullã exercẽt operationẽ vitę, cũ aũt seminãtur potius moriũtur, vt ait Christus, ergo nõ viuunt actu sed põa quod tñ voluere Arist. Gal. & D.T. in cõtrariũ adducti. Vnde 2. illa solutio argumẽti ꝓpositi locũ nõ hẽt, ac ꝓpinde saltẽ anima vegetatiua nõ cõcurrit se ipsa immediate ad actũ vitalẽ: nulla est aũt rõ cur id speciatim dicatur d' sẽsitiua & intellectiua. Nã p se las suas pstãtiores vires ad suas specie, l. cogn. obiecti possũt pstãtiores suas actiones ꝓducere, vnde nec 3. solutio locũ hẽt.

86. Et arg. 1. in cõtrariũ facile diluitur neq. n. ab vllo cõstituitur, neq. vere cõstitui põt discrimen inter substãtiã viuẽtẽ & nõ viuentem q̃ prima per se operetur secũda autem nõ, sed q̃ vna se moueat alia nõ, quod discrimẽ quomodo intelligẽdum sit nõ est huius loci. Ad. 2. R. in primis nõ ꝓcedere in substãtia pure intellectiua; in ea n. oês põę subordinatæ sũt, insẽsitiua aũt fateor animã vsu vnius põæ distrahi ab vsu alterius nõ quia anima immediate cõcurrat ad vtrãq. actionẽ, sic. n. actionibus intellectus & sẽsus cooperãtis, l. huius tñ nõ impederẽt vegetatio, nutritio, & auctio, ad quas actiones vt ẽt aduersarij fatẽtur. nõ cõcurrit immediate anima, sed quia species vitales & animales ad vnũ sẽsoriũ attracti reliqua deferãt; Attrahũtur aũt immediate nõ ab anima sed à põa attractiua vt ferrum vã qualitate existẽte in magnete, & sicut attractio vitalis nõ fit immediate à substãtia, ita nec reliquę actiones. Ratio ẽt illius experiẽtię esse põt quia anima ob suã limitatã pfectionẽ hẽt, vt tã excellẽtes & varias facultates simul exercere p fecte nõ possit, secº alia, quę nec tot nec tã pclaras facultates hũt, & eadẽ rõne vna & eadẽ põa nõ põt circa plura obiecta pfecte operari, sed pluribus intẽtus minor est ad singula sẽsus: cum tñ in alijs agẽtibus actio vnius põę aliã eiusdẽ põę actionẽ nõ impediat. Alia rõ illius experiẽtię est quia sẽsus cõmunis cũ ipse, l. imaginatio distracta est, nõ põt influere ad operationes sẽsus externi mittẽdo spiritus ad illũ, l. qualitates intẽtionales p neruos aut spiritus ipsos, priori. n. modo influere tenent, Titel. 10. sięq Philos. c. 1. Pala. 2. animę. c. 2. disp. 2. posteriori autẽ modo Vall. 3. cõtrou. Med. c. 4. & 14. cũ Gale. li. d' placitis, qui ẽt. 2. cõtrou c. 20. oĩbus sensibus internis tribuit influere ad sẽsationes externas sed hoc soli sẽsui cõmuni videtur tribuere D. Th. 1.p.q. 78.a.4.ad.1. Alb. 2. animæ tit. 4. c. 12. Titel. & Pala. sup. Vigu. in inst. c.1.§.8. vers. 2. Perez. 3. animæ c.7.q.1. & 2. Arist. t.149. vbi Tolet. cũ Themist.

Ad conf. Vnde ad conf. R. rationem illius experientiæ non esse quia anima immediate concurrat ad actionem vitalem sed aliqua ex iam dictis.

Ad 3. Ad 3. arg. respõdetur illius experientiæ causam esse quia voluntas ex natura sua habet vt à solo intellectu coniuncto in eodem subiecto, effectiue vel finaliter moueri possit, nõ quia anima per se concurrat ad vtramq. actionem, sic. n. visus moueret auditũ, vel ècõtra, c uanima per te ad vtramq. actionem immediate concurrat.

Ad 4. Ad 4. R. intellectum separatum ab omni subiecto si speciem habeat, intelligere posse, sensus autem sine quantitate agere nõ potest nec pati, quia ad hoc requiritur ꝓpinquitas, l. distãtia quæ sine quãtitate esse nequit; separatus aũt à sola substãtia videre posset, appetitus aũt à substãtia separatus operari nõ põt, quia solũ sequit cognitionẽ põæ existẽtis in eodẽ subiecto. Nec est incõueniẽs, intellectũ separatũ à subiecto videre Deũ & esse suo modo beatũ: Nã ẽt si substãtia p se influeret, posset Deus eius influxũ supplere, l. visionẽ sui infũdere intellectui mere passiue se hũti, qua redderetur beatus, licet Scot. apud Cai. 1.p.q.54.a.3. intulerit hoc tãq̃ incõueniẽs ex eo quod põę ab anima realr distinguãt, & Cai. ibi dicat intellectũ à subiecto separatũ intelligere nõ posse, quia beatitudo essẽtialiter est operatio vitalis, q̃ nõ est intelligibile esse nisi viuẽtis, & quia beatitudo nõ põt esse nisi in beato, nõ põt aũt fingi põã separatã esse beatam, quæ rõnes Cai. triuolæ sunt. Ad 5. R. nõ esse certum, q̃ angelus intelligat se sine specie, eo tñ dato substãtiã angeli nõ cõcurrere effectiuesm Cai. 1.p.q.54.a.3. ad penul. Probabilius tñ & conformius D.T. 1.p.q.56.a.1. & alibi est cõcurrere p se effectiue vt tenet Valẽ. q.7. de angelis pũcto. 1. & Mol. 1.p.q.56.a.1. vbi nõ putat incõueniens, substãtiã esse immediatũ principiũ partiale actionis intẽtionalis p modũ obiecti, secº aliarũ

Ad 5.

actionum, vel alio modo. Vnde patet nullã esse rationem ob quã opposita opinio noua & singularis iure introducatur.

Sectio. 7. Vtrum melior substantia vel intellectus cum æquali lumine gloriæ melius videat Deum.

87. EADEM q. est de actu fidei, spei, & charitatis an melior esse poterit à meliori póa si habitus sit æqualis & cætera sint paria, vt est in visione beatifica, quia essentia diuina quantũ est ex se eodẽ modo cõcurrit in rõne speciei in intelligibilis cũ intellectu ignobiliori & nobiliori. Suppono autẽ si cætera sint paria excessum luminis reddere visionẽ perfectiorẽ. Sed tota difficultas est an idẽ sit, si intellectus excedat reliqua autẽ sint paria, vide Moli. 1. p. q. 12. a. 6. disp. 2. 1. opinio. 1. opinio est nobiliorẽ intellectũ cũ æquali lumine melius videre Deũ, ita tenet Cai. 3. p. q. 10. a. 4. cui fauet D. Th. ibidẽ ad 2. dicens maiorem perfectionem visionis, magis attẽdi &c. Idem tenet Durand. 3. d. 14. q. 1. ad vltimũ Palud. ibi. Scotus 3. d. 13. q. 3. & d. 14. q. 4. & 4. d. 49. q. 11. & d. 50. q. 6. Rich. d. 49. a. 2. q. 8. & a. 3. q. 2. Maior. q. 2. & 10. ad. 7. Supplemen. q. 2. a. 3. dub. 2. Olcoth. indetermi. q. 8. a. 1. ad 4. & q. 9. cuius verba refert Supplementum supra.

1. argum. Suadetur 1. quia lumen nõ est tota causa effectiua visionis, sed ex ipso & intellectu fit vna integra causa efficiens & influẽs immediate vt sectio. 5. docuimus ergo si intellectus est perfectior & lumẽ æquale, causa integra erit perfectior, ergo & visio, nã quãtitas effectus & actionis attẽditur ex quãtitate totius & integrę causę, sic ęqualis intellectus cũ meliori specie & habitu melius intelligit, imo & æqualis artifex cũ meliori instrumẽto melius operatur, vt ęqualis pictor cũ meliori penicillo: ergo. Cõf. Moli. Confirm. quia si cũ mediodemõstratiuo cõcurrat mediũ ꝓbabile ꝓducitur actus sciẽtiæ eo intẽsior quo mediũ fuerit efficacius: ergo incremẽtũ alicuius partis totius causę cõducit ad intẽsionẽ effectus, etiã quando effectus est altioris ordinis atq. supra facultatẽ alicuius partis talis causæ.

2. 2. Concursus maior aut minor potentiæ naturalis v. g. intellectus vel voluntatis conducit ad maiorem intensionem fidei, spei & charitatis & aliorum actuum supernaturalium, nam cum æquali habitu potest vnus & idem vel etiam diuersus intẽsius & remissius operari supernaturaliter: ergo pari rõne, quo maior fuerit concursus intellectus, cum eodem lumine intensior & maior visio producetur.

3. 3. Data quacũq. creatura intellectuali potest Deus aliã & aliã perfectiorẽ in infinitũ progrę diẽdo producere & cuiusq. vis intelligendi maior erit quã inferioris, adeo vt Moli. ibi. nõ improbabile iudicet perueniri posse ad creaturã quæ sine lumine glorię habeat tãtã vim ad vidẽdũ Deũ quãtã nos, vel angeli cũ lumine gloriæ: Et quidquid sit de hoc, de quo Mol. ibi. a. 5. disp. 2. quodq. à nobis superius tractatum est, quis negare audeat, inquit quidã, perfectissimã aliquam creaturam cum excellentissimo intellectu & æquali lumine nõ magis influere ad visionem Dei quam intellectum humanum, supposito, quod etiam ipsi intellectus per se & immediate influant, & non solũ per lumẽ gloriæ, vt aqua solũ cale facit calore. Propter hæc inquit ille hãc sentẽtiã sibi semper visam esse magis cõsonam principijs philosophię ac veritati, cui partim fauet Hẽri. quodli. 12. q. 6. existimãs melioręintellectũ cũ æquali lumine meli' videre ex parte subiecti ideſt facilius & expeditius nõ tñ ex parte obiecti, quia si nullũ sit impedimẽtũ vterq. videbit ęque clare, ea ídẽq. rõnes & res in Deo, quod tamen nõ satis intelligo, quia nõ potest actio fieri expeditior nisi quia fit velocius vel superata maiori difficultate & resistentia; quod non habet locum in visione, nam à quocunq. intellectu etiam imperfecto fit in instanti cum tota perfectione sua, nec vllum habet contrarium vel impedimentum, & si quod est, videtur non posse magis superari ab vno intellectu quam ab alio; si enim æqua est virtus videndi, æqua etiam erit vis impedimentum superandi: ergo, si reliqua sint paria, melior intellectus non videbit expeditius, aut certe videbit amplius ex parte obiecti distinguẽdo in eo plures res vel rationes.

88. 2. opinio. *Intellectus melior cũ æquali lumine gloriæ nõ melius videt Deũ.*

2. opinio ait intellectum meliorem cũ æquali lumine non melius videre, ita procul dubio tenet D. Tho. 1. p. q. 12. ar. 6. in corpore & ad 3. vbi ait diuersitatem visionis attendi secundum diuersam facultatem intellectus non naturalem sed glorioſam, idem colligitur ex eodem ibidẽ a. 7. & 1. 2. q. 5. a. 2. vbi ait vnum alio fore beatiorem pro vt melius fuerit dispositus ad videndũ Deum. Idem tenet Medin. ibi & Valentia. q. 5. puncto. 3. & 1. p. q. 12. puncto. 4. Vazquez disp. 47. c. 6. Sotus. 4. d 49. q. 3. a. 2. Palac. qu. 1. in fine. Henriquez. lib. de fine hominis. c. 10. §. 9. Suarez 3. p. q. 10. a. 4 in commentario, Velosill. in aduerten. Theolog. ad to. 9. Aug. quæsito 16. dub. 1. idem significat Ferra. 3. cõtra gen. c. 55. & 58. & tenent recentiores Thomistæ in loca citata D. Tho. quam & ego tenendam puto.

Probat à posteriori, alioqui existẽtibus ęqualibus meritis erit inęquale lumẽ glorię aut inæqualis visio, vtrũq. autem est absurdũ. Cõsecutio ꝓbatur, si. n. angelo & homini habẽtibus ęqualia merita tribuit ęquale lumẽ, visio erit inęqualis, quia per te melior intellectus cũ ęquali lumine melius videt, oportet ergo vt vel lumen sit inæquale vel visio. Falsitas consequentis probatur quia tam lumen quam visio est præmium

ergo

ergo debet dari iuxta ꝓportionem meritorũ, & ita in habẽtibus ęqualia merita vtrũq.debet esse ęquale.Cõf.quia si ęqualia sũt merita,ęqualis erit gratia & charitas:at dilectio & fruitio, seu delectatio erit inæqualis,quia volũtas Angeli cũ sit melior,cũ ęquali charitate magis diliget,magisq.fruetur & delectabitur:ergo cũ istæ operationes ex opinione multorũ sint partes essentiales beatitudinis aut tota essẽtia beatitudinis,sequitur ęqualibus meritis nõ respõdere æqualẽ beatitudinẽ essentialẽ. Ad hoc arquadruplex,est solutio 1.visiones fore inæquales,ac proinde & essentiales beatitudines, non tu inde fieri,vt præmia sint inæqualia, quia excessus visionis nõ habet rationẽ præmij cũ proueniat ex nãli perfectione intellectus & nõ ex lumine,quod Deus cõfert,sed dicũt aliqui hoc nõ cõsonare principijs fidei quia illa visio tota est merces,vnusquisq.autẽ mercedẽ accipit secũdũ propriũ laborẽ. 1.Corinth.3.& alibi,ergo qui habẽt æqualia merita, æqualiter videbunt. Præterea ille excessus vel est tribuẽdus gratiæ vel naturæ,si naturæ,ergo non tota vita æterna est gratia,seu effectus gratiæ contra id Rom.6. gratia Dei vita æterna,si gratiæ,ergo ille excessus habet fundamentũ in gratia & respõdet illi ac meritis,sed ad hoc facile diceret tribui gratiæ & meritis fundamẽtaliter, quia sine illis nõ esset lumen gloriæ,nec visio,ac proinde nec maior visio.2.formaliter quia fit à lumine gloriæ, sed ab illo non fieret nisi intellectus esset nobilior alio intellectu,sic quando æquales sunt intellectus, & in vno est nobilior species nullus gradus est in cognitione, qui intellectui nõ tribuatur,tamen actio vnius non esset melior quã alterius, nisi species esset melior. Magis vrget Cõc. Flor.dicens visionem fore perfectiorẽ pro ratione meritorum, sed dici posset intelligi, si cætera paria seu æquales sint intellectus.

Variæ solutiones confutantur 1.solutio.

89. 2.Solutio

2.Solutio cuiusdã Iunioris & Oroth.ac Supplemẽti est,in habẽtibus æqualia merita visionẽ esse æqualẽ,quia illa est præmiũ essentiale,lumẽ vero nõ nisi suppositа æqualitate potentiæ, quia tãtũ cõfertur vt mediũ ad eleuãdã & confortãdã potẽtiã vt cõsequatur præmiũ,cũ ergo vbi maior est potẽtia minus lumen sufficiat ad cõsequẽdũ præmiũ æquale,minus lumẽ confertur habenti æqualia merita,sed nobiliorẽ intellectum.Fit autẽ modica luminis detractio quia magis ad visionem conducit excessus luminis quam intellectus: hanc solutionem facilem arbitratur Vazq.1.p.disp.47.c.6.Nec refert quod superior intellectus careat ornatu illius paruæ quantitatis luminis, quia lumen non confertur per se ad ornatum,sed per se advisionem & per accidens ad ornatum. Neq. huic solutioni obstat Concil. Vienen. Clement.ad nostrum de hęreticis solum enim ait,lumen poni vt eleuet intellectum ad visionem Dei.Ex quo nõ sequitur ad maiorem visionem debere poni maius lumen,sed vel maius lumen, vel meliorem intellectum,& ad æqualem visionem æquale lumẽ cũ æquali intellectu vel minus lumen cum maiori intellectu.Et eadem solutio posset accommodari confirmationi dicendo dari minorem charitatẽ habenti ęqualia merita,vt dilectio & fruitio æqualis euadat,quia ipsa est pars præmij essentialis;sed quia contra posset obijci, gratiam & charitatẽ debere esse æquales meritis, alioqui habẽti æquale meritũ,si eius volũtas esset melior daretur minor charitas quod est absurdũ quia gratia sẽper est ęqualis meritis & charitas gratię,sicut põa essentię. Et quia negari nõ põt quin ipsũmet lumẽ sit magna perfectio animę, nulla autẽ rõ patitur vt qui æqualiter meruerit minorẽ decorẽ,& perfectionẽ supnãlẽ accipiat eo quod maiori polleat ingenio. Ideo Neothericus ille videt subijcere aliã solutionẽ, quę sit.

3.Habẽti æqualia merita dari æquale lumẽ, æqualemq.visionem,sed Deũ seipso magis concurrere cũ intellectu imperfectiori, & ideo posse æqualẽ esse visionẽ,& similiter cũ habẽte voluntatẽ ignobiliorũ magis concurrere, ideo nõ tantum charitas & visio in vtroq. beato est æqualis sed etiam dilectio & fruitio. Ex quo etiã patet ad confirma. Sed obijci potest quia non plus auxilij meruit qui minorem habet intellectum, vel voluntatem: ergo non dabitur ei,vt æquari possit alteri in visione,dilectione & fruitione. Et prętерea sicut esset miraculum supplere à Deo defectum caloris & cum minori calore æqualiter calefacere,ita & cum minori intellectu & æquali lumine æqualem visionem efficere,miracula autem non sunt facile & sine vrgenti ratione vel authoritate ponẽda.ergo hæc solutio admittenda non est.& multo minus dici posset,Deum miraculosẽ impedire intellectum nobiliorem,ne eliciat visionem,quam possit elicere cum illo lumine,sed minorem, videlicet æqualem ei,quæ producitur cum æquali lumine ab intellectu ignobiliori, hoc enim esset perpetuum miraculum,& non in emolumẽtum sed potius in detrimentum subiecti,cui frustra datur tantum lumen,si non debet exire in actum illi adæquatum.

90. 3.Solutio. Ad Conf.

4. Solutio esse posset,reuera lumẽ gloriæ nõ concurrere actiue ad visionem, sed eam effici à solo Deo.Sed iam ostendimus,lumen actiue concurrere. Deinde vel asserimus dari lumen gloriæ vel nõ:si datur,ergo vel est actiuũ,& impeditur eius actio,quod est absurdũ, vel nõ est actiuũ & hoc præter quãquod sine fundamẽto dicitur,est ponere intellectũ nobiliorẽ cũ æquali lumine nõ melius visurũ Deũ. Si vero nõ ponimus re ipsa lumẽ gloriæ,quod sit qualitas distincta ab intellectu, quæstio nõ procedit ꝺ põa ordinariã,sed absolutã,vel sub coditione,si daret huiusmodi lumẽ,quod tũ dari supponim° ex

4.Solut.

præcedentibus;nulla igitur conueniens est solutio illius rationis.

91. 2. opinio probatur. 2. ratione a priori.

Sed à priori nō est facile 2.opinionē probare quā tñ quidā recentiores cū Soto probare cōtēdūt, quia intellectus ad visionē nō cōcurrit per se sed solo lumine. At hoc falsū est quia iā ostēdimus cōcurrere etiā seipso immediate.

Alij probāt quia intellect' & lumē habēt se sicut causa vniuersalis & particularis:mēsura autē actionis à causa particulari sumitur,nō ab vniuersali,quę per particularē modificatur & determinatur;ergo &c.& eodē modo probāt inęquales volūtates cū ęquali habitu charitatis si agāt secūdū vltimū potētię nō posse inęqualiter diligere;sed posset facile negari antecedēs, cur.n.species nālis impressa nōse habet ad intellectū vt causa particularis ad vniuersalē, sed vt particularis ad particularē &ideo isti asserūt me liorē intellectū cū ęquali specie nāli, melius intellecturū;lumē aūt(q̄ isti putāt esse spēm)&habitus charitatis hūt se ad suā pōm vt causa particularis ad vniuersalē? curitē pōę in ordine ad effectus nāles erunt causę particulares, in ordine vero ad effectus supernāles erunt causę vniuersales,cū esse causā vniuersalē maior dignitas sit,nō aūt habeāt potētię maiorē dignitatē erga effectus supnāles q̄ erga nāles,sed ecōtra.

Alij ꝓbāt,quia seipso solū cōcurrit instrumēta liter.At iā ostēdimus seipso cōcurrere principaliter,& ꝓterea melior actio sit cū meliori instrumēto,si cętera sint paria ; vt ęqualis artifex meliori penicillo l.dolabra melius operat si velit,& cętera sint paria.Si dicas hęc nō esse pure instrumēta,quia respectu scisionis dolabra est causa principalis,& penicillus respectu linearū &c. Cōtra quia Phātasma est purū instrumētū respectu spēi intelligibilis,tñ intellectus agens cū meliori phātasmate meliorē ꝓducit spēm intelligibilē, & aliqui dūt spēm esse purū instrumentū in cognitione nāli & supnāli,tñ æqualis intellectus cum meliori specie melius operat.

92. Ratio dubitandi.

Vnde melius ꝓbāt quia licet intellectus vnius creaturę,vt est virtus mere nālis hoc est,vt est potētia nālis nō solū quoad substātiā sed etiā quoad modū agēdi,sit nobilior alio,nō tñ,vt est potētia obediētialis,id est nālis quoad substantiā,supnālis vero quoad modū operādi & ideo cū ad visionē Dei cōcurrat vt est pōa obediētialis,etiā si sit melior alio, nō melius videt æquali lumine,vt si verū est,quālibet rē posse assumi à Deo vt instrumētum physicū ad iustificādū,efficiēda miracula &c.Licet vna sit in seipsa melior,nō producit meliorē effectū.Et similiter quia potētia obediētialis receptiua gratiæ,vel charitatis est æqualis in homine,& in Angelo,nō recipit gratiā,vel charitatē melius Angelus,quā homo,intellectus aūt alioqui inęquales,esse æquales in pōa receptiua & ꝓductiua visionis facile intelligit,quia rō pōæ obediētialis actiuæ & passiuæ respectu visionis non cōpetit eis,vt sūt tales intellectus,sed vt intellectus sūt, & quia in hoc sunt ęquales,etiā in vi efficiendi, & recipiēdi visionē æquales esse poterūt,vt oīa corporea sunt æqualia in potētia recipiēdi,& inferēdi quātitatē,& cōtingit,aliquid esse melius alio ad vnū effectū, deterius aūt,vel æquale ad aliū.Sic ergo intellectus Angeli licet sit melior ad intellectiones nāles,nō tñ ad supnāles,idēq. est d' volūtate ; Hāc rōnē attigerūt Vellosillus & Palacios sup. dicētes intellectū Angelicū ꝓ spicacioré esse ad intellectiones nāles,vt ad cognoscēdas creaturas,& Deū ex creaturis, non tñ ad visionē Dei,& alias actiones supnāles.Et cōfirmat Pala.si.n.intellectus melior melius videret cū ęquali lumine,sequeretē hoīes ingenti lumine indigere,vt in visione possent esse oībus angelis æquales,l.superiores,cū tot sint,& quis q.eorū habeat intellectū nobiliorē in specie.

93. Ad 1. 1.opinion.

Ex quibus patet ad 1.arg.Ad quod tñ aliter respōdēt quidā,quātitatē effectus pēsandā nō ex tota causa,sed ex vltimo eius cōplemēto,q̄ in visione Dei est lumē.Sed cōtra quia etiā species & habitus naturalis est vltimū cōplemen tū causæ;tñ quātitas actionis nō ex illis solis sumitur melior.n.potētia cum meliori specie vel habitu naturali meliorē actionē naturalem elicit. Aliter ergo & melius posset dici, quando vna pars causæ accommodat & attemperat suū cōcursum iuxta aliā partē causæ,et si ipsa sit pfectior in vno,quā in alio nō egredi meliorē actionē,vt si dētur duo intellectus cū eadē specie,& totū quod repræsentat illa species sīm oēs suas partes, & rōnes cognoscatur ab igno biliori,vt pōt cognosci,nō melius intelliget no bilior quia accōmodat, se speciei , & nihil pōt intelligere, nisi quod illa representat sīm partes, l. rōnes sub quibus ab ea specie repsentat. Et ita cōtingit in ꝓposito,quia intellectus attē perat se lumini & essentiæ diuinæ cōcurrēti p modū spēi iuxta mēsurā luminis; nec pōt visio attingere Deū nisi sīm rationē ad quā se extendit lumē.Vnde si lumē sit valde extēsum,magna erit visio in quocūq.intellectu; si vero valde cōtractū,modica.Et similiter pōt dici,licet minori cū apparētia, volūtatē attemperare suū concursum charitati,ideo licet voluntas sit melior, nō melius diliget Deū;habitui aūt vel cognitioni naturali non ita cōcursum attemperat, ideo cū æquali habitu,vel cognitione naturali si voluntas sit melior,poterit melius diligere.

Ad confir.respondetur,falsum supponere,nē pe eundem assensum esse à medio demonstratiuo,& ꝓbabili,quia actus scientiæ,& opinionis sē per inter se realiter distingūt,vt & ab actibus fidei humanæ,l.diuinæ; si vero daremus esse eūdē actū quoad substātiā,cōsequēter dicendum esset,à quolibet illorum habituū produci posse, modū aūt aliquem cōferri ab vno, q̄ nec cōferri

ri nec augeri potest ab alio. v. g. habitus scientificus daret ei certitudinem & euidentiã quã nec dare nec augere posset habitus opinionis aut medium probabile; habitus vero opinionis daret ei probabilitatem, & euidentiã quã nec dare nec augere posset habitus scientificus, nec medium demonstratiuum, & licet daremus eundem effectum secundum eũdẽ modum esse ab vtroq. & medium sc iẽtificũ cũ medio ꝓbabili meliorẽ effectũ ꝓducere, nõ est simile in ꝓposito, quia mediũ ꝓbabile est melius in ordine ad talẽ effectũ. Vnus aũt intellectus in ordine ad visionẽ Dei nõ est melior alio, vt dictũ est, licet in se & quoad alia sit melior.

93. Ad 2. Ad 2. R. potentiã nobiliorẽ cũ æquali habitu nel auxilio supernaturali antecedente & cõfortãte potẽtiã nõ posse elicere meliorẽ actũ quã ignobilior posset elicere cũ eisdẽ. Vtrãq. aũt potentiã ex mera libertate posse elicere modo intẽsum, modo remissum, vt placuerit, quia libera est ad vtendum vel non vtendum habitu, & ad vtendum in ordine ad actum intẽsum vel remissum, & semper potest sine speciali auxilio antecedẽte per habitum elicere actũ ipso habitu intẽsiorẽ, quia habitus est causa ꝙuiuoca, talis autẽ potest producere effectũ intẽsiorẽ, licet non nobiliorẽ in specie, si est causa totalis: causa aũt uniuoca totalis nõ põt ꝓducere effectũ intẽsiorẽ, quia talis esset simpliciter nobilior, nõ põt aũt effectus esse simpliciter nobilior sua causa totali. Vnde falso aliq. dicũt volũtatẽ in patria nũquã elicere actũ intẽsiorẽ habitu, in via aũt raro, idq. prouenire ex maiori auxilio antecedẽte supplente defectum habitus; sic. n. dilectio in patria esset in multis remississima, sicut etiã habitus charitatis, ac proinde remissior quã multis insit in via, qui hñt habitũ charitatis intẽsiorẽ quam sit in multis beatis, & ꝑterea cum homo in via nõ hẽt speciale auxiliũ prẽueniẽs intẽsius habitu, nõ posset elicere actũ intẽsiorem habitu quod est absurdũ, In visione aũt & lumine gloriæ nõ hẽt locũ hęc quęstio; quia hęc non sunt capacia intẽsionis; in extẽsione aũt semper ꝙquãtur; quia nõ põt visio se extẽdere ad aliquã rẽ vel rationẽ, ad quã nõ se extẽdit lumen neq. ecõtra nisi miraculose: Per accidẽs autem ꝓpter passiones vel alia impedimẽta poterit volũtas elicere actũ impfectiorẽ actu alterius, siue ea sit pfectior siue impfectior alia volũtate. Quod dictũ est d̃ visione & dilectione Dei, dicẽdũ de actu fidei & spei & quocũq. alio supernaturali vt docet Vazq. supr. Ad 3. R. licet Deus posset producere meliorẽ, & meliorẽ intellectũ in infinitũ in ordine ad cognitionẽ naturalẽ, nõ tñ in ordine ad visionẽ Dei: quia in omnibus erit æqualis potẽtia obedientialis actiua & passiua ad visionẽ Dei, imo & ad omnẽ actũ supernaturalẽ per se loquendo, sed ex natura rei maiora impedimẽta ad aliquos actus supnaturales hẽt volũtas & intellectus humanus, q̃ angelicus: & vni° hominis q̃ alteri°.

94. Addit. 1. Addo 1. licet melior potẽtia cũ ęquali lumine vel habitu fidei, spei charitatis, luminis glorię &c. possit meliorẽ actũ elicere nullã tñ humanã potẽtiã cũ ęquali habitu supernaturali posse melius operari: quia animæ & potentiæ spirituales illarũ nõ sunt meliores in vno homine quã in alio. Vt late docuimus cũ Toleto & alijs. 3. anime; idẽq. docẽt Conimbricẽses. 2. physic. c. 7. q. 5. Fõseca. 5. Metaph. c. 28. q. 16. Dur. 2. d. 32. q. 3. Argent. q. 1. Sonzi. 8. met. q. 26 quo etiã inclinat Hẽri. quodli. 3. q. 5. licet neutrã partem asserat, veritus vt doctor Sorbonicus cẽsurã Parisiẽsis articuli, in quo vt ipse refert ęqualitas animarũ erroris dãnatur. Est tñ inter animas & intellectus inęqualitas per accidens, quæ quandoq. à cœlo prouenit, in quo sensu ait D. Tho. 3. contra gen. c. 84. verũ esse posse illud Ptolom. in centiloquio cum fuerit Mercurius in natiuitate alicuius domorũ Saturni, & ipse fortis in esse suo, dat bonitatẽ intelligentiæ, & Hypocrates prudentiores esse q̃ ad meridiẽ spectãt quãqui ad Aquilonẽ, nec tã ira effrenes: quo allusit egregius pœta in eo carmine. Nõ obtusa adeo gestamus pectora.

Nec tã auersos equos Tyria Sol iũgit ab vrbe, & Plato in Tymæo Atticã regionẽ ob cęli tẽperiẽ pręclaris ingenijs esse fęcũdã, Mineruãq. belli ac philosophiæ amãtẽ locũ sibi delegisse, q̃ similimos sibi hoies ꝓcrearet. Lege Gale. 3. aphorismorũ cõmẽto. 4. & 2. d̃ tẽperamẽtis. Auer. 2. Meteor. c. 3. Plu. 5. de placitis. c. 30.

95. Addit. 2. Addo. 2. si visio esset naturalis quoad substãtiã, admitti posse nobiliorẽ intellectũ cũ æquali lumine posse eandẽ operationẽ pfectiorẽ elicere, alia rõe, non tñ vt visionẽ Dei, quia ea cognitio vt visio Dei est, exercetur ab intellectu per potẽtiã obediẽtialẽ quæ in nobiliori intellectu nobilior nõ est. Suppositio tamẽ illa reiecta est disputat. 3. sectio 1.

96. Addit. 3. Addo 3. licet inęqualitas intellectuum ad inæqualitatem actuum supernaturaliũ nihil per se conducat, forte tñ, quidquid aliqui recẽtiores dicãt, cõducit inęqualitas specierũ vel apꝑhensionũ naturaliũ, itaq. melior actus fidei elici poterit ab eo qui habeat meliorem speciẽ l. apꝑhensionẽ naturalẽ, quia quo melior est species, melior põt esse apꝑhẽsio, quo aũt melior est apꝑhẽsio põt melius esse iudiciũ, si cætera sint paria, eo q̃ melius applicat obiectũ ad iudicãdũ, & quia apꝑhẽsiones nãles nõ sũt ęqualis põę obediẽtialis actiuę respectu actus credẽdi supnãlis, sicut sũt oẽs intellectus, sed quæ repsẽtat Deũ sm̃ plures rões apta est vt eleuet ad actũ nobiliorẽ fidei efficiendũ, & hoc est tenẽdo actũ fidei esse supnalẽ quoad substãtiã, vt tenẽdũ est, si actus charitatis vię &

patriæ est supernaturalis quoad substãtiam, quia eadẽ ratio est de vtroq. actu, quia actus voluntatis, qui est supernaturalis quoad substãtiã prodire nõ põt ab actu intellectus naturali quoad substãtiã. Vnde nõ recte dicũt ali qui recẽtiores, oẽm actũ charitatis esse supnaturalẽ quoad substãtiã, nõ tñ actũ fidei. Tenẽdo aũt, actũ fidei esse naturalẽ quoad substãtiã, nõ esset incõmodũ admittere à nobiliori intellectu nobiliorẽ actũ credẽdi ꝓdire posse, etiã si cętera sint paria. Sed ille actus non erit melior, vt est actus credẽdi, nec habebit maiorẽ certitudinẽ infallibilitatis, licet sit aliũde pfectior, quãuis nõ erit facile explicare in quo sit pfectior, si ęquali lumine fidei & ęquali ſpecie fiat, non enim se extendit ad aliam rẽ, vel rõnẽ, nisi dicas, posse esse perfectiorẽ, si simul à medio demõstratiuo fiat, quia erit actus sciẽtiæ, & euidẽs euidẽtia sumpta à tali medio, & nõ ab authoritate diuina, idẽ est, si simul ex authoritate humana, l. ratione probabili, ꝓcedat: sed iam nõ erũt cętera paria, nisi in ordine ad rõm credendi, quę ęqualis erit in vtroq. actu.

Addit. 4 Addo 4. de potẽtia absoluta cũ ęquali lumine habituali posse esse visionẽ inęqualẽ etiã si intellectus sint ęquales, tũ ꝓpter inęqualitatem luminis fluẽtis, quod superius dixi esse possibile, tũ ꝓpter maiꝰ auxiliũ extrinsecũ & assistẽs quo suppleri põt actiuitas luminis pmanentis & fluẽtis: hoc aũt est volũtas diuina, l. potentia diuina magis applicata per diuinã voluntatẽ.

Sectio. 8. Vtrum omnes beati æqualiter conentur ad visionem Dei.

97. SOLVS quidã Neothericus (vt credo) hãc quęstionẽ disputat. 1. p. q. 12. a. 6. & supponit ex dictis à se ipso. 1. 2. q. 71. a. 5. in volũtate & intellectu conatũ ad actũ nõ esse aliquid distinctũ ab actu, vt p̃cise emanat à potentia. Vnde quã intẽse operat potẽtia, tã intẽse conat; dixi inquit, vt p̃cise emanat a potentia qm̃ si accedat aliqua pars causę quę cooperet, & adiuuet potẽtiã, vt habitus, aut quid simile, nullũ est incõmodũ, quòd potẽtia tunc minori conatu tãq̃ pars vnius integrę causę ꝓducat intẽsiorẽ actionẽ: in ea tñ actione, vt prę cise emanat à potẽtia, nõ hẽt potẽtia plus influxus q̃ hẽret in minus intẽsa actione, quę ab ea, vt ab integra causa emanaret, vt loco citato latius explicatũ est, tãtũ nãq; est virtutẽ vt tria p se solã producere actionẽ vt tria, quãtũ eam dẽ virtutẽ adiutã ab alia virtute vt tria & cum ea cõiũctã producere cũ ea actionẽ intensam vt quinq; Neq. enim corpus aliquod lucẽs minus influit, quãdo in aliquo passo à nullo alio agente adiutũ producit lumẽ vt tria, quã quãdo alterius agentis superuenientis ope producit in eo lumen vt quinq. qm̃ æquale est sine alterius ope producere lumen vt tria, ac producere tanq̃ partẽ integræ causæ lumẽ vt quinq. actione videlicet & influxu alterius agẽtis superadditi adiuuãtis actionem & influxũ prioris in singulas partes luminis, quod producit.

98. Quo supposito statuit author ille. 1. cõc. Quãdo potentiæ sunt æquales, & lumen gloriæ æquale, beati æqualiter conantur. Hoc manifestũ est, ait, quia non est vnde vnus intellectus magis quam alius conetur.

1. Cõcluſ. Neotheri ci cuiuſdã

2. Concl. Quando potentiæ sunt æquales, & lumen inæquale, conatus intellectus per lumẽ est inæqualis, conatus autẽ intellectus per se & immediate influens est æqualis. 1. patet quoniam vbi præcipua pars causæ est maior, actio influxus atq. adeo conatus illius est maior. 2. probat, quoniã vbi pars causæ est eadẽ aut ęqualis actio influxus ac proinde conatus vt ab ipsa præcise emanat est æqualis, licet actio totius causæ propter concursum alterius maioris virtutis cooperantis sit maior. Hanc concl. ait ille esse contra Sotum, qui putat nõ posse esse maiorem visionem, quin etiam intellectus magis, efficaciusq. conetur; & paulo ante etiã dixerat, nõ posse esse maiorẽ visionem, quin intellectus magis cõcurrat. vtrũq. aũt est falsũ, intellectu nãq. æque cõcurrẽte & conãte põt esse clarior visio propter conatũ maiorẽ per lumẽ gloriæ, si maior copia luminis glorię simul influat, aut si Deus suo concursu immediato in visionem efficacius influere velit.

2. Cõcluſ.

3. Concl. illius est, quando potentiæ sunt inęquales, & lumen gloriæ æquale, aut etiam inæquale, conatus potentiarum est etiam inæqualis, quia vbi melior & maior est potẽtia agẽs ex necessitate naturę, est maior actio & influxꝰ vt ab ipsa potẽtia immediate orit. Hęc ille

3. Cõcluſ.

99. Sed inprimis arbitror conatũ distingui re ab ipsa actione & effectu, & esse appetitũ hic & nũc operãdi, vel applicationẽ virtutis adhic & nũc operandũ, & dicitur quis non operari, toto conatu, quãdo applicat virtutẽ ad operãdũ modicũ ex ijs quæ efficere potest, & operatur quasi modicas hũs vires, & in naturalibus quamuis diuersa sint, cõiũcta sunt operari ex magno conatu, & multũ conari: quia iuxta appetitũ hic & nũc operãdi & applicationẽ virtutis ad operẽdũ est ipsa operatio: in moralibus autem seu volũtarijs agentibus cõtingit, magnum esse conatum, seu appetitum elicitũ magna hic & nunc faciendi, operationem autem non esse secundum totum illum conatum quia impeditur. Contingit etiam, actionẽ non esse iuxta conatum seu appetitum & inclinationem innatam, seu applicationem naturalẽ hic & nunc operandi; quia libere, vel voluntarie homo applicat virtutẽ ad operãdũ remisse & imperfecte. Quare intellectus, qui melius videt

Conclusio authoris.

videt Deũ magis conatur,& qui minus videt minus conatur,quia minorem visionem appetit,& ad minorem visionem hic & nunc eliciendam se applicat:si autem conatus est actio agentis,vt actio eius est, dicendum etiam videtur,eum qui nobiliorem elicit visionem, seu producit effectum, plus conari & qui minus nobilẽ elicit,minus conari, siue se solo operetur,siue ope alterius, quamuis maior virtus sit requisita ad producendum effectum magnum se solo,quam ope alterius & similiter maioris dignitatis seu æstimationis sit effectum magnum se solo,quam ab alio adiutum producere.

Sectio 9. Vtrum lumen gloriæ à scientia infusa realiter distinguatur.

1. opinio. PRIMA sententia,quam Suarez non tenet,sed probabilem censet. 3.p.tom.1.disp.29.sect.4.est, præter species infusas dari in Christo & beatis habitum scientię infusæ,quæ tamen non distinguatur à lumine gloriæ. quod putat non esse alienum à mẽte D. Thom. nam.3.p.q.11.art.6.ad.3.ait,lumẽ diuinitus infusum esse communem rationem intelligendi ea,quę diuinitus reuelantur,ergo videtur sentire, idem lumen sufficere pro ijs quæ in verbo & extra verbum reuelantur. Addit Suarez,nullam esse authoritatem vel rationem,quę probabilem ingerat difficultatẽ contra hanc sententiã: sed, quia noua est, se eam nolle omnino diffinire,argumenta tamẽ quę pro illa efficit, insoluta relinquit. Hæc autem sunt. 1. quia lumen gloriæ est sufficiens principium ad cognoscendum seipsum, ergo & ad cognoscendos alios habitus supernaturales,qui sunt eiusdem ordinis inter se & cum lumine gloriæ,ipsi.n.& lumen gloriæ ad gratiam comparãtur,sicut potentię ad essentiã, ac proinde sub vna & eadem ratione obiecti scibilis comprehendi videtur, sicut eodem lumine cognoscuntur homo & eius proprietates,similiterque angelus & eius proprietates. Añs videtur illi manifestum, quia nullum intellectuale lumen videtur ita accommodatũ ad habendam perfectam scientiam luminis gloriæ in proprio genere,sicut, ipsum lumen glorię. Nullum .n. inferius lumen videtur esse posse ita sufficiens, cum sit tam perfectum, perfectius autem lumen vel omnino esse non potest vel sine causa petitur ad gloriæ lumẽ cognoscendum,cum lumen intellectus angelici natura sua sufficiens sit ad cognoscendum seipsum & sibi similia, & in vniuersum omne lumen intellectuale clarum & euidẽs est principium sufficiens ad sui manifestationem.

1. argum.

2. 2. quia virtus sufficiens ad cognoscendum rem aliquam,est sufficiens ad cognoscendum quę sunt participationes eius in eodẽ ordine vt potentia sufficiẽs ad videdũ lumẽ est sufficiẽs ad videdũ colorẽ, qui est lux quædam participata,& charitas quæ diligit Deum,est sufficiens ad diligendum proximum, quatenus est aliquid Dei & participat eius supernaturalem bonitatem,ergo lumen quod manifestat Deum,manifestat se & alia omnia quæ sunt ordinis supernaturalis.

3. Nam lumen angelicum respicit essentiã angeli vt obiectum maxime proprium & proportionatum quod semper intuetur, nihilominus simul extenditur ad res alias per proprias species cognoscendas. Sic ergo lumen gloriæ,quanuis essentiam diuinam respiciat vt obiectum maxime proprium & cõnaturale,quod necessario & perpetuo intuetur: poterit tamen versari circa res alias proprijs speciebus cognoscendas altiori modo quam omne aliud lumen intellectuale quippe lumẽ quo excellentius est,eo habet obiectum vniuersalius:in hãc sent. propẽdere Sua. ait Hẽri quez de fine hominis cap.1.§. 2. non tamen eam approbat,nec reprobat. 3.

101. Sed alij iuniores non parum docti prædictam sententiam,vt nouam ita falsam arbitrãtur,neque immerito. 1. quia omnes doctores vel negant lumen gloriæ vel illud ponunt præcise ad visionem Dei,& aliorum, quæ in Deo videtur,si tamẽ videntur. Vnde plane ipsũ distinguunt à scientia infusa,quæ distinctio adeo illis aperta videtur,vt de ea non disputent,sed ipsam supponant,vt patet de Caietano,& Medina 3.p.q.11.a.6.vbi D. Tho.ad. 3. minime sentit oppositum:nam cum ait lumen diuinitus infusum esse communem rationem cognoscendi omnia,quæ diuinitus reuelantur,nõ vult omnia diuinitus reuelata eodem lumine infuso cognosci,sed aliquo lumine infuso,quędam fide,quædam lumine prophetico,quędã dono aliquo spiritus Sancti,quædam prudentia,quædam scientia infusa, quędam lumine gloriæ. Vnde ibi art.4. scientiam infusam nõ vocat lumen glorię,sed lumen specialis gratiæ. Secundo, cognoscere res in Deo, & in se ipsis sunt modi cognoscendi adeo diuersi, vt numero specie,aut etiam genere actus distinguere valeant,neque in vnum habitum conuenire possint. Confirmatur primo,quoniam habitus distinguuntur per actus,sed actus scięciæ infusæ & beatæ sunt valdè diuersi: ergo & habitus. Nec sufficit dicere, ipsos actus diuersos esse inadæquatos,nam eadem ratione posset defendi,lumen gloriæ & fidem esse eumdem habitum,cuius actus inadæquati sint credere & videre: sic etiam confundi posset lumẽ gloriæ cum prophetico,& prudentia infusa,cũ donis Spiritus sancti intellectualibus,quod nemo

probat. 1. Lumẽ gloriæ & scientia infusa sũt habitus realiter distincti.

2.

Prob. 2.

Confir. 1

mo concedet.Confirmatur secũdo quia cog
Confir.2. noscere sine discursu, & cum illo pertinet ad diuersos habitus,nempe scientię, & intellectus,quia sunt modi cognoscendi valde diuersi,sed multo magis differunt cognitio matutina,& vespertina, quia obiectum primarium prioris est Deus secundum se, posterioris autem creatura secundum se,& in proprio genere,ergo istę duę cognitiones non possunt elici ab eodem habitu.3.habitus , qui possunt
3. ad inuicem separari distinguũtur realiter: lumen gloriæ & scientia infusa sunt huiusmodi: ergo. Minor probatur,quia recte potest scientia infusa esse sine lumine gioriæ, vt quidam fuisse dicũt in Adã ante lapsũ,& in angelis dũ erant in via,imo quidam satis probabiliter sẽtiunt fuisse in anima Christi ante lumen gloriæ,& per eius actum dispositam fuisse animã Christi ad recipiendum gratiam, & consequenter lumen gloriæ.Et similiter potest esse lumen gloriæ sine scientia infusa,qua cognoscantur res in proprio genere, si dicas eumdẽ habitum posse habere diuersos modos essendi ad inuicẽm separabiles,& cũ vno dici lumẽ glorię,& dare vim videndi Deum, & in ipso creatuas,cum alio vero dici scientiam infusam & dare vim cognoscẽdi creaturas in proprio genere.Contra quia iu nullo potest esse substantia istius habitus,quin eo ipso sit illi connaturale videre Deum, & non videre illũ erit miraculum,quod fieri non poterit,nisi sub tractione diuini concursus:potest autem cõnaturaliter esse substantia scientiæ infusæ sine visione Dei,ergo isti habitus sunt substantialiter diuersi.Confirmatur quia substantia lumi nis glorię per se supponit gratiam, substantia autem scientię infusæ non supponit gratiam, ergo isti habitus scientifici sunt essentialiter
4. diuersi. Quarto lumen gloriæ est participatio quędam perfectissima luminis increati hoc autem non attingit creaturas in proprio genere,sed in Deo,ergo nec lumen gloriæ, er
5. go non est idem cum scientia infusa. Quinto lumen gloriæ semper est in actu sibi adæquato,quia est suprema participatio luminis increati & mensura beatitudinis essentialis,quę debet esse inuariabilis:sed scientia infusa sæpe imo semper , & necessario est in actu sibi inadæquato,& eius actus variantur prolibito voluntatis:ergo est habitus essentialiter distinctus à lumine gloriæ . Sexto fundamenta
6. aduersa leuissima sunt,cum tamen ad introducendam nouam & inauditam opinionem grauissima esse oporteret.

102. Ad 1.enim dicitur lumen gloriæ conducere
Ad.1. ad cgnitionem sui primo remote argutiue, & occasionaliter:causando enim visionem Dei ducit homines in cognitionem visionis,& cõsequenter luminis, quo elicita est , & hoc modo quilibet habitus est principium cognoscendi seipsum:multi tamen non eliciunt sui cognitionem,vt patet de lumine primorũ principiorum,quod solo discursu cognoscitur cognitio autem discursiua ab illo elici non potest:ergo tale lumen non elicit sui cognitionẽ neque lumen corporale causat immediate visionem sui sed media specie. Neque omne lumen angelorum elicit sui cognitionẽ sed illud tantum quo angelus & eius proprietates cognoscuntur:cętera autem lumina , vt scientiahominis,& equi,& similes non eliciũt, sui cognitionem.Secundo lumen gloriæ concurrit ad sui cognotionem elicienddo illam, quia eodem actu, quo videtur Deus, potest videri lumen gloriæ,sicut alia quælibet creatura , & sic potest elicere cognitionem gratiæ charitatis,& cuiusq. creaturę:non potest autem se aut illas manifestare in proprio genere,ideo non est idem cum scientia infusa Nec est inconueniens lumine inferioriscilicet scięntia infusa cognosci lumen gloriæ , sic enim lumine quod est accidens creatũ increata substantia cognoscitur:scientia autem infusa sui quoque cognitionem in proprio genere elicit.Ad secundum respondetur,lumen corpo- Ad. 2.
reum, & colorem magnam similitudinem inter se,& in modo suæ cognitionis habere,ideo ab eadem potentia attingi. Deus autem & creaturę quantumcumque excellentes infinite differunt,& modo valde diuerso cognoscuntur, ideo eorum cognitio in seipsis ad diuersos habitus pertinere debet, sicut amare Deum,& creaturam propter seipsos, quare argumentum de charitate potius est pro nobis.

Ad.3.R.luumen,quo angelus se cognoscit Ad.3.
esse diuersum specie ab omni eo ,quo cognoscit alias substantias, saltem corporeas. Quid ergo mirum,si lumen,quo Deus in seipso cognoscitur ,sit diuersum ab omni eo,quo cognoscitur creatura in seipsa? Supponimus autẽ angelũ,habitu indigere ad promptam cognitionem,sui,& aliorum:si autem negetur non procedit argumentum.3.quia falsum supponit.Si quęras an,ad cognoscendũ lumen glorię in proprio genere requiratur species. R. re- Quæstio.
quiri,quia eadem est ratio de illo, & de alijs habitibus,qui per species à se distinctas cog Solutio.
noscuntur:de actibus autem, quia sunt valde spirituales,& actuales,dicunt quidam,se ipsis sine vlla specie cognosci.Sed hęc quęstio quia communis est ad omnes actus intellectus, imo& voluntatis,naturales,& supernaturales, & quia modo non agimus de cognitione elicita per scientiam infusam, sed beatam,non est in præsenti disputanda.

Sectio

Sectio. 10. Vtrum lumen intellectus agentis necessarium sit ad visionem Dei.

13. 1ª opinio. PRIMA opinio esse posset, lumẽ intellectus agentis necessarium esse ad visionem Dei, eoquod lumine isto producenda sit species Dei. Si enim reipsa datur species in visione Dei, vt quidam arbitrantur, non videbitur absurdum alicui, dicere, eam speciem produci ab essentia diuina concurrente in ratione obiecti, & ab intellectu agente adiuuante illam: sicut species, quibus in hac vita intelligimus producuntur ab intellectu agente, & à phantasmatibus, nonnulli etiam dicunt, angelos intelligere per species productas ab intellectu agente, & ab ipsis rebus. Vnde Capreolus 4. d. 49. q. 4. artic. 5. ad argum. 3. loco adducta ex Aureolo contra. 2. conclusionem, non alia ratione docet, non poni lumen gloriæ ad roborandum intellectum agẽtem, tribuendamq. illi vim aliquam & efficacitatem, nisi quia ad videndum Deum nulla species abstrahenda est. Quo insinuat si danda, vel abstrahenda esset species, necessariũ esse lumen gloriæ, vt ad id efficacitatem tribuat intellectui agenti.

14. 2. opinio. 2. opinio esse posset, lumen intellectus agentis necessarium esse ad visionem Dei, non per modum principij actiui, quod per se, vel media specie producat visionem, sed per modum dispositionis, vel conditionis, sine qua visio Dei non potest fieri ab intellectu possibili, neq. in eo recipi. Hãc opinionem tenet Vdalrichus apud Carthusia. 3. d. 14. q. 3. & Richardus. 4. d. 49. art. 3. q. 2. vbi ait, & lumen gloriæ, & lumen intellectus agentis esse necessarium ad videndum Deum, siue dicamus, visionẽ Dei à solo Deo produci: sic enim vtrũque requiritur, vt dispositio ad recipiendam visionem, præcipue tamen lumen gloriæ. Siue asseramus etiam ab intellectu visionem produci. Ad hunc enim effectum, intellectum vtroq. lumine iuuari necesse est, neutrum vero probat vlla ratione. Sed sane si lumen gloriæ vt nonnulli docent esset species intelligibilis, non esset valde a ratione alienum. Sicut enim in omni visione corporali, etiam supernaturali, requiritur lumen præter speciem, ita dici posset de omni visione spirituali, etiam supernaturali, & suprema, qualis est visio Dei. Si tamen lumen gloriæ, vt vera fert opinio, non est species, ipsum sufficere videtur per modum dispositionis, seu conditionis, sine qua non, ad producendam, & recipiendam visionem, nisi quis dicat, lumen quod se tenet ex parte potentiæ, vt verus habitus ipsius, nõ sufficere ad visionem in ratione dispositionis, nec conditionis, sine qua non: sic enim ad cognitionem naturalem, tametsi interueniat habitus scientiæ, vel intellectus, est necessaria conditio lumen intellectus agentis.

15. 3. opinio. authoris lumen intellectus agentis non est necessarium ad visionem Dei. 3. opinio, quam tenet Vazquez. 1ª p. disputatione. 45. cap. 2. pro explicatione huius quæstionis supponit, quosdam philosophos dixisse, intellectum agentem esse re ipsa distinctũ à possibili & ad hoc deseruire, vt illuminet phantasmata, & inde intelligibiles species abstrahat. Quod si esset verum, nequaquam ad visionem Dei recipiendam, aut eliciendam necessarium esset, vt perspicuum, inquit, est, quia visio non recipitur, nisi in intellectu possibili, neq. ab eo producitur. Quod enim asserunt, lumen intellectus agentis non solum abstrahere species, sed etiam illustrare principia, vt videantur: præterquam quod commentitum est, cum vix intelligi, nec dum explicari possit, quæ sit illa illustratio intellectus agẽtis circa principia. In visione Dei multo minus talis illustratio locum habere potest. Si vero dicamus, intellectum agentem, & possibilem, quod verius puto, eandem facultatem esse sola ratione, & effectu distinctam, quæ dicitur intellectus agens, quatenus obiectum illustrat, & manifestat, producendo eius speciẽ. Intellectus autem possibilis, quatenus obiectum illustrat, & manifestat, cum specie ipsum intelligendo, & ita sub vtraq. appellatur lumen, quia omne quod manifestat lumen est. Si inquam hanc doctrinam teneamus, quæ philosopiæ principijs latis cõsentanea videtur, solutio præsentis difficultatis perspicue colligitur. Primũ enim cum ad visionem Dei eliciẽdam non abstrahatur species aliqua virtute intellectus agentis, sequitur nulla ratione lumẽ illius ad eã esse necessariũ vel aliquid cõducere. Deinde cum visio iuxta veriorem sententiã, eliciatur ab intellectu possibili, & lumine gloriæ, sequitur lumen intellectus possibilis conducere ad visionem, neq. lumen gloriæ sine illo sufficiens esse ad eliciendam visionẽ, & Deum ipsum manifestandũ. Hæc fere Vazquez: cuius sententia placet, siue intellectus possibilis distinguatur ab agente siue non. Tamẽ in vtraq. opinione dici posset, si datur species, ad eius productionem intellectum agentem cooperari posse. Cur enim illa non poterit produci ab essentia diuina in ratione obiecti Confir. nã idem author ibi disputatione 45. c. 7. licet sentiat dari speciem impressam in visione Dei, tamen putat essentiam diuinã sine specie mouere posse intellectum ad sui visionem, & ideo posse dici per se intelligibilẽ, in actu. 1. quod negat angelis, similiter ergo licet angeli non possint emittere sui speciem, tamen id poterit concedi essentiæ diuinæ, cur non? Si autem concedatur: cur eductio talis speciei non cooperabitur intellectus agens?

Diceu-

Dicendum ergo est,non esse posibile,saltem sine miraculo,Deum videri per speciem,vt superius docuimus, & ideo ad hoc visionē Dei non indigere intellectu agente. Per modum autem conditionis,sine qua non, vel dispositionis,ideo ille non requiritur,quia forte non roquiritur ad cognitionē naturalem,siue cō clusionum,siue principiorum:& licet requiratur ad cognititionem natuaalem, vel ad supernaturalem,quæ fit per species acquisitas, non tamen ad visionem Dei, quę fit sine specie,saltem acquisita. Vnde in angelis, in quibus secundum communem opinionem , non est intellectus agens,datur visio Dei neq. eā fieri in illis sine intellectu agente,miraculum xistimatur.

Disputato.6.de ijs quæ ex parte intellectus visionem beatificam comitantur, vel consequuntur.

NONloquimur de illis quæbeatificā visionē comitantur ex parte intellectus, per modū causarum de his euim satis dictū est disputatione.5. sed de illis, quæ ipsā comitantur, vel per accidens omnino , vel quia habent vnam communem causam,& radicem cum visione : vel quia sunt effectus illius.In quo genere collocandæ videntur omnes perfectiones,quæ in eo statu dantur , vel confirmantur beatis ,quia licet non oriantur omnes, nec conseruētur efficienter physice ab ipsa visione beatifica,omnes tamen ab ea proueniunt moraliter, vel in genere causæ finalis,quia ad eius ornatum fiunt,vel conseruantur.De verbo autem an secundum veram opinionem sit per se effectus visionis beatificę,nihil hic dicemus ,quia de eo dictum est, quod sufficit,disputati.præcedenti,sectione.2.

Sectio.1.Vtrum præter visionem detur beatis alia cognitio vel scientia supernaturalis.

I. An *fides maneat in beatis.*

SVB hoc titulo varię continetur difficultates.1.Vtrum in beatis simul cum visione sit actus,vel habitus fidei supernaturalis : de qua ex professo D.Th.infra.q.67. art. 3.&.2.2.q.1 art.4.&.5.&.3.d.23.24.26.& 31. (vbi late Capreol.)&.3.p.q.7.art.3.speciatim differitur an in anima Christi sit vel fuerit aliquādo fides. VbiSua.in cōmentario:de Christo autem,& beatis,Henriquez, 4. summę c. 35.§.2.Gerson alphabe.13.litera.H.ait, fidē actu,& habitu esse in beatis videtur expressa sententia Irenæi.lib.2.c.47.dicentis quædam commendemus Deo non solum in hoc seculo,sed etiam in futuro,vt semper quidē Deus doceat,homo aūt sēper discat quæ sūt à Deo sicut & Apostol.dixit reliquis & partibus destructis hæc tunc perseuerare,quę sunt fides spes & charitas, semper enim fides, quæ est ad magistrum nostrum ,permanet firma,asse uerans nobis quoniam solus verus est Deus &c.Sed Irenæus nomine fidei intelligit cognitionem enidentem in testimonio Dei,& nomine spei confidentiam quandam in Deo. Durād. vero3.d.31.q.3.&.4 dicit,fidem manere habitu in beatis, non vero actu,tribuitur Guilliermo,3.d.24.q.1.Male autem tribuitur Paludano,licet defendat non esse hæreticum. 3. d.31.q 2.&.3.

1.*poini.*

Vera tamen resolutio est, fidem, quæ est virtus intellectualis,nec actu, nec habitu manere in patria,nec fuisse in Christo, qui semper beatus,& comprehensor fuit , iuxta id Psalm.64.*Beatus, quem elegisti & assumpsisti.* Probatur ex Paulo.1.Corinth.13.*Videmus nūc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.Cum venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est*: idest cognitio fidei ænigmatica,& imperfecta,non qualitercunq; sed imperfectione intrinseca,& inseparabili, nimirū obscuritate , quę magna imperfectio est,& ptopterea ab illo statu remouenda, sicut tristitia,& dolor,etiam de prēteritis peccatis, licet alioqui sit excellens quidam actus elicitus charitatis, quamuis aliquis dolor etiam in voluntate Christi permissus sit, dum erat viator, quia valde vtilis erat ad merendum,& amorem erga Deum, & homines ostendendum:nec omnino erat contrarius gaudio beatifico,quia gaudium, & dolor de obiectis diparatis non contrariantur proprie loquendo. 2. 2.*opinio. authoris. fides nec actu nec habitu est in beatis.*

Confimatur,quia credendo infertur violentia quædam intellectui,iuxta id Pauli: *Captiuā tes intellectum in obsequium fidei*:quia difficile:& durum est credere aliqua,quæ sunt creditu difficillima,alienum autē a bllo statu est,vt intellectuivis aliqua inferatur,ergo ibi nō est fides.

Dices,fides & scientia possunt esse simul saltem de diuersis propositionibus,ergo saltem de propositionibus,quas beati non sciūt poterunt habere fidem. 3. *obiectio.*

R.beatum in verbo,vel extra verbum, videre omnia,quæ fide cognosci possunt,vel saltem,quæ ipsos scire expedit.& prę seriim hoc est verum in anima Christi:hæc enim actu,vel habitu omnia scit,iuxta id,quod ait Petrus Ioannis vltimo: *Tu domine omnia nosti*,& alia dicta disputatione.4.si ideo scientia, & fides non possūt esse simul de eadem propositione vt sentit D.Thom. infra,q.67.artic.3.&.5.&, 2.2.q.1.artic.4.&.5.& Capreo.3.d.25.&. 31. *Solutio.*

Henri.

Henric. qnodli. 2. q. 15. Victo. & Sotus. 2. 2. supra, & latius Sotus. 1. posteriorum. q. vltima. Richardus, 3. d. 24. q. 4. &. 5. &. d. 31. art. 2. q. 1. Sotus. 3. d. 24. q. vnica. §. Sed si loquamur, & d. 31 vbi Gab. q. 2. articu. 2. & communis antiquorum, vt patet apud Bonauenturam. 3. d. 24. a. 2. q. 1. Si inquam hæc opinio est vera, de nulla propositione erit fides in beatis, si autē possunt esse simul scientia, & fides de eadem propositione, vt tenent Dur. 3 d. 31. q. 3. & 4. Paludanus, Ocham, & Gab. dist. 24. Alensis, 3. p. q. 4. 6. 8. membr. 7. articu. 2. & 3. Respondetur, id esse verum, quando existit ratio formalis fidei, scilicet obscura reuelatio, hoc autem non est in beatis, quia omnes euidenter cognoscunt, Deum reuelasse quęcumque in scriptura, & diuinis traditionibus continētur, de quibus tantum est fides: vel certe id est verum de potentia Physica, non de morali, quando visio est permanens, perpetua, & continua, quæ nanque semper euidenter cognoscimus, vel cognoscere possumus, frustra cognoscimus cognitione fidei, quæ in genere suo, vel cognitionis supernaturalis valde est imperfecta, præsertim vbi non potest fides esse meritoria, scilicet in patria: & hanc rationem, significauit Paulus dicens: *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Vnde de potentia absoluta, non dubito, quin Christus, & alij beati, possint habere actum fidei diuinę, de propositionibus, quę assertæ sunt à Deo, sed ipsis non est euidens esse ab illo assertas, saltem si nulla via habeant earum euidentiam & de habitu fidei, quod de potentia absoluta possit esse cum lumine gloriæ, minor est difficultas, quia habitus sapit naturā potentiæ, possunt autem esse simul potentiæ ad actus contrarios, ergo & habitus. Licet ergo visio, & actus fidei essent cōtrarij, possent saltem de potentia absoluta esse simul habitus, á quibus eliciuntur, an vero sint reipsa simul in beatis & si non sint, certū sit, non esse, tractat optime Paludanus supra, & nos infra q. 67. & ibidem etiam disputabimus, an in Christo, & beatis sit habitus piæ affectionis, ad crededdum, & quem actum habeat. Nunc autem solum dico, aliquos tenere hunc actū, nec in nobis esse ab aliquo habitu proprio sed ab auxilio, quia est imperfectus in suo genere (sicut attitio) eo quod non includit rectitudinē, sed potest fieri ob malū finē, & propterea non fuit in Christo, nec est in beatis. Alij vt Suarez. 3. p. q. 7. art. 3. docent, esse in Christo, & beatis & elici ab aliquo peculiari habitu innominato. Ego in materia de fide dixi, in nobis, in Christo, & beatis, esse elicitum ab habitu studiositatis, de quo latius in materia de virtutibus.

4. De potentia absoluta in beatis potest esse fides habitu & actu.

Sectio. 2. de donis Spiritus sancti intellectualibus, quæ sunt sapientiæ intellectus, scientia & consilium.

5. Decisio.

DIVVS Thom. q. 68. ar. 8. & Magister & omnes Scholastici. 3. d. 24. definiunt, manere, idem de anima Christi attigit D. Th. 3. p. q. 7. 2. 5. &. 6. vbi Suarez, disputatione. 2. sectione. 1. agit de donis Spiritus sancti, ad intellectum pertinentibus, docetq. fuisse, & esse in Christo, & in omnibus beatis actu, & habitu. Nā de Christo dicitur Isai. 11. *requiescet super eum Spiritus sapientiæ* &c. Quē locum de Christo exponūt Patres, & tribuūt Christo hæc dona Origen. homilia. 3. in Isaiā, hom. 3. in leuiticum, homilia. 6. &. 7. in nume. Tert. 3. cōtra Marcio. c. 17. lib. 5. c. 8. li. cōtra Iud. c. 9. Irinæ. lib. 3. c. 10. Hier & Cyril. Isai. 11. Naziāze. oratione in Pentec. Athanasius lib. de fide sua, Bernar. sermone. 19. in Canti. & sermone de donis Spiritus sancti: Basilius serm. 5. contra Euno. c. 14. Isichius, 1. in Leuiti. c. 14. Augu. 12. contra Faustum. c. 15. de sermone Domini in monte. c. 9. 2. de doctrina. cā. 7. ser. 1. annunciationis qui est. 17. de sanctis præfatione in Psal. 150. D. Tho. 3. p. q. 7. art. 6. argu. sed cōtra: Ambr. ser. 5. in Psalm. 118. &. 1. de Spiritu sancto, c. 20. Hilar. cano. 18. in Math. Anselm. de similitudinibus. c. 130. Hieron. etiā Zacha. 3 in illa verba: *Super lapidem vnum septem oculi sunt*: per septem oculos intelligunt septem dona Spiritus sancti, in lapide Christo. Idem in illa verba c. 4. *septem sunt isti oculi Domini*, & Bern de donis Spiritus sancti. cap. 7 Itē significari in septem oculis agni Apocalyp. 7 dicunt Aretas, Beda, Primasius, Haymo, Rupertus, D. Tho Lyra, & alij: & per septem Spiritus c. 1. idem intelligunt, & ibi Anselm. & Victorinus, Bernardus, tractatu de donis, capit. 7. Leo Castrēsis. Isai. 11. Hugo. 3. Summę, cap. 17. significari etiam per septem mulieres apprehendentes virum vnum Isai. 49. ait Glosa ibi D. Thom. 3. part. quæst. 7. articul. 5. argumento sed contra, Beda homilia 8. in Matth. caput. 12. Origenes homilia. 3. in Isaiā. Sed eadem est ratio de Christo, & alijs beatis, ergo etiam in illis sunt, hęc dona etiā quoad actum quamuis Durandus, 4. distinct. 34. quæst. 3. dicat dona consilij fortitudinis, pietatis, & timoris non esse in Christo & beatis, quoad actum. Et omnisis alijs ad sequentem disputationem, de dono consilij probat, quia consilium est de agibilibus, quando est dubietas. Sed in beatis, & Christo, nulla est dubitatio de agibilibus, ergo nec consilium.

6. Dona Spiritus sancti ad intellectum spectantia sunt in Christo & beatis etiam quoad actum.

Confirmatur. 1. quia consilium pertinet ad viram

vitam actiuam, quę non est in beatis, ergo neque consilium.

Confir.2. Confir.2.quia donum,cõsilij & alia,quæ ad intellectum pertinent, includunt obscuritatẽ, in nobis enim nullum actum euidentem habent:sed in Christo, & beatis nulla est obscuritas,alioqui esset fides,ergo neq.ista dona.

Confir.3. Cõfirmatur,quia hæc dona ministrant fidei, & eam fulciunt secundum,D.Thom. infra,q. 98.art.4.sed in Christo, & beatis non est fides,ergo.

7. *Ad.1.argu. Duran.* Ad argumentum Durand. R. de ratione consilij non esse dubitationem præcedere, sed esse imperium vel assensum de agibilibus elicitum modo diuino, sicut actus prudentiæ est elicitus modo humano, & sicut hic est in Christo,& beatis,ita & ille,maxime, quia de aliquibus possunt dubitare, cum possint aliqua saltem possibilia non scire, vel non considerare actu.

Ad.1.cõfir. Ad.1.confirmationem R.in beatis esse aliquos actus vitę actiuæ, saltem internos, qui non dicunt imperfectionem repugnantem illi statu,

Ad.2.cõf. Ad.2.Confirmationem.R.omnes assensus elicitos à donis Spiritus sancti in via, & patria esse euidentes,vt videbimus.q. 68. & admittit Suarez,supra.

Ad.3.cõf. Ad.3.confirmationem R.licet.hæc dona conferant ad fulciendam fidem tamen alijs rationibus sunt bona, & vtilia etiã in Christo,& beatis,vnde in illis constituenda sunt.

Sectio.3. Vtrum in beatis sit cognitio prophetica.

8. *Decisio. Explicatio quorũdam.* DE quo D.Thom.2.2.q. 174.art. 5.in corpore, & ad. 2. merito respondet neganter. Pro cuius explicatione aduertunt quidam ex Suarez.3 p.tom. 1. disputati. 21.sectio.1.non esse de ratione prophetiæ esse claram,aut esse obscuram,sed esse cognitionem supernaturalem eorum,quæ sunt procul, per diuinam reuelationem comparatam. Esse autem procul dicuntur, quę sunt abdita, & quorum cognitio non debetur homini in eo statu,in quo existit. Vnde D.Thom.ibi ad.1. dicit eandem visionem beatificam, quę in beatis non est prophetica, in Moyse & Paulo propheticam fuisse:& ad. 3. indicat aliquam cognitionem supernaturalem in Christo viatore fuisse propheticam,quę iam in illo prophetica non est,quia prophetia dicit specialem habitudinem ab subiectum, & statum ipsius,sic ergo prophetia nõ est in beatis, quia nihil cognoscunt,quod iuxta statum suũ procul esse censeatur. Connaturale enim eis est, scire in verbo,vel extra,quidquid eos scire oportet,iuxta Gregorium,& alios sæpe in superioribus citatos:quid nõ videt &c. Potest tamẽ in eis esse cognitio eiusdem rationis cũ ea,quæ interdum confertur prophetis,in quibus cognitio prophetica interdũ est euidens.

In beatis non est prophetia.

Verius tamen existimo, omnem propheticam cognitionem esse euidentem, alioqui cognitio fidei aliquando esset prophetica, nempe in illis, quibus res fidei sunt immediate reuelatæ absq.euidentia, vel etiam in omnibus fidelibus,quod esset absurdius.

9. *Reijcitur superior explic. Prophetica cognitio semper est euidens.*

Confiamatur,quia si vtraq. cognitio niteretur reuelationi obscurę, non est vnde essentialiter distingui possint, at semper essentialiter distinguuntur,ergo prophetia semper est euidens. Vnde Basili.præfatione in Isaiam ait, Prophetas appellari videntes,quia futura tam quam præsentia conspiciunt. Idem Cyril.1. in Isai.in principio,& Fauet Augusti 5.ciuitatis, capit.9.appellans prophetiam luce clariorem,licet posset exponi,non vt cognitio prophetica clare obiectum suum attingat, sed vt propheticam esse clarum sit. Et D. Thom.2. 2.q.171 articu.1.ad.4.ait, per prophetiam tolli obscuritatis,& ignorantiæ velamen: & artic.3.ad.2 distinguit prophetiã à fide, quod fides non dat cognitionem rerum,si illæ euidentem,sed tantum certitudinem: prophetia vero etiam cognitionem tribuit. Et Caietan. eadem,q.articu. 3.&. 5. ex D. Thom. sentit, Prophetas cognitione euidenti in attestante cognoscere ea,quę vt certa prędicunt. Vnde opinio Cani asserentis,12.de locis, capit.2. conclusio.2.lumen propheticum esse obscurum,præstantius tamen fide,falsa est,& cõtra D.Thom. 3.p.q.7.a. 8.ad 1.vbi ait,de ratione prophetiæ non esse,quod sit cognitioænigmatica,& obscura. Ex quo sequitur,de eius ratione esse euidentiã: nullum enim lumen est, quod sit indifferens ad actus claros,& obscuros,sed omne lumen elicit actus euidentes tãtum:vel inuidentes tantũ. Dices, lumen propheticum,aliud esse euidens,aliud inuidens, euidens est scientia infusa,vel etiam beata,in viatore tamen existentes. Inuidens vero est fides.Contra,nam si lumen propheticum aliquando est fides,explicare oportet, quando fides habeat rationem luminis prophetici, & quando non? Et dicendum est, quando fidelis prophetat cognitione obscura,ipsius fidẽ augeri extensiue,& neminem prophetare obscure,qui eo ipso fidelis non sit: quæ tamẽ nõ videtur admittenda. Ergo lumen omne propheticũ euidens est, & sic non repugnat Christo,nec beatis,licet in pure beatis non habeat rationem prophetici luminis, quia non manifestat ea, quę ab eo statu aliena & procul sunt. Secus in Christo, dum esset viator, de quo vide Suarez supra, & Caietanum

Respõsio.

cõfutatio

num. 3. par. q. 7. artic. 8. & Henriquez. 4. summæ, cap. 35. §. 4. Et fortasse de ratione luminis prophetici est, esse fluens, licet Suar. dicat, lumen propheticum in Christo esse ipsum lumen gloriæ, & scientiam beatam, quæ sunt habitus permanentes. Nec obstat Hieronymus tomo. 3. epistola. 125. ad Damasum de tribus quæstionibus, q. 3. dicens, Christum cum voluisset, potuisse prophetare: hoc enim potuit esse, non quia lumen propheticũ esset habitus in ipso permanens, sed quia cum vellet, infunderetur ei lumen fluens, & multa cognouerat lumine fluenti, quę memoria tenens poterat prophetice prædicere.

Gratia discretionis spirituũ est in beatis.

Habent tamen beati gratiam discretionis spirituum, non semper, & in omnibus, sed quando independenter à voluntatibus nostris, per specialem Dei illustrationem cognoscunt cogitationes, & affectus cordium, & discernunt inter motionem boni, & mali spiritus. Christus autem habet hanc gratiam, quatenus independenter ab alijs, cognoscit omnium cogitationes, & affectus, & discernit impulsus boni, & mali spiritus: vt patet ex Ioan. 3 ipse sciebat quid esset in homine. De quo plura etiam Suar. supra.

Sectio. IIII. an Theologia, quam hic acquirimus maneat in patria.

10

1. *Opinio.*

SI maneret fides non dubium, quin ea maneret, quia fidem sequitur, & eadem est ratio de vtraq. Sed tenendo cum communi, non manere fidem, adhuc aliqui Thomistæ, 1.p.q. 1. articul. 2. tenent, manere Theologiam in patria; quia de eius ratione non est obscuritas, & ineuidentia, sed potius capacitas euidentiæ, quam capit ex coniunctione ad scientiam beatam cui subalternatur, quæq. videt principia, quę hic fide cognoscimus. Sic omnis scientia subalternata fit euidens cõtinuatione cum subalternante. Sic Caietanus dicto articulo. 2. vbi etiam Bañes & Zumel, disputatione, 2 & q. 52. articulo. 1. Henriquez de fine hominis cap. 1. §. 2. vbi idem tribuit Bonauen. 3. distinctione. 31. articul. 2. q. 3. Palud. q. 1. art. 3. Durand. q. vltima, imo & D. Thom 1.p. q. 89. arti. 5. corpore, & ad. 1. & 1. 2 q. 67. artic. 2. ad. 1.

11

2. *Opinio.*

At D. Thom. non loquitur de Theologia sed generatim ait, scientiam manere quoad habitum, licet non quoad actum, & imperfectionem ipsius. Quo pacto explicat. id. 1. Corinth. 13. siue scientia destruetur. Et eodem modo loquitur Bonauentura; Paludanus autem expresse tenet oppositum. De Durando non mirum si sentiat, manere Theologiam quoad habitum, cum sentiat manere habitum fidei; sed quia sentit non manere actum fidei, forte idem sentit, de actu Theologiæ, ibi tamen non loquitur specialiter de illa, sed generatim docet, scientias hic acquisitas manere in patria. Expresse tamen de Theologia id tenet Canus. 12. de locis, capit. 2. & 3. conclusione. 1 & 2. afferens illud Hieronymi epistola ad Paulinum de omnibus scripturæ libris, capit. 7. dicentis; Discamus in terris, quorum scientia nobis cum perseueret in cœlis. Habetur hæc epistola in prologo Bibliæ, & tom. 3. Hieronym.

Literali.

Alij doctrinam hanc improbabilem censent, nam licet de ratione Theologię in communi non sit obscuritas, sed cognitio ex reuelatis habita, tamen de ratione Theologiæ, quam modo habemus, est obscuritas, nempe niti principijs obscure reuelatis.

Vnde Caietanus, in id. 1. Corinth. 13. Siue scientia destruetur, docet. Theologiam hic acquisitam non manere in patria. Idem significat Theophila. ibi. idem tenet Aureolus apud Capreolum. q. 1. prologi, argumento. 4. contra. 2. conclusionem, Medina infra, quæst. 67. artic. 2. Sed Capreolus in illius argumenti solutione non approbat, nec reprobat sententiam Aureoli, sed tantum ait cum dicit arguens, quod Theologia viatoris destrueretur, adueniente Theologia comprehensoris. Quidquid sit de hoc, negatur consequentia, &c. Hanc tamen sententiam tenet Palacios, quæst. 2. prologi. Idem significat Scotus, quæst. 3. prologi. q. 4. literali.

Confirmatur, nam in vniuersum repugnat, actum, vel habitum ineuidentem fieri euidentem, ad hoc enim necesse est variari rationem formalem assentiendi, nam qui cognoscit obscure, necesse est vt cognoscat ex authoritate, vel ex ratione incerta, & probabili: qui autem clare cognoscit necesse est, vt in euidentia luminis, & in aliquibus principijs ex re ipsa notis nitatur. Vnde extra casum nulla affertur cognitio, quæ ex obscura in claram transeat, vt patet in opinione, & fide humana, & diuina, & in illo exemplo cognitionis conclusionum scientiæ subalternatæ: quæ non fundatur in principijs scitis, sed per fidem acceptis a magistro, & ideo non transcendit fidem humanam, nec potest fieri scientia, vt colligitur ex D. Thom. de veritate, q. 19. art. 6.

Confirmatur. 2. quia cognitio non fit clara per illuminationem aliquam accidentalem,

lem, seu additionem alicuius qualitatis, sicut illuminatur aer, id enim fictitium est, & inintelligibile, sed fit clara ex mutatione medii, & rationis assentiendi, quæ mutatio non fit nisi ab alio actu vel habitu adueniente, ergo in patria alia est Theologia ab ea, quæ erat in via; & Hieronymus non vult, manere eandem cognitionem, vel Theologiam in specie sed in genere, & ex parte obiecti; nam quæ hic credimus, vel per Theologiam cognoscimus, ibi quoq. cognoscemus, & per easdem species, & per alias, & in verbo sine specie; vel vult Hieronymus, scientiam hanc perseueraturam per fructum, iuxta id, qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

12. Decisio ex authoris placito. Theologia viæ nõ manet in patria.

Posterior opinio mihi videtur probabilior, eamq. tenet Molina, 1.p. q 1. articul. 2. disputatione. 3. in vltimis verbis dicens: hoc loco esset disputandum, vtrum Theologia, quam in hac vita comparamus sit eiusdem speciei cum Theologia beatorum, & vtrum maneat in patria: partem tamen negantem vtriusq. quæstionis, 1.2. q. 67. articul. 2. ostendemus. Idem late docet Valentia, 1. p. q. 1. puncto. 3 Gabriel. 3. dist. 31. q. vnica, articul. 3. dubio. 3. & vltimo, Paludanus supra. In idem propendebat Canus in prælecti: vt refert Henriquez supra, & Sotus dicebat probabile.

Probatur, 1. quia non manebit fides, ergo nec Theologia. Probatur consequentia, quia non manente habitu principiorum scientiæ, scientia non manet, fides autem est habitus principiorum Theologiæ, ergo. Dices cum aduersariis, esse habitum principiorum Theologiæ, non per se, sed per actus, accidit enim Theologiæ niti principiis creditis, vel visis, & ita elicere euidentem actum, vel ineuidentem. Sed contra, quia nullus est alius habitus, qui modo eliciat actum euidentem, modo ineuidentem, etiam si sit habitus scientiæ subalternatæ, ergo nec id de Theologia dicendum est.

Confirmatur, quia fides non elicit, nunc actum euidentem, nunc vero ineuidentem, ergo nec Theologia.

Confirmatur etiam, quia nullus actus transit à claro in obscurum, vel e contra, ergo idem de habitibus dicendum est, cum sint similes actibus, a quibus procedunt, vel quos eliciunt, vt colligitur ex Arist. 2. Ethicor. cap. 1. & 2.

13 2. Probatur, quia generatim dicit Paulus. 1. Corinth. 13. siue scientia destruetur: Vbi nomine scientiæ complectitur omnem cognitionem obscuram actualem, & habitualem, quæ in hac vita habetur: propter suam enim imperfectionem non manebit, & ideo subiungit Paulus; cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: Nunc cognosco ex parte &c.

Idemq. confirmat à simili de cognitione puerili, quæ sæpe, quia falsa est euacuatur in maiori ætate: cum essem (inquit) paruulus loquebar, vt paruulus, cum autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nec valet quod dicit Bañes, Paulum loqui conditionaliter, siue scientia destruetur; nam hæc interpretatio, vt recte ait Valentia aperte pugnat cum ijs, quæ Apostolus ad explicationem illius suæ sententiæ subiunxit, vt vidimus, absolute enim dixit, euacuandam esse huius vitæ cognitionem, eo quòd imperfecta est; pugnat etiam cum communi interpretatione Patrum, nam absolute illam Apostoli sententiam accipiunt eo loco Chrysostomus Theodoretus Theophilactus, & alii, imo & Caietanus ibi, vbi melius sensit, Theologiam nostram dixit non manere in patria.

2. Resp Bañes, nomine scientiæ, fidem, non Theologiam ibi intelligi, sed certe Paulus generatim loquitur, & Theologia magis proprie est scientia, quam fides ipsa, ergo nomine scientiæ, potius quam fides comprehenditur. Melius respondere potuisset, Paulum loqui de scientia actuali, non de habituali, vt exponit D. Thom. 1.p.q. 89. articul. 5. ad. 1. Tamen nec ista solutio satisfaceret, cum Paulus generatim loquatur. Et præterea, si actus non potest claritatem accipere, ergo nec habitus; & certe quamuis actus, vel habitus Theologiæ transire posset ex obscuro in clarum, non esset admittendus in patria, quia esset in genere suo valde imperfectus, ac proinde perfectissimo illo statu indignus.

14 Obiectio prima. Sed obiicit Bañes, quia dona spiritus Sancti, modo eliciunt actum ineuidentem, modo euidentem, scilicet in patria, vbi manent cum euidentia: ergo similiter de Theologia dici potest.

1. Solutio. Valentia consequentiam negat, quia dona spiritus sancti ad intellectum pertinentia, non dantur proprie, & immediate, ad cognoscendum euidenter, aut ineuidenter, sed vt mens hominis facile moueatur à spiritu sancto, ad aliquid cognoscendum, quod sit ad salutem vtile, sicut D Thom. explicat 1. 2. q 89. de donis. Vnde non perinde incommodum est vt dona maneant, atq. vt maneant fides, & Theologia, quæ sunt proprie, & immediate ad eliciendos assensus de rebus diuinis.

2. Solutio. Sed melius dicitur cum Suarez relata sectione.

sectione. 2. dona spiritus Sancti, uunquam elicere assensum ineuidentem, sed semper euidentem.

15 2. Obiect. Sed obiicit Bañes, quia Apostolus dixit; siue linguæ cessabunt, tamen non cessabit linguarum cognitio, ergo idem de scientia rerum diuinarum dicetur.

Solutio. Respon. Apostolus dixit, linguas cessaturas, ideſt vsum variarum linguarum, vt in vna ab vno, in alia ab alio intelligantur, omnes enim quamcumq. linguam intelligent, aut forte eadem lingua vtentur post resurrectionem. Similiter ergo scientia rerum diuinarum cessabit, vel potius destruetur.

Quæstio Decisio. Si petas, quomodo destruatur Theologia in patria? Resp. sicut fides, vel à contrario, scilicet cognitione euidenti earundem conclusionum, vel principiorum, vel potius sola suspensione diuini concursus, quem non expedit tunc dari ad actum tam imperfectum. Vnde ne vnico quidem instanti fides, vel Theologia manebunt in cœlo; ex ordinatione autem specierum manebit quædam promptitudo ad cognoscendum euidenter eaſdem conclusiones: sicut quando quis ex fide credit principia scientiæ subalternatæ, quæ sunt conclusiones subalternantis, & postea euidenter ea cognoscit. In hæretico autem manet habitus Theologiæ, & forte elicit actum ex præmissis cognitis fide humana, vt videtur tenere Gabriel, q. 7. prologi; vel ille habitus elicit actum virtute præmissarum, quæ antea sunt cognitæ fide diuina. Aut si non elicit actum, iuuat dispositiue, vt per alium habitum similem similes actus eliciantur.

Quomodo Theologia destruitur in patria.

16 3. Obiect. Si obiicias, D. Thomam de veritate, q. 14. arti. 9. ad. 3. Aegidium, q. 5. prologi, Sonzi. 4. met. q. 9. & in epito. Capreoli, q. 5. prologi, ad argumenta contra primam conclusionem, asserentes, scientias naturales subalternatas, esse scientias, quamuis imperfectas, antequã discantur subalternantes, ergo vel postea habetur alia scientia subalternata, quod est absurdum, vel prior, quæ erat obscura fit euidens: idem ergo dici potest de Theologia.

Solutio. Scientia subalternata non est vere scientia antequam discatur subalternans. Resp. habitum fidei humanæ, qui tunc habet quandam certitudinem, & euidentiam moralem, dicitur quodammodo scientia: postea vero cum discitur subalternans, acquiritur vera scientia subalternata. Eodem modo exponitur D. Thom. super Boetium de Trinitate, q. 2. art. 2. ad. 4. & 5.

Sectio. V. an in Beatis sit scientia supernaturalis per se infusa distincta à beata.

17 1. Opinio

PRima opinio esse potest, nullam esse scientiam in beatis, præter beatificam, & naturalem, quia non est fundamentum ad ponendam aliam, neq. Augustinus, & alii Patres, præter cognitionem in verbo, & in proprio genere, quo nomine naturalem intelligere videntur, aliã scientiam Angelis tribuunt.

18 2. Opinio auctoris. In beatis est Theologia quædã proportionales nostræ, & discurrens

2. & vera opinio est addendam esse tantum scientiam supernaturalem, proportionalem Theologiæ nostræ; quæ quidem ex propositionibus cognitis per scientiam beatam alias colligat, sicut præsens Theologia ex propositionibus fide cognitis alias deducit. Hanc sententiam merito constituunt aliqui, 1. p. q. 1. articul. 2. & immerito aliqui reiiciunt, quia sic discurrerent beati ex cognitis per scientiam infusam, simul cum cognitis scientia beata, vel scientia naturali, & rursum ex his conclusionibus, & sic in infinitum. Sed hoc certum puto, nec enim vt isti putant, quisq. cognoscit per scientiam beatam omnes propositiones, quæ ex eius principiis deduci valent: & similiter per scientiam infusam, nam istæ conclusiones sunt infinitæ, nemo autem cognoscit infinita in verbo, nisi forte anima Christi, & extra verbum nec anima Christi, vt ex superioribus constat. Et saltem id non est necesse, ergo possent beati discurrere ex talibus propositionibus. Et licet illas omnes cognoscerent scientia beata, & infusa sine vllo discursu, cur non eas possent per Theologiam scire cum discursu? Deinde licet gratis daretur, omnes conclusiones, quæ deduci possunt ex principiis cognitis scientia infusa, cognosci ipsa scientia infusa; tamen conclusiones, quæ solum possunt deduci ex vno principio cognito in verbo, & ex alio cognito per scientiam infusam, vel ex vno reuelato, & altero naturali, constat debere cognosci alia scientia, nempe Theologia; siue eadem sit, quæ ex his omnibus discurrit, sicut est eadem Theologia, qua discurrimus ex altera præmissa naturali, & altera de fide, & ex vtraq. de fide, & ex duabus Theologicis, vel vna Theologica, & altera immediate reuelata, vel naturali, siue, quod minus placet. Vna Theologia discurrat ex cognitis sola scientia beata, alia ex cognitis sola scientia infusa, alia ex vtrisq. mixtim, alia vero ex vna naturali, & altera euidẽter reuelata &c. Et sicut in Theologia processus in infinitum nihil absurdi habet, ita nec in illa, sed sicut nos non possumus, simul cognoscere actu vltra certum numerum conclusionum;

clusionum, ita nec illi, & fortasse etiam in augmento extensiuo habitus est certus terminus, ad quem cum peruentum fuerit, non possit habitus plus extendi, nisi priore extensione sublata, quæ tamē auferri non potest; quia in memoria intellectuali nulla est obliuio, nisi per accidēs, & quoad exercitium in hac mortali vita, in qua vsus intellectus pēdet à sensibus, quorum species sunt corruptibiles: hæc autem Theologia erit supernaturalis secundum quid, & non simpliciter, sicut & nostra. Quia sine influxu Dei vt authoris supernaturalis discurrere possumus ex vna propositione reuelata, & altera naturali, vel ex vtraque reuelata & sic etiam discurrunt Angeli. An vero ex solis naturalibus, in materia de Angelis discutiendum est.

19. *Præterillā Theologiā discurſiuā est in beatis ſciētia alia per ſe infusa.*

Ponenda tamen est in beatis scientia per se infusa, quam ponunt Gabri. 3. d. 14. q. vnica, articu. 1. notab. 2. Okam. 4. q. 13. & omnes qui dicunt, beatos videre mysteria gratiæ cognitione aliqua distincta a cognitione beatifica, ad quam cognitionem infusam Dicunt multi, beatos mere passiue se habere: quod non placet quia sine fundamento asseritur, assero tamen ponendam esse in beatis scientiam aliam infusam. Fauet d. Tho. 4. d. 49. q. 2. art. 5. ad. 12. asserens, beatos post diem iudicij visuros omnia, quæ Deus scit, scientia visionis, non in verbo, sicut anima Christi, sed extra verbū. Nunc autem videtur sentire. D. Tho. cognoscere sic aliqua, scilicet omnia pertinentia ad suum statum, licet non omnia simpliciter: & sic exponi possunt Grego. & alij Patres dicentes, beatos scire omnia, vt retuli sępe disp. 4. Et ratio est, quia licet beati videant res naturales in verbo scientia matutina, tamen expedit eas etiā scire in proprio genere, & cognitione vespertina: itē expedit vt res supernaturales & mysteria gratiæ, quæ beati cognoscunt in verbo, cognoscant euidenter extra verbum, scientia videlicet infusa, non enim aliter possunt euidēter intelligi extra verbum.

Confirmatur, quia beati non vident in verbo omnia mysteria gratiæ quoad omnes circunstantias, & particulares rationes eorum, neque omnia futura contingentia, neque omnes cordium cogitationes: ergo vt hęc possint interdum cognoscere extra verbum, necesse est, vt habeant aliud genus supernaturalis cognitionis huiusmodi rerum, & hanc dicimus scientiam infusam, ad quam pertinent nouæ illuminationes, & reuelationes, quæ fiunt beatis, tam Angelis, quam hominibus, in quibus non est necesse infundi nouum lumen, sufficit, enim antiquum cum nouis speciebus, vel sine illis cum noua extensione, vel sine illa.

Confirmatur, quia huiusmodi forma est consentanea statui beatorum, & nullam habet repugnantiam, vel difficultatem, ergo admittenda est.

Hanc etiam scientiam infusam per se, esse distinctam a lumine gloriæ, diximus disputatione. 5. Section. 9. Sed ab vtraque non videtur distingui lumen propheticum permanens (si tamen permanens propheticum dici potest) nisi dicatur de ratione luminis prophetici esse attingere res, vt dictas a Deo ipsi Prophetę, quod tamen per accidens est ad hanc scientiam, nam in attestante, & alijs modis res cognoscere potest, vt sect. 7. dicemus.

20. *Hæc scientia infusa est distincta a lumine gloriæ.*

à scientia infusa & beata non videtur distingui lumē propheticum permanens.

Sectio. 6. an eiusmodi scientia per se infusa sit eiusdem rationis, & perfectionis in omnibus Beatis.

REspondent aliqui, & bene, esse eiusdem speciei atomæ in omnibus beatis, saltem hominibus, quia est quasi proprietas dimanans ex Beatitudine essentiali, & alioqui modus intelligendi omnium hominum est eiusdem rationis, & in omnibus attingit omnes species rerum supernaturalium, sicut scientia beata omnes species naturales, & supernaturales, sed in quibusdam est perfectior quam in alijs, ob maius lumen, vel species plures, aut perfectiores, & hæc inæqualitas prouenit ex inæqualitate meritorū viæ, quia consequitur inæqualitatem sciētiæ beatæ, quæ inæqualitas prouenit ex inæqualitate meritorum; & sicut cognitio beatifica, quæ est simpliciter perfectior, potest secundum quid esse imperfectior, ita de hac scientia dicendum est, & ita per eam inferior beatus poterit aliquid attingere, quod non superior, ad cuius statum non pertinet illud scire. Vnde per se loquendo, maiori Theologo, vel sapientiori homini in via, non plus huius scientiæ conferetur in patria, nisi quia per scientiam viæ plus meruit, vel quia ad eius statū, qui plus Theologiæ didicit, vel docuit in via, pertineat, vt plura per hanc scientiam hæc, aut illa cognoscat in patria. Vel quatenus scientiæ viæ respondet aureola, quę non datur præcise propter scientiam, sed propter docendi exercitium. Et quando fiunt nouę reuelationes, non semper infunditur, neq; augetur hæc scientia: interdum enim fiunt per lumen fluens distinctum specifice ab hac scientia. Interdum vero per augmentum huius habitus, & tunc etiam manet ipsum augmentum.

Vtrum

22 Quæstio. Vtrum autem hac scientia cognoscantur res naturales,& supernaturales tantum,similis quæstio.est in anima Christi de qua Suarez.3.p.q.11. disputa.27.per totam, vbi late docet,hac scientia cognosci natutalia,& supernaturalia,& actus liberos,& futura contingentia,& non solum res creatas, sed Deũ Trinum & vnum. De actu autem huius scientiæ agit,disputatione.18.de habitibus,& specibus,quibus vtitur disputatione.29. Ex omnibus autem,quæ ibi disputat, id quod disputatione.27.sectione 5.tractat, quomodo per hanc scientiam cognoscatur mysterium Trinitatis,seu Deus Trinus & vnus? specialem habet difficultatem,ideo nunc discutiendum est,& sit hæc 7. sectio.

Sectio. 7. an beati per scientiam infusam cognoscant mysterium Trinitatis.

23 1. Opinio. ET,inuoluere repugnantiam, vt quis habeat euidentiam Trinitatis,quoad quid est,vel an est intuitiuam,vel abstractiuam in se, vel in testificante,vel alio quouis modo extra visionem Dei, ideoque beatos, etiam Christum, scientia infusa non cognouisse mystetium Trinitatis, neque Deũ.docet Bañes, 1.p.q.32.arti.1.& 2.2.q.1. art.5.ad 3.& q.5.art.1. cui fauet D.Tho.3.p. q.11,art. 1.dicens, Christum scientia infusa omnia cognouisse, præter essentiam Dei. Eo dẽ fere modo loquitur Durã.3.d.14.q.3.nu6.

24 2.Opinio. authoris. 1. Conclu. Dico tamen 1. per hanc scientiam nosse Christum, &reliquos beatos diuinam essentiam, quantum ad an est, & scientia, quia seu aposteriori, & per effectus. Hanc ait Suarez 3 p.d.27 sec.5.esse certã & à nemine negari posse,quia per effectus Dei,cognoscitur ipse Deus,tanto perfectius, quanto effectus perfectores sunt,& melius cognoscuntur sed hac scientia cognoscuntur perfectissimi effectus Dei, & perfectisime,ergo.

Confirmatur, nam Angeli per scientiam inditam, sibi connaturalem, & homines per scientiam naturalem acquisitam, cognoscũt ex effectibus essentiam Dei confuse, & quo ad,an est, ergo multomelius beati per scientiam infusam cognoscunt essentiam Dei confuse,& quo ad,an est,ergo multomelius beati per scientiam infusam cognoscunt essentiam Dei confuse & quoad,an est,ex effectibus naturalibus,& supernaturalibus. Et D. Tho. & Durandus, non negant cognitionem istam, sed quidditatiuam,& distinctam, quæ solum habetur per scientiam beatam. Dico.2 Christum,& reliquos beatos hac scientia nosse mysterium Trinitatis,confuse. & quoad, an est minus tamen confuse,quam per fidem.Idem Suarez supra.

2.Concla.

Probatur. 1.quia inconueniens est dicere cognitionem Dei,quam Christus,& beati, extra verbum habent, fuisse minus perfectam ex parte obiecti,& quoad prædicata de Deo cognita,quam sit fides. Probat. 1.

2. Alias ex vi huius scientiæ, Christus non potuisset orare Patrẽ, neq. illum amare, vel spiritũsanctũ,nec se ipsum,nec beati amare distincte tres personas diuinas, nec de illis loqui sicut loquuntur de aliis.Deniq.nec potuissent cognoscere mysteriũincarnationis, nec alia quæ inuoluunt mysterium Trinitatis,hoc autem est absurdum ergo. 2.

3.Quia D.Tho.3 p.q.11.art.1 docet, Christum scientia infusa cognoscere quidquid à nobis cognoscitur per reuelationem, & eodem modo loquitur Durandus,3 d. 14. q.3. Sed hoc mysterium cognoscitur ànobis a per reuelationem,ergo à Christo per scientiam infusam, & alioqui non potuit se disponere ad gratiam amore Trinitatis, quia non potuit se disponere ad gratiam per amorem ortum ex scientia beatifica,quæ fuit postea, sed tantum ex infusa. 3

4.Quia extra visionem,& notitiam quidditatiuam Dei,potest euidẽter cognosci hoc mysteriũ,variis modis, vt dicemus; nulli autẽ scientiæ,vel lumini potest potiori, vel æquali. iure talis cognitio tribui,ergo illi est tribuenda cum Caietano.3.p. q.11. art. 1. & Medina ibi,alijsq. referendis. 4

Sed obijcies,quia cognitio elicita à scientia infusa, debet esse euidens, & clara, alias non esset in Christo,& beatis,vt nec cognitio elicita à fide,vel à nostra Theologia:non potest autẽ cognitio hæc esse intuitiua,vel quidditatiua,quia hæc est cognitio beata. neq. potest esse abstractiua confusa,& quoad, an est, per causam,quia relationes diuinæ nullam habẽt causam propriè dictã, ex qua dimanent. Licet autem habeant veluti causam,seu ratione nẽ nẽpe absoluta, ex quibus nostro modo intelligendi oriuntur,tamẽ hęc non cognoscuntur extra visionem Dei sub ea ratione, qua inferunt relationes,ergo non possunt cognosci per causam scientia infusa Nec vero cognosci poterunt ex effectibus,quia nullus effectus procedit àDeo,vt trinus est,nec vero cognoscuntur euidenter intestificante,quia si non video testificantem,quomodo potero habere euidentiam alicuius in ipso testificante, ergo. Obiectio.

Hoc argumentum petit, vt explicemus, quibus modis cognosci potest hoc mysteriũ per hanc scientiam, quod etiam conducit ad intelligendum, quibus modis essentia Dei & creaturæ,per eandem scientiam cognosci possunt. 25 Quæsti.

1.Modus. Primus modus est,vt ex vi specierum intelligibilum,& luminis,seu habitus scintifici,determinetur intellectus ad assentiendum huic. Deus est pater,filius,& Spiritus sanctus, immediate.Hunc modũ dicẽdi non posse ita impugnari,,vt proteruus conuincatur, fatetur Suarez,tamen ait,se non posse illum intelligere:ego vero,vt ingenue fatear meiingenij tarditatem,non inuenio in hac re vllam defficultatem vel rationẽ dubitandi. Extrema enim istius propositionis,sicut cuiuslibet alterius, per species,tam insusas,quam acquisitas apprehendi possunt;qua apprehensione supposita & accedẽte lumine claro,determinatur intellectus ad assensum , & videtur clare ipsa coniunctio extremorum,sicut quando per lumen clarum à Deo infusum cognoscũtur propositiones etiam contingentes de præsenti, præterito, vel futuro:lumen enim obscurum inclinat,clarum vero determinat intellectum ad assensum,suppositа conuenienti apprehensione:nec semper hæc notitia est intuitiua, quamuis de existentia,& euidens sit,sed interdum abstractiua, quia fit per species alienas, & conceptus communes,ergo sine notitia intuitiua Deitatis,vel Trinitatis potest euidenter cognosci immediate,ipsam existere.

2.Modus. 2. Modus est per obiectum creatũ dicens intrinsecum ordinem ad omnes personas Trinitatis,vel ad aliquam. Cum enim non possit cognosci ordo ad aliquid,nisi illud cognoscatur;qui cognosceret euidenter ordinem alicuius creaturæ ad aliquam personam diuinã, necessario illam cognosceret eodem actu: sic ergo Christus,& beati cognoscentes per scientiam infusam vnionem humanitatis cum verbo,necessario & eodem actu cognoscunt verbum & cognoscentes actum,quo videmus credimus,& amamus Trinitatem,necessario, & eadem cognitione cognoscunt Trinitatem & eodem,modo,cognoscentes relationem dependentiæ,quæ est in humanitate Christi a subsistentia verbi,& in omni creatura ab omni subsistentia diuina,tanquam à conditione,sine qua non produceretur creatura à Deo. Necesse est simul, & eodem actu cognoscere relationes diuinas,eodemque modo,cognoscendo relationem diuersitatis, vel similitudinis creaturarum cum diuinis relationibus, necesse est illas cognoscere non tamen necesse est, vt qui has relatlones quidditatiue cognoscit,cognoscat.Deũ,vel Trinitatem quidditatiue:vel si hoc est necesse,dicam,extra visionem Dei non posse cognosci quidditatiue, sed alio modo, tamen in eis sic cognitis, cognoscitur euidenter Deitas , & Trinitas Hunc modum cognoscendi diuinas relationes, in obiecto creato respiciente illas transcendentaliter, quidam vocant cognoscere intestificante, sed improprijssime loquũtur: hic enim nullum est testimonium, cuius cognitioni nitatur cognitio Trinitatis, ergo cognitio ista Trinitatis non dicitur euidens in attestante , sed in habitudine intrinseca creaturæ ad Trinitatem . Similiter etiam improprie vocant cognitionem in attestante eam,quæ fit reflectendo in actum , quo cognoscatur Trinitas per scientiam infusam ; in illo enim actu , seu in verbo , tanquam in cognitione repræsentante Trinitatem , ipsa cognosci potest. Sed quis vnquam cognitionem rei in imagine vocauit cognitionem in attestante? Deinde , de ista cognitione directa est difficultas,quo modo fieri possit.

3. Modus est, in attestante , lumen enim scientiæ infusæ , sicut determinat intellectũ ad assentiendum aliis veritatibus , ita ad assentiendum huic propositioni: Deus dicit, dixit vel dicet , Deum esse Trinum , & inde cognoscit euidenter Deum esse Trinum, & hæc est euidentia mysterij Trinitatis in attestante.

Corolariũ Ex quibus patet non solum deceptum esse Bañes , qui docuit vt retulituus , per scientiam infusam nullo modo cognosci posse mysterium Trinitatis , sed etiam Medina supra , & alij dicentes , per hanc scientiam tantum cognosci euidenter in attestante. Et merito Caietanus , 3. part quæstione. 12. articul. 1. & Zumel. 1. part. quæst. 33. articul. 1. docent,per hanc scientiam cognosci posse altiori cognitione , quam in attestante: licet autem vt diximus disputatione. 4. possibilis sit de potentia Dei absoluta , notitia quidditatiua & distincta , ac propria essentiæ diuinæ , ac Trinitatis , vt docet Scotus , qubdlib. 3. 7. 13. & 14. & 2. d. 3. quæst. 1. Lichet,ibi , Bassol, q. 1. prologi,Herrer.tomo. 1. disputatione. 7. q. 9. & alij Scotistæ, Gabriel.quæst. 1. prologi, art 3 conclusi. 2. 3. & 4. & Molina 1. par q. 1. articu. 1. & articu. 2. disputatione vltima, & q. 56.art 3. cõclusio. 1. contra Capreolum. d. 3 q 2. ad argumenta contra 6.conclusionem,& d. 23. q. vnica, Duran.etiam, q. 3. prologi, Argentin. q. 5. Palud.& alios,tamen non est concedendum, hanc notitiam Dei abstractiuam haberi posse per scientiam infusam , omnis enim notitia quidditatiua Dei est eiusdem speciei cum beatifica , cum habeat idem obiectum scilicet Deum in se ipso . Quod autem vna attingat Deum sub ratione existentis , nempe intuitiuè , alia vero sub alia ratione , nempe abstractiuè,non variat speciẽ actus, vt ostendimus disputatione, 3. & 4. ergo talis cognitio abstractiua per lumen gloriæ , non per scientiam infusam fieri debet : de facto autem non fit , quia duæ notitiæ eiusdem speciei

ciei non possunt esse simul in eodem subiecto, & ideo vna, & eadem notitia cognoscitur Deus, vt sapiens, bonus, & existens. Et licet esset dicenda abstractiua, si solas alias rationes sine existentia attingeret, tamen attingendo illas cum existentia, non dicitur notitia abstractiua, sed intuitiua, quæ de potentia absoluta posset eadē numero de intuitiua fieri abstractiua, & econtra, extendendo, vel non extendendo illam ad existentiam deitatis, & Trinitatis.

28 Ad argum 1. Opinio.

Ad argumentum pro Bañes factum, ex dictis patet respōsio, potest enim dari euidentia in testificāte sine visione ipsius testificātis: & notitia ipsius Trinitatis per obiecta dicentia habitudinem ad ipsam, & notitia euidens immediata Dei, quæ non sit intuitiua, neque abstractiua, quam Adæ instatu innocentiæ videtur tribuere D. Tho. de veritate, q. 18. art. 1.2.3. qui sic exponit Mag. 4. d. 1. dicentem, quod Adam ante peccatum Deum sine medio vidit, & Hugonem de sancto Victore, dicentem, cognouisse Deum cognitione, qua per præsentiam contemplationis manifestius cernebatur. Et Damasc. dicentem, quod fruebatur vita beata, & fruitione ditissimæ contemplationis, & erat in spirituali paradiso; & Augu. 11. Genes. ad litteram, c. 35. asserentem cognouisse Deum eodem genere visionis, quo Deum cognoscunt Angeli beati, scilicet per scientiam infusam, & si non tanta participatione diuinæ sapientiæ; Et. 10. Trinita. ca. 9. Vidisse Deū in ænigmate. Idem docet Capreolus. 2. d. 23. q. vnica, quamuis D. Tho. 1. p. q. 94. art. 1. & 2. 2. q. 5. arti. 1. videtur mutasse sententiam dicens, Adam solum cognouisse Deū per effectus intelligibiles. Quod etiam ait Palac. 2. d. 23. q. 2. & Richardus eadē d. art 2. q. 1. & 2. Notitiam autem abstractiuam euidentem Deitatis, & Trinitatis, quo ad, an est, esse possibilem, aperte docet Capr. locis citatis, & sic Paulus post raptum, recordabatur eorum quæ in Deo viderat, vt docet D. Tho. de veritate, q. 8. art 5. ad 5. & 6. & 1 p. q. 12. art. 9. ad 2. Preterea, de mysteno Trinitatis, & alijs eiusmodi, Angelos, Adamum, Apostolos, & Prophetas, habuisse euidentiam in attestante, dicit Caiet. 2. 2. q. 1 ar. 4. & q. 5 art. 1. & q. 171. art. 1. & 5. Zumel. 1. p. q. 32. art. 1. & de Angelis idem tenet Durandus 3. d. 23. q. 9. & Palac q. 2. prologi fatetur, Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, esse infusum lumen clarum, quia Apostolis aperuit Christus sensum, vt intelligerent scripturas. Et Paulus Galat. 1. non ab hominibus neque per hominem, sed per reuelationem didicit Euangelium: &. 1. Timoth. 4. spiritus manifeste dicit. Idemque docet Palacios de Adam, & & congruentias de his omnibus assignat. Sed de hac re plura dixi. 1 p. in materia de Trinitate tum Salmanticæ tum Romæ & Henriq. lib. de homine, cap. 1. Hæc autem dicta sint, vt intelligatur, quam verum sit, beatos scientia infusa euidenter cognoscere Trinitatem.

Sectio. VIII. Vtrum scientiæ naturales hic acquisitæ perseuerent in patria.

27 1. Opinio,

ALbertus. 3. d. 33. tenet non manere, sed alias eorum loco infundi, ex 1. Corint. 13. Siue scientia destruetur: Et quia habent multas imperfectiones repugnantes illi statui. Sicut ergo Hieronymus explicans id Isai. 65. Obliuioni datæ sunt angustiæ priores ait, non manere in beatis memoriam præteritorum malorum, & peccatorum. Ita sentit Albertus non manere scientias naturales, quę in hac vita acquisitæ sunt.

2. Opinio. Auctori 5.

Sed oppositum commune est, & tenendum qnod docet Henriq. de pœnitentia, lib. 1. cap. 35 §. 4. & de fine hominis, cap 5. §. 2. Palacios. 3. d 31. & d. 33. q. vnica, Capr. 3. d. 3. q. vnica, art. 3. in principio, Paludanus, q. 1. art. 3. Bonauentura art. 2. q. 3. Durand. q. 7. & d. 33. q 4. D. Tho. 1 p. q. 89. art. 5. in corpore, & ad. 1. & 1. 2. q. 67. art. 2. ad 1. & 1. Corinth. 13. idē sentiūt de speciebus acquisitis in hac vita quod late docui 3. animæ, sed nunc breuiter suadetur, quia species intelligibiles, licet in sua productione pendeant à phantasmatibus, non tamen in sua conseruatione, neque ab aliquo alio nisi ab intellectu possibili (& forte ab agente), & à Deo & sicut non pendent in conseruatione à phantasmatibus, ita neque in vsu, nisi in statu coniunctionis cum corpore cotruptibili: & idem est de habitibus scientificis: poterunt ergo habitus & species reduci ad actum secundum, qui nullam imperfectionem inuoluit statui Beatitudinis repugnantem, & est propria perfectio humanæ naturæ, quæ alias perfectiores cognitiones nō excludit. Vnde Gregorius 4. Moralium, cap. 42. Exponens locum Isai. citatum, ait, fore obliuionem præteritorum malorum, non vt non cognoscantur, sed vt non contristent. Illud vero Pauli; siue scientia destruetur, vel intelligitur de fide, & Theologia, quæ illi innititur, vel de qualibet alia scientia, quantum addependentiam aphantasmatibus. vt exponit D. Tho. ibi, vel quoad confusionem, vel mixtioē errorum. & dubitationum et opinionum fidei ve humanæ: de purabitur enim ab omnibus eiusmodi imperfectionibus. Non enim decet tunc manere habitus, vel actus, quibus ex natura sua potest subesse falsum, quales sunt actus, & habitus fidei humanæ, & opinionis. Item fides diuina non mane-

manebit, ergo multo minus humana, quæ imperfectior est, & fallibilis. Et ita Medina. 1. 2. q. 5. art. 4. in fine. docet, non solum non posse dari errorem in beatis, sed neque habitum fidei humanæ, vel opinionis, de quo plura sectione. 10. manent tamen species, quibus opinabamur, & habitus apprehensiui, seu memoratiui conclusionum, quas opinabamur, & credebamus, & rationum, ac testimoniorum, quibus ad opinandum, vel credēdum inducebamur & actus quibus euidenter iudicabitur, an propositiones sint verisimiles, opinabiles & credibiles, an non.

28 Sed petis: quomodo isti habitus fidei humanæ & opinionis destruuntur. Respondetur, forte omnes falsi habitus, qua parte erant falsi, in ingressu patriæ statim corrumpuntur a contrario, anima vidente in verbo, vel extra verbum propositione oppositas illis, quibus assensum præstiterat, esse veras, & oppositas illis, quibus dissenserat esse falsas. Et hæc prouidētia, licet miraculosa videatur, quia anima naturaliter non potest simul tot assensus habere, vel tot simul cognoscere, tamen reuera apparet secundum communem prouidentiam, vt modo connaturali error omnis habitualis ab illo statu perfectissimo remoueatur, & in verbo plura, & plura potest anima sine miraculo cognoscere. Si vero extra Verbum cognitio fiat, miraculum est, tot simul cognoscere, sed est quasi consequens Beatitudinem. Sicut quemlibet cognoscere in vniuersali iuditio omnia sua, & aliorū merita, est miraculum consequens quodammodo ad merita, & demerita hominum, vt solemnior sit retributio. Eodem modo miraculose etiam destruentur in ingressu patriæ omnes habitus opinionis, & fidei humanæ etiam veri: quia sunt imperfecti: imo forte hi omnes habitus destruuntur in ingressu purgatorij, iam enim animæ illæ liberæ sunt, non solum ab omni peccato actuali, & habituali, sed etiā ab omni errore actuali, & habituali.

Sectio. 9. Vtrum scientiæ naturales infundantur illis qui eas in via non acquisierunt.

29 Opinio.



Adem quæstio est de ijs, qui in via imperfectas eas acquisierunt, quales erunt omnes. Nā vita brevis, ars longa, experimentum fallax vt ait Hippocrates.

Quidam dicunt, futurum esse in Beatitudine, vt omnes habeant scientias naturales, cum omni perfectione connaturali, & proportionata intellectui vniuscuiusque. Sicut omnes Angeli habent naturalem scientiam cum perfectione omni sibi accommodata, est enim eadem ratio, nam homines erunt similes Angelis in patria, cum proportione, non cum æqualitate. Quod 2. probant quia status Beatitudinis esse debet omnium bonorū aggregatione perfectus. Vnum autem ex maximis bonis naturalibus est scientia, & non pugnat cum naturali aliqua perfectione ergo erit in eo statu. 3. quia illa Beatitudo, vel formaliter vel radicaliter satiabit omne rationabile desiderium beati, sed quisque iure appetit naturalem perfectionem sui intellectus, integram, & perfectam, ergo. 4. Quia propter eandem rationem futura sunt corpora beatorum perfecta quoad omnes facultates, omniaque organa, imo quoad omnia accidentia connaturalia corpori humano, ergo multo magis idem credendum est de perfectionibus animæ. 5. quia videtur consetaneū D. Tho. q. 3. art. 6. & 7. dicenti, aliqualem Beatitudinem, & imperfectum consistere in vsu scientiarum naturaliū, ergo vt homo sit beatus omnibus modis conueniētibus, debēt ei infundi istæ scientiæ, si eas in via non acquisiuit si vero acquisiuit augeri.

2. Arg. 2 3 4 5

Sed hæc doctrina non caret difficultate. 1. Quia sic omnes beati erunt æquales statim initio Beatitudinis in cognitione naturali, seu in habitibus, & speciebus, quæ sunt earum principia: quod non videtur admittendum, cum hanc æqualitatem nec exigat natura, nec merita. Sequela vero probatur, quia omnes animæ sunt æquales, secundum veriorem, & communiorem opinionem, ergo si quælibet habebit omnes scientias, cum omni perfectione connaturali, & proportionata, omnes erunt in scientia æquales, aut certe aliquę magis beatæ, minus scientiæ habebūt quia minus, ergo.

30 *Reijcitur superior senten. & 2. Opinio statuitur. 1.*

2. Quia conclusiones scibiles naturaliter, sunt infinitę, ergo nulla anima poterit simul actu, vel habitu eas cognoscere, saltem in proprio genere. 2

3. Quia quælibet anima poterit naturaliter hos habitus acquirere, & hoc videtur magis connaturale, imo maioris perfectionis, nam vt ex Hesiodo ait Arist. 1. Ethicorum, cap. 4. optimus ille quidem est ex sese, qui nouit omnia, ergo sufficit dari illis species, quibus breui tempore acquirant has scientias. cum maiori perfectione, quā possent eas consequi in hac vita: quæ species in animabus puerorum, qui eodem remedio ab originali sunt liberati erunt æquales, in baptizatis vero meliores, quam in circumcisis, in adultis meliores, quam in paruulis, in quolibet adulto pro quantitate meritorum naturalium, vel etiam supernaturalium. In habitibus vero acquisitis vsu harum specierum erit inæqualitas,

tas, partim ex cuiusque capacitate, partim ex cuiusque arbitrio orta, quia his speciebus vtitur quisque ad libitum. Scientia autem, & species, quæ in puris naturalibus infunderentur animæ separatæ, etiam infundentur in hoc statu naturæ lapsæ & reparatę, erunt tamen alterius rationis à speciebus, & scientijs, quæ hic sunt acquisitæ, vel potuerunt acquiri. Prædictis consonat. Scot.2. d.33. q. vnica docens, beatos & pueros lymbi (de quibus disputatione. 13. sectione vltima; discursu scientias comparare.

31. Neque argumenta prioris sententiæ, contra ea, quæ modo dicta sunt, vim vllam habent, & ex D. Tho. sumitur optimum argumentum pro nostra sententia. Nam 3.p.q.12. articul. 2. docet animam Christi creuisse in habitu scientiæ acquisitæ, & in tota q. non habuisse scientias humanas ex infusione ergo nec aliæ animæ beatæ, sed in Beatitudine ac paulatim acquirunt, sicut anima Christi, de quo idem docuit D.Tho.3.p.q.9. art.4. Medin. ibi, Caietanus & alij Thomistæ eisdem locis Capr. & Hispalensis. 3. d.14. Maior ibi, q.5. Marsilius, art.2. Conclusione 5,Canus. 12. De locis, cap. 14. Palacios 3. d. 14.q 2. Suar. 3. p. tom 1 disp. 30. sect. 2. hanc opinionem dixit probabilem, probabiliorem vero oppositam scilicet Christum nullam scientiam acquuisiuisse, quam olim tenuerat D. Tho. de veritate,q. 20.art. 2 &.3.d. 14.art. 3.quæstiumcula. 5. ad.3.Albertus, art. 2. ad.3. Gabriel Scot. Durandus eadem distinctione, Alensis, 3. p.q. 13 & alij: & Durand. quidem & Bonauen.qui non ponunt in Christo scientiam per se infusam respectu sensibilium,ponere debere eiusmodi scientiam per accidens in susam ab.instanti conceptionis. Tenendo autem cum D. Tho. Christum ab eo instanti habuisse scientiam per se infusam respectu sensibilium, melius dicitur, scientiam per se acquisitam nō habuisse ex infusione, sed propria industria, & inuentione: sicut D. Tho. in senectute re maturius considerata sensit, quia sic melius saluatur;quod dicitur Lucæ.2. crescebat ætate,& sapientia coram Deo,& hominibus. Et quia videtur aperte sentētia Ambrosij, Cyrilli Alexandrini, Richardi Victorini, Theodoreti, laurentij Iustinia, locis a Suar. relatis, & Gregorij homilia. 21. in euangelia, Bedæ lucæ. 2. & quia pertinet ad maiorem perfectionem animæ Christi, propter dictum Aristotelis, & Hesiodi supra relatum: & quia aloqui intellectus agens Christi caruisset magna perfectione sibi debita, scilicet abstractione, & productione specierum,& quia sic melius intelligitur, quomodo Christus in pueritia ostendens se proficere in scientia,nihil simulauetit, aut finxerit,melius etiā saluatur id Isai. 8. Antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, &c. Et Hebreorum 4. didicit ex his quæ passus est, obedientiam.

Nec valet dicere, sermonem esse de scientia experimentali, nā si experimentalis scientia appellatur vera scientia naturalis, cuius principia experientia cognoscuntur,vt ait Aristoteles in libris Posteriorum, &. 1. Metaphysicæ,habeo intentum.Sivero alius habitus intelligitur,ille non erit vere scientia,& alioqui in anima Christi erunt quinque scientiæ. Prima beata. 2. per se infusa supernaturalis. 3.per se infusa naturalis,qualis infunditur naturaliter Angelis,& animæ separatæ, 4 per accidens infusa, 5. experimentalis; hoc autē absurdum videtur.

Confirmatur, quia si scientia Christi non 32.
nitebatur principijs cognitis per experientiā, ergo non fuit a principio infusa, sed propria industria,& inuentione Christi acquisita; idq. intendunt Damascenus. lib. 3. cap. 21.& Nazianzenus oratione. 36. dicentes; Deum assumpsisse naturam ignorantē,& Ambrosius. 2.de fide ad Gratianum, cap. 3.& cum eo.6. Synodus,actione.8.non longe a fine dicens, in illis Verbis Matth. 26. Pater si possibile est;Christum vt hominem dubitasse: & lib. 5. capite.8.ad finem ait,vt hominem in sapientia profeciſſe;et Augustinus inid Psal.21.quare me dereliquisti?loqui vt ignorantem causam suæ derelictioniss; &. 1. de peccat. merit. cap 57,ponit in Christo infante aliorum puerorum ignorantiam,ideſt carentiam scientiæ naturalis,quæ experimento nititur.Neq ista scientia erat debita animæ Christi ex vi vnionis,sed aliæ scientiæ,& commoditas, ac dispositio ad istam suo tempore perfecte acquirēdam.Adde,quod etiam si Christus sumeret naturam impassibilem,acquireret hanc scientiam,qua parte non nititur experientiæ propriæ passionis corruptiuæ.Adam etiam,licet habuerit hanc sciētiam infusam per accidens, qua parte non nitebatur principiis cognitis per experientiam,sed notis ex terminis, vt omne totum est maius sua parte.

Sicut acquisiuit Christus scientias, ita virtutes morales ordinis naturæ,quāuis Sua dicat cōsequēter,illas habuisse per infusionē.Aliqui autem dicunt,non habuisse illas ex acquisitione,aut infusione,quia habuit virtutes per se infusas,quæ satis erant,& ex quibus tantū operabatur,quia semper operabatur ob finē supernaturalē.Sed hoc non placet, quia etiā acquisitæ possunt exerceri ob finem supernaturalem,licet hoc sit accidentale illis; infusis vero per se,forte sit essentiale. Nec quia hæc scientia fuit acquisita à Christo, ideo fuit in eo valde imperfecta, & limitata, vt ait Marsilius supra. Nec etiam oportet fingere cum

Caie-

Caietano. 3. p. q. 12. art. 1. ministerio Angelorum omnes res sensibiles propositas fuisse Christo in deserto vt omnium experientiam haberet, vt præsentatas Adæ exscriptura colligit D. Tho. 1. p. q 96 art. 1. Sed melius D. Thom. 3. p. q. 12. art. 1. ad. 1. &. 2. ait, quod licet Christus non habuerit experientiam omnium rerum sensibilium, nec, doctorem, ex sui tamen ingenij perspicacitate (Adde, & quietissima contemplatione, & ex directione scientiæ infusæ, & beatæ) mirabiliter profecit, & breuiter in scientia naturali. Et quod scientia beata, & infusa ad acquirendam naturalē multum conduxerit, optime docet Capreo. 3. d. 14. q. 1. & Hispalensis ibi. Vnde Christus per scientiam beatam, & infusam, sibi ipsi fuit magister ad acquisitam. Recte etiam aliqui dicunt, cum duodecim esset annorum, habuisse iam hanc scientiam in magna perfectione, ita vt omnium philosophorum scientiam superaret. A septennio autem, vel ante, cum naturaliter esse potest vsus rationis, cœpit eam acquirere: & cum sit eiusdem rationis cum nostra, certum puto, distinguendā esse in plures habitus. Quod quidem sine fundamento negant aliqui, sed de his modo satis. Applicanda sunt autem omnia hęc proportionaliter omnibus animabus beatis.

33 Prædictis consonat Henriq. lib. 4. summæ, cap. 35. §. 4. vbi ait D. Thom. sæpe ex doctrina Patrum excerpsisse, Christum scientias humanas acquisijsse experimentis, & naturali excellentis ingenij discursu, simul cum refluentia ex scientia infusa quia decuit per omnia fratribus assimilari in modo sciendi, & scientias acquirendi, ne alioqui intellectus agens otiosus cessaret a connaturali officio abstrahendi species, &c. Sed ait, (inquit) quidam hanc sententiam defendi nō posse, ne Christus inferior esset Adamo, qui ne priuaretur debito ornatu, habuit scientias per accidens infusas &c. At sana doctrina est, quæ Christo tribuit, aut negat eos habitus, & actus, quos Patres considerate, & prudentissime tribuendos, aut negandos asserūt Hæc Henr. qui pro hac sententia D. Thom. citat sanctos, quos retulimus, & Bellarminū. 4. de Christo, cap. 5. Sixtum. 6. Biblio. cap. 141.

34 Obiectio. Si obijcias, Dionysium Alexandrinum epistola contra Paulum Samosatensem vbi dicit, in Christo, non fuisse studium laboris propter prudentiam; nec ciborum abstinentiam obtemperantiam: & quod in Ioanne Baptista iustitia erat opus & labor, in Christo autem non, scilicet quia Christus connaturaliter habebat uirtutes, quas Ioannes labore comparabat.

Solutio. Resp. solum velle, prudentiam, & Morales infusas fuisse in Christo connaturaliter, in Ioā ne vero omnes fuisse infusas & auctas proprio labore, & meritis, scientia etiā omnis proprio labore comparata est, non tamen sine magnis Dei auxilijs. 35

Iuxta ptædicta Henr. supra explicat id lucæ 2 proficiebat &c. Cum D. Thom. 3. p. q. 12. art. 1. & art. 2. ad. 3. Patres vero, qui aliquā do videntur dicere, in sapiētia quam vt Deus, vel homo habebat non profeciſſe, vt Ambro. sius. 5. de fide, cap. 8. & Damasc. 3. Fidei, ca. 22 Beda, domini ca. 1. post Epiph aniam & Lucæ. 2. Theoph. Euthi. & Lyr. explicat Henri. cum D. Tho. 3 p. q. 12. art. 2 ad. 3. vt nihil didicerit quod alia via, vt Deus & homo non sciret. Addit etiam, quod cum D. Tho. 3. d. 14 loco citato negat Christum acquisiuisse scientiam, non loquitur de habitu iudicatiuo, sed de speciebus. De habitu autem iudicatiuo, potius eadē quæstiuncula videtur dicere, illum acquisiuisse: & similiter Richardus ibi, art. 3. q. 1. &. 2. corpore & ad 3. Negat, acquisiuisse species, sed habitus consiteri videtur. Palud. vero q. 2. ait vel acquisisse sciētiam naturalē propria industria vel, quod verius apparet, eam illi infusam fuisse. Adæ vero, & Salomoni datam solam scientiam per se infusam.

Sectio. 10. Vtrum in beatis sit ignorantia aliqua negationis, vel prauæ dispositionis siue error.

DIco primo, in beatis est aliquando, imo & sēper carētia alicuius cognitionis actualis, vt vidimus d. 4. Non enim omnia cognoscūt actu, imo nec habitu: & licet semper omnia cognoscerent in verbo, tamen non omnia cognoscerent actu extra verbum. Vnde semper carerent aliqua cognitione: neque ea careutia est proprie ignorantia, quia ignorantia est carentia scientiæ debitæ, vel moraliter, vel naturaliter, & eadem ratione negatio illa scientiæ malum non est. 36 1. Conclu.

Dico. 2. Semper tamen considerant, quæ debēt, & possūt cōsiderare, alioqui esset in eis ignorantia Vincibilis & culpabilis: seu malū culpæ. Semper etiam considerant, quæ pro eo tempore considerare expedit, alioqui esset in eis malum naturæ, cum tamen in eo statu nullum malum moris, vel naturæ esse possit. Item Beatitudo complet omne iustum desiderium Merito autem quis optat semper cognoscere, quidquid eo tempore sciri expedit ergo. 37 2. Conclu.

Dico. 3. ignorātia prauæ dispositionis loquēdo de prauitate physica, seu errore, posset esse in beatis 38 3. Conclu.

in beatis de potentia absoluta respectu eorũ, quæ non vident clare in verbo, vel alia via, vt docet Olcoth. in determi. q. 9. art. 2. Probatur, potest aliquis esse beatus, tamen aliqua non scire, videns ea esse verisimilia, probabilia, & credibilia ex testimonio humano, vel diuino, & ijs præbere assensum: licet enim sit aliqua imperfectio nolle suspẽdere assensum in rebus obscuris & inevidentibus, tamen essentia Beatitudinis compatitur imperfectionem aliquã, animæ, vel corporis, & maxime hoc esset verum si res esset moraliter euidens, nam tunc moraliter non se exponeret homo periculo errandi, tamen posset errare. Adde, aliquos opinari, posse esse errorem in Christo de potẽtia absoluta: quorum opinionem non esse periculosam in fide, aut improbabilem, patet ex Medina, & Cabrera. 3. p. q. 15 ar. 3. in fine; Suar. disp. 24. De scientia animæ Christi, sectione, 3. in fine. Ioanne Vincentio libro de gratia Christi, Corolario. 2. & dubio sequenti post 2 conclu. Nec ex ea opinione recte inferes Christum de potentia absoluta posse fallere, Deus enim teneretur impedire, ne alios deciperet sua humanitas. Adde etiam; quod licet assentiri sine euidentia, sit vna ratione imperfectio, quia homo non se conseruat euidenter immunem ab errore, tamen alia ratione est perfectio, ne homo in rebus euidenter credibilibus, & probabilibus, quibus absque temeritate non posset interdum dissentire, omnino sit suspensus, Vnde in hoc statu sæpe tenemur eiusmodi assensum nõnullis præbere, & ea reuocare in dubium esset peccatum incredulitatis. Compensaretur ergo quodammodo imperfectio perfectione, & sic non pugnaret assensus erroneus cum Beatitudine An vero error, vel ignorantia culpabilis possit de potẽtia absoluta stare cum essentia Beatitudinis, disp. sequenti differetur.

39 4. Conclu. Dico. 4. nullus error est aut de potentia ordinaria esse potest in beatis. Hæc videtur contra Olcoth. significat enim de potentia ordinaria dari posse errorem cum visione Dei. De his quæ neque in verbo, neque extra verbum à beato sciuntur. Sed nostram conclusionem tenent Medina, Conrad & alij Thomi. q. 1. art. 4. Indicat D. Thom. q. 1. art. 9. & latius opusculo 71. initio dicens, omnes cognoscent Deum plena luce, quæ nihil erroneũ patitur. Vnde propter huius luminis veritatem, nulla opinio locum habebit, & Augustinus. 12. Genes. ad litteram, cap. 26. in statu Beatitudinis omnia erunt euidentia sine vlla falsitate sine vlla ignorantia &c. Et in Enchiridio. cap. 25. ait, errores & falsas opiniones, licet non sint peccata, inter mala huius vitæ merito memorari: & subdit. Nullo enim modo falleremur in aliquo vel animi, vel corporis sensu, si iam pura illa atque perfecta fælicitate frueremur: & 9. ciuitatis cap. 22. Malos Angelos sæpe falli, bonos nunquam. Et Prosper. 1. de vita contemplatiua, cap. 4. in Beatitudine (inquit) omnia bona, quæ naturaliter acccepta peccando corruperat, reparabũtur in melius, id est intellectus sine errore, memoria sine obliuione, cogitatio sine peruagatione, &c. Quæ verba, & alia, quæ ibi habet, sumpsit ex Augustino, libro de diligendo Deo cap. 18. ad finem.

2. Proba. Ratio est, quia error est malum quoddam rationalis naturæ, in illo autem Beatitudinis statu nullum malum est futurum, carentia autem scientiæ non semper est mala, vt si sit scientiæ non debitæ physice nec moraliter vt dolor semper est malus propterea ibi nõ erit, secus autem carentia alicuius voluptatis, quæ carentia non semper est mala.

Confir. 1. Confirmatur 1. quia error & carentia debitæ cognitionis sunt mala quædam per peccatum introducta, quæ in fælici statu Innocentiæ non essent, vt tenent D. Thom. 1. p. q. 94. & de veritate q. 18. art 6. Bonauen. 2. d. 23. q. 2. Durand. q. 3. Dionys. Carthusian. de consideratione Theolog. art 86. Valentia 1. p. disput. 7. quæstione. 1. puncto 1. perfectione. 4. ex Augustino. 3. de libero arbitrio cap. 18. dicente, approbare falsa pro veris, vt erret inuitus, non est natura instituti hominis, sed pæna damnati. Nec videtur in eo statu, vbi nullus poterat esse defectus corporis, debere admitti errorem, qui est magnus defectus animi. Quamuis Molina. 1. p. disput. 26. de opere sex dierum dicat, potuisse esse errorem quem liberum arbitrium non posset vitare, & cuius permissio ad pugnã, periculumque de fidelitate primorum parentum capiendum spectaret: imo ait, de facto in Adamo, & Eua fuisse eiusmodi errorem, cuius rationes non possumus modo exanimare, ait tamen, in Beata Virgine nullum errorem fuisse, & non disputat, an potuerit esse. Et Catherinus Genesis. 1. ait, Adamum errare potuisse ex opinione probabili & prudenti.

40 Confir. 2. Confirmatur. 2. quia si ibi possent esse errores; & deceptiones aliquæ, licet non essent temerariæ, quia hæ sunt peccata, sed probabiles, nempe ad opinionem probabilem pertinentes, quando vtrinque essent rationes, vel autoritates vrgẽtes, possent esse inter beatos contraria iudicia, quod pugnare videtur cum pace, & trãquillitate illius fælicis status, & beati possent esse in suis iudicijs inconstantes, & nunc vnum, nunc aliud tenere, & posset quis timere, ne ab alio deciperetur, non ex malitia, sed ex probabili, falsa tamen opinione, vel credulitate, & posset vnus alteri fidem abrogare, quæ omnia sunt magnæ imperfectiones.

ctiones. Quando ergo beatus videt aliquid esse euidenter probabile seu credibile, cuius tamen absolutam euidentiam non habet, vt quod hoc, illud ve contingens futurum sit, quod iste hoc, vel illud cogitet &c. Assensum prudenter suspendit, quia de propositionibus, quibus assentiri oportet euidentiam habet in verbo, vel extra illud per scientiam acquisitam vel infusam, vel speciales Dei reuelationes; quem modum prouidentiæ diuinæ exigit status ille fælix beatæ visionis. De reliquis vero, melius est assensum suspendere, & cohibere, quia inutilis esset, etiam si propositiones valde probabiles, imo moraiter euidentes sint.

Vnde in his non habet beatus iudicium veritatis, sed probabilitatis, ideo nunquam decipitur.

41 Obiectio. Dices saltem, poterit habere actum opinionis, vel fidei humanæ, quando alia via habet euidentiam talis propositionis, quia tunc videt in assensu nullum esse erroris, vel deceptionis periculum.

Solutio. Respon. ne tunc quidem habere assensum opinionis, vel fidei humanæ: quia conspicit esse imperfectionem, sine vlla necessitate elicere assensum, qui de se est expositus periculo erroris, quamuis hic & nunc ex accidēti careat tali periculo. Tunc autem constat, non esse necessarium talem assensum cum sufficiat illi assensus euidens illius propositionis simul cum euidenti assensu probabilitatis illius, qui assensus sufficiunt ad res agendas. Vnde in Deo, & anima Christi propter has rationes nulla ponitur opinio, vel fides humana, etiam de propositionibus alias euidenter notis, in quarum assensu: nullū prorsus esset periculū deceptionis. Adde: aliquos sentire, scientiam, vel fidem, vel opinionem, de eadem propositione simul esse non posse, ergo de illis propositionibus, de quibus beati habent scientiam, non possunt interim habere fidem humanam, vel opinionem. Adde etiam, D. Thom. de veritate, quæstione. 18. articul. 6 Bonauenturam, & Durand. supra, non solum dicere in statu innocentiæ, non potuisse esse errorem, sed neque opinionem vel fidem humanam. Quamuis Molina supra dicat, potuisse habere opinionem probabilem, tametsi forte non posset errare, aut decipi, quod non est admodum à ratione alienum, Nam ille status non erat omnino perfectus. Vnde licet non admitteret malum, quale est quiuis error, tamen admittere forte posset imperfectiorum, qualis est opinio vera. Et quamuis Molina quoddā genus erroris, alij vero omne in eo statu impeditum fuisse putent sola extrinseca Dei prouidentia.

Ego tamen probabile puto, hoc malum, & reliqua omnia vi iustitiæ originalis connaturaliter impedita fuisse, dum homo per mortale gratiam non ammitteret, de quo alibi. Et eodem modo, posset dici in beatis, ex vi iustitiæ originalis, vel similis qualitatis, connaturaliter omnem errorem, vel etiam fidem humanam, & opinionem Impediri.

QVAESTIO

QVAESTIO QVARTA DE IIS, QVÆ AD BEATITVDINEM exiguntur.

Articulus.1.Vtrum delectatio requiratur ad Beatitudinem.

Articulus.2.Vtrum in Beatudine sit principalior visio, quam delectatio.

Articulus. 3.Utrum ad Beatitudinem requiratur comprehensio.

Articulus.4.Vtrum ad Beatitudinem requiratur rectitudo voluntatis.

DISPVTATIO SEPTIMA DE perfectione, quæ ex parte voluntatis consequitur, vel comitatur visionem beatificam.

SVPERIORI disputatione egimus de ijs, que ex parte intellectus visionem beatificã consequuntur, vel comitantur; reliquum est, vt differamus de ijs, quæ ex parte voluntatis illam consequuntur, vel comitantur, & primum de ijs, quæ spectant advoluntatem, vt operatur circa Deum: deinde de ijs, quæ spectant ad ipsam vt operatur circa creaturam, vel circa Deum, & creaturam simul.

Sectio. 1. Vtrum voluntas videntis Deum necessario Deum diligat amore amicitiæ.

1. 1.opinio. PRIMA sententia est, nec de potentia absoluta fieri posse, vt videns Deum non diligat ipsum Henric.quodlib.12.q.5.refertur etiam Aegidius, quodlib. 5.q.6. & suaderi potest, quia interdum, quæ distinguuntur realiter, ita vniuntur inter se, vt nec de potentia absoluta possit esse vnum sine alio, etiam prius sine posteriori, vt quantitas non potest esse sine figura, fundamentum & terminus sine relatione, & secundum aliquos, nec subiectum sine propria passione, vt substantia sine quantitate. Similiter actio, licet pon natur distincta à termino, non potest esse sine illo. In quibus dicẽdum est prius intrinsece petere, vt esse non possit, nisi existente voluntate, & concursu Dei, & cæteris requisitis ad existentiam posterioris; & in hoc numero ponenda videntur visio, & dilectio Dei.

Sed hæc opinio leui nititur fundamento, licet enim in exemplis adductis fateamur prius non posse esse sine posteriori: in rebus distinctis realiter, sicut res à re, & existentibus in distinctis subiectis, quales sunt visio, & delectatio, non videtur id dici posse, saltem omnino gratis, & sine vllo fundamento dicetur. Fauet Ocham quodlib.4.quæs.37.ex professo docens, prius omne absolutum posse à Deo produci, & conseruari sine posteriori re aliter distincto. Qua ratione Valentia hic quæst.4.tenet visionem esse posse sine dilectione. Idem Scotus, 1. distinctio. 1. quæstio. 4.& communiter omnes recentiores. Et confirmatur, quia potest Deus concurrere ad visionem, negando concursum ad dilectionem, ergo tunc Deus videretur, & non diligeretur.

2. *Reijcitur De potentia absolutio visio sine dilectione Dei esse posset.*

2.sententia est, Deum à vidente ipsum in aliquo casu possibili, de potẽtia absoluta, posse sine nouo miraculo, non solum non diligi, sed etiam odio haberi, vt si videret homo se à Deo esse dãnandũ, & puniendũ in æternum. Hanc sententiam tenet Argẽt. apud Carthus. 1.d.1.q.6.colum.6. dicens: quod Deus excelsus possit se clare ostendere menti impij, & damnati, sub ratione vlciscentis iustitię, sicq. videri & nihilominus odiri ab ea. Hanc opinionem tenet etiam Argentina, 4.dist.50.quæs.2.

3. 2.opinio.

art. 3. & 4. conclusione. 2. Olcoth. in determ. quæst. 8. & quæstio. 9. art. 2. Gab. 1. d. 1. quæs. 6. Supplem. 4. d. 59. quæst. 2. art. 3. dubio. 5. Maior. quæst. 6. qui docent talem hominem posse odio prosequi Deum licet videat illam pœnam esse æquissimam, iusteque infligi à Deo. Quod tamen posset non videre; quia vt supra diximus, videns Deum, potest nullam creaturam in eo videre, & vnam creaturam videre sine alia, imo & vnum attributum sine alio; & maxime videtur illud odium possibile, si Dei visio tenuissima sit, & is qui Deum videt, sit priuatus habitibus inclinantibus ad dilectionem Dei, & affectus habitu odij, & subiectus omnibus ærumnis, & pœnis, quæ cum visione beatifica esse possunt. Tunc enim ex parte obiecti erit magna ratio habendi odio Deum, & ex parte voluntatis magna ad id propensio, & inclinatio; cur ergo odium oriri non poterit? Concedit autem Olcoth. visionem talem esse posse, vt necessitatem inferat ad dilectionem Dei; vt si ex parte obiecti nihil sit, quod ad odium inclinare valeat, & tot, ac tanta motiua ad dilectionem Dei, tamque clare, & distincte in Deo videantur, vt vincant omnem resistentiam voluntatis; cum enim sit finita, adeo poterunt motiua crescere, vt totam voluntatis resistentiam superent. Tam imperfecta autem poterit esse visio, vt non necessitet ad dilectionem, imo si ad odium sit aliquod motiuum, admittat odium. Et confirmari potest, nam potest videri Deus, non visa in eo aliqua creatura, ac proinde beato non iudicante, Deum esse diligendum, sine hoc autem iudicio, vel dilectio esse non potest, vel saltem non est necessaria, ergo. Item si in aliquo ponatur visio, qua minor non sufficiat ad inferendam necessitatem, in alio poterit poni minor, ergo non inferet necessitatem. Gabriel autem supra ex nulla visione putat, voluntati posse necessitatem inferri. Idem tenet Scotus, 1. d. 1. quæst. 4. §. negatiua istius, & quodlib. 16. & 4. dist. 49. quæst. 9. Ouand. propositione. 14. Angles, quæst. de Beatitudine, art. 3. difficultate. 4. Supplem. 4. d. 49. quæst. 2. art. 3. dub. 5. Ocham, 4. quæst. vltima, art. 3. imo videtur expresse sentire D. Thom. de veritate quæst. 22. art. 6. in fine, ait enim voluntatem esse liberam quoad exercitium in omni statu naturæ respectu cuiuscumq. obiecti, ad amandum & non amandum illud, & 1. 2. quæst. 10. art. 2. generaliter, & sine vlla limitatione docet, voluntatem quoad exercitium à nullo obiecto necessitari posse.

4. Suadetur quia nihil est intellectu, aut voluntate videntis Deum, quod valeat necessitatem inferre, vt patet discurrendo per singula. Obiectum enim non videtur posse id præstare, cum non moueat quoad exercitium, sed quoad specificationem; nec effectiue, sed finaliter, & cum in via non inducat eiusmodi necessitatem. De visione idem probatur quia non mouet quoad exercitium, & ex opinione multorum non mouet effectiue, sed quasi applicatio, & aproximatio obiecti mouentis finaliter. Et præsertim visio, qua Deus valde imperfecte videretur secundum vnum, vel alterum attributum, & non secundum omnia, & nihil considerando de eius amabilitate, & dignitate amoris, & de nullo cogitando, vt bonum ipsius præsens, vel possibile est: tunc enim nec amor esse posset, cum amare sit velle alicui bonum, quia bonum eius est. Et esto amor esse posset, non tamen necessario esset, maxime si eadem cognitione, vel alia viderentur aliqua prouocantia ad odium Dei, quæ si non sufficerent ad generationem odij, saltem viderentur fore sufficientia ad suspensionem amoris. Voluntas autem ipsa non videtur sufficiens causa huius necessitatis, licet enim magnam habeat inclinationem naturalem ad amorem Dei; non tamen ad amorem supernaturalem: & licet haberet, tamen esset subiecta suæ libertati, sicut inclinationes naturales ad alia bona, & ad bonum in communi. Deniq. ex habitu charitatis hanc necessitatem prouenire non posse probatur, quia in via non infert necessitatem etiam si obiectum sit sufficienter propositum, ergo nec in patria, quia solus modus applicandi obiectum, non videtur sufficere ad tantam diuersitatem. Item quia vt dixit Aristotel. habitibus vtimur vt volumus, inclinant enim potentiã, non necessitant; alioqui adeo posset aliquis habitus crescere, vt etiam absque clara Dei visione voluntas necessario ageret. Addit tamen Gabr. supra, cum Scoto, 4. dist. 49. quæst. 6. §. de 3. dubio; Deum voluntati beati inferre necessitatem ad dilectionem Dei. Et præter hunc actum necessarium, quem ponit Gabr. non produci à beato, sed à solo Deo, ponit alium productum libere, & contingenter, seu non necessario à voluntate beati.

5. 3. opinio. 3. sententia est, ex natura rei posita visione Dei, necessario sequi eius dilectionem. Hanc tenet Capreol. 1. dist. 1. quæst. 3. arti. 1. concl. 4. & 5. Ferrar. 3. contra gentes, cap. 62. Sotus, 4. dist. 49. quæst. 3. arti. 4. concluf. 4. Richardus, artic. 1. quæst. 6. ad. 2. Paludan. quæstio. 7. num. 22. Maior, quæst. 8. Durand. quæst. 8. numer. 16. & dist. 48. quæst. 2. Caietan. 1. p. quæst. 82. art. 1. & 2. Valent. 1. 2. quæst. 4. pun. 1. Henric. quodlib. 12. quæstio. 5. in corpore, & ad. 1. Aegidius, quodlib. 5. quæst. 6. Vazq. hic. disputatio. 16. cap. 2. Medi. quæstio. 4. artic. 1. & 4. & communiter recentiores, qui id nituntur colligere

colligere ex D. Tho. 1. part. quæst. 82. artic. 2. & quæst. 83. artic. 4. & quæst. 60. artic. 5. ad. 5. & quæst. 62. artic. 8. ad. 2. & 1. 2. quæst. 5. artic. 4. & 3. contra gentes, capit. 62. Recte autem nonnulli iuniores dicunt, loca hæc non vrgere: nam quædam loquuntur tantum de necessitate visionis Dei, alia vero quæ loquuntur de necessitate dilectionis Dei, possunt exponi de necessitate quoad specificationem tantum, vel de minima visione possibili de potentia ordinaria.

6. *De potentia ordinaria nulla visio Dei dari potest, quæ non inferat necessitatẽ amãdi Deũ. Bene tamen posset esse tã tenuis visio de potentia absoluta vt talem necessitatẽ non imponeret, imo odium admitteret.*

Cum quo stat dari posse de potentia absoluta, tam tenuem visionem, vt hanc necessitatem non inferat, sed forte odium compatiatur; quod mihi videtur valde probabile, præsertim solam spectando rationem; nulla enim ratio vrget pro 3. sententia. Quam male aliqui probant, supponendo Deum videri non posse, quin videatur, vt summe bonus, & summe amabilis; quod fundamentum falsum est; quia vt supra vidimus potest de potentia absoluta, Deus videri explicite, sub ratione vnius attributi, & non alterius, præsertim respicientis creaturam in particulari, vel in communi. Esse autem summe amabilem, & vltimum finem, respicit creaturam in particulari, nempe amorem creatum ergo viso Deo, non oportet videre esse summe amabilem & vltimum finem. Et quamuis necessario videretur hæc ratio in Deo; non necessario amaretur: quia ratio vltimi finis præcise considerata pertinet ad amorem concupiscentiæ, & non amicitiæ. Deus enim sub ratione vltimi finis, amore concupiscentiæ amatur, & non amicitiæ, licet hoc possit esse motiuum ad amorem amicitiæ, quo Deo volo bonum, quia bonum eius est. Item licet illa ratio sufficeret ad excitandum amorem amicitiæ, tamen vnde habetur, determinare ad talem amorem, præsertim cum valde confusa, & imperfecta est, tunc enim ne ad amorem quidem remissum determinare videtur. Sed dicunt, quia quo aliquid cognoscitur vt melius, magis inclinat ad amorem, ergo quod videtur vt infinite bonum, inclinat quasi infinite, scilicet determinando, & necessitando. Sed certe hæc supputatio vim non habet, alioqui concluderet Deum cognitum fide, vel alia euidenti cognitione, citra visionem beatificam, inducere eiusmodi necessitatem: quod falsum, & inopinatum est.

Adde tenendo, beatificam dilectionem esse necessariam, non facile expediri illam difficultatem, quomodo Christus dilectione Dei meruit nobis.

Quod si dicas, meruisse dilectione Dei, vt per eam volebat Christus Deo bona extrinseca, honorem, famam, obedientiam, reuerentiam, &c. qua ratione erat libera, non vt per eam volebat bona Deo intrinseca, sapientiam, iustitiam, &c. vt quæst. 114. dicemus cum Bañes, 2. 2. quæst. 24. arti. 3. ex hoc ipso potest summi argumentum. Si enim dilectio Dei, quoad bona extrinseca fuit libera in Christo, cuius visio erat tam excellens, & tam excellentia Christo proponens motiua diligendi Deum, quid mirum si de illa, vel saltem de alia visione imperfecta asseramus, nec quoad bona intrinseca Dei, necessitatem adducere? Et saltem licet visio Dei necessitet ad diligendum, non videtur necessitare ad diligendum totis viribus, & toto conatu.

7. *Obiectio.*

Sed obijcies, quia Deus se videns, necessario se summe diligit, ergo & voluntas videntis Deum, necessario diligit ipsum summo amore sibi possibili: par enim ratio videtur esse.

Solutio.

R. non esse simile, quia visio, qua Deus se videt, est simpliciter infinita, ideo infinite trahit voluntatem diuinam, ac proinde eam determinat, non autem visio finita voluntatem finitam, præsertim alienam, quæ magis secundum aliquos, non appretiatiue, sed quasi intensiue inclinatur ad bonum proprium, quam ad diuinum. Deinde forte Deus non ex vi visionis est determinatus ad summum, & omnem, atque intensissimum suum amorem, sed quia est perfectio simpliciter sic amare se; & nulla perfectio simpliciter potest deesse Deo, bene tamen creaturæ: vnde non ex perfectione, sed ex imperfectione sua videtur creatura habere libertatem ad amandum, & non amandum eo modo Deum, sicut ad peccandum & non peccandum. Habere autem dominium aliorum actuum, est perfectio simpliciter in voluntate humana. Neque charitas creata est participatio tam excellens charitatis diuinæ, vt necessitet voluntatem humanam circa Deũ clare visum, sicut necessitat diuina: maxime cum diuina non necessitet per se, sed ratione naturæ exigentis omnem perfectionem simpliciter; vel certe nulla est in Deo charitas per modum habitus, quæ vim habeat necessitandi: Deus enim est formalissime purissimus actus. Illa vero ratio, qua aliqui vtuntur, quia suspensio dilectionis non potest repręsentari sub rationi boni, ergo non potest esse volita, nullius est momenti: quia ad suspensionem actus non oportet formaliter velle eius suspensionem, sed satis est aliquid esse, quod mouere valeat ad actum oppositum, scilicet odij, vel nihil esse, quo determinetur voluntas ad actum; alioqui necesse esset amare omnia obiecta, in quibus, eorum q-

amore nulla apparet ratio mali & in suspensione actus circa ipsa, nulla ratio boni; quod videtur falsum; & præterea posset in suspensione dilectionis Dei apparere aliqua ratio boni, vt si quis vere, vel falsè putaret, esse impedimentum aliarum actionum, etiam non contrariarũ, vel certe contrariarum, vt amandi creaturam & volendi, atque procurandi eius commoditates, quod verum esse potest. Nam amor Dei sæpe est contrarius nostris cõmoditatibus, & cupiditatibus; vt cum volo propter Dei gloriam carere honore, diuitijs vita &c. Ad suspendendam autem visionem diuinam necessarius esset actus positiuus voluntatis, quo vellet suspendere visionem & ideo ea suspensio deberet repræsentari sub ratione boni, quod non est possibile de potentia ordinaria, & rebus, vt nunc; & ideo bene videtur probare D. Thom. q. 5. ar. 4. & 3. contra gentes, cap. 62. ex parte voluntatis nostræ visionem Dei interrumpi non posse: quamuis & in visione ratio hæc suam habeat difficultatem: quia etiam suspensio visionis posset repræsentari sub ratione boni, cum visio diuina per se, vel media dilectione, quam infert, aduersari possit alicui commoditati nostræ.

8. Confirmatur, nam videns Deum potest habere adiunctum aliquem errorem, existimet ergo esse præceptum Dei de suspensione diuini amoris, vt voluntas in alijs actibus occupetur; iam ille ne Deum offendat, & damnetur, poterit velle suspensionem diuini amoris, quoniam sub ratione boni repræsentatur, & amor sub ratione mali. Et licet velle talem suspensionem, ne Deum offendat amando, esset amare Deum, tamen posset hic amor esse mere naturalis, quo suspenderet supernaturalem, vel amore non beatifico, & non sequente cognitionem beatificam suspendi posset amor beatificus. Et certe si aliqua ratione voluntas videntis Deum potest amorem suspendere, poterit ei vere à Deo præcipi sine miraculo, ergo sine miraculo posset videns Deum non diligere illum, si Deus aliter de rebus statuisset, vt sine vllo miraculo statuere potuit. Et similiter non esset miraculum, & contra naturam visionis (saltem quæ fit lumine fluenti, vel mero auxilio extrinseco) vt videns Deum, eadem visione, vel alio iudicio intelligat aliqua damna sibi à Deo inferri, vel inferenda esse. Cur ergo propter illa non posset eum odisse vel saltem ab eius amore cessare sine voluntate, vel cum voluntate positiua cessationis? Qui enim aliquem sibi hostem arbitratur, potest eum odisse vel illis modis ab eius amore cessare. Et magis vrget argumentum: si ille non videret iuste sibi mala inferri vel inferenda esse, sed potius arbitraretur, Deum peccare posse, & peccare, esseque odio dignum. Hic enim error, sicut & alij possent de potentia absoluta cadere sine miraculo in hominem videntem tenuissime Deum; quamuis hoc iudicium ad suspensionem amoris, vel ad actum odij necessarium non sit. Nam etiam qui recte, & iuste damna inferre cognoscitur, odio haberi potest. Si dicas visionem illam necessario inferre restitudinem voluntatis: de hoc est eadem quæstio, & difficultas; & præterea, saltem si ille ignoraret inuincibiliter, esse malum odio habere Deum, cur non posset illum odisse? Cum hoc non repugnet restitudini voluntatis. Item; cur Deus non posset illi mere passiue se habenti infundere odium sui? Siquidem tale odium tunc non esset peccatum, cũ non esset liberum creaturæ.

9. *Decisio quæstionis in aliquo euentu de potentia absoluta posset videns Deum nõ amare vel etiã odio habere ipsum.*

Non ergo video, cur in aliquo euentu de potentia tantum absoluta, & quando visio Dei esset tenuissima, videns Deum non posset illum non amare, imo & odio prosequi. Fateor tamen verum esse, & consonum D. Thom. visionem, qualis modo est in omnibus beatis, non solum excludere omnino, & naturaliter ac necessario omne odium, sed necessario inferre amorem, quia perfecta est, & attingit cum magna perfectione attributa diuina, & beneficia, quæ videns Deum & totum genus humanum, & totus orbis à Deo accipit: quæ omnio mirabilem vim habent excitandi amorem; imo forte sola diuinæ pulchritudinis perfecta visio vim habet necessario excludendi odium & excitandi amorem, etiam in eo, qui videret se à Deo esse damnatum. Actiuitas enim illius diuinæ bonitatis, & pulchritudinis longe superat resistentiam, quæ ex damnis præsentibus, vel futuris videntis oriri posset. Et forte non solum ex tali visione, sed ex quacumque alia, in qua cognosceretur aliquod bonum intrinsecum Dei, vt bonum ipsius, determinaretur voluntas ad amandum Deo tale bonum: quia hæc est natura voluntatis affectæ charitate, vt in Deum clare visum necessario feratur amore supernaturali summo sibi possibili. Si vero non sit affecta charitate, aut auxilio supernaturali intrinseco, nec Deus hæc suppleat, feratur saltem amore naturali summo, appetendo Deo suas intrinsecas perfectiones, vel etiam extrinsecas, honorem, famam, obedientiam, & subiectionem creaturarũ &c. Perfecta enim amicitia facit conformitatem voluntatum, vt ait D. Tho. 4. contra gentes, cap. 93. ex tali autem Dei visione perfecta amicitia processura videtur. An vero ex naturali cognitione Angeli, vel animæ separatæ necessario sequatur amor Dei in ordine ad perfectiones eius intrinsecas;

secas; & an hic amor detur in demonibus, atque damnatis, licet odio habeant Deum, in ordine ad perfectiones extrinsecas; & an saltem ament Deum conditionaliter, optantes illum esse cum omnibus suis perfectionibus, si eos non cruciaret, & penis afficeret, alijs discutienda relinquo; & similiter, an sit de ratione naturæ intellectualis puræ ab omni actuali peccato & constitutæ extra viam, & statum merendi, vt peccare non possit, aut Deum odisse, aut ipsum non amare absolute in ordine ad bona intrinseca, vel etiam extrinseca amore supernaturali, si charitatem habeat, naturali vero si illa careat, vt pueri lymbi carent, & omnes Angeli, & animæ separatæ carerent, si in puris naturalibus conditi fuissent. Quamuis verius appareat, in omni statu, saltem naturali, animam esse liberam respectu dilectionis Dei, saltem in ordine ad bona extrinseca.

10. *Obiectio. Solutio. Voluntas videntis Deũ, charitate & omni auxilio supernaturali destituta amaret Deũ naturaliter.*

Si cõtra id quod diximus, voluntatem, charitate, & omni auxilio supernaturali destitutam, amaturam Deum amore naturali, objicias, talem amorem non posse consequi cognitionem supernaturalem. R. ea ratione aliqui dixerunt, tunc nullum amorem Dei habituram. Sed communiter, & melius affirmatur oppositum cum Scoto. 1. d. 1. q. 3. §. ad argumẽtum pro. 4. articulo d. 17. q. 2. §. ad argumenta Adam. 1. d. 1. quæst. 10. ad. 10. paulo ante 3. con. quia licet cognitio naturalis non sufficiat ad amorem supernaturalem, bene tamen supernaturalis ad naturalem, vt patet in via; cognita enim per fidem amant peccatores amore quodam naturali. Sic ergo Deum cognitum cognitione beatifica amare possumus amore naturali. Rationem aliqui assignant, quia in eo apparet bonitas naturaliter diligibilis; & supernaturalis cognoscitur, vt conuenientiam habet cum naturali; & sub ea ratione potest Deus naturaliter diligi, dilectioq. illa erit diuersæ rationis à supernaturali, quia attingit Deum, vt habet connexionem cum natura. Dilectio autem supernaturalis, prout est principium alterius rationis. Sed hoc non placet, quia omnis bonitas Dei est Deo naturalis; quod si naturalem tantum dicere Velis eam, quæ naturaliter est cognoscibilis, euidenter, vel probabiliter, reliquam autem supernaturalem; certe vtraque præcisa ab alia potest diligi amore naturali, & supernaturali, ergo inde non distinguũtur isti amores. Minor probatur, nam si homo in Deo solum cognosceret formaliter, & explicite bonitatem naturalem, ad huc posset amare Deum supernaturaliter; & eo solo amore illum amaret, si Deus negaret concursum ad amorem naturalem. Ecõtra autem, si sola bonitas supernaturalis videretur formaliter, & explicite, & Deus concursum negaret ad dilectionem supernaturalem, oriretur amor naturalis, sicut peccator Deum sola fide cognitum, vt finem, & authorem supernaturalem, posset diligere aliquo amore naturali, siue super omnia, siue alio modo; ergo non à ratione obiecti in esse rei sumitur naturalitas, vel supernaturalitas, sed ex ratione formali eius in esse cognito, seu ex cognitione, quæ est ratio formalis, sub qua attingitur à voluntate, ita vt amor supernaturalis poscat cognitionem supernaturalem, naturalis autem sit contentus cognitione naturali, quamuis supernaturalem quoq. sequi possit.

11. *Ad fundamenta. 2. opinionis*

Ad testimonia autem D. Thom. allata pro secunda opinione. R. vel eo loco habuisse illam sententiam, & postea illam retractasse, vel ibi solum voluisse in omni actu naturæ, voluntatem esse liberam ad amandum, & non amandum Deum, secus in statu supernaturali visionis beatificæ. Iuxta quod bene Ferrara, & Capreolus supra dicunt, voluntatem à solo Deo clare viso posse necessitari. Vel vult etiam in statu visionis beatificæ, esse liberam ad amandum, & non amandum Deum, in ordine ad bona extrinseca. Vel denique vult, in nullo statu necessitari ab obiecto, sed à seipsa esse determinatam ad amandum Deum clare visum. Quo pacto Caietan. infra, quæstio. 10. art. 2. explicat quod ibi ait D. Thom. voluntatem quoad exercitium à nullo obiecto necessitari posse. Quod tamen Conrad. ibi, & Capreol. 1. d. 1. quæst. 3. art. 1. explicant de homine in statu viæ, in patria autem voluntas necessitatur à Deo in genere causæ finalis, & à se ipsa in genere causæ efficientis, & à visione, vel in genere causæ efficientis, vel saltem vt conditione, seu applicatione debita, & conuenienti obiecti diligendi; vnde etiam patet ad fundamẽtum illius secundæ opinionis.

12. *Obiectio. Solutio.*

Si instes, nam si voluntas videntis Deum necessario illum amat, ergo erit impeccabilis.

R. cum Valentia, non esse inconeeniens, creaturam esse impeccabilem ex dono gratuito, quale est visio Dei, secus ex naturalibus, vt docuimus, disputatione. 3. sectione. 1. & 2. Quod vero ait Augustinus, de gratia & libe. arbi. cap. 15. voluntatem in nobis semper esse liberam, intelligitur in ordine ad aliquos actus, vel de libertate opposita coactioni, non determinationi ad vnum; vt cum ait in Enchirido. cap. 105. neque voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Quo pacto Augustinũ interpretatur Valentia

lentia supra & Magister, 2. d. 25. Neque est incouueniens, vt eadem potentia diuersos habeat modos operandi, scilicet necessario, & libere, vt patet in Deo, qui se amat necessario, creaturas vero libere: sed hoc est speciale in creatura, vt idem obiectum aliquando amet libere, aliquando necessario vt Deum in via, & in patria. Et quando Scotus omnem actum voluntatis diuinæ, & humanæ liberum putat, intelligit de libero libertate complacentiæ, non indifferentię. Fatetur enim esse in voluntate Dei actus aliquos necessarios, nempe amorem sui, & productionem Spiritus Sancti; sed renuit eos appellare naturales, & simpliciter, ait, esse liberos: quem modum loquendi reijcimus, quæst. 6.

Sectio. 2. Vtrum amor visionis beatificæ necessario visionẽ ipsam consequatur.

13. HACTENVS locuti sumus de amore amicitiæ, seu beneuolentiæ, qui idem est, sed non cõnotat redamationem, vt amor amicitiæ. Nunc autem de amore concupiscentiæ differemus, quo Deus amatur vt videndus, seu quo amatur visio Dei, seu Beatitudo pręcise, quia bonum amantis, qui amor est appetitus commodi, vt ait Anselm. dialog. de lib. arb. & de casu diaboli, cap. 4. Sectione autem sequenti loquemur de delectatione, tam consequente amorem amicitiæ, quam concupiscentiæ, quia expedita in his duabus sectionibus, quæstione de vtroq. amore, facile expedietur quęstio de vtraq. delectatione.

14. *1. Conclu. Videns Deum nõ potest vel le carere tali visione.* Dico 1. amorem visionis beatificę in vidente Deum, esse necessarium quoad specificationem, ita vt nullus velle possit visione illa carere. Ita tenet D. Tho. infra q. 5. art. 4. & 3. contra gentes, cap. 62. & communiter recentiores: & quidem de actu absoluto efficaci certum videtur: quia quisq. videt esse impossibile, cessare ab illa visione, vel quia est causata à solo Deo, vel quia ex vi diuinæ voluntatis, vel luminis gloriæ intellectus est determinatus ad eam eliciendam: Voluntas autem absoluta efficax, non est impossibilium, ergo. Loquendo autem de voluntate efficaci conditionata, vel de simplici voluntate absoluta, (quæ potest esse impossibilium, vt tractatu. 6. videbimus,) vel de absoluta efficaci in eo euẽtu, quo

15. *Ratio quorũdã reijcitur.* esse possibile à visione desistere, maior est difficultas.

Quidam autem dicunt propterea nullum eiusmodi actum in vidente Deum esse possibilem, quia suspensio visionis, non potest sub ratione boni apprehendi, iudicando esse bonã, nec visio sub ratione mali, iudicando esse malam, aut incommodam. Sed hæc ratio non caret difficultate, nam multis modis visio potest apprehendi sub ratione mali, & eius suspensio sub ratione boni, etiam a videnteDeũ, 1. quidem, si Deus homini reuelet esse suam voluntatem beneplaciti, seu signi & pręcepti, vt homo à visione cesset (cessare autem posset, Deo statuente, vt si homo velit cessare, visio interrumpatur) stante igitur hac voluntate Dei; quia suspensio visionis esset possibilis, & ad conformandum suam voluntatem, cum diuina vtilis, posset absolute appeti illa suspensio, & sub nolitione absoluta cadere visio; imo si videns Deum peccare non potest, necesse esset, stante illo præcepto visionem velle suspendere: & idem de voluntate conditionata dicendum, si Deus præciperet, vt etiam si suspensio illa sit impossibilis, eam vellet cõditionata volũtate. Idẽ similiter dicẽdum est si præciperet simplici affectu absoluto appeti illam suspensionẽ, tametsi sit impossibilis. Idem si ex errore (quem diximus ex natura rei non repugnare videnti Deum) existimaret, suspensionem esse possibilem sibi, & à Deo absolute præceptam. Secundo posset suspensio visionis apprehendi, vt bona, & visio vt mala, ex errore, quo visio existimaretur aliquam commoditatem impedire, licet minorem, vt aliam cognitionem, vel operationem internam, vel externam, imo idem posset vera apprehensione, etiam nunc apprehendi, nam visio beatifica aliquas incommoditates adducit, licet multo maiores cõmoditates afferat, impedit enim vindictam priuatam, liberum motum ad benefaciendum parentibus, & amicis, & dilectionem sui, vel parentum, vel amicorum in ordine ad aliquos honores, & similia: & tunc posset homo suspensionem visionis velle, & visionem nolle. Tertio idem contingeret, si pro suspensione præsentis visionis promitteretur ei visio perpetua, aut si cum ea iudicaret, non posse mereri sibi, nec alijs, nec pro se, & illis satisfacere, sine ipsa autem posse. Propter aliqua ex his recte Capreol. 1. d. 1. q. 3. ad argumenta. Adæ, contra quartam conclusionem, admittit, eum, qui Deum videt, posse velle in posterum carere diuina visione, non per se, sed per accidens, ratione diuini præcepti, nec voluntate vt natura, sed vt volũtas. Male autem Hispalen. eadem d. q. 6. a. 3. & 4. quem citat, & sequitur Conradus infra, q. 5. art. 4. docet, nec de potentia absoluta posse in vidente Deum, esse voluntatem aliquam non videndi ipsum.

16. *Obiectio.* Si obijcias, quia repugnat velle non esse beatum

beatum,velle autem suspendere visione m est velle non esse beatum:quia visio est ipsa beatitudo,vel necessaria ad beatitudinẽ,tanquã eius pars essentialis,& forte præcipua,& tanquam causa aliarum partium beatitudinis essentialium,si quæ aliæ sunt.

solutio. R.carere visione ad tempus non esse carere tota beatitudine, quia de ratione beatitudinis est perpetuitas visionis,& licet admittere mus in visione temporali esse totam essentiã beati.&sic illacarere esse carere totabeaitudine,diceremus, tamẽ posse aliquem velle carere beatitudine ad tempus,ne ea careat in perpetuum:imo & carere perpetuo beatitudinis,si illam apprehendat vt difficilem, & non sine magnis laboribus acquirendam,vel si intelligat cum essentia beatitudinis futura esse multa incommoda,vel offensionem aliquam Dei & violationem alicuius præcepti diuini: & cum carentia beatitudinis fore multa bona,& præsertim,quæ sint partes beatitudinis, aut bona magnæ æstimationis,qualis est imtio diuini præcepti vel consilij &c. Non potest autem quis vellecarentiam beatitudinis, intelligendo de carentia omnium bonorum sibi possibilium:hoc enim interdum intelligi tur nomine beat.&sic velle carere visione nó est velle carere beatitudine, quia sine visione Dei potest homo multa, bona obtinere. Item rebus nunc, quando visio Dei, vt innumeras; & immensas affert commoditates & paucas paruasq incommodiiates,non potest videns Deum,neq.alius, pro omni tempore visionem Dei nolle,aut perpetuam eius carẽ tiam velle : non quia nullo modo possit visio apprehendi sub ratione mali & eius carentia sub ratione boni: hoc enim falsum est,vt diximus:sed quia malum, quod est visioni adiunctum, & bonum adiunctum, suspensioni eius,nullius momenti est comparatione bonorum,quæ visioni adiunguntur,& malorum,quæ adiunguntur carentię visionis. Vnde efficitur, nequaquam posse, rebus vt nunc,carentiam visionis optari, præsertim à vidente Deum,& in eo experimentali,aut alia euidenti cognitione videnteexcellentiam visionis,& eius commoditates.

27. *Aliquando possibile & licitũ est velle carere diuina visione ad tempus vel in perpetuum.* Tamen si visionis carentia esset necessaria ad diuinam beatitudinem,gloriam,honorem impletionem præcepti,vel bonum totius rei publicæ,aut multorum bene possent appeti. quia bonum diuinum,vel commune potest& interdum debet præferri proprio etiam summo,quale est beatitudo. Vnde communis opinio est,non solum esse possibile,sed etiam licitum,& interdum obligatorium, pro gloria Dei,& salute multorum velle carere gratia, vel saltem gloria, non solum ad tempus,sed etiam perpetuo.Ita Caprol.3.d.27.q.vnica,a 3.ad.2.Durand,contra.3.conclusionem:& ipse Durand.4.d.17.q.6.num.7.Hadrianus in.4 tractatu de remissione peccatorum post mortem,§.circa hoc tamen,&. §.addo pro materia,Aragon,Bañes Victoria Sotus, Canus, & communiter alij.2.2.q.26.arti.3.&.4 Cordo. lib.1.q.28. propos.4.Arboreus.11.Theosoph.cap.8.lib.14.cap.17. Palac. 3.d.29. q. 1. Martinus de Magistris. q. 7. de fortitudine, Palud.4.d.18.q.1.art.6.conclusio.3. Origen. Athan.Theoph.Ambr. Theodoret. Oecum. NicolausGrãdisLyra,Aegidius,Viguer.Carth.Angel.Isidorus Clarius & D.Thom. Rom. 9.ita interpretantes,quod ibi ait Paulus, *optabã ego anathema esse à Christo pro fratibus meis.* eandem expositionem habet Chrysostom.ibi homilia.16.& lib.4.de sacerdotio,&.3.de prouidentia,serm.10. de charitate lib. de compunctione cordis,& homilia.1.2.&.6.de laudibusPauli Theodor.Damnopatus,in encomio Pauli collecto ex Chrysost.(quod habetur apudLipoman.Metaphrast.& Surium in festo Pauli,Hierony. Ionæ.1.in principio. Quibus consonat Nazianzen.in apologet dicẽs, Paulum elegisse extra pietatem fieri propietate.Eodem modo multi interpretantur id Exodi.32. *Aut dimitte populo huic noxã hanc, aut dele me de libro vitæ.*Hugo Cardinalis Psal.138 Bernard.serm.12.in Canti, Chrysostom.hom. 16.in epistо.ad Romanos, lib. de compunctione cordis,& lib.3.de prouidentia,Cassianus,collat.9.cap.18.Hierony.Anselm. Cord. Cathe.&Bañes supra.Eodem modo interpretatur Anselm.id Mich.2. *Vtinam essem vir non habens spiritum*:quamuis de carentia spiritus prophetici melius exponat Cassian. illo cap. 18.

Vt ergo Paul. & Moisi. pro gloria Dei & salute proximorum optabant,(si opus esset) carere visione Dei ad tempus, vel etiam in perpetuum:dum non videbant Deum, ita id melius poterunt optare videntes Deum,quãdo eius ac proximorum amore amplius flagrant. Ergo diuinæ visionis amor non est ita necessarius quoad specificationem quin possit homo etiam videns Deum,aliqua ratione carentiã diuinæ visionis optare: & saltem in vidente Deum,voluntatem videndi eum non esse necessariam quoad exercitiũ,docet Scotus,4.d.49.q.4.

18. *1. opinio. 2. opinio. authoris & 2. conclu.* Sed nihilominus dico. 2. videntem Deum non posse non amare talem visionem,ac proinde esse necessarium eius amorem in tali subiecto,quoad exercitium Ita Durand.4.d. 48.q.2.&.d.49.q.8.num.16. Palu.q.7.Maior. q.8.Capreol.1.d.1.q.3.ad argu.Adę contra.4 conclusionem,Valentia in hac.q.4.puncto.1. Medi. art.1.&.4.&.q.5.art.4.vbi Conrad.qui & Capreol. respondere nituntur ad omnia

Scoti

Scoti argumenta in contrarium.

Hanc opinionem probant aliqui, quia in obiecto huius amoris, quod est visio, vel Deus, vt clare visus, cernitur à vidente Deum summa quędam bonitas, seu commoditas, sine vlla incommoditate, vel ratione mali, & ipse met amor perpetuo exerceri potest sine vllo fastidio, vel incōmodo, & est necessarius ad complementum beatitudinis, vel vt alij volunt ad essentiam. Vnde in carentia illius nulla ratio apparere potest commodi ergo hic amor non est liber. Sed probatio hæc non vrget, tum quia iam dictū est in visione posse aliquam incommoditatem apparere: idēq. est de amore illus, sicut & in amore Dei diximus, & præterea non posse in amore vel visione apparere reliquam rationē mali, solum probat, non posse carentiam visionis, vel amoris appeti, aut eiusmodi actus odio haberi: inde tamen non sequitur, amorem visionis esse necessarium quoad exercitium: sed ex eo quod inclinatio, & propensio ad visionem Dei in se, vel in Deo visam tanta est, vt non obstantibus nonnullis eius incōmodis, quæ collata cum eius commodis nullius momenti sunt, necessario rapiatur voluntas in eius amorem, & fortasse vehementius, quam in amorem Dei clare visi: quia aliqui non improbabiliter putant, voluntatem magis esse inclinatam intensiue ex se ab bonum propriū, quam ad diuinum.

19. *Supernaturalis amor beatitudinis est actus elicitus à virtute spei.*

Hic autem amor beatitudinis seu visionis Dei, vt proprium bonum est, interdum est actus naturalis, vt patet in peccatoribus, etiam in fidelibus: interdum autem est supernaturalis, vt in habentibus fidem, & spēm infusam, aqua virtute spei elici sentiunt aliqui nec in merito ex D. Thom. 2.2.q.17.art.6.ad.3.& a. 8. & ideo dicunt, habitum spei manere in patria ad eliciendum hunc actum & delectationem, addunt, & actum sperandi beatitudinem corporis, & perpetuitatem beatitudinis animę. Ita Suatez. 3.p.q.7. art. 1. in commentario. Vide infra, sectione. 6. in fine, & tractatibus de passionibus & de virtutibus vbi de spe passione & de spe virtute differemus Si ergo videnti Deū daretur habitus supnaturalis, vel auxilium intrinsecum, aut extrinsecum supernaturale sufficiens ad eliciendum amorem supernaturalem beatitudinis, necessario illum eliceret: sin minus elicit saltem amorē eius naturalem: sicut de amore amicitiæ erga Deum naturali, & supernturali dictum est, sectione præcedenti, & sicut ibi diximus, amorem amicitiæ naturalem & supernaturalem erga Deum non distingui essentialiter ex obiecto, sed quia vnus exigit intrinsece cognitionem supernaturalem, alius vero naturali est contentus. Ita de hoc amore concupiscentię

Voluntas videntis Deum necessario elicit amorē beatitudinis naturalē vel supernaturalē vel vtrūq.

beatitudinis dicendū est: quē fore in patria certum est, imo esse partem essentialem beatitudinis, dixit Richardus, 4. d. 49. art. 1. q. 6. ad. 2. cui fauēt Augustinus, & Anselmus citati disputatione. 5. opinione. 4. argumento. 1 Ratio est, quia hic amor est valde consentaneus inclinationi naturæ ex se, & ex suo obiecto est honestus, nullamq. imperfectionē includit, statui beatorum repugnantem. Nam licet comparatus ad amorem charitatis dicatur imperfectus negatiue, seu minus perfectus quam ille, tamen non est imperfectus priuatiue neq. in se, neq. respectu subiecti, quia neq. priuatur aliqua perfectione sibi debita, nec priuat subiectum perfectione illi debita, seu maiori.

Hic amor est essentialis; pars beatitudinis secundum aliquos.

Sectio. 3. Vtrum delectatio visionem beatificam necessario consequatur.

20. *In patria erit delectatio.*

CERTVM est, in patria fore delectationem tum de visione Dei, seu beatitudine: tum de diuinis bonis, imo, & de bonis proximorum, Matth. 15. *Intra in gaudium domini tui*: Ioan. 15. *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit &c.* & infra: *Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum*: & cap. 16. *gaudium vestrum nemo tollet à vobis*: Psalm. 15. *Adimplebis me lætitia cum vulto tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem*: & Psalm. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ* &c. & Psal. 149. *exultabunt sancti in gloria &c.* & alibi: *in æternum exultabūt &c.* Apocalyp. 19: *Regnauit dominus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus*: 1. Petri. 1. *parata reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis &c.* & cap. 4: *Vt in reuelatione eius gaudeatis exultantes*: Apocalyp. 21. *Non erit luctus, neq. clamor &c.* Isai. 65. *Gaudebitis & exultabitis vsq. in sempiternum, in ijs quæ ego creo: non audietur vltra vox fletus, vox clamoris*: & cap. 66. *Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt*: Prober. 10. *expectatio iustorum lætitia*: & patet quoniam gaudium de bonis diuinis est fructus charitatis, vt docet D. Tho. 2.2.q.28. per totam, charitas autem ibi erit maxima, ergo & hoc gaudium. Similiter ibi erit amor concupiscentię, ergo & gaudium ex illo necessario resultans, vt Durand. 4. d. 48.q.2.& d.49.q.8. Richard. art. 1. q. 6. in fine. Vnde August. 14. ciuitatis, cap. 9. & lib. de symbolo ad Catechum. cap. 11 in beatitudine ait esse gaudiū de possessione boni amati; imo &. 10. confessio cap. 25. beatitudinem vocat gaudium de veritate.

Confirmatur. 1. quia spes beatitudinis infert gaudium, iuxta id Rom. 12. *Credentes autem exultatis lætitia inemarrabili*: & cap. 4. *Communi*

cantes

cantes Christi passionibus gaudete: ergo multo magis possessio.

Confir. 1. Confirmatur. 2. quia Arist. 10. Ethi. cap. 4. 7. & 10. docet delectationem sequi ex operatione, & ex operatione sapientiæ perfectissimam delectationē: & ideo beatitudinem nō esse sine delectatione.

21. Imo disputatione. 2. sectione. 5. vidimus aliquos totam essentiam beatitudinis, vel magnam eius partē in delectatione comsti tuisse, ergo visioni beatificæ adiuncta est delectatio, non vtcumq. sed necessario, vt docet D. Tho. 4. contragent. capit. 92. 4. d. 48. q. 1. a. 3. Durand. Richard, Valentia Medina, Conrad. & alij supra, & Scotus. 4. d. 49. q. 4. & q. 7. ad. 1. principale, quod aliqui ita verum esse putant. vt censuerint, nec de potentia absoluta delectationem à visione diuelli posse. Ita sensit Henric. quodlibeto. 2. q. 5. Idem tribuitur Gothifredo, quodlib. 7. q. 5. Aegidio, quodlib. 5. q. 6 & forte ita esse ait Durand. 4. d. 49. q. 8. num. 16. & sub dubio id relinquit Capre. 1. d. 1. q. 1. a. 3. ad. 4. contra. 6. conclusionem, & 4. d 49. q. 2. ad. 5. contra. 1. conclusionem. Sed oppositum esse verum docet Duran. 4. d. 48. quæst. 2. Valentia, & Conrad. supra ratione facta in amore, sectione præcedenti, scilicet, quia prius potest esse sine posteriori, concurrente Deo ad productionem prioris, & non posterioris, ergo potest seruari visio sine amore, & amor sine delectatione. Et confirmatur, quia Deus potest efficere, vt ad operationem naturaliter inferentem dolorem, dolor non sequatur, ergo similiter in delectatione. Imo Scotus. 4. d. 49. q. 4. quia tenet delectationem non sequi ex visione, nisi medio amore, quem alibi putat, ex natura rei non esse necessario coniunctum cum visione, consequenter censet, ex natura rei Deum sine delectatatione videri posse, licet ex ordinatione diuina amor necessario sit coniunctus cum visione, atq. adeo delectatione, quæ naturaliter manat ex amore rei obtentæ.

Delectatio necessario cōsequitur visionē Dei.

Sed de potentia absoluta posset non cōsequi.

22. Circa hos tamen actus amoris, & delectationis beatificæ aliqua obseruanda sunt. Primo, sicut eodem habitu charitatis, quo diligitur Deus, diligimus nos ipsos, & proximos nostros in ordine ad Deum, & vt sumus aliquid Dei. Ita eodem habitu delectamur de bonis Dei, & de bonis nostris, & proximorum: vt cō ducere possunt ea bona ad bonum Dei, & vt nos sumus aliquid Dei. Et hoc verum est, siue loquamur de amore & delectatione viæ, siue patriæ: vnde non omnis delectatio de beatifica visione pertinet ad amorem concupiscentiæ, sed aliqua ad amorem amicitiæ. Et licet contingat eodem actu videre Deum, & nos ac proximos in Deo, non tamen eadem dilectione diligimus formaliter, & explicite Deū & nos ipsos, vel proximos, nec eadem delectatione formaliter delectamur de bono Dei, nostro, & proximorum. Quia dilectio, vel delectatio, quæ habet obiectum primarium materiale specie diuersum, est specie diuersa, dilectio autem, vel delectatio respiciens Deum, vel bonum diuinum, habet obiectum materiale primarium diuersum specie, ab ea, quæ respicit hominem, seu bonum humanum, ergo est diuersa specie ab illa.

Nota. 1.

Eodē habitu charitatis diligimus Deum & beatitudinē & de ea delectamur.

Nō tñ eodem actu.

Confirmatur, quia dilectio, qua mihi opto bonum, eo quod conducit ad diuinum bonū, habet se ad dilectionem Dei. vt se habet electio medij ad intentionem finis; sed electio, & intentio differunt realiter, & specifice, ergo similiter istæ dilectiones. Et quidem hos actus non differre totaliter solo numero, probatur: quia plura accidentia solo numero diuersa, nō possunt esse simul in eodem subiecto, quin faciant vnum; sed istæ dilectiones sunt simul in eodem subiecto, ergo vel non differunt realiter, vel constituunt vnam numero dilectionem quadam compositione, vel differunt specie, & non sunt in diuidua integra, & completa eiusdem speciei.

23. 2. Obserua, gaudium de varijs bonis diuinis intrinsecis, vt de potentia sapientia, & iustitia Dei, vnicum esse, & similiter de varijs bonis extrinsecis, vt de gloria, honore, &c. imo gaudium de bonis intrinsecis, & extrinsecis idem est, quia amor, quo hæc omnia bona volo Deo, idem est, ergo & delectatio illum consequens. Hæc obseruatio nō tam certa, quam communis est, quia ex opposito fundamento, oppositum teneri potest: forte enim non possumus multa bona specie diuersa, intrinseca, & extrinseca eidem velle eodem actu; ac proinde nec de illorum possessione eodē actu delectari. Si tamē est idē actus amoris vel dilectionis: ille vt refertur ad bona intrinseca Dei est necessarius, in ordine vero ad bona extrinseca est liber; & similiter, si vt aliqui putāt eodem actu in patria diligimus Deum, & proximum, in ordine ad Deum est necessarius, in ordine vero ad proximum est liber.

Not. 2. An eodē actu gaudeamus & bonis Dei intrinsecis & extrinsecis.

3. Obserua, secundum probabiliorem, & communiorem opinionem in nullo beato esse duplicem amorem Dei supernaturalem, quorum alter sequatur scientiam infusam, alter vero beatam; sed vnus, & idem consequitur vtramq. Potest enim idem effectus simul ex varijs causis procedere; hic autem actus nō est liber, & necessarius, repugnat enim actum eundem esse tendentiam liberam & necessariam in idē omnino obiectum, vndecūq. enim potentia sit determinata ad vnum, nulla manet libertas, licet necessitas illa amoris, seu carentia libertatis non prouenait ex scientia beata, sed ex infusa. Ex quo videbimus.

A morbeatificus in ordine ad bona Dei intrinseca nullo modo est liber.

q. 114. amorem, quo Christus Deum diligebat, in ordine ad bona intrinseca, nullatenus fuisse meritorium, quia nulla ex parte fuit liber, sed omni ex parte necessarius, licet non ex omni causa extrinseca seu cognitione, necessitatem acceperit.

25. Not. 4. Dilectio, & delectatio beatifica quo modo variabiles?

4. Obserua, quod licet visio beatifica sit inuariabilis, non tamen dilectio nec delectatio beatifica, quia voluntas est libera ad dilectionem beatificam, quatenus se extendit (si tamen se extẽdit) ad proximos, & fortasse, quatenus extendit se ad ipsum videntem, & quatenus se extẽdit ad bona extrinseca Dei. Præterea, cùm dilectio beatifica consequatur nõ solum visionem beatificam, sed etiam scientiã infusam actualem, quæ variari potest, ipsa delectatio videtur variabilis secundum intensionem, vel saltem secundum extẽsionem ad bona aliqua Dei, saltem extrinseca, quæ contingat tantum cognosci extra verbum. Si autem dilectio est variabilis, etiam delectatio variabilis erit; vnde hi actus non mẽsurantur æternitate, participata sicut visio.

Confirmatur, nã dilectio, & delectatio eiusdem rationis sunt in via, & in patria, in via autem variantur, ergo in patria variari possunt; cum nec ex natura sua, nec aliunde inuariabiles reddantur. Alia circa hos actus in sequentibus dicemus.

Sectio. 4. Vtrum delectatio beatifica sit actus elicitus à voluntate.

26. 1. opinio negans.

SCOTVS. 3. d. 15. q. vnic. §. potest aliter dici, & 4. d. 49. q. 4. & 7. & 1. d. 1. q. 3. & Audifax. lib. de Patria, q. 3. apud Gregor. 1, d. 1. q. 2. arti. 2. in argumentis contra. 1. conclusionem, generatim tenent, delectationem, & tristitiam non esse actus elicitos à volũtate, vel appetitu sensitiuo, & ideo esse passiones. idem tenet Bassol. 1. d. 1. q. 2. a. 1. descrip. 4. Mairon. ibidem q. 2. videtur Rich. a. 2. q. 1. vbi fruitionẽ ait esse vltimum actum circa rem, quæ habetur, & possidetur; ad fruitionem autem immediate sequi delectationem. Si ergo fruitio est vltimus actus, delectatio consequens non erit actus: fauet D. Tho. q. 31. a. 1. ad. 1. vbi ait, cũ dicitur, delectatio est operatio, nõ est prædicatio per essentiam, sed per causam. & quæst. 32. art. 1. delectationem sequi ad operationem, & quæst. 33. arti. 4. operationem perfici per delectationem tanquam per quietem in bono adepto, causariq. efficienter per operationem. Hanc opinionẽ probabilem putat Ocham. 3. q. 14. & 1. d. 1. q. 3. a. 2. Et suadetur, 1. quia omnis actus voluntatis est velle, aut nolle, delectatio autem, & tristitia non est velle, aut nolle, ergo non sunt actus voluntatis. 2. Omnis actus voluntatis est liber, & potest elici, & nõ elici à voluntate, iuxta id August. 1. retracta. cap. 9. nihil tam est in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas: sed non est in potestate voluntatis impedire delectationem, & tristitiam, præsente, & cognito bono, vel malo, quod amatur, vel odio habetur, ergo. &c. 3. Omnis actus elicitus à voluntate, est volũtarius, tristitia autem est de ijs, quæ nobis nolẽtibus accidũt, ergo. Ex quo colligit Scot. 1. d. 1. q 3. & 4. d. 46. q. 7. delectationẽ realiter distingui ab omni amore, amor enim est actus elicitus, vel ex natura sua elicibilis, aut eliciendus a potẽtia, delectatio autem nunquam à potentia elici potest Infert etiam, delectationem nõ esse de essentia Beatitudinis; delectatio enim est passio, nulla autem passio est de essentia Beatitudinis.

1. argum.

2. argum.

3. arg.

27. 2. Opinio distinguẽs vno modo

2. Opinio Alphonsi Toleta. 1. d. 1. q. 1. ar. 2. concl. 3. qui, vt referunt Vazquez, disputat. 14. c. 1. & Conrad. q. 31. ar. 1. ad. 1. distinguit duplicem delectationem, vnam quæ est operatio, quæ scilicet habet pro obiecto ipsam rem, aliam, quæ habet pro obiecto operationem; & hanc ait, non esse operationem, & actum secundum, sed passionem, & conditionem operationis, habentis se magis per modum actus primi. Et de hac ait intelligi quod dixit Arist. 10. Ethi. delectionem non esse operationem.

28. 3. Opi. distinguens alio modo.

3. Opinio, delectationem appetitus sensitiui non esse elicitam ab ipso, sed ab obiecto cognito; delectationem vero voluntatis esse elicitam à voluntate, medio actu amoris, tanquam integra, & totali causa delectationis. Hæc est Gab. 1. d. 1. q. 3. art. 1. Ratio eius est, quia appetitus sensitiuus delectatur, nullo præcedente amore: volũtas autem solum delectatur in re dilecta, ad cuius amorem necessario sequitur delectatio, vt docet Ocham. 1. d. 1. q. 3. art. 2. qui ideo ait, omnem delectationem voluntatis liberam esse, quia sequitur ex amore, qui liber est, & sine quo non daretur.

29. 4. Opin. authoris, omnis delectatio est elicita ab appetitu.

4. Opinio, & tenenda est; omnem delectationem esse actum elicitum ab appetitu intellectiuo, vel sensitiuo. Hanc tenet Caiet. 1. p. q. 64 art. 3. & 1. 2. q. 31. art. 4. Conrad. 1. 2. q. 26. art. 1. ad. 1. & q. 31. art. 1. ad. 1. & q. 32. art. 1. Ferrara, 1. contra gentes, cap. 90. §. circa probationem, Maior. 1. d. 1 q. 6. concl. 1. post medium (quamuis oppositũ, vt probabile prius defenderit) Grego. 1. d. 1. q. 2. art. 2. concluſ. 1. Medin. q. 3. art. 8. Vazquez disputat. 14. cap. 2. & videtur Bonauent. 2. d. 29. q. 3. ad 2. vbi ait, delectationem prouenire ex conuersione potentiæ supra obiectum, & ex inclinatione ad illud, & nunc esse maiores delectationes appetitus sensitiui, quam essent in natura integra, quia maior est eiusmodi conuersio, & inclinatio potentiæ. Hæc tamen sententia malè

colligi-

colligitur ex Durando, 1. d. 1. q. 1. num. 7. dicente, delectationem esse genus fruitionis, fruitionem autem esse actum appetitiuæ potentiæ: nam etiam aduersarij fatentur, delectationem esse actum, imo actionem de genere qualitatis (sicut visio, & dilectio beatifica, licet teneatur non esse elicitas à beato) non tamen de genere actionis, ita vt voluntas, vel appetitus sensitiuus delectationē eliciat. Magis fauet Augustinus, 14. ciuita. cap. 6. & 8. dicens, cupiditas, & lætitia nihil aliud est, quam voluntas in eorum cōsecutione, quę volumus; & refertur à D. Thom. infra, quæst. 31. art. 4 & eodem loco ait, voluntas quippe in omnibus (scilicet, his motibus) est, & omnes nihil aliud, quam voluntates sunt: Sed volitio omnis est elicita ab appetitu, ergo. Sed quamuis Scotus videatur cōcedere minorem, potuisset illam negare, vel explicare August. vt intelligat delectationem esse voluntatē nō formaliter, sed causaliter; sicut Scotus illa, q. 7. explicat August. dicentem; delectationem esse vitam beatam. Præterea eodem lib. 5. ait August. non ex carne tantum afficitur anima vt cupiat metuat lætetur, & tristetur, verum etiam ex se ipsa his potest motibus agitari: ergo sentit animā in se efficere hos motus nēpe mediante voluntate, & cum eodem modo loquatur de tristitia & lætitia, sicut de alijs & aduersarij concedant, voluntatem immediate efficere alios motus, etiam debent id concedere de delectatione & tristitia. omitto alia loca Augustini, quæ multominus ad rem sunt.

Hæc opinio tribuitur Argentinæ. 1. d. 1. q. 1. Marsilio, 1. q. 1. art. 1. Palac. 3. d. 23. disput. 2. Caiet. & Medinæ infra q. 31. & 32. Valentiæ disp. 1. q. 4. puncto. 1. Bon. 1. d. 1. art. 1. quæst. 1. D. Tho. 1. 2. q. 4. art. 3. & q. 11. ar. 1 sed omnes istæ allegationes parui aut nullius momenti sunt, sicut & quod adducitur ex Anselm. lib. de conceptu virginali. Sola voluntas est, quæ delectatur. Male etiam hæc sententia colligitur ex D. Thom. quęst. 9. artic. 6. asserente, voluntatem non posse moueri nisi à Deo, vel à se ipsa, hoc enim intelligitur de rebus externis, & demotione immediata. Nam ab obiectis mediante cognitione moueri posse appetitum communis opinio fert. Et qui tenent, delectationem non fieri à voluntate, non dicunt fieri ab obiecto secundum se; stultum enim esset ei secundum se tribuere actionem, cum sępe non existat, nec sit possibile, sed tantum existimetur esse, vel fuisse: sed docent, fieri ab obiecto, vt cognito, vel etiam amato, ita vt cognitio, vel amor, vel vterq. actus sit causa efficiens delectationis, sicut nos tractatu. 1. docuimus, omnem actum voluntatis fieri à cognitione, vt à causa partiali: & sicut tenemus amorem esse causam partialem delectationis. Similiter quod ait D. Thom. 1. contra gentes, cap. 90. & 1. p. quæst. 64. artic. 3. gaudium, & delectationem esse actum appetitus nihil, probat, vt dicebamus ad simile testimonium Durandi. Eodemq. modo responderi potest ad D. Thom. infra, quęst. 22. artic. 3 in corpore, & ad 3. vbi delectationem ait, esse actum appetitus. Neq. vero vrget quod ait infra, quæst. 32. artic. 3. ad 3. delectationem causari ex amore & concupiscentia. Quæstio enim præsens est, an causetur immediate à voluntate, vel appetitu, non mediate tantum, per amorem; vel concupiscentiam. Posset autem dici ab his causari per accidens vt à cōditionibus: à cognitione vero, vt causa efficienti per se, & ideo licet delectatio sit actus vitalis, quia fit à proprio supposito, non tamen immanēs, quia non fit à potentia, in qua recipitur.

30. *Nullus est locus D. Thom. ex quo aperte colligatur delectationē fieri immediate ab appetitu, vnde et ratio D. T. sustinere contrarium posset.*

Non ergo video locum D. Tho. vnde manifeste ista opinio colligatur; & multo minus, vnde colligatur opposita: quod enim ait, q. 31. artic. 1. ad. 1. hanc prędicationem, delectatio est operatio, non esse secundum essentiam, sed secundum causam, id est non formalem, sed causalem, recte exponit Ferrara supra de operatione, quæ est obiectum delectationis, & eodē modo exponi debent alia testimonia D. Thom. initio recitata. Et sic Aristoteles, 7. Ethico. cap. 12. dixit, delectationem esse operationem non impeditam, id est, ex operatione nō impedita procedere; cum quo stat, delectationem esse formaliter aliquam operationem Conradus autem. q. 32. artic. 1. exponit delectationem nō esse operationem elicitam immediate à voluntate, bene tamen operationem elicitā à volūtate medio amore; & sic conciliat Aristotelem. 7. Ethichorū, asserentem, quod delectatio est operatio, cum eodem dicente, 10. Ethico. delectationem nō esse operationem sed operationi superuenire. Propter hęc non existimo improbabile etiam in doctrina D. Tho. delectationem, & tristitiā non esse actus elicitos à voluntate, vel appetitu sensitiuo, saltē immediate, sed à cognitione obiecti amati, vel odio habiti, aut ab odio, aut amore obiecti cogniti, vel ab vtroq. actu, scilicet voluntatis, & intellectus.

31. *4. Opin. Probabilius tñ est omnem delectationem fieri immediate ab appetitu.*

Probabiliorē tñ censeo 4. opinionē, & probatur. 1. quia isti sunt actus vitales, & immanētes, ergo manent in suo principio proximo actiuo, non in alio, nisi in voluntate, ergo hæc est principium proximum actiuum ipsorum. 2. Quia cæteri motus appetitus sensitiui, vel intellectiui, sunt immediate à voluntate, nulla autē ratio vrget ad id negādū de his actibus, vt patebit respōdēdo ad argumenta aduersariorū, ergo. 3. Nullus est actus in sensu, vel intellectu, qui nō sit immediate ab illo, ergo nec

Prob. 1.
2.
3.

in

in appetitu intellectiuo,vel sensitiuo, qui non sit immediate ab illo, par enim ratio est.

4. 4.Quia delectatio interdum est bona,vel mala moraliter,& similiter tristitia,bonitas autē, & malitia moralis solū ineſt actibus elicitis, vel imperatis ab appetitu. Antecedens patet, quia gaudere, & delectari in dño bonum est; propterea ad id exhortamur. Similiter dolere, & tristari de peccatis,quod laudatur 2. Corinth.7.dolere autem de bono proximi,vt est diminutiuū proprij,est peccatū inuidiæ,ergo.Sed hoc argumentum parum vrget,posset enim dici,nullā delectationē,vel tristitiam esse bonā vel malā formaliter & in se, sed tantū extrinseca denominatione, vel quia non sunt actiones de genere actionis,neq. elicitæ à potentia,vel quia nō sunt liberę in se, sed in causa; quod vltimum verū est de delectatione,& tristitia appetitus sensitiui;nūquam enim sunt in se liberæ, quamuis si istę non eliciuntur ab appetitu sensitiuo,similiter dicendū est,delectationē,& tristitiā existentē in voluntate, non elici ab illa,vt bene docet Vazq.disp. 14. c.1.

32. *Quæstio. quid in hac re sẽserit Aris.* De Aristotele autem,quid senserit,dubium est:nam.7.Ethico cap.12. ait, quapropter nō bene sic se habet voluptatē dicere,generatio nē esse sensibilē,sed dicendū est, potius operationē eius habitus esse.Qui etiā 3.animæ,tex. 29.ait, delectari,& tristari esse actionē partis sensitiuæ.Et text.53.& 54.docet, appetitum esse mouēs motum respectu delectationis, vt explicant ibi D. Tho. & alij. Si autem mouet se appetitus quando delectatur, ergo efficit delectationē.Illud autē.7.Eth.c 12.bene exponit Maior ibi, & Vazquez disp.14.c.3. quidā dixerunt,esse generationem sensibilē, nos vero dicimus esse operationem habitus secundum naturam,non impediti, id est operationem resultantem ex eo quod habeamus rem desideratam, & quæ est secundum naturam. Sed.10.Ethic.cap.4.& 5. sæpe negat esse operationem,& ait esse finem operationis, qui ex operatione pullulat,sicut pulchritudo, & decor in ijs, qui ætate vigent. Et Nyssenus seu potius Nemesius, 4. Philosophiæ cap. 11. dicit,voluptatem non esse generationem,vt putauit Plato, neq. habitum, sed vt definuit Aristot. 7. Ethic. actum eius habitus, qui est secundum naturam. Addit autem quod Aristo. reputans falsam hanc definitionem, quia secundum illam, cum delectatio sit operatio, potius in delectatione, quam in contemplatione sita esset beatitudo,alibi, id est 10.Ethi. locis citatis eam emendando dixit, delectatione perfici operationem,non vt habitu, sed vt fine ipsius, sicut pulchritudine iuuentus. Vnde putat secundum Aristotelem,10. Ethi. delectationem non esse operationem. Idem docet Maior,7. Ethi.cap.12.& lib.10. cap.5. quibus locis docet, quando Aristot.dixit, delectationem esse operationem, non loqui ex propria sententia, sed aliena quorundam sapientum,vel loqui causaliter, & non formaliter; nomen enim causæ tribuit Aristoteles effectui.

33. *Decisio quorundā sustinetur.* Aliqui recentiores dicunt, Aristotelē nūquam esse locutum de delectatione, quæ sit actus potentiæ appetitiuæ; 1.Quia de hac facile decerneret, etiam si esset operatio, in ea non esse sitam beatitudinem, cum sentiat actionem intellectus actione voluntatis potiorē esse, & ideo in contēplatione Beatitudinē consistere,vt patet toto lib.10. Ethi. Cū ergo dubius maneat,vt testatur D. Tho. & constat locis citatis,neq. vnquam audeat asserere, in delectatione nō esse sitam beatitudinem, aut negare illam quid optimum omniū, & maxime expetibile esse, dicendum est, non loqui de voluptate existente in potētia appetitiua. 2. Quia 10.Ethi.c.4.ait,in omni nāq. sensu voluptas est, & in omni itē simili modo intellectione & cōtēplatione,& paucis interpositis:in vnoquoq. autē sensu voluptatē fieri cōstat;dicimus enim, voluptatem afferre visiones, & auditiones. Loquitur ergo de voluptate, quæ est in potētia cognoscitiua. Et cap.5.ait,magis autē sunt propriæ operationibus voluptates,quę sunt in ipsis,quā ipsæ cupiditates. Nā hæ quidē seiunctæ sunt tēporibus, & natura. Illæ vero propinquæ sunt operationibus, atq. adeò indistinctæ,vt contentio sit, si idē sit operatio,& voluptas: nō tñ ipsa voluptas mentis videtur esse operatio,neq. sensus, est enim absurdū:sed quia non separantur, idē quibusdā videtur.Inferunt iuniores secundū Arist. locis citatis, delectationē non distingui realiter ab operatione potētiæ cognoscitiuæ, sed formaliter tantū,vt modus consequens operationē: & quia non distinguitur realiter, contentionē esse,an sit formaliter operatio sensus,aut mētis.De delectatione autē, quæ est in appetitu, non esset dubium(inquiunt)an esset operatio sensus vel mentis,quia vt dixit Aristo.cupiditatis est actus. Delectatio autem sensus, vel mentis,est modus secundum quem operatio dicitur conueniens secundum naturam operanti:de qua dixit Aristo non esse operationē scilicet formaliter;sed finem,& consummationē,perfectionē, ac pulchritudinē operationis. Et propter hanc realē identitatem Aristo. 7. Ethic.cap.12.& 1.Mag. Moral. cap. 7.dicit, delectationem esse operationē. Nunquam tñ Aristo.locutus est de delectatione, quæ est in appetitiua potentia,nec de hac ,dubitauit, an pertineat ad essentiam beatitudinis.

34 *Superior decisio reiicitur.* Sed certe explicatio hæc Aristotelis,nō videtur vera,neq.ad mentē ipsius:nunquā enim in intellectu,vel sensu delectationem posuit,vt in sub

in subiecto,sed vt in causa, quo pacto ponit etiam ipsam in contẽplatione,& visione; neq. ponere potuit delectationẽ insensu,vt in subiecto,quia sensus non cognoscit operationem propriam,neq.ipsam appetit appetitu elicito, ergo non potest de illa delectari. Delectatio enim omnis est de bono amato, & cognito, nisi dicas delectari posse de sua operatione cognita per aliquem sensum internũ & amata per appetitum sensitiuum, quod absurdũ est, quia amor,& delectatio in eodem subiecto proximo esse debent, & quia sensus communis non dirigit externos in suis operationibus, sed appetitum sensitiuum.

Confirm. Nam vt docet D.Thom. 3.p.q. 15.a.6.& differemus tractatu de passionibus, dolor non est insensu tactus,sed in appetitu. Idem ergo de voluptate dicẽdum. Præterea, calor vt conueniens aquę non est proprie delectatio ipsius,ergo neq cognitio,vt cõueniẽs potentiæ cognoscenti, est delectatio ipsius. Præterea,licet Aristo.posuisset delectationem de sua operatione in qualibet potentia cognoscitiua,debuisset illam realiter distinguere à cognitione,quæ est obiectum talis delectationis,& non tantum formaliter. Non enim potest eadem actio,præsertim sensus esse directa & reflexa.Cũ ergo ait,delectationem esse indistinctam ab operatione,de qua est delectatio indistinctam vocat,inseparabilem naturaliter,vt patet ex contextu:semper ergo, vt recte exponit Greg.ad argumenta cõtra illã primam conclusionem,locutus est Aristot.de operatione,quæ est obiectum delactationis, & existimauit,delectationem esse operationem,sed non esse operationem, de qua delectamur,vt videtur Plato existimasse,neq.habitum seu dispositionem connaturalem,vt alij putasse videntur,sed operationẽ habitus, seu dispositionis connaturalis,idest effectam vel causatam ab ipso habitu. Ideo autem dubitasse videtur an in ea sita esset beatitudo, quia dubitauit,an esset operatio aliqua præstantior contemplatione,& in partem negantem, aparte inclinauit. Sed quamuis inquolibet sensu poneretur propria delectatio, eadẽ esset quæstio,an esset ab illo elicita,quæ est de delectatione appetitus sensitiui. An vero vnicuiq.sensui adiunctus sit proprius appetitus, qui de eius operatione delectetur, & illam appetat,& amet,vt Scotus,& alij sentire, non opus est modo disputare,sed tractatu de passionibus discutietur.

35 Ad.1.arg.1.sententiæ

Ad.1.Arg.1.sententiæ Resp.velle posse sumi tripliciter, 1. strictissime, & sic delectatio nõ est velle, sed hoc nomine appellatur alius actus,qui respicit bonum,abstrahendo à præsentia & absentia ipsius,vt docet D.Tho.q.8. art.2. 2.Minus stricte,& sic cõprehendit simplicem illam voluntatem & insuper affectum boni absentis,vt sic,seu desiderium. Similiter hoc secundo modo delectatio non est velle.3. sumitur valde late,pro omni affectu,& motu appetitus circa bonum,& sic est velle,& tristitia est quoddam nolle ei oppositum.Nec mirum,si in voluntate demus aliquẽ actum,qui non sit,strictissime nec stricte velle; nam etiã in intellectu damus aliquos actus,qui nõ sunt strictissime intelligere (sola enim cognitio principiorũ apellatur strictissime intellectio) neq.stricte(nam imperare,& orare sunt actus intellectus,qui tamen stricte non sunt intellectiones,imo nec proprie). Et eodem modo existimo,nec lætitiam esse proprie velle quid quid senserit Augu.quamuis possit intelligi, vt tristitia sit velle,non in se,sed in causa,quia à volitione procedit. Vnde Caiet. q.31.art.4. qui negat,delectationem esse volitionẽ, quod tamẽ Greg. Arim. supra, propter Augustini testimonium admittit. Et quia Gregorius ipse,non distinguit delectationem ab amore, vt sectione sequenti videbimus. Idem etiam admittit Vazquez disputatio.14.capit.2.quia non videt,cur omnis actio voluntatis, quæ est per modum affirmationis, & prosecutionis non sit dicenda volitio. Nec vero si admittamus tristitiam esse nolle quoddam, cõcedemus,(quod vt absurdum infert Scotus) beatos tristari posse,possunt enim habere aliquod nolle,non tamen ipsum, quod tristitia est Quare autem illam habere non possint, non est modica difficultas,in omni opinione. Discutienda tamen est sectione.7.

Ad. 2. Respond. omnem actum voluntatis deliberatæ, seu sequentis deliberationem, esse liberum pro statu præsenti, vel in se, vel in causa,& huiusmodi esse delectationem, quia possum illam impedire, suspendendo amorem, vel cognitionem. His autem positis,non est in nostra potestate illam impedire, sicut nec supposita intentione finis, possumus impedire electionem medij, quod necessarium iudicatur. Vnde secundum se non est à voluntate, vt voluntas, sed vt natura, sicut nec amor indeliberatus. Solutio sumitur ex Gregorio Arimin. Caietan. Maior. & Vazquez supra, Medina. imo forte aliquando, quia etiam posita deliberatione simplicem amorem impedire non possumus, sed tantum efficacem, non est in potestate nostra delectationem, vel tristitiam repellere, tunc est à voluntate vt natura, & licet illam repellamus à voluntate, non possumus ab appetitu sensitiuo, qui non obtemperat ad nutum, imo quando obiectum percipitur sensu externo, nunquam obtemperat voluntati. Ad.2.

Propterea non possumus non lætari de cibis optimis,nec possumus non dolere de cruciatibus &c.

Ad.3. Ad.3 Resp.tristitiam voluntariam esse,licet nec ipsa sit volita,nec mala,ex quibus prouenit,sed potius odio habita.

36 Ad fundamentum.2.opinionis Resp. nullã esse delectationẽ,quæ non habeat pro obiecto operationẽ, vel quasi operationẽ aliquã; voco autem quasi operationem possessionẽ cuiuscumq.boni in me vel alijs,quibus bonũ appeto;nec est maior ratio,cur vna sit ab appetitu,quam alia.

Ad fund. 2. opin.

Ad fundamentum,3.opi. Resp. appetitum sensitiuum nunquam delectari,nullo præcedẽte amore:omnis enim delectatio est de bono amato.Præterea,cum appetitus sensitiuus delectatur de bono possesso, ratio boni illi præsentatur,ergo potest amare tale bonũ,ergo illud amat,cũ sit agens naturale,& alioqui non delectaretur:quia sicut desideriũ nõ potest dari sine amore præuio, ita nec delectatio.Et quoad hoc eadẽ est ratio de appetitu sẽsitiuo,&de volũtate;& licet daremus,in his potẽtijs, vel altera ipsarum inueniri interdũ delectationẽ sine amore præuio,non sequitur talẽ delectationẽ nõ esse ab ipsa potẽtia, quia perse ipsam potest sine amore cum sola cognitione boni præsentis delectationẽ causare.

Ad fund. 3. opin.

Sed rogas an in sententia asserẽte,delectatio

37 nẽ nõ effici immediate à volũtate vel appetitu sẽsitiuo, dicẽdũ sit,esse à volũtate vel appetitu sensitiuo,mediãte aliquo alio actu ipsius. Ochã.3.q.14.aitetiã si dicam⁹delectationẽ nõ esse elicitã immediate ab appetitu,nõ oportere concedere esse elicitã mediãte aliquo alio actu quia in appetitu nulli alij actus sunt nisi desideriũ & fuga à quibus nõ fit,quia de re desiderata interim dũ desideratur, delectatio esse nõ potest. Vnde in ea opinione delectatio erit à cognitione obiecti,nõ ab obiecto ipso secũdũ se: sed.1. d.1.q.3.a.2.ait delectationẽ appetius sensitiui nõ causari ab aliquo actu appetitus sẽsitiui,secusdelectationẽ volũtatis.

Ego vero sentio cũ ipso omnẽ delectationẽ siue appetitus sensitiui,siue volũtatis effici à cognitione seu apprehẽsione obiecti; cõtra ipsum tñ sentio.effici etiã ab alio actuappetitus vel volũtatis,scilicet ab amore,seu cõplacẽtia simplici obiecti;semper ergo delectatio est ab ipso appetitu in quo est,saltẽ mediãte amore; siue delectatio sit volũtatis siue appetitus sẽsitiui.Queri etiã hic posset an possit dari delectatioseu fruitio,de potẽtia absoluta,nulla præcedẽte obiecti cognitione. Partem affir. docet late Argẽtina 1.d.1.q.1.a.4.sed iam trac 1. ostẽdimus nec de potẽtia absoluta posse dari actũ volũtatis vel appetitus sensitiui sine cognitione intellectus vel sensus.

Sectio. 5. Vtrum delectatio beatifica sit actus ab amore,gaudio,& fruitione distinctus.

38

1. Opin.

Adem quæstio est de delectatione non beatifica,& desiderio, an realiter differat ab amore. Gre. 1.d.1.q.2.a.2.cõcl.2.&sequẽtibus docet, omnẽ delectationem esse amorẽ,& similiter omne desideriũ. Addit tamen in.3.& 4.conclu. non omnem amorem esse delectationem, vt patet de amore, qui est desiderium; neque omnem amorem esse desiderium,vel delectationem, sed dari amorem medium inter hos actus. Ponit exemplũ in amore vsionis propter salutem, & in amore rei impossibilis:similiter ponit omnem tristitiam,& timorẽ esse odium,sed aliquod esse odium,quod nõ est timor,neque tristitia.Suadetur, 1. quia amare,vt testatur Aris,2.Rheto. cap.4. est velle alicui bonum, velle autem alicui bonum,eo ipso quod illud sit possibile,& absens est desiderium, ergo desiderium est amor.

1. argum.

Confirmatur,nam si sunt actus distincti,ergo stat aliquem velle alicui bonum absens, tamen non desiderare illi tale bonum quia potest Deus concurrere ad primum actum, & non ad posteriorem,imo etiã poterit Deus efficere,vt quis alicui bonum tale desideret,tamen illud non amet,quia quidquid Deus potest facere per causam secundam efficientem, potest facere se solo, & sic desiderium, quod efficit per amorem,posset efficere sine amore,vel se solo,vel simul cum voluntate; antecedẽs est falsum,ergo Similiterq. posset probari,esse posse delectationem sine amore, quod etiam videtur falsum.

Confir.

2 ProbatGreg.ex Aug.14.ciuit.c.7.vbi ait, amorinhians habere,quod amatur,cupiditas est,id autẽ habens,eoq.fruens lætitia.Et ca 6 postquã dixerat,motus omnes volũtatis nihil aliud esse,quã volũtates,subdit: namquid est cupiditas,& lætitia, nisi volũtas in eorum cõsẽsione,quę volumus;&quid est metus,atq. tristitia,nisi volũtas in dissensione ab his,quæ volumus. Alij legũt,sed minus bene cõsensionẽ,& dissensionẽ Sed cũ cõsentimusappetẽdo ea quæ volumus cupiditas:cũ autẽ cõsẽtimus fruẽdo his quæ volumuslætitia vocatur.Itẽq. cũ dissẽtimus,ab eo quod accidere nõlumus, talis volũtas metus est.Cũ dissentimus ab eo, q nolẽtibus accidit,talis volũtas tristitia est.

2.argum.

3.Omnis actus volũtatis est velle, vel nolle secũdũ omnes,seu cõsensio,vel dissensio,secũdũ Aug 14.ciuit.c.6.seu prosecutio,vel fuga, vt indicat Philosophus,6.Ethi.c 3. Quæ omnia idem significant; omne autem velle est dilectio.

3.argum.

dilectio,& è conuerso:& omne odiũ est nolle, & è conuerso,sumendo generaliter odium,& delectationem,ergo.

4. arg. 4.Omnis cõplacentia est dilectio, omnis delectatio est cõplacentia,ergo. Maior patet ex Aug.11.Trinitatis,cap.5.definiente complacentiam.Placitum quieta voluntas est.Minor vero probatur, quia omnis delectatio est quieta voluntas,seu quies appetitus,vt cõmuniter dicitur ex Aug.10.Trinit.ca.10.fruimur (inquit)cognitis,in quibus voluntas propter se ipsa delectata conquiescit. Et D. Tho hic, artic.1.ad.1 dicente,delectationem esse quietem appetitus in re aliqua.Omnis autẽ quies appetitus est complacentia,ergo omnis delectatio est complacentia.

5. argum. 5. Quia Aug.13.Trinit.cap.5. ait, idem est dicere beatus est qui vivit vt vult, & beatus est qui vivit,vt eum delectat.Hoc autem non esset verum,nisi delectari esset quoddã velle.

Conf. Confir.nam.1. de Trinit.ca.18.ait; hoc est plenum gaudium vestrum,quo amplius non est,frui Trinitate:frui autem est delectari, vt 1.de doctrina Christiana idem Aug. affirmat, ergo delectatio est amor.

39 2. Opin. 2.Opinio,quam Greg.supra tribuit Aureol. 1.d.1.q.2.& d.4.q.2.art.2.omnẽ delectationẽ esse amorẽ,&similiter omne desideriũ,nullũq. esse amorem, qui non sit, vel delectatio,vel desiderium.Sed delectationem,& desiderium semper esse distinctos actus,neq.eundem actũ esse modo desiderium,modo gaudium.Similiter Aureol. nullum ponit odiũ mediũ inter 1.argum. tristitiã,& timorẽ.Fundamentũ.1.est,quia in appetitu innato solũ sunt quattuor actus,duo positiui,& duo negatiui, scilicet in terra moueri ad centrum,& quiescere in illo, noueri à centro,& inquietari extra illud,ergo similiter in appetitu intellectiuo,vel sensitiuo.

2 2.Quia omnis amor,vel est quo volo alicui bonum absens,&sic est desideriũ,vel præsens, & sic est delectatio.Et similiter omne odium, vel est quo detestor malum absens,&sic est timor vel præsens,et sic est tristitia.

40 3. Opinio. Hæc sententia probabilior est præcedenti, sed alia.3.fingi potest,quæ forte esset,probabilior,nempe amorem rei absentis,qui etiam in præsentia posset secundum suam substantiam manere,esse desiderium;delectationem autẽ, vel non esse amorem,sed alium actum distinctũ ab omni amore,vel esse amorẽ,qui intrinsece respicit rem vt præsentẽ,& est simile in intellectu,in quo nulla intellectio respicit rem vt absentem,sed omnis potest manere in præsentia obiecti, alia tamen est notitia, quæ intrinsece petit præsentiam obiecti.

41 4. Opinio authoris. 4.Tamẽ opin.cõmunis,& probabilior est, delectationẽ,& desideriũ,esse actus interse,& à simplici amore distinctos,acproinde tres saltẽ esse actus prosecutiuos,&habẽtes pro obiecto idẽ bonũ secũdũ eãdẽ rationẽ bonitatis, quorũ duo oriũtur ex.3.scilicet amore,& sunt interse imcõpatibiles;sunt tñ cõpatibiles cũ amore.Imo nõ possunt esse,nisi simul cũ illis sit amor.Ita D.Th.q.25.a.1.ad.2.& a.4.& q. 26.a.1.ad.2.&.a.2.Capreol.1.d.1.q.1.a.1.conclusio.3.Vazquez disp.14.c.4.Audifax li.1.de patria,q.3 apud Greg.supra,Scot.1.d.1.q.3.& 4.d 49.q.7:qui adeo distinguit delectationẽ ab amore,& desiderio,vt cẽseat delectationẽ nõ esse actũ elicitũ ab appetitu,secus amorẽ, & desiderium.Idem tenet Scotus in reportatis,1 d.1.q.3.Maior,q.6.&.10.Ethi.capit.5 ad finem;similiter Ocham,1.d.1.q 3 art.1 distinguit hos actus;& Gab.eadem,d q 3.art 2.cõclu 3.licet vterq.ponat delectationem appetitus sensitiui non esse ab eo elicitam, sed ab obiecto mediante cognitione: delectationem vero voluntatis esse elicitam à voluntate medio amore,vt præcedenti sectione retulimus. Et omnes isti docent,eodem modo distingui odium fugam,& tristitiam.Hanc opinionem probãt aliqui,quia amor est primus actus voluntatis,& causa cæterorũ,interquos vltimus est delectatio. Aliquis tamen negaret antecedens,& diceret,eundẽ actũ esse amorẽ,desiderium, & delectationem sed comuniter prius habere rationem desiderij, deinde vero fieri delectationem consecutione boni, non quia tunc aliquid in se recipiat,sed quia amor cõnotando boni assecutionẽ est delectatio, siue in volũtate,siue in appetitu sensitiuo.Aliqui probant,quia amor amicitiæ respicit precise personam,scilicet amantis vel alterius:desideriũ autem,& delectatio respiciunt bonum personæ:ergo sunt actus distincti ab ipso amore amicitiæ,licet nõ ab amore cõcupiscentiæ, qui est duplex,alter respicit bonũ personæ,vt absens & hic est desideriũ,alter vt presens,& hic est delectatio Sed hi probãt cõclusionẽ in sensu falso &minime intẽto ab assertoribus quartæ opinionis.Illi enim aperte intẽdũt circa bonũ,quod alicui opto,esse tres actus realiter distinctos,amorẽ,desideriũ,& delectationẽ,hi autem tantum esse duos.Itẽ illi volunt eundem actum,quo volo bonum mihi,vel alteri, esse amorem amicitiæ, vt refertur ad personam præsertim distinctam à diligente,concupiscentiæ autem, vt refertur ad bonum, quod personæ optatur, de quo D. Thom. Caiet.& alij,q.26 artic.4.Hi autem docent, actum quo volo alicui bonum, nulla ratione esse amorem amicitiæ, sed concupiscentiæ. Præterea, illi ponunt aliquem actum, qui bonum optatum respiciat, abstrahendo à presenti,& absenti,hi vero non. Deniq. illi magna ex parte negant], delectationem esse vere amorẽ,quamuis de desiderio concedant

& bene esse amorem efficacem. Hi vero delectationem dicunt esse vere, & proprie amorem. Ommitto alias rationes Scoti, Ocham, Audif. & aliorũ, quas facile diluit Gre. supra.

42 Prob. efficaciter. Iam ergo probatur. 4. opinio probabiliori bus vt puto argumentis. 1. est, nam si idem actus, qui erat desiderium fit lætitia, consecuto bono, vel cognita cõsecutione boni, Rogo an id cõtingat illa volũtate vel illo actu volũtatis in se aliquid recipiẽte, an nihil recipiẽte?

2. dici nequit, nam experientia cõstat cum lætamur, immutari voluntatem nostrã, & aliquid boni, perfectionisq. recipere, ergo recipit nouum actũ quod intendimus, vel aliquid reale nouum in actu præcedenti; quod dici nõ potest, quia actus intellectus qui ferebatur in rem, abstrahendo ab eius existentia, non potest additione aliqua se extendere ad rem, vt existentẽ, ita vt notitia abstractiua fiat intuitiua; ergo nec actus voluntatis, qui respiciebat bonũ, abstrahendo ab existentia, potest additione aliqua respicere illud, vt existẽs: sed oportet ad hoc actum alium ponere. Idem argumentum procedit in tristitia, cuius aduentu manifestũ est immutari maxime appetitum, non autem facta additione ad actum præcedentem, ergo nouo actu adueniẽte, appetitus ipse immutatur. Datur ergo quidã actus, qui respicit intrinsece bonũ vt præsens, alius autẽ malum, vt præsens. Eadem igitur ratione dari poterit actus, qui respiciat intrinsece bonum, vt absens, & alius, qui intrinsece respiciat malum vt absens; eadem enim ratio videtur, & alioqui daretur aliquis actus, qui ex accidẽti esset desiderium, & non intrinsece, nempe is, qui est in absentia obiecti, sed non respicit intrinsece ipsam absentiam. Rogo ergo, an talis actus fiat desiderium additione in se recepta, aut sola extrinseca denominatione sumpta ab obiecti absentia. 2. dici nequit, quia experimur in volũtate nostra, cũ incipimus aliquid desiderare, quod iudicamus modo absens, & antea iudicabamus presens, immutari maxime, & positiue voluntatem nostrã, & non sola absentia lætitiæ; ergo aliquid reale positiuum in voluntate nostra recipitur: illud autem nõ esse extensionẽ simplicis amoris ad obiectũ vt absens. Probatur, quia simplex amor eodẽ modo se habet ad bonum absens, & præsens, sed ad præsens vt præsens, nõ potest se extẽdere, ergo nec ad absens, vt absẽs, sed requiritur alius actus, qui respiciat bonũ vt absens. Si cõcedas cum Aureolo, & Greg. dari vnũ actũ, qui intrinsece respiciat bonũ præsens, & aliũ, qui intrinsece idem bonũ respiciat, vt absens, non tamen dari actum medium circa idem bonum; licet secundum Gregorium detur circa bonum non posibile, vel de se non conueniens. Contra, quia appetitus potest intrinsece respicere bonum vt præsens, & vt absens, ergo & abstrahendo à præsentia, & absentia, saltem voluntas id poterit, quia intellectus poterit in illa abstractione bonum illi præsentare: circa omne autem bonum sibi oblatum potest actum aliquem elicere. Eodemq. modo probari potest actus medius circa obiectum malum, quodcumq. illud sit, nam eadẽ ratio est quoad hoc de omni bono, & de omni malo; maleq. Gregor. solum posuit actum medium inter desiderium, & delectationem, quando obiectũ non est de se bonũ, sed gratia alterius amatur vt potio gratia sanitatis, & quando est impossibile, quia etiã de obiecto precise amabili propter aliud potest esse desiderium absolutum, & si obtineatur delectatio, & de bono, quod iudicatur impossibile, potest esse desiderium conditionatum, licet non delectatio, nisi mutetur apprehensio, & iam iudicetur obtentum.

43 2. Probat. 2. Argum. pro. 4 sententia est, quia simpliciter & absolute amamus aliqua, in quibus nõ delectamur, quia ea nõ obtinemus, nec ea desideramus absolute, aut conditionaliter, non quia nõ possimus, quoniã desideriũ conditionatũ etiã de bono impossibili esse potest, sed ex mera libertate, quoniã ad omne desideriũ sumus liberi, ergo datur actus medius, iidemque contingit circa malum.

Confir. 1. Conf. 1. quia omne desideriũ deliberatum est liberũ; circa bona autẽ aliqua, quæ nõ possidemus, est nobis quidã naturalis, & necessarius affectus, quẽ nulla ratione repellere possumus, ergo datur in nobis actus medius inter desideriũ & delectationẽ, nẽpe simplex voluntas, vel amor, quẽ experimur eodẽ modo manere in præsentia, & absentia obiecti, & siue apprehendatur, vt posibile, siue vt impossibile. Similiterq. datur actus medius inter tristitiã, & timorẽ, seu fugã mali vt absentis.

44 Conf. 2. Et conf. 2. nam Deus absolute odio habet peccata, iuxta id Psal. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, tamẽ non fugit illa vt absentia, quia præsentia sũt, nec tristatur de illis, quia in Deũ nulla tristitia cadere potest, ergo. Respõdet Aure. distinctione illa, 1. vt refert Gre sup. in Deo esse tristitiã nõ sumptã pro attritione quã facit malũ præsens, sed pro ipsa displicẽtia mali. 2. in Deo nõ esse odiũ positiuũ peccati, sed negatiuum, quia nõ diligit peccatum. Vnde Gloss. in Psal. odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ, exponit, idest, videris odisse, dũ separas à te. Sed vtramq. responsionẽ reijcit Greg primã quidẽ, quia tristitia est de ijs, quę nobis nolentibus accidunt vt ait August. 14. ciuit. c. 6. Deo autem nolenti nihil accidit, ergo.

Dici posset, Deũ nole peccata, quatenus desiderat ea nõ esse, si salua libertate & alijs bonis,

nis, quæ permittendo peccata, intēdit, possent non fieri. Sed contra, quia odium conditionatum non sufficit ad tristitiam. Deinde Greg. eandem Aureoli responsionem reijcit, quia attritio & tristia idem sunt, ergo si in Deo datur vera tristitia, dabitur etiam attritio. Item si attritio addit aliquem actum præter tristitiam, & timorem, ergo datur actus medius inter prædicta, & circa malū præsens erunt duo actus. Si vero non addit actū, omnis affectus, qui in nobis est præsente aliquo malo, erit similiter in Deo. Deniq absurdū est in Deo ponere vllā tristitiā proprie dictā, & contra omnes doctores, imo nec in beatis reperitur vt patebit in sequentibus. Secundā autē responsionē Aureoli reijcit Greg. quia sicut pertinet ad perfectionē Dei amare positiue iustitiā, ita & odisse positiue peccatū; nec glossa adducta negat Deo odiū iniquitatis, sed peccatoris, vt homo est, iuxta id sapientiæ. 11. Diligis omnia quæ sunt & nihil odisti eorū, quæ fecisti. Quod explicans Aug. 1. ad simplici. circa finē ait, in dānatis nō odisse Deū, quod in eis fecit creādo, nec quod in eis fecit ordinādo, sed iniquitatē, quā ipse nō fecit. Vnde Apoc. 2. Odisti facta Nicolaitarū, quę & ego odi.

45 Confir. 3. Confir. 3. hoc idē argumentum, quia Deus diligit iustitiā, quæ non fit, & illa dilectio est absoluta & non tantū conditionata; non est autē delectatio, vt patet, neq. desideriū absolutū, quia omne desiderium absolutū Dei impletur, ergo est actus medius. Et hæ duæ confirmationes fieri possunt in beatis, quia actu absoluto oderūt peccata quæ fiunt, tamē nullā habent tristitiam, vt postea videbimus, ergo alium actum absolutum: sed non timorē absolutum, ergo datur medium inter tristitiā, & timorem, seu fugā mali absentis, vt absens est. Similiter illi absolute amāt iustitiam quæ non fit, & non delectatione, neq. absoluto desiderio, ergo datur actus medius inter delectationem, & desiderium. Et sicut circa dicta bona, & mala id concedit Gregor. in Deo, & beatis, ita circa alia bona, & mala debuisset in nobis, & illis id concedere.

46 3. Prob. 3. Argum. est, quia de bono præsenti potest esse amor sine delectatione, vel intensior delectatione, ergo ille actus est distinctus à delectatione, sed non est desiderium, quia hoc respicit bonū absens, ergo datur medius actus inter delectationē & desiderium. Antecedens probat Scotus in deuotis, qui feruentissime aliquando diligunt Deū, de bonis autē eius nullo modo, aut remisse tūc delectātur, quia non cogitant de bonis Dei vt iam possessis a Deo, vel quia tristitia de alijs cōcepta efficit, vt nulla, vel modica de diuinis bonis sit lætitia. Idē antecedens probat. Ocham, quia Dæmones & alij damnati, secundum omnes, saltem post iudicium nullam habebunt lætitiam de malis nostris, vel aliorum damnatorum, quæ tamen amant, ergo de præsentibus datur amor distinctus à delectatione, ac proinde actus medius inter delectationem, & desiderium. Si dicas, habere delectationem aliquā, certe illa est valde remissa, ergo potest esse in tensus amor obiecti præsentis cum delectatione remissa, ac proinde hi actus sunt distincti. Idem antecedens probat Audifax, quia si alicui videnti Deum, vel viatori reuelaret Deus suam damnationem, ille posset manere in dilectione Dei, qua illi velit bona, quæ illi conueniunt, tamen non delectaretur de illis, vel saltem remisse lætaretur, quia apprehēsio summæ miseriæ causat summā tristitiam, quæ delectationem omnem vel excludit, vel remittit maxime, licet non sit contraria, ergo amor Dei in ordine ad bona præsentia esset intensus, delectatio autem de illis esset nulla, vel remissa, ergo sunt diuersi actus.

Et confirmatur, quia vnus remittit tristitiam, alius non, ergo non sunt idem actus. Confir. 47 4. argum. est Audifacis, nam delectatio in rebus venereis prohibitis aliquando est naturalis, 4. Prob. nec est in potestate nostra illam habere, aut non habere, etiam si ratio magis vigilet, & ideo non est peccatum. Omnis autem volitio, vel consensus in actum venereum prohibitum, siue respiciat tale obiectum, vt præsens, siue vt absens est plene liber, & peccatum mortale, si ratio vigilat, ergo non omnis delectatio est volitio, vel consensus in rem, vt præsentem, vel vt absentem. Nec vero est simplex amor abstrahens a præsentia, vel absentia, ergo est alius actus distinctus tam à simplici amore, quam à desiderio.

Confirmatur. 1. quia omnis actus immediate procedens à voluntate, cum plena aduertentia rationis est liber, saltem si non sit simplex amor, de quo vide tract. 1. disp. 5. sect. 3. in Corol. ante solut. argument. sed delectatio, etiam plene aduertente ratione, interdum non est libera, nec vero est simplex amor, ergo non est actus immediate procedens à voluntate; sed non procedit ab illa medio desiderio, quia desiderium non existit, quando existit delectatio, ac proinde non est causa efficiens illius, ergo delectatio procedit à voluntate, medio simplici amore, ac proinde dantur tres actus in voluntate circa quodlibet bonum, scilicet simplex amor, delectatio, & desiderium. Confir. 1

Confirmatur. 2. quia aliquando delectatio circa res turpes est mortale peccatum sine consensu in illis, dicente Augustino 12. Trinita. capitul. 12. Nec sane cum sola cogitatione mens delectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens Conf. 2.

nens tamen, & voluens libenter, quæ statim vt attigerunt animum, respui debuerunt, negandum est esse peccatum, sed longeminus, quam si opere statuatur implêdum. Ergo illa delectatio nec est consensus, nec oritur ex cõsensu, sed ex simplici amore, quê si admittas, iam erunt tres actus in voluntate circa bonum quodcumq. scilicet, amor simplex, desiderium & delectatio, quæ cum nõ sit simplex amor, nec desiderium, erit alius actus. Confirmationem hanc attingit Audifax supra.

48 5. Argumentum est quia aliquando sumo potionem amaram, nec eam desidero, nec de ea delector, saltem si non cogitem de salute, propter quã electa est, tamẽ ipsam amo, ergo datur amor distinctus à delectatione, & desiderio.

5. Prob.

Obiect. Dices omnis amor, quãdo bonũ amatũ est pses, infert delectationẽ, ergo tunc delectat.

Solutio. Resp. negando antecedens, quando bonũ nõ est de se amabile, & suaue, sed amatur in ordine ad aliud, præsertim si de alio nõ cogitatur, vel de se est adeo asperum, & insuaue, vt molestia eius, delectationem impediat.

49 6. Argumentum est, quia in rebus cognitione prẽditis, datur põdus quoddam vitale abstrahens à motu, & quiete, & cum vtroq. manens: Motus est desiderium, quies autem est delectatio, vt in grauibus datur grauitas, & pondus quoddam corporale, quod est causa motus in centrum, & quietis in cẽtro, & distinguitur ab ipso motu, & quiete, & cum illis maneti & huic rationi fauet Aug. dicens. Amor meus põdus meũ illo feror quocũq. feror.

6. Prob.

50 Ad. 1. argument 1. opinionis resp. velle alicui bonum, contingit dupliciter, 1. abstrahendo à præsenti, & futuro, & sic est amor simplex, & non desiderium. 2. sine tali abstractione, nempe, volendo bonum absens, vt absens, & sic apellatur amor efficax, & desiderium, delectatio autem, quia est de bono iam habito, non dicitur proprie, velle, aut amor, sed late, & improprie. His enim nominibus significatur aliquid, quod præcedit, vt præcedere potest boni consecutionẽ, & ad illam conducit.

Ad 1. arg. 1. opinion.

Ad confir. Ad confirmationem Resp. negando consequentiam sicut enim non potest Deus efficere assensum scientificum, nisi præcedente cognitione principiorum, nec electionem medij, non cognito, vel etiam præintento fine, ita neque desiderium vel delectationem, nisi præcedente amore, quia desiderium, & delectatio intrinsece est motus ad bonum amatum vel quies in bono amato. Itaq. amor non solum concurrit effectiue, sed quodammodo etiam formaliter, ad desiderium, & delectationem, ideo suppleri non potest per diuinam potentiam.

51 Ad. 2. Resp. lætitiã vocari amorem late & improprie, quia est effectus amoris, vt opus appellatur manus artificis. Vel amorẽ apellat delectationem, quia est delectationis causa.

Ad. 2.

Ad 3, Resp. proprie loquendo, non omnis actus volũtatis est velle, aut nolle, consensio, aut dissensio, prosecutio, aut fuga, late autem verũ est, & sic lætitia est velle, & tristitia est nolle; sed adhuc duo alij actus circa malum, & duo alij circa bonum ponendi sunt. Ad. 3.

Ad. 4. Resp. cõplacẽtiam rei vt est presens, quæ complacentia est delectatio, non esse proprie dilectionem, sed late tantum, aliqua tamen cõplacentia est proprie dilectio, & amor, nempe simplex voluntas, itemq. desiderium: omne autem placitum est quieta volũtas, vel quia est delectatio, quæ est volũtas late dicta, & est quies appetitus, vel quia est amor, & desiderium, qui actus suo modo causant delectationem, amor vt vera causa efficiens, desiderium vero, vt causans possessionem boni, quod est obiectum delectationis. Vbi nota, delectationem esse quietem vitalem & positiuam appetitus, implctionem autem vel cessationem desiderij, esse quietem nõ vitalem, seu negatiuam Et de hac quiete intellige D. Thom. art. 1. in corpore, cum ait, esse causam delectationis. Ad. 4.

Ad. 5. Resp. viuere aliquem vt vult, loquendo late de voluntate, & vt delectat, idem esse formaliter, sed loquẽdo de volũtate proprie, idem est æquialẽter, quia id quod volumus, quando possidetur, delectat. Ad. 5.

Ad confirmationem Resp. apud Augustin. fruitio aliquando sumitur pro delectatione, cõsequente amorẽ, aliquãdo pro amore ipso. Vnde arguens laborat in æquiuoco, vel procedit medio non distributo: fruitio est amor, gaudium est fruitio, ergo amor; quæ forma arguendi nulla est. ad confir.

52 Ad fundamentum primum secundæ opinion. Resp. in quolibet appetitu animali, tria esse, quæ proportionem habent cum ijs, quæ reperiuntur in graui, pondus vitale, motum, & quietem, idest amorẽ simplicẽ, desideriũ, & delectationẽ. Ponderi vitali est aliquid oppositũ, põderi autẽ graui nihil opponitur nisi leuitas, vel impetus aliquis quo violẽter moueatur sursum, vel impedimentũ, quo ibi detineatur. Ad. 1. fund. 2. opi.

Ad. 2. fundamentum Resp. vltra actum quo volo alicui bonum absens, vt sic, esse actum, quo volo ei bonum, abstrahendo à præsenti, & absenti, & alium, quo proprie non volo ei bonum, sed in eo delector, & sic tres actus circa quodlibet bonum constituendi sunt, & totidem circa malum.

53 Ad fundamentum 3. sententiæ Resp. volũtatem esse principium motiuum, & quia solo amore abstrahente a bono obtento, & non ad fund. 3. sententiæ.

obtento

obtento non posset efficaciter mouere reliquas potentias, adiunctus est illi actus, quo ferretur in absens vt sic, ad quem actum inclinat, & inuitat amor ipse sed non necessat, & ad perfectionum voluntatis pertinet habere aliquem amorem absolutum plene efficacem, alterũ vero non plene & integre efficacem, sed tanquam incitamentum amoris efficacis, vt in intellectu præter assensum, & dissensum datur simplex apprehensio, quæ ad iudicium conducit. Quamuis non oporteat ijs, quæ sũt in voluntate, similia vel proportionalia ponere in intellectu, quia voluntas fertur in res, intellectus vero trahit res ad se.

Corol.

Ex dictis ergo patet delectationem beatificam ab omni beatifico, siue simplici, & inefficaci siue efficaci amore distinctam esse.

54 Quæstio.

An vero delectatio differat a gaudio. Ferrara. 1. contra gentes, cap. 9. §. Quantum ad. 2. ait secundum D. Thom. delectationem tantũ esse boni præsentis coniuncti, gaudium vero latius patere, quia de interno, & externo bono est. Vnde Deus de bonis externis non delectatur, sed de internis de vtrisque tamen gaudet. Obijcit autem sibi S. Tho. q. 31. arti 3. dicenter, delectationem esse genus gaudij, eo quod gaudium reperitur tantum in parte rationali, delectatio autem etiam in sensitiua. Vnde omne gaudium est delectatio, non è cõtra Respond. D. Thom. q. 31. loqui de delectatione, pro vt comprehendit sensitiuam, & intellectiuam, quo pacto superior est gaudio: illo autem ca. 90. loqui de delectatione intellectiua, & sic gaudium superius esse ad delectationem, quia gaudium est de bono externo, & interno vt ait D. Tho. ibi, non autem delectatio, cum dicat ibi D. Tho. Deum de sua bonitate, & non de bonis externis delectari. Quando vero D. Tho q. 32. art. 5. docet operationes aliorum nos delectare, intelligitur secundum partem sensitiuam. Ferrariensem sequitur Vazq. disp. 14. cap. 4.

55 Decisio authoris.

Sed in hac q. de nomine, sentio gaudium, proprie, vel stricte, non dici de parte sensitiua secus late. Deinde delectationem propriedici, non solum de bonis proprijs, sed etiam de bonis Dei, & aliorum amicorum, quia de ijs nõ solum beati, sed & nos in communi modo loquendi lætari, & delectari dicimur licet magis proprie gaudere dicamur. Vide D. Tho q. 82. a. 5. & 2. 2. q. 28. art. 1. & Durandum 1. d. 1 q. 2. num. 10. Obserua autem, quando D. Tho illa q. 23. ait, gaudium de bonis diuinis, esse fructum charitatis, nõ negare esse actum, nec vere id potuisse negare quia ad eandem virtutem pertinet elicere amorem, desideriũ & delectationẽ, sed amorẽ immediate, desiderium vero, & delectationẽ vna cũ amore ipso.

Notã.

Quæstio alijs remittitur.

Delectationẽ vero a fruitione stricte sumpta non distingui, patebit, q. 11. licet aliqui dicant, fruitionem esse actum amoris, & non delectationem: alij vero esse ipsammet visionem beatificam. Sed nullus est qui putet esse actum ab his tribus distinctum,

Sectio. 6. Vtrum obiectum delectationis beatificæ sit ipse Deus, vel visio Dei, vel vtrumque.

56

TErcipue est difficultas de delectatione, qua delectat bonum proprium, vt proprium est, quæ pertinet ad amorem commodi seu cõcupiscentiæ, & non ad charitatem, & amicitiam diuinam.

1. Opinio.

1. Opinio est Durandi, 1. d. 1 q. 2. & 4. d. 49. q. 5. obiectum immediatum huius delectationis, seu fruitionis non esse Deum, sed visionẽ Dei: Deum autem esse obiectum mediatum, & materiam circa quam versatur visio, de qua delectamur, seu obiectum materiale delectationis, quod non delectat, secundum se, sed vt visum. Eodem modo 3. d 16 q. . dixerat non Deum, sed visionem esse obiectum immediatum spei, de qua eadem est ratio, quia idem est obiectum amoris concupiscentiæ, & delectationis consequentis amorem concupiscentiæ. Suadetur, quia delectatio hæc est de bono proprio, Deus autem non est bonum proprium beati, secundum se sumptus sed vt possidetur, & obtinetur per visionem alio vel modo, ergo. Minor probatur, quia res supposito distincta, non est bonum nostrum, nisi aliqua ratione nobis vniatur. Confirmatur, quia timor, & tristitia oppositæ delectationi beatificæ sunt de carentia visionis, ergo delectatio beatifica est de ipsamet visione. Et loquitur Durand. de delectatione sequente amorem concupiscentiæ, nam de consequente amorem amicitiæ esse de bonis Dei, & non de eius visione plane docet. 1. d. 1 q. 2. nu. 10.

Confir.

57

2 Opinio, Deum solum esse obiectum immediatum huius delectationis, visionem autem esse conditionem sine qua Deus non delectaret, nec esset obiectum delectationis. Aliqui hanc opinionem tribuunt Scot. 1. d. 1. q. 1, art. 2. Gabrie. q. 4. art. 2. Ochamo, q 4. art. 3. Oleoth. in determi. q. 7. quatenus fruitionem dicunt habere Deum pro obiecto, sed hoc nõ est ad rẽ, quia nomine fruitionis, amorem amicitiæ Dei, & non delectationem intelligunt. Magis videtur hæc opinio Caieta. 2. 2. q. 17. art. 1. & Conrad. hic. q 1. art. 2. ad 3. Sed certe non intendunt, visionem esse purã conditionem, sed esse obiectum, & simul conditionem, sine qua Deus nõ delectaret. Sicut enim sanitas non delectaret, nisi esset cognita, & vnita subiecto, tamen vnio ipsa. & non sola sanitas est obiectum delectationis. Sic Deus nõ

2. Opinio.

delecta-

delectaret hoc genere delectationis, nisi per visionem directam esset intelligibiliter possessus & per reflexam cognosceretur ipsum videri.

Cuiuscumque autem hæc opinio sit, suaderi potest, quia sine delectatione pertinente ad amorem concupiscentiæ, non potest beatitudo consistere, nisi forte miraculosè, cum sit de essentia beatitudinis, vel tamquam passio ipsius: sed sine delectatione de visione, potest cõsistere beatitudo, vt patet, si quis videret Deũ, & nõ videret se videre illũ, potest enim Deus videri non videndo in eo visionem, vel aliam creaturam, vt superius docuimus, ergo delectatio hæc, non visionem, sed Deum habet pro obiecto.

58

3. Opin. authoris delectatio beatifica habet Deum pro immediato obiecto.

3. Opinio, & vera est, huiusmodi delectationem habere Deum, & non tantum visionem pro immediato obiecto. Videtur Palud. 4. d. 49. q. 4. ar. 2. vbi ex instituto Durandũ impugnat sed magis videtur loqui de delectatione quæ oritur ex amore amicitiæ erga Deum: de ea vero, quæ oritur ex amore concupiscentiæ, aperte idem sentit Capreol 1. d. 1. q. 1. art. 1. conclu. 5. & art. 3. Ad arg. contra illam: Gregorius, q. 3. artic. 1. Maior. q. 5 dub. 2. ad finem, Ocham. q. 4. art. 3. ad. 6 rationem Duran. vbi inquit: si fateamur delectationem esse operationem, & habere obiectum, eam esse immediate de Deo. Dubitat ergo, vtrum habeat obiectum, sed immerito, quia licet forte non sit operatio elicita a voluntate: tamen est operatio de genere qualitatis, & motus quidã animæ, cui necesse est obiectum assignare, vt assignat Scot. Licet teneat non esse elicitam a voluntate. Recte autem dicit Ocham, si habet obiectum, eam esse immediate de Deo. Eandem opinionem tenet Marsilius, 1. q. 4. art. 2. Olcoth. illa. q. 7. Caiet. 2. 2. q. 17. art. 5. Medin. infra q. 11. art. 3. Conrad. q. 32. art. 1. in corpore: & ad. 1. Vazq. disp. 15. ca. 3. videtur etiam D. Tho. 4. d. 49. q. 4. art. 1. q. 1. vbi ait, visio est delectabilis dupliciter, vno modo ex parte obiecti, in quantum id quod videtur delectabile est: alio modo ex parte visionis, in quantum ipsum videre delectabile est. Delectamur enim cognoscendo mala, quamuis ipsa mala nosnõ delectãt: quia ergo visio beatifica est perfectissima, vtroq; modo delectabilis est. Ad hoc autem, quod visio sit delectabilis ex parte rei visæ, oportet vt ipsum visibile sit conueniens, & quod sit coniunctum. Sed hæc verba D. Tho. non admodum vrgent, quia potest dici visionem Dei ex parte obiecti esse delectabilem, non delectatione pertinente ad amorem concupiscentiæ, sed amicitiæ, vel delectatione pertinente secundario, & non primario ad amorem concupiscentiæ. Sicut enim amore concupiscentiæ primario amamus finem, secundario vero media, & causas, quibus finem consequimur, ita primario delectamur de assecutione finis, secũdario de præsentia mediorum, & causarum ad illum consequendum; sic ergo amore cõcupiscentiæ amamus primario visionem Dei, & alia, quæ per se nobis bona sunt, & de eorum consecutione delectamur, secundario autem amamus Deum, vt causam huius visionis, & reliquorum bonorum, & de eius præsentia delectamur, & hæc delectatio, licet non sit de visione, est de Deo in ordine ad visionem, & alia bona: Et in præsenti tantũ quærimus de delectatione, quæ primario oritur ex amore concupiscentiæ, an sit immediate, de Deo.

Et in hoc sensu pars affirmans expresse docetur a D. Tho. hic, q. 11. art. 3. in corpore, & ad 3. & 1. d. 1. q. 2. art. 1. ad. 2. Probaturque quia obiectum amoris concupiscentiæ, & delectationis consequentis est, non solum possessio talis boni, sed ipsum bonum possessum, aut possidendum, & hæc duo pro eodem obiecto reputantur, nam vnum sine alio amari, aut delectare non potest. Vnde D. Thom. q. 32. art. 1. in corpore, & ad. 1. ait, nulla bona esse delectabilia, nisi quatenus apprehenduntur vt habita. Et similiter dicere posset nullam possessionem boni esse delectabilem, nisi simul delectet bonum possessum.

59

Probatur.

Confirm.

Confirm. quia sanitas & possessio, vel vnio sanitatis constituunt vnicum, & immediatum obiectum amoris concupiscentiæ, & delectationis. Et idẽ est in subsistentia diuina, & vnione ipsius: non enim prius ratione, vel natura delectat vnum, quam aliud: ergo similiter visio Dei, & Deus ipse, qui per eam intelligibiliter vnitur intellectui, ipsumque perficit, quasi obiectũ intelligibile summæ perfectionis: & ideo Deus ipse dicitur merces nostra magna nimis, & est obiectum spei. Eademque ratione spes dicitur virtus Theologica, non autem religio, quæ non habet Deum pro obiecto immediato, sed cultum Dei; & ita dicitur colere, & venerari Deum, qui ipsi cultum exhibet: de quo latius in tractatu de virtutibus, & Caietan. supra. Sed male addit, Theologiam nõ esse virtutem Theologicam, quia nõ habet Deum pro obiecto immediato, nam licet non nitatur immediate primæ veritati reuelanti, seu diuinæ reuelationi, tamẽ immediate demonstrat conclusiones de Deo, & habet ipsum pro obiecto immediato, sicut fides, & ideo est virtus Theologica, licet non sit supernaturalis quoad substantiam, sicut fides, sed quoad causam aliquam quam per se requirit. Addit etiam Caietan. timorem non esse virtutem Theologicam, quia non habet Deum pro obiecto immediato: sed fallitur, quia eadem virtus est, quæ sperat Deum, & timet eo carere, sicut eadem

virtus

virtus charitatis est, quæ amat bona Deo, & odio habet offensam Dei.

Vt autem ad institutum reuertamur, Deus, & eius visio, seu possessio, non sunt duo obiecta, vnum mediatum, aliud immediatum, sed constituunt vnum obiectum, & vnum finem, sicut dicit D. Tho. q.1. & 2. sæpe, & q.11.a.3.ad.3. & 1.d.1.q.2.a.1.ad.2. finē quo, & quē, constituere vnū finem. Et non solum dicta ratione Deus est obiectum immediatum delectationis concupiscentiæ, quatenus vnitur nobis intrinsece per visionem, vnione intelligibili, sed etiam vt vnitur nobis per amorem vnione intrinseca affectiua: imo quatenus in se est sine vllo respectu ad visionem, seu amorem ipsius: vt enim pater per se est bonum filij, & è contra, & amicus amici, & consanguineus consanguinei, & honor honorati &c. Ita Deus, qui est pater noster, nostrumque principium, per se est bonum nostrum extrinsecum, quod possidemus eo ipso, quòd existit: & quod si per impossibile posset non esse & rursum existere, possemus etiam sperare. Nec est verum quod ait Durand. & admittere videtur Caietanus, res supposito distinctas non posse esse bona nostra, nisi quodammodo nobis vniantur: nisi nomine vnionis, amor alterius ad nos, vel gloria, & honor quem apud ipsum habemus, vel, origo, & consanguinitas, vel affinitas ipsa intelligatur, qui tamen modus vnionis, secluſa visione, & dilectione beatifica intelligatur inter nos, & Deum quatenus eius creaturæ sumus, ipse autem creator noster, & dominus. Et quidquid sit de hoc, certum est de rebus supposito distinctis non vnitis nobiscum, sed cum amicis posse nos delectari.

61 Ad fundā. 1. Opinion. cum sua cō firm.

Obiectio.

Solutio.

Ex quibus patet ad fundamentum Duran. sed vrget in confirmatione quia Deus, non potest secundum se, sed tantum secundum aliquem eius effectum, esse obiectum timoris, & tristitiæ, ergo nec delectationis, & spei, seu amoris concupiscentiæ. Hoc argument. negotium aliquod facessit Caieta. Marsilio & alijs. Sed facile diluitur, nam obiecta contrariorum affectuum, contraria esse debent, non eadem, sic ergo obiectum amoris concupiscentiæ, & spei, ac delectationis consequentis est Deus, vt per visionem alioue modo intrinsece, aut extrinsece possessus: odij vero abominationis, & timoris, & tristitiæ obiectum carentia Dei vt sic possessi. Sicut enim illi affectus sunt circa bonum, ideo Deum habere possunt pro obiecto, ita hi sunt circa malum, & ideo non possunt habere Deum pro obiecto; quia Deus nec secundum se, nec vt possessus à nobis, nobis malus est, licet interdum sit malus, & noxius secundum aliquem effectum ex eo manantē. Similiter licet Delectatio consequens charitatem, sit de Deo, & bonis Dei, tristitia tamen est de offensis, Dei, & non de bonis Dei.

62 Ad fundā. 2. Opinio.

Ad fundamentum. 2. sententiæ Respond. admittimus omnem hominem potuisse sine visione, qua videat in verbo visionem Dei, vel aliam creaturam (etiam sine miraculo) esse beatum, ac proinde sine delectatione ista pertinente ad amorem concupiscentiæ, non tamen forte sine delectatione consequente amorem amicitiæ, cum qua sine delectatione de visione Dei possunt etiam esse delectationes aliæ pertinentes ad amorem concupiscentiæ, consequentes scientiam beatam, vel alias cognitiones. Posset etiam dici, hominē non esse beatum, saltem integre, nisi in verbo videat, se videre Deum, aut saltē extra verbum. Nec mirum quod delectatio de creatura, quæ est possessio Dei, & coniunctio ad ipsum Deum, sit de essentia vel integritate Beatitudinis. Et ido D. Thom. 1. d. 1. q. 1. articul. 1. ad. 2. ait, visionem non esse perfectam fælicitatem, nisi perficiatur delectatione, quæ perficit operationem, sicut pulchritudo iuuentutem, vt dicitur, 10. Ethico.

63 Quæstio. An delectatio beatifica sit delectatio de se ipsa: Decisio.

An vero, sicut visio Dei est visio ipsius visionis, ita delectatio de visione sit delectatio de se ipsa? Vtraque pars est probabilis, & pars negans suaderi potest, quia visio Dei est visio sui secundum probabiliorem sententiam, eo quod Deus dicit ordinem ad suam visionem, & ideo visio Dei sub ea ratione est etiam visio visionis. Non enim potest intelligi ordo ad aliquid, quin terminus illius habitudinis intelligatur: potest tamen aliquis delectari in vna re, & non in alia, ad quam dicit ordinem. Et præterea, visio Dei non dicit semper ordinem ad delectationem. Vnde potest aliquis delectari de visione, & non de delectatione consequente visionem. Item visio ac delectatio sunt duo obiecta primaria & per se delectationis. Vnde non sunt obiecta eiusdem delectationis, sed diuersę, idem enim actus, non potest habere diuersa obiecta primaria? Vtcumque sit, falsum est, quod quidam apud Olcoth supra dicebant. Beatitudinem nostram potius consistere in notitia reflexa, quam directa, ideſt magis in cognitione visionis Dei, quam in cognitione ipsius Dei. Verum tamen est, quod ait Durand. 1. d. 1. q. 2. ad. 1. notitiam reflexem magis pertinere ad beatitudinem, quam delectationem, nam visio directa & reflexa vel sunt idem actus, vel maiorem habent affinitatem inter se, quam cum delectatione, & visio reflexa immediatius sequitur directam, quam dele-

delectatio de visione ipsa directa, quæ delectatio supponit visionem reflexam.

64 *Beatus nõ potest de visione non cognita delectari.*

Præterea, si verum esset quod ait Scot. 2. d. 42 q. 4 §. respondeo ergo, intellectione existente in aliquo licet non cognita vt obiectum, potest voluntas velle & complacere in obiecto illius intellectionis, & in illa intellectione, & non complacere sibi: facile intelligeretur, quomodo videns Deum, licet non cognoscat suam visionem, possit in illa delectari. Cæterum eius doctrina falsa est, quia sicut nihil volitum, quin præcognitum, ita de nullo delectari possumus, quin præcognoscatur. Et Conf. quia nihil delectat obiectiue, nisi ametur, nihil autem amatur nisi præcognoscatur, vt late docuimus tractatu. 1. disput. 4. section. 1. ad finem, & dicemus. q. 9. tractantes an voluntas moueat intellectum. Vbi etiam exponemus quod ait Scot. loco proxime citato delectatione de cognitione firmari, & intendi, ac perfici ipsam cognitionem.

Obiectio. Dices, posse aliquem delectari de visione coloris, nõ cognoscẽdo ipsam visionẽ, ergo similiter beatus potest delectari de visione Dei nõ cognoscendo ipsam visionem.

Solutio. Respo. Quando homo, vel brutum delectatur de visione coloris, intellectu, vel saltem sensu interno percipit suam visionem, & aliter non posset de illa delectari; an vero de ipso colore præscindendo illum à visione possit delectari. Responde. posse delectari de eius possessione, vel præsentia, aut de aliquo effectu, quem causet in organo visus. Et similiter, quando homo cogitat de re turpi, de cuius possessione iudicata, vel apprehensa vt præsenti, vel futura delectatur. Semper tamẽ id quod delectat debet cognosci sub ratione conuenientis sibi, vel alteri rei amatæ.

65 *Quæstio. An delectatio beatifequens amorem concupiscentiæ sit supernaturalis quoad substantiam.*

Hic inquiri posset, an delectatio de visione Dei consequens amorem beatificum concupiscentiæ, sit supernaturalis quoad substãtiã & ad quam virtutem spectat.

Decisio. Sed suppositis illis, quæ de amore beatifico concupiscentiæ diximus sect. 2. & de amore amicitiæ sectione. 1. facilis est respõsio. vt enim ad visionem beatificam posset sequi amor tã amicitiæ, quam concupiscentiæ, non solum supernaturalis, sed naturalis, qui solus consequeretur, si Deus suspenderet concursum supernaturalem: ita etiam ex visione beatifica, simul cum amore naturali, & supernaturali potest sequi delectatio naturalis, & supernaturalis, sicut in via ex spe sequitur delectatio supernaturalis, iuxta D. Thom. 2. 2. q. 17. art. 6. & 8. Et prior delectatio sola sequeretur, si Deus negaret concursum supernaturalem. Et sicut diximus, illum amorem concupiscentiæ, quando supernaturalis est elici à virtute spei, ita de delectatione supernaturali dicendum est, elici a virtute spei si in patria est Quod Suar. 3. par. to. 1. p. q. 7. a. 4. incommentario, putat necessarium, vt eliciat & illum actum amoris, & hunc delectationis. Nec enim recte diceretur elici a voluntate cum auxilio supernaturali præueniente, & non opus esse habitu, cum voluntas adiuta auxilio supernaturali, propter magnam inclinationem, quam habet ad bonum proprium clarevisum, facile eliciat hos actus, siquidem ad suauem Dei prouidentiam pertinet habitus infundere ad operationes, quæ perpetuæ esse debent, & non concurrere per auxilia extrinseca, vel fluentia intrinseca Nec etiam recte diceretur, elici a charitate, quia si charitas posset amorem, & delectationem de visione vel alio bonõ proprio vt proprium est, elicere in patria, etiam posset in via, quod est falsum, & ratio est communis ad vtrumque statum, quia charitas solum respicit bonum diuinum, vel bonum creaturę, vt est aliquid Dei, vel eius bonũ conducit ad bonũ, Dei. Sub alijs ergo rationibus, non potest amorẽ, & delectationẽ elicere sed tantũ sub illis elicitũ imperare. Bonatura, & Richard. videntur dicere, ad hos actus infundi in patria specialem habitum. Sed cõtra, quia amor concupiscentiæ, & delectatio de bonis communibus viæ & patriæ, eiusdem rationis sunt in via, & patria, ergo ab eodem habitu elici debent. Præterea, ad eundem habitum pertinet sub eadem ratione amare bonum magnum, & paruum, & de ipso delectari, ergo eiusdem virtutis est amare visionẽ beatificam. & de illa delectari, & amare alia bona, & de ipsis delectari: sed amare alia bona, & de illis delecteri pertinet ad virtutem spei: ergo & amare visionem beatificam, & de illa delectari. Sed de hoc alibi. Solum dico modo, vel ad hos actus nullum dari habitum in patria, vel ponendum esse in patria habitum spei saltẽ ad hos actus, licet non ad sperandam gloriam animæ, nec gloriã corporis post iuditium.

in patria elicientur ab aliquo habitu & quis ille sit.

66 *An amor concupiscẽtiæ & delectatio illum consequens*

Sectio. 7. Vtrum in voluntate vel appetitu sensitiuo beati possit esse Tristitia. 97

1. Conc. beati de multa re tristãtur.

DIco. 1. Secundum legem ordinariam in beatis non potest esse tristitia. Patet ex locis scripturæ relatis sect. 3. & referendis sectio. 8. Patet etiam ratione, malum enim proprium intrinsecum præsens, vel futurum eos contristare non potest, cum sciant tale malum non esse actu, nec posse vnquam esse. De peccatis autem quæ in vita gesserunt

runt, & de damnis extrinsecis proprijs, in honore, fama, corpore, &c. Et offensis, quibus mali Deum, vel ipsos beatos offendunt, & de malis culpæ, pœnæ aut naturæ aliorum proximorum non dolent, quamuis dolere possent de potentia absoluta; quia tristitia de aliquo malo, & lætitia de aliquo bono, quod illi non opponitur, non sunt contrarij, ac proinde in quocumque gradu sunt cõpatibiles de potentia absoluta, vt recte Durand. 4. d. 49. quæst. 4. ad vltimum, Suar. 3. part. tom. 1. disputat 38. sectio. 3. Vazq. hic disputation. 16. cap. 2. in fine; sicut amor, & odium, desiderium, & fuga de obiectis non oppositis, sed disparatis. Vnde in voluntate Christi tempore passionis summum fuit gaudium, & summa tristitia secundum D Thom. 3. part. quæst. 26. articul. 8. Suar. & Vazquez supra, & alios communiter, licet Canus. 12. de locis, capit. 14. ad finem dicat, tempore summæ tristitiæ Christi, suspensum fuisse gaudium beatificum. Ratio autem quare de illis malis non dolent, assignatur à quibusdam, quia illa mala non sunt contra voluntatem efficacem beatorum; nihil enim efficaciter volunt, nisi sciant Deum id velle. Sed hæc ratio non placet, quia gubernatores & alij sæpe dolent de malis, quæ non sunt contra voluntatem eorum efficacem, quam si habuissent, vt habere potuissent, ea mala impediuissent Deinde, beati possunt efficaciter velle, vt ego non peccem, quamuis ignorent, an Deus efficaciter velit peccatum meum impedire, tunc si me peccare contingat, cur non dolebunt? item si cui contingat damnum aliquod, de quo nunquam cogitauit, dolebit; tamen illud damnum non accidit contra voluntatem illius efficacem præteritam, quia nulla præterijt, nec præsentem quia voluntas efficax non est de re, quæ iudicatur impossibilis; iam vero impossibile iudicat, non accidere illud malum, quia ad præteritum nulla est potentia, ergo ad rationem tristitiæ non est necessarium, vt sit de malo efficaciter nolito. Melior ratio ponitur à Vazq. disputat. 14. capit. 2. his verbis: In beatis tristitia quidem esse posset, si naturam ipsorum consideremus; tamen propter nimiam delectationem non relinquitur vllus locus, vel minimus tristitiæ, quia non reputant sibi malum aliquid, quod accidat, neque tristantur de malo viatoris, vel alterius hominis, quia omnia mala præter peccatum non reputant mala amicorum; neque de ipsorum peccato ttistantur, quia si aliquomodo de malis aliorum tristari possent, esset ex amore amicitiæ; homines autem qui peccant non manent amici beatorum, ac proinde de peccatis ipsorum non tristantur, quasi de malis amici. In quibus verbis nonnulla est difficultas, quia vt in aliquo sit amor amicitiæ secundum substantiã & dolor de malis alterius consequens eiusmodi amorem, non opus est alterum ex parte sua esse amicum, nam etiam inimicos charitate prosequimur, quæ est quædam amicitia, & de eorum malis ex charitate & amicitia dolemus, licet quando charitas nõ est mutua, potius beneuolentia, quam amicitia dicatur; ergo eodem modo in beatis dici posset. Melior ratio cur beati tristari nequeãt assignatur ab eodem Vazq. illa disputatio. 16 cap. 2. in fine & à Durand. 3. d. 15. quæst. 3. nume. 10. videlicet quia secundum naturam rei delectatio magna & de magnis bonis, tristitiam de malis seu damnis paruis excludit, quæ comparatione illorum bonorum pro nihilo reputantur, & ideo minime contristant Vnde Aristote. 7. Ethi. cap. 14. voluptas autem contraria, & quæuis etiam, modo sit vehemens, pellit dolorem. Omnia autem mala quæ beatis, vel eorum amicis possunt contingere, parua sunt, & pro nihilo reputantur comparatione bonorum, quæ in Deo super omnia dilecto, & in se & alijs beatis, quos vehementer amant, vident, ideo de illis malis dolere non possunt. Et quamuis naturaliter esset possibile, Deus id non permitteret, quia tristitia est actus per se imperfectus, & naturæ noxius, tum per se, tum quia mentem turbat, & inquietat, libertatẽq. cogitandi, & lætitiam de aliis bonis quæ esse posset, excludit. Si autem videnti Deum reuelaretur sua damnatio, vt posset fieri de potentia absoluta, doleret maxime, & forte necessario, & delectationẽ de alijs bonis proprijs, vel proximorum vel Dei, valde remitteret, quia ad beatitudinem magna est inclinatio, præsertim in vidente iam Deum. Et quamuis albedo, & ingredo simul esse possint in gradibus intensis de potentia absoluta, tamen lætitia de bono aliquo, & tristitia de carentia ipsius non possunt esse simul de potentia absoluta, nisi simul posset quis iudicare se habere aliquod bonum, & illo carere: quæ iudicia aliqui docent esse posse simul de potentia absoluta, & similiter volitiones de obiectis contradictorie oppositis.

68

69 *Si videnti Deum reuelaretur futura eius dãnatio, dolere posset, aut necessario doleret*

Obiectio.

Dices lętitiã ex sola apprehensione sine iudicio existentię, vel futuritionis obiecti, posse contingere, & similiter tristitiam; apprahensiones autem de oppositis contradictarie possunt esse simul, ergo lætitia, & tristitia de sic oppositis simul esse possunt saltem de potentia absoluta.

Solutio.

Respond. apprehensio alicuius obiecti vt existentis, licet parere possit aliquam lætitiam, quando est sine apprehensione, vel iudicio

dicio de oppoſito non tamen exiſtente, tali apprehenſione, vel iudicio. Vnde ſi apprehendo me mori,& ſimul apprehendo,vel iudico me viuere, nec lætabor, nec triſtabor quia vna apprehenſio, vel iudicium impedit effectum alterius, aut ſaltem, quæ ſit efficacior impediet effectum alterius. Et fortaſſe,etiam ſi de potentia abſoluta, ſimul quis iudicaret ſe damnatum,& non damnatum, vnum iudicium impediret iudiciũ alterius, & ſic lætitię, & triſtitia de ſalute,& damnatione,non eſſent ſimul.

70

2. Conclu. Dico.2. quamuis beato ineſſet aliqua triſtitia,non ideo deſtrueretur in eo eſſentia beatitudinis,vt ait Durand.illa.q.4. Sed tantum eius perfectio ſeu integritas.

3. Concln. in Deo nulla triſtitia Dico.3. quod in Deo nulla triſtitia eſſe poteſt,tum quia hic affectus ex ſe habet aliquam diſſonantiam cum natura;tum quia Deus tot ac tanta bona neceſſaria habet, vt eorum cõparatione mala extrinſeca, quæ illi vel amicis accidere poſſint vt ſunt offenſę ipſius &c. nullius momenti ſint, & ideo triſtitiam inferre nequeant. De quo Vazq. illo cap. 2. &.1.p. diſputat. 84. cap.1.

Quæres an ſicut in beatis,eſt lætitia de bonis noſtris ita in damnatis ſit de noſtrismalis.

71 Quidam dicunt, non eſſe quia Deus miraculoſe illam impedit, alij quia ſtatim ſe illis offert incommodum quod inde illis prouenit 1. Ratio diſplicet quia ponit miraculum ſine neceſſitate. 2. vero quia non obſtantibus proprijs incommodis volunt & procurant nobis mala ergo poſſunt de ipſis lætari. Concluſio tamen placet propter aliam rationem, ſcilicet,quia ſumma triſtitia quam habent de proprijs malis,nullum locum relinquit lætitiæ de alienis.

Sectio.8. Vtrum voluntas beati ſit impeccabilis.

72 1. Sent. erronea. ORigines. 1. Periarchon,cap. 6. &. 2. Periarchon, cap. 3. dixit, beatos peccare poſſe,interdũque peccare,quia ſunt liberi arbitrij;& ſic air,ſanctos Angelos interdum aliquas negligentias,& culpas in ſuis miniſterijs habere. Homi. 13.23.&.35.in lucam.20.&.24. in Num ſic intellexit id Apocalip. 2. habeo aliquid contra te:& Iob.4.Ecce,qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles,& in Angelis ſuis reperit prauitatem: & cap. 15. Cœli non ſunt mundi in conſpectu eius: ideſt habitatores cœli: & id Pſal. 101, Cœli peribunt, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent,& velut amictum mutabis eos & mutabuntur. Et videtur ſenſiſſe Origines,quod ſi beati grauiter peccarent,ſtatim beatitudinem amitterent. Originem ſecutus videtur Hieronymus in id Micheæ. 6. Surge, & contende in iudicio: ſed vt credo loquitur ex ſententia aliorum, ſicut ſæpe facere conſueuit in commentarijs Epiſtolæ ad Ephe & ad Galat. vt ipſe tæſtatur apologia contra Ruffinum, imo D. Thom.1.p.113. articul. 7. ad 4. benigne interpretatur Originem,vt Angeli Cuſtodes dicantur cum hominibus trahi ad iudicium, tanquam teſtes non tanquam rei. Sed verba Origenis vix patiuntur talem explicationẽ, ſecundum Vazq. Valentia. q. 4. puncto. 1. refert. Medinã articul. 4. Origenis errorem tribuentem Fabro illique obijcientem,tractent fabrilia fabri, ipſe vero ait, in libro de Magdalena impreſſo Agenoæ, anno 1518.in quo Faber probat tres fuiſſe Magdalenas, nihil tale reperiri.

Concluſio tamen Cathoiica eſt, beatos peccare non poſſe:ſic enim, vel beatitudinem poſſent amittere,quodinferius reijciemus,vel peccata manerent impunita,ſaltem enim mortalia punienda eſſent priuatione beatitudinis. Quod ſi aliter mortalia, vel venialia punirentur, iam cum beatitudine eſſet pœna aliqua. Imo etiam ſi non punirentur,eſſet de illis contritio, & dolor, contra id Apocalip.21. Non erit luctus, nec clamor,ſed nec vllus dolor, quæ prima abierunt: & Iſai. 65. Gaudebitis & exultabitis vſque in ſempiternum in ijs,quæ ego creo, non audietur vltra vox fletus & vox clamoris & cap. 66. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra, quaſi herba germinabunt: & contra alia loca adducta ſectio. 3. &.7. Confirmatur. 1. ex Auguſtino in Enchirid, cap. 5. dicente, oportebat hominem fieri talem,vt & bene poſſet, & male velle: poſtea vero ſic erit vt male velle non poſſit. Confirma. 2. nam in eam ciuitatem non intrabit aliquid coinquinatum, aut abominationem faciẽs,aut mendacium,Apocal.21. VndeMatth. 5.Beati mũdo corde,quoniam ipſi Deum videbunt. Quare ſi qui ex hac vita deceſſerint in peccato veniali,ab eo mundari debent in purgatorio, antequam cœlum ingrediantur, ergo non permittetur habitare in cœlo,qui peccatum etiam veniale admiſerit. Vnde Pſal.139. Habitabunt recti cum uultu tuo. Et beatos non poſſe peccare: docet Auguſtinus,(vel potius Fulgen.)de fide ad Petrum,cap.23.& in Enchirid. cap.57.Nazianzenus,oratio.44.quæ eſt in Pentecoſte,& Nicetas ibi in illa verba, poſtea quam autem. Neque obſtat, quod Nazianz. ibi ait, ægre,aut nullo modo peccare poſſe,nam poſteriori verbo prius corrigere voluit, vt exponit Nicetas. Idem de Angelis beatis docent Iſidorus. 1. de ſummo bono: cap.12. ſenten. 2. &. 3. Beda tomo. 8. in libro quæſtionum

73 2. Sent. Catholica. Beati peccare nõ poſſunt.

q.9.Gre-

q.9. Gregorius,34.Moral.cap.4.alias 7.Damascenus,2.fid.cap.3.iuxta trãslationem Billij, & clarius iuxta translationem Fabri, quæ textui Græco magis consonat, vt obseruat Vazquez dispu.18.c.1.qui de hac re agit,etiã 1.p.disputa.239.cap.3. Nec obstat id Iob. 4. *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles*: Intelligitur enim de hominibus viatoribus: & de hoc loco plura Vazquez,1. p. disput. 227. cap.4. Quod vero dicitur: *in Angelis suis reperit prauitatem*; intelligitur de dæmonibus secundum August. lib. annot. in Iob, & Hieronym. Isai. 24.ad finem:vel si intelligitur cum Grego. 5. Moral.c.27.de Angelis beatis,nomine prauitatis ignorantia intelligitur; vel in eis dicitur reperta prauitas, quantum est ex parte naturæ suæ,quæ nisi supernaturali dono firmaretur, esset peccati capax. Et hic sensus magis consonat cum alia lectione, quæ ait; *reperit in cõstantiã*. Eodẽ modo potest intelligi,cælos nõ esse mundos in cõspectu Dei, licet nõ sit necesse id intelligere de munditia à culpa, sed a quacũq. imperfectione naturæ,quomodo dixit Dionys.Angelos purgari,nõ à culpa,sed à nescientia; quo etiã sensu de ipsis cælis materialib.exponi potest, nõ esse mundos in conspectu, seu cõparatione Dei, vt Iob 25. *stellæ non sunt mundæ in conspectu Dei*. Vide D.Thom. art.4.scholasticos,2.d.5 & 4.d.49.

74. Quæstio. 1.Opinio. Sed tota difficultas est, vnde oriatur ista impeccabilitas. Quidam dicunt,nõ prouenire ex ipsa visione, sed ex prouidentia, & voluntate extrinseca Dei,quia voluit, cum illis non concurrere ad actum malum,& in eis ponere necessario actum cadentẽ sub præcepto, vel necessitare eos ad amorẽ perfectum Dei super omnia,cum quo nullum peccatũ stare potest. Ita Scotus,1.d.1.q.4. 4.d.43 quæst.9. & 10. & dist.49.q.6. §.dico ergo,Gabri.1.d.1.q.2.& 6. & 2. d.7. q.vnica,arti.1.Supplem.4.d.49. q.2.artic.3.dubio.6. Ocham,1.d.1. quæst.1.& 2.q.19.ante medium, Gregorius, 2.d.7. q.2. arti.2.ad finem. Licet Scotus censeat, amorẽ istũ elici à beato,Ocham vero Gab. supplem. & Gregorius à solo Deo. Eadem opinio male tribuitur Olcoth.indetermi. q. 8. & 9. quia ibi dixit,videntem Deum,posse in aliquo casu possibili de potentia absoluta ipsum odio habere; sed per visionem, quæ modo est, vel saltem per aliam maiorem sentit posse necessitari ad amandũ Deum. Vnde videtur sentire, hac,vel alia visione perfectiori posse reddi impeccabilem. Cæteri autẽ omnes censent etiã manente hac visione peccare posse. A fortiori autẽ dicerẽt, simpliciter peccare posse,etiam ex suppositione,quod semel videant Deum,si visio non est de se perpetua, & incorruptibilis, sed potest suspendi à voluntate videntis Deum, si res suis naturis relinquantur.

Suadetur hæc sententia 1.quia visio nõ determinat voluntatem ad amorem Dei, quod multis argumentis aliqui nitebantur probare sectio.1.ergo nec ad carentiã peccati, ad quã solum posset determinare mediante amore.

2. Quia licet visio determinaret voluntatem ad amorem Dei, non ideo determinaret ad carentiam peccati; nam cũ amore Dei super omnia potest stare peccatum,saltem veniale. 2.

Confirmatur, quia si aliquid determinaret ad carentiam peccati,maxime amor,qui maiorem affinitatem habet cum carentia peccati,quam visio,eo quod amor est in voluntate, sicut carentia peccati visio autem non; sed amor,vt ostendimus,non determinat ad carẽtiam peccati,ergo nec visio. Conf.

75. 2.Opinio authoris. impeccabilitas oritur ex visione Dei. Opinio hæc non est improbabilis,imo mihi videtur valde probabile de potẽtia absoluta dari posse visionem tam tenuem,& imperfectam, vt in bono voluntatẽ non cõfirmet. Sed de visione quæ modo est, probabilius iudico confirmare voluntatem in bono; quæ est sententia D.Thom.hic,artic.4.& 1.p.q.62.art.8. 4. contra gentes,cap.92. (vbi Ferra.)& de veritate,q.22.artic.6.& q.28.art. 8.Capreol. 1. dist.1.q.1.conclusio.4. quatenus dicit, beatos non posse à dilectione Dei cessare, Soto.4. d. 49.q.3.art.4.conclusio.4.Durand.2.d.7.q.1.& d.23.q.1.& 4.d.49.q.8. Richard.2.d.7 artic. 1.q. 1. Maior,4. dist.49.quæst.8. Palud.quæst. 7. artic. 2. Caieta. Medin. Conra. Victor. & alij hic,artic. 4. Valentia. quæst.4. puncto. 1. Vazquez disputatione. 18. cap. 2. qui recte probat ex Isidoro 1. de summo bono,cap.12. sentent. 3. dicente; Angeli, licet sint natura sua mutabiles,non sinit tamen eos contemplatio mutari. Diuina tamen testimonia: & Nazianz. oratione illa. 44. Nicetæ ibi, & Heliæ Cretensis in orationem tertiam non vrgent, imo non nihil fauent contrariæ opinioni, quæ gratuitæ prouidentiæ Dei impeccabilitatem beatorum tribuit: & quidẽ posse sola extrinseca prouidẽtia,& præfinitione tolli libertatẽ ad peccandũ,& ad alia,vt sentit Scot. ostendimus in materia de prædestinatione, vbi soluimus argumenta, quibus Vazq.ibi, disputa. 90. oppositum statuere conatur.

76. 1. Proba. His suppositis hanc 7.opinionẽ quidã cum D.Th.4.contra gentes,cap.citato,probant.1. nam si visio beatifica non affert ex natura sua impeccabilitatẽ,non erit beatitudo;siquidem Beatitudo per se, vel per ea,quæ illam consequuntur, omnia bona affert, malaq. excludit, saltem notabilia,qualia sunt peccata. Sed dici posset, visionem Dei non esse totam essentiam beatitudinis,sed ad summum esse præcipuam partem essentialẽ, vel inferre carẽtiam omnis peccati,nõ per se vel per amorẽ,qui illã cõsequitur,sed per illam prouidentiã Dei,

quam veluti cõnaturaliter expoſcit viſio Dei, & vt multas alias perfectiones, quæ ex ipſa Phyſice non dimanant. Vel certe poſſet dici, non eſſe opus, vt ex beatitudine ſequatur impeccabilitas, ſed ſatis eſt ſequi infallibilem cãrentiã peccati; quam infallibilitatem, ſalua libertate, & potentia peccandi, oriri poſſe ex diuina prouidentia, multi ſentiunt, & eam ponunt in B. Virgine circa omne peccatum, & in confirmatis in gratia circa mortale peccatũ; licet non vno modo. Quidam enim dicunt, ad hoc eſſe neceſſariam ſcientiam propoſitionũ de futuro contingenti conditionato. Quidam autem dicunt non eſſe neceſſariam huiuſmodi ſcientiam, ſed diuinam prædeterminationem intrinſecam, vel extrinſecam; quam exiſtimant cum libertate non pugnare. Sed has opiniones in materia de gratia examinabimus, ſaltem incertæ ſunt; & præterea ad beatitudinis ſtatum, non ſolum pertinet certitudo nunquam peccandi; ſed impotentia peccandi; & omnes eam ipſi tribuunt, vnde oportet illam ſaluari, iuxta primã opinionem, vel iuxta ſecundam.

77. *2. proba.* Quam alij probant. 2. quia viſione beatifica cognoſcit beatus omnia, quæ ad ſuum ſtatum partinent, ergo in eo non poteſt eſſe ignorantia, vel inconſideratio ſpeculatiua, vel practica, requiſita ad rectitudinem ſuarũ operationum, ergo nec peccatũ, nam omnis prauus eſt ignorans, 3. Ethi. c. 1. & errant omnes qui operantur malum, Prouerb. 14. Hac ratione vtitur Durand. locis citatis, & D. Tho. 4. contra gentes, c. 92. ratione. 5. & eam magnificat Medin. artic. 4.

78. *Ab aliquib. impugnatur* Aliqui tñ eam reijciunt, 1. quia incertum eſt peccatũ non poſſe contingere ſine aliquo errore, vel in conſideratione, & deniq. ſine aliquo defectu intellectus. 2. Quia incertum, imo & falſum eſt ipſa viſione Dei excludi omnem errorem, & inconſiderationem de agendis: non enim cognoſcit beatus in verbo omnes actiones, quas exercere poteſt, cum omnibus circunſtantijs. Vnde viſio non reddit per ſe, vel per amorẽ ex ea procedentẽ, voluntatẽ impeccabilem, ſed ad ſummum per ſe, & per cognitionem extra verbum, quæ quodãmodo debita eſt habenti viſionem beatificã, vt ſcilicet ad omnia agenda perfecte illuminetur. 3. Quia ſaltem non obſtante hac ratione, poſſet aliquis de potentia abſoluta videre Deum ſine cõfirmatione in bono quia poteſt aliquis videre Deum, quãtum ſufficit ad beatitudinem, non videndo in Deo aliquid creatum, vel creabile.

79. *Sed ab auctore dẽ fenditur.* Sed hæc argumẽta vim illius rationis (quæ recte intellecta efficax eſt, vt ait Vazq.) nõ infringunt. Ad 1. enim dicitur, licet, certum, aut longe probabilius ſit, ſine errore proprie dicto, peccatum eſſe poſſe, & ſimiliter eſſe poſſe peccatum etiam commiſſionis intellectu cõſiderãte actu & efficacius turpitudinem peccati, quam conuenientiam, vel obligationem virtutis, tamen etiam eſt certũ, vel longe probabilius, exiſtente quadã perfectiſsima aduertentia intellectus, qualis modo eſt in beatis, & fortaſſe interdum in alijs eſſe poteſt, non poſſe eſſe vllũ peccatũ, quia illa conſideratione, licet nõ determinetur voluntas ad operandũ, qñ nullum eſt præceptum Dei, tñ determinatur ad operandũ ſi eſt præceptũ operandi, & ad non operandũ, ſi eſt præceptũ non operandi; & ſaltem cũ tali conſideratione perfecta, non poteſt moraliter eſſe peccatũ. Et forte D. Tho. hac ratione ſolã impotentiã moralem peccãdi concludere voluit, licet alijs rationib. concludere voluerit impotentiam phyſicam.

Ad 2. R. non eſſe mentem D. Tho. nec forte Durandi, viſionẽ beatificam per ſe excludere omnem errorem, vel incõſiderationem, ſed eam inconſiderationem, quæ neceſſaria eſt ad peccandum: affert enim per ſe viſio Dei tot, ac tanta motiua ad non peccandum vt volũtatem ad non peccandum determinent moraliter, vel etiam phyſice: nec ad hoc opus eſt beatum cognoſcere in verbo omnes actiones, quas exercere poteſt, ſed ſatis eſt conſiderare motiua ſufficientia ad rectificandam voluntatem.

Ad 3. R. tranſeat poſſe dari viſionem de potentia abſoluta, quæ non poſſet per ſe voluntatem confirmare in bono, & tunc videns Deũ vel non eſſet beatus vel vt haberet eſſentiã beatitudinis deberet ei coniungi aliquid intrinſecum, aut extrinſecũ, quo fieret impeccabilis; vel ad eſſentiam beatitudinis non requireretur impeccabilitas; ſed ſufficeret viſio vel viſio, & carentia peccati, præſertim perpetua, certa, & infallibilis. An vero hæc infallibilitas deberet eſſe phyſica, vel ſufficeret moralis, modo nõ definio: & ſane ſi Deus cum nullo ordine ad creaturas, videretur; non video quomodo eius viſio per ſe redderet voluntatem impeccabilem. Si quidem ea viſione non videretur Deus vt dignus ſummo amore, ſumma obedientia, reuerentia, ſumme beneficus, & iuſtus; atque adeo non adeſſent motiua ſufficientia ad confirmandam voluntatem in bono. Itẽ nec in eo euentu ex vi viſionis amaretur Deus amore reſpiciente honorem, reuerentiam, & obedientiam Dei, ſed tantum bona Dei intrinſeca, ergo non eſſet vnde voluntas ad ſeruandum omnia præcepta determinaretur; cognitio enim Dei ſecundum rationes omnino abſolutas, non poteſt voluntatem determinare ad obſequium Dei, neque amor, quo Deo volumus eſſe ſapientem, bonum, &c.

80. 3. Probat. 3. Alij probant. 2. sententiam, quia ex visione Dei necessario sequitur amor amicitiæ, quo beatus vult Deo per omnia placere, & in nullo displicere, ac proinde nec à recta ratione declinare; cum quo amore nullum peccatum esse potest. Ita Capreo, Sotus, Victor. Medina, Vazquez, Richard. & alij cõmuniter. Sumpta autem est hæc ratio ex D. Tho. 4. contra gentes, c. 92. ratione. 7. vbi ait, proprium esse amoris, facere conformes voluntates se amantiũ. Et quia ex visione necessario sequitur amor, ideo videns Deum non potest ab eius voluntate, seu præceptis discordare. Eandem rationem attulit D. Thom. de veritate, q. 24. art. 8. & Gregor. 5. Moral. cap. 27. alias 28. circa illa verba; *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles.* Angelica (inquit) *natura in semetipsa immutabilis est, quam immutabilitatẽ vincit per hoc quod ei, qui semper idẽ est, vinculis amoris colligatur.* Et August. 2. Genes. ad litteram, cap. 36. *Sãcti Angeli illam incommutabilem substantiam ita concipiunt, vt visione, atq. amore eam præponant omnibus, & secundum eam iudicent de omnibus, & in ea dirigantur vt agantur, & ex ea dirigant quidquid agant.* Et 14. Ciuitatis, c. 9. inter alia inquit; *vbi amor boni immutabilis est, profectò si dici potest, mali cauendi timor securus est.* Idem. 13. de Trinitate, cap. 5. & Isidorus, 1. de summo bono, cap. 12. Anselmus de casu diaboli, cap. 6. vbi reddit rationem, quare Angeli beati sint confirmati in bono, dicens: *Qua propter alij sunt perfecti, vt sint adepti quidquid poterant velle, nec iam videãt quo plus velle possint, & propter hoc peccare nequeant.* Amor autem Dei in via nõ semper est tantæ amplitudinis, & extensionis obiectiuæ, vt omni peccato mortali & veniali repugnet, licet interdum ita contingat. Ita vt nec forte de potentia absoluta, possit cum eo actu esse mortale, vel veniale peccatum. Est enim opinio valde probabilis asserens assensum, & dissensum, volitionẽ, & nolitionem eiusdem rei, sine secundum eandem rationem siue diuersam, ac proinde siue directe, & formaliter opponantur, siue non; nec de potentia absoluta simul esse posse: sic ergo repugnant istæ duæ volitiones nolo facere malum volo facere hoc, quod iudicatur malum: sicut repugnant isti duo assensus, nullus homo est albus, Petrus, quem iudico esse hominem, est albus. Nec potest dici, ex ignorantia culpabili posse contingere, vt iudicet aliquid non esse offensam Dei, & ideo licet velit nõ offendere Deũ, illud velit facere, & sic peccet. Nam per illã voluntatem placendi Deo in omnibus, ignorãtia, quæ esset antea culpabilis, fieret inculpabilis. Et deinde, cum illa voluntas placendi Deo in omnibus sit à principio in beatis, & cũ ea nulla ignorantia culpabilis oriri, aut esse possit, nunquã ignorantia culpabilis erit in beato. Confirmatur, quia ipsum ignorare, debetesse scienter offensa Dei, cum illa autem voluntate non stat hominem peccare ex certa scientia, ergo. Conf.

Sed rogas. Vtrũ ex visione sine hoc amore amicitiæ, voluntas videntis Deum redderetur impeccabilis. Vt si daremus hunc amorem, ex innata libertate, vel ex suspensione diuini concursus non elici; an tunc etiam voluntas peccare non posset?

81. Quæstio. An visio Dei licet non afferret amorẽ afferret impeccabilitatẽ. Decisio quorũdã.

Quidã tenent partẽ negantem, quã dicunt insinuari, sed non satis explicari ab authorib. 3. rationis. Sed certe, licet quidã non assignẽt aliã rationẽ huius impeccabilitatis, nõ aliam esse negant. Et D. Tho ac Ferrarien. alias assignant, quæ secluſa ista suam vim habent.

Sed hanc esse vnicã, quidã probant, quia visio vt sic non dicit velle, aut nolle formaliter, aut virtute, ergo non habet formalem, nec virtualẽ repugnantiã cum peccato, quod est in alia potentia, scilicet voluntate, ac proinde, nõ excludit illud. 2. Quia fieri potest, vt obiectum actus mali non cadat sub visione, neq. repugnantia quam habet cum Deo clare viso: quomodo ergo visio poterit determinare volũtatẽ, vt ab eo actu malo declinet, maxime cum per se nullã considerationem inferat, qua voluntas determinetur ad suspẽdendum actum prohibitum, & exercendum actum præceptũ. 3. Quia voluntas non potest immediate determinari ad appetendum aliquid creatum, sed aliquando ad vitandum peccatum omissionis, opus est appetere aliquid creatum, ergo ex vi diuinæ visionis, non medio amore amicitiæ, non potest voluntas determinari ad vitandum peccatum omissionis, quidquid sit de peccato commissionis, quod sine vllo actu vitari potest. 1. argum. 2. argum. 3. argum

Sed rationes istæ parui momenti sunt, & recte Caietan. hic, art. 4, & Vazquez disputat. 18. c. 2. docent, non solum medio amore amicitiæ, sed etiam immediate voluntatem beati reddi impeccabilem visione beatifica. Idem sentit Caietanus, 1. p. quæst. 62. artic. 8. & D. Thom. ibi, & hic, & 4. contra gentes, cap. 92. Vbi Ferra. motiua enim, quæ sufficiunt ad determinandam voluntatem beati ad actum amoris Dei non cadentem sub præcepto, multo magis sufficient ad determinandam voluntatem ad obseruantiam cuiuscumque præcepti affirmatiui, vel negatiui, vt nos in via facilius, & efficacius ex consideratione diuinæ bonitatis, & maiestatis inclinamur ad cauenda peccata, quam ad actus supererogationis, etiam si sint actus charitatis; sic etiam ex assensu principiorum, vel præmissarum magis determinatur intellectus ad continendum dissensum conclusionis, quam ad eliciendum assensum. 82. Decisio authoris.

Confirmatur, nam contemplatio Dei per fidē, ita cōtinet hominem in officio, vt vix possit homo, stante illa consideratione peccare, quāuis interim homo non eliciat actum tātæ perfectionis extensiuæ, vt velit Deo in omnib. placere, & in nullo displicere. Quid ergo mirū si clara, & perfecta visio Dei, etiā si non determinaret hominē ad dilectionē Dei extensiue perfectissimā, vel talem dilectionem defectu diuini cōcursus non inferret, nihilominus determinaret hominem ad cauendam omnem offensionem Dei, & contineret hominem in omni officio erga Deum: ita vt quemadmodū voluntas nostra est determinata quoad specificationem ad bonum in communi, ita voluntas beati ad rectam operationem.

Confirm. Confirmatur, quia rationes, quæ mouent ad conferendum alicui beneficia, efficacius mouent ad non irrogandam ei iniuriam, ergo similiter &c.

Confirm. Confirmatur etiam, quia licet visio beatifica nō determinaret voluntatem ad amorem amicitiæ Dei, vel non eliceret talem amorem defectu diuini concursus, posset determinare ad amandū Deū amore concupiscentiæ, & visionē Dei, & habere concursum sufficientē ad hunc amorē; hic autem amor sufficit ad non peccandum, vt statim ex D. Tho. docebimus, ergo amor amicitiæ diuinæ non est necessarius, vt visio reddat voluntatē impecabilem. Et ad argumēta in contrarium satis patet ex dictis; & licet gratis daremus, requiri amorē amicitiæ naturalis, pfecto sufficeret, qui si vniuersalis esset, & eiusdē extēsionis cū prædicto supnaturali, eodē modo peccatū impediret.

83. 4. Ratio, quam attigit D. Tho. 4. contra gētes, c. 92. ratione, 2. 3. & 6. quia visio beatifica necessario infert amorē suimet, amor autem visionis beatificæ repugnat omni peccato, quia videt homo quocumq. peccato dignum se fieri carentia diuinæ visionis pro tempore, vel in perpetuum, & iuxta eam dignitatē saltem priuandum esse pro aliquo tempore diuina visione, ergo qui videt Deum, nullum potest admittere peccatum; amor enim Dei, vt vltimi finis, seu ipsius visionis, qui tunc est necessarius, ipsum continet in officio, nec permittit ipsum peruerti, vt assensus principiorum cum ordinatione, & dispositione ipsorum cōtineret hominem, ne errare posset circa conclusionem, quia sicut se habet principium in speculabilibus, ita finis in agibilibus. Confirmatur, nam si amor finis est necessarius, amor medij necessarij est necessarius; sed in videnti Deum amor diuinæ visionis est necessarius, ergo & amor medij necessarij, scilicet seruandi omnia præcepta Dei, hoc enim est mediū necessarium ad conseruandam visionem diuinam, & fælicitatem.

4. probā. *2. opinio.* *Confirm.*

5. Probat D. Thom. 4. contra gentes, c. 92. ratione. 4. nam cuicumq. sufficit quod habet, non quærit aliquid extra illud, sed videti Deū sufficit Deus; & hoc videt ipsamet visione, alio qui non esset beatus, ergo nihil potest velle extra Deum, id est quod non sit Deus, vel ad Deū non pertineat, ac sit referibile in ipsum Deum, aut saltem, non pugnet cum ipso Deo, seu eius possessione, & amicitia, & in idē redit, quod ibi assumit in 3. ratione, Deū videri sub ratione boni cōpleti, in quo appetitus cōquiescit, & ideo qui illum videt, nihil potest velle per quod à tali bono auertatur. 84. *5. probā.*

Confirmatur ratione Richar. 2. d. 7. a. 1. q. 1. quia videns Deū, nullū motiuum sufficiēs habere potest offendendi illum, nihil enim boni potest intendere, quod alicuius sit momenti comparatione eorum bonorum, quæ amittet si Deum offendat, & omnia motiua, quæ illi se offerre possunt, cōparatione eorū, quæ habet ad non peccandum, nullius momenti virtutis, aut efficaciæ sunt, ergo nō potest peccare. Iuxta hæc intelligenda est ratio. D. Tho. hic ar. 4. quòd sicut voluntas in via nihil potest amare, nisi sub ratione boni in communi, ita in patria nihil potest amare, nisi sub ratione diuinæ bonitatis, id est, quod non sit Deus, vel propter Deum; aut saltē videatur nullā habere repugnantiā cū Deo. Nā ad eius offensionē vitandā, tot, & tan efficacia motiua sumit ex diuina bonitate clare visa, & illa visio in tāta æstimatione Deū haberi facit, & tantā adducit cōformitatē cū eius voluntate præceptiua, vt ea sit regula omniū actionū, à qua voluntas minimè discordare possit. Hoc attigit August. tractās illud Psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: cū accepta* (inquit) *fuerit illa ineffabilis visio, perit quodāmodo humana mens, & fit diuina, atq. ita inebriatur ab vbertate domus Dei:* Mens autē sic inebriata, factaq. diuina, quomodo contra voluntatē præceptiuā Dei aliquid appetere poterit? Obquas rationes cōtēdunt Medi. & alij, artic. 4. etiā si videnti Deū reuelaretur sua futura dānatio, nec posse Deū offendere, nec ab eius dilectione cessare. Sed hoc multis, nec immerito, est incredibile, sed videndo ea visione ea, quæ modo videntur, vtrumq. credo, ac proinde, licet illa visio alias esset corruptibilis, tamen ex culpa videntis Deū nequaquam corrūpi posset; quia illa visio, quandiu est, omne peccatum impedit, ita vt prius necesse sit, visionem excludi, quam peccatū insit, non tamen est necesse prius excludi gratiam, quam peccatū intret, imo prius natura peccamus quam gratiam amittamus. 85.

Ad argumēta, 1. sententiæ ex superioribus patet responsio. Sed vrgebis, ergo beatus necessario, & nō libere obediet diuinis præceptis. R. ita esse, si loquamur de libertate indifferētiæ, quam *Ad arg. 1. opini. Obiectio. Solutio.*

quam ad peccandū eis negare est simpliciter liberiores eos facere, scilicet à coactione, & miseria. Et hoc est, quod dicunt Ansel. dialog. de libero arbitr. Augustin. in Ench c. 105. & 22. Ciuit. c. vlti. Beatos per hoc, quod peccare nō possunt, sed necessario obtēperāt diuinis preceptis, liberiores esse. Itē loquendo de libertate indifferētiæ, sunt liberrimi in actibus supererogationis, præsertim in illis, qui æqualiter, aut fere æqualiter boni sunt. Itē illimet interni actus, quibus beati obtēperāt, sunt liberi, quia non præcipit Deus, vt hoc, vel illo motiuo, hoc, aut illud faciāt. Vnde liberū illis est operari, hoc, vel illo motiuo, ex quo subsūtia act⁹ interni sumitur. Vnde, & actus externi liberi sunt, non absolute, sed vt sub illis internis cadunt, ex quib. liberā habent rationē iustitiæ, obedientiæ, misericordiæ, &c. Sic saluamus in materia demerito, quomodo Christus meruit, seruando præcepta. Quod tamen Suarez, 3. p. q. 18. disputa. 39. & alij aliter saluare conātur.

Sectio. 9. Vtrum de potentia absoluta possit esse peccatum actuale, vel habituale cum visione Dei.

86. 1. Opini.

DE peccato actuali, quidam negant esse possibile de potentia absoluta, vt videns Deū, interim sit in peccato actuali, siue ex illa visione sequatur amor Dei, siue non. Primū horū probant, quia amor Dei, nec de potentia absoluta potest esse cū actu peccati, licet enim alia cōtraria possint esse simul de potētia ordinaria in gradibus remissis; de absoluta vero etiam in intensis, tamen in actibus vitalibus est repugnantia, quia vnus destruit obiectum alterius. De hoc vide Suarez, 3. p. tom. 1. disput. 38. sectio. 3.

Ad pro bationē rei iuratā.

Sed circa, 6. quæstionē videbimus, forte nullā esse repugnantiā, quod actus vitales cōtrarij simul sint, quia quilibet pōt habere suū obiectū, ac si alter cū eo nō esset, sicut enim pōt idē obiectū habere rationem boni, & mali, vel speciei seu apparētiæ veri, vel falsi, sic poterit sub vna ratiōe esse obiectū amoris, vel assēsus, sub alia vero odij, vel dissensus. Nec verū est illā rationē insinuari à D. Tho. 4. cōtra gētes ratione. 2. cum enim ait fruitionē Dei, & peccatū simul esse non posse, quia tunc homo esset, & non esset rectus. Lōge aliā rationem adduxit, & nomine fruitionis, non amorē Dei, nec delectationē, sed ipsam Dei visionem intellexit, quā excludere peccatū docuit, quia si homo videt Deū, & fruitur vltimo fine rectus est, id est eo dignus; non enim debet, aut de potētia ordinaria potest dari, aut conseruari indigno. Si autē peccat, eo ipso nō est rectus, id est non est dignus eo fine, erit ergo rectus, & nō rectus, quod implicat. Ea autē implicatio cessaret si diceremus indigno dari, & conseruari posse, non de potentia ordinaria, sed de absoluta tantū. Vnde ratio D. Tho. de potētia absoluta nō procedit, probabile tamē est stante amore Dei quo homo velit in omnibus Deo placere, ac proinde in omnib. rationē sequi, non posse esse actū peccati, & multo minus omissio esse poterit, quia cū eo amore vel omissio nō erit, vel certē volūtaria, & culpabilis non erit. 2. Autem, scilicet etiā sublato amore nō posse esse peccatū actuale cum visione, pbant illi, quia ad cōiungendū aliqua, quæ ex natura rei cōiungi nō possunt, necesse est Deum speciali modo operari, vel cōseruando effectum, vel cōfortando, seu necessitando causam secundā ad agēdum, non potest autem Deus in proposito id præstare, quia non potest voluntatē speciali modo mouere ad committendū peccatum, & aliunde non potest priuare bonitatē suam clare visam illa efficacia, quā habet, ad attrahendā ad se voluntatē, nec etiam potest priuare volūtatem naturali impetu, ad voluntatem Dei clare visam, ideo non potest tollere principia, ex quibus hæc repugnantia oritur, neq. aliquid efficere quo impediatur.

87. *Legitima & perspicua probatio.*

Sed clarius id probatur, quia bonitas Dei clare visa, habet vim naturalē impediēdi peccatū, vel causando actū præceptū, vel negationē actus prohibiti, & quidē Deus bene posset efficere vt nō inferret actum præceptum, quia posset subtrahere cōcursum ad talē actum, & tunc omissio illa non esset voluntaria, ideo neq. peccatū, ac proinde non coniungerentur tunc visio, & peccatum. Si vero Deus efficere, vellet, vt non resultaret ex visione Dei negatio actus prohibiti, deberet impellere ad illū, repugnat autem Deum esse authorem peccati, ergo nullo modo potest efficere, vt clara visio Dei sit cum peccato.

Confirm.

Cōfirmatur, quia nec cū peccato ommissionis, nec cum peccao cōmissionis, vt ostensum est, ergo cum nullo.

Explicā.

Hoc tñ intelligendum est de visione cum qua naturaliter, & sine miraculo nō potest esse peccatum, qualē diximus esse eam visionem, quæ modo est in quocunq. beato. Posset tamen forte dari de potētia absoluta, aliqua, cum qua sine vllo miraculo posset esse peccatum odij Dei, vel aliud simile, vt si quis in Deo videret se damnatum esse, & modica motiua cerneret vitandi peccatum.

88. *Obiectio.*

Dices, posset Deus hominem actu peccantem, ad se videndum eleuare, & tunc simul esset peccatum actuale cum visione. Respondent aliqui, negando minorem. Sed in eo casu primum esse visionis esset primum non esse peccati; nec enim Deus posset voluntatem determinatam ad vitandum peccatum, liberam reddere ad peccandum.

Solutio quorūdā.

Reijcitur superior solut. & vera assignatur.

Sed certe, licet non posset Deus efficere, quin si ille perseueraret in visione, excluderet peccatum, quia procedit ratio superius facta; tñ si Deus daret visionem dependenter ab actu peccati, tãquam à conditione, iam prius esset peccatum, quam visio Dei, neq impediretur à visione Dei in sua productione, sed in sua conseruatione; nam quod antecedit non potest in sua existentia, sed tãtum in eius continuatione pendere ab eo, quod posterius est. Si autem Deus simpliciter statueret, vt is, qui antea erat in peccato videret Deum in aliquo instanti, cõsequẽter statueret, vt ea visione interrũperetur actus peccati, & si antea ille non esset in actu peccati, eo ipso quod Deus simpliciter statueret, vt in tali instanti Deũ videret, cõsequenter statueret, tunc non esse in eo peccatũ, quia omne peccatũ, quod non supponit, impedit ex natura sua.

89. *Quæst. d peccato habituali 1. Opinio 1. argum. 2. argu.*

De peccato autem habituali, an esse possit cum visione Dei de potentia absoluta, quidã dicunt implicare, vel quia visio ex se, & natura sua facit voluntatem rectam, vel quia repugnat Deo tantum bonum tribuere homini iniquo, & sibi inimico; odio enim sunt Deo, impius, & impietas eius, & alias talis homo esset beatus, quia haberet visionem Dei, & non esset beatus, quia esset in peccato.

90. *2. opinio. auctoris.*

Medina autem arti. 4. concluſ. 3. & alij putant non implicare; idemq. significat Durandus, 4. d. 49. q. 4. & mihi videtur longe probabilius. Nullam enim video rationem repugnantiæ, nam Deus quantumuis peccatori, & indigno, potest sua beneficia conferre, manẽte eadẽ indignitate, & culpa, nisi ea ipsam indignitatẽ & culpam tollat; sed visio beatifica non tollit culpã habitualem, & indignitatem; ergo manẽte eadem culpa, & indignitate potest Deus cuicumq. cõferre sui visionem. Maior nota est, quia nos simile quid possumus licite efficere, quãto magis Deus ad ostẽsionẽ suæ maioris potentiæ, patientiæ, & bonitatis? Minor vero probatur, quia visio nec per se, nec per suã causam necessariam, nec per aliquem effectum, qui illam necessario cõsequatur iustificat, aut tollit habituale peccatum, & indignitatem, & quidem per se nõ tollere probatur, quia peccatũ habituale est in essentia animæ, vel voluntate, ergo nõ tollitur formaliter per visionem, quæ solum residet in intellectu. Quod vero nõ tollat per suam causam necessariam, probatur, quia nulla est causa necessaria illius visionis, nisi diuina voluntas, lumen enim fluens, & permanens, & essentiam diuinam concurrentem in ratione speciei intelligibilis Deus supplere potest, & licet eas causas non suppleret, tamen cum quædam non sit intrinsece in homine, & aliæ non sint in voluntate, nec in essentia animæ, iustificare, & ab actuali peccato liberare hominem non possunt. Et eadem ratione, nec diuina volũtas, per se ipsam, eo quod extrinseca est homini. Nec vero per aliquid ex illa manans in homine præter ipsam visionem, quia maxime id esset dignitas visionis; at hæc non resultat ex illa voluntate Dei, sicut nec ex voluntate conferendi gratiam, vel alia dona resultat dignitas ipsorum. Visionem verò non tollere culpam habitualẽ ratione alicuius effectus necessario cõsequentis. Probatur, quia nõ ratione gratiæ in esse qualitatis, vel in esse gratiæ, neutra enim harum debetur visioni, sed visio debetur gratiæ, & licet deberetur visioni, ex quadã decentia, & cõgruentia, vel exigentia, quasi cõnaturali: tñ quod sic debetur potest à Deo nõ cõferri, vt intellectus, & volũtas potest nõ cõferri homini. Et licet qualitas gratiæ cõferretur animæ, posset secundũ aliquos nõ deleri peccatum habituale, licet hoc falsum alij putẽt, nisi forte præsente actu peccati, qui sufficit, non obstante qualitate gratiæ inducere peccatum habituale de quo fuse differemus tractatu de gratia. Nec dici potest culpã tolli per dilectionẽ Dei, quæ necessario resultat ex diuina visione: quia dilectio, vt vidimus supra, posset de potẽtia absoluta nõ resultare ex visione, & licet resultaret, non necessario tolleret culpã habitualẽ, quia non iustificat formaliter, sed dispositiue tantum: Potest autẽ Deus, posita vltima dispositione non inducere formã. Nec vero dici potest, hominẽ iustificari p impotentiã peccandi, quæ resultat in voluntate, vel essentia animæ ex visione immediate, vel mediãte amore, quia sic manet essentia & potẽtia rectificata in ordine ad Deũ. Nã certe hæc impotẽtia peccãdi, quæ resultat in voluntate, vel essentia animæ ex visione immediate, vel mediãte amore, non est habitus ille, cuius priuatio est habitualis culpa, ergo per se non delet habitualẽ culpã, vt nec qũ proueniret ex sola prouidentia Dei intrinseca vel ex carentia libertatis, vel vsus rationis, vel ex habitu operatiuo intensissimo (sicut aliqui dicunt charitatẽ, & alios habitus de potẽtia absoluta adeò posse crescere, vt necessitẽt volũtatẽ, eamq. faciãt impeccabilẽ) in qua impotentia esset maior ratio tollẽdi culpã, cũ rectificet voluntatẽ ex parte potentiæ, & non ex parte obiecti, sicut visio. Et præterea, si peccatũ habituale, vt multi volũt, de quorũ numero sunt ij, contra quos disputamus, qui reijciẽtur tractatu de peccatis, nihil aliud est quam peccatum actuale propriũ, vel capitis non cõdonatum: cum, existente visione, posset actuale peccatum non esse condonatum, poterit cum visione manere ipsum peccatum habituale.

91. *Ad 1. argum. 1. opinio.*

Vnde ad. 1. argum. 1. opinionis R. visione nõ fieri hominẽ rectũ rectitudine formaliter opposita

posita peccato habituali, sed rectitudine opposita actui peccati,& ideo visionē nō pugnare de potentia absoluta cū peccato habituali. Imo visio,quæ natura sua non pugnaret cum malo actu,(quam visionem possibilem esse diximus)multo minus pugnaret cum habituali peccato, quod necessario sequeretur talem actum

Ad.2.R.licet Deus odio habeat peccatum, & peccatorem,vt peccator est, tamen potest amare hominem,qui peccator est,& ex amore,vel alio affectu conferre illi visionem ad tēpus,vel imperpetuum,& alia beneficia compatibilia cum peccato habituali siue naturalia,siue supernaturalia;vt peccatori cōfert caracterem baptismi,& similes, fidem,& spem, auxilia,ptophetiam,& similia,nec in ea re vlli irrogaret iniuriam, cum sit dominus bonorum suorum , nec contra aliam virtutem ageret , nec deesset ei aliqua honesta ratio id faciendi.

92. Ad maiorem tamen huius rei explicationem,notandum est recentiorem quēdam hīc existimare,visionem Dei,nec de potentia absoluta, cum peccato habituali, existere posse, secus cum carentia dilectionis . Fundamentū eius est,quoniam peccatum habituale est priuatio gratiæ habitualis,& respectus ad peccatum actuale non retractatum : posita autem sola visione Dei,tollitur illa priuatio,& ille respectus.Priuatio quidē,quia eo ipso quod impediatur fluxus dilectionis ex visione,tollitur debitum habendi gratiam habitualem ac dilectionem;& proinde carentia non manet in esse priuationis,sed puræ negationis.Respectus autem ad actuale peccatum,non retractatum,quia per ipsam visionem virtualiter retractatur,eo quod visio est radix,vnde necessario prodiret dilectio Dei, & retractatio peccati, nisi miraculose impediretur.Sed hæc mihi difficilia sunt,quia priuatio gratiæ habitualis , & respectus ad peccatum actuale non retractatum,maxime differunt,ergo si peccatum habituale consistit in vno eorum,non consistit in alio. Item si consistit in illa priuatione , re vera,sicut ea priuatio manet in somno,vel amētia,licet tunc non posset haberi actus dilectionis,nec gratia habitualis,& ita tunc maneret habituale peccatum,ita etiam in patria, Deo impediente mirabiliter fluxum dilectionis ex visione.Item,quia licet daretur,peccatum habituale esse respectum ad peccatum actuale non retractatum , tamen deberet dici esse respectum ad peccatum non retractatum libere,& formaliter , ergo per retractationem virtualem,& necessariam non tolleretur peccatum habituale. Item quia licet poneretur essentia peccati habitualis in respectu ad peccatum actuale,tamen respectus deberet esse non præcise ad peccatum non retractatum, sed non retractatum, nec condonatum, alioqui non posset remitti peccatum de potentia absoluta,sine retractatione formali, vel virtuali,quod falsum est.

An vero in eo casu, quo videns Deum esset cum peccato habituali,vel actuali, esset dicendus beatus ? quidam dicunt, fore beatum essentialiter , non tamen integre & perfecte, perfectione accidentali. Alij, quibus magis assentior,dicunt,non fore beatum essentialiter, non enim visio sola,sed cum carentia peccati, seu impeccabilitate est de essentia beatitudinis.Et consonat August.13.Trinita.c.5.dicenti,beatum esse,qui habet quidquid vult,& nihil mali vult.Ratio est , quia carere peccato, tantum bonum est,& tam debitum naturæ,vt sine eo fælix , & beatus homo non censeatur. Vnde Nyssenus,Eccles.7.inter partes summi boni,hoc numerat,dicens: maximum bonum est Deum complecti,& apprehendere, atq. in eo manētem ab omni peccato abstinere. Ad vtramq.opinionem adduci potest quod ait D. Tho.q.3.a.4.ad.5.vbi ait, nihil mali velle esse dispositionem debitam beatitudini . Vbi tamen magis insinuat esse accidentalem, quam essentialem beatitudini . Conimbricenses etiā in Ethicis,disp.3.q.3.a.3.dicunt, carentiā peccati non esse de essentia beatitudinis superna turalis alterius vitæ,secus de essentia beatitudinis naturalis.De qua differemus disput. 12. sect.1.& 2. 93. Quæstio.

Sectio. 10. Virum cognitio in qua consistit beatitudo naturalis animæ separatæ, reddat eam impeccæbilem,

94. 1.opinio. VIDAM non sine probabilitate,& specie veritatis dicūt eodem modo loquendum de anima separata, & de Angelis , de quibus agitur,1.p.q.63. & de vtrisq. dicendum esse reddi impeccabiles non physice , sed moraliter in ordine ad naturalia bona,& præcepta ex vi solius beatitudinis naturalis,videlicet quia difficillimū, & fere impossibile esset,ex affectu ad bona ordinis naturæ præcepta naturalia violare. Horū enim bonorum tantam haberent affluentiam vt nullius affectu,& desiderio esset moraliter possibile à rectitudine naturali deflectere, maxime cum semper essent in actuali,&purissima contemplatione Dei, quæ innumera motiua offerret seruandi naturalia præcepta ipsis facillima,tamen physice non essent impeccabiles ex vi naturalis beatitudinis , quia nec medio amore Dei,nec immediate ad implenda omnia præcepta naturalia voluntatem determinaret.

naret.Exspeciali aũt auxilio ordinis naturæ,& extrinseca prouidẽtia essent physice impeccabiles. Videtur enim pertinere ad prouidentiam Dei naturalem constituisse medium, & viam,qua natura rationalis perueniat aliquã do ad vltimum terminum,in quo sit secura d̃ sua beatitudine naturali;tum,quia hoc est valde consonum tali naturæ,tum,quia in statu pure naturali esset præmium, & supplicium bonis,& malis operibus, & sic vt supplicia malorum essent æterna,ita præmia bonorum:& sicut mali carerent spe beatitudinis, ita boni timore miseriæ. Nec hoc excedit limites naturæ,cum sit stabilitas in bono naturali, sine ordine ad supernaturalia. Et sancti, qui dicunt, nullam creaturam esse naturaliter impeccabilem, loquuntur de impeccabilitate simpliciter, etiam in ordine ad supernaturalia, vel etiam in ordine ad naturalia pro statu viæ,& non pro statu naturalis beatitudinis, & forte nec Angeli essent à principio beati, & impeccabiles etiam in ordine ad naturalia, sed haberent suam viam,in qua, etiam in ordine ad naturalia peccare possent. Imo fortasse non inepte diceretur,esse de ratione creaturæ rationalis,quæ sine peccato mortali viam suam finiuit esse impeccabilem, non solum moraliter,sed physice, in ordine ad naturalia, & supernaturalia,alioqui miraculum esset, & præter ordinem nature,animas patrum, & puerorum in lymbo,& animas purgatorij nulla ratione peccare posse:quod ideo falsum videtur, quia est de ratione creaturæ rationalis,aliquã do,scilicet recte finita,& peragrata via,& elapso merendi tempore,peccare,& demereri nõ posse.Nec enim expedit,vt iustus qui mereri non potest,peccare queat,licet patiatur natura vt iniustus qui demereri non potest,peccare valeat. Quod enim peccãdo non demerea tur,pia natura constituit,ne sine termino vllo augerentur supplicia,& impeccabiles reddere eos, qui viam in peccatis finierunt, natura non patitur.

95. 2.opinio. authoris. Posset ergo esse.2.opinio,omnem animam vel creaturam rationalem, quæ absq.peccato mortali viã peregit,in termino vię suę esse naturaliter ab intrinseco impeccabilem, siue sit in statu beatitudinis naturalis, siue supernaturalis,siue purgatorij. Quæ opinio magis mihi placet,quia sic cessant miracula, & non recurrimus ad solam causam primam, quoad effectus,quos possumus tribuere causæ secundæ, cum auxilio,& concursu generali causę primę. Placet etiam, quia magis est consentaneum D.Tho.Angelos naturaliter esse impeccabiles ab intrinseco etiam in via in ordine ad sola naturalia;quamuis enim Vazq. 1.p. disput. 231.c.2.& 5.Suar.tom. 2.met. disp.35. sect.5. n.7.Scotus.2.d.23.q.vnic.a.4.Palud.4.d.50.q. 1.a.2.circa finem.Malonius.2.d.6.disp.1.conclus.2.Victoria Canus & alij Thomistæ,apud Çumelem.1.p.q.63.ar.1.q.1. absolute dicant angelum esse naturaliter peccabilẽ circa naturalia directe & perse.1.nulloq.habito respectu ad supernaturalia:quibus fauet D.Tho.1. p.q.63.a.1.dicens omnem creaturam intellectualem esse naturaliter peccabilem,quia non est sua regula,quę ratio etiam in statu purę naturæ procedit.tamen oppositum docent Dur. 2.d.6.q.1.n.16.& d.23.q.1.Capreolus. d.22.a. 3.ad.1.Caiet.1.p.q.59.a.3.& q.63.ar.1.Bañes ibi & Çumel.q.1. Valen.disp.4.q. 14.puncto. 1.Angles.2.dist.6.q.2.difficul.2.indicat Ferrarien.3.contra gen.c.109.§.1.fauet D. Tho.de malo.q.16.a.3. Vtraq.sententia est probabilis propter ipsius fundamenta,quæ autẽ sit probabilior discutiam in materia de angelis. Modo solum definio,saltem per acta via & obtẽta complete beatitudine naturali angelum esse naturaliter impeccabilem ab intrinseco in ordine ad sola naturalia esse probabilius in se & in via D. Thom. quidquid sit de angelo in via.

Sectio.11. Vtrum voluntas & appetitus sensitiuus beati retineat & exerceant in patria omnes bonos habitus, quos habuit,& exercuit in via.

QVIA de hoc plura dicam tractatu de virtutibus,& tractatu de donis,cito nunc me expediam. 96.

Durand.3.d.33.q.4.ait,in patria non manere omnes virtutes morales,quę sunt in via,quia ex his virtutibus quædam sunt in appetitu sensitiuo,vt fortitudo, & temperantia, & hæ non manent in anima separata,quia non manet in ea appetitus sensitiuus, qui est earum subiectum. Nec putat in resurrectione reparari, quia fieri nõ potest,vt eædem numero restituantur; nec oportet, vt aliæ eiusdem speciei restituantur, cum eo tempore non sint necessariæ ad suos actus,nec ad moderandas passiones, quę in corporibus glorioſis erunt pacatissimæ. De virtutibus autem voluntatis concedit,quoad habitus manere in patria, si comparati sunt in via,quia earum subiectum manet,neq.habent à quo corrumpantur:ait tamen, manere tantum ad ornatum,& non exercere ibi actus suos. In quo vltimo cum Durando sentiunt aliqui Thomistæ,& præsertim de virtute morali pœnitentiæ, quæ non videtur posse habere actum in patria,vbi nec dolor de peccatis,nec satisfactio esse potest:& de virtute piæ affectionis adiuncta fidei, cum enim ibi fides non sit, 1.opinio.

sit,nec pia affectio ad credendum erit saltem quoad actum.Nec videtur inconueniens id dicere de virtute adiuncta fidei,siquidem de spe,etiam dicitur ibi,non manere saltē quoad actum.

97. 2. opinio authoris. in beatis manebūt omnes virtutes moralesquas habuerūt in via.

Communis tamen,& vera sententia est,in beatis fore omnes vittutes morales,quas in via habuerunt,& ibi exercere aliquos actus; quamuis si quæ pertinent ad appetitum sensitiuum,illæ non insint beatis vsq. ad resurrectionem,suppositio quod appetitus sensitiuus non sit spiritualis,nec in anima immediate, sed in toto composito.D.Tho.q.67.art.1.4.d. 14.q.1.a.3.q.1.3.Alensis.4.p.q.97.memb.3.a. 3.§.1.ad.3.& multi,4.d.14.& 3.d.33.vbi Bonauentura,q.6.Richardus.a.1.q.6. Gab.q.1.a.3. dubio.3.Carthusi.& Palaci.q.1.Capreolus cō clus.4.Suarez.3.p.to.1.disp.19.sect.2. Augustinus,14.ciuitatis,c.9.& lib.6.musicæ,& alijs locis citatis a Suarez, & Alensi.Probatur, quia illi habitus sunt maximæ perfectiones appetitus sensitiui,vel intellectiui, quem reddunt promptum ad operationem,(quod maxime decet statum beatitudinis) & nullam dicunt imperfectionem illi statui repugnantem,ergo quæ erant in via,permanente subiecto,permanebunt,vel reparato subiecto,reparabuntur eædem numero,vel specie,sicut & earum subiectum,& quæ non fuerunt comparatæ in via, infundentur,vel acquirentur in patria.Neque erunt superfluæ,vel otiosæ in patria,indecens enim esset;& si ad solum ornatum manerent, eodem modo posset manere fides: eliciunt ergo amorem proprij obiecti, & mediorum ad ipsum, & de eius consecutione reali, vel apprehensa delectantur, & interdum absolute, vel conditionaliter illūd desiderant, simplici odio prosequuntur malum oppositum, & illud si absens sit,fugiunt,si quod tñ malū extrinsecum præsens sit, de eo non tristantur, quia tristitia,vt supra diximus in beatis locum non habet. Sic ergo pia affectio ad credendum, (quam credo esse habitum studiositatis)elicit simplicem affectum credendi, & desiderium conditionatum credendi, si opus foret. Et de actibus credendi in via habitis delectatur: fortitudine Martyr elicit amorem simplicē fortiter agendi in grauibus periculis, & desiderium conditionatum sic operandi, & delectationem de tollerato martyrio,&c. Spes,(si in beatis est) quoad substantiam,elicit simplicē amorem concupiscentiæ respectu beatitudinis,& desiderium absolutum continuationis: & ante resurrectionem desiderium absolutū ipsius, & secūdū aliquos actū sperandi gloriā corporis.Pœnitentia, quæ manet in beatis, secundum D.Th.in 4.supra, elicit simplicem voluntatem satisfaciendi, & desiderium cōditionatum,& delectationem de satisfactione Deo facta in via:& sic posset dici de reliquis, in quibus minor est difficultas.Non tamen manent quoad moderationem passionum, quia vi doctis subtilitatis,vel vi iustitiæ originalis,quæ forte confertur beatis, appetitus sensitiuus est plene subditus, subiectusq.rationi. Nec manēt quoad actus aliquos internos, vel externos pugnantes cū perfectione illius status:& ideo dixit D.Thom.non manere quoad materiale. Spes non exercet actum sperandi gloriam animæ, à quo præcipue denominatur. Castitas non continet passiones immoderatas, propter quod munus appellatur continentia. Vnde absolute dici potest,non manere continentiam,sicut dicitur non manere potestatē peccandi,quia non importat solam voluntatem, sed simul cum libertate ad violanda præcepta. Aliqui autem putant,continentiam esse virtutem diuersam à castitate,temperantia,& alijs huiusmodi,sed id non credo, vt in tract. de virtu.dicam. Deinde, si in his virtutibus esset latitudo aliqua extensiua in ordine ad diuersos actus, ita vt secundum vnam partem, vel modum respicerent vnum actum.& secūdum aliam partem, vel modum respicerent alium actum,dici posset,manere secundum vnā partem,vel modum,& destrui secundum aliā partem,vel modum.Sed suppositio est falsa secundum D.Tho.vt videbimus tractatu de habitibus,vel de virtutibus.integræ ergo manent,licet ob diuersitatē status,& applicationis obiecti,eosdem actus non exerceant.

98. Quæstio. An virtutes quænō sunt acquisitæ in via,acquirantur in patria. Decisio quorūdā. Decisio authoris.

Virtutes acquisitæ quæ in via non sunt comparatæ,ibi infunduntur per accidens, secundū aliquos;quæ vero erant imperfecte comparatæ perficiuntur simili infusione, & idem dicūt de scientijs naturalibus.Ego vero sicut disputatione præcedenti dixi,scientias naturales proprio studio ibi comparari, & posse forte crescere in infinitum, ita de virtutibus moralibus dicerem.Nec est necesse infundere has virtutes,quæ à quouis facile & breuiter comparari possunt. Item si sola infusione haberentur, deberent infundi proportione gratiæ, & sic qui modicam haberent gratiam,haberent virtutes in gradu imperfectiori, quam sint multis in via,cum tamen acquiri possent naturaliter in gradu perfectiori. Esset ergo impedita facultas naturalis ab exercitio intensioris actus,vel ipse actus ab efficientia naturali,quam habet ad intendendum habitum, quod videtur incommodum.Nec refert, quod in his habitibus naturalibus sint inæquales ob præstantiam intellectus,vel complexionis,qui in gratia,& beatitudine essentiali sunt æquales,nam in actibus similis est inæqualitas,& in perfectionibus naturalibus corporis.Nec repugnat, appetitum sensitiuum eundem numero reproduci,& in eo easdem numero virtutes, & cum

cum eadē numero perfectione, quamuis parum referat, si hæc sint distincta numero. Et licet alia via sint moderatæ passiones, non erit absurdum, his virtutibus esse moderatas, non ita vt passiones aliquæ contra rationem insurgentes compescantur, & temperentur, quia nullæ insurgent, sed vt insurgere prohibeātur, potissime tamen erunt istę virtutes ad suos actus exercendos: ea deniq. ratione fuerunt in Christo, etiam dum esset viator, & in primis parentibus tempore innocentiæ.

99. *Obiectio.* Si obijcias D. Tho. 3. d. 33. q. 1. a 4. Palud. q. 1. ar. 3. asserentes, virtutes morales acquisitas, non manere in beatis; Quibus fauet Richardus, a. 1. q. 6. qui cum absolute quæsijsset, an virtutes morales manerent in patria, R. infusas manere, & de acquisitis nihil dicit: Et Capreol. concl. 4. non aliter probat manere nisi quia fuerunt in Christo, secundum D. Th. 3 p. q. 7. a. 2. Vbi D. Tho. tantum de infusis loquitur. R. etiam virtutes morales acquisitas esse in Christo, & beatis, vt tenet Maior. 3. d. 33. q. 3 2. Medi. 3. p. q. 9. a. 4. alij, q. 7. a. 2. Suarez disp. 19. sect. 2. id colligens ex D. Thom. quem dicit mutasse sententiam. 1. 2. q. 67. ar. 1. & ex Scoto, Gab. Bonauentura, Magistro, Beda, & Augustino. Idem colligitur ex Alensi, Palaci, & Carthusi. supra.

Solutio. Quidā dicūt, nō esse in Christo, quia nullū exercuit actū virtutis acquisitę, & in alijs beatis tātū esse ad decorem, quia semper operātur propter finem supernaturalem, ac proinde ex virtute infusa, & non ex acquisita. Sed falluntur, quia etiam actus virtutis acquisitæ, in finē supernaturalem extrinsece, & accidentario ordinari potest: & Palud. ait, virtutes acquisitas si non exerceantur, solo non vsu corrumpi, & ideo ad solum decorem manere non posse, & alioqui, qui eas non habuerunt in via, nō haberent eas in patria. Et quamuis Suarez supra dicat, per accidens fuisse infusas Christo à principio, & postea nunquam auctas, quia temperauit feruorem, ne elicerent actum intensiorem, quo augerētur. Et alij dicant, a principio infusas, sed postea intensiori actu creuisse; tamen eisdem rationibus quibus disputatione præcedenti ostendimus, scientias naturales esse acquisitas, & auctas fuisse actibus Christi, & aliorum beatorum. Idem de his virtutibus dicendum est: & sicut diximus, scientias naturales posse augeri in infinitum extensiue, ita virtutes morales intensiue possunt in infinitum augeri, nisi terminus augmenti his qualitatibus præfixus sit, vt multi sentiunt, vel beati ne impediantur ab intensis actibus aliarum virtutum, tam remisse has exerceant, vt proprijs actibus augeri non possint. Et licet in Christo, & alijs beatis, virtutes infusæ, sint in se æquales, tamen acquisitæ possunt esse inæquales, quia libere possunt beati has magis quam illas exercere, & sic magis has quam illas augere. Imo licet moraliter necesse esset, has virtutes acquirere, & exercere, tamen physice posset oppositum fieri, nisi hoc sit præceptum, vel prædeterminatum à Deo.

100. *1. Corol.* Ex quibus colligo. 1. falso, & parum conseq uenter Medinam supra dixisse, Christū scientias paulatim acquiuisse, virtutes autem morales ordinis naturæ habuisse infusas à principio, quia hominem reddunt simpliciter bonū, & studiosum. Cum enim Christus alias virtutes morales habuerit, satis fuit has acquirere. ergo non fuere infusæ.

2. corol. Virtutes morales acquisitæ fuerūt in Christo. 2. colligitur falsum esse, quod quidam docuit secundum D. Tho. & veritatem, has virtutes non esse in Christo, quia essent otiosæ, manere tamen in beatis. Nam si in beatis manēt non erunt otiosæ, ergo nec in Christo otiosæ fuissent, vt iam ostēdimus; bene tñ Henriquez. 9. summę. c. 35. sentētiā asserētē manere in beatis tribuit Magist. 3. d. 33. Bonauent. Scoto. Gab. Pala. ibi, August. 4. Trinitatis, c. 9. Alensi. supra: Neq. putat id negare Richar. imo neq. D. Thom. eadem d. Solum enim voluit, non manere quoad formale, nempe reprimendo passiones: vel exercendo aliquos actus illi statui repugnantes. Bene etiam aliqui dixerunt, Christum in primo instanti has omnes virtutes, qua parte erant in voluntate acquisijsse, quia tunc cognouit scientia beata omnia ipsarum obiecta: cognitio autem supernaturalis sufficit ad actum naturalem voluntatis, nisi dicas, actus harum virtutum non posse simul omnes præsertim cum magna intensione haberi, etiam si eorum obiecta simul cognoscantur: vel ad actum naturalem voluntatis requiri, vt saltem apprehensio, vel species, qua fit cognitio, sit naturalis: quod gratis dictum erit. Virtutes autem appetitus sensitiui in Christo non potuerunt inesse illi, vsq. ad naturale, & ordinarium tempus vsus rationis, quia antea non erat in sensu Christi conuenieus cognitio. Et de his virtutibus recte intelligitur id Hebreo. 5. *Tentatum per omnia pro similitudine absq. peccato, vt misericors fieret.* Illi etiam poterit ea ratione accommodari id Iob. 31. *Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero meo egressa est mecum.* De donis Spiritus sancti ad voluntatem spectantibus, similiter dicendum est, manere, quia non distinguuntur à virtutibus, vt multi putant, vel eisdem rationibus manere debent, quibus virtutes. Et constat in Christo fuisse, cum tamen esset beatus: solum de dono timoris est difficultas, an maneat secundum actum, de quo dicetur fuse tractatu de donis, & diximus. 3. part. quæstio. 7. de gratia Christi, articulo. 6.

Omnes illas acquisiuit Christus in 1. instanti.

Sectio 12.

Sectio.12.Vtrum in voluntate,vel appetitu beati sint aliqui habitus infusi,qui nõ erant in via.

97. RICHARDVS.4.d.49.a.3.q.7. tribuit beatis nouum habitum infusum,quem numerat inter dotes animæ ad eliciendum actum securitatis,qui pertinet ad voluntatẽ, vt est irascibilis,& respicit Deum vt bonum, arduum,& hunc actum ait,esse oppositum timori,quem de salute nostra habemus in via.

1.opinio. Sic fere sentit Bonauentura,eadem.d.art.1. q.5.licet illum actum non appellet securitatem,sed tentionem,seu comprehẽsionem. Ocham etiam,& alij idem sentiunt,sed sine fun

Reijcitur damẽto,nam securitas in voluntate, vt postea dicemus,nihil aliud est, quam carentia timoris,orta ex euidentia perpetuitatis beatitudinis suæ. Et esto esset alius actus timori oppositus,deberet elici ab eodem habitu,a quo timor eliciebatur in via, sicut ab eodem habitũ elicita est in patria lætitia de possessione beatitudinis, à quo in via eliciebatur tristitia de eius carentia. Præterea, ad eundem habitum spectat amare aliquod bonum,& desiderare illud si est absens, & lætari de illo, si est præsens, & securitatem de illo habere, si est stabile,ergo habitus,qui in via amabat,& desiderabat tale bonum propositum per fidem, illo fruetur cognito per visionem beatam,aut aliam cognitionem,& de ipso securitatem habebit,& sic non opus est infundi alium habitum.Confirmatur, quia gratia perfecte iustificat, ergo cum ea infunduntur omnes virtutes,quarum homo est capax in via,sed est capax habitus elicientis securitatem (si quis talis est) non ad actum securitatis, sed ad alios actus,ergo cum gratia infunditur in via.

98. Dices,intellectus beati nouis habitibus perficitur in patria,ergo & voluntas. Negatur cõ

Obiectio. sequentia,quia ad actus, & habitus voluntatis per accidẽs est,obiectum hac,vel illa cog-

Solutio. nitione supernaturali esse cognitum,ideo eædem virtutes, quæ sunt in patria, possunt esse in via, & econtra, non tamen ijdem habitus intellectus, quia quidam important intrinsece imperfectionem repugnantem patriæ, alij repugnantem viæ, & distinctio status beatifici à non beatifico per actus, & habitus intellectus fieri debet, & potest, non autem per actus, & habitus voluntatis. Propter tentionem autem, vel comprehensionem nullus habitus nouus constitui debet, quia vt dicemus, est ipse actus beatificus cum ordine ad actum desiderij, vel spei præcedentis in voluntate,dum esset in via.Est enim possessio boni desiderati, & expectati.

Probabilius esset,infundi de nouo in voluntate beati iustitiam originalem, quam amissimus in Adamo,vt per eam pars inferior esset subiecta rationi,fierentq. alij effectus,quos faciebat in Adam,non per modum habitus operatiui,quia non erat habitus operatiuus eliciens amorem, & alios actus, circa aliquod obiectum; ad hoc enim sufficiebant virtutes, sed impeditiuus eo modo, quo opacitas impedit receptionem lucis.Deinde in beatis esse quosdam habitus infusos, qui dicuntur aureolæ,& non fuerunt in via;dicetur disputat.8. sectio.3.

99. *Qui habitus noui possint cõcedi in beatis.*

Sectio.13.Vtrum Beatitudo expleat omne desiderium beati.

100. RARS negatiua suadetur. 1. quia in illis est desiderium conditionatũ amplioris beatitudinis,de quo desiderio posset intelligi id.1.Petri.1.*In quem desiderant Angeli prospicere*:hoc autem desiderium nunquam expletur, vel saltem hoc desiderium habitũ in via, non expletur in patria. *1.argum. pro parte neg.*

2. Quia animæ beatæ desiderant nunc gloriam corporis, vt patet Apocalip.6.ergo beatitudo non excludit omne desideriũ atque adeo nec explet, quia desiderium quando est, non expletur. 2.

3. Beatus desiderat societatem, & gloriam aliquorum,quos amat, tamẽ respectu quorũdam nunquam obtinet, & respectu aliorum post aliquod tempus,ergo beatitudo nõ excludit,neq.explet omne desiderium. 3.

4. Quia in Angelis,& alijs beatis est aliqua oratio,quæ non impetrat,ergo & desiderium quod non impletur,quia oratio non sine desiderio fit,& sicut non est inconueniens,orationem carere effectu,ita nec desiderium. 4.

5. Beatitudo non affert,saltem illico,aggregationem omnium bonorum: omnia autẽ desiderantur,ergo non explet,saltem illico,omne desiderium. 5.

In oppositum est. 1. quia desiderium nõ expletum frustratur, frustrari autẽ imperfectio est, ergo longe à patria. 2. quia Augustin.13. Trinita. cap.5. ait, omnes beati habent,quod volunt,quamuis non omnes qui habent,quod volunt,continuo sint beati.Et concludit. *Beatus est,qui habet,quidquid vult,& nihil mali vult.* Et cap. 7. ait:*in illa beatitudine perfecta, quidquid amabitur aderit, nec desiderabitur,quod non aderit.* Idem docet D. Tho.q.3.arti.4.ad.5. & q.5.art.4. Idemq.sumi potest ex Aristotele 1. ethi.c.7.dicente,felicitatem esse bonum perfectum sufficiens,& nullius rei indigens.Quod repetit libr.10.cap.6. Idem sumitur ex Psal. 16. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Et Matth. *1.argum. pro parte affir.* 2.

Matth. 5. *ipsi saturabuntur*; & ex alijs locis, in quibus dicitur, gaudium futurum plenum, & animam esse inebriandam scientia.

3. 3. quia desiderium, quod non expletur, imo, & quod differtur affligit, ibi autem nulla erit afflictio.

4. 4. si beato deest aliquod bonum, ergo non est beatus, saltem integre, & complete; si vero non deest, non poterit illud desiderare.

5. 5. qui desiderat, est in via, sed is qui est integre beatus, est integre in termino, ergo nihil desiderat.

101. *1. Concl. Quinq. cõclusionibus explicatur, quomodo beatitudo expleat, & nõ expleat beati desideria.*

Dico. 1. Beatitudinem quoad suam essentiam excludere omne desiderium sui, & explere omne desiderium, quod de ipsa habebatur in via; hoc est manifestum, quia possessio rei, si cognoscatur, excludit, & explet omne desiderium ipsius. Idemq. est de possessione omnium aliorum bonorum, que habentur à beatis, quandiu ab illis possidentur.

2. Concl. Dico 2. Beatitudinem per essentiam suam non explere, nec excludere omne desiderium. Ita Scotus, 4. dist. 49. quæst. 6. art. 1. existimans esse contra D. Thom. sine causa tamen, vt ait Caiet. quæstio. 5. artic. 4. quia nunquam D. Thom. oppositum docuit, vt patet illo articulo, & 4. dist. 49. quæst. 1. arti. 1. quæst. 4. Nec de hac re potest esse controuersia, supposito quod essentialis beatitudo non sit aggregatio omnium bonorũ, quæ à beato possidentur, vel quæ desiderari ab hominibus possunt.

102 *3. Concl.* Dico 3. nullum absolutum desiderium est in beato, quod non expleatur oportuno tempore, vt expletur desiderium de continuatione visionis, & similium rerum, & gloriæ corporis, & de hoc, vel illo actu exercendo, quem beatus scit, se posse licite, & iuxta diuinã voluntatem exercere. & alioqui desiderium aliquod absolutum frustraretur, & careret effectu, quod est magna imperfectio, & repugnat illi perfectissimo statui. Habere autem aliqua desideria, quæ expleantur, non repugnat illi, imo est necessarium, quia beatitudo creata imperfecta est comparatione diuinæ, nec est vere æterna. Vnde additionem realem continuationis recipit, quæ desideratur, antequam sit; recipit etiam accidentalem, & extrinsecam perfectionem, per actus intellectus, & voluntatis, & sensuum, &c. qui non sunt de essentia beatitudinis. Qui actus similiter desiderantur, antequam exerceantur, & gloria corporis ante resurrectionem ipsius. Et si desiderium absolutum fuerit pro determinato tempore, pro eodem explebitur. Nec beati absolute desiderant aliquid sine designatione temporis, vel eo designato, quod aliquo tempore, vel illo eodem tempore non sciant expleri posse, & explendum esse, & ita operantur beati, ipsis, & Deo volentibus, ne eorum desideriũ absolutum, aliquando frustretur. Quod vero, vt Molina refert, 1. part. quæst. 12. arti. 6. disputat. 4. aliqui fingunt, ideo beatos non desiderare ampliorem gradum beatitudinis, quia Deus statuit ad tale desiderium non concurrere, minime necessarium est; quia ipsi beati cognoscentes, ampliorem gradum sibi iam non esse possibilem, ex se habent, non posse elicere tale desiderium. Vide Suarez, 3. part. tom. 1. disputatione. 38. sectio. 5. vbi docet, nullum fuisse desiderium absolutum in anima Christi, quod non fuerit expletum, licet Caietan. 3. part. quæst. 13. art 4. id limitauerit ad voluntates, & desideria rerum, quæ per ipsam Christi animam efficienda erant. Ibidem etiam Suarez hoc ipsum dicit de beatis omnibus; & sic dixit Anselmus de similitudinibus, cap. 52. quemlibet beatum posse transferre montem ab vno loco in alium, si id velit. Et cap. 68. posse facere quidquid vult, quoniam ipsum omnipotentem suæ voluntati concordantem habet. Differunt tamen reliqui beati à Christo, quia Christus voluntate humana potest absolute velle innumera, quæ alij absolute velle non possunt, quia ignorant, an Deo placeat, vt ea fiant, vel non fiant. Christus autem scit multa esse posita in humana eius voluntate, vt libere ea faciat, si velit; omnia enim dedit ei Pater in manus, quæ non essent aduersa voluntati beneplaciti diuini, & ipse nouit, quænam hæc sint, vnde cætera velle potest, & si velit fieri, fient. Nota, dilationem, quæ interdum est in impletione desiderij, beatos non affligere; tum quia non sunt capaces tristitiæ, tum quia non est inuoluntaria, cum ipsi, non velint rem fieri, nisi confuse, aut determinate volendo, eam fieri tempore quo fit: imo delectantur maxime certi de impletione desiderij oportuno tempore habenda.

103 *4. concl.* Dico 4. in beatis aliqua sunt desideria conditionata, quæ nunquam habebunt effectum, vt desiderium amplioris beatitudinis, si esset possibilis, & expediens, & iuxta diuinam voluntatem. Quam tamen conditionem vident non impleri, & ideo non habent desiderium absolutum maioris beatitudinis, sed ea, quã habent, contenti sunt, cuius tantum vident se esse capaces secundum rectum ordinem à diuina prouidencia constitutum, vt quisque pro meritis recipiat. Et in hoc sensu verũ est, quod dicit Molina 1. part. quæstio. 12. arti. 6. disputatio. 4. quolibet gradu beatitudinis expleri appetitum beati: quamuis hoc non sit expleri appetitum absolutum, qui tunc est, sed qui cognito suorum meritorum gradu

fuit,

fuit, vel esse potuisset in via. Et ibidem recte Molina docet, in beatis esse aliqua desideria conditionata, seu Velleitatis quæ nunquã consequuntur effectum, nec tamen proprie dicuntur inexpleta, sicut in Deo est simile desiderium de salute omnium. 1. Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri: quod tamen desiderium in multis hominibus caret effectu. Nec tamen proprie dicitur inexpletum, saltem priuatiue, sed negatiue tantum; neque id est imperfectio, quandoquidem non ponitur in executione conditio, sub qua res desideratur, & ideo nec tale desiderium frustrari dicitur. Hoc desiderio conditionato desiderant beati salutem multorum, qui non saluantur, & secundum Molinam supra, Apocalip. 6. acceleratione diuinæ vltionis, vidi (inquit Ioãnes) subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & clamabant voce magna; vsque quo domine non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de ijs, qui habitant in terra? Nec illo desiderio inquietæ erant: quod enim subiungitur. Et datæ sunt illis stolæ albæ, & dictum est illis vt requiescant adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum & fratres eorum, qui sunt interficiendi sicut & illi: non significat, illos esse inquietos, sed quiescere ibi est expectare, vel inquietudinem, quæ esse posset, illa consideratione, & primæ stolæ id est gloriæ animæ acceptione impedire. Est autem inquietudo, mobilitas quædam animæ inuoluntaria, qua, de re, quam appetit, voluntate ipsa renuente, cogitat, nec potest animus, in qua volumus, cogitatione cõtineri, & à qua volumus abstrahi; quam inquietudinem causat hic, ideſt in via, amor, & desiderium, ibi autem non, quia intellectus plene obtemperat voluntati, & desideria sunt moderata, ita vt inquietudinem afferre non possint. Addit autem Molina, forte clamorem illum denotare desiderium, quod haberent animæ, si non acciperent stolam primam gloriæ animæ: nam post clamorem illum additur, datas esse singulis stolas singulas. Præterea, in anima Christi, & alijs beatis esse vel fuisse aliqua desideria, quæ non habent, neque habebunt effectum, nec implebuntur, bene probat, defendit, & explicat Suarez supra: similiaque desideria ponit in diuina volnntate, quæ tamen ab humana differt: quia quidquid velit facere sub conditione potentiæ, faciet: quia potest, humana autem licet aliquid velit sub conditione potentiæ facere, non semper efficiet: quia non semper potest, eo quod diuina voluntas vult non fieri, & prævalet cum sit efficacior.

104 5. Concl. Dico. 5. omne desiderium iustũ absolutũ, quod de rebus alterius vitæ habetur in via, implebitur in patria, nisi sit virtute cõditionatum, & non impleatur conditio. Patet ex aliquibus adductis pro affirmante parte quæstionis. & quia beatitudo per se, vel adiuncta ipsi continet omne bonum, quod merito quis absolute desiderare, aut petere potest. Dixi autem, nisi virtute sit conditionatum, si quis enim desideret absolute tantam habere gloriam, quantam B. Franciscus, hoc desiderium si iustum est, debet esse virtute conditionatum, videlicet si merita sint æqualia. Quæ conditio cum non semper impleatur, nõ implebitur semper tale desiderium.

Corolariũ & decisio quæst.

Ex quibus patet, partem affirmantem quæstionis simpliciter esse veram quamuis iuxta dictas conclusiones sit intelligenda: neque obstare argumenta aduersæ partis.

Aliam quæstionem tractat ibi Molina de appetitu innato, an quilibet gradus beatitudinis ipsum expleat & Respon. affirmatiue: quia iste appetitus non est ad perfectiones supernaturales, sed ad naturales. Omnes autem istæ perfectiones continentur eminenter in quolibet gradu beatitudinis, ideo quolibet gradu satiatur, & expletur omnis appetitus innatus. 105

Sed hic multa miscentur explicanda, cum agemus de appetitu innato beatitudinis. 1. an sit talis appetitus ad beatitudinẽ; 2. an si sit, expleatur quolibet gradu: 3. an siue sit, siue non sit talis appetitus, per beatitudinem supernaturalem expleatur, & satietur appetitus beatitudinis naturalis, & reliquarum perfectionum ad ordinem naturæ spectantium; quæ omnia examinare non est huius loci. Vbi solum agimus de perfectionibus voluntatis in patria. Hic autem appetitus innatus magis pertinet ad substantiam animæ, & intellectus, in quibus beatitudo recipitur, licet quodam modo etiam ad voluntatem pertineat, vt suo loco dicemus,

Quæst. Alia quæstio quia ad voluntatem beatam pertinet, hic discuti posset, an voluntas beati sit, & esse debeat conformis voluntati diuinę, etiam in volito formali: sed de hoc agendum est cum communi in tractatu de bonitate, & malitia humanorum actuum.

Disputatio. 8. de perfectionibus pertinentibus communiter ad intellectũ, & voluntatem beati, scilicet dotibus aureolis, & fructibus.

POstquam dictum est de perfectionibus pertinentibus seorsum ad intellectum, vel voluntatem beati, reliquum est, vt de ijs, quæ ad vtramq. potentiam comuniter pertinent differamus, quod, præsertim fit ad explicanda quædam nomina, quibus scriptura, sancti, & Theologi vtuntur.

Sect. 1. Vtrum sint aliquæ dotes in anima beata, & quæ, & quot sint, & quæ sint principaliores.

1 Quæst. de nomine dotis & eius subiecto.

IN primis, quæ vis huic voci, dos, subiecta sit, exponendum est. 1. enim, & proprie id solum Dos dicitur, quod sponte datur, tanquam propriũ ipsius, quod conducat ad sustinenda onera matrimonij, eoq. forte dissoluto, sponsæ cedat; & hinc metaphora latissime ducta, quidquid ab alio diuite acceptum perfectam rem aliquam reddit, Dos eius dicitur. Vnde hominem ingenio vel alijs donis naturæ, vel gratiæ pollentem, dicimus magnis naturæ, aut gratiæ dotibus præditum, & ornatum. Strictius autem à carnali ad spirituale matrimonium metaphora ducitur, & sic in anima beata dotes esse dicuntur, vt notat D. Thom. 4 d. 49. arti. 1. & alij ibi. Vnio enim animę cum Christo per gratiam, & charitatem desponsatio dicitur, 2. Corinth. 11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: & Apocalip. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cęlo, à Deo paratam sicut sponsam viro suo ornatam: & Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; & idem est de quacumq. anima. Hoc autem matrimonium in patria consummatur, & fit indissolubile cum traducitur sponsa in domum sponsi, & quia tunc dos tradi consueuit, l. dotis, ff. de iure dotium; ideo in patria dicunt Theologi, animam dotari vel à Patre, vt communiter fit in matrimonio carnali, vel à sponso, vt inueteri lege fieri consueuit. Et hæc dona fiunt propria sponsæ in perpetuum, & conducunt ad sustinenda onera matrimonij, ideſt ad honorem, & laudem, & delectationem Christi, & vtilitatem familiæ eius.

Quid est dos.

2 An in Christo & Angelis dotes sint.

Et quia Christus est vir, & sponsus, non ita commode dicuntur in eo esse dotes, licet sint in eo perfectiones, quæ dotes in alijs dicuntur, & in anima eius quatenus est sponsa Patris æterni, vel spiritus Sancti, vel verbi, dotes dici possint. In Angelis etiam dotes non ponuntur, quamuis Deo sint vniti per gratiam, & qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo, quia virorum similitudinem habent. In viris autem dotes non dicuntur, sed in fœminis. Vnde dotes in Christo, & Angelis negat D. Thom. loco citato, artic. 3. & 4. aliam addens rationem; quia in anima Christi vnio personalis, aut per gratiam, non dicitur apte desponsatio, eo quod desponsatio sit inter diuersas personas. Vnio etiam inter Deum, & Angelos non apte dicitur desponsatio, quia est inter personas diuersæ naturæ.

Dices, ergo anima, quæ non est persona, non dicetur apte sponsa Christi. Resp. licet nõ sit persona, est tamẽ semipersona, & habet secũdũ multos totã personalitatẽ hominis, nec est aliud, cui aptius possit tribui nomẽ spõsę. Illa ergo est sponsa, & dotem accipit, quia tamen hæc dos varijs rebus constat, dotes animæ conferri dicuntur, licet in hoc Theologi non satis metaphoram persequantur, quia in matrimonio carnali, tantum dos dicitur, licet varijs rebus constet. In his quæ hactenus dicta sunt, conueniunt fere Richardus, Paludanus, Sotus, Vazquez, & alij.

Solet autem. 2. inquiri, an istæ dotes sint actus, vel habitus. Prima opinio habitus esse 3
asserit D. Thom. 4. d. 49. q. 4 arti. 2. & arti. 5. q. 1 2. Richard. artic. 3 q. 7. Paludan. q. 8. art. 3. & alij. Et satis consonat metaphorę, nam dos in matrimonio carnali non est operatio aliqua, aut vsus; sed facultates ipsæ dotis nomen habent; habitus autem sunt facultates, ergo ipsis potius quam actibus nomen dotis conuenit.

2. Quæst. an dotes sint actus.

Alij dicunt esse actus, Vazquez disputatione, 17. cap. 2. in fine, Bonauentura, 4. d. 49. p. 1. q 5. Soto, q. 4. articu. 3. Rationes eius parui momenti sunt; nam in eo quod assumit, lumẽ gloriæ dotem dici non posse, principium petit, & est contra D. Thom. supra ad. 3. Quod etiam ait, non dari habitum, qui sit principium fruitionis, falsum est, nam si fruitio est ipsa visio vt ille putat, lumen gloriæ est habitus, quo elicitur. Si autem fruitio est ipsa actio voluntatis, quicumq. ille sit, ab habitu aliquo elicitur. Si enim fruitio est amor amicitiæ erga Deum, vel delectatio de bonis diuinis, procedit ab habitu charitatis. Si vero est delectatio procedens ab amore concupiscentiæ, vel ipse amor, secundũ Suarez, & alios procedit ab habitu spei, licet Vaz. disp. 17. ca. 2. in fine, & alij, quos Sotus sequi videtur, dicant à nullo habitu elici, vt dictum est disp. precedenti, sect. 5. 4

Melius ergo eadẽ opinio suadetur, eo quod dos significat præcipuas sponsę facultates, seu diuitias, in anima autẽ beata pręcipuę diuitię sunt actus, ad quos cõparãdos, & cõseruãdos habitus cõferũtur. Deinde dos est quid maxime 5

xime proprium matrimonij consummati: habitus autem, qui sunt in anima beata sunt cõmunes illi,& spõsæ &nuptæ,vt superius docuimus:ergo. Vnde si dotes esset habitus,vna tãtũ dos ponenda esset in anima beata nempe lumen gloriæ,contra omnium opinionem. Præterea in intellectu non est ita certum, & antiquum poni habitum,vel qualitatẽ permanentem:olim enim fuit probabile,nullos dari virtutum habitus infusos, & modo adhuc non est de fide,quod dentur,licet negari tuto
6 non possit vt tractatibus de habitibus & virtutibus videbimus. Vnde in hac metaphora, qua antiquissimi Theologi vsi sunt, nomine dotis non intelligitur habitus iste,neq.alij. Et licet D.Thom.in hac,q.4.arti.3.nomen dotis non vsurpauerit,tamen ponit tres perfectiones patriæ,quæ tribus perfectionibus viæ respondent,videlicet,vt dotes,easq dicit,esse visionem,comprehensionem,& fruitionem, seu delectationem,quibus expresse nomen dotis tribuit,1.p.q.12.artic.7.ad.1. & Hebræorũ. 6. lect.1.Et ideo communis Thomistarum sentẽtia est,dotes esse actus.Et licet dotes essent habitus,non tamen posset cum Ricard. vna earum poni habitus specialis ad eliciendam securitatem, quia hunc commentitium esse supra docuimus.

7 3. Quæri solet,quot, & quæ sint dotes ?& quidem omnes ternarium numerum constituunt,vel propter perfectionem ternarij numeri,vel propter tres,aut quasi tres potentias animæ,quas perficiunt, memoriam, intellectum,& voluntatem,vel propter tres diuinas personas,vel propter tres in Christo naturas,diuinitatem,animam,& carnẽ,vel propter tres virtutes Theologicas, fidem, spem, & charitatem,quibus respondent, vel certe quia tria tantum inuenerunt,cui ipsorum iudicio posset nomen dotis accommodari. In partibus tamen huius numeri designandis, variant.Primo namq.Richard. supra numerat,visionem delectationem, & securitatem
8 habituales, quibus perficiantur,quasi tres po
Opinio.1. tentiæ,intellectus,voluntas concupiscibilis, & voluntas irascibilis, ad quam pertinet securitas,quia timori ad irascibilẽ pertinenti opponitur.Sed disputatione præcedenti diximus, securitatem neq.actum,neq.habitum voluntatis esse posse,solum est carẽtia timoris, quæ nihil positiuum est;ideo non ita pertinet ad diuitias,& dotes animæ beatæ.

9 2.D.Bonauent.d,citata.1.p.q.5.cuius opi-
Opinio.2. nionem probabilem putat Palud.infra,numerat visionem comprehensionem, & dilectionem, nomine comprehensionis, seu tentionis intelligendo actum volũtatis distinctum à dilectione, & delectatione, pertinenternq. ad irascibilem.Quod dici non potest, quia nullus actus datur circa bonum præsens, nisi amor simplex, vel delectatio.

3.Paludanus supra, & Altisiodo. 4. summę,tractatu.12.capit. 2. numerant visionem, 10
dilectionem,& delectationem, comprehen- 3.opin.
sionem autem omittit Palud.quia putat tantum esse conditionem cuiuscumq. actus beatifici,nempe eius perpetuitatem,aut firmitatem,aut etiam securitatem,quod infra reijcietur. Melius autem potuisset comprehensionem excludere,quia non distinguitur à visione,vel alijs actibus,vt dicemus,nisi relatione, vel denominatione extrinseca sumpta à desiderio,& spe possidendi Deum.Sed hæc enumeratio, licet probabilis videatur D. Thom. 4.d.49.q.4.artic.5.q.1.& Soto infra, facile tamen reijcitur: quia dilectio est communis viæ,& patrię, non solum genere, sed specie atoma; imo idem numero actus dilectionis posset esse in via,& in patria & sequi nunc fidem,postea visionem, dos autem est quid proprium patriæ,ergo,

4.Magister,4.d 49.& D Thom.ibi, q. 4. 11
artic 5.quæst.1.&.1 p q.12.articul 7.ad.1.&.1. 4 Opinio
2.q.4 arti.3.& Heb.6. lecti.1.Sotus,4.d.49. authoris.
q. 4. articul. 3. Vazquez disputatione, 17.ca. 2. visionem, comprehensionem, & delectationem numerant, quia hi actus sunt proprij patriæ, & præcipuæ diuitiæ, quas tunc accipit anima in perpetuum, & non minoribus priuilegijs, quam doti matrimonij carnalis conferri solent. Hanc sententiam sequuntur recentiores communiter, & ego sequendam puto; & iuxta illam dico, visionem respondere fidei, tanquam perfectum imperfecto; comprehensionem spei, vt terminus respondet vię, delectationẽ vero amori, & charitati, quia ex ea prouenit, vt quis delectetur de bonis amici, & conspectu eius in magna gloria potestate, & bonorum affluentia. Si autem nomine delectationis intelligamus,delectationem de visione Dei, vt est proprium bonum videntis, non ita bene dicitur respondere charitati, cum non sit actus ab ea elicitus, licet sit ab ea imperatus medio amore concupiscentiæ;tamen hęc sola videtur dos, quia delectatio elicita à charitate, sicut ipse amor amicitiæ communis est viæ, & patriæ.Neutra autem horum delectationum tollit charitatem, quia nec physice, nec moraliter cum ea pugnat, secus visio cum fide, comprehensio cum spe. Præterea quatenus isti actus sunt præmium, omnes correspondent præcipuè charitati, in cuius actu præcipue consistit meritum. 12

Oportet autem comprehensionis dotem Quæst. 4.
explicare; & quidem hic non sumitur pro de cõpre-
exacta,&perfectacognitione,qua cognoscitur hensione.

res,quantum cognoscibilis est:sic enim Deus anulla creatura comprehendi valet,sed sumitur hic comprehensio,prout est optatę, dilectæ ,& inquisitę , seu ostensæ rei consecutio, apprehensio,& tentio. Quo pacto dixit Paulus;sequor,si quomodo comprehendam : Et Nyssen. Ecclesiast. 7. maximum bonum est Deum complecti,& apprehendere,atq.in eo manentem ab omni peccato abstinere.

13 Hanc autem comprehensionem , Vazq. supra,Caietan. & alij,artic. 3. atbitrantur ex
1.Opin. mente D.Tho.esse relationem quandam, in voluntate existentem , quæ prouenit ex eo quod Deus per visionem est præsens voluntati,& ideo respondet spei. Voluntas enim quæ sperat Deum in via,eum apprehendit,& tenet in patria intellectu,quasi manu quadã. Hæc videtur expressa sententia,D.Tho.nam ibi,ad 2.ait,comprehensionem pertinere ad voluntatem,quia eiusdem est consequi ,& sequi,voluntas sequitur Deũ in via , ergo cõsequitur,& tenet Deum in patria.Et ad. 3. tentionem,& comprehensionem esse habitudinem in voluntate ad finem iam habitum cuius scilicet voluntatis,vel etiam tentionis obiectum est visio,quia licet tentio non sit potentia,neq. actus,tamen significatur per modum actus voluntatis,& ideo est ei assignandum obiectum.Vnde cum D.Thom. ibi ait, comprehensionem non esse alium actum à visione,non sentit esse idem realiter cum visione,sed non esse alium actum ,quia vere non est alius actus sed habitudo,vt ibidem ait. Ita D. Thom. interpretantur Caietanus,& alij; quibus etiam fauet Antoni.4 p.titul.7.cap.7. §.4.vbi eodem modo loquitur,quo D. Tho.

Et confirmatur.1.hæc sententia,nam com-
1. Confir. prehensio respicit spem,spes autem est in voluntate,ergo & cõprehẽsio,vt D.Th.affirmat sed non est actus volũtatis, cum nec sit amor, nec dilectio,&nullos alios actus circa præsens bonum habeat voluntas,erit ergo relatio aliqua in volũtate,nihil enim aliud fingi potest. Hæc autem relatio non potest aliunde resultare,nisi ex visione,ergo est relatio ex visione resultans Et ideo dixit D Tho. esse habitudi nem in voluntate ad finem iam habitum, scilicet per visionem,& habere pto obiecto visio nem ipsam.

Conf.2. Confirmatur etiam, quia voluntas interdũ dicitur consequi quod optabat,licet illud sit in alieno supposito.Tunc autem non dicitur formaliter illud consequi ab aliquo actu existente in ipsa,nec in proprio supposito, ergo à relatione resultante in ipsa ex bono existente in alieno supposito,ergo similiter à relatione resultante ex visione dicitur voluntas tenere Deum visum.

14 Sed hæc sententia mihi cum alijs minime placet;nam hoc nomen comprehensio ex sua impositione non significat relationem , vt patet ex vsu comuni,& alioqui Paulus supra relationem optabat,&Nyssen.relationem dixit esse maximum bonum , quod absurdum est, maxime cũ ista relatio realis esse non possit, sed rationis cum sit ad obiectum vt cognitũ. Confirmatur,nam si talis relatio est rationis, non est,nisi dum apprehenditur,ergo voluntas non comprehendit Deum, nisi dum fingi tur illa relatio:& non realiter , sed ficte comprehendit,quod est absurdum. Si vero est realis,ergo habet aliquod fundamẽtum reale in voluntate. Vel ergo fundamentum est amor, & hoc non,quia amor solum fundat relationem ad amatũ,vt sic,vel est delectatio & hoc non,quia hæc solum fundat relationẽ ad delectans vt sic & idẽ est de quacumq.alia operatione voluntatis.Et præterea, comprehensio est ante omnes istas operationes,nec vero est ipsa substantia voluntatis,hæc enim solum fundat relationem realis præsentiæ ad ipsam visionem.Quæ relatio non est comprehensio, licet in hac opinione nihil probabilius dici po test.Nam etiã si fingamus,non resultare eiusmodi relationem,eo ipso quod fieret id quod voluntas optauerat,diceretur intentum habere,& si optauerat Deum esse in intellectu, diceretur Deum consequi,apprehendere, & tenere,ergo. Confirmatur,quia volũtas de cõprehensione Dei lætatur,non autem de relatione quæ in ipsa voluntate existat,ergo ea relatio non est comprehensio.

2.Opinio est Palud.4.d.49.q.3.art.3 com- 15
prehensionem esse perpetuitatem actus beatifici. 2.Opinio.
Vnde infert tam esse in actu intellectus, quam voluntatis,& requiri ad beatitudinem eo modo quo inamissibilitas, de qua infra. Et suadetur,quia comprehensio , & tentio idem sunt,tentio autem firmitatem quandam dicit,iuxta id Apocalip. tene quod habes , ne alius accipiat coronam tuam.

Sed certe quamuis tentio firmitatem quã-
16 dam sæpe importet,non tamen perpetuitatem,sed hic est effectus firmæ comprehensionis. Deinde non solum firmitatem dicit , sed actum apprehensionis,cui firmitas conuenit, & interdum , quæ non stricte , nec firmiter possidẽtur,teneri dicuntur , vel saltem comprehendi , ergo comprehensio, non dicit huiusmodi firmitatem . Confirmatur , nam si quis aliquem insequens ad eum perueniat, & manus ei injiciat,licet ille elabatur facile, & fugiat , tamen consequutus , & comprehensus,tentusq.ab alio dicitur,ergo similiter, &c.

3 Opinio est tentionem esse operationem 17
aliquam.Medina arti.3.Soto.4.d.49.q.4.ar. 3.Opin.
3.Ricard artic.3.q.5.&.7 Bonauentu artic. 1. authoris.
q.5.

q.5. & probatur.1.quia nõ est relatio,nec per petuitas operationis,ergo operatio, cum nihil ailudfingi posit.

Probat.

Confirmatur 1.quia verbale nomen à verbo actiuo ductũ actionem significat licet impropric ad habitum interdum extendatur,vt habitum cognitionem habitualem appellamus.Quo pacto D.Tho.4.d.49 q.4. art 2. in cprpore,& ad. 2. dotem comprehensionis ait esse habitum, vel dispositionem habitualẽ ad operandum,seu comprehendendum actu Deum.

Confir.1

Conf. 2. ab author.

2. Quia comprehensio beatifica, idem est quod consecutio,tentio, adeptio,seu possessio finis vltimi:his autem vocibus operatio significatur,vt patet ex dictis tractatu.1.& ex D. Tho.q.3.art. 4. dicente beatitudinem consistere in consecutione,per quam finis est adeptus,& iam præsens inquirenti Et eadem quęstione art.1.hanc consecutionem adeptionẽ vocat. Idem.q.1.art.8.&.q.2.art.7.vbi etiam vocat possessionem boni concupiti. Tamen vsq. ad.3. articul.q.4. non vsurpat nomen cõprehensionis; vbi tamen ad.1. ait comprehensionem esse terminum in secutionis, hic autem est adeptio , & consecutio boni intenti, ergo hoc ipsum est comprehensio: vt siquis aliquem insequatur , tunc dicitur ipsum comprehendere, quando illum consequitur , & manu tenet: hoc autem dicit operationem ergo & comprehensio beatifica est operatio. Quod etiam satis significauit Paulus adductus à D. Thom.argumento,sed cõtra , cum ait: Sic currite, vt comprehendatis: Et infra: illi quidem,vt corruptibilem coronã accipiant,nos autem incorruptam. Et ibi D. Tho. ideo ait , comprehensionem esse coronam iustitiæ,terminum spiritualis cursus, præsentiam(scilicet fundamentalem)finis,&tẽtionem eius,vt patet ad.1. Præterea, comprehensio dos est animæ beatæ,vt patet ex superioribus, dotes autem secundum omnes scholasticos sunt actus.vel habitus,ergo cõprehẽsio non est relatio,sed operatio,quia iam ostendimus habitum non esse.Et quidem Bonaucntura supra putat, esse specialem actum voluntatis,vt irascibilis , quo firmiter, & continue Deum tenebit,distinctum ab amore , & gaudio existentibus in voluntate,vt est concupiscibilis.Sed nec ipse declarat, nec declarare vnquam poterit,quis sit iste actus : nam circa bonum præsens nullus actus est in volũtate,nisi amor,& delectatio Item Deus tunc non appetitur vt bonum arduum,ergo voluntas quatenus est irascibilis ,nullum actũ tunc habet erga Deum . Vnde reliqui doctores non censent esse actum distinctum à visione, & amore:& Richardus supra dicit,esse visionem , & amorem , nam his duobus actibus Deum consequimur.Scotus vero,qui docuit amore nos consequi præcipue Deum,& ideo in eo sitam esse beatitudinem, dicit,amorem præcipue esse comprehensionem . Sotus , & Medina supra dicunt,esse visionem, quod & mihi placet,loquendo de comprehensione,vt dos quædam est. Nam licet visione , amore, & delectatione Deum consequamur , & teneamus , vt patet ex dictis , disputatione. 2. tamen primo , & præcipue consequimur per visionem , delectatio vero simpliciter est de fine iam consecuto,& amor,aliquaq. delectatio cõmunis est viæ & patriæ. Vnde rationẽ dotis nõ habet,sed visio ipsa, qua primo,&præcipue Deus tenetur,& status cõprehẽsoris à statu viatoril distinguitur , & amor suã perfectionẽ capit illi statui propriã. Hanc sentẽtiã satis significauit D. Th a 3.ad 3. dicens , comprehensionem non esse aliam operationem, præter visionem:quia si dicere voluisset comprehensionem non esse operationem,non diceret,non esse aliam præter visionem sed simpliciter negaret esse operationem.Cum ergo ita loquitur,significat,esse quidem operationem,sed nõ aliam à visione Addit vero comprehensionem dicere habitudinẽ ad finem iam habitum,non quia comprehensio sit relatio sed quia est habere ipsum finem concupitum , & hoc habere ab ipsa visione, seu videre solum distinguitur ratione,vel connotatioue aliqua, vt ipsemet D. Tho.attigit. 1.p.q.12.a.7. ad. 1.visio enim solum significat cognitionem obiecti,comprehensio vero significat ipsam visionem,vt est visio optata vel quæ optari potuit. Vnde dicitur habere visionem pro obiecto , quia visio est obiectum amoris, vel desiderij connotati nomine comprehensionis. Dicitur autem pertinere ad voluntatem.tum ratione connotati , quod in anima est,vel fuit,aut esse potuit;tum quia visio denominat extrinsece voluntatem comprehendentem,sicut quando aliquis habet bonum,quod ei optaui,ab eo bono extrinseco dicor consecutus intentũ, comprehendisseq. optatum finem.

19

Ex quibus ruunt fundamenta aduersariorum,quæ Vazq.adducit., & breuitatis causa omitto,& resoluitur alia quæstio,an comprehensio sit de ratione beatitudinis.Nã quoad principale significatum est de essentia beatitudinis, cum sit visio ipsa , quoad connotatum vero maior difficultas est , tamen censeo non esse de ratione beatitudinis,quia eo ipso quod in aliquo sit summum bonum, licet neque actu illud amet , neque illud amauerit , aut desiderauerit , aut potuerit amare , quia non habebat voluntatem, erit beatus , & licet si non esset amabile,& desiderabile non bearet,quia non esset bonũ,

20

Quæst. 5. an comprehensio de ratione beatitudinis.

tamen amabilitas illa non est de essentia beatitudinis,sed possessio boni,cui inest. Potest tamen satis probabiliter dici oppositum,imo & de essentia beatitudinis esse quod sit possessio boni,quod prius,saltem appetitu innato appetierimus, siue prioritate durationis, siue naturæ:nam certum est prioritatem durationis non requiri,anima enim Christi in eodem instanti producta,& beata fuit. Sed Sotus & Medina,imo & Vazquez tenent, non esse de ratione beatitudinis,quod sit comprehensio,licet visio non possit esse,quin sit comprehensio.

6. Quæst. 21 Quæ harũ dotium sit alijs nobilior.

6.Quæstio est,inter has dotes,quæ sit præcipua,tam in se,quam in ordine ad beatitudinem,& quidem si comparemus visionem, & comprehẽsionem,nulla est principalior alia, vel in se,vel in ordine ad beatitudinem, cum sit eadem actio omnino,nisi quia comprehensio supra visionem,quam confuse dicit, connotat visionem ipsam esse optatam, vel optabilem;vnde quodammodo est principalior in se, & respectu beatitudinis: addit enim aliquid ad visionem, quod vel est de essentia beatitudinis,vel quasi ad integritatem pertinens.Comparando autem visionem, & delectationem, iam diximus disputatione. 2. & visionem esse nobiliorum in se, & delectationem,vel non esse de essentia aut integritate beatitudinis,vel esse partem minus principalem visione. Vnde D.Thom.in hac.q.4. arti. 22 2.&.3.contra gentes.c.26.&.10.Ethi.lectio.6 &.4.d.49.q.3 art.4.docet,in beatitudine visionem esse principaliorem delectatione,quia est causa illius,scilicet obiectiua, & effectiua simul,& finalis,ordinatur enim delectatio ad operationem,de qua est,tanquam ornamentum quoddam ipsius,& quies quædam vitalis,& naturalis in ipsa,& quoddam medium, quod ex natura sua conducit ad eius consecutionem,quatenus delectatio est in apprehensione alliciens ad optandam operationem, cui ipsa est adiuncta,vt simul ipsa obtineatur: & ad conseruationem eiusdem operationis, quatenus delectatio est in executione. Volũtas enim quæ suapte natura valde appetens est delectationis,ne illam amittat intẽdit pro viribus conseruare operationem, vnde delectatio nascitur.Quando autem operatio de qua delectamur,non est cognitio, ex qua delectatio ipsa nascitur non est vniuersim verũ, operationem esse potiorẽ delectatione, neq. id intendit D.Thom.supra, & alij 4.d. 49. Sed solum loquuntur de visione beatifica, & delectatione,quæ ipsam consequitur.

Vniuersim nec delectatio est nobilior operatione de qua sumitur, nec e contra.

Si autem vniuersaliter probare velis, operationem,quæ est obiectum delectationis,esse potiorem delectatione,1.quia est causa delectationis,2.quia homo per se magis appetit 23 operationem talem,quam delectationem talem,quæ de illa sumitur.3. quia Deus adhibuit delectationem propter operationẽ,ergo operatio est potior,vt argumẽtatur D. Tho. art.2,ad.2.4.quia operatio habet obiectum immediatum excellentius quam delectatio, operatio enim attingit rem secundum se, delectatio vero vt obtentam ; res autem secundum se melior est,quam ipsa vt obtenta, seu quam eius consecutio,ergo &c.

5.Quia operatio perficitur delectatione,vt iuuentus pulchritudine,10.Ethi.cap.4.iuuentus autem est perfectior pulchritudine & finis,cui,pulchritudinis,quia est quasi eius decor,& ornatus,ergo similiter operatio est perfectior delectatione.6.quia operatio dat speciem delectationi,10.Ethi.cap.5.quod autem dat speciem,perfectius est, ergo.

Hæc non vrgent,vt ait Valentia,q.4.puncto 1.dub.2.Ad.1.enim Respond operationẽ esse causam delectationis per modum obiecti,quod tamen sæpe est ignobilius actu,cuius obiectum est ; vt patet quando operatio est spiritualis,& obiectum est aliquod accidens materiale,& quãdo operatio est immanens, obiectum autem est calor,vel color,&c. 24

Ad.2.posset dici,magis appeti ab homine delectationem aliquam per se loquendo, quã aliquam operationem ; melior enim est delectatio cum sit actio immanens voluntatis, vel appetitus sensitiui , quam saltatio , vel alia actio externa,de qua est delectatio.

Ad.3 Resp.non constat,an Deus, vt aliquæ operationes certius vsurparentur , voluerit illis adiungere motiuum ipsis præstantius. Præterea cum dicitur de delectatione , ordinatam esse in operationem,fortasse, nomine delectationis non intelligitur actus appetitus sensitiui,sed quædam passio mere corporalis delectans,quæ adiuncta est generationi vitali,vel manducationi,vt istę actiones , quæ ex se non sunt appetibiles,sed in ordine ad finẽ, qui bruta latet,& ab hominibus non semper consideratur,aut appetitur,non semper ommitterentur,cum ad conseruationem speciei, & induuidui,valde necessariæ sint.

Ad.4. Respond obiectum operationis sæpe esse ignobilius obiecto delectationis,vt cũ delector de visione nigredinis,delectatio habet pro obiecto visionem,quę est melior suo obiecto scilicet nigredine.

Ad.5.Respond.aliquando quod est imperfectius,perfici intrinsece,vel extrinsece,per id quod perfectius est;& finem,cuius gratia, melior esse fine,cui,vt color quantitate,cuius immediate est perfectio.

Neq.vero argumẽta,quæ contendũt,delectationem esse nobiliorem operatione,vt sensit Eudoxus apud Aristotelem,10.Ethi ca.2. 25

vim,

vim vllam habent. Primum quia vniuersa, siue quę ratione vtuntur, siue rationis expertia, delectationem vehemēter appetere videntur, ergo est summum cuiusque rei bonum. 2. quia vt inquit Eudoxus supra, stultum est quærere, propterquid velit aliquis delectari, eo quod delectatio per se expetibilis est, & cum sit maxime, & summe expetibilis, erit etiam summe bona.

3. Quia D. Tho. art. 2. ad. 2. ait, bruta appetere operationem propter delectationem, sed hic appetitus dirigitur ab authore naturę, ergo vere & secundum ordinem naturæ delectatio est finis operationis, ac proinde melior. 4. priora generatione sunt posteriora perfectione; sed operatio est prior gneratione: ergo posterior perfectione, quam delectatio.

26 Ad. 1. enim horum facile Respond. rationis, expertia delectationem proprie dictam, quæ est actus appetitus, non cognoscere, cum non reflectantur in proprios actus internos: sed delectationem late dictam, quæ est illa dispositio corporis lenis, & suauis, quę delectat vt de, vel actus gustus, aut tactus, quo externa sensibilia cognoscuntur; Vtramque autem delectationem valde appetit homo: sed existente pari cognitione, magis appetit operationes, quibus adiuncta est, vt actum generandi, comedendi, & bibendi, & similia, ad quos author naturæ vtramque delectationem ordinauit.

Ad. 2. Dici posset delectationem per se expetibilem esse, minus tamen quam operatio, si æqualis sit cognitio: defectu autem cognitionis bruta, & interdum hommes magis appetūt delectationē presertim improprie sumptam. Quam rationem pro brutis assignat D. Tho. arr. 2. ad. 2.

27 Ad 3. Dici potest, bruta quia non cognoscunt præstantiam, & excellentiam operationis, appetere solum, vel maxime operationem propter delectationem impropriè dictā secus facerent, si præstantiam illam cognosce rent, delectationem autem proprie dictam non agnoscunt, ideo neque propter se, neque propter operationem, illam expetunt. Valentia autem supra Respondet. 1. cum Caiet. bruta nō appetere operationem propter delectationem vt finem, sed vt obiectum formale, quod non est necesse esse rem præstantiorem, vt patet in melle, quod appetitur propter dulcedinem, ideſt quia dulce, tamen est melius dulcedine. Sic Caiet. exponit quod ait D. Thom. art. 2. ad 2. bruta appetere operationem propter delectationem.

2. Respond. Valentia, licet operatio appetere tur a bruto, vt medium ad delectationem tamen potest operatio esse præstantior, & pre cipue intenta a Deo, vt victoria est præcipue intenta a duce, sed à milite stipendium, & commodum, propter quod appetit & pugnam & victoriam. Neque brutum magis appetit quod sibi est melius, sed quod est sibi magis proportionatum in ratione obiecti, scilicet quia magis est cognitum ab eo sub ratione boni. Cæterum solutio illa Caiet nullius momenti est: nā brutum re vera appetit operationem propter delectarionem, quasi propter finem vt etiam appetit mel tanquam medium, & causam, quę sua dulcedine efficit delectationem: mel enim non est bonum bruto formaliter etiam ratione dulcedinis, sed causaliter, in genere causæ efficientis. 28

Ad. 3. Respond. maiorem non esse vniuersaliter veram, nam forma substantialis est prior generatione, quam accidentalis, & simul est prior perfectione. Et quamuis Aristo. 10. Eth. cap. 2. 4. 6. 7. & 8. non definiat expresse, operationem in vniuersum esse meliorem delectatione, aut ècontra quia neutrum vniuersaliter verum est, tamen expresse videtur sentire, aliquam operationem esse meliorem quacumque delectatione, quia in operatione perfectissima constituit fælicitatem, & hāc dicit esse operationem intellectus.

Obiectio. Si obijcias, D. Thom. q. 34. art. 3, dicentem, delectationem esse optimā inter dona humanæ vitæ, ergo est melior visione.

Solutio. Respond. Caietan. ibi, non esse optimam in esse naturæ, sed moris, quia nulla operatio est melior in esse moris, quam delectatio, siquidem delectatio, & operatio, de qua est, eandem bonitatem moralem habent. Sed certe D. Th. de bonitate morali non agit, sed de naturali, ioquitur enim de delectatione in patria, vbi neque delectatio, neq. operatio est moraliter bona cum non sit libera. Respond. ergo D. Thom. solum velle aliquam delectationem esse optimum, & summum bonum, non ratione sui, sed ratione operationis, ad quam consequitur, & cum qua idem bonum reputatur, nā consecutio finis, & vitalis quies in illo, pro eodem reputantur, moraliter loquendo, licet physice differant

Ex dictis resoluitur. 7. quæstio an delectatio sit de se bona: & expetibilis, an vero præcise propter operationem. Pro parte affirmatiua est, quia D. Tho. art. 2 & 3. contragentes cap. 26. ratione. 6. ait non esse propter se expetibilem, sed propter operationē, & ideo nō posse esse beatitudinem, vel quid potissimum in beatitudine. Et art. 2. ad 2. ait. authorem naturæ posuisse delectationes propter operationes. Idem ait. 3. contragentes, cap. 26. ratione. 7. ergo saltem secundum ordinem naturæ non petest appeti delectatio, nisi propter operationem. 29

7. Quæst. An delectatio sit de se bona & expetibilis.

Pro parte autem negatiua est, quia ipse- 30

met

met D. Tho. q. 2. art. 6. ad. 1. & 4. d. 49. artic. 4. q. 3. dicit, delectationem de se esse bonam, & expetibilē: nam vt ait Eudoxus, quem in hoc non reprobat Aristo. 10. Ethi. cap. 2. stultum vel ridiculum est quærere propter quid velit aliquis delectari, cum delectatio sit per se expetibilis.

31 Dico. 1. cum Ferr. 3. contragentes, cap. citato, & D. Thom. hic, q. 34. art. 2. delectationem nō esse bonam moraliter de se sine ordine ad operationem, quia ex bonitate vel malitia morali obiecti sumitur moralis bonitas, vel malitia delectationis, sicut & cuiuslibet alterius operationis.

32 Dico. 2. delectatio non habet bonitatem, vel malitiam moralem distinctam a bonitate & malitia operationis, cognitionis, & amoris; nam posita operatione, de qua est delectatio, & cognitione atque amore ipsius, necessario sequitur delectatio ipsa, ergo in delectatione per se & seorsum ab istis, nulla est libertas, ac proinde nec bonitas, aut malitia moralis.

33 Dico 3. non est bona in esse naturæ & appetibilis, præcise, vt medium ad operationem vel alium finem consequendum, vel conseruā dum sed præscindēdo à quocumque fine per ipsam consequendo, aut, conseruando, est appetibilis. Ita sentit Fer. cum D. Thom. locis citatis pro parte affirmatiua quæstionis: Et probatur, quia quies vitalis in fine adepto secundum se est magna perfectio viuentis: sed delectatio est quies vitalis in bono adepto, ergo.

34 Dico. 4. delectatio non habet hanc bonitatem physicam, & appetibilitatem, nisi à bonitate operationis, tanquam ab obiecto, & forma extrinseca: & in hoc sensu non est bona, & appetibilis, nisi propter operationem, id est propter ordinem, quem dicit ad bonam, & cōsentaneam operationem, seu propter finē, aut eius adeptionem.

35 Dico. 5. bruta non appetunt delectationem proprie dictam, quia non cognoscunt actus internos appetitus, vel sensus interni.

36 Dico. 6. bruta appetunt delectationem improprie dictam: & multas alias operationes ordinatas ad conseruationem speciei, vel indiuidui, solum appetunt propter talem delectationem, quæ de se est illis bona & expetibilis. Author vero naturæ, adhibuit delectationem hanc, vt incitamentum, ad operationem vel ne operatio ipsa ommitteretur, quę indiuiduo vel speciei maxime necessaria est, Patet ex superiori quæstione, & notādū est maxime, quia quidam confundunt delectationem proprie, & improprie dictam.

37 Dico, 7. si bruta cognoscerent delectationē proprie dictam, minus illam appeterent sæpissime, quam operationem, quia aliquando est necessaria operatio ad conseruationem speciei, vel indiuidui, quæ melior est quam delectatio proprie dicta. Aliquando tamen magis amarent proprie dictam delectationem quam operationem Patet in actionibus iudicris, quæ immediate ad nihil aliud conducunt nisi ad inducēdam delectationē improprie dictā, quę minus bonū est quam proprie dicta, & est operatio, de qua sumitur delectatio proprie dicta: ergo magis amabilis illis esset delectatio proprie dicta, quam operatio de qua sumitur.

An vero licite possint homines appetere aliquam delectationem corpoream proprie vel late dictam sine ordine ad cōsecutionem, vel conseruationem alterius boni, non est huius loci examinare, & censeo, delectationem proprie dictam, quando est de obiecto moraliter bono, esse propter se expetibilem. De dicta vero improprie, aut late distinguēdū est. Si enim hoc nomine intelligatur actus sensus quo aliquod obiectum percipitur, per se est licite expetibilis: Si vero de quadam dispositione corporis secundum calorem, frigiditatem &c. Quæ est quidem conueniens naturæ, non tamen necessaria, nec permanens, sed cum operatione ipsa transiens: verbi gratia, cum actu venereo licito, dico nō esse propter se expetibilem licite, & sic sancti, & Theologi peccatum arbitrantur in coniugibus copulari præcise proprer delectationem & similiter comedere aut bibere propter solam delectationem. Tale autem peccatum tantū est veniale secundum communem, & veram opinionem Theologorum & philosophorum Alia circa istā concl. 7. habes trac. 9. disputat. 3. sectio. 4. *Quæst.*

Quæst. 8.

38 *An delectatio proprie dicta sit perfectior amore ad quem consequitur.*

8. quæstio vtrum delectatio proprie dicta sit perfectior amore ad quem consequitur, vt delectari de visione, quam amare illam. Capreol 1. d. 1. q. 1. art. 3. ad. 1. contra. 3. conclusionem, delectationem hanc præfert amori, quia est finis amoris, ex D. Thom. q. 15. art. 3 &. q. 34. art. 4. ad. 1. Confirmatur, nam posteriora generatione, sunt priora perfectione.

39 Dico tamen, amorem esse perfectiorem quia delectatio est effectus & quasi propria passio amoris, imo omnes alij actus voluntatis ex amore procedunt. Et quia amor in suo esse est magis abstractus; & independens, quia nec dependet a futuritione obiecti, vt desiderium neque a præsentia, vel consecutione illius, vt delectatio, sed fertur in bonum, abstrahendo a præsenti, præterito, & futuro. Confirmatur. nam his rationibus amor præfertur cæteris actibus, ergo, & delectationi Aliqui probant: quia odium quod opponitur

delec-

delectationis de bonis Dei est maius peccatum quam accidia, quę opponitur delectationi de bonis Dei ergo maius bonum est amor Dei, quam gaudium de bonis illius. Antecedens probant ex D. Tho. 2. .q. 34. & 35. Sed hæc ratio solum procedit saltem immediate de bonitate morali, & multa inuolut dubia, aut falsa; scilicet diuersam esse bonitatem moralem in amore & delectatione, & malitiam in odio, & accidia, seu tristitia: ideo hanc rationē ommitto.

40 Ad fundamentum Cap. Respond. non esse finem intrinsecum amoris, nam finis intrinsecus, & obiectum amoris idem sunt: delectatio autē hō est obiectū amoris, ergo. Sed dicitur finis amoris, vel quia sistit tota actiuitas amoris in delectatione, vel quia amare possessionem alicuius boni, virtute, & implicite est amare quietem vitalem in illo, ac proinde delectationem, quæ est quies vitalis in bono possesso Per accidens etiam potest extrinsece delectatio esse finis amoris, quatenus potest appeti amor propter delectationem, vt si ego velim amorem vt adducat, mihi delectationem. Non autem omne quod extrinsece ordinatur ad aliud vt ad finem, est perfectius illo; potest enim quod nobilius est, propter ignobilius amari, etiam licite, vt tractatu, & in hoc tractatu, disputatio. 2 dictum est, & varijs exemplis illustrari potest.

Sectio. 2. *Vtrum in intellectu & voluntate beati sit aliquod præmium accidentale, seu accidentalis beatitudo.*

41 PArs negatiua suaderi videtur, quia quidquid datur in præmiū vel est præmiū totale, & adæquatū respondens meritis, vel aliqua eius pars, sed neutrū horū est præmium accidentale ergo nullū datur accidentale præmium.

Conf quia vel debetur meritis, & sic est præmium essentiale, aut substantiale: vel non debetur, & sic nullo modo est præmiū, ergo nullum datur præmiū accidentale, & alioqui omnia quæ dantur beatis, extra id quod dicitur præmiū essentiale, dicentur accidentalia præmia, & cum in his beati sint inæquales, fiet, æquales in meritis nō esse æquales in præmio, quod videtur absurdū Deinde beatitudo essētialis est statusomnium bonorum aggregatione perfectus, extra aggregationem autē omnium bonorum nullum bonum est, ergo uulla erit beatitudo accidentalis.

42 In oppositum est communis doctornm cōsensus in communi Patrum traditione, imo & scriptura fundatus, vt videbimus. Nam Luc. 15 dicitur, ita gaudium erit in cœlo, super vno peccatore pœnitentiam agente & infra, gaudium erit coram Angelis Dei. Vbi sine dubio est sermo de nouo gaudio extra illud, quod consequitur visionem beatam. De quo etiam potest intellegi id Psal. 149. Exultbunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus, suis, &c. & Sap. 7. fulgebunt iusti, & tāquā scintillæ in arundineto discurrent, iudicabunt nationes &c Et Matth 19. Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim &c Ratione probatur, quia beatitudo essentialis est, sine qua homo beatus non esset, & ad beatitudinem essentialem reducitur augmentum intensiuum, & extensiuum actuum, in quibus consistit quatenus Deum respiciunt. Deinde etiam, ad beatitudinem essentialem reducerētur ea quæ ipsam consequuntur, vt proprię passiones, & ipsam antecedunt, vt causæ: extra illa autem bona, multa sunt alia in beatis, quæ omnia nomine accidentalis beatitudinis nuncupantur. Et quia etiam dantur intuitu operum, licet non sint debita, dicuntur accidentalia præmia; tū quia non cadunt submerito de condigno, sed de congruo congruitate se tenente exparte operum; sicut congruit Deum contrito dare gratiam vel ex parte Dei, sicut congruit Deū conferre interdum maiora auxilia supernaturalia melius exercenti vires naturæ, vel vtenti prioribus auxilijs supernaturalibus,

aff. & vera. 1. arg. ab autho.

Aliquod est præmiū accidētale in beatis.

2. argum.

Quod sit præmium essentiale & quæ ad illud reducātur quæ non, sed ad accidētale.

Ex quibus patet. 1. etiam in opinione asserente dilectionem vel delectationem, quæ cō sequitur visionem beatificam non esse de essē tia beatitudinis, illam non esse appellandam beatitudinem accidenralem, quia consequitur necessario ad essentiam beatitudinis. Vnde pro eodem præmio reputatur: sicut enim, qui dat formam dat consequentia ad formā; & eadem actione, qua producitur subiectum producitur passio inde resultans: vel saltem eadem actione moraliter produci cēsetur, ita qui meretur beatitudinem essentialem, consequenter eodem merito mereri censetur, quæ ad illam necessario consequentur Vnde omnia illa reducuntur ad præmium essentiale: qua propter etiam habitatio in cœlo empytio ad beatitudinem essentialem spectat, & gradus propinquitatis ad Christum proportionatus gradui visionis beatificæ, habere etiā beatitudinem naturalē pertinet ad beatitudinem essentialem: quia beatitudo supernaturalis naturalem exposcit.

43 *1. Corol.*

2. Patet augmentum visionis, quod Deus confert vltra condignum vt dicemus quæst. 114. ex Luc. 6. mensuram confertam &c. Non esse præmium accidentale. 1. quia est pars visionis beatificæ. 2. quia ex congrua, & liberali pro-

44 *2. Corol.*

Pro parte

li prouidentia Dei necessario sequitur gradum visionis, cadentem sub merito de condigno.

3. Patet non tantum gaudium de bono creato esse beatitudinem accidentalem, sed plura alia ad intellectum & voluntatem spectantia. Nec quando D. Tho. 1. p. q. 95. art. 4. dixit esse gaudium de bono creato, definitionem tradere intendit, nec de gaudio, vt præscinditur ab actibus intellectus loquitur, sed eo nomine comprehendit actus intellectus, qui ad eliciendum gaudium eiusmodi requiruntur. Nec etiam placet opinio Richard. 4. d. 49, art. 5. quæst. 1. & Supplementi, ibi, quæstion. 4. definientium beatitudinem accidentalem, vt sit actus animæ circa obiectum creatum: tum quia multi actus habent Deum pro obiecto, qui ad beatitudinem accidentalem pertinent, scilicet illi, qui nec sunt visio beatifica, nec ad illam necessario consequuntur: tum quia aliqui actus habent creaturam pro obiecto, qui ad beatitudinem accidentalem non pertinent, vt cognitio creaturæ secundum esse possibile, quæ cognitio consequitur necessario ad talem gradum visionis Dei: vnde ad beatitudinem essentialem pertinent. Nec etiam placet definitio quorundam, vt beatitudo accidentalis sit quælibet supernaturalis perfectio beati, quæ versetur extra obiectum beatificum, quod est Deus, prout beatificum est, idest prout est clare visus. Nam multæ sunt perfectiones pertinentes ad beatitudinem accidentalem, quæ nullum habent obiectum proprie loquendo, vt potestas iudicandi in die iudicij, quæ est beatitudo accidentalis, & aliæ non versantur extra Deū, vt & obiectum beatificum, quæ pertinent ad beatitudinem accidentalem vt diligere proximum dilectione consequente cognitionem eius in verbo, imo diligere Deum clare visum, quoad bona extrinseca, quæ dilectio est libera. Imo & aliquæ perfectiones mere extrinsecæ pertinent ad beatitudinem accidentalem, vt diligi, honorari, esse in bona opinione apud alios &c. Vnde falsum est, quod aliqui dicunt, hanc beatitudinem accidentalem in sola propria operatione consistere, sicut beatitudinem essentialem. Nam re vera consistit etiam in alijs, scilicet in omni perfectione intrinseca, vel extrinseca per se expetibili, quæ non pertinet ad beatitudinem essentialem modo superius explicato: quia quidquid pertinet ad complementum, & decorem beatitudinis essentialis, vocatur accidentalis beatitudo, vt colligere licet ex D. Tho. 4. d. 49. q. 5. art. 1. ad. 1.

47 3. Corol. Definitio premijs accidentalis.

46 1. Diffic.

De hac beatitudine accidentali variæ sunt difficultates quæst. 114. discutiendæ, & ideo hic eas tantum attingam. Prima, an respondeat operibus extra gratiam factis, quæ non sunt digna beatitudine essentiali, nec illam merentur, merētur autem saltem decongruo, aliquod aliud præmium, vt multi docēt, quos ibi referemus.

2. an respondeat operibus in gratia factis. 2

quæ nullo modo procedunt à gratia, & charitate: nam de his aliqui dicunt, mereri beatitudinem essentialem, nos vero dicemus, nō illam mereri, sed dumtaxat beatitudinem accidentalem.

3. An beatitudo essentialis respondeat, 3

operibus ex gratia, & charitate factis præcise secundum intensionem actus charitatis a quo emanant. Bañes enim & aliqui ex Thomistis hoc affirmant, & consequenter asserunt, opera inæqualia exgenere suo, & alijs circunstantijs, & actu charitatis æquæ intenso manantia, mereri inæquale præmium accidentale, non vero essentiale. Sed eorum 47
sententiam nec esse veram, nec D. Thom. ibidem ostendemus, vt & fuse ostendimus in materia de charitate. Breuiter autem ratio est, quia etiam pensatur meritum præmij essentialis ex dignitate subiecti habentis maiorem, vel minorem gratiam, & ex obiecto actus charitatis, & intensione, extensione, & alijs accidentarijs perfectionibus. Siquis enim actu charitatis æquali secundum intensionem velit pro Christo martyrium pati, alius vero dare eleemosinam; plus meretur primus. Et similiter, qui vult dare maiorem eleemosinam, & qui cum maiori difficultate elicit actum charitatis, vel cum maiori intensione, nam in his omnibus casibus actus ipse elicitus à charitate est moraliter melior: ac proinde est magis meritorius premij essentialis. Et idem est de actibus aliarum virtutum, qui ab illo imperantur, & procedunt.

Quid autem sibi vult D. Thom. 1. p. q. 95. 48
art. 4. & Rom. 8. &. 1. Cotinth. 3. lectione. 2. distinguens in actibus nostris duplicem bonitatem, & dignitatem, vnam prouenientem ex actu charitatis, à quo procedunt, vel impetantur, alteram ex obiecto, & eius quantitate, priorique bonitati, dicens, respondere beatitudinem accidentalem, difficile est explicare. Et. 1. Quidem posset intelligi, nullum opus esse meritorium præmij essentialis, nisi iuxta mensuram actus charitatis imperantis, & iuxta bonitatem quam actus charitatis habet ex intensione, difficultate obiecti &c. 2. Et melius nullam opus esse meritorum præmij essentialis, nisi imperetur a charitate, bene tamen præmij accidentalis, & maioris præmij accidentalis, licet actus chari-

charitatis imperans, sit omnino æqualis bonitatis & dignitatis. Quod solum censeo esse verum. 1. quando opus alterius virtutis ex charitate procedens, habet suam propriam libertatem, vt siquis ex amore Dei ingressus est religionem, opera omnia, quæ in gratia operatur ex vi illius ingressus, quæ sunt propria talis status, sunt meritoria præmij essentialis & habent suam propriam libertatem & quæ meliora sunt ex genere, erunt magis meritoria siue in eodem homine siue in diuersis, qui actu æque bono charitatis statum religionis susceperunt.

2. Quando & si actus alterius virtutis quoad substantiam vel aliqua alia non habeat propriam libertatem, sed tantum sit liber in causa, nempe actu charitatis, tamen fuit intensior, vel extensior, quam actus charitatis exigebat: tunc enim etiam est meritorius maioris præmij essentialis. Neque D. Tho. totam rationem merendi ponit in actu charitatis; nam infra q. 114. articul. 4. licet dicat meritum primario fundari in charitate, addit tamen secundario fundari in operibus aliarum virtutum & non loquitur de merito præmij accidentalis, sed expresse de merito vitę æternæ. Et ibidem articulo. 2. Addit, hoc meritum crescere ex magnitudine & difficultate, quam opus habet ex obiecto; &. 2. 2. quæstion. 104. articul. 3. ait rationem meriti sumi ex virtute obedientiæ, & quæcumque virtutum opera ex hoc esse meritoria apud Deum quod fiunt, vt obediatur voluntati eius, scilicet ad iuncto actu charitatis: qui à tali actu obedientiæ raro separatur.

Deinde cum D. Thom. ait, actibus elicitis charitatis respondere præmium essentiale, reliquis vero accidentale, non intendit actibus charitatis elicitis nullum præmium accidentale respondere, nam re vera illis respondet duplicitet. 1. Vt actus respondet obiecto: gaudent enim beati etiam gaudio non sequente visionem beatificam, de actibus elicitis charitatis, quos habuerunt in via, & hoc gaudium est accidentale, cum nec sit pars beatitudinis, nec causa illius, nec ad illam necessario consequatur. Et cum essentiale præmium inuariabile sit, & æquale in omnibus habentibut æqualia merita visionis Dei; hoc autem gaudium non sit huiusmodi.

49 Addo tamen ex Molina, imo & D. Thom. 1. part. quæstione. 63. articul. 9, ad. 3. gaudium de his, & alijs operibus, proprie & stricte loquendo, non esse præmium accidentale, siquidem sine vllo speciali concursu Dei, per solum generale ordinis naturæ, vel gratiæ, resultat ex beatitudine essentiali, & rectitudine voluntatis & alijs habitibus, quos beatus habet. Recta enim, & bene disposita voluntas gaudet connaturaliter de operibus bonis prius factis. Vnde sectione sequenti dicemus, gaudium eiusmodi de martyrio, & similibus non esse proprie aureolam. Id tamen aduertendum est, licet actus exterior non addat meritum ad interiorem, vt tractatu de bonitate, & malitia humanorum actuum dicemus; ac proinde nec illi respondeat speciale præmium substantiale, tamen illi respondere speciale gaudium: gaudebit enim, qui actu dedit eleemosynam, non solum de affectu dandi eleemosynam, sed etiam de ipso exercitio prę terito. De quo tamen non gaudebit, qui affectum habuit, sed reipsa pauperibus non subuenit. 50

Addo etiam, inter præmia accidentalia, non infimum gradum tenere reuelationes speciales, quæ beatis fiunt extra verbum,

Sectio. 3. Quid, & quotuplex sit aureola, & ad quam potentiam pertineat.



Dico. 1. aureolas dari in beatis. Ita enim docent omnes Theologi: D. Thom. 4 d. 49. q. 5. Soto, q. 5. Richad. art 5. Supplem. q. 4. Paludanus, quæst. 8. articul. 4. Ouandus propositione. 27. & sequentibus, Angl articul. 6. Altisiodo. 4. summæ tract. 7. cap. 6. q 4 Alensis. 3 p: q. 12. memb. 3. ad. 2. &. 4 p. q. 86. memb. 3. art. 4. §. 3. ad 1. Maior. 4. d. 49. q. 22. & sequentibus; Martinus de magistris tractatu de fortitudine tit. de martyrio, & tractatu de temperantia. q. 4 Bonauent, in centiloquio, capi. vltimo, Henri. quodlib. 2 q 12 Antoni 3. p. tit. 3. ca. 3. Viguer. c. 14 § 1 Abulensis Matth. 17. Henriq. de fine hominis, cap. 37. § 6. D Tho. addition quęst. 96. Acceperunt autem hoc nomen ex sacris libris, vt ait Ribera lib. 2. de templo cap. 3. num. 5. nam Exod 25. præcepit Deus in labio mensæ propositionis, quæ figura est æternæ beatitudinis, fieri coronam interra silem altã quattuor digitis & super eam alteram coronam aureolam. Nomine prioris coronæ essentiale pręmium designatur, quod corona dicitur danda a Christo, Isai. 61. Spiritus domini super me: &c. vt darem eis coronam pro cinere: & Psal. 102. qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Vbi Augustinus coronat (inquit) in nobis Deus misericordias suas; licet alij coronare dicant signifi- 51

1: Conclusio in beatis dantur aureolæ.

significare circumdare. De hac corona vide, 1. Corinth. 9. 2. Timoth. 2. & 4. & Iacobi. 1. & 1. Petri. 5. & Apoc. 3. Quę in eodem Exodi capite per coronam auream, quæ erat super arcam designatur. Corona enim signum est Victoriæ & dignitatis regiæ & omnes sancti gloria & honore coronantur vt victores & vt reges, ipsorum enim est regnum cælorum. Illa autem corona aurea sic dicitur Apoc. 4. 5. & 14. propter eximiam eius perfectionem, & excellentiam, corona autem illi superposita significans quoddã accidẽtale præmium, aureola dicitur, non laureola, vt ab imperitis sæpe dicitur, non quod aurea non sit, nam vt Ribera supra obseruauit, hebræę voces auream coronam significant, sed quia comparatione alterius parua erat, aureola, ideſt corona parua aurea vocatur. Hanc autem Aureolæ interpretationem habet Gloss. Exo. 25.

52 2. Conclu. Dico, 2. tres sunt aureolæ, scilicet martyrum, virginum, & doctorum, quæ sumuntur ex scriptura à D. Thom. 2. Timoth. 4. & 4. d. 49. & alijs ibi, & Ioanne Ferdinan. in thesauro, verbo corona, num. 3. Nam de aureola Virginum intelligit Beda, & alij, id Apocal. 14. Cantabant canticum nouum, & nemo poterat dicere canticum &c. Vbi specialis prærogatiua Virginibus tribuitur; de quibus etiam dicitur habere nomen agni, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. De hac etiam aureola intelligitur id Sap. 4. Quam pulchra est casta generatio cum claritate &c. Et in perpetuum coronata triumphat, in coinquinatorum certaminum præmium vincens. Hanc, expositore Chrysosto. consecutæ sunt prudentes Virgines, Matth. 13. Item illi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum, Matth. 19. De martyribus intelligunt multi id Apocalyp. 7. Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione. Sed clarius Apocalyp. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Quamuis probabile sit, in his duobus locis Apocalypsis, sermonem esse de omnibus sanctis, & non de solis martyribus. Legite Riberam in omnia hęc Apocalypsis loca. Significatur etiam aureola martyrij, in illis verbis Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus &c. De aureola doctorum dicitur. 1. Petri. 5. Pascite qui in vobis est gregem Dei &c. & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronã. De hac corona dicebat Paulus discipulis, Philip. 4: Gaudium meum, & corona mea: Et. 2. Thessaloni. 2. discipulos vocat coronam suam; & Daniel. 11. Qui ad iustitiam erudiunt multos, tanquã stellæ firmaměti fulgebunt in perpetuas æternitates. Quem locum sic intelligit Hierony. & late Pererius, lib. 15. in Danielem. Adidem est id Matth. 5. qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Rationam reddit D. Tho. quia corona respondet victoriæ, ideo tribus insignibus victorijs tres respondent coronę. Tres enim sunt præcipui hostes Christi, mundus, de quo triumphat Martyr, Caro, de quo Virgo, Dæmõ, de quo doctor ab eius insidijs gregem Christi defendens. Ideo his tribus victorum ordinibus tres aureolę respondent. Et forte summus Sacerdos Christum significans, coronam habebat tribus ordinibus distinctam, vt refert Ribera, 3. de templo, ca. 14. & 15. ex Iosepho, 3. antiquitat. capitulo. 9. ad significandum, Christum his tribus sanctorum ordinibus speciales coronas gloriæ tribuere.

Quædam opinio de aureolis.

Quidam autem existimant, coronas istas, non esse modo in anima, sed futuras in corporibus gloriosis. Sed comuniter hoc reijcitur, quia licet certum sit, in corporibus futurum aliquem splendorem specialem, qui istorum dignitatem, & excellentiam significet, non est tamen cur animabus negetur, cum gloria corporis ex gloria animæ redundet, & ea præcipue vicerit. Vnde in prædictis testimonijs significatur, beatos iam possidere has aureolas.

53 Alia opin.

Alij dixerunt, has aureolas nihil aliud esse, præter visionem beatam, datam hoc, vel illo titulo. Itaq. quatenus propter martyrium datur, dicitur aureola martyrum. Sed hoc est contra mentem Bedæ, & aliorum, qui de aureolis loquuntur, quia illa potius dicitur aurea martyrum, quam aureola; nec est superposita alteri coronæ maiori, vt aureola in Exodo, solumque addit habitudinem, & respectũ, qui non est proprie corona cum sit specialis aliqua perfectio D. Thom. ait esse gaudia propria, & specialia de illis insignibus victorijs propter propriam excellentiam, quã habent ex obiecto, iuxta ea, quæ ex illo relata sunt sect. præcedenti.

Alia opi. D. Thom.

54 Obiectio. solutio quorundã.

Si obijcias, in hoc sensu esse plures alias aureol. Respondent aliqui, in vno sensu esse verũ, scilicet, quatenus aureola, significare potest quamcumque accidentalem perfectionẽ additam coronæ aureæ. Tamen specialiter accommodatur, inquiunt. illud nomen ad significãda propria præmia, quæ respondent tribus illis insignibus victorijs. Quia vero hoc gaudium non tam videtur speciale premium qaã quid cõsequens ex natura rei ad essentiã beatitudinis, & rectitudinẽ volũtatis beatorũ, ideo addũt illi, præter hoc gaudiũ, quod perse cõsequitur ex his principijs, cõferri à Deo his sãctis aliquos speciales honores, propter dictos specialestitulos, vt verisimile est cõferri docto.

maio-

maiorem aliquam diuinarum rerum intelligẽtiam. Et Apocalyp. 14. significatur, dari Virginibus specialem coniunctionem cum Christo, seu specialiter deputatos esse ad laudes eius canendas; & de martyribus similiter.

55. *Obiect. 2.* Si autem adhuc, in hoc sensu. 2. obijcias, quia etiam apostolis; & pauperibus voluntarijs videtur promissus specialis honor: videntur ergo habere etiam aureolam, & ita erunt plures aureolæ. Idem est de alijs sanctis habẽtibus speciales dignitates.

Solutio eorũdam. Respondent ex D. Tho. non esse inconueniens, alijs dari etiam specialia præmia accidentalia, tamen illa tria in hoc genere esse potissima, ideo specialiter numerari.

56. *3. Conclu.* Ego autem existimo, & dico. 3. gaudium eiusmodi non esse proprie aureolam, 1. quia licet sit beatitudo accidentalis, quatenus sequitur ex cognitione aliqua non beatifica, tamen non est proprie præmium, etiam accidentale, cũ non contingat speciali beneficio Dei remunerantis, sed virtute, & radicaliter in præmio essentiali contineatur, non tanquam effectus necessario consequens visionem Dei, sed tanquam effectus, ad quem ipsa visio per habitus, qui illam necessario comitantur, valde inclinat. Recta enim & bene disposita voluntas de bonis operibus in gratia, imo & in peccato factis, gaudet solo concursu generali causæ primæ. Aureola autem est proprie præmium accidentale, vt recte docet Molina, 1. p. quæst. 63. art. 9. ergo tale gaudium non est aureola.

2. Quia aureola est præmium quoddam fixum, stabile, & perpetuum, huiusmodi autem gaudium variabile est per voluntatem beati, ergo. Vnde dicendum est, vel esse habitualem quandam cognitionem accommodatam statui virginum, martyrum, &c. quæ per actualem cognitionem ab ipsa elicitam facit prorumpere in speciale gaudium, & cãticum. Quo pacto intelligo D. Thom. vt scilicet loquatur de gaudio causaliter, non formaliter; vel est signum, & insigne quodam spirituale impressum animæ, & intellectui, quo distinguuntur personæ illorum trium ordinum, & ab illis quę in nullo illorum trium ordinum sunt, & ab ijs, quæ sunt in distincto ordine; sicut in republica sunt signa, & insignia quædam, quibus doctores, & magistri in varijs facultatibus inter se, & ab alijs distinguuntur, & senatores, vel auditores, vel duces, &c. Et sicut eiusmodi signis honorantur, vel etiam remunerantur aliqui subditi à regibus temporarijs, ita sancti à Rege æterno Christo. Deinde in ecclesia militante dantur tres caracteres, quibus tres personarum ordines, & gradus distinguuntur, scilicet caracter Baptismi, quo baptizati à non baptis distinguuntur, & confirmationis, & ordinis. Præterea ex communi opinione pro numero ordinum dantur caracteres ordinis, & Episcopus suum habet specialem caracterem, vel extensionem caracteris sacerdotalis, ad consecrandum corpus Christi mysticum, seu ad ordinandum, & similia; & quando sacerdoti in ordinatione confertur potestas absoluendi, extenditur ad hoc eius caracter: ergo similiter in Ecclesia triumphante debet dari distinctio personarum diuersi ordinis per caracteres, & figuras indelebiles, perpetuaq. & splendida signa, & insignia.

De caracteribus.

Pro quo operepretium duxi meam sententiam de sacramentali caractere breuiter explicare. Suppono autem contra Durandum non esse ens, sed relationem rationis: & contra Scotum, non esse relationem realem, nec qualitatem alterius generis supremi distincti ab eo in quo sunt qualitates naturales; contra Richardum, 4. d. 5. a. 2. q. 1. ad. 3. (vbi tanquam probabile id ponit) nec esse qualitatem alterius generis supremi, quod affirmat Molina, 1. p. q. 12. a. 6. disp. 5. de visione Dei, & alijs qualitatibus supernaturalibus. Suppono etiam, hanc qualitatem esse distinctam à subiecto, vt rem à re, & non tantum vt modum à re, sicut figura distinguitur à quantitate; quod probabile putat Sotus, 4. d. 1. q. 4. art. 2. Contra quas opiniones videre licet Bellarm. 2. de sacram. c. 19. Valentiam. lib. de efficacia sacram c. 7. Suarez, 3. p. tom. 3. disp. 11. sect. 2. & 3. Caietanũ, Valen. & alios, 3. p. q. 63. Vbi D. T. Caietanus, & ali dicunt, esse in secunda specie qualitatis. Idem Soto, & Valentia supra, & Richar. supra idem ait probabile. Hoc etiam tenet Martinus Ledesma, 1. 4. q. 4. a. 2. Barthol. Ledesma lib. de sacram. difficult. 8. Henriquez. 1. de sacram. capit. 13. §. 3. & 4. Contarenus. 1. de sacram. Naclantus Theorem. 5. de sacram. Angles de sacram. quæst. 4. art. 2. & 3. Viguer. cap. 16. vertic. 14. Antoninus. 3. p. tit. 14. ca. 11. §. 6. Palud. 4. dist. 4. quæst. 3. Capreol. q. 1. Abulen. Matth. 16. quæst. 74. Ludouicus Lopez in instructo. cap. 55. Alan. de sacram. cap. 46. Petrus de Soto, sect. vltima de sacramentis, Herue. 4. d. 4. qu. 1. Carthusia. & Argentina ab eo relatus idem tenet de caractere ordinis, & cõfirmationis, sed de caractere Baptismi, ait esse in prima specie, (licet Henriquez illo capit. 13. dicat caracterem baptismi ponere in quarta specie, confirmationis vero in prima, ordinis vno in secunda) Cister. 4. d. 8. q. 2. art. 1. videtur ponere omnem caracterem in secunda specie, & similiter Catechismus Romanus. Et supposito quod sit qualitas, esse in prima, vel secunda specie qualitatis, docet Scotus, 4. dist. 6. qu. 10. Ouandus ibi, proposit. 16. Nicolaus Nijsse. q. 12. de baptismo. Sed Suarez

57. *Quid sit caracter. Sententia authoris de caractere sacramentali. Suppositio. 1. Suppositio. 2.*

rez illa sectio.3.latissime conatur ostendere, non esse in secunda specie qualitatis in quapo nitur naturalis potentia, & impotentia. Vnde ipse tenet esse in prima specie qualitatis,& esse habitum non operatiuum, secundum quem subiectum bene, vel male disponitur, vt gratia, sanitas, pulchritudo, &c. Idem tenet Bellarm. tit. de sacram. capit. 19. propositio. 3. & 4. Palaci. etiam, 4.dist.4.disputatione.1.tenet non esse potentiam physicam sed moralem, ac proinde non esse in secunda specie qualitatis. Alensis etiam, 4.part.quæstio.19.membr.1.artic.2.ait, esse habitum ordinatum, aliquomodo ad agendum, & ex se disponere animam ad recipiendam gratiam. Idem tenet Bonauentura,4. dist.6.part.1. art. vnico,quæst.1.vbi Bassol,q.3. Alb.artic.3. Alphonsus Camera epitome de sacramentis, capit.6.etiam tenent,esse habitum non operatiuum.

58. Alij tenuere, esse in quarta specie qualitatis, quæ est figura, eo quod caracter sit figura quædam spiritualis. Huius opinionis meminit Alensis supra,& D.Thom.illa, quæstio. 63.artic.2.ad.1. & alij antiqui; vnde constat antiquam esse,eamq.secutus est postea Marsilius,4.dist.4.art.1. conclus.7. & Anibal libr. de Baptis.cap.9.& Richardus.4. dist. 5.art.2. quæst.1.ad.3.ait enim,quod licet sit extra genus qualitatis positum ab Aristotele tamen similitudinem habet cum figura.Et Alensis supra ait,quod licet in anima non sit figura proprie, sed translatitie, & metaphorice, tamen dici posse, quod caracter, quemadmodum & imago existens in anima, (scilicet species impressa, vel expressa) est figura intelligibilis, proportionem habens,cum corporea. Hanc sententiam late & bene docet Catherinus,opusculo de caractere.

59. Alij dicunt, esse in 3.specie qualitatis, vbi sunt qualitates per se sensibiles. Huius opinionis meminit etiam D. Thom. artic. illo. 2. ad. 2. Alensis, & Bonauentura supra, & defendi posse tenet Ocham,4.qu.6. Eam tenuit Altisiod.4.summæ,c.de Baptismo Christi.

60. Alij tenent,sub diuersis rationibus posse collocari in pluribus speciebus,vt calor ponitur, in 1.2.& 3.specie.Hanc opinionem refert Bassol.supra:fauet illi Richardus,& Scotus,supra relati dicentes,poni posse in varijs speciebus qualitatis. Scotus ait, posse poni in prima & secunda,Richardus vero,in prima,secũda, vel quarta.Idẽ tenet Maior.4.d.6.q.1. Gab. q.2. dub. 4.dicens, sub diuersis rationibus esse, in prima,secunda,& tertia specie.

Alij tenẽt,in nulla earum esse, neq.hoc esse contra Aristotelẽ, quia ipse in prędicamento qualitatis ait fortassis,& alij apparebunt qualitatis modi.

Hæc omnes opiniones quodammodo veræ sunt,& ad explicandam non solum caracteris, sed & aureolæ naturam spectant. Ideo & diligenter relatæ sunt. Et illa, quæ asserit, caracterem esse figuram quandam spiritualem, magis est ad rem. Pro cuius intelligentia aduertendum est,secundum Gab. 4.dist.6. quæstio.1.not.2.& Ocham,4. quæstio.2.& plures alios caracterem non esse signum ex natura rei, sed ex diuina institutione, vt talis,aut talis vestis est signum profitentis hanc, vel illam regulam, vel religionem. Ego vero existimo esse signum naturale, non quasi per consequentiam, vt effectus est signum causæ, vel ecõtra, sed quia est imago,& similitudo, non per modum conuenientiæ, vt imago imperatoris repræsentans ipsum propter conuenientia in externa forma, & apparentia, sed per modum obiecti dicentis intrinsece habitudinem signi, ratione cuius obiectiue ducit in cognitionem alterius rei, ad quam significandam ex natura sua intrinsece institutus est; Sicut enim species impressa est signum naturaliter repræsentans per modum principij, & expressa per modum termini, ita caracter per modum obiecti. Vnde est imago pure obiectiua, naturaliter tamen, & intrinsece representans, & hac ratione ponitur in quarta specie qualitatis. Hanc autem esse caracteris naturam, probo. 1. ex ipso nomine, quo vtantur omnes sancti cum Concilio Florentino,& Tridentino,& Innocentio.3. & Augustino: Caracter enim græce idem est, quod latine figura. Vnde & hebr.1. vbi vulgata habet,figura substantiæ eius,Græce, habetur caracter;nomen autem proprium significare solet essentiam rei, ergo hæc qualitas essentialiter est figura,& imago, & non tantum ex institutione significat. 61.

Probatur. 2. quia per caracterem configuramur Christo,& ideo Hieronym.in 1.expositione epistolæ ad Ephesios,ca.1.caracterem vocat figuram conditoris,& Augustinus,6.cõtra Donatistas,c.1.& tractatu,5.& 6.in Ioannem,vocat caracterem Christi,seu dominicũ; hoc autem non est propter conuenientiam in caractere; Christus enim nullũ habet,neq. habuit caracterem,vt docent D.Tho.3. p.q.63. art.5.Alensis.4.part.quæst.19.membr. 11.Abulensis Matth.16.quæst.82. Richardus,4. d. 5.art.2.quæst.4.ad.1.Capreolus, 4.dist.4.q. 1. art.3.Gab.dist.6.q.2.dub.6.Soto dist.1. quæst. 4. artic. 5. Bellarminus 2.de sacrament. capit. 19. in fine, Suarez. 3. part.tomo.1.disputatione, 46. sectio. 3.& tom. 3. disputatione. 11.sect.4.& alij cõmuniter. Neq.verũ hoc est propter potestatẽ moralẽ,quã nobis dat caracter,similẽ potestati Christi:hoc enim licet possit verificari in caractere ordinis, per quẽ 62.

possumus

possumus aliqualiter gratiam cum sacramentis conferre alijs. Sicut Christus tamen in caractere baptismi, & confirmationis non verificatur, quia Christus non potuit recipere gratiam aliorum sacramentorum, sicut nos per caracterem baptismi, nec potuit tueri fidem propriam, vt nos per caracterem cõfirmationis, nullam enim habuit fidem. Intelligẽda ergo est hęc configuratio, quia sicut Christus habet intrinsece rationem caracteris, Hebr. 1. *Cum sit splendor glorię, & figura, &c.* Ita nos rationem caracteris habemus accidentaliter; & quia sicut species configurat nos obiecto, prę stans nobis in esse intentionali, quod obiectũ habet in esse reali; ita caracter configurat nos Christo, quia confert in esse intẽtionali, quod ille habet realiter: Caracter enim baptismi naturaliter significat, Christum esse dominũ, & nos de familia ipsius: Caracter vero confirmationis, ipsum esse ducem, nos milites ipsius; caracter vero ordinis, illum esse summum Sacerdotem, & ministrum sacrorum, nos vero consacerdotes, & inferiores ministros in sacris. Vnde Aureolus apud Capreolum, 4. d. 4. q. 1. a. 2. arg. 6. contra, 1. conclusionem ait; secundum dicta sanctorum caracter non est aliud, quam qualitas quædam, quæ est similitudo, & propria species animæ Christi, iuxta id Galat 3. *Omnes qui in Christo baptizati estis* (sci licet siue bene, siue male) *Christum induistis, quia recepistis similitudinem animæ Christi*: Et Rom. 8. *Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri, imagini filij sui*: Et 1. Corinth. 15. *sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem cœlestis*: Et Dionys. 2. cœlestis hierarchiæ, vocat caracterem, lumen quo signamur, & sigillum. Sed Capreolus ar. 3. ad illud argumentum reijcit Aureolum; quia si caracter esset expressa similitudo, non apparet, quomodo distinguantur species caracteris, nisi forte, quia Episcopalis, & Pontificius sit species expressior, quam sacerdotalis, & sic Episcopus melius intelligat Christum, quam Sacerdotes &c. Hæc autem obiectio nulla est; quia tanquam quædam signa, ex parte rei significatę distinguuntur, vt explicuimus.

3. Ergo probatur intentum, quia nulla potest adduci ratio, quare repugnet dari spiritualem similitudinem, & imaginem pure obiectiuam. Si autem non repugnat, magis expedit Deum ea vti ad significandum prædicta, quã signis ad placitum; ea ergo vtitur, & ea est quam caracterem appellamus.

4. Probatur, quia Concil. Tridentin. & Florent. & scripturæ, & Patres, hanc qualitatem explicant nomine signi, signaculi, & sigilli, & impressionem eius, nomine signationis, & obsignationis, vel sigillationis, quod indicium est in significatione sitam esse essentiam huius qualitatis, ac proinde non significare ad placitum.

Confirmatur efficaciter, quia signum ad placitum non dicitur forma figura, effigies, & imago rei, hæc autem qualitas sæpe his nominibus appellatur à sanctis, ergo non est signum ad placitum, sed naturale. Minor probatur ex Ambr. 1. de Spiritu sancto, capit. 6. *Spiritu signamur, vt splendorem, ac imaginem eius, & gratiam teneri possimus; Quod est vtique spirituale signaculum*; & infra: *Signamur vt Spiritus sanctus exprimat in nobis imaginis cœlestis effigiem*: Et Hieronym. Ephes. 4. in 1. expositione ait; *Vt illam recipiamus imaginem, & similitudinem, &c.* Similia dicit capit. 1. & Abulensis Matth. 16. quæst. 74. caracter est figura, qua aliquis imprimenti configuratur, vt cera sigillo; sic in baptismo Galat. 3. *Quicumque baptizati estis, Christum induistis*: Idest imaginem eius, & figurationem accepistis. Et Alensis, 4. part. qnæstio. 19. membro. 2. adducit glossam in id Ezechi. 18. *Tu signaculum similitudinis Dei*: Asserentem, imaginem Trinitatis in creatione factam compleri in baptismo, scilicet ratione caracteris assimilantis intelligibiliter.

Confirmatur 2. quia caracter appellatur lumen, non autem appellaretur sic recte, nisi pertineret ad intellectum, & ex natura sua haberet vim manifestandi, repręsentando, & significando naturaliter, ergo id habet. Maior probatur, ex Dionysio, qui vt omnes docent, loquens de baptizato recipiente caracterem, c. 2. Eccles. hierarch. p. 3. sic ait: *Hunc diuina maiestas in suum consortium intus admittit, eique lucem suam perinde ac signum aliquod tradit, &c.* Et toto illo capite baptismus appellatur mysterium, seu sacramentum illuminationis. Et hebr. 6. dicitur: impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, idest baptizati, vt communiter omnes exponunt. De quo vide Riberam ibi.

Alensis, & Bonauentura supra, & Ambr. 1. de Spiritu sancto, capit. 6. de Caractere intelligunt id Psal. 4. *signatum est super nos lumen vultus tui domine*: Idest repræsentans lumen tuum, illumque manifestans. Et ideo ibidem ait Ambrosius: *Spiritu signamur, vt splendorem, ac imaginem eius, & gratiam tenere possimus*. Et Damascenus, libr. 4. capit. 2. ait: *Per baptismum regeneratio, signaculum, præsidium & illuminatio in nobis efficitur*. Ex quo testimonio Altisiodorensis. 4. summæ, capit. de baptismo Christi, caracterem ait, esse lumen quodam, quia scilicet manifestat per modum signi naturalis, nos esse oues, milites Christi, & sacerdotes, vel ministros in sacris sub Christo, & quia

hæc signatio non conuenit Christo, ideo in eo non ponitur caracter.

63. Vt autem hæc qualitas melius significet, habet quoque ex natura sua, per se, vel per speciem ab ipso emanantem, causare sui cognitionem in intellectu separato à corpore corruptibili, vt innuit Alensis, 4. part. quæst. 19. membr. 2. & expresse docet Ocham, 4. quæst. 2. vbi ait, quod licet propter ordinationem diuinam, vel imperfectionem hiuus status caracter non efficiat sui cognitionem in intellectu coniuncto, tamen eam efficit in intellectu separato, scilicet humano, vel Angelico, vt expresse docet Altisiodor. supra. Nec mirum si id dicamus de caractere, cum Scotus, & multi alij senserint, Angelos, & animas separatas non intelligere materialia, saltem singularia, nisi per species acceptas à rebus in certa distantia, aut cooperantibus rebus per se ipsas ad earum cognitionem. Confirmatur, quia non repugnat dari aliquid supernaturale, cui sit conaturale emittere sui speciem in intellectu Angeli, vel animæ separatæ, tale autem est accommodatum ad dignoscendum, & distinguendum, ergo debuit imprimi baptizatis, cõfirmatis, & ordinatis, vt distinguerentur, & dignoscerentur ad alijs: hoc autem est caracter, quo sic animę illorum ad honorem, & gloriam suam ab alijs dignoscuntur, si bonę sint, si vero malæ ad ignominiam. Conducit etiam hæc distinctio, vt Angeli per caracterem agnoscentes, qui sint baptizati &c. opem illis ferant. Vnde Basilius oratione. 13. quę est exhortatio ad baptismum: *Propter caracterem* (ait,) *Deus sub se militantibus dat tesseras, &c.* Et infra: *Caractere sacro carentibus, os, aciemque intendit Dei gladius. Quomodo vendicauit te Angelus si bi? quomodo eripiet ex hostibus, si non aguouerit signaculum?* Et infra: *Thesaurus non obsignatus facile diripitur a furibus, ouis non signata citra periculum appetitur, &c.* Et Nazianzenus oratione in sanctum lauacrum ait, baptismum esse sigillum, quo conseruantur fideles, & quo, tanquam signo dignoscuntur esse Dei possessio.

64. Dices, hanc vtilitatem obtineri, reuelando omnibus Angelis, & animabus, in alia vita, qui nam habeant caracterem. Contra, quia sic superfluus esset caracter; eadem enim facilitate posset reuelari quis sit vere baptizatus, confirmatus, vel ordinatus, ergo caracter ad distinguendum, uel dignoscendum, esset frustra impressus, nisi ex natura sua haberet sui speciem emittere, aut cognitionem efficere. Vnde Parisiensis, libr. de baptism. cap. vltimo, quia non agnouit hanc proprietatem caracteris, reijcit communem opinionem asserentem, prę cipue poni ad distinguendum propter hanc enim proprietatem pertinebit caracter ad. 3. speciem qualitatis, vbi sunt qualitates, quę sui speciem emittunt, vel per se faciunt sui cognitionem.

65. In 2. autem specie constitui posset cum D. Thom. & alijs relatis, non solum quia caracter est moralis potentia aliquid efficiendi, vel recipiendi, vt recipiendi alia sacramenta à baptismo, cõseruandi, defendendiq. publice fidem, &c. vel eiusmodi moralem potentiam habet annexam: sed forte etiam, quia vt instrumentum Dei concurrit connaliter effectiue ad aliquem effectum, vt caracter sacerdotis ad consecrationem corporis Christi, & absolutionem pœnitentis; Caracter baptismi ad productionem gratię, quę confertur per alia sacramenta, vel ad producendum aliquod auxilium diuinum: quod etiam tribui potest caracteri confirmationis. Et præterea cuilibet caracteri potest tribui quod conferat recte dispositio gratiam sacramenti in quo imprimitur. Vnde Parisiensis, capit. vltimo de baptismo ait, propter caracterem iustificari hominem, nisi per eum steterit. Et si caracter non sit potentia physica, saltem potest dici, esse dispositionem physicam, quæ exigit dari gratiam homini dispositio, non autem omni. Et ideo Alensis, 4. part. quæst. 19. membr. 1. art. 2. & Bonauentura, 4. dist. 5. art. 1. quæst. 1. dicunt, esse dispositionem, non necessitatis, sed congruitatis; & D. Thom. 3. part. quæst. 63. arti. 4. ad. 1. absolute dicit, esse dispositionem ad gratiam. Vnde male Soto, 4. dist. 1. quęstio. 4. artic. 4. docet, prius natura dari gratiam, quam caracterem. Sic enim, quando non daretur gratia, non daretur caracter, quod est falsum. Et licet secundum Suarez, 3. part. tom. 3. disputatio. 11. sectio. 1. caracter solum sit dispositio moralis ad gratiam: tamen secundum Naclantum Theorem. 5. de sacramentis, est dispositio physica: dispositio autem ad aliquid recipiendum, sub ea ratione pertinet ad potentiam passiuam, vt diaphaneitas & mollities, quę disponunt ad recipiendum lumen, & species visibiles, vel ad diuisionem; licet Alensis, Bonauentura, & Richardus ea ratione caracterem posuerint in prima specie. Sed magis pertinet ad. 2. speciem, quia confert gratiam modo superius dicto. Et consonant Viguerius, cap. 16. verfic. 14. Henriquez, 1. de sacramentis, capit. 13. §. 4. 9. & 10. & Carthusia. 4. dist. 6. in fine, dicentes, caracterem ordinis efficere gratiam in eo cui sacramentum confertur. Idem sentiunt Paludanus, Antoninus, & Capreolus supra citati. Idem tenent Paludanus. 4. d. 1. q. 1. num. 85. Capreolus, qu. 1. art. 3. ad. 2. Durandi contra, 4. conclusionem. Fauet etiam D. Thom. 3. part. quęst. 62. artic. 1. & quęst. 63. art. 2.

arti.2.generaliter docens, caracterem esse virtutem instrumentalem; & de caractere confirmationis, armare, & roborare nos contra hostes fidei, dicunt Catechismus Romanus, & omnes doctores. Et ita Bellarmin. libr. 2. de sacram.capit.19. ait, esse actiuum; & conferre vt fides publice defendatur. Adde etiam reduci posse ad.2.speciem qualitatis, per modum potentiæ, quatenus illuminat intellectu, est enim lumen, vt supra ostendimus, & ideo baptizatis confert illuminationem, ex Damasceno. 4.fidei, capit. 10. Vnde Altisiodor. 4. summæ, cap. de baptismo Christi, ait, caractere illuminari Syndieresim, quia facilius videt Syndieresis per caracterem, quid faciendum, & quid non, quam si homo non haberet caracterem: id autem forte præstat caracter, non efficiendo directe iudicium, vel apprehensionem, hoc enim pertinet ad habitus iudicatiuos, vel apprehensiuos, sed per modum dispositionis, & conditionis, qua posita, pluribus speciebus vti possumus, aut melius eadem specie, vt sic melius apprehendantur, quæ mouere possunt ad rectam sacramentorum preceptionem, vel collationem, vel fidei defensionem; vel vt hæc in aliquibus casibus apprehendantur, in quibus propter aliquod animæ, vel corporis impedimentum apprehendi non possent, saltem æque facile. Denique, sicut opacitas, quæ impedit receptionem lucis, & specierum visibilium; & duricies, quæ impedit diuisionem, ponitur in 2. specie qualitatis per modum naturalis impotentiæ: ita de caractere dici posset, eo quod impediat naturaliter cogitationes, tentationes, vel motus malos, indeliberatos alicuius generis, aut gradus, in tali, aut tali euentu, contra debitam sacramentorũ susceptionem, vel administrationem, vel fidei defensionem insurgentes: sicut iustitia originalis impediebat peccata venialia, errores, passiones inordinatas animi, & destructiuas corporis. Hanc quoque vtilitatem attigit Damascenus illo capit. 10. dicens, in baptismo dari sigillum, custodiam, & illuminationem: & Parisiensis capit. vltimo de baptismo dicens, caractere baptismi debilitari potestatem dæmonum, quia incomparabiliter minus possunt aduersus baptizatos, quam aduersus alios; & facilius homines gratia deuotionis illustrari ad orandum: & alia bona opera facienda; & facilius compungi, & reuerti, si lapsi fuerint, propterea que magis esse dæmonibus formidabiles. Additque grauius puniri dæmones, qui eos tentant, quia violant domum Deo consecratam. Quæ caracteris vtilitates probantur, nam si eius natura & vtilitas in solo ornatu animi consisteret, impertinens, aut parum vtilis erit. Deus autem, vt author supernaturalis, dona vtilissima concedit, & præterea sacramenta, quæ caracterem conferunt cum iterari non possint ac proinde semel tantum gratiam conferant, modicæ erunt vtilitatis, & dignitatis, nisi ratione caracteris mirabilia præstent. Sunt autem omnium dignissima excepta Eucharistia, ergo has, vel similes vtilitates medio caractere afferunt. Quatenus tamen ornant indelebiliter animam, habitus dici possunt, & in prima qualitatis specie collocari: esse autem non solum ex diuina institutione, sed ex natura sua incorruptibiles, docet Bonauentura, 4. dist. 6. arti. 1. quæst. 5. Suarez. 3. part. tom. 3. disputatione. 11. art. 5.

66. Hæc omnia quæ de caractere dicta sunt, possunt de aureolis dici, nempe esse figuras quasdam, seu imagines, & signa naturalia impressa animis, quæ per se, vel speciem, quam ingerunt intellectui Angeli, vel animæ separatæ, vel coniunctæ corpori immortali, faciunt venire in cognitionem excellentis virtutis, quæ in Virginibus, doctoribus, & martyribus resplenduit.

67. Q. *De subiecto aureolæ.* *Decisio. Quod sit immediatum subiectum caracteris.* Si quæras, an aureolæ sint immediate in essentia animæ, vel in aliqua potentia? Loquendum puto de aureola, sicut de caractere, & ob eandem rationem ommitto opinionem Durandi, 4. d. 4. q. 1. num. 9. dicentis, si caracter est aliquid reale datum ad consecrandum, & similia, potius esse ponendum in potentia executiua corporali, quam in intellectu, vel voluntate. Hanc enim opinionem merito omnes impugnant, quia sic non esset in anima, quod est contra Trident. Florenti. scripturas & Patres. Hac igitur omissa opinione. Est 1. opinio ponens caracterem in essentia animæ, & non in aliqua eius potentia. Ita Suarez. 3. p. tom. 3. disp. 11. sect. 4. Bellar. 2. de sacram. c. 19. concl. 4. Marsilius, 4. q 4. a. 1. in fine, Palac. d. 4. q. 1. concl. 3. Suadent. 1. quia Trident. & Florent. dicunt, imprimi animæ. Secundo, quia poni debet signum distinctiuum in parte notiori; hæc est anima, ergo ibi est caracter. Tertio, quia qualitates non actiuæ sunt immediate in essentia, non in potentia, vt patet de gratia, & iustitia originali, sed caracter est huiusmodi, ergo.

2. Opinio est, esse immediate in voluntate. Ita Scotus, 4. dist. 6. quæst. 11. Bassol. quæst. 2. arti. 2. & probant. 1. quia hæc est dispositio ad gratiam, hæc autem est in voluntate. Secundo, quia est signum obligationis hominis ad Deum, obligatio autem est in voluntate. Tertio, quia inclinat ad actus religionis, qui sunt in voluntate. Fauet Ocham. 4. quæstio. 2. dicens, quod si potentiæ non distinguuntur realiter ab anima, conuenientius dicitur esse in essentia, quia non est principium intelligendi, vel volendi, quod tamen connotat

potentia.Si autem distinguuntur,conuenientius est in voluntate, quia est principium merendi, & nobilissima potentia. Anibal etiam libr. de baptismo, cap. 9. ait, esse præcipue in voluntate. Angles, quæstio. 4. de sacram. arti. 3. esse in tota anima, & eius potentijs, qui sunt eadem res, sed præcipue in voluntate.

69. Vnde est 3. opinio, esse immediate in anima, voluntate. & intellectu, vel quia non differunt, vt tenent Angles, & Anibal supra, vel quia hæc omnia Deo configurat. Ita Alensis, 4. part. quæst. 19. memb. 3. Bonauen. 4. dist. 6. art. 1. quæst. 3. qui addunt, per appropriationem quandam esse intellectu,quia, est imago quædam, imago autem intellectui appropriatur. Gab. autem,4.dist.6.quæst. 2. art. 3. dub. 2. ait, esse in anima, intellectu, & voluntate, si hæc non differunt, vt tenet, si vero differunt, esse in essentia, & si esset ponendus in potentia, conuenientius poni in voluntate.

70. 4. Opinio, vt communior, ita verisimilior est, esse in solo intellectu. D. Thom. 3. part. quæst. 63. art. 6. Caietanus ibi, Soto, 4. dist. 1. quæst. 4. art. 4. Paludanus, dist. 4. quæst. 2. art. 2. Capreolus, quæst. 1. referens Aureolum, art. 2. Richardus, dist. 5. art. 2. quæst. 2. Heruç. dist. 4. quæst. 1. art. 2. Alb. dist. 6. art. 3. Martinus Ledesma, 1. 4. quæst. 4. art. 4. Bartholomeus Ledesma de sacram. difficul. 8. Valentia, libr. de efficacia sacram. capit. 8. Viguerius, capit. 16. in principio. vers. 14. Lopez in instructo. capit. 55. Naclant. Theorem, 5. de sacram. Contarenus, 1. de sacram. Henriquez. 1. de sacram. cap. 13. §. 3. Canus de sacram. part. 4. Turrecremata, cap. quando de consecratione, dist. 4. Et valde probabile censent Bonauentura, & Alensis supra.

71. Probatur. 1. quia lumen spirituale est in intellectu, caracter autem est lumen spirituali,ergo pertinet ad intellectum.Minor est Basilij oratione. 13. quæ est exhortatio ad baptismum, Damascen. 4. fidei, capit. 10. Ambros. 1. de Spiritu sancto, capit. 6. & 2.de pœnitentia, capit. 6. Dionysij de Ecclesiasti.hierarch. cap. 2. part. 1. 2. & 3.Beuxamis,tom. 1. harmoniæ, fol. 20. cum Augustino, 1. de pecca.merit.& Chryso. expos.inchoata epist. ad Rom.cap.6.prope finem,& lib.de vera, & falsa pœniten. cap. 3. Clem. Roman.6.constitutio. Apostol. cap. 15. Clement. Alexandr. 1.pedadog. cap. 6. Chrysosto. Theophylact. Oecum. Sedu. Ambros. & Anselm. heb. 6. sic explicantium,quod ibi ait Paulus; impossibile est,eos qui semel sunt illuminati. Idem Nazianz. orat. 40. in sanctum laua crum, & oratione in sancta lumina; Catechism. Roman. Titel. in id Ioan. 1. erat lux vera, D. Thom. 3. part. quæst. 63. art. 2. arg. 2. & eius solutione, & quæst. 84. art. 10. ad. 1. & 4. contra gentes, cap. 70. Richard. supra, Altisiodor. 4. summæ,cap. de baptismo Christi, Alensis, 4.part.quæst. 19.memb.1.art.2.Bonauenturę, 4.dist.6.part.1.art.vnico,q.1.Alb.art.3. Aureoli apud Capreolum,4.d.4.q.1.arg.6.contra,1.conclusionem,Henriquez de sacram.ca. 13.§.2.Bellami.1.de verbo Dei, cap.17. ad.5. & lib.de baptismo,c. 18.& lib.de pœnitentia, capit.13.

Et confirmatur,quia diximus,esse vim quã dam iuuantem ad rectam apprehensionem, talis autem debet esse in intellectu,ergo.

2.quia omnis figura, imago, & similitudo spiritualis pertinet ad intellectum, caracter est imago,& similitudo,vt ostendimus, pertinet ergo ad intellectum. Confirmatur, ex eo quod adducit supra Bonauentura ex Augustino,lib.de spiritu, & anima, imaginem scilicet intentionalem esse in potentia cognoscitiua.

3.Forma,quæ imprimit sui speciem,magis pertinet ad intellectum, quam ad voluntatem,vel essentiam animæ, sed caracter est huiusmodi ex dictis,ergo.

4.Quod est principium proximum agendi ad extra,vel ad intra magis pertinet ad intellectum, quam ad voluntatem, vel essentiam, huiusmodi est caracter,vt ostendimus,ergo.

5.Probat Sotus,quia caracter ordinatur ad efficiendam fidei professionem,per susceptionem vel administrationem sacramentorum, vel confessionem coram hostibus fidei, ergo sicut fides est in intellectu, ita caracter. Confirmatur, quia caracter ordinatur ad cultum Dei,modo supra dicto efficiendum,cultus autem Dei maxime pertinet ad intellectum in quo est interior oratio,& adoratio, & confessio,ergo.

Ad. 1. argument. 1. opinionis R. satis saluari Concilium, & Patres, ponendo caracteres mediate in anima. 72.

Ad. 2. R. animam non esse notiorem suis potentijs,sed minus,vel æque notam, data autem æqualitate in hoc,propter alias rationes quæ militant à parte intellectus, in eo debet poni caracter.

Ad 3.R.in intellectu esse posse formas, quę non eliciant intellectionem dummodo,ad intelligendum opem ferant proprio, vel alieno intellectui, quod diximus competere caracteri.

Ad.1.2.opinionis R.dispositionem, & formam non semper esse in eodem subiecto proximo,vt notant Alensis,& Bonauentura,& patet de actu intellectus disponente ad actum voluntatis,& de calore,qui est in toto composito secundum D.Th.forma autem est in materia

teria prima, & gratia est immediate in anima; dilectio autem, & contritio, quæ ad illam disponit est in voluntate. Præterea, nego Scoto, gratiam esse in voluntate.

Ad 2. R. caracterem ordinis, & confirmationis, nullam obligationem significare. Deinde dico, signum, & signatum non debere esse in eodem subiecto.

Ad 3. R. caracterem non inclinare ad actum religionis, sed dirigere. Deinde licet actus elicitus religionis sit in voluntate, tamen actum proprium imperatum, scilicet orationē, adorationem, & fidei confessionem esse in intellectu & cum eo magis conformari caracterem. Ad fundamenta 3. opinionis R. potētias inter se, & ab anima realiter distingui, & solum intellectum caractere immediate configurari, quia solus ipse potest immediate figurari, seu figuram, & spiritualem imaginem recipere.

73. Ex quibus constat, aureolas de quibus loquimur, esse immediate, in solo intellectu, quia sunt lumina quædam figuræ, seu imagines, & signa spiritualia distinguētia tres excellentissimos sanctorum ordines inter se, & ab alijs, scilicet martyrum, virginum, & doctorum. Neq. dissonat, quod quidam apud Carth. 4. d. 49. q. 8. ad finem, dixere, in beatis ita se habere aureolam, velut si regio diademati superponatur sertum de floribus speciosis. Hæc autem nostra opinio de aureolis animæ, ex decisione quæstionis sequentis cōfirmabitur.

74 Q. *An in corpor. b. gloriosis erit signū aliquod aureolis animæ respōdens.*

Sed quæstio est. Vtrum incorporibus gloriosis erit aliquod signū aureolis animæ respondens. D. Tho. 4. d. 49. q. 5. artic. 4. q. 3. ait, aureola proprie est in mēte, cum sit gaudium de operibus; quibus debetur aureola; sed sicut ex gaudio præmij essentialis resultat decor in corpore, qui est gloria corporis, ita ex gaudio aureolæ, quidam in corpore resultat decor, sicq. aureola essentialiter est in mente, per redundantiam vero in carne. Eodem modo loquuntur Carthus. 4. dist. 49. q. 8. Viguer, cap. 14. §. 1. in principio. Sed Sotus eadem distinctione, q. 5. artic. 1. addit aureolam redundare in corpus, quia in eo explicabitur per modum coronulæ in capite, vel instar palmæ. Et art. 2. in fine ait; quemadmodum essentialis beatitudo, quę in anima consistit, in corpus per dotes gloriæ refunditur, quæ quidem dotes vniuersis beatis communes sunt; ita & aureolæ, quæ sunt quorundam peculiares, aliqua habent insignia in corpore. Quod si quæras (inquit) vtrum in toto corpore, aut in quibusdam membris? Ex sacris litteris nihil comperti habemus, sunt tamen coniecturæ vt appareant in capite coronulæ figuratæ, nam aureola coronulam, vt diximus significat. Neq. probabilitate caret, vt quandam colorum varietatem præseferant; nam & corpora ipsa colorata erunt, non quod ex commixtione qualitatum, quæ in beatis sunt naturales, varietas illa coloris in aureolis oriatur, sed quod claritas ipsa gloriæ in capitibus virginum decorē quendam alboris præferat, & in martyribus subrubeum, & in doctoribus subviridem: & fortasse virgines in manibus cādida lilia gestare apparebunt, & martyres palmam &c. Et Angles, qnæstione de beatitudine, art. 6. in fine, accidentale præmium in insignia corporalia redundabit; virgines siquidem in capite aliquam coronulam albeam, martyres rubeam, & doctores viridem gestabūt. Sumpsere ex Paludano, 4. d. 49. q. 8. art. 4. vbi ait: per redundantiam aureolæ, erunt in corpore quædam decentia, & pulchritudo singularis repræsentatiua aureolæ, prædicatoribus in ore, virginibus in illa parte, martyribus in cicatricibus, vel alijs partibus corporis, secūdum genus martyrij, vt statim ex aspectu corporis sciatur qualis quisq. fuit, Virgo, martyr, aut Doctor. Idem Antonin. 3. p. tit. 30. cap. 8. in principio. Similia dicit Henriquez, de fine hominis, cap. 27. §. 8. Bonauent. in breuiloquio, cap. vltim. ait, aureolam facere non solum ad decorem animæ, sed etiam corporis; non autem explicat, quid sit ille decor corporis. Richard. etiam 4. d. 49. art. 5. p. 4. solum ait, quod ille decor erit effectus gaudij. vel aliquod signum ordinatum ad manifestationem gaudij. Et sane si solum poneretur in corpore aliquid naturaliter resultans ex gaudio mentis de operibus, quibus debentur aureolæ, illud nec vere esset præmium accidentale speciale, sicut etiam diximus de ipso gaudio; nec satis distingueret tres illos beatorum ordines inter se, & ab alijs, cum sit eiusdem rationis hilaritas vultus resultans ex hoc gaudio, & ex alijs, & in alijs beatis maior vultus hilaritas esse possit. Merito ergo prædicti ponunt aliquas speciales notas, & aliqua insignia peculiaria impressa beatorum corporibus, quibus tres illi ordines inter se, & ab alijs statim visu corporeo discernantur. Similiter ergo in animabus ipsis statuenda sunt. His cōsonat, quod refert Maior, 4. d. 49. q. 23. in fine, vulgo dici in patria fore aliqua signa, per quæ aureolę deprehendantur, quæ habebunt, Doctor in ore, martyr in parte, in qua percussus est, & virgo proportionabiliter. Addit tamen, non esse necesse ita dicere, quia aureola est gaudium, quilibet autem beatus, vt vi debit gaudium proprium, ita & alienum. Sed hæc impugnatio vim non habet, quia etiam expedit, vt oculo corporeo prędicti ab alijs discernantur, non solum à beatis, sed etiam à damnatis in die iudicij, & alijs temporibus; ideo debent esse impressæ notæ aliquæ in corpore, & anima,

maxi-

maxime, si nó quilibet beatus potest alterius semper cogitationes, & affectus nosse, vt aliqui tenent. Nec verũ est quod ait Maior, Angelũ sibi relictũ secreta cordis posse cognoscere. Licet autẽ in Christo nõ sit aureola, vt docet D. Tho. 4. d. 49. q. 5. art. 4. q. 1. & Sotus, q. 5. art. 2. conclu. 7. Angles ead. d. art. 6 difficul. 1. concl. 2. Richard. arti. 5. q. 5. & Viguer. cap. 14. §. 1. in principio. Qui varias rationes assignant, contra alios ponentes in Christo propriam aureolam, quas modo examinare non libet; tamen in eo est aliquid excellentius aureola, vt fatentur ibidem, D. Thom. Sotus, & alij. Vnde iuxta superius dicta verisimile est, in Christi corpore, & anima impressas esse notas, vel insignia aliqua, quibus statim omnes cognoscant, esse omnium regem, & redemptorem, &c.

In Christo non est aureola, sed forte quid simile.

75. In B. autem virgine esse aureolam Virginis, & Doctoris docet Suarez, 3. p. to. 2. disput. 2. sectio. 4. vbi ponit varias sententias, an habeat etiam aureolam martyris; & recte docet, verisimilius esse non habere proprie hãc aureolam, quia reuera martyr non fuit, vt alibi ostendetur: certum tamẽ putat habere aliquid peculiare in hoc genere, quod est insigne quoddam excellẽtissimæ fortitudinis, & charitatis eminentius aureola: sicut etiam est verisimile ob dignitatem matris Dei, & egregium pietatis opus, quod in Christum exercuit, habere singularem aliquem splendorem, & decorem, qui perfectior sit omni aureola, non tamen est aureola, sed perfectio quædam altioris rationis. Similiter in corpore Virginis ponit singularem aliquem, & admirabilem splendorem, vel aliquid aliud, quod sit veluti insigne regiæ dignitatis, ac diuinæ maternitatis, ac principatus, & dominij in omnes beatos, vt docet Bonauent. in speculo B. Virginis, cap. 9. Vnde ego in corpore, & anima Virginis ponendas existimo notas quasdam indelebiles, quibus prædicta significantur, quæ in anima sunt aureolæ, vel aliquid eminẽtius aureolis. Quamuis autem impugnatione carnis caruerit, excellentissimam in ea fuisse Virginitatem, & aureolam, recte docet Suarez ibi, & Supplem. 4. d. 49. q. 4. ar. 3. dubio. 2. & Martinus de Magistris, q. 4. de tempera. §. quæritur, Carthusia. etiam opusculo de laudibus Virginis, art. vlt. & ex professo docet habere tres aureolas. Quid autem sit necessarium ad aureolas martyris, virginis, & Doctoris, longum esset persequi. Videantur authores nuper, & initio sectionis relati: forteq. in materia demerito, q. 114. copiosè ddisseretur.

In B. Virgine an sit aureola.

Sectio. 4. Quid fructus in Beatis dicantur?

76. BEATITVDO essentialis, & quodli- *Decisio.*
præmium fructus est meritorum. Tamen D. Thom. 4. d. 49. q. 5. art. 2. Sotus, q. 5. art. 1. Angles artic. 6. Carthusianus, q. 6. Paludanus, q. 3. artic. 5. Ouandus propositio. 29. Henric. quodlib. 7. q. 11. & 12. Maior, 4. d. 30. q. 2. Antoni. 3. p. tit. 30. c. 8. §. 4. volunt, hoc nomine significari præmia quædam accidentalia respondentia diuersitati, scilicet coniugali, 30. viduali, 60. Virgineæ, 100. & est consentaneum Hieron. libris cõtra Iouinia. & Matth. 13. Vbi tamen Theophilact. & Ansel. accommodant illos tres fructus; centesimum profitentibus vitam contemplatiuam, sexagesimum profitentibus vitam actiuam cum singulari perfectione, trigesimum profitentibus actiuam communem. Idem fere Gregor. homilia. 16. & parum differt Athanas. epist. ad Ammonium. Augustin. vero. 1. Quæstion. Euangel. q. 9. illa tria accõmodat martyribus, virginibus, & coniugatis. Idem fere Cyprian. lib. de habitu virgin. Alij existimant, illis tribus gradibus significari omnes iustos, in quibus alij sunt perfecti, alij mediocres, alij infimi. Quod significauit Augustin. lib. de S. Virginitate, cap. 45. & 46. Vnde non est necesse ibi esse sermonem de accidentalibus præmijs, sed de inæqualitate præmij essentialis, vt significant citati patres: Hieronym. lib. 1. & 2. contra Iouinia. & epistol. ad Pamachium contra eundem, & Cyprian. epist. 76.

Sed cum eo sensu non pugnat alius de gradibus castitatis, & diuerso præmio accidentali eorum; quod D. Tho. & alij relati gaudiũ diuersum esse censent. At hoc gaudium, vt sectione præcedenti in simili diximus, non est speciale præmium loquendo proprie, cum in præmio essentiali; tanquam in radice, imo in rectitudine voluntatis, vndecumq. manante cõtineatur. Recta enim voluntas de benefactis gaudet; imo quodammodo est commune omnibus beatis; quisq. enim gaudet de benefactis ab alijs. Ideo fortasis, sicut diximus, aureolam esse caracterem quendam, & signũ speciale impressum intellectui, quo significetur naturaliter excellentia illius sancti, qui in tali, vel tali excellenti sanctitatis genere enituit; ita aliquis caracter, seu aliquod speciale signum ponitur distinguens gradus maxime diuersos, qui sunt in virtute castitatis; & fortasse in gradu virginum vnus est caracter, quo distinguuntur à communibus sanctis, & martyribus, & Doctoribus & ab ijs, qui coniugalem, vel vidualem castitatem perpetuo seruarunt. Sed de his, quæ longe à nostris sensibus sunt, & nec ratione, nec sufficienti authoritate inuestigari possunt, non possumus nisi diuinando loqui, neq. certum aliquid statuere.

()

Articu-

Articulus,5.Vtrum ad Beatitudinem requiratur corpus.

QVOD ad Beatitudinem huius vitæ requiratur corpus, disputat. 1. constitit. De Beatitudine autem supernaturali alterius vitæ duplex quæstio hic esse posset. Prima vtrum ad Beatitudinem requiratur cõ sortium corporis, vt medium necessarium, vel conditio sine qua Deus nõ beatificat animas. 2. An ad complemẽtum, & integritatem Beatitudinis sit necessarium consortium corporis glorioſi, & perfecti, quamque perfectionem, & gloriam habiturum sit corpus. De vtraque quæstione in sequentibus dicetur.

Articulus,6. Vtrum ad Beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis.

Articulus,7.Vtrum ad Beatitudinem requirantur aliqua exteriora bona.

Articulus,8.Vtrum ad Beatitudinem requiratur familiaritas amicorum.

IN his articulis tria tractari possent. 1. quomodo perfectio corporis, & externorum bonorum possessio, & familiaritas amicorum, conducere possint, quasi media ad fælicitatem naturalem, vel supernaturalẽ, alterius, vel præsentis vitæ consequendam. 2. An hæc bona sint de essentia, vel integritate fælicitatis huius vitæ. De his duabus actum est disputatione, 1. 3. quomodo hæc bona compleant alterius vitæ fælicitatem; quod in hoc 3. puncto difficultatem habere potest, tractabitur, cum agemus de gloria, & Beatitudine corporis.

QVAESTIO V. DE ADEPTIONE BEATITVDINIS.

Articulus. 1.Vtrum homo possit consequi Beatitudinem.

DE hac re satis constat ex superioribus, ostendimus enim, Deum videri posse, & in eius visione, vel etiam actibus eam consequentibus, sitam esse Beatitudinem.

Articulus. 2.Vtrum vnus homo possit esse beatior alio.

DISPVTATIO. 9. DE INAEQVAlitate Beatitudinis.

POSTQVAM actum est de Beatitudine, & eius perfectione, reliquum est inuestigare, an omnes beati in Beatitudine sint æquales, necne, & in quo inæqualitas consistat, & vnde proueniat.

Sectio. 1. Vtrum omnes Beati in Beatitudine sint æquales, vel inæquales.

IOVINIANVS tempore Hieronymi, beatos omnes in præmio, damnatos in pœna pares fecit, omniaq. merita, & delicta æqualia arbitratus est, iustosq. operari, nõ vt amplius mereãtur, sed ne quod acceperunt, aut meruerunt amittant, vt refert Hieronymus, 2. contra Iouinianum, & epistola. 17. ad Damasum, to. 7. significatq. August. hæresi. 82. D. Thom. opus. 19. cap. 6. Sic Iouinianus docuit, tempore Siricij Papæ, teste Castro, verbo, Beatitudo, hæresi. 7. Saudero, 7. de vi- 1. 1. *Senten. erroneã.*

de visibili monarchia, hæresi.87. Refert item Castro Iouinianum sub Damaso fuisse monachum, sub Siricio vero monachatum reiecisse. Præterea Lutherus sermone de B. Virgine, omnes iustos in sanctitate,& meritis pares inter se, & cum B. Virgine fecit. Fundamentum Lutheri & sequacium eius est, quia iustificamur sola imputatione iustitiæ Christi, & meritorum ipsius, quæ æqualiter nobis applicantur, vnde omnium gloria æqualis erit.

2. Contra hunc errorem vide Hieronymum 2.contra Iouinianum circa,4. propositionem Iouiniani, & in expositione symboli Damasi, & apologia ad Pamachium, pro libris suis cõtra Iouinianum. Vbi in principio significat, Iouinianum propter hunc errorem damnatum Romæ. *Cur, inquit, placitum huius vocis Romæ victorinus audire nõ potuit*: & paulo post: *damnatio eius, mei testimonium sit.* Vide etiam Augustinum supra, & libro de sancta virginitate, Castrum verbo Beatitudo, hæresi 7 Sotum, 2.naturæ, cap.20.4.d.49.q. 3.artic.2. Vegam, 10. in Tridenti. cap. 4. Hosium in confessione fidei, cap.87. Valentiam hic puncto. 3. D.Tho. Molinam, Vazquez, & alios, 1.p.q. 12.artic.6. vbi inquirunt, an vnus melius alio Deum intueatur. Durand.4.d.49. q.2. nu.27. adducit vt probabilem, opinionem asserentium, omnes beatos esse æquales in Beatitudine essentiali, licet oppositum securius censeat. Fundamentum Lutheri tractatu de gratia reijciendum est. Nunc breuiter error ipsius, & Iouiniani, confutatur. 1. ex Ioann. 14. 1.argum. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*, id est varij beatitudinis gradus, vt exponit D. Tho. 4.d.49.q.1.art.4. q.3. opuscu. 3. contra errores Græc. cap. 9. Augustin. tract.67. in Ioannem, & libro de sancta virginitate, cap. 26. Hieronym. 2. contra Iouinianum, Nazianz. oratione.1. Theologiæ, & oration.16. Gregor. 4.Moral. cap.42. & lib.35. cap.14. alias 24. Cyprianus, lib. de habitu virgin. vbi notat, Christum dixisse, esse varias mãsiones, vt nos excitet ad meliores. Idem lib. de laude martyrij, & Tertulian. contra Gnosticos, cap.6. & lib.de Monoga. cap. 10. Cyrillus. 9. in Ioann. cap. 31. & in id Isaiæ, cap.56. *Dabo eis in domo mea locum*; alijq. sancti, & Doctores. Sed R. Iouinianus intelligendũ de varijs ecclesijs, vel ordinibus ecclesiæ militantis. At Hieronym. 2.contra Iouinian. vrget, quia Christus addit; *Vado parare vobis locum.* Ergo de mãsionibus cælestibus loquebatur. Nec posset dici, Christum dixisse esse diuersas mansiones, non vero inæquales. Omnes enim sancti intelligũt, dictas esse plures, propter inæqualitatem.

2. Probatur ex Paulo, 1. Corinth. 15. *Sicut* 2.argum. *stella differt stella in claritate.* Vbi Paulus comparat ipsa beata corpora inter se, & dicit, fore inæqualia in gloria. Similiter ergo gloria animæ erit inæqualis, quia illi gloria corporis proportionatur. Ita hunc locum intelligunt, D.Thom. Chrysostom. Theophyl. Theodor. OEcum. Primasius, Beda, Anselm. & alij. Ibi Bern. epist. ad Guilliel. fere à principio, Hilarius, Ptalm.64. Basili. lib. de Spiritu sancto, cap.16. Tertullia. lib. de resurrectione carnis, cap.52. Hieronym. 2. contra Iouinianum; Augustin. lib. de sancta virginitate, cap.26. Verba multorum ex his sanctis refert Valentia supra; & hanc expositionem confirmat Vazquez. 1. p. disputatione 47. cap. 1. ex præcedentibus verbis Pauli. Sed dicet aliquis, quomodo resurgunt mortui, insipiẽs tu, quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur, & quid seminas? non corpus, quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus, sicut vult, vnicuiq. seminum propriũ corpus. Non omnis caro eadẽ caro, sed alia hominum, alia pecorum, & corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum: stella enim differt à stella in claritate. Sic erit resurrectio mortuorum. Vbi Paulus iutendit Deum pro meritis conferre gloriam humanis corporibus, vt & seminibus cõfert corpora varia iuxta varias eorum virtutes, & naturas, & corpora glorioſa fore inæqualia, vt inter corpora animalium, & alia est inæqualitas. Hæc expositio propter authoritatem sanctorum suspicienda, veneranda, & præferenda est alteri (si tamen altera est, & non pars eiusdem expositionis) quam adducit Vazquez, & assignant aliqui ex citatis patribus, & alii multi, vt comparet Paulus corpora glorioſa ad se ipsa, dũ erant in hac mortali vita vel in sepulchris, & velit, eadem à se ipsis fore longe diuersa, quia seminatur corpus animale, & resurget corpus spirituale &c.

3. Probatur hæc veritas ex alijs scripturæ 3. argu. locis, & in primis Hieron. adducit id Math. 5. *Qui soluerit vnum demandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum*: Vbi autem minimus, maior esse debet, ergo non omnes sunt æquales in regno cælorum. Sed obijciunt aliqui, nam qui docuerit, non autem seruauerit totam legem, nõ erit particeps gloriæ cælestis, ergo non loquitur Dominus de illa. Verum hæc obiectio friuola est, quia etiam si violauerit legem, poterit esse particeps gloriæ cælestis, si in minimo violat, imo etiam si in alijs dummodo pœnitentiam agat. Per se autem loquendo, & vt plurimum, qui abstinent communiter à peccatis mortalibus, vel etiam venialibus, plus merentur, quam cæteri; ideo in gloria præferendi

rendi sunt. Adducit etiam Hierony. id Matth. 11. *Non surrexit maior Ioanne Baptista; qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo*; ergo non omnes sunt æquales in Beatitudine. Obijciunt tamen aliqui, quia ibi præfertur Ioannes alijs, non in sanctitate, sed in prophetia, vt docet Iansenius in Concordia. cap. 47. & constat ex Lucæ 7. vbi licet aliqui Græci codices non habeant, propheta, tamen vulgatus codex latinus emendatus habet, non surrexit maior propheta. Sed obiectio non est ad rem: tum quia etiam si comparetur prophetis, comparatio potest esse in sanctitate, in qua illi floruerunt; tum quia etiam si ipse cum reliquis hominibus comparetur in prophetia, tamen Christus intendit eum in tota sua dignitate superari à minimo beatorum spirituum, quales tunc erant soli Angeli, quod sufficit ad colligendam inæqualitatem inter beatos. Et ita interpretatur hunc locum Augustinus. 2. contra aduersarium legis, cap. 5. Ambrosius in eum locum Lucæ 7. & melius argumentum summitur ex sensu Tertulliani. 4. contra Marcionem, cap. 28. num. 262. qui, vt ibi notauit Pamel. explicat; qui minor est per humilitatem, scilicet Christus, maior est illo. Quo pacto etiam interpretatur Augustinus locis citatis, & tractatu. 13. in Ioannem, Beda Lucæ 7. Chrysostomus, Theophylact. Euthimius, & Beda Matth. 11. Alium locum adducit Hieronym. ex 1. Corinthio. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisq. in suo ordine*; Scilicet dignitatis, iuxta cuiusque merita. Licet Chrysostomus, Theodoretus, & Theophylact. explicent in suo ordine, quia mali à dextris, boni à sinistris. OEcum. vero, & Primasius, id est, prius Christus, deinde reliqui. Ideo subiungit Paulus: *Primitiæ Christus, deinde ij, qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt.* Eadem veritas probatur ex 1. Corinth. 3. *Vnusquisq. propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem*; & 2. Corinth. 9. *Qui parce seminat, parce, & metet*: Scilicet messe, de qua Psalm. 125. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Matth. 13. *Alia terra bona fecit fructum centum, alia. 60. alia. 30.* De quo loco plura diximus disputatione. 7. sectio. 4. & Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: si vis perfectus esse vade, & vende, & habebis thesaurum in cælo*: & ibidem: *in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*: & Matth. 25. *Pro diuersitate talentorum, alij plus alij minus lucrati sunt*: Et Lucæ, 19. qui mna sibi tradita decem mnas adquisiuit, maiori præmio afficitur, quam qui quinque tantum acquisiuit; & 1. Cornth. 7. *Beatior erit, si sic permanserit*. & Matth. 18. *Quicumq. humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum*: & Apocalyp. 14. *Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quattuor millia*: Isai. 56. *Dabo eis* (scilicet virginibus) *in domo mea locum, & nomen melius, à filijs, & filiabus*: Matth. 20. *Sedere ad dextram meam, vel sinistram, &c.* 4. Probatur ratione, quia præmia, & supplicia respondent meritis, & demeritis, vt par est; & docet Paulus 2. Corinth. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq. propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum*: & Roman. 2. *Reddet vnicuiq. secundum opera sua*: & Apocalyp. 18. *Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.* Sed merita sanctorũ imparia sunt, ex Tridentino, sess. 6. cap. 10. & 16. cano. 24. & 32. & similiter demerita, ergo præmia, & supplicia inæqualia sunt. 4.

Cõfirmatur 1. quia respõdent gratiæ, gratia autem est inæqualis, siue sermo sit de gratia auxilij, siue de gratum faciente, siue de gratis data, iuxta id Ephes. 4. *Vnicuiq. nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi ergo.* Confirm.

Confirmatur 2. quia non omnes damnati erunt æquales in pœna, vt patet Apocaly. 18. & Sap. 6. *Potentes potenter tormenta patientur*: Matth. 10. *Tollerabilius erit terræ Sodomorum. &c.* Ergo neque omnes beati æquales in gloria; Deus enim non minus iustus est in distributione prẹmiorum, quam suppliciorum, imo pronior est ad remunerandum, quam ad puniendum. Ex quo etiam confutatur responsio, quæ poterat assignari à Iouiniano, scilicet habenti plura merita nõ dari maiorem gloriam, sed eandem pluribus titulis; sicut Christus nõ aliud meruit sequẽtibus actibus, quam primo: & quidam dicunt, actibus remissis non respõdere nouum præmium. Sed contra, quia nouis peccatis respondet nouũ supplicium, ergo nouis meritis etiam remissis respondet nouum præmiũ; in Christo autem non fuit possibile, quia primo actu meruit infinite. 5. Probatur ex Concilio Thelensi. epistola, seu decreto synodali ad Siricium Papam, vbi contra Iouinianum, inter multa alia sic dicitur; *Agrestis vllulatus est, nullam dignitatis gratiam, nullum castitatis ordinem velle seruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cælestium remunerationum inducere, quasi Christo vna sit palma, quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum.* Epistola hæc est. 81. inter epistolas Ambrosij, qui interfuit eidem Concilio; & epistola, 80. inter easdem, quæ est Siricij ad Ecclesiam Mediolanensem, damnantur generatim errores Iouiniani. Et Florentinum sub Egenio 4. sessione vltima in litteris vnionis, decreto de purgatorio definit, pro diuersitate Confirm. Solutio. Replica. 5. argum.

sitate meritorum, vnum beatum alio clarius Deum videre. Ad idē citatur Conciliū Aquileiense: sed in eo non reperitur: fortasse quia integrum non est.

Obiectio. Obijcies parabolam Matth. 20. de denario diurno soluto omnibus operarijs, incipiendo à nouissimis, qui vna tantum hora laborauerāt, vbi pro imparibus meritis videtur redditum æquale præmium. R. Valentia cum Hieronym. 2. contra Iouiniarum, Augusti. lib. de sancta virginitate, cap. 26. & sermo. 54. de verbis Domini, & in id Ioann. 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*, & Gregor. 4. Moral. cap. 31. alias 42. vel 43. & homil. 16. in Euang. Tertul. lib. de Monog. D. Thom. in hac. q. artic. 2. ad. 1. Soto, 4. dist. 49. quæst. 3. art. 2. Magistro & alijs eadem distinctione, Anselm. Matth. 20. per denarium eundem, significari eādem beatitudinem obiectiuā, vel speciem beatitudinis formalis, cū æqualitate durationis, & gloriæ corporalis, cum quibus stat, varios esse gradus Beatitudinis formalis.

Solutio. 1 Reijcitur Sed hæc solutio difficilis est, quia sic nullam quærelę ocasionem priores operarij habuissent, cum simpliciter maius præmium accepissent; licet alij ad eundem statum, eandemq. speciem, & durationem Beatitudinis animæ, & corporis euecti fuissent: ad idemq. Beatitudinis obiectum. Si vero dicas cum Chrysost. non oportere in parabolis singula verba accommodari, id quidem verum est in ijs, quæ sunt accidentaria, & extrinseca, obiterq. dicuntur. Alia vero in quibus consistit scopus & intentio parabolæ, similitudinem, & proportionem habere debent. Tota vero illa parabola eo præcipue tendit, vt declaretur, ex diuina gratia fieri interdum, vt qui tardius vocati sunt, minusq. laborasse videntur, æquale præmium accipiant. Et præcipue fit comparatio inter homines legis nouæ, & veteris.

2. Solut. Vnde communi expositioni addēdum est cum Molina, & alijs recentioribus, intentionem parabolæ esse, non maiori labori aut longiori maius præmium semper respondere; quia ex diuina gratia fieri potest, vt minus, vel minori tēpore laborantes, magis mereantur, eo quod intensius, vel difficilius operentur. Quod accidit Patribus noui testamenti, abundantiorem enim gratiam, soluto iam redemptionis pretio receperunt, quæ cū æquali labore amplius meruerunt, iodeoq. ampliori præmio remunerati sunt. Quod ergo dixit Paterfamilias; *An non licet mihi, quod volo facere?* ad radicem præmij, & meriti, non ad ipsum præmium secundum se referendum est. Quātum vero ad id quod dicitur, solutionem à nouissimis inchoatam, & quoad alia minutiora, non oportet accomodari parabolam, sed regula Chrysostomi seruanda est.

3. Solutio, scopum parabolæ esse, Deum alijs plus, alijs minus quam sperabant daturum esse, non ex mera liberalitate, sed ex iustitia, vt dando maius, vel æquale præmium, maiori tempore laborantibus, & ita multos primos futuros nouissimos, & ècontra. Quam expositionem late probat Maldonat. Matth. 20. ex ijs, quæ eodem & præcedenti, cap. cōtinentur, aitq. nō obstare. 1. quia si ij, qui prius venerunt ad vineam, diutius laborauerunt, nō sunt inferiores, sed æquales alijs in præmio, quomodo sunt nouissimi primi, & primi nouissimi. R. posteriores in eo fuisse cæteris prælatos, quia cum minori laborauerint tempore, non minus præmij receperint: hoc enim reddit maius præmium, non in se, & absolute, sed respectiue, & cōparatione laboris. 2. Ait, non obstare quod dicit; *Volo autem, & huic nouissimo dare, sicut, & tibi, an non licet mihi, quod volo facere*: Quibus verbis significari videtur, posterioribus operarijs, non ex iustitia, sed ex liberalitate integrum denarium datum esse. Respondetur enim, non sic locutum vt liberalitatem in posteriores operarios insinuaret, sed vt decorum personæ seruaret, & murmurationem iniustam esse ostenderet, non conueniebat personæ Patris familias vt vili operario declararet, cur tantum nouissimis, quantum primis daret? Nec si forte liberaliter agebat cum nouissimis, iuste primi conquerebantur; & forte noluit rubore primos suffundere, explicando rationem nimirum quod negligentius laborassent. Hanc expositionem parabolæ, elegit etiam Salmeron, to. 7 de parabolis, tractatu 35. eamq. ambo recte prosequuntur, sequentes Chrysostomum homil. 65. in Matth. Nazianzenum oratione. 40. quæ est in sanctum baptisma, & Nicetā ibi, in ea verba, verum dicit quispiam. Sed opponi potest, quod in fine parabolæ ait Christus, vt probet conclusionem illius; *Erūt nouissimi primi, & primi nouissimi, multi enim sunt vocati, pauci vero electi*: Ergo per primos nouissimos intelligit reprobos, & per nouissimos primos intelligit electos, ac proinde per denarium non intelligitur vita æterna, vt authores huius, & præcedentium expositionū supponunt. Propter hoc quidam ex recentioribus nomine denarij diurni, non intelligit vitam æternam, nec quippiam aliud, sed scopum parabolæ ait esse, multos, qui in hac vita videbantur primi, & plus, ac melius in vinea domini laborasse, futuros esse nouissimos, id est reprobatos, & à regno Dei exclusos, quia vel vocati non venerunt ad vineam, vel non vt oportebat laborauerunt. Alios vero, qui in hac vita videbantur nouissimi, ac minus laborasse in vinea, eligendos ad gloriam, quia strenue laborauerunt, & vt oportebat ad vitam æternam

3. 3. Solutio.

con-

consequendam. Iuxta hanc expositionem, nihil fere eorum quæ in parabola continentur, acommodari, & applicari potest ad reconditũ Christi sensum. Est præterea expositio hæc cõtra omnes patres, & doctores, ideo, licet acuta, dimittenda. Et ad extremam obiectionem Respon. Maldonatus, recte Christũ probasse, multos nouissimos fore primos, & primos nouissimos. Si enim multi sunt vocati ad vineã, & pauci electi ad gloriam, quia vel vocati non venerunt, vel in vinea non, vt oportuit, laborauerunt, quid mirum si ij, qui 1. venerũt, minus sint remunerati, quia negligentius laborauerunt, scilicet vel absolute, vel proportione temporis, quod in labore posuerunt. Aliam expositionem adducit Salmeron ex Caietan. quam non improbabilem putat, multos pauperes abiectos, & contemptibiles in hac vita, esse præferendos in æterna diuitibus, & honoratis, &c. Sed de his satis, ne in messem, quodammodo alienam falcem misisse videamur, quamuis sacrarum litterarum expositio à scholasticis Theologis aliena non est, maxime cum ea ad stabilienda dogmata fidei necessaria est.

2. sententia falsa. Alia sentẽtia est, omnes beatos esse inæquales in beatitudine essentiali. Sic Paludanus, 4. d. 4. q. 1. num. 9: & potest fundari in dicto Pauli, 1. Corinth. 15: sicut stella differt a stella. Ipse vero solum hoc fundat inquadam proportione inter Angelos, & homines; nam teste inquit Gregorio, homilia de Angelis, homines erunt æquales Angelis in beatitudine, sed omnes Angeli sunt interse inæquales, ergo, & omnes homines: alioqui latera ciuitatis Hierusalem essent inæqualia in perfectione. Excipit tamen ab hac proportione Christũ, & matrem, qui incomparabiliter omnes Angelos excedunt.

Conf. 1. Confirmatur. 1. nam ex multorum patrum sententia, homines assumuntur ad reparandas sedes, & restaurandas ruinas Angelorũ. Sed si Angeli qui ceciderunt stetissent, omnes fuissent æquales in gloria, ergo.

Conf. 2. Confirmatur, 2. nam Chrysostomus hom. 2. imperfecti, colligit Ioannem esse maiorem alijs, quia nullus eo maior; quæ collectio nulla esset, si aliqui essent pares.

4 *Conclusio 1. Ratio.* Sed tenẽdum est, non omnes homines inæquales esse in gloria. Probatur, 1. in infantibus, qui cum æquali remedio decedunt, vt omnes baptizati interse, omnes circumcisi interse, omnes remedio legis naturæ expiati, omnes innocentes martyres; neq. potest dici hos esse inæquales, non ex parte medij, sed diuinæ prædestinationis, vt ait Paludanus: siquidem Deus non prædestinat ad gloriam consequendam, nisi per hæc media, ergo si ea sunt æqualia, gloria erit æqualis; de quo plura dixi in materia de sacramentis.

2. Ratio. 2. Probatur ex Hieron. Matth. 11. & Aug. 2 contra aduersar. legis, & prophet. ca. 5. & q. 26 veteris testamenti, Suar. 3. p. tom. 1. disp. 24. sect. 3. Ioan. Arboreo, 9. Theosophię cap. 14. in fine, qui dicunt alios potuisse esse pares Icãni, ergo non omnes beati sunt inæquales.

3. Ratio. 3. Probatur, de adultis, qui ex libertate sua vel æqualibus auxilijs ad æqualem gloriam peruenire possunt. Nec Paulus dicit, omnes stellas esse inæquales in claritate; sed multas: & forte aliquæ sunt æquales. Quod vero Paludanus ait de æqualitate hominum, & Angelorum, gratis dictum est, & fortasse etiam multi Angeli sunt æquales in gloria, & multi homines sunt superiores omnibus Angelis, alij vero inferiores in gloria. Neq. homines assumuntur ad beatitudinem, quasi per accidens ocasione peccati Angelorum, sed perse 1. ex primaria Dei intentione: forte tamen nullus est Angelus, cui non sit æqualis aliquis homo, aut fere æqualis. Et nullus dęmon cecidit, cuius gloria quã consequeretur si toto conatu vteretur gratia Dei, non sit æqualis gloriæ alicuius hominis. Forte etiam in beatitudine accidentali nulli sunt omnino ęquales, vel saltem omnino similes. Neq. oportet dicere vnum latus ciuitatis cælestis esse homines, alterum Angelos, siquidem homines inserũtur choris Angelorum, aut si latera sunt, oportet esse æqualia, cum ædificium illud materiale non sit, sed spirituale, in quo non requiritur laterum æqualitas.

5 *Dubium* Beatos autẽ homines fore in numero æquales Angelis, nec Greg. dixit, nec verũ est. Vnde D. Th. 1. p q 23. a. 7 in fine ait; De numero omnium prædestinatorum, quis sit? dicunt quidã quod tot ex hominibus saluabuntur, quot Angeli ceciderunt. Quidam vero, quod tot saluabuntur, quot Angeli ceciderunt. Quidã vero, quod tot ex hominibus saluabuntur, quot Angeli ceciderunt. & in super tot, quot fuerũt Angeli creati, sed melius dicitur, quod soli Deo est cognitus numerus electorum in superna fælicitate locandus.

1. Opinio. 2

3

6

Conclusio.

Ex quibus patet ad fundamentũ oppositæ sententiæ cũ prima confirmatione. Ad 2. vero Resp. collectionẽ Chrysost esse probabilẽ, quia rarũ est aliquos adultos esse omnino pares & licet in alijs contingat interdum paritas, tñ in Ioan. cõtingere, nõ est vnde fiat verisimile.

Ad fundamentũ cõtrariæ sententiæ.

Ad conf. 1.

Ad. 2.

Sectio 2. in quo consistat inæqualitas Beatitudinis

Quidã dicũt, cõsistere in hoc, quod vnus aliquid videat eorũ, quę sũt formaliter in Deo, & non alius. Quę doctrina sane intellecta verissima est, & a quibusdam, quia

1. Opinio.

non intelligitur, impugnatur. Quilibet ergo beatus videt materialiter omnia quæ sunt formaliter in Deo, nemo tamen videt omnia illa formaliter, & explicite, & secundum proprias rationes, quibus ad inuicē distinguuntur. Sed quidam plura, alius pauciora, vnus hæc, alius illa, vt disputat. 4. abunde ostendimus: & in ea inæqualitate visionis diximus, consistere, quod vnus sit beatior alio, & ex eadem sequi, vnum videre in Deo plures creaturas, quam alium, sed in hoc vltimo nō consistere inæqualitatem beatitudinis: quia vt inquit August. 5. confessio. cap. 4: qui te, & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus est. Neq; huic doctrinæ aduersatur D. Thom. 1. p. q. 12. ar. 6. ad. 1. & 2. & ar. 7 ad. 3. & 3. contra gentes; ca. 58. Bonauentura, 4. d. 49. ar. 1. q. 6 Rich. ar. 2. q. 8. Durand. q. 2. num. 28. Maior, q. 2. Capreol. Soto & alij, eadē. distinctione, Scotus, d. 50. q. 5. Valentia. 1. p. q 12. puncto. 4. & 6. & 1. 2. q. 5. puncto. 3. Quando enim dicunt, videntes Deum, videre omnem rem, & modum formaliter existentē in Deo, loquuntur de eorum cognitione materiali, nō de formali, & secundum proprias rationes, vt late loco citato ex posuimus, & ostendimus.

Neq. obstat August. lib. 83 quæstionū, q. 32. dicens, qui rem aliter intelligit quam est fallitur, ergo qui intelligit Deum, non intelligendo eum secundum omnem modū quem habet fallitur. R. enim illum falli, qui affirmat de re, quod illi non competit, vel negat quod cōpetit. videntes autem Deum, licet non illū videant secundum omnem rationē, nihil affirmant de Deo, quod illi non competat, & nihil de illo negant, quod illi competat, & ideo minime falluntur.

8 *Conclu.* Dico ergo, vnum esse beatiorem alio, quatenus clarius, & distinctius, & secundum plures rationes Deum cognoscit, aut certe secūdum nobiliores. Visio tamen in omnibus est eiusdem speciei, imo æqualis secundum differentiam intrinsecam individualem, vt disputatione, 3. & 4. vidimus. Siue autem amor, & delectatio sint de essentia beatitudinis, vel integritate, siue non, similiter beati, qui dispares sunt in visione sunt dispares in amore beatifico, & delectatione, quia ad disparitatem visionis sequitur disparitas amoris, & delectationis: quod si ex æqualiter videntibus Deum, vnus in eo videat formaliter & explicite, rationes magis excitātes ad amorem quā alius, per cognitionem aliquam extra verbū, supplebitur cognitio in verbo, vt amor sit æqualis & ea cognitio extra verbum virtute diuina cōseruabitur necessario in intellectu, vt amor beatificus semper sit æqualis: vel quod verisimilius est, non admitto casum, sed qui distinctius, & melius videt Deum expeculiari Dei prouidentia, maiora videt semper in eo amādi motiua: & qui æqualiter videt Deū æqualia videt amandi motiua; & similiter dico de motiuis delectationis. Minus tamē intensiue, quam appretiatiue lætatur quis de alterius beatitudine, quam de propria, si cætera sunt paria, quia plus se amat amore charitatis, quā reliquos, cæteris paribus.

Neq. obstat August. tracta. 62. in Ioan. dicens, in beatitudine per charitatem fieri, vt quod est proprium singulis, commune sit omnibus. Et Gregor. 4. Moral. cap. 31. alias, 42. ait; tanta vis amoris in illa pace nos sociat, vt quod in se quisq. nō acceperit, accepisse in alio exultet. Et infra; vna cunctis erit beatitudo lætitiæ, quamuis non eadem erit in omnibus sub limitas vitæ. Resp. hos patres non velle, nos habituros æquale gaudium de bonis alienis, & proprijs, sed simile, & proportionale, siue ex visione in verbo, siue extra, sed interdum propter eximiam charitatem, & cognitionem magis gaudebit is, qui magis beatus est, de bonis inferioris beati, quam ipse inferior. De bonis autem Dei, & humanitatis Christi, & B. Virginis, & totius ciuitatis cælestis magis gaudebit quisq. quam de proprijs, quia bonum Dei, & Christi capitis nostri, B. Mariæ Reginæ mundi, & bonum commune proprio præferendum est. Inter priuatas autem personas proprium bonum alieno anteponitur: in accidentali etiam beatitudine magnam inæqualitatem esse, disputatione præcedenti constitit. Nam etiam, qui maiorem habent beatitudinem essentialem, possunt habere minorem beatitudinem accidentalē, quia minorem exigit eorum status: ex ordinatione enim Dei solis Martyribus, Virginibus, aut Doctoribus datur aureola, pauperibus voluntarijs potestas quędam iudicandi, fundatoribus Religionum reuelationes fiunt ad ordines ipsorum spectantes &c. Qui autē sunt æquales in beatitudine essentiali animę, similiter erunt æquales in gloria quasi essentiali corporis, vt sit eadem proportio inter corpora, quæ inter animas, sicut eadem proportio quæ est inter intellectus, est inter voluntates, quoad essentialem gloriam, quæ maioris est momenti.

9 *Occurritur obi. c.*

Sectio. 3. quæ sit causa huius inæqualitatis.

10 *Conclusio* RESpondetur causam physicam, & proximam esse inæqualitatem lu minis, non vero intellectus. Iam enim vidimus disputatione. 5. maiorem intellectū cum æquali lumine,

mine, non posse melius videre Deũ. Et præterea, intellectus humanos, & voluntates esse in se omnino æquales. Tamen de potentia absoluta, sicut potest Deus communicare visionem sui sine lumine, ita maiorem sui visionem sine maiori lumine, quidquid dicant Sotus, & alij. Causam vero remotam, & moralẽ, dicimus esse merita propria in hac vita habita, vel sacramenta in ea sumpta sine obice, & cum requisita dispositione; & gratiã atq. charitatem, quę his proportionantur, nam visio proportionatur lumini gloriæ, hoc gratię, & charitati, vt docet D. Thom. 1. p q 12. ar. 6. & 4. d. 49. q. 1 ar. 4. q. 4. Vnde Ioan. 4. dicitur de gratia. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternam. Gratia vero, & charitas respondent sacramentis, & meritis præsentis vitæ. Quomodo autem hæc omnia respondeant electioni, aut prædestinationi diuinæ, pertinet ad materiam de prædestinatione. Et quod ait hic D. Thom. alium alio fore beatiorem, prout perfectius fuerit ad beatitudinem ordinatus, potest intelligi de ordinatione intrinseca per gratiam, & charitatem, vel de extrinseca per electionem diuinam anteriorem, vel posteriorem præuisione meritorum, iuxta varias opiniones. Et quidem beatitudinem respondere meritis huius vitæ, & sacramentis in ea susceptis, patet, quia merita huius vitæ vel sacramenta sunt necessaria ad beatitudinem, vt sequenti disputatione patebit, ergo plura, aut maiora merita, aut maior participatio sacramentorum erit necessaria ad maiorem beatitudinem. Gratiæ autem, & charitati respõdere beatitudinem probatur, quia gratia est veluti essentia, ad quam, vt propriæ passiones consequuntur, charitas in omni statu, lumen autem glorię in alia vita, postquam nihil peccati purgandum supererit. Hæc autem doctrina non est omnino certa; quidam enim vt videbimus in materia de gratia, & charitate, cẽsent, actus remissos charitatis non obtinere in hac vita augmentũ charitatis, bene tamen gratiæ in esse gratiæ, vel etiam in esse qualitatis. Ethi dicent gloriam respondere gratiæ, & non charitati, nisi forte actuali, vt scilicet tãta sit gloria, quãta fuit huius vitæ charitas actualis, ideſt, quantum fuit meritũ in dilectione. Quamuis hoc meo iudicio admittendum nõ sit, quia non solum meremur per actus charitatis sed etiam per actus aliarum virtutum, vt diximus disputatione præcedenti, section. 2. & docet Molina, 1. p. q 12. art. 6. disput. 1. in fine. Quamuis existimo, nullum opus esse meritorium vitæ æternæ nisi exse, vel virtute alicuius actus supernaturalis præcedentis, tendat in Deum, vt finem supernaturalem. Existimo etiam, per actus remissos obtineri statim nouum augmentum charitatis, & gratiæ, nõ solum in esse gratiæ sed etiam in esse qualitatis: & merita mortificata per peccatum reuiuiscere quoad omnẽ gradum per quamcumq. contritionem & per quamcumq. attritionem cum sacramento, vt in materia de gratia, q. 114. ostendam. Vnde lumen gloriæ, & visio beatifica respondent charitati habituali, quæ est in instanti mortis, quæ communiter tota habetur ante tale instans, in aliquo tamen raro casu potest dari in instanti mortis vel tota charitas, vel aliquis gradus ipsius, vt alibi dictum est.

Articulus. 3. Vtrum homo in hac vita possit esse beatus.

Disputatio. 10. de requisitis ad Beatitudinem consequendam, per modum causæ moralis, vel causæ per accidens.

DE causis physicis per se beatitudinis dictum est disputatione. 5. nunc de causis moralibus qualia sunt merita, & de causis per accidens in quo genere sola mors est, & respectu aliquorum purgatorium, disseramus.

Sectio. 1. Vtrum merita, & bona opera huius vitæ ad consequendam beatitudinẽ necessaria sint.

HÆretici Simoniani, Simone Mago præceptore, censuerunt studium bonorum operum ad cõsequendam beatitudinem necessarium nõ esse, vt refert Irenæus li. 1. c. 20. Idẽ sensere Valẽtiniani teste Epiph. hæresi 85. circa medium, & Eunomiani teste August. hæresi. 54. & Luther. lib. de captiuita. Babylonica, cap. de Eucharistia, & lib. de libertate Christiana, & ser. domi. 3. & 4. Aduentus, & alibi sæpe. Hæc sententia dupliciter intelligi potest, 1. vt nulla ratione opera bona sint ad salutẽ necessaria. Quo sensu hanc hæresim docuere Simoniani & Eunomiani, & Valenti. Nam Simon Magus, vt refert Irenæus supra tradidit, posse homines vt liberos agere, quę vellent, & secundũ ipsius Simonis gratiã saluari homines, nõ secundũ opera iusta. De Valentinianis autem refert Epiphanius se non propter opera, sed quod ex natura sua spirituales essent, penitus & omnino saluari. De Eunomio autem Augustinus, adeo fuisse bonis moribus inimicum, vt asseruerit, nihil cuiq. obesse quorumlibet perpetrationem ac perseuerantiam peccatorum, si fidei, quæ

12 Hæretico rum error.

11

ab illo doceba tur particeps esset.Et Lutherus eodē modo se nsisse videtur:nam serm. dom. 3.aduentus, quem latine reddidit Buccerus, anno.1525 ait: Hic à scandalo caue diligentissime,quod obijc iunt tibi quicumq. docent se operari,&nō potius credere.Et rursum:Deus nullum opus à nobis requirit præter fidem. Et serm.domi. 4.aduentus ait:Clarum est homini christiano suam fidem sufficere pro omnibus;neque operibus ei opus fore Licet discipuli Lutheri non hoc modo,sed alio postea referendo dogma Magistri intellexerint.

13 2.Modo potest illa hæresis intelligi,vt opera bona,non sint perse,& immediate necessaria ad beatitudinem,vel iustificationem, vel rationem fidei quam testificantur, & fulciunt, nam conducunt ad domandam concupiscentiam,exercendam erga Deum obedientiam; ac proinde ad fulciendam, & testificandam fidem.Ita Lutheri dogma explicāt,& sequuntur discipuli ipsius,vt Melanthon in loco de Euangelio, kemnitius in examine Concil. Trid.sess.6 ca.11.q.1.de bonis operibus, Caluinus,lib 3.institutionum,cap. 1 sect 17.

14 Sed bona opera esse perse,& immediete necessaria ad beatitudinem, & iustificationem, & non solum ratione fidei fulciendæ, vel testificandæ,de fide est Matth.7. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum,& Pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorū. Matth.7.Non omnis,qui dicit mihi,domine, domine,intrabit in regnū cœlorum. Sed qui fecerit voluntatem Patris mei & ibidem: Omnis ergo qui audit verba mea et facit ea,assimilabitur viro sapiēti,qui ædificauit domum suam super petram &c. Omnis qui audit verba mea hæc,& non facit ea,assimilabitur viro stulto,qui ædificauit domum suam super arenam.Et cap.19.Si vis ad vitam ingredi serua mādata:& c.25:Venite benedicti patris mei, percipite regnū &c. Esuriui enim &c. Rom. 8.si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis:2. Timot 2,siquis igitur emundaueritse ab his,fiet vas in honorem:& ibidē:si sustinemus, et conregnabimus:2. Petri 1:satagite vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis:Hæbr 10:patientia vobis necessaria est,vt voluntatem Dei facientes,reportetis repromissiones: ideo Eccles.14.dicitur,ante obitum tuum operare iustitiam: & Gala.6.Quæ seminauerit homo, hæc & metet.

Conclu.de fide.

Irænęus,cap.2.lib.1.iustis,& æquis,& præcepta eius seruantibus,& in dilectione eius perseuerantibus vitam donans,incorruptelā loco muneris confert.Et lib.4.cap.32. manifestum est,quia non holocaustomata quærebat ab eis Deus,sed fidem,& obedientiam,& iustitiam propter illorum salutem. Origenes homil.1.in Iosue:& opera bona nos ad futurā vitam,velut fidele viaticū cōmitantur. Nysse oratione cathetica.cap.40.bona quæ in promissionibus proposita sunt,ijs qui recte vixerint,non possunt verbis describi.Cyprian. ser. de zelo,& liuore;in fine(ait)tunc nos demum eo peruenire posse vt Deum videre contingat,si ipsum nunc delectemus actibus nostris. Ambr.epist.44. in die iudicij aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum,tanquam molari lapide pressos mergent.Hiero.in id Psal.93.Qui fingit laborem in præcepto;Omnia præcepta laborē habēt. Sine labore non possumus possidere regna cœlorum.August.in Psal.49.Quid tā vile, quid tam terrenum,quam frangere panem esurientī?Tanti valet regnum cœlorū. Trident. sess. 6.cap.11.& canone.20.hanc veritatem definit, de qua plura in materia de gratia, vbi ostendemus,fidem non sufficere ad salutem, aliaq. opera perse ad illam conducere,& requiri, & non tantum ratione fidei. Vide etiam Valentiam,lib.de differentia veteris, & nouæ legis &.1.2.disp.1 q.5.puncto 5.& D.Thom.q.5.ar, 7.vbi recte docent,non expedire,vt sine propria dispositione,& merito beatitudo Angelis, vel hominibus adultis conferatur, paruulis autem merita Christi per baptismum applicata sufficiunt Idem de perpetuo amentibus, qui tanquam paruuli sunt.Et in adultis, licet opus aliquod requiratur,non tamen est semper necessarium meritum proprium proprie dictum Contingit enim,aliquē recipere gratiam ex vi sacramēti,quod cum recipit, nullū eliciat,nec antea elicuerit actū meritoriū, sed solā attritionē, quę in mortali elicita, nullius momenti est; & anima Christi sine vllo merito,vel etiam secūdum aliquos dispositione, beatitudinem à Deo recipit. 53

54

Pro hac Sectio. vide quæ disputatione, & Sectione præcedenti dicta sunt.

HIC etiam disputari posset,an purgatio animarū a reatu pænæ tēporalis,post dimissam culpā, ad beatitudinē requiratur. Sed hoc ommitto,quia longā de purgatorio tractationem postulat, quæ alijs locis magis est accomodata.

Sectione.2.Vtrum mors ad beatitudinem consequendam requiratur:an vero in hac vita possimus esse beati.

BEgardi,& Beguinæ in superiori Germania existimarunt,hominē in hac vita æque beatū esse posse, atq.in alia idq.suis viribus vt refert Cōcil. Vienen. Clementina ad 15 *Hereticorū error.*

ad nostrum de hæreticis, Castro verbo Beatitudo, hæresi. 4. & 5. Hunc errorem secuti videntur quidã hæretici in Hispania, vulgo dicti, los alumbrados, hi enim illuminati censebant, posse in hac vita obtineri cõtemplationem diuinæ essentiæ, sicuti est, idq. de iege, & regulariter. Qui error, quoad ipsam rem attinet, fuisse videtur Aetij veteris hæretici, qui fuit author sectæ Anomæorum, circa annum Dñi. 377. Asserebat enim, Deum in hac vita clare videri posse, imo etiam se illum ita perfecte cõprehendere, ac Deus se cõprehendit, vt refert Basilius; epistol. 168. ad Eunomium, Theodoret. 4. hæret. fab. in Eunomio, & Aetio, Chrysost. homil. 2. de incomprehẽsibili Dei natura contra Anomæos. Contra quos agũt patres isti, & nos egimus disputat. 4. sectio. 6. Vide etiam Augustin. epist. 150. ad Elpidium, & Theophy. in id Ephesi. 6. vt euangelizem.

16

Concl. de fide.

Sed de fide est, Beatitudinem veram de lege ordinaria non posse in hac vita obtineri.

1. Probat.

Probatur. 1. ex scriptura Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet*; id est, dum viuit, vt exponit Gregor. 18. Moral. cap. 38. Iunilius, 1. in Genesim, interrogatione 18. & alij communiter & Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs; ergo non potest hic esse beatus: Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 1. Corinth. 13. Videmus nũc per speculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem: 2. Corinth. 5. dum sumus in corpore peregrinamur a domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem: 2. Timothe. 2. non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Est autem totum tempus huius vitæ, tempus certaminis. Iob. 7. militia est vita hominis super terram. Item ad Philip. 3. non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem si quomodo comprehendam. Et ibidem: Ego non arbitror me comprehendisse Et rursum: ad destinatũ persequor, ad brauium supernæ vocationis in Christo Iesu. Heb. 13. non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus: 1. Petr. 3. Regenerauit nos in spẽ viuam per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis inhæreditatem incorruptibilem, immarcescibilem, conseruatam in cælis Rom. 8. ipsi intra nos gemimus, adoptionem filio ũ Dei expectantes: vt autem ibi dicit Paulus: Quod autem videt quis, quid sperat?

2. Probat.

2. Probatur ex ecclesiæ definitione; nam in Concilio Vienensi, Clementina ad nostrũ de hæreticis damnantur errores Begardorũ, & Beguinarũ, inter quos, 4. erat, posse hominem in hac vita consequi veram beatitudinẽ. Quod vero isti hæretici aiebant, nos posse proprijs viribus eã cõsequi, reiectũ manet ex superioribus. Ostendimus enim verã beatitudinẽ in Dei visione, & fruitione cõsistere; has autẽ actiones non posse nos proprijs viribus habere.

3. Probatur ex Patribus; nam Aug. epist. 111 & 112. & Greg. 18 Moral. docent, Deũ in hac vita videri non posse. In hac autẽ vita veram fælicitatẽ haberi nõ posse, egregie docet Aug. 19. ciuit. c. 4. ad quod plura adduximus disp. 1. sectio. 4. *3. Probat.*

4. Probatur ex ratione D. Thom. q. 5. ar. 3. nã Beatitudo debet omne desideriũ explere, & omnem miseriã excludere sed in hac vita, neq. omnis miseria excluditur, neq omne desideriũ expletur, ergo Minor probatur; nam sicut naturaliter mortẽ horremus, ita naturaliter desideramus vitę perpetuitatẽ, aliorumq. bonorũ. Neq tamen hoc desiderium expletur, siquidẽ vita finitur, & cũ ea pleraq. bona; intellectus subiectus est ignorantiæ, memoria obliuioni, voluntas peccatis, & tentationibus, corpus innumeris molestijs, ergo in hac vita non omnis miseria excluditur. *4. Probat. ex ration. D. Thom.*

17

1. Obiect.

2. ratione.

1. Thom.

Sed cõtra hanc rationẽ obijcio. 1. nã opinione D. Th. Beatitudo in sola Dei visione essentialiter consistit, ea tamẽ nõ explet omne desiderium, neq omnẽ miseriã depellit; præter visionẽ enim Dei, desideratur eius amor, & fruitio, vnio & gloria corporis, vlterior gradus beatitudinis salus proximorũ, teste Hiero. li. cõtra Vigilantiũ affirmãte, beatos, licet sint de sua beatitudine securi, tamẽ esse de nostra salute sollicitos: quorũ omne desiderium sola visione nõ expletur. Vnde etiam patet, ea non excludi omnem miseriã, siquidem cum ea stat omnium horum bonorum carentia.

Confir.

Confir. nam Christus erat beatus in hac vita mortali vt omnes docent cum D Tho. 3. p. q. 10. eius tamen corpus subiectũ erat multis miserijs, & molestijs, ergo nõ est de ratione beatitudinis omnẽ miseriam expellere.

18

2. Obiect.

2. Obijcio, contra id, quod ait D. Tho. nos naturaliter mortẽ horrere. Nam posita cognitione fidei, qua credimus nos non posse beatitudinẽ cõsequi, quin prius moriamur; videtur potius esse naturale, vt mortẽ expetamus, tanquã viã necessariã ad beatitudinem Vnde Nyss. oratione de mortuis, initio, asserit, non nisi opinionis errore homines solitos esse perturbari propter mortem.

19

Ad 1. Obiectio.

Ad. 1. obiectionẽ Resp. Valent. q. 5. puncto, 4 & Caiet. ar 4. satis esse ad rationẽ beatitudinis, vt expleat omne desiderium virtualiter, licet nõ formaliter, idest satis esse, vt perse, vel per ea quę secũ affert secũdũ legẽ ordinariam, expleat omne desiderium, quo pacto beatitudo explet omne desiderium. Ad id vero quod adductũ est, de desiderio superioris gradus beatitudinis, Resp. Valẽt. nõ dari in beatis huius-

modi desiderium,licet enim sint remote capaces superioris gradus,tamen nulli expedit superiorem gradum habere,sed illum, qui est proportionatus suæ gratiæ,& charitati,ac meritis,& diuinæ ordinationi,quæ ipsi gratiæ, & chatitati,ac meritis cõsentanea est. Vnde quilibet beatus suo gradu contentus est, sicut stomachus cibo,& calore sibi proportionato contentus est:& puer,seu paruus homo, ita contentus est parua tunica,ac vir, seu homo magnus magna. Ad id autẽ,quod ḋ desiderio salutis proximorum obiectum est,Resp. Valentia,sollicitudinem illam,qua tenentur beati de salute nostra,nihil aliud esse,quam desideriũ,quo pro nobis intercedunt,nostramq. salutem procurant. Hoc autem desiderium, semper expletur,nam vt docet D.Thom.2.2. q 83.art.11.ad.2. Nunquam illi intercedunt, nisi pro eo,quem vident ex voluntate diuina, id consecuturum, quod ipsi petunt. Deinde (inquit Valentia)vt maxime demus illos desiderare aliquomodo in genere salutem ijs, qui non saluantur,tamen minime huiusmodi desiderio affliguntur,& perturbantur;sicut in hac vita desiderium,quod non expletur affligit. Imo,& spes,quæ differtur Prouerb.13. De ratione autẽ Beatitudinis est,vt expleat omne desiderium,saltem ita vt nulla res inquietet, ac peturbet animam,etiam si ex voto nõ succedat,tantum enim bonum est Beatitudo, vt nihil extra illam anxie,& inquiete sibi,alijs ve quæratur. Quæ vltima solutio mihi magis placet,& ad obiectionem de desiderio superioris gradus aptari debet. Alia enim, quæ cõmuuior est,non satisfacit. Licet enim absolute nõ appetat beatus superiorem gradum diuinæ visionis,tum,quia nouit sibi esse impossibilem, supposita ordinatione diuina de conferenda visione iuxta cuiusq. gratiam, & merita:tũ quia indecens putat,vt Deus conferat visionem,non proportionatam gratiæ, & meritis;tamen conditionaliter nõ videtur inconueniens,desiderare maiorem gradũ, & optare se consecutum fuisse in via maiorem gratiam,& maiora merita,vt clarius Deũ videre possit. Licet forte ne hoc excitetur desiderium,raro de possibilitate vel conuenientia altioris gradus cogitet. Manifestum tamẽ est,eum qui in altiori gradu est, magis esse contentum,maioriq. affici voluptate: iuxta gradũ enim visionis est gradus delectationis. Vnde exẽpla illa pueri,& stomachi nõ admodum sunt ad rem. Adde etiã,nihil beatos desiderare,quod etiã si nõ fiat,dolorem, aut tristitiã inferat,speciali enim Dei dispensatione fit,vt nulla boni carẽtia dolorẽ inferat:vel naturale est,gradũ certũ gaudij,qualẽ visio Dei infert,nullũ dolorẽ admittere,etiã si cõtrarius nõ fit. Vnde beati nihil anxie,& inquiete desiderant,anxietas enim,& inquietudo dolorem includere videtur. Desideriũ autẽ,quo animę beatæ vnionẽ sui corporis appetunt,expletur, quia solũ desiderant res istas habere pro tẽpore à Deo cõstituto,scilicet generalis resurrectionis,quo tempore illas habebunt.

Ad confirm. Resp. Valen. ad rationẽ beatitudinis satis esse vt secundũ legẽ ordinariam excludat omne malum:in Christo autẽ priui legiũ fuit,simul esse beatũ,seu comprehẽsorẽ, & viatorem, ac proinde multis incommodis subiectum. *Ad Conf.*

Ad.2.obiect. Resp. naturale quidẽ esse mortis desideriũ,si ea consideretur vt via ad beatitudinẽ,vel(vt ait Nyss. ibidẽ) tanquã obstetrix,qua ad melioré vitã educimur. Quod desiderium frequens est in spiritualibus hominibus,& qui rerum cælestium contemplatione,& amore tãguntur,bonamq. dispositionem in se experiuntur. Vnde Paulus ad Philip.1. Cupio dissolui,& esse cũ Christo & Rom. 7. Infælix homo,quis me liberabit de corpore mortis huius,2.Corinth.5. audemus autem & bonã voluntatem habemus peregrinari à corpore &c. Ideo etiã D.Thom.2.2.q 26.a.8. docet,in charitate perfectos censeri posse,qui huius corporis vinculis dissolui cupiũt. Mors autẽ secundũ se,& qua ratione esse potest via ad summam miseriam,horrorem incutit. *20* *Ad.2.* *Obiectio.3*

Sect.3.Vtrũ de potentia absoluta possit homo in hac vita esse Beatus.

NON est quæstio de beatitudine naturali,nec etiam desupernaturali imperfecta,sed desupernaturali perfecta,quæ cõsistit in visione Dei,vel ipsam includit,aut supponit. De qua etiã in superioribus locuti sum' *21*

Quidam dixerunt,nec de potentia absoluta hominem esse posse beatũ in hac vita. Suadetur.1.ratione D.Tho.in hac,q.5.ar.3 quia beatitudo includit carentiã omnis mali; vita autem præsens innumeris malis subiecta est. *1.Sententia.* *1.Ratio.*

2.Quia anima corpori vnita nõ est apta ad videndũ Deum,impeditur enim mole corporis corruptibilis,ne actũ tam perfectũ,& spiritualẽ,& abstractũ eliciat,qualis est visio Dei. Hæc ratio sumitur ex D.Tho.1.p.q.12.art.11: Aug 12.Gen.ad literã,c.35.& epist.112. de vidẽdo Deũ,c 12.Bern.ser.31.in cant.Gre.in.4. moral,cap.26.in id Iob,expectet lucẽ, & non videat. *2.Ratio.*

Fauet etiã modus loquẽdi scripturæ,quę asserit,impossibile esse videre Deũ pro hoc statu Exo.33.faciẽ meã videre nõ poteris: nõ videbit me homo,&viuet:&.1.Tim.6.Quẽ nullus hominum vidit,sed neq. videre potest. Et Henric.saltẽ hac ratione dicit,quodli. 7.q.6.

animam

animam mortali corpori vnitam, non posse ita perfecte videre Deum, sicut separata à corpore vel coniuncta corpori.

22 Conclu. Certum tamen, ac fere de fide est, purum hominem in corpore mortali posse de potentia absoluta videre Deum, visione clara, & perpetua. Patet exemplo Christi Domini, cuius anima in corpore mortali videbat perpetuo, & clare Deum, vt. 3. p. à Suarez, à nobis, aliisq. probatur. Quod vero datum est animę Christi, potuit de potentia absoluta concedi animæ puri hominis, non est enim maior repugnantia, neque vnio hypostatica conferebat animæ Christi specialem capacitatem physicã ad visionem Dei, sed moralem quandam exigentiam, quia expediens omnino erat, vt anima hypostatice vnita Deo, ipsum clare cerneret.

Preterea, licet ex natura rei, anima coniuncta mortali corpori, non posit intelligere sine dependentia à phantasmatibus, tamen diuina virtute id præstare potest, imo cognitio quæ fit per lumen, species ve infusas, sine depẽdentia aphantasmatibus fieri connaturaliter potest, vt sectione sequenti dicemus, licet forte infundi species, vel lumen gloriæ in hoc statu, sit miraculum, & contra exigentiã naturalẽ.

23 Quæst. Solum autem posset esse quæstio, an homo, qui in corpore mortali cõtinue videret Deũ, esset dicendus simpliciter beatus quia beatus est, qui habet quidquid vult, vt ait Augu. ille autem non id haberet. Et quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, secundum Boetiũ; & quia Arist. 1. Ethi cap. 7 & 8. ait, studiosum non esse fælicem si in Priami calamitates incidat: & Augusti. 13. Trinita. c. 6. & 7. licet in malis aliquis bonus sit, nõ tamẽ nisi finitis omnibus malis in cõtr. potest esse beatus. In oppositum est, quia in illo homine esset tota essentia beatitudinis, scilicet visio, & amor, imo & delectatio, ergo esset simpliciter beatus. Confirmarur quia bona quæ illi deessent, comparatione eorũ que haberet essent parui momenti, & fere nullius considerationis, ergo etiam illis deficientibus esset simpliciter beatus, sicut de Christo in hac vita mortali communiter dicitur.

24 Resolutio Quæstio. Melius tamen diceretur, saltem esse beatum in anima, nõ in corpore: beatitudine perfecta secundum essentiam, non secundum integritatem & talis sine miraculo non esset capax doloris in voluntate, sicut neq. anima Christi, vt in superioribus vidimus.

De potentia autem ordinaria nullus in vita mortali potest esse dicto modo beatus, vt docet D. Tho. art 3. & 1 p p. q. 12. arti. 11. & 2. 2. q. 180. art. 5. estque de fide certum & definitum in Concilio Vienẽse contra Begardos, & Beguinos, vt superiori sectione vidimus, & patet ex illo. cap. Exod, 33. Non videbit me homo, & viuet, scilicet in hac vita mortali Licet Augusti. exponat, neminem posse Deum videre, nisi vel re vera ex hac vita decedat, vel à sensibus abstrahatur, vt D. Tho. supra notat ex Augusti. 12. Genes. ad litteram. cap. 27 Idemque docet Anselm. 2. Corinth. 12. Sed expositio hæc non est litteralis, confugitq. ad metaphoras sine necessitate. Nam in proprietate verborum sermo est de homine viuente in hoc vita mortali qui nõ potest videre Deũ de lege ordinaria. Quo saltem modo intelligitur id Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam; &. 1. Timoth. 6. Quem nullus hominum vidit, sed neque videre potest. Plura scripturæ, & Patrum testimonia adduximus disputatione, 4. secti. 1.

2. S 1. Ratio Moralis. Ratio moralis est, quia vita mortalis data est hominibus, vt beatitudinem sibi ipsis mereantur, estq. veluti via ad terminum: quan diu vero sumus in via, seu corpore; vt ait Paulus, peregrinamur à Domino. Ratio vero physica est, non quia supposito lumine gloriæ sit miraculum videre Deum, aut videre illũ sine dependentia à phantasmatibus, & cum abstractione à sensibus, potius enim oppositũ esset miraculum. Sed quia lumen gloriæ tantæ tantę excellentiæ est, eo quod est principiũ proximum visionis beatificæ, & determinat essentiam diuinam, vt in ratione obiecti concurrat effectiue ad visionem, vt requirat animã in quodam statu perfecto comparatione aliorum, scilicet separatam à corpore, vel coniunctam immortali corpori, atque glorioso, quĩ status sunt perfectiores statu coniunctionis cum mortali corpore. In hac autem lege cum nulla creatura, præter quam cũ anima Christi dispensatum est: etiam cum B. Virgine, vt omnes fatentur, & certum est, alioqui non meruisset sibi beatitudinem, aut aliquos eius gradus. Vel dicendum esset, à principio meruisse visionem; actus autem eam sequentes non fuisse meritorios, quod absurdum esset, neq. actibus Christi id concedimus, quia licet nõ meruerit sibi gloriam animæ, meruit eam nobis, quod de B Virgine dici non potest. Confirmatur, quia in hac vita semper fuit viatrix ergo meruit gloriam animæ, sed non nobis, ergo sibi. Confirmatur etiam, quia non decuit puræ creaturæ tantam gloriam dari, nisi ob magna, & proportionata merita, qualia non essent, nisi opera totius vitæ, & hoc magis cedit in eius laudem, vt proprijs meritis totam suam gloriam habuerit, & pro Deo, & filio suo multa in corpore, & anima passa fuerit.

26 2. Vero physica. De hoc aliqua alia habes sequenti sectione qna inquirimus, an saltem in hac lege dispensatim fuit, ita vt aliquis cursim, & pro breui tẽpore Deum viderit, in hac mortali vita.

Sectio

Sectio. 4. Vtrum Paulus & Moyses, vel alij in hac vita viderint diuinam essentiam.

PArtem affimãtem tenet D. Tho. de veritate, q. 10. art. 11. ad. 2. & arti. 12. & 3. contragentes cap. 47. (vbi Ferrariensis) & 2. 2. q. 174. art. 4. 175. art. 3. (vbi Caietano) & 180 art. 5. & 1. p. q: 12. art. 11. ad 2. Vbi Caietanus, Bañes, Zumel & alij Henriquez, 3. summæ, cap. 11. §. 5. & lib. vltimo, qui est de fine hominum, cap. 1. §. 2. Scotus, 2. d. 3. q. 9. Durandus. q. 3. prologi, & 4. d. 49. q. 6. num. 5. & 3. d. 31. q. 3. num. 13. vbi Capreolus, q. vnica, art. 3. Sotus, 4. d. 49. q. 2. art. 4. Palacios, disput. 2. Henricus. 1. p. summæ. art. 29. q. 2. Alfisiodor. 3. summæ. tit. 14. q. 2; Lyra. Exodi 33. in id ostende mihi gloriam, &c. & Num. 12. in in eandem sententiam inclinat, proter Augustinum, licet dicat Hebræos oppositum tenere. Idem tenet Carthusianus eisdem locis, Augustinus. 12 Genes. ad litteram, cap. 27. & 28. & libro de videndo Deum qui est Epistola. 112. ad Paulinum, cap 12. vbi tamen, posuit particulam forte, & cap. 13, & sermo. 26. ad fratres in Eremo. Citatur etiam pro Moyse Ambrosius 1. Hexameron, cap. 2 vbi sic ait: In secretum; Aethiopiæ se contulit, ibique a cæteris negotijs remotus, totum diuinæ cognitioni animum intendit, vt gloriam Dei videret facie ad faciem. Cui testificatur Scriptura: quia nemo surrexit amplius propheta in Israel, sicut Moyses qui sciuit Dominum facie ad faciem, nec in somnio, sed ore ad os cum Deo summo locutus, neque in specie, neque per ænigmata, sed clara, atque perspicua præsentiæ diuinæ dignatione donatus. Libro autem 2. cap. 2. solũ dicit Paulum raptum esse vsque ad 3. cælum, ideo non vnicum tantum cælum ponendum esse. Expresse etiam de Moyse id docere videtur Basilius homil. 1. Hexamerõ, dicens, Moysem vidisse diuinam essentiam, ad eum modum, quo vident Angeli (licet homilia, 21. de potentia, seu principatu dicat, nullũ hominem vidisse diuinam essentiam. Quod tamen de cõprehensiua visione exponit Maldonatus, Ioan. 1. nu. 18. & alij. Attamen Vazquez. 1. p. disputa. 55. cap. 1. putat. Ambro & Basilium sensisse Deum in se ipso ab Angelis, & beatis minime videri, & ideo quod ait Ambros. interpretatur de præsentia Dei in figura corporali, quod vero ait Basilius, de aliqua externa specie, quoniam in ea tantum Angeli Deũ viderint.) Idem de Moyse scilicet vidisse in hac vita diuinam essentiam docet Abulensis Math. 5 q. 46. ad 4. & Num. 12 q. 34. dicens, esse opinionem sanctorum doctorũ. De Paulo idem sentiunt Beda, Anselm. Burgen. & Lyra, 2. Corinth. 12. Vbi Hugo Victo. q. 34. tom. 1. Idem videtur sentire Athanasius, seu Theophylatus ibi, & Chrysostom. ibidem, homi. 26. Dicunt enim Paulum raptum fuisse in paradisum, quem Christus in cruce promisit latroni, hunc autem constat esse visionẽ Dei. Eodem modo loquitur Ambrosius eodem capite, & addit, raptum, vbi est ciuitas Hierusalem mater nostra, id est in cælũ Empyreum. Et reiicit asserentes raptum in 3. cælum, idest lunæ. Idem etiam docet de Paulo Nicolaus Grandis, in epistolã ad Romanos. cap. 10. ad finem, & Castro verbo beatidudo, hæresi. 1. licet de Moyse negent. Sed quod attinet ad Moysem suadetur. 1. ex illo num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum; at non talis, sicut seruus meus Moyses, ore enim ad os loquor ei, & palam & non per ænigmata, & figuras dominum videt. Quibus verbis visio per essentiam significari videtur, ei enim condistinguitur visio ænigmatica, iuxta id Pauli, 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem; & Matth. 18. Angeli eorum semper videns faciem Patris.

1. Opin. 7 2

28 Demissione Moysis probatur.

2. Suadetur, quia Exod. 33. promiserat dominus Moysi. Ego ostendam tibi omne bonum; idest me ipsum, in quo partim formaliter, partim eminenter continetur omne bonũ. Cum ergo id tunc non impleuerit, eo quod tunc noluerit ostendere ei faciem suam fit, vt postea illud impleuerit, vt significatur in verbis citatis, Numerorum. 12. 2

3. Suadetur, quia cum Moyses futurus esset populo Iudaico Magister, & legis promulgetor congruum erat Deus essentiam suam ipsi, & sicuti est reuelaret, qua etiam ratione probant aliqui, Paulo, qui futurus erat prædicator Euangelij, & doctor gentium, ostensam esse diuinam essentiam.

Quod vero attinet ad Paulum, suadetur. 1. quia Paulus. 1. Corinth. 12. affirmat se raptum fuisse vsque ad tertium cælum, & vsque ad paradisum: nomine autem paradisi non intelligit terrestrem, sed visionem diuinę essentiæ, iuxta id Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradiso, idest mecum videbis diuinam essentiam non in cælo, sed in lymbo, vbi eris mecum. 3

2. Quia dicit, se audiuisse arcana verba, hoc est ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Hæc autem, vt 2. 2. q. 175. arti. 3 argumẽtatur D. Thom. videntur esse, quę pertinent ad Dei visionem, quæ nõ possunt per species creatas intelligi. Ideo nec per humanas voces explicari, ergo.

3. Quia actorum. 17. dicitur: Adhoc apparui tibi, vt constituam te ministrum, & testem

eorum

eorum, quæ audisti, & quæ vidisti: constitutus est autem testis, & minister prædicationis mysterij Trinitatis, & diuinorum attributorum, ergo hæc vidit.

4. Quia testimonia illa: non videbit me homo, & viuet: Deum nemo vidit vnquam, non vrgent in Paulo, nam vel tunc non erat homo, sed anima eius erat separata à corpore, de quo ipse dubitauit, dicens: siue in corpore, siue extra corpus nescio: vel erat quasi stips, cum esset à sensibus alienatus. 4

5 Quia nullus Patrum negat Paulum vidisse diuinam essentiam, quamuis multi de Moyse negent. Imo Augusti. epistola. 112. cap. 12. prosè affert Ambrosiũ in Lucæ. 1 capite de apparitione Angeli. Vbi ait nec Apostoli omnes Christum videbant: Data enim opera (inquit Augusti.) dixit, nec apostoli omnes, quia credebat visionem, de qua loquebatur, etiã tunc potuisse donari certe propter Paulum. 5

6. Quia Moyses erat prædicator Iudęorũ ante legem gratiæ, ergo expediens fuit vtrũque videre Deum, & quæ in eo viderat testificari vel saltem prædicator Euangelij, in quo maior lux esse debuit. Ratio hæc sumpta est ex Augustino supra. 6

Hanc sententiam quibusdam, improbasse, videtur ipsemet August. 2. de Trinita. cap. 17. & 18. vbi stultos esse censet, qui credunt Deum à mortalibus in sua substantia visum esse. Iacobus Christopolitanus episcopus, qui in præfatione suæ explicationis in psalmos, huiusmodi annotauit contradictionem, sedauit eandem distinctione duplicis visionis nimirum à priori, hoc est per lumen gloriæ quo beati Deum vident in patria, & apo steriori hoc est ex ascensu à creaturis vsque ad diuinam essentiam, ceu si quis in circulo perueniat ad visionem centri suapte natura inuisibilis, per visionem linearum à centro ad circumferentiam circuli prodeuntium. Quo quidem modo dicit August. epistola ad Paulinam, &. 12. Genesis ad litteram, existimasse diuinam essentiam Mosi, & Paulo conspectã, non autem à priori, aut per lumen gloriæ visam. Sicut idem. 2. de Trinitate scriptum reliquit. At si quis vtrumq. locum Augusti. accuratius in suo authore inspexerit, vt inquit Sixtus. 5. Biblio. annotatione. 4. nulla conciliatione opus esse fatebitur. Quod enim Mosi, ac Paulo tributum esse docuerat, vt oculo mentis Deum ad horam intuiti sint, id corporeis oculis fieri posse, negauit, in hunc modum, 2. Trinitatis, cap. 18. concludens: ipsa enim natura, vel substantia, vel quolibet alio nomine appellandũ est, id ipsum quod Deus est, quid illud est corporaliter videri non potest. Deinde doctissimo Augusti. immerito tribuitur, vt asserat id, quod maxime absurdum est, ex creaturis posse in quidditatiuã, & intuitiuam Dei notitiam peruenire. Constans igitur in ea sentẽtia fuit, Paulum & Moysem vidisse diuinam essentiam in se ipsa. Quam opinionem omnes præter Christopolitanum, illi tribuunt. D. Tho de veritate. q. 10. art. 11. ad. 2. tribuit hanc sententiam Gregorio, præfatione in Psal. 6. pœnitenti. cuius verba habentur in glossa num. 12. Sed certe Gregorius ibi potius insinuat oppositum, quod tenet clare aliis locis, vt referemus. Parum etiam, vel nihil fauet huic sententiæ. 10. Moral cap. 12. lib. 18 cap. 5. nonnihil tamen fauet B. Maximus, sermone sanctorum Petri, & Pauli, vbi de Paulo ait: De sacramentis dominicis non solum audita loquitur, sed & visa testatur. Et expresse de Paulo docet Antoni 4. p. tit. 15. cap. 17. §. 1. Abulen. Matth. 5. q. 40. ad 4. & 5. & num. 12 q. 14. Petrus Bergomensis in cõcordantijs D. Tho. dubio. 10. & 486. Castro verbo beatitudo, hæresi. 1. Bonauent opusculo in Genesim, qui inscribitur luminaria Ecclesiæ, sermo. 9 D. Vincentius, sermone in commemoratione Pauli. Alij vero generatim negant, ab vllo homine in hac vita Deum in sua substantia conspectum fuisse. Clemens Romanus lib 3. recognitionum ex ore Petri videtur autem non de Paulo suo coætaneo Petrus loqui, sed tantum de patribus antiquis. Sic etiã Dionysius, cap. 4. cælestis hierarchiæ, & epistola. 1. ad Caium docet, nullum patrum veteris legis, neque etiam Moysem vidisse Deũ per essentiam. Et cap. 1. de mystica Hheologia de Moyse ait, cum Deo quidem versabatur, vidit tamen non ipsum, neque enim cerni potest. Quod tamen, & alia multa testimonia patrum dicentium, Deum cerni non posse, de visione comprehensiua exposuimus disputatione. 4. sectio. 1. Eodem modo loquuntur Chrysostomus, homilia, 14. super ca. 1 Ioã nis, Theophylactus in id Ioannis. 1. Deum nemo vidit vnquam. Euthymius ibi, Nazianze. oratione. 34. quæ est 2. de Theologia, parum à principio: Athanasius, q. 12. ad Antiochũ: Theodoretus, dialogo. 1. qui dicitur, immutabilis in principio: Isidorus. 1. sententi. ca: 7 Cyrillus Alexandrinus. 1. in Ioannem, cap: & 22. Irenæus, 4. aduersus hæreses Valenti: Hieronymus, in priori epistola ad Damasũ: circa expositionem 1. visionis Isai. 6. cap. (habetur, 3. tomo operum Hieronymi) & 3. libro contra Pelagianos, prope finem, tomo. 2. & lib. 3. in Isai. in principio: Epiphanius, 3. contra hæreses, non longe à principio, Eucherius quæstionibus in Genesim: Euaristus Papa epistola. 1. ad omnes episcopos Aphricanos, quæ habetur tomo. 1. Conciliorum, vbi licet non definiens, ait, in alia vita à quolibet beato Deum clare videndum esse, nõ sicut Moyses

31

2. Opin. Clemens Romanus: Dionysi. Chrysost. Theophy. Euthym. Nazian. Athan. Theodo. Isidorus. Cyril. Alexan: Iræneus Hierony. Epiphan. Eucherius Euaristus.

ses (inquit) cæterique prophetæ per ænigmata & figuram, sed ipsam veraciter in filio contuebitur deitatis magnitudinem, Gregorius Nyssenus, libro de vita Mosis prope medium: Bernardus sermone 2. in ramis palmarum, vbi ita ait: Quantum ad plenam visionem nec ipse Moyses, dum viueret in hoc mundo impetrare potuit faciei ipsius visionem, quia sicut ipse ait; non videbit me homo, & viuet. Idem ait sermone. 31. &. 39. in cantica, & Gregorius 18. Moral. cap 28. alias cap. 36. & 37. licet cap. 38. addat, quod si forte aliquis in hac vita vidit diuinam essentiam, id non repugnat dictis scripturæ, quia vidit post quam mortuus erat mundo, & concupiscentiis. Hæc autem omnia in excussione Parisiensi, anni. 1571. habentur, 18. Moral, cap. 28. & fere transcribit Iunilius. 15. in Genesim, interrogatione. 18. Idem docet Gregorius 4. Moral. cap. 25. & homilia. 14. in Ezechie. Origines homilia. 1. in Isaiam, & hanc fuisse ait communem sententiam Hebræorum. Idem tenet homilia, 11. in Lucam, & 1. Periarchom, cap. 4. Rupertus, 4. in Exodum, cap 35. Cyrillus Ierosolimitanus, Catheches 10. Damascenus, & cum eo Clictouæus, 1. fidei, cap. 1. Tertullianus, 4. contra Marcionem, capite, 12. & contra Praxeã, cap. 14. quorum multi dicunt, promissionem factam Mosi, Exod. 33. Posteriora mea videbis: intelligi de Christi humanitate, & impletã esse in die transfigurationis. Idem tenent Clemens Alexandrinus, 5. Strom. Hilarius. 4. de Trinitate Ambrosius, sermone. 8. in psal. 118. &. 1. in Lucam. cap. de apparitione Angeli. citari item posset idem Ambrosius, lib. de fide orthodoxa contra Arrianos, non longe à fine, alias, c. 8. sed hunc librum falso tribui Ambrosio probat Valentia. 1. p. q. 12 puncto. 7. Nam Ambrosius. 1. Hexameron, cap 2. oppositum tenet, & liber ille tribuitur Nazianzeno sub nomine tractatus de fide, sed superius ex Vazquez retulimus, 1. Hexam. cap. 2. forte. oppositum non tenere. Maldonatus Ioan. 1. num. 18. tenet, neque Moysem, neque vllum alium hominem ante aduentum Christi vidisse diuinam essentiam. Ad quod præter relatos adducit Augustinum. q. 71. noui, & veteris testamenti, Cæsarium. & Andræam Cretensem in græca catena. Basilium homil. 21. de potentia, seu principatu, Theodoretum, q. 68. in Exodum. Idem tenet Vazquez. 1. p. disputati. 55. cap. 2. et sequentibus, præter citatos referēs Hilarium in id psal. 118. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, & Bedam, q. 42. in Exod. tomo. 8. addens, idem colligi ex his quæ dicunt Phæbadius lib. contra Arium, satis post medium, & Marius Victorinus lib. 4. contra Arrium, ante medium, qui clarius idem docet lib. 3. Horum duorum meminit Hieronymus, lib. de scriptoribus ecclesiasticis. Eorum opera habentur, 5. tomo bibliothecæ sacræ. Citat etiam Vazquez pro hac sentẽtia Chrysostomum, homilia. 14. in Ioannem, to. 3. & homi. 1. 3. & 4. de incomprehẽsibili Dei natura, to. 4. Cyrill. 1. in Ioannem, cap. 22. Isidorum in Exodum, cap. 41. seu, 1. de summo bono, cap. 3. Nyssenum, libro de Beatitudinibus in 6. Epiphanium hæresi. 70. Theodoretum dialogo immutabilis, Ambrosium, 1. in Lucam, cap. de apparitione Angeli, Theophylactum, & Euthymium in id Isaiæ, 1. Audite verbum Domini principes Sodomorũ. Quos omnes authores Vazquez, sensisse putat, nec Moysem neque beatos videre diuinam essentiam. Sed disputatione. 4. secti. 1. eos cum cõmuni interpretati sumus de visione comprehensiua. Moysem tamen vere non vidisse diuinam essentiam, tenet Faber super Damascenum, lib. 1. cap. 1. Alensis. 1. p. q. 2. membro. 1. articu. 4. Hanc etiam sententiam tenet Caietanus Exod. 33. & Num. 12. licet. 2. 2. q. 175. art. 3. senserit in hoc cum D. Thom. de Moyse. Idem ait Nicolaus Grandis. Rom. 10. sub finem, Catherinus, 2. Corinth. 12. (vbi idem de Paulo docet) Abulensis etiam, Num. 12. q. 34. asserit hanc esse communem sententiã Hebræorum licet Matth. 5. q. 46. ad 4. & 5: & Exod. 33. q. 17. propter Augustinum, & cõmunem scholasticorum oppositum tenuerit: & de Paulo idem dixerit 2. Paralipomenon, 1. q. 18. Valentia supra vtramque sententiam probabilem putat, neutramque definit. Molina vero. 1. p. q. 12. art. 11. disputa. 2. licet vtrãque credat probabilem, præsertim de Paulo, de quo nullus prædictorum patrum expresse negat: tamen de vtroque probabilius, & sacris scripturis conformius censet oppositum: Et ait, licet Augustinus priorem opinionem, dubius magis quam certus innuat locis citatis tractatu tamen, 3. super Ioannem in illa verba, Deum nemo vidit vnquam, sciscitatur, quid igitur Moyses vidit? & respondet: vidit nubem, vidit Angelum, & deinde pluribus verbis explicat non vidisse diuinam essentiam. 2. etiam de Trinitate, cap. 16. ait, Moysem nó vidisse diuinam essentiam, quamuis cap. 17. subiungat similia verba illis, quæ Gregorium subiunxisse retulimus: sed iam cum Sixto diximus, Augustinum in libris de Trinitate, nõ negasse Deum à Moyse visum oculis mentis sed corporis. Et eodem modo potest exponit tractatu, 3. in Ioannem: subdit enim: Illud autẽ sciatis, quia omnia quæ corporaliter visa sunt, non erant illa substantia Dei &c, Et post ea reprehendit eos, qui dicebant filium Dei ante Incarnationem videri posse in sua substantia oculis corporeis. Et antea dixerat, filium Dei Moysi, quantum pos-

Nyssenus. Bernardus
Gregorius
Iunilius.
Gregorius Origines
Rupertus. Cyrill. Ieroso. Damas. Clicto. Tertulia
Clemens Alex. Hilarius. Ambro.

sit

set apparuisse, & Moysem non ex se, sed ex reuelatione diuina Deum vidisse, & ita explicauerat illa verba, Deũ nemo vidit vnquã vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, scilicet Moysi.

32 Pro hac tamen sententia sunt non infirma argumenta, 1. quia cum Moyses Exod. 33. petijsset a Deo: ostende mihi faciem tuam. Respondit illi Deus: non poteris videre faciem, non enim videbit me homo, & viuet, & paulo inferius. Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Nec recte explicatur; non videbit me homo & viuet, idest non videbit me, quin statim moriatur. Sicut de Cybele matre Bachi fertur, statim morte correptam esse, quod Iouem, vt in se est, viderit, vt et Tiresias est captus oculis, quod lauantem Mineruam intueretur, de quo multa Angelus Politianus in lib. miscellaneorum, cap. 80. Nulla enim ratione congruum esset, vt qui singulari Dei munere in hac vita Deum videret, statim diem obiret, sed intelligendum est, non videbit me homo in præsenti vita. Vel certe aliter explicandum est, vt fusius ostendetur in solutionibus argumentorum.

pars neg. *Probat.* *1. argum.*

2. argum. 2. Quia Ioan. cap. 1. constituens discrimen inter Moysem, & Christum, cum præmisisset: Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, quibus verbis latum discrimen constituit inter ministerium Moysis, & Christi, quasi rationem reddens, subiungit. Deum nemo vidit vnquam vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, Vbi clare affirmasse videtur, nec Moysem, nec vllum hominem ante Christum vidisse diuinam essentiam; vt colligit etiam Tolerus, Ioan. 1. annota. 53. cum Cyrillo, Chrysosto. Gregorio, & allis.

3. argum. 3. Probatur ex eo quod Christus dixit, Ioan. 6. nõ quia patrem vidit quisquã, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem: 4. ex. 1. Timot. 6: quem nullus hominum vidit, sed neq. videre potest: scilicet de lege ordinaria.

4. arg.

Hæc sunt argumenta Molinæ, Vazquez, & aliorum, vt probent de Moyse, & alijs, ante aduentum Christi.

Conf. Confirmatur, nam vt fatentur lyra. Carthusianus, Abulensis, imo & Augustinus supra, & magis patebit in solutionibus argumentorũ, Moyses non vidit essentiam Dei, exod. 33. neq. antea, nec postea ab vllo designatur tempus, in quo eam viderit, ergo nunquam eam vidit.

33 De Paulo autem probatur. 1. quia licet Patres citati nullam mentionem fecerint de Paulo plures tamen eorum vniuersim negãt, aliquem in hac vita vidisse diuinam essentiam, vt Diony. Tertullian. Vazquez, & speciatim de Paulo id docent Catherinus. 2. Corin. 12, Clictouæus in Damascenum 1. fidei, cap. 1. & Vazquez. 1. p disputatione. 56. cap. 1. & indicat Caietanus. 1. Corinth. 1.

De Paulo etiam ostẽditur pars negati. 1.

2. quia Deus Exod 33. vniuersim dicit, non videbit me homo, & viuet, idest in præsenti vita, iuxta multorum interpretationem. 2.

3. Quando Ioannes scripsit Euangelium, iam præcesserat raptus Pauli, nam Ioannes, authore Hieronymo lib. de scriptoribus ecclesiasticis, vltimus omnium euangelistarum scripsit Euãgelium, ac proinde post raptũ Pauli, quattuordecim annis contigerat, ante quam scriberet secundam ad Corinthios, & nihilominus Ioannes vniuersim ait; Deum nemo vidit vnquam. 3

4. Quia quando Paulus scripsit ad Timotheum, præcesserat raptus, tamen de Deo dicit; quem nullus hominum vidit, quod plane non affirmaret, si ipse in raptu diuinam essentiam vidisset, maxime cum dubitauerit, an in raptu anima ipsius fuerit in corpore, ac proinde ipse tunc fuerit homo. 4

5. Quia visio Dei ex sua natura est incorruptibilis; vt superius docuimus: & propterea forte dixit Augustinus. 3. de symbolo ad catechumenos. cap. . non videtur ad tempus, sed videtur in æternum. Nec visio hæc indiget separatione animæ a corpore, neq. alienatione a sensibus, vt patet in Christo, tum viatore, tum pure comprehensore, & in cæteris beatis post resurrectionem corporum, quin potius miraculum esset, quod quis in carne Deum videret, & vti non posset sensibus, nec experiretur, an sua anima esset tunc in corpore, an non. Quare cum Paulus in raptu neque sensibus vteretur, neque experiretur, suã animam esse in corpore, signum videtur apertum, reuelationem illam non fuisse visionem diuinæ essentię, sed cognitionem alterius speciei. 5

1. Confir. Confirmatur, 1. quia miracula non sunt asserenda sine necessitate, & vrgenti ratione, vel testimonio, quæ hic non sunt, vbi tamen multa asseruntur miracula, nempe Deum videri in hac vita, & aliqui addunt, sine lumine gloriæ Itẽ ea visione alienari hominem a sensibus Confir. 2. quia si Paulus vidit Deũ, vidit sane pluries, atq. a Deo miracula ista pluries admittũtur. Vtrumq. autẽ est contra aduersarios, qui semel tantũ & in vnico raptu dicunt, vidisse Deum. Sequela vero probatur, quia si Moyses Deum vidit, pluries ipsum vidit nam figura dicendi, Numerorũ. 12. palã, & nõ per ænigmata dominũ videt, frequẽtiã actuũ denotat, sed nõ minus bene, hac in re cũ Paulo actũ est: ergo ipse quoq. frequenter sic Deũ videbat, quod in vtroq. absurdum est.

2. Confir.

Confirmatur. 3. quia Moyses nõ abstrahebatur *3. Confir.*

batur à sensibus, cur ergo Paulus. Confirmatur. 4. quia Paulus non dicit, vidi, sed audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui, ergo non vidit, sed audiuit, hoc est per abstractiuam cognitionem fidei, vel euidentiã in testificante nouit illa mysteria.

4. Confir.

5. Confir. Cõfirmatur 5. quia illorũ recordabatur, & ea intelligebat, licet fari, & explicare nõ poterat, ergo non sunt cognita ab illo per visionẽ Dei, hoc enim vt non fit per speciem, ita post se nullã speciem relinquit, qua homo possit de eisdem mysteriis iterum cogitare, ergo.

6. Confir. Confirmatur, 6. quia visio clara, non potest, saltem sine miraculo, esse cum fide, alioqui fides maneret in patria, Paulus autem in raptu fidem habuit, & similiter Moyses, ergo non vidit Deum. Si dicas, tunc non habuisse fidẽ, saltem actualem, de ijs, quæ videbat, secus postea. Contra quia postea ex memoria visionis habebat eorum euidentiam, ergo si cum euidentia non potest esse fides, saltẽ actualis, vt communiter Thomistæ arbitrantur, nec postea Paulus, & Moyses cum de illis mysterijs recordabantur, fidei actum habuissent, quod videtur absurdũ; licet Caiet. 2.2. q. 175. a. 3. ad 3. admittat, Paulũ post raptũ, nec actu, nec habitu habuisse postea fidẽ de iis, quæ viderat in verbo, sed tãtũ de alijs. Propter hæc videtur mihi probabilior hæc sẽtẽtia, & deniq. quia fundamẽta in contrarium friuola sunt.

34 Sententia negatiua probabilior iudicatur.

Ad 1. argumen. pro Moyse factum. Ad 1. pro Moyse factum. Resp. Deum ibi loqui de prophetis illius temporis, vel futuri, constituereq. discrimen inter illos & Moysem, quod hic palam, & sine ænigmate videbat Deum, idest Angelum, qui in effigie corporea Dei personam referebat, eaq. ratione dicebatur Deus loqui ore ad os cum Moyse, tanquã amicus cum amico, nõ vero quod Moyses videret diuinam essentiam, & hoc erat frequens, & familiare in Moyse, non in aliis, etiã qui Moysem secuti sunt. Vnde Deutoronom. 34. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, quẽ nosset dominus facie ad faciẽ. Aliquando tamẽ aliis cõtigit, omnibus tamen citra visionem Dei per essentiam. Genesis namq. 32. eadem ratione dixit Iacob, Vidi dominum facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea: & tamen constat, solum vidisse Angelum humana forma Deum referentẽ, cum quo luctatus est Iacob. Exod etiam. 33. prius dicitur. Loquebatur dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicũ suũ. Et postea narrat scriptura, Moysem petijsse à Deo, vt ei ostenderet faciẽ, idest ostẽderet ei clare essentiã suã, vt exponũt Philo. li. de profugis, aliquantulũ ante finẽ. Irenæ Hilar. & Tertul. locis citatis. Beda in id. 1. Ioã. 3. cũ apparuerit, similes ei erimus. Deniq. narrat illi id negasse, dixisseq. esse homini impossibile, scilicet de lege ordinaria, dũ esset in hac vita mortali, ergo, &c. & certe si Moyses videbat Dei essentiam, idẽ posset tribui Ioanni Baptistæ in deserto; nam vt docet Origen. homil. 11. in Lucam, ita videbat Deum in deserto, et cum illo loquebatur, sicut Moyses in monte. Vidit ergo Moyses in imagine Deum, habentẽ humanã formam. Quo pacto alias visiones explicat August. 2. ad simplicia. q. 3. & cognitio illa facialis, licet non in propria Dei facie, sed creaturæ ipsum referentis condistinguitur ænigmaticæ & elicitæ sẽsibus externis, quæ solæ cõmuniter aliis prophetis cõtigere.

Ad 2. Resp. illud promissum fuisse implendum, non in hoc sæculo, sed in futuro, vel intransfiguratione, vbi Christus, qui est omne bonũ visus est à Moyse in propria natura, nõ diuina, sed humana, cũ quadam corporis gloria, & claritate: Num. autẽ. 12. verba non sunt expressiora, quam Exod. 33. vt ibi intelligamus visionem Dei per essentiam, & non priori loco, in quo Abulensis etiã super Mattheũ, & omnes fatentur, Moysem, non vidisse Deũ per essentiam. Et alioqui cum ibi sit sermo de ordinario modo, quo Moyses Deum videbat, dicendum esset, visionem Dei per essentiam fuisse in Moyse frequentem, & ordinariam. Ad 2.

Pro maiori autem huius rei explicatione, nonnulla obseruanda sunt circa dicta loca Exodi. 33. & Num. 12. Primum est, colloquiũ illud domini cum Moyse Exod. 33. non fuisse in monte Oreb, sed in tabernaculo, postquã semel accepta lege de monte descenderat. 2. obseruandum est, Moysem, Exod 33. primũ petijsse à Domino: ostende mihi faciem tuã: deinde: ostende mihi gloriam tuam. Primam petitionem multi, vt paulo ante referebamus interpretãtur de visione diuinę essentiæ: quod licet admittamus, non sequitur Moysem vidisse illam. Illi namq. petitioni respondet dominus: præcedet te facies mea. Quibus verbis non promisit Deus claram sui visionem Moysi communicandam, sic enim potius respondisset, ostendam tibi faciem meam. Vnde & Augustinus, & qui eius sequuntur opinionẽ, non contendunt, toto tempore peregrinationis essentiam Dei à Moyse visam, sed aut in monte Oreb, aut in Tabernaculo, quando de lege iterum ferenda Moyses cum Domino egit. At vero facies Dei toto peregrinationis tẽpore Moysem præcesit. Alij, vt refert Abulen Exo. 33. q. 13. petitionẽ illã interpretãtur, ostẽde mihi faciẽ tuã, hoc est hilarẽ & propitiũ te mihi ostende, iuxta id Psal. 118. Illumina faciẽ tuã super seruũ tuũ. Sed hæc interpretatio ipsi nõ probatur: quod enim statim adiecit; vt sciã te: nõ videtur consonare petitioni, nam vt bene ipsum cognosceret, nihil referre videbatur, quod se propitium, & hilarem Deus ostẽ- 35

ostenderet, sed quod faciē suā reuelaret, qua homines cognosci consueuerunt. Ideo Abulēs. cēset, Moysem à dño postulasse maiorē ipsius notitiā, & cognitionem, Dns enim antea per Angelos locutus ipsi fuerat, & quia homo ex facie cognoscitur, ideo petijt videre faciē ipsius, nō clara, & intuitiua visione essentiæ, sed qualis viatori cōmunicari potest. Hāc sententiā reijcit Vazq. 1. p. disp. 55. c. 3 quia iā satis Moyses de Deo cognouerat citra visionē essentiæ; quare, nisi visionē essentiæ desiderauit, nō est cur dicamus, aliā Dei notitiam postulasse. Vnde ipse existimat, illis verbis petijsse à dño, vt esset dux eius in eo itinere, quo erat populū ducturus; quod primo colligit ex respōsione dñi. *Facies mea præcedet te, & requiē dabo tibi*; vbi promisit se ducē futurum populo Israel, & tū requiem daturum Moysi post laborem itineris. 2. Quia in Hebræo non habetur, ostende mihi faciē tuam, sed viā tuam, imo & in aliquibus vulgatis codicibus sic legitur, quod & congruit immediate præcedentibus: *Præcipis vt educā populum istū, & non indicas mihi, quem missurus sis mecum, præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me? Si ergo inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi &c.* Et licet legamus. vt in emendatis, codicibus vulgatæ, faciem tuam, idem erit sensus; id est, ostende mihi te ipsum, vt itineris ducē, non solum apparendo, vt soles per Angelum, sed insignia miracula, & portenta efficiendo, vt ita omnibus sit manifestum, te esse huius populi, & itineris ducem; quod est hilarem vultum tuum ostendere, vt sciam te; iuxta illam expositionem ab Abulensi reprobatam; in in quam recidit Exod. 33. q. 4. Et in eodem sensu intelligi potest translatio. 70. interpretū; ostende mihi te ipsum manifeste. Quare immerito Eugubi. Exod. 33. approbans solam lectionem Hebraicam, reprehēdit translationē. 70. & vulgatam, quæ habet faciem tuam. 3. Quia in fine illius c. 33. Exod. adiunxit Moyses nouam petitionem: ostende mihi gloriam tuā: quibus verbis, si aliquibus, maxime petiuit clarā Dei visionē, ergo illis prioribus dīs nō postulauit, aut saltē nō impetrauit. Si enim eā impetrauit, & petitionem eius exaudiam esse cognouit, dicente dño: *Præcedet faciēs mea*, non rursum peteret clarā visionem Dei.

36. Posteriorem autem Moysis petitionem, scilicet, ostēde mihi gloriam tuam, de aperta visione diuinitatis explicant Paulo Tertullia. Irenæ Hilarius locis citatis, Athanas. q. 23. ad Antiochum. Sed Vaz. [illegible] disputatione illa, 55. cap. 4. per gloriam Dei, intelligit claritatem vultus, in quo apparuit in monte Synai, vbi legem dedit. Deducit ex contextu; nam postquam Moyses de monte, accepta semel lege, descēdisset, & ira succensus propter populi idololatriam, tabulas fregisset, atq. vindicta sumpta de populo, dominus iterum ei in tabernaculo apparuisset suadens, vt ille in montem ascenderet, iterū legem accepturus, ipse Moyses petiuit à domino, videre gloriā illius in monte, id est claritatem, & maiestatem eius figuræ, quam assumpserat, cū dedit legem. Nam cum dns dedit legem Moysi in monte Synai, nubes operuit gloriam Dei, id est claritatē, & maiestatem vultus, in quo apparuit. Postea apparuit ei dominus, Exodi. 33. in tabernaculo, loquens cum eo familiariter, vt amicus cum amico consueuit, nō in maiestate, & claritate illa eximia. Ideo non mirum si Moyses, iterum ascensurus in montem, ab eo peteret, videre maiestatem, & gloriam formæ corporeæ, sub qua descensurus erat in mōtem, & antea descenderat. Dominus autem ex parte acquiescens petitioni ipsius respondit; *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet.* Et iterum: *Ecce est locus apud me, & stabis supra petram, cumq. transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam, tollamq. manū meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Ideo autem negauit visionem faciei, quia tāta erat claritas vultus, vt nullus oculus corporeus eam ferre posset, Ideo dixit: *Non me videbit homo, & viuet.* Quod nisi ita intelligeretur, frustrā dixisset dominus; *Ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea*: quod ita factum esse, sequenti capite narratur. Putat autem Abulensis, Exod. 33. q. 19. & 20. positam fuisse à Deo nubem super foramen petræ, ne Moyses videret faciem & gloriam vultus domini transeūtis. Concessit autem Moysi videre posteriorē partem illius figuræ, in qua apparuit, quia in ea splendor lucis magis esset temperatus, vt eum visus ferre posset. Et hoc est quod dixit dominus [illegible] *videbit me homum*, non quod tota manifestatem vultus esset ipsius esset, sed eam gloriam & splendorem, quæ Moyses [illegible] quātā [illegible] cupiebat. [illegible] quæ sumpta est [illegible] 18. Quare in- 37.
[illegible] *me videbit homo*, [illegible] quidam existimant, non videntur [illegible] Quidam exponunt, nō posse Deum [illegible] in carne videri, quin [illegible] voluisse dominum Exo. [illegible] existimat Tertullianus, libro con- [illegible] cap. 14. & supponere videtur Athanasius serm. contra Arrianos: vbi vt ostendat, non solam diuinitatem ad inferos descendisse, sed cum anima, arguit, quia Christus descendit ad inferos, ad seruandas, non ad perdendas animas, ergo sola diuinitas non

descendit, quia non me videbit homo, & viuet; oportet ergo diuinitatem anima temperari, vt animæ patrum conspectum illius ferre possent. Miratur non immerito Vazquez, horum sanctorũ interpretationem, primũ, quia non videtur, qua ratione visio clara Dei, mortẽ, & non summã delectationẽ afferre possit.

38. Augustinus vero epist. 112. cap. 12. Ansel. in id. 2. Corinth. 12. raptus &c. interpretatur, non me videbit homo, in hac vita mortali, nisi sit veluti mortuus, & à sensuũ operatione abstractus. Fere eodem modo exponunt Gregorius, 18. Moral. c. 28. alias. 38. & 39. & Iunilius in Genesim, interrogatione. 18. non videbit me homo, & viuet, id est, dum mundo, & affectibus carnis vixerit. Multi etiam ex Patribus superius citatis, qui dicunt, clarã visionem diuinæ essentiæ, non fuisse Moysi communicatã explicant, non me videbit homo, dum in hac vita mortali vixerit. Sed nulla harũ interpretationum litteræ quadrat, quia si aliquid horum dns dicere voluisset, non addidisset; *Ponãte in foramine petræ, &c.* Planus igitur sensus illius loci est, non poterit homo ferre claritatem vultus figuræ, in qua apparui, cum legem darem, quin moriatur. Olim tñ ea sententia, aliter à multis, videtur fuisse intellecta; vt videlicet, si Deus alicui apparuerit, statim moriatur. Quod Deus timeri se velit; sic Manue Iudicum. 13. *Moriemur, quia vidimus dominum.* Ideo Iacob Genesis. 32. tanquam mirabile, saltem in vulgi conceptione, dixit: *Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea:* Vt autem vanum timorem, ex vulgi opinione ortum Anna repelleret, dixit: *Si dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocausta & libamenta non suscepisset.* Et Iudicum. 6. cum vidisset Gedeon Angelum domini facie ad faciem, qui vices Dei gerebat, dixit ei Angelus: *Pax tecum, ne timeas, non morieris.* Et Moyses Deuteronom. 5. *Ecce ostendit nobis dominus Deus noster maiestatem, & magnitudinem suã, vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo.* Fortasse etiam vulgus timorem conceperat ex Dijs gentilium, qui ijs, à quibus videbantur, saltem inuiti, mortem, cæcitatem, aut aliud graue malum inferebant, vt superius retulimus. Ideo Gentiles hanc opinionem de Dijs conceperant, vt si quis eos videret, statim moreretur; quam opinionem de Deo suo fortasse Hebræi, gentiles imitati conceperant. Licet autem illa verba, ostende mihi gloriam tuam, de visione diuinæ essentiæ intelligerentur, non sequeretur, ostensam Moysi fuisse diuinam essentiam, cum eã petitionem reiecerit Deus dicens; *Posteriora mea videbis, faciem meam videre non poteris.* Posteriora interpretantur effectus Dei, seu creaturas, Philo, Tertullianus, Irenæus, Hilarius supra, & Athanasius, q. 23. ad Antiochum: humanitatem vero Christi, Tertullia. & Irenæus, & Nazianz. oratione, 34. quæ est. 2. Theologiæ.

3. Obseruandum est, Augustinum, & alios qui eius sententiam sequuntur, ad probandũ 39.
Moysem vidisse diuinam essentiam, fidere magis illi loco Num. 12. *Audite sermones meos; si quis fuerit inter vos propheta Domini; in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad ipsum. At non talis seruus meus Moyses, qui in domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei, palam, & non per ænigmata, & figuras dominum videt.* Ex quo loco argumentum sumitur: quoniam aliquibus prophetis, non solum in visione imaginaria, aut somno Deus apparuit, sed etiam sub visibili figura. Sic vidit Abraham Deum Genes. 17. & 18. Iacob. Gen. 32. Gedeon, Iudicum 6. Manue, Iudicũ. 13. ergo vel Moyses non recte præfertur omnibus prophetis in videndo Deum, vel Dei essentiam vidit; & alioqui falsum est, palam, & non per ænigmata, & figuras dominũ videt: omnis enim visio Dei, quæ non est per essentiam, est per figuras, & ænigmata. Quod plurimum ex translatione 70. confirmatur, quæ sic habet: os ad os loquar ad illum in specie, non per ænigmata, & claritatem, vel vt alij vertunt, gloriam domini vidit. Ex hoc tamen loco nihil colligi, patet, quia in eo vel nõ præfertur Moyses antiquioribus, aut recentioribus prophetis, sed tantum prophetis eius ætatis, vel præfertur quoad ordinarium modum videndi Deum, scilicet in figura corporis humani, vt Deuteron. 34. *Non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem.* Quo pacto raro alijs prophetis apparuit, aut certe nunquam, loquendo de ijs, qui ordinarie, & quasi ex officio prophetarent, & annunciarẽt mysteria populo, sed eorum prophetiæ erant per locutionem & visionem Dei intellectualem, aut imaginariam (quod erat frequẽtius, & magis proprium prophetis) simul cum aliqua exteriore repræsentatione, vt constat ex D. Tho. 2. 2. q. 174. artic. 2. & 3. Præfertur etiã Moyses, quia ipse vidit figuram, sub qua Deus apparuit in monte, reliqui non. Patet ex verbis. 70. iam relatis, & gloriam, seu charitatem domini vidit. Et magis constat ex Hebræo, vbi habetur, ideam, vel similitudinem domini vidit: & sic etiam exponi potest vulgata, vt videt, sumatur, pro vidit paulo ante dominum. Discrimẽ vero, quod assignat Alexan. 2. p. loco citato, quod cæteris in visione imaginaria, Moysi in visione intellectuali mysteria reuelata sint, mihi, non probatur, tum quia vt optime tradit S. Tho. 2. 2. quæst. 174. art. 3. ad. 1. propheta Dauid fuit intellectuali visione; tum quia præfertur, quòd facie ad faciem,

ciem, ore ad os cum Deo loqueretur, vt amicus cum amico, quod ad visionem intellectualem non bene refertur. Ad priores ergo differentias recurrendum: nam etsi Isaias vidit domini maiestatem, cap. 6. & Ezechiel gloriam domini, cap. 1. & 2. & Ioannes in Apocalypsi, & alij prophetæ, tamen hæ visiones non fuerunt illius figuræ, quam Deus sumpsit in monte, vel saltem fuerunt imaginariæ. Id quod de Ezechiele definitum est, canone Episcopi 28. q. 5. qui est Concilij Ancyra. vel Anquirensis, quem etiam refert Burcard. lib. 10. sui decreti, cap. 1. & Ibo, part. 11. cap. 30. De reuelationibus quoq. Ioannis in Apoca. constat, fuisse in spiritu, hoc est in visione imaginaria, vt ex. 1. cap. colligitur, & alibi sæpe, vbi Ioannes dicit, fui in spiritu, & S. Tho. 2. 2. q. 174. art. 3. gradus prophetiæ proprie dictæ secundum visionem imaginariam, putat esse accipiendos. Manue autem, & Gedeon, non erant proprie prophetæ, nec cum eis loquebatur dominus, tanquã cum prophetis, vt populo mysteria, & futura nunciarent. Neq. illis apparuit Dñs, sed Angelus loquens nomine proprio. Moysi vero, licet loquebatur Angelus, iuxta Dionysium, cap. 4. cælestis hierarchiæ, tamen nomine Dei. Abrahamo autem, & Iacobo, nõ ita familiariter sicut Moysi apparuit Deus, qui longo tractu sermonis cum Moyse in tabernaculo loquebatur. Neq. tam aperte loquens, vt Deus apparuit illis, sicut Moysi: & hi fuerunt ante Mosem, qui solis futuris præfertur Numer. 12. Nempe in prædictis, sed in alijs Dauid Moysi præfertur à D. Tho. illo artic. 3. ad. 1. Deniq. cæteris prophetis multæ, imo præcipua per ænigmata, & figuras obscuras reuelabãtur. AEnigma enim res est obscura, & difficilis, quæ aliud significat quam videtur, iuxta Augustinum. 15. Trinitatis, cap. 9. & hoc modo Hieremias vidit Virgã vigilantem & ollam succensam, & sic de alijs prophetis, Moysi vero omnia manifeste, & sine ænigmate dominus reuelabat.

Ad. 3. R multa esse congruentia, quæ nemo
40. asserat à Deo fieri: congruũ enim esset manifestari Petro eseẽtiã Dei; q̃ tñ nemo affirmat.

Ad. 1. vero argumentum pro Paulo factũ R. ex illis verbis metaphoricis cæli, & paradisi nihil certi colligi posse. Habent enim varias expositiones; nomine enim imparadisi intelligi potest consorciũ beatorũ, inter quos Paulus fuerit, nõ quidẽ videns diuinam essentiam, sed altissima alia cognitione ipsam attingẽs, & videns intuitiue oculis mentis humanitatẽ Christi gloriosam, à qua audierit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. Et forte sic intelligũtur Chrysost. & Theophy. dicentes, eleuatu fuisse ad Christi visionem, ne in hoc esset cæteris Apostolis inferior; at cæteri, neq. viderant, neq. audierãt Christũ per diuinitatem se ostendentẽ, & loquentẽ, ergo neq; Paulus. Nomine autem 3. cæli, vel intelligit Paulus cælũ Empyreũ, vel Angelos, 3. ordinis primæ hierarchiæ. Alij aliter exponunt, vt videre licet apud D. Thom. 2. 2. quæst. 175. artic. 3. ad. 4.

Ad. 1. p D. Paulo factum.

Ad. 2. R. Iæpe citra visionem beatificam Deum multa ineffabilia hominibus reuelare. Ad 2.

Ad. 3. R. in apparitione illa, de qua actorũ, cap. 9. & 26. dum Paulus iret Damascum, Paulum vidisse Christum à mortuis suscitatũ, ac gloriosum, quẽ viderat prædicãtem, & forte morientem; atq. huius rei potissimũ fuisse, constitutum testem, aliarumq. quas tunc viderat; non tamen mysterij Trinitatis, quasi illius esset testis oculatus. Verisimile autem est, raptum Pauli vsq. ad 3. cælum non fuisse tunc, sed vel postea in illo triduo, quando neq. comedit, neq. bibit, actorum, 9. vel paulo post. Quando enim Christus illi apparuit in via Damasci, socij audiebant vocem loquentis cum Paulo, & responsa Pauli; nec potuit dubitare Paulus, an tunc sua anima fuerit in corpore, vt dubitabat, pro tempore sui raptus in 3. cælũ. Neq. est admodum verisimile, ante conuersionem, vel in ipsa conuersione ostensam esse Paulo diuinam essentiam, sed ad summum cũ esset satis in charitate proiectus. Neq. satisfacit, quod aliqui dicunt, duos fuisse raptus Pauli, primus in via Damasci, seu in triduo, in quo non comedit, neq. bibit, & hunc fuisse in 3. cælum; secundus in Hierusalem, & hũc fuisse in paradisum. De primo fit mentio, actorũ. 9. & 26. de secundo vero, actor. 22. numero 17. Vbi dicitur; *Factum est autem reuertenti mihi in Hierusalem, & oranti in templo fieri me in stupore mentis, & videre illum dicentem mihi: festina, & exi velociter.* Ad. 3.

Ad. 4. R. loca illa etiam vrgere de Paulo, quia non esset priuandus vita, vt videret Deũ, neq. ad hoc opus esset à sensibus abstrahi, vt nec Moyses cũ Deum videbat à sensibus abstrahebatur; quãuis id fuisse necessarium ad videndũ Deũ in hac vita, ex August. 12. super Genesim ad litteram, cap. 27. & epist. 112. de videndo Deũ, doceat Abulen in Matth. supra, recte enim docet Molina supra, lumen gloriæ adeo nobile esse, adeoq. euehere intellectum beati, siue transitu, siue per modum habitus communicetur; vt esto anima corpori sit vnita, independentem illam à phantasmatibus in sua operatione efficiat; præsertim quoad visionẽ ipsam beatificam, quæ de eo obiecto est cuius nullũ phãtasma esse potest, eo quod sensus internus incapax sit notitiæ rei mere spiritualis, qualis est Deꝰ, vt beatifica visione cõspiciatur. Quia ergo visio beatifica ratione lumi nis gloriæ, pficiscitur ab intellectu operãte independẽter à phãtasmatibus, etiã dũ anima Ad. 4.

est vnita corpori. Reuelationes vero, quæ animæ in hoc mortali corpore commoranti supernaturaliter fiunt, vt plurimum non proficiscuntur ab intellectu operante independenter à phantasmatibus, quin potius necesse habet speculari phantasmata propter vnionem animæ cum corpore in hac mortali vita. Inde fit, vt licet quædam reuelationes, & illustrationes magnificæ, quæ in vita fiunt, impediant operationes sensuum externorum, ob vim magnam, qua vires sentientes internæ ad eam cognitionem attendunt, dum simul operantur, & phantasmata ministrant (id quod in causa est, vt spiritus sensitiui, à viribus externis ad internas auocentur, extasis q. fiat) visio tamen beatifica, neque internorum, neq. externorum sensuum operationem impediat, sed magna cum tranquillitate corporis fiat, & ita accidit sine miraculo in Christo, & accidisset in Moyse, & Paulo, si Deum vidissent, non autem accidit saltem in Paulo, sed in raptu à sensibus abstractus est, ergo signũ est non vidisse Deum.

Nec valet, si dicas, Paulum, & Moysem vidisse Deum sine lumine gloriæ, vel alia qualitate, vt inquit Abulensis, Matth. 5. q. 46. ad. 4. & 5. ideo non potuisse sine miraculo simul exercere operationes partis sensitiuæ; nam forte visio etiam si fiat sine lumine gloriæ manente, vel fluente, est independens à phantasmatibus. Deinde, nouum esset miraculum, visionem Dei sine lumine gloriæ manente, vel fluente fieri; licet, vt superius diximus, de potentia absoluta sine vlla qualitate fieri posset. Deinde iam ostensum est, raptum Pauli non fuisse visionem diuinæ essentiæ, & si ipse vidisset diuinam essentiam, non dixisset; *quem nullus hominum vidit, &c.*

Ad. 5. Ad. 5. R. satis esse Patres generaliter dicere, nullum hominẽ, nec Moysem vidisse Deũ, vt idem intelligamus eos sentire de Paulo, de quo minus est in scriptura fundamentum. Ad locum autem Ambrosij recte Vazquez respondet, non esse ad rem; loquebatur enim Ambrosius de eo tẽpore, quo Christus, Ioan. 14. dixit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me*: Quo tempore nullus Apostolus Christum viderat; nec Christum potuit Ambros. de vera visione Dei interpretari, cum aperte loquatur de perfecta cognitione sui ipsius per fidem; quæ cognitio non fuerat adhuc in Apostolis omnibus: Quod dixit Ambrosius, vt idem Augustinus statim exponit, propter Petrum, cui caro, & sanguis non reuelauit, sed pater ipse, Iesum esse Christum filium Dei viui, ac proinde iam perfecta fide Christum viderat.

Ad. 6. Ad. 6. R. ad id munus satis fuisse aliam perfectam reuelationem, & perfectam cognitionem mysteriorum; & certe de Paulo nulla videtur fuisse maior ratio, quam de Petro, qui erat Ecclesiæ caput, & de Ioann. qui insignis Apostolus, & Euãgelista fuit, vel de Baptista, qui fuit Christi præcursor, de quibus tũ communiter non asseritur, Deum vidisse. Imo sunt qui dicãt, de alijs præter Paulum, & Moysem id affirmare temerarium esse, quam ego censuram non probo.

41. Q. an alij præter Paulũ et Moysẽ viderint diuinã essentiã in hac vita.

Nam quidam asserunt, Adamum in sopore illo, quem Deus ei immisit in paradiso, vidisse clare diuinam essentiam, putare q. esse doctrinã August. 9. Genes. ad litteram, cap. vltim. & Bernar. 2. ser. septuagesimę. Quos tũ Patres, Vazq. 1. p. disput. 56. cap. 2. ait, solum asserere Adamum quadã mirabili extasi fuisse eleuatũ ad intelligẽda mysteria aliqua. Molin. etiã 1. p. tract. de opere. 6. dierum disp. 25. ait Adamũ in hac vita non vidisse diuinam essentiam, licet oppositum probabile iudicare videatur. D. T. 1. p. q. 94. art. 1. & in illud inclinauerit Richar. 2. d. 23. a. 2. q. 1.

De Ad.

Item Augustinus. 9. confessio. cap. 10. de se ipso, & matre sua, cum essent ad ostia Tiberina, videsse clare diuinam essentiam, dicere videtur. Ait enim; *si continuetur hoc, & subtrahantur aliæ visiones, vt talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ, cui suspiramus, nonne hoc est, intra in gaudium domini tui.* Quamuis Vazquez, supra respondeat, aut Augustinum dulcedine visionis captum putasse, se Deum vidisse, aut vt magnitudinem contemplationis, & extasis, quam expertus fuerat extolleret, eam comparasse æterno gaudio, & fælicitati, de qua dicitur, intra in gaudium domini tui. Deinde B Hieronymus, in regula monachorum, cap. 26. loquitur in hæc verba, quæ eidem tribuit Iacobus Faber in procemio libri trium virorum: *Scio quid loquar charissime, nam vt meam insipientiam loquar, ego homunculus sic abiectus, sic vilis in domo domini, adhuc viuens in corpore, Angelorum sæpe choris interfui, de corporeis per hebdomadas nihil sentiens diuinæ visionis intuitu post multorum fere dierum spacia, præscius futurorum, redditus corpori flebam, quid ibi manens fælicitatis habebam, quid inenarrabilis delectationis sentiebam, testis est ipsa Trinitas, quam cernebam nescio quo intuitu &c.* Ob quæ verba Petrus Vega, ordinis D. Hieronymi, in vita ipsius arbitratur, vidisse clare diuinam essentiam; sed Hieronymus non videtur loqui de visione clarę diuinæ essentiæ: & præterea liber ille falso adscribitur Hieronymo. Vnde Marianus Victorius illum retulit in tomum. 9. Hieronymi vbi ea ponit, quæ falso adscribuntur Hieronym. Et Erasmus apologia aduersus Stunnicam, mire in hunc librum inuehitur.

De Aug.

D. Hiero.

De Ioannne autem Euangelista, verisimilius est di-

De Ioan. Euang.

est diuinam essentiam clare vidisse; quia Ambrosius in id Lucæ. 15. *Cecidit in collum eius*, ait, *non tibi videtur Christum cecidisse in collum Ioannis, quando erat Ioannes in sinu Iesu, ceruice recubans reflexa, & ideo verbum apud Deum vidit, qui est erectus ad superna* idē suadetur. Quia Ioannem Euangelistam, Petro, & Paulo in cognitione præfert Origines, homilia. 2. in diuersos dicens; *Petrus Dei filiam mirabili, & ineffabili modo carne circumscriptum, per virtutē fidei, & actionis conspicatur. Ioannes vero Dei verbum, per se ante carnem absolutum, & infinitum in principio suo, hoc est in Patre, miratur.* Et infra: *spirituale igitur petaurum, citiuolum Deiuidum, Ioannem dico Theologum, omnem visibilem, & inuisibilem creaturam superat, omnem intellectum penetrat, & deificatus, in Deum intrat se deificantem.* Vbi pondera verbū Dei vidum, id est visorem Dei: & infra: *O beate Paule, raptus es in 3. cælum, & paradisum, sed non es raptus super omne cælum, & paradisum; Ioannes omne cælum conditum, omnemq. creatum paradisum, hoc est omnem humanam, Angelicamq. transgreditur naturam. In 3. cælum rapus, o magister gentium, & vas electionis, audisti verba, quæ non licet homini loqui: Ioannes intimæ veritatis inspector, vltra omne cælum, in paradiso paradisorum, hoc est in causa omnium, tuditit vnum verbum, per quod facta sunt omnia, & licuit ei illud verbum dicere.* Et infra: *Subuectus in ea, quæ superiora sunt secreta, videlicet, vnius essentiæ in tribus substantijs, & trium substantiarum in vna essentia ingressus es.* Itaque videtur Origenes dicere, Ioannem Euangelistam, cum ei Euangelium reuelatum est, vidisse Dei essentiam. Quod non apparet incredibile, si id, quod in eius vita refert Simeon Metaphrastes, in receptione Euangelij accidisse, perpendamus. Qui etiam initio illius vitæ ita loquitur: *Cumque in montem Thabor Christus ascenderet, ipse Ioannes vna conscendit, ac dignus habetur visione admiranda, & maiori, quam dici possit, ipsam verbi diuinitatem denudatam intuitus est*, &c. Vnde & Basilius Sanctorus, in vita Ioannis Euangelistæ ait: in monte Thabor vidisse nude diuinitatem, & gloriam verbi, quod durum creditu est, cum socij tunc diuinitatem non viderint, & postea cum illis tam facile lapsus fuerit, in suoq. Euangelio dixerit: *Deum nemo vidit vnquam*: Nisi forte intelligatur, vidisse tunc diuinam essentiam, quasi virtute, quia ratione illius familiaritatis, postea est ei clare ostensa. Sic ferunt, in cœna didicisse Euangelium, vt inquit Beda Ioan. 1. & Augustinus, præfatione, & tractatu, 16. in Ioannem: Salmeron to. 2. tract. 1. ratione. 4.

De B. Benedicto. De Beato etiam Benedicto multi eius filij, diuinam essentiam vidisse pie credunt, & ex Grego. colligunt. 2. Dialogorum, cap. 35. vbi duo continentur. Primum est historia, in qua narratur visio facta Benedicto, quæ partim fuit plane sensibilis, nempe quoad visionem lucis, quæ noctis tenebras discussit. Hæc enim spiritualis esse non poterat, siquidem spiritualis lux corporeis tenebris non opponitur, & si spiritualis lux esset, non vocasset Benedictus socium, vt eam videret, vocauit autem, & ille partem lucis, quæ ad huc supererat vidit. Deinde, visio illa corporea etiam fuit, quoad spheram igneam, in qua Germani anima ab Angelis in cælum ferebatur, quoad mundum autem, qui totus velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est, dubitari potest, an illa visio corporea fuerit, vel spiritualis: & si spiritualis, an mundus in Deo, vel in se ipso, seu in aliqua imagine conspectus fuerit: & omnibus his modis posset visio illa explicari; sed pie, & verisimiliter à Gregorio de visione spirituali mundi in Deo intellecta videtur. Interrogante enim Petro Diacono, quomodo ab vno homine simul totus mundus, quasi in vnico solis radio collectus conspici poruerit. Respondet Gregorius; *Fixum tene Petre, quod loquor; quia animæ videnti creatorem angusta est omnis creatura; quamlibet enim parum de luce creatoris aspexerit, breue fit ei omne quod creatum est, quia ipsa luce visionis intimæ, mentis laxatur sinus, tantumq. expanditur in Deo, vt superior existat mundo. fit vero ipsa videntis anima, etiam super semetipsum; cumq. in Dei lumine rapitur, super se in interioribus amplitur; & dum super se conspicit exaltata comprehendit, quam breue sit, quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo Dei, qui in turri globum igneum, Angelos quoq. ad cælum redeuntes videbat, hæc procul dubio cernere, non nisi in lumine Dei poterat. Quid ita mirum, si mundum ante se collectum vidit, qui sublenatus in mentis lumine, extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, non cælum, & terra contracta est, sed videntis animus est dilatatus, qui in Deum raptus videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deum est. In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum, cum ad superiora rapuit, ei, quam angusta essent omnia inferiora monstrauit.* Hæc Gregorius Qui plane docet, visionem mūdi spiritualem fuisse; & innuit, fuisse in Deo, & alio qui non omnino quęstioni satisfaceret, nec proprie loquere tur, aut præter rem doceret, videnti Deū angustam esse omnē creaturā. Quāuis D. Tho 2.2. q. 180. artic. 5. ad 3. admittere nolit, Benedictum vidisse Deum, & Gregoriū aliter interpretetur. Imo quodlib. 1. artic. 1. ait manifestum esse, quod Benedictus Deum non viderit. Similiterq. ibi ad. 1. in alium sensum

Gregorium interpretatur. Ratio autem eius vtroq. loco est; quia nemo potest videre Deũ in hac vita mortali, sine speciali miraculo, nisi à sensibus abstrahatur, vt Paulus; Benedictus autem nõ fuit tunc à sensibus abstractus, quia alium ad idem videndum vocauit, ergo.

Sed hæc ratio infirma valde est, non enim est miraculum videre Deum sine alienatione à sensibus, imo esset miraculum, propter visionem Dei à sensibus abstrahi, vt ex Molina, 42. cui concinit Vazquez. 1.p. disputatio. 56. cap. 1. contra Abulensem dicebamus. Quare deceptus est Castro, verbo Beatitudo, hæresi. 1. dicens, oportere eum, qui Deum videt, à sensibus abstractum esse, sicut Paulus, & similiter Moyses, si Deum vidit. Quam sentẽtiam videtur sumpsisse ex D. Tho. quodlib. citato, & 3. contra gentes, cap. 47. & de veritate, q. 13. ar. 3. & 4. & 2.2.q.175. art. 4. & 2. Corinth. 12. lect. 1. Vbi etiam Anselmus, Abulen. 2. Paralip. 1.q.18. Henric. quodlib. 7.q.6. vbi ex varijs locis. D. Gregor. id probat. Expresse autem id dicit Augustin. 12. Genes. ad litteram, cap. 29. & ita ibi interpretantur id Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet*: id est nemo me videbit, nisi aut vere moriatur, aut ita à sensibus abstractus sit, vt mortuus videatur. Quo pacto Paulus cum Deum vidit, à sensibus alienatus est: & suaderi potest, quia anima quandiu est in corpore mortali, dum aliquid contemplatur, per quandam sympathiam rapit ad se imaginationem. Dum autem anima aliquid vehementer imaginatur, à sensibus abstrahitur, ergo anima videns Deum in hac vita, à sensibus abstrahitur. Imo fortasse etiam si tunc nihil imaginatio ageret, anima abstraheretur à sensibus, quia anima in hoc statu, quanto magis attendit vni obiecto, tanto minus attendit alijs, sed ad videndum diuinam essentiam requiritur magna animi attentio, ob excellẽtiam luminis, & nouitatem, ac præsentiam obiecti, ergo non potest illam videre, & simul attendere sensibilibus.

2. Quia corpus corruptibile aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sap. 9. rapitq. sensus intellectum ad suum obiectum, abstrahendo illum ab alijs obiectis, & ideo in somnijs aptior est intellectus ad apprehendẽdum aliquid ex impressione Dei, vel boni, aut mali Angeli, vt ait D. Thom. 1.p.q. 84. artic. 4. ad. 2. Henricus quodlib. 6.q.6. ergo quandiu homo est in corpore corruptibili, & sensibus vtitur, nõ potest sine speciali miraculo Deum videre. Itaq. duplex erit miraculum, scilicet, & communicari ei visionem, & communicari sine abstractione à sensibus: post resurrectionem autem corpus erit plane subditum spiritui, neq. spiritum impediet in suis actionibus, & spiritus poterit se mouere intelligibiliter, non rapiendo secum imaginationem, neq. impediendo actionem corporis; ideo non erit miraculum, si Deum videat sine alienatione à sensibus. Sed licet ista opinio sit vera, possemus sustinere B. Benedictum vidisse diuinam essentiam, dicendo fuisse speciale miraculum, quod interim non fuerit abstractus à sensibus, sicut iuniores id dicunt fuisse miraculum in Christo. Alio argumento Vazquez. 1. p. disput. 56. c. 2. ostendere conatur, Adamo, Augusti. & Benedict. ostensam nõ fuisse in hac vita diuinam essentiam, inquiens: *At quis audeat asserere, tot sanctis post Ioannem Euangelistam, essentiam Dei reuelatam clare fuisse, vt singulare illud encomiũ quod de solo Christo dixit*: Deum nemo vidit unquam, vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit; *iam amplius dicere non posset*.

Quidquid autem sit de reliquis, de B. Virgine, Deum in hac vita vidisse, docet Suarez. 3.p. tom. 1. disputatione 29. sectione, 4. Henriquez, lib. 3. summæ, cap. 11. qui citat Gerson in Magnificat, Suarez vero citat Gerson alphab. 15. titul. 8. & alphab. 88. tit. 9. vbi non inuenio. forte erit alibi, & scriptoris vitio mendum irrepsit. Citant etiam Carthusi. super Dionysium, cap. 4. cælestis hierarchiæ, articul. 18. & tom. 1. opusculo de laudibus Virginis, articul. 12. lib. 2. fol. 290. & tom. 2. lib. 2. de præconio, & dignitate Virginis, art. 18. fol. 202. prioriq. loco rem certam censet Carthusianus. Pro eodem citatur Albertus in Magnificat, cap. 69. Echius, de B. Maria, Canisius, 1. Marialis, cap. 13. & lib. 4. cap. 2. D. Antoni. 4 part. tit. 15. cap. 15. §. 1. dicens, forte in ipso conceptu, vel partu, illi datum esse ad horam, vt videret mysterium huiusmodi, vt in patria, sicut Paulus vidit Deum in raptu. Ex Bernardo confirmat, homilia, 4. in missus est, vbi ait; *Illi soli datum est nosse, cui datum est expetere*. & ibidem; *vt qui soli Patri notus est, sit & illi*. Et in eandem sententiam citat Albertum in Mariali. Vbertinus Casallius, lib. 1. arboris vitæ crucifixi, capit. 9. circa finem, Villanoua, sermone de resurrectione, Medina, 3. part. quæstio. 27. artic. 5. in fine, insinuat Cyprian. sermone de natiuitate dicens: *Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis, & mentis integritate insignis, spiritualis, & corporalis, intus, & extra, præsentia Christi fruebatur*. Loquitur de die natiuitatis Christi. Rupertus etiam. 3 in Cantic. in id, *Oculi tui columbarum*, ait, Virginem raptam in tertium cælum, & vidisse arcana mysteria, quæ non licet homini loqui, perfectius, & excellentius, quam Paulus. Et certe, si cõcessum est Moysi, vel Paulo, aut alteri in vita mortali, non dubito, quin concedendum sit B. Virgini, vt probat

43. Q. de B. Virgine, an sententia tenenda.

bat Suarez supra. Cui consonat Vazquez, 1. p. di sp. 56. Postquam enim docuerat, nullo fundamento id tribui Paulo, Moysi, Adamo, Augustino, & Benedicto, subumgit, c. 2. *Et quidem si alicui ex his omnibus sanctis Deus suam essentiã palam reuelasset, potius credendum esset, matri suæ in hac vita eam clare ostendisse. Quis enim audeat tam speciale priuilegium alijs concessum, Virgini denegare. Verum neque de ipsa certi aliquid habemus, sed quidquid pietati non repugnat, & fidei, pie etiam de ipsa credi potest.* Hæc Vazquez de B. Virgine. Nullo tamẽ modo illi cõcedendum est, vt semper Deum viderit, neq. quisq̃ illi concessit. Est enim priuilegium Christi, simul esse viatorem, & comprehensorem, seu vidisse Deum permanenter in hac mortali vita. De quo vide etiam Suarez eadem disputatione sect. 1. initio, & disp. 4. sect. 1. Vidisse autem aliquo tempore in hac vita diuinam essentiam, non est proprium Christi priuilegium secundum fidem, sed commune fortassis alijs; & quidem de B. Benedicto hunc immodum loquitur Bernardus in id Psalm. 84.

Iterum de B. Benedicto

Audiam quid loquatur in me Deus. Quemadmodum creatura cœli, id est Angelica natura, sic creatura mundi, ideſt homo post hanc vitam iam non per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem Deum videbit, & sapientiam eius in se ipsa ad liquidum contemplabitur. Interim vero opus habet humana mens velut quodam vehiculo creaturæ, vt ad cognitionem creatoris assurgat, cum è contra lõge beatius, perfectiusq. Angelica natura in creatore notitiam habeat creaturæ. Ad quam nimirum excellentiam, licet ad modicum rapta fuisse videtur anima illa beata, quæ collectum sub vno solis radio mundum vniuersum conspexit. De quo miraculo beatus Papa Gregorius, scribit dicens, videnti creatorem, angusta est omnis creatura. Hæc Bernardus.

Bonauentura autem tractatu de luminaribus Ecclesiæ, sermone. 20. consideratione. 4. sic loquitur: *Anima Beati Benedicti bene fuit contemplatiua, qui totum mundum vidit in vno solis radio.* Et explicans Gregorij verba inquit: *Mũdus non fuit coangustatus in solis radio, sed eius animus dilatatus, quia vidit omnia in illo, cuius magnitudini omnis creatura angusta est, parua, & modica.* Et Dionysius Carthusianus, sermone Beati Benedicti ait: *Erat contemplator altissimus: quod præsertim constat ex visione illa mirifica, quam in ascensu animæ sancti Germani habuit, in qua, quasi sub vno solis radio, totum collectum mundum vidit: sed & in diuitias gloriæ fuit vberrime raptus, & in lumine creatoris ita expansus quod facilitter in eius luce conspicere potuit, quidquid sub illo fuit.*

Fauet etiam Rupertus, in illa verba Matth. 4. *Ostendit illi omnia regna mundi.*

Ex quibus colligere licet, incaute quosdam iuniores, 1. p. q. 12. a. 11. dixisse, non licere extendere priuilegium videndi diuinam essentiam in hac vita ad aliquem sanctorum, præter Paulum, & Moysem, licet aliqui extenderint ad B. Benedictum, *moti* inquiunt: *Propter quoddam miraculum à Sancto Gregorio relatum, qui narrat mirabilem quandam visionem, qua D. Benedictus existimauit se videre totum vniuersum.* Hæc illi, sed in primis irreuerentur, & sine vllo fundamento, & contra aliorum expositionem, & Gregorij, aliorumq. authoritatem dicitur. B. Benedictum non habuisse illam visionem sed eius existimationem. Deinde falsum est propter illam visionem asseri licite nõ posse B. Benedictum vidisse in hac vita diuinam essentiam, præsertim cum testimonijs allatis nonnullæ congruentiæ accedant. Potissima est, quia B. Benedictus fuit monasticę disciplinæ primus institutor, si credimus Felino, rubrica de maioritate, & obediẽtia, §. simplex sacerdos, n. 6. qui putat esse communem doctorum, c. quorundam de electio. in 6. c. auaritiæ de præbendis, c. Deus de vita & honestate clericorum. Idemq. docet Cassanæus in catalogo gloriæ mundi à consideratione. 14. Vnde Benedictus Monachorum Apostolus appellatur, & quasi de paradisi fonte, vt inquit Vrbanus Papa, de Benedicti pectore monasticus ordo emanauit. Quod difficultate non caret; antea enim extitit Antonius, de quo in quadam oratione sic loquuntur ipsi monachi Sancti Benedicti: *Deus qui gloriosum Patrem nostram Antonium*: Et in prima lectione officij ipsiuu: *Antonius, quo præcipue patre, monachorum ordo gloriatur.* Postea extitit Augustinus, qui normam viuẽdi regularibus reliquit; & vt Hieronymus scripsit regulam monachorum. Eodem tempore floruit Basilius, de quo Benedictus, c. vltimo suæ regulæ dicit: *Sed & regula patris nostri Basilij*, &c. Respondent aliqui, prædictos sanctos, collegisse quidẽ multos fratres, quibus normam, & regulam viuendi tradiderunt, sed sine professione solemni: sine hac autem solemnitate votorum, essentia religionis non habetur, vt colligitur ex D. Tho. 2. 2. quæstio. 184. artic. 5. & quæs. 186.

44.

Sed hæc responsio erronea est, nam scholares Societatis Iesu post emissa tria vota simplicia, exacto probationis biennio, vere, & proprie religiosi sunt, vt proprio tractatu docuimus, ergo solennitas voti non est de essentia religionis. Præterea, absurdum est dicere, ante B. Benedictum nullum fuisse vere, & proprie religiosum. Vel ergo ad essentiam religionis non requiritur voti solennitas, vel ea fuit ante B. Benedictum. Confirmatur, quia solennitas voti non emanat proprie à fundatoribus religionum, sed à Summo Pontifice. Vnde autem constat, tempore B. Benedicti, &

non

non antea, solennitatem votorum à Pontifice emanasse?

45. R.ergo aliter D.Benedictum dici posse quo dammodo,primum monasticæ disciplinæ institutorem,respectu eorum fundatorum, & institutorum, quorum ordines in Ecclesia latina præcipue floruerunt. Et quia ipse potissimum in Ecclesia latina monasticam disciplinam dilatauit, etiam vitæ suæ tempore. Vnde monasticæ vitæ rationem Italis dedisse, & monachorum disciplinam in occidente pene collapsam restituisse authores sunt Platina in vita Ioan.1. Panuinus in chronico ecclesiastico Martyrolog.Roman.12.kalend.Aprilis. ideo Sanctissimi Pontifices illum prædicant monachorum præceptorem almificũ,monachorum omnium patrem,monasticę legis latorẽ & operatorem, occidentalium omnium patrem & sacræ religionis monachalis venerandum authorem,vt videre licet de Bonifacio.4. 16.q.1.c.sunt nonnulli.§.neq.de Zacharia anno Pont.1.sub datum Aquini, & Vrban.2. anno Pontificatus.4.sub datum Capuæ.Grego.9.anno Pontificatus.7.sub datum Romæ,& Vrbano. 5. anno Pont.8. apud montem flasconen. Alex.4.anno.6.Pontificatus sub datum Sublaci.quæ omnia & alia adhoc institutum reperies apud eruditissimum patrem mihiq. amicissimum Constantinum Caietanum lib.de Sãcti Gregorij monachatu.ca.4. Antonius vero suo tempore non multa erexit monasteria,neque Augustinus,qui èmonasterio ad episcopatum eductus est.Similiter & Basilius cuius religio,& Antonij in Ecclesia latina non floruit, sed in Græca. Religio vero Canonicorum regularium Sancti Augustini,quamuis excellentissima,in neutra ecclesia plura habet, vel habuit domicilia; ergo cum tam præcipuus propagator monastici instituti futurus esset Benedictus,non mirum,si ad claram Dei visionem euectus sit,quo melius posset ad institutũ monasticum, quod est difficilimum multos adducere, vt Moysi dicitur ostensa diuina essentia, quia erat veteris legis promulgator,& Paulo, quia Apostolus,& doctor gentium.Non ergo illicite,aut temerarie, B. Benedicto tribuitur, quod in hac vita diuinam essentiam viderit.

Sectio 5. Virum animæ sanctæ ante resurrectionem corporum Deum videant,ipsoque fruantur,an vero corporum resurrectio ad habendam essentialem Beatitudinem requiratur.

46 DE hac re vide castrum vero beatitudo hæresi.6.Sixtum.5.biblioth. annot.64. 119.169.& lib.5.annot.264.& 345.Valent.disp.1.q.4.p.2.D.Th.& alios.q.4.a.5.& 4. contra gent.c.91.& 4.d.45.q.1.a.1. Marsil.4. q.13.a.3.Iac.Pamel.super Cyprian.epist.16.n. 19.& in prologomenis super Tertul.n. 9.& in librum Tertul.de anima.c.7. qu.55.56.58.& in librum de paradiso,& in apologeticum.ca. 47.Feuarde.super Irenæum.lib.1.c.2.nu.3.D. Th. op.4.contra errores Græcorum.c.9.Tertullianus varijs locis docet in inferis & sub terra esse locum quendam dictum sinum Abrahæ in quo sanctæ animæ vsq. ad diem Iudicij, quando plenam mercedem recipient,detinentur.Patet ex Apologetico.c.47.vbi ait paradisum esse locum diuinæ amænitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum,maceria quadam illius igneæ Zonæ à notitia orbis communis segregatum & lib.de anima.c.7.ait sanctas animas sub terris detineri & in iudicium reseruari & locum,in quo detinentur,esse diuersorium quoddam & sinum Abrahæ à quo fouentur & ca.9.animas martyrum in sinu Abrahæ,& sub altari detineri,& c.55.ex descensu Christi ad inferos antequam cœlum ascenderet.Ephes.4.colligit. Habes & regionem infernum subterraneam credere & illos subito pellere qui satis superbe non putent, animas fidelium inferis dignas,serui super Dominum & discipuli super magistrum aspernati forte in Abrahæ sinu expectandæ resurrectionis solacium capere(alias carpere) & infra quomodo ergo anima exhalabit in cœlum Christo illic adhuc sedente ad dexteram Patris,nondum Dei iussu per tubam Archangeli audito? & infra nulli patet cœlum,terra ad huc salua, ne dixerim clausa, cum translatione enim mundi referabuntur regna cœlorum,& in fine eiusdẽ c.Habes de paradiso à nobis libellum,quo cõstituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini,& c.56.ita dicimus omnem animam quaqua ætate decesserit, in ea stare ad eum diem,vsq.quo perfectum illud repromittatur ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum & c.58.ait,omnes animas esse penes inferos & illic supplicia,l. refrigeria recipere,& infra cur enim non putes animam & foueri & puniri in inferis interim sub expectatione vtriusq.Iudicij, in quadam vsurpatione & candida eius.& lib.de resurrectione carnis.c.17.animas torqueri & foueri nunc penes inferos,sed in carne plenius cruciandas aut remunerandas,& 3.contra Marcionem.cap.24. post discursum vitę apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium &c.Deum etiam ad inferos vsque misericordem,sed de sinu Abrahæ suo tẽ tempore,& lib.4.c.34.vnde patet sapienti cuique,qui aliquando Elysios audierit,esse aliquã localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ ad recipiendas animas filiorum eius, &c.Eam itaq. regionem sinum dico Abrahæ,

Sententia Tertullia.

non

& si

& si non cælestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium, plenitudine mercedis expũgat, tunc apparitura cælesti promissione quã Marcion. suis vendicat, quasi nõ à creatore promulgatam. Ad quam ascensum suum Christus ædificat in cælum, secundum Amos. 9. vtique suis, vbi est, & locus æternus, de quo Isaias. ca. 33. quis anũciabit vobis locum æternum, &c. vt autem etiam notat Iacobus Pamelius in prologomenis ad Tertullia. n. 9. & annot. 606 ad librum de anima, & ad librum de paradiso & ad lib. 4. contra Marcionem c. 34. nunquam Tertullian. docet, animas in sinu Abrahę carere intuitu Dei, sed perfecta cœli beatitudine, quam post corporis resurrectionem plenioręexpectant, cum vero lib. de anima. c. 55. ait solis animabus martyrum paradisum patere, cũ alijs locis dixerit, illum esse omnium sanctarũ animarum receptaculum. Solum intendit, cõmuniter solas martyrum animas recta hinc ferri in paradisum: reliquæ enim communiter aliquid purgandum habent, ita explicat Pamel. ibi & in prologomenis num. 9. citato, ex Cypriano Tertulliani discipulo. ep. 52. ad Antoninum dicẽte. *Aliud est ad veniam ire, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire inde, donec reddat nouissimum.* Quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accepere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum, emendari & purgari diuigne; aliud peccata passione purgasse, aliud denique pendere in diem Iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Itaque ex mente Tertulliani omnes animæ sanctæ in sinu Abrahæ sequestrantur vsque ad diem Iudicij, fortasse tamen non sine intuitu Dei.

Anabaptistæ tamen (inquit in dicto nu. 9. prologomenorum Pamelius) & Cornelius Aggrippa eorum essecla dicunt, vsq. ad resurrectionem animas diuini intuitus gloria carere. Locus Aggrippę est 3. lib. de occulta philosophia. Errorem Tertulliani tenuit etiam Vigilantius, vt lib. 2. contra Vigilantium his verbis scribit Hieronymus. *Non est Deus mortuorũ sed viuorum, si ergo viuunt honesto iuxta te carere claudentur. Ais ergo vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei animas apostolorum & martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, & vbi voluerint, adesse præsentes senatoriæ videlicet dignitatis sunt, & non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestaque custodia, infortunatorum insulis, in campis elysijs recluduntur, tu Deo leges pones? Tu Apostolis vincula inijcies? Vt vsque ad diem Iudicij teneantur custodia, nec sint cum Domino suo, de quibus dictum est, sequuntur agnum quocumque ierit.* Neque tamen ex his verbis colligitur, vigilantium asseruisse, animas ante resurrectionem non videre Deum, neque ipso frui: quod tamen docuere Græci schismatici, vt patet ex Florentino. sess. 1. & D. Thom. op. 6. cap. 9. & Armeni, vt referunt Guido in summa de hæreticis & Castro. 3. de hæresibus verbo beatitudo hæresi. 6. idemque Græcis & Armenis tribuunt Prateolus in elencho hæresum verbo Armeni & Græci, & Sanderus. 7. monarchia hæresi. 118. sub anno Domini. 600. & infra referens schisma Græcorum, sub anno Domini. 1032. & eisdẽ Anabaptistis tribuit idẽ Sixtus. 5. biblioth. annot. 169. & libr. 6. annot. 345. & Canisius to. 2. de corruptelis verbi Dei & lib. 3. de B. Virg. cap. 12. idem tenuit Luther us in prælectionibus suis in genesim teste staphylo libr. de Theologia trimemb. Lutheri part. 2. & Caluinus. 3. institu. capit. 25. §. 6. vbi ait. *Cum scriptura vbique iubeat pendere ab expectatione aduentus Christi, & gloriæ coronam consequi differat, contenti sumus his finibus diuinitus nobis præscriptis: animas piorum militiæ labore perfunctas, in beatam quietem concedere, vbi cum felici lætitia fruitionem promissæ gloriæ expectant: atque ita omnia teneri suspensa, donec Christus appareat redemptor.* Idem docuit Caluinus eodem libr. capit. 20. §. 20. & 24. quem & plures alios ex citatis refert Bellarmin. to. 1. lib. 1. de beatitudine. c. 1.

47. Referuntur pro sententia Tertulli. test. 1. test. Lactan.

Pro qua sententia præter Tertullian. locis citatis, qui illam insinuat, sunt. 1. plurima patrum testimonia. 1. est Lactantij. 7. diuin. instit. cap. 21. vbi ait. *Nec tamen quisquam putet animas post mortem iudicari omnes: in vna communique custodia detinentur omnes, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tunc quorum fuerit probata iustitia, ij præmium immortalitatis accipient, &c.*

2. testim. Victorini.

Secundum est Victorini martyris apoc. 6. dicentis sanctorum animas esse sub ara & in nouissimo die venturam earum remunerationem.

3. testim. Euthimij.

Tertium est Euthimij lucæ. 16. & 23. qui eodem modo loquitur, vixit autem post schisma græcorum secundum Valentiam & explicat Euthimius, animas sanctorum in paradiso terrestri expectare suam remunerationem, & diuinum conspectum.

4. testim. Augusti.

Quartum est August. in enchirid. cap. 103. vbi ait, tempus, quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut quęque digna est requie, vel erumna pro eo, quod sortita est in carne dum viueret. Et in Psalmum. 36. *Ait, post vitam istam nondum eris, vbi erunt sancti, quibus dicetur venite benedicti pa-*

ctipatris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi, nondum ibi eris, quis nescit? Sed iam poteris ibi esse vbi illum quondam vlcerosum pauperem diues ille superbus in medijs tormentis vidit longe requiescentem: in illa requie certe securus expectabis iudicij diem, quando recipias corpus quando immuteris, vt angelo æqueris & 12. ciuit. capit. 9. *Pars illa ciuitatis Dei quæ coniungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur, nunc vel mortaliter peregrinatur in terris, vel in eis qui mortem obierunt secretis animarum receptaculis sedibusque requiescit* & libr. 4. genes. ad literam capit. 24. ait post resurrectionem nos venturos ad æqualitatem Angelorum qui Deum vident & libr. 12. genes. ad lit. capit. 35. *Ait, si quem mouet, quid opus sit spiritus corpora sua in resurrectione recipere, si potest eis etiam sine corporibus summa illa beatitudo præberi, difficilior quidem quæstio est quam vt perfecte possit hoc sermone finiri, sed tamen minime dubitandum est, raptam hominum à carnis sensibus mentem & post mortem ipsam, carne deposita & transcensis etiam similitudinibus corporalium, non sic videre posse incommutabilem substantiam, vt Sancti Angeli vident.* & 1. retractat. capit. 24. hanc quæstionem attigit & indiscussam & in ambiguo reliquit dicens. *Illud nos beatissimos facit quod ait Apostolus, tunc autem facie ad faciem, & tunc cognoscam sicut & cognitus sum, qui hoc inuenerunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, sed quinam sint illi beatissimi, qui iam sint in ea possessione magna quæstio est & angeli sancti, quod ibi sint, nulla quæstio est, sed de sanctis hominibus iam defunctis, vtrum ipsi saltem dicendi sint in illa possessione consistere merito quæritur. Iam enim corpore, quo anima aggrauatur exuti sunt, sed adhuc expectant etiam ipsi redemptionem corporis sui & caro ipsorum requiescit in spe, necdum in futura incorruptione clarescit. Sed vtrum ad contemplandam cordis oculis veritatem facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus disputando inquirere.* Et epist. 3. ad fortunatianum exponens quædam verba D. Hieronymi. ait in his verbis multa considerandæ sunt. 1. quia secundum aptissimam Domini sententiam etiam ipse sentit hinc visuros faciem Dei cum in Angelos profecerimus, ideſt æquales angelis facti fuerimus, quod erit vtique in resurrectione mortuorum. Hæc ille.

5. testim. Hilarij. Quintum est Hilarij. Psal. 138. vbi explicans illud, si descendero in infernum ades: dicit esse legem humanæ necessitatis vt sepultis corporibus animæ ad inferos descendant, quam legem neq. ipse Christus recusauerit.

Sextum est Prudentij in hymno de exequijs defunctorum qui ait deferri animas defunctorum in ipsum paradisum terrestrem, vnde Adam eiectus fuit. 6. testim. Prudentij

Septimum est Chrysostomi homil. 39. in 1. ad Corinthio. vbi ait: *Anima sine carne ipsa admirandis illis bonis non fruetur, & iterum si corpus non resurgat, animam nostram incoronatam mansuram, & extra cælestem beatitudinem.* Similia dicit homil. 28. in epistol. ad Hebreos. 40. in genes. 53. in Matth. 7. testim. Chrysost.

Octauum est Irenæi. 5. aduersus hæreses. capit. 31. vbi ait Christianorum animos abire post mortem in locum inuisibilem definitum eis à Deo & ibi resurrectionem corporum expectaturas recipientesq. corpora venturas in conspectum Dei. 8. testim. Irenæi.

Nonum est Ambrosij, qui libr. 2. de Cain & Abel. capit. 2. explicans id genes. 4. concepit & peperit Cain, ait. *Soluitur à corpore anima & post finem vitæ huius, adhuc tamen futurij iudicij ambiguo suspenditur*, & in 1. præparatione ad missam in fine ait. *Facie ad faciem te vidimus, cum tradideris regnum Deo & patri, & erit Deus omnia in omnibus.* 1. Corint. 15. & in 2. præparatione ad missam in fine ait. *Sufficit ad plenam miseriam sua non perfrui beatitudine, in qua iusti receptis corporibus sanctorumque angelorum cælsitudini coæquati, in æternam lucem aspicientes, sicut sol refulgebunt, &c.* Et libr. de bono mortis capit. 10. tradit animas sanctorum contineri sub terra in abditis receptaculis ibique vsque ad diem iudicij expectare gloriam Dei: sic loquens. *Scriptura Esdræ receptacula animarum, promptuaria nuncupat, & occurens quærelæ humanæ, eo quod iusti, qui præcesserunt, videntur vsque ad diem iudicij per plurimum scilicet temporis, debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait, coronæ esse similem diem iudicij; coronæ enim dies expectatur ab omnibus, vt intra eum diem & victi erubescant, & victores palmam adipiscantur victoriæ: ergo dum expectatur temporis plenitudo, expectant animæ remunerationem debitam, alias manet pœna, alias gloria,* & in eodem cap. vocat infernum locum qui non videtur, quem petunt omnes animæ corporibus exutæ. 9. testim. Ambrosij

Decimum est Iustini quæstio. 60. à gentibus proposita, *neque enim*, inquit *ante resurrectionem vnicuique ex ijs quæ in vita gessit præmium reddetur*, & quæstio. 76. ait animam boni latronis custodiri in cætu beatorum ad resurrectionis remunerationisque diem, interim videre seipsum & quę infra se sunt & præterea angelos & dæmones. 10. testi. Iustini.

Vndecimum est Origines hom. 7. in Ieuit. 11. testim. Origenis.

nondum

nondum inquit, sancti receperunt lætitiam suam. Similia. 2. periarchon. prope finem, &
Theodor. Theophi. OEcum. & Arethæ. lib. 4. & Theodoretus libr. 11. Theophyl. ibi & luc. 16. OEcumenius etiam luc. 16. & hebr. 11. & Arethas apoc. 6.

12. Hieronym. Duodecimum est Hieronymi apud Augusti. epistol. 3. sub initium dicentis. *Nunc in speculo videmus, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in angelos profecerimus ideſt (ait ibi Auguſt.)* Cum æquales Angelis fuerimus, quod erit vtiuqe in resurrectione mortuorum.

13. Bernardi. Decimumtertium est Bernardi serm. 3. de omnibus sanctis, in illam, inquit, Dei domum animæ nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis, sed quia nomine domus Dei, vt premiserat, intelligit beatitudinem consummatam, & ita exponi potest, vt anima ante resurrectionem videat quidem Deum in cœlo, non tamen habeat perfectam & consummatam beatitudinem, vt exponit Valentia. sup. affero difficiliorem Bernardi locum ex sermon. 4. de omnibus sanctis, vbi ait, Christum eductas sanctorum animas ex sinu Abrahæ, collocasse sub altare Dei, ideſt humanitatem suam, collocaturus eas in die iudicij super altare, quia videbunt aliquid superius humanitate, scilicet Deitatem, cuius aspectu beatæ erunt, verba refert Sixtus. 6. biblioth. annot. 345. & Bellarmin. supra.

48. 2. Ratio. Secundo probatur authoritate Pontificia. Ioann. enim. 22. Romanus Ponti. definisse fertur, animas vsque ad diem iudicij vltimi non videre Deum, neque ipso frui, Parienſibusque præcepisse, vt ita docerent, neque vllum ad gradum Theologiæ admitterent, nisi in eam sententiam iuraret, vt refert Gerson. serm. de pasch. Ocham opere. 93. dierum. Marsil. 4. quæstio. 13. artic. 3. Adrianus in 4. quæst. de sacramento confirmationis. §. ad. 2. principale.

49 3. Ratio. Ex locis scrip. 1. Locus. Tertio probatur ex scripturis, in quibus multa loca huic sententiæ suffragantur. Primus est Matth. 20. vbi omnibus operarijs ad vesperam iubet Pater familias reddi denarium, sed per vesperam significatur finis mundi & per denarium beatitudo: igitur in fine mundi, & non ante reddetur omnibus simul merces beatitudinis.

2. Locus. Secundus est Matth. 25. vbi scribitur Christum in extremo iudicio ad electos dicturum, percipite regnum, quod paratum est, &c. non ergo ante ad regnum cœlorum admittentur.

3. Locus. Tertius est. 2. ad. Thimothe. 1. scio cui credidi & certus sum, quia potens est depositum meum seruare vsq. in illum diem.

4. Locus. Quartus est ibidem capit. 4. reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

5. Locus. Quintus Hebræorum. 11. & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

6. Locus Sextus est 1. Ioan. 3. nunc non apparet quod erimus, scimus autem quoniam cum apparuerit similes ei erimus, videbimus enim eum, sicuti est, sed ante diem iudicij non apparebit Christus, nec quales erunt iusti, ergo ante illum diem non videbimus Deum.

7. Locus. Septimus locus est apoc. 6. vidi subtus altare animas interfectorum & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, &c. & data est eis stola. 1. ideſt visio humanitatis & promittitur alia in fine mundi, scilicet visio diuinitatis.

8. Locus. Octauus est Ioann. 14. vado parare vobis locum, iterum veniam & assumã vos ad me ipsum: particula, veniam, aduentum secundum significat & subdit, in illa die vos cognoscetis, quia ego in patre, &c. Quod de die iudicij intelligunt Augustin. tractat. 39. in Ioannem, Cyrillus. 9. in Ioann. capit. 46. & 47.

9. Locus. Nonus est Coloss. 3. cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

10. Locus 10. est 1. Petri. 5. cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcesibilem gloriæ coronam.

50. 4. Ratio. Quarto probatur ratione, qua vtuntur Irinæus libr. 5. capit. 31. Hilarius supra & Tertullian. libr. de anima. capit. 55. nam qui ad beatitudinem prædestinati sunt, similes futuri sunt Christo iuxta id Romanor. 8. quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imagines filij sui: nec futuri sunt melioris conditionis; non enim est discipulus super magistrum. Matth. 10. Sed Christus non statim post mortem, sed post descensum ad inferos, & post resurrectionem, in cœlum ascendit, ergo similiter animæ electorum post descensum ad inferos, & post resurrectionem, in cœlum ascendent, & non antea. Confirm. Confir. 1. nam cum anima & corpus simul laborent in promerenda beatitudine, expedit vt non nisi simul remunerentur. Secundo quia homines diuersorum temporum habentes eadem merita æqualiter remunerantur: quod falsum esset, si vnus prius Deum videret ipsoque fueretur, quã alius. 2. Tertio quia dæmones nondum puniuntur, sed puniendi reseruantur in diem iudicij, nam idcirco dicebant Christo: venisti huc ante tempus torquere 3.

nos

nos. Matth. 8. deprecabantur, illum ne imperaret eis, vt in abyssum irent. Lucæ. 8. ergo idem de hominibus fiet, si autem impij non punientur nec pij remunerabuntur.

4. Quarto quia præmium, quod proponitur tanquam brauium & corona tribuenda & distribuenda inter multos, non est reddendum, donec constet de omnium meritis.

51. 2. Sententia de fide tenenda. Contraria sententia de fide est, quam docet D. Thom. in hac quæst. 4. art. 5. & ibi Medina alijque iuniores. Valentia ibi puncto. 2. Vazq. disput. 19. capit. 2. Castro Sixtus Pamelius Feuardentius supra; Suarez. 3. par. to. 2. qu. 59. dispu. 52. sect. 2. & omnes huius temporis catholici.

Probatur 1. ex locis scripturæ 1. Locus. Probatur primo ex locis scripturæ. 1. ex ecclesiastici. 11. facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuiq. secundum vias suas, vbi non solum significat Ecclesiasticus, posse Deum id facere, sed etiam solere iuxta temporis exigentiam, ita vt ante mortem Christi daret iustis sinum Abrahæ; post mortem autem Christi cœlestem beatitudinem, cuius figura fuit quod numer. 35. iubebat Deus, exules habere aditum in patriam post mortem summi sacerdotis, ideo in eodem capite. Ecclesiastic. meminit iudicij priuati, quod fit in morte cuiuscumque, dicens, in fine hominis denudatio operum eius.

2. Secundus locus est Luc. 23. hodie mecum eris in paradiso, idest in gloria regni cælestis, vt exponunt Ambros. Beda. Theophilactus & alij, & Cyrill. Hierosolymitanus catechesi. 13. circa finem, cum illud hodie mecum eris in paradiso interpretatur idem esse, atque dicere, hodie erit tibi salus.

3. Tertius locus est actuum. 7. vbi Stephanus morte imminente ait, video cælos apertos, & Domine Iesu suscipe spiritum meum, ideſt admitte ad cælestem beatitudinem.

4. Quartus est 2. Corinth. 5. vbi Paulus, sicut D. Tho. q. 4. art. 5. argumentatur aperte indicat, animam iusti absoluta peregrinatione huius vitæ, in qua ambulat per obscuram cognitionem fidei, præsentem fieri Deo per claram visionem oppositam illi obscuræ, cognitioni, ait enim, quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino; per fidem enim ambulamus, & non per speciem, & mox subdit. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse Deo. Atq. huc etiam pertinet, quod antea ibi dixerat, scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis, dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, æternam in cælis, qua antithesi significat terrenæ habitationi statim cælestem succedere in animabus plene purgatis, quod intendit ibidem dicens, quod momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. De hoc loco plura Bellarmin. 1. de beatitudine. capit. 3. solum nota, per terrenam domum quosdam intelligere totum mundum inferiorem, qui in die iudicij destruendus est: vnde colligunt nos non habitaturos cœlum vsque ad diem iudicij, quam expositionem refellit Chrysostom. homil. 10. in illam epistol. dixerat enim Paulus capit. 4. exteriorem hominem corrumpi, intteriorem vero renouari de die in diem: ideo. capit. 5. subdit, post plenam corporis dissolutionem sequi cælestem habitationem, quam omnes cupimus, nollemus autem spoliari corporibus, sed superuestiri, quia vero id secundum diuinam ordinationem fieri nequit, subdit. Audemus autem & bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. Loquitur ergo de corporis dissolutione, post quam dicit sequi societatem cum Christo, quam expositionem sequuntur Græci & Latini. Et licet aliqui per ædificationem & domum non manu factam intelligant corpus glorioſum, quod speramus futurum domicilium animæ nostræ post separationem à corpore corruptibili, quo pacto domus æterna commodius opponitur domui corruptibili, in quo sensu non potest colligi, illam æternam domum fore animæ nostræ tribuendam statim post destructionem terrenæ domus, sed in die iudicij, vt Tertullian. libr. de anima capit. 42. Alij vero expositores iudicant, hoc esse contra mentem Pauli, qui consolatur, confortatque fideles ad mortem constanter sustinendam, eo quod sit via ad cælestem patriam, ergo non est verisimile, eum loqui de resurrectione & expectatione corporis glorioſi, sed de cælesti patria; de qua Lucæ. 12. facite vobis amicos, &c. vt cum defeceritis, ideſt vita excesseritis, recipiant vos in æterna tabernacula, & Ioann. 14. in domo Patris mei mansiones multæ sunt, & Matth. 25. intra in gaudium Domini tui, vide D. Thom. 2. Corinth. 5. & opusc. 6. capit. 9. & 4. contra gent. capit. 91. quibus locis recte hunc locum interpretatur, vide etiam Hieronymum. 2. Corinthior. 5.

5. Locus. Quintus locus est ad Ephes. 4. ascendens in altam captiuam duxit captiuitatem, ideſt secum in cælum adduxit animas sanctorum patrum, quæ in lymbo detinebantur, vt inter-

interpretantur Amb. & alij ibi &Suarez cũ multis patribus.3.p.to.1.disp: 43.sect.3 ex psal.66 (ex quo illa verba sumpsit Paulus) addens eo illos duxisse,vt eos æternæ vitæ restitueret,iuxta phrasim enim scripturę esse in cælo est videre Deum Mat.18.Angeli eorum in cælis semper vident faciẽ patris mei erunt autem homines in cælo sicut angeli Dei:vt ait Christus ergo etiã videbunt faciem Dei,& propterea Cyril.hieroso.Catechesi 9 cælũ appellat velũ diuinitatis quia scilicet Deus ab omnibus & solis illis qui in cælo sunt videtur. Propterea etiã Deus singulariter dicitur esse in cælo,quia ibi suã essentiã manifestat. Deniq. vt recte Castro,&Val.sup.dicunt,parũ conduceret animabus in cęlo.vel alio loco esse,nisi in eo Deũ visuræ sint,cũ incorporeæ sint,& à locis perse nõ afficiantur. 6.Locus est Philip.1.cupio dissolui & esse cũ Christro,frustra enim desiderasset apostolus dissolui,nisi hoc ad prius existendũ cũ Christo referat,esse autẽ cũ Christo ex sentẽtia Amb. ibi & aliorum sępissime,est præmij loco Deo per frui cum Christo iuxta id Ioã.12. & vbi ego sum illic & minister meus erit.Eodẽ spectat id Math. 24.& Luc. 17.vbi fuerit corpus ibi congregabũtur & aquilæ & Eph. 2. qui conresuscitauit & cõsedere nos fecit cum Christo in cælestibus. de quibus locis vide Gre.4.dialogi c.25.& 4. mor. c.27:alias.22. 7. Locus est hebræ. 9.significante spiritu sãcto nõ dũ propalatã esse sanctorũ viã ad huc priori tabernaculo habente statũ,vbi Paulus docet,nullos sanctorũ potuisse ingredi cælum antequã per mortẽ Christi scinderetur velum veteris tabernaculi,idest,aperiretur via ad cælũ aditusq; pateret. Vt exponunt Theophil. Primasius Oecumen & Ansel.ibi.& eodẽ c. ait Paulus statũ hominibus semel mori, post hoc autẽ iudiciũ quod licet possit exponi de vniuersali iudicio quod post omnium mortẽ sequetur,vt Oecum. exponere videtur,tamẽ optime de morte cuiusque & iudicio particulari exponetur cum Amb. & Ansel.ibi.& eo tẽpore fieri iudiciũ probat late Sua. tũ ex his tũ ex Cyp.Chrys.Damasc.Tertul. August.Iren.Greg.& alijs. Tale autẽ iudicium ordinatur ad gloriã animę,ergo anima tunc gloriã recipit.sed hoc nõ vrget, quia ante aduentũ Christi.per iudicium particulare nõ dabatur gloria sed sinus Abrahæ Sic ergo, &c.8.locus est hębre. 12. vbi Paul. iustos animos vocat spiritus perfectorum & conscriptionẽ in cælis & ecclesiã primitiuorum & Hierusalem cælestem.

6. Locus.

7. Locus.

8.

9 9. Apoc. 6.animabus martyrũ datæ sunt singulæ stolæ albæ idest gloriæ essentialis animæ,vt exponit Aug.serm.4.de innocẽtibus. Greg.ps.4. pœnit. Beda,Haymo,& Ansel,apoc.6. Richard. 2.in apoc.c.8.& Aug.serm.4.omn.sanct.iussæ autẽ sũt expectare vsq. ad diẽ iudicij pro gloria corporis,cũ in terra sua duplicia possidebũt.Isai.61. vt apoc.6.exponit Beda. 10. Locus est apoc.7. Hi qui amicti sunt stolis albis sunt ante thronũ Dei,& seruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius:nomine tẽpli & throni Dei,cælũ intelligitur iuxta id

10

Mat.23. qui iurat in cælo,iurat in throno Dei. 11 Locus est Osee.13.ero mors tua ò mors,morsus tuus ero inferne:ex quo loco cõstat, Christũ eduxisse sãctorũ animas ab inferis seu lymbo patrũ,ad quid autẽ nisi vt eas in cælũ asportaret,vt ibi fruerentur visione diuinæ essentiæ:nõ igitur animæ piorũ descẽdũt modo in lymbũ patrũ seu sinum Abrahæ: quãdo vero animæ nunc dicunturrequiescere in sinu Abrahæ,nõ significatur ille materialis locus, in quo sancti detinebãtur ante Christi aduentum sed locus in quo sancti cũ Christo requiescunt,vt bene Bernard.serm. 4. de omnibus sanctis.Aug.2.quæst. Euang.q. 38.& licet Iustinus.q.70.75.76.à gentibus.Nicepho.1 Hist. c.31.& li.2.c.22.dicãt animas patrum statim ab inferis deductas fuisse à Christo in paradisum terrestrẽ,iuxta id Luc.23.hodie mecum eris in paradiso, tamẽ verisimum est,animas illas nõ in paradisum terrestrẽ adductas, de quo vide Suarez.3.p.to.2.disp.43.sectio.4. 12. Ad hoc sunt loca quibus constat Christum morte sua paradisum & cælum aperuisse, viam ad illum feciſſe,de quo Suarez.3.p.to.2.dispu.41.sectione 1.

11.

12

13 Loca,quibus dicitur,sanctos regnare cum Christo in cælo vt habetur apoc. 1.5. 12. 17. illud enim regnum potissime consistit in visione beata neq. in locum beatorum admittitur, nisi qui iam est capax beatitudinis,sicut neq.in infernum descendit nisi qui iam est in eo statu in quo passurus sit pœnas damnatorum, vnde ante aduentum Christi,iusti non ascẽdebant in cælum.Quia non erant tunc visuri Deum.

13.

2. Probatur eadem veritas. Nam ita diffiniuit Benedictus.11. vel(vt semper vult Valen. & alij citati disp. 4. sectione. 1.) 12. in extrauaganti quam ad verbum refert Castro verbo beatitudo hęresi. 6.& Marsil.4. q.13.a.3 ita etiam diffinierunt Inno.3.c maiores de baptismo,& c. ad Apostolicam de presbytero nõ baptizato & Concil. Florentinum sess. vltima in litteris vnionis & Trid.sess.25.in decreto de veneratione sanctorũ Francofordiẽ.epis. ad Episcopos Hispanię prope finem Maguntin.c.46.& 49.& in oratione sancti Greg. ait Ecclesia Deus qui animę famuli tui Greg.ęternæ beatitudinis pramia contulisti,&c. & in antiphona quadã.gaudent in cælis animę santorũ qui Christi vestigia sunt secuti.

52

2.prob.conclu.

3.Probaitur ex patribus Ignatius ep.ad Ro.inter alia dicit finite me purã lucẽ aspicere (idest Deum qui est lux vera Ioan:1.parẽthesi illuc perueniens, homo Dei ero,miserabilis sum nũc,donec Deũ merear adipisci.

Dionys.c.7.Eccle.hierach.p.3.agens de ritu sepulturæ fidelium ait diuinarũ promissionũ cantica & lectiones explicant beatissimã requiẽ, ad quã subuehuntur sempiterne.qui sancte consummati sunt. Sola autẽ requies cæli & diuinæ visionis est beatissima & sempiterna, ergo de hac loquitur. Vnde iufra ait ista vt reor perspicua sunt beatissima sanctorũ præmia. Quid enim immortalitati perfectę omnisq. tristitiæ vacuæ ac plenæ perpe

53

3 prin. rã. patribus.

tui luminis cõferri potest? similia dicit eod. c. p. 1.

Irenæus. Irenæus li. 2. c. 64. per hæc manifestissime declaratũ est perseuerare animas, &c. & dignã habitationẽ vnãquãq. gentẽ percipere etiã ante iudiciũ, cælũ vocat dignã habitationẽ in eo autẽ videtur Deus vt ostẽsũ est, ergo. & lib. 1. c. 2. quibus dã iustis ab initio, quibusdã autẽ ex patiẽtia vitã donans, incorruptelã loco muneris cõfert, & claritatẽ æternã circundat & li. 4. c. 43. de tẽpore legis gratiæ ait in tãtũ homo diligẽs Deũ proficiet

Origenes. vt etiã videat Deũ, &c. Origenes. 2. Periarchõ, c. 12 si quis mundo corde & puta mente, & exercitatiori sensu fuerit, cito ad aeris locũ ascendet, & ad cælorũ regna perueniet, &c. itaq. sensit Origenes ante iudiciũ extremũ recipi præmiũ cæleste. licet falso doceat, per varia loca, & virtutũ post hanc vitã progressus eo perueniendũ esse, & hom. 7. in

Basilius. leuit. ait sanctos nunc habere lætitiã sed imperfectã quia nos secũ non habẽt & idẽ ait de Christo. Basil. oratione in Gordiũ martyrem, ait illũ angelorũ manibus ad beatã vitã trãslatũ: vide etiam Basil. orat. de 40. martyribus. N yssenus oratio

Nyssenus. quod nõ sit dolẽdũ propter obitum eorũ qui in fide dormierũt, ait Postquãmortis tãquã partus dolores quasi obstetricẽ acciuerũt, vt in alteram vitam homines educãtur, ipsi quidem cum ad illam lucem processerint, & purũ illũ spiritũ hauserint, experimento cognoscunt quantũ illa vita ab ista differat. Et infra relicta sola mentis actione materiæ, & corporis experte, diuinã pulchritudinem cõprehendente, sine vllo impedimento natura propriũ bonum percipiet, quodnec color est, nec figura, nec interuallum, nec quantitas, sed omnem coniuncturæ similitudinẽ superans & oratione in sanctum Ephrem, ait, in cælestibus tabernaculis animus illius consedit, vbi sunt ordines angelorum, vbi patriarcharum populi, vbi Chori Prophetarum, vbi gaudium martyrũ, vbi piorum lætitia, vbi doctorum spendor, vbi celebris primogenitorum cætus, vbi puræ lætantium voces & infra: tu vero diuino assistens altari vitæ que principi & sacrosanctę vna cum Angelis sacrificans Trinitati omnium nostrum recordare,

Nazianze & peccatorum veniã impetra. Nazianze. oratione. 20. quæ est in laudẽ Basilij in fine. Tu vero sacrum & diuinum caput nos cælitus inspicias, carnisq. stimulum à Deo nobis ad disciplinã datum aut præcibus tuis sistas, vt forti animo perferamus, nosq. postquã ex hac vita migrauerimus, tabernaculis tuis excipias, vt simul viuentes sanctam ac Beatæ. Trinitatem, cuius nunc speciem & imaginem accipimus, purius perfectiusq. cõspicientes, desiderijs nostris, finem imponamus. Vide etiam oratione. 11. quæ est de sancta Gorgonia in fine, & oratione de obitu Cæsarij in fine & in carmine de suis rebus cũ obitũ Cæsarij deplorat. Chryso. ho. 50. in 2. epi. ad Corinth. cogita quantam lætitiam nobis allatura sit manifesta cõprehensio? beati & ter beati qui illis fruuntur, sicut miserrimi, qui istis contraria sustinent, & ho. 3. in ep. ad Philip. iusti, siue in futuro sęculo fuerunt cũ rege sunt, illictamẽ magis, ac propius nõ per ingressum ad fidẽ sed facie ad faciẽ. Idem repetit ho. 69. ad pop. & ho. in id sap. 5. iustorũ animæ in manu Dei sunt, & ho. 4. in ep. ad Philipp. ait, quis athleta cupiet amplius certare, cum iam liceat coronari? Similia Chryso. ho. 32. in ep. ad Ro. & li. 6. de sacerdotio, Epipha. hereſi. 78. Theodo. Plurim. Patrum.

retus li. 8. ad Græcos, Theoph. Luc. 23. Hila. ps. 24 64. 138. Pauli. natali. 3. de sancto Fælice. Hierony. epitaphio Paulę & epitaphio Nepotiani, & ep. ad Marcellã de obitu Lætæ. Aug. 12. in genes. c. 34. 20 ciuit. c. 13. & in ps. 116. & lib. meditatio c. 22. & 24. serm. 4. in solemnitate sanctorũ de quo vide Sixtũ 5. bibliath. annot. 169. Similia Prosper 1. de vita contẽplatiua. c. 1. Athan. in vita Antonj, Eusebius. 4. hist. c. 15. Maximus Taurinẽsis Epis. ho. de sancta Agnete, & de S. Eusebio. Gre. 4. dialo. c. 25. & in ps. 4. pœnit, Beda & Haym. apoc. 6. Sulpi. ep. ad Aureliũ de obitu Martini Præsbyteri Achaiæ in martyrio S. Andreæ, Cyrill. Alex. 12. in Ioannẽ. c. 36. & Cyrill. Hierosolimit. catechesi. 13. Damas. histo. de Barlaam. & Iosaphat in fine Oecumenius hebræ. 9. Gre. li. 3 mor. c. 20. explicans id Iob. 17. post tenebras spero lucẽ, ait quia authoris nostri gratia redẽpti sumus hoc i ã cœlestis muneris habemus vt cũ à carnis habitatione substrahimur, mox ad cælestia præmia ducamur. Quia dũ conditor & Redẽptor noster claustra interni penetrans electorũ exindeanimas eduxit nos illo ire nõ patitur, vnde iã alios descendẽdo liberauit & 4. dialogi c. 25. luce Clarius constat quia perfectorũ animæ mox vt huius carnis claustra exeunt in cœlestis regni sedibus recipiuntur, quod probat ex lociscit. Mat. 24. Luc. 17. Philip. 2. 2. cor. 5. vide etiã 4. mor. c. 37. in id qui cõcepti nõ viderũt lucẽ, & c. 32. alias 27. & Cypriã. lib. 4. ep. 2. ad Antonianũ & serm. de immortalitate quietiã li. de exhortatione ad Martyr. quãta est dignitas claudere oculos quibus homines videbantur & mũdus, & aperire eos statim vt Deus videatur & Christus. Amb. ep. 65. ait Prothasiũ & Geruasiũ esse plenos luminis & fulgoris ęterni eorũq. corpora in terra, animas in cæloesse, & ep. 59. ad Thesalonicẽ. de obitu Aurelij & in id Philip. 5. cupio dessolui, &c. & 1. Cor. 13. docet animas in cælum recipi & facie ad faciem videre Deum verba refert Sixtus 5. bibliot. annot. 64. vide etiã Amb. li. 10. ep. vlti. Bernar. sermo. 5. in festo omniũ sanctorũ certũ putat, esse aliquos iustos, quiã Deũ aspiciunt, nec ex fide viuũt, & serm. de sancto Malachia, ait, illũ pari cum angelis gloria & fælicitate lætari, angeli autẽ semper vidẽt faciẽ patris Mat. 18 & ep. ad fratres Hibernicos de Malachia ait, nec iã fide ambulas sed in specie regnas, ab sit vt immutata, nedũ exinanita tua illa operosa charitas reputetur, cũ ad fontẽ ipsum charitatis æternę procumbas, pleno hauriens ore', cuius prius stillicidia sitiebas, & sermo de obitu Vmberti, ecce immer-

sus

sus es in illam diuinæ pietatis abyssum,cuius memoriã abundantiæ suauitatis tam deuote eructare solebas. Vide etiã serm. 2. de sancto Victore,& sermo de sancto Benedicto:ex quibus colligit Valentia,nimis rigidos Bernardi censores fuisse Castrum beatitudo hæresi.6.& Sixtũ 6. biblioth,annotatione 345. asserentes Bernardũ in illa priori sentẽtia fuisse, ab Ecclesia post modum damnata, scilicet sanctos vsq. ad diẽ iudicij nõ visuros diuinitatẽ cõtrariũ enim cõstat ex his testimonijs sed sane nõ video quid ad locum sumptũ ex sermo. 4. de omnibus sanctis Valentia respõdere possit,licet ad alium locũ ex serm. 3,sufficienter respõdere videatur. Vnde forsam Bernardus sibi extitit contrarius & modo vnã,modo alia sententiam secutus fuit. Bellar. autẽ 1.de beatitudine sanctorum c.5. putat Bernardũ solũ velle, animas ante resurrectionem non perfecte credere & diligere Deũ & de ipso lætari:de quo sectione sequẽti. Nostra autẽ sentẽtia colligitur etiã ex Ansel.2.Cor.5.vbi de pie defunctis inquit,mox vt a carnis colligatione exeunt,in cælesti sede requiescũt:sine visione enim Dei requies in cælo nõ habetur.fauẽt etiã sancti asserẽtes pie defunctorũ animas immortolitatem cõsequi,nec enim intelligũt de immortalitate corporis,quod nõdum habẽt,nec de propria immortalitate naturali,quia hãc ex sua creatione habẽt,sed de immortalitate beatitudinis:sic autẽ loquũtur Oxthodoxi smyrnenses. epist. de Martyrio Policarpi apud Eusebium 4. historiæ dicẽtes,illum per mortẽ præmia immortalitatis fuisse adeptum. Et Fulgentius serm.Sancti Stephani,hodie Stephanus stola est immortalitatis indutus,idẽ colligitur ex patribus absolute asserẽtibus,animas piorũ corpore exutas statim Christum videre.intelligitur enim etiã de visione eius secundum diuinitatem iuxta id Ioã.14. qui videt me videt & patrem meum:sic autem loquitur Iustinus.q. 75.à gentibus proposita:ducuntur(inquit)boni post animi à corpore excessum ad paradisum,vbi est consuetudo & aspectus angelorũ & archangelorum,visio conseruatoris Christi & probat ex illo Pauli, peregrinari à corpore & præsentes esse ad Dominum & hunc locum Iusti.recte ponderat Bellarm.1.de beatitudine sanctorum.c 4 & apud Clementem. constit. Apost.c,47. Episcopus propie defuncto sic Deum orat.colloca eum in sinu Patriarcharũ vbi nõ est tristitia dolor,neq.horror sed cætus piorum & lætantium & terra rectorum beata videntium gloriam Christi sui colligitur etiã ex Polycarpo apud Eusebium orante,instante suo martyrio,suscipiar in cõspectu tuo hodie tanquã sacrificium pingue & acceptabile.Et Hilar. in psal. 60. dicente sanctos perpetuo cum Deo habitare, esse enim cum Deo est esse beatos iuxta id.1. Timo. 4. & sic sempercum domino erimus: colligitur etiã ex Athan. in vita Antonij ait enim Ammonis animam se vidisse,defferri ab Angelis in cælum & Chrysost.hom 4.in ep. ad Philip. asserente Paulum hinc abiturum in cælum,& Euseb.6.hist.c.5.asserẽte. Potammienã de terris migrasse ad cælum & OEcum. Hebræ. 9. asserente Christum secum in cælum duxisse genus humanũ, & Primasio ibidem dicente cæleste regnum fuisse inaccesibile quousq-venit Christus,qui ianuã eius reserauit.Sic prudentius in carmine B.Agnetis eã vocat cælestis arcis nobilem incolã.Et leo serm. S. Laurentij nihil proficis seua crudelitas Laurentio in cælos abeunte tu deficis flammis tuis

Possemus etiã afferre Aug.ep. 112. & alios asserentes Paulum in raptu,vel Moysem vidisse diuinã essentiã,sed hos retulimus disp. 10. sect. 4.vide etiã Aug.ep:57 ad Bardanũ & 12. genes.ad lit.c.34.de prædest.san.c.14.15. Trinit.c.23.de Eccles.dogmat.c. 79. & Hierony. cõtra vigilantiũ nõ longe à principio & ep.3. Chrysost.hom.de cruce & latrone D.Tho in caten. Luc.23. & Hebræ.9.vbi per Christi passionẽ ait,esse ablatũ impedimentum & apertam ianuã: vnde Patres hoc cõstituunt discrimen inter nouum & vetus testamẽtum, quod in nouo testamento aperta est ianua regni cælestis in vetere autem erat clausa vnde Ioan. cæpit prædicare regnum & à diebus Ioã Baptistæ regnũ cælorum vim patitur Mat.3. Marci.1.Christus etiã Mat.3.cœpit. prædicare.pænitentiã agite,appropinquauit enim regnum cælorum,quod confirmat Ioã.3.in c. maiores de baptismo. 4.Probatur hęc veritas rationibus quia Deus visionẽ Dei beatitudinẽ & vitam æternam pro bonis operibus promisit.Mat.19 & 20 & Iob.7.Iacobi. 1.Apoc.2.& alibi:merces autem imo,& donatio nõ est sine causa differenda, iuxta id Ieuit.19. nõ morabitur apud te opus mercenarij vsq mane & Prouer.3.ne dicas amico tuo,vade,& reuertere,& cras dabo tibi.cum statim possis dare. Post mortem autem resurrectionem, & ascensionem Christi in cęlum nulla ratio aut causa sufficiens est differẽdi ingressũ sanctarũ animarũ plene purgatarũ in cælũ, & visionem Dei atq-essentialẽ beatitudinẽ earum,si quidẽ eius capaces sunt,cum in Dei visione a corpore nõ pendeant,vt ait D Tho.q. 4.a.5. ergo.

54
4.Probã.
rationib.
1.Ratione

Confir quia meritum vitæ ęternæ in morte consummatur:ergo sineq. ex parte naturæ neq.personæ est impedimentũ,statim dabitur præmiũ:cur enim manibunt animę sanctæ sine fructu prępij in patria & sine fructu meriti extra viã? Confir. 2.quia angeli finita via statim receperunt præmiũ, ergo & animæ plene purgatæ recipiũt præmiũ finita via,postquã Christus mortuus est.

2. Quia Deus propensior est ad misericor-

diã quã ad irã, vt patet Ezechie. 18. & 33. nolo mortẽ peccatoris, sed magis vt cõuertatur & viuat, sed Deus statim à morte punit impios ergo præmia iustis retribuit. Min. patet ex Iob. 21. in puncto ad inferna descendunt. & Luc. 16. mortuus est autẽ dines & sepultus est in inferno, eleuans autẽ oculos suos, cũ esset in tormentis, vidit Lazarum, &c. Quæ vera Historia est quoad damnationẽ illius diuitis & alia multa, vt ait Euthim. ibi & Hieron: 2. contra Iouinianum. Amb. Luc. 16. Aug. lib. de cura pro mortuis agẽda. c. 14. Grego. 4. dialog. c. 29. Tertul. lib de anima. c. 7. vbi Pamelius. nu 93. & 94. alios refert, & patet, quia ponunt nomina propria Lazari & Abrahæ, & quia ecclesia Lazarũ, vt verũ sanctum colit, quæ omnia sunt signa verę Historiæ.

Licet quoad illas circũstãtias oculorũ & linguæ diuitis, &c. solũ sit parabola, vel metapho ra vt docet Aug. 4. de anima & eius origine Claudianus. 3. de statu animæ. c. 9. & Nyssen. lib de anima & resurrectione: quod est contra Tertull. loco citato, & alios quos citat Pamelius supra. Vnde Epiphan. modo parabolam modo Historiã, nuncupat, & Iustinus. q 9. à gentibus proposita docet non esse parabolã neque Historiã sed mixtũ quid, & quãuis ea narratio quoad damnationẽ diuitis esset parabola, tamẽ accomodanda esset damnationi impiorũ ante resurrectionem, nã post resurrectionẽ non esset locus admonendi fratres, vt diues ille volebat, ne tormenta illa paterẽtur; nec essent libri Moysis & Prophetarũ ad quos Abrahã fratres illos diuitis remittebat. Cur autẽ si iam animę puniuntur & remunerantur, futurũ est vniuersale iudiciũ, plures rationes assignant Bellar. 1 de beatitudine. c. 6. & Suarez 3. p. to. 2. disput. 53. sectio. 1.

3. Ratio. 3. Ratio est quia si sancti hac vita functi cælesti gloria nõ fruerentur, nõ tam solicite ab ecclesia inuocarentur, neq. tanta lætitia transitus eorũ celebrarentur vt neq. olim sancti in lymbo existentes solicite inuocabantur, neq. eorũ obitus lætitia decorabatur, sed fletu, vt in veteri testamẽto legimus & notauit Basil. oratione in sanctũ Barlaã. Hinc de piis obeuntibus dicitur. 1. Thesal. 4. de dormiẽtibus non cõtristemini, sicut & cæteri, qui spẽ nõ habẽt.

4. Ratio. 4. Ratio ex visionibus eorũ, qui viderũt aliquas animas in tormẽtis gehẽnę, alias in purgatorio, alias in paradiso, vide Greg. 4 dialogi. c. 37. Bedã lib. 5. historia c. 13.

5. Ratio. 5. Probatur quia visio succedit fidei sed in anima separata plene purgata cessat fides: ergo succedit visio. Ma. patet ex 1. Cor 13. cũ venerit, quod perfectũ est, euacuabitur, quod ex parte est. Idest, veniẽte visione euacuatur fides vt ibi Chryso. Amb Hiero. Aug. 14. Trinit. c. 2. qui satis signãt statim post hanc vitã in sanctis fidẽ euacuari.

Ad 1. locũ scripturę in atgumento obiectũ R. nomine vesperæ finẽ vnius cuiusq. intelligi posse, neq. opus esse, vt illa parabola quoad si multã eã mercedis rationẽ accõmodetur, sicut nec quoad operariorũ murmurationẽ: recte enim docet Chryso. mat. 20. parabolas nõ ex omni parte quadrare oportere, quãuis posset etiã quoad circunstãtiã simultaneæ solutionis accõmodari ea parabola, si per denarij largitionẽ intelligatur solemnis illa retributio consummatæ beatitudinis in die iudicij, ita vt nomine vesperæ finis mundi intelligatur. 4 Ad loca in 1. Argi. obiecta. Ad 1.

Ad 2. locũ R. electos in illa die publice adre gnũ cælorũ & beatitudinem cõsummatã esse admittendos. sed prius iudicio priuato essentialem beatitudinem cõsecuturos. Ad 3. & 4. locum R. Paulũ loqui de vniuersali iudicio & corona consummata & perfecta, vel de iudicio priuato & corona essentialis beatitudinis nõ integræ nec consumatæ. Ad 5. locum R. 1. sensum esse, quod patres veteris testamenti ante mortem Christi nõ sunt adepti essentialem beatitudinem, sed cum primum Christus mortuus est, quotempore vna cum illo, & pio latrone Deum viderunt. Vnde quod Paulus ait, vt nõ sine nobis cõsummarentur, significat vt nõ sine aliquo vel aliquibus ex nostris R. 2. cum D Tho. ibi, Paulũ loqui de repromissione beatitudinis consummatæ, quę includit etiã gloriã corporis, quã omnes simul recipiemus. Vnde Paulus nõ dixit, vt non sine nobis bearentur, sed cõsummarentur. Adde Primasium ibi per repromisiones intelligere, factas de incarnatione, quæ tempore antiquorũ patrũ impletæ nõ sunt. Ad 6. locum R. 1. illã particulã, cum apparuerit, nõ ad Christũ sed ad id quod post hãc vitã erimus, referendum esse: dixerat enim Ioann. filioli nunc nõ apparet, quid erimus, & mox subiungit, scimus autem, quia cũ apparuerit, scilicet, quid erimus similes ei erimus. Et ita videtur hunc locum intellexisse Aug. tract. 4. in Ioan. vnde nõ videtur esse ibi sermo de iudicio vniuersali sed de priuato, quod fit tempore mortis, cũ Christus apparet animæ iudex & ipsi animæ apparet, quid futura erat R. 2. licet ibi fit sermo de apparitione Christi in iudicio extremo, nõ esse sensum tũc 1. animas visuras Deũ, sed tũc visuras, idq. omnibus publice manifestãdũ esse. Ad 7. locũ R. nobis suffragari. vt 9. loco pro nostra sentẽtia allato cõstat, neq. per stolã primã rectẽ intelligi visionem humanitatis. Per secundã vero Deitatis: sed. 1. stolã esse gloriã animæ 2. corporis: de altari vero legite Riberã ibi. Ad 2. Ad 3. & 4. Ad 5. Ad 6. loũ 1. Solutio. 2. Solutio. Ad Septi- Ad 8.

Ad 8. locum R. posse exponi de aduentu Christi in morte cuiusque per solam efficaciã & virtutem. Si vero intelligatur de 2. aduentu in die iudicij, sensus erit, tunc sanctos in corpore & anima ad Christũ in cælo recipiẽdos esse. Ad 9. & 10. R sermonẽ esse de apparitione Chr- Ad 9. & 10.

ne Christi in extremo iudicio vbi dabitur gloria & corona consummata,seu consumma tio,& complementum gloriæ & coronę,quod est gloria corporis,& honor ille publicus,qui apud omnes in æternum manebit.

56 Ad 2.arg. Ad 2. argumentū R.Ioannē. 22. vt priua tum doctorem ita aliquando sensisse,sed cum de diffinitione ageret, morte præuentū nihil definuisse vt testatur eius successor Benedictus.12.in illa extrauagāti, quā ad verbum refert Castro.vero beatitudo hæresi.6.& Sixtus 6. biblioth. annot.346.& Marsil:4.q. 13. nec mirum id illi impositū ab Ocham,qui fuit illi infestissimus.Præterea Ioann. 22. opinionem suam retractauit, vt testatur Ioann. Villanus illius temporis scriptor lib.11.de rebus Florentinorum.c.19.vbi late refert illam retractationem,quā dicit se accepisse à fratre suo qui in aula eiusdem Ioannis Papæ degebat. de quo vide Billar.1. de beatitudine c.2.vbi etiam refert & confutat varia mendacia Caluini circa istam sententiam Ioannis. 22. de quo etiā vide Bellarm.4. lib.de Pontifici.c.14. vbi defendit,hæreticum non fuisse, potuit enim sententiam illam sine errore defendere,quia Innoc.in illis decretis nō definiuit expresse hāc veritatē sed obiter & quasi aliud agens vnde assertio eratnō habita vtdefinitio fidei,vel nō erat intellecta de clara Dei visione,sed de regno cęlesti cū Christo.Sic potuerunt multa sanctorū & scripturæ testimoniaexplicari,quādo res nō erat ab ecclesia diffinita,maxime cum essent plura alia scripturæ & sanctorū testimonia incontrarium.

57 Ad 3.arg. Ad 3. argumentū R.1. nō admodū curandū esse de Lactātio qui cū esset Rhetor potius quā Theologus,in hunc errorem potuit incidere,vt in alios plures incidit.nec de Victorino quia de illo dixit Hieroym.ep.ad Magnū Oratorē Romanū seu Cathalogo scriptorum Ecclesiasticorū Victorino martyri in suis libris eruditio deficit,nō tamen eruditionis voluntas,nec de Tertul. & Origē. qui in multis errarūt,nec de Bernardo qui hac in re cōstās nō fuit vt vidimus,quod & de B.Aug.dici potest.de Euthimio autem Bellarm.1.li de beatitudine c.4.ait exponi nō posse , sed nō esse de eo curandū,cū sit nō admodū antiquus & scripserit circa annos 1180.quo tēpore græci Schismatici,& hæretici manifeste esse ceperūt R.2. patres cū significant animas ante diem extremi iudicij nō fore beatas,loqui de beatitudine integra cōsumata & vndiq; pfecta quæ tūc erit,cū anima glorioso corpori fueret vnita,gloria enim corporis nō solū est bonū animæ extrinsecū sicuthonor,fama,amici,&c.Sed etiā est ei intrinsecū in opinione. D.Th.&aliorū asserentiū,accidētia corporea in cōposito ex anima & corpore subiectari. Vnde nō mirū si ad substantialē integritatē beatitudinis nō solū hominis,sed etiā animæ ipsius , bonū corporis pertinere dicatur.Ideo.D. Tho.a 6. ad 1. ait bonū corporale facere posse ad alī quem beatitudinis decorē & perfectionē & in corpore dixerat,ad beatitudinē omnibus modis perfectā requiri perfectā corporis dispositionē.Peculiariter autē quod Amb. ait,animā post hanc vitā ambiguo futuri iudicij suspendi,referri debet,nō ad futurā sententiā, sed ad tēpus futuri iudicij,quod tempus etiā beatis angelis ignotū est. Matth.24.& eodē modo exponendus est Cyprian.ep.52. qui similia dicit,vt circa principiū huius sectionis retulimus Quod vero citat Amb.ex 4. Eldræ 4.animas sanctorū expectare sub terra,vt accipiant mercedē ,quando fuerit cōpletus numerus & mēsura sanctorū,vel nō est recipiēdū,cū liber ille sit apocriphus, vel referēdū ad vetus testamēmentū,& quod ait Lactantius,non protinus post mortē iudicari anima,intelligitur de iudicio publico,nō de priuato:hoc enim statim iudicari animas,postea docebimus,de quo vide Suarez 3.p.to.2.q 59. disp.52.

Hieronymus autem,licet dicat animas post resurrectionē visuras Deū,nō negat ante. Aug. cum dixit animā corpore exutam nō videre Deū sicut angeli vident,nō negat videre Deū sed vult,ex appetitu ad corpus retardari à visione Dei,quod tamen , sub dubio reliquit in loco retractationum ibi citato, & falsum esse docebimus sectione sequenti,necdubitauit vnquā Aug.quin animæ ante resurrectionem essent beatæ,sed tātū de loco in quo bearentur, vt patet.1.retract.c.14 & li.9. confessio.c 3.& alicubi insinuat,alibique docet,esse extra cælū,vt patet locis citatis in argum. esse tamen in cęlo cōstanter affirmauit 2.ciuit.c.25.& 2. quæst.Euang.c.38.priori enim loco ait iā inde quo sāguis Christi antiquos sanctos ex inferis eruit,deinceps boni fideles effuso illo pretio redempti,prorsus inferos nesciūt posteriorive rō loco dicit,Sinus Abrahæ requies est beatorū pauperū,quorū est regnum cælorū in quo post hāc vitā recipiuntur & quādo simpliciter dixit,esse in abditis receptaculis,aliqui dicunt exponi posse de receptaculis cælestibus,quod tamē nō placet,quia loca cælestia abdita receptacula improprie satis dicuntur,sed de August.plura Bellarm.1. de beatitudine sanctorum.c.5.Hilarius loquitur de tempore antecedente mortem Christi. Origines errauit putans aliquas animas in paradiso terrestri vel in aere aliquādo commorari priusquā perueniant in cęlum , tamen sensit,ante diem extremi iudicij beatitudinem recipere vt supra ex eo citabamus.Prudentius cælum figurate vocat paradisum terrarum quia paradisus ratione deliciarū suarum cæli typus fuit. Chrysost.

vult nunquam animam accepturam esse suã gloria n nisi corpus suam quoque esset acce peturũ,quia cũvtraq.pars laborauerit,velneu travel vtraq mercedẽ erat receptura.Irenęus per locum inuisibilẽ intelligit ipsum cœlum inaccessibilẽ mortalibus & cum ait animas carnem recipientes venire ad conspectũ Dei non negat nudas antea vẽturas. Iacobus in lithurgia cum ait , sacerdotem orare, Domine Deus noster memento omnium orthodorum & recte de fide sentientiũ ab Abel iusto vsque ad hodiernũ diẽ, fac eos requiscere in regione viuentiũ in regno tuo in delitus paradisi,in sinu Abrahã,Isaac , & Iacob sanctorũ patrũ nostrorum:vnde exulat dolor,tristitia, & gemitus,vbi præsidet lumẽ vultus tui &perpetuo refulget.orat pro animabus purgatorij,quas ibi esse contigerit ab initio mũdi vsque ad illud tẽpus , quod vero Cornelius Agrippa hæreticus lib 3.de occulta philosophia refert ex Clemente Romano lib.2. hipotiposeon.Quemadmodum magister noster Christus non statim euolans abiit,sed sustinens diffinitum resurrectionis suæ tẽpus quod & personam manifestũ est , post triduum resurgẽs assumptus est:sic & nos sustinere oportet resurrectionis & gloriæ nostræ tempus prænuntiatum à prophetis & sic resurgentes assumi in cælum,interim vero oportet animas vsq. ad diẽ iudicij extra cælum patienter futuram gloriam expectare.Sixtus 6. biblioth. annot 345. ait forte esse confictum ab Agrippa.tales enim libri non reperiuntur,licet ea verba reperiantur in Irenęo lib 5.ca.31.exceptis vltimis,interim vero oportet &c.

Ad 1. rationem Argum.

§9 Ad 1.rationem positam in 4.arg.Resp.electos debere esse similes Christo in moribus nõ in descensu ad inferos ante resurrectionem,nõ enim ad inferos descendit vt ipsum imitaremur: sed vt animas sua præsentia solaretur, indeque educeret,& quasi lymbi vectes confringeret.

Ad confir. & secus.

Ad Conf Resp. æqualitatem durationis in mercede seruari commode non potuisse, nemini tamen iniuriam fieri, quia omnes vltra condignum remunerantur & quisque accipit præmium,cum eius capax est. Denique ratio hæc sicut in punitione vim non habet, ita neque in remuneratione.

Ad tertiã,

Ad 3. Resp.dæmones ante diem iudicij puniri pœna damni & ignis,si enim angeli sancti vident semper faciem Dei Matth.18.cur non etiam rebelles iudicium Dei sustineant.Vnde recte Beda Iacobi.3,scribit quocũq.dæmonis voluerint,eos vbiq;suam gehẽnam circunferre & Aug lib.de correptione & gratia cap. 10. & Prosper.1.de vita cõtemplatiua,dæmones iã iudicatos ac miseros effectos docent, timent autem diem iudicij tanquã suę punitionis cõplemẽtum,quia modo multi dæmones nõ dũ sunt demersi in abissũ & alijs aliqua fit egre diendi facultas:tunc autem non poterunt amplius exire,& hominibus nocere,necsibi extorquere cultum Deo debitũ, tuncque patebũt eorum fraudes & debilitas ac miseria , & non solum à Deo sed ab hominibns iudicabũtur.1. Cor.6 etiam Angelos iudicabimus. Vnde in exorcismis nulla re magis torqueri videntur teste Bellarm,1.de beatitudine.c.6.quam comminatione futuri iudicij & ideo exorcismi fere concludi solent. Per eum qui venturus iudicare viuos & mortuos & sæculum per ignẽ iuxta hæc intelliguntur Ambrosius Lucæ. 8. Hieronym, Chrysto. Matth. 6. Aug. 6. ciuit.c.23. & 1. de nnptijs c.23 Greg.4. mor. c. 10.& 4. dialogi c. 29. Theodoretus in epitome diuin.decret.c.de dæmonibus.Bernar.ser. de S.Malachia:quod vero ait Iustin.apol.1. & 2. dæmones igni sempiterno tradendos non dũ traditos.Irenæus lib.5.c.26.diabolum ante aduentum Christi nunquam blasphemasse Deum,quod ignoraret adhuc suam damnationem,sed tandem a Christo & apostolis didicisse,ignem æternumsibi esse paratũ , quã sententiam à Iustino se accipesse significat eãdem tanquam Iustini sequitur Oecumenius.1 Petri vltimo Epiphan. in hæresi sethianorum affirmat dæmones non modo damnationem suam ignorasse sed etiam salutem per Christi aduentum sperasse,sed cum viderent nihil à Christo prodæmonibus fieri,tum demum de salute desperasse & per hæreticos Deũ blasphemare cœpisse.Hęc inquãdicta nescitBellarmi.ab errore liberere sed Anton.apud Atha. in eius vita tantum ait,ignorat dęmon futura tormenta & æstuantis gehẽnæ nouit incẽdia.

Ad 4,argumentum Resp.completum præmium cum publico honore & solemni pompa & manifestatione omnium bonorum operum dandum esse in die iudicij generalis tamen interim remunerandã esse animã in particulari iudicio NãDeus in iudicio vniuersali &particulari perfectã rationẽ iustitiæ cõmutatiuæ& distributiuæ seruabit & ideo vnicuiq.finito labore suo & ablatis impedimẽtis datur quantũ ei debetur,absq. vlla mora, quod ad perfectionẽ iustitiæ cómutatiuæ pertinet,postea tamẽ finitis omniũ victoriis fit integra remuneratio,scilicet etiã in corpore, quæ nõ poterat antea cõmode fieri,fitetiã publica manifestatio meritorũ ad honorẽ iustorum,quod maxime pertinet ad rationẽ iustitiæ distributiuæ Vnde Ambr li.de bono mortisc.10.ait,coronæ diẽ expectari ab omnibus vt intraeũ diẽ victi erubescant & Victores palmã adipiscantur victoriæ.Nõnulla alia de hacsectione apud Vazquez disp. 19.videri possunt.

Sectio

Sectio.6.Vtrum animæ post resurrectionẽ corporum melius Deum conspecturæ sint, & maiorem beatitudinem habituræ ac proinde carnis resurrectio ad maiorem beatitudinem essentialem conducat.

60 1. Sentent. PRima sentẽtia quorumdam qui vt refert Abulens.Math.5.q. 63. dixerunt beatitudinem animæ post resurrectionẽ futuram esse minorem, 1. quia quo aliquid magis accedit ad Dei similitudinem est magis perfectum sed anima separata est Deo similior,quia Deus est spiritus purus ab omni corpore vt patet Ioan.4.ergo beatior quam coniuncta corpori 2.virtus vnita est fortior quam diuisa,sed virtus animæ separatæ à corpore est magis vnita,quia non se extendit ad informandum & vegetandum corpus,nec ad operationes corporeas: ergo maiori conatu potest Deũ videre diligere ipsoq.frui. 3. quia pluribus intentus minor est ad singula sensus sed anima post resurrectionem erit pluribus intenta ergo minus attendet ad Deum ac proinde minus beata erit.

Probat. 1. 2 3

61 2.Sentent. 2.Sententia,animam post resurrectionẽ fore beatiorem intensiue,quatenus melius videbit & diliget Deum ipsoq. fruetur ita magister.4.d.49.vbi D. Tho. q.1.a 4.q.1.Bon.p. 2.a.1.q.1.Richar.a 2.q.7.Marsi.4.q.3.quę est vltima a.3.con.4.Abulens.Matth.5.q 63. Hẽricus quodlib.6 q.6. & quodlib.7.q.6. Petrus de Tarantasia problem 1.a.4.

Probd.1. 1.Quia perfectius esse cõsequitur perfectior operatio:sed anima vnita corpori habet perfectius esse,pars enim perfectius esse habet in toto,quam ab illo separata,ergo perfectiorem habet operationem,quo argum. D. Tho. a.5. in corpore probat, animam coniunctam corpori glorioso esse simpliciter beatiorem.

2 Aug. testẽ 2.Quia anima separata habet vehementẽ appetitum ad corpus:ex eo autẽ necesse est eam retardari a visione Dei,& alijs operationibus,quas circa Deum exercet,quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa & pluribus intentus minor est ad singula sensus. Vnde B. Aug.12.super Genes.ad litteram c. 35. ait sed si quem mouet,quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere si potest eis etiam sine corporibus summa illa beatitudo præberi,difficilior quidem quæstio est,quã vt perfecte possit hoc sermone finiri, sed tamen minime dubitandum est & raptã hominis à carnis sensibus mentẽ & post mortem ipsam carne deposita & transcensis etiã similitudinibus corporalium , non sic videre posse incommutabilem substantiam,vt sancti Angeli vidẽt,siue alia de causa,siue ideo quia in est ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi:quo appetitu retardatur quodammodo,ne tota intentione pergat in illud summum cœlum,quandiu non subest corpus cuius administratione appetitus ille cõquiescat.Porro autem si tale sit corpus,cuius sit difficilis & grauis administratio,sicut hæc caro,quæ corrumpitur,& aggrauat animam de propagine transgressionis existens,multo magis auertitur mens ab illa visione summi cęli, vnde necessario abripienda erat ab eius carnis sentibus , vt ei quomodo capere possit, illud ostenderetur. Proinde cum hoc corpus iam non animale sed per futuram commutationem spiritale receperit anima,angelis coæquata perfectum habebit naturæ suæ modum obediens,& imperans, vt viuificata & viuificans tam ineffabili facilitate vt sit ei gloriæ quod sarcinæ fuit:& Bernard.serm.3.de omnibus sanctis postquam dixit animas vsq.ad resurrectionẽ futuras in atrijs &post resurrectionem futuras in domo Dei & vestiendas duplicibus,solũ enim habent nunc stolam.1.quæ est fælicitas & requies animæ,ait . Animæ sanctæ quas propria Deus insigniuit imagine,te caro desiderãt,ipsarum sine te compleri lętitia, perfici gloria, consummari beatitudo non potest,Adeo siquidem viget in eis desiderium hoc naturale vt necdum tota earum affectio libere pergat in Deum,sed contrahatur quodammodo & rugam faciat, dum inclinamur desiderio tui,& Hierony.apud magistrum & Palud.4.d.49.q.2.in fine num.30.ait peracto iudicio ampliorem gloriã suæ claritatis Deus demonstrabit electis: fauet etiam Concili. Florent.sessione vltima in decreto vnionis dicens,conuenit inter græcos & latinos animas ante corporum resurrectionem perfecta fælicitate frui,licet perfectius postea.

62 3. Sentent. amplect. 3.Sententia & amplectenda est visionem, amorem & fruitionem Dei futurã esse æqualem & in hoc sensu futuram esse beatitudinẽ æqualem intensiue , maiorem autẽ extensiue quatenus anima habebit plura bona & de pluribus gaudebit. Est D.Tho.in.q.4.a.5.ad 5.& Caiet.Conradi Medinæ aliorumq. Thomistarum eod. a Valentiæ disp 1.q.4.puncto 2.Vaz.disp.19.cap.4.Palud.4.d 49.q.2 in fine & q.6.Durand.q.7.Bellarm.1.de beatitudine sanctorum c 5.in 7.testimonio ait secundam opinionẽ magis esse de mente Aug. sup. & Haym.Apoc.6 & Bern. ser. 3. de omnibus sanctis , sed hanc sent.esse simpliciter veriorem & propterea D.Thom.recte mutasse opinionem,hanc etiam sententiam tenet Maior. 4.d.43.q.1.suplem.q.5.a.2.Sotus q.3.a.4 in solutione tertij argumenti.

Id

Beatitudo animæ post resurrect. erit extensiue perfectior. Probat.

Id in quo opiniones omnes conueniunt scilicet beatitudinem animæ fore extensiue perfectiorē ad sensum dictum. Prob. 1. nam tunc beatitudo animæ vt ait Aug epist. 56. ad Dioscorum, in corpus redundabit, quod afficietur etiam suis quibusdam gloriæ dotibus & tam bona hęc supernaturalia quam naturalia corporis pertinent ad ipsam animam, tum quia ab ea profluunt & causare illa pertinet ad dignitatem & excellentiam ipsius, tum quia in parte sibi vnita subiectantur, vel adæquate in composito ex anima & corpore tum quia de illis gaudebit ergo beatitudo animæ erit extensiue perfectior, imo substantialiter erit maior, vt diximus superiori sectione explicantes sic patres qui dixere, animam vsq. ad resurrectionem corporis non fore beatam, scilicet integre, complete, perfecte & consummate, vt communiter omnes exponunt.

63 Beatitudo essentialis nō erit post resurrect. intensiue perfectior aut imperfectior. Prob. 1.

Id vero in quo 3. opinio discrepat à prioribus, scilicet beatitudinem essentialē, seu visionem, dilectionem, ac fruitionem non esse futuram intensiorem, aut remissiorē, sed æqualem. Prob. quia talis inæqualitas non prouenit ex parte obiecti, vt patet; nec ex parte gratiæ, aut luminis glorię vel Charitatis, nā hi omnes habitus eiusdem intensionis & perfectionis sunt in anima coniuncta & separata, nec ex parte intellectus & voluntatis & substantiæ animæ vt constat, nec ex parte subsistentiæ. l. existentiæ; hæc enim non est alia, nec intēsior in vno statu animæ quam in alio; nec ex eo quod anima actuet. l. informet corpus, quippiā recipit substātiale in se, sed se & suā existē tiam communicat, vel non communicat ipsi corpori nec enim verum est, quod aliqui existimant, cum anima vnitur corpori, recipere in se vel sua existentia, aut subsistentia vnionē aliquam substantialem cum materia, & cum separatur, addi subsistentiæ aut existentiæ proprię modum aliquem substantialem per se existendi, cui similem dicunt addi accidentibus eucharistiæ, cum à pane & vino separantur, quæ omnia in materia de incarnatione & de eucharistia reiecta sunt, & licet vera essent non inde fieret, visionē, dilectionem, & fruitionem Dei esse inæquales in anima coniuncta corpori glorioso vel separata, nam operatio non commensuratur perse principio remoto vel eius subsistentiæ, aut existētiæ, vt obseruant Durand. & Valentia. supra & patet in Christo, qui ratione diuinæ existentiæ vel subsistentiæ non eliciebat meliores operationes sed ratione meliorum principiorum proximorum: ergo licet anima coniuncta vel separata haberet nobilius esse, non ideo nobiliores vel intensiores operationes eliceret, præsertim supernaturales, quarum perfectio non maior est ex meliori principio naturali, quale est esse substantiale animæ separatæ vel coniunctę corpori etiam glorioso. vnde etiā rectę Vazq. disp. 19. c. 4. docet siue anima separata habeat imperfectiorē modum essendi, quam coniuncta vt docet B. Tho. 1. p. q. 89. ar. 1. siue perfectiorem, vt tenet. Scot. 4. d. 43. q. 1. & quodlib. 9. & Maior. 4. d. 49. q. 13. ad. 4. nihil referre vt anima separata perfectius vel imperfectius Deum videat.

Deinde probat Bellarm. hanc veritatem quia videtur esse definita. Nā Benedictus. 12. 64
in extrauaganti, sæpe citata ait, continuari visionem à morte vsq. ad resurrectionē & per totam æternitatem, & videtur sentire, continuari in eodem gradu, Vnde Ioannes Villanus lib. 11. histo. Florent. c. 19. dicit Benedictū definiuisse animarum gloriam nō augendam post resurrectionem, nisi extensiue: ita enim testatur, se audiuisse à Theologis, qui interfuerunt, cum id a Pontifice difiniretur. Licet quidam solum referant, difiniuisse talem gloriam non esse minuendam idq. suadetur quia merita nostra petunt, vt nunquam minuatur gloria, quæ semel data est: sed posset dici nos dumtaxat mereri, vt gloria ęterna sit in eo gradu, quem patitur corporis consortium, sed contra. sic enim duo æquales in meritis essent postea inæquales in gloria, quia vnum corpus magis impediet quam aliud. Itē cuius dupla sunt merita non erit dupla gloria, sed plusquā dupla, quia nō duplo impedietur, quam alter, sed equaliter aut minus, vt si habiturus. 20. gradus impeditur tantū vt vnum sicut & qui habiturus est. 10. prior habebit gradus 19. 2. vero 9. Præterea illa visio nō pendet à corpore: ergo nec corpus in ea visione impedit animā, maxime cum sit spirituale atq. adeo subditum animæ modo perfectissimo, & in omnibus actionibus ipsius & ideo nullum impedimentū illi affert, nec anima est expeditior separata quam vnita, sed æque independens est post vnionem, sicut antea.

Item magna imperfectio beatitudinis esset si vel ex parte amitti posset, & hoc ipsum pos- 65
set aliquo modo contristare beatum præsertim, cui medietas visionis beatificæ auferenda 3
esset & resurrectio potius esset in detrimentū animæ quam in vtilitatem, & appetitus elicitus corporis esset irrationalis, quia maius bonum impediret. Speciatim autem animam, resumpto corpore, non melius conspecturam esse Deum. Prob. quia merita non crescunt: ergo nec lumen, nec visio. 2. alioqui quoad illud augmentum erit quasi in via, vt animæ purgatorij vel lymbi patrum, quamuis enim esset extra statum merendi, esset quodammodo in via quoad totam gloriam, 3. ergo anima beata non esset plene quieta & ideo D. Tho. 1. p. q. 62. a. 9. docet creaturam rationalē

in

in beatitudine proficere nō posse.4. alias cōtingere posset,vt duplo maiora merita habēs, vel modo vel tunc non duplo melius videat Deum,si enim modo duplo melius videt,cū postea augmentum vtriusq. visionis sit idem, non erit visio eius duplo maior: consequens est absurdum ergo.

66 Ad.1.argumentum primæ sententiæ.Resp. licet anima separata sit Deo similior quantum ad modum essendi negatiuum, qui est non habere corpus substantialiter sibi vnitum, tamen quoad modum essendi positiuum nō est similior,& licet in eo esset similior,eaq. ratione perfectior,tamen non esset beatior, quia beatitudo in operatione consistit,quæ nō est melior in anima separata,& aliunde anima coniuncta est similior Deo, quia recipit aliquas perfectiones saltē accidentales & multa in corpore & medio corpore causat,quæ non causat in statu separationis. Vnde simpliciter est Deo similior etq perfectior,vt linea est simpliciter perfectior puncto & mixtum elemento quia simpliciter sunt similiora Deo licet secundum quid & in simplicitate sint minus similia illi.

Ad 1. primæ sen.

Ad.2. Resp quod virtus vnita per condensationem,fortior est seipsa dispersa per rarefactionem,& sic maxima non est ad rem, quia anima per vnionem & separationem à corpore nec rarefit,nec condensatur,si vero intelligatur de vnione & dispositione secundū contractionem,& extensionem ad varias informationes vel operationes Resp.animam,quo plures partes materiæ informat, non minus informare singulas,nec ex eo quod informet, vel non informet materiam,redditur aptior, vel ineptior ad operandum,sed tantum ex eo quod materia illa sit corruptibilis, vel incorruptibilis,corpus enim corruptibile aggrauat animam & deprimit sensum multa cogitantē: incorruptibile autem non aggrauat animam, nec deprimit mentem;sed ita liberam & expeditam illam relinquit,ac cum esset separata, vt colligitur ex verbis Augustini relatis, in 2. argum.2.sentent.quod forte prouenit ex dote subtilitatis,qua corpus plene subijcitur animæ. Vnde anima coniuncta corpori glorioso nec pēdet in sua operatione propria à phātasmatibus, nec minus attēdit proprijs operationibus,quando simul exercet operationes corporis quam si illas minime exerceret. Et hoc maxime est verum de operationibus, quæ sequuntur lumen gloriæ,quales sunt visio, dilectio,& fruitio Dei:lumē enim gloriæ hoc habet peculiare,vt ita rapiat animas & potentias in suum obiectum,cum multas alias operationes exercent,ac si nullam aliam exercerent,vt patet in angelis, qui non retardantur, à visione Dei propter curam mouendi orbes, vel custodiendi animas &c. Vnde tunc verum non est,quòd pluribus intentus minor est ad singula sensus. Præterea ingens æstimatio & vehemens delectatio de Deo clare viso impedit nimium appetitum,& anxietatem de beatitudine corporis,& aliunde etiam loco vehementis appetitus ad eam beatitudinem succedit vehemens delectatio de illa,& ideo æque expedita est anima coniuncta, & separata ad visionem Dei. Ex quibus diluitur.3.argum.

Ad.1.2.sen

67 Ad.1.argumentum.2.sentent Resp. animā coniunctam corpori glorioso habituram perfectius esse extensiue:quia illud communicabit corpori,& ideo etiam habituram perfectiorem operationem extensiue: quia operabitur etiam per corpus & ideo futuram beatiorē extensiue,nō intensiue: dq.tantū.q.4.a. 5.voluisse D.Tho recte putant Caiet ibi, & Valentia supra,hanc solutionem habet etiam Bellarm supra.

tent.

Ad.2 Resp.Valentia.Bellarm. & Durand. supra & D.Thom.4.d.44.q.2.a.1. quæstiun. 3 ad.4.operationem, quæ alteri,vt causæ subordinatur, non illam retardare, aut impedire,vt appetitus virtutis non retardat appetitum beatitudinis, quia ex illo sequitur: quia ergo appetitus animæ ad corpus sequitur ex amore,& visione Dei,cui anima placere nouit, vt corpus administret,ideo talis appetitus nō impedit nec retardat visionē Dei, amorē ve. Sed hæc solutio non omnino satisfacit: tum quia talis appetitus fruitioni Dei non subordinatur:ergo hanc saltem retardabit:tum maxime quia in anima duplex est appetitus ad corpus, alter prout corporis administratio conducere potest ad gloriam Dei,& hic quia subordinatur visioni, & dilectioni Dei, non illas retardabit,est tamen alius appetitus ad corpus,qui consurgit ex naturali cognitione & amore ipsius corporis,& bonorum eius, & hic non videtur subordinari visioni & dilectioni beatificæ,nisi forte,quatenus ex amore diuino imperatur,sicut reliqui affectus. Vnde videtur illas operationes retardare posse. Vnde Resp. 2.operationes sequentes lumen gloriæ nullis alijs retardari posse,lumen enim gloriæ propter suam excellentiam vincit omnia quæ alioqui difficultatem, impedimentum,aut retardationē aliquā afferre possent. Et Præterea sicut desiderium corporis retardare potest,ita gaudium de vnione cum ipso, non ergo magis retardatur anima separata quam coniuncta,imo hæc videtur magis retardari,quia plures exercet operationes nempe appetitus sensitiui & sensuum quas non exercet anima separata,appetitus vero innatus ad corpus licet admittatur in anima separata,cum sit ipsa substantia animæ,non retardat illius operationem.

Ad.2. 1. Solutio.

Reijcitur

2. Solutio.

Ad

68 Ad testim. Aug.

Ad testimonium autem Augusti. Resp. Durand. illum non tam asserendo quam dubitando & inquirendo scripsisse animam appetitu corporis à visione & dilectatione Dei retardari, sicut. 1 retractatio. ca. 14. se de hac re dubitasse plane indicat dicens, sed vtrum ad contemplandam cordis oculis veritatem facie ad faciē nihil ex hoc (idest ex carentia corporis) &c. non hic locus disputādo inquirere. Vnde Sixtus. 5. biblioth. annot. 169. in fine ait. Augusti his locis de gradu gloriæ quē habent animæ ante resurrectionē dubitare & an sint in visione Dei pares angelis. Sed huic solutioni obstat, quod ait Augusti. in illo. c. 35. minime dubitandum est &c. & angelis coæquata perfectum habebit naturæ suę modum &c. Ait autē Valentia nihilominus defendi posse responsionem Durandi, quamuis enim non dubitauerit Augusti. quin absolute perfectior erit animę beatitudo resumpto corpore (quod verum est,) dubitauit tamen an erit perfectior intensiue, sublato impedimento appetitus ad corpus, vt patet ex illis verbis siue alia occultiori causa & potest (inquit Valentia) intelligi ex mēte Augustini, quod erit tunc perfectior extensiue: quatenus habebit conuenientem modum naturæ hominis per hoc quod redūdabit etiā ad corpus, nec amplius gloria corporis, quæ est naturalis pars hominis, desiderabitur, sicut neq. angeli desiderant vllam talem partem naturæ suæ ad eorum accidentalem beatitudinem, pertinentem, quo ipso illorum operatio, ac visio beatifica est secundum quid perfectior quā operatio animæ separatę. Sed hæc solutio difficultatē habet. Nam Aug. ibi nō solum ait, animam fore beatiorem, vel perfectiorem, resumpto corpore, sed melius visuram Deum, nec de hac re dubitat, sed de causa maioris perfectionis in visione, scilicet, an ea sit carentia sensibilium imaginum, vel alia latentior causa, scilicet appetitus ad corpus, in statu separationis.

Vnde. Resp. 2. Augusti. eam certitudinē quā sibi videbatur habere, retractasse in verbis citatis. 1. retract. ca. 14. vbi rem hanc sub dubio reliquit & recte determinasset quæstionum, si diceret, nulla ex causa minorem esse visionem Dei in statu separationis, quam in corpore glorioso, de appetitu enim corporis, quem latentiorem causam appellauit, iam docuimus sufficientem non esse: de carentia vero similitudinum corporaliū probatur, quia angeli non magis vtuntur similitudinibus corporalium, quam anima separata, ergo ea ratione æque potest videre Deum, item anima videt Deum in se, & non per similitudinem, vel exēpla rerum materialium, ergo quamuis separata careret his exemplis, & similitudinibus, easq. haberet coniuncta corpori glorioso, non ideo melius in ipso Deum videret.

Ad. Hieronym. & ad Concil. Florent. Resp. solum velle, beatitudinem post resurrectionē corporum fore extensiue perfectiorem, modo supra exposito.

Ex quibus patet, 1. deceptum Tertul. lib. de anima. c. 56. asserentem, omnem animā quaqua ætate decesserit, in ea stare ad eum diē, vsq. quo perfectum illud repromittitur ad angelicæ plenitudinis mēsuram temperatum. Si intelligatur (vt intelligi posse ait Pamelius ibi & in prologomenis ad Tertul. num. 9. & alibi.) Animam resumpto corpore, æqualem angelis in visione Dei fore, modo autem esse inæqualem. 69 1. Corolar.

Ex eisdem patet. 2. deceptos fuisse aliquos qui, vt refert Durand. supra, asserebāt, animas post resurrectionem visuras Deum magis expedite, licet non magis intense. Nam si nihil impedit visionem, aut eius intensionem extensionem, vel continuationem, eadem expeditione fit visio ab anima separata & à coniuncta Conf. quia non impedit appetitus, nec apparet aliud, quod impedire valeat visionē, ergo omnino expedite exercetur & ita docet Valentia supra. 2

3. Ex dictis in hac, & præcedenti sectione infertur erasse Porphirium qui, vt refert Augusti. 12. de ciuit. ca. 26. & lib. 22. ca. 26. dixit beatitudinem, rectum & purum animæ statum cum corpore esse non posse, & propter animæ puritatem omne corpus esse fugiendum, & animas in corpora non redire, nisi in suorum peccatorum pœnam, certe enim corpus spirituale, & glorioſum, quale habebunt animæ post resurrectionem, vt patet. 1. Cor. 15 & innuitur Isai. vlt. videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut herba germinabunt, nullum erit impedimentum ad animæ puritatem, aut beatitudinem, sed iuuabit potius, vt beatitudo sit extensiue perfectior, modo dicto, & ita docet Augusti 12. Genes. ad litteram. ca. 35. vt retulimus, ex D. Thom. art. 6. 4. quęstionis & Valentia supra, & ad hunc sensum Augusti. 1. retractat. cap. 20. corpus glorioſum ad beatitudinem videtur requirere, & immunitatem à tentationibus & laboribus corporis necessariam putat ad beatitudinem eodem loco, &. 19. ciuita. cap. 4. & tract. de Epicureis, & stoicis, & epist. 52. &. 56. & propterea docet, in hac vita beatitudinem esse non posse, vt dispu. 1. sect. vlt. in hoc tract. retulimus. Si autem corpus esset corruptibile, & passibile, quia multas afferret animæ molestias & labores, obstaret perfectæ beatitudini. Sed licet Augusti. 12. Genes. ad litterā, cap. 35 & Valentia supra, D. Tho q. 4. art. 6. in corpore, & ad. 2. &. 3. sentiant depressurum mentem, & effecturum, vt anima minus perfecte 70 3

fecte Deum videret quod etiã probabile est, forte tamen probabilius est oppositum, nam anima nec in substantia, nec in gradu visionis diuinę, videtur à corporis recta, aut praua dispositione pendere. Vnde anima Christi in corpore corruptibili, & passibili non minus perfecte vidit Deum quam in corpore immortali, vel sine vllo corpore. Similiter si Paulus, Moyses, & alij in hac mortali vita Deum viderunt, non minus perfecte Deum viderunt quam eodem lumine illum viderent in corpore glorioso, vel sine vllo corpore. Neq. mirũ est si in hac re Augult. & alijs eum sequentibus non credamus, siquidem omnium fere opinione, ibi in alio deceptus fuit, putans scilicet, animam melius in corpore glorioso quã sine vllo corpore visuram esse Deũ, quidquid autem sit de hoc, tamen animas fore beatas post resurrectionem corporum præter adducta in hac sectione & præcedenti, confirmant Daniel, ca. 12. qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt in vitam æternam, & Ioan. cap. 5. qui audierit me, in iudicium non veniet, scilicet damnandus; sed transibit à morte in vitã, & ibidem, qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, &. 1. Thessalon. 4. nos rapiemur cum illis simul in nubibus obuiam Christo in aera & sic semper cum Dño erimus &c. Ad beatitudinem autem huius vitæ recte ait D. Thom. q. 4. a. 6 requiri bonam corporis dispositionẽ, quia talis beatitudo consistit in operatione virtutis perfectę, quæ aduersa corporis valetudine impediri potest, ibidem etiam docet optime D. Tho. ad beatitudinem alterius vitæ perfectam, hoc est supernaturalem requiri consequenter perfectam corporis dispositionem: quia beatitudo animæ in corpus redundabit iuxta id. Augu. epist. 56. ad Dioscorum tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redundet in inferiorem naturã incorruptionis vigor. Quę autem sint corporis perfectiones ex animæ beatitudine redundantes, dicemus agẽtes de gloria corporis.

Vtrum vero bona externa & amici requirantur ad beatitudinẽ de quo D. Th. agit. q. 4 a. 7. & 8. vide dicta disp. 1. huius tractatus.

Sect. 7. vtrum corpus humanũ ad cõsummatam beatitudinem requiratur.

71 IN præcedẽtibus vidimus corpus cum aliqua eius perfectione ad consummatam beatitudinem requiri licet non ad substantiã, vel gradum visionis, dilectionis, vel fruitionis Dei, in quibus solis essentialiter, vel potissime beatitudo consistit, Deinceps videndum est, quale corpus qualisq. eius perfectio ad consummatam & perfectam atq. omnino integram beatitudinem requiratur & 1. an corpus humanum requiratur. In qua re fuit quidam veterum hæreticorum error, qui, vt refert D. Thom. 4. contra gentes, cap. 84 putauerunt, beatos non habituros corpora humana solida, contrectabilia, & palpabilia, sed aera ventoq subtiliora: ita sensit Euticius, vel Euthychius Episcopus Constantinopolitanus, vt refert Greg. 14. moral. c. 31. & 32. alias. 29. & 30. cũ quo ide Gre. Cõstãtinopoli disputauit præsente Tiberio Augusto, eumq. ab eo errore reuocauit, vt ibidem Greg. narrat. *Hæretic. error.*

Fundamenta horum erãt. quia Paulus 1. Cor. 15. ait, caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. *Fundam. 1.*

2. Quia Paulus ibidem ait, futurum corpus non animale, sed spirituale: non ergo erit humanum & naturale seu connaturale homini sed alterius naturæ & conditionis. *2*

72 Contraria senten. nempe beatos habituros verã carnem, seu corpus humanum, est adeo certa, vt sit articulus fidei cõtẽtus in illis verbis symb. carnis resurrectionẽ, & in sym. Atha. & prob. ex illo Iob. 19. Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ, quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt & non alius & Luc. vlt. palpate & videte quia spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videntis habere: sunt autem beati futuri similes Christo Rom. 8. conformes fieri &c. Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ, ergo. Neq. opus est hic testimonia alia scripturæ, vel patrum cumulare, cum cõstet, hãc semper fuisse totius Ecclesiæ sententiã quã pulchre confirmat, & defendit Greg. sup. & D. Tho. 4. contra gent. c. 84. Ex quo sequitur directe responsio ad quæstionem propositã: corpus humanum requiri ad beatitudinẽ cõsummatã: si enim nõ requireretur, nõ illud nobis contulisset Deus speciali ingentiq. miraculo. Deinde si corpus esset aereum, nõ posset anima in eo exercere operationes sensuum, neq sensus habere, item careret anima proprio & cõnaturali corpore & homo suis naturalibus perfectionibus: hoc autẽ derogat integritati beatitudinis animæ & precipue hominis: ergo nõ est asserendum. *Sententia de fide tenenda.* *Corpus humanum requiritur ad consummatam beatitudinem.*

Ad. 1 fund. aduersariorum. Resp ex Greg. ibi, carnem dupliciter accipi posse 1. pro ipso homine cum suo corpore organico, vel pro ipso corpore organico proprio hominis, vt Genes. 2. hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & Ioan. 1. verbum caro factum est. 2. pro vita praua & moribus corruptis secundum propensionẽ carnis, vt Genes 6. non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est & Galat 4. vos autẽ in carne nõ estis, sed in spiritu. Cum ergo ait Paulus caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, nomen *73* *Ad. 1. fund.*

carnis

carnis accipit.2. modo non.1.seu pro vera carne naturali quod probat Grego.illo.c.31. ex eo quod Paulus subiungit neq. corruptio incorruptelam possidebit.

Ad 2.fund

Ad.2.Resp. spiritualitatē illā non aliqua tenuitate,& subtilitate naturali contineri, sed dote,vel dotibus quibusdā supernaturalibus, de quibus postea differemus, vt subtilitate, claritate,agilitate, impassibilitate,quæ poterunt cum vera carne,& vero corpore humano consistere,sicut contraria accidentia,quæ pertinent ad corpus animale, vt obscuritas, grauitas &c.& sane D. Paulus ibi. & carnem & humanam carnem beatos habituros esse aperte indicat. Duas enim mouet quæstiones vt ibi lectione.5.docet D.Tho.1.in illis verbis sed dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui?ideſt quomodo fieri potest,vt mortui resurgant.2 in illis verbis.Quali autem corpore venient?ad.1 imo partim ad.2.Resp.insipiens, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur & quid seminas ? non corpus quod futurum est seminas,sed nudum granum, vt puta tritici aut alicuius cæterorum, Deus autem dat illi corpus sicut vult,& vnicuiq.semi num proprium corpus.Non omnis caro eadem caro sed alia hominum alia pecorum, alia volucrum,alia autē piscium, quasi dicat. Sicut granum mortuū resurgit quodammodo,ita homo mortuus,&sicut grano mortuo, cum resurgit,Deus largitur propriū corpus, ita homini mortuo,cum resurgit, Deus largitur proprium corpus,nempe humanā carnē, & non qualem labent pecora, volucres, aut pisces,sed qualem homines, diuersam tamen in gloria,sicut diuersæ sunt qualitates segetis, à qualitatibus granorū,ex quibus pullulant. Vide D.Tho.ibi lectione.5.&.6.

Sect.8.vtrum ad consummatam beatitudinem requirantur carnis voluptates simi les voluptatibus præsentis vitæ

74
1.sententi.

QVidam,vt refert.D.Th.1.cor.15 lect.5.dixerunt homines resurrecturos ad eundem viuendi modum eosdemq.actus,ita sensere. Plato & quidam alij Philosophi apud Aug.12.ciuit.c.13.asserentes,post multa annorum curricula resurrecturum Platonem habiturūq.eosdē discipulos & Scholares.Athenis,quos olim habuit,hoc etiā senserunt Pharisæi Matt.22.de muliere septē virorū quærētes,in resurrectione cuius erit? Sarraceni etiā fingunt,iustos homines resurrecturos ad venereas voluptates,& delitias corporales similes illis,quas nunc homines habent, & ita sibi pollicentur paradisum lactē,& melle manātē omnibus carnis delitijs refertū, ex Alcorano c.28.47.&.48.quē librum falso Auicenna cōtendit de spirituali paradiso explicare:de corporali enim intelligitur, vt docet late Vnsanus in refutatione Alcorani,li.9.c.8. & Guill: Parisien, li. de lege maurorum,& Finus li. 9. flagelli iudeorū,ca.17. Vnde Sarracenis hunc errorem tribuit D.Tho.loco citato.&.4.cōtra gent.c.27.idem autem in fabulis Iudæorum Talmudistarum contineri videtur, quorum meminit Sixtus Senensis.1.biblioth.sub titulo de scriptis apocriphis, & li.2. verbo traditiones,vbi refert Talmuldistarum errores, & Finus supra.Cerinthus etiam seu Cherintus beatitudinem,quæ nobis post resurrectionē promittitur,putauit mille annorum esse,& in carnis voluptatibus consistere,vt referunt Caius & Dion.Alexandrin.apud Eusebium lib.3.c. 22.Alij etiamChiliastæ siue millenarij opinati sunt, post resurrectionem iustos regnaturos cum Christo mille annis in tali ciuitate Hierusalem,qualis ex auro,& lapidibus pretiosis ædificanda describitur in Apocacypsi, & ibi victuros in omni bonorum externorum ac delitiarum affluentia,ita sensit Irenæus libr.5. à.ca.32.vsq. ad. 35. in impressione Parisiensi anni.76.Tertullian.3.contra Marcionem sub finem,& lib.de spe fidelium.Victorinus commentarijs in Apocalypsim testante Hierony. prefatione in apocalypsim Victorini: Lactan. 7.diuin.institu.cap.14.21. 22.24.26. Seuerus sulpitius in libro,cui Gallus nomen imposuit, & Papias Apostolorum discipulus, quem referunt Irenæus supra,c.33.& Eusebius.3. Hist. cap.33.alias,39.Hieronym.lib.de scriptoribus Ecclesiasticis in Papia. Vbi priorum etiam meminit his verbis.Papias Ioannis auditor Hieropolitanus Episcopus dicitur mille annorum Iudaicam addidisse deuterosim quem sequuti sunt Irenæus & Appollinarius & cæteri, qui post resurrectionem in carne cum sanctis aiunt Dominum regnaturum. Tertullianus quoq.lib.de spe fidelium & Victorinus Pitabionensis hac opinione ducuntur & lib.11.in Ezechiel, ca.37.ait nec enim iuxta iudaicas fabulas,quas illi deuteroses appellāt auream de cælo expectamus Hierusalem, quod & multi nostrorum & præcipue Tertulliani liber qui inscribitur de spe fidelium & lactantij institutionum volumen.7.pollicetur & Victorini Pitabionensis crebræ expositiones & nuper noster Seuerus in dialogo, cui gallus nomen imposuit,& vt græcos nominē, & primum extremumq. coniungam, Irenæus & Appollinarius.

Eamdem sententiam tenuit Iustinus,vt ait Sixtus lib. 6. annotatione vltima,quia dialogis cum Triphone plura scribit de instauratione terrestris Hierusalem & de sæculo mille annorum. Hos omnes Chiliastas ideſt mille-

millenarios ab isto dogmate dictos esse testatur August. 20. ciuit. c. 7. Vbi etiam nonnihil fauet Augu. dicens: hæc opinio esset vtcumq. tolerabilis, si aliquæ delitiæ spirituales in illo sabbatho, scilicet mille annorum affuturæ sanctis per Domini præsentiam crederentur, nam etiam nos hoc opinati sumus aliquando. Fauet etiam Hieronym. libr. 4. in Ieremiam explicans id capit. 19. conteram populum istum & ciuitatem istam, &c. ait enim quamq; sibi Iudæi auream, atque gemmatam Hierusalem restituendam putent, rursumque victimas & sacrificia, & coniugia sanctorum, & regnum in terris domini saluatoris, quæ licet non sequamur, tamen damnare non possumus, quia multi Ecclesiasticorum & Martyres ita dixerunt, & vnusquisque in suo sensu abundet, & domini cuncta iudicio reseruentur. Sixtus. 5. biblioth. annotat. 233. in fine cum Frederico Staphylo in epitome lutheranæ Theologiæ refert, Anabaptistas hunc errorem inter suas hæreses recepisse, aitque diuersum fuisse ab errore Cherinthi. nam vt notant Valentia, disputat. 1. quæst. 4. puncto. 3. & Castro. 3. contra hæreses verbo beatitudo hæres. 3. & Ludouicus Viues. 20. ciuit. cap. 7. Cherinthus carnales voluptates turpissimas, & illicitas intelligebat, & in his solis videbatur ponere beatitudinem. Alij vero intelligebant carnis voluptates licitas & honestas, licet exquisitas, delicatas, & immoderatas, quales sunt in coniugio, in vsu optimi cibi, & potus, & copia frugum terræ, quam existimabant fore etiam tunc vberrimam, nec in illis præcipue beatitudinem constituebant, sed in visione & fruitione Dei. Licet in ipsis constituerint complementum, integritatem & perfectionē quādam beatitudinis.

75. Argumenta huius sententiæ sunt. 1. ex varijs prophetarum prædictionibus quę illo tantum tempore & modo implendæ videntur, vt Genes. 27. Isaac benedicens Iacob precatur illi, & quasi diuinitus pollicetur, det dominus de rore cæli, et de pinguedine terræ abundantiam frumenti, et veni, et vt seruant illi populi, et adorent eum Tribus, et sit Dominus fratrum suorum, et incurrentur ante eum filij matris suæ. Quod in Iacob completum non est, cum ipse potius fugerit à fratre suo Esau et eum Dominum appellauerit, et pronus in terram veneratus sit, Genes. 33. itaque videtur in filijs spiritualibus Iacob, hoc implendum post resurrectionem, quando cum Christo mille illis annis regnabunt. Item quod Isai. 11. et 65. dicitur fore, vt pascantur simul lupus et agnus, et leo et bos paleas comedant, quod significat singularem quandam vbertatem aliquando futurum frugum terræ quæ tanta sit, vt etiam ipsæ paleæ, possint esse sufficiens cibus leonibus, quod illi authores putāt tunc implendum, quando etiam feræ depositā ferocitate hominibus ad nutum obtemperabunt, et etiam inter se mansuetissime viuent.

Argumenta pro sententia. 1. Arg.

2. Ex locis scripturæ prædicentibus regnū Christi futurum, et ita illud describentibus, vt plane de terreno aliquo regno loqui videantur, in quo nimirum sit eiusmodi rerum externaum affluentia. Vt Isaias. 11. 30. 31. 54. 65. Ieremias 16. et 31. Ezechiel. 20. 28. 37. et de impio dicit Iob. 20. c. non videat riuos fluminis, torrentes mellis et butyri. 76. 2. Argu.

3. Ex locis noui testamenti, in quibus regnum terrenum videtur promitti, vt Matt. 19. qui reliquerit patrem, aut matrem, etc. centuplum accipiet Mat. 26. non bibam de isto genimine vitis, donec illud bibam vobiscum nouum in regno patris, & Lucę. 12. Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis quod pręcinget se, et transiens ministrabit illis, et Luc. 22. ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo Apo. 20. regnabunt cum illo mille annis, et c. 21. describitur Hierusalem ex auro et lapidibus pretiosis ędificanda. 3. Argu.

4. Argumentum Irenęi est ex traditione cuius testem. c. 35. profert Papiam, quem dicit esse contubernalem Polycarpi, qui fuit discipulus. B. Ioannis. docuit autem ita Papias lib. 4. ex quinq. libris quos inscribit expositionem sermonum, vt refert Eusebius. 3. historię. c. 33. alias 39. 4. Argu.

5. Argumentis Irenęi, ca. 32. nam consentaneū rationi videtur vt in eodē genere, in quo sancti multa incommoda passi sunt, remunerētur, ac proinde aliquando delicijs et commoditatibus temporalibus affluant. 5. Argu.

Contraria sententia de fide est, vt iam omnes docent, Castro, Finus, Valentia supra, Sixtus, annot. cit. et lib. 6. annot. vltima, D. Tho. 1. Cor. 15. lectione. 5. 77. Contraria sententia de fide.

Prob. 1. ex testimonijs quibus asseritur regnum Christi non fore terrenum & temporale, quale aduersarij fingunt. Mat. 20. nescitis quid petatis. Hoc enim respōdet Christus filijs Zebedei, cū per matrē iudaica illa opinione persuasi, peterent dexteram, & sinistram in regno Christi. Iudæorū enim fuit illa opinio, vt testatur Hieronym. præfatione lib. 18. in Isaiam, & lib. in Ezechielem. 37. quod etiam indicat super Isaiam. c. 11. Christus etiā. Mat. 22. falsam illam opinionem confutat, dicens, erratis nescientes scripturas, nec virtutem Dei: in resurrectione enim, neque nubent, neque nubentur. Sed sunt sicut angeli Dei in cęlo, & clarius Luc. 20. filij huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias, illi vero qui digni habebuntur. Prob. 1.

sęculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt neq. ducunt vxores, Rom. 14. regnum Dei non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.

2. 2. Ex testimonijs dicentibus Deum esse bonum sufficiens pro mercede beatis, & pro delitijs omnibus, ita vt præter illum, nihil aliud desideretur. Gene. 15. ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Psal. 16. satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 72. quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in ęternũ & Ioann. 14. ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

3. 3. Ex testimonijs asserentibus eisdem bonis & voluptatibus beandos homines, quibus fruitur & beatur Deus & Christus. Ps. 35. torrente valuptatis tuæ potabis eos. Apoc. 3. cænabo cum illo, & ipse mecum, qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Sed Deus & Christus non est habiturus illas delitias carnis ergo.

4. 4. Ex testimonijs, quibus significatur promissiones factas verbis rerum materialium, intelligi debere metaphorice de rebus spiritualibus, vt Tobiæ. 12. inquit angelus, ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Erũt autẽ homines in regno Christi, sicut Angelus Dei. Matth. 22. Luc. 20. ergo item Isaias. 64. & 1. Cor. 2. oculus nõ vidit, neq. auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum, & Mat. 19. habebis Thesaurum in cælo, & Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, ergo delitiæ, & cibi illi nõ erunt nostris similes, neq. in terra, sed in cælo.

5. 5. Ex testimonijs quibus ea, quæ Deus promittit, rebꝰ, quibꝰ modo oblectamur, maxime præferuntur, vel præsentia contemnuntur Ps. 18. Iudicia Domini desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum & dulciora super mel & fauum Prouerb. 8. mecũ sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia, melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argento electo. Eccles. 2. dixi ego in corde meo vadam & affluam diuitijs, & fruar bonis, & vidi quod hęc quoq. esset vanitas, & Ioan. 4. qui biberit ex aqua hac sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum, & Ioann. 6. operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quam filius hominis dabit vobis, & 1. Corinth 6. esca ventri, & venter escis Deus, & hunc & hanc destruet. Quod testimonium vrget Hieronym. contra millenarios præfatione illa in Isai. 18. & Ezechielis. 37.

78. 6. Testimonijs patrum Dionys. Areopag. c. 7. Eccles. Iast. Hieron. p. 1. ait alij, nescio quo pacto, ad carnales cogitationes declinantes dixere præsenti vitæ similem eã, quæ sanctis promissa est, sanctissimam, & beatissimam requiẽ, ciboſq. vitæ variabilis proprios, his, qui angelis æquales sunt, euasuri, nefarie applicuerunt, sed absit, vt vnquam sanctus aliquis vir in istius modi errores incidat.

Dionysius Alexandrinus contrà opinionẽ illam scripsit elegantem & eruditum librum, vt testatur Hierony. præfatione libri. 18. in Isaiam, seu duos libros de promissis, vt testatur Eusebius. 7. histo. cap. 19. & 22. alias. 28. vbi etiam citat Caium, qui eam opinionem reiecit, & Eusebius ipse vocat eam fabulam. capit. 33. Hieronym. loco citato, & Isaiæ. 11. & Ezech. 37. vocat Iudaicam fabulam Epipha. vero hęresi. 77. in fine valde stolidam opinionem, & Aug. 20. ciuitat. c. 7. ait opinionem illam non posse credi, nisi à carnalibus cum de immoderatissimis epulis, & alijs eiusmodi delicijs loquatur, si enim de regno mille annorum super terrã in delitijs spiritualibus, loquerentur, potuisset illorum opinio secundum Aug. tolerari, & ita se olim fuisse opinatum testatur, & in commentariolo in apocalypsim, qui nunc Victorini nomine circumfertur, error, quẽ ei Hieron. impegit, non inuenitur, sed ad. c. 20. ita loquitur, ergo audiẽdi non sunt, qui mille annorum regnum terrenum esse confirmant, qui cũ Cherinto hæretico sentiunt. Vnde Sixtus. 6. bibliothe. annot. vlt. ait verisimile est aut opus nõ esse Victorini, & ementitam esse prefationem sub Hieronymi titulo Volumini præfixam, aut inde à Hieronymo, vel ab alio amico lectore sublatam esse absurdam Victorini explanationem, & in locum ipsius eam, quæ nunc habetur, repositam. Damasce. 4. fidei. c. vlt. ait corpus post resurrectionẽ futurum esse cibo somno, & potu non indigens, non futuras nuptias, non filiorũ procurationẽ, &c. Epiphan. hæresi. 77. ad finem sententiam millenariorũ absolute damnat vt hæreticam. Hierony. ep. 150. ad Hedibiam, q. 2. appellat eã iudaicam fabulã. Ad idẽ sunt testimonia, quibus patres passim impugnant Iudæos, quod de regno Christi, tẽporali, & sine metaphora intelligant Vaticinia prophetarum. Etenim opinio Iudæorũ ab illa millenariorum sententia solum differt, quod Iudæi regnum Christi, seu Messiæ nullæ præuia resurrectione expectãt, Millenarij vero præuia resurrectione, quocirca Hieron. locis citatis sententiam millenariorum Iudaicã fabulam appellat.

7. Rationibus. 1. quia illa opinio millenariorum profecta est ex alia falsa & scripturæ repugnante, videlicet mundum duraturum tantum. 6. mille annis post quos sequerentur alij mille anni, qui ante Deum sunt dies

79. 7. Probationibus.

dies vna, & aq. dies sabbathi in qua quiescendum est in delicijs illis carnis, illa autem opinio est cõtra id acto. 1. nõ est vestrũ nosse tẽpora, l. momẽta quę pater posuit in sua potestate.

2. Ratio. 2. Quia Christus docuit delicias carnis & diuitias tẽporales cõtẽnere, ergo illis nõ cõtinetur regnũ ipsius. Si enim ad illas aspirandũ esset nõ cõtemneretur, sed differrent, vel minores propter maiores, nõ autẽ absolute diuitiæ & delitiæ carnis cõtẽnerẽtur: antecedẽs patet Mat. 19. sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnũ cælorũ, & ibidẽ si vis perfectus esse vade & vẽde omnia, quæ habes & da pauperibus & sequere me, & habebis thesaurum in cælo.

3. Ratio. 3. Quia si regnũ Christi in delicijs consistit, via ad illud per delicias parãda esset, cõtra id quod fecit & docuit Paul. 1. Cor. 9. castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, & Colos. 3. mortificate mẽbra vestra, quæ sunt super terram.

4. Ratio. 4. Quia rerũ externarũ vsus post resurrectionẽ superuacaneus erit, nã ad voluptatẽ tunc erit inutilis, cũ in Deo & alijs purior, & maior voluptas percipi possit, ad speciei vero multiplicationẽ, vel indiuidui cõseruationẽ cõducere nõ poterit, cũ hęc supponãt statũ vitę mortalis, qualis ille nõ erit. Cõfir. 1. Cõf. quia voluptas, præsertim carnalis, nõ est licite propter se solã expetibilis, ergo ille deliciæ carnales à sanctis non propter seipsas expetẽtur: Si autẽ propter generationẽ, vel cõseruationẽ indiuidui vel multiplicationẽ speciei humanæ, vt Lactãtius valẽ dicẽs, per eosdẽ mille annos infinitã multitudinẽ generabũt, et erit soboles eorũ sancta, et Deo chara, iã homines essent corruptibiles, saltẽ qui ex illis generarẽtur, qui cũ nõ essent cõfirmati in omni bono, peccare possẽt, vnde status ille nõ esset beatus. Confir. 2. Cõf. etiã quia si illę delicię propter se essent expetẽdę, et assumẽdæ, ergo nõ per mille tãtũ annos, sed per totã æternitatẽ essent cõtinuãdę, quod est cõtra aduersarios. Confir. 3. Cõf. etiã quia Lactãtius ait, ad finẽ mille illorũ annorũ excitãdũ à gẽtibus bellũ cõtra sanctã ciuitatẽ Hierusalẽ, ergo homines erũt mortales, vel ergo anima videns Deũ erit cõiũcta mortali corpori, vel anima sancta tũc nõ videbit Deũ: utrũq; autẽ absurdum est. Omitto multa miracula, quæ Lactãtius ad explicãdã hãc sentẽtiã sine vlla ratione & causa cõfingit, cũ tũ miracula sine necessitate ponẽda nõ sint, et quod homines mortales et corruptibiles habitatores ciuitatis Hierusalem videtur facere impeccabiles: gentes autẽ, quæ non sunt de regno Christi obstinatas et incorruptibiles: quod est absurdum.

80. Ad. 1. arg. R. Benedictiones factas patriarchis partim impletas tẽporaliter in eorũ filijs secũdũ carnem, in Iuda Ioseph Dauid et alijs, partim cumulatissime impleri spiritualiter in filijs eorũ secũdũ fidẽ, qui sunt veri Israelitæ. Rom. 9. hi autẽ sunt Christiani, qui vt dicitur. Ephes. 1. omni benedictione spirituali benedicũtur in Christo, partim in hac, partim in futura vita, vt docet Aug. 16. ciuit. c. 37. Prosper. de promissionibus parte. 1. c. 21. Hieron. to. 3. q. 3. ad Damasum Greg. hom. 6. in Ezechielẽ, Rupertus et alij gen. 27. Habitatio autẽ lupi cũ agno spiritualiter intelligitur, impleturq. in ecclesia, in qua homines diuersissimarũ nationũ, quiẽrãt moribus etiã discrepãtes, cõgregantur, & ita interpretati sunt alij veteres scriptores, vt etiam testatur Ireneus illo lib. 5. c. 33. ita etiam exponit Hieron. Isai. 11. vbi merito ait, opinionem mille annorum similem esse fabulis poetarum, qui nescio quod aureum Saturni sęculum commenti sunt.

Ad 1. arg. R. Ad. 2. R. varicinia illa intelligi spiritualiter & metaphoricè, vt Hieron. & alij exponunt, nã vt recte ait Greg. hom. 11. in euangelia solẽt in scriptura spiritualia per corporalia designari, vt ex his, quæ animus nõdũ nouit surgat ad incognita, quæ non nouit, quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat.

Ad 2. 81. Eodem modo. R. ad. 3. cum D. Thom. qu. 4. a. 7. ad 1. ex Greg. itaq. per cibum & potum intelligitur delectatio, quę de Deo sumitur in ta id Ps. 32. gustate & videte quoniam suauis est Dominus: per regnum sublimis illa dignitas & libertas, qua beati fruentur, per terram stabilitas beatitudinis, vt Aug. 1. de serm. do. in monte exponit id Mat. 5. beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram. De loco vero Matth. 19. centuplum accipient, recte Hieron. in eius loci cõmentario, quod si in cæteris rebus digna sit retributio, in vxoribus apparet turpitudo, vt quis vnam pro Deo dimiserit. 100. recipiat in futuro. Sensus igitur, ait Hieron. iste est qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione, ac merito sui, ita erunt, ac si paruo numero centenarius numerus comparetur. Vinum autem illud Mat. 26. vel est id quod Christus cũ discipulis suis bibit post resurrectionem, cum iam gloriosus regnaret, nam actor. 10. Petrus testatur se & alios discipulos manducasse, & bibisse cũ illo, vel significat futuram lætitiam beatorum cum Christo in cælesti regno, vel significat vinum conuersum in sanguinem, quem cum illis bibit post resurrectionem; communicauit enim eis Eucharistiam à se consecratam sub vnica tantum specie, quando cognouerunt eum in fractione panis Luc. 24. vt late diximus in materia de Eucharistia, hanc explicationem docet Hieronym. epist. 150. ad Hedibiani. q. 2. to. 3. Apoc. autem. 20. per mille annos potest intelligi, secundum Valentiam disp. 1. q. 4. puncto. 3. totum tempus militantis Christi Ecclesiæ, quæ vt docet Greg. hom. 12. in euang. lia, etiã

regnum Christi appellatur. Sic exponit Aug. 20.ciuit.c.7.& 9.vel potest intelligi tota æternitas,quę post resurrectionem restat beatis exigenda cum Christo in cælesti regno, vt exponit Castro. verbo beatitudo heresi. 2. Solet enim scriptura per mille annos etiam diuturniorem durationem significare,vt Ps.104. Verbi quod mandauit in mille generationis,idest oēs. Sed iste locus melius explicabitur disp. vltima huius tractatus sect.8. Apoc.autem.21. per structuram illam ciuitatis Hierusalē metaphorice intelligitur pulchritudo & dignitas cælestis mansionis. Vnde Ioāni ostēsa est tanquam descendens de cælo,scilicet in sua imagine & forma,idcirco etiam hebr.12. cælestis appellatur,vel per illam significatur Ecclesia militans, quę de cęlo descēdit,quia est imago cælestis illius Hierusalem. Vnde in ea impletū est id Iob.38. nunquid nosti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra.

Ad.4.R.Papiam non ex traditione apostolica,sed ex praua intelligentia scripturæ Apostolicę illam sententiam hausisse. Vnde Euseb. 3.histo.c.33.sic de illo loquitur. Puto eum spirituales & mysticas apostolorum traditiones corporaliter,& secundum litteram suscepisse, nec potuisse discernere ea,quæ illæ in figuris velut lactentibus,& paruulis loquebantur,qui & reuera ex ipsis quæ conscripsit opusculis,exigui sensus vir & minus capacis ostenditur Hactenus Eusebius. Quod autem Irenæus & alij in eumdem errorem inciderint mirum non est,cum nihil tunc esset in ecclesia definitum,vel sufficienti examine exploratum,& locus apocalypsis vrgere videretur. 82. Ad.4.

Ad.5.R.multo melius sanctis esse, in rebus superioris ordinis remunerari:in alijs enim absurditas est,& alioqui per totam æternitatem, & non tantum per mille annos delicijs illis oporteret affluere. Ad.5.

De hac sectione plura habes disp.vltima huius tract.sect.8.

Articulus 4. Vtrum beatitudo habita possit amitti?

POstquā actū est de cōsecutione, & adeptione beatitudinis, recte de eius amissione disputat,an futura,l. possibilis sit,& vnde habeat beatitudo vt amitti nō possit.

DISPVTATIO. 11. DE PERPETVITATE immutabilitate, & inamissibilitate beatitudinis.

Sectio 1. An beatitudo Sanctorum futura sit perpetua.

1. *Sententia Origenis proponitur & explicatur.*

ORige.1.Periarchom.c.5.& sequen. & lib.2.c.3.videtur posuisse perpetuā vicissitudinē fælicitatis & miserię, quē errorē illi tribuit Augu. 21.ciuit.c.17.& hæresi.43.addens hac in re Originē excusarinō posse.Hiero.ep. 59.ad Auitū & apologia cōtra Ruffin.Epiph. ep.ad Ioannē Hierosolymitanū,quę est. 60.inter Epistolas Hieron.Theophi. Alexād.in 2. lib.seu ep.phaschalis.Castro.lib.3. verbo beatitudo hæresi.3.Pamphilus vero,& alij excusant Origenem & asserūt alia loca in cōtrariū Prateolus in elencho hæresum verbo Origenistę nō refert hūc errorē imo addit, si Epiphanio credimus,cum Origenes (vt ille refert)negauerit resurrectionē,dici nō potest ex Origene,quod illi tribuit Theophilus in suo paschali,corpora post resurrectionē futura esse mortalia & post multa tēpora in nihilū redigēda, & Sāderus.7.Monarchię.c.46.refert,fuisse errorē Origenis sceleratos homines & dæmones post aliquod sęcula cælo esse reddēdos,nō tñ refert beatos post aliquot secula in infernū esse mittēdos,aut beatitudinē amissuros,vnde forsam hic error nō fuit Origenis,sed aliquorū eius discipulorū,& quāuis,vt superius vidimus,posuerit angelos beatos peccare posse, & interdū peccare:forte tñ nō sentit peccata hæc ita grauia esse posse,vt propter illa beatitudinē amissuri sint,quāuis homil.35.in Lucā ait,angelos negligētiores in custodiēdis hominibus sibi cōmissis,nō semper posse videre faciē patris,sed sępius,l.rarius pro cuiusq.negligētia,& hom.9.in Mat.19.super id cū venerit filius hominis referēs opinionē asserētē,dæmones posse fieri bonos & beatos,non videtur illi adherere. Vnde Origenē ab hoc errore excusat Sixtus.5.biblioth.annota.126. Iacobus Merlin' apologia.1.pro Origene,Sot.4 d.45. q.2.a.2.& d.50.a.1.vbi tñ fatetur in eo errore fuisse Origenistas,illūq. sumpsisse ex Platonicis cōtra quos Aug.21.ciuit.c.13.& 17. & lib. 12.c.13.& 20.& lib.22.c.30.& 13. Trinit.c.8. Greg.34.mor.c.11.alias.12.in id Iob.41. æstimauit abyssum quasi senescentem: contra asserentes vero tales errores ab alijs fuisse insertos libris Origenis,disputat Hieronym. epist. ad Occeanum quæ est.30.sed prædictum Origenis errorem quatenus ad animas spectat imputauit Hieronymo Ruffi.lib.1.cōtra Hieron y.propter quędam verba ipsius in magnis cōmētar. epist. ad Ephes.& Isaiæ.1.2.& vltimo,

& dia-

& dialogo.1.contra pelagia: ex alijs tamen locis Hieron. satis constat ipsum non fuisse huius sententię, atq. in apologia contra Ruffinũ testatur, omnia quę docuit in illis comment. epist. ad Ephes. ex alijs doctoribus accepisse & trãstulisse, sicut in ipsis inuenit, & hac ḋ causa scripta illa aliquando continent errorem. Alia vero testimonia Hieronym. explicat Sixtus.6.biblioth.annot.260. de pœnis purgatorij, quę perpetuę non erunt.

2. Beatitudinem autem fore perpetuam colligitur ex Mat.6. Thesaurizate vobis Thesaurum in cælo, vbi neq. erugo, neq. tinea demolitis, &c. & c.25. iusti in vitam æternam. Apoc.3. foras non egredietur amplius & c.7. non esurient, neq. sitient amplius. Sap.5. iusti autem in perpetuum vivent. Isai.33. tabernaculũ quod nũquam auferri poterit Ps.38. in sæcula sæculorum laudabunt te. 2.Cor.5. ædificationẽ habemus domum non manufactam æternam in cęlis & 1.Thessalo.4. sic semper cum Domino erimus 1.Petri.1. in hereditatẽ incorruptibilẽ, incõtaminatã, immarcescibilẽ, et c.5. immarcescibilem glorię coronã. 1.Cor.9. & illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt, nos autẽ incorruptã. 1.Timo.6. certa bonũ certamẽ fidei, apprehende vitã ęternã Eccles. 24. qui elucidant me vitam ęternam habebunt Ioan.17. hęc est vita ętena vt cognoscant, &c. Roma.6. gratia Dei vita ętena, si dicas hęc & similia scripturę testimonia nõ cõuincere, quia in scriptura sępe dicitur ęternũ, quod per multa secula duraurit, vel duraturum est, licet non careat principio & fine. R. in prędicti sumi proprie, & in rigore prout ętenum est quod fine caret, quod constat tum ex intelligentia, & sensu Ecclesię, & sanctorũ omniũ, tum ex proprietate verbi sępe repetiti, & in re tanti momẽti, quæ continet præcipuam Dei promissionem; & in alijs locis citatis hęc ętenitas & perpetuitas vocibus non ambiguis explicatur, & ratio ipsa eamdem rem persuadet; quę enim beatitudo esset si timorem amissionis admitteret & peccatũ nõ excluderet, prędertim mortale; prędterea ergo dici posset iã aliquos beatos beatitudinẽ amisisse, & aliquos dãnatos à pœnis ad beatitudinẽ trãslatos esse. Prędterea pro catholica veritate est. Apoc.20. cruciabũtur die ac nocte in sęcula sęculorũ, & Marci.9. vermis eorũ nõ morietur, & definitur in 6.Synod.gen. in ep. Sophronij quę est in act. 11. & approbata fuit act.13. & in Cõci. Late. sub innoc. 3. & refertur. c. firmiter de sum. trin. & fid. cath.

3. Obiectio. Sol. Scoti. Si obijcias beatitudinem dari tanquã præmiũ operũ nostrorũ, operibus aũt vndequaq. finitis nõ debetur prędmium infinitum indurationę, ergo. Scotus. 4.d.49.q.6. respondere videtur, illam beatitudinem futuram esse æternã nõ ex vi meritorũ, sed ex liberalitate Dei, idem sentit Suplem. ead.d.q.4. & Gab.2.d.27. quod dicũt aliqui dupliciter intelligi posse. 1. vt ętenitas & perpetuitas illius beatitudinis nõ cadat sub merito nec nobis ex iustitia respondeat, & sic falsum esse, & cõtra communẽ sententiam Theologorum. 2.d.27. dicentium, vitam æternam cadere sub merito de condigno, & de iustitia: quo pacto loquitur Trid. sess. 6. Can.32. definiẽs, nos mereri vitã æternam. Sic etiam. 2.Cor.4. quod momentaneum est, & leue &c. æternũ glorię põdus operatur. Prædterea locis citatis corona cũ sua incorruptibilitate & perpetuitate videtur proposita tanquã præmiũ, & non tantum corona, ergo etiã eius conseruatio & perpetuitas cadit sub merito. 2. potest intelligi solutio assignata vt etiã perpetuitas cadat sub merito fundato tamen non in valore & dignitate operum, etiam, vt à gratia & charitate proficiscuntur, sed in diuina liberali acceptatione & promissione & ita videtur intelligere. Scotus Gabr. & Supplem. quod etiam falsum puto, nam vt ostendam in materia de gratia opera quæ ab homine iusto in charitate fiunt, secluſa omni promissione & acceptatione merentur de condigno & de iustitia vitam æternam, & ipsam eius ętenitatem & perpetuitatem, quamuis nec suppositta promissione teneatur Deus de iustitia prędmium reddere; & ratio est quia ex natura rei exigunt visionem cui naturaliter est coniuncta perpetuitas, & licet non esset naturaliter cõiuncta adhuc caderet sub merito, quia temporalia obsequia pij filij exigũt, vt perpetuas diuitias à parẽtibus recipiat, si eas dare possunt, vt Deus potest propter omnipotẽtiam suam, obsequia enim eius qui minus potest, magis estimantur, & ab eo qui potentior est, magis remunerantur, id exigente ipsa rerum natura. Vnde infinitum in duratione potest in ratione prædmij esse proportionatum finito, de supplicio etiam infinito in duratione quomodo sit proportionatum peccato finito, dicemus suo loco, & Aristot. 1.Eth.ca.9. fęlicitatem huius vitæ (quæ suo modo etiam perpetuitatem requirit) putat a dijs dari interdum in prædmium virtutis. Et non solum gratia lumen gloriæ visio & dilectio & delectatio erunt perpetua, sed carentia doloris & omnis mali culpæ & pœnæ Apoc.7. non esurient, neq. sitient amplius, &c. Vide etiam. c.21. & Isai.28. & 49. idẽ est ḋ gloria corporis. 1.Cor.15. surget in incorruptione, actus etiã cognitionis & dilectionis, et sensuum erunt perpetui, quatenus erũt perpetuo in potestate beati, qui poterit eos cum voluerit exercere, et eos exercebit, non ita vt aliquod indiuiduum duret per totam æternitatem; quia expedit variare et interruptionem aliquam facere ad exercẽdos actus alterius speciei, sed ita vt species protẽdat, in

tam æternitatem, & quolibet indiuiduo alterius speciei dato, aliud eiusdē speciei posteā futurum sit.

Sectio. 2. Vtrum beatitudo sit natura sua incorruptibilis & perpetua.

4. SVpponimus non ita esse perpetuā, vt postquā producta est, nec de potētia absoluta corrūpi possit, sic enim solus Deus est perpetuus & incorruptibilis omnes autē creaturę sunt corruptibiles quosensu etiam angelos naturasua corruptibiles esse dicūt Scotus. 4. d. 49. q. 6. §. hic sunt duo Vaz. disp. 211. c. 2. multi patres & Concilia apud Molinam & alios. 1. p. q. 50. a. 5. sed tota difficultas est, vtrū visio sit natura sua incorruptibilis sicut angelus materia. 1. anima nostra & cęlū, quia videlicet petat nō corrūpi & miraculum esset si corrumperetur Deo subtrahente concursum conseruatiuū. Non autē esse sic incorruptibilē sua

1. Opinio. pro parte neg. detur 1. quia gratia nō sic est incorruptibilis, imo quotidie sine vllo miraculo corrumpitur, ergo neq. lumen glorię quod ignobilius est, &

Prob. 1. ad gratiā cōparatur, vt facultas ad essentiam: non potest autē esse incorruptibilior natura, quam proprietas eius, ergo lumen glorię non sic est incorruptibile, ac proinde nec visio, quę

2. pendet à lumine glorię. 2. quia ad rationē beatitudinis non est necessaria hæc perpetuitas, sed satis est, Deū statuisse perpetuo conseruare actum, in quo beatitudo cōsistit, vt patet in gloria corporis, & dotibus eius. Sunt enim natura sua corruptibiles cū sint in subiecto corruptibili, tamen habent perpetuitatē sufficientem ad rationem beatitudinis. 3. quia accidēs

3. nunquam petit perpetuitatem, nisi subiectum expetat. ipsum habere perpetuo, sed anima non potest habere perpetuo visionem Dei: ergo. 4. quia priuatio formæ oppositæ est princi

4. pium corruptionis: sed intellectus beati habet priuationem erroris, qui opponitur visioni: ergo habet principium corruptionis visionis, ergo visio est corruptibilis.

5. 2. Opinio esse posset, natura sua, neq. esse corruptibilem, neq. incorruptibilem, ita vt alterū

2. Opinio. media. horum possit, & miraculum sit corrumpi, aut non corrumpi: sed vtrumq. competere ei per accidens, vt quantitas cæli à cælo habet, non posse corrumpi, & quantitas ignis ab igne habet posse corrumpi. Sic ergo neq. est miraculū quod visio in Paulo & Moyse & alijs corrupta sit, nec quod in beatis nunquam corrumpatur, nec corrumpi possit, sed vtrumq. competit ei per accidens. Visio enim quę fit à lumine fluenti, inde habet, vt necessario corrumpatur, quę vero à lumine permanenti, inde habet perpetuitatem.

3. Opinio est visionem Dei natura sua esse incorruptibilem, ita vt corrumpi esset miraculum: videtur D. Th. hic ad. 1. vbi ait, per hanc beatitudinem eleuari hominem ad participationem æternitatis; & 1. p. q. 10. a. 3. inter entia natura sua immutabilia, & æterna ponit visionem Dei, quam ait propterea in scriptura vocari vitam æternam & ibidem. a. 5. ad. 1. ait visionem Dei non mensurari æuo sed æternitate participata, idem. 2. d. 1. q. 1. a. 1. ad. 4. Caiet. locis cit. Sotus. 4. d. 49. q. 3. a. 4. con. 2. Medina Conrad. & omnes Thomistæ hic, vbi Valentia p. 6. Vazq. disp. 211. c. 2. Neq. quoad visionē beatificā aduersatur Scotus. 4. d. 49. q. 6. quin potuis. §. hic sunt duo, in fine, expresse docet, visionem beatificam esse necessariam ratione luminis gloriæ naturaliter inclinantis potentiam, quod vero. §. sequenti in pricipio ait, ipsam formā visionis non esse per se formaliter necessariam, solum significat, non habere illam necessitatem sine ordine ad lumen, quo dicto non obstante, potest visio ex se esse necessaria, quia ex se petit lumen à quo intellectus determinetur vt eliciat visionem Dei. De dilectione autem beatifica, in qua Scotus totaliter, vel præcipue beatitudinem ponit, expresse docet, non esse perpetuam ex se, nec ex habitu charitatis, nec ex visione, sed ex virtute diuina, quæ præter naturæ exigētiā producit, & cōseruat dilectionem cū tota sua intensione, & quod attinet ad dilectionem, probat Scotus, quia voluntas suæ naturæ relicta, libera est ad amandum & non amandum Deum, etiam supposito habitu charitatis & visione Dei, ergo posset dilectionem suspendere.

6. 3. Opinio. 1. Contraria.

7. 1. Concl. Ego vero. 1. censeo, incorruptionem visionis & dilectionis non esse miraculosam, sed in beato habere intrinsecam causam, ex qua naturaliter, & sine miraculo resultat, eo quod ex visione naturaliter, & necessario sequitur dilectio, vt in superioribus vidimus, & visio ex lumine glorię, hoc vero ex natura sua est incorruptibile, vt dicemus. Fauet Aug. locis citatis superiori sectione, & ipse seu Fulgentius de fide ad Petrum. c. 23. & Bern. serm. 31. incāt & scripturæ supra citatæ quæ beatitudinem vocant incorruptibilem immarcesibilem, & æternā, ideſt quæ suppositis illis quæ in beato sunt, nō potest naturaliter corrūpi aut destrui, sed ex vi illorum necessario conseruatur, quę sine miraculo tolli non possunt.

Probatur hęc opinio quia posito lumine glorię necessario sequitur visio Dei, nō obstātibus quibuscūq. rationibus, quę in cōtrariū se offerāt, aut quibuscūq. dispositionibus animæ aut corporis, aut quocūq. actu volūtatis, lumen enim gloriępotius est omnibus motiuis, quę cōtra ea, quę in Deo videntur, militare possunt, nec in suo actu pendet ab vlla dispositione

Probatur concl. & reiciūtur rationes cōtrariæ.

corporis

corporis aut animæ neq. subordinatur aut subijcitur volũtati sicut alij habitus, & ideo forte nõ potest dici proprie habitus, posita autẽ visione necessario sequitur dilectio & dlectatio, ex supra dictis: ergo siue beatitudo consistat in vno horum actuum, siue in duobus, siue in tribus adhuc tota esset incorruptibilis, ita vt secluso miraculo corrumpi non posset. Imo etiam si lumen gloriæ in suo exercitio esset subordinatum voluntati, ita vt ea volente impedire, vel suspendere visionem, impediretur vel suspenderetur, impediri aut suspendi non posset, quia non posset videns Deum velle talem suspensionem, cum necessario amet visionem, & ita optima est ratio D. Thom. hic probãtis, beatitudinem fore perpetuam, quia nec voluntate beati cessare potest, cum vidẽs Deum non possit velle cessare in visione. Nec voluntate Dei cum sit iustus iudex, & non auferat debita ex iustitia, nisi ob culpam, quæ in eum à quo videtur, cadere non potest.

8. Ratio etiã aliorum dicentium lumẽ gloriæ esse incorruptibile, quia caret contrario, optima est, si ad prædictam reducatur, & ita intelligatur, non vt visio diuina contrarium non habeat: error enim vt est contrarius actui fidei, ita, & actui visionis diuinæ: sed quia licet error sit contrarius visioni, tamen habitus gratuitus per errorem, non est contrarius lumini gloriæ, sicut suo loco dicemus, nullum vitium esse contrarium virtuti infusæ: inter habitus enim diuersi ordinis nulla est contrarietas, secus in actionibus, & ideo gratia, & virtutes quantumcumq. intensæ non excludunt vitia iam acquisita, nisi eliciant actus aliquos, quibus eiusmodi vitia destruantur, ergo licet daremus in aliquo habitum erroris, posset sine vllo miraculo lumen gloriæ cum illo esse: ex eo autẽ necessario sequitur visio: ergo habens lumẽ gloriæ non potest sine miraculo cessare à visione. Adde in beato nullum relinqui habitum erroneum, ac proinde ex habitu eiusmodi, non impediretur lumen in suo actu.

9. Illud vero argumentum, quo Medi. & alij vtuntur, scilicet, si visio ex natura sua corruptibilis est, aliquando corrumpetur, parui momenti est, tum quia speciali miraculo fieri poterit, vt non corrumpatur, vt contingit in dilectione secundum Scotum: deinde tanta est inclinatio voluntatis ad visionem Dei, vt etiã si intellectus, & lumen gloriæ essent agentia subordinata ipsi voluntati: & ipsa esset libera, non impediret actionem eorum in tota æternitate, quia nulla est causa sufficiens ad cessandum à visione: satiat enim appetitum Psalm. 16. veniunt omnia bona pariter cum illa. Sapien. 7. non habet amaritudinem conseruatio illius, nec tædium conuictus illius. Sap. 8. sicut contingere posset, vt homo quamuis posfit se suspendere, non tamen se suspenderet in tota æternitate: fortasse etiam aurum, si alicui curæ esset separandi illud à contrarijs, quamuis sit corruptibile, non corrumperetur in tota æternitate.

Illud etiam quorumdam argumentum de vnione hypostatica, quæ indissolubilis est ex natura sua, ergo, & vnio per visionem beatificam, nullum est, tum quia vnio hypostatica est excellentior, & ideo potest esse incorruptibilior, tum quia vnio hypostatica, quę est cum rebus corruptibilibus, imo & cum materia adueniente & recedente per nutritionem, & actionem caloris naturalis, dissolubilis est, eo, quod Deus tali rei, etiam si ex se sit incorruptibilis, corruptibiliter & dissolubiliter voluit se vnire, vt sine miraculo velle potuit.

Melius autẽ videtur aliud argumentũ, quod fit de motu cæli. quia ei debetur perpetuitas, quãuis ipse non debeatur cælo, ergo similiter, licet visio non debeatur animæ, potest visioni deberi perpetuitas adhuc tamen parui momẽti est. Ratio autẽ cur illi motui debeatur perpetuitas, est, quia res inferiores ad suam conseruationem indigent perpetuo illo motu, & ideo etiam connaturale est Deo determinare voluntatem alicuius Angeli, vt illum motum perpetuo causet, si non competit cælo ab intrinseco, sed ab extrinseco. Sic ergo connaturale est visioni beatificæ, propter suam excellentiam, & quia ex se est præmium vltimum operum, esse perpetuam, & ideo exigere causam perpetuam nempe lumen gloriæ. Sic etiã visio, qua Angelus videt se, & perse cognoscit Deum, perpetua esse videtur ex natura sua, & ex parte causæ nempe essentiæ Angeli, quæ in causando cognitionem sui in proprio intellectu, non est subordinata propriæ voluntati, nec dependens ab vlla re creata, sed solum à generali concursu Dei, qui sine miraculo ei abesse non potest. 10.

Vnde 2. dico valde probabile esse, visionẽ ex natura sua petere perpetuitatem: & ideo petere lumen gloriæ permanens, quòd si fiat lumine fluenti, vt in Paulo, & Moyse dicitur, hoc erit miraculosum, & contra naturam visionis, quod si ita est, visio non solum, rebus vt nunc, est naturaliter incorruptibilis, sed absolute & simpliciter, & ex natura sua exigente perpetuitatem, & causas illius: quod tamen in amore beatifico verum non est, quia idem specie imo, & numero sine miraculo posset fieri, & conseruari per cognitionem, quæ ex sua natura esset corruptibilis. Imo hoc ipsum valde probabile est in visione, scilicet non esse simpliciter, & ex natura sua incorruptibilem, sed hic, & nunc esse naturaliter incorruptibilem, quia hic, & nunc est à lumine permanenti, quod naturaliter corrumpi non potest, nec à causan- 11. 2. conclu.

eauſanda viſione impediri, eadem tamen viſio ſine miraculo poſſet fieri lumine fluenti, alioqui in Paulo, & Moyſe multiplicanda ſunt miracula, ſcilicet, quod in carne mortali Deũ viderent, quod lumine fluenti, vel ſi fuit permanens, quod corrumperetur. Conſonatq. Medi. hic dicens, eam viſionem, quæ fuit in Paulo, & Moyſe, ſi non proceſsit à lumine permanẽte, ſed fluente, vel ab auxilio, non fuiſſe incorruptibilem, rebus vt nunc, vel ex natura ſua, quia ipſa ex ſe non petit incorruptionẽ, ſed qñ fit à lumine permanenti habet incorruptionem, nõ quia illam exigat ſed ratione cauſæ, vt quantitas cæli ex ſe eſt corruptibilis id eſt potens corrumpi, ſed vt eſt in cælo eſt incorruptibilis, quia non poteſt corrumpi niſi corrupto ſubiecto, cælum autẽ corrumpi non poteſt, & eodem modo lux in aere corrumpi poteſt, quia pendet à præſentia ſolis, & diaphaneitate, quæ aeri abeſſe poteſt. In ſole autem corrumpi non poteſt, quia præſentia, & diſpoſitio ſolis à quibus tantum pendet, auferri non poſſunt, quod vero addit Medina, dici poſſe, viſiones, quæ fiunt à lumine fluenti, vel auxilio, & à lumine tranſeunte, eſſe diuerſas ſpecie, non placet, quia idem actus, intellectus, & voluntatis poteſt eſſe à forma fluente, & tranſeunte, & ab auxilio extrinſeco. Et ſimiliter exiſtimo, motum grauis in centrum, ſiue fiat à grauitate ſiue ab impetu, ſiue ab vtroq. eiuſdẽ ſpeciei eſſe. vide diſput. 3. ſectio. 8. omnis ergo viſio quãtum eſt ex ſua ratione ſpecifica, non eſt perpetua, ſed corruptibilis, quia ex ſua ſpecie non petit fieri à lumine permanente, ſed permanente vel tranſeunte. Imo certe ſi dari poteſt viſio adeo imperfecta, vt non excludat omne peccatum, vt ſupra diximus, dari poſſe de potentia abſoluta, illa ſine miraculo corrumperetur. Etiam ſi manaret à lumine permanenti, & ſimiliter lumẽ gloriæ, ex quo procederet, quia natura rei exigit, vt qui peccat priuetur viſione & lumine, ſicut quod priuetur gratia & charitate, & ideo ſicut non eſt miraculum, peccantem priuari gratia, ita neq. priuari viſione & lumine, & ita cenſeo probabilius, viſionem, quæ nunc eſt, eſſe incorruptibilem ratione luminis, & ipſum eſſe incorruptibile non præciſe ratione ſuæ eſſentiæ, ſed ratione ſuæ accidentalis perfectionis, nempe, quia ita intenſum ſeu perfectum eſt, vt producat viſionem, quæ determinet voluntatem ad non peccandum, & hoc forte ſufficit, vt viſio menſuretur æternitate participata, dummodo nullam aliam poſsit recipere mutationem ſaltẽ reſpectu obiecti primarij.

12. Ad 1. argumen. 1. ſententiæ. Et ſic ad 1. argumẽtum, 1. ſententiæ. R. concedendo lumen gloriæ permanens, eſſe corruptibile quantum eſt ex parte ſuæ eſſentiæ, eſt tamen incorruptibile ex ſua extenſione, & accidentali perfectione, qua vincit omne contrarium morale ſcilicet peccatum, quo remoto eſſet miraculum corrumpi à Deo, gratia autem nec ratione intenſionis, & accidentalis perfectionis intrinſecæ incorruptionem habet, ſed in quacumq. intenſione corrumpi poteſt, niſi ſit coniuncta lumini & viſioni excludenti peccatum mortale. Et negatur, eam eſſe perfectiorem lumine gloriæ, licet ad illud comparetur, vt eſſentia ad facultatem, nam ſimilitudo hæc non tenet in omnibus, alioqui ſicut eſſentia non poteſt naturaliter eſſe ſine facultate, quæ eſt proprietas eius; ita nec gratia ſine lumine, & ſicut eſſentiæ ineſt facultas ita & gratiæ lumen. Sed ſolum procedit ſimilitudo in hoc quod gratia in ſuo termino, & extra viã, & in ſubiecto plene immuni à peccatis exigit quaſi connaturaliter lumen gloriæ & viſionem.

Ad. 2. R. ad rationem beatitudinis ſufficere perpetuitatem, quæ habeat radicem fixam & ſtabilem, quæcumq. illa ſit, tamen melius eſt vt radix ipſa perpetuitatis ſit intrinſeca ipſi beato, & ita dicimus viſionem, & omnes actus beatificos hic, & nunc eſſe perpetuos, & incorruptibiles, & non ex ſola voluntate Dei volentis ipſos in perpetuum conſeruare. Dotes autem corporis glorioſi fortaſſe ſunt, non ſolũ hic, & nũc, ſed etiã natura ſua incorruptibiles ſunt, quia reliquæ dotes videntur requirere natura ſua impaſsibilitatem in ſubiecto, dos autem impaſsibilitatis ſubiectum reddit incorruptibile, & aliunde eſt permanens, nullumq. habet contrarium, vnde ex natura ſua, eſt omnino eſt incorruptibilis, & reliquæ dotes ſaltem hic, & nunc ratione impaſsibilitatis adiunctæ, & quia contrario carent, ſunt incorruptibiles. Ad 3. neg. ma. bene enim poteſt accidens petere perpetuitatem, etiam ſi ſubiectum non petat eſſe affectum tali accidenti, vt diximus in motu cæli. Ad 4. R. priuationem formæ contrariæ cuius hic, & nunc ſubiectum eſt capax, eſſe ſufficiens principiũ, vt res corrumpi poſsit, ſecus ſi ſit priuatio formæ, quæ rebus vt nunc, iam non poſsit ineſſe ſubiecto, & huiuſmodi eſt priuatio erroris in beato, ſunt enim in eo cauſæ, quæ excludunt naturaliter omnem errorem contrarium viſioni beatificæ 13. Ad 2.

Sectio. 3. Vtrum inamiſsibilitas ſit de eſſentia beatitudinis.

14. SUPPONO vt manifeſtum, aliud eſſe, viſionẽ perpetuo durare, aliud perpetuo eſſe duraturam: aliud eſſe in ſtatu ex quo neceſsario ſequatur perpetuo durare, aliud deniq. hominẽ ipſum cognoſ-

cognoscere euidēter suam visionem fore perpetuam aut esse in statu, vnde necessario sequatur, fore perpetuā. Dico 1.de ratione beatitudinis,non est ppetuo durare actu: alioqui nunquam homo esset beatus, quia nunquam est verum dicere nunc visio perpetuo durat. Dico 2.de ratione beatitudinis est esse perpetuo duraturam,nec enim vna operatio, nec cumulus omniū bonorū,si ad breue tēpus duraret,sufficeret,vt diceremus:illū eo tempore esse,vel fuisse beatū: sic Paulus, & Moyses licet in hac vita Deum viderint,nemo dicit fuisse in hac vita beatos, & si Deus aliquam animā videntem ipsum,priuaret in perpetuū visione sui. Nemo dixerit fuisse beatā, nisi improprie,aut latissime,& hoc vult D. Tho. a.4. Med.Conrad.Caiet.& alij ibidē dicentes perpetuitatem, & inamissibilitatem esse de ratione beatitudinis,seu necessariā ad beatitudinē,quo pacto etiā loquūtur Sot.4.d.49.q.3.a.4.concl.3.Maior.q.12.dub.vlt. (qui addit quæstio.esse de nomine) Valen. hic puncto 6. Vazq.disp.21. c.3. vnde impertinens est distinctio illa,qua vtuntur Scot. 4. d.49.q.6.§. de tertio dubio. Dur.q.6.Palud.q.5. Supplem.q.2.a.3. dub.7.par.3.Ocham q.vlti.a.4.dub.6.si beatitudo sumatur pro operatione perfectissima secundū speciē,vel intensionem,nō esse de ratione beatitudinis,esse perpetuā:si vero accipiatur pro operatione perfectissima etiam secundū extensionē durationis, esse de eius ratione, esse perpetuam. Nam certe beatitudo proprie sumpta dicit omniū bonorū cumulū seu operationem perfectissimā, connotando, quod perpetuo sit duratura,& oppositum est abuti terminis. Et confir. 1. quia de ratione beatitudinis est,talē esse vt sit sufficiens ad satiandū appetitū,& excludendū timorē, & anxietatē,quę tristitiā ingerere posset.Deniq.de ratione eius est,esse tranquillā,quietam,pacificam, & securam possessionem summi boni, quæ non cōpeterent visioni Dei,si ad tēpus tātum esset duratura,ergo non esset beatitudo. Rationem hanc sumimus ex Aug. 12. ciuit.c. 20.& D.Th.hic imo,& 1.p.q.12.a.7.ad. 1.vbi ait beatus videndo Deū comprehēdit ipsum, quia videndo habet eū sibi præsentē, & in potestate sua habet semper eū videre. Vult enim D.Tho.de ratione cōprehensionis esse stabilē,& firmā quandā possessionē Dei à qua nunquam deijciendus sit,alioqui non poterit esse quietus, securus,ac sine timore,idēq.significauit Boetius definiens beatitudinē, vt sit status,id est stabilis possessio. idē patet ex Arist. 1.Ethi.ca.7.vbi dicit, neq. ver vna facit hirundo,neq. vnus dies beatum hominem atq. fœliceem.Vbi Eustratius ait, huius vitæ beatitudinem censendam non esse,quæ vsq.in finem vitæ non perseuerat, idem D. Tho. ibi.idem repetit Arist. cap.10.& lib.10.cap.7. Eodem igitur modo de ratione beatitudinis in alia vita,est perpetuitas in eadem, idē probat Aug. 13.trin.c.8. quia beatus habet quidquid vult, & nihil mali vult,sed cuius bonum non est perpetuum,non habet quidquid vult, quia vellet illud durare in perpetuū,ergo non est beatus.

1. Con.

2 Con.

15. 1.Obiec.

Si obijcias 1.quia de ratione nullius creaturæ est, quod perpetuo duratura sit, beatitudo autem est creatura, ergo non est de eius ratione,quod perpetuo duratura sit.R. beatitudinem non esse creaturam aliquam tātum, sed creaturā duraturam,seu cōnotando,quod duratura sit.Obijcies 2. quia nihil pertinēs ad irascibilem est de ratione beatitudinis,securitas autē pertinet ad irascibilem, ergo non est de ratione beatitudinis,vt concludunt Ochā, & Supplem. R. securitatem nō esse actum irascibilis,vt contra Richard.diximus agentes de dotibus animæ,sed esse carētiam timoris,quæ carentia licet pertineat ad irascibilem,potest esse de essentia beatitudinis,maxime si, vt citati volunt,beatitudo est in voluntate concupiscibili, quæ non distinguitur realiter ab irascibili:imo superius diximus, carentiam peccati,quæ est in voluntate, esse de essentia beatitudinis, licet beatitudo supponat pro visione axistente in intellectu, non enim supponit pro illa,nisi connotando carentiam peccati. Posset etiā dici, de ratione beatitudinis nō esse illam securitatem actualem,quæ est in irascibili,sed fundamētum eius, nempe visionem esse perpetuo duraturam,vel etiam cognitionem perpetuæ durationis futuræ,de qua cognitione postea dicemus.

Solutio.

2.Obiect.

Supplem. Solutio.

Obijcies 3.nam satietas animi, securitas,carentia timoris,& tristitiæ dari possent etiam si visio non esset perpetuo duratura,nimirum si homo falso extimaret,esse perpetuo duraturam,tunc enim tristitiam omnem expelleret summa voluptas,quia summa voluptas omnē tristitiam pellit, ex Arist.7.Ethic.c.17.ex illa autē visione oriretur summa voluptas, ergo etiam si prædicta sint de ratione beatitudinis non sequitur,de eius ratione esse,quod sit perpetuo duratura,quin potius cum illa falsa existimatione homo erit beatus.R.ex Augus.12. ciuit.cap.13.& D.Tho. hoc.a.4.hominem eo ipso quod deciperetur in re tanti momenti, non esse beatum: de ratione enim beatitudinis est carere tanto malo seu errore, imo talis homo in quacunq. materia erraret,non esset vere,id est profecte,integre,atq. omnino beatus: nam perfecta beatitudo omne malū excludit: falsum autem est quoddam malum intellectus,sicut verum est quoddam bonum ipsius.6.Ethi.cap.2.& 3. & illi opinio falsa de perpetuitate beatitudinis tanto deterior esset, quanto euidētior,vel certior reputaretur, si au-

16. 3. Obiec.

Solutio.

si autem incerta reputaretur, nullã securitatem afferret, sed timorem, & dolorem admitteret de incertitudine perpetuitatis, & ita deesset securitas necessaria ad essentiam beatitudinis, quod si quis non cogitaret de perpetuitate aut de illa cogitans dubius esset, nec sic esset beatus, quia in 2. casu haberet timorem in 1. autem non haberet securitatem verã & solidam, scilicet in scientia perpetuitatis fundatam, sed quandam carentiam timoris in quadam inaduertentia, & inconsideratione fundatam, quæ carentia timoris forte non meretur nomen securitatis. Beatitudo ergo, quia satietatem desideri, & veram ac solidam securitatem petit, petit etiam certam cognitionem perpetuitatis, sine qua talis satietas, & securitas haberi non potest: vnde existimo, talem cognitionem perpetuitatis non solum esse conditionem necessariam ad essentiam beatitudinis, sed etiam essentialiter connotari nomine beatitudinis, eo q̃ beatitudo sit possessio secura summi boni, non quacumq. securitate, sed solida, & bene fundata excludente timorem, & tristitiam de ammissione illius.

17. 4. Solutio. Si obijcias 4. videntem Deum timere, & tristari non posse. R. rebus vt nunc concedo. Suppositio tamen, quod sciret visionem non fore perpetuam, non solum posset timere, & tristari, sed forte esset necessarium: & magis tristaretur de futura amissione visionis beatifica, quam de eius præsentia gauderet de bonis autem Dei forte gauderet magis quã tristaretur de visionis amissione, & forte ita contingit in Moyse & Paulo, licet posset dici, interim dum Deum videbant, de ammissione visionis nihil in verbo, vel extra cogitasse.

Si obijcias. 5. cognitionem obiecti creati non esse de essentia beatitudinis, ac proinde cognitionem de perpetuitate visionis non esse de essentia beatitudinis. R. licet cognitio aliarum creaturarum non sit de essentia beatitudinis tamen cognitio possessionis Dei perpetuæ est de essentia beatitudinis, sed non est de essentia, quod hæc cognitio reflexa, sit cognitio in verbo, vel extra verbum, sed alterutra sufficit. 5. Solutio.

Vnde dico 3. inamissibilitatem esse quodam modo de essentia beatitudinis: dico, quodam modo, nam de ratione beatitudinis non est esse actum simpliciter inamissibilem, sed secundum quid, & in sensu composito. Explicatur: si enim visio Dei posset suspendi, & desinere esse, nunquam tamen esset desitura, homo qui id sciret, esset vere beatus i la visione amissibili simpliciter, inamissibili autem ex suppositione illius reuelationis, & cognitionis: tamen vltra hanc inamissibilitatem habet visio, quod sit inamissibilis ex vi luminis, modo superius explicato, & ex vi diuinæ determinationis, & ideo perfecte hominem beat. 18. 3. Conclu.

Artic. 5. Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

Artic. 6. Vtrum homo possit fieri beatus per actionem alicuius creaturæ?

Artic. 7. Vtrum ad beatitudinem requirantur aliqua opera?

Artic. 8. Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

Præfatio ad sequent. disput.

POST QVAM dictum est de adeptione, & amissione beatitudinis reliquum est vt de ipsius appetitu loquamur, de quo in vltimo articulo huius materiæ, & quæstionis agit D. Thom. sed Valent. in hac quæst. 5. puncto 1. & Sotus. 4. dist. 49. quæst. 2. prius egerunt de apetitu quam de eius adeptione, quia appetitus est prior, & causa respectu adeptionis, ego quidem de methodo nolo contendere, vtraque bona est, & fortasse melior est methodus. D. Thom. quia de causa, à qua non necessario, aut per se pendet effectus, sed contingenter, & per accidens, non oportet prius agere, quam de effectu, maxime cum natura, & proprietates ipsius

ipsius effectus in sua cognitione non pendent à cognitione talis causæ, sed ècontra, vt accidit in proposito; beatitudo enim absque præuio eius appetitu, & amore obtineri potest non solum à paruulis, sed etiam ab adultis, licet in adultis raro aut nunquam id contingat, quia statim de promissa beatitudine instruuntur, & cum de illa cogitant, statim prorumpunt in affectum illius, nec opportet cognoscere appetitum beatitudinis ad cognoscendum eius scietiam & proprietates, sed ècontra, cognitio enim obiecti ad cognitionem actus, qui circa ipsum est, valde conducit & quo modo poterit appetitus cognosci, nisi prius ipsum appetibile cognoscatur? Et licet D. Thom. de solo appetitu elicito disputauerit, nobis tamen de innato quoque quale in rebus inanimatis reperitur in ordine ad suas perfectiones, dicendum est: & ne postea de appetitu beatitudinis naturalis agere cogamur, non solum de appetitu beatitudinis supernaturalis, sed etiam de appetitu beatitudinis naturalis, in quo modica difficultas est, differemus; & quod de appetitu ad beatitudinem supernaturalem animæ dicemus, de appetitu beatitudinis supernaturalis, corporis intelligendum, quia de anima & corpore eadem ratio quantum ad hoc est.

Sectio. 1. Vtrum homo appetitu innato appetat naturalem beatitudinem in particulari.

2. *Conclu.*

DICO 1. Hanc beatitudinem in particulari appeti appetitu innato. Est indubitata, & communis sententia. Sotus. 4. dist. 49. quæst. 9. Durand. 8. Palud. 7. Maior. 6. Prob. quia in homine est facultas, & potentia naturalis actiua & passiua ad hãc beatitudinem: omnis autem potentia naturaliter inclinatur ad actum sibi cõnaturalem, præsertim ad perfectissimum. Confirm. quia ad scientiam, & amorem naturalem Dei est appetitus innatus: beatitudo autem naturalis in Dei cognitione, vel amore, vel vtroq. consistit: ergo.

Prob.

Conf.

Et de hoc appetitu beatitudinis naturalis aliquando loquitur D. Tho. 3. contra gent. cap. 25. & sequentibus. Aug autem. 2. confess. c. 10. dicẽs fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te de nullo appetitu beatitudinis in particulari, loquitur, sed de sola inquietudine, quam appetitus elicitus beatitudinis in comuni, seu boniti in comuni, atq. etiam aliorum bonorum in particulari in nobis causat, dum Deo non fruimur. Nam ille appetitus naturaliter mouet intellectum ad inquisitionem, & voluntatem ad electionum mediorum, talis autem inquisitio inquietudo quędam est, cui coniuncta esse solet inquietudo in voluntate, qua iam vni medio iam alteri afficitur propter varias rationes occurrentes, item priuatio quietis vitalis, idest delectationis.

3. *Conc.*

Dico 2. si beatitudo naturalis vel aliqua eius pars est in intellectu, etiam innatus appetitus illius erit in intellectu. Hæc etiã est certa & indubitata quia quælibet potentia appetit appetitu innato suam naturalem perfectionem, præsertim si est principiũ actiuum illius, & ita Durand. qui talem beatitudinem in intellectu collocat, in ea ponit appetitum, & similiter Palud. & Sotus: differunt tamen hi quia Durand. non ponit appetitum innatum talis beatitudinis in voluntate, secus autem Sotus & Palud. quos imitatur Vazq. disput. 22. c. vltimo in fine, quia voluntas est appetitus totius suppositi, & ita non solum appetitu elicito, sed etiam innato appetit bonũ, quod supposito medijs alijs potentijs conuenit, & quia appetendo appetitu innato elicitũ amorem naturalem beatitudinis, appetit consequenter, & quasi virtualiter ipsam beatitudinem supposito & potentijs, quibus inest, & à quibus efficienda est. Fonse. 1. met. q. 1. sect. 3. ponit hunc appetitum principalius & formalius, & magis proprie in voluntate: quia reliquæ potentiæ tendunt in bonum, non sub ratione boni sed veri, vel sub alia ratione. Sola autem voluntas, & appetitus sensitiuus tendit in bonũ sub ratione boni, ergo appetere cognitionem Dei appetitu innato formalius & proprius spectat ad voluntatem, quam ad intellectum.

4. *3. Concl.*

Dico tamen. 3. appetitus innatus ad cognitionem Dei magis pertinet ad intellectũ quã ad voluntatẽ, licet ad hanc quoq. pertineat. Probatur, quia licet forte tota hæc appellatio appetitus metaphorica sit & translatitia, tamen aptior translatio est ad potentiã, quæ agit, aut patitur sicut enim homo appetit appetitu elicito, & proprie dicto actionem & passionem sibi conuenientem, ita translatitie quælibet potentia, quatenus potest in aliquid sibi conueniens, dicitur illud appetere appetitu innato, & improprie dicto, non sequente cognitionẽ, & illud metaphorice appetit sub ratione boni, & quia bonum suum est. Quia tamen voluntas inclinatur in suum actum, & illum appetit appetitu innato, quatenus sibi est bonus, est autem sibi bonus, quatenus fertur in bonum intellectus, vel alterius rei, ideo appetere quoq. dicitur quasi concomitanter, vel consecutiue bonum intellectus, vel alterius rei. Confirm. 1. quia inclinari in amorem

1. *Pars. Prob.*

2. *pars. Prob.*

Confir

rem rei, & in bonum rei pro eodem reputantur. Voluntas autem appetitu innato inclinatur in amorem intellectus, ergo in bonum intellectus, quale est cognitio. Confir. 2. quia intellectus non solum inclinatur in cognitionem, sed in obiectum cognitum, vt in eo est per cognitionem, ergo similiter voluntas non solum inclinatur in amorem, sed etiam in obiectum amatum, imo quodam modo in hoc magis inclinatur, quia vt non amat suum actum appetitu elicito, nisi propter obiectum: ita neque appetitu innato, eo quod eius actus non esset sibi bonus nisi ratione obiecti. Confir. 3. quia omnis potentia inclinatur appetitu innato ad suam actionem, actio autem intellectus, imperatiue est, vel esse potest à voluntate: ergo voluntas ipsa ad illam inclinat appetitu innato. De quo plura sectione sequenti. Nam eadem quæstio est de appetitu innato ad beatitudinem supernaturalem, in qua potentia collocandus sit, supposito quod talis appetitus admittatur. Et ibidem etiam examinabitur, an ad beatitudinem in communi abstrahendo à beatitudine naturali, sit appetitus innatus. Id tamen inter omnes explo ratum est, animæ inesse appetitum ad beatitudinem naturalem in particulari, quia immediate, vel saltem medijs potentijs, potest illam in se recipere, & producere.

Confir. 2.

Confir. 3.

Sectio. 2. Vtrum homo appetitu innato appetat beatitudinem supernaturalem.

5. SERMO est de appetitu beatitudinis supernaturalis alterius vitæ, quamuis eadem ratio est de appetitu beatitudinis supernaturalis huius vitæ, supposita vera opinione asserente, esse supernaturalem, quoad substantiam, vel eodem modo, quo est supernaturalis beatitudo alterius vitæ.

1. Opin. Prima, & inter scholasticos communior opinio est, dari appetitum insitum, & innatum seu pondus quoddam naturæ ab beatitudinem supernaturalem in particulari, scilicet ad visionem & fruitionem Dei, siue nomine frutionis intelligatur ipsa visio, siue dilectio, siue delectatio. Ita Scotus, quæst. 1. prologi. §. ad primum, licet procedat. sub finem, & §. ad quæstionem igitur, & 4. distinct. 49. quæstion. 8. & 9. sed præcipue. 10. §. respondeo ad primam quæstionem, & quæst. 11. Maior. ibi. quæstion. 6. Palud. 7. artic. 1. conclusio. 1. & 2. Durand. quæstion. 8. num. 8. iuncta. quæstion. 4. Bonauent. part. 1. quæst. 2. Richard. articul. 2. quæstion. 6. Ouand. prop. 23. Sotus, quæstion. 2. artic. 1. in principio, & 1. naturæ. cap. 4. Henricus. 1. part. summæ, artic. 3. quæst. 4. ad. 2. & quæstio. 5. artic. 4. quæst. 3. & 5. Antonin. 3. part. titul. 30. cap. 6. §. 1. Marsil. 3. quæst. 10. artic. 2. Valentia in hac, quæst. 5. puncto. 1. Angles, 4. dist. 49. in principio. Rada. tom. 1. controuersia. 1. Nisse. in resolut. tractat. 7. part. 3. portio. 3. quæst. 5. cum Bassoli, & alijs Scoti sectatoribus, Mendoza quodlib. 3. schol. in fine. & Alensis. 1. met. cap. 1.

Suadetur Primo, quia cognita visione beatifica excitatur naturalis appetitus elicitus absolutus, vt aduersarij fatetur & experientia demonstrat, & sectione sequenti patebit, omnis autem appetitus elicitus oritur ex innato, & expondere ipso voluntas ante omnem actū propendet in ipsum actum, & in eius obiectū, ergo. Confir. quia voluntas in via necessario quoad specificationem, & in patria necessario quoad exercitium amat visionem Dei: ista autem necessitas non potest aliunde prouenire, quam ex appetitu innato ad idem obiectum, quia videlicet voluntas naturaliter est inclinata in talem visionem, & ex se determinata ad amandū illā, cū sibi recte proponitur, ergo datur in nobis appetitus innatus ad visionē Dei. 2. Appetitus naturalis nihil aliud est, quam capacitas, aut potentia ad aliquam actionem, vel perfectionem sibi conuenientem, sed in nobis est naturalis capacitas, & potentia ad visionem Dei, ergo, & appetitus innatus min. prob. ex August. 1. de prædesti. san. cap. 5. posse habere fidem naturæ est hominum habere autem gratiæ est fidelium: quod enim August. dicit de fide, posset eodem modo dicere de visione Dei, & D. Thom. 3. part. q. 9. art. 2. ad. 3. vbi ait, visionem Dei esse supernaturalem, quatenus non potest comparari solis naturæ viribus, naturalem vero quatenus homo ex natura sua est capax illius. & 1. 2. quæst. 113. artic. 10. vbi ait, anima naturaliter capax est gratiæ, eo enim ipso quod facta est ad imaginem Dei, capax est Dei per gratiam, & quæst. 114. art. 2. arg. 1. vbi ait, hominem secundum suam naturam ordinari ad beatitudinem, sicut ad finem, vnde etiam naturaliter appetere esse beatum, & de veritate, quæst. 13. art. 3. ad. 6. ait, naturale esse intellectui humano, quod quandoq. ad visionem diuinæ essentiæ perueniat. Quod non potest intelligi de naturali simpliciter, sed secundum potentiam actiuam, vel passiuam, vel vtramq. ergo datur naturalis potentia ad visionem Dei ex mente D. Thom. ac proinde etiam appetitus innatus ad illam: de quo etiam loqui videtur. 4. dist. 49. quæst. 1. artic. 3. q. 1. & 3. contra gent. cap. 25. dicens, quod sicut quælibet alia res naturaliter appetit suum bonum, ita homo

1. rat.

Confirm.

2. rat.

naturaliter

naturaliter appetit beatitudinem. Ad idem adduci solet D. Tho. in hac q. a. 8. præsertim ad 3. & q. 3. a. 8. & 1. p. q. 12. a. 1. & 3. cõtra gent. cap. 5. vsque ad 57. & initio prologi sent. & opusc 2. cap. 204. & opusc. 70. super Boetium de Trinit. q. vlt. art. vlt. ad 5. sed his locis plane loquitur de naturali appetitu elicito, non de innato, vt Valentia & alij fatentur.

Minor autem eiusdem argumenti probatur, nam capacitas proxima visionis Dei est ipse intellectus, remota vero anima. Hæc autem sunt entia naturalia, quia sunt à Deo, vt est author naturæ, & naturale dicitur, quod à causis naturalibus procedit, ergo talis capacitas est naturalis, & alioqui esset supernaturalis, quia non datur medium inter naturale & supernaturale, consequens est falsum, ergo.

3. ratio. 3. Arg. Nam quælibet res inclinatur in omnem suam perfectionem, siue naturalem, siue supernaturalem, alioqui etiam si posset illam obtinere, non curaret de illa, nec conaretur eam habere, sed ea inclinatio in intellectu ad visionem non est elicita, ergo innata. Confir. Confir. nam quælibet res nititur conseruare suã perfectionem, etiam supernaturalẽ, & repugnat eius destructioni, & quasi delectatur de possessione & præsentia talis perfectionis, & appetit talis rei satiatur adeptione eiusmodi perfectionis ergo cadit sub appetitu talis rei. Sed in ea re sæpe nõ est appetit elicitus, ergo erit innatus. Nec valet dicere cũ quodã iuniore visione Dei satiari appetitũ innatũ, qui habet pro obiecto, non ipsam visionem Dei, sed beatitudinem naturalẽ, appetitus enim rei ignobilioris, nobiliori satiat, vt appetitus naturæ humanæ in Christo ad propriam subsistentiã satiatur subsistentia verbi: non inquam valet hoc dicere. Nam quando res est capax simul nobilioris & ignobilioris formæ, non satiatur nobiliori, cũ enim vtramq. simul habere possit, vtrãq. simul appetit, ergo neutra satiatur, sed visio Dei & beatitudo naturalis sunt compatibiles, ergo neutra satiatur appetitus animæ, quod ex eo liquet, quia videns Deum, adhuc potest cognoscere illum naturaliter, & si non cognoscat, erit vere priuatus ea perfectione, & conabitur eam obtinere, ergo visio non satiat appetitum cognitionis naturalis, vel ergo nullum satiat appetitum innatum, quod videtur absurdum, vel satiat appetitum sui innatum, & sic datur appetitus innatus diuinæ visionis, propterea infra dicemus, non esse admittendum appetitũ innatum subsistentiæ diuinæ, licet admittatur respectu visionis diuinæ, & sic personalitas diuina nullum appetitum naturalem innatum humanitatis satiat, sed tollit, quia res habens nobiliorem formam non appetit ignobiliorem ipsi repugnantem & incompatibilem, & ideo modo in humanitate Christi nullus est appetitus innatus personalitatis creatæ, satiat tamen personalitas Diuina appetitum supernatturalem innatum, quem habet humanitas Christi, ex diuina eleuatione ad personalitatem diuinam.

4. ratio. 4. Quia & appetitus naturalis ad ea quæ non possunt nisi supernaturaliter fieri, vt ad vitam corporis perpetuam, ad seruanda omnia præceptanaturalia collectiue, ad nunquã peccandum nec errandum, ad cognoscedas omnes veritates naturales collectiue, ad cauẽda omnia naturalia incommoda, ad resurrectionem, visus restaurationem, &c. ergo simliter ad visionem Dei est appetitus naturalis, licet illa sit naturaliter impossibilis.

5. ratio. 5. Homo appetitu innato appetit beatitudinem in communi, quatenus est beatitudo, ergo appetit omne id in quo talis ratio reperitur, ergo beatitudinem supernaturalem. Confir. Confir. quia homo appetit appetitu innato, veram beatitudinem, vera autem beatitudo nulla est præter supernaturalem.

6. ratio. 6. Satiato toto appetitu innato, quiescit homo. Sed satiato appetitu beatitudinis naturalis, non quiescit homo, ergo est etiam appetitus innatus ad beatitudinem supernaturalem. Minor insinuatur ab Aug. 1. confes. cap. 1. dicente, fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec perueniat ad te, & prob. quia cognito naturaliter Deo, potius inflammatur vel excitatur desiderium videndi Deum, ergo, satiato appetitu beatitudinis naturalis, non quiescit homo.

7. ratio. 7. Quia omne peccatum est contra naturam, idest naturalem inclinationem, est enim malum & vitium ipsius naturæ, quod propterea ipsa natura refugit & detestatur, sed non credere euidenter credibilia & credenda, non sperare supernaturaliter, quæ speranda sunt; & non diligere Deum suo tempore dilectione supernaturali, peccatum est, ergo contra inclinationem supernaturalem, ergo ad habẽdos huiusmodi actus est inclinatio naturalis.

8. ratio. 8. Qui appetit appetitu innato aliquem finem, appetit eodẽ appetitu omnia media, quæ conducere possunt ad talem finem, sed supernaturalia possunt esse media cõducentia ad obtinendas aliquas perfectiones, quas appetimus appetitu innato, ergo etiam ipsa cadunt sub appetitu innato. Minor manifesta est, nam gratia perficit naturam etiam in ordine ad naturales operationes, medijs enim virtutibus infusis, & actibus earum causat actus virtutum acquisitarum, & Iustitia originalis conducebat ad cauendum

omnia peccata, & ad similia bona naturalia.

Omitto quod aliqui adducũt ex Aug. 10. ciuit. c. 20 dicente, nõne ipse est beata vita, quã omnes volunt & omnino, qui eam nolit, nemo est. Vbi nouerunt eam quod sic volunt eam? Vbi viderunt eam, vt amarent eam? Nimirum habemus eam nescio quomodo. Quæ verba Augustin. interpretantur, vt beatitudo supernaturalis sit in nobis per affectum & inclinationem innatam, quam ad illam habemus. Sed Aug. aperte loquitur de existentia beatitudinis in nobis per notitiam quandam confusam & imperfectam, quam omnes habent de beatitudine in communi, & ideo omnes appetũt illam appetitu ellicito. Vnde hic locus non est ad rem. Argumentum etiã quo Alensis vtitur, omitto, scilicet, quia materia 1. non minus appetebat formas primorum parentum non iuductas more naturali, quã reliquas, ergo similiter anima nõ minus appetit appetitu innato, formas naturales quam supernaturales. Hoc enim facile diluitur, nam tales formæ erãt naturales, licet modus non esset naturalis, vt ait Fonseca infra. adde quoq. modum pro tunc fuisse naturalem. Nam primi homines, vt primi, non poterant ab alijs generari, ergo speciali modo essent producendi à Deo, vt authore naturæ.

6

2. Sententia negat dari appetitum innatum ad visionem Dei, & beatitudinem supernaturalem in particulari. Caiet. 1. p. q. 1. a. 1. & q. 12. a. 1. Vbi Molin. & Zumel. disp. 2. Bañes dub. 2. Victor. Canus & alij. Capreol. q. 1 prolog. & 4. d. 49. q. 3. a. 3. ad arg. Durandi. Ferrar. 3. contra gent. c. 51. & lib. 1. c. 5. Palac. 4. d. 49. q. 1. Fonseca 1. met. c. 1. q. 2. Naclantus. Theorem. 10. Theologiæ. Henriquez lib. 2. de fine hominis. c. 2. §. 3. Medina. 1. 2. q. 3. a. 8. (qui censet oppositam opinionem esse improbabilem.) Suarez. to. 2. met. disp. 30. sect. 11. n. 36. & 37. Vaz. hic. disp. 22. c. 2.

2. Sententia.

1. Rat. Suadetur. 1. quia natura non tribuit propensionem naturalem ad id, ad quod tota vis naturæ non potest producere: sed tota vis naturæ non potest perducere ad visionẽ Dei, ergo Ma. prob. natura enim non deficit in necessarijs ad finem, ad quem tribuit propensionem & potentiam. Vnde Arist. 2. cæl: c. 8. Ostendit, astra non habere vim progressiuã, quia natura nõ tribuit eis instrumenta ad tam motum. Sed natura non tribuit necessaria ad visionem Dei: ergo nec potentiam aut propensionem.

2. Rat. 2. Finis, media, & appetitus debẽt proportionari, sed visio Dei, & media ad eius consecutionem sunt supernaturalia, ergo appetitus non est naturalis.

3. Rat. 3. Si esset naturalis appetitus ad finem, scilicet, visionem Dei, ergo & ad media necessaria, scilicet, fidẽ, spem gratiam, & charitatem, & sic gratia esset debita, quia quod est secundum appetitum innatum est debitum naturæ, siquidem à natura exigitur: consequens est falsum, sic enim gratia non esset gratia, ergo Confir. 1. nam ad Deum, vt est author naturæ, pertinet perducere rem in finem, quem suapte natura petit & appetit, ergo si anima naturaliter petit & appetit visionem Dei, ad Deum vt authorem naturæ pertinebit, dare media ad illam. Confir. 2. nã Scotus negat appetitũ innatũ ad gratiã & charitatẽ, ergo non debet illum cõcedere ad visionem, quæ est minus supernaturalis, & de qua est eadem ratio, præsertim cum non possit dari appetitus innatus ad finem, quin detur ad media, quæ sunt necessaria ad consecutionem finis.

Confir. 1.

Confir. 2.

4. Si intellectus est appetitus innatus ad visionẽ Dei, cũ in puris naturalibus esset intellectus, ibi quoq. esset appetitus naturalis ad visionem Dei, ac proinde potentia naturalis ad illam, nam appetitus naturalis in potentia naturali fundatur, consequens autem est falsum, quia illa potentia in nullo indiuiduo speciei reduceretur ad actum, ergo esset frustra. Confir. quia in eo statu esset possibilis beatitudo, sed quælibe beatitudo satiat totũ appetitum innatum, ergo vel non esset appetitus innatus ad visionem Dei, quod contendimus, vel oppetitns visionis Dei tunc satiare tur, quod est aperte falsum.

4. Rat.

Confir.

5. Appetitus innatus est potentia naturalis, vel in ea fundatur, sed non datur potentia naturalis ad visionẽ Dei, ergo nec appetitus innatus. Maior conceditur à Scoto, Duran. Angles. Rada, & à multis aliis authoribus prioris sententiæ, & Herrera to. 3. disp. 1. q. 5. & prob. si enim nõ requiritur potentia naturalis ad appetitum naturalem, sed sufficit potentia obedientialis, sequitur dari naturalem appetitum in natura humana ad vnionem hypostaticam, & in corpore humano ad claritatem solis, & ad dotes gloriæ, & in quantitate, vt non sit extensa in ordine ad locum, & vt sit in pluribus locis, & vt se penetret cum alia quãtitate, & sic in aliis: consequens est falsum, ergo. Deinde appetitus innatus, non dicit aliquam rem vel modum realem distinctum à capacitate naturali, sed explicat per metaphoram, vim, & naturam ipsius potentiæ naturalis, si ergo capacitas non est naturalis, sed obediẽtalis, non poterit in ea fundari appetitus naturalis. Minor argumenti prob. 1. de potentia naturali actiua, nam visio est omnino supernaturalis, nullam habens partem naturalem, licet in aliqua ratione communi cõueniat cum cognitione naturali, ergo vis productiua ipsius nõ potest esse naturalis; vis

5. Rat.

enim

enim naturalis non est proportionata ad effectum supernaturalem,& alioqui intellectus non posset de potentia absoluta elicere meliorem, & meliorem visionem Dei, quia vis actiua naturalis certos habet terminos, & limites,consequens est falsum,ergo vis illa intellectus non est naturalis, sed obedēitialis, præterea licet sacramēta in opinione multorū cōcurrant effectiue physice ad productionem gratiæ,non dicuntur habere vim naturalem producendi illā, ergo licet intellectus concurrat effectiue physice ad productionē visionis, non dicitur habere vim naturalem producēdi illam.Si dicas non esse simile quia potentiæ vitales concurrunt principaliter ad suos actus,sacramenta vero instrumentaliter tantum. Contra quia secundum aliquos etiam potentiæ vitales concurrunt tantum instrumentaliter ad actus supernaturales & licet concurrant principaliter, vt ostendemus in materia de gratia,& optime Vazq.disput.22. cap.2 &.1.p disput.176.ca. 4.tamen concurrunt per potentiam obedientialem sicut sacramenta, ergo sicut sacramenta non dicuntur habere vim supernaturalem producendi gratiam ita neq. potentiæ vitales producendi actus supernaturales . Confir. quia qualis est potentia,talis est actio , & potentia inferioris ordinis non attingit effectum superioris ordinis , ergo si potentia est naturalis, effectus non erit supernaturalis.

De potentia vero passiua prob. minor, 1. quia potentia passiua non dicitur naturalis, nisi in ordine ad actum, perfectionem seu formam naturalem,& agens naturale,seu potentiam actiuam naturalem. Vnde Arist. 3. animæ,cap.5.probat dari intellectum agentem,quia datur possibilis,ergo cum visio sit supernaturalis,& non possit produci ab agēte naturali,aut per virtutem actiuam naturalem,potentia receptiua visionis non erit naturalis.

2. Si potentia receptiua visionis est naturalis quia congenita, & insita naturę, etiam potentia receptiua vnionis hypostaticæ erit naturalis,quia congenita naturæ.Hoc autem est absurdum, ergo potentia receptiua visionis non erit ea ratione naturalis : non potest autem alia ratio excogitari,ergo illa potentia nulla ratione est dicenda naturalis, & alioqui non esset ad maiorem, & maiorem visionem in infinitum , quia potentia naturalis suos habet certos limites & terminos. 3. quia talis potentia in puris naturalibus non esset reducenda in actum,ergo esset frustra.

6.Quia si esset appetitus innatus ad visionem Dei, eo quod datur innata potentia ad illam , ergo & ad maiorem , & maiorem visionem , cum sit etiam innata potentia ad illam:consequens est falsum ; Sic enim aliquis appetitus in beato non esset satiatus,ergo. 6.ratio.

7. Appetibilitas & bonitas sunt idem , sed bonitas visionis Dei, est supernaturalis, ergo & eius appetibilitas,ergo non potest visio naturaliter appeti. 7.ratio.

8. Si datur naturalis appetitus innatus visionis Dei, poterit naturaliter cognosci ab angelo , nam angelus essentiam cognoscit: cognita autem essentia cognoscuntur eius proprietates,& potentiæ naturales , vt patet in libris post.&.4. phy. cap. 4.tex.31. consequens autem est falsum . Nam si angelus naturaliter cognoscit , esse appetitum innatum naturalem ad visionem Dei, cum sciat, talem appetitum non esse rerum impossibilium,nec posse frustrari in tota specie, sciet naturaliter, esse possibilem , imo actu futuram esse visionem Dei , quod est absurdum.In hoc argumento vim magnam faciunt authores huius sententiæ. 8.ratio.

9. Arguit , Fonseca , sic enim paruuli defuncti sine baptismo haberent pœnam sensus videntes se carere fine,ad quem habent appetitum naturalem innatum. 9.ratio.

10. Arguitur. ex D. Thom. qui. 1. p. q.7. ar. 2.ait,potentiam materiæ scilicet naturalem non se extendere , nisi ad formas naturales,&.3.p.q. 4.art. 1. ait,potentiam passiuam naturalem non se extendere , ad id quod transcendit ordinem naturæ , ergo secundum D.Thomam , non datur potentia naturalis ac proinde,nec appetitus naturalis ad visionem , & alias perfectiones supernaturales. Vnde de verita.q.27.a.2.expresse docet, esse appetitum naturalem innatum ad beatitudinem naturalem , non autem ad supernaturalem,quę consistit in visione Dei:sed ad hanc inclinari per gratiam,& q.22.ar.7. esse appetitum naturalem ad beatitudinem in communi,non autem ad visionem Dei , & beatitudinem in particulari:idem ait. 3. d. 23. q.1. a.4.q.3. 10.ratio.

11. Quia homo appetitu innato appetit beatitudinem naturalem,vt beatitudo quædam est,ergo, vt est vltima perfectio , ergo non potest appetere beatitudinem supernaturalem appetitu innato , vt est beatitudo quædam,& vltima perfectio, quia nemo potest appetere simul duas perfectiones,vt vltimas. 11.ratio.

12. Quia appetitus innatus est naturalis & efficax in suo ordine,ergo non extenditur ad id quod est impossibile in ordine naturæ, maxime cum id quod impossibile est, non sit bonum,ergo quod est impossibile in ordine naturæ non potest in eo ordine appeti. 12.ratio.

Hæc controuersia grauis censetur à multis, 7

mihi autem omnino de nomine videtur, nam in re omnes conueniunt, sed tota controuersia est, an intellectui conueniat nomen appetitus naturalis innati, vel etiam potentiæ naturalis in ordine ad visionem Dei, sed quia etiam modo loquendi attendendum est.

1. Conclu. Hanc quæstionẽ explicare cõobar. Dico ergo 1. nunc dari appetitum absolutum non elicitum, sed innatum diuinę visionis: sumitur ex D. Tho. de verit. q.27.a.2.3.d.23.q.1.a.4.q.3. Naclanto: Palac. & Henriquez supra, Herrera to.1.disp.1.q.8. Patet quia appetitus innatus, seu non elicitus absolutus, tantum est posse simpliciter & absolute recipere, vel consequi aliquam perfectionem, sed per gratiam, seu gratuitam eleuationem, quæ datur, possumus recipere & consequi visionem Dei: ergo, &c. Decipitur autem Herrera, tum quia hunc appetitum, vocat naturalem, quem tamen cum Naclanto. & Palac & D. Tho: supernaturalem vocare debuisset, si quidem includit aliquid supernaturale, nempe gratiam, seu gratuitam Dei eleuationem, tum quia Scoto tribuit, hunc appetitum naturalem esse in natura eleuata, & non in pura natura, certe enim, si appetitus innatus est naturalis, etiam in puris naturalibus, & sine eleuatione esse debet. Iste ergo appetitus dicatur inditus, innatus, insitus & non elicitus, non autem naturalis, cum eleuationem includat, quæ supernaturalis est: aut certe dicatur naturalis ex parte, quia pars eius dari Potest stando in solo ordine naturæ, nempe intellectus, pro quo supponit hoc nomen, connotando tamen eleuationem gratuitam ad visionem Dei. Dico secundo probabile

8 est dari nunc, & in statu pure naturali appe-

2. Conclu. titum innatum simpliciter naturalem, non absolutum, sed cõditionatum, probatur quia, nunc, & in puris naturalibus esset potentia obedientialis ad visionem Dei, si supernaturaliter velit adiuuare nos, quæ potentia obedientialis secundum suam substantiam est naturalis, & à Deo vt authore naturæ, adq. adeo videtur simpliciter naturalis, ergo inest nobis appetitus conditionalis innatus, cum hic nihil aliud sit, nisi potentia ad obtinendam aliquam perfectionem sub aliqua conditione. Ad idem sunt argumenta primæ opinionis, & sic forte posset conciliari cum secunda: vt prima tantum statuat appetitum istum conditionatum. Secunda vero dumtaxat neget absolutum, sequendo autem 1. opinionem licet Scotus ponens beatitudinem in sola voluntate, ibi ponat appetitum innatum naturalem beatitudinis. Durand. vero qui ponit beatitudinem in solo intellectu, ibi quoquee ponat appetitum naturalem innatum beatitudinis, tamen cum Scoto, Fonseca, Palud. & alijs, quos in hoc non recte carpit quidam, existimo, licet beatitudo esset in solo intellectu: hunc tamen appetitum esse in voluntate, quia licet voluntas non possit in se illam recipere, neque nullo modo elicere sicut intellectus, tamen cum sit appetitus totius hominis, posset illam intellectui procurare, idem dicebamus sectione 1. de appetitu innato nuturali respectu naturalis cognitionis Dei.

Et licet aliqui sentiant, hunc non esse 9
in essentia animæ, quæ non recipit nec procurat immediate talem cognitionem, sed per voluntatem & intellectum: tamen ad appetitum innatum videtur mihi sufficere, posse per se vel per aliud in se receptũ, recipere & obtinere propriam perfectionem, & sic appetitus iste erit etiam in essentia animæ collocandus.

Et cum Scotus ponat appetitum natura- 10
alem innatum ad visionem Dei, debuisset, vt dicunt Molina, & alij, ponere illum ad gratiam & alios habitus supernaturales: quod tamen negat. Neq. obstat animam ad visionem Dei habere se actiue, ad gratiã vero tantum passiue, nam appetitus innatus magis pertinet ad potentiam passiuam, vt sic, quam ad actiuam, ergo licet potentia, quæ est simul actiua & passiua, magis seu pluribus modis appetat aliquid appetitu naturali innato, tamen potentia passiua illud etiam appetit appetitu naturali innato.

Et quãuis admitteremus appetitum inna- 11
tum naturalem ad visionem, gratiam, fidem, & similia, tamen non esset admittendus in natura ad vnionem hypostaticam, vt recte Scotus, quod lib.19.a.3. qui tamen rationem non assignat, est autem duplex. 1. Quia in qualibet natura est specialis repugnantia ad vnionem hypostaticam, quatenus habet propriã subsistentiam, cui est incompatibilis subsistentia diuina, ad gratiam autem charitatem & visionem Dei, nulla est repugnantia ex parte naturæ. 2. Quia subsistentia diuina non exigit vt proprium perfectibile naturam creatã, sicut gratia, charitas, visio, & similia: & ideo licet natura creata dicatur potentia naturalis respectu gratiæ, &c. non tamen respectu diuinæ subsistentiæ. Addi potest 3. ratio in opinione Scoti & aliorum tenentium, relationes diuinas, vt condistinguũtur essentiæ, nullam dicere perfectionem: si enim ita est, non mirum, si nullus sit appetitus naturalis ad illas, & per consequens, nec ad subsistentiam diuinam, quæ est quædam relatio. Sed fundamentum huius tertiæ tationis in materia de Trinitate examinatũ est. In quantitate tamen ad diuersos modos se habendi, qui in illa nullam perfectionem dicunt, propter hanc

rationem

rationem negari potest appetitus naturalis innatus.

12 Deniq. ad defensionem huius sententiæ non est necesse asserere, ad appetitum naturalem requiri potẽtiam naturalem actiuam, vel passiuam sed satis est potentia obedientalis, siue sit dicẽda simpliciter naturalis, siue non, nam quælibet res siue naturalis, siue supernaturalis appetit naturaliter suam perfectionem, & ideo de potentia, quæ non est naturalis, sed obedientialis, affirmare possumus, appetere naturaliter suam perfectionem. Melius tamen defendetur dicendo, ad actus supernaturales dari potentiam naturalem passiuam. & naturalem actiuam, incompletam tamen, & inchoatam, quæ se sola aut cum aliquo tantum eiusdem ordinis non valeat operari & sane, cum Fonseca, 5. met. c. 2. q. 4. section. 2. concedat potentiam naturalem ad substinendas, seu conseruandas formas supernaturales, non video, qua sufficienti ratione negare possit potentiam naturalem ad eas recipiendas, quod enim connaturale sit formam supernaturalem semel in subiecto receptam conseruari. non tollit quin id sit supernaturale, cum in tali subiecto ab agente supernaturali, vt sic, conseruentur, si autem hoc nõ tollit, quin potentia sustinens sit naturalis, similiter dependere ab agente supernaturali in receptione formæ, non obstabit, quo minus potentia ipsa recipiens, naturalis dicatur. Neq. censeri debet inconueniens, vt aliquis appetitus innatus non expletus nec satiatus, sit in beato, scilicet ad superiorem gradum beatitudinis, sicut in illo est potentia naturalis, vel saltem obedientalis ad talem gradum non reducta in actum. Satiat autẽ beatitudo supernaturalis per se, vel peradiuncta omnẽ appetitum, quatenus ad speciem, & non ad gradum intensionis, vel extensionis terminatur. Nec est inconueniens potentię actiuæ, aut receptiuę ponere limitem, ita, vt talem gradum beatitudinis recipere, & elicere possit, & non maiorem: probabilius tamen est, vt disput. 4. diximus, nullum esse limitem, licet potentia ad talem actum sit creata, ac proinde simpliciter limitata siue naturalis, siue supernaturalis dicatur. Nec est inconueniens, potentiæ passiuæ naturali ad gratiam non respondere naturalem actiuam: quia passiua naturalis non est naturalis quoadmodum reductionis suæ in actum, sed quoad substantiam. Ei autem potentiæ, quæ est naturalis vtroq. modo respondet semper potentia actiua, vtroq. modo naturalis. Neq. quia pueri lymbi habeant appetitum innatum visionis Dei, tristabuntur, quia speciali prouidentia impeditur in eis hic dolor, vel quia prudenter auertunt considerationem illius iacturæ, quæ tristitiam posset ingerere: nam ni si alterum horum detur, siue habeant naturalem appetitum innatum beatitudinis supernaturalis, siue non, necesse esse videtur de eius priuatione dolere. de quo in materia de peccatis copiose differetur. Neq. si bonitas aliqua est supernaturalis, ideo non poterit naturaliter appeti. Naturaliter enim possunt appeti etiam supernaturalia. Naturaliter inquam non solum actu elicito, vt sequenti sectione videbimus, sed etiam appetitu innato, nec mirum, cum appetibilitas sit valde distincta à bonitate rei, nempe denominatio sumpta ab appetitu elicito, vel innato naturali, vel supernaturali, vel obedientali, seu respectus ad talem appetitum. Iuxta quem modum dicendi beatitudo est finis naturalis in appetitu, & veluti intentione; sed non in executione. Hoc igitur modo defendi potest. 1. sententia, & satisfieri potest argumentis in oppositum.

13 Dico tamen, 3. probabilius est, nullum dari appetitum innatum simpliciter naturalem respectu visionis Dei: ratio est, quia appetitus innatus naturalis nihil aliud est quam potentia naturalis, vt fatentur Durand. Scotus, & communiter alij authores. 1. opinionis: non datur autem potentia simpliciter naturalis, in ordine ad perfectionem supernaturalem, vt docent Caietan. tom. 3. opus. 3. quæst. 2. Capreol. q. 1. prologi ad. argumenta contra. 6. conclusionem. Molin. Fonseca. Palac. & alij authores, 2. opinionis, quia potentia simpliciter naturalis est, quæ stando in solo ordine naturæ, ad actum reduci potest, ergo. 3. Conclu.

14 Ad. 1. argument. 1. opinionis Respondent aliqui, appetitum elicitum naturalem visionis oriri ex innato beatitudinis in communi, nam qui aliquid appetit, etiam appetit id, in quo eius ratio reperitur. Sed hæc solutio difficilis est, nam si homo vult visionem Dei precise quia beatitudo est, non magis illam appetit quam aliam beatitudinem: hoc autem est falsum, ergo vult illam etiam quia talis beatitudo est: ergo debet dari appetitus innatus talis beatitudinis, vt talis est, ac proinde visionis diuinæ, vt visio est. Confir. nam qui appetit appetitu elicito beatitudinem incommuni, debet habere appetitum innatum eius in communi, ergo & qui appetit eam appetitu elicito in particulari, debet habere innatum appetitum eius in particulari. Confir. etiam, nam sicut ex appetitu elicito beatitudinis in communi oritur appetitus elicitus visionis Dei & beatitudinis supernaturalis in particulari, ita ex appetitu innato debet, nostro modo intelligendi, innatus oriri

Ad. 1. arg. 2. opinion. 1. Solutio. Reijcitur. Conf. Conf. 2.

ergo etiam dabitur appetitus innatus naturalis, visionis Dei. Aliter ergo Resp. ad argumentum, appetitum naturalem elicitum visionis Dei oriri ex innato, quo appetitur ipse appetitus elicitus, non vero quo appetitur ipsa visio Dei. Sicut quando appetitu elicito appetimus aliquid impossibile, talis actus oritur ex appetitu innato ad ipsum & non ad obiectum impossibile quia appetitus innatus non potest esse ad impossibile, vel Resp. non omnem appetitum naturalem elicitum oriri ex naturali, innato sed ex potentia ad habendum talem actum. Melior tamen est prior solutio. Vnde ad Confirm. Resp. necessitatem quoad specificationem, vel quoad exercitium appetendi appetitu elicito naturali visionem Dei oriri ex pondere naturali ad talem appetitum elicitum: appetendi autem eam appetitu elicito supernaturali oriri ex determinatione voluntatis ad vnum. Voluntas enim est agens necessarium quoad specificationem & interdum quoad exercitium ad eliciendum actum supernaturalem in ordine ad beatitudinem supernaturalem, vel certe hæc necessitas oritur ex pondere supernaturali quod voluntas eleuata ad eliciendum actum supernaturalem habet ad talem actum.

2. Solutio auctorita.

3. Solutio eiusdem.

Ad Conf.

15 Ad. 2. Ad. 2. argu. R. in anima nostra esse potentiam actiuam, & passiuam naturalem secundum quid, non tamen simpliciter, in ordine ad visionem Dei; non enim dicitur simpliciter naturalis potentia actiua & passiua, quæ secundum suam substantiam est à Deo vt authore naturæ, sed quæ insuper habet, vt stando in solo ordine naturæ possit ad actum reduci. August. autem & D. Thom. loquuntur de potentia, quæ secundum quid & incomplete est naturalis, & eodem modo in natura eleuata datur appetitus innatus incomplete naturalis, & quoad solam substantiam in ordine ad visionē Dei. Nempe intellectus ipse qui secundum substantiam suam est quid naturale, sed secundum eleuationem est supernaturalis, & per talem eleuationem completur in ratione potentiæ visiuæ Dei, & appetitus innati videndi Deum: cum ergo D. Tho. 1. 2. q. 114. a. 2. argumen. 1. ait animam naturaliter ordinari ad beatitudinem supernaturalem, intelligitur de ordinatione per potentiam naturalem secundum quid, non simpliciter, vt in solutione eiusdem argumenti videtur explicare ipse D. Tho.

16 Ad. 3. Ad. 3. Resp. quamlibet rem inclinari appetitu innato naturali in perfectionem sibi naturaliter possibilem, supernaturali autem innato in perfectionem sibi supernaturaliter possibilem. Ad confirm. omissa solutione Molinæ ibidem relata. Resp. illa omnia oriri ex appetitu innato naturali, vel supernaturali, & hoc secundum conceditur in natura respectu visionis beatificæ, supposita eleuatione ad illam.

Ad Conf.

17 Ad. 4. Ad. 4. Respon. ad nullum illorum esse appetitum naturalem innatum, qua ratione sunt supernaturalia, & nec moraliter, & nec physice possunt fieri solis naturæ viribus; quia tamen quædam illorum sunt supernaturalia tãtum quoadmodum, naturalia autem quoad substantiam; potest admitti naturalis inclinatio ad ipsa, qua parte naturalia sunt, sic D. Thom. 1 p q. 76. art. 1. ad. 6. concedit in anima separata naturalem inclinationem ad corpus seu ad vnionem cum corpore, quia vnio animæ cum corpore est naturalis quoad substantiam, loquēdo de vnione, quæ est modus substantialis: loquendo vero de vnione quæ est actio vnitiua, non debet admitti, esse naturalem quoad substantiam, vt admittit quidam ex recētioribus: estenim actio supernaturalis quoad substantiam, cum nullatenus possit elici solis naturę viribus: de quo latius differemus, disp. 14. section. 2. ac proinde neq. admitti debet appetitus naturalis innatus ad illam.

18 Ad. 5. Ad 5. Respond. beatitudinem in communi esse possibilem, stando in solo ordine naturæ, & ideo dari appetitum naturalē innatum ad illam, vt concedit Suarez supra, nontamen ad visionem Dei quæ non est possibilis stando in solis naturæ viribus. Et quamuis referatur Scotus in. 4. supra & q. 1. prologi asserens non dari appetitum innatum naturalem ad beatitudinem in communi, solum sentit, non dari ad beatitudinem in communi, ita vt in ea abstractione terminet appetitum, quia appetitus innatus nō sequitur cognitionem & ideo non respicit obiectum sub abstractione, sed cū contractione ad hanc, vel illam speciem. Sed nos addimus, non respicere beatitudinem cōtractam ad supernaturalem, vt ille vult, sed ad naturalem tantum, ad amorem autem beatitudinis in communi, ideſt conceptæ sub ratione communi, est innatus appetitus. Vnde male Caiet. 1. p. q. 82. a. 1. reijcit Scotum, quasi dicat Scotus, non dari appetitum innatum beatitudinis in communi: solum enim negat appetitum innatum beatitudinis in communi, ideſt sine contractione illius rationis communis ad hanc, vel illam speciem. Solum defecit Scotus, quia posuit appetitum naturalem innatum ad beatitudinem supernaturalem in particulari. Ad confirm. Resp. si beatitudo naturalis vera beatitudo non est, non cadit beatitudo vera sub appetitu naturali innato, si autem vera est (vt credo) licet sit imperfecta, iam vera beatitudo sub appetitu naturali innato cadit.

Ad Con

Ad 6. Resp. hominem non quiescere, etiam si sa-

Ad 6. si satietur omnis appetitus naturalis innatus, sed ad quietem necesse est satiari etiam appetitum innatum supernaturalem, & potissime appetitum elicitum: qui nō satiatur sola beatitudine naturali.

Ad 7. Ad 7. Resp peccatum commissionis & similiter peccatum omissionis, quod opponitur actui naturaliter possibili, esse contra naturam, quatenus est contra inclinationem naturalem innatam, quia destruit actus & habitus bonos naturaliter possibiles: omissionē vero actus supernaturalis non esse contra naturam, ideſt inclinationem naturalem innatam, non enim priuat perfectione naturaliter possibili; sed dicitur esse contra naturam, quia est contra appetitum naturalem elicitum, & contra rationem naturalem, seu dictamen ipsius, de quo plura in materia de peccatis.

Ad 8 Ad. 8. Resp. eum qui appetit aliquem finē appetitu naturali innato, appetere eodem appetitu omnia, quæ in ordine naturæ possunt conducere ad talem finem, secus vero supernaturalia, quæ quidem stando in solo ordine naturę, fieri non possunt, & ideo solum appetuntur appetitu innato, vel elicito supernaturali aut elicito naturali vt statim dicam.

Sectio 3. Vtrum beatitudo supernaturalis in particulari appetatur appetitu elicito naturali.

19 *Varius modus appetitus naturalis elicitus explic.*

APpetitus elicitus dupliciter potest dici naturalis. 1. sumendo naturale, vt distinguitur contra supernaturale, 2. sumendo naturale, vt distinguitur contra liberum, de naturali in priori sensu præcipue hic est sermo. Nam in posteriori agendum est q. 9. & 10. & in hoc tract. disp. 11. sectione 2. diximus, videntes Deū necessario amare amore elicito ipsam Dei visionem, & tract. 1. diximus in omni actu voluntatis appeti, non formaliter sed virtute tantum ipsam beatitudinem: sed non nihil etiam de naturali sumpto pro necessario, seu non libero hic dicendū est. Loquimur etiam de appetitu elicito beatitudinis supernaturalis: nam de beatitudine naturali nulla difficultas est, cum sit obiectum proportionatum viribus naturæ, & eiusdem ordinis & naturaliter cognoscibile, & idē. est de beatitudine cōcepta conceptu cōmuni ad naturalē & supernaturalem. Iuxta hęc intelligitur Arist. 1. met c 1 dicens, omnis homo naturaliter scire desiderat, scilicet appetitu elicito vt cōmuniter doctores interprætantur: & D. Tho. infra q. 10. a. 1. & 2. 2. q. 166. a 2. Caiet. 1. p. q. 16. a 1. Ferrar. 3. contra gent. c. 51 licet Scot. 2. met. & Iauel. ibi q. 3. Aristot. exponāt de appetitu innato, qui facile reijciuntur, nam nomine desiderij, & amoris, quo ibi vtitur Aristoteles, non significatur proprie appetitus innatus, sed elicitus, quo appetitu naturali elicito appetimus scire. Beatitudo autē naturalis totaliter vel magna ex parte est scire quoddāe: rgo naturaliter appetitur & eadem ratione amor, qui sequitur eiusmodi cognitionem. Naturaliter autem sumpsit Arist. vt distinguitur contra, supernaturaliter, licet hanc distinctionem ipse ignorauerit, aut tunc nō considerauerit vel vt distinguitur contrà libere, quia appetitus scientiæ secundum se & præcise consideratæ, est necessarius saltem quoad specificationem, vel vt distinguitur cō tra violenter, quia appetitu quodam non violento, sed valde consentaneo naturæ, scientiā appetimus. Ex quo textu recte colligitur dari etiam appetitum innatum scientiæ in communi, & scientie naturalis in particulari: desuperna turali autē beatitudine certū est, appeti posse appetitu elicito saltem ex auxilio gratiæ, an vero, possit appeti solis naturæ viribus difficultas est. Quidam duo dicunt. 1. non posse hominem solis naturæ viribus habere appeti tum elicitum absolutum & efficacē illius beatitudinis supernaturalis consequendæ: quod existimant fere certum: 1. quia hic appetitus est propius actus spei infusæ, per quam efficaciter intendimus illam beatitudinē consequi diuina gratia adiuti 2. quia hic appetitus efficax virtute includit absolutam voluntatem exequendi omnia media necessaria ad illam beatitudinem consequendam. Sed hanc volū tatem nō potest homo habere suis viribus naturalibus, si enim non potest habere naturaliter absolutam & efficacem voluntatem credē di vera & supernaturali fide, quæ est medium necessarium, quomodo poterit habere aliam voluntatem quæ hanc & plures alias contineat? Fauet huic opinioni Bon. to. 2. opus. de resurrectione à peccato, circa finem, docens gratiam & alias perfectiones supernaturales non posse appeti solis naturæ viribus, nisi actu imperfecto & confuso, ideſt attingēte eiusmodi perfectiones in genere: quod magis explicat. 2. d. 28. ar. 2. q. 1. ad 2. & 3. nu. 33. & 34. docens, hominem non posse viribus naturę cognoscere, ac proinde nec diligere beatitudinem supernaturalem, nisi in generali & Bellarm. 2. de gratia, & lib. 2. b. c. 1. hominem sine præueniente gratia non posse gratiam petere aut desiderare, quod etiā docuit Palac. 2. d. 29. disp 2.

20 *Quæstio. opinio quo rundam.*

2. Dicunt hominem circa hanc beatitudinem habere posse naturalem appetitum imperfectum, & simplicis cuiusdam complacentiæ, qui conditionatus actus dici solet, quia

in

in obiecto includit virtualem conditionē. De hoc actu intelligunt loca D. Tho. postea referenda & probant. 1. experientia nam hæreticus habet hunc affectum & gentilis habebit, si semel concipiat illam beatitudinem. 2. quia hic affectus esse potest circa impossibilia.

21 1. Concl. Ego tamen dico. 1. supernaturalem beatitudinem appeti posse appetitu naturali elicito. Constat ex D. Tho. in hac q. ar. 8: præsertim ad 3 & q. 3. ar. 8. & 1. p. q. 12. ar. 1. & 3. contra gent. 25. & c. 50. vsque ad 55. & initio prologi sent. & opusc. 2. c. 104. & opusc. 70. super Boetium de Trinitate. q. vlt. a vlti. ad 5. idem docet Caiet. 1. p. q. 1. ar. 2. & q. 12. ar. 1. & q. 82. ar. 1. & 1. 2. q. 3. ar. 8 Ferrar. 3. contra gentes. c. 51. Medina hic q. 3. ar. 8. Valentia q. 5. puncto. 1. Vaz. disp. 22. c. 4. & 5. Bañes, Zumel, Molina & alij. 1. p q. 12. ar. 1. Herrera to. 1. disp. 1. quæst. 8.

In modo autem, quo appetitus elicitus, naturalis dicatur, variant. Ham Caiet. illa q. 3. ar. 8. dupliciter id explicat, primo vt dicatur naturalis, quia inest naturæ, vt subiecto. 2. quia est connaturalis homini eleuato ad finē supernaturalem, licet non sit naturalis simpliciter, quia talis appetitus non esset in statu pure naturali, eo quod non cognosceret homo, beatitudinem supernaturalem esse possibilem. Hęc doctrina vera est, sed ab aliquibus non intellecta eādemq. habet Caiet. 1. p. q. 1. ar. 1. & 1. 2. q. 5. ar. 8. Sotus 4. d. 49. q. 2. ar. 1. con. 4. Conrad. supra, non autem respondet Caiet. ad difficultatē quam q. 3. ar. 8. proposuerat, quia scilicet, solis naturę viribus nō possumus elicere actum naturalem circa obiectum supernaturale, etiam supposita reuelatione, ergo iste actus, etiam supposita reuelatione, haberi non potest solis naturæ viribus. Deinde Caiet. non recte exponit D. Tho de appetitu naturali, idest naturaliter sequēte cognitionē, quam homo habet in natura eleuata nam, vt obseruat Ferrar. supra, loquitur. D. Tho. de desiderio videndi Deum orto ex naturali cognitione ipsius, Dei vt patet ex 3. cōtra gent. c. 49. 51. & 57. hoc autem desideriū non supponit cognitionem beatitudinis supernaturalis. Vnde Ferrarien. distinguit de visione Dei, vt est prima causa, vel vt est obiectum supernaturalis beatitudinis, priori modo, dicit naturaliter appeti, & ita exponit D. Tho. non tamen posteriori modo. Hæc autem distinctio nulla est. Quia visio primæ causę, vt in se est, etiam est supernaturalis, vt docuimus disp. 4. sec. 1. quomodo ergo circa illam potest esse actus elicitus solis naturæ viribus.

22 Alij dicunt, de obiecto supernaturali posse esse aliquem actum naturalem imperfectum sub ratione aliqua naturali, vel communi seu abstrahente à naturali, & supernaturali, sic enim naturaliter credi potest fide humana Mysterium Trinitatis, & ita etiam desiderari posset supernaturalis beatitudo, quatenus in ea apprehenditur communis ratio boni, seu beatitudinis, quocirca hic affectus esse potest non solum in homine illuminato reuelatione supernaturali, sed etiam in pura natura: solum, inquiunt, est differentia. 1. Quia ex reuelatione facile apprehēditur illa beatitudo, vt magnum bonum, & possibile: tamen ex solo naturali discursu vix posset in mentem hominis cadere, non tamen repugnaret aliquo modo & conditionate apprehendi vt bonū videre primam causam, si esset possibile. 2. Differentia est, quia postquam per reuelationem constat, hominem esse ordinatum ad illam beatitudinem, homo toto affectu, non quidem perfecto, sed quantum ipse potest, illam desiderat, neq. est cōtentus vel quietus extra illam, saltem in via. At vero stando in pura natura, licet homo conciperet aliquale desiderium conditionatum illius visionis, tamen, si prudenter se gereret, non esset inquietus, sed esset sua naturali sorte contentus. Sicut etiam posset homo, illo modo appetere, intelligere sine discursu, qui tamen appetitus nec solicitaret, nec inquietaret animum, quia cognosceretur esse de re valde aliena ab humana natura, & propterea non est neçesse, vt iusmodi affectus elicitus oriatur ex innato eiusdē obiecti, vt patet de illis velleitatibus, quæ versantur circa impossibilia: sed oritur ex appetitu innato ad aliquam rationem communem, quam mens inuenit in obiecto superante naturam, vnde fit, vt voluntas simplici affectu adhæreat illi rei, sub illa præcise ratione consideratæ. Sed in hac responsione aliqua falso vel diminute dicuntur, vt ex sequentibus constabit.

Vnde dico 2. non solum potest dari appetitus naturalis elicitus beatitudinis supernaturalis, sub ratione communi, sed etiam sub ratione particulari visionis Dei. Patet alioqui non posset homo viribus naturæ præferre visionē Dei beatitudini naturali, seu naturali cognitioni Dei, quod est contra experientiā in paganis & hęreticis, imo in fidelibus, dum nullam habent cognitionem supernaturalem beatitudinis supernaturalis, sed naturalem tantum. Item res supernaturales in particulari cognoscimus fide humana & opinione solis naturæ viribus, ergo etiam possumus amare solis naturæ viribus beatitudinem supernaturalem in particulari, sicut etiam possumus naturalia amare amore supernaturali, non enim specificatur amor ex solo obiecto, sed ex modo tendendi in ipsum, & ideo amore naturali possunt amari supernaturalia, & supernaturali 23 2. Concl.

turali naturalia, nec modo disputo, an, vt supernaturalia naturaliter amentur, debeant amari solũ quia entia nobis conuenientia sunt, an vero amari naturaliter possint, quia supernaturalia entia cõuenientia sunt. quidã enim dicũt, solum. 1. tatione amari posse amore naturali. Sed doctrina est parũ necessaria, quia nec amore naturali, nec supernaturali amatur aliquid, quia supernaturale est sed quia bonũ est, & magis quia maius bonum est, siue naturale, siue supernaturale.

24 Dico. 3. appetitus elicitus talis beatitudinis potest esse triplex. 1. conditionatus, vt vel
3. Conclu. lem, si esset posibile, videre Deum. 2. simplex, qualis esse solet ad res impossibiles, etiã cognita impossibilitate, vt latius videbimus tract de actibus humanis. 3. absolutus, & efficax quantum est ex parte ipsius hominis, ita vt ex eo necessario consequatur, hominem præstare, quod potest, & est necessarium ad beatitudinem, nisi homo à tali desiderio cesset.

Prob. 1. quia homo viribus naturę potest actu absoluto assentiri mysteriis fidei supernaturalibus, ergo, & actu absoluto amare res supernaturales. 2. Quia secundum multorũ opinionem, de qua disseremus in materia de gratia, ex puris naturalibus possum amare Deũ super omnia amore absoluto, & velle implere omnia præcepta naturalia, etiam quæ sunt de actibus supernaturalibus quoad substantiam: ergo similiter, &c.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Quia de obiecto supernaturali potest dari appetitus absolutus simplex, itemq. conditionalis efficax, cur ergo dari non poterit appetitus absolutus dicto modo efficax. 4. quia talem dari patet in pagano, vel hæretico qui vult saluari, & credere vt oportet & adhibere omnia alia media necessaria ad salutem: nõ tamen statim, sed post aliquod tempus, hic enim nondum habet fidem, ac proinde nec actum spei supernaturalis, tamen reuera vult absolute beatitudinem, & ipsam sperat, ergo, volitione & spe naturali. Confir. nam fidelis habet actus amoris & spei circa beatitudinẽ supernaturalem, quibus si amittat fidem, manet promptus ad eliciendos actus naturales circa beatitudinem supernaturalem, vt etiam manet promptus ad credendum res fidei: ex qua promptitudine facile vult assentiri etiam assensu fidei diuinæ articulis, circa quos non errat, licet vere non possit illis fide diuina assentiri pro tunc: ergo potest dari actus absolutus dicto modo efficax circa obiectũ supernaturale vt docet etiam Vazq. disp. 22. c. 4. qui probat, quia ad amorem absolutum & efficacẽ beatitudinis supernaturalis & visionis Dei etiam quatenus est trinus & vnus, non datur in nobis habitus infusus: ergo hic amor non est supernaturalis quoad substantiam. Sed facile & vere dici potest, hunc actum elici per spem infusam, vel per aliquem habitum ad illam reductũ, vt alibi ostendimus. Vnde alijs rationibus innitendum est. De his tribus affectibus & actibus elicitis quomodo fundentur in appetitu innato non visionis Dei, sed innato ipsorum, superiori sectione exposuimus.

Cõfirma.

Dico 4. licet duo priores actus possent esse in pura natura nullo, præcedente errore vel temerario iudicio. Tertius tamen non posset tũc esse, nisi ex falso & temerario iudicio, quo beatitudo supernaturalis reputaretur pro eo statu possibllis 1. pars patet, quia illi actus etiã circa rem impossibilem esse possunt: ergo visio Dei, etiam si pro tunc iudicaretur impossibilis (quod iudicium esset verum & certũ, vel probabile) illis actibus appeti posset. 25 4. Conclu

2. Vero pars prob. quia non potest absolutũ desideriũ esse nisi de re iudicata posibili: pro tũc autẽ nõ poset vere, nec probabiliter sed temere tãtũ visio Dei reputari posibilis, ergo. In hoc tamẽ statu naturæ eleuatę ad visionem Dei possumus habere desiderium absolutum ortum ex temeraria cognitione & ex probabili fidei humanæ, vel opinionis & ex cognitione fidei & Theologiæ. Merito enim Fonseca. 1. met. c. 1. q. 2. sec. 3. reprehendit asserentes, appetitũ elicitum visionis Dei ex sola fide diuina procedere posse, illi quoque reprehensione digni sunt, qui negant ex cognitione supernaturali actum voluntatis naturaliter oriri posse: parentes enim & amicos & alia huiusmodi supernaturaliter cognita, naturaliter amare possumus, sic etiam superius diximus, Deum clare visum & naturaliter, & supernaturaliter diligi posse. Et Suarez loco citato ait, quacunque ratione quis intelligat, visionem Dei esse sibi posibilem, posse illam viribus naturę amare, eodem igitur modo, qui credit visionem Dei esse bonam & posibilẽ sibi, potest naturaliter ipsam diligere vt dicũt Bañes, Molina. Zumel. 1. p. q. 12. ar. 1. Herrera. to. 1. disp. 1. q. 8. & loquuntur de dilectione absoluta, ac proinde efficaci ad modum dictum, quamuis eam appellent inefficacẽ, quia non deducit ad ipsam beatitudinem meritorie, dispositiue, nec effectiue: actus autẽ amoris & spei supernaturalis deducit meritorie, quia in habente gratiam semper est actus meritorius, & actus ex ipso procedentes meritorios reddit, & quia per se nititur cognitioni certę, stabilis est, et ideo vim magnam habet ad agendum pœnitentiam & seruanda mandata, vt oportet ad consequendam beatitudinẽ. Iste autẽ appetitus absolutus & efficax modo supra dicto licet sit naturalis, quatenus solis viribus naturæ sine auxilio supernaturali effici potest, tamen aliquibus modis est non naturalis. 1. vt ait Fonseca supra, quia

non

non congruit cum naturali appetitu innato circa idem obiectum eo quod ad visionem Dei nullus est appetitus naturalis innatus.

2. Quia non potest haberi sine diuina reuelatione præcedente in ecclesia (nisi temere)& in pura natura,nõ potest haberi nisi præcedente falso & temerario iudicio vt dictum est & propterea Caiet.q. 3. a 8.q.5. a.8. & 1.p.q.1.ar.1. & q. 12. ar.1. Conrad. Scotus, & Fonseca supra negant, dari appetitum elicitum beatitudinis, qui sit simpliciter naturalis,melius autem dixissent,qui sit omnino naturalis,recte enim D.Tho.locis citatis fatetur dari desiderium naturale beatitudinis . Nam desiderium elicitum solis naturæ viribus sine auxilio supernaturali tenente se ex parte potentiæ, simpliciter naturale est.

Vnde ad primum argumentum, quo aliqui impugnabant istum actum absolutum. Resp. quod sicut datur amor amicitiæ in ordine ad Deum naturalis & supernaturalis,ita datur appetitus absolutus beatitudinis supernaturalis,qui aliquando est supernaturalis, et elicitus à spe infusa, aliquando vero naturalis,& elicitus à spe acquisita. 26 Contra hanc comi.

Dices Deus,vt beatificator,solum amatur amore supernaturali, ergo & ipsa beatitudo solũ amari potest amore supernaturali consequẽtia videtur nota & ans probaturex Pio.5. &Greg 13. inbulla edita contra doctorẽ quẽdam Louanienſem in qua notantur quædam ipsius propositiones inter quas. 34. propositio est huiusmodi:distinctio illa duplicis amoris naturalis,videlicet, quo Deus amatur vt author naturæ, & gratuiti,quo Deus amatur vt beatificator, est vana & commentitia & ad illudendũ sacris litteris,& plurimis veterum testimonijs excogitata.Resp.negan. antecedens,ad probationẽ cuius dico,distinctionem illam amoris non esse ita intelligendam(vt patebit in materia de gratia) vt quoties ex parte obiecti repræsentat Deus vt author naturæ, eius amor sit naturalis,quoties vero,vt beatificator,supernaturalis sit sed ita vt quoties amor est proportionat⁹ Deo,vt est author naturę,sit amor naturalis, quoties, vero est proportionatus Deo,vt est author gratiæ & beatitudinis supernaturalis,, sit gratuit⁹ & supernaturalis. 2.Respõderi potest,cũ Vaz. illa disp. 22.c. 4. illam propositionẽ notari non quia Doctor ille reiiceret illum modum distinguendi amorem naturalem & supernaturalem,sed quia absolute reijceret illam distinctionẽ amorũ, & seuere nimis atq. cum offensione piarum aurium , & scandalo censeret de opinione sapientissimorum virorum. Obiectio. Solutio.1. 2. Solutio. 2.

Ad 2. Resp.etiam posse dari naturalem voluntatẽ absolutam credendi supernaturaliter & erit efficax,non quia sola sufficiat ad credẽ dum,sed quia ea posita ponẽtur omnia necessaria ad credendũ(inter quæ est pia affectio supernaturalis)si pro tũc à nobis poni poterũt, tamẽ iste act⁹ poteritdici in efficax, quia sine pia affectione supernaturali nõ potest pertingere ad actum credẽdi supernaturalẽ authores vero qui negant,supernaturalia posse naturaliter appeti & peti.Resp. esse reijciendos vel explicandos de appetitione & petitione meritoria,vel præparante per se, & sine alio actu supernaturali ad gratiam iustificantem. 26

Supereſt tamen, vt de appetitu elicito naturali,sumendo naturale,vt distinguitur cõtra liberum, nonnihil dicamus . Dico autem 1. beatitudinem nec in communi,nec in particulari conceptã appeti naturaliter, ideſt necessario quoad exercitium.In hac omnes conueniunt,quia experientia constat, nos etiam dum cogitamus de beatitudine, vt nostrũ bonum est,non necessario ipsam appetere , nisi forte,dum nihil mali aut incommodi consideramus in appetitu & amore ipsius:in quocasu sunt qui asserant, appetitum beatitudinis,vel cuiuscumq. alterius boni,in quo nulla ratio mali,vel in commodi cernitur,esse necessarium quoad exercitium,de quo dicemus tract.3 & 5.certum tamen , est hunc affectum. esse frequenter in omnibus,eo quod necessarius aut fere necessarius est quoad exercitiũ Vnde Aug. 13. Tri. c.3. ait, neminẽ esse qui appetitum hunc beatitudinis in sua voluntate non agnoscat, quidquid enim aliud quis quam latenter velit, ab hac voluntatate, quæ omnibus hominibus nota est,non recedit,& c.5. verum,inquit, est, quod omnes homines beati esse velint idque vnũ ardentissimo amore appetant & 4.contra Iulianum c. 3. affirmat,omnes homines naturali instinctu beatos esse velle.Et quia in beatitudine immortalitas saltem animæ includitur ideo. 13. Trinit.c.8 dixit, cum beati esse omnes homines volunt,si vere volunt,profecto & esse immortales volunt.Iuxta hęc posset concedi ,quod necessario necessitate morali omnes appetũt beatitudinem in communi, & sic posset intelligi Henricus quodlib. 3.q. 7. dicens,appetitum beatitudinis in communi esse necessarium,vel forte loquitur de necessitate quoad specificationem,si vero loquatur de necessitate physica quoad exercitum,merito reijcitur à Scoto.4. d.49.q.10. 27 Quæstio. 1.Conclu.

2.Dico appetitum beatitudinis in communi secundum se præcise consideratæ,esse necessarium quoad specificationẽ.Ita Caiet.1.p. q.82.ar.1.Durand.4.d.49 q.8.Sotus.q. 2.a. 1.Valen.1.2.q.5.pu.1.Vaz.disp.22.c.5 D. Th. ar.8.neque id negat Scotus 4.d.49.q.10.1. d. 1.q. 4. quodlib.16.ar.3.Sed tantũ necessitatẽ quoad exercitiũ,necessitatẽ vero quoad specificatio- 28 2.Conclu.

dificationem potius supponit & ratio est quia in beatitudine in communi præcise considerata nulla potest apparere ratio mali vel incõmodi ob quam reijciatur & refutetur Ex qua con. Caiet. Ferra. Vaz. & alij colligunt, appetitum beatitudinis esse naturalem, sumendo naturale, vt distinguitur contra liberum.

3. Conclu- Dico 3. etiam appetitus beatitudinis supernaturalis in particulari, est necessarius quoad specificationem: ita Vaz. supra & Valentia supra tribuens Scoto & dicens, consentaneum esse D. Thomæ. a. 8. vt postea dicetur, esse tamẽ contra Caiet. & Durand. supra

1. Probatio. Probatur autem. 1. ex August. qui. 4. contra Iulian. c. 3. agens de illa beatitudine, quę Christi beneficio ab hominibus acquiri potest, dicit, omnes naturali instinctu velle esse beatos. Hæc autem est visio Dei ergo de hac loquitur. 2. ex D. Tho. qui locis citatis ait, esse naturale desiderium videndi Deum: vbi naturale videtur sumere, vt distinguitur contra liberum, vt & Arist. 1 met. ca. 1. dicens, omnis homo natura liter scire desiderat: quo loco sermonem esse de appetitu elicito plane docent Caiet 1. p. q. 78. art. 1. & q. 82. ar. 1. Ferra. supra & 1 contra gent c. 4. & Vaz. dispu. 22. c. 5. & patet tum quia appetitus innatus non solet dici desiderium, tum quia talem appetitũ probat Aris. ex dilectione sensuum, eo modo, quo amor finis colligitur ex amore mediorum, sic etiam D Tho. 2. 2. q. 166. ar. 2. docet, virtutem studiositatis moderari naturalem appetitum sciendi.

3. Quia in beatitudine in particulari seu visione Dei pręcise cõsiderata nihil mali, vel incommodi repręsentatur, ergo non potest reijci & refutari, ac proinde eius appetitus est necessarius quoad specificationẽ, & ita naturale distinguitur contra liberum, & licet Scotus locis citatis non admittat nomen naturalis, tamen illud melius admittunt D. Tho. & sequaces. Sed hæc controuersia de nomine alibi examinata est.

Sed obicies 1. D. Tho. hic ar. 8. ad 2 vbi ait
30 nos necessario appetere beatitudinem in cõ-
1. Obiectio. muni: non in particulari, vbi sermo est de necessitate quoad specificationem: nam quoad exercitium neque beatitudinem in communi necessario appetimus, ergo. Respon. cum
Solutio: Valentia sensum D. Tho. esse beatitudinẽ in communi ita necessario quoad specificationẽ modo à nobis appeti, vt omnes interdũ exerceant hanc necessitatem, quia vt ait Aug. 13. Trinit. c. 3. omnibus nota est communis ratio
31 beatitudinis, & ita quandoque ab omnibus
2. Obieo. appetitur, secus beatitudo in particulari quę non omnibus nota est & forte nihil aliud intendit Caiet. supra, quando dicit, appetitum beatitudinis in particulari, non esse naturalẽ & necessarium: intelligit enim, in via nõ esse necessarium quoad exercitium, secus in patria itẽ innuit, talem beatitudinem non ab omnibus necessario appeti quoad specificationem, quia non ab omnibus cognoscitur, loquitur tamen Caiet. satis obscure.

2. obijcies cum Durand. supra, quia videmus multos peccando se auertere à beatitudine in particulari, ergo non omnes eam appetunt necessario. Resp. cum Valent. supra & Fonseca. 1. met. c. 1. q. 1. sec. 6. scientiam & beatitudinem & alia huiusmodi, quæ per se considerata, ita sunt amabilia vt reijci nõ possint, posse per accidens reijci & refutari seu omiti propter difficultatem, & incommoditatem mediorum, per quæ comparanda sunt aut propter aliquod incõmodum quod ex eorum consecutione oriri potest, quia ergo beatitudo etiam in communi, per media difficilia & aliquem laborẽ, aliquamq. incommoditatem afferentia comparanda est, ideo peccatores ei renuntiant, & interdum, eam nolle cum tanto detrimento, dicunt: quod magna ex parte etiam prouenit ex obscura & imperfecta eius cognitione: sic (inquit Valentia) licet vere doceat D. Thom. 1. p. q. 60. art. 5. naturaliter, atque adeo necessario quoad specificationem diligi Deum ab intellectuali creatura: tamen interdum per accidens ratione alicuius incommodi vel detrimenti quod patimur vel timemus à Deo, ipsũ odio habemus & Durand. illa q. 6. nu. 17. aperte docet, ratione tantum difficultatis in acquirẽdo, & non secundum se posse refutari visionem Dei. Vnde immerito pro cõtraria sentẽtia citatur, falso tamen statim n. 18. docet beatitudinem incommuni non posse appeti efficaci desiderio & absoluto, sed nolleitate tãtũ, & desiderio conditionato: quia absolutum & efficax non est nisi circa res in particulari: hoc enim falsum est, nam possum laborare propter beatitudinem vel aliud bonum in communi conceptum, quod mihi in præmiũ dari spero &c. Ex quo etiam confutatur alius dicens contra Dur posse dari absolutum & efficax desiderium beatitudinis in communi, illud tamen non esse intentionem: nam certe intentio non est aliud quam absolutum & efficax desiderium finis, quod sufficienter mouere potest ad electionem & executionem mediorum: tale autem est prædictum: ergo.

4. Conclu Dico 4 beatitudinẽ nõ necessario appeti sũme intẽsiue, ideſt sũma intẽsione possibili, si tamẽ cognitio & cętera sint paria, cõmuniter diligetur summe intẽsiue, ideſt maiori intẽsione quã reliqua. 1. pars est Valẽtiæ sup. & Sco. 4. d. 49 q. 10. & patet quia appetitus beatitudinis est liber quoad exercitum, & ideo potest esse nũc maior, nũc minor. 2. vero pars prob. quia est magis amabilis, ergo si cætera sint paria, magis cõmuniter amatur & hoc voluit. Aug. 13. Tri-

Trinit.c.5.dicens,omnes ardentissimo amore velle beatos esse. Addendū vero, amorē beatitudinis esse summū appretatiue inter omnia bona,quæ,vt nobis bona sunt, diligimus, quia est bonum maius omnibus aliis, tamen simpliciter bonum diuinū & obseruatio mandatorum magis diligi debet appretiatiue. Sic D. Tho. q. 109: ar. 3. & 1. p. q. 60. ar: 5. docet,Deū esse super omnia diligendum & in materia de charitate late docuimus,Deū esse sūme diligendū appretiatiue licet nō intēsiue.

Sectio. 4. An ex appetitu beatitudinis vel alia ratione possit demonstrari hominem posse beari visione clara Dei.

PRima opinio affirmans est Scoti 4.d.49.q.8. Niphi.2. Met. disp. c. 4. Vaz. hic disp 20. c.2.addit tamen non posse exacte demonstrari, sed imperfecte tantum.

2. opin. ait, demonstrari quidem posse de beatitudine in cōmuni,nō vero de beatitudine in particulari,seu de visione Dei, hanc tenent aliqui recentiores.

3.opinio est de neutra demōstrari posse supplem. 4. d. 49. q.1 .ar. 3. dub. 2. quæ opinio mihi placet, satisq. probatur solutione contrariarum rationū. 1. est Scoti de quocumq. potest dari notitia imperfecta,potest dari perfecta,sed datur notia abstractiua Dei quę est imperfecta,ergo potest dari intuitiua,quæ est perfecta,potest igitur homo beari visione clara Dei: sed hanc esse demonstrationē,merito negat Vaz.quia potest negari maior respectu omnis creaturæ, præsertim humanæ, alioqui eadem ratione probaretur,Deum cōprehēdi posse:sicut ergo nulla creatura potest comprehendere Deū: ita posset pertinaciter defendi a nulla creatura posse clare cerni Deum. Niphus etiam Scotū redarguit, quia. 4.d.43.q. 2. dixit,ratione naturali non posse demonstrari animæ immortalitatem,quomodo ergo poterit demonstrari hominem posse beari clara visione Dei, quod supponit animę immortalitatem nam vt docuit Auerr.3.animæ tex.1.20.&.63.quicunque dixerit animam esse natura sua incorruptibilem, cogitur dicere, non posse ab ea Deum videri,quia immortalis substantia & spiritualis a mortali & corporea videri nō potest. Cæterū redargutio hæc non admodum vrget. Nam Scot.solum intēdisse videtur, supposita animæ immortalitate &spiritualitate,posse demonstrari, Deum ab ea videri posse visione beatifica: aut forte sentit,demonstrari posse animæ spiritualitatē,seu indiuisibilitatem,non demonstrata immortalitate & ex eo quod anima sit spiritualis, recte demōstrari,esse capacē diuinę visionis perpetuæ in hac vita, vel etiā in alia,in qua per miraculū anima cōseruaretur,& sic posse clara Dei visione beari in hacvel etiā in futura vita 33

Soluuntur rationes 1. opinionis. 1.ratio. Solu.

2. demōstratio, qua vtitur Vazq.& D.Tho. 1. p.q.12. a. 1. & Flami. in libro de fælicitate est,quia homo naturaliter appetit beatitudinē,frusta autē esset hic appetitus,si Deus videri non potest, sed hanc nō esse demonrationē fatentur Scotus & Niph. supra: potest enim dici, nullum esse appetitum innatum ad beatitudinem prefectam & in particulari, elicitū vero, licet sit naturalis, frustrari posse, quia tantū est conditionatus vel si est absolutus,fundatur in falsa cognitione de posibilitate assequendi huiusmodi beatitudinem,vt patet ex præcedentibus sectionibus. 3. Scoti & Vaz.est,quia quiquid continetur sub obiecto adæquato intellectus nostrl, potest perfecte & intuitiue attingi ab illo,saltem ex elenatione & auxilio Dei, sed Deus continetur sub obiecto adæquato intellectus nostri, ergo, &c. sed facile posset negari maior. Nulla igitur est demonstratio ad probandum hominem beari posse visione clara Dei, & alioqui etiā infideles possent euidenter cōuinci,quia demonstrationes veræ, cum procedant ex per se notis,æque conuincerēt infideles & fideles, consequens est falsum, ergo nulla est vera demonstratio de hac re, & confir.nam illa ratio fundata in appetiu naturali,si quid probaret,probaret etiam, esse futuram visionem Dei, id autem non probat,ergo nihil probat. Præterea posibilitas incarnationis & donorum gratiæ supernaturalium non potest demonstrari, ergo pari ratione nec posibilitas diuinæ visionis, & sic potest intelligi etiam id 1.Cor.2. oculus non vidit,&c. scilicet, nec sub ratione posibilium. 34

2. ratio. Solutio. 3. rat. Solutio.

Quæstio.

An vero posit in communi demonstrari, hominem posse beari: aliqui affirmant, quia ratione naturali constat, Deum esse gubernatorem æquissimum, ac proinde bonos beatitudine remuneraturum, item quia ratione naturali constat, hominem non esse frustra conditum. esset autem frustra conditus, nisi aliquando esset beandus. quæ rationes nō solum probare videntur, posibilem esse beatitudinem, sed etiam futuram, cæterum demōstrationes non sunt, quia dici potest,hominē non esse capacē veræ beatitudinis, vel actus hominis tantum bonnm non mereri.

Disp. 13. De beatitndine naturali.

1

TActenus quæ ad beatitudinem supernaturalē animæ spectāt persecuti sum9,reliquū est vt de beatitudine naturali animæ separatæ & conuctæ disseramus, id autem breuiter fiet,quia quæ disp. 1. dicta sunt, cōmunia sunt beatitudini naturali & supernaturail, nempe non consistere in diuitiis,voluptate,potentia, honore,fama, &c, disp. etiā 2.sectio 7. explicuimus

cuimus, in quo sita esset naturalis beatitudo præsentis, & futuræ vitæ, & disput. 7. sect. 10. an naturalis beatitudo alterius vitæ reddat animã impeccabilẽ, & disput. 12. sect. 1. & 3. egimus de eius appetitu elicito, & innato.

Sectio. 1. Quid nam sit beatitudo naturalis.

ARISTO. 1. Ethic. c. 7. felicitatem naturalem definit, vt sit operatio animæ per rationẽ, aut non sine ratione, eaq. præstantissima, & in vita perfecta, id est operatio præstantissima ab intellectu elicita, vel præscripta, & regulata, & studiosa, rationiq. cõsentanea, totius vitæ cursu, aut longo tẽpore exercita, quia sicut vna hirundo non facit ver, ita neque vnus dies vnaue operatio cito transiens reddit hominẽ fælicem. Supponit autẽ talem operationem debere esse elicitam viribus naturę, quia supernaturales non agnouit, & multorũ opinione, nec animæ immortalitatem, & alterius vitæ fælicitatem: ideo de sola huius vitæ fælicitate egit vt constat, obseruatq. D. Tho. 10 Ethic. lect. 17. in fine.

2 *Variis modis explicatur. Beatitudo naturalis.*

Hæc autem definitio communis est fælicitati practicæ, & contẽplatiuæ & vtraq. cõprehendit actũ intellectus, & volũtatis, tñ speculatiua parũ habet de actione, & actiua parũ de speculatione: contemplatiua q. perfectior est quã actiua, vt docuimus disput. 2. sect. 7. & sumitur ex Arist. 6. Eth. c. vlt. lib. 10. c. 7. & 7. Polit. c. 2. idemq. censuit Plato in Philebo, vbi ait, vitam contẽplationi deditam cæterarũ omnium diuinissimam esse, & lib. de regno numerãs duo regna vnum Iouis, alterum Saturni, hoc illi prætulit per illud actionẽ, per hoc contẽplationẽ significãs. Lege in eandem sententiam. Alcinoum lib. de doctrina Platonis, & Tyriũ. Maximũ serm. 6. & Conimbricenses in Ethic. disp. 3. q. 3. a. 3. & Flamin. Nobilium. 3. de fælicitate. cap. 23. & 24. vbi late, & eleganter hoc probat, & defendit, simulq. docet, contẽplatiuos valde esse Reip. vtiles, tum ob alia, tum quia Deus propter illos Remp. conseruat, vt Octauianus Alexandriã de se patreq. suo pessime meritam, ciuis Alexãdrini amici sui gratia conseruauit: admonetq. cum Pythagora ep. ad Anaximenem, à contemplatione ad actionem interdum secedendum esse.

3 Addit etiã, cum sapientia ad vitã contẽplatiuam, & prudentia ad actiuam pertineat, contemplatiua autem potior sit actiua, prudentiã ministrare sapientiæ, non è contra: Conimbricenses autem duo circa hanc fælicitatem naturalem admonent. Primum est cum in hac vita tot ærumnis, & incõmodis animi corporisq. obnoxia, neq. actiua, neq. contẽplatiua fælicitas perfecte possideri queat, neutrã in hoc statu appetitum hominis perfecte satiare, esto illũ aliquo modo expleat, quatenus prudens, & sapiens eorum, quæ obtinere nõ valet inopiam moderato, & imperturbato animo fert. 2. Est fælicitatem contẽplatiuam naturalem, non eodẽ prorsus modo esse in contemplatione sitam, quo beatitudo supernaturalis alterius vitæ est in intuitiua diuinæ naturæ cognitione. Nã cum Dei, & separatarũ substantiarũ contẽplatio in hac vita simul cum morũ prauitate esse possit, cum qua tñ fælix nemo dicitur, asserendum est, licet essentia fælicitatis cõtemplatiuæ naturalis in ea, quã diximus, contẽplatione præcipue collocata sit, necessario tñ formaliter includere morum probitatem, & virtutum actiones, quas essentia supernaturalis beatitudinis, non ita includit. Ratio discriminis est, quia morum sanitas non necessario prædictam naturalem contemplationem comitatur, vt planum est, quæ tamen necessario sequitur ex diuinæ essentiæ visione, in qua, virtute continetur, quæq. in eodem instãti, quo elicitur, parit ex se voluntatis rectitudinem, amorem Dei, ac cętera, quæ ad statum illum omnibus bonis cumulatum exiguntur, sed iã disp. 7. sectio. 9. diximus, non solam visionem Dei, sed formalem peccati carentiam esse de essentia beatitudinis supernaturalis, itaq. si quis in lethali peccato semper esset Deum visurus, non esset essentialiter beatus, amorẽ vero forte esse de essentia beatitudinis supernaturalis disput. 4. sectio. 5. diximus, quod vero attinet ad beatitudinẽ naturalem ibidẽ sect. 7. tractatũ est. Solum adde Suar. to. 2. Metaphy. disp. 30. sect. 11. n. 36. 37. 38. & 39. docere, fælicitatem naturalem huius vitæ aut futuræ in Dei visione minime cõsistere, neque fælicitatem naturalem Angeli, aut alterius creaturæ quidquid senserint Auerroes, Auempace, Alexan. Simplicis Themistius. 3. animæ Auicẽn. 9. Metaph. Plat. in Timæo, vel alij, quibus aliqui tribuunt dixisse, animã in hac vita, vel futura, vel intellectũ agentẽ, vel Angelum posse naturaliter videre Deũ, & in hac cognitione sitã esse naturalẽ beatitudinem, contra quos agit late D. Tho. 3. contra gentes. c. 41. & sequẽtib. & Flam. 3. de fæli. c. 25. & sequẽtib.

Docet deinde Suar. fælicitatem naturalem huius vitæ sitã esse in cõtemplatione Dei, quæ ex discursu, per creaturas haberi potest, iuxta Arist. 10. Eth. c. 7. & 8. & D. Tho. 1. p. q. 62. a. 1. Alterius autem vitæ in ea cognitione, qua anima per propriã substantiam Deũ cognoscit, quia D. Tho. 1. p. q. 56. a. 3. insinuat beatitudinẽ naturalem angeli, de qua eadem est ratio, in cognitione Dei per propriam substantiam consistere, quod non caret difficultate, nã cognitio naturalis Dei per potiorem effectũ potior, & clarior videtur, sed cognitio Dei, quam anima separata, vel aliquis ex inferioribus 4

Angelis habet per propriam substantiam, nō est per effectū perfectiorem, ergo non est perfectissima, ergo in ea non erit sita beatitudo, sed in cognitione Dei per supremum Angelū. Sed hęc obiectio profligari potest. Nā licet cęteris parib. cognitio Dei per potiorē effectū sit nobilior, tñ si quæ est per ignobiliorē effectum, fiat sine specie, & per propriam substantiā naturaliter; ac necessario, & cū necessaria perpetuitate; poterit esse nobillor, in eaq. poterit naturalis beatitudo collocari, maxime si anima distinctius per propriam substantiam, quā per alienā, Deū intelligat, eo quòd seipsam distinctius, quam angelos cognoscat.

5. Sub dubio autē relinquit Suarez, an amor Dei cùm naturali cognitione iungēdus sit, vt essentia beatitudinis naturalis integra, & cōpleta intelligatur, sed Flami. 3. de fælicit. c. 10. 11. 12. & 13. in sola cognitione videtur, cum Auerroe, & Ianduno. fælicitatem constituere explicat autē hanc cognitionē, non esse visionē Dei, quam in hac vita obtinere frustra sperauit Auerroes, sed aliā cognitionem, ex qua necessario amor, & voluptas resultet, quæ tñ opinio falsa est: non solū enim cætera, vt ipse cōcedit, sed eriā Deū cognoscere possumus, amore nō subsecuto, vnde probabilius est, q̄ Conimbricenses asserebant, ad essentiā fælicitatis naturalis vltra cognitionē, amorem Dei pertinere, morūq. probitatē, sic etiā, & ipse Flami. c. 2. fælicitatē Angelorum in Dei cognitione, & amore cōstituerat, & Bellarm. to. 3. lib. 6. de statu peccati, qui est 3. de peccato originali, c. 2. ait, naturalē beatitudinem etiam animę separatæ in cognitione Dei, & vsu moraliū virtutū consistere. Quomodo autē cū hoc stare possit, vt hanc beatitudinē viribus naturæ assequi possimus sectione sequenti videbitur.

Sectio. 2. Vtrum in hac, & alia vita possimus naturaliter omnes esse beati.

6. Pars negatiua prob. 1. PARS negatiua suadetur. 1. quia hæc beatitudo omnino, vel magna ex parte consistit in cognitione Dei euidenti, non autē possunt omnes, sed vix aliqui, & longo tępore assequi euidentem Dei cognitionem eamq. non purā, sed multis opinionib. & erroribus admixtā: vt enim dicemus tractatu de gratia, non potest aliquis solis naturæ viribus cognoscere omnes veritates naturales collectiue, neq. omnes errores vitare, quod etiam de veritatibus, & erroribus circa Deum versantibus verum est: ergo &c.

7. 2. 2. Quia vt dicebamus sectione prima, carētia peccati est de essentia beatitudinis naturalis: in hac autē vita nemo potest viribus naturę diu carere peccato veniali, imo nec mortali, idemq. esset in puris naturalibus, vt ostēdetur. q. 109. & postquā peccatū mortale, vel originale incurrimus, non possumus illud expellere sine gratia, ergo viribus naturæ non possumus in hac vita esse beati beatitudine naturali, imo, & in alia vita necessario essemus miseri, stando in puris naturalibus, quia necessario laberemur in mortale peccatum, à quo nulla ratione possemus tunc liberari. 3. Dilectio Dei naturalis super omnia est, de essentiā beatitudinis naturalis, vel saltē radix sufficiēs ipsius, sed ex solis viribus naturæ nō potest homo in hoc statu, nec in puris naturalib. Deum super omnia diligere, ergo neq. habere naturalē beatitudinē. 4. Securitas videtur de essentia beatitudinis naturalis; nemo autē in hac vita potest bonorū animæ, aut corporis securitatē habere, ergo. Confir. nā in hac vita nemo potest carere timoribus, & doloribus, cū quibus quomodo fælicitas esse potest? ergo, neq. ex naturalibus, neq. ex gratuitis, quæ nobis in hac vita conferuntur, beari possumus.

3. 4. Confirm.

8. 1. Conclu. His non obstantib. dicendum est, 1. aliquos posse in hac vita, vel in alia assequi fælicitatē naturalē, alioqui enim nulla esset naturalis fælicitas, quod est cōtra D. Tho. de verit. q. 27. a. 2. & p. 1. q. 23. a. 1. & q. 62. a. 1. & 1. 2. q. 109. a. 5. ad 1. & contra Arist. 1. Eth. c. 10. & lib. 10. c. 6. 7. & 8. & contra oēs Philosophos, & Theologos. Deinde homo pōt in hac vita, & in alia habere aggregatū omniū perfectionū & bonorū naturaliter possibiliū; ergo esse beatus beatitudine naturali. Deinde beatitudinē naturalē saltē huius vitæ posse obtineri viribus naturæ, sine auxilio gratiæ. Supponunt Arist. alijq. Philosophi, qui nullū agnoscunt auxiliū gratiæ: tñ beatitudinē dixere esse possibilē (licet auxiliū Dei naturale ad illā cōparandam cōducere docuerit Arist. 1. Ethi. c. 9) & B. Th. hic. q. 5. a. 5. & 6. & hanc beatitudinē dixit obtineri posse viribus naturæ, & locis citatis idē sentire videtur: in alia autē vita homines sine gratia posse beatitudinē obtinere, sensere Philosophi, quia nullā gratiā agnouerunt, tñ alterius vitæ beatitudinē intellexerunt, vt Plato in in Epinomide vbi ait, vir Fęlix cupiditate ardet ea discendi, quæcūq. à natura mortali percipi possunt, sic arbitratur optime atq. fælicissime se victurū, & cū decesserit, ad congrua virtuti loca venturū, & eodē libro ait. Nō dico fieri posse, vt omnes homines sint beati, & fælices, præterquā pauci, donec vixero, hoc definio. Bona autē spes est fore, vt postquā excessero, omnia cōsequar. vt refert Clemēs Alex. 5. Strom. circa principiū, & paulopost adducit Socrat. in Criton. qui bene viuere, & mori vitæ præponēs existimabat, aliquā spē alterius vitæ se post mortē habere, & in Phædro dicebat ipsam animam cū per se fuerit solā, posse vere sapien-

sapientiæ, & quæ vires humanas superat, esse participem, & quando ipsam, qui hinc sumitur, amor in cælum sustulerit, per philosophicam charitatem, ad spei finē peruenientem, dicit accipere pretium alterius vitæ æternæ, & infra ait: Clemens, quin etiam Parmenides in suo poemate d spe tacite significās, hæc dicit.

Attamen, & quæ absunt, cum ijs, quæ sunt,
mente videto
Firma. Namq. quod est ab eo nunquam resecabit,
Vbiq. nec toto, quod dispergitur in orbe,
Nec quod consistat.

Nam is, qui sperat, sicut etiam, qui credit, mēte videt ea, quæ perspiciuntur intelligentia, & ea, quæ sunt futura. Hæc Clemens de Platone, Socra. & Parmen. vide etiā Plato. in apologia Socrat. & in Theæteto, & Phędone. 10. de Rep 10. & 12. de legib. & alibi: idē sensere Cice. 1. Tuscul & 2. de finib. & lib. de somno Scipion. Ploti. Iamblich. Trismeg. Maxim. Tirius. Pythago. Senec. Plutar. Virgil. 6. AEneid. Pinda. Homerus Hesiod Sophocl. Musæus, quos fere omnes refert Eugub. 10. de perēni Philosoph. a. c. 19. vsq. ad 28. & c. 11. in quo Aristot. reprehēdit, quod de animæ separatę fælicitatæ nihil dixerit. Anaxagoras autē vtriusq. fælicitatis, & præsentis, & futuræ ignarus fuisse non videtur. Nā interrogāte quodā, cur viuere potius, quam non viuere expetendum esset, iussit, vt cæli totiusq. mūdi cōstitutionem animaduerteret, sentiēs scilicet, vix vitam optabilem esse ei, qui res naturales non contemplaretur, quod in contēplatione fælicitas huius vitæ sita esset, & cum reprehenderetur à suis, quòd meditationi deditus, nec ædium suarum, quas satis magnifice extructas habebat, vllam curam gereret, neq. villas amænas quidem, & elegātes visere vnquam cuperet, in cælum oculis sublatis, Hem mea domus, inquit, Hemmi fundē, quam vos curo, quā vestri desiderio ardeo? Quibus verbis significauit spē se habere, post hanc vitā Deo in cælis fruēdi. Et proculdubio philosophi, qui post hanc vitam fęlicitatē sibi magnam promittebant, sensere, in alia locum non esse peccatis, saltem grauibus, alioqui cū nulla posset sibi esse securitas, eo quod si peccarent, magnis bonis priuandi essent, non se magnopere fælices fore arbitrarentur, & cum gratiam non cognoscerent, cognitione naturali illius status, vel prouidētiæ Dei, vt author naturæ est, aut alij naturali principio hanc impeccabilitatem tribuere deberent.

Ego autem dico, 2. adultis & mente sanis
9. nulla inest naturalis fęlicitas post hanc vitam
2. Concil. sine gratia Dei, pro hoc statu naturæ lapsæ, nisi breuissima illis vita fuerit, nā diu esse nō possunt sine peccato mortali, aut sine gratia, si in peccato mortali decesserunt, non habebunt naturalem fælicitatem, quia in inferno cruciabuntur, si vero in gratia, iam non sine gratia fęlicitatem naturalem habebunt, si vero eorum vita breuis fuerit, in solo orig. peccato decedere poterunt, & de illis ac de pueris, in originali defunctis eadem erit ratio, de quibus, & de defunctis sine lethali peccato in puris naturalibus, sentio, habituros fęlicitatem naturalem, quæ in cognitione, vel etiam dilectione naturali Dei sita est, hoc tamen quantum ad defunctos in solo peccato originali, quomodo intelligendum sit, dicam in materia de peccato originali, & in hac disp. sect. 4. de defunctis, vero in puris naturalibus sine mortali culpa, patet, quia non sunt digni pęna ęterna, ergo, non puniuntur in æternum, ergo: beatitudinem autem naturalem habebunt, quia in alia vita nullum esse potest medium, nisi ad tempus in purgatorio, vel lymbo patrum. Deinde tales, vel fecerunt bona opera, & nulla mala opera fecerunt, quæ essent peccata mortalia, vel nō sint illis remissa, vel nullum opus bonum aut lethaliter malum fecerunt. Si primum, digni sunt beatitudine naturali propter sua opera bona, & meritoria. Si secundum propter naturalem innocentiam, ergo omnes eiusmodi homines fælicitatem naturalem habebunt, licet maiorem, qui ex meritis eam cōsequuti fuerint, quam, qui præcise ex vi naturalis innocentiæ.

Ad. 1. R. in hac vita forte non posse omnes esse naturaliter fælices, quia nō omnes sunt ca- 10.
paces euidentis cognitionis Dei, in qua con- Ad 1.
sistit naturalis fælicitas, & sic potest intelligi. Plato in verbis citatis ex Epinomide, quāuis forte nullus ratione vtens tā hebes sit, cui non possit à doctissimo aliquo demōstrari, Deum esse. Forte etiā ad naturalem fęlicitatem sufficit cognitio opinatiua, vel fidei humanæ, vi magnarū rationū, vel authoritatū fixa, & stabilis, etiā si multis ignorantijs, erroribus circa creaturas, & Deū coniuncta sit; fælicitatē autē alterius vitæ, vt dicebat Plato, omnes assequi possent, sed vi meritorū naturaliū, vel naturalis innocentiæ, & puritati à peccato mortali, originale enim, aut veniale non obstat.

Ad 2. R. peccata venialia non obstare beatitudini naturali præsentis vitæ, neq. alterius, quia illis in hac, vel alia vita remissis, fælicitas naturalis conferetur. Peccata autem mortalia per gratiā Dei cauere nunc possumus tota vita, quantumuis longa, & eorum, si quod commiserimus, remissionem consequi. In puris autem naturalibus dixerunt aliqui, nullum adultum diu viuentem, posse, in sensu composito illius status, abstinere omnino à

mortali,nec ipsius remissionem consequi, ac per consequēs nec fælicē esse,secus in sensu diuiso,qui sufficit ad libertatē, & vt simpliciter quis dicatur posse assequi naturalē fælicitatē, cæterum alibi ostendemus necessitatem sensus cōpositi,& ex suppositione non pendente à volūtate nostra,aduersam esse libertati. Alij dicunt,in eo statu futurum fuisse vigorem quē dam naturæ,quo appetitus sensitiuus rationi subderetur,& ita posset tota vita quantumuis prolixā vitari peccatum mortale,nunc autem sine gratia non potest,quia vigorem illum naturalem propter peccatum originale amisimus: istum tamen vigorem alibi reijciemus, potentiæ enim tunc non haberent originalem iustitiam, quæ donum esset supernaturale,neque aliquam qualitatem naturalem, qua modo sint destitutæ, quia ob peccatum originale nullum qualitatem naturalē amisimus, ergo nunc sine gratia est omnis vigor in natura,qui tunc esset. Conf. quia appetitus sensitiuus nulla qualitate tunc compescetur, ergo appeteret contra rationē,sicut modo,non ergo ab intrinseco inesset homini maior vigor ad seruandam diu legem naturæ, quam modo. Alij dicunt, Deum sua naturali prouidentia per occultas illustrationes, & inspirationes,vel alia auxilia ordinis naturæ opem laturum, vt homo per totam vitam posset lethalia peccata cauere, & sic fælicitatem assequi, modo autē loco huius naturalis prouidentiæ gratuitā suffectā esse, sine qua non possumus diu a mortalib. abstinere. Iste modus dicēdi, doctis multis placet,nec improbabilis est,sed non nihil habet fictionis, cur enim prouidētia naturalis ob originale peccatū, quod alia naturalia integra reliquit,sublata est? Melius ergo dicitur,hominē tūc (vt nec modo per solas vires naturæ) nō potuisse moraliter,secus physice,cauere diu omnia peccata mortalia, vt docet Fonse.1.Met.c.1.q.2.sect.3.ad.3.à peccato tū mortali resurgere quis posset ex amore,& cōtritione naturali,quā modo nō acceptat tunc autē acceptaret Deus ad peccati remissionem,quia in illo statu homo minus posset,& ideo Deus ab illo minus quā modo exigeret,& sic posset naturalem fælicitatem assequi,hanc doctrinā habet Medi. q.2.in fine docet enim cum Soto. 1. de natura, & gratia in principio,hominem in puris naturā ibus non posse diu vitare omnia peccata viribus innatis,aut extrinseca prouidentia naturali,à peccato autē mortali posse resurgere aliquo dolore,vel alio actu naturali impetrando,& obtinēdo eius remissionem,licet autē admitteremus in ordine naturæ puræ auxilia,quibus homo posset diu à mortalibus abstinere, tū quibus certo,& infallibiliter perseueraret in amicitia Dei naturali, minime cōcedenda; maxime,cum nec in hoc statu talia sint auxilia,nisi ex speciali priuilegio, quod Deus cōcedit solis cōfirmatis in gratia. Longiori autē tēpore posset tunc homo sine peccato mortali esse, quā nunc per solas vires naturæ,quia nec mediate,nec immediate à dæmone tentaretur. Angeli enim tunc nō essent mali & licet aliquis esset malus,non ita in homines sæuiret, quia nō ageretur eorū inuidia, aut certe non tanta,possent tū tunc angeli mali esse,nā suam haberēt viā,in qua etiā cōtra legē naturæ possent ex sua libertate delinquere & fælicitatem amittere iuxta ea,quæ Moli.scribit,1. p.q.63. a.1.in termino autē redderētur boni impeccabiles ex naturali cognitione & cōditione illius status,vel extrinseca prouidētia Dei naturali.

Ad.3 Resp.etiā in puris naturalibus & in hoc statu posse esse naturalem dilectionē Dei super omnia elicitā solis naturæ viribus, vt in materia de gratia ostendemus. *Ad 3.*

Ad.4.Resp.ex perfecta virtute,& alijs posse hominē in hac vita aliquā securitatē bonorū animæ,& corporis habere,quæ sufficit ad imperfectā quandā felicitatē:perfectā autē hac ratione & alijs in hac vita habere non possumus,& ideo Aristo.1.Ethic.c.10.fine dixit,eū, qui per totam vitam bonis abundauerit fælicem fuisse,vt hominem tamen. Per idē ad cōfir.patet.Si enim timores magni sint de perseuerantia in bonis animæ,derogare poterunt essentiali fælicitati huius vitæ, secus si parui, vel de alijs rebus,qui tū eius integritatem minuent,si magni sint,& similiter dolores,& alia damna corporis,vel extrinseca,vt sect.3.dicemus:licet autem aliquis aliquando incidat in mortale,si non diu in eo fuerit,non dicetur,fælicitate naturali caruisse,quia huic imperfectę fælicitati peccatū rarum vel breui durans non aduersatur,sed hærens,vel frequens. *Ad 4.* *Ad conf.*

Sectio.3. Vtrum ad fælicitatem naturalem externa bona requirantur.

II.

1. Quæst.

EST de re proposita cōtentio inter Stoicos, & peripateticos stoici partem negatiuam accerrime tuentur,appellantq. fælicitatem peripateticam, quæ externa bona ascisit, mollem, & eneruatam inquam sententiam multa Cicero parad. 2. & lib.5. Tuscul.& Seneca stoicæ diciplinæ alumnus varijs in locis. Videtur autem dogma hoc ex eo comprobari, quia oportet fælicitatem à casu,& fortuna minime pendere,à quibus tamen dependeat necesse est, si externa bona, quæ magna ex parte fortuita sunt, requirit, item, quia fælicitas consistit in actione virtutis, hæc autem probatur splendetq. magis in aduersis,quam in prosperis,vt

recte

recte Seneca lib. de prouidentia dicens, Gubernatorem in tempestate maris, in acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantum aduersus paupertatē tibi animi sit, si diuitijs affluis? Vnde possum scire, quantum aduersus ignominiam, & infamiam, odiumq. popularē constantiæ habeas, si interplanſus senescas? Quin, & Poetę vt illustre solidæ felicitatis exemplum hominibus proponerent, Herculem induxerunt post multorum laborum tolerantiā de fortuna triumphantē, & in cæleste domicilium ascēdentem, de quo est illud Boëtij 4. de consolatione metro. 7.

Ite nunc fortes vbi celsa magni
Ducit exemplum via: cur inertes
Terga nudatis? insuperata tellus
Sydera donat.

Postremo idem confirmatur, quia quod ad recte, & laudabiliter viuendum sufficit, id etiam ad fælicitatem sat est: atqui iustus ita se habet, cum probum virum, & omni laude cumulatum reddat, videtur igitur ea per se abunde sufficere ad fælicitatē. Atque huic sententiæ Aristotelem subscripsisse, ait Tullius. 5. Tusculan. quare Lucanus in dialogo Dioge. & Alexandri in Aristotelem iocatus, Alexandrum magnum apud inferos inducit asserētem, Aristotelem versutum, & callidum virum nixum fuisse persuadere, munera fortunæ necessaria esse ad summum hominis bonum, vt auderet ea ab ipso petere ac bona fronte recipere.

Conimbricenses tamen in Ethi. disp. 3. q. 4. ar. 2. docent Aristotelem 1. Ethi. c. 8. censuisse ad fælicitatem, non qualemcumq. sed hominis politici, & qui in Reip. luce versetur, requiri externa bona, tanquam instrumenta ad defendendā Remp. ad beneficētiam exercendā, ad propulsandas iniurias, aliaq. munera eiusmodi, quam sententiā ipsi approbant: etenim nemo externam, & politicam fælicitatem obtinere dixerit eum, qui bonis ad hæc præstanda destitutus sit: licet absq. his quilibet priuatus homo in se spectatus, tam cōtemplatiua, quā practica fælicitate potiri queat. Et ad. 1. in oppositum dicunt, non esse absurdum fælicitatem sub aliqua consideratione, & quoad perfectionem accidentariam pendere aliquo modo à fortuitis accidētibus, dummodo quoad essentiam ab ijs nequaquam pendeat. Ad 2. esto virtus maius specimen suidet, magisq. luceat in aduersis: tamen, quantum ad beatitudinis splendorem attinet, magis apparere in prosperis, in quibus præstantis animi argumē tum est, moderationem seruare, euagātes appetitiones comprimere, neque vana iactatione extolli, qui autem in egestate, & rerum familiarium iactura, ac deniq. aduersis rebus diu tolerandis animi constantiam exhibuere, etsi magna laudum encomia iure obtinuerint, non idcirco putandum, eos eiuilem politicamue fælicitatem assecutos fuisse: plura enim ad hanc requiruntur, quam ad recte, & cum laude videndum: neq aliud sensit Plato, vbi recte sensit, neq. Aristo. dum de hac fælicitate disserunt. Vide D. Tho. 1. 2. q. 4. a. 7. & quæ à nobis dicta sunt disp. 1. præsertim sectione. 1. & 3. & disp. 10. sectio. 7. & 8.

12. 2. quæst.

Addendum tamen est, ex sententia Flaminij lib. 1. de fælicitate, c. 4. 5. & 6. 15. 16. 17. & li. 3. c. 1. 2. & 17. nō esse sitā fęlicitat ēin diuitijs, vel voluptatibus, vel honoribus, siue honor pro existimatione, vel eius indicijs, siue pro beneuolentia aliorum, vel eius indicijs sumatur, neq. in valetudine, robore, sensuum integritate, & vsu, neq. in pulchritudine, quamuis integritatem, & vsum sensuū, vires, & pulchritudinē dicat expetibiles esse, & de vsu quidē visus, Piso apud Ciceronē confirmat referens Gneum Ausidium, cum oculis esset captus, dicere solitum, se lucis magis videndæ, quam vtilitatis desiderio moueri, resq. est satis manifesta. Idemq. ait de omnibus bonis internis, in quibus etiam beneuolentiam aliorum, quætamen nobis magis externa, licet illis sit interna: non tamen inter externa bona id est, quæ sensu externo percipiuntur numeratur. Ponit ergo fælicitatis duas esse partes. 1. & potissima est virtus. 2. ordine & perfectione, bona corporis, & aliorū beneuolētia. Bona vero externa, nempe diuitias nobilitatem, existimationem: gloriam, famam, honorem, sumptum pro indicijs existimationis, potestatem, & alia huiusmodi putat non esse fælicitatis partes, sed instrumenta tantum, quia quædam non possunt propter se expeti vt diuitiæ, & potestas: alia non possunt licite propter se expeti, vt fama, laus, gloria, &c. voluptatem vero corporis, & animæ nec numerat inter partes fælicitatis, nec inter instrumenta, quia bonum quoddam ex virtute, vel bonis corporis consequens. Vnde Stoicos reijcit, qui in sola virtute fælicitatem collocabant, cætera bona pro nihilo ducentes, atque si homo bona, & firma mēte fuerit, & leues exiguosque casus fortuna inuexerit, nihil detrahi de fælicitate, quia res exiguæ, vt Auerroes dicebat, nihil instar obtinent, sin vero in Priami calamitates inciderit, non erit ille quidem absolute seu perfecte, omninoque fælix, sed proxime tamen accedet ad fælicitatem, quia potiorem eius partem habet. Nam præclare Critolaus dicebat, si in altera libræ lance cuncta, & fortunæ, & corporis bona ponerentur, in altera sola virtus, hanc tantum ponderis

13.

habituram, vt terram, & mare depressura sit, nec erit absurdum si fælicitas humana, quæ valde imperfecta est, aliqua ex parte fluxa sit, & caduca temeritatiq. fortunæ exposita. Hæc Flaminij philosophandi ratio non displicet, præterquam, quòd saltem animi voluptatem inter partes beatitudinis numerare debuisset.

14. 3. Quæst. Quæres quando possit homo fælix dici? Solon apud Aristotelem 1. Ethic. cap. 10. in eo sermone, quē cum Cresso opulētissimo Lydorum Rege habuit expectandum dicit extremum diem ad fælicitatem diiudicandā, quod verum est loquendo de iudicio certo, ex probabili tamen iudicio tunc possumus hominem fælicem dicere, quando tantam firmitatem in bonis eius viderimus, vt merito ad finem vsq. vitæ duratura videantur, quæ firmitas interdum in virtute, est vt ait Flaminius, 1. de fęlic. cap. 18. ideo enim Poetæ illam fingebant lapide quadrato insistentem, bona etiam fortunæ, licet non omnimodam, non nullam tamen stabilitatem habent, quando non sunt bona mobilia, sed stabilia seu radices, & redditus bene collocati, salus etiam vnde reliqua pendent corporis bona, in homine bene constituto, & temperato suam obtinet firmitatem, cum ergo hæc ad finem vsque vitæ, & non admodum breuis duratura creduntur, fælix homo dici poterit, vt homo tamen: quod recte docet Aristot. illo, cap. 10. quod si homo post multorum bonorum animæ, & corporis possessionem in magnas miserias, & calamitates incidat, non dicetur proprie fælix fuisse, & eos, qui eum fælicem appellabant, deceptos fuisse constabit, nec enim homo ex fælice miser, aut ècontra fieri potest, vt eodem, cap. docet Aristot. & Flamin. 3. de fælicit. cap. 8. tamen falso ait, fieri non posse, vt fælix miser fiat, bene tamen vt fiat non fælix, nec enim, qui semel felix est, poterit non fælix vnquam esse, proprie loquendo, late autem, qui à possessione magnorum bonorum lapsus est, fælix fuisse dicitur, & postea miser, quo pacto Augustin. lib. de correptione, & gratia, cap. 11. ait, Adamum in paradiso fęlicem fuisse: eodem modo loquitur Molina. 1. parte disputat. 25. de opere. 6. dierum, non tamen fuisse in illo, vel in dæmone beatitudinem propriè ante lapsum docet August. 11. ciuit. cap. 11. Abulen. Matth. 5. q. 73.

15. Quæst. Quæres rursum. An parentum filiorum, & amicorum bona ad fælicitatem hominis pertineant. Arist. 1. Eth. c. 7. ait beatitudinem esse bonum perfectū, & sufficiens non ipsi soli, qui vitam solitariam agit, sed, & parentibus, & natis, & vxori, & amicis omnino ac ciuibus, quādoquidem homo natura ciuilis est, atq. sumendus est in hisce terminus quidam, nam si ad parentes hoc quidem, & natorū natos, & amicorum amicos extēderis, in infinitum fiet abitio, sed de hoc, inquit, considerandū est postea, scilicet in politicis. Videntur, ergo bona aliorū vsq. ad certum terminū, & numerū esse partes nostræ fęlicitatis, & Flamin. 3. de fęlicitat, c. 1. ait, vix igitur fælix, aut ne vix quidem censeri queat ille, qui vt est apud Poetam finibus extorris complexu auulsus Iuli. Auxilium imploret, videatq. indigna suorum funera: multo etiam minus fælix erit, si videat improbos mores familiæ aut patriæ suę. Vnde Tullius verius, & grauius se eduxisse patriam affirmabat, quam vlla vnquam mater vnicum filium, & Hieremias populi calamitates graviter deflebat, cum tanto autem dolore, quomodo potest beatitudo saltem integra consistere? Et Chremes apud Terentium, vt Cliniam non miserum, sed fælicem ostenderet: hæc eius bona commemorabat, parentes patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias: in eadem sententia est Flaminius eodem lib. cap. 3. & confirmat ex Platone dicente, hominem non sibi tantum, sed amicis, & ciuibus natum esse. Aristot. etiam extremo Ethi. ad Eudem. ait, amor cognatorum idem est, ac sui ipsius amor, ergo eius fælicitas ad propriam pertinet.

16. Obiect. 1. 2. Si obijcias. 1. bonum parentum & amicorū ad fælicitatem alterius vitæ non pertinere, ergo neq. istius, par enim ratio videtur. 2. quia si aliorum bonum ad nostram fælicitatem pertinet, ergo vel in hoc est constituendus aliquis terminus, vel non. 1. negant Aristo. & alij quia fiet progressio in infinitum, neq. homo vllus fælix erit, quia semper aliquis eius consanguineus, vel amicus egebit. 2. vero reijcitur, quia non est cur magis hic, quam ille terminus constituatur.

Ad. 1. obiectæ. Ad priorem obiectionem. R. tot ac tanta bona in beatitudine alterius vitæ contineri, vt absq. parentum & amicorum bono fælicitas illa non solum essentialiter perfecta, sed integra quoq. videatur, secus fælicitas huius vitæ, quæ cum nec tot, nec tanta bona contineat, sine amicorum & parentum bono, vel non habet essentiam fælicitatis, vel non habet integritatē, maxime cum hic amicorum calamitates, dolorem, & solicitudinem ingerant, in alia autem vita minime. Ad posteriorem autem obiectionem. R. pro cuiusq. statu, & qualitate, atque alijs circunstantijs terminum statuendum esse, satis felix est, qui in se, & familia, & intimis amicis, & alijs maxime coniunctis, & in cōmunitate sibi commissa nullam calamitatem magni momenti patitur, si autem, & alij bene habeāt, accessio aliqua fiet, licet exigua, & cuius ratio habenda non sit. Ad. 2. obiectionem

Vnde

Vnde patet Crasi diuitias ad fælicitatem non requiri,sed moderatas,vt sibi,familiæ, parentibus,& amicis,intimis & alijs commemoratis iuxta statum suum,& ipsorum,homo sub uenire possit,quapropter sententia Solonis probanda est,qui mediocriter bonis externis instructum beatum dicebat.Bona enim fortunæ si mediocritatem excedant,non facile rationi obtemperant,& vitam inuidię, & assentatoribus nimis subiectam reddunt, vt in corpore membrum nimis excrescens,decorem,& cõpositionem peruertit.Item instrumenta nec numero,nec magnitudine debent esse infinita, sed diuitiæ sunt instrumenta ad fælicitatem, ergo non debent esse infinitæ. Idem de honoribus dico,qui si magni fuerint honorato nocebunt,nisi heroicus fuerit,de hoc enim intelligo Aristo.2.eth.ad Eudem, cum ait, probũ virum in maximis honoribus,imperijs,& diuitijs optime se gerere.

Sectio.4.Vtrum paruuli in originali peccato defuncti beatitudinem naturalem habeant.

17. 1.Sententia.

PRIMA sententia est Catherini li.de statu puerorum sine baptismo decedentium, & Alberti Pyghij controuersia.1. & Hieronymi Sauanarolæ li.de triumpho crucis infantes sine baptismo morientes esse in quodam veluti paradiso terrestri fæliciterque naturali fælicitate victuros. Quam sententiam referens Bellarmi.tom.3.libr.6.de statu peccati,qui est tertius de peccato origi.ca.1. proximam errori cuidam postea referendo censet,eamdemq.cum illo errore impugnat.c. 2.cui fauet Sotus.4.d.48.q.2.a.4.ad.4.& 1.de natura & gratia.c.14.dicens,esse inopinabile, vanum & temerarium asserere ,prædictos infantes nunc vel post diem iudicij pollere scitijs naturalibus,cum neq.illas hic acquisierint neq.ipsis ex merito debeantur, & contra egressum puerorum ex lymbo post diem iudicij,nonnulla testimonia Augustini, & aliorum adducit, quæ postea referemus contra hanc, ergo sententiam.

1. Argu. Contra hanc sententiam.

Primum argumentum sumitur ex scriptura.Nam Ioan.3.dicitur,qui credit in filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus est filio,non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Sed paruuli nec per se nec per alios, nec actu, nec habitu credunt, ergo peribunt propter peccatum originale, nec videbunt vitam,sed damnabuntur,iraq.Dei manebit super eos,nempe ira quam merentur propter peccatum originale, Ephes. 2. eramus & nos natura filij iræ,sicut & cæteri,à qua ira nõ possum⁹ sine fide Christi liberari,vt ex loco citato Ioannis colligit Aug.ser.14.de verbis Domini,quia non dicitur,veniet,sed manet super eos,ad idem est id Rom.5.per vnius delictum in omnes homines in condemnationem,& Apoc.20.beatus & sanctus,qui habet partem in resurrectione prima,in his secũda mors nõ habet potestatẽ,& infra qui nõ est inuẽtus scriptus in libro vitę missus est in stagnum ignis,sed prædicti infantes non sunt scripti in libro vitæ, nec habẽt partem in resurrectione.1.ergo mittentur in stagnum ignis & in eos.2.mors habebit potestatem, non ergo erunt naturaliter fælices.

2. 2.Argumentum sumitur ex definitionibus Conciliorum. Nam Concil. Palestinum teste Aug.epist.206.ad Paulin.compulit Pelagium anathematizare, infantes,etiam si non baptizentur,habere vitam æternam, hac autem inquit Aug.negata,quid nisi mors æterna remanebit?& Concil.Carthag.apud Aug. epist.90. Quicumq negat paruulos à perditione liberari per baptismum Christi & salutem percipere sempiternam,anathema sit.& Concil.Mileuit.apud Aug.epist.92.ait,pueros paruulos,si nullis innouentur Christianæ gratiæ sacramentis,habituros vitam æternam,nequã præsumptione contendunt.Concil.Florent.sess. vlt.illorum animas,qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere,pœnis tamen disparibus puniendas,quod expresse receperunt Rutheni in sua cõfessione facta & recepta Romæ anno 1595. vt refert Cęsar Baron.to.7.in fine tract.de Ruthenis & Trid.sess.5.ait,paruulos sine baptismo ad vitam æternam non peruenire.

3. 3. Argumentum ex Summis Pont. Innoc. 1.epistolis ad Concil.Carthag.& Mileuit.qę sunt apud Aug.91. & 93.approbat decreta illorum Conciliorum.Siricus epist.1. ad Himerium.c.2.docet,infantes in periculo vitæ constitutos continuo baptizari debere,ne regnum perdant & vitam,Leo epist.86.ad Nicetam iubet Pelagianos ad Ecclesiam redire volẽtes, non recipi, nisi prius suos anathematizent errores,& inter cęteros,quod pueri sine baptismo de sęculo exeuntes, non possint damnari. Greg.9.mor.ca.18. Nonnulli prius à presenti luce subtrahuntur, quam ad proferenda bona, malaue merita actiuę vitę perueniant. Quos quia à culpa originis sacramenta salutis non liberant, & hic ex proprio nihil egerunt,& illuc ad tormenta perueniunt, & infra. Perpetua quidẽ tormẽta percipiunt,qui nihil ex propria volũtate peccauerũt Ioãnes PP.c. ad limina.30.q.1.laudat quendã laicũ, qui necessitate cogẽte, proprium filium baptizauit, quoniam ne animam perpetua morte peruentem dimitteret,sacri vnda baptismatis lauit,vt

etiam

etiam de potestate authoris mortis & tenebrarum eriperet,& in regnum Christi iam regnaturum sine dubitatione transmitteret.

18. 4.Arg.ex alijs Patribus.Aug. hæresi.88.refert, vt hæreticam sententiam Pelagianorum. infantes non baptizatos æternam & beatam quãdam vitam extra regnum Dei habituros: eos autem intellexisse de beatitudine naturali,perspicuum est ex libr.5.in Iulian.cap.8.vbi August.ait Pelagianos alienare paruulos non baptizatos à vita Dei, cum alienant à regno Dei, quid est autem vita Dei, nisi visio Dei: & regnum cælorum in scrip. felicitatem perfectam significat,quæ in Dei visione consistit,iuxta id Matth.18.Angeli eorum semper vident faciem patris mei,qui in cælis est & 1.Ioan. 3. cum apparuerit,similes ei erimus,quia videbimus eum,sicuti est & Io.14. hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum &c. ergo Pelagiani non pro.nittebant paruulis visionem Dei, quæ est simpliciter vita æterna, sed aliam quandam vitam æternam,vt Augu. loquitur,nempe beatitudinem naturalem, nihil enim est medium inter duas istas beatitudines. Quod si dicas Pelagianos illis promisisse beatitudinem supernaturalem, quæ consistat non in scientia beata, sed infusa, certe eisdem argumentis, quibus hoc reijcitur,tãquã hæreticum,reijci poterit illa naturalis beatitudo:aut detur aliquod argumentum, quod beatitudinem illam supernaturalem,nõ vero naturalem istam confutet.Deinde Aug.ep. 106. ad Paulin. ait,aliquando fatebuntur paruulos non baptizatos vitam æternam habere non posse,ac per hoc quamlibet tolerabilius omnibus, qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte mulctari,& 1.de origine animæ.c.9.non baptizatis paruulis nemo promittat inter damnationem mortis, regnumq. cælorum quietis,vel felicitas cuiuslibet, atq.vbilibet quasi medium locum.hoc enim eis hæresis Pelagiana promisit,& lib.2.c.12. nouellos hæreticos Pelagianos instissime Concilio rum catholicorum,& sedis Apostolicę damnauit authoritas,eo q̃ ausi fuerint nõ baptizatis paruulis dare quietis & salutis locum, etiam præter regnum cælorum,& 1.de peccat.merit. c.23.nulla salus æterna, præter baptismũ Christi promittatur infantibus, quam non promittit scriptura diuina,humanis omnibus ingenijs præferenda. Vide etiam Aug.eodem lib. cap. 28.2.de peccat.orig.c.21.5.in Iul.c.8.in enchirid.c.93.de verb.apost.ser.14.& lib. de baptismo paruul.siue primo de peccato.merit. cap. 25.& habetur.c.nulla præter de consecratione d. 4.vbi dicitur,nulla præter baptismũ sal° promittitur infantibus, quia infantes, si per sacramentum, quod ad hoc est diuinitus institutum,in credentium numerum non transeunt,in tenebris manent.

4. Arg. ex Aug. et alijs patribus.

Prosper etiam 2.de vocatione gen. c.8. ait, quid est q̃ alienatur à salute perpetua tanta infantium multitudo,totq.in his ætatibus hominum millia extra vitam relinquuntur æternam,Fulg.de fide ad Pet.c.3.ait,hos insolubili nexu,æterna damnatio retinet. Author. sermonum de cardi.Christi operib.(qui falso inscribuntur Cyprianio, cum sint authoris antiqui & docti,sed Cypriano imo,& August.sine dubio posterioris)ser.de circuncisione loquẽs de pœna peccati orig.ait, supererat post mortẽ carnis,animę labor & afflictio spiritus, nec poterat vlla ratione absolui illa damnatio,nisi morti omnium, vita omnium subueniret & pro generali morbo gratia Dei singulare propinaret antidotum.Beda Ioan.14.Respuendi sunt à corde christiano, qui putant,ideo dictũ esse, mansiones, quia extra regnum cælorum erit aliquid,vbi beati maneant innocẽtes, qui sine baptizmo ex hac vita migrarunt, quia sine illo in regnum cælorum ingredi non poterunt. Ansel.de concep. Virg.ca.27. si originale peccatum est aliquod peccatum, necesse est omnem hominem in eo natum illo non dimisso damnari.Bern.epist.191.ad Innoc.prope finem dicit, Infantes perire, si non baptizentur.

Prosperi *Fulg.* *Cyprian.* *Beda.* *Ansel.* *Bern.*

19. 5.arg. 5.Argumentum quia paruuli non baptizati tum in hac vita tum in alia sunt captiui & in potestate diaboli,ergo non sunt beati beatitudine naturali, nam beatitudo naturalis ea est quam homines haberẽt in puris naturalibus, tunc autem captiui non essent.Anteced.patet. Nam Paulus Colos. 1. dicit nos per Christum eripi de potestate tenebrarum, ex quo sequitur vt ante baptismum simus omnes sub potestate tenebrarum,quare act.26.Christus dicit, se mittere Paulum ad gentes & populos,vt aperiat oculos eorum,& conuertantur de tenebris ad lucem,& de potestate Sathanę ad Deũ & Luc.11.comparat Dominus Sathanam forti armato custodienti atrium suum,& Ioann.12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Hanc autem diaboli expulsionem fieri per baptismum, docent exorcismi & insufflationes, quarum in Ecclesia semper fuit vsus. Vnde Aug.1.de peccat.meri.c.34.Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli nõ tenetur?& 2.de peccato orig.c.40.ipsa sanctę Ecclesię sacramenta satis indicant,paruulos à partu etiam recentissimos per gratiam Christi de diaboli seruitute liberari,& infra ait,etiã paruulos cum baptizantur, à potestate tenebrarum liberari, & 6.in Iulian.c.2. Verum est quod antiquitus veraci fide Catholica prędicatur & creditur per Ecclesiam totam,que filios fidelium,nec exorcizaret,nec exsufflaret, si non eos de potestate tenebrarum & a principe

tipe mortis erueret. Quod in libro meo, cui tu velut respondes,à me positum est,sed id tu commemorare timuisti,tanquam ipse ab orbe toto ex sufflandus esses,si huic ex sufflationi,qua princeps mundi, & à paruulis eijcitur foras,contradicere voluisses,& eodem lib.c.8. Hoc ergo generi humano inflictum vulnus à diabolo,quidquid per illud nascitur, cogit esse sub diabolo,& 1.de nuptijs c.20. Non dubitat fides Christiana, quã noui hæretici oppugnare cœperunt,& eos qui lauacro regenerationis abluuntur redimi de potestate diaboli, & eos qui nondum tali regeneratione redẽpti sunt,etiam paruulos filios redemptorũ sub eiusdem esse potestate captiuos, nisi & ipsi eadem Christi gratia redimantur,ad omnes nãque pertinere non dubitamus ætates illud,de quo apostolus loquebatur, beneficium Dei, qui eruit nos de potestate tenebrarum,&c. & 2.de nuptijs c. 10. ait accusat Ecclesiam toto orbe diffusam,in qua omnes vbiq.babaptizandi infantuli,non ob aliud insufflantur,nisi vt ab eis princeps mundi mittatur foras,à quo necesse est vasa iræ possideantur, cum in Adam nascuntur, si in Christo non renascantur,& in eius regnum per gratiam facta vasa misericordiæ transferantur.Similia inuenies in alijs patribus,& in Pontificum decretis,vt in Epistol. Cælestini ad Gallos Zozimi ad omnes Episcopos,Ioannis Papæ.c.ad limina 30.q.1. Ex quibus(colligit Bellarm)apparet improbabiliter omnino, ne quid grauius dicam,scripsisse Catherinum supra, hos paruulos post iudicium nõ fore amplius sub diaboli potestate quod p illis etiam diabolus eiectus sit foras,quam secũdum Aug.supra de fide est,non erui à potestate diaboli, nisi per baptismi regenerationem, isti autem nunquam regenerabũtur,ergo nec eruentur de potestate diaboli.Dices fidem vniuersalis Ecclesię intelligi de liberatione àpotestate diaboli ante iudicium, hæc enim nulli contingit,nisi per regenerationem,cõtra quia Aug.docet etiam post iudicium hos paruulos futuros sub potestate diaboli.Nam 1.de nupt. cap.23.cum dixisset hoc generi humano inflictum vulnus à diabolo, quidquid per illud nascitur, cogit esse sub diabolo, & paulo post: non ita tenet homines diabolus, siue maioris siue infantilis ætatis, proprer quod homines sunt, sed propter quod immundi sunt, &c. subiungit, maiores quidem pœnas vltimo iudicio,quanto est immundior,ipse passurus,veruntamen,& quibus in illa damnatione tolerabilius erit,huic sunt subditi,veluti principi authoriq. peccati, quia nulla erit damnationis causa,nisi peccatum.

6.arg. 6. Argumentum quia paruuli isti semper erunt in carcere horrido, & tenebroso sub terra,ergo nec post iudicium obtinebunt beatitudinem naturalem, cum hac enim habitatione quomodo esse potest,vel naturalis beatitudo? Antecedens colligitur exD.Tho.Bon.Scoto, Dur.Richar.Capreo.& alijs.2.d.33.vel.4.d.45 & Alex.2.p.q.122.memb.10.§.1.Alb.2.p.summæ.q.113.dicentibus,locum eorum esse carcerem inferni,licet quidam constituant eos in eodem sinu,cum adultis damnatis, alij in peculari sinu,qui dicitur lymbus puerorũ Florẽ. etiã sup.dicit in infernũ descendere.Neq.vlla est rõ,cur ex eo loco post iudiciũ liberãdi sint, cũ post hãc vitã nõ sit locus misericordiæ, sed iustitię,& Eccle.11.scriptũ sit, vbi ceciderit lignũ,siue ad Austrũ,siue ad Aquilonẽ,ibi erit,quẽ locũ Hieron.ibi & alij exponũt de hominibus, qui in eo statu ꝑpetuo erũt, in quo illos mors inuenerit. Deinde mediũ locũ inter cælũ & infernũ reijcit Aug.cõtra Pelagianos.1.de peccat.merit.c.28. dicẽs, nec est vllus vlli medius locus,vbi possit esse,nisi cũ diabolo,qui nõ est cũ Christo, hinc & ipse Dñs volens auferre de cordibus male credẽtiũ istã, nescio quam medietatẽ, quã conãtur quidã paruulis nõ baptizatis tribuere,vt quasi merito innocẽtię sint in vita ęterna,sed quia nõ sunt baptizati, nõ sint cũChristo in regno eius,definitiuã protulit ad hæc ora obstruẽda sentẽtiã,vbi ait, qui nõ est mecũ,cõtra me est.Et serm.14.de verbis apostol.Nullus relictus est medius locus,vbi ponere queas infantes,de viuis & mortuis iudicabitur,alij erũt ad dexterã alij ad siniſtrã,nõ noui aliud,si ergo dextera erit & siniſtra & nullũ mediũ locũ in Euãgelio nouimus, ecce in dextera regnũ cælorũ est, percipite inquit regnũ. Qui ibi nõ est,in siniſtra est, ite in ignẽ ęternũ. Author Hypognos. qui vel est Augu. vel alius omniũ cõsensu antiquus & doctus, lib.5. vltra mediũ ait.Primũ locũ fides catholicorũ diuina authoritate regnũ credidit esse cælorũ, vnde vt dixi, nõ baptizatus excipitur:secũdũ,gehennã. Vbi omnis apostata, & à Christi fide alienus æterna supplicia experietur.Tertium penitus ignoramus, imo nõ esse in scripturis sanctis inueniemus. Finge Palagiane locũ ex officina dogmatis tui.Vbi alieni à Christi gratia vitam requiei, & gloriæ possidere paruuli possint Fulgen.de fide ad Pet.c.27. inter regulas fidei numerat,quod paruuli sine baptismo decedentes in gehenna locũ perpetuũ sint habituri.Beda Ioan.14.repellẽdũ esse dicit à cor de Christiano,ꝙ sit aliqua mãsio beatitudinis extra regnum cælorum. Præterea,post iudicium aqua totam terram operiet, nã vt Theologi comuniter docent.4.d.47.post diem iudicij nulla erũt mixta, sed cæli elementa & homines,quæ natura sua omnino,vel ex parte incorrupribilia sunt, aqua autem quæ propter plantas & animalia in vnum locum congregata est,ad locum pristinum & naturalem reuertetur

Fulgen.

Beda.

tetur,& super terram erit,ergo non erũt infantes super terram,sed sub terra.

20. 7.arg. 7. Argumentum,quia beatitudo naturalis consistit in cognitione perfecta naturali, hæc autem non inest paruulis,ergo:mi. prob. quia his non infundetur hæc cognitio:siquidẽ neq. eam meruerunt,nec gratis illis dabitur, cum post mortem non sit tempus gratiæ,sed iudicij,& ipsi sint vasa iræ,non misericordiæ. Neq. eã acquirent proprio labore, nã ea quam possunt acquirere valde tenuis & exigua est,cũ in hac vita nihil didicerint,& in alia clausi perpetuo fuerint,& futuri sint in carcere tenebroso, vbi ministerio sensuum parum admodum iuuari poterunt,& naturaliter animæ separatę, ſm̃ D.Th.1.p.q.89.a.1.intelligũt quidẽ aliquid sed valde imperfecte & cõfuse, & ideo naturaliter corpori vniũtur,vt eo tãq̃ instrumẽto vtãtur ad res perfecte distincteq.intelligẽdas,eadẽ est rõ de virtutibus moralibus,quę ad nãrę felicitatẽ necessarię sũt,nõ.n.isti proficiẽt in virtutibus,nisi admodũ imperfecte pro rõne imperfectę cognitionis,quã in eo statu habebũt.

21. 8.arg. 8. Argumentum,nam si verum est, quod dicunt Catherinus & Pyghius,hos non solum interno & externo dolore carituros, sed in quodam veluti terrestri paradiso beatam vitam acturos,plenos sapientia & virtute, sua sorte optime cõtentos, Deum toto corde diligẽtes & laudantes,angelorumq.consortio,& reuelationibus sępe fruentes,sequeretur,melioris cõditionis esse, quia peccauerunt in Adamo, quam si in puris naturalibus decessissent, non enim tanta bona debentur hominibus in puris naturalibus in infantia decedentibus,& ita præmium ex peccato referrent.Sequeretur etiam, debere baptizari, vt adoptionem diuinam adepti admittantur ad regnum cælorũ, non autem, quia periculum sit,ne damnentur & pereant, nihil enim eis adest mali præter carẽtiam visionis Dei,& nihil eisdem boni abest,nisi visio Dei,hoc est possessio regni cælestis.Hæc autem est ipsa hæresis Pelagiana, nã vt Aug.testatur.1.de origine animæ.c.9.non timebant Pelagiani paruulis damnationem si non baptizarentur,sed à regno exclusionem, vbi per damnationem non intelligit Aug.exclusionem à Regno,sed aliquid aliud. Nam si exclusio esset damnatio, qui exclusionem timebant non baptizatis,damnationem quoq. eis pariter timuissent,quare Augustꝰ. de hæres. cap.88.ait,paruulos secundum hæresim Pelagij baptismo indigere,vt regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, & non vt non pereant, sed vt de bono tranferantur ad melius.

22. 9.arg. Hæc sunt argumenta Bellarmini,quibus alij nonnulla addunt. Vnde sit 9. quia si aliqua ratione dicendum esset,istis inesse beatitudinem naturalem,maxime quia hęc esset debita naturæ; per peccatum autem originale, cum aliena voluntate contractum sit, non debuit homo priuari bonis naturæ suę debitis,hęc autem ratio nulla videtur,tũ quia beatitudo naturalis non est debita naturæ,sed meritis naturalibus,est enim præmium virtutis, & sicut beatitudo supernaturalis nulli datur,nisi ob merita propria,vel alterius,scilicet Christi,sibi applicata,ita de naturali dicendum videtur,paruuli autem isti non meruerunt beatitudinem naturalem,neq.illis aliorum merita applicata sunt,ergo illam non obtinebunt.Deinde multis bonis naturę debitis priuantur hi paruuli, ergo nil mirum si beatitudine naturali priuentur,patet omnes enim priuantur libertate existendi in loco sibi conuenienti & discurrendi qua velint,& consequẽter percipiendi species rerum singularium,si eas in certa distantia ab obiectis recipiunt,vt tenet Scotus & alij, priuantur etiam colloquio cum existentibus extra lymbum: quibus omnibus fruerẽtur in puris naturalibus,ergo. Conf. quia isti per peccatum non solum sunt auersi à Deo, vt authore supernaturali,sed etiã naturali,ergo sunt digni carentia,non solum beatitudinis supernaturalis,sed etiam naturalis:ams patet, quia peccatum habituale Adæ secundum eamdem rationem ad ipsos deriuatum est: illud autẽ fuit auersio à Deo vt fine supernaturali & naturali, ergo & peccatum istorum. *Confir.*

23. 10.arg. 10. Argumentum sit quia,præter Sotum & Bellarm.sunt alij male sentientes de sententia Catherini,vt Valentia.1.2.dispu.6. quæ est de peccatis.q.17.puncto.4.qui postquam retulit sentẽtiam quorumdam Pelagianorum tribuẽtium his pueris beatitudinem quamdã extra regnum Dei, ait:qui si vitam beatam non supernaturalem,sed naturalem intellexerũt,nõ videtur ab hac Pelagianorum sententia differre opinio Catherini,qui ait, eos habituros beatitudinem naturalem in loco aliquo terrestri amœnissimo:Quæ opinio omnino reijci debet nã neq.vllo nititur firmo fundamento,neq.bene congruit cũ scripturę testimonijs allatis, & cũ Ecclesię traditione,& ibidem docet,dolorẽ habituros de carentia diuinę visionis,ex Aug. 6.contra Iulian.c.4. & Mag.2.d.33.& Çumel. infra.q.83.a.4.disp.de pœna originalis peccati.p.3.conc.4.ait opinionem,quæ ait, istos habituros vitam fœlicem naturalem,non esse valde probabilem,nec bene consonare cum fide ꝺpeccato originali,& esse cõtra Aug.ideo se illi minime assẽtiri,& oppositã esse ꝓbabiliorẽ.

Palac.etiam.4.d.45.disp.1.impugnat Lyrã asserentem,pueros habituros delectabilẽ vitã post iudiciũ,& dicit,habituros tristitiã:impugnat etiã dicẽtes,habitaturos super faciẽ terræ floribus plenã, quia operta erit aquis,& miraculum

raculum erit sine motu cæli herbas esse, quibus paruuli delectentur, idē docet d. 47. disp. vn. & 2. d. 33. disp. 2. con. 2. ex professo probat, non esse, nec fore in paruulis iltis naturalē beatitudinem, neq. vllam illis futuram consolationem, & 4. d. 45. disp. 1. & 2. non abhortet à sententia tribuente paruulis tristitiam, quinimo illam sequitur, immemor sui; nam 2. d. 32. ait, nec lætitiam, nec tristitiam habituros, & Dur. 3. d. 33. q. 3. ait, paruulos post iudicium de sua exclusione à regno tristiam habituros licet modo illam non habeant, quia ignorant beatitudinē supernaturalē. Abule. parod. 5. c. 125. & 126. ait nō habituros cōsolationē, sed magnam tristitiam de carentia diuinæ visionis, idē Mat. 25. q. 662. & 665. & probabile putat Sotus. 1. natu. c. 14. & Bellarm. late loco cit. c. 6.

24. Concl. His non obstātibus probabile existimo, hos infantes habere etiam nunc naturalem fælicitatem. Nam præter Catherin. & Pighium id sētiūt plerique ex doctissimis iunioribus in hac materia de beatitudine, & in materia de peccatis. q. 83. in fine. Vbi Suarez in manus plane id tenet licet. n. nomine beatitudinis nō vtatur ait tū habituros veram cognitionem Dei naturalem & amorem eius super omnia & reliquas naturales virtutes & corpora impassibilia, non per intrinsecam dispositionem, sed ex prouidentia Dei & ipsorū, quia illorū corpora debent esse æterna, vnde non indigebunt cibo & potu, quia omnis tūc alteratio cessabit Deo ita prouidēte. Vnde neq. patientur rebellionē concupiscentię, nec interiorē vel exteriorē pugnā, quia & hęc esset pœna, quędā sensibilis, & hęc omnia pertinēt ad statū vię, & illi sūt suo modo in termino, & in his ait fere Theologos cōuenire solūq. de loco in quo erūt, alios dubitare, nā Sotus. 1. naturę. c. 14. vult futuros in loco inferni prorsus tenebroso, quia Aug. 1. de peccat. meri. c. 23. id indicat, sed reuera id non affirmat, vt patet ex. c. 24. & 25. tamen id tenet Bon. Catherin. vero pie & probabiliter cēset habitationē eorū futuram in hoc mūdo, quia reuera magna pœna sensibus esset, detineri in illo loco, & aliqui cēsent nō esse aliā pœnā ignis in inferno, sumitur etiā alia ratio ex dictis, quia tota hęc pœna debet esse priuatiua, vt & culpa nō fuit propria volūtate cōmissa, retineri autē in illo loco est positiua pœna, & tādē quia naturalia nō fuerūt hoc peccato diminuta: habebunt ergo illū locū qui ipsi naturæ est cōsentaneus. Hęc Suarez. ibi. 3. autē p. to. 2. disp. 50. sect. 5. ait Christū futurū causam exēplarē resurrectionis infantiū, qui in originali decesserūt, quoad perfectiones naturę nō glorię, nā sicut in Adā omnes moriūtur, ita in Christo omnes viuificabuntur. 1. Cor. 15. & hi habebūt corpora humana pfecta in quātitate, robore, seu ętate, resurgēt enim in corpore virili, ac perfecto, in quo possint rōne vti & omnes operationes humanas, quę materialē alterationē & corruptionē nō requirūt, exercere, habebūt corpora sana, vegeta, pulchra, ac bene tēperata, ęterna, incorruptibilia, nō ab intrinseca causa, sed ab extrinseco saltē, seu per suspēsionē omnis causę corrūpētis & alterantis, nec indigebūt cibo & potu, quia omnis alteratio tūc cessabit, Deo ita prouidēte, & ita neq. fatigabūtur ambulādo, quamuis velocius moueri nō possint, quā naturæ vires patiātur. Habebūt corpus plene subiectū spiritui quoad omnes inferiores eius motus, ita vt nullā repugnātiā, nec rebellionē carnis patiātur, tum quia hęc nō cōtingit sine materiali alteratione corporis, tū quia hęc pugna carnis & spiritus magna est pœna, & moraliter loquēdo cō iūcta est cū culpa: Hi autē neq. permittendi sunt nouas culpas cōmittere, cū iam nō sint in via, sed in termino, & nō sint dānati per proprios actus: neq. patientur sensibiles pœnas, vt omnes Theologi docēt, & insinuāt Nyssen. oratione de infantibus, qui præmature abripiūtur. Nazi. orat. 40. in Sanctum baptisma; licet Aug. 5. hipogn. & 5. cōtra Iuli. c. 8. & in enchirid. c. 93. videatur oppositū insinuare, qui exponi posset, nō de sensibili pœna corporis, sed de nōnulla animi tristitia ob amissam beatitudinē, cū enim hi nihil mali gesserint in suis corporibus, nec eis præue & inhoneste vsi fuerint, nec per propriū actū ad creaturā se cōuerterint, nō est cur doloribus, vel alijs pecularibus corporis pœnis cruciētur. Habebunt ergo in corporibus perfectionē suæ naturæ debitā & singulis indiuiduis accommodatā, sed hāc totā perfectionē habebūt per Christū, & in ea cū eo conformabuntur, ergo quoad hęc merito Christus dici poterit causa exēplaris resurrectionis eorū, & vt hoc obiter dicā, mihi probabile est habituros aliquā cognitionem Christi eūq. tāquā dominū ac principē & benefactorē veneraturos, nā cū dęmones coacti credant & cōtremiscāt. Iacobi. 2. & in nomine Iesu, vel inuiti genua flectāt Philipp. 2. isti infantes qui nō habebunt interiorē animi deordinationē, per odiū in Deū, vel desperationem aut alios prauos affectus, nō inuiti sed volūtarie subijciētur Christo, quē ex aliqua facti euidētia cognoscent esse dominatorē omniū, vt iterū infra dicemus agētes de iudicio, quare licet simpliciter sint expulsi à regno, & inter dānatos ac reprobos cōputētur, quoad pœnā dāni, nō obstat quo minus à Christo & per Christū acceperint hęc beneficia, & cōformitatē cū ipso in ijs, quę ad naturę perfectionē & cōueniētē naturali statui spectant, quibus omnibus bene sē pervsuri sunt, & in aliquē honorē et laudē Christi. Hęc Suarez ibi et disp. 57. sect. 6. docet in iudicio cognituros Christū, et multa mysteria fi-

Suarez.

dei

dei,& disp.58.sect.3.in fine remittit ad materiã de peccato originali, an pauuli post iudicium habituri sint super terram,& antea dixerat esse probabile in ea futuras immarcisci biles plãtas & flores,&c. de quo dicã postea.

25. Medina. Barth.Med.infra.q.83.a.4.postquã retulit.2. opinionẽ asserẽtẽ infantes istos nõ habituros pœnã sensus,sed tãtũ dãni,scilicet carẽtiã glorię & diuinę visionis subiũgit,sed huius opinionis authores dicũt,ꝙ infãtes Deũ diligẽt,vt bonorũ nãliũ principiũ ea dilectione,quę p naturã haberi potest,sicq. habebũt fælicitatẽ nãlẽ, sic ait D.T.2.d.33.q.2.a.2.& de malo.q.5.a.3. & post solutionẽ argumẽtorũ.1.opinionis ait. De 2.opinione dico,ꝙ est valde probabilis & ap̃pbatur ab omnibus Theologis.2.d.33.rõnibus adductis,tñ nõ est de fide,&c.ait etiã,illos nullũ dolorẽ externũ,l.internũ nullãq.tristitiã habituros& tãdẽ cõcluditha berefelicitatẽ nãlẽ sm̃ multorũ Theologorũ ,pbabilẽ opinionẽ.

D.Tho.

Hẽriquez Hẽriquez to.2.lib.vlt.de fine hominis.c.25. §.2.ait,in iudicio visuros Xpũ,vt homo est non tanen plectendos pœna sensus,neq.tristitiam habituros de exclusione à regno,sed contenti erunt fruitione bonorum naturalium.

D. Anto D.Antoni.1.p.summę tit.8.c.1.§.4.in fine ait, in lymbo paruulorũ quãuis nõ videatur Deus, tñ de priuatione talis visionis pœnã nõ habẽt, & cũ tales paruuli migrant à corpore,imprimũt,seu cõcreãt in intellectib' eorũ species rerũ nãliũ, sicut & omnibus alijs animabus de corpore egrediẽtibus,quę dicit scientia indita, ad quas species,seu similitudines rerũ intellectus se cõuertẽs melius intelligit,quę nãli cognitione cognosci possunt quã aliquis philosophorũ mũdi, & sic in speculatione rerũ possũt animę taliũ paruulorũ valde delectari,ꝙ facere nõ possũt dãnati quãuis habeãt talẽ sciẽtiã, q absorbẽt à pœnis.Resurgẽt autẽ & ipsi paruuli in vltima resurrectione,sicut alij cũ corporibus suis ,pprijs illius staturę,quã habuissent in 30.anno.si vixissẽt,nõ habituri, nec pœnã nec

D.Tho. gloriã:sed in quo loco habituri,nouit Deus.

D.T.de malo.q.5.a.3.ait nullũ dolorem internũ,vel externũ,vel tristitiã,vel detrimẽtũ in naturalibus bonis passuros, cũ propria voluntate peccatũ non contraxerint,& ideo maiorẽ cognitionẽ habituros,quam animę quę hic sunt,& ibidẽ ad.4.ait,nõ esse separatos à Deo, quãtũ ad participationẽ bonorũ naturaliũ,& 2.d.33.q.2.a.2.ait,nõ videtur probabile,vt anima à corporis onere absoluta,ea non cognoscat saltẽ,quę rõne inuestigari possunt,& multo plura,& ideo approbat opinionẽ eorũ,qui dicũt,hos infantes cognitionẽ perfectã habituros eorũ,quę nãli cognitioni subiacent & cognoscituros,se vita ęterna priuatos esse & quare,non tñ vllã tristitiã,l.dolorẽ in corpore,aut animo habituros,sed gaudiũ magnũ,ꝙ participẽt multũ d̃ diuina bonitate, & perfectionib' naturalibus,& ibidẽ ad.5.ait,nõ esse penitus separatos à Deo, imo illi cõiũgi per participationẽ naturaliũ bonorũ,& ita de ipso gaudere posse naturali cognitione & dilectione,& Car Carth. thusi.eadẽ.d.q.2.refert ex eodẽ in scripto hęc verba,sicut cognoscũt & diligũt Deũ naturali amore, ita proportionabiliter eo fruuntur,& naturalẽ beatitudinẽ habẽt,&c. expresse etiã hãc sentẽtiã habet D.T.2.d.32.q.2.a.2.ad.2. D.Tho. 3.& 4.& in 2.scri.ad Anib.eadẽ d.q.vni.a.2.ad. 3.& 4.d.50.q.1.a.1.ad.1.Scotus eadẽ.d.33.q. Scotus. vni.ait ꝙ sicut beati possunt extra verbũ discursu multa cognoscere,ita isti cum nullũ habeãt impedimẽtũ,& ita probabile esse,ꝙ omniũ nãliter cognoscibiliũ possunt nãliter cognitionẽ habere excellẽtius, quã aliqui physici habuerũt pro statu isto,& ita aliqualẽ beatitudinẽ nãlẽ de Deo cognito in vniuersali poterũt attingere,& ibidẽ ait,nullã tristitiã in anima,nullũ dolorẽ in corpore habituros. Cõsentit Herrera.2.sent.disp.27.q.2.dicẽs habituros Herrera. cognitionẽ rerũ per species acceptas a rebus medio intellectu agẽte & aliqualẽ beatitudinẽ naturalẽ,& carẽtiã omnis fomitis & tristitię,licet simpliciter nõ erũt nãliter beati quia nõ diligent Deum super omnia,Ouandus ea- Ouandus. dem dist.33. prop.6.cum Scoto sentit,imo & beatitudinis supernaturalis in speciali cognitionem eis tribuit & prop.7.ait, in die iudicij illam habituros,imo & ante ab Angelis, vel dęmonibus ipsorum animas deportãtibus & prop.7.ex Richar.ead.d.art.3.q.1. refert o- Richard. pinionem asserentium,ꝙ post iudicium habitabũt in superficie terrę, & eam nõ reprobat, nec asserit,& dubium esse dicit,an tunc futurũ sit aliquod mixtum,& opinionem Armenorũ reprobatã in Floren:fuisse,paruulos fideliũ nõ baptizatos,post mortẽ ire ad paradisũ terrestrẽ à qua opinione lõge distat opinio Catherini,& cõcluditvbicũq.futuri sint,nõ fore incõueniẽs,neq.ab eorũstatu alienũhabere angelorũ apparitiones & ,ppriorũ parẽtũ beatorũ.

Angles ead.d.docet,non habituros pœnam sensus,nec dolorem corporis,vel animę & ꝙ p Angles. species acquisitas cognoscere poterunt omnẽ veritatem physicã, ac proinde Deũ quem amore nãli diligent,erũtq.impeccabiles,& d̃ loco vbi futuri sunt post diem iudicij, nihil esse certi,& ideo varias esse opiniones,quosdãque sentire splendore solis super faciem terræ fruituros,alios in lymbo permansuros.

Pineda etiam lib.3.de Ioan.Baptista.a.1.c. Pineda. 2.§.246.ait beatitudinem naturalem in contẽplatione & dilectione naturali Dei sitam habituros,sine vllo dolore aut tristitia.

Durand.2.d.33.quæstio.3.ait esse perfectos Dur. & vigere in cognitione,& nunc non habere dolorem de carentia diuinæ visionis, & in eis nullam

nullam esse aut fore obliquitatem voluntatis.

Richar. Richard. eadem d. a. 3. q. 2. habere posse maiorem cognitionem quam in corpore haberi possit, & sufficere eis bonum, quod habent, & de illo gaudere & plus forte quam multi in hac vita, qui tamen in tali statu semper remanere vellent, & ex speciali Dei prouidentia nullum dolorem habituros: simile quid dicit Aegid. 2. d. 33. q. vltima.

Aegid.

Tàrant. Petrus de Tarãtasia apud Carthus 2. d. 33. q. 2. ait, contenti sunt paruuli illo bono quod habent, videlicet, delectatione, quam habent eo quod sciunt, se perpetuo esse, viuere & intelligere, multo plus quam aliquis in hac vita ærũnosa, in qua multi sunt qui nollent eã finire, quatenus ad beatitudinem peruenirent.

Vdalri. Vdalrich. apud Carthu. ibidem ait, non sentient dolorem de carentia diuinæ visionis, sed magis gaudebunt de multimoda participatione bonitatis diuinæ in naturalibus perfectionibus.

Carthus. Carthusi. vero ipse eadem q. post relatã opinionẽ Alberti, qui videtur sentire post iudicium futuros in tenebroso loco, ait idem D. Thom. alicubi videtur sentire. Alijs vero magis placet, quod locus tenebrosus esset priuatio naturalis perfectionis, & causa mœroris, quæ in ipsis non erunt. Vnde Petrus de Aquila & quidam alii imaginantur, quod ambulabunt spaciando per terram, & conferendo. Richard. vero eadem distinctio. a. 1. q. 1. ait, locum habebunt ignobilem, quam uis aliqui dicant, quod habitabunt in superficie terræ. Verius autem putatur inquit, Carthus. quod naturali conuenientia loci non carebunt. Et post relatam opinionem Hubertini asserentis, insanum atq. erroneum esse, quærere medium & inuenire illud inter supplicium ignis æterni, & possessionem regni cœlestis, & similia, ait inconsiderate locutum in materia ista, vbi tot solemnes determinauerunt contrarium, & respondet eius argumentis, & concludit. Præterea vero quod paruulli naturali amore diligunt Deum plus quã se ipsos, & proportionabiliter ipso fruuntur, ipsumque in suis effectibus contemplantur, & gratias ei agunt. Veruntamen de his non est aliquid asserendum incaute, nisi quantum ex scripturis & doctrina seu dederminatione Ecclesiæ innotescit.

Petrus de Aquila.

Bonauen. Bononauent. eadem d. a. 3. q. 2. perfectam cognitionem naturalem eis concedit, sine vlla tristitia, quia contenti sunt statu suo, nec eleuant oculos ad opes, quas habere non possunt, Gerson. Alphab. 16. lit. M. lectione 2. in Marcum ait, apud nonnullos excellentes non esse impossibile prorsus, eos pueros in philosophia & aliis quibusdam artibus, & cognitionibus posse instructiores fieri, & temporum successione diuturna & experientiarum multitudine coadiutos. Vbi clare sentit, eos discurrere per species inditas vel acquisitas ante vsum rationis, nam etiam ante vsum rationis dari posse in pueris species inteligibiles, ait Vigu. c. 2. §. 2. vers. 3. videtur. etiã sentire Gerson. post diem iudicii futuros super terrã, alioqui quibus experientijs habitus augerẽt?

Gerson.

Viguer.

Viguerius c. 14. in princip. v. 1. ait beatitudiuem naturalem consistere in naturali Dei cognitione & amore, & hanc habuisse Angelos in principio suæ creationis & tali beatitudine esse, & fore beatos paruulos decedẽtes in originali, cum ad talẽ beatitudinẽ sint creati, nec ipsi per peccatum personale posuerint obicem & c. 18. §. 6. in principio ait, non esse priuatos beatitudine naturali & in separatione animę infundi eis omnes species rerum, quas acquirerent, si vixissent, & nullam habere tristitiam, & c. 16 §. 4. vers. 31. paruulos post iudicium extra lymbum futuros, vt ingenti aliorum damnatorũ numero locus sub terra maneat, Altisiod. etiã 2. summæ tract. 27 c. 6. Marsi. Ficinus lib. de religione christiana c. 33. Almain. 3. mor. c. 19, in fine dicunt, nullam tristitiam habituros, Parisien. lib. de vniuerso eandem sententiam tenet, cuius verba summatim refert Carthus. 4. d. 47. q. 1. quæ late habentur 1. p. 2. partis principalis de vniuerso. c. nunc autem reuertar. fo. 163. pag. 2. col. 1. vbi tanquam clarum deducit ex iustitia Dei, istos paruulos cum nullum peccatum actuale commiserint, nulla pœna positiua afficiendos esse, nullũ dolorẽ internum vel externũ habituros, corpora eorum fore impassibilia & virilis ætatis ac dispositionis, habituros etiam ab instanti resurrectionis naturalem prudentiam, scilicet scientiam & virtutem, de artibus vero & prudentia vel scientia gubernatiua politica seu ciuili sub dubio reliquit, an tunc sibi concedetur, sed licet nõ concederetur ab instanti resurrectionis possent illi huiusmodi artes vel scientias aut prudentias acquirere. Præterea supplemẽtum 4. d. 43. q. 1. a. 3 dub. 3. litera N. ex sententia D. Thom. de malo. q. cit. tenet in his pueris esse beatitudinem naturalem, sine vlla tristitia, & dolore. Maior. 2. d. 33. q. vn. ait, nullam habere tristitiam, quia Deus non vult cũ illis cõcurrere ad illã. Lyra in id Ecclesiast. 4. fœliciorẽ vtroque iudicaui illum, qui nondum natus est, docet hoc intelligi de abortiuo, qui non habet experientiam mali pœnæ vel culpæ actualis, & ideo non habet pœnam sensibilem, sed vitam magis delectabilem quam posset habere in vita præsenti secundum doctores qui loquuntur de defunctis in solo originali.

Viguer.

Altisiod. Ficinus Almain. Parisien.

Supplemẽ

Maior. Lyra.

Idem tenet Bartholomeus Sybilla in speculo decade 1. c. 30. q. 5. quæstiuncula 2.

Bar. Sybil

Bar. Sybilla. Horõtius. Agentina. Nysse. Palac.

idem tenet Horontius in sua margarita philosophica.c.45.Marsil.2.q.19.a.5.in fine ante. 3 con. Argentina.d.33.q.1.a.3.con. 3. & ad 2. & Nicolaus Nijsse. in resolutionibus Theo. tract.3.parte.2.in fine fol.182. vbi expresse dicit habere beatitudinem naturalem, & habet omnia verba quæ ex Scoto retulimus, Imo idem tenet Palacius. 2.d.33.disp.1.in quæstionibus circa 1.con. concedit enim nullum peccatum comissuros, dilecturos Deum vt authorem naturæ, mentes viuaciores habituros, quam erant Philosophicę mentes, paulatim proprio discursu multa arcana intellecturos, etiamsi nullas haberent species inditas, quas tamen eis concedere fatetur D.Thomam: quid ergo illis deesset ad naturalem fælicitatem? fauet ipse Sotus 1. naturæ

Sotus. c.14. concedens, hos pueros diligere Deum super omnia, vt authorem naturæ.

Palud. Palud. etiam 4.d.45.q.3.n.9.ante 3.con. ait, non videtur locus puerorũ in originali decedẽtiũ, sub terra, quia nec post diẽ iudicij erit, vt videtur sub terra, quoniã ibi nõ poterũt esse sine pœna, nisi quis dicat q̃ erũt in parte tã propinqua superficiei terræ, quod illuminabuntur eorũ oculi à Sole, quia terra in superficie illuminabitur, in qua etiam vitro assimilabitur, & ibidem refert Tarantasiã. pro-

Tarant. Catherin. blemat.1.art.3.dicentem hos paruulos habere vitam delectabilem Catherin.in id Ro.5.sicut per vnum hominem. &c. repetit quod dixerat op.de statu puerorum, habere fælicitatẽ naturalem, & in id Heb.11.ipsi peribunt, &c. vt refert Palac.4.d.45.disp.1 ait.quod terra ista cõmutabitur in aliam pulchriorẽ, & amœniorem & floribus refertam, quam habitabunt pueri post iudicium, quod latius docuit Cathe-

Pygh. riuns lib. illo de statu puerorum, & Pygh. controuersia 1. de peccato originali, quod cõfirmant ex ps.119. terram autem dedit filijs hominum, scilcet in perpetuam habitationem etiam post iudicium, & quod attinet ad ter-

Augus. seu Geinadis. ræ cõmutatione. docet Aug. seu potiꝰ Gẽnad. lib.de Eccles.dogm.c.70.dicens cælum, & terram non credimus abolenda per ignem, sed in melius commutanda, figuram quoque mũdi non substantiam transituram, & Parisiensis

Paris.1.p. prinei. seu li.2.de vniuerso p.2. c. de mũdo sublunari. relatus a Carthus.4.d.48.q.3 ait De terra quidam ex sapientissimiꝰ Christianorum dixerunt quod graminibus semper virentibus & immarcescib ilibus floribus, atq perpetua vernantia & amœnitate instar Paradisi terre stris sit decorãda & confirmat quia ob peccatum Adę spinas & tribulos germinauit, ergo ob merita Christi & sanctorum germinabit

26 herbas &c.

Ansel. D.Ansel. in Elucidario prope finem ait, elementa purgata remanebunt iuxta id Psal. 101. mutabis eos & mutabuntur & Apoc. 21. vidi cælum nouum & terram nouam, tunc terra quæ in græmio suo domini corpus confouit, tota erit vt paradisus & quia sanctorum sanguine est irrigita, odoriferis floribus, lilijs, rosis, violis, immarrescibiliter erit perpetuo decorata. Hæc est mutatio dexteræ excelsi quia terra, quæ erat maledicta, tunc in perpetuum a Domino erit benedicta, & labor & dolor non erit vltra, Apoc.2. Propter hoc Ansel. testimoniũ & alia argumenta, quibus vtitur Suarez.3.p to.2.disp.58 sect.3.cẽset hãc sentrentiam de mixtis futuris super terram, esse probabilem, licet oppositam aliis argumẽtis putet probabiliorem, & huic sententiæ Anselmi potest accomodari id Psalm. 103. emitte spiritum tuum & creabuntur & renouabis faciem terræ, quod multi de renouatione in iudicio futura interpretantur, vt fatetur Sua.ibi & Isai.65.Ece ego creo cælos nouos & teram nouam, & hanc opinionem de terra vt probabilem refert Henriquez de fine hominis.c.23.§.3. eamdem probabilem putat Richar.4.d 44.a.2.q.6.Scot.q.2.Abul.Mat.25. .q.473.54.548.Cælius 1.antiquit.c.20.cum Mirandul. quos refert idem Henriquez ex quibus & alijs authoribus supra relatis patet esse probabile, terram in ea dispositione manuram-licet autem operta aquis maneret, possent in ea paruuli habitare, vt luce & astrorum conspectu fruerentur & libere discurrerẽt: nec de sufocatione timendum esset, cũ essent immortales & respiratione nõ indigerent, & immerito Sotus & Pineda supra hanc Catheri-Pyghij & Palud. atq. aliorum opinionem de habitatione paruulorum super terram post iudicium improbabilem censuere, quamnis vere sit contra Ansel. qui de conceptu Virgi.c.22. in fine etiam de paruulis loquens ait, post iudicium nullus erit Angelus, aut homo, nisi in regno Dei, vel in inferno, saltem dicì posset cum Palud. & Pineda supra, futuros iuxta superficiẽ terræ, quæ instar vitri vel christalli erit secũd. Anton.4.p.tit.14.c 11.§.3. magistrum D Thom. & cõmunem opinionem vnde luce & aspectu astrorũ fruentur, vtcũq. sit, dignã sua fælicitate naturali habitationem habebunt & recte sensus exercebunt, alioqui frustra illis dati essent. Iam vero rationibus ostẽdam, fælicitatẽ naturalẽ habituros, quæ à doctoribꝰ attingũtur in locis & verbis citatis.

1.ratio quia est cõtra ordinẽ diuinæ iustitæ vt homo propter peccatũ habituale aliena volũ 27
tate cõtractũ priuetur perfectionibns sibi de- 1.Ratio.
bitis no vtcũq. sed in perpetuũ, nõ qualibuscumq. sed maximis, qualis est fælicitas natur. Hac ratione præsertim vtitur D.Tho.2.d.2.32 q.2.a.2.ad 2.3.& 4. argu. & in 2.script.ad Annibald. eadem.d.q.vnic.a.2. ad 3.& reliqui doctores & eiusvis magis constabit ex dicendis in materia de peccato originali. Vbi eadem ratione cum omnibus fere Theologis

logis ostendemus, in his non esse pœnam sensus, per hanc enim tollitur aliquod bonum naturæ, & ideo non est pœna proportionata originali peccato, quod solum reddit homines dignos priuatoione bonorum supernaturalium, quæ in Adam tanquam in capite possidebant, & in se ipsis essent habituri ex pacto & voluntate Dei, si Adam & postea ipsi in gratia perseuerarent. Vide D. Tho. 2. d. 33. q. 2 a. 1. & de malo q 5. a. 2. Vbi docet, peccatum originale priuare iure ad beatitudinẽ supernaturalem, non vero ad bona naturalia, neq. ipsis naturalibus bonis. Confir. ex communi axiomate, naturalia post peccatum manere integra, sicut enim nulla entitate naturali priuati sumus per peccatum originale, ita neq. vllo iure naturali, ergo nec iure ad beatitudinem naturalem, &c. ergo contra ordinẽ diuinæ iustitiæ est negare his paruulis naturalem beatitudinem. *Confir.*

28 2. Rat.

2. Probatur quia non est verisimile, Deum qui tãta beneficia gratuita & supernaturalia, cõtulit his paruulis: negaturum illis, naturalia contulit enim Deus illis corpora in naturalibus perfectissima, & supra naturam immortalia, & impassibilia, quod licet in dãnatis pro mortalibus magis sit pœna, quam beneficium, quia in illis corporibus tormenta passuri sunt, in paruulis tamen istis, qui nullum malum aut dolorem in corpore vnquam sustinebunt, ingens beneficium est: corporis enim sensibus vtentur ad scientias & artes comparandas, & ad oblectationem, &c. hæc autẽ supra naturã sunt, nam resurrectio non est naturalis, præsertim cũ tot ac tantis perfectionib9, & multo minus immortalitas.

29 3. Rat.

3. Probatur quia isti erunt in cognitione & virtutibus perfecti, & Deum authorem naturæ melius omnibus Philosophis cognoscent, & Deum super omnia diligent, & erunt impeccabiles, non autem plus haberent conditi in puris naturalibus, qui tamen haberent naturalem fælicitatẽ, ergo hisimilter eã habebũt. Dicis forte tãetsi omnia ista habeãt non habebũt naturalẽ fælicitatẽ,, tũ quia carentia peccati etiã originalis est de eius essentia, tũ quia est de essentia fælicitatis, esse summmũ bonum possibile de lege ordinaria, isti autem non habent summum bonum, quod ipsis fuit possibile do lege ordinaria, ergo non habent fælicitatem naturalem. Sed contra, quia saltem habebunt id, quod in aliis esset fælicitas naturalis, licet in illis hoc nomen non mereatur, propter rationes dictas, & hoc tãtum nũc intendimus, nolumus enim de nomine contendere, sed de re ipsa. Sed R. Bellarmi. Scientiam illam fore imperfectam, & similiter virtutes, & ideo non suffieere ad felicitatem naturalem, contra, nam per suam essentiam æque Deum cognoscent animæ istorum, ac si essent beatę beatitudine supernaturali, sed in hoc 2. casu essent beatæ beatitudine naturali, ergo & in 1. confir. quia per suam substantiam, & per species inditas vel acquisitas rerum spiritualium non minus perfecte. Deũ cognoscent quam omnes aliæ animæ, quæ sunt in cœlo, vel essent in puris naturalibus, licet in speciebus rerum naturalium excederentur ab animabus adultorũ, quę eas acquisiuerunt in hac vita: sed aliæ animæ cognitioe Dei per suam substantiam & per effectus spirituales essent beatæ, ergo & istæ: præterea, licet daremus minorẽ esse cognitionẽ, tamen cũ sit eiusdẽ rationis & excellentior omni cognitione possibili naturaliter in hac vita, ea sufficiet ad aliquã fælicitatẽ, licet minus perfectam, quã sit in aliis animalibus. *Confir.*

Confir. qui hi habebunt tot perfectiones, quot haberent pueri in pura natura, in instanti mortis, sed illi haberent in eo instanti beatitudinem naturalem, ergo & hi. *Confir. 1.*

Confir. 2. quia in puncto resurrectionis accipient corpus perfectum in membris potentiis, & perfectionibns naturalibus, nec propter originale aliquo istorum carebunt, ergo in puncto separationis accipient istorum animę omnes perfectiones, quas in eo instanti naturaliter haberent, ergo etiam beatitudinem naturalem. *Confir. 2.*

Confir. 3. alias plures damnati pro actualibus, quoad scientias naturales, erunt melioris conditionibus, quia retinebunt scientias naturales, quas in hac vita acquisierunt, imo ibi illas augebunt non enim sunt ligati ipsorum intellectus, quin aliquando per discursum cognoscant aliquam conclusionem, quam hic iguorauerunt, presertim quæ eorum dolorem augere possit. *Confir. 3.*

Confir. 4. quia impeccabilitas, impassibilitas, & carentia omnis doloris & tristitiæ, nõ est sine fælicitate saltẽ naturali hęc: autẽ his instantibus inerit, ergo & fælicitas naturalis. *Confir. 4.*

4. Probatur ex nonnullis testimonijs scripturæ, quæ fauent, licet rem certam non faciant, vt Iob. 4. nunc enim dormiens silerẽ, & somno meo requiescerem, somnus enim silentium, & requies fælicitatem quandam naturalem significant.

Et Ecclesiastis. 4. fæliciorẽ iudicaui illũ, qui nondũ natus est, nẽpe quãeũ qui nat9 est & male viuit, vt interpretatur. ibi Hiero. & gl. quia scilicet prior fælicitatem habebit naturalẽ. hic vero nullã sed omnẽ miseriã varioſq cruciat9. *4. Prob.*

Mat. 26. bonum erat ei si natus non fuisset: bonũ dicit, quia reuera fælicitatẽ naturalem haberet, adducit etiam Catherin. id nouissimanimica destruetur mors, quod intelligitur non solum quia tunc omnes resurgent immortales & iusti ad gloriam corporis, *1. Cor. 13.*

sed quia paruuli resurgent ad impassibilitatem corporis, quæ proportionem habet cum fælicitate saltem naturali animæ.

31 Gregorij Nyssenſi.

5. Probatur ex nonnullis testimoniis patrum, in primis hæc est expressa sententia Gregorij Nysseni oratione de infantibus, qui præmature abripiuntur, proponit enim dubium columna, 5. quomodo quis dicere poterit, etiam his à Deo contingere id quod ex retributione, & compensatione speratur. Nã si quis sine vlla excusione, & examinatione huiusmodi opnionem amplectatur, quasi prorsus in bonis futurus sit, qui hoc modo prodierit in vitam, ex hac opinione, meliore conditione, beatioreq. esse videbitur, qui vitæ particeps omnino non est, quam qui viuit, &c. & poesta exaggerans quęstionis difficultatem, & aliqua pro eius decisione supponens, præcipue, hominem esse creatum, vt Deum cognosceret, videret, & glorificaret, ipsoque frueretur, concludit, eos qui in lucem prodierunt, & in virtutibus se exercuerunt, pro ratione suorum operum participes fieri diuinarum delitiarum. At anima (inquit) quæ virtutem nondum gustauit eorum quidem malorum, quæ ex improbitate, ac nequitia oriuntur, vt quæ ab initio prorsus in malitiæ morbum non inciderit, expers manet, illius autem vitæ, quam Dei tum cognitionem, tum participationem esse, oratio superior definiuit, tantam partem capit, quantæ capax est, id quod enutritur, quoad tanquã cibo quodã grandi effecta, maioris partis capax efficiatur, largiter & abunde pro arbitrio partẽ capiens eius, qui reuera est. Vbi duo docet Nyssen. alterum est, talem infantem initio alterius vitæ cognoscere Deum, & hac cognitione fieri beatum. Alterum est proprijs actibus in hac cognitione Dei seu beatitudine proficere, & postea late explicat Nyssen. quomodo in virtutibus hic exercitatus, beatior erit, quam is qui vitæ particeps non fuit, sed hic beatior erit quã qui vitiose viuit, iuxta id Mat. 26. bonũ erat ei, scilicet Iudæ, si natus nõ fuisset homo ille: Quia nimirum eum, qui nullo modo natus fuit, beatum beatitudine naturali. Nyssen. cum Christo intellexit, eum vero qui vitiose viuit, ad æterna supplicia secundum præsentem vel etiam futuram iustitiam deputatum, & in vltimis pene verbis sic ait, immatura mors infantium, neque in doloribus ac mæstitia esse eum, qui sic viuere desijt, intelligendum nobis suggerit, neque in pari ipsum & eadem conditione ac sorte versari, cum ijs qui per omnem virtutem in hac vita purgati sunt, &c. Vbi Nyssen. explicat, quod isti nullum dolorem aut mœstitiam habebunt, naturali fælicitate contenti.

Nazian. Greg. Nazi. eiusdem sententiæ videtur oratione in sanctum baptisma ad medium ait enim Posthumi, scilicet infantes non baptizati, nec cælesti gloria, nec supplicijs à iusto iudice afficientur, vt pote qui, licet baptismo consignati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc iacturam passi potius fuerint, quam fecerint. Nec enim quisquis supplicio dignus non est, protinus honorem quoque meretur, quemadmodum nec quisquis honore indignus est, statim etiam pœnam promeretur. Vbi vult, hos supplicijs non affici: quia nec priuantur fælicitate naturali, nec patiũtur pœnã sensus, & eodem modo intelligo Nicetam ibi inter alia dicentem. Tres vt opinione assequor, gradus existunt vnus eorum qui supernis delitijs perfruuntur: alter eorum, qui supplicijs æternis excruciantur; medius eorum, qui nec cælestis regni voluptates sentiunt nec pœnis vllis torquentur, in quo & pueruli, qui baptismo perfecti non sunt, &c. Niceta.

Et fortasse idem voluit August. lib. de baptis. paruul. seu primo de peccat. mer. cap. 16. cum ait. Recte dici potest, paruulos sine baptismo decedẽtes mitissimam omnium sustinere pœnam, & habetur. c. regenerante de consecrat. d. 4. non enim mitissima pœna esset, quæ etiã fęlicitate naturali priuaret, ac proinde doloribus exponeret, qui enim nullam fælicitatem habet, dolorem habere potest, & si illum habere non posset supposita tanta miseria, fortasis miserior esset, quam si suam miseriam dolere, & flere posset. Augusti.

Et lib. 5. contra Iulian. cap. 8. ait, pœnam illam leuissimam esse, & ibidem: ego itaque non dico, paruulos sine baptismo morientes tanta pœna esse plectendos, vt eis melius esset non nasci, cum hæc Dominus de sceleratissimo peccatore dixerit Mat. 26. quæ autem & qualis, & quanta erit, definire non possumus, non tamen audeo dicere quod eis vt nullibi essent, quam vt ibi essent potius expediret, idem habere in enchirid. refert Palac. 2. d. 33. disp. 2. sed sane si absque fęlicitate naturali & supernaturali & spe eius essent, melius illis esset, non esse, quam sic esse, ergo sentit Aug. non esse carituros naturali fælicitate: minor probatur, ex Aug. ser 26. ad fratres in eremo, melius est omnino non esse, quam perpetuo affligi, vel æternaliter cruciari, & ex Hierony. 4. in Ieremiam, melius est non esse quam viuere in supplicjs, & Eccleſiast. 4. melius est omnino nec sensum habere substantiæ, quam infeliciter vel esse vel viuere, id est carendo omni fęlicitate, & spe ipsius.

Cathe. opusc. sæpe citato adducit Aug. 3. de libero arbit. c. 23. vbi ait, quis nouit, quid ipsis paruulis

paruulis de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur, in secreto iudiciorum suorum bonæ compensationis reseruet Deus quod licet retractauerit Aug. ep. 28. ad Hieronym. docet Catherin. melius fuisse non retractari, sicut & alia quæ ibi adducit sed hoc non est ad rem quia Aug. illa ep. 28. ait, intelligendum de cruciatibus, quos pro Christi nomine, ac vera religione etiam ignorantes pertulerunt, vel de paruulis baptizatis: quæ explicatio falsa mihi etiam videtur, nisi vsque ad mortem cruciatus isti perferantur pro Christi gloria; nam licet paruuli nõ baptizati pro Christo crucientur, si non letha lia tormenta sustineant nullam habebunt cõpensationem, & similiter si baptizati non pro Christo crucientur licet, cruciatibus intereant, nullam habebunt compensationem, quare August. semper cum formidine loquitur, & si explicatio vera esset, aliquid ad rem haberemus: nam si non baptizati patientes aliquid pro Christo, licet nescientes, aliquam habent compensationem, non mirum, si eis quoque ratione innocentiæ naturalis naturalem beatitudinem conferamus & eodem capite docet Augustinus, mediam fore sententiam Dei in paruulis inter præmium atque supplicium, sicut eorum vita media fuit inter recte factum, atque peccatum: medium docet in damnatione, quia isti nec torquebuntur igne, nec beatitudine naturali carebunt & propterea Ambros. Ro. 5. ait, ad eos qui proprijs actibus eam non acquisierunt, non pertinere mortem secundam, ideſt omnis felicitatis carentiam.

32 Ad. 1. arg. 1. Sentẽtiæ. Ad 1. argumentum, factum contra priorem sententiam quam probabilem censuimus Resp. solum probare paruulos istos simpliciter esse damnatos & filios iræ, & perire, cum quo stat habere fælicitatem naturalem, quod vero dicitur in Apocalyp. eos qui non habent partem in resurrectione prima & non sunt scripti in libro vitæ, missos esse in stagnum ignis, intelligitur de adultis in mortali decedentibus vt cum communi exponemus in materia de peccato originali: alioqui paruuli isti paterentur pœnã sensus quod etiam aduersarij negant.

Ad. 2. 3. & 4. Resp. nihil amplius probare quã primũ, nec in testimonijs illis cõciliorum Põtificũ & aliorũ patrũ est nisi duplex difficultas 1. Quod sit discrimẽ inter opinionem Theologorũ dicẽtiũ, his pueris esse fælicitatẽ naturalẽ & illorũ Pelagianorũ, qui fælicitatẽ extra regnũ Dei illis cõcedebant. 1. discrimen est, quia Pelagiani forte putabãt visuros Deũ, nõ tamẽ in eodẽ loco, nec in eodẽ gradu nec secũdũ eãdẽ rationẽ, visuros tamẽ Deũ in seipso, quod tamẽ negãt Theologi. 2. quia Pelagiani simpliciter asserebant, illos beatos propter beatitudinẽ naturalẽ vel supernaturalẽ citra visionẽ Dei, quia nõ agnoscebãt in eis peccatum originale nec verã damnationem propter illud, Theologi autem non appellãt simpliciter beatos, tum quia non habent beatitudinẽ quę in visione Dei cõsistit, neque aliã supernaturalem, tum quia sunt in peccatos & damnati in æternum. 3. quia illi ponebant locum super terram in quo essent etiam ante iudicium, quod secuti sunt postea Armeni & damnatum est in florentino. Thelogi autem sentiunt, saltem vsque ad diem iudicij esse in parte aliqua inferni & sententia Pelagianorum quocumque illorum modorum intellecta hæretica est. Vnde autem illam in illis sensibus potuerint concilia & Pontifices, alijque patres damnare, in materia de peccato originali videndum est, ne in hac prolixiores simus quampareſt.

1. diffic,

2. difficultas est quid sibi vult Leo dicens supplicia passuros. R. facile, etiã pœnã damni seu carentiam diuinę visionis, exclusionem à cælo, & sanctorum censortio, supplicia, dici posse & cum fęlicitate naturali non pugnare. 2. difficult.

Ad. 5. Resp. pueros existentes in originali, vsque ad diẽ Iudicij esse sub potestate diabolitum quia illos potest in hac vita vehementius tentare & in peccatum mortale infallibiter præcipitare si lõgo tempore in originali sint: tũ quia cum ex hac vita migrauerint potest eos in carcerem lymbi detrudere & custodire: post iudicium autem si teneamus in lymbo mãsuros, etiam erunt sub diaboli potestate, quia ius habet detinendi eos in eodem carcere, in quo tamẽ possunt fælicitatẽ naturalem habere: si tamen teneamus cum Catherino & alijs post iudicium habituros super faciem terræ, non video, quæ potestas diabolo super illos relinquatur, & ita potest cũ Catherino dici, omnino tunc liberari à potestate diaboli quia iam ex inferno exire non poterit & sic nullam potestatem habebit in pueros extra infernum existentes in loco tuto, & sic possumus cũ Catherino exponere quod in Apoca. dicitur, diabolum in iudicio ejciendum foras de hoc mũdo, scilicet victũ tũ ob alia: tũ nevllã habeat in hos puerospotestatem Ad August. vero dicimus vel non dicere quod post iudicium vniuersale erunt subditi diaboli, sed antea vel non esse certam eius sententiam & in pueros istos parum mitem fuisse cum sæpe docere videatur torquendos igne vnde & puerorum tortor a nonnullis dicitur & ex quodam multiloquio errasse, sed non fuisse hæresis damnatam eius sententiam ait

33 Ad. 5.

Gēnadius apud Viguer. cap. 18 in pirnc, §. 6. & Sixtum 5. bibliot. annot. 137. sed modestius de sanctissimo & sapientissimo doctore loquendum esset, & confir. hæc doctrina, quia diabolus post iudicium ab inferno damnatorum exire non potest, ergo etiam si pueri in lymbo manerent, nullam in eos haberent potestatem. Confir.

34 Ad 6. Ad 6. Re. alios doctores sentire, non futuros in carcere sed super terram, alios vero vt Palud. & Pined. supra sentire, futuros in carcere lucidissimo, nempe, circa superficiem terræ, quæ erit splendida instar vitri vel christalli, vt ex Mag. Anto. D. Tho. & communi opin. diximus. Alij sentiunt, futuros in carcere sublucido & parum tenebroso vt Palac. qui ait laxiores tenebras & tenue lumē habituros, licet autem esset carcer omnino tenebrosus, vt sentit Abul paradoxo. 5. cap. 126. ne vel de lucis aspectu consolationē habeāt, nō impediret essentiam beatitudinis naturalis, quæ consistit in cognitione & amore Dei, sed eius perfectionem & integritatem, quæ sumitur ex vsu sensuum, præcipue visus, qui in carcere omnino tenebroso esse non poterit, & secundum aliquos doctores educi ex carcere non est miseridordia, sed iustitia naturalis, sine vlla tamen obligatione, quia ordo naturæ exigit, ne libertas naturalis propter peccatum aliena voluntate contracta sine causa tollatur, sicut tolleretur si in lymbo manerent, hoc tamen alijs discutiendum relinquo. Cæterum à Deo extrahentur à lymbo ne libertate naturali & loci commoditate omnino careant, quæ tamen eis vsque ab iudicium non sine causa tollitur, quia expedit nec cum beatis, nec cum viatoribus, nec cum animabus sanctis lymbi vel Purgatorij conuersari, ideo locum suo statui conuenientem sub terra acceperūt, tenebrosum quidem, vt tenebras mentis eorum in carentia diuinæ visionis consistentes referret, ex quo nullum patiuntur notabile incommodum, cum animam separatam locus non afficiat, si quod autem incommodum in priuatione libertatis nunc patiuntur, abunde compensabitur corpore & perfectionibus naturalibus perpetuis, quas vltra naturę exigentiam recipient in resurrectione, itaq. nulla eis irrogatur iniuria, esset autem forte contra iustitiæ naturalis iam explicatæ ordinem, si in loco illo post iudicium etiam detinerentur. Adde etiam, naturale esse animæ separatæ, cum viatoribus vel damnatis non versari, sed esse in loco à Deo sibi designato, item propter alienum peccatum puniri iuste posse aliqua temporali pœna damni, nempe dicta carentia libertatis ad motum & inclusione intra certum locum. Quod dicitur in Ecclesiast. vbi ceciderit lignum, &c. Intelligitur non de loco, sed de sorte cuiusq. patet in patribus, qui de lymbo, & in animabus quæ de purgatorio exierūt. Quod vero Aug. negat locum medium, intelligitur de loco medio ante diem iudicij, sed illa ratio sumpta ex dicto Christi, qui non est mecum, contra me est, non vrget, nam constat paruulos istos non esse contra Christum, cum neq. in vita neque post mortem peccare possint: illa etiam ratio sumpta ex dextra & sinistra, ab omnibus reijcitur, quia probare contendit plusquam verum sit, nempe hos futuros in igne æterno, non obtinet tamen, quia ibi Christus de adultis tantum loquitur, vt patet ex illis verbis, esuruiui & nō dedistis mihi mā ducare, &c. Author Hypogn. cōmuniter negatur esse. Aug. & falsum docuit, paruulos mittens in gehennam, & rationeiam reiecta vsus est, non igitur est, cur ab his testimonijs, quæ pariter contra illos procedunt, subsidiū aduerlarij petant. Fulgent. de fide ad Petrum etiam deceptus est, paruulos in gehennā mittēs, sequutus vt videtur Aug. vel alios quibus Theologi fere omnes merito refragātur causam paruulorū defendentes. Ad id quod obiicitur de terra aquis operienda, iam dictum est ante primam rationem nostræ opinionis. Non igitur est omnino improbabile, paruulos istos post iudicium habituros super faciem terræ. Vnde Herre. 2. sent. q. vlt. cum retulisset opinionem Catherini & Pygh. id asserentium, & Abul. Matt. 5. q. 666. id negantis, cum ait, in eis futurā exiguam tristitiam, quia non poterunt frui luce, nisi vel Deus eos constituat in externo orbe, aut producat in illis locis subterraneis aliquod luminare, neutrum autem est illis debitum, cū inquam Herrera has duas opiniones retulisset, neutrā amplecti aut determinare voluit, & antea dixerat, quantum ad habitationem puerorum nihil certi ex scriptura vel ecclesiæ diffinitionibus haberi. 35 Ad 7.

Ad 7. Argu. Resp. quidquid sit de cognitione rerum naturalium, quæ ex sententia D. Thom. melius cognoscuntur ab anima, psr species sumptas à rebus naturalibus ministerio sensuum, quam per species inditas animæ separatæ, vel immediate acceptas à rebus in statu separationis, tamen scispam & alia spiritualia & Deum per ipsa melius cognoscit anima separata quam coniuncta & in tali Dei cognitione sita est eius beatitudo: vnde anima paruuli etiam in lymbo inclusa, beatitudinē natutalem habere poterit, & hoc, etiā si virtutes ad essentiā beatitudinis pertineant, nam ibi erunt dilectio Dei & plures aliæ excellentes virtutum actiones sine vllo peccato actuali.

Ad 8. Resp.

Ad. 8. Ad. 8. Resp. concedendo melioris conditionis quodammodo esse hos paruulos quã si essent defuncti in puris naturalibus, quia maiora bona habẽt: sed simpliciter sunt deterioris conditionis, quia vere habent peccatũ habituale, carentiam gratiæ & Iustitiæ originalis, & diuinæ visionis, & vere sunt miseri mortui & dãnati, scilicet in ordine ad visionẽ Dei, & ne damnarentur & perirent, essent baptizandi & hæc opinio à Pelagiana hærsi valde distat, vt vidimus.

Ad. 9. Ad. 9. Resp. rationem illam esse D. Tho. & optimam & male impugnari, nam cõstat beatitudinem naturalem esse debitam animæ etiam nulla habenti merita, sicut si quis etiam absque alterius merito reciperet. 1 gratiam, deberetur ei gloria iure filiationis adoptiuæ, & quamuis homo propter originale includatur ad tempus in lymbo, tamen iam diximus, id quoad substantiam esse naturale, quia etiam in puris narnralibus animæ separatæ non vagarentur libere, sed certo loco includerentur vsque ad finem mundi & forte non in cælo, in quo, saltem modo, esse non expedit, quia sunt modo animæ altioris status quibus iste locus dabetur & incommodum quod in hoc patiutur lymbi animæ, alijs cõmodis supernaturaliter & ob Christi merita collatis cõpensatur & resarcitur abũde: vnde non possunt ipsę conqueri, secus si semper esset in lymbo felicitate etiã naturali priuatę.

Ad. Conf. Ad Conf. Resp. peccatum originale non auertere à Deo vt authore & fine naturali sed supernaturali tantum.

Ad. 10. Ad. 10. Resp. de illis parum esse curandum cum multo plures & grauiores sint pronobis & potioribus rationibus nitentes, & nostra opinio magis pia sit. Vnde vero proveniat, paruulos istos nõ tristari de carẽtia diuinę visionis, tractãt doctores locis citatis: nos autẽ in fine disputationis depeccato originali.

Oportet autem hic nonnulla aduertere,
36 primum est nos secundam opinionem non
Not. 1. omnino asseruisse, sed vt probabilem valde defendisse, & non ita vt prædictos paruulos simpliciter esse beatos beatitudine naturali aut habere quidquid est de essentia naturalis beatitudinis, tueremur. Sed habere totum id positiui, quod est de essentia beatitudinis naturalis, carere tamen aliquo essentiali negatiuo scilicet immunitate à peccato, & sic possent conciliari illę duę sententiæ, vt 1. velit, non habere omnino omnia, quæ sunt de essentia beatitudinis naturalis 2. vero habere omnia essentialia positiua nempe cognitionem amorem & delectationem, quam haberent paruuli in puris naturalibus Authores tamen aliqui prioris sententiæ plus volunt, nempe animas eiusmodi paruulorum ali quam pœnam ignis, aut saltem tristitiam pati, aut esse veluti stipites absque rerum cognitione eo quod in separatione a corpore nullæ species illis infundantur neque illas comparare vlla ratione possint. Quod minime mihi persuadeo, quia id neque natura poscit, neque originalis culpa, quin potius natura petit, vt anima saparata species per infusionem vel ab obiectis sumat, vt late docent Conimbricenses disp. 3. de anima separata art. 5.

Not. 2. 2. Et licet defenderimus opinionem Catherini de naturali fælicitate infantium & eorum habitatione super terram post diem iudicij, nobis tamen non placere multa, quæ in eius probatione & defensione dicit, quæ merito reprehenduntur vel facile diluuntur à Bellar. loco citato. c. 2.

Not. 3.

3. Quem vsum sensuum paruuli isti post resurrectionẽ habituri sint, cũ frustra sensus non acceperint, dicendum esse disput. seq. cũ agemus de vsu sensum in corporibus glorioſis & plura ad hanc sectionem pertinentia tractanda esse in materia de peccato originali, vbi etiam discutiemus, an verum sit, quod ait Catherinus opusc. de vniuersali resurrectione in fine, scilicet hos futuros in iudicio à tergo domini, ne faciẽ eius videant.

(2)

DISPV.

DISPVTATIO DECIMA QVARTA DE BEATITUDINE corporis.

Præfatio ad hanc disputationem.

POST QVAM de beatitudine animæ tã naturali, quã supernaturali, tam præsentis, quã futuræ vitæ disseruimus, tandem in hoc tractu de beatitudine æquũ erit de beatitudine corporis agere: & nõ loquemur de corpore in via: in ea enim reuera nõ est beatũ beatitudine naturali, aut supernaturali, cum sit subiectã innumeris miseriis, licet late magna quædã corporis perfectio pulchritudo, robur, sanitas, &c. quædã corpoois fælicitas dici possit, maxime si iuuat ad virtutẽ, & scientiam; cui tamen interdum nocet, & infirmitas corporis prodest. Nam virtus in infirmitate perficitur, 2.Cor. 12. & D. Tho. 2.2.q. 123.a.1.ad. 1. & certum est, infirmitatem corporis, & alios defectus felicitatem animæ non tollere: licet enim is, qui foris est, noster homo corrumpatur; is tamen, quinitus est, renouatur de die in diem 2. Cor. 4. Vnde Christus, licet multa in corpore pertulerit, simpliciter fuit beatus. Deinde notandum est, multa nos potuisse hic inserere ex iis, quæ tract. de nouissimis olim diximus: sed tantum ea dicemus, quæ à Suarez non ita copiosè dicta sunt 3.p.to.2.dum ageret de resurrectione Christi, & quæ huic loco admodum sunt consentanea, cætera ad Suarez & alios remittimus.

Sectio 1. Vtrum resurrectio futura sit.

1. Error Philosophorũ, fabulosam putantiũ resurrectionem.

PRIMO, communiter philosophi resurrectionem negãt. Vnde Tertul. lib. de præscriptio. hæreti. cap. 7. ait. Vt carnis resurrectio negetur, de vna omnium philosophorum schola sumitur. Ita senserunt Epicurei & Stoici, qui propterea Paulum resurrectionem prædicantem, nouorum dæmoniorum annuntiatorem appellatur, Act. 17. v. 18, alii vero irridebant. v. 32. Eodem errore laborauit Plinius 2. histo. c. 7. & lib. 7. c. 55. Porphir. etiam, vt refert Aug. 22. ciuit c. 27. resurrectionem negauit: quia corpus nocere contemplationi, ait Plato in Phædone, & corpus corruptibile aggrauat animam. Sap. 9 idem tenuit Philolaus Pythagoricus. Nec Plato potuit veram resurrectionem ponere, cum senserit, animam non esse formam corporis, sed in eo esse vt nautam in naui: concesit tamen quandam veluti resurrectionem docens, animas post mortem pro qualitate suorum meritorum in corpora ingredi iumentorum, miluorum, &c. vel ad cælestia corpora rapi.

2. Error Sadducæorum eandem negãtium.

2. Inter Iudæos resurrectionem negabãt Sadducei Matt. 22. Luc. 20. Marci 12. Act. 5. 17. 23. 26. vbi Festo insanire visus est Paulus, eo quod resurrectionẽ prædicaret, dicẽs. Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat? & infra, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum. Imo Clemens lib. 5. consti. apost. c. 8. notat. non solum Græcos, sed etiam Iudæos existimasse, resurrectionem esse impossibilem; sic enim Ezech. 37. dicebant, aruerunt ossa nostra, &c.

3. Error

3. Eãdem negauerunt multi hæretici, Simoniani,

hæreticorũ similiter negantium resurrectionem.

niani, Caiani, Archontici, Cerdoniani apud Aug. de hæresi. cap. 18. 20. 21. Marcionitæ & Ophitæ apud Tertull. lib. de præscrip. hæret. c. 7. & plures alij, quos referunt Suar. 3. p. to. 2. disp. 50. Sect. 1. & optime Spencæns. 2. Timot. 2. ex varijs authoribus sumens. Futuram etiam resurrectionem negauerunt Hymenæus & Philetus. 2. Timo. 2. qui dicebãt, iam factam. Quorum error varijs modis explicatur, 1. explicatio est. Adami ibi cũ Amb, & scholijs græcis, & Epiphanio hæresi. 40. Archonticorum, resurrectionem factam, quia parentes in filijs, per quos repræsentantur, exhibent se quasi viuos. Quam explicationem Theodo. tribuit Turria. 3. cõtra Magdeburgenses c. 17. & confirmare possumus ex ecclesiastici. 30. mortuus est pater & quasi non est mortuus, similem enim post se teliquit scilicet filium, & hæc est Platonica immortalitas, quam in filijs, & alijs posteris habere quisque cupit, vt dicit Plato 4 delegibus,

1. explicatio erroris de resurrectione iam facta.

2 2. explicatio, quam Cyrillo tribuit Turrianus ibi, resurrectionem iam factam, ideſt iam vnum quemque remunerandum esse, hanc innuit ibi Theophil & ponit D. Tho. ibi: Sua. autẽ supra pro ea refert Tertull. qui, omnes negantes futuram resurtectionem, partiarios vocat, quia resurrectionem animæ confitẽtur; corporis autem negant.

3 3. Expo Hierony. & Primasij, hæreticos illos, ossa Israelis de captiuitate collecta Ezechi. 37. quasi resurrexisse interpretatos.

4 4. Sedulij animarum in alia & alia corpora transitum iuxta Platonicam pallingenesiam eos putauisse, hanc expositionem Theophilacto tribuit Suar. quòd dicat, si resurrectio iam facta est, sublatum est iudicium, & retributio: porro quid deinceps boni est reliquum, si eiusmodi sint vicissitudines?

5 5. explicatio est Sedulij, Bruni, D. Thom. glossæ interlin & Lyræ, resurrectionẽ iam factam, quia in his tantum futura erat, qui cum Christo resurrexerunt. Mat. 27.

6 6. explicatio resurrectionem iam factam, scilicet spiritualiter in animabus, quia corporum resurrectio futura non erat, ita exponũt authores 5. explicationis, & Ansel. gloss. ordinaria & Spencæus & Aug. tract. 19. in Ioan. Palac. 4. d. 43 disp. 1. dicẽs, hos fuisse ex 72. discipulis: deceptos autem ex illo Ephes. 2. conresuscitauit nos & Colo. 3. si conresurrexistis cum Christo, &c. Quod tamen recte exponit Aug. ep. 119. ad Ianuar. ca. 3. de resurrectione iam facta in spe, non in re. Rom. autẽ 6. dicimur cum Christo mortui, & viuentes spiritualiter, & mystice, & eodemmodo intelligitur id Ioã. 5. qui credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam: & hæc resurrectio animæ dicitur. 1. apoc. 20. de eaq. exponit Spencæus loca citata Ephes. 2. Coloss. 3. Ibidem etiam, scilicet 2. tim. 2. Spencæus ex Tertull. lib. de resurrectione carnis & Amb. lib. de fide resurrectio. cap. 3. probat, aliquos hæreticos solum agnoscere resurrectionem animæ: quod etiam refert. Aug. Ioan. 5. tracta. 22. Method. in Aglaophonte, & Epiphanius hæres. 64. ipsum late referens, docuere, Originem in id. ps. 1. ideo non resungunt impij in iudicio, & in id. ps. 76. transiuimus per ignem & aquam, veram resurrectionem negasse, similiterque Phocius patriarcha Constãtinopo. tract. de 7. concilijs in. 5. At vero Eusebius Pamphilus apologia pro Origene propositione. 7. ex multis eius locis probat, recte sensisse de carnis resurrectione, & præsertim ex lib. Origenis de resurrect. carnis & hom. 1. & 25. in Nume. plane sentire videtur, idem numero corpus suscitandum esse & clarius hom. 9. asserit enim, sola qualitate diuersum fore, nempe quia postea erit incorruptibile. & cum alijs gloriæ dotibus, quas ponit Paulus. 1. Cor. 15. Errauit tamen, quia negauit, habiturum veram figuram humani corporis & veram organizationem: & in hoc sensu damnatum esse eius errorem in. 5. Synodo, refert Nicepho. lib. 7. c. 27. & 28. Sic Suar. supra Origenem intelligit, & Spencæus ait, immerito dici, quod resurrectionem negauerit: & certe Epiphan. & Method. supra non aliter dicuut, resurrectionem negasse: pro quo errore Proclum etiam referũt. Circa hoc testimo. 2. Timo. 2. nota, aliquos, inter quos est Salmerõ eodem loco disp. 2. legisse Hermogenem & Philetum, & qui fuerint explicat Salmeron ibi, qui etiam obseruat, græcos codices pro Phileto habere Phygellum, & ita legisse Amb. eo loci, & Hierony. ep. 128. ad Fabiolam sub initium, de vestibus Aaron. tom. 3

Conclusio.

Contra hos omnes errores veritas catholica est, resurrectionem mutuorum futuram esse Iob. 14. cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea & cap. 19. credo, quod redemptor meus viuit & in nouissimo die de terra surrectarus sum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Licet saluatorem meum, nõ habeatur in hæbreo, nec in versione Hierony. nec legatur ab Aug. 22. ciuit. c. 29. de quo Viues ibi & & Castro verbo resurrectio. hæresi. 2. intulit autem suam resurrectionem Iob ex resurrectione Christi, scio quod redemptor meus viuit & clarius hac consequentia vtitur Paulus 1. Cor. 15. Si Christus resurexit a mortuis, quomodo quidam dicunt inter vos, mortui non resurgunt? vt exponunt ibi omnes & S. Tho. 3. p. q. 53. art. 1. Eodem arg. vsus est Paul. Acto. 26. ver. 8. & sequentibus resurrectioue

aliorũ

aliorum & resurrectione Christi à se visi confirmans vt ibi notat Chryso, quem citat Lorin. ver. 8. vbi Paulus ait. Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat. Et, quid, esse aduerbium interrogandi, merito docet Hugo Arias, & editio Syra. Si loquitur ibi Paulus cum solis Iudæis, recte miratur, se in iudicium vocari propter assertionem resurrectionis inter eos communiter satis certæ & tritæ: Si etiam cum gentilibus vt affirmat Sa. & innuit Caiet. quia infinita est potentia Dei, & vt refert Clarius immensa est, finemque potêtia cæli. Non habet & quid quid superi voluere peractum est. Quod vere dicit Paulus. 1. Cor. 15. mysterium vobis dico Theoph. explicat, esse occultã vim huius illationis Christus resurrexit ergo & nos. manuducit præterea ibi Paulus ad intelligêtiam resurrectionis, ex viuificatione mortuorum seminum: vnde Cyril. Hierosoly. Catechesi. 18. ait. Qui quotidie videt reuiuiscentiam hanc in seminibus, cur bacillat? Eodem argumento vtitur Amb. lib. de fide resurrectionis. Greg. 24. mor. c. 30. Chysost. hom. 44. in Ioãnem ait, qui docendus est resurrectionem, nõ est Christianus, puta quia non tenet potissimum fidei & spei Christianæ fundamentum scilicet resurrectionẽ corporũ, sine quibus animæ plenũ integrũ & cõpletũ præmiũ perfectã que fælicitatem non habebunt. de quo vide Aug, lib. de cognitione veræ vitæ. cap. 41. to. 9. Vnde Paulus supra, si mortui non resurgũt innanis est prædicatio nostra, innanis est & fides vestra & actor. 24. v. 15. spem habens in Deo, quam & hi ipsi expectant, resurrectionẽ futuram iustorũ & iniquorum, in hoc audeo ipse sine offendiculo cõscientiã habere ad Deũ & homines semper, ideſt in hac fide fundatus seruo rectam conscientiam, & Christus mat. 24. negantibus resurrectionem ait, vos multum erratis non intelligentes scripturas, errabant multum, tum quia in fundamento vitæ Christianæ, tum quia hoc erat in scripturis clarissimum, narrabant enim scripturæ resurrectiones factas ab Elia & Eliseo & aliorum resurrectiones promittebant per Christum & apostolos, & in fine mundi faciendas. Vnde miror Chrysosto. hom. 1. de Lazaro dicentem, Lazarum non habuisse notitiam resurrectionis, quia ante Christi aduentum res erat prorsus ignota, & merito videtur à Sixto reijci. 5. biblioth. annot. 151. non enim solum ex scripturis poterat Lazarus de resurrectione generali & speciali facta & futura notitiam habere, sed etiam ex gentilibus. Plato enim 10. de Repub. ait Erum Pamphilum, qui in acie occubuerat, 10. postea die resurrexisse, & Macrobius. 1. de somno scipionis ait Ciceronem doluisse quod hæc Historia ab indoctis fuerit irrisa, vt fabula. Eandem Historiã narrat Valerius Maxi. lib. 1. c. 8: Fulgo lib. 1. c. 7. Pamphilum alium Neorlidis filium, Platonis auditorem reuixisse refert Plato circa Phædonis principium & Volaterra lib. 18. anthropo. Plin. 7. Histo. ca. 55. refert Democritum, qui resurrectionem a Deo promissam sperabat & lib. 22. capite. 2. ait Xanthus historiarum author in prima earum tradidit occisum Draconis catulũ reuocatum ad vitam apparente herba quam Balin nominat, eademque Tillonem quem Draco occiderat, restitutum saluti. Glaucum quempiam motuum, ferunt gustato melito pharmaco reualuisse, alij herba (quam Draconẽ vocant) vitæ restitutum auctore Erasmo in explanatione illius adagij. Glaucus poto melle resurrexit, Palicos iouis. & Thaliæ filios reuixisse Aeschylus apud Volaterranum scribit, vide Macrob. lib. 5. Aesopum ex Phorigia fabulatorem Timparæum quoque & Herculẽ reuixisse testis est Cælius 8. lect. antiq. De Oro filio Isidis idem refert Siculus lib. de rebus antiquis c. 2. De Enarcho Plutarchus lib. de anima & Fulgosus lib. 1. c. 7. idem de Soleo refert Plutarch. lib. de numinis vindicta. Plutarchum & Platonem hæc referentes adducit Euseb. 11. præpar. c. 18.

De his & alijs multis idem refert Thea. trum vitæ humanæ lib. 18. titul. mortui, qui reuixerunt & Aug. 22. ciuit. ca. 27. qui etiam c. 28. ait Plato. dixisse animas sine corporibus non posse diu viuere: ideo etiã sapientium animas post longa tempora reuersuras in corpora & 12. ciuit. c. 13. ait, Platonem docuisse post expeltum, motũ. 8. sphæræ & reditura omnia eadem numero, eandem scholam Athenis, eosdem discipulos, & Magistros, eandem sententiam tribuit Platoni Niphus. 5. phy. t. 38. & 2. de generarione in fine, vbi Alex. & Philipon. Tolet. q. vltima & alij, qui eam late impugnant, licet; Mars. ficinus lib. 11. de Theologia Platonis neget, esse opinionem ipsius, Pythagoras metempsicosim ideſt transanimationem docuit & ita generalem vt animarum nostrarum in bestias & rursum bestiarum in homines & animalium in plantas transitum crederet. Hinc vt testatur Hierony. 2. contra Iouian. c. 35. Pythagorici, omne quod mouetur, & viuit edendum non putant, & eiusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumue succiderint, cuius parricidæ sunt, & veneficij: ipse in super Pythagoras se dicit in bello Troiano fuisse militem Euphorbum & ibi occisum a Menelao. qui minor Atrides dicebatur, vnde Ouidius 15. metamorpho. opinionem Pytagore pertractans, in persona ipsius ait, ipse ego memini

memini

memini Troiani tempore belli Panthordes Euphorbus eram cui pectora quondam. Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ & rursus in eodem. Morte carent animę semper priore relicta. Sede nouis domibus viuũt, habitantque receptæ. Omnia mutantur nihil interit, errat, & illinc, huc venit, hinc illuc & quoslibet occupat artus. Spiritus est quo feris humana in corpora transit: in quo feras noster, neque tempore deperit vllo. Vt nouis facilis signatur terra figuris. Nec manet vt fuerat, nec formas seruat easdem: sed tamen ipsa est eadem, animam sic semper eãdẽ. Esse, sed invarias docet migrare figuras.

Plato Pythagoræ opinionem audiens ipse quoque animas post mortem reuolui vsque ad corpora bestiarum scribit: hunc sequentes Apuleius Plotin. Virgi. Varro & Tertull. Origines quoq. nonnulla de animarum reditu impie scripsere, vt ait Horontius lib. 11. c. 27. quorum aliqui, omnes animas ab initio puras conditas arbitrantur, & eas, quæ ab omni contagione corporis liberæ sunt, cœlum possidere, appetitiuas vero corporum latenti desiderio de cœlo prospicere & põdere terrenæ contagionis paulatim in inferiora dilabi, corporibus diuersis coniungi, & ab his tandem resolutas & purgatas, non eadem, qua descenderunt porta, ad superos reuerti, Duas siquidem in cælo portas pro ascensu & descensu animarum Macrobius in somno Scipionis ad mentẽ Platonicorum explanat, Prima est porta hominum & descensus, cãcer scilicet, altera Capricornus, porta Deorũ, qua rursum ascendentes animæ immortalitatem Deorum consequuntur. Galaxia autem, per signiferũ protensus circulus, locus est beatorum Cætera autem signa transeuntes quasi ebriæ ex visis, eorum obliuiscuntur, quę habebant in cœlo, in Sphæra Saturni acquirunt intelligentiam, in Ioue vim agẽdi, in Marte animalitatis ardorem, in Sole sentiendi opinandique naturam, in Mercurio interpretandi vigorẽ, in Luna vim auguradi. Purgatas quoque euocari ad lethæum flnuium, vt inde bibentes obliuiscantur præteritorum malorum quæ in corporibus passæ sunt & ad superacõscendãt & ab his rursum in inferiora reuerti cupiant. Vnde Virgilius Platonice dixit, 6. Aeneid. lethẽũ ad fluuiũ Deus vocat agmine magno, scilicet immemores supra cõuexa reuisent. Rursum & incipiant in corpora velle reuerti In tantum etiã Apuleius desipuit, vt in lib. de Deo Socratis assereret, animos hominum in dæmones trãsire vel lares si boni sint, vel lemiores, siue laruas, si mali, Manes autẽ Deos dicunt. Varro autẽ animarum reuertionẽ ita cõstrinxit, vt nõ in bestiarũ sed in humana corpora redire eas dixerit. Trãsmigrationẽ animarũ Proclo tribuit Charth. li. 2. de lumine Christianæ Theoriæ art. 92. quia dicit Proclus Theoremate 199. omnis anima mũdana periodis vtitur propriæ vitæ & institutionibus, Porphyrius quoq. eandẽ transmigrationem docuit & post purgationem, de cælo non reuersuras amplius in alia corpora: Purgationem animarum Theurgiam isti dicunt & has fallas opiniones Augustꝰ. 9. & 10. ciuit. reiecit, & Amb. lib. de fide resurrect. c. penultimo & vltimo huius figmenti authores irridet, dicens. Nec enim mirũ videri debet, quod vos, qui bestias adoratis, creditis vos in bestias posse mutari, vide etiam Nysse. lib. de fato seu potius Nemesi. lib. de natura hominis c. 38. in fine, vbi ambitum & annum magnum Platonis refert & refellit, Origines vero in libris periarchon. (vt refert Hierony. ad Auitum & in expositione fidei ad Damasum & Horontius supra c. 28.) animas in cælo fuisse angelos & ob peccata propria in corporibus etiam iumentorum seu carceribns inclusas esse, & hinc migrantes, si male egerint, reuersuras in corpora. Eandem sententiã Orini 2. periarchon. tribuit Viues. 12. ciuit. c. 13. ex Aug. ibi Carthus. supra & Epiphanius hæresi. 64. Theophilus Alexandrinus. 2. paschalis Origenes autem à Pythagoricis (quos impugnat Tract. 3. in Matheum) differt, quod illi modo fieri hanc tranasmigrationem putant. Origin. vero futuram tantum post multa sæcula, quidam etiam dubitant. An Arist. transmigrationem animarum posuerit, ne infinitas animas concederet, vt Alexa. Philop. Niph. Marsil. 2. de generatione in fine. Item reditum animarum ad corpora post certa tempora docuerunt Valerius flacus. 3. Argon. Claudiã. lib. 2 in Ruffin. Cõtra hos autẽ errores vide Aug. 11. ciuit c. 23. lib. 12. c. 13. lib. 13. c. 19. & 20. ep. 28. ad Hierony. de origine animæ ep. 157. ad Optatum, vide etiam Isidorum 8. Ethimolog. c. 5. qui refertur 24. q. 3. c penultimo, hanc autem transmigrationem, cum nõ sit ad eadem corpora, non esse veram resurrectionem recte docuit, Tertull. lib. de resurrectione carnis c. vltimo: eam tamen posuisse Virgil. 6. Aeneid. cum dixit iterumque ad tarda reuertũ corpora, &c. Dixit Aug. Serm. 143. de tempore, veram autem resurrectionem agnouisse aliquos philosophos, docet ipse Aug. 21. ciuit c. 27. & 22. c. 28. & Viues lib. 13. ca. 19. Tertull. lib. de resurrectione carnis, Theodoretus tract. de fine & iudicio. Lactant. 7. diui. instit c. 22. & 23. vbi citat Chrysip. lib. de prouidentia & Sybillam, cuius carmina latine reddemus sectione sequenti.

Marsil. ficinus in Phedonem ait, ingẽti quadã fiducia Platonẽ ibi resurrectionẽ asserere, qnã paulo ante innuerat, & inpolitico cõprobat, &

bat,& 10.de Repub. vt refert Euseb. 11.præparatio.c.18.licet ibi Iacobus grinæus dicat solum posuisse resurrectionē iuxta annū Platoni cum vnde Lysias act. 23. ver. 29. qui erat gētilis,non putauit Paulum ob assertionē resurrectionis esse dignum morte, aut vinculis, cū Iudæi fere omnes & ex gentilibus non pauci resurrectionē confiterentur,& ad bonos mores conseruandos ,& promouendos maxime cōduceret,resurrectionem etiam posuit Mercurius Trismeg. in Pimandro. & qui olim dicebantur magi vt affirmat Laertius lib. 1. pag. 4.& Theopompus apud Laertium ibi & Eudemius Rhodius Clemens etiam 1.constit.apost.ca.8.refert hæc carmina Sybillæ Atque vbi cuncta cinis fuerint,tenuisque fauilla atque idem Deus extinguet,quem incenderat ignem,ossaque restituet rursum ,cineresque sepultos.Et genus omne hominum, vt fuerant,Deus ipse reponet,&c. Hinc Horontius lib.11. ca.30.in fine ait Resurrectio mortuorum , & alia vita non solum a Christo & Apostolis sed a Prophetis prędicata est,& a gētibus pronunciata- vt videre est in versibus Sybillę Erithreæ quos Aug. 18.ciuit.ca.24. commemorat, Plato etiam scripsit animas ad corpora redituras Sic Virgil.Sic Pythag. senserunt. Labeo quoque & Marcus Varro nōnullos reuixisse scripserunt,vt recitat Aug. eodem lib.c.28. Potuit ergo Lazarus & quiuis alius non solum ex veteri testamento ,sed ex Philosophis resurrectionē agnoscere. Testimonia scripturę notantur ab Arlemio in indice Bibli. verbo resurrectio· potissima sūt quæ adduximus,& Iob.21. ipse ad sepulchra ducetur & incongerie mortuorum euigilabit,Isa.26.viuent mortui tui , interfecti mei resurgent & c.66. ossa vestra quasi herba germinabunt. Daniel 12.4.Esdræ 2. 2.Machab. 9. Ezechiel.37.Christus Mat.22.probat ex illo Exod. 3. ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, &c. Nam Deus non est mortuorum sed viuorum,quæ collectio difficultatem habet. Caiet. ibi ait, Christum non immediate & simpliciter resurrectionem probare sed mediate & ad homines, scilicet Sadduceos, qui propterea negabāt resurrectionē,quia negabant animæ immortalitatē,vnde probata immortalitate animæ conuincebantur de resurrectione.Catheriuns autē lib,contra errores Caiet.prope finem titulo de multis indignis expositionibus verborum Domini. Caiet. reijcit 1. quia D. Th. 4 d.43.ait,Christū subtilissime & efficacissime probare resurrectionē. quia anima Abrahæ non est Abraham,ergo Deus est Deus viuorū;ergo nō sola anima Abrahæ viuit sed ipse Abraham, nimirum,quia Deo iam viuit,cum ab eo suscitandus sit. Deinde quia etiam si Sadducæi ideo negarent resurrectionem, quia nō credebāt,animā esse immortalē,tamēpotuere illā negare etiā alia ratione,vnde etiā admissa animæ immortalitate non conuincebantur à Christo.Scio Canum 12. de locis & Suarez. 3.p.to.2.disp.50.Sectio 1. defendere Caietan. à Catherino, nam Caiet, expositionem suam ex Theophil. & Hiero.sumpsit, qui etiā Abraham pro anima Abrahæ sumpsere . Sed ego adhuc non acquiesco Caiet. probatur nam licet Abraham pro Abrahæ anima sumatur, simpliciter procedit' ratio Christi & Absolute resurrectionem probat. Ratio enim est: si Deus est Deus Abrahæ,idest eius prouidentiam habet,eius animam plene remunerat,etiam in corpore quod illi collaborauit, quæ expositio colligitur ex Euthym.ibi Amb. & Beda Lucæ.20 Chryso.ho.70.in Mat.de fide resurrectionis.Aug.ttact.49.in Ioan. Epipha.in anchorat.S.Tho.2.contra gentes c.79. Martinez.8 Hipotypos c.6.& ipse Canus fatetur,expositionē D.Tho. prælarioręē esse , eā demque esse Theophylacti. De quo loco & alijs vide Suar supra,vide etiam Maldo.Mat. 22,vers. 32.vbi ait, in illo Christi arg. duplicē esse diffic. 1. est quia ex hoc quod Deus sit Deus Abrahā,&c.nō videt bene colligi,adhuc viuere ,nā Iacobus & Ioannes dicuntur filij Zebedæi,qui iam erat mortuus,ergo & Deus potest dici Deus Abraham & aliorum, licet nullo modo viuerent. 2. quialicet inde probetur animas viuere , non continuo probatur corporum resurrectio.Ad 1. Resp. Chrysost. Euthy. Theophy .argumenti vim in eo esse, quod Deus dicit , ego sum , de præsenti, ergo illi de præsenti viuunt: sed obijcit Mald. quia posset exponi: ego sum qui fui Deus Abrahæ,cum viueret.Alij dicunt, sensum esse. Ego sum Deus,quē colit Abrahā;ex quo bene sequitur Abrahā viuere.Alij, Deus gloriatē se esse Deum Abraham,non autem gloriaretur, si Abraham penitus interijsset. Maldo. exponit, ego sum Deus Abraham : de propagāda sobole, volo promissum implere , quia me quotidie precibus solicitat. Deinde ait voluisse confundere Sadducęos , arg. probabili tantum , quod tamen illi licet esset facile solutu, soluere nescirēt.Ad 2. Resp. esse faciliorem,quia vt notāt Orig.Hiero. & author imperfecti, Sadducæi ideo negabant resurrectionē,quia negabāt animę immortalitatē,vt patet Act 23.8.vnde probata Sadducæis animę immortalitate, probabatur resurrectio.Addit non solum inter Iudæos sed etiam inter omnes philosophos, has duas quæstiones esse copulatas , & iugatas. Vnde 2. Macha.c.12.43.ex animarum immortalitate resurrectio prabatur, & 1. Cor. 15. ommia fere argumenta,quibus resurrectio probatur, tantum

Locus Mat.22.explicatur.

tum valent ad probandam animæ immortalitatem. Hæc Maldo.

6 Resurrectionem etiam probant Epipha. hæres. 9. Samaritanorum, & Theodorus. Græcus. 1. contra hæreses actio. 1. quia Abel & alij non receperunt præmium in corpore, dum vixerunt, ergo debent resurgere, vt in corpore illud recipiant, æquũ est enim vt corpus pro Deo afflictum remuneretur, quæ ratio est etiam Origenis lib. de resurrectione carnis. Præterea de resurrectione lecti prodere runt, Tertullianus, Ambrosius, de fide resurrectionis, oratio, & libellus alter, Theodereti de Prouidẽtia sermo. 9. Gregorij Palamæ prosopopeiæ, Athenagoras ex Athenienfi philosopho Christianus, Ruffinus in expositione Symboli.

Vide Theodoretum epito. diuin. decret. lib. 5. de resurrectione, vbi impugnat Cerdonem Marcionem & Manetem, qui resurrectionem negauerunt & c sequenti: de iudicio ait, iniustum esse, si corpus non afficiatur præmio vel supplicio, aitque Pythagoram, Platonem, Manetem, & Gnosticos, & Carpocratem & Epiphanem, Prodicum, & Galenum transmigrationem animarum posuisse.

Sectio Secunda. Vtrum resurrectio sit naturaliter possibilis per causam creatam aut increatam.

7 1. opinio PRima opinio est, resurrectionem esse naturaliter possibilem, quã forte tenuere Plato, Democritus & alij Philosophi, qui vt superiori sectione referebamus, dicebant resurrectionem futuram vel factam, tamen super naturalem ordinem non videntur cognouisse. fauet Scotus. 4. d. 43. q. 3. existimans, idem per naturam rediturum, si eadem materia iterum approximetur eidem agenti nnmero vel specie. Vnde si, inquit, contingeret, eandem materiam seminis menstrui in matrice eiusdem vel alterius fœminæ constitui, formaret idem numero corpus, quod antea conceptum fuerat, idest cum eadem numero forma corporeitatis, vnionem autem eiusdem animæ putat a solo Deo posse fieri, sed parem consequentur. Si enim agẽs naturale potest eandem numeto formam producere & vnire, cur animam corruptibilem reproducere & vnire non potreit & incorruptibilem extantem vnire? concedit tamen eam vnionem fieri a Deo vt atthore naturæ. Huic sententiæ fauet Richardus ibi. a. 3. q. 1. ad 6. docet enim probabile esse, facta applicatione eiusdem materiæ eidem vel simili agenti, redire eundem numero effectum: quæ opinio tribuitur Bona. Aureol. & Bernardo de Gannaco. male autem pro hac sententia refertur D. Tho. ibi a. 1. q. 3. dicens, resurrectionem fore miraculosam, quia dispositio materiæ non fiet modo naturali per virtutem seminis. Ibi enim docet sane hanc esse sufficientem causam, sed non solam & similiter quando d. 44. q. 1 a. 1. q. 2. ad. 1. dicit, per generationem naturalem non redire idem numero, quia non fit ex eadem materia, non intẽdit rediturum eundem numero effectum, si materia eadem numero, casu vel Angelorum industria rediret, vt redire naturaliter posset. Male etiam hęc sententia tribuitur Marsil. 4. q. vltim. a 1. nam ibi potius sentit, hanc actionem esse miraculosam & supernaturalem ex parte agentis, dicit autem esse naturalem ex patre subiecti, quod est materia, non quia habeat inclinationem vel potentiam naturalem ad recipiendam iterum animam; sed quia est naturalis secundũ suam substantiam: ait etiam, resurrectionem esse naturalem ex parte animę, quia licet miraculose conseruatur, tamen naturaliter appetit corpus & in illud tẽdit & inclinatur, in qua re male loquitur, nam anima naturaliter & sine miraculo conseruatur extra corpus & non habet appetitum innatum ad corpus, magis quam corpus ad animam. Henric. vero qnodlib. 11. q. 4. nihil ad rem dicit, sed q. 14 dicit, animam eo ipso, quod approximatur ei corpus, scilicet conuenienter dispositum, vniri connaturaliter illi, & idem ait de accidẽtibus eucharistiæ quòd si approximaretur eis subiectũ, vnirẽt se illi connaturaliter, vnde reuera sentire videtur, to am supernaturalitatem resurrectionis consistere in dispositione corporis, & ita inteiligendum est, quod dixerat quodlib. 7. q. 16. ab agente naturali non posse fieri resurrectionem, neque idem numero reproduci, licet facile intelligi possit, quomodo id à Deo miraculose fieri possit. Resurrectionem etiam esse naturalem dixit Paulus Venet. 2. de gene. q. vltima.

Cuiuscunque tamen hæc sit sententia, suaderi potest. 1. arg.

Primo, Nam si materia est eadem & agens idem, effectus erit idem 8. meta. capitulo 7. Sed naturaliter potest esse eadem materia & idem agens, ergo potest naturaliter idem effectus redire.

Secundo. Quia in materia est natura- 2. argu.

lis potētia & capacitas ad recipiēdam iterum animā, & in anima est naturalis vis & potentia ad informandum irerum corpus & appetitus naturalis ad vnionem cum illo. ex Aug. 12. Gene. ad lit. c. 35. D. Thom. 1. parte q. 76. a. 1. ad 6. Auicen 6 naturalium dicente, animæ inesse inclinationem naturalem vt corpus regat & ipsi adhæreat, appetitus autem naturalis naturaliter expleri potest, alioqui frustra esset inditus à natura, ergo resurrectio est naturaliter possibilis.

Confir. 1. Confir. 1. nam iuxta Aug. 3. Trinit. c. 8. homo appetit naturaliter beatitudinem, vera autem totius hominis beatitudo, sine resurrectione esse non potest, ergo vel appetitus naturalis non poterit naturaliter expleri, vel resurrectio est naturaliter possibilis.

Minor probatur, quia vera beatitudo æterna esse debet, alioqui vel homo non erit securus de possessione suorum bonorum, vel ex errore habebit talem securitatem. Vtrūq. autem veræ fælicitati repugnat, vt docet Augusti. 13. Trinita. cap. 8. & 20. & 12. ciuit. cap. 13.

Confir. 2. Confir. 2. quia nihil violentum est naturaliter perpetuum. Sed animam esse extra corpus est illi violentum, ergo anima non potest naturaliter esse semper extra corpus, ac proinde, aliquando ad corpus redibit.

3. Argum. 3. Argumentum ex Clemente, Sexto constat: c. 6. alias 8. vbi ait, qui corpus Adæ ex terra fabricatus est, idem & Adæ corpus, & cęterorum post dissolutionem resurgere faciet, quod hoc naturæ hominū rationis participi debeatur, viuere scilicet in sempiternum, sed quod debetur naturæ naturale est, ergo resurrectio est naturalis.

4. Argum. 4. Quia integra remuneratio & punitio est naturalis, & ad naturalem Dei prouidentiam spectat, conferre autem animæ iustæ corpus impassibile & iniustæ corpus passibile & tormentis subiectum, pertinet ad integram remunerationem & punitionem, ergo naturale est, ac proinde resurrectio, quæ ad hoc ipsum supponitur, vel in eo includitur, naturalis erit, qua ratione ad persuadendam resurrectionem contra gentiles & alios videtur vti Chrysosto. hom. 65. in Ioan. dicens, Ego aliud dicam ab humanis rationibus (ideſt naturalibus) alij malitiam, alij virtutē sectantur. Sed malitiæ Sectatorum multi fæliciter in vltimam peruenerunt senectutem, virtutis autem contra: quomodo ergo pro meritis vnusquisque accipiet? scilicet si fututura non est resurrectio. Eandem rationem repetit Chrysosto. sermonibus de resurrectione, & Theodo. epito. diuin. decret. lib. 5. c. de iudicio ait. Quomodo ergo iustum est, vt corpus, quod vna cum anima virtutes comparauit, puluis sit, & abijciatur, sola autem anima vt victrix pronūcietur, &c. eadē ratione vtitur Aug. de Catech. rud. c. 15.

Et Damascen. lib. 4. c. 28. hac ratione nitens concludit, Si non est resurrectio, non est Deus nec prouidentia, & Cyrill. Ierosolim. Catechesi. 18. Si apud te hominem mortalem est talis retributio, apud Deum Regem omnium sempiternum iustitiæ non erit retributio?

Tertullianus lib. de resurrectione carnis cap. 14. inter alia dicit, hæc est tota causa imo necessitas resurrectionis, cōgruentissima (scilicet Deo) destinatio iudicij. Similia dicit c. 33. 34. 40. & sequentibus, & libro de patientia, cap. 11. Augustt. lib. de cognitione veræ vitę. cap. 41. Nyssen. oratione 3. de resurrectione ex hac ratione infert. non est resurrectio, non est iudicium. Similia Epiphan. in Anchorato Athenag. lib. de rerſurrectione.

5. Argum. 5. Arguitur, quia nisi resurrectio esset naturalis, non possemus eam assequi ratione naturali. Hoc autem videtur falsum, quia ratione naturali assecuti eam videntur Philosophi & gētiles, quos precedenti sectione commemorauimus, ergo, &c. Vnde Hugo. 1. de sacram. p. 17. c. 13. qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certe hanc tenere ex ratione debuerunt, &c. & Parieſien. lib. 1. de vniuerso. p. 2. fol. 153. & sequentibus, licet doceat a nulla creatura homines suscitari posse, tamē videtur sentire fieri non potuisse, quin à Deo suscitarentur & in corporibus gloriosis, ergo resurrectio naturalis est, si enim super naturalis esset, non esset necessaria.

6. Argum. 6. Argument. Nam animabus decedentibus in originali non dātur, nisi quæ sunt naturæ debita, datur autem corpus perfectum, ergo est naturæ debitum. Propter aliqua ex his Suarez 3. p. to. 2. disp. 44. sectione 7. putat non esse improbabile resurrectionem pertinere ad ordinem naturæ, non quia ab alijs causis naturalibus fieri possit, sed à Deo tantum vt author naturę est, & ita si homo conditus esset in puris naturalibus, esse resurrecturum.

Sententia tenenda. Probabilius tamen censet, stando in solo ordine naturæ, resurrectionem non esse possibilem, quam sententiam certam semper existimaui, ita enim tenent Diuus Thomas quodlib. 4. arti. 5. 4. contra gent. cap 81. addi. 3. partis. q. 75. arti. 3. & 4. dist. 44. q. 1. arti. 1. q. 2. & d. 43. q. 1. arti. 1. q. 3. & 1. Corinth. 5. lectio. 5. Soto eadem. d. q. 1. a. 3 Scotus quęstione. 2. & 3. Catherin & Palac. q. 1. Alb. Palud. Richard. Capreo. Hispal. Aegidius. Theorem. 1. Parisien. 1. de vniuerso. parte 2. Alens. 2. parte quæstione 42. mem. 2. articulo 5. Horontius lib. 11. cap. 30.

Ioan.

quodlib.7.q.16.Pined.lib.de Ioan.Bap.a.2.c. 3.Angles.q.de resurrectio.a.1. Quād. 4.d.43. propo.6.Iauel.de Christiana philo.p.8.tract.3 c.3.Altisiod. 4.sum. tract. 10.q.1.in fine & latius q.2.

Prob. 1. ex Dyon.c.6.d.no.dicente. Totos, animas dico, & socia corpora ad perfectam vitam & immortalē trāsferre pollicetur, quod veteribus quidem præter naturam fortasse videatur, mihi vero tibique & veritati & diuinum & supra naturam, vt est, videtur, supra naturam nostram dixerim visibilem, non supra omnipotentem. Prob. 1.

Lact. 7. diuin. instit. c.23. resurgent, & à Deo corporibus induentur, & infra. Qua de Anastasi philosophi quoque aliquid dicere conati sunt, tam corrupte quam Poetice & infra, quòd si non modo Poetæ, sed etiam Vates, & philosophi Anastasim mortuorū futuram esse consentiunt, nemo quærat à nobis, quemadmodum fieri possit, nec enim diuinorum operum potest reddi ratio, sed si à principio Deus hominem, nescio, quo inenarrabili modo instituit, credamus ab eodem restitui veterem posse, qui nouum fecit.

Grego. ho.20 in Ezechiel. de resurrectione loquens dicit, diuinæ virtutis mysteria quæ comprehendi non possunt, non intellectu discutienda sunt, sed fide veneranda, quia quidquid ratione hominis comprehēdi potest, mirum iam esse non potest, sed sola est in miraculis ratio potentia facientis.

Eodem modo loquitur Damascen. 4. fidei. c. 28. vbi ait resurrectionē futurā diuina volutate, virtute & nutu Chry. homliis de resurrectione, & hom. 65. in Ioan. & 2. in acta. vbi ait, longe maius esse suscitare mortuos, quam scire diem iudicij, & hom. 8. in 1. ad Thessal. dicit, resurrectionē esse diuinæ virtutis opus, & hom. 7. in Ioan, hoc potius esse fide credendum, quam discutiendum.

Amb. 1. de fide resurrectionis ideo, inquit, resurrectio difficile creditur, quia Dei munus est.

Augu. 13. Tri. c. 9. fides, inquit, totū hominem immortalem futurum, qui vtiq. constat ex anima & corpore, non argumentatione humana sed diuina authoritate promittit. Certe, si resurrectio à Deo vt authore naturæ fieri posset & deberet, argumentatione humana concludi posset, ideoq. ratione humana concludi non potest, quia nec à Deo, vt author naturæ est, fieri potest. Similia habet 22. ciuit. c.4.& sequentibus, & in id Ps.88. Sedes super Cherubin, dicit, nihil esse quod tantam contradictionem à sapientibus sæculi passum sit, sicut resurrectio. Propterea Paulus Athenis annūtians resurrectionem, nouorum dæmoniorū annūtiator dicitur Acto.17. & c.26 dixit ei Festus, insanis Paule, & profecto sēper fuit magna difficultas in credenda mortuorum resurrectione, non propter dotes gloriæ, quæ à Prophetis & Apostolis raro prædicabantur, nec pertinebant ad resurrectionem malorum, de qua etiam illi loquebantur, sed propter reditum animæ ad idem corpus, vnde in credenda ipsa Christi resurrectione tanta fuit discipulorum difficultas, vt visa sint delyramē ta, quæ de illa dicebātur, proptreea in Symb. Apost. & Constanti. & Nicæn. & Athan. resurrectio ponitur & inter præcipuos fidei articulos numeratur. Paulus 1. Cor. 15. resurrectionem appellat mysterium dicens, ecce mysterium vobis dico: quo nomine significatur aliquid absconditum cteditu difficile. Vnde Auicen. tract. 9. met. c.7. ait, resurrectionem reuelatione tantum diuina tenendam esse, quā in sua lege Mahometana falso esse putat & Sybilla hoc mysterium durum creditu appellat, in carminibus, quæ græce tantum à Lactant. referuntur, lib.7 c.23.& latine sic habēt Etenim durum creditu, omne hominum genus, cum iam mundi & mortalium venerit iudicium, quod ipse faciet, iudicans impios simul & pios, tunc demum, impios quidem in tenebras, in ignem mittet, qui autem pietatem colunt, iterum viuent in terra, spiritum Deo dante honorem & vitam ipsis.

Et quidem, resurrectionem virtute herbarū aut medicamentorum fieri non posse, satis experientia confirmat.& ps. 87. nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, aut medici suscitabunt, &c. quare quod apud Plinium habetur & relatum est superiori sectione, de mortuo per herbam quandam suscitato, fictitium est, & similiter Angeli cum non agant nisi applicado actiua passiuis, neminem suscitare possunt, neq. in cælis talis influxus obseruatus est, vel repertus, nec resurrectiones, quas historiæ cōmemorāt, possūt in causas naturales creatas referri, cū anima sæpe redierit, ad materiā, tunc, nō dispositam vel quę naturaliter disponi non potuit ad susceptionem animæ per causas creatas, imo nec per Deum, vt naturæ authorem, ergo resurrectio etiam à Deo vt authore naturæ fieri non potest. 10

Ratio etiam id suadet, quia non potest naturaliter fieri, vt eadem numero materia præsertim tota & in eadem quantitate sine vlla additione vel diminutione applicetur eidē numero agēti & eadē numero dispositiones ab eo recipiat, nam materia ex qua homo formatus est, varias postea mutationes suscipit & causæ parculares, quales sunt pater & mater & semina & aer continens: causæ item vniuersales, scilicet cœli, magnas varietates habent, propter quas varie materia disponitur, si autem materia non 11 Prob. rat.

sit omnino eadem, & cum eisdem omnino dispositioinibus, nõ generabitur idem homo, nec redibit ad illam eandem numero animam, ergo resurrectio non potest naturaliter fieri.

Confir. 1. Confir. 1. quia si redire possent in eadem omnino materia eædem omnino dispositiones & consequenter eadem numero anima, sequeretur, antequam homo sit mortuus, posse eius animam redire ad eandem numero materiam, quæ fuit in instanti generationis, nam illa poterit paulatim resolui per calorem naturalem, & ab eisdem agentibus eodem modo disponi, & sic eandem recipiet animam, & sic eadem anima simul erit in duobus valde disiunctis corporibus, quod nemo sanæ mentis concedet.

2: confir. Confir. 2. quia si ad entitatem numericam effectus sufficeret identitas numerica agentis & passi, sequeretur calorem eiusdem aquæ ab eodem igne, semper esse eundem numero, licet millies deperderetur, & quotidie idem numero lumen produci in eodem aere, eandemque numero figuram in cera vel alio ab eodem artifice, quæ sunt incredibilia & contra Aristo. 2. de gen. tex. 70. & alibi dicentem, nõ redire quod corruptũ est, & a priuatione ad habitum non dari regressum, vt ergo ex natura rei diuersitas agentis vel materiæ, vel dispositionis sufficit ad diuersitatem numericam effectus, ita diuersitas temporis, potest enim materia ab eodem agente, sicuti à diuersis, diuersas formas recipere, & idem agens in eandem materiam, sicut & in diuersas, varias formas inducere pro varietate temporis, cur autem hoc agens numero in hanc numero meteriam hoc tempore inducat potius hanc numero formam, quam aliam, ex determinatione libera Dei prouenit, & hinc q. 6. ostendemus cum Toleto & alijs libertatem Dei, quod etiam verũ est in actibus malis, vt agẽtes de præterminatione nostrorũ actuũ docebimus, itaq. licet Deus non me determinet ad actum odij Dei, V.g. tamen decernit, vt si odio habiturus sum Deum in hoc tempore, eliciam potius hunc numero actum odij, quam alium: qua in re nullã difficultatem innenio, licet Suarez. 3. p. to. 2. disp. 44. sect. 6. eam inueniſſe videatur.

12

3. confir Confir. 3. nam cum indiuidua posint in infinitum multiplicari, naturæ ordo exigit, ne eadem numero redeant, sed pro diuersitate agẽtis, materiæ dispositionis vel temporis alia & alia producantur, participentque diuinæ bonitatis beneficium.

4. confir. Confir. 4. quia si resurrectio est naturaliter possibilis, ergo vel in córpore mortali vel in corpore immortatali, & incorruptibili: nom. 1. sic enim idem homo naturaliter posset infinities mori & resurgere: nec vero 2. quia nullus homo potest dari, qui naturaliter sit immortalis, etiam si semel iam mortuus fuerit, alioqui esset miaraculum, hominem resurgere irerum moriturum, & non erit miraculum immortalem resurgere. Si dicas esse miraculum vt resurget nunc, non vero ad vniuersale iudicium, quia ad Deum vt authorem naturæ spectat diem designare, in quo omnes resurgant iudicandi & præmium vel suppliciũ in corporibus recepturi. Contra quia ad Deum vt authorem naturæ non pertinet sine causis secundis tot materias coniungere & disponere ad easdem formas iterum recipiendas, præsertim cum non sit inducenda anima in eandem omnimo materiam, in quam fuit inducta, quando creata est. Sed in aliam longe maiorem, & maiori ex parte, vel omnino, diuersam ab ea quæ fuit in illo instanti, licet non à tota ea, quæ fuit in vita.

13 Confir. 5. quia resurrectio non est debita physice, nec moraliter, stando in ordine naturæ, ergo nullo modo est debita in eo ordine. 1. pars antecedentis probatur, nam debitum physicum est exigentia naturalis causæ, nulla autem causa naturalis exigit resurrectionem, non enim materia exigit vt iterum disponatur ad eandem numero animam, & multo minus, vt eam recipiat sine vlla dispositione; anima etiam non exigit vt inducatur iterum in materiam indispositam vel vt ad eam recipiendam iterum præparetur materia, & maxime cum materia corruptioni subiecta, animæ separatæ tam incogrua sit, dare autem ei materiam non subiectam corruptioni & alterationi corruptiuæ metas naturæ egrediatur, cũ sit, agẽtia naturalia priuare actione propria, Deumque suspendere generalem concursum debitum agentibus naturalibus ad proprias actiones. 2. autẽ pars de debito morali patet, quia Deus stando in ordine naturæ, non promittit suscitationem mortuorum, ergo nec ex iustitia, nec ex fidelitate tenetur mortuos suscitare, alia autem obligatio moralis fingi non potest, secluſa enim promissione, non peccabit Deus, etiamsi ordinem totum naturæ destruat, neque officium gubernatoris eum obligat ex iustitia ad remunerandum vel puniendum in corpore semel defuncto, cum satis sit animam præmio vel supplicio afficere, quæ est præcipua hominis pars, & in qua sola formale meritum reperitur & quæ sola est naturaliter incorruptibilis & perpetua, quale debet esse præmium, & præterea munus illud gubernatoris Deum moraliter nonobligat, sed physice tantum

5. confir.

tantum ad conseruandum præmium vel supplicium in anima, & interdũ in corpore mortali, vt sic excitentur homines ad virtutis studium, & vitiorum detestationem, & alioqui iniustum esset, si non eædem partes corporis, quæ meruerunt vel demeruerunt in vita, reparentur, & remunerentur vel puniantur, in resurrectione pro quantitate meriti vel demeriti, quod falsum est, nec enim modo sic remunerantur vel puniuntur, quod autem dicit Scotus. Deum vt authorem naturæ potuisse nullum præmium vel supplicium retribuere merito à Suarez aliisq. reijcitur, & parum consonat sanctis, qui indecolligunt animæ im-
Confir. 6. mortalitatem. Confir. 6. authoritate Cypriani serm. de resurrectione Chistri. vbi sic ait. Homo, qui ex cælesti & terrena materia compactus est, vestibus extrinsecus, pelle & carnibus tempus accepit, quo te iubente, redderet terræ, quod de terra assũpserat, & ad immaterialem originẽ reuerteretur spiritus, cuius natura resolutionis nõ admittit iniuriam, corpus putredine. & caro vermibus consumenda, secundum naturæ suæ rationem non poterat æternitatis priuilegio perfrui, & quod sibi iure non competebat, à conditore nequibat exigere, neq. vlla eorum interrogatio super hoc merebatur responsum, sed tu optime Domine vltro gratiam volens dare spiritui, decreuisti clemẽtius, vt ex societate & clientela quam reddiderat animę caro, aliqnid ei commodi proueniret, & quę ei vehiculum fuerat & particeps studiorum in recompensatione ministerij iterum dilecto accolæ consociata pudica & pacifica rediret, nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ concuteret puritatem. Sed & hoc domine ad cumulum beneficij addidisti, vt inter legem carnis & spiritus nulla postmodum esset diuersitas, nec post initum fœdus vlla iterum inter eos recrudescat rebellio, sed per manum tuam re conciliatio donata, stabilis in perpetuum perseueret. Te igitur iubẽte tera fit caro, & expulsa de domo iterum coniugatur viro, non iam ancilla sed libera, & habitant vnius moris in domo, murmurationibus consopitis, quas olim compugnantes interse concupiscentiæ concitabant. Ex quibus verbis patet, resurrectionem naturalem non esse, & sumitur optima ratio ad hoc ipsum probandum, quia si ex natura rei datur animæ separatæ reditus ad corpus, vel ergo ad corpus immortale & penitus subditũ spiritui vel ad corpus, quale nũc est. 1. Dici nõ potest, nam corpus humanum ex natura sua est mortale & passibile, non solum ab agentibus extrinsecis, sed à partibus & humoribus intrinsecis inter se pugnantibus, naturaliter etiam cum spiritu pugnat, iuxta id, caro concupiscit aduersus spiritum, &c. alioquid dici posset, statum Adæ, in quo corpus non poterat corrumpi, aut aduersus spiritum concupiscere, fuisse naturalem. 2. Vero dici non potest, sic enim progressus infinitus fieret a morte in vitam & econtra, quod vt magnum absurdum infert Aug. 12. ciuit. c. 13, contra Platonem & alios asserentes peractomotu octauæ Sphere 26. millibus annorum vel mplius duraturo, qui dicitur magnus annus Platonicus, eadem uumero iterum reditura & sic in infinitũ. Deinde tale corpus non esset desiderabile, neq. animæ accomodatum præsertim beatitudinem naturalem assecutæ, impediret enim illam, ne expedite, ac sine impedimento posset Deum contemplari & amare, quia corpus corruptibile aggrauat animam. Sap. 9. redderetq. iterum subiectum doloribus & curis huius sæculi & peccatis, quocirca licet anima nolit spoliari corpore, sed superuesturi gloria. 1. Cor. 13. postquam tamen est corpore exuta, & meliorem statum experta, iterum indui simili corpore naturaliter refugit, aliud autem naturaliter informare non potest.

14.

Confir. 7. quia si resurrectio est naturalis, mundus non erit naturaliter perfectus secun- Cnofir. 7.
dum præsentem statum, quod videtur falsum, cõsequentia patet, nã post generalem r esurrectionem nõ generarentur homines, & si post resurrectionem generalem pręcedentium alij & alij orirentur postea resurrecturi & sic deinceps, tandem exhauriretur tota materia, nec esset vnde homines generarentur, nec cælum eos, caperet nisi se penetrarent, hæc autem sunt absurda, ergo vniuersalis resurrectio non est secundum exigentiam naturæ.

Confir. 8.

Confir. 8. quia si præmium & supplicium corporis esset naturaliter debitum, non tandiu differetur, præsertim in statu puræ naturali, sed starim fieret cuiusq. resurrectio, quia nõ est sufficiens causa saltem tũc differendi mercedem de iustitia debitã secus modo ad exercendam fidem, consequens est falsum, ergo.

Scotus eandem veritatem probat, quia resurrectio a solo Deo, potest fieri: ergo est supernaturalis, sed hęc cõsequentia nulla est, quia creatio animæ rationalis a solo Deo fieri potest, tamen naturalis est, quia est a Deo vt authore naturæ, idemque dici posset de resurrectione, nisi argumenta superiora obstarent.

Ex quibus patet actionem, qua reunitur anima corpori, seu actiuam suscitationem, esse supernaturalem, quod si passio est supernaturalis, etiam actionem vtramque esse supernaturalem quoad substantiam, quia neutra potest dari, stando in solo ordine naturę, oppositũ tenet Vaz. d. 22. c. 3. quia terminus huius actionis est naturalis quoad subastntiã,

ergo & ipsa. Sed neganda est consequentia, quia circa terminos & obiecta supernaturalia possunt dari actiones supernaturales, etiã productiuæ, licet circa terminũ supernaturalem quoad substantiam versari non possit actio productiua, quæ sit naturalis in substantia.

15. Ad.1.primæ opinionis. Ad 1.arg.1.opinionis R.si materia sit idem & agens idem cum eadem dispositione & circumstantijs, effectum fore eundem non numero, sed specie.

Ad.2: Ad 2.R. animæ non inesse naturalem appetitũ innatum ad iterum informandum corpus, nec in corpore vt iterum informetur ab eadem aninima, sed vtriq. est appetitus naturalis innatus ad vnionem, qui in 1. vnione expletus est, vt ex Auicen. recte docet Scotus 4.d.43.q.2.lit. R.& Ouand. prop.7. Appetitus vero elicitus, qui in anima est, ad informandum corpus gloriosum, fundatur in cognitione possibilitatis ex diuina promissione, & non esset in puris naturalibus in anima separata, in coniuncta autem, si esset ex falsa aliqua apprehensione, non esset inconueniens frustrari omnino, & similiter appetitum conditionatũ resurrectionis, si ea esset possibilis (qui appetitus tunc posset esse sine falsa cognitione) non est inconueniens omnino frustrari. Sotus dicto art.R. ad arg. esse quidem appetitum naturalem innatum animæ ad iterũ informandum corpus, sed in puris naturalibus satiandum fore hunc appetitum cognitione substantiarum separatatum. Hæc tamen solutio nulla est, quia appetitus vnius rei per alteram non satiatur, etiam nobiliorem. Melius R. Ouandus ead. d. 43. prop.7. vel nõ esse appetitum innatũ in anima separata, ad iterum informandum corpus corruptibile, quia non esset ei expediens, nec incorruptibile, quia tale est naturaliter impossibile. Vel non omnem appetitum innatum posse viribus naturæ expleri, vt patet in opinione ponente huiusmodi appetitum ad gratiam, beatitudinem supernaturalem & similia, cum autem dicimus, in anima separata non esse appetitum innatum ad iterum informandum corpus, non intendimus, non manere in ea potestatẽ informandi secundum substantiam suã, sed eam potestatem non posse reduci ad actum sine miraculo, & ideo non appellari appetitũ naturalem innatum ad iterum informandum.

Ad.1.cõfi. Ad 1.Confir.R. hominem naturaliter appetere beatitudinem eo modo, quo est possibilis, in puris autem naturalibus beatitudo alterius vitæ nõ posset esse integra seu etiã in corpore, sed in anima, ideo homo non appetreet illã in corpore, sed in sola anima, nisi appetitu elicito cõditionato, vel absoluto quidem, sed nitente falsæ cognitioni, quem proinde frustrari, non esset absurdum.

Ad.2.cõfi. Ad 2.conf.R. animã extra corpus non esse violentam, sed in statu naturali & perfectiori, quam cum esset coniuncto corpori corruptibili, minus autem perfecta, quam cum erit cõiuncta corpori incorruptibili, qui tamen status non est illi connaturalis.

16. Ad.3.arg. Ad 3. arg. R. debitum naturæ rationali dicitur, non quia sit naturaliter debitum, sed quia est debitum naturę supposita eleuatione ad visionẽ beatificam, supposita enim eleuatione ad finem supernaturalẽ exigit natura vt quamuis resurrectio sit supernaturalis, etiã fiat vt caro, quę fuit socia meriti vel demeriti, suo etiã modo sit particeps præmij vel supplicij, & cũ natura exigat, vt si naturaliter fieri possit, fiat etiã remuneratio & punitio, in corpore, cõsonũ est naturæ, vt Deus supernaturaliter reddat corpora animabus, vt cum illis corpora pariter remunerẽtur, vel puniantur, & ideo sancti docẽt, futuram resurrectionem, nõ quod exigatur a natura, sed quia sit cõsentanea exigentiæ naturæ, & sic patet ad 4. argumentum.

Ad 4.arg. 17 Ad 5.arg. Difficultas resoluitur. In 5.arg. tãgitur difficultas vtrum ratione naturali probari possit, resurrectionem esse futuram vel possibilẽ, & quidem futurã esse, demonstrari non potest, quia demõstratio solum probat futurum, quod necessario futurum est in ordine naturæ, resurrectio autem non esset futura nec possibilis in ordine naturæ, ergo futuram esse demonstrari non potest. Vnde philosophi & alij gẽtiles, qui eã cognouerũt, nõ agnouerũt eã demõstratiue, sed opinione vel fide humana, vel ex reuelatione diuiua illis immediate facta, vt forte Sybillis: vel quia audierunt a fidelibus, vel in Prophetis legerunt, &c. vt optime Lact.7. diuin. instit. c.22. Euseb.11. præperationis. c.18. An vero ratione naturali probari possit resurrectionẽ esse possibilẽ. Altisi 4. summæ. tract.10. q.1. in fine ait, hoc esse probatũ a Paulo 1 Cor.15. ratione necessaria a maiori, si enim Deus dedit naturæ potestatẽ, vt de grano mortuo faciat viuens, multo magis ipse habet hanc potestatẽ, vt corpora mortua viuificet, quæ hoc meruerint alij vero ab eodem relati aliter conficiũt arg. Pauli. Si Deus naturaliter potest ex grano mortuo viuẽs facere a fortiori poterit supernaturaliter corpori mortuo eandem animam restituere. Sed vtraq. consequentia, licet sit probabilis, non videtur necessaria, posset enim quis dicere.2. vsq. adeo maius esse vt nec a Deo ipso vt agente supernatuaali fieri possit. Alij vero vt Med 3.p.q.53..a.1. Soto.4 d.43.q.1.a.3. Iauel de christiana philosophia. p.8. tract.3.c 3. partẽ negantẽ tenẽt, quod explicat Suarez.3 p.to.2.d.44.sect.3. vt non negent

gent inueniri posse rationes naturales valde probabiles, quæ suadeant resurrectionē esse posibilē, sed tantum demonstratiuas, & ipse Suarez fatetur non posse ita demonstrari, vt à nemine etiam proteruo negari posit; præsertim cum multi Theologi fide illustrati & resurrectionem confitentes, negauerint, rem, quæ secundum se totam vel aliquam partem destructa est, posse iterum reparari quod hæc sit natura rei, vt semel tantum esse posit, nisi eius partes maneant, ex quibus iterum construi posit: quos authores refert Suarez, ibi sectione 6. in cuius 4. conclusione eos impugnat ratione vt putat, sufficienti ad conuincendum intellectum bene dispositum, & quę sit fere physica demonstratio. Addit autem illa sectione 8. fere æquali euidentia probari posse, Deum posse rem corruptam reproducere. Sicut posse aliquid ex nihilo creare, præsertim in homine, post cuius corruptionem manent partes, ex quibus componitur, vt enim dixit Greg. hom. 26. in euang longe minus est Deo reparare quod fuit quam creare quod nō fuit, aut quid mirū, si ex puluere hominem fecit, qui omnia ex nihilo creauit, eadē ratione vtitur Greg. ho. 20. in Ezech. & 14. mor. ca. 23. Lactā. 7. diuin. institu. cap. 23. Aug. Ser. 19. de verbo Apost. Ser. 46. de verbo Dom. in fine ep. 41. q. 1. ep. 146. & lib. de catechiz. rudi. c. 25. Cyrill. Hierosol. Cate. 4. & 18. Athenago. lib. de mortuorū resurrectione. Dama. 4. fidei c. 28. & in historia de Barlaam & Iosaphat ad medium, vbi hanc rationem demonstrationem appellat, & mihi satis probatur, non tamen existimo eam esse demonstratiuā, quia posset proteruus dicere de ratione multarū rerum esse, posse voluntate Dei existere ita tamen, vt simul sit de earū ratione, redire non posse, sed semel tantum esse in rerum natura, quod multi tenent de entibus successiuis & non pauci etiam de permanentibus, in quibus, si verum est, verum quoque erit eandem numero vnionem animæ & corporis redire non posse, & cum identitas huius vnionis videatur de ratione huius hominis, posset quis vtcumque defendere, non posse eūdem numero hominem redire, etiam eius partibus manentbus, eo quod eadem numero vnio redire non posit, posset etiam proteruus dicere de ratione partium cuiuscunque compositi naturalis esse, vt iterum coniungi non posint, ideo etiam ex partibus manentibxs hominem reparari non posse, sicut est de ratione animalis, vt visu, auditu, vel alio sensu amisso, neque ipsum neque alium numero distinctum naturaliter recipere posit. Longe tamen probabilius imo mihi certū est, omnia entia permanentia, imo forte successiua reparari posse, cum nulla verisimilis repugnantia afferri posit, & ita eandē numero vnionē animæ & corporis redire posse, vel saltē redire posse aliam similem, hancque esse sufficiētē ad vnitatē numericā hominis, sicut ad vnitatē numericā rerū artificialiū nō requiritur idētitas numerica vnionis partiū, sed specifica & fortasse nec reuera erit eadē numero vnio partiū in resurrectione, quæ fuerat in vita, nec mirū cū ad vnitatē numericā hominis nō requiratur omnimoda idētitas numerica materiæ, alioqui infans & senex nō esset idem numero homo, quia senex nihil vel parum materiæ, quā infās habuit, retinet, & multis maior aut minor materia debetur in resurrectione, quā habuerunt in vtia. Sic ergo de ratione numerica hominis no videtur esse identitas numerica vnionis partiū, sed specifica, vt autē cæcus potest supernaturaliter eandem numero vel aliam potentiam visiuam recipere; ita corpus & alia eādem numero vel aliam vnionē: quæ satis erit ad vnitatem numericam hominis, 18
vnde Durand. 4. d. 43. q. 1. tam facile putat, animam & corpus iterum vnire, quam cæcū illuminare aut similia facere

Vide Fonse. 8. Met. c. 5. q. 2. & 3.

Si Dicas non potest ita probari, mysteriū incarnationis esse posibile, ergo nec resurrectionis R. non esse simile, quia mysterium incarnationis ingentes habet difficultates, resurrectio vero fere nullā habet apud sapientes & de omnipotētia Dei recte sentiētes, deinde incarnatio est supernaturalis qnoad subsistētiā, nō vero resurrectio, quæ cōsistit in vnione naturaliter posibili, licet non sit naturaliter posibilis post aliam vnionem eiusdem rationis in eodem subiecto & respectu eiusdme vnibilis.

Si ad oppositū obijcias Richard. 1. de Trinit. c. 4. dicentem omnia necessaria habere necessariam probationem: sed resurrectionē esse posibilē est veritas necessaria, ergo habet necessariam probationē. Resp. doctrinā Richard. pie exponendam esse, vt omne necessariū habeat probationem, qua necessario probet esse verisimile & apparēs, nō qua probeture sse verū, alioqui mysteriū Trinitatis vt existens & incarnationis, vt posibile, haberet necessariā probationem ex ratione naturali, quod in propris locis cum communi opinione reiectum est.

Multas autem rationes, quibus verisimiliter probetur resurrectionem esse futurā aut posibilem, reperies apud Amb. Tertull. Athenago. libris de resurrectione, Damasc. sermo. de resurrectione & supra Chryso. serm. de resurrectione & alijs locis citatis, Theoph. Antiochen. lib. 1. contra calumniatores Christianæ relig. Basi. hom. 8. Hexam. D. Tho. 4. contra gent. c. 79. Aug. Greg. Lactan. Nyssen. Cyrill: Theodoret. locis citatis, Iustin. in quæstionibus

bus propositis à gentibus quæstion• vltima Theodorum græcum. 10. contra hæreses actione. 1. Gregor. 14. mor. cap. 30. Epiphanin anchorato. Hugo. 2. de sacramentis parte 17. cap. 13. Parisien. 1. de vniuerso parte 2. vbi. fol. 160. optime docet cur in diem vniersalis iuditij differatur resurrectio.

Ad. 6. iam dixmus superiore disputatione sectione vltima pueris decdētibus in originali multa bona supernaturalia propter Cristi merita concedi.

Sectio. 3; Vtrum in fine mundi omnes iusti resurgent.

19. 1. Conclu. Dico. 1. ex priuilegio aliqui iusti resurrexerunt vel etiam resurgent immortales & glorioſi ante illū diē vt de B. virgine certū est & late docet Suarez to. 2. 3. p. d. 21. sect 2. & Ouā. 4. d. 43. prop. 5. Alens. 3. p. q. 20. m. 1. a. 2. & m. 2. a. 4. & deijs q cūChristo surrexerūt, probat. late Sua• eod. to. q. 52. a. 3. Aegid. opu. de vniuersali resurrectione & alij quos isti referunt & Ouand. supra licet hoc sit cōtra Aug. ep. 99. ad Euodium & cōtra Alens. 3. p. q. 20. mēbro. 2. a. 4. & D. Tho. 3. p. q. 53. a. 3. ad. 2. qui tameu aliter sensit. 4. d. 43. q. 3. & additio. 3. p. q. 77. a. 1. ad. 2. addit Ouandus Iacobū genes. 47. &. 49. & Ioseph. c. 50. forte ex aliqua speciali reuelatione resurrectionis aliquorum cum Christo, optasse sepeliri in terra promissionis. De Elia & Enoch. glorioſos resurrecturos ante diē iudicij docet Sua. eod. to. d. 55. sectio 1. in fine sed de Ioāne euangelista docet sectio. 3. nec iā glorioſum resurrexisse, nec cum Elia & Enoch surrecturum ante diem iudicij, quamuis Nicepho. & alij putent, glorioſum iam surrexisse (quod probabile putat Ouandus supra.)

Echius hom. 4. de assumptione B. Mariæ refert Ambrosium citatū a Bernardino de Bustis asserrentem, quolibet anno jin die, qua celebratur Christi resurrectio, aliquos sanctos resurgere, quod Echius non meminit se in Ambro. legisse sed Ouādus in illa propositione 5. ait, Bernardinū forte id sūpsisse ex sermone, cuius fragmētū recitabatur in antiquo Breuiario, quē sermonē nō potuit inuenire, in illo autē fragmento pro martyribus tempore paschali, dicebat Ambrosius: cur non quotiescum que resurrectionis Domini festiuitas celebratur, toties resurgere credimus & sanctos? Hi iā in monumentis audierūt vocem filij Dei. Ioā. 5. & audient post aduentum ad iudicium.

20 Difficul. Mirarer sane si in Ambrosio istā sentētiam inuenirem, quę nullū habet fundamentū Solū supereſt in hac sectione difficultas, an aliqui iusti viuentes vita mortali paulo ante iudiciū nunquā morientur, sed cōmutabuntur recipientes immortalitatē & alias dotes corporis glorioſi simul cum beatitudine.

1. Opinio. 1. Sentētia est, illos homines non morituros sed prędicto modo immutandos & transformandos.

1. Fundamē & arg. 1, fundamentum est ex. 1. corin. 15. vbi, Syriaca lectio. habet non omnes dormiemus, omnes tamē immutabimur, mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur: græca autem in multis codicibus habet: omnes non dormiemus &c. & sensus videtur: non omnes moriemur, sed omnes glorificabimur. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos, qui viuim⁹, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā Christo in aera, scilicet per glorioſā immutationem absq morte & resurectione & sic semper cum Domino erimus.

Ex quibus locis hanc sententiam docet Chrysost. ho. 42. in 1. ad Corinth. & hom. 7. in. 1. ad. Thessali. Theodoretus Theophy. Oecumen. in hæc loca Pauli. Origines. 5. contra Celsum non longe ab initio &. lib. 2. non longe à fine vbi ait se de hac re copioſe egisse. 1. Thessal. 4. idem tenet Faber. 1. cor. 15. Erasmus ibi & apologia, quam de hoc scripsit ad Calumniatorem. Caieta. & Primas. 1. Thessal. 4. Hierony. epist. 148. ad Marcellā de. 4. quæstionibus in tertia quæstione idem tenet, non solum ex aliorum sententia, sed ex propria, si creditur Horontio in sua margarita. lib. 11. capi. 36. Præterea Hieronym. ibi & epist. 152. ad Minerium & Alexand. pro eadem sententia refert Theodorum. Heracleotam & & Apollinarium & Isai. 51. legit in Paul. 1. corint. 15. non omnes dormiemus. August. etiam lib. de quæstionibus ad Dulcitium. q. 3. licet hunc locum aliter legat, & ideo dubius de tota sententia maneat, tamē propter locū. 1. ad Thessaloni. propēdet in hanc sententiam & plane fatetur se ignorare in quo alio sensu locus ille intelligi queat. & Gennadius de eccles. dogm. cap. 7. & 8. hanc sententiam vt probabilem reliquit, vt & August. 20. ciuit. cap. 20 & D. Thom. 1. 2. q. 81. art. 3. ad. 1. & 1. cor. 15. & Tertull. de resurrectione carnis. capit. 41. & 42. licet locum. 1. cor. 15. aliter legat, hanc sententiam amplectitur, & illi accomodat vulgatam lectionem: omnes quidem resurgemus, ideſt ad statum immortalitatis traducemur: eandem explicationem habet Gennadius & indicat Chrysost. supra. Ambro. vero. 1. cor. 15. dupliciter exponit. 1. sic, omnes resurgent, sed soli qui regnaturi sint in gloria mutabūtur. 2. sic omnes resurgemus qui in

aduentu

aduentu Christi mortui inueniemur, sed omnes immutabuntur qui inc orpore fuerint repert iquia soli sancti beatitudinis gloriam cõsequẽtur: quomodo explicat Primasius ibi & sic exponi posse, ait Hieronym. ibi & D. Thomas citans Atha. & Hila, in idem inclinat.

Ad. 2. arg. 2. Argumentum, quia in symbolo dicitur Christũ iudicaturum viuos & mortuos, iuxta id actor. 10. ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum, &. Rom. 4. Christus in hoc mortuꝰ est & resurrexit vt & viuorũ & mortuorũ dominetur. ergo aliqui, qui non fuerant mortui, iudicabuntur.

Ad. 3. 3. Quia non est credibile, illos imperio Domini violenter interficiendos, neque igne conflagrationis exurẽdos, tum quia iusti ea morte digni non erũt, tum quia secũdum aliquos ignis conflagrationis nõ antecedet iudicium, sed sequetur, nullo ergo mortis genere interibunt.

2. Sententia Tenenda est, omnes iustos vere morituros & resurrecturos, ita D. Tho. 2 1. infra. q. 81 art. 3. ad. 1. & additio. q. 78. art. 2. Senten. 1. dicit esse securius: idem tenet. 4. d. 43. q. 1. art. 4. Bon. nu. 5. &. 12. Scotus. q. 5. lit. L. Richard. art. 4. q. 1. Ouandus prop. 3. Sotus q. 2. a. 4. alijq. scholast. licet Mag. ibi dubitauerit propter authoritatẽ Hier. epist. ad. Marcel. sententiã hanc tenet Sua. 3. p. to 2. d. 50. sectio. 2. Catechismus Ro. exponens in symbolo articulũ resurrectionis. pag. 119. Catherin. op. de vniuersali resurrectione, &. 1. cor 15. Driedo. 3. de regulis & dogm. scripturæ tracta. 2. capit. 3. ad medium Natalis Beda contra Fabrum propo. 17. Ioannes Arboreus. 16. Theoso. capit. 4. Beda. 1. Corin. 15. Hugo. de sacram. lib. 2. p. 17. cap. 13. & sequentibus.

Pri. ratio. Probatur. 1. ex locis scripturæ in quibus dicitur, omnes morituros vt Rom. 5. sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors & ita in omnes homines mors pertransijt: vbi tam generaliter ad omnes homines transire mors dicitur, sicut peccatum: est enim pœna originalis peccati, Genes. 3. terra es, & in terram ibis, vnde Haymo. Rom. 5. omnes in originali peccato natos tenet hæc sententia, terra es & in terram ibis. Sed a peccato sola Beata virgo excipitur ex singulari priuilegio: ergo a morte non sunt tot excipiendi, imo ne vnus quidem, cum nec Christus nec Beata virgo, in quibus originale non fuit, a morte liberi fuerunt. Ad idem est id hæbræor. 9. statutũ est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, & Matt. 25. dormitauerunt omnes & dormierunt Iosue. 23. ingredior viam vniuersæ carnis. psal. 88. quis est homo, qui viuet & non videbit mortem: ideſt, nullus. Eccles. iast. 25. a muliere initium peccati & per illam omnes morimur. Quo autem genere mortis interibunt, qui prope iudicium viuent, postea dicemus.

Probo. 2. ex Ioan. 5. qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ &c. &. ca. 6. omnis qui credit in eum, habet vitam æternam & ego resucitato eum in nouissimo die, & infra, qui manducat meam carnem &c & ego resuscitabo eum in nouissimo die. & ibidem, vt omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo sed resuscitem illud in nouissimo die. 2.

Prob. 3. ex. 1. Cor. 15. vbi vulgata latina habent, omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur: quo pacto etiã legit Aug. de fide & Symb. cap. 6. & ipse vel Fulg. de fide ad Petrũ cap. 3. & 29. & Greg. 12. mor. ca. 6. in id Iob. 14. homo cũ dormierit non resurget, donec atteratur cælũ, non euigilabit: qui omnes dicũt, omnes morituros & resurrecturos: Pro qua sentẽtia Sixt. 6. biblio. anno. 265. citat Orig. 1. The. 4. Acca. 4. select. quęstionũ. Didy. & Amb. 1. Cor. 15. Aug. 20. ciuit. cap. 20. Sed vt ad rẽ redeam, sensus illius loci. 1. Cor. 15. iuxta vulgatam latinam est: tam boni quam mali rsurgent, sed boni tantum gloriam recipient & infra: mortui resurgent incorrupti, sed nos, sclicet iusti, immutabimur. Nec valet dicere, resurrectionem ibi vocari iustorum transitum ad statum gloriæ, hoc enim non est proprie resurgere. Nam vt ait Atha. de incarnatione verbi ante medium & serm. 3. contra Arrian. & Amb. in fragmento de resurrectione carnis, ad finem. Damascen. 4. fidei. cap. vlt resurrectio mortem supponit. 2. quia Paulus distinguit resurrectionem ab immutatione, & resurrectionem docet esse omnium, immutationẽ vero, ideſt glorificationem, aliquorũ nempe, iustorũ tantum. 3. quia vt argumentat Augusſt. eod. ca. dictum erat, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur: dictum etiã erat, eos qui resurgunt in Christo, per ipsum viuificari, quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur: ergo resurrectio ex Paulo mortẽ supponit. Nec valet alia solutio insinuata ab Oecumenio, omnes resurgemus, scilicet, qui mortui fuerimus: nã Paulus absolute & sine vlla limitatione dicit, omnes resurgemus; quod supponit, omnes nos esse morituros Neq valet dicere in græco non sic haberi, nam vulgata editio latin, aquã Trid. & tota ecclesia approbauit, prẽferenda est: deinde multi græci non legunt, non omnes dormiemus &c. sed, omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur. Ita legisse Didymũ, Originem, & Accacium Cæsarienſem, & ita se in pluribus codicibus reperisse ait Hierony. dicens, ex eorum verbis huic sentẽtiæ magis acquiescere ecclesiã, vt omnes 22. 3.

com-

communi morte moriamur,& non omnes immutemur in gloriam,& infra concludit.Hoc autem sciendū quod magis cōueniat veritati ita legere, omnes quidem dormiemus. &c. Hāc lectionē præfert Aug.20.ciui..c.20.q.3.ad Dulcitium & ep. 146. ad Consentium. Ratio varię lectionis fuisse videtur, quia priores grę ci codices habebant, vt exemplar Cōplutēse habet,Pantes mē vn kaimithisometha.omnes quidem certe dormiemus ,ablata autem per incuriam scriptoris lit. N. a particula.vn. legitur,omnes quidem non dormiemus, quæ lectio licet admitteretur, tamen sensus non esset alienus a nostra vulgata:quia posset explicari sic: omnes nō perpetuo mortis sopore tenebimur sed omnes euigilabimus & resurgemus & immutabimur a morte ad vitam, vt latius Suarez, qui etiam docet, aliam lectionem, omnes dormiemus , in sensu coincidere cū nostra vulgata, quasi dicat Paulus, omnes moriemur,sed resurgentes non omnes immutabimur, nec transferemur ad statum gloriæ.

4. Probatur ex symbo. Athana. omnes homines resurgere habent cum corporibus suis &c. 4.

23. Ad. 2. locū 1. arg. Ex quibus patet,ad.1. locum Pauli citatum in.1. arg. ad.2. vero locum ex.1.Thessal. 4. R. Augu.20.ciuit.c.20.Paulum solum affirmare eos qui viui tempore resurrectionis generalis reperientur,rapiendos in aera,non negare tamen,esse morituros,vnde fieri posse,vt in ipso raptu moriantur & paulo post resurgant.Eandem explicationem habent.Amb.Anse.Beda & alij ibi & catechismus. Rom.in expositione symboli & Horontius.11. Margarit.c.36.eam tamen reijciūt Suarez & Ouandus. 1.quia licet hæc non sint impossibilia,neq.ad modum difficilia,videntur tamen ad opus resurrectionis valde extranea & inutilia & sine fundamento conficta. 2.quia Paulus loquitur de raptu corporum in aera per gloriosam immutationem,ratione cuius connaturale sit in aera subleuari dote agilitatis, & ita intelligunt Paulum omnes alij interpretes, & merito: ait enim Paulus simul rapiemur cum illis,illi autem non rapientur in aera, nisi post resurrectionem, ergo neque nos, siquidem simul resurgemus omnes, nec post resurrectionem quorundam alij morientur & resurgent.Præterea Paulus ait, sic semper cum Domino erimus, ergo in eo statu, in quo cum eo erimus, qui est status gloriæ, rapiemur. 3. reijcit Ouandus hanc expositionem, quia non est cur statuatur miraculum , scilicet, igne conflagrationis antecedēte iudicium, aliquos non extingui, sed postea in aere iussu domini. Sed adhuc facile posset defendi illa expositio, dicendo ad. 1. obiectionem, non sine fundamento hæc fingi;raptus enim,quem ponit Paulus, non motum naturalem & ab intrinseco, sed violentum quendam motum ab Angelis factum significat, in quo motu ex timore vel iussu Dei cum dolore sufficienti ad purganda omnia peccata, iuste interibunt, quos aliæ calamitates non extinxerint. Vnde ad. 2. Obiectionem negatur,Paulum loqui de raptu orto ex dote agilitatis talis enim motus non proprie est raptus;rapi autem simul cum alijs dicuntur, non quia cęteri rapiantur, sed quia dum illi connaturali motu,hi violento ad Christū ferentur: nec est inconueniens, sed consonans Paulo ibi & Ambro.lib. de fide resurrectionis col. 7.eos, qui priores mortui fuerint, paulo ante resurgere, licet enim non seruetur simultas physica, seruatur moralis,imo physica seruari poterit, si paulo ante aliorum resurrectionem isti mortui, suum violentum & tardiorem motum incipiant, quod vero dicitur,sic semper cum Domino erimus: significat modum simultatis vel status glorioſi, quem in ipso aere accipient.3. Obiectio facile diluitur,nam vel ignis conflagrationis non erit ante iudicium vel nō omnes iustos comprehēdet, quia non sunt digni tam dura morte, neq.ea indigent ad purgationem.

2.Ergo Solutio Oecum.quē D.Tho. Suar. allijq.sequunt,est,eos qui circa tempus resurrectionis viui reperient,non esse priores suscitandos, quamuis recens mortui fuerint, & fortasse integra corpora habeāt,quā alij quorum cineres essent per orbem dispersi,nam simul in momento in ictu oculi omnes excitabuntur,& rapienter in aera.

Ad.2. quidam. R. cum Augu. de fide & symb.c.8.enchirid.ca.55. Chrysosto.hom. 1.de symb.per viuos & mortuos intelligi bonos & malos.Sed reijcit Suarez ,quia ibi non est sermo de vita & morte spirituali , sed de corporea vnde Ouand.hunc intellectum censet mysticum. 24. Ad.2. 1.Solut. Reijcitur.

Alij vt Ruf.in expositione Symb per viuos intelligūt animas, per mortuos corpora , iuxta id Mat. 10. nolite timere eos,qui occidunt corpus,animam autem non possunt occidere. Sed certe de hominibus agit symb.& quosdā mortuos vocat,alios viuentes. 2.Solutio. Reijcitur.

Vnde 3.melius.R.cum.Aug.& Chrysost supra &D.Tho.1.Thessal.4.viuos dici iuxta tēpus resurrectionis,& iudicij viuētes, qui paulo ante instans resurrectionis mortui sunt Cather.op.de generali resurrectione & Mag.hāc &.1.explicationem affert,quibus Ouan.4.addit, vt Deus dicatur iudicaturus viuentes, quando hunc articulum confitemur , & eos, qui antea mortui sunt. Sed contra, quia sic non fatebimur modo iudicium futurorum, 3.Solu.

sed

sed præsentium,& preteritorum:retinenda ergo est sola.3.expositio.

Ad.3. R.Suarez plures futuras esse causas, humanæ mortis prope diem iudicij:nam,tunc vt dicitur apoc. 6. dabitur potestas morti super quatuor partes terræ interficere gladio, fame, & morte & bestijs terræ &. cap 8.&.9. septem angeli tubis interficient infinitam hominum multitudinem .de. 6. enim angelo dicitur interfecturum. 6. partem hominum: itaque multi gladio alij fame, alij peste, & aeris inclementia, alij timore morientur,quæ causæ cætera quoque animalia conficient & ex hominibus quidam citius alij tardius morientur,prout Dominus expedire iudicauerit, vt ante instans resurrectionis purgati sint. Ouan. & alij sentiunt, eos qui euaserint ex his mortis generibus, igne conflagrationis absumendos esse. quod verum esse patebit Sectione 6.

Ad.3.

Ad authoritatem Hieronym. epistо. ad Marcellam R. Bonauent. non locutum assertiue, sed recitando opinionem cuiusdam græci.

25.

Richardus vero dicit,posse teneri.Hiero fuisse illius opinionis, non tamen hærefim incurrisse,quibus verbis insinuat,priorem sententiam non esse sanam doctrinam, sed temerariam, & periculosam, vt dixit Catherinus op. de vniuersali resurrectione & .1.Cor.15.& Sotus.4.d.43.q.2.art.4.quos sequitur Ouand. supra.Contra Caiet.& Erasm.à Catherino relatos, qui illam priorem sententiam sequuntur: esse autem probabilem tenet Suarez in fine illius sectionis. 2. vbi ait,censuram illam sine fundamento ferri, cum tot ac tanti patres illam sententiam docuerint,qui non tantum decepti fuerunt falsa lectione illius loci. 1. Cor. 15. sed permoti sunt testmnio Pauli. 1.Thessalo.4. vt retulimus, neque post tempora illorum patrum noua ratio, nouumue testimonium inuentum est, quo hæc veritas magis illustraretur, nec ecclesiæ authoritas magis in alterutram partem inclinauit Quomodo ergo nisi temere, potest temerarium dici, quod tanti patres docuerunt, quodq. in scriptura tam apparens habet fundamentum? Modestius ergo inquit, mea sententia, loquuntur, qui ab omni censura abstinentes, posteriorem sententiam probabiliorem, aut simpliciter veram asserunt. Sic enim locuti sunt D. Tho. & antiquiores Theologi & ex recentioribus Canus.2.de locis ca 14.ad. 5. Sixtus. 6.bibliothe. annot.265. Sed certe. D. Thom. in. 4.& additio .locis citatis . 2. opinionem securiorem dicens, priorem non admodum tutam arbitratur & Richardus, vt vidimus, hæreticam esse insinuat, quod alios sensisse, Suarez fatetur, & multa olim fuerunt probabilia, quæ iam teneri non possunt, quia res magis est explorata a doctoribus vel ex lectione editionis vulgatæ colliguntur,cui magna authoritas ex Trid.accessit, nec Canus supra de his opinionibus agit sed de lectione illius loci. 1.Corint. 15. & ait neutram lectionem a viris illustribus ecclesiæ reprobatã esse & se præferre lectionẽ vulgatæ cum Origene Didymo. Athana. August. Cypria. Tertullià. Accacio. Hieronym. epistо. ad Minerium. quamuis Hierony. epist. ad Marcellam Theo phy. Chrysosto.Erasmus,Faber & Caieta.lectionem illam prætulerint, non omnes dormiemus. Driedo Tamen supra priorem sententiam probabilem censet, & Medina. 1.2. q. 81.art. 3. Zumel ibi disput. vnica,quibus ego assentior. Quidquid autem sit de hoc, tamen posteriorem sententiam de fide non esse, certum existimo cum Suarez, & Pamelio. qui ex August. id notauit super Tertull, supra ,in quo etiam conuenire videntur omnes Schola. cum Mag.& D.Tho.quia nulla est in hoc ecclesiæ diffinitio, & loca scripturæ varijs modis exponuntur a patribus, vt vidimus, qui a generali mortis pœna non omnino sine causa aliquos excipiunt, quamuis ex peccato sint obnoxij morti & ad eam perpetuo tendant,quod est continuum quoddam mori, vt dicunt patres ex Genes. 2. in quacumque die comederis ex eo, morte morieris.

Sectio Quarta, Vtrum Soli iusti resurgent.

LActantius. 7. diuin. insti. capit. 21. vsque ad. 25. tenet malos non resurrecturos in. 1. resurrectione generali, sed in. 2. futura post mille annos, verum hæc duplex resurrectio in superioribus reiecta est disp. 10. sectio. 8. & reijcietur disp. præsenti sectio. 7. Simpliciter autem non suscitandos malos. 26. 1. Senten

Suaderi potest. 1. ex Ps. 1. non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. 2. ex Daniel. 12. multi,qui dormiunt in puluere,euigilabunt:quasi dicat non omnes. 1. Argum. 2.

3. Ex. 2. Machab. 7. Potius est, ab hominibus morti datos spem expectare a Deo, iterum ab ipso resucitandos, tibi enim resurrectio ad vitam non erit. 3.

4. Quia resurrectio est magnum bonum ergo damnatis non conferetur, propterea specialiter promittitur iustis Romano. 6. si com- 4.

complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus participes, &. 1. Corint. 15. eos, qui dormierunt cum Iesu, adducet cum eo.

Conclu. de fide. Tenendum tamen de fide est, etiam damnatos propter peccata actualia, resurrecturos, ita docent omnes patres citati superiori sectione, quamuis de iustis dissentiant, vide etiã Aug. seu potius Fulgẽti. de fide ad Pet. capit. 3. &. 29. & in enchirid. capit. 84. vbi ait, quod resurrecturam carnem omnium, quicumque nati sunt, hominum, atque nascentur, & mortui sunt, atque morientur, nullo modo dubitare debet christianus. Vide etiam Ambro. oratione de fide resurrectionis & fragmento de eadem re.

1. Romn. Patet. 1. ex Ioan. 5. omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ, mali autem in resurrectionem iudicij. Quo loco verbũ, procedẽt, significare egressionem è monumentis, vel alijs locis, in quibus erant, ita, vt pedibus gradiantur, exponit Suarez. 3. p. tom. 2. disp. 50. sectione. 3. cum Hierony. epist 61. ad Pamachi contra errores Ioann. Hierosoly. Sed non satis video, quomodo in resurrectione procedere gressibus corporis dicantur, nisi forte explicetur, sic procedere in ostensionem resurrectiouis iam factę, procedere autem ad resurrectionem proprie, est animas & corpora ad locum resurrectionis moueri à se vel ab angelis bonis, aut malis. Resurrectio vitæ dicitur, quæ est ad vitam æternam, iudicij vero quæ ad damnationem & mortem æternam, nam vt ait August. 6. ciuit. capit. 12. vita gehennæ potuis mors est dicenda, quam vita: nulla quippe maior, aut peior est mors, quam vbi non moritur mors, resurectio autem iudicij dicitur, loquẽdo de iudicio damnationis de quo Christus dixerat: vt notat Chrysostom. homilia. 38. in Ioann. qui credit in me, scilicet fide viua, non venit in iudicium.

27. 2. Roman 2. Probatur ex. 2. Cor. 5. omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque in corpore, sicut gessit siue bonũ, siue malũ. & acto. 24. spem habens quã & hi ipsi expectant resurrectionẽ futurã, iustorum & iniquorum. fauet etiam id. 1. Cor. 15. sicut in Adam omnes moriuntur: ita in Christo omnes vnificabuntur, scilicet boni & mali, de vtrisq. enim exponit Ribera. Apoc. 20. n. 47. & Lorin. Act. 24. v. 15. vbi Paul. ait spẽ habẽs in Deũ, quã & hi ipsi expectant resurrectionem futuram iustorum, & iniquorum. qui est locus manifestissimus pro resurrectione generali etiam damnatorum, vbi Lorin. merito Carthusianum reprehendit quod dixerit omnes Iudæos, qui tunc aderãt, fuisse Pharisæos, & probat fuisse ibi alios, tamẽ quia omnes præter Sadducęos fatebantur generalem resurrectionem, ideo Paulum dixisse, quã & hi expectant. 3. Roman.

3. Ex Athan. in Symb. ad cuius aduentũ omnes homines resurgere habent cũ corporibus suis & reddituri sunt de factis proprijs rationẽ, & qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam qui vero mala, in ignem æternum. 4. Roman.

4. Ex Concil. Later. c. firmiter de sum. Tri. vbi hæc res est definita. Hęc autem sententia ad defunctos in solo originali extẽdenda est, sed non videtur ita in illis certa, nam testimonia citata, de damnatis obactualia peccata tantum loqui videntur vnde Aug. 22. ciuit. c. 13. non audet affirmare, aut negare, infantes, qui in maternis vteris moriuntur, resurecturos esse, sed in partem affirmantem propendet, quam recte probat dicens, quamuis nõ videam, quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorum. aut enim non omnes mortui resurgent & erunt aliquæ humanæ animę sine corporibus in æternũ, quæ corpora humana, quãuis intra viscera materna, gestarũt aut si omnes animæ humanæ rapiant resurgentia sua corpora, quæ habuerũt, vbicumq. viuentia & morientia reliquerunt, non inuenio quẽadmodum dicam ad resurrectionem non pertinere mortuorum quoscumq. mortuos, etiam in vteris matrum. Sed in enchirid. c. 48. ait resurrecturam carnem omnium, quicunq. nati sunt, hominũ atque nascentur, & mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus: isti autem mortui sunt, ergo resurgent ex mente August. ibi: neque verum est quod quidam dicunt, statim cap. 85. dubitare de abortiuis fœtibus, an surrecturi sint: solum dubitat, an surrecturi sint in corpore perfecto & propendet in partem affirmantem & verba vtriusque capitis vsurpat Hugo. 2. de sacramentis parte. 17. cap. 13. & capit. 14. non dubitat, quin fœtus isti in vtero viuãt & postea resurgant & absurdum putat, nõ resurgere in ætate & dispositione perfecta, quãuis c. 13. in fine sub dubio relinquere videatur, an fœtus isti abortiui resurgãt, de quo non dubitat Palac. 4. dist. 43. d. 1. id colligitur ex Apoc. 20. vbi absolute pusilli inter resurgentes numerantur: de quo Rib. ibi. n. 47. & Chrysost. hom. 8. in 1. ad Thessalonicenses. Horontius etiam lib. 11. cap. 38. in fine docet, abortiuos fœtus in perfecta quantitate susciandos esse: idẽ etiã Parisi. 1. de vniuerso. p. 2. fol. 163. pag. 2. & certe de ijs & de alijs, cũ verã animã rationalẽ habeant, eadem est ratio & inter Theolo. certum & exploratum est surecturos esse propter generales locutiones scripturæ & Sym-

& symboli à quibus non est cur vllus istorum excipiatur, illud vero. 1. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur non recte applicatur alijs damnatis, si illa particula, in Christo, merita Christi designet, nisi forte, vt eorum resurrectio cedit in gloriã Dei, & bonum iustorũ, de quo sectione sequenti, nam cum non sit illis beneficium, sed supplicium resurgere, non est referendum in merita Christi, secus resurrectio decedentium in solo originali, est enim maximum beneficium, & indebitum naturæ, ideo in merita Christi referendum, vt disputatione preced. sectio. vltima docuimus, vnde non erunt in iudicio, tanquam accepturi nouum præmium, vel supplicium, sed vt testes aliorum, & vt audituri sententiam publicam confirmatiuam secretæ damnationis antea factæ ad pœnam damni, & vt recepturi aliquod bonũ nouum ob merita Christi, & permansuri in loco magis accommodato, iuxta dicta sectione citata.

28. Neque Iustinus quæst. 13. à gentibus ad orthodoxos proposita dubitauit vnquam, an infantes essent resurrecturi, vt male aliqui dicũt, sed certum esse docuit. Sic enim habet quæstio, si mortui excitantur, vt quæ quisque in vita gessit, recipiat, qui fit, vt parui, aut etiã qui in aluo migrarunt à vita, excitentur, cum neque pro factis, aut meritis quicquam accipiant, nec quietis aut mali sensum per ætatem accipere possint. Vbi gentiles ex dictis orthodoxorum supponunt hos excitari. R. autem Iustinus, is qui credit, verum esse illud, seminatur in infirmitate, resurget in virtute, & potest & debet puerorum etiam resurrectionem fore credere, qui enim eis immortalitatem tribuit, eisdem etiam vim sentiendi bona, quæ ad sunt, tribuere potest, qui nisi excitentur, eos Deus frustra, ac sine causa effinxisse reperietur, quod si Deus nihil sine causa facit, pueri etiam in lucem proferantur, & perueniant, necesse est. Qui autem non absurdam & alienum sit condemnari Herodem vlciscendę mortis puerorum causa, si pueri, quorum mortem Deus vlciscetur, nulli sunt. Hæc vero confirmat Ioannis Baptistæ in matris aluo gestientis lætitia, puerorumque & lætitium laudatio. Hæc Iustinus: vbi rem istam de fide esse, merito arbitratur, & rationes adiungit persuasorias, non tamen omnino conuincentes, alioqui enim, & in puris naturalibus pueri resurgerent, ne frustra conditi videantur, nec eorum mors esset vindicanda, cum resurrecturi non sint. Recte autem docet, habituros sensum, & vsum rationis, ac proinde corpus, quasi perfectæ ætatis, quod clarius docet August. in enchirid. capit. 85. & 22. ciuit. capit. 13. fin fine iuncto. capit. 14. Qui etiam optime epist. 28. ad Hieronym. de origine animæ plane docet resurrecturos paruulos etiam in originali decedentes, ne, inquit, aliquas animas credamus corpora sua non recepturas, siue in resurrectione vitæ, siue in resurrectione iudicij: quæ sententia priusquam refellatur, ipsa iam nouitate displicet. Augustinum refert, & sequitur Beda. 1. Cor. 15.

Ad. 1. R. locum ilum habere varias expositiones, de quibus præter interpretes ibi, vide D. Thom. additionibus. 3. p. q. 75. ar. 2. Sixtum 5. biblioth. c. 148. Martinez. 10. hipotypos. regula. 6. Suarez supra. 29. Ad. 1. *Variæ expositiones*

1. Expositio de resurrectione ad vitam gloriosam, ita exponit Titel. ibi ex Ioan. 5. procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitę, mali autem in resurrectionem iudicij, & Ro. 6. si complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus participes & Isai. 26. interfecti mei resurgent. 1. *Expos.*

2. Expositio, impios ibi vocari infælices, quia nõ resurgent in iudicio discussionis, nam qui non credit iam iudicatus est. Ioann. 3. bene tamen resurgẽt in iudicio condemnationis, ita Hilar. Ambros. August. Hieronym. Basil. Theodoret. Euthym. Brunus. Remig. D. Thom. & Turrecrem. ibi & Carthus. 4. dist. 43. quæst. 1. quod vero sequitur, neque peccatores in concilio iustorum. Exponunt Ambros. Hilar. Euthymius, & D. Tho. quia non resurgent, vt tunc vel postea sint in concilio, vel congregatione iustorum, quod etiam D. August. & D. Thom. aliter interpretãtur, scilicet, quia nõ resurgent iudicaturi, sed iudicandi, quam expositionem etiam impijs accommodat Eugibinus ibi & confirmat ex Matth. 12. regina Sabba surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Vnde hæc potest esse 3. expositio cui & 2. fauet Iulianus Toleta. 3. prognost. c. 33. vbi distinguit duos ordines electorum, iudicantium, & iudicandorum & alios duos reproborum, scilicet eorum, qui iudicantur, & qui iam iudicati sunt, & hos postremos dicit esse illos impios, qui non resurgent in iudicio. 2. *Expos.*

4. Expositio admodum literalis est, non leuabunt, exaltabunt, aut erigent caput in iudicio: hispane no leuantaran cabeça ni preualeceran, non subsistent, nec pro se respondere poterunt, nec se erigent, & extollent aduersus iustos, sed potius erunt vultu demisso, & animo consternato, & timidi, nec vincent, aut superiores in causa sua euadent; sed illa cadent. Hæc expositio est Flaminij Gagnæi Iansen. & Genebradi. ibi: quam probat D. Thom. ex eo quod alij vertunt: non stabilientur in iudicio. Rabbi Emanuel vertit non erunt stabiles in iudicio. R. Abra- 3. *Expos.* 4. *Expos.*

ham. Vatab. & Pagnin. non stabunt in iudicio, è contra vero stabunt iusti in magna constantia, &c. Hanc expositionem confirmare possumus ex Psal. 139. cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent, quamuis hoc verbum potius significet, in pelago miseriarum non inuenturos, vbi pedem figant. Iuxta id, infixus sum in limo profundi, & non est substantia, ideſt subsistentia. Hanc expositionem assignat etiam. R. Dauid, sed refert ad iudicium particulare, quod fit in morte cuiusque, contra ipsum contextum, & contra paraphrasim chaldaicam, quæ vertit, in die magna.

30. Ad. 2. R. 1. & vera interpretatio est, multorum nomine omnes ibi intelligi, vt Mat. 26. sanguis, qui pro multis effundetur, & Roman. 5. vnius delicto multi mortui sunt. Nam qui multos vocauit, etiam omnes vocat, cum ait, in quo omnes peccauerunt, & per vnius delictum in omnes homines, in condemnationem. Simile etiam est quod habetur Genes. 17. patrem multarum gentium constitui te, de quibus gentibus rursum dicitur capit. 18. & 22. in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, de quo plura alia exempla ponunt Martinez. 6. hipot. capit. 3. Theophylatus. Matth. 20. & 26. & hebræ. 9. Augusti. 6. contra Iulian. capit. 12. Hanc expositionem habet Theodoretus, ibi & glossa interli. August. 20. ciuit. capit. 23. Carthus. 4. distinct. 43. quæstio. 1. Richard. artic. 4. quæst. 2. D. Thom. quæst. vnica. art. 4. quæst. 2. Bellarm. tom. 3. libr. 6. de statu peccati capit. 3. addens quod August. loco citato. Ambros. Psalm. 1. Hieronym. Isai. 26. dicunt, locum istum Danielis idem omnino significare, quod multopost Dominus expressit Ioann. 5. omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem iudicij, ergo per multos Daniel omnes intellexit.

Ad. 2. 1. Expos.

2. Expositio est Catherini libr. de statu puerorum sine sacramento decedentium, non dictum esse, omnes qui dormierunt, sed multi de his, qui dormierunt, vt clare innuat, supereſſe aliquos dormientium, qui nec in vitam æternam, neque in opprobrium æternum vigilaturi sunt, scilicet decedentes in solo originali, quæ expositio defendi potest, etiam tenendo cum Bellarm. contra Catherinum, & contra ea, quæ diximus disputatio. 13. sectio. vltima, tales non fruituros beatitudine naturali eo modo, quo ibi diximus, opprobrium enim & exprobratio soli peccato personali respondet.

2. Expos.

3. Expositio est Soti. 4. dist. 43. quæst. 1. art. 2. ad. 2. euigilare solum dici de sanctis, quia illis solis mors est quasi somnus, iuxta id Psal. 2. ego dormiui & soporatus sum, &c. Sed hæc expositio nulla est, sic enim dicendum esset, omnes qui dormierant, euigilasse, quia omnes boni resurgent, & præterea ibi sermo est etiã de malis, subiungitur enim alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper.

3. Expos.

4. Expositio eiusdem Soti cum D. Thom. addit. quæst. 73. artic. 2. ad. 2. pueros lymbi non euigilaturos, quia non habebunt vigorem rationis ad percipiendum pœnam. Sed neque ista expositio placet, quia reuera in iudicio perfecte cognoscẽt pœnam damni, quã patiuntur, imo, & modo etiam cognoscunt secundum multos authores, cum agunt de pœna originalis peccati, & nos attigimus disputatione præcedenti sectio. vltima.

4. Expos.

5. Expositio est, multos & non omnes qui dormierũt euigilaturos, quia aliqui ante resurrectionem generalem surrexerũt, vt sect. 3. in principio dicebamus.

5. Expos.

Ad. 3. Argumentum. R. ibi sermonem esse de resurrectione ad veram & gloriosam, vitã, dicitur enim, tibi enim resurrectio ad vitam non erit.

Ad. 3.

Ad. 4. R. Resurrectionem pertinere in habentibus mortale peccatum ad complementum supplicij, in iustis ad complementum præmij piorum operum, in habentibus solum originale peccatum ad complementum remunerationis Christi, ob cuius merita corpus immortale, & impassibile illis datur: resurrectio autem, quæ speciatim iustis promittitur, est glorioſa & perfecta. Quod vero etiam paruuli in originali defuncti, resurrecturi sint, constat ex dictis, & docet Lorin. act. 24. v. 15.

Ad. 4.

Sectio. 5. Quæ nam futuræ sint resurrectionis Causæ.

PRIMO de causa finali resurrectionis, nihil disputandum occurrit, vt docet Suarez. 3. p. to. 2. disputatio. 5. sect. 4.

31. 1. Concl.

2. De formali nihil dicendum est, quia resurrectio forma quædam est, formæ autem non est alia forma inquirenda: de ipsa autem essentia resurrectionis, quæ est passiua vnitio animæ & corporis, multa disputari possent, quæ omitto, quia physica sũt & cõmunia huic passioni, & reliquis, præsertim generationi substãtiali passiuę. Videlicet an hæc passio sit realiter distincta à motu seu mutatione, & ab actiõe illi respõdẽte, nẽpe suscitatiõe, & an subiec-

2. Concl.

subiectetur in materia, vel forma, vel toto cõposito, & an sit effectus actionis suscitandi, & posterior illa, & an sit aliquid absolutum, an relatio extrinsecus, vel intrinsecus aduenies, & an relationem de prędicamento ad aliquid includat.

3. Concl. 3. De causa materiali nihil dicendum est, quia constat materiam, seu subiectum denominationis in præsenti esse hominem, de aliorum siquidem resurrectione non differimus, quamuis proprie resurgere diceretur brutum, si mortui forma reproduceretur eadem numero & materiæ vniretur, in reliquis autem etiam viuentibus nullum locum habet resurrectio, neque habere potest, etiam de potentia absoluta, si proprie & in rigore loquamur, neque opus est referre, aut tractare quæ de hac re dicit Suarez supra dispu. 44. sectio. 1. Ratio autem cur sola animalia resuscitari, seu resurgere proprie dicantur est, quia ea tantum cadunt, quando per mortem locali motu sursum destituuntur, ita vt se erigere non possint, sicut antea; licet autem resurgere proprie bruta possint, & forte aliquod eorum proprie resurrexit, aut resurrecturum sit, tamen de nullo est necesse, id affirmare, vt dicta sectio. 1. monet Suarez, quia neque ad saluandas apparentias opus est, id nos dicere, neque ad aliquem finem oportet Deum id facere, sed satis erit similem formam producere, & materiæ præcedenti vnire, siquis vero assereret esse eandem numero formam, non esset cum illo contendendum.

32. 4. Concl. 4. De causa effectiua morali resurrectionis, qualis potest dici meritoria, aut impetratoria, certum est, iustis resurrectionem meruisse, & impetrasse Christum, sicut & reliqua beneficia supernaturalia, de quo Suarez & alij. 3. part. quæstio. 19. de merito Christi, & quæstio. 21. de oratione Christi: de resurrectione vero decedentium in originali solum esse debitam meritis Christi, diximus sectione præcedenti. De resurrectione autem paruulorum decedentium in gratia diximus, deberi & gratiæ iustificanti, & meritis Christi, cuius etiam oratione impetratur. De resurrectione autem iustorum adultorum dicimus, non solum orationi & meritis Christi, sed proprijs etiam respondere, vt colligitur ex Apoc. 6. vbi iustorum animæ resurrectionem petunt, & de merito docent Sancti in superioribus citati, qui necessariam dicunt resurrectionem, vt iustorum opera perfecte compensentur, & eodem modo multa opera malorum merentur ipsorum resurrectionem, vt complete puniantur. Horum tamen resurrectio, vt est malum quod dam ipsorum, non cadit sub meritis Christi. Nam Christus bona hominibus meruit non mala, vt tamen malorum punitio pertinet ad gloriam Dei & Christi, & honorem præsertim eorum, quos mali persecuti sunt, & quatenus eius terrore, viuentes à vitijs auocantur, vel in officio continentur, in merita Christi referri potest, vt docet Suarez. 3. part. tom. 2. disputario. 50. sectio. 4. ex Cyrill. 4. in Ioann. capit. 51. Tertull. libr. de resurrectione carnis, & sic potest intelligi id. 1. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo, id est meritis Christi, omnes viuificabuntur, scilicet, etiam mali defuncti in peccato mortali. Nam illa particula in Christo, causam meritoriam, vel impetratoriam designare videtur, licet de exemplari & efficienti saltem morali, & per suum imperium, exponi possit, & etiam damnatis accommodari. Vt tamen perfecta sit antithesis, melius exponetur, vt sicut Adam fuit causa moralis, & aliquo modo meritoria mortis omnium; ita Christus vitæ omnium, præsertim iustorum, de quibus tantum ibi esse sermo videtur, nam statim subiungitur, vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi; qui in aduentum eius crediderunt, & sic intellexit hunc locum Augusti. epistol. 28. ad Hieronym. de origine animæ dicens, quisquis dixerit, quod viuificabuntur, etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt. Hic profecto & contra apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam, &c. & infra de resurrectione vitæ exponit, & per hominem resurrectio mortuorum, & in Christo omnes viuificabuntur: ipsum refert & sequitur Beda. 1. Corinth. 15. quamuis D. Thom. ibi. lect. 3. & Catherin. opusc. de vniuersali resurrectione, & Ribera Apoc. 20. n. 37. de malis exponant in Christo viuificari, & certum est etiam malos imperio Christi ad vitam redituros, & hac ratione ipsum esse causam moralem efficientem resurrectionis eorum.

Vnde fit 5. conclusio vox Christi, & eius imperium est causa efficiens instrumentalis saltem moralis respectu resurrectionis. 33. 5. Concl.

Patet & probatur ab omnibus Theologis, ex Ioann. 5. venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ &c. & 1. Thessalo. 4. ipse dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, &c.

Pro cuius rei explicatione nota. 1. secundum Suarez illa sectione. 4. in vtroque 34. Nota. 1.

testimonio esse sermonē de eadem voce. Probat ex D. Tho. Cyrill. Rupert. Euthym. Ambros. Anselm, Chrysostom. Theodoreto OEcum. varijs locis & contextu, & quia vna vox sufficit: ergo superuacaneum erit duas emittere. Quod an certum sit in sequentibus constabit, id tamen expresse etiam docet Beda in id 1. Corinth. 15. omnes quidem resurgemus, & adducit August. lib. de gratia noui testamenti.

35. Nota. 2. quod licet quidam dixerint, hanc vocem solum esse mentale imperium Christi, tubam vero Christum exhibentem huic mundo inferiori sensibilem & manifestam suæ humanitatis & virtutis præsentiam, vel talem vocem esse hanc ipsam præsentiam Christi, vt refert nec impugnat D. Thom. 4. distinct. 43. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. & add. quæst. 76. ar. 2. & 1. Thessalo. 4. & colligi videtur ex Gregor. 39. mor. cap. 32. dicente, tubam sonare, nihil aliud est quam mundo, vt iudicem filium demonstrare. Alij vero dixerint, vocem Archangeli & Christi & tubam, & virtutem Dei, idem esse, & prius natura audiēdam hāc vocem, quam mortui resurgant; quia operatio diuinæ virtutis antecedet ordine naturę re resurrectionē mortuorū, ita Horōtius. 11. Margaritæ. cap. 36. Nihilominus certum cum Suarez illa sectio. 4. Puto, hanc vocem fore sensibilem, qua Christus dicet, surgite mortui venite ad iudicium, quam opinionem locis etiam indicatis retulit D. Thom. Secutusque est Ioann. 5. lectio. 5. dicens, vox ista erit sensibile signum filij Dei, ad quam omnes suscitabuntur, & adducit loca Pauli citata, & id Matth. 25. media nocte clamor factus est, idem tenet Sotus. 4. distinctio. 43. quæstio. 1. artic. 4. idem probat Suarez ex Hieronym. epistol. 61. ad Pamach. dicente, audient auribus, & procedent pedibus, sed hæc probatio non vrget, nam illam vocem, licet sit sensibilis, non audient aures, cum præcedat resurrectionem, nisi forte dicas partem quæ continet imperium resurrectionis, esse priorem resurrectione, & non audiri, nisi mente ab anima, metaphorice à corpore: eam vero quæ continet imperium veniendi ad iudicium, sequi resurrectionem, & audiri aure corporis, vel certe priorem partem manere breuissimo aliquo tempore post resurrectionem. Eandem sententiam insinuat Chrysostom. homil. 38. in Ioann. dicens, orbem terrarum Christi voce resurrecturum, & Gregor. 17. mor. capit. 21. ad hanc vocem accommodans id Iob. 16. quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri, & Sophoniæ. 1. iuxta est dies Domini, dies tubæ & clangoris, & Psal. 49. Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit, sumit etiam argumentum ex virtute Christi, qui tempore passionis vna voce inimicos suos prostrauit Prēterea 1. Thessal. 4. tanquam quid distinctum ponitur iussus Dei, & vox Archangeli, ergo præter imperium Christi, dabitur vox Archangeli, quæ dicitur vox Christi secundum Suarez, quia Archangelus ex imperio Christi vocem emittet. Si dicas præsentiam Christi, vel eius manifestationem dici vocem metaphorice, contra nam præsentia Christi, nec metaphorice dici potest vox, eius autem manifestatio, licet metaphorice possit vox dici, tamen ante resurrectionem non se manifestat Deus suscitandis, vox autem præcedit resurrectionem, ergo aliud est à tali mifestatione. Præterea verba scripturæ, quæ commode possunt exponi in sensu proprio, non sunt exponenda in sensu metaphorico. Sed commode intelligimus vocem Christi, ante resurrectionem fore sensibilem, ergo Min. Probatur quia cum hæc suscitatio sit corporalis merito fit instrumento aliquo corporali, scilicet voce Christi. Sicut Ioan. 11. Suscitauit Lazarum illa voce, Lazare veni foras, & Luc. 7. adolescens tibi dico surge, & Marci. 5. Puella tibi dico surge & sæpe Apostoli & alij Sancti.

Nota. 2.

Ex quo etiam cum Soto & Suarez supra deduco, & noto. 3. vocem illam futuram esse articulatam, vt sit capax significationis consueto, & communi modo, & sine noua impositione. Addit Sotus, futuram illam vocem cuius meminit Hieronym. in regula Monachor. capit. 30. surgite mortui, & venite ad iudiciū, quā vocē. Hieronymo tribuit Vigue riusc. capit. 21. §. 2. vers. 1. & bene quidem, nam illo capit. 30. de consideratione extremi iudicij sic ait, semper tuba illa terribilis vestris perstrepat auribus, surgite mortui venite ad iudicium, vnde immerito quidam ait, ibi nec verbum de hac re inueniisse, sed solum in. c. de timore vltimi iudicij asserere. Tunc ad vocem tubæ pauebit terra, & infra siue leges, siue dormies, siue scribes, siue vigilabis, hæc tibi semper buccina in auribus sonet, quæ verba in regula illa non habentur eadem vox surgite mortui, &c. habetur apud D. Thom. 1. Thessalo. 4. vbi tamen Chrysostom. homil. 8. ait futuram esse, resurgent mortui. Addit Chrysosto. Archangelum inferioribus Angelis dicturum, paratos facite omnes, iudex enim adest, & hoc est quod ait Theophyl. Archangelum dicturum subiectis Angelis, apparate vos omnes, iudex enim præsto est, quæ vox secundum Chrysostom. & Theophylactum non efficiet, sed supponet resurrectionem.

36. Nota. 3.

Addit

Addit Sotus præter vocem articulatam erunt forte similes clangores,& rauci strepitus, qui plus timoris incutiant.

37 Obiectio. Confir. 1. Si obijcias quia vox sensibilis non potest in toto terrarum orbe audiri, vox autem illa in toto orbe audiri poterit, ergo non erit sensibilis. Confirm. 1. quia illa vox à mortuis audietur, vox autem sensibilis non potest à mortuis audiri,ergo. Antecedēs.Probatur ex Ioā. 5.mortui audient vocem filij Dei,& qui audierint,viuent.Confir.2.quia tuba eo loco metaphorice dicta est,ergo & vox & sonus.

Confir.2.

Ad obiectionem. Ad obiectionem. R. Suarez. Si resurrectio mortuorum in vno tantum loco futura est, facile poterit in eo sensibilis vox audiri, si autem futura est in varijs locis, in quibus cadauera dispersa erunt, facile poterit fieri diuina virtute, vt illa vox in vniuerso orbe insonet, vel vt non sit vna tantum,sed multiplex,vel vt eius efficacia extendatur, quo nec sonus, nec eius species pertingūt,quamquam iuxta Christi testimonium,ita futura est illa vox, vt in toto orbe audiri possit.

38. Ad 1.confirmationem. R. Suarez. 1. audire esse obedire, quomodo res inanimatæ dicuntur audire præceptum Dei. Sic Deus Iob. 38. præcipit mari, huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. & Luc. 8. Matth. 8. & Marci. 4. venti & mare obediunt ei. 2. illam vocem habituram duas partes. 1. surgite mortui, & per hanc excitabuntur. 2. venite ad iudicium, & hanc audient auribus corporis. 3. R. tam velociter faciendum resurrectionem, vt fortasse aure corporis priorem partem vocis audiant, quia vox aliquo tempore durat,& saltem in instanti resurrectionis erit sonus vltimæ syllabæ, & hic audietur, & propterea dicentur, vocem illam audire. 4. R.Viguer. ca. 12. §. 3. vers. 7. iustos viuentes in carne mortali, & rapiendos in aera, audituros tubam, & visuros aliorum resurrectionem, quę prior erit. 5. Ouand. 4. distinctio. 43. prop. 9. ait intellectualiter tantum illam vocem audituros omnes iudicandos, quia sine corporeis auribus corporaliter audire non poterunt.

Ad 1.confirmationem. 1.Solutio 2.Solutio 3. 4. 5.

39. Ad 2.confirmationem. Ad. 2. confirmationem. R. Suarez incertum esse, quæ & qualis tuba futura sit. Nam D. Thom. interdum significat,ipsam vocem appellari tubam, propter similitudinem in sono, & spiritu, vel in vsu, aut munere. Quia in lege veteri vsus cubarum esse solebat ad conuocandos homines ad bellum, vel aliquas solemnitates, vel ad mouendum castra, qui omnes vsus facile possunt applicari ad hanc conuocationem hominum resurgentium, & hoc significat Anselm. 1. Thesal. 4. vbi ait,dictum esse in voce Archangeli, quia Archangelus ante ipsum Christum clamabit excitans mortuos, iuxta id Matth. 25.media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Vbi OEcum. indicat, ipsum Angelum vocari tubam Dei, ait etiam Suarez & Sotus, non esse improbabile, quod indicauit Anselm. in Elucidario, Angelum in corpore aëreo vsurum etiam instrumēto corporeo ex aëre confecto in modum tubæ, quam non vnicam, sed multiplicem fore ait, de quo supra, non fore autem instrumentum tubæ sentiunt Sotus ipse & Somnius in demonstr. titulo de resurrectione capit. 7. Gregor. 17. mor. c. 21. Hieron. ep. ad Mineriū Phocius & Ansel.& OEcum. 1.Cor. 15.& 1.Thesal.4.

40, Not. 4. Nota.4.Prius resurrectionem futuram,quā Dominus è cælo ad terram iudicaturus descendat,vt ait Palac.4.dist.47.disp.vnic.& Suarez supra, ita saltem, vt priusquam ad locum iudicij perueniat,iam ibi sint omnes homines suscitati,& cōgregati præter eos, qui iam sint corpore & animo glorioſi,qui eum commitabūtur,quia non decet,vt iudex iudicandos expectet,sed vt ipsi aduentum iudicis præstolentur,quod significat in illis verbis.Mat.25.ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Ita sentiunt Chrysosto.1.Thesal.4.hom.8.OEcum.Theophyl.Theodoret. ibi,indicat Ansel. ibi & clarius in Elucid. Chrysosto. hom. de ascensione Christi.tom.3.Hipolytus oratione de consummatione mundi dicens, sonabit tuba, & excitabit dormientes,& omnes in ictu oculi resurgent,& astabunt super faciem terræ expectantes iusti, atq. terribilis iudicis aduentum. Ait autem Palac.esse contra Aug.20.ciuit.ca.30. in fine,vbi ait, prius venturum esse Christum, deinde futuram mortuorum resurrectionem. Sed Aug.fatetur,esse incertum, & quadam cōiectura nitens,facile exponi potest,vt prius incipiat descendere de cælo,non tamen ad locū iudicij veniat,quā resurrectio fiat. Vnde OEcum. supra. Dum iusserit ipse,dum vocem Archangelus dederit, dū buccinæ perstreperint descendet,& hinc amplius cōfirmatur,vocem tubæ non fore Christi præsentiam, nam anteq̄ Christus descendat, tubæ sonus erit,& resurrectio hominum.

41 Not.5. Nota. 5. Suarez addere,hanc vocē non esse ore Christi edēdā,quia nō decet Christū, sed ministrum & præconē iudicis talem vocem edere,nēpe Archangelum,ideo eadem vox dicitur Christi,vt præcipientis,& Archangeli, vt exequentis. Ioannes appellat eam vocem filij Dei, Paulus vocem Archangeli iussu Dei editam, hoc enim significat,dicens, quoniam ipse Dominus in iussu,& in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, ac si diceret, descendet prēmittens iussu suo vocem Archāgeli,& tubam Dei,vt exponit Chysosto.& ali

græci relati, qui nomine Archangeli non Christum, sed verum Angelum Christi ministrum intelligunt, vt etiam Hieronym.1.Thes.4.licet Ambros.ibi non sine fundamento (vt ait quidam) sed cum magno fundamento dicat, futurum esse ipsum Christum, magni consilij Angelum Isaiæ.9.quia scriptura satis significat illam vocem Christi ore proferēdam (in quo nulla est indecentia) vt proprio ore multos suscitauit, ne igitur duplex vox frustra ponatur, sed vnica tantum, quæ vere sit Christi, per Archāgelū, Christū intellexit & D.Tho.2.Thes.4.vtramque expositionem admittit.Confir.nam infra videbimus resurrectionem esse efficiendam voce Christi, efficienda autem est voce Archangeli, ergo recte per Archangelum intelligitur Christus, quod etiam tenet Horontius.11.Margaritæ.capit.36.Sotus.4.d.43.quæs.1.art.4.Magister eadem dixit.ait vocem illā fore Archangeli ideſt Christi vel vnius, aut plurium Angelorum.Richar.art.3.quæst.3.Archangeli nomine plures Archangelos intelligit; ait enim. Primo Christus in suo descensu iubebit Angelis congregare pulueres, ideo descēdet in iussu. Deinde præcipiet corpora reformari. 3. Angeli prouinciarum, vel Archangeli clamabunt vnusquisque in prouincia sua voce sensibili, vt omnes compareāt ad iudicium. Quandus vero prop.9.ait Archangelum esse solum Michaelem, idem docet Catherin.opus.de vniuersali resurrectione. Similiter autem, suppositio quod Archangelus non sit Christus, quidam dicunt fore Michaelem, qui, vt olim Synagogæ, ita nunc Ecclesiæ præest, & omnibus Angelis animarum custodibus, ita D. Thom.supra. Alij Gabrielem, tum quia est præcipuus inter Angelos infimæ Hierarchiæ, tum quia sicut ille fuit nuncius primi aduentus Christi, ita verisimile est, futurum secundi. Vnde Sedulius. 1. Thesalo. 4. sub disiunctione ait, esse Michaelem, vel Gabrielem: & si est de infima hierarchia, omnes alij ei subiecti, erunt de eadem.

42. Nota.6. Vocem prædictā fore causam instrumentalem (saltem moralem) resurrectionis, docet Sotus supra, & Scotus. 4. distin. 48. quæst. 1. ad. 2. dicens resurrectio corporum potest competere Christo homini, vt imperanti, licet imperio subauthentico, quia respectu illius habet dominium minus principale saltem accipiendo resurrectionem pro illis præambulis, quæ fient ministerio Angelorum, &c. idem tenent Suarez, & alij referendi, & Origines, qui vt refert Pamphilus, siue Martyr, siue vt alij volunt, Eusebius, apologia pro Origine prop.7.libri de resurrectione carnis, cum voluerit Deus secundum ea, quæ dicta sunt per sacramentum tubarum in nouissima tuba facere, vt mortui resurgant, per illam ipsam substantialem rationem, quæ salua permanet, Dei voluntate iterum resuscitabuntur. Particula, per, instrumentum significat, ergo vox illa tubæ instrumentum erit resurrectionis, quod satis innuitur. Ioan.5. audient vocem filij Dei, & procedent in resurrectionem, &c. & 1. Cor. 15. canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti.

43. Nota.7. quod siue tuba proprie, siue metaphorice sumatur, plures erunt tubæ, & in sono tubæ vltimæ, quam emittet Archangelus, resurrectio fiet, ita docet Angles. quæst. de resurrectione. art. 2. Suarez supra. Origines verbis relatis ex Pamphilo. Chrysosto. hom. 8. in 1. Thesalo. 4. Theodoretus ibi & patet ex Paulo. 1. Corinth. 15. dicente, resurrectionem futuram in nouissima tuba. Vbi Hieronym. per nouissimam tubam intelligit nouissimum Christi aduentum, & D. Thom. ibi ait, illa tuba est vox illa Christi, de qua Matth. 25. clamor factus est, & Ioan. 5. audiēt vocē filij Dei, .i. ipsa præsētia Christi mūdo manifesta, & late assignat rationes, propter quas dicatur tuba. Sed OEcum rem explicat ex Apo. 8. vbi Ioānes vidit. 7. Angelos, quibus datæ sunt. 7. tubæ, quibus singuli succesſiue concinerunt, & sex prioribus personantibus, non est facta resurrectio, sed potius magna strages, & interfectio de. 7. autem dicitur. cap. 11. & septimus Angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes, factum est regnum huius mundi domini nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Hanc tubam. 7. Angeli putat OEcum. esse tubam nouissimam, ad cuius sonitum in momento in ictu oculi mortui sunt excitandi. Idem prorsus docuit Didymus apud Hieronym. & cum eo ipse Hieronym. in id Matth. 24. mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & epist. 151. ad Minerium & Alexand. ante medium, & ibidem ait, quod dicitur, in nouissima tuba, duplicem habere intelligentiam. 1. vt clangor tubæ indicet vocis magnitudinem iuxta id. Sicut tuba exalta vocem tuam. 2. vt indicet apertam omnium resurrectionē iuxta id. Matth. 6. cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Et Hieronym. in fine illius epistolæ ait, vtrumque agmen, scilicet mortuorum & viuentium, rapientur pariter in nubibus obuiam Christo: vt non eum expectent donec ad terrena descendat, sed præsentia illius, & contubernio in sublimibus perfruantur, & infra, descendet sermo diuinus voce Archangeli præcedente, & præparante sibi viam, vt vox Ioannes præcursor fuit in 1. aduentu, & infra, sin autem magna est vox Angeli & tubæ, & Archangeli, quanto maior erit tubæ Dei, quæ parat vias primum dormientium, & mortuorum

in

in Christo,deinde eorum, qui viuunt, & re si dui sunt,& sermonis Dei præstolantur aduentum, forsitam simplicis tubæ clãgor dormientibus, & mortuis in Christo necessarius est, vox autem archangeli,& tubæ Dei ijs, qui viuunt,& in præsentia Dei seruantur, in quibus verbis Hierony. aperte videtur distinguere vocem seu tubam angeli,& Dei, & hãc futuram putat maiorem. Et vocem Angeli forsitam conducere ad suscitandos eos, qui ante diem iudicij mortui fuerint, vocem autẽ Archangeli,& vocem Dei ad suscitãdos postea deducendosq. ad Christum eos, qui eo die viui reperti fuerint.

44. Nota octauo,alios aliter distinguere effectus Christi, & Angelorum in resurrectione mortuorum.Circa quod quidam dicit. 1. cõgregationem cinerum, cuiusq. corporis fieri Christi imperio,ministerio tamẽ Angelorum: vt docet D.Tho.supra, & cæteri Theologi cũ Aug.3.Trinit.cap.4. Gregor.4.dialog. cap.5. & reliqui sancti.1.Cor.15.& 1. Thesal.4. quia Deus ad ministrat superiora per inferiora, & causis secundis vtitur, quando commode fieri potest. 2. Dicit verisimile esse, plures Angelos huic operi ministraturos, quia Matth. 24. dicitur,mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quattuor vẽtis. Et Chrysost.hom.8.in 1.Thes. 4.dicit ad sonitum tubæ Angelos huc atq. illuc discursuros,vt colligant cineres Archangelum autem (inquit) putamus eum esse,qui præsit, & incumbat alijs in orbẽ missis atq. hoc illis inclamet paratos facite omnes,adest enim iudex,& idem (inquit ille) est quod ait OEcum. & alij Græci, & Anselm. in Elucid. 3. Dicit non est incredibile,bonorum cineres congregandos esse à bonis Angelis eorum custodibus,malorum vero cineres à dæmonibus,qui eos vicerunt. Verisimilius autem est, sicut omnium resurrectio à Christo fiet: ita hanc materiæ præparationem per proprios, ministros,& bonos Angelos esse efficiendam, quia licet multi resurgentium praui sint, eorũ tamen resurrectio bona est, & Christi actio propria. 4. Dicit licet congregatio,hæc cinerum secundum Anselm.in Elucidario futura, sit virtute supernaturali, & voce sensibili omnium Angelorum tubis conclamantium, tamen hoc incertum est, quia scriptura de hac tuba in singulari loquitur. Imo contra Ansel. ibi. & 1. Thesal. 4. sentiendum est,hanc congregationem cinerum efficiendam esse, non per vocem,vel sonum aliquem à Deo eleuatũ, sed per naturalẽ virtutem Angeli. Nam Angelus naturaliter potest sola sua volũtate mouere cineres, & congregare in vnum locum. 5.Dicit dispositionẽ & organizationem suscitandorum corporum, nõ fieri ministerio Angelorum; sed virtute,& efficacia Christi.Prior pars,& in qua sola est difficultas, est contra aliquos,quos ille ait grauiter errare, asserentes etiam organizationem corporum efficiẽdam esse opera Angelorum,& alios fingentes, virtute Angelorum iustorum congregandos puluercs efficienda ossa, & coniungenda, virtute vero Archangelorum prouinciarum connectenda per neruos,qui carne,& cute cooperiẽtur ac tandem virtute Dei,& voce Christi dicente surgite mortui &c. introducendam animam,vt docet Viguer.cap. 21.§.2. verfic.3. quæ omnia in primis voluntarie, & sine vllo fundamento conficta sunt (inquit ille) quod satis est,vt à Theologis reijciantur, quia Angelus non potest virtute naturali alterare, & disponere materiam ad formam, fingere autem ad hoc diuinitus eleuari,voluntarium est, & eadem ratione fingi posset, eleuari ad efficiendam ipsam resurrectionem. Præterea,vel Angeli efficiunt totam organizationem vsq. ad vltimam dispositionem, vel eorum actio cessat paulo ante vltimam dispositionem, si 1.dicatur, sequitur, eos efficere resurrectionẽ hominis, sicut homo generat hominem disponendo materiam. 2. vero per se est improbabile, & voluntarium:cur enim illa actio perueuit ad talem terminum, & non vltra progressa est,aut vnde hoc constat? Cum tota actio à principio sit in modo suo supernaturalis. Et eodem modo reijcienda est (inquit) illa inter Angelos actionis huiusce partitio, vt pote fabulosa & commentitia. 6. Dicit solum Christum effecturum resurrectionem, quoad corporis dispositionem,animæ vnionem, & omnes proprietates, & perfectiones inde consequentes.Hæc est (inquit)D.Tho.supra,& omnium Theologorum:colligitur ex Ioann.5.sicut pater suscitat mortuos,& viuificat, sic, & filius,quos vult,viuificat,quod Aug.tract.21.in Ioann.de Christo, etiam vt homine intelligit, quod colligunt ipse, & alij ex illis verbis nolite mirari hoc, quia veniet hora, quando omnes, qui in monumentis sunt audient,vocem filij Dei.Et ita etiam hunc locum intelligunt Chrysosto.Cyrill.& alij,& huic loco consonat Paulus.1.Corin.15.& 1. Thesal 4.Ratio autem est, quia humanitas Christi est instrumentum conuinctum,quo diuinitas operatur, quæ expedit per ipsam operari, sed expedit maxime ad gloriam Dei, vt eius humanitas sit instrumentum resurrectionis vniuersalis sicuti & resurrectionis Lazari, & similiũ ergo. Conf. ex Athan. serm. 4.contra Arrianos dicente,sicut suscitauit Lazarum sua humanitate, ita in nouissimo die suscitaturum omnes.

45. In his autem dictis aliquæ sunt difficultates.1.Quia si verum est,quod in 2. dicto asserebatur, vocem Archangeli esse dirigendam ad

1. dictum cuiusdã.
Nota. 8.
2. dictum.
3. dictum.
4. dictum
5. dictum.
6. dictum.
1. difficultas circa hæc dicta.

ad Angelos inferiores, & hanc fore, paratos facite omnes,adest enim iudex ,ergo per talem vocem non suscitabuntur mortui, quod est contra Hierony. Didymum OEcumeniũ, & alios citatos ex scripturis colligentes,ad vocem Archangeli seu septimi Angeli relati Apoc.8.& ad uocem nouissimæ tubæ suscitandos mortuos. Deinde vox Archangeli erit sensibilis,vt ostendimus, Archangelus autem Angelis non loquetur voce sensibili,sed locutione interna,frustra enim vnus Angelus exterius ad alios loquetur,præsertim nullo homine audiente,ergo alia est assignanda vox Archangeli, & ita sentio, vocem sensibilem Archangeli ad homines suscitandos dirigendam esse,antequam Christus ad iudicij locum perueniat,qua voce suscitandi sunt homines,vt in corporibus suis eius aduentum expectent, licet etiam Archangelus mente locuturus sit cum Angelis subiectis,quæ à quolibet eorum exequenda sunt.

46. 2. diffic. 2. Difficultas est circa. 4.dictum,non enim videtur commode fieri posse cinerum cuiusq. corporis congregationem sola virtute naturali Angeli,quia cum Angeli non semper omnia actu considerent, non semper attendunt, in quas res materia cuiusq.hominis transmutetur, & in quem locum moueatur, non cognoscent naturaliter omnes Angeli custodes, quæ,& vbi nam sit materia hominis,cuius custodia illi commissa fuit, quamq. congregare debet ad resurrectionem:quomodo igitur illam naturaliter poterit congregare: & licet demus per vitam hominis notasse omnes partes materiæ,quę sub anima illius fuerunt,quia cognoscit naturaliter indiuiduales ipsarum differentias intrinsecas,& cum voluerit,posse scire quæ nam,& vbi sint. Vel certe id vnicuiq. Angelo reuelari à Deo, tamen 1.horum est per totam vitam custoditi hominis, mentem Angeli in re parui momenti occupatam esse. Vnde Palac.4.d.43.disput.3.ait,quod Angeli forte non cognoscunt naturaliter, vbi sint pulueres,quia non semper attendunt,quid de illis fiat,cum resoluuntur. 2. Vero est, præter legem,& quasi miraculum, & quidem insufficiens,nisi alia adiungantur, cineres enim quorundam ita erunt dispersi, vt non possint virtute naturali Angeli,qui nõ potest esse simul, & operari in pluribus locis,facile & breuissime congregari,& præterea nescient Angelus, quæ partes materiæ cuiusq. cõgregandæ sint, non enim ad ipsum,sed ad Deum pertinet,designare ex materia, quæ fuit sub multis animabus,quæ pars sit cuiq. reddenda,& in pigmæis,& nanis,quæ materia in supplementum debeat adduci,& in gigãtibus,quę relinqui,& in cæteris,quæ materia ex ijs, quæ fuerunt sub anima cuiusq.,resumenda sit, quæ omittenda, & quod membrum ex ista, vel illa formandũ sit,oportebit de his etiam speciales reuelationes cuiq. Angelo fieri: multa ergo implicantur mira, & præter legem. Satius ergo erit, vt voci cuiuslibet Angeli, quæ externa forte erit,Deus conferat vim,saltem moralem,vt ea facta,concurrant ex vniuersis orbis partibus omnes pulueres à Deo designati ad cuiusque resurrectionem,& vnusquisq. ponatur in loco apto ad formationem cuiusq. mẽbri, in quo Deus vult ipsum resurgere. Quod nõ erit magnum miraculum:nam imperio Angeli naturaliter mouerentur cineres,si Angelus in eo loco esset, solum ergo ex miraculo suppletur præsentia localis in quibusdam, ne opus sit, Angelum per tot mundi partes discurrere, & erudiri à Deo circa singulos pulueres,qui cõgregandi sunt,recte igitur Anselm.congregationem pulueru retulit in virtutem supernaturalem verbis, & imperio Angeli collatã, & cum hoc fiat virtute supernaturali,nõ quoad substantiam, sed quoad modum operandi, non esset omnino absurdum, vt dispositio, & organizatio materiæ Angelis tribueretur supernaturali virtute moraliter non Physice operantibus,quamuis melius dicitur,hoc(quia maius est, & non potest fieri sine virtute supernaturali quoad substantiam, & quia conuinctum est cum ipsa vnione animæ, eo quod statim ac materia fuerit dispositа, inducendà est anima)voci Christi reseruari. Vt cumq. autem sit, congregatio pulueru ad Angelos pertinebit, suscitatio vero ipsa ad Christum. Vnde OEcum. 1. Thesalo. 4. ait, quod terra quidem incorruptibiles effectos, quos acceperat redditura sit,vox Christi efficiet, quod vero ij, qui in extremis mundi partibus dispersi fuerint, in vnum cogantur, Angeli efficient,id iubente Archangelo, vbi quod Phocius ait,Christus iubebit Archangelo, Archãgelus inferioribus Angelis.Ipsi vero, vt tubæ perstrepentes omnes suscitant, & congregant, non est intelligendum de suscitatione proprie dicta,quæ est vnio animæ & corporis, sed de eleuatione, & motione pulueru in locum resurrectionis.

47. 3. difficul. 3. Difficultas est. Nam si vox Archangeli, & vox Christi eadem est, nempe Angeli, vt exequentis,Christi vero,vt imperantis, vt patet ex.1.notabili,& ad vocem Christi suscitandi sunt homines,vt docuimus ex Ioann. 5. audient vocem filij Dei, & qui audierint,viuent, &c. Ergo, & ad vocem Archangeli suscitandi sunt.& sic ea erit instrumentum immediatum resurrectionis. Confir.1. quia, vt in 7.notab. dicebatur,tuba.7. Angeli.Apoc. 8. suscitandi sunt homines,ibi,autem per septimum Angelũ cõmuniter intelligitur verus Angelus Christiq. minister,ergo ministerio alicuius Angeli

fiet

fiet ipsa resurrectionis substãtia. Conf.2. quia si non voce Archangeli fit immediate ipsa resurrectio, quo alio immediato instrumento Christus suscitabit homines? Ad hanc difficultatem. Resp. author ille vocem Christi, & Archangeli eandem esse, nempe Archangeli, vt proferentis, Christi vero, vt imperantis, & eam fore instrumentum phÿsicum, quo fiet resurrectio. Vnde non solum Christus vt imperans, sed Angelus, vt exequens, vtetur illa quasi instrumento, & efficiet Physice resurrectionem sicut verbis sacerdotis sacerdos dicitur Physice consecrare, & conuertere panem in corpus Christi, quia tamen actio præcipue tribuitur imperanti, propterea Christus magis proprie, quam Archangelus, voce illa mortuos suscitabit. Vnde Chrysosto. hom. 8. in 1. ad Thesal. Resurgent mortui, & fiet opus non Angelorum ad hoc quicquam valentium, sed verbis ipsius; tãquam, si rege quopiam imperante, ac iubente egrederentur concluſi, & captiui, & ministri eos adducerẽt, non illi postea propria virtute, sed ex voce illa hoc facerent. Et Euthymius. suo. c. 7. in Ioan. ait virtute arcana coaptabit animabit ac excitabit mortuos, voce sua, siue iussu, quo tunc per Angelum clamabit.

48. Hic modus dicendi probabilis est. Sed inprimis quotidie mihi magis placet, sacramẽta, & alia de quibus dicunt multi esse instrumenta Phÿsica conferendi gratiam, & suscitãdi mortuos, &c. Solum esse instrumenta moralia, vt in materia de sacramentis defendi cũ multis grauissimis authoribus. Et Chrysosto. illa hom. 8. expresse docet, suscitationem futuram virtute, & iussu Dei, nemine Angelorum famulante, aut ministrante ad hoc, sed tantũ ad congregationem suscitatorum, & adductionem in vnum locum. Inquit enim *est itaq. resurrectio diuinæ virtutis opus &c. adducto vero opus ministrorum erit*, & infra, *nemine ad hoc famulante, sed iussione Dei*, &c. Et eodem modo loquitur Theoph. vocem autem Archangeli ponunt ad Angelos dirigi inferiores, vt resuscitatos congregent, vel in voce Archangeli solam causalitatem, & virtutem ex Dei iussu sumptam ponunt, sic etiam intellige Euthym. & per eam saluantur optime scripturæ. Ioan. 5. 1. Cor. 15. 1. Thesal. 4. & D. Tho. 4 d. 43. q. 1. art. 2. q. 2. dicens per Christi vocem suscitandos mortuos sicut eius voce cessauit tempestas maris. Matth. 8. & quod ait Toletus Ioan. 5. vocem Christi futuram diuinæ potentiæ instrumentum in suscitatione mortuorum. Et fatuet Sotus sæpe negans generaliter, hæc instrumenta phÿsica imperio tamen Christi cõcedens. 4. d. 48. q. 1. ad. 2. suscitandos mortuos quod male cum formidine dicit nisi dubitet tantum de imperio externo propria voce expresso, nam de hoc dubitatio esse potest: quidam enim, quorum sententiam probabilem putat Suarez, dicunt Christum sua voluntate, & non alio instrumento excitaturũ mortuos. Vnde D. Tho. explicans illud verbum in voce Archangeli. 1. Thesalo. 4. lectio. 2. ait, in voce Archangeli, non quod operetur in voce eius, sed ministerio eius. Et dicit, Archangeli, quia omnes Angeli sub vno Archangelo ministrant Ecclesiæ Apoc. 12. Hic est Michael Princeps Ecclesiæ, vel in voce Archangeli, id est Christi Principis Angelorum Isai. 9. magni consilij Angelus, & in voce eius corporali, vel spirituali. Ecce sub dubio relinquit, an mortui suscitandi sint imperio Christi interno, vel externo, sed in 4. supra resurrectionem ait efficiendam externo signo corporeo, & probabile putat futuram esse vocem Christi ore prolatam, & certe si ipsa vox ab Archangelo facta, esset instrumentum phÿsicum resurrectionis, licet moraliter magis esset resurrectio tribuenda Christo, quam Angelo, tamen magis, esset phÿsice Archangelo tribuenda, quod videtur aliquod inconueniens, vnde satis est probabile voce prolata ore Christi futuram resurrectionem, voce autem Archangeli tantum efficiendum esse aliquid præuium resurrectioni proximum, vel Angelorum custodũ discursum ad colligendos, & coaptandos cineres pro resurrectione, & ideo D. Thom. supra dixit, non voce, sed ministerio eius aut certe, Archangelum ipsum esse Christum, vt Sotus, Ambros. & D. Tho. arbitrantur.

49. Ad. 1. conf. R. ibi per. 7. Angelum, vel intelligi Christum, vel voce ipsius emissa imperio Christi suscitandos mortuos, atq. adeo principaliter in esse moris suscitandos à Christo, ex cuius imperio vox illa virtutem capit. Ad 2. conf. dicendum est illam vocem esse instrumentum Christi ratione dicta, alij dicunt non esse quærendum aliud instrumentum Christi nisi eius voluntatem, & imperium: nam quos vult viuificat. Ioan. 5. Sed melius dicitur vocem emissam ab ipso, vel ipsius imperio esse etiam morale instrumentum, aliqui etiam dixere resurrectionem Christi effectiue concurrere ad nostrum resurrectionem, hoc reijcit quidam, quia implicat contradictionem quod non est secundum se, operari per se. Sed dici posset, id non implicare, vt defendi tanquam probabile, in materia de sacramentis, vel actionem illam manere in suo termino, & per illum operari. Vel eam actionem continuari modo, quia conseruatio est productio contiuuata. Hoc minus placet, quia suscitatio Christi, & eius conseruatio differunt essentialiter ex modo procedendi: suscitatio enim fuit actio supernaturalis, non pendens à quibusdam dispositionibus corporis, sed fortasse ab huma-

humana Christi voluntate, & ab existentia humanitatis interrupta, conseruatio autem actio naturalis diuinæ virtutis pendens à quibusdam dispositionibus corporis, & non ab interrupta existentia humanitatis, non est ergo continuatio suscitationis, sed alia noua actio. Verisimilius tamen est resurrectionem Christi non esse efficientem causam nostræ resurrectionis, nisi moralem manentem in mente Dei suscitantis ad gloriam dependenter à resurrectione Christi præterita, vt à conditione, sine qua non: est enim resurrectio Christi causa exemplaris resurrectionis nostræ, vt dicemus.

50. 6. Concl. Quidquid sit de causis instrumentalibus, nulla creatura etiã humanitas Christi, vel anima resurgentis est causa principalis respectu resurrectionis. Hæc est certa & communis, neq. scio aliquem, qui oppositum tenuerit, quamuis Scotus 4. d. 43. q. 3. §. de 3. art. litt. O. & Ouandus ead. d. prop. 7. Tribuãt Henrico, quod lib. 11. q. 14. quod anima rationalis suppositа dispositione materiæ vnit se illi effectiue: at vero, neque ista expositio, neque alia, quæ habetur apud Suarez. 3. p. to. 2. disp. 44. sect. 5. in fine. Scilicet dispositа materia, sine vlla alia actione Dei, vel creaturæ reuniri animam rationalem, & hominem resurgere, est de mente Henrici, solum vult connaturale esse animæ, vt suppositа dispositione corporis, sequatur aliqua actio Dei, per quã vniatur, & in hoc sensu reiecimus hanc sententiam sectio. 2. In illo vero priori sensu reijcitur à Soto, & Ouando, & breuiter nos eandẽ reijcimus. 1. quia naturaliter nihil potest introducere formam, nisi introduxerit vltimã dispositionem: sed anima non introduxit vltimam dispositionem in corpus, ergo nec introducit seipsam. 2. Nulla substantia creata producit aliquid substantiale, nisi medio aliquo accidenti; sed anima nullo accidenti vtitur ad suam introductionem in resurrectione, ergo non producit vnionem substantialem sui cum corpore, minor patet, quia si vteretur aliquo accidenti, per illud disponeret corpus: at non disponit, ergo nullo vtitur accidenti. 3. Quia anima separata est veluti Angelus, qui solum motum localem potest imprimere corpori, imo aliqui dicunt, animam separatam non posse naturaliter se, vel corpus mouere, ergo multo minus poterit vnionem substantialem in corpore producere. 4. Producens talem vnionem producit hominem, anima autem non potest hominem producere, quia causa æquiuoca debet esse nobilior effectu, vt communiter dicitur, & probat ibi Scotus ex Augustin. & Auicen. ergo nõ potest talem vnionem producere. Et confir. nam forma geniti nunquam coincidit cum causa efficienti, & alioqui anima rationalis in instãti generationis efficeret vnionem sui cum corpore: posterius enim est à Deo creata, quod est absurdũ, ergo nec in resurrectione efficit prædictam vnionem. Confir. 2. alioqui resurrectio esset naturalis ex parte principij actiui creati, quia facta dispositione corporis, sine vlla eleuatione dicitur effici ab anima: consequens est falsum, ergo. Deniq. prob. quia vt vidimus sect. 2. sancti in solam Dei virtutem referunt suscitationem corporis, ergo non fit effectiue ab anima, vel alia creatura. Vide Richar. 4. d. 43. ar. 3. q. 2. & 3. Bon. nu. 33. Varronem, quæst. 4. 7. Concl. Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis omnium, præcipue tamẽ iustorum; hanc late, & bene docet, & declarat Suarez, 3. p. to. 2. disp. 50 sect. 5. & 6. neque in dictis eius est aliqua difficultas præter eã, quam sectio. 6. tractat determino, à quo resurrectionis, de quo dicam sectione sequenti. 7. Concl.

6. Conclu.

Sectio. 6. Vtrum omnes corporis partes prius in cineres, vel elementa resoluendæ sint, quam resurgant, vel ad vitam restituantur.

QVIDAM dicunt, secluso priuilegio speciali neminem esse ad vitam gloriosam suscitatum, vel suscitandum, nisi prius sit in cineres, vel elementa conuersus. Hæc est D. Thom. additio. q. 78. ar. 2. & 4. d. 43. q. vni. ar. 4. q. 2. Ouand. prop. 3. & 9. Sotus, q. 2. a. 5. vbi ait, indecens esse, hanc sententiam negare. Richard. ead. d. ar. 4. q. 2. & d. 47. art. 2. q. 4. & 5. Parisien. lib. de pœnitentia, fol. 32. col. 4. cap. de comparatione resurrectionis spiritualis, & corporalis. Denique hæ est communis sententia Schol. 4. distinctio. 43. 44. & 45. & 47. vt ait Suarez. 3. p. to. 2. disput. 50. sectio. 6. Suadetur. 1. ex Genes. 3. vbi vulgata habet, puluis es, & in puluerem reuerteris, & 70. habent, terra es, & in terram redibis; quæ verba explicans Haymo. Rom. 5. ait, hæc sententia omnes tenet, qui in originali peccato nascuntur, quia nimirum incineratio est pœna originalis peccati, ergo. Sed ait quidam, quid quid sit de veritate huius opinionis, tamẽ hoc fundamentum, & alia, quæ adducuntur, firma non esse, & de hoc probat: nam redire in terram nihil aliud est, quam mori. Sicut ibidem dicitur, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, id est donec moriaris, non enim vescitur homo pane vsq. ad resolutionem corporis in elementa, sed vsq. ad mortem: atque ita iuxta 70. legunt, & exponunt hunc locum Chrysosto. hom. 17. in Genes. Theodoret. quæst. 37. Hieronym. 51. 1. sentem. 1. Fund.

Hieronym. Abac. 3. & Psal 51. August. 13. ciuit. cap. 15. & lib. 20. ca. 20. vbi ait, non dicuntur seminari, nisi ea hominum corpora, quæ moriendo, quoquomodo reuertuntur in terram sicut sese habet, etiam illa in transgressionem generis humani diuinitus prolata sententia, terra es, & in terram ibis. Et infra dicit, etiam si ij, qui viui reperientur in die iudicij, in aere moriantur, & subito resurgant; & eorum corpora in terram non cadant, nihilominus sententiam hanc in illis impleri, & subdit, in terram quippe ibis, est, in hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam: id est, hoc eris exanimis, quo eras antequam esses animatus, terra eris exanimis, sicut eras, quod sunt & antequam putrescant, omnia corpora mortuorum. Et lib. 13. Trinit. c. 12. eo quod dictum est, in terram ibis, mors corporis pronuntiata est: & 1. de peccat. merit. c. 2. probat illa verba, qua die comederitis ex eo, morte moriemini, intelligenda esse de morte corporali, ex illis verbis, terra es, & in terrã ibis, neq. enim, ait, secundum animam, sed secundum corpus terra erat, & morte eiusdem corporis erat rediturus in terram. &c. 3. addit. Quod nisi de morte corporis, quomodo intelligi possit, ignoro: eodem modo exponere ac legere videtur Tertull. lib. de resurrectione carnis. c. 17. & 18. qui ignorat, inquit, carnẽ cadere per mortem, potest eam nec stantem nosse per vitam. Sententiam Dei natura pronunciat, terra es, & in terram ibis, & qui non audit, videt, nulla mors non ruina membrorum est. Cypri. de bono patientię eodem modo legẽs, inquit, huius sententiæ vinculo colligati omnes, & constituti, donec morte de hoc sæculo recedamus. Ruffin. etiam in symb. dicit, Christum mortem suscepisse, vt homines à pœna illa liberaret, at Christi corpus non est resolutum in elementa, ergo in pœna illa non includitur hæc resolutio. Similia dicit Prosper. de prædictio. p. 1. c. 5. Greg. 25. mor. c. 2. & 3. & Eucherius in Genesim.

52 Sed hæc omnia non tollunt probabilitatem huius fundamenti, nam ideo illis verbis mors designata est, quia per illã omnes magna sui parte in terram decident, & in ea seminabuntur, & in pulueres, seu cineres, quę terra quædam sunt, conuertẽtur: alioqui minus apte mors illis verbis significaretur, ergo omnes reuera in cineres seu pulueres conuertentur, nisi speciali priuilegio præseruentur, sicut in opinione illa de morte quorundam in aere in die iudicij, dici potest, quamuis August. 20. ciuit. cap. 20. alia via veritatem huius sententiæ saluare voluerit, quæ minus apta est, & similiter veritatem illius testimonij Pauli. 1. Cor. 15. seminatur corpus animale resurgent spirituale, &c. vbi Paul. vult, omnia corpora prius in terra seminari, quam resurgant, & viuificentur, seminantur autem in terra cum in eam cadunt, & magna sui parte conuertuntur, & propterea Abraham Genes. 18. vocabat se puluerem, & cinerem, quia ex puluere factus, in puluerem tandem erat conuertendus. Ad idem adducit Richard. id Daniel. 12. multi, qui dormiũt in puluere, euigilabũt, &c. id est, omnes, vt ibi exponit glossa interlin. & alij, quos retulimus sectio. 4. ad. 2. ad idem adducit Richard. id Iob. 13. memoria vestra cõparabitur cineri.

2. Fundamentum huius sententiæ est, quia corpora nostra reformanda sunt, & quidquid in eis sit, quod ad veritatem humanæ naturæ non pertineat, est auferendum: ad quod, opus est, vt prius in elemẽta resoluatur, si enim materia maneret sub forma cadaueris humani, vel lapidis, & similium, & non in minutissimas partes seu pulueres redigeretur, non facile possent partes aliquæ ministerio Angelorum separari, & aliæ adiungi, & aptari in suisq. locis constitui, vt à Deo subito organizentur, & disponantur ad recuperandas animas: ad reformanda ergo corpora resurgentium, conueniens est prædicta resolutio. 53. 2. Fundã.

3. Fundamentum est, quia expedit in resurrectione imitari aliqualiter naturam, iuxta quam nullius viuentis materia eandem formam numero, vel specie, quam amiserat recipit, nisi prius receptis alijs ignobilioribus formis, quod etiam in non viuentibus sæpe seruatur, sic enim vinum conuersum in accetũ, non conuertitur immediate in vinum, sed per varias transmutationes, ita ex cadauere immediate non redibit homo, sed per medios cineres: expedit etiam, vt omnia in ea, ex quibus facta sunt resoluantur. Homo autem ex puluere factus est, Genes. 2. & 3. & Iob. 10. memento, quod sicut lutum feceris me, in puluerem ergo redigentur. Vnde Iob. 7. ecce nunc impuluere dormiam, & cap. 10. in puluerem reduces me. Vide etiam, c. 14. 20. 21. 54 3. Fundã.

4. Fundam. est, quia magis ad gloriam, & ostensionem potentiæ Christi spectat, vt ex remotiori materia, & magis dissimili, & indispo sita reformet corpora nostra, ac proinde non ex materia existente sub forma cadaueris, sed cineris, vel puluris. 55 4. Fund.

5 Fundamen. est, quia mixta inconseruari pendent à motu cæli, ita, vt eo cessante, statim eorum compositio dissoluatur. Sed ante resurrectionem cessabit motus cæli, ergo omnia mixta in elementa conuertentur. Hoc fundamentum non tantum infirmum, sed & falsum puto cum Suarez, non enim possunt subito mixta ita alterari, aut moueri, cessante motu cæli, vt qualitates & dispositiones requisitas amittant, quia fortasse non est illis coniunctũ agens; 5. Fundã.

agens,quod sua actuitate vincat eorum resistentiam:quandiu autem manent tales dispositiones,materia retinebit formam mixti,nec erit apta ad recipiendam formam elementi, ergo non statim omnia mixta in elementa conuertentur.

56. 5.Fund.3. 6. Fundam.& potissimum est, quia ignis conflagrationis antecedet iudicium, & resurrectionem,& omnia in cineres rediget.Dices corpora recondita in terra, vel sub mari non conuertentur in cineres,Resp.Sotus ab angelis deducenda in vallem Iosaphat:adde, vel in alium opportunum locum,vt ignis transitu in cineres resoluantur.Huic fundamento nituntur Richard. Sotus & Ouand. supra. Quibus concordat Catherin op. de generali resurrectione dicens,omnes bonos & malos paruos & magnos conburendos igne conflagrationis,quia ante aduentum domini ad iudicium erit,inquit,conflagratio huiusmodi,vt ait scriptura,& omnes(quantū ego legi). Sic intelligunt & sic docent,scriptum est enim ignis ante ipsum præcedet.Psal.96.Hæc Catherin.nec immerito,nam omnes Scholastici tenēt, ignē conflagrationis præcessurum generalem mortuorum resurrectionem, quos refert Suarez, 3.p.to.2.disp.57.sectio.1.quorum sententiam probabilem dicit,licet aliqui probabilius putent,venturum post omnium mortem, & resurrectionem,tamen ante aduentum iudicis. Ego probabiliorem & scripturæ confirmiorē puto sententiam fere omnium scholasticorū asserentium, venturumante generalem mortem,& resurrectionem:illo autem esse interficiendos malos, qui viui reperientur,siue habeāt peccatum mortale, siue origiuale tantū: constat,quia nulla ratio erit, cur illis parcat. Vnde Hilar.can.26.in Matt.ait Dei ira ingraueiscente,vt propheta ait, in promptuarijs iusti recondentur:perfidi vero ad cælestis ignis materiam relinquentur.Et Palac.4.d.43.disp. 3.ait Sanctos speciali priuilegio non occidēdos illo igne, sed torquendos, & purgandos cæteros vero occidēdos Idem Supplem.d.47 q.2.a.3.& Cælius Rhodiginus,lib.10.lect. antiq.cap.10.indicatCæsarius ho.1.non video tamen cur iustis imperfectis purgatione egentibus hoc priuilegium concedendum sit, vt eo igne purgati,eodē non intereant. Imo de omnibus iustis videtur dicere Hierony. Amos. 3. igne illo extinguendos;ait enim vocatus ignis ad iudiciū deuorat primo abyssum, idest omnia genera peccatorum,ligna,fœnum & stipulam,& postea commedet simul partem hoc est ad sanctos illos perueniet,qui in peculium Domini,& in eius partem reputātur.Et quidquid sit de morte,tamen illo igne credo corpora omnia,saltem existentia super terram exurenda esse, & in cineres redigenda. vt dicit Richard. & alij authores. 1.sententiæ.Et verisimile sit,vt æqua sit omnium cōditio,corpora existentia in visceribus terræ, vel maris adducenda ab Angelis in locum combustioni accommodatum.Hæc autem sententia plane colligitur ex sibylla apud Clementem. 5. const.apost.cap.6. alias 8. quæ hūc in modum cecinit.

Atque vbi cuncta cinis fuerint tenuisque fauilla,
Atque idem Deus extinguet,quem incenderat ignem.
Ossaq. restituet rursum,cineresq.sepultos.
Et genus omne hominum,vt fuerant Deus ipse reponet, &c.

His tamen non obstantibus non solum sine errore, vt fatetur Sotus, sed etiam sine indecentia, vt contra Sotum ait alius,teneri potest,aliquos non esse in elementa; vel cineres resoluendos ante resurrectionem, quia paulo ante generalem resurrectionē defuncti sunt, & ob temporis breuitatem in cineres, vel elementa transmutari non potuerūt, præsertim quantum ad ossa,quæ ex natura rei diuturniora sunt,& quantum ad corpora, quæ vnguentorum beneficio affecta,diu seruari possunt. Nam Ezechiel. 37. significatur ossa mortua & arida debere interse coniungi, & viuificari; & Ioan.5. ex eadem forma, qua sunt in monumentis,transferenda in vitam perpetuam: venit hora in qua omnes,qui in monumentis sunt,audient vocem filij Dei,& procedent,qui bona egerunt,in resurrectionem vitæ, &c. Et Aug.in Enchirid.cap.88. non perit Deo terrena materies,de qua mortalium creatur caro,sed in quemlibet cinerem puluerem ve solu atur,in quoslibet halitus; auras ve diffugiat in quamcunq. aliorum corporum substantiā, vel in ipsa elementa vertatur,in quorumcunq. animalium,etiam hominum,cibum cedat,carnemq. mutetur, illi animæ humanæ puncto tēporis redditur, quæ illā primitus animauit, quibus verbis aliquo modo significat August. non omnem materiam sub forma terræ, puluueris,vel cineris esse futuram proxime ante resurrectionem, quod nec prior sententia negat,sed solum ait,aliquam cuiuslibet hominis partem in puluueres fore redigēdam: quod vero dixere August.20.ciuit. cap. 20. Ambros. Ansel. OEcum. & alij.1. Thes. 4. & probabilius putat Suarez, iustos, qui viui reperti fuerint in die iudicij,morituros in aere, & subito resurrecturos, quod ab his authoribus non omnino assertum est, negat contraria sententia, vel ait,fore speciale priuilegium illorum iustorum, vnde melius argumentum sumitur 57. Concin.

ex

ex corporibus existentibus in mari, vel in visceribus terræ, quæ esse deducenda in vallum Iosaphat, vt ibi comburantur igne conflagrationis, voluntarie, & sine sufficienti fundamento confingitur, vnde Suarez deducit de alijs, qui in carne mortali non rapientur obuiam Christo in aera, rem esse incertam, & dubiam, & facile defendi posse vtramq. sententiam cum neutrius argumēta vrgeant, quod mihi placet.

Sectio. 7. De loco resurrectionis.

58. 1. Opinio. PRIMA opinio est, omnes in sepulchris suis resurrecturos, ita Angles, quæstione de resurrectione, articul. 4. dub. 2. difficul. 1. quia Ezechiel. 37. dicitur aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & Ioann. 5. omnes, qui in monumentis sunt, &c. item Matth. 27. Christus, & alij de sepulchris resurrexerunt. Idem patet de Beatæ Virgine, & alijs, ergo idem fiet in generali resurrectione. Propter quæ Sotus. 4. distinctio. 43. quæstion. 2. articul. 2. conclusione. 3. hanc sententiam probabilem existimat, sed si intelligitur, vt iacet, procul dubio falsa est.

1. Argu. Primo, quia multa corpora non erunt in sepulchris suis, & impertinens est, vt ad ea deferantur, præsertim, si post resurrectionem ad eadem, vel proxima loca reditura sint, vt si assumpta sint ex valle Iosaphat,

2. Argu. vel alio loco, vbi futurum est iudicium Secundo, quia in locis, vbi erant sepulchra, erit fortasis aer, vel aqua, ergo non ibi resurgent.

3. Tertio, quia multa in eodem sepulchro sepulta fuerunt, & sine fundamento dicit Angles, quod se penetrabunt, ergo non erunt simul in eodem loco ante resurrectionem,

4. aut in ipsa resurrectione. Quarto, quia quædam in morte, vel postea conuersa sunt in aerem, vel ignem. Hæc autem proprie non habent sepulchra, ergo non resurgent in sepulchris.

Aliter autem hanc sententiam possumus intelligere, vt quædam corpora ex suis sepulchris resurgant, quia in illis manent vsq. ad tempus resurrectionis, saltem secundum maiorem partem suam; alia vero in locis, in quibus maior pars eorum fuerit, ad quæ loca ministerio Anglorum adducentur reliquæ partes materiæ. Sic sentit Suarez. 3. par. tom. 2. disputat. 50. section. 7. Richard. 4. distinct. 43. articul. 5. quæstio. 3. & distinct. 48. artic. 1. quæstio. 7. qui in suum fauorem adducunt loca, & argumenta superius facta. Addit autem Suarez aliqua in huius rei confirmationem.

1. Opinio. aliter intellecta.

Primum, quia de Beatis Petro & Paulo expresse ait Chrysostom. homil. 32. in epistolam ad Roman. resurrecturos Romę ex sepulchris suis, non ita, inquit, cælum splendescit, quando radios sol emittit, quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbique terrarum effundens, hinc rapietur Paulus, illinc Petrus. Considerate, & horrete, quale spectaculum visura sit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum Domini sursum ferri. Et homil. 7. in. 1. ad Thessalo. explicans illa verba, eos, qui dormierunt cum Iesu, adducet cum illo: ait, illud, adducet cum illo, declarat, vndique adducendos, quod latius explicans homil. 8. ait, quod dicit congregandos esse, resurrecturos quidem simpliciter dicit vbique, congregandos vero ab Angelis. Ita aperte sentit (inquit Suarez) prius esse resurrecturos per vniuersum orbem, postea vero Angelorum ministerio congregandos: & idem sentiunt OEcumen. Theophyl ibi, & alij Græci.

1. argum.

59. Secundo, probat ex Augustin. Anselm. & alijs citatis sectio. precedenti asserentibus, eos, qui tempore iudicij viui reperientur, & obuiam Christo rapientur, in ipso raptu esse morituros, & paulo post suscitandos. Tertio ex Origen. lib. 20. in Isai. qui, vt refert Pamphilus apolog. pro Orig. explicans id Isai. 26. resurgent ij, qui in sepulchris sunt, dicit per sepulturam intelligendum esse omnem locum, in quo vel integrum corpus humanum, vel ex parte aliqua iacet, quamuis ad depositionem humanorum corporum constructus non sit, vt hoc modo possit de omnibus verum esse, quod resurgent de sepulchris. Quarto, quia hic modus est omnium facillimus, & euitat omnes mutationes superuacaneas, & libere confictas, redditque probabilem rationem huius circunstantiæ resurrectionis, quantum ex rebus ipsis reddi potest. Vnde concludit quinto resurrectionem esse faciendum, vbi Deus sua admirabili prouidentia disposuerit, tamen si ex parte rerum aliquid coniectandum est, non posse esse verisimiliorem coniecturam, quam supra dictam, quia sicut vnaquæque res generatur, vbi præexistit materia, ex qua fit, quia locus, & quantitas consequuntur materiam, ita corpora illa generabuntur, vbi illorum materia inuenta fuerit.

2. 3. 4. 5.

60. 2. Opinio est, in aliquo cōmuni loco, vbi futurum sit iudicium, nempe in valle Iosaphat, omnia corpora suscitanda, ita Sotus supra

eademque videtur opinio Parisiensis tract. de sacramento pœnitentiæ folio. 32. columna. 4. cap. de comparatione resurrectionis spiritualis, & corporalis, vbi ait. Tunc concurret puluis à quatuor ventis in cineratorum corporum, &c. Scotus vero. 4. dist. 43. quæst. 5. omnes istas opiniones sub disiunctione ponit, dicens: transferentur resurgentes ad locum iudicij, vel post resurrectionem completam, vel ante per translationem puluerum collectorum, vtrumque enim est possibile Deo, vel, vt resuscitentur in diuersis locis, forte vbi sepeliebantur, vel, vt pulueres de singulis locis colligantur ad locum vnum, vbi debent omnes post resurrectionem ad iudicium conuenire, vt in illo loco fiat resurrectio omnium. Ille autem locus probabiliter æstimatur terra promissionis, siue vallis, vel pars Iosaphat determinata ibi, vel tanta pars quanta sufficiet pro reprobis, siquidem electi non erunt in terra, sed rapientur Christo obuiam in aera, &c.

61

2. Opinio probabilior iudicatur.

1. Ratio.

HANC opinionem probabiliorem existimo. 1. quia melius est, vt ibi congregentur ad resurrectionem, vbi futura sunt post resurrectionem: sic enim multæ mutationes corporum vitãtur, quæ superfluæ essent. Quorsum enim minor pars materiæ existens prope locum iudicij deferetur ad locum distantem, inde reducenda cum toto corpore? Satius sane fuerit, in locum iudicij totam materiam à principio afferri. Confirm. 1. quia in eadem die fiet resurrectio, & iudicium, si autem resurrectio multorum fiet in loco valde distanti à iudicio, non poterit fortasse eodem die fieri iudicium, licet enim demus corpora beatorum sua velocitate summa opportunè aduentare, comitantibus, & ducentibus Angelis, tamen corpora damnatorum, quæ grauissima erunt, licet, vt ait Suarez à Dæmonibus inuita, & coacta, & resistentia afferantur, non poterunt tam breui tempore ex locis distantissimis peruenire; maxime, quia oportebit ad eorum motum terram aquasq diuidere.

Conf. 1.

Conf. 2. Confirm. secundo, quia indecens est, in obscœnis, & immundis locis corpora, saltem beatorum, resurgere: quamuis quidam dicant, nihil referre, quia si sint corpora damnatorum, id erit ipsis pœna, si vero gloriosa, non afficientur loci impuritate. Confirm. tertio, nam si non maior pars corporis est in vno loco, quam in alio, sed æqualis in duobus, vel pluribus locis, vbi nam fiet resurrectio? quid item si in locis parum distantibus sint plures partes, sed in distantioribus sit aliqua pars maior qualibet? Confirm. quarto, sic enim corpora, quorum maior pars fuerit in profundo maris, vel in aere, aut igne, aut in visceribus terræ, ibi esset suscitanda: quod ridiculum, & absurdum videtur, quidquid dicant aliqui, vnde ipsi addunt, probabilius esse, omnes suscitandos esse super terram, quia ita significant scripturæ adductæ, & est magis consentaneum naturæ humani corporis, quocirca, inquiunt, quando ex parte materiæ ipsius corporis nulla est ratio, ob quam potius fiat resurrectio in hoc loco terræ, quam in alio, diuina dispositione fiet, vel in loco iudicij, vel vbi Deus voluerit, aut expedire censuerit. Sed certe, vt quando maior pars materiæ, vel tota, est in aere, non erit resurrectio ibi, nec in terra directe inferiori, sed in loco iudicij, ita in alijs casibus non fiet resurrectio, vbi maior pars materiæ fuerit, sed tota congregabitur in vnum locum, ad quem vox Christi, vel Archangeli pertingat dicentis, surgite, mortui venite ad iudicium.

Conf. 3.

Conf. 4.

2. Probatur, quia sicut vniuersale iudicium fiet cum quadam solemnitate ad maiorem gloriam bonorum & pœnam malorum, ita vniuersalis resurrectio, vt statim se resurgentes aspiciant, quod innuitur Isai. 13. Vnusquisq ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. 2. Ratio.

3. Proba. quia Ezechielis. 37. inducuntur omnia cadauera in campo vno resurgentia; & quod ex eodem loco contra nos adducebatur, potius est pro nobis, cum enim dicitur aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, significat, homines de sepulchris educendos esse ad campum aliquẽ, vt in eo resurgãt, similiter pro nobis est, quod adducebatur ex Ioannis. 5. omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ, nam procedere in resurrectionem significat ad imperium Christi factum immediate, aut medijs angelis, exitura corpora de sepulchris, & processura in aliquem alium locum, vt ibi resurgant. Ex resurrectionibus autem priuatis Christi, Virginis, & aliorum non recte ducitur argumentum ad resurrectionem generalem: hæc enim, vt eodẽ tempore futura est, ita eodem loco, propter solemnitatem; priuatæ, vero in priuatis locis fieri debent. 3. Ratio.

Ad. 1. argum. 1. Opinio.

62.

Ad. 2. argum. 1. Opinio. Ad. 1.

Ad argument. vero, quæ alij adiecerunt. Resp. ad. 1. Chrysostomum non velle, Petrum, & Paulum surrecturos ex sepulchris, quę Romæ habent, quasi ibi resurrectio consummetur, sed quia ibi inchoabitur, cum ab Angelis inde extrahentur ossa ipsorum in vallẽ Iosaphat: & quod ait, Romã visurã esse id spectaculũ, intelligitur figurate, quia à Romæ habi-

habitatoribus, si adessent, videretur: quod vero alio loco dicit Chrysostom. vndique iustos adducendos, intelligitur, in suis cadaueribus, non iam in se ipsis existentes: quod dicit homil. 8. congregandos esse resurrecturos vbique, non ita intelligendum est, vt vbique resurrecturi sint complete, sed quia vbique inchoanda resurrectio, & similiter quando subdit: vndique ex æquo excitata corpora congreganda esse, eodem modo debet intelligi. R. secundo, & melius, confitendo Chrysostom. ibi sentire, in variis locis excitanda corpora, sed non esse cum eo sentiendum: nam multa dicit, quæ falsa sunt, & contra rationem, & communem doctorum sententiam, sentit enim ibi, resurrectionem futuram nullo præcedente Angelorum ministerio, & totum ministerium Angelorum consistere in adductione, & congregatione suscitandorum ad vnum locum, ex quo inquit, rapi obuiam Christo: hæc autem falsa videntur, nam angelico ministerio congregandi sunt pulueres, post resurrectionem enim iusti sine ministerio Angelorum propria agilitate congregabuntur, & mali dæmonum violentia: non ergo habebit locum ministerium sanctorum Angelorum, nisi forte dicendo suscitatis, in quem locum ituri sint. Deinde post suscitationem, quid opus erit congregari in vnum terræ locum, & inde rapi obuiam Christo? cum ex proprijs locis obuiam Christo rapi possint, eodemque modo impugnari possunt Theophylactus, & OEcumen. qui Chrysostomum imitantur.

Ad. 2. Ad secundum. R. illud esse falsum, vel ex priuilegio efficiendum: ex lege autem omnes in valle Iosaphat resurrecturos, quamuis certe in valle Iosaphat resurgere dicantur, qui in aere super ipsam vallem existente resurgent.

Ad. 3. Ad tertium. R. Originem non velle, illos resurrecturos in sepulchris, sed de sepulchris eductos, alibi resurrecturos esse.

Ad quartum iam diximus, illum modum
Ad 4. non esse facilem, nec conuenientem, propter rationes aliquas.

Ad. 5. Ad quintum. R. resurrectionem esse faciendam in loco, vbi immediate antea erat materia, sed hic locus erit vallis Iosaphat, vbi erit antea congregata tota materia, adeo, vt si viuentes in carne mortali rapiendi sint obuiam Christo in aera, illuc igne, vel Angelis cogentibus, prius congregabuntur, vt eorum resurrectio in valle, aut supra vallem Iosaphat fiat. Quod autem ait Sotus, ossa omnium in vnum congreganda locum, vt simul comburantur, si verum est, non ita intelligendum, vt vnius ossa permixta sint cum ossibus alterius: nam vt quisque Angelus custos ossa, & totam materiam sui custoditi seorsum adducet, ita & seorsum reponet, & retinebit, ne igne conflagrationis dissipata euolet, iterumq. congreganda sit, & à reliquis separanda. Erit ergo quælibet materia ab alijs diuisa, & omnino impermixta. An vero omnes materiæ bonorum sint futuræ in vno loco, malorum vero in alio? Vtrumq. est probabile: neque contra opinionem asserentem, seorsum resurrecturos bonos, vrget id Matth. 13. exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum: nam intelligitur ratione cinerum, & non post resurrectionem, vel de separatione à bonis, mittendo malos in caminum ignis, & abstrahendo eos à facie, & conspectu, atque congregatione iustorum in æternum. Sed postquam de circunstantia loci egimus restat de circunstantia temporis disseramus.

Sectio. 8. De tempore resurrectionis, Vtrum iustorum, & damnatorum resurrectio in die generalis iudicij futura sit?

63. NOn quærimus de anno, mense, aut die, sicut enim de iudicio hæc definiri nō possunt, cum sola reuelatione (quæ tamen non extat) cognosci possint, ita nec de resurrectione. Ad cognoscendum autem, an eodem die, anno, & mense futura sit resurrectio, & iudicium, aliquid lucis ex scriptura, & patribus habemus.

Lactantius lib. 7. diui. instit. cap. 14. & 21. & sequentibus vsque ad. 26. Chaldæos reprehendit, quòd teste Cicerone lib. 1. de diuinat. quadraginta, vel septuaginta millia annorum monimentis comprehensa, se habere delirant, ipse vero satis delirat docens, mundum hunc. 6. millibus tantum annorum in ea, qua nunc est forma, duraturum: expleto autem. 6. millesimo anno à mundi creatione, resurrecturos omnes, & solos iustos defunctos; qui autem viuentes reperti fuerint, non esse morituros, sed per mille annos infinitam hominum multitudinem generaturos, & eorum sobolem sanctam, & Deo charam fore: qui autem suscitabuntur, hi inquit, cap. 22. præerunt viuentibus, vt iudices; gentes vero non extinguentur omnino, sed quædam relinquentur in victoriam Dei, vt triumphentur à iustis, ac subiugentur perpetua seruitute

1. Senten.

tute. Deinde describit temporalem felicitatem illius sæculi per mille annos duraturam, & aurea tempora, quæ Saturno regnante, à Poetis conficta sunt. Completo autem illo millenario, futuram secundam resurrectionem, quæ erit malorum, & extremum atque vniuersale iudicium: primam autem resurrectionem futuram censuit ante quingentesimum annum à morte Christi, ducentis annis post illud tempus, in quo ipse scribebat. Lactantium fere in omnibus secutus est S. Hilarion, libro de mundi duratione: quæ fabula sumpta est ex Cerintho seu Cherintho, qui referente Eusebio 3. Histo. ca. 22. & lib. 7. cap. 20. & Nicepho. lib. 3. cap. 14. existimauit, Christum mille annis ante iudicium in hunc mundum descensurum, & omnes iustos suscitaturum ad vitam carnalem & animalem, vt mille annis cum eis in terra regnet in summa pace & voluptate, & rerum omnium affluentia, etiam illarum quæ ventri & veneri seruiunt, eoq. tempore instaurandum iudæorum regnum, religionem, Hierusalem, templum, & sacrificia, implendas promissiones Abrahæ, & posteris factas Genes. 13. 15. & 27. Isai. 65. & 66. Hierem. 16. &. 31. Ezechiel. 20. 26. &. 28. Similia dixere Apollinarius apud Epiphan. hæres. 77. in fine Irenæus lib. 5. cap. 32. & quattuor sequentibus. Non tamen explicat Irenæus, an illis mille annis futuræ sint generationes, vel sacrificia, & cæremoniæ Mosaicæ. De quibus etiam alij Patres tacuerunt.

64. Eandem sententiam tenuit paulo aliter. Tertullian libro contra Marcionem, cap. vltimo, ait enim, resurrectionem omnium iustorum nõ esse futurum simul, vt Lactantius, docuit, sed intra mille annos paulatim esse consummandam maturius, vel tardius pro suscitandorum meritis: & addit, mundi destructione, & iudicij conflagratione commissa de mutati in atomo in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelæ superindumentum transferemur in cæleste regnum, & non ponit Tertullia. in eo millenario delitias venereas, & corporeas, sed spirituales, sic enim ait: Hierusalem prospectam à Deo dicimus excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis omnium bonorum, vtique spiritualium, copia incompensationē eorum, quæ in sæculo vel despeximus, vel amisimus, &c. ita eius sententiam exponit Ribera Apocalyp. 20. num. 18. & 23. & Suarez, 3. part. tom. 2. disput. 20. sectio. 8. cum Pamelio initio operum Tertullian. parad. 24. & tom. 4. in fragmento operis de spe fidelium, quo sensu tolerabilior est hic error. Vnde Augustin. 20. ciuitat. capite. 7. de illo differens, ait, quæ opinio esset vtcumque tolerabilis, si aliquæ delitiæ spirituales in illo sabbatho affuturæ sanctis per domini præsentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fumus aliquando: hanc sententiam tenuit etiam Iustin. Dialogo cum Triphone paulo post medium, vbi sic ait. *Apud nos etiam vir quidam Ioannes nomine, Christi Apostolorum vnus, mille annos commoraturos Hierosolymis eos, qui Christo crediderint, reuelatione, quæ ei facta est, spiritu prophetico prædixit. Deinde generalem, & vt paucis absoluam, æternam omnium resurrectionem futurã ac iudicium, etc.* Hi omnes patres hanc suam sententiam ex Papia acceperunt, vt testatur Euseb. 3. Histor. cap. 33. Hieronym. lib. de Eccles. scriptoribus, in Papia. & præfatio. lib. 18. in Isai. vbi etiam refert Victorinum in Apocalyp. & Apollinarium, quem non solum, inquit, suæ sectæ homines, sed & nostrum, in hac parte dumtaxat, plurima sequitur multitudo, & cap. 36. in Ezechiel. addit Seuerum in Dialog. Gallus, & in id Hierem. 19. conteres lagunculam, & lib. 4. cap. 19. hanc sententiam referens, prout à Cherintho. & Iudæis asserta est, subdit, licet non sequamur, tamen damnare non possumus, quia multi Ecclesiasticorum virorum, & martyres ita dixerunt, & vnusquisque in suo sensu abundet, & domini cuncta iudicio reseruentur, Gennadius lib de Eccles. dogmat. capit. 6. referens hanc sententiam fabulam somniatorum appellat, sed. capit. 55. ait in diuinis promissionibus nihil terrenum aut transitorium expectemus, sicut Melitani sperant, non nuptiarum copulam, sicut Cherintus, & Marcion delyrant, non quod ad cibum, & ad potum pertinet, sicut Papiæ authori Irenæ, Tertullianus, & Lactantius acquiescunt, neque per mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum, & sanctos cum illo in delitijs regnaturos speremus, sicut Nepos docuit, qui primam resurrectionem iustorum, & secundam impiorum confinxit. In quibus verbis obseruandum est aliter explicare Tertullianum, quam à nobis explicatus sit, nam ait, ad cibum, & potum delitias pertinentes posuisse, & Lactantio non tribuit, posuisse delitias venereas, quas tamen posuit, tametsi licitas, nec tribuit ei, quod posuerit secundam resurrectionem, quam tamen posuit, sicut Nepos, quem dicit primum finxisse illas duas resurrectiones: de Nepote vide Euseb. 7. histo. c. 19. Nicepho. lib. 6. cap. 21. Ruffin. cap. 22.

Ex quibus omnibus colligere licet, Lactantium

tiũ Hilarionem, & Nepotem & Iustinũ duas resurrectiones mille annis distãtes posuisse,& de alijs chiliastis seu millenarijs idem sentio, & quidem Papiæ duas has resurrectiones tribuit Sotus. 4. distinct. 43.quæst.2. artic.1. ad 3. & artic. 4. post medium. Nostro autem tempore Anabaptistæ millenarij sunt, vt referunt Staphylus in Epitome Hæresum Luthera. Pamelius illo Paradoxo.24.Linda.lib. de Hæres.nostri temporis.Prateol.verbo Cherinthiani,& verbo Chiliastæ.

64 *Reijcitur sentẽ.supposita tãquã erronea quo ad 1.par.*

Contra hunc errorem quatenus asserit fælicitatem illam voluptariam, egimus disp. 10. sectio.8. nunc vero quatenus ponit duplicem resurrectionem, & primam iustorũ mille annis ante generale iudicium, hic error refellendus est. Primo, ergo reijcitur ex Iob. 19. scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, diem resurrectionis nouissimũ appellat, quia erit renera vltimus, & extremi ac finalis iudicij. Vnde subiungit rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, scilicet ad iu-

1.

Confirm. dicium venientem. Item Ioann. 6. hæc est voluntas eius, qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi,non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die, & infra, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, scilicet iudicij, quod paulo inferius repetit, & Martha Ioann.11. scio,quia resurget in resurrectione in nouissimo die, scilicet iudicij,iuxta id Ioann. 12. sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Illud autem ex veteri scriptura accepisse Martham testatur Theodoretus epito. diuin.decret.lib. 9.cap.de resurrect. Secundo, quia resurrectio

2 bonorum, & malorum simul physice, vel saltem moraliter,erit,patet Ioann.9.venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audiem vocem filij Dei, & procedent,qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij: eadem ergo hora,& tempore fiet omnium resurrectio,& statim iudicium, & 1.Corinth.15. omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi in nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui (scilicet omnes) resurgent incorrupti, & nos immutabimur: omnes ergo in nouissima tuba, ac proinde eodem tempore, imo in eodem momento,resurgent,tam boni,quam mali. Ex quo loco hunc errorem Lactantij confutat D.Thom.1.Corinth.15 lect.7. ponderanda etiam sunt illa verba eiusdem cap. quibus Ribera pugnat Apocal.20.num. 47. in hunc errorem,sicut in Adam omnes moriuntur ita in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque autem in suo ordine primitiæ Christis. Deinde ij, qui sunt Christi, qui inaduentum eius crediderunt. Deinde finis, silicet mundi extremumq. iudicium, cum tradiderit regnum Deo & Pati, cum euacuauerit omnem principatum &c.Hic error potest etiam confutari ex parabolis Zizaniorum Matth.13.& De cõmuni Virginũ.Matt.25. ex Daniel.12. multi,qui dormerant inpuluere, euigilabunt, alij in vitam æternam,alij in opprobrium, vt videant semper. Et ex Apocalyps. 20. vbi post mille annos ponitur simul bonorum, & malorum resurrectio & iudicium & vidi, inquit,mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. & libri aperti sunt, & dedit mare mortuos, qui in eo erant,& mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant & iudicatum est de singulis secũdũ opera ipsorum.Et ne fortasse aliquis de malis illic verba fieri,pertinacius diceret, mox adiecit & qui non inuentus est in libro vitæ scriptus,missus est in stagnũ ignis.Aliqui ergo inuenti sunt in libro, & in cælum sublati sunt ex illis,qui tunc surrexerunt,vt recte deducit Ribera supra.

3. Probatur, quia iustos non resurrecturos ad vitam mortalem, vel animalem, sed 3
immortalem,spiritualem, & gloriosam.Patet.1.Corinth. 15. mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, seminatur in corruptione,surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate,surget in gloria, seminatur in infirmitate,surget in virtute, seminatur corpus animale,surget spirituale.Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.Ioan.5 procedent qui bona fecerunt in resurrectione vitæ. Et Daniel. 12. euigilabunt in vitam æternam & ibidem,fulgebunt, quasi splendor firmamenti,in perpetuas æternitates.

4. Probatur ex locis, quibus disput.10. 4
ostẽdimus, animas iustorum plene purgatas, statim videre Deum,& eo frui,esseq. beatas, ergo non vniantur deinceps corpori corruptibili, quod aggrauat animam. Sapient. 9. si autẽ vniantur corpori incorruptibili, nõ est cur sint extra cælum mille annis, multo minus corpus Christi,& B. Virginis,quæ procul dubio sunt incorruptibilia.

5. Ex.1.Thessalo.4. Deus eos,qui dormie- 5
runt cum Iesu, adducit cum eo, non ergo Christus cum illis morabitur,sed iterum veniet,vt assumat eos ad seipsum. Ioannes. 14. Vnde. 2. Corinth. 5. scimus, quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam æternam in cælis. Et Ephes.2.cõuiuificauit nos Christo,& cõresuscitauit & cõsedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Vnde 1. Thessalo.4.nõ præueniemus eos,qui dormierunt:sed simul rapiemur cum illis obuiam Christo in aera, & sic semper cũ

Domino erimus. Vide Suarez supra D. Tho. 4.dist.43. quæst. 1. art. 3. q. 1. Sotus, quæst. 2. art. 1. ad. 3. artic. 4. post medium. & dist. 46. quæst. 1. artic. 1. Martinez, 8. Hippotypo. 3. Viues. 20. ciuit. cap. 7. Sixtum. 5. Biblioth. annot. 233. & lib. 6. annotat. vltim. Canum. 3. de locis, cap. vltim. Castro verbo beatitudo hæres. 2. Ribe. Apocal. 20. fere per totum. videnda sunt etiam, quæ diximus disput. 10. sect. 8.

65 *Locus Apoc. 20. explicatur.*

Solum super est scrupulus circa locum Apocal. 20. qui adeo difficilis est, vt propter illum aliqui dixerint illum librum esse Apocryphum, & à Cherintho conscriptum non à Ioanne Euangelista. vt refert Euseb. lib. 3. Hist. cap. 19. & cap. 22. alias, 28. & lib. 7. cap. 20. alias. 23. ideo diligentius exponendus est, ex sententia Riberæ, cuius interpretatio in omnibus placet, & in summa hæc est. Angelus, qui descendit de cælo habens clauem abysi, & catenam, & alligauit sathanam per mille annos, non est Christus, vt exponit Soto. dist. 43. quæst. 2. art. 1. ad. 3. & d. 46. quæst. 1. art. 1. & pleriq. alij cum Beda, D. Thom. ibi, & Richardo Victorino, lib. 6. in Apocalyp. cap. 7. sed verus Angelus, non enim est cur à recepta & vsitata nominis notione recedamus, maxime cum Christus non sine addito Angelus appellari soleat, & sicut Deus dæmonem interfectorem sponsorum Saræ per Angelum amouit ac ligauit. Tobiæ. 8. ita possumus facile intelligere Christum per Angelum, quem Michaelem fuisse, probabile est, alligasse Sathanam, & ita videtur sentire Aug. 20. ciuit. cap. 7.

Hoc autem simul atq. Christus mortuus est sicut Christus morti proximus indicauit. Ioann. 12. nunc iudicium est huius mundi, nunc Princeps huiusmundi eijcietur foras. Sathanæ autē nomine, aliqui omnes Dæmones, sed alij melius Dæmonum Principem intelligunt cum Gregor. 4. moral. cap. 13. & Lactant. 7. diuin. institutio. cap. 24. & 26. qui ligatus est, quia ita in infernum detrusus est, vt exire non permittatur, nec per seipsum homines tentare vsque ad aduentum Antichristi, vel ligatus specialiter dicitur, quia antea, quasi princeps, liber erat ad egrediendum, quando & quo vellet: iam vero hac libertate caret, si autem Sathanæ nomine omnes Dæmones intelligantur, ligati sunt, quia non possunt ad tentandos homines ex abysso exire, nisi iuxta voluntatem ac permissionem Christi, vel Angeli, à quo ligati sunt. Vnde fit, vt non posit in hoc mundo tam libere regnare, nec homines tam acriter impugnare, & seducere, vt expositi Augustin. 20. ciuitat. cap. 7. & 8. & epistola. 107. & significauit Gregor. 7. moral. cap. 18. Mille autem annorum nomine non intelligitur definitus, sed maximus quidam annorum numerus, vt Psalm. 104. Verbi quod mandauit in mille generationes, & Eccles. 16. melior est vnus vir timens Deum, quam mille impij. Iob. 9. non poterit respondere vnum pro mille Deuteron. 7. qui custodiunt præcepta eius in mille generationes, plura alia exempla ponit Ribera supra, num. 39. & sequentibus, sunt autem mille anni totum illud tempus à morte Christi vsque ad aduentum Antichristi, vt exponunt Victorin. & Andreas, Primasius, Beda, & reliqui, Apocal. 20. Augustin. 20. ciuitat. cap. 7. Gregor. 18. moral. cap. 27. & lib. 9. cap. 1. lib. 32. cap. 22. lib. 39. capit. 20. quod vero additur, & postea oportet illum solui modico tempore, intelligitur de tempore Antichristi cum Augu. lib. 22. ciui. cap. 8. nempe tribus annis, & mensibus. 6. quo tamen tempore licet diabolus solutus sit, aliqui constanter fidem retinebunt, & alij tam paruuli, quam adulti Christo aggregabuntur, vt dicit Augustin. illo. cap. 8. quod autem dicitur: vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis, non est intelligendum de præpositis Ecclesiæ, & iudicio, quod exercent fideles in foro externo Ecclesiæ vel interno confessionis, vt exponunt Augustin. 20. ciuitat. cap. 9. Primasius, Beda, Rupertus, Ansbertus, & Haymo. Apocalyp. 20. sed de sanctis cum Christo regnantibus in cælo, vt Ambros. & alij interpretantur, sanctis autem iudicium dari dicitur, id est, potestas iudicandi in extremo iudicio, Sapient. 3. iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & Apocalyp. 2. qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi a patre meo.

Quod vero dicitur, vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, non est referendum ad eos, de quibus immediate antea dixerat, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt caracterem in frontibus suis, aut in manibus suis, qui videlicet restiterunt Antichristo, sed ad animas decollatorum propter Christum, & ad alias animas sanctas, de quibus antea loquebatur.

Cum vero dicitur, cæteri mortuorum non-uixere, donec consummentur mille anni: sensus est, nunc malos nulla vita viuere, quia sunt in atrocissimis tormentis, postea vero viuere vita corporali, iustos autem etiam nunc iam viuere, quia agunt vitam quandā felicissimā, & de his dicitur, beatus qui habet partem in resurrectione 1. id est vita beata, beatitudine, & gloria animæ, in his enim. 2. mors nō habet

potestatem

potestatem,idest infernus,& stagnum ignis, quæ in eodem capite mors 2.dicuntur.Recte enim Ribera docet,nomine. 1. resurrectionis eo loco non intelligi resurrectionem ad gratiam,quamuis sic exposuerit Aug. 20. ciuit. c.6.& 7.D. Tho.4.d.43.q.1.art.3.q. 1.ad 4. Sotus.q.2.art.1.ad 3.& d.46.q.1.ar.1.

66. *An millenariorum sententia hæretica sit. Reijcitur senten. in principio positaquo ad 2.par.*

Rogas aũt an Millenariorum sententia hæretica sit,nam ex ijs quæ pro ea adducta sunt videtur non posse heresis damnari. Nihilominus hæreticam esse censeo,nam Hieron. Isai. 60. in princi. ait, quorum qui sequitur errorem,sub nomine Christiano iudæorum se similem confitetur,& Ribera Apocal. 20.n.43 nec dubito quin si res ad iudicium Ecclesiæ deferretur, hæresis esset damnanda,tametsi Authores eius, Tertul.& Cherinto exceptis, hęretici non fuerint.Idem indicarunt, qui de hæresibus scripserunt:omnes enim eam inter hæreses numerant, vt Epipha. hæres. 77. Castro beatitudo hæres. 2. Staphy. Prateol. Linda. D.Tho. Sotus,Suarez, & alij supra & Euseb.lib.3.c.33.& alijs locis cit. refert eam, vt erroneam, & Hiero. epistola 150. ad Hedibiam appellat eam iudaicam fabulam q. 2. addit tñ Ribera non esse facile hoc conuincere,nam in nullo generali cõcilio damnata est hæc sententia,& testimonia scripturæ quibus Hiero.in proœmio lib.18.in Isai. Epiphan.supra pugnant contra voluptates illorum millę annorum sunt.Rom. 14.Regnum Dei non est esca & potus,&c.& Matth.22.in resurrectione nec nubent,nec nubentur,sed erũt sicut Angeli Dei,atq.adeo nec cibo visibili vtentur,sicut neq.Angeli Tob.12.hæc in quã,nõ multũ vrgent, quia explicantur à Iustino dialogo cum Triphone de 2. resurrectione,& eodem modo credendum est ab alijs millenarijs explicari,& præt. Lactan. lib. 7.c.14.liberorum procreationem non tribuit resurgentibus in 1.resurrectione,sed his qui tunc viui inuenientur,& Tertul.3.contra Marcio.c. vltimo,non ponit delitias corporeas,sed spirituales,quod esse tolerabile, & id se aliquando opinatum testatur Aug.20. ciui.c. 7. &c. sed his non obstantibus fatetur Ribera se non dubitare quin ei Ecclesia hoc tempore notam hęresis inureret,quia hæc sententia ponit resurrectionem bonorum longe ante resurrectionem malorum & extremum iudicium, contra supradicta.Deinde,vt argumentatur Hierony. illo proemio in Isaiæ.18.vbi cibus,sequuntur & morbi,vbi, morbi, adhibendus est medicus,vbi medicus, frequenter interitus,rursumq.resurrectio,ergo non solũ mali sed etiã boni iterum erunt suscitandi. Si dicas suscitatos non esse cibis, vel matrimonio vsuros,sed reliquos,ergo reliqui poterũt interire postea, ergo in 2. resurrectione non solum mali, sed multi boni suscitabuntur,quod negant millenarij.Saltem ergo hæretica est sententia illorum qui ibi ponunt vsum cibi & potus,& matrimonij in bonis,vel omnibus, vel qui nunquam fuere mortui,& addẽtes, nullos bonos in extremo iudicio suscitandos.Epiph. etiam supra disputat contra eos,qui eo tempore docebant redituras legis veteris cęremonias. Nam hæ cum Euangelio seruari non possunt. Omitto alia argumenta facta disputatio. 10. sectio.8.

Sectio. 9. Vtrum omnes homines eodem temporis momento resurrecturi sint.

66. 1.*senten:*

PRima sententia,prius esse suscitandos iustos,deinde reprobos. Ita Theod.Theoph.seu Athan. & Oecum.& Primasius.1. Thessalo.4.Caie.1.Corinth.15.Chrysost.vero homi. de ascensione Christi in fine solũ ait, malos expectare aduentum Christi, bonos aũt illi obuiam occurrere,neq. aliud dicit homil.7.&.8.in.1.ad Thessalo.

1.*argu:* Suadetur.1.ex.1.ad Thessa.4.mortui.qui in Christo sunt,resurgent primi,&.1.Corint. 15. in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisq. autem in suo ordine, primitiæ Christus, Deinde hi,qui sunt Christi,deinde finis, quis enim est hic ordo inter suscitandos, nisi quia prius,electi suscitandi sunt?

2.*argu:* Suadetur.2.quia ad hoc sunt congruentiæ. 1.quia iusti exituri sunt obuiam Christo in aera & ideo oportet,vt prius resurgant, quã reprobi, in terra expectaturi. 2. vt Deus se ostendat propensiorem ad reddendum prẹmium quam pœnam.3.vt significetur obediẽtia iustorum, dum citius obediunt voci Dei eos ad vitam reuocantis. Vnde Palacios. 4. d.43.disp.3.ait,hanc opinionem esse rationi plausibilem.

67. 2.*senten:* 2. sententia,prius resurrecturos, qui mortui sunt ante diem iudicij, quam,qui tunc viui reperientur,ita tenent Duran.4. dist. 43.q. 4. Palud.q.4.n.13.Scotus.q.5. Ricar.art.5.q. 1. Vigue.c.21.§.2.versu.3. eandem sententiam simul cum 3. probabilem putat D.Thom. 1. Thessal.4. Vbi videtur idem tenere Chrysost. homil.8.& valde fauet Paul.ibi dicens mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus,simul rapiemur cum illis obuiam Christo in aera,videtur etiam sententia Aug.de fide & symbolo.c.8.20.ciui.cap.20.& 24. Ansel.2.corint. 15.& in elucidario,& aliorum,quos sect.3. retulimus, asserentes, justos tunc viuentes,in raptu suscitandos, simulque rapiendos cum alijs obuiam Christo in aëra, quam-

Funda.2: senten:

quamuis in eodem loco diximus, fieri posse, vt non simul omnes suscitentur, sed simul ad Christum accedant,& hoc sit simul rapi,licet viuentes prius in aera tolli incipiant. Deinde omnia hęc tam breui fient,vt simul moraliter fieri videantur.

68. 3. Sententia est, omnium resurrectionem futuram in eodem instanti pro hac adducitur Gennadius,de Eccles. dogma.c.6.dicens,erit resurrectio mortuorum omnium hominũ, sed vna insimul, & semel,non prima iustorum, & 2.peccatorum.Sed credo solum velle quod fiet in eodem die contra Lactan.& alios relatos superiori sectione, qui ponebant resurrectionem iustorum mille annis antere surrectionem peccatorum. Fortasse eodẽ modo intelligitur Hyppolitus Martyr.lib. de consumm. mundi. Hanc tamen opinionem problematice defendit Richar.supra absolute autem Catherinus opusc. de Vniuersali resurrectione, & Suarez.3.p.tom.2.disp. 50.sect.9. Palac.loco cit. Sot.4.d.43.q.2.ar.4. opini.3.con.2. indicat D. Tho.q.1.art.3.q.3.præsertim ad arg. vbi ad.3.ait,omniũ resurrectionẽ futurã in vltimo instanti soni tubæ vltimæ,sicut effectus sacramentorũ fiunt in ultimo instãti prolationis formæ. Et quidem quod omnes iusti eodem momento resurgent tenet Sedul.1.Thessal.4. cum Methodio concione de resurrectione:iustos aũt defunctos ante diem iudicij simul cũ peccatoribus resurrecturos, etiam tenent Sedul. & Ansel. 1. Thessalo. 4. & alij communiter.

3. sent.

69. Hæc sententia nonnihil habet maioris probabilitatis Probatur. 1. ex Ioan.5.venit hora,quando mortui audient vocem filij Dei,& procedent qui bona fecerunt,&c. Vbi vna voce,ac proinde in eodem instanti suscitandi dicuntur omnes,tam boni, quam mali, & ita insinuauit Cyrill.ibi Chrysos. Ruper. & clarius Euthym.dicens,simul omnes repente,ac virtute arcana coaptabit, animabit, ac excitabit voce sua, siue iussu.

3. sente. probabilior iudicatur.

1. ratio.

2. probatur ex,1. Corinth. 15. omnes quidem resurgemus in momento in ictu oculi in nouissima tuba, canet enim tuba,& mortui resurgent incorrupti. Vbi eodem sono tubæ,seu eadem voce Christi dicuntur omnes suscitandi,nulla est autẽ ratio cur illi voci omnipotentis tardius hi, quam illi obediant.

2. ratio.

3. quia iusti defuncti ante diem iudicij simul resurgent,vt omnes fatentur,præsertim Theodoretus supra id probans ex Hæbre. 11. Hi omnes mortui sunt,non acceptis repromissionibus,vt non sine nobis consummarentur,scilicet per gloriam corporis, quod factum est, vt saltem quoad hoc æqualis esset conditio, & solemnis,ac publica esset omnium resurrectio,repentina,& noua illa gloria lætior,& festiuior, de quo egregie, Parisien.1. de vniuerso parte.2.fol. 160. Ergo eadem ratione debuit absolute omnium iustorum resurrectio simul esse. Maxime si,vt est verisimile,omnes mortui sunt,& incineres conuersi ante vocem tubæ vocantis ad iudicium,& excitantis mortuos. Imo quia videbatur, recens defunctos facilius posse suscitari,sollicitus fuit Paulus. 1. Thessal.4. in explicando, non prius suscitandos: voluisse ergo videtur, omnes simul suscitandos esse.Confir. 1. nam si ex eo quod illi prius sunt defuncti, prius deberent suscitari, in omnibus esset hic ordo seruandus,quod falsum est,& impertinens;cum excessus ille durationis glorię tam sit modicus,vt nullius momenti esse viddeatur.Ad maiorem autem peccatorum pœnam,& gloriam bonorum pertinebit,vt eodem tempore, & loco omnes resurgãt,ita vt in momẽto resurrectionis quisq. reliquos videat. Omnes igitur boni,& mali eodem momento resurgent. Confir. 2. quia non erit cur in carne mortali aliqui rapiantur obuiam Christo & in aëre moriantur, & resurgant,maxime cum tam breui tempore, & in eo loco non adeo cõmode purgari possint,qui purgatione indigeant.

Confir. 1.

Confir. 2.

70. Ad.1.argumen.1.opinionis R.loca illa Paul. nihil illi sententiæ fauere 1.enim vel nullã facit comparationem inter suscitandos, vel solum comparat iustos interse, vt videbimus. 2. autem vel loquitur de solis iustis, de illis enim tantum loquitur in priori parte capitis vsq. ad illa verba,ecce myster. vobis dico,omnes quidem resurgemus, &c.ita Suarez supra, & sic sensus est quisq. resurget in suo ordine, primũ Christus,deinde ij, qui specialiter sunt Christi,& speciali priuilegio ante finem mundi habituri sunt gloriam corporis,deinde omnes iusti, deinde vero suis mundi erit, extremumq.iudicium,vel si etiã loquitur de peccatoribus,solum ponit ordinem dignitatis secũdum merita,vel demerita cuiusq. vt exponit D. Tho. Anse. & Hier. ibi Tertul. lib. de resurrect. carnis.c.48. Catheri. opus. cit. qui sic exponit primus dignitate resurget Christus, id est qui in Christo computantur quasi specialiter dilecti ab illo,deinde iusti,deinde finis, id est vltimi dignitate, qui sunt damnati, vel deinde erit finis mundi, & extremum iudicium.

Ad.1. opinionis

A 2. R. eas coniecturas parui esse momenti, ad 1. enim dicitur non esse inconueniens, vt simul boni,& mali resurgant,& interim dũ boni Christo obuiam rapiuntur in aëra,peccatores expectent in terra, imo id esse conueniens docet Chrysos. hom. de ascensione in fine,& hom.8.in.1. ad Thessalo.vbi & Theophyla.

Ad 2r

Ad.2. coniecturam dicitur illud esse tempus

pus offendendi iustitiã, erga omnes homines ideo conuenientius esse simul in distributione præmiorum, & suppliciorũ exerceri. Ad 3. R. iniquos non obedire tunc propria voluntate, sed inuitos, ad modum, quo obediunt creaturæ irrationales, & ideo non fore tardiorem iniquorum resurrectionem quam iustorum.

71. *Ad fund. 2. senten. Locus ex 1. Thes. 4. explicatur. variæ expositiones.*

Ad fundamentum. 2. sent ex. 1. Thessalo. 4 R. locum illum esse valde difficilem, ideo varie intellectum. Primò enim Hiero. epist. 152 ad Minerium, & Alexandrum refert, quosdã asseruisse, Paulũ existimasse, ipsos & qui, cum eo scribebant, viuentibus venturum Dominũ ad iudicium, & Thessalo. lecta hac epistola, hunc errorem concepisse, quem vt Paul. ex eorum animis depelleret, scripsisse. 2. ad Thessaloni. vbi rogat eos per aduentum Domini, vt nõ cito moueantur à suo sensu, neq. terreãtur per Spiritum, scilicet erroris, vel per sermonem, vel per epistolam, tanquam ab eo missam, quoniam nisi venerit discessio primũ, non veniet dies Domini, & ipse iam delibaretur, ac proinde non sperabat ante suam mortem aduentum Domini, & Petrus 2. c. 3. de aduentu ad iudicium loquens, ait nonnulla Paulum scripsisse, intellectu difficilia, quę indocti & instabiles depranant; scilicet putantes, tempore Apostolorum futurum iudiciũ, contra quam expositionẽ agit etiã. Catheri Opus. de resurrectione. 2. Alij apud Hiero. ibidẽ per mortuos in Christo exponunt existentes in veniali. Quæ expositio mystica & aliena omnino est à mente Pauli, vt expositio Methodij apud Theophyl. 1. Thessal. 4. vt mortui sint corpora, viuentes vero animæ, 3. Authores. 2. sententiæ illum locum intellexerunt, vt iusti defuncti ante diem iudicij resurgerent prius tẽpore, quam illi, qui ipso iudicij die interibunt in raptu.

1. Expos.
2. Expos.
3. Expos.

4. Expo. 4. Alij dixerunt, sensum esse, quod iusti defuncti ante diem iudicij, resurgent primum, alij vero non resurgent, quia non morientur sed gloria corporis induentur. 5. alij exponũt, iustos primum suscitandos deinde rapiendos obuiam Christo: ita Suarez, & Anselm. & D. Thom. 1. Thessalo. 4. quibus consonat Oecu. ibi, & Hieronym. epistola ad Minerium, legens, primum, quo pacto legendum videtur cum in græco sit, proton.

5. Expos.

Sed contra est, quia vulgata editio non dicit, primum, sed primi. Vnde denotatur ordo inter ipsos resurgentes. Ideo Paul. subdit deinde nos &c. Præterea quia Paul. specialiter ait, iustos defunctos ante diẽ iudicij primum resurrecturos, ergo non comparat resurrectionem cum raptu: sic enim etiam cæteri prius erant suscitandi, quam rapiendi.

6. Expos. 6. Posset exponi primum, vel primi mortui, scilicet mortui ante diem iudicij, resurgent, deinde & nos, idest nos, quoq. simul cum illis, rapiemur in aera. Itaq. particula deinde importet ordinẽ narrationis non executionis. Pro hac expositione nullus est author.

7. Expos. 7. Expositio, vt illi dicantur resurgere primi, seu primũ negatiue ita, vt ante illos nulli alij resurgent. Non enim inquit Paul. præueniemus eos, qui dormierunt. Hanc assignat Anselm. & defendit Suarez.

8. Expos. 8. Expositio, vt sit ibi sermo de ordine dignitatis, non temporis: hanc habet Sedul. & Anselm. ibi & Catheri. supra. Aliqui obiciunt contra hanc expositionẽ, quod græce habetur, proton, quod est aduerbium temporis, nõ dignitatis. Sed hæc obiectio ex imperitia linguæ græcę orta est, constat enim, proton, primarium, & dignitate primum sæpissime significare, vt cum dicimus protomedicum, protonotarium &c. Alia eorum obiectio ex imperitia linguę latinę orta est, nimirũ, vocẽ, deinde, esse aduerbium temporale, constat enim interdum significare ordinem loci, & dignitatis, & non semper temporis. Melius objicit D. Tho. & Lyra ibi, quia multi viuentiũ erunt probati in persecutione Antichristi, qui dignitate præcedent multos prius defunctos. Sed Resp. Palacios & Suarez, non comparari singulos ad singulos, sed multitudinem ad multitudinem: quo pacto illi hos dignitate resurrectionis præcedunt, quia in illis continentur Apostoli, vel Patriarchæ, & Prophetę, & sanctissimi Martyres &c. qui tẽpore Antichristi passi sunt. Incaute autem in illis includit Palac. B. Virginem, quæ tunc non resurget, sed triduo à morte resurrexit. Illi etiam sunt primi dignitate in resurrectione, quia diutius, & quodammodo amplius, debita est illis resurrectio, quia diutius illam expectauerunt, & gloria animæ ac merita, quibus respondebat erant antequiora & ratione longissimę expectationis resurrectio ipsa erit lętior

Catherinus paulo aliter Resp. per mortuos in Christo intelligit eos tantũ, qui occubuerãt cum illam epistolam ad Thessalo. scriberet, quos ait resurrecturos in. 1. gradu dignitatis tanquam feruentiores. Deinde vero suscitãdos alios iustos, qui tanquam tepidiores relicti sunt nec tantam gratiam consecuti sunt, vt pro Christo occumberent.

Sect. 10. Vtrum resurrectio tempore diurno vel nocturno futura sit.

72. 1. Opin. VInta opinio est, resurrectionẽ intempesta, seu media nocte futuram. Hanc tenẽt Hębrei, quos sequitur & refert Hiero. Mat. 25 eandem tenet Diodorus apud Hiero. epistola. 152. ad Minerium. Et Alexãd. sic

sicetiam ipse Hiero.epistola, 150. ad Hedibiam,q.3.resurrectionem Christi in nocte ponit.idemq.ait Greg.ho.20. in Euang. Bellar. to.3.lib.1.de bonis operibus in particulari,c. 13.Chrysost.ho.79.in Matth. resurrectionem nostram media nocte futuram docent. Idem tenet Ambros.li. 8. in Lucam exponens illa verba in illa nocte erunt duo in lecto vno, & lib.7.c.19. dicens intempesta & tenebrosa nocte resurrectionem futuram. Cassiodo. in id Psal.108.media nocte surgebam ad confitendū tibi.Druthma.c.suo.61. in Matth. Lact.7. diuin.institu. cap. 19. dicens, tunc aperietur cælum in tempesta & tenebrosa nocte, vt in orbe toto lumen descendentis Dei tanquam fulgur appareat. Vnde sibylla. Cum veniet, ignis erit,tenebræq. in media nocte obscura.

Probant fere omnes hi ex Lucæ.17. in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur,& Matth. 25. media nocte clamor factus est,ecce sponsus venit. Et Daniel.cum de iudicio prophetaret. ca. 7.ait aspiciebam in visione noctis. Ad hoc etiam adducitur figura egressionis filiorum Israel de AEgypto, quando media nocte Angelus descendit AEgyptios percutiens,& Israelitas de seruitute liberans.Exod.12. Vnde Ansel. in Elucidario,iudicium fiet media nocte, qua hora Angelus AEgyptum deuastauit, ea hora electos de hoc mundo Dominus liberabit, & multi tenent resurrectionē Christi,quæ fuit nostræ typus,fuit media nocte, & vt magis splendeat ignis maioremq.incutiat terrorem impijs, opportunum erit tēpus noctis nā diei claritas fere non patietur ignem carni.

73. 2.Opinio 2. Opinio inter Scholasticos communior est, resurrectionem nostram futuram esse. 1. mane quo etiā Christus resurrexit. Richard. 4.d.43.art.6.q.2.Bonauen.initio expositionis litteræ.Sotus,q.2.ar.3.dub.2.concl.2.& d. 47. quæst.2.art.1.Durand.d.43.quæst. 2.nu. 2.16. Ouandus prop.10.D.Thom.q.1.art.3.q.4.& addition.q.77.art.3.Angles,q.de resurrectione.Pro hac opinione falso citantur.Palud. & Capreo. apud quos de hac re nihil reperio hanc tamen opinionem tenent Anto.4. p.tit. 14.ca.11.§.4.Suarez.3.p.to.2.disp.10.sect.10. probans.1.quia cū Christus sit exēplar nostræ resurrectionis, verisimile est, eo tēpore, quo ipse surrexit,nos suscitādos esse. Et ideo Anselm.in Elucid.dixit,surrecturos nos qua hora Christus surrexit,& in die paschatis, quod dixerat Lacta.& significauerat Macharius ho. 5.&.12.dicens,nostrā resurrectionem futuram tēpore Aprilis,quādo omnia florere incipiūt. 2.Quia tempus lucis est magis commodum tum ad iudicium,quod statim post resurrectionem sequetur,tum vt omnes homines possint naturaliter sine miraculo se mutuo videre atq. vt opus resurrectionis illustrius fiat. Magis etiam pertinet ad bonorum gloriam,vt tempore lucis resurgant.Nam licet interna eorū claritas eis ad beatitudinem sufficiat, & fulgor aduenientis Christi satis esse possit,vt resurrectionis gloria ab omnibus cōspiceretur. Vt dixit Ambr.8.in Lucam,tamen etiā oportet,vt extrinseca temporis & loci circunstātia sit eorum gloriæ proportionata,quæ tamē simul cedet in maiorem reproborum pœnam: erit enim illis tanto maior ignominia, & pudor,quanto eorum sit magis misera conditio & corporum deformitas.

1. Ratio. 2 3. Quia scriptura.Noctis mentionē faciens, cum loquitur de resurrectione, non significat illam futuram in nocte: sed ostendere nititur maioris securitatis tēpore, aduentum Christi futurum,vt notant Theophyl. & Anselm. Matth.25.& Aug.lib.83.q.in.59. dicens,media nocte clamor factus est, nullo sciente,aut sperante, quippe cum ipse Dominus dicat Matth.24.de die autē illa & hora nemo scit. Et Apostolus.1. Thessalo.5.dies Dñi sicut fur in nocte ita veniet,cum enim dixerint pax & securitas,tunc repentinus eis superueniet interitus.Et Matth.24.& Lucæ.12. & vos estote parati,quia qua hora non putatis,filius hominis veniet.Sic etiam Bonauent.supra ait,media nocte futurā resurrectionem secūdū Mag. & Aug.non propter temporis qualitatē sed propter horæ incertitudinem.Et sic etiam exponit Aug.lib.de gratia noui testamenti,c.34 quem citat, & sequitur Beda.1.Corinth.15. hic liber est epist. 120.ad Honoratum. Vbi etiam considerandum ait Suarez,in eis locis, in quibus noctis mentio fit,non esse sermonē de hora resurrectionis, sed magis de hora mortis.Vnde fieri potest, vt in vltima iudicij die signa aliqua terribilia intempesta nocte incipiant,quibus fiet,vt siqui homines residui fuerint,vel subito,vel paulatim moriantur. Et tunc forte ad litterā verificabitur,quod Christus dixit:erūt duo in lecto vno. Vnus assumetur,scilicet ad gloriam,& alius relinquetur,scilicet ad pœnam.Nihilominus resurrectio differri poterit vsq. ad ortum diei.Nam reliquū temporis nocturni, vel ad torquendos peccatores,vel ad purgandas iustorum animas esse poterit opportunum.

74 Vtraq. opinio est probabilis. 2. tamen probabilior. Vtraq.opinio satis est probabilis, sed. 2. apparet aliquanto probabilior. Quamuis si motus tęli,vt multi putant,ante resurrectionem,imo & mortem omnium cessabit, non proprie fiet in die, nec in nocte resurrectio, vel iudicium nisi in die fieri dicatur, quia fiet in parte terræ illustranda per totam æternitatem solę;aut in nocte,quia fiet in parte terę perpetuo destituenda lumine solis, & fortasse mali in tenebroso loco, & boni in luci-

do

do constituntur. Vt Richar. supra, qui tenet, ante illud tempus motum cæli cessaturum, ideo aũt in crepusculo matutino futuram resurrectionem, quia erit sole existente in oriente, & luna in occidente, quia in tali dispositione fuere creati, & in æternum manebunt, & similiter, Richar. 3. d. 21. art. 3. q. 2. ad. 2. ait, resurrectionem Christi fuisse in crepusculo matutino, & in 4. supra ait, quosdam resurrecturos in loco tenebroso, alios in obscuro, quosdam viuos reperieendos in aduentu iudicis, sed iudicium in claro loco futurum. Scot. 4. d. 43. quæst. 5. ait, iudicium fore in loco illuminato, & valle Iosaphat, & forte ibi futuram generalem resurrectionem ea hora respectu illius regionis, qua Christus resurrexit, vel iudicatus est a Pilato, vel spirauit in cruce, siquidem hoc certum non habemus ex scriptura. Et quodcũq. illorũ ponatur, exponendã est illud de media nocte dictũ propter incertitudinẽ. Sotus etiã ait, solẽ futuram in Oriente, & Lunam in Occidente respectu vallis Iosaphat, aut loci generalis resurrectionis, qnicumq. ille sit. Durand. absolute tenet, resurrectionem futuram mane respectu vallis Iosaphat, sole existente in Oriente, & Luna in Occidente, sic intelligit & exponit D. Tho. scilicet resurrectionem futuram hora matutina; Soli Deo nota sunt hæc nam scripturę obscurę sunt, & varijs modis exponi possunt.

Sect. 11. Vtrum resurrectio erit omnino instantanea.

75. 1. Concl.

DICO 1. resurrectionẽ simpliciter & quantum ad suam substãtiam, quæ consistit in vnione animę cũ corpore, futuram esse in instanti. Hęc colligitur ex. 1. Corinth. 15. in momento in ictu oculi: vbi in momento, & in ictu oculi fortasse pro eodem sumuntur. Sed quia prius verbum apud vulgus erat minus notum adiectum est. 2. quod tamen apud sapientes minus rem exponit; momentum enim significat aliquam durationem instãtaneam & indiuisibilem, vt pleriq. ibi obseruant. Et ita Hieronym. epistola. 152. ad Minerium & Alexand. explicat, in indiuisibili, & in puncto temporis resurrectionem futuram, & non in breui spacio. Idem tenet D. Tho. 1. Corint. 15. & 1. Thessalò. 4. Videtur etiam Hugonis. 2. de sacramentis. p. 17. cap. 15. Augustin. epistol. 49. seu lib. de 6. quæstion. contra paganos. quæstion. 1. Vbi per, ictum oculi, nõ intelligit motum palpebrarum, sed emissionem radiorum, quę in instanti fit, & per quam fit visio secundum Platonem, & alios: sic enim loquitur August. vt enim radius oculi nostri non citius peruenit ad propinquiora, quam ad longinquiora, sed vtraque interuala parili celeritate contingit: ita cum in ictu oculi, sicut Apostolus dicit, fit resurrectio mortuorum, &c. Et eodem modo loquitur serm. de resurrectione mortuorum, quę duo loca affert Beda. 1. Corinth. 15. vbi idem verbis Augu. docet Anselmus: sed ad præsens nihil attinet, siue visio fiat per extra missionẽ, siue per intus susceptionem, vtraque enim est instantanea. Et similiter visio ipsa, & cuicumq. horum comparetur resurrectio, instantaneam esse, significatur, quia hęc instantanea sunt, vel quia moraliter loquẽdo ictus oculi, etiam si promotu locali palpebrarum sumatur, instantaneus censetur. Sed mihi magis placet, vt in summo rigore Paulum intelligamus, & resurrectionem quoad suam substantiam dicamus fieri in atomo, quia fit, in instanti physico, seu mathematico: quoad organizationem vero & dispositionem, vel saltem aliquam puluerum collectionem, vel coaptationẽ efficiendam Angelico ministerio, in ictu oculi, quia fit tempore imperceptibili, vt ictus oculi, seu motus palpebrarum, quod Hispane est, vnabrir o cerrar de ojo. Quidquid sit de hac explicatione, substantiam resurrectionis in instanti fieri, fatentur omnes scholastici locis citandis, & eodem modo Tertul. 3. contra Marcionem ca. vltimo immutationẽ iustorum in generali iudicio ait fieri in instãti, demutati, inquit, in atomo in Angelicam substantiam. Fatemur quidem de potentia absoluta fieri posse, vel omnino successiue, vel vt anima in aliquo instanti introduceretur in corde, vel capite, vel alia corporis parte, & deinceps ad reliquas diffunderetur, quia in hoc nulla est repugnantia, tamen magis connaturale, & expediens est omnino instantanee fieri, quia secũdũ probabiliorẽ, & comuniorẽ sententiam, ita fit naturalis generatio, & quidquid sit de illa, tamen resurrectio; quæ fit à solo Deo, & ad ostensionem potentię ipsius, conuenientius fit in instanti. De dispositione, quæ fit secundum calorem frigiditatem humiditatem, & siccitatem, non dubito quin de potentia absoluta potuerit fieri in instanti. Licet enim in materia esset aliqua resistentia, superari tamen facile posset ab infinita Dei actiuitate, ita vt nihil eius actionem retardaret, tamen an ita fiet, dubium est, quia ex natura sua petunt successiue produci, sic adeo, vt etiam in subiecto nullam habente qualitatem contrariam, successiue producerentur, secundum opinionem communem, quam in libris de generatione, secuti sumus. Et præterea ex his qualitatibus naturaliter sequitur raritas, & densitas. De hac autem deficultas est, an in instanti produci, vel augeri possit, & si possit, an expediat, ita fieri, vel augeri, & frustra qualitates primę in instanti producerentur, si ad introducendam debitam raritatem, & densitatem

76. Difficul.

sitatem oportet per aliquod tempus expectare.

In Hac difficultate Scotus. 4. d. 43.quæs.5. Durand.& Palud. quęst.4. Sotus quæst.2.art. 3. Palac. dis.3.Caprc.q.2.conclu.3.& ad argu. contra illam tenent, etiam organizationem & totam dispositionem futurum in instanti, quia non repugnat sic fieri, & scriptura,ac Patres absolute dicunr, futuram in momento,& puncto,seu atomo, & indiuisibili, temporis,& si successiue , quamuis celerrime , disponeretur materia, oporteret fieri aliquas medias mutationes substantiales. Idem videtur tenere Horontius lib.11. suę margaritæ.cap.36.ex mente Sco.docens collectionē puluerū ministerio Angelorum efficiendam tempore breuissimo , inductionē tū formarum , tam mixti, quam animæ intellectiuę virtute diuina efficiēdam in instanti. Alij existimant, futuram in tēpore breuissimo. Vt Viguerius. cap. 21.§.2. versic. 3. qui tamen falso,& insufficienti fundamento vtitur, quia organizatio fiet Angelorum ministerio, quod superius reiectum est,& bene reijcitur à Palud. & Durand. supra , & licet esset verum, nihil concluderet, quia si Angelus organizaret,hoc esset virtute supernaturali,hæc autem posset in instanti organizare,sicut Deus ipse. Vtramque tamen sententiam probabilem putat Suarez.3. par.tomo.2.disp. 44. sectio.4.

77. Ego primam opinionem probabiliorem puto ,non propter rationem , nulla est enim, quæ pro illa vrgeat.sed propter authoritatem, non enim est solum eorum , quę retulimus,sed etiam videtur.D. Tho. additio.quęst.77.art.4. & 4.senten.d.43.quæst.1.art.3. quæstiun. 3.ait enim,id, quod fiet à Deo,efficiendum ininstanti proprie sumpto , non vero quod ab Angelis. Sed organizatio fiet à Deo:ergo, ininstanti.

Si obijcias organizationem, condensationē, & rarefactionem,non posse fieri sine motu locali,tum materiæ,ex qua formandum est corpus humanum , quę contrahenda , vel extendenda est in ordine ad locum , ac proinde etiā ipsum corpus ambiens,nisi vel detur annihilatio, vel penetratio dimensionum,si corpus humanum sit habiturum maiorem locum, quam materia,ex qua formandum est,vel vacuum si minorem: Hæc autem absurda sunt.Nam motus localis ininstanti fieri non potest annihilatio , vel vacuum decenter non fiet, cum nulla sit necessitas formandi corpus ininstanti , sed satisfuerit formari breuissimo tempore : ergo & confir.1.quia momentum,quod idem est cū motu examinis stateræ,& ictus oculi inquibus dicitur resurrectio facienda , durationē tēporalem,licet breuem habet, ergo ex scriptura potius videtur colligi,resurrectionem breui tempore futuram, quam ininstanti vero,& proprie sumpto.Vnde Theodoretus.1.Corint. 15. dicit,temporis spacio efficiendā resurrectionem, & 1.Thessalo. 4. Celeriter:quo pacto etiā loquuntur Sedulius,& Primasius eisdem locis.Et Theophyl. sic enim ait.1. Corinth.15. in atomo,hoc est insectili,& indiuisibili,hoc est in minutissimo temporis spatio,ac veluti palpebrę ictu, vel motu tanta,taliaq. fient : quæ sumpsit ex Chrysost.homil.12.in. 1.ad Corint.& omnes isti per ictū oculi,motum palpebrarū, seu oculi apertionem intelligunt,idemq. & non aliud dicit Nysenus oratione.3. de resurrect.Christi, & Oecum.1.Corint.15.

Ezechielis etiā.37. aliqua successio ponitur in resurrectione. Accesserunt ossa ad ossa, & ecce super ea nerui,& carnes ascenderunt,& extensa est in eis cutis desuper, & spiritū non habebant.Confir. 2. quia si organizatio,& dispositio corporis fit in instanti,ergo non inducitur anima in materiā,prius tēpore, vel natura dispositam,quod videtur inconueniens.Probatur seq.quia cum accidentia sint in toto compositō,& non in materia nuda, non potest in eo instanti intelligi organizatio , & dispositio. antecedenter ad inductionem animę, & ad totum compositum,sed consequēter.Hæc reddunt.2. sententiam satis probabilem. Nihilominus. 1. retinenda est, &c.

Ad arg.R.Dur.1.non esse necesse admittere motū localē ininstantaneū materię exqua formā dū est corpus humanū ; quia ministerio Angelorū poterunt esse in eadē quantitate,figura,raritate,& densitate,quā corpus humanū habitu rum est in resurrectione , id enim Angeli poterunt efficere, partim ante resurrectionem applicando actiua passiuis,partim motu locali cō primente,aut dilatante materiā, & hoc est genus quoddā organizationis,quod forte tantum intellexit Vigue. supra,sicut quando ex aere formant corpora , inquibus apparent. Et contra hanc solutionē sic explicatā non procedūt obiectiones Scoti. 2. R. Duran. non esse inconueniēs admittere annihilationem aliquam, vel vacuum,sed certe melius esset admittere penetrationem præsertim corporis glorioſi cum aliqua parte aeris, quā illius partis anihilationē, & licet hac solutione vitetur motus localis instātaneus in ambiente, nō tū vitatur corporis glorioſi,cū aliquo motu vniantur partes materiæ corporis humani.3.R.Scot.nō esse impossibile,motum localē esse in instanti: & idē concedit Sotus de mutatione localī consequēte rarefactionē,& cōdensationē,& vera est hæc solutio dūmodo non ponatur motus partiū ab extremo ad extremū per medium hic enim motus est impossibilis in instanti, quia esset designabilis locus,in quo pars aliqua esset,& non esset in eodem instanti. Sed non credo Scotum ad mittere talem motum localem in materia 78.

corpo-

corporis humani vel ambiente, & aliunde Durandus ipse tandem fatetur rarefactionem & condensationem posse esse in instanti ac proinde idem videtur sentire de mutatione locali consequente: idemque sentit Capreol & Palud. Quamuis 4. dici posset quod etiam naturaliter rarefactio & condensatio non possent fieri sine occupatione maioris loci, bene tamen supernaturaliter, sicut enim in Sacramento Eucharistiæ corpus Christi non est extensum in ordine ad locum, ita posset aliquid rarefieri & condensari nulla facta mutatione in ordine ad locum, quæ tamen paulatim fieret post instans resurrectionis in corpore resurgente. Ad 1. confirmationem R. non esse vocem aliquam latinam qua clarius significetur vulgo, instans, quod græce dicitur atomus nisi momentum, ideo interpres hac voce vsus est, ictus vero oculi additus est ad significandnm figurate instantaneam resurrectionem vei celerrimum ministeriũ, quo Angeli per motum localem aptabunt quantum naturaliter fieri poterit, materiam ad resurrectionem, collectio vero pulverum & totius materiæ ad locum resurrectionis non ita breui fieri poterit, sed longiori tempore, præsertim si omnia corpora in vallem Iosaphat, aut alium communem resurrectionis locum adducenda sint, vt superius dictum est. Vnde de priori explicandus est D. Tho. ad 4. loco citat. dicens, breui tempore efficiendam, quo pacto etiam loquitur 1. Corinth. 15. lectio. 8. Durand. Palud. Capreo. & Sotus supra, & propter ministerium, quod proxime efficient Angeli in resurrectione, potuere Theodo. & alii dicere breui tempore vel celeriter efficiendã. Ezech. autẽ rudẽ populũ docens, quæ eodẽ momẽto fient, describit quasi succesiue efficienda sint, vt ait D. Tho. ad. 1. supra. Ad. 2. Confir. R. Palac. illam dispositionem & organizationem fore præuiam non tempore, sed natura, At id dici non potest, nisi ponendo contra D. Tho. accidentia inhærere immediate materię primæ, quod multi tenent. Et palud. supra sequi videtur, sequendo enim opinionem D. Tho. dicendum, est dispositionem & organizationẽ illã esse consequentem, & nõ antecedentem ad vnionem formę cum materia & ita docet Durand. & probabile putant Capreo. & Palud & hac via poterit essentialiter distingui resurrectio a generatione naturali quia videlicet generatio naturalis est ex materia prædisposita non vero resurrectio & licet vtraque esset ex materia prędisposita, distinguerẽtur essentialiter, quia vna exigit dispositionem ab agente naturali & modo naturali introductã, alia vero non, sed modo quodam supernaturali, & similiter distingẽnda est essẽtialiter resurrectio a naturali cõseruatione, qua corpus post instans resurrectionis conseruatur à Deo, & sic saluatur, quod sentiunt Theologi, resurrectionem esse actionem supernaturalem, & quoad hoc idem est de resurrectione actiua & passiua, maxime, quia forte non distinguutur inter se, nisi sicut visio actiua & passiua, quæ, vt denominat videntem est actio, & vt denominat visum, est passio, sed si Deus generaret, sicut suscitat, forte non esset actio essentialiter distincta suscitatio à tali generatione. Nec in his inuenenio tantam difficultatem, quantam inuenit quidam fingens, & impugnans varios modos dicendi, non qui sunt, sed qui esse possent, & tantum verisimile esse dicens, generationem naturalem, & resurrectionem non differre essentialiter, sed accidentaliter tantũ, quæ sententia & est falsa, & falso tribuitur Scoto. 4. d. 44. Marsil. q. vlt. Henrico. quodlib. 11 q. 4. vel potius 14. nihil enim ad rem dicunt vt legenti patebit.

Sectio 12. Vtrum in resurgentibus futura sit eadem materia, quam habebant in hac vita.

DIco 1. corpora habitura easdem numero formas substantiales: de anima rationali patet, alioqui non rediret idem numero homo, ex quo in opinione mihi certa tenente, tantũ esse vnam formam substantialem in toto composito, manifestum est, redituram eandem numero formam, quæ erat principium sentiendi, & vegetandi, & qua erat corpus: tenendo autem præter animam rationalem dari alias formas separabiles à materia, (inter quas non est forma corporeitatis) vt multi tenent de anima vegetatiua, & sensitiua, & de diuersis animabus sensitiuis diuersorũ mẽbrorũ, non ita certum est, nam dici à proteruo posset, vt pleriq. dicunt, has formas non posse de potentia absoluta easdem numero reparari, vel non opus esse, vt reparentur: quia ad identitatem numericam hominis sufficit identitas numerica formæ principalis, scilicet, animæ rationalis; & eadem sufficiet, vt sit idem numero animal, & viuens: licet sit de essentia hominis has tres animns habere, & fortasse esse de ratione animæ rationalis, nõ posse informare corpus, nisi alijs duabus animabus affectum: securius tamen diceretur in ea opinione, illas duas animas

89
1. Confir.

easdem numero reproduci quia earum numerica identitas videtur necessaria ad identitatem numericam hominis, saltem, vt est animal, & viuens, vt tenet Suarez. 3 p. d. 44. sectio. 2. & significat D. Tho. 4. d. 44. q. 1. a. 1. q. 2. ad 3. dicens, si ponantur plures animæ in homine, non posse saluari, quo modo redeat idem numero animal & viuens, quia forma corrupta non potest reproduci, posset tamen dici vel reproduci (quia vt supra dixi, verum est reproduci posse) vel sicut de ratione huius numero hominis nõ est hæc numero vnio animæ, (fortasis .n. erit alia numero in resurrectione) ita nec hæc numero anima vegetatiua vel sensitiua est de ratione huius numero animalis, sed hęc vel illa cum eadem tamen numero forma principali, quæ in homine est anima ratio nalis.

80

2. Confir.

Dico 2. materia erit eadem specie, & numero, quæ erat in hac vita, alioqui corpora defunctorum non resurgerent, si enim materia esset essenatialiter diuersa, (vt multi tenent de materia cæli) homo non rediret, cum de eius essentia esse videatur materia nõ abstrahendo a cæleſti & sublunari, sed materia rerum corruptibilium, saltem non esset idem essentialiter perfecte, quia aliqua pars essentialis non esset omnino eadem secundum speciem. Confir. Nam arte facta, quæ habent materias essentialiter diuersas, non sunt eiusdem speciei, licet figura, & forma sit eadẽ specie, ergo idem in eo casu dicendum esset.

Aliqui putant, hanc conclusionem esse contra Origenem, qui, vt ex Methodio in Aglaophõte refert Epipha. hæresi. 64. & ex vtroque Sixtus 5. Biblioth. annot. 148. dixit materiam non fore eandem, neque id esse necessarium ad identitatem numericam hominis, sed certe Origenes non dixit, materiã fore totaliter diuersã essentialiter, aut numerice, sed non oportere, vt eadem omnino sit cum ea, quæ inest homini in articulo mortis, vel in aliquo alio determinato instanti. Est enim homo, inquit, sicut fluuius, qui idem est, licet aqua non omnino sit eadem, & alioqui homo senex esset alius numero à iuuene, vel infante, quia in eo tota materia interdum est dsuersa, siquidem paulatim mutatur per nutritionem. Siue autem id sit contra Origenem, siue non, certum tamen mihi est, non fore eundem numero hominem simpliciter, si nihil habeat eius materiæ, quam habuit in hac vita. Durand. autẽ 4. d 44. q. 1. aperte docet, ad identitatem numericam hominis non opus esse, vt ex eisdem puluerib̃s, in quos resolutum est, formetur corpus, sed satis est ex quacumque alia re formari, quia materia totam suam identitatem numericam capit à forma, ergo si est eadem numero forma, erit eadem numero materia. Et sic homo ex ea cõposit, erit idẽ numero. Sed quidquid sit de opinione, hæc ratio prorsus est nulla, materia enim suam habet intrinsecam differentiam & vnitatem indiuidualem, & alioqui non posset esse simul, nec successiue eadem numero sub diuersis formis, vtrumqne autem maxime vero. 2. falsum est: eius tamen sententia minus male defenderetur, dicendo, de identitate numerica hominis non esse hanc numero materiã, sed hãc vel illã, vt hæc, vel illa vnio animæ & corporis, abstrahendo ab humana vel diuina, & à quibuscumque, quarum hæc natura est capax. Sed neque ista solutio placet & qaumuis ita esset, adhuc necesse esset dicere, eandem materiam, quæ fuit in homine, redire, alioqui enim corpora defunctorũ non resurgerent, vt dicebamus: contra Isai. 26 exurgent mortui, & resurgent, qui in monumentis sunt. Dan 12. multi, qui dormiunt in puluere euigilabunt. Ezech. 37. ossa arida, &c. Ioan. 5. omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem, &c. & Lucæ 21. capillus de capite vestro non peribit. 1. Corinth. 15. seminatur corpus animale, surget spirituale, &c. Iob. 19. rursus circumdabor pelle mea, quod explicans Grego. 14. moral. c. 27, & sequentibus ait, non recte resurrectio dici potest, nisi resurgat id quod cecidit. Similia Hieronymus epist. 61. ad Pamach. contra errores Ioan. Hierosolym. & epistola 152. ad Miner. & Alexan. Aug. 22. ciuit. c. 22. & sequentibus, & in Enchirid. c. 84 & serm. 2. de consola. mort. Fulg. de fide ad Pet. c. 3. Damas. 4 fidei. c. 28, Tertul. lib. de resurrectione carnis. Chrysost. varijs homilijs de resurrect. tom. 5. Epipha. supra. & Hæresi. 9. & in Anchorato. Theod. Epito. di. decret. lib 5. in c. de resurrectione. Dionys. c. 7. Ecclsiast. Hierar. p. 1. qui omnes & alij multi docent, ad diuinam iustitiam spectare, vt corpus, quod in hac vita bene, aut male cum anima egit, cum eadem præmio vel supplicio afficiatur. Vide etiam Cyri. Hierosolym. Catechesi. 18.

Probabilius autem iudico, ad identitatem numericam hominis necesse esse, vt aliquid materiæ, quam habuit in hac vita, habeat etiam in resurrectione, & saltem esse neneccssarium ad veritatem resurrectionis, docet D. Thomas. 4. contragent. cap. 81. & quodlib. 11. articulo 6. & 4 d. 44. quæst. 1. articulo 1. quæsti. 1. Vbi Scotus, Palud. Capreo. Suarez. 3. parte tomo 2. disputatio. 44. sectione 2. & patres citati.

81

Sed

Quæst. 1. Sed quid si ex carnibus vnius hominis alius nutriatur, cui nam illorum reddetur materia illa in resurrectione?

Decisio Athenago. lib. de resurrectione dicit, etiam si quis humanis carnibus vescatur, non ex illis nutriri, vi nutritiua id alimentum reijciente: sed hoc contra experientiam est, & contra rationem, nam calor naturalis naturaliter operatur & eodem modo ac, si nulla esset futura resurrectio, vt certe non foret in puris naturalibus.

Decisio D. Thom. & Aug. D. Tho. 4. d. 44. q 1. a. 2. q. 4. ad 3. & 4. cõtrag. c. 81. R. Si eadẽ pars materiæ in duobus hominibus esset, illi esse tribuendam, qui eam habuit in generatione: si autẽ contingat in hoc esse æquales, illi tribuendam, qui prius eam habuit, quia veluti ius & dominium ac proprietatem eius acquisiuit, alius vero eam veluti mutuatam accepit, idem docet Hugo 2. de sacramentis p. 17. c. 14. Horontius in sua Margarita lib. 11. c. 83. Carthusian. 2. lib. de lumine Christianę Theoriæ art 98. qui tamen ex D. Thom addit, seminis materiam non resurgere in eo, in quo primo fuit, sed in eo, qui ex semine genitus est, similiter costam Adæ non in ipso sed in Eua, quæ ex ipsa producta est, resurrecturam esse.

Decisio Suarez. Suarez tamen hanc regulam reijcit dicens, sed in primis non video, quam certa rarione hoc constet, aut cur sola temporis antecessio aliquod ius maius conferat, præsertim cum fieri possit, vt qui posterius illam habuit, diuturniori tempore eam possederit, vel certe, vt habuerit per generationem, & quasi primarium sui corporis fundamentum, alius vero per nutritionẽ vt D. Thom. dixit, in cuius regula id solum difficultatis occurrit, quia solum attendit rationem phyficam, non moralem: videtur autem habenda etiã meritorũ ratio. Dicendũ ergo videtur, inquit, sine speciali miraculo (quod fingendum sine fundamento non est) non posse euenire, vt duo homines in toto vitæ discursu eandem omnino materiam habeant, qnia nullus est, qui solis humanis carnibus vescatur, imo pauci sunt, qui aliquando eis vtantur in cibum, ac deinde tot sunt rerum transmutationes, vt naturaliter accidere non possit, eandem numero materiæ partem tam in generatione, quam in nutrtione à duobus participari, & semper illi restituitur illa pars materiæ, quæ fuit illius & non alterius hominis. Quod si fortasse in aliquibus partibus materiæ communicent, & nò sufficiant ad vtrumque corpus integrum formandum, tunc iuxta ordinem diuinæ prouidentiæ & iustitiæ, vel diuidetur illa materia, vel alteri tota dabitur pro ratione meritorum vtriusque: ita vt quoad fieri possit, seruetur iustitia distributiua, & homo accipiat præmium vel pœnam in ea parte corporis, quæ ad bene vel male operandum magis illi cooperata est. Alia vero pars materię supplebitur aliunde, si quis vero nullam materiam habeat, quæ non fuerit alterius hominis, cum materia humani corporis in toto vitæ discursu multa sit, vt pars materiæ vnius corporis alteri tribuatur, nunquam deerit aliqua alia pars materiæ proprij corporis, ex qua possit hominis resurgentis corpus fabricari. Denique facile est Deo sua potentia & prouidnntia ita omnia disponere ac distribuere, vt vnusquisque omnino vel maiori ex parte suum ptoprium corpus accipiat. Hæc ille. 82.

Decisio Autoris. Cæterum existimo regulas Diui Thomæ & Augustini optimas esse, si intelligantur quando cætera sunt paria, possunt autem aliunde aliæ rationes præponderare, & mihi potissima ratio habenda videtur materiæ quæ fuit in articulo mortis. Primo quia solum illud corpus, quod tunc est, moritur, & cadit, partes enim quæ calore naturali resoluũtur non ita proprie moriuntur, quia in alijs, quæ illis subsistuntur, vitam retinent, ergoillud solum corpus proprie est quod resurgit. Secundo quia illud est quod finaliter cooperatur animæ, ad bonũ vel malum, finali autem impœnitentiæ vel perseuerantiæ. maxime respondet pœna vel præmium, quam rationem attigit Dionysius supra dicens. Alij vero animabus aliorum corporum coniungi tribuunt, iniuriis, vt reor, quantum in se est, afficientes corpora, quæ cum sanctis animabus laborauerunt, sacrisque retributionibus priuantes, quæ ad finem sanctissimi cursus peruenerunt. Tertio probatur, quia hac ratione corporibus iacentibus in sepulchris. quæ informabantur ab anima circa mortem, promittunt Scripturæ citatæ, & Patres resurrectionem non partibus receptis in generatione & resolutis calore naturali, quas existimo non esse suscitandas, nisi necessariæ sint ad supplendum defectum partium, quæ fuerunt in articulo mortis vel pro Christo aut alia violenta via perierunt. Vt si brachium pro Christo abscisum alicui sit, &c. Etsi duo homines cum eodem cotpore moriantu, Deus diuidet materiam inter vtrumque, & ita semper habebit homo in resutrectione, quam maximam possibilem partem eiusdem materiæ, quam habuit in articulo mortis, vt verum sit, corpus quod ceciderat & extinctum fuerat, resurgere, & certe cum Christi resurrectio sit exemplar nostræ, vt in eo suscitatum est, non corpus quod

accepit in conceptione sed quod habuit in morte, ita in nobis fiet. Non igitur vana est quæstio Originis supra, an corpus in resurrectione formandum sit ex puerili vel senili materia. Sed vera responsio est ex senili formandum quantum fieri possit. Electa autem à Deo illa materia, in qua potiores rationes & congruentiæ sint, vt iterum eadē anima informetur, reliqua varijs rationibus resurget in alio subiecto vel damnato, vel reijcietur omnino, vel assumetur ad ornatum corpooris, vel ad replendum venas & arterias, vel alias corporis cauitates, vt quantum fieri poterit, ad resurrectionem accedat, præmiumq. aut supplicium accipiat.

83 Quæstio.2 Decisio. Ex quibus resoluitur alia. q. Vnde nam supplebitur materia infanti? Referuntur aliqui asserentes sine additione materiæ ex paruo corpore magnum fieri posse, ita docet Altisiod. 4. summæ. tract.10.q 3. male vtens exemplo multiplicationis quinque panum. Nam hæc multiplicatio non sine additione materiæ extrinsecæ à Christo facta est, & profecto intellectum fugit, quomodo sine augmento raritatis (vt in resurrectione oportet fieri) vel materiæ, ex paruo corpore magnū vndique fieri possit. Vnde D. Tho. 4.d. 44.q.1.a.2.q.4.ad.3.& alij Theologi docent, vt puer resurgat in quantitate, & raritate, ac densitate requisita, addendum esse aliquid materiæ, vt in augmento hominis, vel iguis, idque tantū voluit Nyssenus oratione 3. de resurrectione Christi circa medium, & Aug. serm .2.de consolatione mortuorum dicens, Sed dubitas, quomodo de paruis ossis totus possit homo restitui, reuera tu ex modica scintilla ignis ingentem suscitas flammam, Deus non poterit ex modico cineris fermento totum corpusculi tui redintegrare cōspersum? Et Hugo de S. Victore. 2. de sacramentis p.17.c.18. loquens de infantibus, ait, sed quod eis tardius accessurum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro, atq. celerrimo, recepturi, in sententia quippe Domini, vbi ait, capillus capitis vestri non peribit, dictum est, non defuturum esse, quod fuit: non autem negatum est, affuturum quod defuit.

84 Suppleri autem in istis infantibus defectus communiter poterit ex materia, quæ in eis ante vel post animationem resoluta est, vel parentibus ac similibus superflua sit, aut aliūde: quia non est contra veritatem resurrectionis additionem fieri defectumque suppleri. Idem de nanis seu pigmæis dicendum est, in ominbus enim resurgentibus, etiam damnatis, siue pueris, siue adultis corpora resurgent in quadam statura perfecta cum omnibus membris, & partibus ad integritatem, vel ornatum naturalem spectantibns, & cum sanguine, & alijs humoribus, siue teneamus anima informari, siue non, de quo vide D. Tho. 4.d.44.q 1.a. 2.

85 Quæstio.3 Decisio. Quæstio tamen alia est an omnia membra ex eadem materia qua antea constabant, reparanda sint. R. id non opus esse ad resurrectionis veritatem, vt docent, Aug. in Enchirid.c. 89.22.ciuit. c.19. Ansel. in Elucidario, & ad Ephes. 4. Hugo 2. de sacram. p. 17.c.19 Supple. 4.d.44.q.1.a.2 cōclu .6. Suarez supra. Nā vbi eadem est forma & materia, idem est compositum totale & partiale, ergo non dicitur resurgere tātum compositum, sed omnes eius partes integrales, ac proinde manum, pedem, & oculum, licet quod erat manus, nonsit manus, nec quod erat oculus, sit oculus, quia desunt animæ accidentia, quæ sunt de eius essentia, vt est manus, aut oculus, &c. & nec ad saluandum id Iob. 16. & oculi mei conspecturi sunt, necesse est oculos eius eadem materia constare, secus si diceret, hi oculi, nam reuera illi oculi non essent Deum visuri, si materia ex quibus constat, in manu vel pede suscitanda esset. Ad maiorem autem perfectionem resurrectionis, & iustitiæ distributiuę, præmij vel supplicij pertinet, vt materiæ ad easdem partes integrales Heterogeneas, & ad eadē membra & officia restituantur, quoad cōmde fieri possit & ita exponendus est, D. Thom. 4.d 44.q.1.a.1. q 3. iudicans, hoc pertinere ad veritatē resurrectionis. Sic etiam Horoutius in sua Margarita lib. 1.c.38. principalia membra in locis suis decenter restituenda putat iuxta id Ezech. 37. accesserunt ossa ad ossa.

86 Quæst. 4. Diuisio. Alia Quæstio est. Vtrum eadem vnio materiæ & & formæ reditura sit? R. redituram eandem vnionem specie quia hæc species vnionis est de essentia hominis, & quia alia vnio harum partium essentialiter distincta, nec de potentia absoluta est possibilis: posse etiam redire eandem numero vnionem, ac proinde esse verisimile redituram, quia omnes formæ substantiales & accidentales absolutæ & relatiuę permanentes, & forte etiam succesiuæ, etiam si sint puri modi, possunt reproduci de potentia absoluta, licet non naturaliter, neque in hoc inuenio difficultatem, licet aliqui merito dubitent in succesiuis, quia vt de eorum essentia est non posse conseruari, ita forte nec posse redire, sed de permanentibus, ita docet Suar. supra, recteq. addit, reproductionē eiusdem numero vnionis non esse necessariā ad veritatem resurrectionis, vt docet D. Thom. 4.d.44. q.1.a.1.q.2. ad.2. cuius ratio non est illa, quam assignat Viguer. in institu. cap.21. §.2. versi. 4. nempe vnionem illam esse accidens, vera enim opinio est esse modum quendam substantialem

tialem, cum sit de essentia hominis qui intrinsece nullum claudit accidens, sed ratio est, quia ad identitatem numericam compositi satis est identitas numerica partium.

Sectio 13. Vtrum in resurrectione accidentia eadem numero vel specie corporibus restituantur.

58. DICO. 1. restituenda esse accidentia requisita vt corpora resurgentia sint Heterogenea habentia carnem, ossa, neruos, ligamenta, venas, arterias, manus, pedes, &c.

Hæc conclusio est contra Euthychium, qui dixit, corpora nostra resurrectura, non quidem palpabilia; sed aere subtiliora, vt refert, Grego. 14. moralium. c. 30. & 31. explicans id Iob 19. rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Saluatorem meum. Et Prateol. Verbo Euthychiani. Castro verbo resurrectio hæres. 2. glos. ordi. in locum Iob citat. & Palac. 4. d. 44. disp. 3. in principio, qui tamen ait, Eutychium in arti. mortis sententiam retractasse vt refert Greg. c. 23. est etiam contra Orig. qui dixisse videtur. corpora non fore organica, sed rotunda, vt refert Prateol. verbo Origenistæ. Viues, 13. ciuit. c. 20. ex Aug. ibi Palac. 4. d. 44. disp. 1.

Prob. conclu. contra Eutychium ex Iob 19 in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Saluatorem meum, quẽ visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt, & rursus circumdabor pelle mea, & ad idem est Ezech. 37. ossa arida, audite verbum Dei, &c. & exemplum Christi, qui est exemplar resurrectionis nostræ, iuxta id Pauli, reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ, ad Philip. 3. tamen de se ait Lucę 24. palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere, ergo. Hoc igitur exemplo capitis nostri, vt inquit Concil. Tolet. 11. in confessione fidei, confitemur. veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum, neque in aerea vel qualibet alia carne, vt quidam delyrant, resurrecturos nos credimus, sed in ista qua viuimus, mouemur & sumus, sic exponitur à Diuo Thoma, & alijs quod dicitur 1. Corint. 15. non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrũ, alia autẽ piscium, sic erit resurrectio mortuorum, scilicet vt ibi sit caro eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ, vt ait, Greg. ho. 26. in Euang. itẽ. Quinta Synodus sententiã illã Eutychij, & Orig. damnauit, vt refert Niceph. lib. 17. histo. c. 28. & patres, vt videre licet apud Aug. 22. ciui. c. 23. 1. retracta. c. 2. & 3. & in Enchirid. c. 34. & sequẽtibus & epist. ad Consentium. 146. Hiero. epist. 27. de Epitaphio Paulæ. & epist. 61. ad Pamach. & Occean. de erroribus Orig. Greg. supra, & D. Thom. 4. contragent. c. 84. Palac. supra qui Origenem confutat cum Hiero. lib. contra Iouinian Sotus 4. d. 49. q. 4. art. 6. vide etiam Aug. de Catechizan. rud. c. 29. vbi quasi rem de fide, docet, resurrecturum hominem in forma humana, & ad hoc significandum Ecclesia Aquileiensis vt refert Ruffinus in expositione Symboli, & Spencęus. 1. Tim. 2. ad illud Verbum Symboli carnis resurrectionem, & Lorin. actuum. 17. v. 32. adijciebat pronomen, huius, inquiens, sine dubio, quam is, qui profitetur, cruce signat. Clemens. 9. const. Apost. c. 6. alias 8. in principio excitabit, inquit, nos tales, quales modo sumus præsenti figura, nihil mancum habentes, nec corruptioni obnoxiũ, & c. Grego. etiam & glossa, & Castro. supra & Hugo. 2. de sacram. p. 17. c. 13. probant, quia si in resurrectione non erit caro, ergo nec homo nec caro resurget, atqui in Symbolo confitemur carnis resurrectionem, ergo vere in resurrectione erit caro. Verba Grego. sunt. Nam quomodo vera erit resurrectio, si vera esse non poterit caro? aperta ergo ratio suggerit, quia si caro non fuerit, proculdubio resurrectio vera non erit. Cui rationi obijci potest, quia ad veram resurrectionem sufficit redire totam substantiam, sed licet non redeant accidentia, quibus caro cõstituitur inesse carnis, rediret omnia substãtialia, ergo fieret vera resurrectio. Respondeo i potest de ratione hominis esse habere carnem & ossa, & de ratione carnis habere accidentia. Vnde de ratione hominis est habere certa accidentia, quæ sunt quidem accidentia respectu vnius partis eius, sed non respectu totius essentiæ, vnde nisi redeãt hæc accidentia, non redibit homo, vel saltem non redibit caro, sed res quæ nunc est, homo vel caro, & ita non erit vera resurrectio, & similiter si substantia, quæ modo est manus, nõ rediret sub certis accidentibus, non resurgeret manus, sed res quæ est manus. 2. Responderi potest, carnẽ non cõstitui per accidentia, sed per formam substantialem distinctam ab anima rationali, vel aliquem effectum substantialem formalem, quem confert vni parti & non alteri. Vnde si non rediret caro sub ratione carnis, non rediret tota essentia vel substantia hominis & carnis, ideo nec vera resurrectio esset. Si quis vero has solutiones nõ admittat, quia aliqua implicãt contra communes opiniones dicat. 3. si non rediret caro

ret caro sub ratione carnis, nec animam rationalem reditura, quia petit, & fortasse ita essentialiter, vt nec de potentia absoluta fieri possit oppositum, non informare materiam, nisi affectam antecedenter vel consequenter dispositionibus constituentibus illam in ratione carnis, ossis, &c. ac proinde nec futuram veram resurrectionem, nisi in ea sit vera caro. 4. Licet esset vera resurrectio essentialiter, non tamen esse veram resurrectionem seu perfectam accidentaliter, quia non restituet accidentia, quæ postulat humana natura, & sine quibus moraliter loquendo, quid inanimes esset, potius quam homo, quia anima suas functiones nó habret.

Obiectio. Si obijcias id 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. R. nomine carnis & sanguinis intelligi homines vitijs deditos, iuxta id Ioan. 3. quod natum est ex carne, caro est, &c. & Rom. 8. Vos in carne non estis, & ita Galat. 4. quia secundum carnem erat, &c. & Psalm. 77. memoratus est quia caro sunt, ita Aug. illa epistola ad Consentium. Grego. illo cap. 31. 2. Expositio esse potest vt caro corruptibilis regnum Dei non possideat. Vnde subdit Paul. corruptio non possidebit incorruptionem. Vide alias expositiones in D. Tho & alijs ibi, & in Altisiodor, 4. summæ tract. 10. q. 1. cum vero eodē cap. Paulus ait seminatur corpus animale, & resurget spirituale, nomine spiritualis intelligitur spiritui subiectū, vt docet Aug. 13. ciuit, cap. 20. Præterea carnem mutandam non natura sed gloria, & sic fore spiritualem. Vide Hiero. Amos 5. Ansel. in prosolog. c. 29 Aug. in Encherid. cap. 91. 1. retract. cap. 17. Tertul. 5. contra Marcion. cap. 10. & lib. de resurrectione carnis cap. 91.

Solutio.

88 2. Confir. Dico 2. verisimile est restituenda esse corporibus beatis aliqua accidentia naturalia, veletiā supernatulia, quę licet nō postulet natura humana: tamen ad eius perfectionē pertinent, vt species & habitus virtutum moraliū, intellectualium, vel quasi intellectualiū, naturales vel supernaturales, qui in sensibus internis, & appetitu sensitiuo a multis collocant, alioqui corpus non erit proportionatum animæ, in qua similes perfectiones manebunt, neque integre reparabitur per Christum omne damnum ab inimica morte illatum, nec perfecte destruetur inimica mors, quod nō recte consonat cum illo. 1. Cor. 15. nouissima inimica mors destrnetur.

Dubium. 89 De vtrisq. vero accidentibus dubitari potest, an eadem numero reditura sint, & supponimus in opinione D. Tho. in morte fieri resolutionem vsq. ad materiam primam, ita vt in ea nulla maneat forma substantialis, vel accidentalis eadē numero, sed vt plurimum specie, & mensura, nec de dimensionibus interminatis oppositū docuit D. Tho. 4. d. 44. q. 1. a. 1. q. 1. ad. 5. vt bene explicat Bergome. in concord. ā. dub. 517. vbi tamen quasi certum supponit, in resurrectione restitui easdem numero dimensiones, quod valde incertum est, cum eadem ratio appareat de his dimensionibus & de alijs accidētibus corporalibus, quæ destructa fuerunt, hæc autem non erunt eadem numero, vt ibidem ad 4. in fine docet D. Thom. ergo nec dimensiones. Ratio autē cur accidētia corrupta non videntur eadē numero reditura, est, quia vel non possunt reproduci eadem numero, vt aliqui tenent, vel potius, quia licet possent reproduci, hoc est ex natura rei difficilius, quam produci alia eiusdem speciei, cum natura exposcat, vt semper nouæ res in mūdo fiant, nec subiecto est melius vnum indiuiduum, quā aliud eiusdem gradus. Vnde non solum D. Thom. supra sed etiā 4. cōtragēt. c. 81. ad 2. Durā. 4. d. 43. q. 3. Sotus 4. d. 44. q. vn. a. 1. tenēt, accidentia corrupta non redire eadem numero, neq. opppsitum insinuatur in illis verbis Iob 19. quem oculi mei conspecturi sunt, hoc enim verū esset, etiam si oculus non constaret ex eadem materia, nec haberet potentiam visiuam, aut alia accidentia eadem numerice.

Nihilominus probabile est, quod docent Palacius. 4. d. 43. disp. 2. in fine & Suarez. 3. p. tom 2. disp. 44. sect. 3. reditura eadem numero accidentia, præsertim illa, quæ sunt aliquo modo intrinseca naturę, & capacia aliarum perfectionū vel malorū cōsequentiū ad meritum vel demeritum, vt sunt quantitas, sensus, & appetitus sensitiuus, quia Deo facile est talia accidentia reproducere, idque congruum videtur, vt quæ res consortes in merito vel de merito fuerunt, sint etiam consortes in præmio vel supplicio, similiter ait Polacius in Christo eadem numero accidentia redijsse, & easdem nnmero cicatrices, alioqui non recte Christi resurrectionem confirmassent. Virgā Mosis & colubrum eadem numero, & cum eisdem numero accidentibus reparata, alias non plus effecisset Moses quā magi, qui per incantationes eadem speciem parare poterant. Similiter cum manus Mosis leprosa sanitati & pristino colori restituta est, eadem numero accidentia reproducta existimat, sed hę rationes parui momenti sunt. Deinde minime probo, quod ait, non redituras virtutes animę vegetatiuæ, nutritiuam, augmentatiuam, generatiuam, attractiuā, retentiuam, expulsiuā, neq. potentiam dormiendi, certe enim licet, non sint habituræ actum, erunt in corpore resurgnete, saltē eadem specie, vt affirmant D. Thom. 4. contra ge c 8. Durand. 4. d. 43. q. 3. Suar. 3. p. tom. 2. disp. 47. sectione

sectio.5. & communis.4.d.44. Vbi D. Tho. q.1.ar.2.q.1.ad 1.Supplem.& Sotus.Quia sunt perfectiones corporis sicut vis calefactiua,& similes. Confir quia Pala.fatetur fore,eiusmodi facultates,si dotes gloriæ auferrentur, dotes autē earum fluxum non impediunt, ergo cum dotibus manebunt sicut & potentiæ sensitiuæ. De quibus late Suarez supra sectione. 6. & nos sequenti sectione dicemus.

3. Conclu. Dico 3. etiam accidentia naturalia,quę nō pertinent ad perfectionem personæ, sed naturæ,manebunt,cuiusmodi est sexus fœmineus, & alia quæ ad hunc sexum pertinent, quibus fœminæ à viris distinguuntur. Hæc conclusio non solum est contra Hæreticos asserentes, corpora in resurrectione non fore organica, sed etiam contra alios, qui dixere, omnes homines resurrecturos in sexu virili.Quem errorem tacito authoris nomine,retulit Aug. 22. ciui. c.17. & 20.loco inter errores Armenorū posuit Guido Verbo Armeni. vt narrat Castro Verbo resurrectio hæresi. 5. qui pro se adducebant id ad Ephes. 4. donec occurramus omnes in vnitatem fidei,in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi Confirmari potest ex Hiero. Ephes. 5. vbi ait, foueamus,& viri vxores,& animę nostræ corpora, vt & vxores,& corpora redigantur in animas,& nequaquā sit sexuum vlla diuersitas. Sed quomodo apud Angelos non est vir & mulier ita & nos,qui similes Angelis futuri sumus, iam esse incipiamus,quod nobis in cœlestibus repromissum est.Et Basil. Psal.114 ad finem ait.Nec insolescit ibi carnis rebellio cōtumax,non vlla fœmina ad peccati prolapsionem ibi cooperatur,quia in resurrectione nec mas,nec fœmina erit, &c. Athanas. sermo.3. contra Arrianos non longe à fine ait,nec nobis cauendum erit à malesuada fœmina:in resurrectione enim neq.nubēt neq nubētur,sed erunt sicut Angeli, & in Christo Iesu noua creatura,neque masculus, neque fœmina:vbi porro Christus,quod genus ibi metus,aut periculi fuerit?

Nihilominus conclu nostra certissima est, eam tenent omnes Scholastici.4.d.44. Vbi Sot.q.vnica art.5.supplem.q.1.ar.2.con.8.D. Tho.q.1.art.3.q.3. & 4. contrag. c.83.& alibi Horontius in sua Margarita li.11.c.37. & Guido,Castro,& Suarez supra, oppositum referunt vt errorem contra fidem:similiter Ouandus. 4.d. 44.pro p. 1. Viguerius in instit. c. 21.§.2.versu.4. Aug.supra, & Gennadius infra conclusionem nostram ponūt vt dogma fidei.Conclusionem etiam docent Tertul. lib. de resurrectione carnis cap.60. & sequētibus. Hiero. epist. 61. ad Pamachium de errorībus Ioan. Hierosol. & epistola 27. ad Eustochiū & alii referendi.

Probatur.1. nam Deus fœminam fecit sicut virum genes.1. masculum, & fœminam fecit eos. Sexus ergo fœmineus non est vitium aut ex vitio,sed ex natura,quoniam enim ante peccatum fœmina erat, non ex vitio contigit,vt fœmina fieret,nec sexus ipse vitium est, quoniam non fuisset à Deo factus. Expedit autē vt qui vtrumque sexum fecit, vtrumque restituat. Probatur.1

2. Probatur ex Gala.3. quicunque in Christo baptizati estis Christum induistis,non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber,non est masculus neque fœmina:si fœmina est in Christo Iesu sicut masculus,cur non erit in gloria sicut masculus, videlicet cum suo sexu,quem si Deus destrueret, vituperaret conseruando autē honorat,vt decet.Iuxta id quod aliis iniungit infirmiori vasculo impartientes honorem. 2

3. Quia Christus interrogatus à Sadducæis Lucæ.20.& Matth. 22.cuius in resurrectione futura esset vxor illa, quæ septem fratribus nupserat, vt quisque illorum defuncti fratris semen susciteret, .Respondit erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei, at si nulla esset post-resurrectionē futura mulier, facilius eorum errorem destruxisset, dicens,non fore ibi fœminas, sed omnes fore viros, quo argumento nostram conclusionem docet Beda Lucæ.20 idemque indicant Chrysost. homil.71. in Matth & Euthym.c.suo.53. 3

4. Probatur quia ad decorem naturæ & Patriæ cælestis,& ad personarum perfectā distinctionem expedit hæc sexuū distinctio, maximè cum quædam perfectiones,maiores sint in fœminis, quam in viris,vt pulchritudo suauitas vocis, & similes, & animi mores, corporis temperaturā sequantur,sicut scripsit proprio libello Galenus Confir. quia hanc sexuū diuersitatem postulat ipsa natura ad suas functiones exerendas,quæ licet tunc futuræ non sint tamen sexus remanere expedit, vt naturæ potestas,& perfectio appareat,& non modica gloria Dei erit seruare sexus diuersitatē sine vlla corruptione vel prauo affectu, & ob sexū sunt infœminis prærogatiuæ speciales, quia in sexu fragili virginitatem seruauerunt, vel martyrium pertulerunt,& in Virgine,Virginem & Christi matrem esse magnus est honor,manebit ergo sexus,qui illum indicet. 4.

5. Quia ad perfectionem resurrectionis pertinet,vt homo resurgat,non solum in substantia,sed etiam in accidentibus,quæ nullum vitium vel indecentiam habent, cuiusmodi est sexus ergo.Etsic intelligitur ratio D.Tho.4. d.44.q.1.ar.3.q.3. 5.

6. Proba. ex Gennadio de Eccles dogma. c.70.dicēte,in resurrectione ex mortuus sexus forma non mutabitur,sed vir mortuus resurget 6.

resurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ.

7. Quia vel erit aliquis sexus, vel nullus: posterius dici non potest, cum illa corpora sint futura organica, & vere humana, ac integra, & non monstruosa: nam si propter fictã quãdam honestatis speciem dicatur corpora priuanda esse sua integritate, & naturali compositione, eadem ratione dici posset, non habitura alia membra quæ turpitudinem præse ferunt aut pudorem. Si autẽ primum dicatur, inquiro cur vnus sexus reiicẽdus sit & alter retinẽdus, nõ enim propter pudorẽ, quia eadẽ ratione neq. vnicus sexus esset retinẽdus, & in statu innocentię nullus esset pudor. Ex quo etiã patet, non esse reiiciendum alterũ sexum ob concupiscentiæ periculum, quia vt in statu innocentiæ non esset tale periculum, multo minus in surrectione, vbi in bonis ex dono iustitiæ originalis vel dote subtilitatis vel extrinseca prouidentia Dei, & intrinsecis virtutibus corpus erit plene subiectũ spiritui imaginatio & appetitus rationi & voluntati, & etiam in malis corpus erit inalterabile & impassibile nisi ab igne, & aliis instrumentis diuinæ iustitiæ, neque vlla in commixtione esset delectatio, nec se amant mali sed odio habent, nec de voluptatibus, sed de pœna damni, & sensus cogitare possunt, aut permittuntur. Dices sexũ fœmineum reijci propter suam imperfectionem. Contra nam varietas rerum, etiam perfectione inæqualium ad perfectionem vniuersi & illius status & ad maiorem Dei gloriam requiritur, etiã si res sint perfectione inæquales, neque sexus fœmineus ex occasione aut peraccidẽs est à natura, sed per se intentus ad propagationem & conseruationem humani generis, ergo expedit, vt conseruetur, licet ob alios fines. 92

Ad argumentum ex loco Paul. Resp. Aug. supra, virum ibi pro qualibet persona humana accipi, vt in psal. 1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorũ, & Psalm. 31. beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, vt illis locis obseruant Aug Remig. Hiero. & alij communiter. nomine enim principalioris sexus minus principalis etiam intelligitur vt ait Grego. homil. 3. in Euange. à principali sexu lumborum nomine luxuria designatur. Deinde ibi non est mẽtio de resurrectione, sed de perfectione doctrinæ & agnitione veritatis, vt ex Ambros. & Theophyla. in eum locum notat Castro supra.

Ad confirmat. Resp. Patres illos solum velle, non esse futuram sexus diuersitatẽ quoad sensum vel prauos & inordinatos affectus. Vnde Tertul. de resurrectione carnis. c. 60. Liberabuntur membra ab officiis, sed non ideo non erunt necessaria, & cætera quę late & elganter prosequitur: similiaque habet Hiero. epist. 61. ad Pamach: de erroribus Ioannis Hierosolymitani. 93

Dico. 4. omnes resurgent in quantitate & ætate iuuenili: est communis Scholas. 4. d. 44 probari solet ex illo loco ad Ephes. 4. donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virũ perfectum, in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. Nam licet sensus litteralis sit de mensura in perfectione spirituali, vtex cõtextu plane constat, & interpretatur Ambros. Chrysos. Hheophyla. Oecume. Teodo, Sedul. glossa ordi. & alij ibi, & Aug. 22. ciui. c. 15. tamen saltem in sensu spirituali explicari potest de mensura, quantitate, & ætate corporea, quæ erit iuxta ætatem Christi, quæ fuit perfectissima scilicet. 33. circiter annorum. Aetas enim iuuenilis, in qua etiam conditus est Adam, cõputatur ab anno 25. vsque ad. 40. sic explicãt locum Pauli Sotus 4. d. 44. q. vnica ar. 4. D. Tho. ibi. q. 1. a 3. q. 3. ad 1. & 4. contragentes c. 88. in fine Sua. 3. p. tom. 2. disp. 47. sectio. 4. Horontius in sua margarita lib. 11. cap. 37. Isidorus. 2. de summo bono. c. 29. inquiens, Resurrectio mortuorum vt Apostolus ait, in virũ perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi futura est, in ætate scilicet iuuentutis quæ profectu non indiget, & absq. inclinatione defectus in perfectione, ex vtrãque parte & plena est, & robusta. eodem modo Paulum exponi Gaudentius responsione ad Paulum diaconum circa illa verba Christi, quia Pater maior me est & Augustinus supra, vbi consequenter ait. pueros resurrecturos in ea mensura quantitatis & dispositionis quam habituri essent in iuuentute si viuerent, & senes in ea, quam habuerunt, dum essent iuuenes, licet iuuentutem circa. 30. annum definiat. Idem docent Sedul. Ephes. 4. Anselm. ibi & in Elucidario explicans, id intelligi etiam de pueris defunctis in maternis vteris, de quibus in perfecta quantitate, & ætate resurrecturos esse, diximus sectio. 4. idem docet Hug. 2. de sacramentis. p. 17. c. 28. & 19. Supplem. 4. d. 44. q. 1. ar. 2. conclu. 7. Palac. disput. 1. ad 5. Confirma. quia vt ait August. 6. Gen. ad lit. c. 13. Mag. & alij 2. d. 7. Deus in eo statu condidit hominem, ergo & reparabit & sic posse exponi id Rom. 8. conformes fieri imaginis filij sui, ait August. 22. ciuit. c. 16. ait tamen Supplem. posse dici, resurrecturos homines in ætate, qua defuncti sunt, scilicet infantili, &c. quoniam Aug. 22. ciuit. c. 16. ait, resurgent itaque omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in iuuenili ætate, quã uis nihil oberit, etiam si erit infantilis, vel senilis corporis forma, vbi neque mentis neque ipsius corporis vlla remanebit infirmitas. Vnde etiam si quis in eo corporis modo, in quo de 4. Conclus.

func-

functus est, resurrecturum vnumquemque cõtendit, non est cum illo laborioſa contradictione pugnandorum, & cap. 20. in fine dicit, aut si contenditur, in ea quemque statura corporis resurrecturũ esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est, tamen absit omnis deformitas, omnis informitas, omnis tarditas, omnisque corruptio, & si quid aliud illud non decet regnum, in quo resurrectionis, & promissionis filij æquales erunt Angelis Dei, si non corpore, non ætate certe fælicitate. Imo Anselmus in Elucid. ait, magis esse credibile quemlibet esse resurrecturum in forma & statura, in qua defunctus est. Addunt Sotus & Supplem. supra Ansel. & Sedul. Ephes. 4. Aug. in Enchir. c. 90. & 22. ciuit. c. 15. 16. & 20. Hugo. supra c. 15. infine non omnes fore æquales staturæ vel quantitatis, sed inæqualis, nimirum, quam attingerent iuxta complexionem suam cum recta ratione viuendi, & deductis impedimentis naturæ enim humanæ quantitas latitudinẽ habet, & varietas eius ad decorem & ad officiorum varietatẽ, & vt consequens varias complexiones, à natura exigitur. Vnde etiã si qui ex natura non errante ante vel post diluuium fuere giganres in eadem statura resurgent, si vero ex errore naturæ vel vitio, vt quando non seruatur proportio, reformabuntur, & in minori statura resurgent, sicut etiam nani, qui inproportionati sunt maiorem longitudinem & minorem latitudinem habebunt. Pigmæi vero qui proportionati sunt sed parui, in eadem statura resurgent. Iuxta hæc iudicandum est de dictis quorundam. Nam Vigue. c. 21. § 2. versi. 4. ait nanos & gigantes nõ fore, licet futuri sint homines diuersę staturæ. Horontius similite in sua margar. li. 11. c 37. videtur docere nullum fore gigantem. Sed Palac. 4. d. 44. disp. 1. ait non esse inconueniens, gigantes esse, dũtantum reformati, & proportionati sint, de pygmeis quos Arist. Trogloditas vocat & Plinius 8. Histo. c. 12. sentit cũ gruibus pugnare, sentit non esse vere homines.

94 Dico. 5. facies resurgentium diuersæ & dissimiles erunt & adeo similes illis, quas habuere inuita, vt per eas dignosci valeant. Ita Sotus. d. 44. q. vn. ar. 4. Prob. quia tota hæc varietas exigitur à natura humana & est intẽta à Deo propter distinctionem et conducit ad decorem & pulchritudinem vniuersi, & harmoniam sicut varietas vocum in musica. Vnde Epipha. hæres. 64. Origenistarũ docet, vt vir non ita dissimilem faciem habet à se ipso iuuene, vt per eam dignosci nõ possit, ita beatorum facies licet reformentur in meliusq. mutentur, semper tamen retinebunt aliquid vnde dignosci valeant.

5. Conclu.

Addit Sotus colores etiam varios fore, ita tamen vt color non aduersetur sanctorũ pulchritudini. Sed existimat neq. Ethiopes nigros. nec insulares subpallidos fore, nã color hic cũ ex nimia adustione proueniat, tribuitur vitio naturæ.

95 Dico 6. in corporibus iustorum nullus defectus, nullumq. vitium erit ita docent omnes 4. d. 44. ex Aug. 22. ciuit. c. 19. & 20. & in Enchirid. c. 90. & 91. Hugo. 2. de Sacramentis p. 17. c. 13. vsque ad 19 Horontius supra c. 37. De corporibus vero damnatorum difficultas est, nam Aug. in Enchirid. c. 29. ait, vtrum cũ vitiis & deformitatibus suorum corporum resurgẽt, inquirendo laborare quid opus est, nec debet fatigare eorum incerta habitudo, quorum est certa damnatio. Eodem modo loquitur Aug. 5. ciuit. c. 20. Notandũ tamẽ triplicem esse defectum in corpore humano: primus naturalis vt opacitas, obscuritas, grauitas, passibilitas, huius generis defectus procul dubio erit incorporibus damnatorum, & Sotus affirmat, eorum intestina futura esse plena fœtidissimis egestionibus, vt e contra, corpora beatorum plena erunt odoriferis humoribus & halitibus, vt ait S. Tho. 4. d. 44. q. 3. a. 1. ad 2. Vigu. c. 21. §. 2. Versic. 4. non tamen corrumpentur, vt ait Paul. 1. Corint. 15. mortui resurgẽt incorrupti, hæc autẽ incorruptio non proueniet ex cessatione motus cæli, vt ait Vigue. sed ex voluntate iustissima Dei vt in æternum patiantur.

6. Conglu.

2. Defectus est infirmitatis vel deformitatis, vt corpus esse gibbosum, tortuosum, leprosum, &c, defectum hunc in damnatis futurũ docet Bonauen. 4. d. 44. Dur. q. 2. Idem docent de 3. defectu qui est membrorũ orbitas sed D. Tho. eadem d. q. 3. art 1. Richar. Angles. Palac. Sotus & Vigue. supra negant.

Proba. 1. quia hoc significat etiam Paul. dicens, resurgent incorrupti. 2. quia quantũ ad naturalia resurrectio Christi est causa exẽplaris resurrectionis etiam damnatorum. 3. quia alias ex ægritudine minueretur istis vis doloris, & ex mutilatione partẽ doloris euaderent. 4. quia sæpe partes abscisæ cooperatæ sunt peccato, ergo vt puniantur, reparari debẽt. 5. quia Dei perfecta sũt opera, præsertim cũ agit miraculose & supernaturaliter, & vtitur humanitate vel voce Christi vt instrumẽ toque omnia in proposito cõcurrũt, ergo reparat dãnatos perfectos in esse naturæ, vnde Ansel. explicans id Ephs. 4. in virũ perfectũ ait Apostolum velle, homines non resurrecturos claudos, cæcos, &c. Sed perfectos & omnibus membris & organis absolutos. Idem tenet glos. ibi & August. epistola 146. ac Consentium.

An vero in martyribus remanebunt vulnera pervia & aperta, sicut in Christo, de quo

Beda

Beda Lucæ 20. D. Thom. 3.p. q.54. ar.4. Suarez ibi disp 47.

96 Dico 7.non fore peruia & aperta,sed in illis 7.Conclu. cicatricibus erit splendor fulgentissimus vt 3 p.loco cit.ait.D.Tho.cum Aug.22. ciui. cap.19.& 20.& in Enchirid. c.87.& 91.Chrysost.homi.97.in Matth. Palac. & alij:imo Parisien.1 de vniuerso. p.2.fol.82.& 155.ait,omnia corpora fore peruia beatorum oculis.

Sectio. 14. *Vtrum in corporibus gloriosis futuræ sint omnes facultates animæ sentiens, & actiones ipsarum.*

7 VTura esse organa harum facultatum, imò & facultates ipsas perspicuum est ex præcedenti sectione,neque vllam habet difficultatem:de vsu tamen harum facultatum multæ sunt difficultates,quæ, vt expediantur.

1.Conclu. Dico 1. Beatos post resurrectionem habituros actus sensus interni,& appetitus sensitiui:hi enim actus sunt maximæ perfectiones inter corporeas,& facile exerceri possunt sine vlla imperfectione per species reseruatas in memoria, quas fortasse Deus restituet beatis vel saltem post resurrectionem eas acquirent mediis sensibus exterioribus ad vsum autē sensuum internorū sequitur statim vsus appetitus sensitiui,qui tamen nullam tristitiā habebit, vt nec voluntas:quod ostendimus agentes de perfectionibus volūtatis in beatis: timor etiam ibi nullus erit,quia nullum malum arduum imminebit, nec ira nisi indamnatos & absque accensione sanguinis circa cor vel alia alteratione,quæ ab statu perfecto partem aliquam corporis deiiciat, idemque est de aliis passionibus,aliquem autem motū localem sanguinis,vel spirituum consequentē has passiones admittere,non erit absurdum, imo naturæ passionum & hominis eiusque voluptati, quæ ex motione sanguinis & spirituū sæpe sumitur,consentaneum. Omnes autē hi actus erunt circa obiecta honesta, & decētia amor & gaudium præcipue locum habebunt vnde Nazian.oratione.10.in laudem Cæsarij agens de anima beata ait, cum cognatam carnem receperit, eam quoque ad gloriæ cælestis hereditatem secum admittet, & quem admodum ob naturæ coniunctionem ærumnarum ipsius particeps fuerat,sic etiam iucunditates suas cum ipsa communicabit, totum videlicet corpus in se ipsam assumens. Simila Anastasius Nicænus. q. 87.sacrę scripturæ & & Ansel.de similitudini.c.57.

Deinde si aliqui actus supernaturales quo ad substantiam sunt in potētiis partis sensitiuæ corporis non glorioſi, de quo inferius disputabimus,a fortiori ponendi sunt in corpore glorioso.

Dico.2.In beatis fore vsum potentiæ motiuæ,quia si organa sunt disposita & nullum sit impedimentum extrinsecum, moueri possunt ab intellectu & voluntate immeditate vel saltem medijs sensibus internis & appetitu sensitiuo,aut potentia executiua corporali vel spirituali a prædictis distincta,sed hæc omnia concurrunt in beatis,ergo moueri poterunt motu progressiuo in cælo,cum quo se penetrant vel in igne,aere,aqua,vel terra, si in mundum inferiorem descendant:si autē ex dote agilitatis possunt transire ab extremo ad extremum sine medio, etiā hic motus poterit tāquā principio elicitiuo tribui potētiæ motiuę naturali quāuis non sine dote agilitatis supernaturali disponēte mēbra,vt ad talem motionem obediāt&multo melius tali potētiæ tribui poterit motus nō progressiuus & organicus,sed simplex,quo corpus glorioſum ab extremo ad extremū mouetur sursum,deorsum, dextrorsum, vel sinistrorsum per medium, vt cum lapis vel quid aliud defertur ab vno in aliū locum,& in corpore Christi glorioso super terrā, & in cælum,habemus exemplum motus progressiui,& non progressiui in aliis corporibus glorioſis,& sicut motus simplex non progressiuus,nec organicus,quem habuit interdum, vel habere potuit ante resurrectionē,elicieba tur ab intellectu,vel voluntate appetitu sensitiuo,vel imaginanatione, vel aliqua potentia executiua naturali, & nō ab aliqua qualitate supernaturali fluente vel trāscunte. Ita,qui fiebat in corpore glorioso, sed hic connaturaliter per dotem agilitatis disponentem organa ad obedientiā,ille vero miraculose voluntate diuina supplente dotem agilitatis:

98 2.Conclu.

Dico 3. corpoream locutionem beatis futuram,nihil enim obstabit, quominus,sicut alia mēbra ita etiā lingua,quæ mobilior est & vocalis arteria ex imaginatione & appetitu moueatur & voces formet & oppositū esset magna imperfectio:nō enim possent inuicē externe loqui aut voce sensibili Deū laudare: vnde omnes Theologi,vt videbimus,hanc locutionē beatis concedunt & colligitur ex psal. 149. exultabunt sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in gutture eorū.Exaltationes,enim legitur in aliquibus codicibus latinis & in codicibus Hebræis & Græcis,& in Arnobio & Aug.& in vulgata emendata & Aug. has interpretatur de laude Dei,videlicet,et externa,quæ in hac vita inchoatur,& in alia perficitur vt labiorū vituli ibi quoque reddātur,vt habetur.Osee 14.reddemus vitulos labiorū nostrorū & idē sensus est legendo ex-

do exultationes: nam exultationes Dei in gutture quid aliud sunt quã laudes externę. Vnde Basil. ibi ait, exultationes hic hymnodias & psalmodias dicit & Theodoretus sancti in gloria, diuina beneficia prædicant horũ causam celebrantes. Eodem modo explicat Greg. 8. mora. c. 31. id Iob. 8. donec impleatur os tuũ risu, & labia tua iubilo: bene inquit, os risu impleri dicitur, & labia iubilo, quia in illa æterna patria, cum Iustorum mens in exultationẽ rapitur, lingua in cẽsum laudis eleuatur. Ad idẽ est Laurẽtius Iustini. cuius verba in fine sectionis referemus. Et Iren. lib. 5. c. 8. tractãs id Ro. 8. in quo clamamus Abba pater, quid fiet, quãdo resurgentes, facie ad faciem videbimus eum, quando omnia membra affluenter exultationis hymnum protulerint, similia dicit Aug. 22 ciuit. c. 30. & li. meditatio c. 25. etiam de sensibili laude & harmonia videtur dicere, omne opus eorum laus Dei sine fine, sine defectione, sine labore: fælix ego & vere imperpetuũ fælix, si post resolutionem huius corpusculi audire meruero illa cantica cælestis melodiæ, quæ cantantur ad laudem regis æterni ab illis super nę patriæ ciuibus, beatorumque spirituum agminibus, fortunatus ego, nimiumque beatus, si meruero cantare ea &c. Saltem c. 26. in hymno de gloria paradisi loquitur de externa laude vt ait supplem. 4. d. 48. q. 2. postquam .n. dixerat, caro facta spiritualis, &c. ait, nouas semper harmonias vox melodia cõcrepat & in Iubilum prolata mulcẽt aures organa, digna, per quem sunt victores, Regi dãt pręconia: refert pręterea Vigue. c. 16. §. 4. Vers. 36. & c. 14. §. 2. Vers. 3. aliud Ecclesiæ canticum clare sonant iugiter organa sanctorum & Ansel. in Elucidario ait, ô, qualis voluptas auditus illorum, quibus incessanter sonant harmoniæ cælorũ, & concentus Angelorum, dulcisona organa omnium sanctorum.

Quæst. 1° Decis.

Sed quomodo vox in cælo formari poterit vbi nullus est aer; quomodo etiam multiplicari poterit vsq. ad auditũ & ad quantã distãtiã Richard. 4. d. 49. art. 4. q. 3. D. Tho. 2. d. 2. q. 2. a. 2. ad. 5. & alij docẽt sonũ ibi causarij per diuisionem alicuius partis cæli Empyrei, quod quamuis sit incorruptibile· tamen quia creatũ est in vsus beatorum, diuidi, condensari & rarefieri poterit. Hunc modum dicendi impugnat Suar. 3. part. tom. 2. disp. 37. section. 6. tum quia neque consentaneus est naturæ incorruptibili cæli, nec humano corpori accommodatus, tum quia corpus Christi & aliorum est supra omne cælum vt dicemus infra etiam ex mente D. Thom. ergo non fite sonus impulsu & motione partium cæli, quibus impugnationibus accedit. 1. id Iob. 37. solidissimi quasi ære fundati sunt seu solidi sunt vt habet vulgata, si cæli solidissimi sunt, quomodo ergo instar aeris diuidentur & impellentur? 2. Si scindi possunt, ergo diuidendo eos vsque ad partes minores minimis, fiet corruptio. Confir· nam formæ viuentiũ imo & aliarum rerum corruptibilium ex opinione multorum determinant sibi certam quantitatem, qua minorem, si habeant, corrumpentur: ergo idem in cælis dicendum erit, & sic per incisionem corrumpi poterũt. 3. Si cælum Empyreum cõdensaret vel rarefieret, postea se reduceret naturaliter ad suũ statũ, ergo ab intrinseco & extrinseco esset subiectus alterationi, & motui 4. ergo si quis loqueretur circa superficiem concauam vel cõuexam cæli impellendo aliquas eius partes ad locum imaginarium, vel sphæram ignis, dissolueret perfectam sphericamque cæli figurã, & cum partes cæli empyrei ad locum naturaitet redirent, relinqueretur vacuum in loco ad quem impulsæ fuerant, quæ omnia videntur absurda.

2. Confir. 3 4

101

Cæterum. His non obstantibus modus ille defendi posset, tum tenendo cum multis sanctis, grauissimisque doctoribus, cælos esse corruptibiles, tum etiam tenendo esse in corruptibiles eaq. ratione solidos, vel soliditatẽ alijs cęlis nom Empyreo esse tribuendam· licet autem diuidantur, rare fiant & cõdensentur ad modum aeris, tamen dici potest, non dari in eis terminum paruitatis vel ne Angelos quidem aliquam cæli partem vndique diuidere posse, saltem minorem minima, sicut etiam de minimo omnium minimorum in rebus corruptibilibus dicitur: & simiilter nulla vis naturalis potest a cælis tollere raritatem vel densitatem requisitam, ad propriam conseruationem, secus aliam.

Modus 1. defenditur.

Addit D. Thom. sup. raritatem & densitatem cæli esse alterius rationis & ideo licet corpora hæc nimia raritate vel densitate corrũpantur, nõ tamen cęli. Deinde Philosophos aliquos inter vnã sphærã, & aliam posuisse corpus aliquod diuisibile, per quod moueretur planeta in suo epicyclo. tale autẽ esset incorruptibile ergo etiam si cælum sit diuisibile, potest esse incorruptibile: de quo bene Durand. 4. d. 44. quæst. 6. ad. 4. nume. 15. sed his omisis ad soluendas alias obiectiones pergo & Dico. Si cęli partes extra suam sphæram impellerentur, statim redirent in proprium locum, & propriam figuram repararent, nec proprie extra cælum Empyreum, vbi corpus naturaliter esse non potest, esse Vacuum diceretur, redeuntibus partibus cæli Empyrei in locum proprium, sicut neque cum corpus Christi vel alterius esset supra conuexum cęli Empyrei

1. modus reijcitur a Suarez.

rei collocatum inde descendit & praterea nihil cogit corpus fateri Christi vel alterius esse supra conuexum cæli empyrei satis est illud collocari in superiori parte illius cæli vel:dicimus,dum ibi est, loqui quidem posse formando voces in aere intrinseco: non tamen ita, vt ab alijs audiatur nisi miraculose.

102 2.modus. 2. Modus dicendi est Soti 4.d. 49.quæs. 4. articul. 5. forte in cælo nullum sonum fore, sed solas eius species productsa modo nobis occulto.

Reijcitur. 1 Sed displicet 1.quia de potentia ordinaria vel forte absoluta species sonivel auditio sine sono esse non potest:notitia enim intuitiua vt species qua fit, intrinsece pendere videtur 2 apræsentia obiecti 2. Si sic audirent beati, sane deciperentur, audientes voces, quæ 3 non sunt 3. Hoc est priuare beatos locutione & realis harmoniæ perceptione quod absurdum est, & contra superiora. 4 4. inquirendum est quomodo producãtur species soni, cum ibi nullus sit sonus,a quo producantur.

103 3.modus. 3. modus dicendi est sonum causari a corporibus solidis sonantibus, in eisdemque recipi & ideo in cælo esse posse ex sola percussione,& collisione linguæ & palati,& alia rum rerum, in quibus cæli ipsi numerari possunt. Nec mirum cum Pythagorici ex solo cõtactu cælorũ interse suauissimũ sonum causari senserint. Et quidem defendi posset hac collisione sonũ effici,saltẽ in partibus aereis,vel igneis linguæ,palaticet,vox tamẽ arti culata non videtur esse posse nisi per asperam arteriam copia aeris emittatur.Huic modo proximus est alius Henrici quodlib. 7. q. 7. dicentis percussione partium cæli Empyrei & interceptione ipsarum inter linguam & palatum posse formari voces sine diuisione ipsarum partium. Addit autem si cui hoc non placeat, posse miraculum in generatione, & multiplicatione vocis ponere, aut de suo addere quod velit. Et Noster Henriquez lib. de fine hominis c. 27. §. 2.hunc modum Henrici Gand.defendit.Nec est difficile

94 5.Conclu. hunc modum dicendi Heenrici Gandensis defendere, quid enim obstat quo minus collisione partium cæli (cui dari potest virtus sonatiua) cum partibus corporis glorioſi,voces formentur?

4. modus dicendi est, solo aere existente in ore, pulmone, & alijs cauitatibus corporis,quæ nec alio corpore præter cælum Empyreum replentur,nec vacuas esse decet,vocem formari posse, quæ per species intentionales in cælo receptas peruenient vsque ad auditum ita D. Thom. 2. d. 2. quæst. 2. artic. 2. ad. 5. Ad quem locum remittit. 4. d. 44. q. 2.art.1.q.4.& additio.q.82.art. 4.ad 4. Henriq. & Suar. supra & alij.Sed obiicit Sotus aerem illum expiratum finitum esse: ergo cum alius inspirari non posset, materia illarum vocum cito absumeretur.Nec ualet dicere,ad formandas voces non esse necessariam aeris expulsionẽ. Hoc enim contra experientiam est,experimur enim,quoties loquimur,aerem nos emittere, & ideo respirare, & loqui simul non possumus vt ibidem docet D. Thom. ex Arist.2. animæ tex.90.& 91. sed Responderi potest, ad sonum aliquem efficiendum in aere non opus esse,vt aer extra os emittatur, quod experientia docet:ad vocem autẽ articulatarum, licet id requiratur, quia indentibus,& labijs formarur, tamen non opus est longe emitti & ad nutum beati, licet magno emittatur impetu ad formandam magnam vocem,sistet in hacvel illa cæli parte.nec enim potest nisi de eius voluntate cum alio corpore penerrari: nec potest cælum diuidere,cum igitur aer non longe emittatur, poterit facilimevirtute naturali,& dominio supernaturali, quod anima glorioſa habet in suum corpus & in omnia quæ intra illud sunt,reuocari,ad alias & alias voces formandas vel alius qui in corpore manet, rarefieri & hinc etiam fiet, nunquam dari vllam cauitatem corporis vacuam, aut solo cælo repletam, sed aere, qui ne detur vacuum, rarefit, vel reuocatur, vel partes solidæ cauitati iunguntur,externis partibus hominis ad interora contractis: quoniam vero aer internus & instrumenta vocalia optime dispoſita sunt, & propter dotem agilitatis velocissime moueri possunt, & fortasse de extremo ad extremum sine medio, & ad nutum beati possunt cum cęlo penetrari,vel non penetrari, sed illud per cutere,cum eoque collidi, & aliunde mira arte mouentur, mirabilem harmoniam efficere possunt, & omnia externa instrumenta imitari: quare ibi instrumentis extrinsecis opus non erit. Vnde Parisiensis 2. de vniuerso parte. 2. fol. 166. colu. 2. ait, os cuiusque glorificati erit, sicut cithara cordarum innumerabiliũ & innumerabiliũ fistularũ, & erit sonoritas ex ore vniuscuiusque glorificati hominis concẽtus vocũ siue sonorum innumerabilium mira & in cogitabili nobis hic suauitate sibi inuicem consonantium, & auribus perfectionis illius simul audibilium, & infra ait, quod vnusquisque beatorum omnia simul loquetur, super quæ erit possibilitas virtutus eius interpretatiuæ, si locutiones & sermones locum ibi habebunt licet multis sapientibus videatur, non fore ibi sermones .quia nihil vllum latebit quod ipsum scire deceat & quod nosse ad

gloriam

gloriam illam pertineat. Si quæras, quomodo vna fistula, vel arteria tantæ multitudini vocum, tamque varijs modulationibus deseruire possit? Respon. sicut hic interdum vnus homo in ijs, quæ sunt roboris, & agilitatis, agit pro 10. vel 20. sic non est improbabile, vel incredibile, vbi tam velox erit imaginatio, & motus localis linguæ, & arteriarum & aliorum instrumentorum vocis, vna fistula & vno ore fieri, quæ mille aut pluribus hic fiunt: probabile tamen putat, ibi nullã fore harmoniam, vel concentum, vel vocem. Species autem audibiles, vel recipientur in ipso cælo, vt docent Authores citati, & Martinez 2. animæ, vel ex aere procedent immediate ad auditum, multi enim opinantur, etiam naturaliter fieri posse, vt aliquid agat immediate in distans. Et fortasse poterit sonus realiter, vel intentionaliter multiplicari ad quamcũq; distantiã, etiã si sit remissus, & non multiplicari, esto sit vehemens, vt enim beatus habet dominium in species visibiles, & potest, pro vt voluerit, se manifestare, vel occultare, ita videtur dominium habere in species proprię vocis: perueniet ergo vox eius ad eum tantum, ad quem ipse voluerit peruenire: attendet etiam ad aliorum voces, qui velit, & non alius.

105. *Questio de quibus nã loquẽtur beati.*

Rogas de quibus nam loquentur ad inuicem beati? Resp. 1. de ijs, quę omnes sciunt habitu, sed non semper actu considerant, vel etiam si actu ea considerent, tamen vnus ponderare poterit idẽ alio modo, quã alius, & ex eisdem principijs naturaliter, vel supernaturaliter cognitis alias conclusiones, coloraria q. deducere per discursum. 2. De ijs, quæ non omnes sciũt, nõ enim omnes sciũt omnia, quæ in hoc mũdo cõtigerunt, neq. quę apud alios beatos, vel damnatos tunc contingunt, præsertim si sunt actus interni, neq. omnia, quę futura sunt. Et circa hæc discurrent, vel vnus alterius relatione aliquid sciet: orationes etiam in laudem Dei, metro, & soluta oratione cõponent, cantũq. aut simplici voce recitabunt, & dialogis vtentur, vno interrogante, & alio respondente, etiã qñ responsionem alter non ignoret, vt nõ solum mẽs, sed lingua in Dei laudibus semper versetur: & quæ exultans mens concipit, lęta lingua exprimat. Vnde Aug. psal. 83. in id: in sæcula sæculorum laudabunt te (quod de statu beatorũ post resurrectionem exponit) & lib. 5. de catechizan. Rud. c. 25. docet, semper Deũ laudare, & loquitur, etiã de laude externa, vt 22. ciuit. c. vlt. in princip. adducẽs dictum locũ psal. & addens, omnia mẽbra, & viscera incorruptibilis corporis proficient in laudibus Dei. Vnde existimo, nõ solũ lingua, sed manuũ plausu, & vario aliorũ organorũ vsu laudãdũ Deũ, & lætandũ, qui aũt motus corporis sint futuri nõ audet ibi Aug. definire, de lętitia tñ mutua & externa videtur dicere Aug. in meditat. c. 26. in Hymno de gloria Paradisi, post triumphum coronati mutuo coniubilant, & prostrati pugnas hostis, iam securi memorant. sibylla, apud Clemen. lib. 5. const. Apost. c. 8. multaq. interse cumulabunt gaudia lęti. Sic cor & caro exultabunt, non solum in Deum viuum. ps. 83. sed etiam in sanctos vita corporis glorioſa viuentes.

Immerito ergo aliqui apud D. Th. locis citatis dixerũt, laudem Dei vocalẽ in patria nõ fore, quia vox formari nõ poterit, & apud Parisi. 2. de vniuerso. p. 2. quia cũ quisq. alterius cogitationes clarissime cognoscat, superuacanea erit vox ad earum manifestationẽ.

106. *Questio sententia Galatini.*

Rogas quo idiomate loquentur? Galatinus. 12. de archanis. c. 4. ait, solo Hebraico idiomate acturos, vt omnes homines eo solo ante turris Babilonicæ ędificationẽ loquebantur: probat ex Sophoniæ. 3. expecta me in die resurrectionis meæ in futurum, vel, vt habetur in Hebræo: expecta me in die reuelationis meę ad iudicandum, quia tunc reddã populis labium electum. Per sermonem electũ Galatinus Hebraicum intelligit, impugnatq. intelligentes Gręcum, in quo omnes nationes aduẽtu Christi vnitę sint, quia in nullo eorũ conuenient omnes nationes, quę tñ in Hebraico post resurrectionem conuenient, qui proprie est sermo electus cum illũ elegerit Deus, vt in eo patribus loqueretur, legẽ ac prophetias dictaret, & in eo loquutus est Christus, & mater ipsius, & Apostoli. Hanc sententiã sequitur Henrriquez tom. 2. summæ lib. vltimo, qui est de fine hominis. c. 27. §. 2. vbi ait, id colligere Patres ex illo Sopho. 3. conuertam ad populos labiũ electum. ibiq. id docere Hieron. & Lyram. licet idẽ Hierony. Theodo. & Ribera. Sopho. 3. exponant de. 1. aduentu Christi, & Aug. 12. ciuit. c. 33. quia Ecclesia, & Euangelica doctrina semp floruit in vna lingua primũ in Hæbrea, deinde in Greca, qũ Antiochiam venit Petrus, & ibi primã sedem habuit Act. 11. & 26. & 1. Petri. 4. & tandẽ in liugua latina nunc in Ecclesia Romana, & sic sacra Scriptu. & missa habetur latine. lib. de missa. c. 31. Hęc ille. Huic sententiæ fauet Salmeron, to. 1. prologome. 14. circa principiũ, vbi ait. Adamum, Moysem, & Christum, naturalis, veteris, & nouæ legis Authores. Hebraica lingua locutos fuisse, & non solũ in statu innocentię fuisse in vsu, sed apud solã gentẽ sanctam ex Abrahã progenitã remansisse, & in cœlesti regno non alio idiomate vtendũ alijs reiectis, pie, & probabiliter à quibusdã credi iuxta locũ citatũ Sophonię. 3. cui adiungit alium ex Tob. 13. per vicos eius halleluia cãtabitur. Nã halleluia vox est Hebræa, & Isai. 6. Angeli Hebraice dicunt, Sanctus, Sãctus, &c. ergo, & homines beati, qui eos

imitabuntur,eadem lingua Deum laudabunt, addit vero Salmeron,pium esse,& probabile, quod alij opinantur, Deum omnibus linguis in cælo esse celebrandũ, quia hoc videtur spectare ad maiorẽ Dei gloriã,ſvt omnis lingua confiteatur,quia Dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris,sicut Martialis epigram.lib. 1. blandiendo Cęsari de Roma dixit. Vxor diuersa sonat Populorũ,est tamen vna.Dum verus patrię diceris esse pater.

Reijcitur sententia S.posita.

Sed illa opinio,quæ ait,sanctos in cælo lingua Hebraica potissime vsuros mihi non placet,quia lingua Hebręa suauitate copia,& perspicuitate caret:ergo non sola retinenda est post generalẽ resurrectionẽ.Nec dici potest,in Sophonia labium electũ, maxime cũ ibi pro electo habeatur,purũ,scilicet, ab omni obscuritate, & qualibet alia imperfectione. Vnde Chaldęus vertit,tũc mutabo sup omnibus populis sermonẽ vnũ clarum:quod non cõuenit sermoni Hebraico,cũ asperitate,& ęquiuocatione,atq. inopia laboret. Vnde locus ille exponendus est, vt exposuit Henriq. sup. vel vt exponit Montanus,vt promittatur,eundẽ fore cultũ Dei post resurrectionẽ Christi apud Iudęos,& Gentiles,eandẽ religionẽ,& doctrinã. Vel vt labium electũ sit specialis quædã lingua sũmẽ suauis,breuis,& perspicua cõmunis omnibus nationibus docenda à Deo post resurectionem.Vnde Bern. in medit.ca.4. Vna erit omniũ lingua,iubilatio indefessa,& c.& infra:non erit in illa pace diuersitas linguarũ,scilicet ad cõmunem vsum.Præter hanc aũt loquentur,cũ libuerit,alijs linguis, omnes enim habebũt donũ linguarum,& sciẽt omnia idiomata reuelatione diuina secundũ Henri. sup. quãuis industria propria breui tẽpore, & sine vllo labore possent discere omnia idiomata, & eleganter in quolibet loqui.

107. Damnati autẽ cõmuniter aut semper loquentur aliquo idiomate duro, aspero, & in suaui à Dæmone inuento,pueri autem lymbi forte idioma propriũ inuenient,de his aũt nõ possumus nisi diuinando loqui.Dices, post resurrectionem nulla respiratio erit,in solis autẽ respirantibus est vox.2.animæ.t. 28.& 90.ergo ibi nulla erit vox.Hoc arg.mouebãtur quidã ad asserendũ ibi non fore vocẽ,vt refert D. Tho.2.d.2.q.2.ar. 2.ad 5.sed parui momenti est, nam ibi erit attractio,& expulsio aëris in pectore contenti,non quidẽ ad refrigeriũ cordis,quod uullũ habebit calorẽ excedentẽ,sed ad locutionẽ.Ad vtrumq.enim necessariã esse respirationẽ,docet Aris. 2. animę tex. 88. & 89.quamuis autẽ in nobis necessaria sit ad olfaciendũ,vt docet Aris.lib.de respiratione c.3. at in beatis adhunc effectum necessaria non erit, quia non habebunt obturatas vias, quibus species odoris ad olfactũ peruenturæ sint, ideo aperiente respiratione non indigebant. Damnati vero ignẽ, & fumum ad locutionẽ, non adęstuantis cordis refrigerium respirabunt.

Quæres,an beati existẽtes in superficie cõuexa cæli Empyrei possint se audire.R. affirmatiue,possunt enim loqui, vt diximus de inde per propria corpora,& per cęlũ Empyreũ possunt transmittere species, quia species soni oblique etiam multiplicantur,addit autem Suarez sup. naturaliter,& supernaturaliter sonum acturũ immediate in auditũ beati distantẽ,sicut de visu dicit,vt seq. conc.referemus. 108: *Quæstio. Decisio.*

Addit etiã,non esse necesse,vt Christus,vel alij beati semper aliquid audiat, loquatur, aut canat,secus,vt aliquid videat cum obiectũ semper sit præsens,& potẽtia nullum habeat impedimentum.Deniq.addit,verosimile esse, quemlibet beatum semper Christũ,vel aliquẽ alium beatũ videre.Exquibus patet,quomodo auditu,beati vtentur,de quo immerito dubitauit Bonau.4.d. 49. art.3.q.1. contraquẽ bene Suar.sup. Iam de operationibus aliorũ externorũ sensuum dicamus.

Dico. 4.certũ est,visum exercendum esse à beatis,videbunt enim,& se & alios,etiã quãtum ad interiores partes,quia pellucidi,& perspicui sunt,vt dicemus. Vnde Greg.18.moral. c.27.alias 31.non solum docet,vnum beatum posse videre externas partes alterius,sed etiã internas, & totam corporis harmoniã, & cõpositionẽ,vsq. ad viscera, & cor.& probat ex Apoc.21. ipsa ciuitas similis Vitro mundo, & Ansel.in Elucid. ait, videbunt regem in decore suo. Isai.33.& omnes sanctos interius,& exterius, quia erunt lucidissimi, & transparentes:addit, sic visuros clausis, sicut apertis oculis, quia similiter palpebręerunt transparentes,& omnia, quæ sunt in nouo cælo, & in noua terra,etiã damnatos,in loco tormentorum, quod intellige, vel quia hiatus in terra manebit, perquem ad eos species transmittantur: vel quia terra vsque ad infernum lucida erit,vel quia ad infernũ interdum descendent,ita tñ vt à damnatis minime videantur.Consonat Hugo.2.de Sacramentis p.18.c. 18.durũ,inquit,est dicere,quod sancti alia corpora tunc habebunt, vt non possint oculos claudere,atq. aperire cum velint. Durius autem,quod ibi Deum quisquis oculos clauserit non videbit. Si enim Propheta Helisęus puerum suum Giezi absque corpore vidit accipientem munera, quæ dedit ei Naamum Syrus, quem Propheta memoratus a lepræ deformitate mundauerat, quod seruus nequam Domino suo non videnti,latenter se fecisse putauerat, quanto magis, in illo corpore spirituali videbunt sancti omnia,nõ solum si oculos claudant,verum etiam 109. *4. concl.*

etiam, vnde sunt absentes corpore, & Aug. 22. ciuit. c. vlt. omnes quippe illi, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri, non latebunt intrinsecus, & extrinsecus per corpora cuncta dispositi, & cum cæteris rebus, quę ibi magnę atq. admirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione succedent, & multa quæ nunc fide credimus, oculis corporeis, videnda esse à nobis insinuat psal. 47. sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Dei nostri, & Aug. ibi Chrysost. epistola. 5. ad Theodo. lapsum aperte docet, beatos visione corporea mutuo se videre sicut Apostolorum oculi corpus Christi in suo splendore viderunt diuina virtute confortati, nam splendor ille, inquit, vt est, videri non potest, nisi ab oculo immortali, & incorruptibili, pro quo aduerte, lumen corporis glorioſi, quia alterius rationis est ab omni lumine naturali, nullo modo videri posse, nisi potentia visiua per aliquam qualitatem ordinis supernaturalis confortetur, sicut intellectus Deum videre non potest, nisi confortatus lumine gloriæ ideo optime Richa. 4. d. 49. art. 4. q. 6. tenet, oculum non glorificatū non posse naturaliter videre fulgorē corporis glorioſi. Idem tenet Suarez sup. & Angles, quæſt. de beatitudine ar. 5 in fine, vbi dicit, esse contra D. Tho. & in margine Richar. notatur esse contra Scotum, qui vere hoc negat. 4. d. 49. q. 15. ad vltimum. D. autem Th. id negat. d. 43. q. 2. ar. 4. quæst. 2. ille autem fulgor in Christo dicitur gloria Christi, ideo Ansel. supra & alij dicūt, beatos corporaliter visuros gloriā Christi, videbunt autem cum luce colorem, erunt enim corpora colorata, & lucida, vt multi lapides pretioſi, neq. excelienti luce lędentur, quia lux illa supernaturalis non aget actione corruptiua organi, neq. ipsum lædet, tum quia ipsa erit alterius rationis, & supernaturalis, tū quia organum dote impassibilitatis confortatum erit. Vnde perpetuo exercitio, videndi nec lædetur, nec lassabitur, & in visione corporis Christi beatitudo corporum glorioſorū magna ex parte consistit, vt docuit Cypri. sermon. de Natiuit. Christi Aug. in manuali. ca. 26. & lib. de spiritu & anima c. 4. & optime Altisiodo. 4. summę tract. 10. quæst. 1. & probat. quia terra illa est melle, & lacte fluēs melle diuinitatis, & lacte humanitatis, & sic habebūt gloriam suam occuli corporales in visione humanitatis Christi, vt spirituales in visione diuinitatis, & hanc gloriam corporis petunt, & expectant animæ. Apo. 6. & Heb. 11. hoc etiam insinuatur Ioan. 17. hæc est vita ętęrna, scilicet animæ, & corporis, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum.

110. Quæstio. Rogas quo modo corpora beata, videre poterunt, cum sint supra conuexam superficiē cæli Empyrei, nullum enim ibi est mediū, per quod species multiplicentur? R. aliqui multiplicari per vacuum, sed non placet, quia sic essent producendæ extra subiectum, seu creari, & extra subiectum conseruari, vel species, illę non essent productæ à suo obiecto, quæ miracula ponuntur sine necessitate, vnde Suarez dicta dis. 47. sect. 6. ait, obiectum immediate agere in sensum distantem producendo in illo species, siue id faciat naturali virtute, vt aliqui existimant, siue diuina: est enim hic modus immutandi potentiam consentaneus corpori glorioſo, quod spirituale dicitur. 1. Corinth. 15. Vnde sicut vnus spiritus loquitur alteri speciem sui conceptus imprimēdo, inquit, Suarez, absq. impedimento distantę, ita illa corpora glorioſa hanc efficaciam participabunt, addi potest per corpora glorioſa, cū sint pellucida, & transparentia, posse species multiplicari, ac proinde etiam si sint in superficie conuexa cæli Empyrei ab inferioribus videri posse, & illa videri præsertim si refrangantur species, adde etiam nihil cogere, vt dicamus corpora glorioſa, cum in conuexo Empyrei sint, se mutuo videre.

1. *sentenſ.* *Reiicitur*

Decisio.

Sed quæres, an beati videre possint obiecta ad quamcunq. distantiam. Resp. corpora glorioſa forte posse emittere sui speciem, ac proinde videri, ad quamcunq. distantiā, quod exprecedentibus infert Suarez cum alijs. Si enim diuina virtute eleuantur ad agendum sine dependentia à medio eadem ratione, poterunt eleuari ad agendum sine dependentia à propinquitate, vel distātia: quod in spirituali immutatione qua sit locutio Angelorum, reperiri, multi existimant. Et saltem de corpore Christi, mihi, inquit, non est dubium quin habeat hanc efficaciā, quatenus est obiectū visibile, & quidē de angelis loqui & audire posse ad quācūq. distantiam sed locutionē sine vlla prorsus impressione ab vno in alterū fieri in materia de angelis ostendimus. Quod autem ait Henriq. de fine homi. c. 27. §. 2. conseruari posse species visibiles, etiam absente obiecto, aut valde distante, difficile est creditu, vel quia intrinsece pendent a præsentia obiecti saltem in rerum natura, vt visio, vel quia obiecto non existente in rerum natura, non potest visus operari, ergo non opus est cōseruari species. Præt. minus miraculum est, in absentia, hoc est, distantia produci, cum opus fuerit, quam semper conseruari, ergo. 1. est potius admittendum.

III. *Decisio.*

112. *Quæstio.* An vero reliqua etiā corpora videāt beati ad quācūq. distantiā affirmat Hugo, vt retulimus, & Sco. 4. d. 49. q. 4 a. 5. cuius ratio est, quia potētia visiua erit perfectissima, & organū ac medium optime dispositum. Sed hęc ratio nulla est, quia licet hæc omnia concurrant, si

tamen obiectũ nõ põt emittere speciem,qua distincte repręsentetur,nisi in certa distantia, non poterit vltra illam distantiam distincte videri. Vnde vel dicendum est, omne corpus habere vim naturalem emittendi distinctam sui speciem ad quamcunq. distantiam, quamuis insufficientem, vt cum visu habẽte gradum, & intensionẽ mere naturalẽ causet visionem distinctam; sed tantum cum habente gradum, seu intensionem diuinitus superadditam, vel non posse, quodcumque corpus à beato videri ad quancumq. distantiam, quia non est necesse in omnibus beatis miraculum ponere, maxime,cum dote agilitatis ad videndum distantia facile applicare se possint.Christus autem quia potest facere miracula,potest quælibet corpora ad quamcunq.distantiam videre,vel sine specie,vel per speciem à se ipso causatam,(quos modos ponit Suarez)vel efficiendo,vt obiectum sibi mittat speciem ad quamcunq. distantiam,quod est minus miraculum, cum solum sit extendere sphęram agentis naturalis,& ideo magis concedendum.Imo forte quoties beatus aliquis vult, id fit a Deo, & Sotus supra ait, siue naturali, siue supernaturali virtute fiat, omnes ad quamcunque distantiam, & semper visuros Christum: sed dubito,an cum se conuertent ad videndos alios,Christum quoq.videant?

Decisio.

113. *Quæstio.* Quæres rursum. Vtrum beati in cælo visuri sint Angelos in assumptis corporibus. R. *Decisio.* probabile id esse. Nam Ansel. in Elucidario ait,visuros Angelos oculis corporis:qui nimirum accipient aërea corpora, & cum illis penetrabunt cęlos ex diuina permissione, sic à damnatis videbuntur oculis corporeis Dæmones in inferno assumentes vilissima corpora referentia homines,bestias, serpentes, &c. vt ait Vigue.c. 16.§.4. vers. 36. iuxta id Sap. 17. personæ tristes illis apparentes pauorem prętabant, scilicet in tenebris Aegipti, quæ significabant tenebras inferni. Nahũ.2. aspectus eorum quasi fulgura discurrentia.Iob.10 vadent,& uenient super eos horribiles ad irridendum eos. vnde psal. 24. nec irrideant me inimici mei,& Aug.serm. quodam ad fratres in eremo ait, Luciferum incessanter clamare ad alios dæmones,vt hinc & inde percutiant, & torqueant,sic intelligit Viguer, id Isai. 14. subter te sternetur tinea, & operimentum, tuum erunt vermes,& c. 34. erit cubile draconum,& pascua struthionum. Vbi sermo est de consummatione mundi, & Deute. 22. dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahẽtium super terram,atq.serpentium,& deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Sic ergo sancti Angeli in cælo videbunt, canent,& alia efficient in corporibus assumptis.

Quæres an beatus faciem propriam videre possit in aliquo speculo. R. cum velit,species vultus eius,vel aliarum partium corporis, reflectentur non solum ab oculis aliorum beatorum, qui erũt corpora specularia,vt in via, sed etiã à quocũq.alio corpore,itaq.quolibet vtetur,vt speculo, quando placuerit,& plures in quolibet poterunt esse reflexiones specierũ, quã sint in speculis naturalibus, propter dominium beati in species proprias.

114. *Quæstio. decisio.*

5. Dico odoratum in beatis suam actionẽ habiturum:est contra Bonauen. sup. qui solũ admittit in beatis actum visus, & tactus, sed Suar.supra ignorat,quo fundamento.Nam etiã operatio huius sensus exerceri potest sine alteratione materiali,& alioqui obiectum non deerit etiam in cælo:cur enim odorũ suauitas ibi deerit. vnde Augu. aut quicumq. sit author lib. de spiritu,& anima.c.58. ait, nec dici potest, quantam habeat in gustu voluptatem, quãtam in sapore iucunditatem,quantam in odore suauitatem.Licet Augu. metaphorice defensu ibi loqui videatur: sed alios patres postea referemus.

115: *5.conclu.*

Concl.autem ratione probatur,nam sicut hic sępe sanctorum corpora,ita ibi multo magis suauissimum odorem emittunt:habebunt enim intestina, & poros aliasq. corporis cauitates odoriferis halitibus,& rebus refertas hęc enim perfectio maxime decet istum statũ,sicut è contrario corpora damnatorũ fętida erunt,species autem odoriferas per ipsum cęlũ emittere possunt, & illas recipere illisq. vti magna perfectio est,perse expetibilis, & propter delectationem inde consequentem & ad excitãdum se in laudẽ Dei,qui talẽ odorem beatis corporibus contulit, quẽ existimo esse forte supernaturalẽ,sicut declaritate diximus,& dicemus. Ideoq.ab olfactu non eleuato virtute diuina percipi non posse.

1.conclu. rat.prob.

Dices ergo Christus ante ascensionẽ perci pere potuit odores etiã fætidos, & insuaues. *Obiectio.* R. Suar.propter dominũ,quod corpus glorio *Solutio.* sum habet in suos actus,si obiecta non decentia illi præsentarentur,nõ reciperet eorũ species. Adde, etiã si reciperet species, posse illis non vti.si vtatur non tũ excognitione sequi alterationẽ insuauem, & corruptiuam,qualis in nobis sequi solet ex odoribus ingratis, sic vehemens sensibile quemcũq.sensum nostrũ, seu potius eius organũ,lædit,quod tamen in beatis non contingit.

116.

Iuxta hæc recte Vigue.c.14.§.2.vers.3.& c. 16.§.4.vers.36.docet,odoratum exercendũ à beatis,nã Ecclesia canit, odor suauissimus erunt corpora sanctorum,& iuxta id sancti tui Domine florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te, vt è contra corpora damnatorum erunt fætidiora quam Antiochi

de

de quo dicitur. 2. Macha. 9. se & suum exercitu odore suo, seu fętore grauasse. Vnde Isa. 24. de cadaueribus eorum ascendet fętor, & consonat. D. Thom. 4. distin. 44. quæsti. 2. art. 1. quęst. 4. in corpore, & ad 3. Vbi refert illud, quod Ecclesia canit: odor suauissimus, &c. idem habetur. additio. quæstione. 82. articu. 4. & apud Sotum. 4. dist. 49. q. 4. arti. 5. Henr. de fine hominis. c. 29. §. 2. Et sicut ait Viguer. illo. §. 36. damnatos grauandos odore fœtido corporum, quæ à dęmonibus assumũtur, ita beati delectabantur suauissimo odore corporũ quæ assumuntur ab Angelis sanctis, & sic intelligo quod ait Ansel. in Elucid. beatos odorẽ de omnibus sanctis, & Angelis percepturos. Deinde si verum est, quod disp. præced. sectio. vltima, ex Ansel. & Prisien. retulimus, post resurrectionem fore in terra herbas & flores immarcescibiles, odore earum poterunt beati frui, vel speciebus odoriferis miraculose hinc ad ipsos delatis, & confir. quia in inferno erunt graues aliqui adores præter illos, qui erunt in corporibus damnatorum, & in corporibus assumptis à Dæmonibus, nempe odor sulphuris, & similium, quę explicantur à Viguerio. illo. §. 36. ergo similiter in cælo pręter odores corporum glorioſorum, quæ ab Angelis assumentur erit aliorum odorum perceptio. Inter omnes autem odores odor Christi mire delectabit beatos, vt ibi quoq. verum sit id cant. 1. in odorem vnguẽtorum tuorum curremus.

117. 6. conclu. Dico. 6. Beati post resurrectionem gustum exercebunt. Hoc explicat Ansel. in Elucidario dicens, ibi epulantur, & exultant inconspectu Dei. Satiantur, cum apparuerit gloria Dei, & torrente voluptatis inebriantur: sed hæc metaphorice de spirituali gustu dicta videntur. Vnde melius D. Tho. 4. d. 44. q. 2. a. 1. q. 4. quem sequuntur Viguer. & Suarez locis citatis. Henriq. define homi. c. 27. §. 2. ait, beatos in ore semper habituros humorem aliquem, saliuæ similem suauissimum, & dulcissimum habentem omnis saporis suauitatem, sicut contrario, damnati semper in ore habebunt humorẽ felle amariorem. ps. 74. inclinauit ex hoc, in hoc, verumtũ sex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Apocal. 17. date illi calicem indignationis, &c. Ezech. 33. potabis vsq. ad feces, &c. Isai. 51. Bibisti de manu Domini. &c. Deuto. 32. fel draconum vinũ eorum, venenum aspidum insanabile: vua eorũ, vua fellis, & botrus amarissimus. psal. 10. ignis sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Christus autem ante ascẽsionem, sicut comedit, ita sapores cibi ueriſſime gustauit, & licet forte in nobis ad gustandũ requiratur præuia alteratio realis, organi, tamen in patria, vel nouo miraculo, vel ex dote impassibilitatis fiet gustatio sine huiusmodi alteratione præuia, vt in tactu dicetur.

118. 7. conclu. 7. Dico tactum ibi suam actionem habiturum, ita docent, non solum. D. Tho. Suarez, Viguer. & Henriq. sup. sed etiam Bonau. qui tamen actionẽ gustus post resurrectionẽ, negauit, quia non inuenit obiectũ gustus, bene tũ tactus, quod obiectũ non videtur esse cælum, nam obiectum proprium tactus, sine quo nihil tactu percipitur, videtur esse. 4. primæ qualitates, quę in cęlis non sunt. Vnde D. Tho. 3. p. q. 54. ar. 3. ad. 2. & Henriq. sup. ait, cęlũ esse intangibile, & impalpabile. Nisi dicas lenitatem, & asperitatem inter obiecta propria tactus esse constituendas: quod si ita est, iam cęli tactu suauissimo tangi poterũt. Deinde probabile est, amplexus, & oscula honestissima, ibi fore, quibus beati manus, & pedes Christi osculentur, siquidem Maria Magdalena, & aliæ, Christi iam glorioſi pedes osculatæ sunt hoc enim significat, quod dicitur Matth. vlt. tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Vnde Ecclesia canit videntes eũ viuere, osculantur pedes Domini, discipulis etiam palpabilem se præbuit. Luc. 24. & tangendum latus, & loca clauorum obtulit Thomę. De quo. D. Tho. 3. p. q. 54. ar. 3. ad 2. Honesti ergo tactus esse poterunt inter beatos, & suauissimi, quibus vnus optimam alterius corporis dispositionem sentiat, ita Suarez sup. Henriq. de fine homi. c. 27. §. 2. dicens, beatus sentiet in amplexu honesto temperatas alterius beati qualitates. Continuũ vero erit huius sensus exercitium, vna corporis parte alterius dispositionem percipiente, cum ingenti delectatione, vt enim inquit Suarez honestissimę atq. decentissimę delectationes gustus, & tactus non repugnant corpori glorioſo, nec sunt præter rationẽ, sed sunt admodum rationi cõsentaneæ, quia non propter se tantum expetuntur: sed ad alias operationes perse expetibiles consequuntur, & ad Dei gloriam præcipue ordinãtur. Nec D. Thom. 4. contragent. cap. 83. intendit excludere omnes delectationes horum sensuum, sed quæ in cibis, & venereis consistunt, quæ illum statum non decent. Quas quidem Cherinthus, & alij beatis in resurrectione tribuerunt, vt referunt Diony. c. 7. Eccles. Hierar. par. 1. & Diony. Alexan. apud Eusebi. 3. Histo. cap. 22. alias. 38. Nicepho. lib. 3. cap. 14. August. de Hęres. cap. 8. Isidor. de doctrina & fide. cap. 24. contra quã hæresin sępe dictum est. Delectationes vero honestæ, & decentes gustus, & tactus beatis concedendæ sunt. Vnde Ansel. in Elucidario: qualis voluptus tactus, vbi omnia aspera, & dura abeunt, & omnia blãda, & suauia arridebunt, & lib. de similitudinib. c. 54. sanitas inefabiliquadã dulcedine suauitatis totũ hominẽ

replebit. Et c. 57. cum dixisset, totos beatos inenarrabili suauitatis abundantia esse replẽ dos, subdit: quid dixi totos? oculi, aures, nares, os, man⁹, guttur, cor, iecur, pulmo, ossa, medullę, &c. mirabili delectationis, & dulcedinis sensu replebuntur, & eodem cap. & cap. 48. & 55. pulchritudinem, & voluptatem corporis ponit inter partes beatitudinis, quando tales sunt, vt ex eis nulla Dei offensio contrahi possit, & in prosologio. c. 25. transcribit fere verba Aug. de spiritu & anima. c. 64. dicentis. ibi erunt bona corporis, & animæ, qualia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit, quid enim amas caro mea? quid desideras anima mea? ibi est; quid quid amatis, ibi est quid quid desideratis, si delectat pulchritudo, fulgebunt iusti ficut sol, si quęlibet munda voluptas, torrente voluptatis, deitatis suæ potabit eos & Laurẽtius Iustinianus li. de disciplina, & perfectione monasticę cõuersationis. c. 23. caro spiritualis effecta, per omnes sensus suos multimodis exuberabit delitijs, delectabitur oculus in amabilis Redemptoris aspectu, cum videbit regem in decore suo gloria ornatum, ac diademate redimitum, quo coronauit eum mater sua. Melodica cantica ciuium supernorũ non mediocriter mulcebunt auditum. Flagrans quoq. suauitas cælestium odoramentorum mira liquefactione resperget odoratum, indicibilis etiam dulcedo omnium delectabilium meliflua quadam, & iucunda satietate oris saginabit palatum, ipse demum tactus sibi congruis abundabit delitiis, quas experti narrant, fas enim non est, vt in illa cælesti gloria, quidquam vacet à Dei laude, quin potius iustum, vt cuncta corporis membra suum proprio modo efferant conditorem, quatenus, sicut ab ipso sumpsere principium, ita & in illo deducant suæ beatitudinis finem, vt sit Deus omnia in omnibus.

Prosp. 1. de vita contempla. c. 4. ait, ibi erit intellectus sine errore, memoria sine obliuione, cogitatio sine peruagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, saturitas, sine fastidio, & tota sanitas sine morbo, & generatim docet, omnia bona per peccatũ amissa, tunc esse reparanda. Amisimus, autẽ per peccatũ honestas omniũ sensuũ delectationes: ergo tales ibi reparabuntur. Vide etiã Aug. in meditatio. c. 26 in hymno de gloria paradisi, vbi inter alia dicit.

Flos perpetuus rosarum ver agit perpetuum.
Candent lilia, rubescit croccus, fudat balsamum,
Virent prata, vernant fata, riui mellis influũt,
Pigmentorum spirat odor, liquor, & aromatũ.
Pendent poma floridorũ, non lapsura nemorũ.

Quibus & alijs metaphoris, visus olfactus, & odoratus gustusq. describit delectationes. Denique omnes sensus in actus decentes reducendos esse, docet D. Tho. 4. d. 44. q. 2. art. 1. q. 4. & addition. q. 82. art. 4. & Sotus. 4. d. 49. art. 5. Scotus. q. 14. ad. 2. Maior. q. 14. Suarez. 3. p. disp. 47. §. 3. Viguer. c. 14. §. 2. vers. 3. & c. 16. §. 4. vers. 36. Henriq. define hominis. ca. 27. §. 2. Henricus quodlib. 7. q. 8.

Quoniam autem ad operationes sensuum, & potentiæ motiuæ spiritus vitales, & animales requiruntur, constat hos in beatis incorruptibiles fore, qui per diuersas corporis partes virtute animæ vltro citroq. discurrent. 119.

Ex tota autẽ hac sectione patet, ad saluandas omniũ sensuum operationes, non esse necessarium asserere cum quibusdã, species infundi sensibus, quia per species acquisitas, hoc melius intelligitur. Contrariam autẽ opinionem quosdam tenuisse, his verbis refert Horontius lib. 11. suę margaritæ. c. 41. sunt qui omnes sensus corporis in actu esse concedunt per species infusas, per quas videbunt, audient, olfacient, gustabunt, & tangent. Quæ præsentia non sunt, modo multo perfectiore, quã Adam instatu innocentiæ; & præsentia similiter per receptas species cognoscent. alij sensationem absentium per species infusas, non accipiunt, de visu, & tactu non dubitant, quia & obiecta, & media conuenientia habere possunt, de vocali laude, & auditu idem licite opinandum astruunt. Olfactũ autẽ, & gustum propter imperfectionem quandã similiter, & obiectorũ, & mediorum absentiam, existimant, in actu non esse. Ipse autẽ Horontius non dubitat, quin omnes sensus futuri sint actu. Quamuis de obiectis, & medijs, quæ sint futura, dubitet, author autẽ, quẽ suppresso nomine citat, asserẽs sensum visus videre res per species infusas, & non per nouas immutationes ab obiectis, est Parisien. 1. de vniuerso p. 2. fol. 152. & seq. addens, simul omnia visibilia cernere, siue sint ante, siue retro, etiam si opaca corpora sint interposita: omnia enim illis sunt peruia: hæc autem cum formidine docet, & merito, quia sine vllo fundamento dicuntur gustum autẽ docet, nullum habere actum, sed solũ poni ad ornatum. Idem ait de odoratu, & tactu. folio etiam. 163. col. 3. dubitat, an verum sit, quod aliqui dixerunt, post resurrectionem fore in cælo modulationes gesticulationes, & choreas, & deambulationes, ex quibus delectatio percipi potest, & fol. 165. & 166. leuissimis rationibus hanc sententiã reijcit, quæ tamen mihi probatur valde, non enim video cur motus decentes ex se delectabiles, & delectationis significatiui, & artificiosi, nõ sint ibi futuri. Erunt igitur ibi eiusmodi motus non vero alij. Nam vt ipse ex viro quodam sapiente refert, verum gaudium res secura est, hoc est non frangens, non molliens, non dissoluens gaudentem, & manifestum

est

est intelligentibus huiusmodi gesticulationes, & saltationes potius esse insaniæ, quam gaudij redundantis effectus. Et præsertim ad videndum aliqua, quæ ad distantiam forte videri non poterunt, erit ibi motus localis. Nec enim verum est, quod dixit præsertim, ibidem colum. 4. & fol. 162. col. 3. & 4. omnia simul à beatis videri sine vllo impedimento, & tam perfecte parua sicut magna, distantia sicut propinqua, posteriora sicut anteriora. Nec enim anima potest tam perfecte pluribus intendere, nec ad hoc diuinitus roboratur, & dilatatur, vt fingit, nec semper habet species, & conditiones requisitas ad tot operationes simpliciter, vel perfecte eliciendas. Carthusi. opus. de mutua cognitione iustorum, artic. 12. refert quorundam sententiam asserentium, corpora glorioſa habitura vestes tenuissimas, peruias, mirabiliterq. decoras, sed eam impugnat, quia propter iniurias temporis repellendas non erunt necessariæ, siquidem tales iniurię ibi non erũt, nec ad occultanda ipsa corpora, quia sine vlla verecundia, aut motu prauo videbuntur, &c. vsque ad viscera, & medullas, vt sectio. 16. dicemus: nec propter ornatum, quia nihil pulchrius ipso corpore humano, vnde, & in statu innocentiæ vestes non fuerunt, nec futuræ essent, si status ille permaneret ergo.

Sect. 15. Vtrum in omnibus corporibus futuræ sint aliquæ perfectiones supernaturales seu dotes gloriæ.

120. NON inquirimus modo, vtrum aliquæ perfectiones supernaturales sint in corporibus glorioſis martyrum, virginum, & doctorũ: iam enim superius diximus, fore aliqua externa diuinitus impressa respondentia aureolis animæ, quibus hi sanctorum ordines interse, & ab alijs distinguuntur: cauenda autẽ est stulta Anabaptistarum cogitatio, qui vt refert Spencæus. 2. Timo. 2. nimis crasse, & carnaliter intelligentes, dicunt, vt miles gladium, ebrioſus poculum, epulo farcimen tenens resurrecturus sit: neq; inquirimus de perfectionibus supernaturalibus communibus omnibus resurgentibus, cuiusmodi sunt incorruptibilitas, & quæ cum hac sunt necessario coniunctæ. Solum ergo inquirimus de perfectionibus supernaturalibus, quæ omnibus, & solis corporibus beatorum cõpetunt. Quæ omnes ad quatuor reduci solent, quæ dotes corporis glorioſi appellantur. Hæ sunt claritas, impassibilitas, agilitas, & subtilitas, quæ omnes intelliguntur in illis verbis, Matth. 22. in resurrectione, nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei: nam ratione harum. 4. dotium Angelis glorioſa corpora assimilantur, & in illis verbis. 1. Corinth. 15. seminatur corpus animale, surget autem spirituale: cum enim corpus ratione harum dotium assimiletur Angelis, non mirum, si ratione earũdem spirituale dicatur, non quia aereum sit, vt Euthychius, & Orig. dixerunt: nam, vt ait Augus. epistol. 146. ad Consentium, non fas est putare, melius corpora nostra resurrectura, quam Christi, cuius tamen corpus non ita fuit spirituale, sed propter dotes prædictas. Ad hanc corporum gloriam applicat Gregor. 14. moral. cap. 29. miraculum virgæ Aaron, quæ floruit: de eadem optime loquitur Psal. 7. pœnitẽtiæ in fine. Et August. in Enchirid. cap. 90. 91. vbi propter has dotes ait, corpora illa futura spiritualia, & cælestia, & lib. de cognitione veræ vitæ. cap. 45. propter. has. 4 dotes ait, nos fore similes Angelis, & corpus glorioſum spirituale dici, idem optime de spiritu, & anima, cap. 64 cælestia autem quoad qualitates, & proprietates istas futura hæc corpora, intelligi potest, ex 1. Corinth. 15. secundus homo de cælo cælestis, qualis cælestis tales & cælestes, quamuis hic locus alias etiam habeat expositiones speciatim autem hæ dotes. 1. ex varijs scripturæ, & sanctorum locis colliguntur. Claritas quidem ex Paulo ad Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ, & 1. Cor. 15. seminatur in ignobilitate surget in gloria: nomine enim gloriæ claritatẽ intelligit, vt paulo ante dicens, alia cælestium corporũ gloria, alia terrestrium, alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum, sicut enim stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. quem locum tractans August. serm. 143. de tempore in fine, videtis, inquit, quia promissa est sanctorũ corporib. claritas, & diuersi species claritatis, quia diuersa sunt merita charitatis. Diuersam autem speciem claritatis appellat, quia est diuersa à claritate naturali, vel nomine speciei non intelligit rationem specificam, sed modum, & gradum ipsius, eodem modo hunc locum intellexit Hieronym. Amos. 5. Theodor. 1. Corinth. 15. & ibi Anselm. Ambr. & D. Thom. de hac dote explicat Gregor. 18. moral. cap. 27. alias. 31. id quod dicitur Apocal. 21. ipsa ciuitas aurũ mũdum, quia enim, inquit, sancti omnes summa in ea beatitudine claritate fulgebunt instructa auro, dicitur. idem patet ex Sapien. 3. fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. & Matth. 13. fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum. Quæ verba explicat August. seu author libri, de cognitione veræ vitæ, c. 46. de dote claritatis beatorum

& in-

& inquirit,quomodo Paulus eos stellis comparet? Et Respon. quia vel minimus Beatus erit lucidus,vt sol.Paulum vero ad eorum varios gradus explicandos vsum fuisse comparatione stellarum, quia in hac claritate tantum quisq. ab alio pro meritis differt, quantum stella à stella:corpus autem Christi tantum in hac claritate omnia excellit, quantum creator creaturas.Idem patet ex Daniel.12.multi de ijs,qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt,alij in vitam æternam,& alij in opprobrium,vt videant semper:qui autem docti fuerint,fulgebunt tanquam splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, tanquã stellæ,in perpetuas æternitates. Vbi de fulgore, & claritate corporum beatorum sermonẽ esse, notant expositores, & Hierony. epistola. 103. d Paulinum, Clemens.1. const. Apostol.cap.9 alias.8.Ruffi.in expos.Symbol.Fulgen. lib. responsionum ad obiectiones Arrianorũ, vbi de eadẽ claritate explicat id Psal. 109. in splendoribus sanctorum, &c. de hac, & alijs dotibus sic loquitur Cyril. transformabitur, sicut ferrum in igne versatum fit ignis,& infra non tale manebit, verum erit æternum, non amplius eiusmodi cibis ad vitam opus habebit, nec scalis ad ascensum: fiet enim spirituale, & infra, iusti splendebunt vt sol,& tanquam luna, & sicut splendor firmamenti,& statim istam claritatis dotem exemplo lampyridis optime declarat, dicens. Et præuidens istam incredulitatem Deus,vermibus paruulis, æstate lucidum dedit corpus, vt eo splenderent, vt ex apparentibus crederetur id, quod expectamus, qui enim partem potest præstare,poterit & totum, & infra,qui est iustus,corpus accipiet cæleste, vt possit cũ Angelis conuersari:cæleste vocat ratione claritatis,in corruptionis,& impassibilitatis, &c. Lact. 7. diui. instit. cap. 26. de tempore. 2. resurrectionis loquens, ait, transformabit tunc Deus homines in similitudinem Angelorum, & erunt candidi sicut nix, ac nequis de hac dote dubitaret, eam Christus transfigurationis suæ exemplo declarauit, Matth. 17. eiusq. imaginem quandam vidit populus Israel in deserto, cum facies Moysis ex colloquio, & præsentia Dei ita colluceret, vt in eam filij Israel oculos intendere non possent,Exod.34. 2.Corin.3. de hac dote Anselm. lib.de similitud. cap.50.

121. De immortalitate,& impassibilitate patet exemplo Christi, qui resurgens ex mortuis iã non moritur,mors illi vltra non dominabitur: & Lucæ.24 non ne oportuit Christum pati,& resurgere à mortuis,& ita intrare in gloriam suam, & de omnibus iustis dixit Christus. Matth.25.surgent in vitam æternam,& Ioan. 5.procedent,qui bona egerunt,in resurrectionem vitæ.1.Corinth. 15.seminatur in corruptione, surget in incorruptione, caro (scilicet corruptibilis) & sanguis regnum Dei nõ possidebunt, neq. corruptio incorruptelam possidebit, oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc inducere immortalitatem, & nouissime inimica destruetur mors:alia multa ibidem habẽtur,quæ quo ad modum immortalitatis,iustorum propria sunt. Mortui enim resurgẽt incorrupti,inquit, sed nos immutabimur, scilicet immutatione illa, de qua dicitur Iob. 14. Expecto donec veniat immutatio mea,idem patet ex Apoc. 3. non esurient neque sitient amplius,neq. cadet super illos sol,&c.& c.22. absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit,neq. luctus,nec clamor,nec dolor erit vltra, quæ prima abierunt: eadem habentur Isai. 29. & 49. vt obseruant Hierony. Cyril. Theodo.& alij ibi. Præterea Malach. 4. dicitur,orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustititiæ,& sanitas in pennis eius, quia, videlicet,attulit nobis sanitatem etiam corporis,vel quia simul cum agilitate sanitatem corporis habuit,ad cuius exemplum nos eadem habebimus. De vtraq. dote prædicta exponi potest id, quod dicitur Isai. 58. tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur,vnde Ansel. in Elucidario, si tentares eos impetere ferro,non plus eis nocere posses, quam nunc radium solis secare, & catechis. Rom. in expositione Symboli, prima dos est impassibilitas, munus scilicet, & dos, quæ efficiet,ne molesti aliquid pati,vilo vedolore,vel incommodo affici queãt. Nihil enim aut frigorum vis,aut flammæ ardor,aut aquarum impetus obesse eis poterit, &c.

De agilitate autem probatur ex 1. Corint. 15. seminatur in infirmitate,surget in virtute, seminatur corpus animale,surget spirituale vbi, licet per virtutem oppositam infirmitati recte intelligatur impassibilitas,tamen etiam potest agilitas intelligi, quatenus ex hac habet virtutẽ mouẽdi se sine labore,vel fatigatione quocumq. voluerit: per spiritualitatem, etiam agilitas intelligi potest, quia sicut spiritus facillime ab vno in alium locum transit, ita agile corpus ,probatur etiam ex Isai. 40. qui sperant in Dño mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt,ambulabũt,& non deficient:quod licet suo modo de tempore huius vitæ intelligi possit,tamen optime intelligitur de corporibus glorioſis,vt exponit Hieronym.ibi,vbi ait sãctos repuerascere, & assumpto immortali corpore laborem non sentire,sed rapi in nubibus obuiam Christo. Propterea aquilis renouatis & assumentibus nouas pennas, & vires,comparari:eodem modo exponit Aug. 122.

epistola

epistola. 79. ad Esichium, Hilarius in id Psal. 138. si sumpsero pennas meas diluculo, quod de Christo intelligit, qui assumpsit pennas suas in resurrectione, iam corpore non grauato, & infra dicit, pennas has pertinere ad de mutationem terrenorum corporum in spiritualem naturam, & postea subiungit. Meminit, & alibi dicens, cum de spiritualium indefessa iam æternitate tractaret pennigerabũt tanquam aquilæ, naturam euolandi in cælum in resurrectionis demutatione sumpturi, & Micheæ. 4. orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & egrediemini, & salietis, vt vituli. Sapient. 3. fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, quod de dotibus claritatis, & agilitatis explicat Innocentius. 3. lib. 4. de myst. missæ, cap. 12. & de omnibus Bonauen. 4. distinct. 49. parte. 2. artic. 2. q. 1. Aug. lib. 20. ciuit. ca. 18. & lib. 16. c. 27. & lib. 22. cap. 4. 11. & vltimo: vbi explicat dotem impassibilitatis, de agilitate autem ait Anselm. lib. de similitud. cap. 51. beatos Angelis æque celeres fore, qui à cælo ad terras, & ècontra dicto citius delabuntur. Malos vero præponderare, neq. pedes quidem, nec manus, nec aliquid sui corporis mouere posse, & cap. 52. beatum posse si velit, terram mouere, damnatum autem, nec vermes ab oculis amouere.

123. De dote subtilitatis, si consistere dicatur in potestate penetrandi alia corpora, probatur ex. 1. Corinth. 15. seminatur corpus animale resurget autem spirituale nam penetrare corpora est propria spiritus conditio, velocitas autem, & agilitas quodammodo est cõmunis illi cum aliquibus corporibus. Deinde aliæ dotes fuerant à Paulo alijs particulis explicatæ, ergo cum in hac particula aliquid aliud speciale addere videatur, non potest cõmodius exponi, quam de hac dote, vt etiam Chrysost. & Theophyl. ibi indicant, & clarius Damas. lib 4. cap. 28. vbi licet in illa particula, spirituale, impassibilitatem, & infatigabilitatem intelligat, tamen intellexit etiam subtilitatem. Resurget, inquit, spirituale, impassibile, subtile: hoc enim significat spirituale, quale post resurrectionem corpus domini erat, cum per ianuas clausas transiuit: & eodem modo explicat spiritualia corpora resurgẽtia Anastasius Antiochen. lib. 5. de resurrectione, & August. lib. de cognitione vere vitæ. c. 45. si vero per dotem subtilitatis intelligatur plenum dominiũ spiritus in corpus, seu plena subiectio corporis ad spiritum, recte etiam per corpus spirituale, subtile intelligi poterit, quia corpus spiritui subiectũ recte spirituale dicit. Vnde catechis. Rom. sup. his addita, inquit, est, quę vocatur subtilitas, cuius virtute corpus animæ imperio omnino subijcietur, eiq. seruiet, & ad nutũ præsto erit, quod ex illis Apostoli verbis ostenditur seminatur corpus animale, surget spirituale. Hũc autẽ subtilitatis modum inesse corporibus glorioſis, constat, quia ibi nullæ erunt passiones inordinatæ, nec caro concupiscet aduersus spiritum, & sic explicat Greg. 14. moral. c. 31. id. 1. Cor. 15. caro & sanguis regnũ Dei non possidebit, in illa inquit cælestis regni gloria caro secundũ naturam erit, sed secundũ passionũ desideria non erit, &c. Eodem modo illũ locũ explicat Hugo. 2. de Sacramẽtis, p. 17. c. 17. & lib. 18. c. 20. & Aug. 22. ciuit. c. 21. & in Enchi. ca. 91. vbi etiam ait, propterea eodẽ loco corpus glorioſum dictũ esse, nõ animale, sed spirituale, quoniã, inquit, tanta erit tunc cõcordia carnis, & spiritus, vt nihil nobis, repugnet ex nobis, sed sicut foris neminem ita nec intus nos ipsos patiamur inimicos, & idem Aug. 12. Genes. ad lit. c. 35. si tale sit corpus, cuius sit difficilis, & grauis administratio, auertetur mens ab illa visione summi cæli, & ideo oportet, vt corpus fiat spirituale, vt anima Angelis coæquata perfectum habeat naturæ suæ modum, obediens, & imperans, tam ineffabili facilitate, vt sit ei gloria, ꝙ sarcinæ fuit. Quæ verba refert D. Tho. in hac. 1. 2. q. 4. art. 6. & referenda sunt ad dotem subtilitatis posteriori modo expositæ, & ad dotẽ impassibilitatis. Sed ait Suarez. 3. p. tom. 2. disp. 48. sect. 1. non esse ita intelligenda, vt imperfectio corporis animam lumine gloriæ affectam impedire valeat à perfecta visione, & fruitione Dei. Siquidem lumen gloriæ cum diuina essentia vnita p modũ speciei intelligibilis ita mẽtem rapit, vt necessitatem inferat ad perfectam, & adæquatam lumini visionem & fruitionem, vt nos etiam cum Molina docuimus disput 10. sect. 4. & licet miraculum sit, vt ibidem diximus, lumen Dei conferri animæ dũ est in corpore corruptibili. Quod miraculum in Christo factum est, tamen suppositio lumine gloriæ, perfecte videre Deum, & eo frui, nõ solum non est miraculum, sed non fieri esset miraculum.

Sed, vt ad id, vnde digressi sumus, reuertamur, plenam subiectionem ibi fore carnis ad 124. spiritum docet August. 13. ciuit. capitul. 20. & optime Cyprian. sermone de resurrectione Christi, in fine dicens. Sed tu optime Domine, vltro gratiam volens dare spiritui, decreuisti clementius, vt ex societate, & clientela, quam reddiderat animæ caro, aliquid ei commodi proueniret, & quæ ei vehiculum fuerat, & particeps studiorum, in recompensatione ministerij iterum dilecto accolæ consociata, pudica & pacifica rediret, nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ concuteret puritatem. Sed & hoc Domine ad cumulum beneficij addidisti, vt inter legem

carnis

carnis & spiritus nulla post modum esset diuersitas nec post initum fœdus vlla iterum inter eos recrudescat rebellio, sed per manum tuam recõciliatio stabilis in perpetuum perseueret. Et Bern. in medita. cap. 4. erit integra corporis & animæ satietas, quieta erit & concors carnis,& spiritus societas. Idem docet Horontius in sua margarita lib. 11. c. 39. Hac autem dote non solum comprehenditur subiectio corporis ad spiritum quoad appetitum sensitiuum,sed etiam quoad imaginationem, & quoad actiones facultatum naturalium, & animalium: poterit enim beatus ex se species visibiles emittere,& non emittere,calefacere, & non calefacere, cibum digerere,aut non digerere,vt Christus fecit,cum resurrexit &c. Vide Anselm. de similitud. cap. 53.

125. Imo de omnibus dotibus agit Anselmus, ibi. c. 48.& sequẽtibus,vbi quatuordecim ponit partes beatitudinis,quarum vna est pulchritudo,ad quam corporis claritas pertinet. Alia est agilitas, ad quam reducitur fortitudo,alia est sanitas,& longæuitas, quæ ad impassibilitatem pertinet. Alia est libertas, ad quam pertinet, vt ipse exponit,cap. 53. vt nihil impediat,aut nos cõstringat, quæ pertinet ad dotẽ subtilitatis,vt eodem,&c. c. 54.& late exponit & exemplo Christi confirmat. Reliquæ vero partes quas ibi enumerat,magis ad animum,quam ad corpus pertinent,eadem persequitur in prosolog. cap. 25. fere eisdem verbis,& Lauren Iusti. lib. de perfect. monast. ca. 23.& de triũphali Christi agone c. 26. Bonau. in breuiloquio, p. 7. c. 7. Hugo Victori. 1. de anima,c,17.& li. 4. c. 14. 15.& 16. Bern. in meditatio. c. 4. D. Th. in additio. q. 80. vsq. ad 85. Sco. Sot. Richar & alij. 4. d. 49. Supplem. d. 44. q. 2. Guillier. Parisien. 1. de vniuerso, p. 2. fol. 153.& deinceps, Horontius li. 11. c. 39.& seq Altisio. 4. summæ tract. 12. Canisius. 4. p Catechismi. cap. 5. de nouissimis Somn. tract. de resurrect. c. 5.& tract. de vita æterna. Angles, q. de Beatitud.& Suar. loco cita. vbi ratione probat expedire,vt dotes istæ corporibus beatorũ conferantur. Et ideo. D. Thom. q. 4. art. 6. ex Aug. epist. 56. ad Dioscor. ait, incorruptionis vigorem,& corpoream claritatem expleniſsima animæ beatitudine redundare, scilicet moraliter,vt exponemus: ibidem etiã conatur sufficientiam harum dotium assignare. Sed quæ dicit de dote subtilitatis, inferius discutientur.

Sect. 16. Qualis sit illa claritas, quæ futura est in corporibus gloriosis.

126. IN hac re est. 1. difficultas,an claritas illa erit distincta à colore sicut de naturali luce solis,& aliorum omnium tenet communis opi- 1. Riffi.

nio tractata late à nobis. 2. de anima.

Scotus. 4. d. 49. q. 15. solum ait, esse certum corpora illa habitura colorem perfectissimũ cum quadam refulgentia,& aptitudine ad se manifestandum: sub dubio autem relinquit,an proprie sint habitura lucem, licet affirmet concedendum esse,si est possibile. Fauet Lactan. 7. diuin. instit. cap. 26. vbi solum ait, iustos post publicam omniũ resurrectionẽ transformandos in similitudinem Angelorum,& fore candidos,vt Nix.& Durand. 4. d. 44. q. 8. ait probabilius quidem esse,in corporibus gloriosis fore internam lucem,sed defendi posse,solum fore clara,quia erunt tersa,& polita, Vnde fiet,vt cum solis,& aliorum luminarium radijs fulgentissima sint. 1. Opin.

Sed immerito indubium hoc reuocatur, vt recte ait Suarez. 3. p. tom. 2. disput. 42. sect. 2. 1. enim vbi scripturę,& sancti posũt proprie intelligi,non sunt explicandi metaphorice, sed scripturæ;& sancti tribuunt lucem beatis,vt vidimus sectio. præced.& possunt commode intelligi de luce proprie dicta,ergo non sunt interpretandi metaphorice. 2. si eo tantum modo futura essent lucida, quoaduersarij interpretantur,non essent lucidiora sole,sed longe minus lucida,quod tamen est contra scripturam,& Patres. Nec Christus in transfiguratione,& post resurrectionem fuisset lucidior aere circunstante. 3. Alias corpora illa non erunt vndiq. lucida,sed aliqua ex parte obscura, & vmbram facerent: quod est absurdum, & extra cælum Empyreum non haberent lucem. 2. Opin. 2. 3.

4. Ergo licet in superficie externa,& prope illam,participent lucem solis,& aliorum luminarium,tamen intus tenebrosa erunt,& obscura. Et sicut nõ penetrabũtur luce,ita nec visu, quod est contra cõmunem doctorũ,patrumq. sententiam asserẽtium,esse peruia, perspicua, transparentia, diaphana, & pellucida ad modum christalli,aut vitri,& ideo nihil in eis fore, quod oculo corporeo non videatur ab alijs beatis. Ita docet. Aug. lib. 2. contra Manich. cap 21. dicens, neq. enim in illis corporibus cælestibus sic latere posse cogitationes credendum est,quæmadmodum in his corporibus latent, sed sicut nonnulli motus animorum apparent in vultu, & maxime in oculis, sic in illa perspicuitate, ac simplicitate cœlestium corporum omnes omnino motus animi latere non arbitror,& infra: itaq. illi merebuntur habitationem illam, & commutationem in angelicam formam, qui etiam in hac vita, cum possint sub tunicis pelliceis occultare mendacia, oderunt tamen ea, & cauent flagrantissimo amore veritatis, & hoc solum agunt,quod ij,qui audiunt, ferre non possunt sed nulli mentiuntur: venit enim tempus, vt nihil etiam cõtegatur, nihil est enim occultũ, 4.

quod

quod non manifestabitur, de quo loco dicemus tract. 5. disp. de Astrologis section. 6. vult autem Aug. ob perspicuitatem corporis glorioſi cerni motum localem cordis ipsius, & ex eo percipi humanos omnes affectus. Idem tenet. 22. ciuit. cap. vltimo, vbi ait, omnia membra, & viscera incorruptibilis corporis videnda esse, quia omnes illi, qui nunc latēt, harmoniæ corporalis numeri, tunc non latebunt intrinsecus, & extrinsecus, & lib. de cognit. veræ vitæ, cap. 45. dicit, corpus illud perspicuitate futurum æquale spiritibus, & soli, & Greg. 18. moral. c. 27. alias. 31. explicans illa verba Iob c. 28. non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, ait, quid aliud in auro, vel vitro accipiemus nisi illam superuam patriam, illam beatorum ciuium societatem, quorum corda sibi inuicē, & charitate fulgent, & puritate translucent, & probat ex Apocalyp. 21. ipsa ciuitas aurū mundum simile vitro mundo, & concludit, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia: sicque vnusquisq. tunc erit conspicabilis alteri, sicut nunc esse non potest cōspicabilis sibi, & Laurentius Iustinianus lib. de disciplina monast. conuersatio. cap. 23. ait, nimia quoq. claritate fulgebit, ita vt solis septies transcendat splendorem. Non autem lumine suo intuentium se reuerberabit aspectū, sed ineffabili quodam modo confortabit clarificabitq. eritque tota eius substantia corporis oculis visibilis, adeo vt viscerum cæterorumq. membrorum harmoniam, conditoris declaret magisterium admirandum. Et Anselm. in elucidario, ait, omnes sanctos interius & exterius ab alijs conspiciendos, quia erunt lucidissimi, & transparentes, & propter hanc transparentiam, quæ in palpebris etiam erit, clausis oculis visuros alia: idem docet Hugo de sancto Victore. 2. de sacramentis, par. 18. cap. 18. vt referebamus sectione. 14. & Carthus. lib. de mutua cognitione sanct. artic. 10. & sequentibus, præsertim. 12. vbi pro eadem sententia refert Ioann. Rusbrochium lib. de regno electorum, idem tenet Parisien. 1. de vniuerso, part. 2. fol. 159. col. 1. licet cum formidine, idem absolute docet. D. Thom. 4. d. 44. quæst. 2, artic. 4. quæst. 1. præsertim ad. 2. & additio. q. 89. artic. 1. Suarez, 3. par. tom. 2. disp. 48. sect. 2.

Licet Bonauent. 4. distinct. 49. part. 2. artic. 5. quæst. 1. Scot. supra ad. 1. & Durand. supra negant, corpora illa fore peruia, & trāsparentia, & Palac. 4. distinct. 44. disput. 4. ait, hoc esse posibile, sed non constare. Richard. etiam distin. 49. quæst 6. ad argum. tenet non fore peruia, idemq. docet Angles, ibi artic. 5. diffi. 3. dub. 4. Ouand. prop. 34. & author compendij Theologiæ, quod incipit veritas Theologicæ, vt refert Carthus. supra.

Vtcumq. autem sit, sentio, hanc claritatem futuram esse in omnibus partibus corporis glorioſi, quātumcumq. internis, etiam in ossibus. D. Tho. Suar. Bonauen. Angl. & Ouand. Richar. supra Palud. 4. dist. 44. q. 5. Supplem. q. 2. Sot. d. 49. q. 4. art. 8. Mai. q. 19. Probatur, alioqui non posset totum corpus esse peruiū oculis, quia per medium non illuminatum, nō possunt species emitti, & sic carerent beati cognitione externa illius harmoniæ internæ, & delectatione, quæ inde percipitur, & laudis Dei inde resultantis & vnum corpus glorioſum erit impedimentum, vt ab alio videantur, quæ post ipsum sunt, tam in extremo iudicio, quam in cælo: hoc autem non est modicum inconueniens. 2. quia hæc quantitas inter corporeas est excellentissima, ergo decet, ea affici omnes partes corporis glorioſi. 127. Sent. Authoris.

Sed obijcies. 1. nam corpus glorioſum habebit suas naturales qualitates, vna autem earum est opacitas, erit igitur opacum, ergo non erit diaphanum nec transparens, ac proinde non solum non erit capax specierum visibilium, sed luminis. Secundo corpus coloratum non potest esse peruium, quia color est in corpore terminato secundum Arist. de sensu, & sensib. corpora autem glorioſa colorem retinebunt, vt diximus, quia color est qualitas maxime connaturalis, & ad pulchritud. necessaria ergo. Tertio, quia corpora transparentia, licet lumen habeant, & sint illuminata, non tamen sunt luminoſa, nec lucēt, nec emittunt ex se lumen, vt patet de aere, & aqua, & de igne puro, vt est in sua sphæra, sed corpora glorioſa emittunt lumen, sicut sol, ergo non erunt peruia. Et confir. quia ex incompatibilibus habebunt id, quod perfectius est, melius autem est esse opaca, & lucentia, quam diaphana, & non lucentia: primū ergo habebunt. Quarto, si corpora glorioſa peruia sunt, & & ideo intrinsecus videri possunt, ergo similiter per ipsa poterunt videri alia corpora cons. nullus docet, ergo non est admittendum. Quinto, si peruia sunt, ergo habent aliam dotem præter quattuor numeratas. Sexto, quia in transfiguratione lux non penetrabat internas partes corporis Christi, vt docet D. Tho. 3. p. q. 44. art. 1. ad. 2. & 3. d. 16. q. 2. art. 1. ad. 3. Duran. q. 4. n. 7. Suar. 3. p. to. 2. disp. 32. sect. 1. Sed hæc non cogunt, vt hanc perfectionē glorioſis corporibus denegemus, & à cōmuni patrum sententia recedamus. Et inprimis, lucē, & colorem simul esse posse, etiam Bonauent. & Ouand. Anglesq. fatētur, & patet, tum quia in superficie, seu extremis partibus corporis colorati est perspicuitas aliqua ex Arist. de sensu, & sensib. dicente, colorē esse extremitatem perspicui in corpore terminato, ac proinde in eisdem partibus erit lux aliqua, quia omnē 128. 1. Obiect. 2. Obiect. 3. Obiect. 4. Obiect. 5. Obiect. 6. Obiect. Sent. Authoris.

omne perspicuum capax est lucis. Deinde vitrum varios colores suscipit, tamen lumine intime penetratur, & aliqua corpora non ex arte,vt vitrum,& ab extrinseco, sed ex natura sua sunt & colorata,& lucida, rationeq. coloris videntur in die,& ratione lucis in nocte, vt patet de noctiluca,nitedula,cicindela,lampyride: quo exemplo ad hanc rem confirmandam vtitur Cyril. Hierosolym. catechesi. 18. dicens, *Iusti splendebunt, vt sol, & tanquam luna, & sicut splendor firmamenti, & præuidens istam hominum incredulitatem Deus, vermibus paruulis lucidum dedit corpus, vt eo splenderent, vt ex apparentibus crederetur, id, quod expectamus, qui enim partem potuit præstare, poterit, & totum, & qui fecit, vt vermis lumine splenderet, multo magis hominem iustum.* Recte ergo Horontius lib.11. cap. 40. & alij communiter lucem simul cum colore ponunt in corporibus glorioſis. Dices, lumen & colorem esse posse in eadem re secundum partes diuersas,ita vt partes diaphanæ habeant lumen, opacæ colorem; vel posse esse tenue lumen cum colore, non tamen intensum. Respon. cum per corpora colorata tenuissima,res sæpe videantur,constat,in omnibus partibus esse perspicuitatem aliquam, & lucem,ergo lux saltem in gradu remisso potest esse naturaliter cũ colore: per miraculũ, ergo, quod fieri expedit in corpore glorioso, poterit esse in gradu intenso. Dei enim virtute fieri poterit, vt opacitas subiecti ad colorẽ, requisita,nullum gradum lucis impediat, saltem illius,quæ supernaturalis est, vt dicemus, ac proinde ex natura sua non posit, etiam cum intensa est, magnam perspicuitatem in subiecto,sed aliquam.

129. Ex quibus patet ad primam obiectionem, nam licet demus,opacitatem non esse priuationem,& carentiam diaphaneitatis,sed qualitatem oppositam diaphaneitati,& eam non destrui per gloriam, quæ omnia possent negari,tamen illa opacitas, nec impedit receptionem luminis,illius saltem,nec perfectissimarũ specierum transitum. Per idem patet ad 2. obiectionem: falsum est enim, corpus coloratum non posse esse perspicuum, & peruium præsertim miraculose, licet naturaliter non possit esse valde perspicuum,quia ad colorem requiritur aliqua opacitas,& hæc impedit ali qualiter copiam lucis,& multo magis transitum visibilium specierum, & propterea dixit Aristo.lumen esse actum diaphani, adde,aliqua naturaliter esse valde opaca,quæ tantum magnam habent lucem, vt partet de sole, & flamma,& idem forte est de stellis, non ergo mirum,si corpora glorioſa,& valde opaca, & valde lucida sint, & licet opacitas naturaliter impediat receptionem specierum visibilium, quando non est illi adiuncta lux magna,secus tamen quando fuerit adiuncta, saltem si est supernaturalis lux, qualis futura est in corporibus glorioſis: vel saltem miraculose. Et sicut Deus in beatis efficit miraculose, vt possint alia corpora penetrare, ita,si opus fuerit, efficiet miraculose,vt opaca peruia sint, & visioni nullatenus obstent.

Ad.1.obiect. *Ad. 2.*

Ad tertiam obiectionem Respon. aliqui. primo,non opus esse concedere,corpora glorioſa simul, & respectu eiusdem lucere, vt lucida, & transitum visui, & speciebus visibilibus præbere, vt peruia: sed diuerso tempore, vel respectu diuersarum personarum, vt in simili dixit D.Thom.4.distinct.44.quæst.2. art. 4. q. 2.ad. 2. Sed hæc solutio non placet: nam isti actus non sunt repugnantes, aut incompatibiles,cum lux hæc non lædat visum, sed confortet potius, & adiuuet iuxta Damas.2.fidei,cap.7.dicentem:lux est decus atq. ornamentum visibilis creaturæ,cuius pulchritudinem conspicuam reddit, ergo si eorum principia possunt esse simul, illa etiam poterunt esse simul, quamuis, quia beatus habet plenum dominium sui corporis, non lucebit, nec transitum speciebus,& visui præbebit,nisi voluntate beati id permittente,maxime cum non sint peruia hæc corpora ex diaphaneitate,& transparentia intrinseca, quæ consistit in qualitate opposita opacitati, sed ab extrinseca voluntate Dei, quæ vult, beato volente, transire species per corpus eius opacum, ac si opacum non esset. Deinde simul beatus ratione illius opacitatis, & densitatis poterit corpus illud videre, & ratione perspicuitatis extrinsecæ poterit illo non obstante,cernere, quæ vltra illud, seu post illud sunt. Ad confir. patet ex dictis, non esse incompatibilia corpus glorioſum esse peruium,& lucens,& quãdo essent incompatibilia,fortasse esset melius esse peruium,& habere lumen,licet illud non emittat, quam esse opacum, & emittere lumen. *Ad. 3.*

130. Ad.4. obiectionem Respon. Suarez,an corpus Beati futurum sit transparens,& peruium ad videndum alia,non satis constat, tum quia ex dictis sanctorum solum habemus illa corpora ita fore transparẽtia, vt in eis videri possit,quidquid nunc interius latet, quod vero per illa quoque possint videri alia, sancti non dicunt, neque necessario sequitur ex priori. Tum etiam, quia vt videatur obiectum per aliquod medium non satis est, vt illud medium sit capax specierum visibilium, sed etiam opus est, vt obiectum sit potens ad imprimendas species, in tali medio: alia vero forte potentiam non habent ad imprimendas sui species in corpore glorioso, licet vnum corpus glorioſum vim habeat supernaturalem imprimendi sui speciem in alio corpore *Ad. 4.*

corpore glorioso, & ideo probabili, est vnūes se peruiū respectu alterius, ita vt vnū non occultet aliud post se existens, quia corpus glorioſum nō ſolum eleuatum eſt ad recipiēdas, ſed etiā ad efficiendas ſpecies in tali medio de alijs vero corporibus habētib, tm̄ naturalem diſpoſitionem, ac virtutem mihi res, eſt dubia (inqui itlle) quia cū tantum agant virtute naturali, fortaſſe non poſſunt tālmittere ſui ſpeciem intra corpus beati, & per illud quaſi penetrare vſq. ad viſum, quia ſolum poſſunt immutare illud corp, iuxta capacitatē eius naturalem, niſi fortaſſe dicatur, per hanc dotē gloriæ ita effectum eſſe traaſparens, ac perſpicuum, ac ſi haberet hāc qualitatem naturalē, & ideo quodlibet obiectum naturaliter viſibile, poſſe per illud ſpecies transfundere, q̄ eſt probabile, quāuis incertum. Hæc Suarez. Carthuſi. aūt illo a. 10 & 12. li. de mutua ſanct. cognit. abſolute docet, corpus glorificatū non abſcōdere ab oculis, quę poſt ipſū ſunt, & hoc eſt ſanctis, & rationi magis cōſentaneum, nam ſancti præcipue Greg. ſupra vitro vel chriſtallo comparant corpora glorioſa, ex Apoc. 21. ciuitas illa aurum mundum ſimile vitro mundo. Hæc autem nulla alia corpora occultant: ergo nec corpora glorioſa corpus vllum occultant, vt quando apud nos verſantur, vt verſabatur Chriſtus ante aſcenſionem, alia corpora oculis noſtris non occultant, deinde in cælo vnū corpus glorioſum occultaret alteri corpora non glorioſa, quod minus decet illius ſtatus dignitatem, preſtantiam & commoditatem. Deinde Anſel. in Elucid, & Hugo. 2. de ſacra. p. 18. c. 18. docent, beatos ita reliquos viſuros clauſis oculis, atq; apertis, ergo nō ſolum corpora glorioſa, ſed etiam alia transfundunt ſpecies per palpebras corporis glorioſi, eodē, ergo modo poterunt illas tranſmittere per reliquas partes eiusdem corporis, & fortaſſe Deus conferet corporibus glorioſis aliquam qualitatem oppoſitā opacitati naturali, ſi teneamus, non eſſe qualitatem, ſed carentiam, diaphaneitatis, vel manēte eadem opacitate, quia contraria per potentiam diuinam poſſunt eſſe ſimul, aut conferet qualitatem ſuper naturalis diaphaneitatis, quæ non pugnet cū naturali opacitate. Et hæc qualitas diſponet corpus glorioſum ad recipiendum, & transfundendum connaturaliter quaſcumque ſpecies viſibiles, quocumq. autem id fiat modo, corpus glorioſū nulla alia corpora occultabit ſi velit ipſe beatus. Videtur opinio D. Tho. illa q. 3. ad 2. vbi docet, corpus glorioſum non poſſe (ſcilicet diſtincte & perfecte) videri ſecundum proprium colorem, quia viſus nequit immutari ſimul a duobus coloribus, ita vt diſtincte vtrumque videat, & ideo ait, poſſe corpus glorioſum pro ſuo arbitrio, aut ſe præbere conſpiciendum, per ſuum colorem immutando viſum, aut ſuſpendere immutationē proprij coloris vt ſe oculis, peruium exhibat, & ita eſſe in poteſtate beati occultare vel non ocultare corpus poſt ſe exiſtens, & hoc vltimum ait Suarez, eſſe valde probabile, ſi beatus velit immutare viſum alterius ſolum per colorem exiſtentem in externa ſuperficie: ſi autem velit immutare per colorem, lucem & ſpeciem alterius obiecti, quas in ſe ſuſcepit, exiſtimat, poſſe id facere, & in viſu alterius beati non deeſſe virtutem, vt ſimul poſsit per omnes illas ſpecies diſtinctas cognoſcere, quia eſt diuinit, cōfortatus, & eleuat, vt perfectiori modo videre poſsit. Sednō video, cur neceſſe ſit dicere, eleuatū eſſe, vt videat plura tā perfecte & diſtincte, ac ſi vnū tm̄ videret. 131 Ad 5.

Ad 5. obiect. R. proprietatem hanc non eſſe dotem, quia non eſt qualitas, vel ſi eſt qualitas, eſt naturalis, vel ſi eſt ſupernaturalis, reducitur ad claritatem, corpus enim quod eſt lucidum, ſi non ſit peruium, non eſt omnino clarum, ſec, vitrum vel chriſtallum. Ad 6.

Ad 6. R. probabile eſſe, vt eodem loco ait Suarez, corpus Chriſti tempore tranſſiguratio in internis partibus lucidum fuiſſe: ſed tenendo, ſolum fuiſſe lucidum in externa ſuperficie R. non eſſe ſimle de corporibus glorioſis, Chriſtus enim ſolū aſſumpſit illam claritatem ad manifeſtationē futuræ gloriæ corporis, & præſentis diuinitatis, ad quod ſatis erat externas corporis partes lucidas eſſe, ex eiſque lucem in veſtes aeremque diffundi. 132

2. Difficultas eſt, vtrum claritas, ſeu lux beatorum ſit diſtinctæ rationis ſeu ſpeciei a luce ſolis, & aliarum rerum naturalium. 1. Opinio eſt eſſe eiuſdem ſpeciei atomę, ita D. Th. 4. d. 44 q. 2. ar. 4. ſuadetur. 1. alias illa corpora & hæc æquiuoce dicerentur lucida. 2. quia lux eſt ratio obiecti viſus: ergo vnica tantum eſt ſpecie atoma: ratio enim formalis ſub qua vna tantū eſſe poteſt. 3 quia illa lux non alios habebit effectus, nec proprietates ergo nō erit diſtincta eſſentialiter. 4. Quia lux aſſumpta a Chriſto in tranſfiguratione, eſt eiuſdem rationis cū ea, quæ erit in corporibus glorioſis, illa autem erat eiuſdem rationis cum luce ſolis, nam ſi eſſet ſupernaturalis ſecundum ſuam ſubſtantiā, non eſſet communicata veſtibus Chriſti. ergo 5. color, odor, & aliæ qualitates, quæ ſunt obiecta ſenſuum externorum, non ſunt ſupernaturales quoad ſubſtantiam in corporibus glorioſis: ergo nec lux. 2. opinio.

2. eſt fore eſſentialiter diuerſam: ita Rich. 4. d. 49. ar. 4. q. 6. Sotus cum formidine. q. 4. ar. 8. Sua. 3. p to. 2. diſp 32. ſect. 1. & diſp. 48. ſect. 2. quibus locis eandem ſententiā tribuit D. Th. 3. d. 16. q. 2. a. 1. ad 4. & ad 2. idē licet cū formidine docet Par. 1. de vniuerſo p. 2. fo. 158. & 159. Et hæc opinio mihi magis placet, licet res ſit incerta. 1. quia poſsibilis eſt lux corporea ſupernaturalis in ſubſtantia, ſi autem eſt poſsibilis, dand a eſt, ſi enim anima dotibus ſuper- Prob. 1.

naturalibus perficitur,cur non etiam corpus?

Confir. 1. Confir. 1. quia id est consentaneum perfectioni status beatifici,& dignitati humanitatis Christi,& amori quo Deus beatos prosequitur,ergo verisimile est futurum.Cõfir.2. quia

Confir. 2. alię dotes sunt supernaturales in substãtia,ergo & hæc: par enim ratio est.

Prob.2. 2.Quia illa claritas dicitur claritas Dei nõ solũ quia magna,in intensione,vt dicũtur mõtes Dei, quia magni, & similiter paradisus Dei, Cedri Dei. &c.Sed etiã quia altioris ordinis Apoc.21.ciuitas illa non eget sole, nec luna,vt luceãt in ea,nam claritas Dei illuminabit illã,& lucerna eius est agnus,& prius dixerat: vidi ciuitatem sanctã habentem claritatem Dei,& Philip.3.reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ, idest quæ secundum substantiam est illi propria, non cõmunis cum sole, & aliis, quia est supernaturalis quoad substantiã, & ideo

Prob.3. non claritas solis,sed illa est exemplar claritatis aliorum beatorum.3.Quia illa claritas dicitur oriri ab anima ratione luminis gloriæ, lumen autem gloriæ, quod est supernaturale quoad substantiã, in corpore glorioso nõ exigit claritatem connaturalem soli,quæ non potest esse cõnaturaliter intime & permanenter in corpore humano,sed exigit claritatem alterius ordinis, cui cõnaturale sit intime, fixe, & permanenter afficere humanũ corpus, ergo est claritas ordinis supernaturalis,& distincta specie à luce solis,& omnibus alijs, quæ alicui corpori connaturales esse possunt,licet cũ luce solis conferatur Mat.17. resplenduit facies eius sicut sol.& Mat. 13. fulgebunt iusti sicut

133 sol,quia non est aliud exẽplum cõmodius ad i lam explicandam.

Ad 1. arg. Ad 1. arg.negatur cõsequentia,quia qualitates naturales & supernaturales in eodẽ prædicamento,imo & genere subalterno collocari possunt, vt in superioribus diximus agẽtes de visione Dei,disp.3.

Ad 2. Ad 2.neg.cõse.quia lux abstrahẽs à naturali & supnaturali est ratio sub qua, seu cõditio, sine qua nihil videri põt, saltẽ sine miraculo.

Ad 3. Ad 3.R.illam lucem habere alios effectus, & proprietates 1.vt eius connaturale subiectum fixũ,sit corpus humanũ,& non aliud.2.vt nulli creaturæ sit ipsa connaturalis, ita Suarez & ratioest,quia nihil supnaturale in substãtia,est alicui substantiæ creatæ cõnaturale. 3. vt lucẽ minorem non occultet,sicut lux solis ocultat lucẽ lunæ,& stellarũ 4.vt non lædat organum visus,recte enim Horont.lib.11.c.4.ait,erit hic splendor non offendens, sed demulcens visũ. 5.vt nullũ calorem inferat in subiecto capaci, adeo enim est supra elementarẽ naturalem, vt fortasse apta non sit efficere huiusmodi alterationem,alioqui cũ re vera illã non efficiat perpetuo esset suspensa ab actione sua naturali; addit Suarez. 6. proprietatem, illam lucem fortasse ex natura sua lucere posse sine sit in corpore raro, sine denso,sinetransparẽti,sine opaco,& esse posse in corpore cuiuscũque qualitatis,sed cum sit proportionata lumini gloriæ,censeo,in corpore tantum humano esse posse connaturaliter,& verisimile est, solum lucere,vt est in partibus hominis solidis,densis, & opacis,vt & lux solis,hęc tamen omnia dubia,& incerta sunt.

Ad 4. Ad 4.neg mi licet.n. illa lux sit supernaturalis in substãtia,& vt subiectũ cõnaturale fixũ, poscat solũcorpus humanũ.tñ in alijspõt esse sine spcciali miraculo transeunter sicut lux solis est fixe in sole,transeunter veroin aere.

Ad 5. Ad 5.R.1.fortasse in corpore glorioso fore alias qualitates sensibiles supernaturales in substantia,vt colores supernaturales similes naturalibus (de his n. fore diuersę rationis, quãuis cũ formidine docet Parisi. supra) odores, sapores, colores, &c,quia qualitates huiusmodi possent etiam esse supernaturales in substantia similes naturalibus, omnis autem dignitas possibilis videtur concedenda corporibus,Christi,& aliorũ beatorum.Vnde Carthus.de laud.virg a.10.in fine ait, erunt pulcherrime collocata secũdũ exigẽtia dispositionis suæ naturæ partiumq.suarum,&color ille per claritatẽ adiunctã miromodo ornabitur.

R.2.non esse eandem rationem de aliis qualitatibus & de luce,color.n. optimus & proportionatus corpori,ineſt illi ex sua natura & ideo nlluo alio colore opus fuit, & idem est de alijs qualitatibus.Lux autem non sic ineſt corpori,ideo conferenda fuit à Deo supernaturalis in substantia,vt cum dante, & lumine glorię proportionem habeat,sitq. in subiecto sibi connaturali, nã vt dixi, si lux solis esset in humano corpore,non esset,in subiecto sibi connaturali. Vtcumq. autem res se habeat constat, lucem illam visibilem esse, vt docuit

134 Aug.lib.contra AdimantumManich.c.28.D. Decisio ad Tho.4.d 44.q.1.a.4.q.2.Ex his patet,quiddi terius q. cẽdũ sit ad illã quæst.an claritas illa possit videri ab oculo nõ glorificato,nec cõfortato diinit9,quã quæst.attigit Parisi.1.de vniuer.p.2. fol.162.col.1.sed non soluit & fol sequ. col.2. ait, hoc magis esse disputabile, quam perspicuum,ideo à se non disputari. Sed D. Tho. in 4.supra & Scot.4.d.49.q.15. quia tenent, esse eiusdem rationis cũ luce solis,tenent naturaliter videri posse ab oculo non glorificato, nec confortato diuinitus, breuissime tñ,sicut lux solis, quia propter eius excellentiam in mora læderetur organũ. Et ideo ait D.Tho. non.n. eam posset ferre humanus aspectus, vnde Duran.ait, confortatos esse discipulorũ oculos, vt in transfiguratione lumen Christi viderent .s. permanenter, & sic põt exponi Augustinus. 22.ciuit. cap.19. dicens Apostolos in corpore mortali non potuisse videre claritatem corporis Christi resurgentis

gentis,scilicet sine cõfortaione impediente læsionem organi, vel nisi Christus suam lucẽ temperaret. quia eam, inquit, ferre non posset humanus aspectus.

Tenendo autem, lucem illam esse ordinis supernaturalis, adhuc ait Richard.requiri huiusmodi confortationes quæ impediant organi læsionem. Et idem videtur sentire Suarez illa disp.32.sectione 1. dicens, mihi tamen videtur, illam lucem non esse extra latitudinẽ obiecti visibilis, quãquã corruptibilis oculus propter imbecillitatem non posset fortasse in illam intendere, vt ideo verisimile sit, quod etiã Dur.supra notauit, confortatos discipulorũ oculos, vt possent eam claritatem intueri. Hæc ille. Sed verisimilius est, cum sit tam excellentis naturæ, benignam esse, adeo vt organum minime lædat, quantumcumq. sit intensa, & ita docuit postea Suarez, dis. 48.sect 2.vbi propterea censet, licet res sit incerta, probabilius esse, illam lucẽ ab oculo non glorificato, naturaliter videri posse sine vlla confortatione, & corroboratione, & probat 1. quia nulla est ratio cur visus ex natura sua non sit capax speciei impressæ talis lucis, quod si speciem potest recipere, nulla est ratio, cur per illam non possit etiam actum elicere: ille enim actus non est secundum substantiã supernaturalis, cũ sit corporeus, & circa rem corporeã versetur, nec etiam est supernaturalis quoad modum: quis enim est hic modus? Item 2.vel illud obiectum aliquo modo saltem imperfecto potest naturaliter videri à visu, vel non, si non, ergo nullo modo continetur sub obiecto visus. Deus enim, licet non possit clare videri ab intellectu virtute naturali, continetur tamen sub obiecto adæquato illius, quia saltem imperfecte potest ab ipso cognosci virtute naturali, & quia cõtinetur in latitudine entis, cuius præcisam, & abstractã ratione intellectus attingit; visus autem non attingit cõmunẽ rationem lucis, aut coloris, nisi in quantũ in hoc aut illo colore aut lumine continetur, ergo si est aliqua lux, quam nullo modo potest naturaliter attingere, illa non continebitur sub obiecto adæquato visus, si autẽ potest eã aliquo modo naturaliter attingere, cũ illa lux perfectiorem sui speciẽ imprimat, & potentiã non lædat, poterit etiã perfecte videri, quia illa species nõ est improportionata potẽtiæ, nec est cur dicamus, deesse potentiæ virtutẽ in suo ordine sufficientem. 3. Licet illa lux nõ sit cõnaturalis corpori humano, tamẽ simpliciciter naturalis est, & inferioris ordinis, cũ sit corporea, ergo poterit naturaliter videri visu corporeo, licet lumen gloriæ, quia est supernatuale quoad substantiam, non possit naturaliter videri ab intellectu creato.

Mihi tamẽ videtur, supposito quod illa lux sit alterius rationis à luce solis, & omnium aliarũ rerũ naturaliũ, & nulli corpori sit cõnaturalis, vt ipse Suarez docet, debere admitti, (vt ipse admisisse antea videtur) illã lucẽ esse supernaturalem quoad substantiã, quod superiores rationes ostendunt, & ideo nõ posse saltẽ integre, & perfecte, & quasi quidditatiue, & distincte videri, nisi visus virtute supernaturali afficiatur, sicut intellectus ad videndũ Deũ afficitur lumine gloriæ. Probatur, quia entia supernaturalia nõ possunt solis naturæ viribus intuitiue, quiditatiue, & distincte percipi à suis potẽtijs, sed oportet illas corroborari, & adiuuari virtute aliqua, vt dicto modo attingant eiusmodi obiecta. Sed lux illa est supernaturalis quoad substantiam, ergo.

Ad 1.autẽ in contrariũ R. forte lucẽ illã ex natura sua nõ posse emittere speciẽ, nisi potẽtia prius natura sit eleuata per virtutẽ diuinã, quia frustra emitteret speciẽ, qua videri non posset, licet autẽ speciẽ inprimeret põæ, expectãda esset eleuatio põæ, vt in actũ completũ, & adæquatũ speciei prodiret, quia actꝰ ille, licet sit corporeꝰ, est supernaturalis quoad substãtiã, sicut & eius obiectũ, & vnio hypostatica est ordinis supernaturalis, licet sit corporea, in actũ autem imperfectũ fortasse prodire posset, vt statim dicetur. 135

Ad 2.R. satis esse, naturaliter percipi à visu rationẽ cõmunẽ lucis contractã ad lucẽ naturalẽ, vt visus eleuari possit, ad videndũ supernaturalẽ lucem: nõ vero põt eleuari ad videndũ sonũ, quia nõ continetur sub ratione lucis, vel coloris, quam solam respicit adæquate visus.

Ad 3.negatur, lucem illã esse simpliciter naturalem: sic enim bene posset esse connaturalis alicui corpori producto vel producibili, sicut cæterę qualitates, quæ non sunt supernaturales quoad substantiam. 136

3 Difficultas, à quo immediate fiat hæc claritas incorporibus glorioſis. 3.Difficultas.

D.Tho.1.2.q.4.a.6.& 4.sent.d.44.q.2.a.4.q.2 satis significat, oriri à gloria animæ ex Aug.ep.56.ad Dosc.dicente, tã potenti natura Deũ fecisse animã, vt ex eius beatitudine redũdet in corpus plenitudo sanitatis & incorruptionis vigor, qui idem diceret de dote claritatis. Richar.autem, Dur & alij dicunt, effici immediate à Deo, quod de efficientia physica verum est, non solũ, quia solꝰ Deus est causa physica principalis, vt recte probat Suarez, sed etiã quia nullo physico instrumento videtur vti ad collationem talis lucis, quia id vel est impossibile, vel nõ necessariũ, nec vllũ fũdamentũ habet in scriptura & patribus, tamen si quis contenderet, actum humanæ voluntatis Christi vel lumen corporale ipsius, vel lumẽ gloriæ animæ assummi à Deo vt instrumentũ physicũ ad glorificationem proprij corporis

nō posset sufficicieter impugnari, nisi forte argumentis illis, quæ cōtra phhysicā sacramentorum causalitatem fieri solent, tenendo autem solā dari causalitatem moralem possunt explicari D.Tho.& Aug.5.Vt tñ velint beatitudinem animæ redundare in corpus, quia intuitu beatitudinis animæ datur gloria corpori, sicut ex vnione cum verbo dicuntur multę perfectiones in humanitate Christi deriuari, quia intuitu talis vnionis dantur vt explicat Suarez supra,& Sot.4.d.49.q.4.a.8. & Angles. q. de beattitud.art 5. difficul. 2. cum Scoto,qui idem de alijs dotibus docent, & Horont, lib.11.c. 40. leuissimæ autē sunt rationes quibus Parisien.1.de vniuer.p.2. fol. 160. & 161. probat,ex beatitudine animæ totam beatitudinem corporis physiice & naturaliter emanare, quod vero dicitur de Christo ad Philip. 3. reformabit corpus hnmilitatis nostræ, intelligitur de Christo ratione diuinitatis, vel quia per suum imperium,& meritum est moralis causa glorificationis corporis. Quod vero Sotus addit talem qualitatem creari & non educi de potentia subiecti, quia supernaturalis est, falsum est, vt bene notat Suarez, quia etiam accidentia supernaturalia de potentia subiecti educūtur,& nō creātur,vt late de gratia suo loco dicem⁹.

Recte autem Horont.lib.11.c.40.ait,in potestate beatorū esse,suā lucē vel occultare in toto, vel inparte manifestare Christus enim, inquit Aug.sua resurrectione ostendit, quale futurum sit corpus nostrum, ipse autem nūc claritatem suam ostendebat, nūc pro libito occultabat, vt Euangelica testatur historia, de quo vide Aug.22.ciuit.c.29.& sic Parisien.1.de vniuersō.p.2.fol.161.col 4.& fol.seq. colu.1.ait,corpora glorioſa eo tantū modo à nobis sentiri posse, quo ipsi beati se accōmodauerint & adaptauerint.

Sect.17.Vtrū corpora glorioſa futura sint ab intrinseco immortalia & impaſsibilia?

137 SVpponimus ex superioribus corpora illa non fore cælestia, atq. adeo hinc non fore incorruptibilia. Deinde neq. habitura ad mixtam aliquam substantiam cælestem, seu quintam essentiam vt aliqui Catholici opinati sunt, quorum meminit D. Tho. 1.p.q. 76. art.7.& 3.p.q.57.art.3.& 4.sent d.44.qui doctores indicant, etiam nunc esse in homine huiusmodi mixtionem, ita tamen vt minus sit cælestis substantiæ, ideoq. non prædominetur, neque reddat hominem incorruptibilem, sicut tunc, quam sententiam indicat Alens.3.p.q.23.memb.2. ad argumenta & merito confutat Suar.3.p.disp.48.sect.3. vbi ait, magis esse demente Alex.quod in homine sit quædam qualitas cælestis,quæ tunc sit maior ideoque hominem reddat omnino incorruptibilem,&hoc minus esse improbabile, si recte intelligeretur, intelligi autem ita posset,vt esset aliqua qualitas à cælis producta(quam lucem cælestem vocat Alens) quæ ex propria natura quandam faceret amicitiam inter partes corporis, & humores varijs elementis respondentes, easque conciliaret, ne ita vehemen ter inter se pugnarent, & aliqualiter impediret actionem exteriorū agentium: non tamen perfecte munera hęc præstaret in hac vita propter suam remissionem, in alia vero perfecte,quia esset intensa, & ideo hominem redderet omnino incorruptibilem. Sed fictio hæc contra experientiam est, non enim videmus in homine esse maiorem resistentaim ad corruptionē,quā in alijs animalibus,si cętera sint paria,vel quā in alijs mixtis,vel elemētis, in quibus tamen hæc qualitas concedēda nō est,ergo necin homine, in quo etiam omnes experientiæ sine illa saluantur. Deinde cęli nō à luce,vel qualitate aliqua sunt incorruptibiles, sed ab ipsa materia, vel forma non admittente peregrinas impressiones, quæ corruptionem adducere possint, ergo nec corpora nostra redderentur incorruptibilia augmento huius qualitatis eælestis.Supponimus etiā, incorruptionem hanc in corporibus glorioſis non prouenire ex nouo modo substātiali,quo anima tunc corpus actuet, & informet, vt dixisse videtur Sotus 4.d. 49. q. 4.a.1.con.5. tribuens D. Thom. d. 44. q. 2. a.1.q.1.hanc impassibilitatem referenti in quādam perfectam subiectionem corporis ad animam; seu in quoddam dominium perfectum animæ supra corpus, quod non intelligitur de dominio per actum voluntatis, quia hoc habet anima supra corpus per dotem subtilitatis, ergo videtur consistere in quadam informatione, qua anima ita informat corpus, vt illi dominetur, & consequenter non permittat, ipsum affici dispositionibus adducentibus corruptionem. Sed nō credo,hanc esse sententiā D.Thom.neque veram,quia informatio substantialis non habet modo latitudinem intensiuam, ergo eædem partes materiæ non magis informabuntur ab anima post resurrectionem, quā modo, & alioqui homo magis esset homo tunc, quam nunc substantialiter, sicut quādo calor magis informat subiectum, fit aliquid magis calidū. Deinde licet admitteretur maior informatio substantialis,nō fieret consequens, ideo materiā reddi incapacē passoionis corruptiuæ,sicut enim informatio naturalis perse non resistit corruptioni, ita neque augmentū eius, quantumcumque sit,resistit omnino corruptioni,aeproinde nec reddet corpus omnino incoruptibile. 138

Fortasse autē mēs D.Tho.imo & Soti fuit, corpus reddi incorruptibile ex dominio animę in corpus,quia hęc sit natura animæ, vt cū

assecuta

assecuta fuerit corpus recte tẽperatũ & dispositũ, quale etit in resurrectione, reijciat omnẽ alterationem corruptiuuam & eodem modo potest fingi, hanc esse naturam corporis, vt cum assecutum fuerit formam optimam, nẽpe animã rationalẽ, cũoptima eius dispositione, qualis erit in gloria, respuat, minimeque admittat dispositionem corruptiuã, qua ab illo sublimi statu deturbaripossit: idq. fortasse voluit. Bona. 4.d.49.p.2.art.4.qui est de hac dote. quæstion. 1. dicens, corpus tunc fore incorruptibile, quia materia non appetit aliam formã. Defendi autem posset hic modus dicendi, quia sicut corpus cæleste est incorruptibile, eo quod vel forma vel materia illius in quocumque statu respicit accidẽtia corruptiua, ita posset dici de materia, aut forma humana in aliquo tantum statu, nempe optimi cuiusdam temperamenti, & sic sine qualitate supernaturali posse defendi impassibilitatem corporis glorioſi ab intrinseco, docet Palac. 4.d.44.disp.2. Tamen, quia nõnullam fictionem continet hæc opinio, & quia fortasis non est tunc in omnibus melius temperamentum, quam modo pro aliquo tẽpore sit in aliquibus, vel fuit aut fuisset in statu innocentiæ, in quo non erant hommes incorruptibililes ab intrinseco; ideo falsum censeo hunc opinandi modum, qui forte non fuit D. Tho. aut Bonauent, sed is, quem nos sequemur.

4. Suppono, falsum esse, quod aliqui dixe- 139
re, corpora glorioſa fore incorruptibilia ex cessatione motus cælestis, sic enim Christi corpus non esset modo impassibile, & cessante motu cęli corpora damnatorum essent naturaliter ita impassibilia, sicut corpora glorioſa. Deinde sic dos impassibilitatis non esset supernaturalis, sed naturalis. 3. Quia dependentia illa motus cælestis ad generationes & corruptiones, satis à nobis, Suarez, & alijs in libris de cælo impugnata fuit.

Suppono. 5. falsum esse quod ait Palac. 4.d. 44. disput. 2. sine qualitate supernaturali saluari posse in corporibus glorioſis impassibilitatem ab intrinseco, ponendo qualitates naturales in beatis habere æqualitatẽ iustitię, ita vt tanta sit actiuitas vnius & non maior quanta est resistentia alterius, sic enim actio esse non poterit, quia actio semper requirit excessum actiuitatis ad resistẽtiam. Hic enim modus dicẽdi non tollit, quin alteratio corruptiua posset esse ab igne, vel alio intrinseco agente. 2. Quia partes corporis humani requirunt qualitates in tali gradu, in quo, si dẽtur, necessario vna habet maiorem actiuitatem quam alia resistentiam. 3. Quia sic omnes beati haberent qualitates eodem modo temperatas: quod est absurdum.

His suppositis tres tantum sententiæ satis probabiles sunt 1. asserens, corpora glorioſa tantum ab extrinseco ex diuina prouidentia non permittente læsionem, aut dispositionem corruptiuam, incorruptibilia esse ita Sot. 4.d. 49.q.13. Maior. q.17. Durand. d: 44.q.4. Supplem. q.2. Pro hac sententia citatur D. Tho. 3.p.q.45.a.1.ad 3. dicens, solam claritatem esse qualitatem intrinsece inhęrentem corpori glorioſo, sed male refertur, solum enim ait in se ipsa percipi, ceteras vero dotes non nisi in aliqua actione. Hic modus facile intelligi & defendi potest, sufficienterq. saluat omnia, quæ sectione 15. pro hac dote allata sunt & afferri possent, nec impassibilitas sic explicata, indigna est nomine dotis, nã intrinseca est & supernaturalis, licet ab extrinseca Dei prouidentia, & non ab aliquo intrinseco proueniat. Vnde non solum moraliter, sed etiã physice dicetur corpus eam induere, iuxta Paul. 1. Corin. 15. asserentem, oportet mortale hoc induere immortalitatem. 140 1Opin.

Si autem obijcias, sic non fore magis impassibilia corpora glorioſa quam erant in statu innocentiæ, quod est contra Aug. epist. 56 ad Dioſc. Nego cõsequentiã: quia in statu innocentię poterant pati ab intrinseco, consumendo aliquas partes corporis, quæ nutritione, & augmentatione; reparandæ essent, ideoque cibis indigebant. Deinde tunc poterant homines amittere illud priuilegium peccando, beati autem non poterunt amittere eiusmodi priuilegiũm; quia non poterunt peccare. Addit Suarez aliud discrimen, quia in eo statu agentia extrinseca non erant omnino priuata concursu ad alterandum humanũ corpus, nam si proiectum esset in ignem reuera comburetetur, sed diuina prouidẽtia ita erant omnia dispoſita, vt possent homines omnẽ huiusmodi lęsionẽ cauere propria industria vel Angelorũ, qui quãdo opus esset, innocentium defectus inculpabiles supplerẽt. At vero respectu corporis beati agentia omnia sunt priuata concursu ad alterãdum illud, ita vt, etiam si corpus beati ingrediatur ignem, comburi nequeat S. ed hoc discrimen non omnes admittent, nam in statu innocentiæ homines possent mortaliter peccare, etiam contra iustitiam, eo peccato amittendo statum, ponamus, ergo velle aliquẽ innocentẽ interficere, certe id possent, vt quidã arbitrantur, si innocentes proiecti in ignem comburi possent, quia possent à nocentibus in ignẽ proijci, si dicas id non permissurnm Deum, eadẽ ratione non permitteret, eos lædi igne, si absq. peccato in illũ ingrederentur: quandiu ergo esset sine peccato, Deus statueret cũ nullo læsiuo cõcurrrere. Deinde hoc discrimen

est contra D. Thom. & alios referendos, qui in statu innocentiæ docent, corpus fuisse ab intrinseca qualitate impassibile.

141 2. Opin. 2. Opinio est, beatorum corpora esse impassibilia ab intrinseco, non quidem ab aliqua qualitate intrinseca ipsorũ, sed à voluntate ipsorum habente, à Deo tale dominium supra corpus proprium, vt à nullo patiatur, nisi volens: sicut enim omnes actiones corporis beati subduntur voluntati animæ, ita & omnes passiones, & ita sicut corpus non agit nisi quando anima vult, ita nec patitur, nisi ipsa volente, nunquam autem vult, nec velle potest, propter rectitudinem talis voluntatis, ideo absolute nihil pati potest, ex intrinseca perfectione ac potestate, non corporis sed hominis, quæ videtur, inquit, mens D. Thom. in 4. supra: ponit nãq. hãc impassibilitatẽ in dominio animæ supra corpus, quod perfecte erit subiectum animæ, sicut anima Deo, quod sæpe repetit D. Tho. in vtraq. quæstiu. & in solutionibus argumentorum. Quæ sententia parum differt à prima: quia dominium hoc animæ respectu corporis morale est, & in re nihil aliud est quam voluntatem esse conditionem, sine qua Deus non permittet agentibus naturalibus, vt corpus lædant. Vnde totum negotium reducitur ad extrinsecam Dei prouidentiam alligatam voluntati rectæ beatorum, sed eam sententiam probabilem, & D. Thomæ consentaneam censet Suarez

142 3. Opin. 3. Opinio, & tenenda est, hanc impassibilitatem prouenire à qualitate intrinseca corpori glorioso, quæ qualitas connaturaliter habeat impedire huiusmodi passionem læsiuam & corruptiuam, ita Rich. 4. d. 49. a. 4. q. 2. propendet Paiud. d. 44. q. 2. Capreo. q. 2. a. 3. & Suarez sup. Palac. vero illa disp. 2. hãc & 1. opinionem probabiles censet. Hanc vero expresse tenet Altisiod. 4. summæ. tract. 12. q. 2. ait enim hanc dotẽ esse potentiã quandã collatã corporibus glorioſis, ad resistendum omni lęsioni, & similem ponit in statu innocentiæ, licet illa amitti posset hæc non. In paruulis autem damnatis pro solo originali, ait, nõ fore eiusmodi impassibilitatem, quia quod mori non poterunt, non erit ex potentia corporum, sed ex iustitia Dei quæ non permittit aliquem puniri pœna corporali & sensibili, insi actu proprio peccauerit.

Et hæc est sententia D. Tho. 1. p. q. 97. a. 1. vbi distinguit 3. modos incorruptibiliratis. 1. est ex parte materiæ, quia scilicet res carent materia vt Angeli vel non habent materiam elemantarem vt cæli. 2. ex parte formæ, vt quando rei natura sua corruptibili adiungitur dispositio, per quã totaliter corruptio prohibetur. 3. ex parte causæ efficientis, quæ remouet vel impedit causas actiuas corruptionis & hoc 3. modo dicit, homines fuisse immortales in statu innocentiæ per virtutem quandã animæ inditam, quã Suarez non putat intelligendam, quasi esset aliqua virtus physica naturaliter resistens extrinsecis agentibus vt videtur intellexisse Caiet. ibi & Scotus 2 d. 19. q. 1. (quã ergo existimo fuisse iustitiam originalem in essentia animæ sitam) sed intelligendã, esse virtutem, discretionem, magnamq. prudentiam animæ ad intelligendum, quod posset prodesse & obesse corpori, & ad vitandas omnes occasiones corruptionis, hoc enim sensu optime ac facile, inquit, intelligitur illa vis animæ quæ inter dona gratiæ & iustitiæ originalis à D. Thom. ibi. numeratur: eo autẽ modo, quo à Caiet. ponitur, vix potest concipi vt Scotus etiam obijcit, quamnis falsa nixus interpretatione.

2. Autem incorruptionis modum tribuit D. Thom. corporibus glorioſis, scilicet per dispositionem inhærentem, quæ non potest intelligi, nisi aliqua qualitas vel plurium qualitatum aggregatio, vocat autem hanc incorruptionem ex parte formæ, vel quia hæc qualitas est forma quædam, vel quia datur ratione formę, idest animæ beatæ, & ad huius rei confirmationem recte D. Tho. ibi adducit Aug. epist 56. Dioſco. dicentem, tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis & incorruptionis vigor, hanc enim qualitatẽ vocat incorruptionis vigorem & sanitatis plenitudinem, nec obstat quod ait epist. 146. ad Consentium, vbi ait, quod sicut pueri in fornace Babylonis non lædebantur igne, ita Deus corpora glorioſa à corruptione seruabit, intellige, diuersimode, nam pueros solo imperio, beatos qualitate impressa seruabit, & per eandem absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. 143

Hæc autem opinio probatur ratione, quia iste incorruptionis modus possibilis est: ergo cũ sit perfectissimus, tribuẽdus est perfectissimo statui corporis Christi & aliorum sanctorũ. Antecedẽs patet quia nulla potest afferri repugnantia, aut cõtradictionis implicatio in eo, quod detur qualitas corporea, quæ ex natura sua resistat omnino efficaciter omni læsioni corporis siue sit ordinis supernaturalis, qualem hanc esse existimo, siue naturalis quidem ordinis, non tamen connaturalis humano corpori, videmus enim opacitatem naturaliter resistere & obstare impressioni luminis & specierum visibilium & materiam vel formam corporis cælestis cuicumque diuisioni, & mutationi corruptiuę, & aliquas formas magis resistere, quam alias qualitatibus corruptiuis vt aurum, quod nũquam suscipit tantum frigoris, vel caloris, vt

ab eo

ab eo corrũpi valeat, & Suarez,ait formã ignis,& aquæ frigori, & calori admodum resistere per seipsas,agendo naturali emanatione, ratione cuius actionis prouenit vt calor vel frigus ab igne vel aqua difficilius expellatur, quam ab alijs subiectis & durities perse resistit diuisioni partium ad inuicem,& in rebus molibus,& flexibilibus interdum est alia qualitas, quæ resistit diuisioni partium à toto, sed non ad inuicem & voluntas Angeli superioris resistit motui corporis ad voluntatem inferioris vel hominis.Sic ergo bene potest intelligi qualitasaliqua,quę resistatefficaciter omni lesioni corporis humani, vel saltemaliqua aggregatio qualitatũ vt videlicet vna resistatdiuisioni corruptiuæ, alia nimio frigori,alia nimio calori, &c. Non per contrarietatẽ formalem, sicut calor obstat impressioni frigoris,nã vnũ contrarium non impedit omnino impressionem alterius, imo admittit, quia circa idem subiectum succesiue versari possunt:sed per modum naturalis impotẽtiæ,sicut dicebamus de duritie & opacitate.

2.Proba. quia potuit Deus conferre,aut
144 re ipsa contulit corporibus cælestibus vnam qualitatem,vel plures quibus varias qualitates producant in inferioribus: ergo potuit cõferre corpori humano vnam vel plures qualitates,quibus omnino resistat, obstetque omnibus læsionibus,ac proinde conferet corporibus glotiosis,cur enim non?Et Conf.alioqui parũ differat hæc impassibilitas ab ea quam habuit Adam ratione iustitiæ originalis, & ab ea,quam corpus Christi habuit in sepulchro, quæ,licet lædipoterant, tamen non diuisione vel separatione alicuius partis a toto,nec mẽbrorum luxatione,nec calore,vel frigore sufficienti ad corruptionem,saltem ex lege supernaturali· quod totum non videtur referẽdum, nec ab vllo quem legerim, refertur in qualitatem supra naturalem, quia talis non in malum,sed in bonum subiecti ordinatur,sed in extrinsecam Dei prouidentiam. Et multo minus differt hæc impassibilitas ab ea, quæ inerit decedentibus in solo originali per extrinsecam enim Dei prouidentiam à nullo lædi poterunt, aut distrahi a dispositione connaturali;consequẽs autẽ est absurdũ: ergo luxata hæc explico D.Tho. in 4. vt cum dicit hãc impassibilitatem prouenire a dominio, quod anima habet in corpus,intelligatur de dominio proueniente exprædicta qualitate,non ex voluntate: nisi dicas, illam sententiam,quam tenuit in 4. mutasse 1.p.loco citato.Obseruare autẽ portet dotẽ subtilitatis aut agilitatis sufficientem non esse,vt corpus glorioſum,diuisione interire non possit,licet n.ex subtilitate secundum aliquos habeat posse se penetrare cum corpore non glorioso, & ita diuision vitare, si gladium venientem transire permittat sine vlla resistẽtia:si tamẽ insidiose appeteretur,nulla præcedente voluntate se penetrandi cum gladio, & careret dote impassibilitatis, diuideretur & interiret· idem si ab alio glorioso corpore percuteretur, cum quo penetrare se no põt. similter licet ex dote agilitatis habeat, posse consistere,inquo velit,loco,tamen a potentiori non posse inde eici,ex ea dote non habet. Vnde si non haberet dotem impassibilitatis, nec subtilitatis,& ab aliquo percuteretur,possent violenter partes diuidi gladio, vel pugno,& sic corpus interiret.Ex dote autem impassibilitatis prouenit incorruptibilitas per diuisionem:quia sicut quantitas cęli ex coniũctione ad materiã vel formam cælestem redditur in capax diuisionis ita corpus humanum ex dote impassibilitatis redditur incapax noxię & læsiuæ diuisionis, etiam homine nihil cogitante auti 145
volente.

Quæst. 2. Decisio quorundã.

Quæst.tamẽ est vtrum hac dote prohibeatur omnis actio primarum qualitatũ in corpus glorioſum,an læsiua tantum.Quidam ex recentioribus certum putat,vel minimam alrationem hac dote impediri, contra D. Tho. & Bonau & Sot. quos ipse refert:nos autem in.3.suppositione retulimus,qui suã sententiã probant,alias illæ qualitates essent otioſę, & tollerentur complexiones variorum membrorum:ille autem eos reijcit,nam qua ratione posset vna pars pati ab alia,posset etiam pati ab extrinseco agente habente similem virtutem. Item quia ex actione intrinseca potest prouenire mors, infirmitas, seu debilitas,sicut ab extrinseca. Et hoc;inquit, expresse docuit Bonauen.qui in eandem causam reuocat hãc impassibilitatem membrorum inter se, & ab extrinseco agente, Sotus etiam aperte docuit (quod certissimum est) non futuram ibi actionem caloris naturalis in humidum radicale, quæ tamẽ actio est eiusdem rationis cum qua cumque alia alteratione membrorum inter se,& idem affirmat D.Tho ibi ad. 3. cum ergo hi authores dicunt, remanere in alijs corporibus aliquam actionem primarum qualitatum, nescio quid actionis nomine intelligant, nisi fortasse propriam informationem vniuscunque qualitatis, nam calor vere reddet calidam partem illam,cui inhærebit, &c. 146
Hæc ille,& alia.

Sed in primis non puto,authores illos tam absurde,& improprie & præter scholasticum morem loqui, vt informationem & puram inhæsionem harum qualitatum, actionem appellent, præsertim cum hic actionis modus tam sit euidens,vt in eo docendo nullum tempus ab illis terendum esset,nec dicturi fuisset, has qualitates sine illo otiosas fore, sed simpliciter

pliciter non fore, quia non essent in corpore humano, nec vero separatæ ab illo. De vera ergo actione loquuntur quam merito tribuunt his qualitatibus nam. 1. agunt conseruando, calor siquidem spirituum conseruat calorem membrorũ & similiter cor suo motu, & partes calidæ mutuo conseruant vna calorem alterius. 2. Dos impassibilitatis non tollit actionẽ qua aliquis gradus huiusmodi qualitatum de nouo producatur ad melius esse totius corporis vel alicuius partis vel ad quandam varietatem, seruata semper optima quadam temperie, & dispositione totius corporis, & singularum partium; sicut enim sine vllo incommodo, imo cum magna decentia, & congruentia fiet, vt partes non semper retineant eundem habitum in ordine ad se, & ad locum, sed motu locali inflectentur, dirigentur, comprimentur, & laxabuntur, rarefient, & cõdensabuntur, quæ varietates ad bonum statũ & decorem glorioſi corporis pertinebunt, retenta semper cõpetenti figura, dispositione & ordine, raritate, & densitate: ita etiam nullum vitium erit, nullus defectus, sed magna illius corporis perfectio, vt motu cordis, & arteriarum, vel spirituũ, & cõtactu partium dissimilium eiusdem corporis, vel diuersorum fiat nonnulla varietas in corpore glorioso: sine qua varietate forte nec de potentia absoluta potest tactus immutari vitaliter, quia vitalis immutatio a naturali intrinsece pendere videtur. Præterea, nisi naturalis hæc immutatio concedatur, dicendum erit, profectum aliquẽ possibilem in corpore glorioso, per dotem impassibilitatis impediri, quod absurdum est, quia dos ista malum impedit, non autẽ bonũ: sequela probatur. non enim dubium, quin tẽperamenta corporum glorioſorum diuersa sint, & vnum melius alio, sicut facies & staturę diuersæ erunt, & vna melior alia, quæ omnes varietates ad decorem cælestis ciuitatis pertinent: qui autem habet in manu v. g. melius tẽperamentum, quam alius, habebit maiorem, calorem, vel frigiditatem, hic si tangat manũ alterius & non possit vllo modo illam alterare secundũ primas qualitates, alter dãmnũ patietur ex dote impassibilitatis, quoniam non poterit ad melius temperamentum contactu alterius reduci. Idem est de vna parte respectu alterius, & de corpore glorioso respectu non glorioſi, sicut enim in statu Innocentiæ sine vlla indecentia illius status vna pars corporis aliam alteraret secundum qualitates primas, vt expediret corpori in eo statu existenti, & à tenui aura paradisi, & ab alijs simili modo afficeretur cum vtilitate & delectatione, ita de corpore glorioso dicendum est, ita tamen vt nullius partis corporis resolutio vel læsio fiat, quia in eo statu non solum bene se habebit totũ corpus, sed etiã singulæ partes. Vnde recte Sotus supra dixit, cõplexiones diuersorũ mẽbrorũ corporis glorioſi seruari ex temperata actione harum qualitatum & confirmat, quia si corpus glorioſum ab alio glorioso tangatur, sentientur temperatissimæ illius qualitates: actio autem tactus sine præuia alteratione reali non fit, ergo: & similiter quando Christus Lucæ. 24. dixit palpate, & videte, &c. Et Thomæ se palpandum exhibuit, non solum suo calore, vel alijs qualitatibus afficeret tãgentium manus, vt sentiri posset, sed etiã afficeretur, vt posset sentire, quia, vt communiter docetur. 2. de anima, sensus tactus sine præuia alteratione organi non operatur.

147 2. Quæst. Decisio. quorundã.

Alia q. est an hæc impassibilitas sit æqualis in omnibus beatis, Resp. quidem cum D. Tho in 4. supra, quoad negationem seu priuationem esse æqualẽ, vt ex dictis constat, quoad causam tamen esse inæqualem: quod ait ille dupliciter exponi posse. 1. ratione gloriæ & meritorum quæ est 1. radix huius dotis 2. ratione illius qualitatis & dispositionis positiuæ, quæ pro ratione meritorum, magis ac minus perfecta esse potest, sicut cæli vel Angeli æque sunt incorruptibiles quoad carentiam passionis contrariæ, natura vero positiua, in qua hęc priuatio fundatur, perfectior est in vno quam in alio.

Sed cum hæc qualitas omnino ordinata sit ad prædictum effectum, qui semper & in omnibus est æqualis; non video, quo modo aut quorsum latitudo intensiua in ea constitui debeat. Est ergo forma indiuisibilis secundum intensionem non maior in vno quam in alio. Horontius autem lib. 11. c. 40. Aperte docet, omnes dotes pro inæqualitate meritorum fore inæquales in corporibus glorioſis.

Sectio. 18. *Quos effectus habeat dos agilitatis & in quo consistat?*

148 1. Conclu.

DIco. 1. corpora glorioſa moueri poterunt motu progressiuo velocissime & sine vlla defatigatione, etiam si multo tempore sic moueantur. Isai. 40. assument pennas, sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient & Sap. 3. tanquã scintillæ in arundineto discurrent. In qua re primũ aduertendum est. velocitatem prouenire ex dote agilitatis, carentiam vero fatigationis, ex qua prouenit, motum continuari semper posse, prouenire ex dote impassibilitatis, qua fit, vt per motum nec nimius calor generetur, nec spiritus dissipentur, nec nerui aliæue corporis parets nimis relaxẽtur, vel distendantur. Deinde motum progressiuum

siuum supra cælum Empyreum & quod cum que aliud cælum fieri posse, quia figura sphærica cum æquali distantia a centro est spacium maxime accommodatum ad motum progressiuum, modo tale spacium solidum sit, vt est cælum omne beato, non enim penetrat beatus se, nisi cum eo corpore, cum quo penetrari placet: quælibet ergo via solida æquidistans a centro, est optima pro motu isto, imo de via non solida idem est, quia beatus habet dominium sui corporis, ita vt non grauitet, nec descendat, nisi cum ipse velit, & eadem ratione sursum, deorsum, vel sinistiorsum velocissime moueri poterit, grauitate enim non impedietur, siquidem, nec actionem, nec resistẽtiam habet, nisi ad nutum beati. Vnde ad velocitatem huius motus non oportet fingere carentiam grauitatis in corporibus glorioſis, vt fingunt quidam existimantes, rationem huius velocitatis esse carentiam resistentiæ prouenientis ex grauitate, quæ resistentia secundum illos, ablata grauitate, aufertur, & non aliter. Ita tenet Palac. 4. d. 44. Dura. q. 7. nu. 9. Licet ibi etiam dicat, hanc velocitatem tribui posse non alicui qualitati infusę, sed diuinæ voluntati impedienti resistentiam, quæ à grauitate posset oriri Indicat Bonauẽ. 4. d. 44. art. vlt. q. 2. ad. 1. & vt probabile referunt Palud. Maior. & alij, licet oppositum merito existiment probabilius, quia grauitas est naturalis proprietas consequens necessario complexionem, & compositionẽ humani corporis: futuræ autem sunt in eo omnes facultates, & proprietates corporis humani, ergo in eo erit grauitas, alioqui monstruosum, & præter naturam esset, quemadmodum, si non esset solidum nec haberet quasdam partes densiores & duriores alijs, vnde sine dubio fore grauitatem, merito docet Suarez, nec erit inutilis, quia ad descensum velocissimum conducet, si beatus illa sola vti velit ad descensum è cælo, qui fortasse etiam erit velocior, si dos agilitatis sit æqualis, & grauitas corporis maior, & è contra ascensus erit tardior, si dos agilitatis sit equalis & grauitas maior. Similiter beatus dote, agilitatis impedito effectu grauitatis, poterit, si velit, per solam leuitatem ascendere ex aqua, vel aere in sphęram ignis & certe si auferenda esset grauitas, quia impedit motũ sursum, vel progressiuum, auferenda etiam esset leuitas, ne motum deorsum impediret, quę tũ non auferẽt, ergo. Deinde ad velocitatẽ corporis glorioſi non esset satis grauitatẽ auferri: ea enim ablatione solũ fieret, vt moueretur tãta velocitate, quanta moueretur, si nullam haberet resistentiam, ex dote autẽ agilitatis multo velocius moueri potest, alioqui non moueretur maxima velocitate, quia virtus motiua animæ, etiã vbi nulla sit resistentia, valde limitata est propter ipsius imperfectionẽ, vel certe appetitus, vel potentię executiuæ, qua mouet corpus. Nec mirũ si dicamus, animã, remota omni resistentia, habere certum terminum velocitatis, siquidem terra etiã sublata omni resistentia medij, descenderet determinata velocitate, & cælum, licet nullam habeat resistẽtiam, non potest moueri ab homine, sed ab Angelo proportionato, & certa tantum velocitate, & extra cęlũ, si quid nullius resistẽtiæ proijceretur, certa velocitate moueretur. Ratione autem huius dotis moueri potest corpus glorioſũ velocius, quã moueretur naturaliter, sublata omni grauitate, & resistẽtia: adeo vt Altisio. 4. Sũm. tract. 12. q. 1. dicat, quasi in momẽto moueri posse ab oriente in occidentem, & ab aquilone in meridiẽ. Et quidam putãt, moueri posse maiori ac maiori velocitate in infinitum. Sed probabiliꝰ putat Suarez dari certũ terminũ velocitatis, qui maior erit in beatiori: nullum autem absurdum erit dicere, hãc dotẽ æqualẽ esse in omnibus, sicut diximus, impassibilitatẽ esse in omnibus equalẽ, quod etiã de subtilitate dicendum est, licet autem vera esset opinio asserens, velocitatẽ motus beati prouenire ex carentia grauitatis, posset vnus beatus velocius altero moueri, vel quia naturalis agilitas est maior in vno, quã in alio: vel quia beatiori plures gradus resistẽtis grauitatis auferẽtur

Sed vt eo reuertamur. Vnde discessimus, cum velocitas ad motum progressiuum in beatorum corporibus ex carentia grauitatis non proueniat, radicem eius explicat quidam dicens 1. prouenire ex augmento virtutis actiuæ motus, siue hoc sit per additionem alicuius qualitatis, siue per solum maiorem Dei concursum vtentis anima vel corpore beati ad hũc effectum naturales vires superantem: postea tameu dicemus, ad hanc velocitatem nullum augmentum virtutis actiuæ necessariũ esse, sed solã qualitatẽ supernaturalem, qua corpus reddatur obediens ad talẽ motũ. 149

2. ait ille ad hanc velocitatem iuuare optimam dispositionẽ corporis, quia mẽbra omnia habebunt qualitates omnes & quantitatem, ac figuram naturæ suæ maxime accommodatã, & spiritus vitales perfectissimos, & purissimos, nec erit in corporibus aliquod extrinsecum impedimentum, quale solet esse in nobis propter redundantiam humorum, exhalationum, vel vaporum, quæ multum interdum corporis agilitatem minuunt, de grauitate autem naturali probabile putat, quod Duran. dicit, quamuis qualitas ipsa maneat, diuina tamen virtute impediri, ne resistat, actualiter inclinando ad locum contrarium.

Si obijcias, inclinationem actualem ad huiusmodi resistentiam esse effectum formalem grauitatis, ergo non potest manere grauitas

in corpore

in corpore sine tali inclinatione: forma enim nō potest esse in subiecto sine suo effectu formali. Resp. 1. illam inclinationem actualem esse effectum grauitatis, non in genere causæ formalis, sed efficientis & idem ait de inclinatione proxima ad motū deorsum. Vnde vtraque potest diuinitus tolli, manente grauitate, Sed certe, cum grauitas nec mouet nec impedit aliqualiter motum, nec agit neque resistit, ergo illa inclinatio proxima ad agendum, & resistendum non est effectiue a grauitate. 2. Resp. etiam si ex parte grauitatis maneat aliqua resistentia, virtutem tamen motiuam tātam esse vt ea non obstante possit velocissimum motum agere. sicut si terra moueatur sursum ab Angelo, resistit quidem quantum potest, sua grauitate. Nihilominus propter Angeli virtutem potest summa velocitate moueri. Sed ego non concedā, in corporibus glorioſis vllam esse resistentiam actualem ad motum sursum, imo nec inclinationem proximā ad resistendum actu, seu impediendum motum, quia solum inclinat ad hoc sub conditione absentiæ dotis illius, quæ agilitas vocatur, in terra autem est inclinatio ad resistendum Angelo, seu resistentia habitualis, aut aptitudinalis: non tamen actualis resistentia, quia non potest resistere Angelo licet appetat, si autem vellet mouere sursum tanta velocitate, quanta posset mouere aerem, grauitas terræ resisteret actu, quia actu impediret aliqualiter vim motiuā Angeli. Vnde ad argumētum Resp. inclinationem proximā ad resistendum motui sursum, esse effectum formalem secundarium, vel potius esse eius effectum ingenere causæ materialis; sicut enim disponere ad receptionem alicuius rei, est effectus formæ & qualitatis, non ingenere causæ efficientis, nec formalis, sed materialis dispositiue, ita impedire receptionem, est effectus in genere causæ materialis impeditiuæ, quæ etiā indispositiua, seu male dispositiua dici potest & propterea resistentia, seu actualis inclinatio ad resistendum, tolli potest, manente grauitate, sicut manente quantitate potest, dari penetratio, licet expulsio alterius corporis ab eodem spacio, videatur effectus eius in genere causæ formalis vel materialis, & habere extensionem partiū in ordine ad locū, separatur à quantitate, & ratitate, ac densitate in Eucharistia. Ex quo patet solutio ad argumentum quoddam quod ex Aug. sumi potest. 22. ciuit. c. 11. asserente, ita ne Deus omnipotens, qui ipsa creauit elementa, terreno corpori graue pondus auferre non poterit. Respondetur enim cum Horontio libr. 11. capi. 40. Non dixisse, quòd facit, sed quòd poterit facere. Deinde Deum ablaturum pondus, nō quoad substātiam, sed quoad impedimentum, quod afferre posset, ne corpora glorioſa essent vbi vellent, & mouerentur, quo vellent.

Dico. 2. licet Durand. 4. d. 44. q. 7. asserat, esse fictitium, & inopinabile, corpora glorioſa posse mouere se non organice, seu quasi simplici motu, & impulsu non mouendo vnam partem quiescente paululū alia, seu progressiue; tamen probabile satis est oppositum, quod tenet Scotus. 4. d. 49. q. 14. Palud. d. 44. q. 4. Horontius lib. 11. c. 40. 1. Suarez ait, opinionem Dura. parum esse probabilem, nulla est enim ratio cur glorioſis corporibus hunc motū denegemus, præsertim cum scriptura maiorē velocitatem illis tribuere videatur, quam possit commode inueniri in motu progressiuo, vt indicant illa verba Sap. 3. tāquam scintillæ in arūdineto discurrent. Præterea corpus glorioſum sua vi ascendit in cælum, motus autem iile nō est progressiuus, nec enim verisimile est, quod quidam fingunt, ascendere gradatim per aerē quasi per scalam, sistendo pede vno in vna parte, dum alium mouet pedē, hoc enim licet, sit possibile, tamē sic tantū moueri posse, videtur indecens, & imperfectio magna. 15

Hæ tamē rationes nō cogunt, nā motus iste velocior & velocior in infinitū intelligi potest & est magis naturalis homini, ergo fidemus beato, posse velocissime sic moueri, nihil absurdi erit, nullū alium motum ei tribuere, præsertim in cælis, vbi non solū pedes sistere, sed niti possēt propter corpori cęlestis soliditatē, verū nec rationes Dur. cogūt: prima enim est, quia oportet distinguere partē mouētē a parte mota, sed anima sola nō est mouēs, nec sola materia est mota, ergo in partibus integrātibꝰ seu organicis vna pars est mouens, alia mota, & sicꝰ est organicus. 2. est quia vt Scot. fatet, in corpore glorioſo nō erit noua virtꝰ motiua, antiqua autē, & naturælis solū pōt mouere organice, ergo. Ad 1. rat. R. licet demꝰ virtutē motiuā esse in sola anima, nō inde fit, solā materiā moueri, sed totū compositū, quę dist. sufficit inter mouens & mobile, si autē virtus mouēs ponatur in cōpositoex anima, & corpore, dici potest, virtutē actiuā motus esse in vna parte corporis mouēte alias, ad cuiꝰ motionē ipsa pars in qua est virtus actiua & cęterę partes mouēā tu. Et præterea nō videtur repugnare quod eadē pars sit per se mouēs & per se mota secūdū diuersas rationes, aut potētias, nēpe actiuā & passiuā, præsertim si virtus actiua sit supernaturalis, quod autē vna pars integralis sit per se mouens & alia per se nota, seu vna per se & aliæ quasi per accidēs, vel quòd dū mouetur vna, alia quodāmodo sistat, & quiescat, est secūdū exigentiā naturæ ob limitationē virtutis naturalis, tñ in motu proueniente à dote agilitatis, non oportet seruari, sed sicut vno impetu potest homo saliendo moueri aliqualiter

sursum

sursum solis naturæ viribus,ita vsque in cælum Empyreũ ex dote agilitatis,quæ videtur corpus reddere obediens animæ ad quemcũque motionis modum,& non solum ad velociorẽ motum progressiuum Ad.2.R. argumentum solum procedere contra ponentes, hunc motũ fieri sola naturali virtute,nec contra hos habere vim,quia vis naturalis in corpore supernaturaliter dispositio,potest non solũ velociorẽ motum organicum,sed etiam motum nõn organicum efficere.Neutrius ergo opinionis argumenta concludunt:sed.2. tenenda est, quia possibilis est modus ille motus,& ad maiorẽ gloriam beatorum spectat.

151 Qua autem virtute motus isti fiant,quantũ excedant naturæ vires.

1. Opin. ait,fieri sola virtute Dei, seu existente in Deo, probabileputant Mai. 4. d. 49.q.19. supplem.d.44 q.2.sed Suarez bene ait, nõ esse consentaneum patribus,qui dicũt, corpus futurum esse agile instar Angeli: quæ autem ab alijs tantum mouentur,licet velocissime moueantur, agilia non dicuntur:dicunt etiam, corpora illa mouere se, quod significat Isai.c.40 assumment penas,&c.&Pau. 1.Cor.5.seminatur in infirmitate,surget in virtute.Vbi vide D.Tho.

2. Opinio. 2. Opin.est,virtutem motiuam esse vim naturalem existentem in corpore, quatenus in eo est: 5. essentia, seu aliquid de natura cæli quod augebitur in resurrectione & prædominabitur in corpore glorioso,ità Alẽsis,cuius fũdamẽtũ reiectũ est sectione præced.& licet admitteretur,explicandum esset,quomodo corpora hæc ex participatione naturæ cæli quod agile non est, agilia fiant.

Decisio & 3. sententia Authoris. 3.sentẽtia Scoti & Horõt.supra,est motũ istorũ fieri naturali virtute animę,quę,vt postquã est separata,potest se mouere nõ organice, ita postquã est vnita corpori glorioso,nõ.n.per cõiũctionem amittit vim illã:mouendo autem se deferet secum corpus,ergo corpus mouebitur non organice. Deinde Angelus potest mouere organice,& nõ organice corpus,quod assumit,ergo & anima separata poterit in statu separationis idem efficere,quia modũ operãdi Angelorum habet,cum autem ad corpus proprium redierit, poterit vtroque modo ipsum solũ mouere,ait autem Sco.virtutẽ,qua fit hic motus in corpore glorioso,eandem esse cũ illa, qua efficit motũ progressiuũ in corpore corruptibili, sed non mouere immediate omnes partes in corpore corruptibili,quia quædã nõ sunt sufficiẽter dispositæ ad recipiendũ immediate motũ,secus omnes partes corporis glorioſi. Deinde ait,vt virtus illa motũ tãtę velocitatis efficere possit ,intenditur, sicut virtus visiua,& alię.

52 Hęc sententia quãtũ ad id,quod ait,virtute actiua naturali fieri hunc motũ, placet mihi tum ne fingatur sine necessitate alia qualitas, tũ quia voluntas vel appetitus non causat immediatius motum, saltem progressiuum in corpore corruptibili,quãin glorioso:in corpore autẽ corruptibili causat illum omnino immediate, idest nulla media virtute actiua, quia secundum probabiliorem opinionem, de qua alibi,virtus motiua executiua nó distinguitur ab appetitu,vel a potentia cognoscitiua, siue in Deo,siue in Angelis, siue in hominibus; siue in brutis,ergo etiã efficit immediate motũ in corpore glorioso:ratio autem cur in corpore corruptibili vel alicuius damnati nõ possit anima efficere motum nõ organicum, nec tã velocem motum organicum est carentia dispositionis partiũ,quę dispositio est dos agilitatis,quæ obedientes reddit omnes partes voluntati,id vero quod dicit Scotus:augendam esse virtutem motiuã naturalem,non placet, tum quia per solã nouam dispositionem corporis, quã insinuauit,sed nõ explicuit,sine vllo augmento virtutis actiuæ satis hęc res intelligitur: tum quia virtus hæc est potentia cognoscitiua vel appetitiua neutra autem intenditur in resurrectione, imo nec visus vel alię potentiæ, vel quia non sunt intensibiles, vt inquit Suarez, vel quia non opus est vt intendantur, & eadem ratio est de potentia executiua, si sit distincta ab istis, sicut enim aliæ qualitates naturales erunt intensæ non iuxta quantitatem gloriæ animæ; sed naturalem exigentiam complexionis cuiusq. ita & potentię partis sensitiuę,& de potentijs partis intellectiuæ certum videtur. Deinde quod ait Scot aiã separatã,quando redit ad corpus posse seipsã immediate mouere, falsum puto vt .n. in corpore corruptibili nõ potest mouere se immediate,vt.3.li.de anima docuimus, & experientia videtur notum,sic.n æque immediate moueret omnes partes,ita nec postquã est separata & rursum vnitur corpori glorioso vel nõ glorioso,potest se immediate mouere,sed tãtum ad motum corporis,cui est alligata,sicut nec nunc potest immediate mouere corpus, quod nõ informat,licet posset in statu separationis:ita q.in vnione ad corpus amittit dominiũ q habebat ad efficiẽdũ in alijs corporibus& in seipsa immediate motum.Per hæc iudicare licebit de argumentis ,quibus quidam Scotum reijcit.

158 Qui addit,motum nõ organicum, & celeri 4. Sententia. tatẽ supernaturalẽ motus organici tribui posse potẽtię obedientiali actiuæ animæ diuinitus & supernaturaliter eleuatæ ad hos effectus, sicut eleuatur virtus obedientialis aquæ baptismi ad efficiendã gratiam in anima,quã opinionem tribuit Soto. 4.d.49.q.4.a.7.sed Sot nihil tale dixit: sic.n. ait: quod si queras, vtrum hæc dos sit qualitas a corpore distincta. Resp. quod nec necessitas talis qualitatis apparet

nec

nec D.Th.expresse eã ponit,verũ tñ nec super flua videbitur, si inesse corpori asseratur tanquã motiua virtus,& perfecta sanitas, vnde S. Th.ait, quod est pfectio effluẽs ab anima glorificata in corp9 ,qua fit habile,vt subijciat animę,&Aug.3.ciu.c.18.dotẽ hãc graphice exponẽs virtutianimæ eã tribuit.ait.n.hocDeũ animis illis pfectissimis tribuere, vt sua corpora, quãuis terrena,tñ in corruptibilia,vbi voluerint,ponãt,& quo voluerint agãt,motu,situq. facillimo,nã si Angeli quælibet animalia rapere possunt,& vbilibet cõstituere,cur sãctorum perfecti spiritus diuino munere,sine vlla difficultate nó poterunt,quo voluerint, sua sistere corpora,subditq. aptissimũ exẽplm a corpore sano: mẽbra .n. suæ carnis leuiora portat aĩa cũ in sanitate robusta sunt,quã in lãguore,cũ macra sunt.Et cũ alijs gestãtibus oneros̃ior sit san9 & valid9,quã exilis & morbid9,ipse tñ ad suum corpus mouendum,atq. portãdum agilior est , cũ bona valetudine plus habet molis, quã cum in peste,vel in fame minimum roboris,& infra ait Sotus, tanquã prẽmiũ beatorũ corporibus,quæ in hac vita fuerint iustis animis obsecuta,retribuet Deus agilitatis dotem: qua in illis fælicib9 motib9 ad nutũ illis perpetuo obtẽperẽt.est ergo inquit agilitas perfecta quædã sanitas ex pfectissima animatione proficiscens, vt expedite obsequi ad nutũ valeat volũtati beati,vbi vides Sot.nõ meminisse potentiæ obedientialis actiuæ quã vt credo, nec ipse, nec vllus alius ante recẽtiores quosdã potuit,vt in materia de sacramentis ostẽdi,nec si admittatur in sacramẽtis ad cõferendã grariã, vel in humanitateChristi aut alijs huiusmodi, hic videt admittẽda,quia nõ est op9 eã admittere , nec facile erit explicare , quid sit illud, quod assumitur, vt instrumẽtum physicũ, ad motum prędictum glorios̃i corporis efficiẽdum,nempe an sit substãtia animę vel aliquod eius accidẽs,& quod nã,vel substãtia corporis,vel totum cõpositum,vel aliquod eius accidens & quod?Duos autẽ modos rem explicãdi,in verbis citatis ponit Sotus.1.est nullã dari qualitatẽ nouã,sed Deo volẽte, corpus subiectum esse ad nutum voluntati quoad motum localẽ,vt aer quãuis nubilus,& opacus,volẽte Deo recipiet lumẽ solis sine additione alicuius qualitatis.2.in quẽ magis videtur propendere Sotus,quiq.magis consonat Aug.est,quem in 3.sententia defendebam9,nempe corpori dari virtutem motiuam,nõ actiuã,sed susceptiuam motus,nempe qualitatem supernaturalẽ, qua subiectum animæ raddatur in ordine ad motum localem,veluti sanitas est dispositio necessaria in corpore,vt recte possit moueri ab anima,quod vero Sotus addit,ex perfecta animatione dimanare, ridiculum est,nam anima eodẽmodo substãtiali corp9corruptibile informat,Manat.ergo agilitas hæc ab anima moraliter tñ,vt de claritate diximꝰ sect. 16. Nec cõtra hanc nostram sententiam quicquam facit Aug.in verbis citatis,sed fauet potius ,vt vidimꝰ,quia hanc dotem cõparat cum sanitate &similiter fauet.16.ciu.c.27.dicens, imperabit Deus animo,animꝰ corpori tanquã obedięti, ibi erit suauitas,& facilitas,quanta regnãdi vi uendiq.fęlicitas.Ex quibus verbis Sotus probat hac dote obediens,prõptum, & expeditũ reddi corpus ad obediendum animæ in ordine ad motum localem.Ad idem adducit Aug. 22.ciu.c.vlt.dicentem,certe vbi velit spiritus, ibi protinus erit corpus,&c.Idem vult D.Th. 4.d.49.q.2.a.3.q.1.vbi ait,hanc agilitatem esse perfectionem fluentem ab anima glorificata,in corpus,quæ illud reddit habile , vt obediat aĩę,vt motori , vbi aperte ponit hãc qualitatem,& male aliqui ponunt , esse virtutem actiuã,cumD.Th.dicat, solã animam esse motorẽ,corpus autem ea dote fieri habile, vt ab anima moueatur,& iam diximus,vltra temperamentum,& sanitatem naturalẽ,requiri hanc qualitatem,vt corpus ab anima possit dictis modis moueri.eadem autem est opinio Rich. 4.d.49.ar.4.q.7.& Bona.ar.vlt.illius dist.q. 1.& 2. nam eodem modo loquuntur quo D. Th.imo & clarꝰ,& clarissime Palud.d. 44.q. 1 ar.1.nu.6.& 7.& Horon.li. 11.c.40. qui hãc qualitatem probat ex Aug.22.ciu.c.11. dicente,omitto dicere quod iã in tertio decimo lib. dixi,quã multa grauia terrena sint corpora sicut plũbũ,& formã tamẽ ab artifice accipiunt, qua natare valeant & vt accipiat qualitatem corpus humanum qua ferri in cælũ,& esse possit in cęlo,omnipotẽti artifici cõtradicitur.Addit antẽ Horõ.fortasse hanc qualitatẽ pennas Isaias dicere voluit,cũ ait c.40,assument pennas vt aquilæ &c.Altisio. etiã.4. summæ trac. 12.q.2.aperte ait,agilitatẽ esse potẽtiã quãdã a Deo collatã corporibꝰ glorios̃is , qua moueri possunt ad omnem locum , sicut leuitate possunt moueri sursum.

154

Vnde 5.Opinio quam adducit & vt probabiliorem videtur sequi quidamneotericꝰ, nẽ pe dotem hanc esse qualitatem supernaturalẽ existẽtem in corpore glorios̃o, quæ non dispositiue ,sed actiue cõcurrat admotum,neque in D.Tho.nec in aliquo ex his authoribus habet fundamentum, neque certe in ratione, quoniam sic membra non mouerentur immediate ab appetitu in corpore glorios̃o,sicut diximus moueri in non glorios̃o.& deinde quando moueretur corpus organice eadem velocitate,qua moueretur,si esset nõ glorios̃um,vel cõcurreret hæc virtus supernaturalis simul cũ naturali,quod videtur superfluum ,vel altera tantum:& sic non esset maior ratio de vna, quam de alia;& non mouenti, quodammodo irrogaretur iniuria: & quando velocior vel non organicus futurus esset motus,vi naturali

155

5. Opinio.

turali inchoatus, deberet alia virtus eundem prosequi. Deniq. licet hæc virtus esset supernaturalis, esset corporea, ac proinde imperfecta, & limitata, ergo non moueret tanta velocitate versus omnem positionem orgnanice, & non organice. Dispositiue autē totum hoc tribui qualitati corporeæ supernaturali, effectiue autem alicui qualitati spirituali, etiam naturali, non videtur incommodum, & si aliqua esset ponenda, potius esset ponenda in substātia animæ, intellectu, vel voluntate, quam in corpore, in illis autem à nullo ponitur, ergo nulla est ponenda qualitas actiua, sed sola dispositiua, ac proinde in corpore.

156. 3. concl. Vnde dico. 3. retinendam esse tertiam sententiam, non eo modo, quo explicatur a Scoto, sed eo modo, quo à nobis explicata est, si autem vnus beatus potest alio velocius moueri, ponenda est qualitas corporea in vno intēsior, quam in alio: quod de sua actiua qualitate docet neotericus ille. Si autem æquali velocitate omnes moueri possunt, dicendum est, hanc qualitatem non habere, latitudinem, quia confert cuilibet corpori plenam obediētiam in ordine ad quemcumq. motum localē imperatum ab anima.

157. Quæstio. Quæres, an hac dote possit corpus gloriosum moueri subito ab vno in alium locum, ita vt nunc sit in vno loco, & immediate post hoc in alio loco determinato: & inprimis suppono tāquam certum, non posse talem motū fieri mobili transeunte per medium, sic enim oporteret immediate post hoc instans corpus totū esse circunscriptiue in pluribus locis adæquatis, siue cōmunicantibus, siue non cōmunicantib. quod forte nec de potentia absoluta est possibile, vt multi tenent, de quo in Physicis, & tracta. de Eucharistia. Et licet sit possibile de potentia absoluta, non est cur concedatur, actu esse concessam facultatem cuilibet beato constituendi corpus suum inpluribus locis adæquatis, licet hanc potestatē concessam esse humanitati Christi ratione vnionis hypostaticæ, probabilius censeat Suarez, 3. p. to. 2. disp. 48. sect. 4. & licet omnib. beatis concessa esset potestas, tū si cōstitueretur aliquis immediate post hoc inpluribus locis adæquatis, non diceretur transire subito de extremo ad extremum per medium, id est transeundo mediū, sed manendo in medio, vt quādo Angelus immediate post hoc occupat spaciū aliquod contiguū priori, quod relinquit, nō dicitur transire de extremo ad extremum per mediū, sed cōmutare vnum locū pro alio contiguo. Tota ergo difficultas est an corpus glorioſum subito possit transire de extremo ad extremum sine medio, ita vt nunc sit in vno loco adæquato, & immediate post hoc in alio loco adæquato distante, cōmunicante, vel non cōmunicante cū priori, & similiter toto tēpore præcedenti esse in vno loco; & immediate post tale tempus; seu in sequenti instanti esse in alio loco.

158. 1. Opinio est, beatū non posse sic moueri, ita. D. Tho. 4. d. 44. q. 2. a. 3. q. 3. vbi ait, id implicare contradictionē, quia non mouetur qñ totum est in termino à quo, nec qñ totum est in te amino ad quē: ergo nunquā, eadem ratione idem tenet Sotus, d. 49. q. 4. art. 7. Sed merito Suarez supra putat, rationē hanc nullius esse momenti, alioqui in motione Angeli, & animæ separatæ, & in metaphorica motione intellectus, & volūtatis vim haberet, & ad argumentū facile dici posset, corpus glorioſum moueri cū primū est totū in termino à quo, quia tunc primum aliter se habet quam prius, vt dicitur in prædictis motionibus Angeli, animæ &c. Alij vero eandē sententiam tenent, non quia implicet contradictionem, ita corpus moueri: sed quia hic motionis modus est supra omnē virtutē creatam: corpus autem glorioſum mouetur virtute creata, alioqui moueretur à solo Deo, quod in superiorib. reiectū est. ita Palud. 4. d. 44. q. 4. Durā. q. 7. Rich. d. 49. a. 4. q. 7. & 8.

159. 2. Opini. Suarez autē supra probabile iudicat, quod ego quoq; satis probabile reor, beatos omnes posse sic corpora sua mouere. Nam Laurentius Iustin. lib. de perfectione monasti. conuersa, cap. 23. ait, posse corpus beati in momento, & absq. mora eo diuertere, quo impetus spiritus direxerit. Et Aug. de cognitione veræ vitæ, cap. 45. Ansel. de similit. c. 48. & in prosologio. c. 25. & alij sectio. 15. citati ex illo Pauli. 1. Cor. 15. seminatur corpus animale, & resurget spirituale: & Matth. 22. erunt sicut Angeli Dei, asserunt, beatos incorporis agilitate pares Angelis fore, & alij dicunt valde similes, ergo vt Angeli possunt subito moueri iuxta communiorem, & probabiliorem rem opinionem, quam fuse docuimus in materia de Angelis, ita corpora glorioſa. Vnde Aug. supra, & in Enchirid. cap 90. & alij locis citatis sectio. 15. dicit, tam cito beatum posse corpore, quam cito potest cogitatione ad locū distantem transire, & Bernard. serm. 4. omn. sancto. tanta inquit, futura est corporum agilitas beatorum, vt possint si velint, absque omni mora, seu difficultate ipsam quoq. cogitationum nostrarum sequi ad omnia velocitatem. Et expresse hāc sententiam tenet Parisien. 1. de vniuerso. p. 2. fol. 158. col. 3. c. reuertar igit. Vbi id probat, alioqui posset dari motus naturalis maioris, æqualis, vel fere æqualis velocitatis cum motu velocissimo corporis glorioſi, puta motus. 1. mobilis, quod in ictu oculi millies millia milliaria trāsit: consequēs

videtur absurdum,ergo,& fol.161.col.4.cap. His igit,ait, corpora illa spiritualia dici, quia tam cito possunt re ab vno in alium locũ transire,quã cito spirituales creaturæ trãseunt cogitatione. Præterea id pertinet ad maiorem Dei, & sanctorum gloriam,nec excedit creatam virtutem,aut beatorum, vt exponemus, ergo id tribuendum illis est, aut saltem probabiliter tribui potest, cum nihil vrgeat in contrarium.

160. Sicut autem diximus, ad alios motus efficiendos, qua parte non possunt fieri solis naturæ viribus, non eleuari corpora glorioſa, vt instrumenta, neque in illis, aut in animabus ponendam esse vllam qualitatem actiuam, sed solam potentiam executiuam motus naturalis illos motus efficere, suppoſita in corpore glorioſo qualitate supernaturali, qua reddatur subditum, & subiectum animæ in ordine ad illos: ita etiam de hoc motu dicendum est, neq. in eo est vlla specialis difficultas.

Sectio.19. De dote subtilitatis.

161 SECTIONE. 15. diximus, de dote subtilitatis duplicẽ esse opinionem. 1. est,quæ consistere eam putat in quadam subiectione corporis ad animam quoad motus appetitus sensitiui, & imaginationis. 2. quæ asserit consistere in facultate penetrandi alia corpora primam opinionem sequitur Catechis. Rom.in expositione Symb. circa articulum resurrectionis D.Thom.4. dist.44. q.2. art.2 q.2.num.9.Durand.q.5.Palud. q.3.Capreol.q.3.Sotus,quæst.4.ar.6.Secundam vero opinionem tenet Bonau.4.d.49.ar.penul.q 1. Taranta,quæst.3.Scot.q.16.Richard.art.4 q. 4.& 5.Suarez.3.p.tom.2.disput.48.section.1. & 5 Angles,q de beatitudine,art.5.difficul.2. Palaci.4.d.44.disp.3.in fine. Vtramq. sententiam probabilem censuit,sed secundam elegit Horontius,lib.11.c.4.& Altisiodo.4.sum.tracta.12.q.2.Parisiẽ.fol.157.& 158.& 161.col.4. & fol.163.col.2. & suadetur, quia hæc penetratio videtur ad dotem aliquam glorioſi corporis pertinere,sed non ad aliam, nisi ad subtilitatem,ergo.Præt.Damascen.4.fid.cap.28. in spiritualitate posita à Paulo, 1.Cor.15. intelligit subtilitatem,& impassibilitatem, statim autem ait. Hoc enim spirituale designat, quale domini corpus post resurrectionẽ clausis portis ingrediens, infatigabile, ciboq. somno, & potu non indigẽs. Videtur ergo in hac penetratione constituere subtilitatem. Vnde Epiphan.hæres.64. spirituali subtilitati corporis Christi tribuit, quod ingressus fuerit ad discipulos foribus clausis: similiter Grego. 14.moral. cap.31. Conf. quia quidquid intelligitur nomine spiritualis,pertinet ad hãc dotem, sed penetratio pertinet ad spiritualitatem ex Damasceno ibi. Anastas. Antioch.lib. 5. de resurrectione. Aug. de cognitione veræ vitæ,cap.45.Chrysosto.& Theophy. 1.Corin. 15.ergo penetratio pertinet ad aliquam dotem,sed non ad aliam, ergo ad dotem subtilitatis. Denique rationes, quibus aduersarij dicunt, hanc penetrationem ad nullam dotem pertinere nullius momenti videtur. Prima est Durand. quia non potest etiam de potentia absoluta dari penetratio dimensionum,quod fundamentum falsum esse dicemus. Secunda est D.Tho.& Soti,quia effectus dotis est effectus creaturæ, sed penetratio non est effectus creaturæ, sed soluis Dei, ergo.Cui rationi potest facile negari min. potest enim creatura nempe qualitas aliqua ita subiectum reddere corpus spiritui, vt beato volente esse in aliquo loco,nõ obstãte alio corpore non glorioſo, aut admittendo secum aliud corpus non glorioſum, id fiat, & similiter corpus, quodlibet sine ista qualitate posset sic esse inquolibet loco, si Deus vellet, & hoc esset se penetrare, ergo penetratio potest intelligi sine vlla qualitate, vt intelligitur à Scoto, & sic subtilitas supponit pro quantitate, vt est sub tali voluntate, vel pro voluntate Dei circa modum existendi in loco, quem habitura est quantitas corporis glorioſi,& si primum admittamus,hæc dos erit quid creatũ, nempe quantitas,si vero secundum erit Deus sub certo conceptu,& ratione.

SED obijcies, quia illa subiectio corporis in ordine ad actus imaginationis, & appetitus sentientis, pertinet ad aliquam dotem,& non nisi ad dotem subtilitatis, ergo responderi facile posset. Primo, eam subiectionem prouenire à sola voluntate Dei, vel à iustitia originali existente in anima, & ideo non esse referendam in aliquam corporis dotem.Secundo vtramque subiectionem pertinere ad hanc eandem dotem, sed melior est prior solutio, quia tam variæ subiectiones ad eandem dotem non videntur reducendæ. Hoc ergo modo recte posset secunda opinio defendi. Defendendo autem primam opinionem, posset ad agilitatem reduci, quia velocitas motus, & penetratio modũ se habendi corporis in ordine ad locum importat, & ideo videntur ad eandem dotem reduci posse, vel corporis penetratio non potest esse effectus qualitatis supernaturalis, quia importat dominium quoddam in aliud corpus, quod dominium non potest habere 162.

corpus

corpus glorioſum, ratione qualitatis actiuæ, nec paſſiuæ, ſed ex mera voluntate Dei, & ſi ab aliqua qualitate proueniret, etiam conferret dominium in corpus glorioſum, quod eiuſdem rationis eſt, cum non glorioſo, & non habet maius impedimentum, vt penetretur à corpore glorioſo, quam corpus non glorioſum, & hac via procedit Sanct. Thom. & Sotus.

163. Q. 2. Quidquid autem ſit de hac quæſtione, dicendum eſt, corpus non glorioſum à glorioſo penetrari poſſe, ita vt dimenſiones vtriuſque ſimul, & in eodem loco ſint. Licet enim Durand. 4. diſt. 44. q. 6. putet, id contradictionem implicare, cuius opinionem probabilem putat Palud. ibi. quæſt. 3. tamen hæc ſententia tan quam omnino falſa, & temeraria, vel improbabilis, reijcitur merito, & optime à Suarez, 3. part. tom. 2. diſput. 48. ſectio. 5. Soto ſupra, nec enim poteſt explicari ſine huiuſmodi penetratione, quomodo Chriſtus lapide nondum reuoluto exierit de ſepulchro, & clauſis ianuis ingreſſus ſit ad diſcipulos, & clauſtro virginis integro manente, exierit in mundum, & quomodo aſcendit in cælum. Quod enim aliqui dicunt, corpus Chriſti, & cætera corpora glorioſa ex dote ſubtilitatis habere, vt figuram ſuam variare poſſint, & in tenuiſsimam formam ſe contrahere, ac proinde, per quemcumq. porum, quantumuis paruum ſe colare, & per quantumuis exiguum orificium intrare, & exire, & ita factum in natiuitate Chriſti, & eius reſurrectione, & ingreſſu ad diſcipulos ridiculum, & indecens eſt, quia licet eiuſmodi attenuatio fieri poſſet de potentia abſoluta, tamen tollit figuram conuenientem humano corpori, & ideo à Soto, & Angles, Suarez & omnibus reijcitur, & præterea non ſaluat aſcenſum in cælum: cæli enim poros nullos habent, nec diuidi poſſunt, niſi miraculoſe, & parum decenter: ſolidiſsimi enim, quaſi ære fuſi, & fundati ſunt, omnique ferro, & adamante ſolidiores. Iob. 37. & ideo ſatis proprie. B. Paul. Hebr. 4. ait, habentes Pontificem, qui penetrauit cælos, & ſic Chriſtus, & beati poſt reſurrectionem poterunt, per cælos moueri, & ad terram deſcendere, & rurſum aſcendere in cælum. Argumenta autem in oppoſitum facile diluuntur à Soto, & Suarez, Richard. & Palud.

164. Q. 3. Mouet autem difficultatem quidam, vnde hæc penetratio corporis glorioſi cum non glorioſo proueniat. Et primo ait, non eſſe effectum alicuius qualitatis tollentis repugnantiam naturalem, quam habent duæ quantitates reſpectu eiuſdem loci. Probat. 1. quia illa qualitas non priuat corpus ſua quantitate, vt per ſe conſtat, nec extenſione in ordine ad locũ, nã hæc tam intrinſece coniuncta eſt ex natura rei cum quãtitate, vt nulla qualitate creata impediri queat, ergo non reddit corpus penetratiuum alterius. 2. Quia effectus adeo ſupernaturalis non poteſt eſſe cõnaturalis alicui qualitati creatæ, vix enim mente concipitur, ac ſoli Deo propter eius infinitatem conceditur. 3. Quia, vel illa qualitas eſt ſpiritualis, & ſic nõ poteſt afficere corpus vt illud ſubtilius reddat, ac modum exiſtendi eius immutet, vel eſt corporea, & ſic ipſa natura ſua poſtulabit partium extenſionẽ in ordine ad locum, quomodo ergo illam impedietin quantitate? Conf. nam ſi corpus beati eſſet ita intrinſece diſpoſitum, non poſſet conſeruata illa diſpoſitione habere extenſionẽ partium in ordine ad locum, neq. vna excluderet aliam ab eodem loco, ſicut corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia, & retinens illam diſpoſitionem, & modum exiſtendi, non poteſt habere prædictã extenſionem. 4. Quia hæc eſt communis ſcholaſticorum ſententia. Durand. 4. d. 44. q. 5. n. 13. ad. 1. Palud. q. 3. a. 2. concl. 2. nu. 14. Capreol. q. 3. ſupplem. q. 2. D. Tho. q. 2. a. 2. q. 2. Scoti. d. 49. q. 16. Rich. art. 4. q. 5. Maior. q. 20. Soti, q. 4. ar. 9.

165. Sed haec parum vrgent. Ad. 1. enim dici poteſt, qualitatem illam non priuare quantitatẽ extenſione in ordine ad locum, quia corpora glorioſa manebunt extenſa in ordine ad locum, partibus eorum reſpondẽtibus partibus loci. Neq. forte eſſe poſſe vllam qualitatẽ, cui ſit connaturale tollere extenſionem partium in ordine ad locũ, quia talis deberet eſſe ſupernaturalis, & optima corpori: priuare autẽ corpus extenſione in ordine ad locum nõ expedit corpori: tum, quia deberet eſſe corporea, ac proinde nõ tollens, ſed natura ſua exigens extenſionẽ ſuã, & corporis in ordine ad locum. Tum, quia non habere extenſionem in ordine ad locũ, eſt poſſe eſſe totum in toto, & totum in qualibet parte loci, & hic modus eſt tã proprius ſpirituũ, vt non poſsit corpori tribui à qualitate creata, & corporea, ſed à ſola voluntate Dei. Id ergo ſolum præſtabit illa qualitas, vt ad nutum beati corpus glorioſum non impediat exiſtentiam alterius corporis in eodem loco, quam tamen ſine hac qualitate impediret. Ad ſecundam dici poſſet huiuſmodi effectum non eſſe adeo ſupernaturalem, aut intellectu difficilem, aut eximiũ, vt in qualitatẽ ordinis ſupernaturalis reduci non poſsit. Ad. 3. R. ex dictis, illa qualitate corporali non tolli extenſionẽ partium in ordine ad locum. Ad. conf. Reſp. illam qualitatem non conferre dominium vni parti corporis glorioſi ſuper aliam, vel ſuper aliud corpus glorioſum, ſed ſupra corpora quaſi inferioris ordinis, ſcilicet, non glorioſa, & ideo ratione illius partes non poſſunt ſe quaſi inuicem penetrare

netrare, sicut nec gloriosa corpora se inuicem penetrant, & licet possent se inflectendo penetrare, tamen adhuc seruaretur extensio partium in ordine ad locum, nec essent omnes in eodem loco, quia semper possent in infinitum aliæ, & aliæ inflexiones fieri, corpus autem Christi in Eucharistia, ex voluntate diuina propter vtilitatem hominum simul cũ decenti modo essendi ipsius corporis, nullam habet extẽsionem partium in ordine ad locum, sed in ordine ad se.

Ad.4.R.de Durando, & Palud. non mirum, si hunc effectum dicant, non posse prouenire ab aliqua qualitate, cum Durandus, vt retulimus, sentiat nec a Deo prouenire posse, & Palud. eius opinionem probabilem existimet D. autem Thomas & sequaces, cum penetrationem in nullam dotem referant, non mirum si penetrationem nulli qualitati tribuant, qui vero cum Scoto hunc effectum referũt in dotem subtilitatis, rectius sentirent, esse alicuius qualitatis effectum: quia dotes qualitates sũt, & alioqui corpus Christi non esset magis subtile post resurrectionem quam antea, quod est contra Epiphan. & Damasce. & Grego. supra & alios sanctos, & sequela patet, quia ex virtute Dei sibi assistente, eodem modo poterat penetrare se cum corporibus non glorioſis ante resurrectionem, & postea. Cum ergo sit magis subtile post resurrectionem, sequitur, tunc posse id alio modo, scilicet ratione qualitatis, cui sit connaturalis hic effectus: eius autem gloria est exemplar gloriæ aliorũ, ergo, & reliqua corpora gloriosa penetrare possũt alia ex qualitate supernaturali, & alioqui non erunt proprie subtilia, & in se ipsis perfectiora quoad hunc effectum, quam in hac vita. Conf. quia corpus Christi magis poterat se penetrare cum corporibus non glorioſis, quam cum glorioſis, cum his autem poterat se penetrare ex virtute Dei, sibi assistente ad facienda miracula, ergo cũ illis ex qualitate, & virtute intrinseca. Præt. aliæ dotes sunt qualitates, ergo, & ista, & alioqui hæc erit pura denominatio extrinseca, vt magis constabit: & ita dotem subtilitatis esse qualitatem, quæ penetrare cõferat, sentiunt Bonau. 4.dist.49 art.penul. q.1. Richar. vero d.44.a.4.q.5. Palac. disp 3.cõcl. 6.&.7.& Tarant.q.3.idem problematice defendit. Dotẽ etiam subtilitatis qualitatẽ esse probabile esse, docent Sotus, & Palud. supra, licet de subtilitate aliter sumpta loquantur, vt quæst. sequenti in hac sectione videbimus. Et videtur aperta sententia Grego. 14.mor.c.31. dicentis, corpus glorioſum esse subtile per effectum spiritualis potẽtiæ, ideſt qualitatis, qua corpus simile redditur spiritui. Et Amb. Luc. 24. dicentis: per resurgentis corporis qualitatem Christum ianuas penetrasse, & Laurentij, Iustiniani de perfectione monast. conuersat. c.23.dicentis, caro spiritualis effecta liberam ingrediendi quocumq. velit, recipit facultatẽ. Sed ait author ille, hæc omnia saluari posse dicendo (vt ipse dicit) corpora glorioſa assumi à Deo, vt instrumenta physica ad se penetrandum, vt ergo aqua baptismi dicitur accipere facultatem abluendi animam, quia assumitur, vt instrumentum physicum, ad eam ablutionem, ita de corpore glorioſo dici potest. Sed non satisfacit. 1. quia id proprie non est accipere facultatem, nec qualitatem, sed denominationem extrinsecam, licet ipsa actio à forma intrinseca diuinitus eleuata proueniat. 2. quia statim ostendemus, hanc penetrationem non posse esse à corpore glorioſo, vt instrumento physico.

Sed obijcies ex Durand. & Capreol. quia nulla qualitate fieri potest, vt duo accidentia eiusdem speciei sint in eodem subiecto, ergo nec, vt duo corpora sint in eodem loco. Hæc ratio non inepta est, ei tamen ocurri potest. 1. negando antecedens. 2. neg. consequentiam, nec est simile, quia si accidentia sunt intensibilia, ex propria ratione habent, se vnire quasi quadam continuatione in eadem parte subiecti, si vero non sint capacia intensionis, super fluo coniungentur in eadẽ parte subiecti, nulli autem qualitati supernaturali effectus superuacaneus, & impertinens, connaturalis esse potest.

An vero effectus iste penetrationis possit referri in aliquam qualitatem actiuam. Quidam dixerunt impossibilitatem penetrationis non solum ex dimensionibus prouenire, sed ex debilitate virtutis ad subintrandũ corpus alterius, corpora autem non glorioſa esse ad hoc debilia, & ideo se penetrare nõ posse: corpus autem glorioſum habere illam virtutem subtilitatis, ideoq. intrare posse in locum corporis non glorioſi, quod resistere non potest, non tamen in locum alterius corporis glorioſi: nam sicut vnum habet virtutem intrandi, aliud habet virtutem resistendi. Hunc modum dicendi refert Richardus, supra, nec omnino reputat improbabilem. Sed inanem fictionem esse, ait Sotus, nam se penetrare (inquit) cum alio corpore non est agere, & quantitas natura sua resistit, non tanquam virtus actiua, sed, quia locum replet. Confirmatur, & explicatur hæc ratio. Nam cum corpus glorioſum immotum, admittit secum aliud corpus eundem locum ingrediens, ibiq. consistens, vel vlterius transiens, nihil agit corpus glorioſum, vt manifestum est, ergo penetratio illa non fit à qualitate actiua existente in corpore glorioſo, cum vero corpus Christi intrat, aut occupat spacium, in quo simul est aliud corpus, aut per

166. Quæst. 4

per tale spacium transit, nihil efficit in alio corpore, vel in se, nisi interdum motum localem, & vbi, quæ non fiunt â dote subtilitatis, sed â virtute motiua naturali, vel supernaturali, ergo dos subtilitatis non est virtus effectiua penetrationis. Quod etiam tenent D. Thom. Scotus, Paludan. Capreol. Sotus, Richard. & Suarez supra. Eademq. ratione aperte reijcitur, quod quidam dicunt, penetrationem fieri effectiue ab ipsis corporibus gloriosis, per virtutem obedientialem actiuam eleuatam â Deo, sicut eleuatur aqua baptismi ad iustificandum, nam licet admitteremus contra omnium, fere opinionē dari potentiam obedientialem actiuam in omnibus rebus ad conferendam gratiam, & ad similes actiones, tamen penetratio non est actio, vt ostendimus, licet aliquando habeat ad iunctam actionem, nempe motionem localem corporis glorioſi, vel alterius, ergo non est referenda in potentiam actiuam obedientialem diuinitus eleuatam. Quod autem in qualitatem supernaturalem actiuam referri nequeat, etiam probatur, alioqui etiam corpus aliud glorioſum penetrare posset: non enim habet maiorem resistendi virtutem corpus glorioſum, quam non glorioſum, & licet illam haberet, posset ex dominio, quod habet in proprium corpus, illa non vti. Alij probant, quia penetratio est effectus omnino supernaturalis, ergo non potest esse connaturalis alicui qualitati creatæ. Sed hæc ratio nulla est, quia magis supernaturalis est visio Dei, tamen connaturaliter fit â lumine gloriæ. Alij probant, quia nulla qualitas creata potest habere virtutem coniungendi duo accidentia solo numero diuersa in eodem subiecto, ergo nec duo corpora in eodem loco, hæc paulo apparentior ratio est, sed dilui posset quoniam subiectum omne est incapax ex se duorum accidētium eiusdem speciei, eo quod vel sint superflua, vel interse debeant vniri, & vnum constituere, & agentia semper appetunt proferre in lucem ea, quæ non sint superflua, & impertinentia, & multo magis id amāt agentia virtute supernaturali, vnde non potest esse virtus supernaturalis, quæ eiusmodi accidentia habeat coniungere, secus in eodē loco varia corpora, quia hoc vtile, & bonum, seu expediens esse potest.

167. Vt cumque sit, D. Thom. Altisiodo. Paludan. Richard. Bonauen. Angles, & fere omnes Theologi citati, docent, nec corpora glorioſa, nec partes eiusdem corporis glorioſi inuicem penetrare se posse; quia est contra decorem ciuitatis Hierusalem, qui ex ordine, etiam locali, illorum corporum resultat, & ex confusione, & permixtione tolleretur, & ideo Deus nec per se, nec per infusam qualitatem permittit, vt quoquomodo confundantur, maxime cum penetrare aliud corpus supponat quoddam dominium in illud, vnum autem corpus glorioſum non habet dominium in aliud corpus glorioſum. Vnde Altisiodo. ait, fore magnam ignominiam si penetrari posset glorioſum corpus, neque talis penetratio erit vnquam necessaria, quia locus cæli amplissimus est, & omnes beatos facile capit, neque vnus beatus alteri se opponet, aut per locum, quem alius habet, tentabit incedere, decor etiam, & optima habitudo humani corporis determinatum situm, & distantiam partium requirit, & confusionem permixtionem ve earum minime patitur, vt docet D. Thom. 4. distinct. 44. quæstio. 2. artic. 2. quæst. 4. vnde nec partes corporis glorioſi penetrari poterunt. Ex quibus patet, falso aliquos dixisse, beatos ex mutuo consensu penetrare se posse, quam opinionem aperte tenuit Hortontius lib. 11. cap. 24. falso etiam Palac. 4. dist. 44. disputat. 3. concluſ. 5. dicit, si penetratio ex qualitate prouenit, corpora glorioſa posse se inuicem penetrare: probo quia non est cur Deus hoc miraculum efficiat, cum corpora illa nullius loci angustia premantur.

Sed an dos subtilitatis, vt explicabitur, sit qualitas aliqua. D. Thomas nihil insinuat, sed Sotus supra probabile putat, esse qualitatem, licet magis propendeat in partem negantem, sicut dixit de impassibilitate, quia non sunt multiplicandæ qualitates sine necessitate. Idem probat Durandus, supra. num. 10. Nam actus qualitatis naturalis, vel supernaturalis non est liber, sed necessarius; quia talis qualitas semper ad idem inclinat: sed obedientia rerum sensitiuarum ad intellectum, non potest semper esse secundum inclinationem ad idem, quia quandoq. secundum rectam rationē aliquid est appetendum quādoq. vero eius oppositum, ergo. Hæc tamen ratio nullius momenti est, â qualitate enim naturali, vel supernaturali subiecta, & subordinata voluntati, vel subijciente vires inferiores voluntati, bene possunt prouenire actus liberi habentes varia, & opposita obiecta; talis autem qualitas esset eiusmodi, ergo. Vnde Palud. illa. q. 3. a. 1. n. 9. 10. & 11. contra Duran. docet, dotē subtilitatis, ad quā pertinet subiectio appetitus sensitiui ad rationē, esse qualitatem quandam supernaturalem existentem in ipso appetitu per modum habitus, quia gratia (inquit) perficit naturam, sicut ipsa nata est perfici: potentiæ autem inferiores animæ natæ sunt perfici ad suas operationes, & ad obediendum rationi, per habitus naturales naturaliter acquisibiles: igitur, vt hæc perfectius fiant, conueniēs est infundi habitus supernatrales,

168. Q. 5.

naturales, & sive sint vnus sive plures, dotis vnius nomine designantur, propter vnitatē finis in generali, & quidē de appetitu sensitiuo, & memoria est probabile, in quib. ex frequētia actuum solent habitus generari naturaliter, sed de potentijs apprehensiuis sensuū exteriorum, & aliquorum interiorum, in quibus nulli habitus naturaliter acquiruntur, non cōcludit ratio, sed potius oppositū, nisi dicamus, ideo in eis naturales habitus non poni, quia non experimur ex frequentia actuum perfici, quia si possent sic perfici, pari ratione haberent habitus, sicut aliæ potentiæ: quia, ergo est dubium, an per gloriam, earum operationes perficiantur, probabile est, id fieri per habitū, qui, & facit operationem connaturaliorem, & per consequens, promptiorem, faciliorem, & delectabiliorem.

Hæc Paludanus qui videtur intelligere, has qualitates, & specie differre, & esse habitus operatiuos, & 1. quidem non esset adeo absurdum 2. tamen absurdum satis videtur: nam in potentijs, quæ sunt habituum capaces, erunt habitus supernaturales, & naturales virtutum, vel etiam donorum spiritus Sancti; per hos autem habitus perficientur ad eliciendas omnes operationes naturales, & supernaturales, ergo frustra alij habitus actiui earundem operationum ponētur. Deinde habitus operatiui, quātumcumq. intensi, non plene subijciunt has potentias rationi, erunt autem plene subiectæ rationi, ergo non per habitus operatiuos, vnde superius dictum est, nullum eiusmodi habitum infusum fore in patria, qui non fuerit in via. Deinde de sensibus externis, & de quibusdam internis incapacibus habitus acquisiti male dicit, esse probabile habituros habitū infusum, nam is solum ponendus est in potentijs subiectis rationi per se, & immediate, sensus autem isti non sic subduntur rationi, sed ratione alicuius motus localis precedentis, vt visus ratione motionis palpebrarum, ergo in illis non est probabile, aut verisimile constitui habitum supernaturalem operatiuum, vt rationi obtemperent. Deinde falsò ait, ipsas met potentias partis sensitiuæ intendendas esse in patria, vel enim non sunt insensibiles, vt de intellectu, & voluntate idē docet, & alij de omnib. vel saltē nō opus est intēdi, sed vnaquæq. habebit intensionē, quā naturalis complexio requirit, sicut calor, & aliæ qualitates naturales. Dico ergo, valde probabile esse, in potentijs, quæ ex natura sua natæ sunt obedire, & repugnare rationi per se, & immediate, ponendos esse habitus non operatiuos, sed determinatiuos appetitus v. g. nequid appetant contrarium rationi, sive ante actum rationis, & voluntatis, sive post, imo, qui determinet appetitum ad nihil appetendum, & imaginationem ad nihil imaginandum, quādo beatus voluerit non appetere, & non imaginari: imo idē est de sensibus externis, poterit enim beatus, ex dote subtilitatis subiecto visu nihil videre, etiam præsentibus obiectis, & speciebus, si videre nolit. Probabile etiam est, has potentias non per qualitates sibi, sed suis organis, vel animæ impressas, sic determinati, & sic non ponimus (quod quidam absurdum putāt) habitus non operatiuos in potentijs operatiuis, deinde vitamus multitudinem specificam harum qualitatum; nam in omnibus organis potest esse qualitas eiusdem speciei immediate inhærens quantitati determinans potentiam existentem in illo organo ad obediendum rationi, sicut in omnibus est calor eiusdem rationis, quæ vero essent in potentijs specie diuersis, deberent specie differre, & sicut per istam qualitatem determinantur partes corporis ad obediendum rationi in ordine ad actiones immanentes, ita in ordine ad actiones transeuntes: calor enim non potest calefacere, nec color emittere sui speciem, si voluntas beati contradicat: habet enim beata anima dominium sui corporis in ordine ad omnes actiones transeuntes, & immanentes, & in ordine ad omnes passiones: & quod attinet ad actiones immanentes, & passiones nō corruptiuas acceptum refertur huic doti, quod vero ad motum localem, agilitati, quod vero ad passiones corruptiuas, impassibilitati. Vnde ad nihil aliud sunt necessariæ aliæ dotes. Sic intelligitur huius numeri sufficiētia, de qua alij multa dicunt, quę minime satisfaciūt. Siue autem subtilitas sumatur pro qualitate subijciente appetitum rationi, siue pro qualitate conferente penetrationem, cēseo in omnib. beatis æqualē esse, cum æqualē in omnib. effectum habeat, vt dixi de impassibilitate. 169.

QVAEST.

QVAESTIO VI DE VOLVNTARIO, ET INVOLVNTARIO.

Præfatio ad hanc quæstionem.

1. POSTQVAM egit D. Thom. de vltimo fine, & de beatitudine, quæ in eius assecutione constit, agere incipit de actib. humanis, qui sunt media potissima quib. beatitudo cõparat. Et hoc ab hac quæsti. vsq. ad. 21. inclusiue; quia vero de ratione actus humani est, voluntariũ esse, ideo D. Tho. in primis agit de voluntario, & inuoluntario; in quo partim Aristot. imitatur, partim corrigit. Postquam vero Arist. 1. Ethic. cap. 1. de vltimo fine, & beatitudine disseruit. & in. 2. de habitibus, & virtutibus, quæ sunt principia humanorum actuum. In 3. disseruit de voluntario, & inuoluntario. Sed cum actus sint priores & notiores habitibus merito D. Tho. ordinem inuertit, priusque egit de actibus humanis quam de habitibus, quia vero ratio voluntarij est quasi generica in actibus humanis, prius de voluntario quam de actibus humanis egit. Quem ordinem nos etiam seruabimus. Disputat autem de voluntario Arist. 3. Ethico. ad Nicomacum cap. 1. & 2. Ethic. ad Eudemum & 1. magnorum moral. c. 12 Nyssenus, seu potius Nemesius (vt vult Valentia. 1 2. disput. 2. q. 1. puncto. 1.) 5. suę Philos. ca. 1. & 3 & Damas. 2. fidei c. 24. Almai. in moralib. a. c. 1. Angelst. ibidem. c. 6. Ant. 1. p tit. 4. c. 3. Vig. in instit. c. 3. § 4. & seq. Nau. in sima præl. 7. Iauellus 3. Ethic. ti. 1. Burida. Eustratius, Donatus Alber. D. Th. & alij eodem lib. aliquid attingunt Schola 1. 2. d. 24. & 25. Azor. lib. 1. c. 3. & seque. in. 1. to Sayr. to. 1. lib. 2. c. 2. & alij quos opportunis locis referemus.

Arti. 1. Vtrum in humanis actibus inueniatur voluntarium?

Arti. 2. Vtrum in Brutis reperiatur voluntarium?

Arti. 3, Vtrum voluntarium possit esse absque omni actu?

Disputatio 1. de voluntario & libero eiusq. diuisionibus?

Sectio. 1. Quid sit voluntarium?

2. SVpponendũ est, voluntariũ græcè ecusion vocari, vt patet ex Damasc. 2. fidei c. 24. quod est periecusiu, & periacusiu, id est de voluntario, & inuoluntario: eademq. græca voce significat spontaneum: nec mirum, quia spontaneum, & voluntarium idẽ prorsus videntur, vt etiã docet Arist 3. Ethi. c. 1. in fi. atq. in hac significatione vsurpatur in scriptura voluntarium. 1. Paralipom. 28. sito Deũ, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario, & psal. 53. voluntarie sacrificabo tibi, Ps. 118. 1. Pe. 5. passimq. apud Tullium, & alios prophanos authores. Hoc circa vocẽ suppositio, & re ipsa differamus. Altisiod. 2. Summæ tit. 29. c. 2. q. 2. Almai. in moral. tra. 1. c. 1. Voluntarium diffiniunt, esse id quod positis omnibus requisitis ad agendum potest ab homine fieri, & non fieri. Sed hæc diffinitio non competit voluntario in communi, sed libero, quod minus late patet, quam voluntariũ, nam dilectio beatifica, productio Spiritu sancti. appetitiones in brutis, & pueris voluntariæ sunt, non tamen liberę. D. Tho. hic art. 1. quem sequitur Anto. 1. par. tit. 4. cap. 3. §. 1. & Viguc. instit. cap. 3. §. 4. vers. 1. voluntarium diffiniunt, quod fit ab intrinseco cum cognitione finis. & alij dicunt, voluntarium esse, quod est ab intrinseco cum cognitione eius, quod geritur, vel absolute, cum cognitione, vt Azor. lib. 1. c. 3. q. 1. Arist. autem. 3. Ethi. c. 1. ad finẽ, quẽ sequuntur Nyssenus (vel potius) Nemesius, suę Philos. c. 3. Damas. 2. fidei c. 24. Iauel. 3. Ethic. tra. 1. c. 1. ad finem huic definitioni addunt, esse id, quod fit cum cognitione circunstantiarum, quas Arist. appellat singula, seu (vt alij vertunt) singularia, in quibus actio est, seu consistit. Quam diffinitionem ait Valen. dispu. 2. q. 1. puncto. 1. bonam esse, si sermo sit de voluntario per modum actus, vt prænominati authores intendunt: non tamen, si sermo sit de voluntario in communi, vt enim docet D. Tho. arr. 3. omissio pura voluntaria esse potest, non tamen fit ab intrinseco, nam quod positiuum non est, non fit. Vnde ipse Valentia voluntarium in communi definit, quod ex voluntate quomodocunq. pendet, seu, quod est dependenter quouismodo ex voluntate. At neque istud satisfacere videtur, tum quia pura omissio sicut non dicitur propriè fieri, ita neque propriè a voluntate pendere; tum quia etiam si illa definitio Arist. & D. Tho. de voluntario per modum actus tradatur, nõ videtur idonea. 1. quia assensus conclusionis procedens ex principijs versantibus circa finem, & alias circunstantias, est ab intrinseco cum cognitione finis, & aliarum circunstantiarum, tamen non est voluntarius per modum actus, cum non imperetur

3.

4. 1. arg. contra definæ volũtarij.

retur à voluntate: ergo diffinitio competit a-
2. lijs a definito, ac proinde nulla est. 2. si quis me videnté,& gaudente alium interficiat,occisio est mihi voluntaria, tamen non est à me nec à principio mihi intrinseco: ergo definitio non competit omnibus contentis sub definito, & sic non est bona. 3. Nam qui inuenit
3. thesaurum casu fortuito, dicitur illum inuenisse sponte,& voluntarie iuxta Damascen.lib.2. c. 24. ad finem,tamen non inuenit thesaurum cum eius cognitione.Ergo.4. cognitio omniũ
4. circunstantiarum non videtur de ratione voluntarij, tum quia alias in pueris, & brutis nõ esset voluntarium,contra citatos,tũ quia nulla actio facta cum ignorantia alicuius circunstantię,esset voluntaria,ac proinde,nec peccatum,quod est manifeste falsum:ergo.5. quan-
5. do aliquid facimus ex præcepto, non dicimur voluntarie operari:tamen motus est ab intrinseco,cũ cognitione,&c. ergo definitio est nulla. Maiot patet ex scriptura,vbi vota,& oblationes factæ sine obligatione,dicuntur volun-
6. tarię. 6. Contra id quod.D.Tho.& Anton.supra addere videntur,scilicet actionem illam voluntariam esse, qua quis se mouet. Nam actio transiens,vt occisio hominis, voluntaria est homicidę,qui tamen ea non se mouet.
Pro horum solutione obserua, voluntarium à
5. voluntate dictum esse,quasi sit aliquid sub vo-
Not. luntatẽ cadens,vel sub eius potestate constitutum. Vnde Nyss. 5.philoso.c. 3. probat actiones animæ vegetatiuę volũtarias nõ esse quia non sunt in potestate volũtatis nostræ. Tribus autem modis cadit aliquid sub voluntatem.1. vt obiectum tantũ,& non vt effectus,vel actus voluntatis,& hoc potius dicitur volitum, quã voluntarium,vt recte probat Vazq.disp. 23. c.2.ex Nysseno.5.philos.ca.1.& Damasce. 2. fidei.c.24.vt occisio alicuius præsertim præterita ab alio facta,mihi voluntaria est,dum placet,tamen non est effectus meæ voluntatis:& generatio æterna voluntaria est tribus personis iuxta Hilarium asserentem, filium non fuisse genitum nolente patre; & Concilium Sardicense asserens,patrem Consilio,& volũtate genuisse filium,quod explicat D. Th. de voluntate comitante:sic Marsil.ait:patrẽ voluntate genuisse filium,ea tamen generatio à nullius diuinę personę voluntate est, vt à ratione agendi,vel,vt ab applicãte.2.cadit aliquid sub voluntatem tanquam actus, vel effectus, ipsius.Quod dicitur voluntarium à voluntate causante,& principiante, quo pacto omnes actus eliciti,vel imperati à voluntate,sunt voluntarij,& peccatum habituale,personale, vel originale,& similes alij effectus resultãtes ex actibus humanis,& voluntarijs,sunt voluntarij voluntate propria,vel capitis.Et sunt, qui dicant,quidquid est voluntarium hoc modo,esse etiam volũtariũ.1.modo,quia quidquid à volũtate procedit,est aliquo modo volitum, sed hoc improprie dicitur, vt ait etiam Vazq. supra.Nam actus elicitus voluntatis,qui est primus simpliciter,vel in sua serie,& ordine,licet voluntarius sit. 2.modo,non tamen est vere,& proprie volitus,quia nec est obiectũ sui ipsius, nec alterius actus;maxime cũ est nolitio,quia nolitio obiecti, non est volitio ipsius nolitionis nisi improprie,& quasi virtute,quia sic est voluntarius effectus,quasi esset volitus,& multo amplius.An vero nolitio, & odiũ vnius rei sit volitio, & amor alterius de quo disputat. Vaz. illo.c.2.discutiemus tract.6.&. 9.& quod dicimus,verũ est tã de actu voluntatis,qui est qualitas,quam de productione ipsius qualitatis,neutram enim oportet esse obiectum alicuius actus voluntatis,ac proinde nec volitam quamuis vtraq. sit voluntaria per modum effectus,& vt aliquod accidens inhęrens volũtati,quo pacto licet qualitas volitionis nõ esset producta à voluntate,diceretur volũtaria, sed nimis pręter communem vsum. 3. dicitur aliquid cadere sub voluntatẽ,vel esse sub eius potestate,non,quia sit obiectum,quod attingat,neq.actus,vel effectus,quẽ producat, sed quia est omissio actus,quem hic, & nunc producere valeret;aut aliquid ex tali omissione consequens: sic in nauta omissio gubernandi, & submersio nauis eam omissionem consequens,voluntaria est,& dicitur. Postea autem discutietur.An omisio eius, quod quis poterat,nõ tamẽ tenebatur facere;et effectus inde consequens, rationem voluntarij habeat.

Ita igitur triplex est voluntarium, obiectiue,effectiue,& omissiue. Voluntarium obiectiue in eo, quod tale appellatur, tantum ponit denominationem extrinsecam ab actu existente in voluntate. Voluntarium effectiue in actu, vel effectu volito vltra denominationem voliti ponit relationem effectus ad actum voluntatis, perquem causatur,in actu,vero qui vere non est volitus, quia neq.est obiectũ sui ipsius,nec alterius actus,ponit relationem effectus,seu dependentiæ ipsius actus à voluntate,quę relatio etiam volũtaria dici potest,quia resultat ex actu voluntatis,in quo fundatur.Vnde si illa qualitas,tendentia, vel actus(vt mea opinione non repugnat)produceretur à solo Deo in voluntate, non esset proprie voluntaria,quia non esset sub potestate voluntatis,tanquam eius effectus,sed à solo Deo efficeretur: neq.ad ea,quę dicta sunt refert quidquam,actum elicitum voluntatis esse amorem,odium prosecutionem,fugam, volitionem,nolitionem,lętitiam,vel tristitiam,omnes enim hi actus, voluntarij sunt, quia sunt sub potestate voluntatis,vt effectus sub causa, licet proprie nullus eorum interdum sit volitus

tus se ipso, vel alio actu, esto quilibet illorum, aliquo modo sit volitio, vt docet D. Tho. art. 3. ad 2. nam odio habere Petrum est velle illi malum, fugere infirmitatem est velle, illam in me non esse, dolere de peccato est velle, non peccasse, &c. voluntarium vero omissiue, est priuatio operationis conotando, quod voluntas posset eo tempore loco, &c. operari, cum non operatur, & ita impedire effectū ex omissione ortum.

6. Concl. His constitutis, dico voluntarium, quod est cōmune ad tres hasueluti species voluntarij definiri, quod est sub potestate voluntatis, nomine voluntatis comprehendendo etiam appetitum sensitiuum. 1. vero species definitur quod à voluntate attingitur, tāquā obiectū in quē tēdit voluntas, cum cognitione finis, & aliarum circunstātiarum. 3. vero species (nam de 2. postea dicam) definitur vt sit omissio, quā voluntas habet, & posset non habere, vel effectus sequens ex tali omissione, nam vt posteà videbimus, non est necesse addere, vt sit, omissio eius, quod quis facere tenebatur. 2. species est actus elicitus, vel imperatus a volūtate, seu appetitu vitali, cuius est operari cum cognitione obiecti, finis, & aliarum circunstātiarum, & in re hæc est definitio, quam voluntario per modum effectus, assignant D. Tho. Arist. & alij relati, in qua, cum dicitur voluntarium esse quod est à principio intrinseco, sensus est, procedere ex aliqua inclinatione innata naturali, vel obedientiali, quod dico propter actus supernaturales, in ordine ad quos non ponimus inclinationem, vel potentiam naturalem simpliciter, sed secundum quid: idest naturalē secundum substantiam, & secundū suam causam, quia talis inclinatio producta est à Deo vt authore naturę, & ita est ordinis naturalis, non tū est naturalis in modo causandi, & ideo tantū est naturalis secundū quid, est tū innata simpliter, quia ex natura sua nascitur cū re ipsa imo essentialiter est res ipsa, de quo late diximus trac. præcedenti. In hoc autē conuenit naturalis motus cū voluntario, quod vterq. est ab appetitu innato: differt tū, quia naturalis vt distinguitur cōtra voluntariū, nō exercetur cum cognitione dirigente ipsum. Voluntarius autē ex cognitione ipsum dirigente procedit, & ideo etiā procedit ab appetitu totius suppositi, qui est inclinatio non in vnū, aut alterū bonum suppositi, sed in omne bonum suppositi, quod cadere potest sub cognitione proportionata ipsi appetitui. Hinc recte recte Arist. & alij dixerunt, voluntarium esse, quod fit ab intrinseco cum cognitione, scilicet non tantum concomitante, sed dirigente, per suamque directionem causante, ita vt cognitio ipsa sit fons & origo motus, vel effectus voluntarij.

Hinc facile ad obiectiones Resp. ad prim. quod assensus conclusionis nō procedit ex cognitione iudicatiua sui, vel obiecti proprij, nā obiectū talis assensus est conclusio ipsa, cuius ipsemet assensus est iudicatiua cognitio: actus autem nunquam est voluntarius, nisi producatur cognitione sui, vel proprij obiecti, & ideo ille actus non est voluntarius: vt recte obserua uit. Vazq. disp. 23. nu. 16. eius autem rei alia quoque ratio esse potest, quia motus voluntarius, est, qui tendit in bonum, vt sic, cum eius cognitione; assensus autem nunquam tendit in bonū, vt sic, cum eius cognitione, sed in verum, vt verum, ideo nō est motus voluntarius, nisi per accidens, quando fuerit à voluntate imperatus. 7. Ad. 1. Argum.

Ad 2. R. occisionem illam esse tantum voluntariam obiectiue, definitionem autē Arist. & D. Thom. solum tradi de voluntario effectiue. 8. Ad. 2.

Ad 3. Vaz. disp. 23. c. 3. num. 12. reijcit illud dictū Damasceni, sed facile R. de ratione voluntarij non esse, quod fiat cum ipsius cognione, sed cum aliqua cognitione, vt patet in actibus elicitis voluntatis, & appetitus sensitiui, qui sunt voluntarij, & sępe fiunt sine sui cognitione. Ad. 3. Ad. 4. 1. Solutio

Ad 4. Ref. aliqui Aristo. solum fuisse locutum de voluntario perfecto, & imperfecto rationali, & irrationali, ideo omisisse illam particulam de circunstantijs, quę tantum necessaria est in voluntario perfecto, & rationali, sed hęc solutio non satisfacit, nam Arist. illo cap. 1. 3. Ethicorum, vbi tradit definitionem volūtarij, & c. 2. in principio expresse ait, voluntarium in brutis, & infantibus reperiri, idemque docent Damasce. & Nysse. vt sect. sequen. videbimus: ergo loquuntur de voluntario, etiam imperfecto, & irrationali. Vnde etiam reijcitur alia solutio, scilicet Arist. & alios loqui de voluntario secundum circūstantias, sicut enim obiectum non est voluntarium, nisi sit cognitum, ita neq. circunstantiæ erunt voluntariæ, nisi sint cognitæ, quamuis substantia actus, & circūstantiæ cognitæ, voluntarię erunt: contra quod est, quia sic non erit definitū volantariū per modū actus, vel effectus in genere, sed voluntarium secūdū circunstantias, quod est falsum, quia Arist. voluntarium per modū actus, & effectus definit. Alij R. Arist. & alios non dicere, voluntarium omne debere esse cum vera cognitione omnium circunstantiarum, sed solum debere esse cum cognitione circunstātiarum: intelligi autem debet, siue cognitio sit vera, siue falsa, siue omnium circunstantiarum, siue aliquarum tantum: semper enim vera, vel falsa cognitione aliquæ circunstantiæ attinguntur, etiam à brutis, vt quis, finis, locus, magnitudo, quid & circa quid, & instrumentum, 2. Solutio 3. Solutio

seu

seu quo auxilio,& D.Tho.implicite idem dixit,nam cum cognitio obiecti,& finis necessario coniunctam habeat cognitionem veram, vel falsam aliquarum circunstantiarum, eo ipso, quod dixit voluntarium esse cum cognitione obiecti,& finis,implicite dixit esse cum cognitione aliquarum circunstantiarum. Vera tamen solutio est,Arist.ibi agere de voluntario, quod ita est voluntarium explicite, vt non sit inuoluntarium implicite:ad quod requiritur cognitio eorum omnium, quorum ignoratio esset sufficiens, vt actus diceretur inuoluntarius implicite,& interpretatiue,& hoc modo, si quis occidat patrem ignorans esse patrem, quē si sciret,esse patrem, non interfecisset, actus non est voluntarius eo modo,quo ibi loquitur Arist.& similiter,quando brutum latet aliquid, quod si non lateret,non operaretur, operatio non est voluntaria eo modo, quo loquitur Arist. secus,cū nihil ejusmodi latet,quia vero D. Tho. non loquebatur de voluntario, tam stricte,sed latius,ideo omisit illam particulam de cognitione singulorum, seu particularium, quorum cognitio esset sufficiens, vt actus non fieret.

4.Solu.

9. Ad 5. R.aliquando voluntarium dici,quod fit sine præcepto,& obligatione,sine metu,dolo, vel fraude,aliquando,quod sine stipendio, vel spe lucri,vt apud Titū Liuium,& alios miles voluntarius, & Cicero inquit,nemo mihi voluntarius hostis fuit, sed reipub causa. Voluntariū sumens,pro eo quod gratis,& ex animo fit,temere.& sine rōe,& aliquādo voluntariū sumitur pro libero, vt apud Aug.peccatū in tātū peccatū,in quantū voluntariū,& Hebr. 10. voluntarie peccantibus,&c.aliquando etiam sumitur voluntarium pro eo,quod fit sine compulsione,vt Exod.35. omnis voluntarius,& prono animo.&c.sed apud Theologos & Philos.non ita stricte sumitur voluntarium, sed pro omni eo, quod fit ab intrinseco cum cognitione finis.

Ad 5.

Ad.6. Ad 6. R.D. Tho.& Antonium non dixisse, voluntariam actionem esse,qua quis se mouet ex cognitione finis,sed motum rei voluntariū esse,quo quis se mouet ex cognitione finis,seu quoties actio aliqua voluntaria est,moueri rē ex cognitione finis, siue eadem actione, siue alia,ex qua procedit,vt actio transiens in externam materiam procedit ex actione, qua volūtas mouet se cum cognitione finis. Et nota,quod mouere se,dupliciter dicitur 1. modo physice,& sic omnia viuentia mouent se,quando exercent vitales actiones,& sic D. Thom. ait,hominem,quoties voluntarie agit,mouere se,& 1.par. quæst.18. art. 1.ad 2. ex Arist. 8. phys.c.plantas,& alia viuentia mouere se.Alio modo moraliter,& humanitus,& sic recte D. Thom.quæst. 1. art. 2. docet, solum mouere se quempiam, cum libere agit, quia videlicet tunc se determinat,& à nullo alio prædetermi natur. Poterat hîc disputari,quidnam sit volū tarium perfectum, sed hac de re ad finem sectionis.6. late differemus.

Sectio 2. An in brutis reperiatur volantarium?

10. EX dictis satis constat,in hominibus voluntarium reperiri,quia experiē tia constat,in eis reperiri motum ab intrinseco cum cognitione finis, quam diximus esse definitionem voluntarij, sed de brutis ex hac ipsa definitione emergit difficultas,vnde statim à D.Thom.disputatur art.2. Ratio dubitandi est, 1. quia voluntarū per modum actus dicitur, quod est ab intrinseco cum cognitione finis, bruta vero non cognoscunt finem:ergo,&c. Nec valet dicere,cū D. Thom. ar.2. Valentia disput. 2. quæst.1. puncto.2. Antoni.1.par.titul.4.cap.3.§.1. Viguerio in instit.c.3.§.4. princ. bruta cognoscere finem materialiter, licet non formaliter, & hoc sufficere ad rationem voluntarij, nam videtur,nec materialiter finē cognoscere. Hirundo enim nidum construens educationem prolis non agnoscit,nec apis alueariū prę-parans de melle efficiendo cogitat. Denique bruta cum cibum,vel potum sumunt,de tuenda vita,vel sanitate non cogitant, nec vitam, aut sanitatem agnoscunt, quę talium operum fines sunt:ergo. Confir. quia agere propter finem materialiter tantum cognitum; non est simpliciter,& proprie agere propter finem,vt probabile putat Caiet. art. 1. ergo saltem est etiam probabile,bruta proprie,& simpliciter non agere voluntarie.

1.concl.

Confir.

11. 2.ratio. dubit.

2. Ratio dubi. est,quia voluntarium dicit à voluntate,& in brutis non est proprie volūtas ergo neq.volūtariū, sed metaphorice sicut,& prudentia,fauet Aug 5.ciuit. c.9.dicens causę voluntarię,aut Dei sunt, aut Angelorum, aut quorumcumq. animalium, si tamen appellandæ voluntates sunt animalium rationis expertium motus illi, quibus aliqua faciunt secundum naturam suam,cum quid vel appetunt, vel euitant, hæc Aug. sed motus brutorum nō sunt vere,& proprie voluntates: ergo vere, & proprie bruta non agunt voluntarie.

3. De ratione voluntarij est libertas, bruta non habēt libertatem: ergo in illis non est voluntarium, ma proba. ex Aristo. 3. Ethico.cap. 1. dicente ,in ijs , quæ voluntarie , seu sua sponte quis agit, laudes & vituperationes versari constat, & Nyssenus 5. philoso.cap.1. actio est rationalis, operatio, actionem autem laus , & conuicium consequitur,

vbi

vbi videtur loqui de actione voluntaria, quam dicit esse laudabilem, vel vituperabilem, nimirum, quia est libera: ergo nulla actio est voluntaria, quin sit etiã libera, vnde, c.3. sic ait, voluntarium enim, & inuoluntarium in ijs, quæ in potestate nostra sunt cõsistũt, digestio, vero & augmẽtatio minime nostri arbitrij sunt, similia dicit Damascen. 2. fid. c. 24. in princip. c. autẽ 25. solas actiones liberas dicit esse in potestate nostra, quod etiam sentit Nyssenus, & omnes, ergo ex mente horum patrum in solis actionibus liberis est voluntarium.

4. ratio. dubit.

12. 4. Ratio dub. esse potest in actibus elicitis ab appetitu bruti, nam hi non possunt esse voliti, aut amati à bruto: siquidem appetitus bruti non potest in proprios actus reflecti: ergo nec poterunt esse voluntarij. Propter confirmationem. 1. argumenti Valentia illo puncto 2. probabile putat, & tale iudicandum esse à Caiet. in brutis non reperiri voluntarium proprie & simpliciter, sed improprie, metaphorice, & secundum quid, licet cum eod. Caie. probabilius existimet, vere, & proprie in brutis, esse voluntarium, licet imperfectum, sicut animalia imperfecta, simplieiter, & proprie sunt animalia. Ego vero non inuenio in Caiet. probabile existimasse, bruta non proprie agere voluntarie, sed tantum nõ agere proprie propter finem à se cognitum, quinimo art. 2. simpliciter docet, in brutis esse voluntarium, Vazq. disp. 23. c. 3. vt Medina, & alij cum D. Thom. ar. 2. Arist eiusq. interpretibus. 3. Ethic. c. 1. & 2. Damsce. 2. fidei. c. 24. Nysseno, seu Nemesio. 5. suę Philos. c. 4. quibus consonat August. loco cit. dicens, corpora igitur magis subiacent voluntatibus, quædã nostris, idest, omnium animantium mortalium, & magis hominum, quam bestiarum, quædam vero Angelorum, sed omnia maxime Dei voluntati subdita sunt: cum ergo Aug. in brutis ponat voluntatem in illis etiam erit voluntarium, eadem ratione fauet Prosper. seu Ambros. 1. de vocatione gentium. cap. 2. alias. 2. & 3. dicens, in homine duplicem esse voluntatem scilicet sensualem, & animalem, de sensuali autem sic loquitur. c. 4. sensualis voluntas, quam & carnalem possumus dicere, non erigitur, supra eum motum, qui de corporis sensibus nascitur, & infra eam appellat appetitum sensualem: si appetitus sensualis volũtas est: ergo & eius actus est voluntarius, & ita in brutis, in quibus est appetitus sensitiuus voluntariũ erit. Accedit vsitatus modus loquendi, quo etiam bestię dicuntur velle, aut nolle comedere bibere, vt ergo nomine appetitus simpliciter dicti solemus intelligere appetitum sensitiuum, licet etiam intellectiuus sit proprie appetitus, ita nomine voluntatis simpliciter, intelligimus rationalẽ, licet sensualis quoq. proprie voluntas sit.

Ex quo patet ad 2. obiectionem. 1. tamen difficilior est, quo enim pacto bruta propter finem agunt, non facile intelligitur, nam videtur, nec propter finem materialiter cognitũ agere: multa enim vtilia efficiunt, nihil adquod sint vtilia cognoscẽdo, vt cum herbas aliquas sumunt, non ad delectationem conducentes, sed ad salutem, quam prorsus ignorare videntur, vel saltem tunc non aduertere, & in alijs exemplis supra positis idem ceruere licet, aliunde autem videtur, propter finem cognitũ, vt finem, operari, ac proinde ptopter finem sumptũ formaliter, si enim canes alicubi cæsi sunt, memoria id retinentes, illac transire recusant, si vero cibum ibi inuenerunt, eo reuertuntur, ad eosque accedunt, à quibus panẽ receperunt, ab illisq. recedunt, quos fustibus armatos contrà se vident, vel à quibus aliquando percussi sunt, quæ & similia nõ facerent, nisi proportionem motus, vel fugæ cum fine cognoscerẽt: ergo proportionem aliquam mediorum cum fine cognoscũt, ac proinde videntur formaliter cognoscere media, & finem, imo media ipsa inter se conferre videntur, cum eduabus vijs cõmodiorẽ arripiunt, herbasq. meliores capiunt &c.

13. Circa. 1. rat. dubi.

De hac re disputant Caiet. hic art. 1. Medi. & alij Iuniores. q. 1. art. 2. & hic art. 2. nihil tamen asserunt, quod omnino satisfacere videatur, sed in hac re quid tenendum sit tractatu. 1. disputatione. 4. sectione. 4. dictum late est vnde hic breuiter dico, bruta nihil appetere appetitu elicito, nisi cognoscendo per sensum aliquem internum aliquam rationem boni, & conueniẽtis per se ipsum, nihil enim perse mouet appetitum, nisi perse appareat bonum, & conueniens, quare, si quid appetunt, quod nõ sit perse bonum, & conueniens, illud appetũt, vt conducens ad id, quod perse bonum, & cõueniens apparet. Ex quo manifestè sequitur, cognoscere proportionem aliquam, & ordinem medij ad finem, connexionemq. inter vtrũq. vt cum appetunt aliqua, quæ perse ipsa non apparent bona, & conuenientia, sed quatenus ex illis sequi cognoscunt, quę per se bona, & conuenientia apparent.

14. 1. diserimẽ inter hom. & bruta.

In multis autem ab homine differunt. 1. quia non cognoscunt proportiones illas, quarum cognitio discursu indiget, sed quæ simplici intuitu ad modum primorum, principiorũ deprehenduntur, vt cum canis deprehendit transitum per aquam, vel ignem a iumue locum sibi allaturum aliquod incõmodum, vt nimiam humiditatem, vel caliditatem, vel aliquam partium corporis diuisionem, aut suffocationem, homo autem cognoscit latentes proportiones solo discursu perceptibiles. 2. quia in operibus brutorum sæpe sunt proprij aliqui fines, quos bruta ipsa non attingunt,

neq.

neq. respiciunt, sed author naturæ, qui obiecto aliquo alio fine, facile à bruto perceptibili, mouet ipsum ad opera in alios fines conducentia, qui bruto non obijciuntur, neq. possunt ab eo agnosci, ita contingit in operibus formicarum & apum, & nidificãtium auium. Cum enim formica.v. g. grana corrodit, non intendit, impedire germinationem, sed bonã aliquam corporis dispositionẽ sensu cognitã, qualẽ in vsu aliorũ ciborũ bruta intẽdunt. Author vero naturę, eo medio intẽdit, grana seruari, vt formicę in hieme nutriãtur, hominẽ autem suo iudicio discursuiq. cõmittit, neq. specialiter ei obijcit aliquẽ finẽ, propterquẽ opus faciat pluribus alijs occultis finibus, pportionatũ. 3. quia bruta sẽper eodẽ actu appetere videntur mediũ, & finem, homo vero sæpe diuersis actibus in vtrumq. tendit. Ratio autẽ esse potest, quia vt bruta nunquã iudicãt, finẽ esse posibilẽ, nisi per certa, & determinata media ita & intẽtio finis sẽper est cõtracta ad determinatũ mediũ cõueniẽtius apparẽs. Et hoc ꝺ intẽtione absoluta, sed de cõditionata. Addo, quoties brutũ appetit bonũ sub cõditione possibilitatis, etiã appetit cõditionaliter, sub qua dã disiũctione, determinata media, eodẽ actu Vt si inclusũ in aliquo loco, exire appetit, nõ absolute, qr̃ nõ dũ id iudicat posibile, sed sub cõditione posibilitatis, sẽper intus imaginatur determinatas vias, quibus exire appetit, si posibile sit. Ex quo appetitu videmus solicitẽ eas inquirere, variosq. exeundi modos tẽtare, homo autem diuerso actu volũtatis sæpe attingit finẽ, & mediũ. Quia, vt abstractiorem habet modũ cognoscẽdi, ita & appetẽdi. Atq. ita potest finẽ appetere absolute, & nõ per determinatũ mediũ, nec per media certa disiuntim. 4. Differũt, quia licet bruta cognoscãt aliquomodo proportionem medij cum fine per se notam, & patentẽ, tamẽ nunquam cognoscunt finẽ formaliter. Ratio enim finis cõsistit in hoc, quod ipse propter se appetatur, & alia propter ipsum. Hoc autem non cognoscunt bruta, quia non cognoscunt actus sui appetitus sensitiui. Homo vero sępe, licet nõ semper, cũ operatur propter finẽ, cognoscit rationẽ formalem finis. Vnde in hoc mihi decepti videntur Caietan. Medina. & alij communiter articulo. 1.&.2.& quæst. 1. artic. 2. quia idem esse putãt cognoscere formaliter finẽ & cognoscere proportionem medij cum fine. Quę tamen longe diuersa sunt, licet cognoscere latentes proportiones, & cognoscere formaliter finem, in eodem subiecto (scilicet homine) reperiantur, & non in bruto. Prẽterea, quia hi absolute negant, bruta cognoscere proportionem medij, & finis, quod non est in vniuersum verum, vt dixi.

Ex quo patet, quomodo intelligendus sit D. Thom. hic articulo. 2.&.q. 1. articulo. 2. dicens, bruta non cognoscere finem formaliter, nec proportionem mediorum cum fine. 1. enim est vniuersaliter verũ. 2. autem tantum est, verum de proportionibus latentibus, quę solo discursu percipi possunt. *Ad 1. obiectio. seu rationẽ dub.*

Ex quibus soluta manet prima obiectio. Ad cuius confirmationem dicitur, quod sicut vere, & proprie dicitur cognoscere album, vel artificem, qui cognoscit subiectũ albedinis, vel artis, licet non cognoscat ipsam formam, ita bruta vere, & proprie dicuntur cognoscere finem, licet non cognoscant rationem formalem finis, sed id, in quo est, vel fundatur, & licet non vere, & proprie cognoscerent finem, sed improprie, id satis videtur, vt eorum actio voluntaria sit, sicut ad rationem scientię proprie dictę sufficit discursus improprie dictus, scilicet virtualis. *Ad cõf.*

Ad. 2. obiectionem iam diximus, dici posse voluntatem proprie esse in brutis. Si tamen teneamus non esse in illis proprie, quod significare videtur Arist. 3. animę tex. 42. dicendũ est, cum D. Thom. articulo. 2. ad. 1. & Antoni. 1. p. titul. 4. c. 3. §. 2. Voluntarium, licet. 1. impositione impositum sit ad significandum aliquid pertinens ad voluntatem propria dictã, postea tamen extensum fuisse ad significandum proprie id, quod pertinet ad voluntatem metaphorice dictam, & per quandam similitudinem: qualis voluntas est appetitus sensitiuus. Medina autem articulo. 2. Respon. aliud esse, a quo nomen imponitur, aliud ad quod significandum imponitur, & ita, licet voluntarium impositum sit à voluntate proprie dicta, tamen significat aliquid pertinens ad voluntatem, siue proprie, siue improprie dictam, Ad. 3. rationem dub. Res. cum Vazq. disp. 23. nu 14. Aristotelem docuisse laudem, & vituperium solum esse in actionibus voluntarijs, nõ tñ docuisse, esse in omnibus actionibus volũtarijs. Quãdo, vero Nysse. & Damas. dixerunt, actionẽ esse operationẽ rationalem, loquũtur de actione libera, quę sola est, presse, & in sũmo rigore actio, qr̃ in illa sola homo se agit, & operatur, vt dñs: quãdo vero ijdẽ docẽt in ijs quę sunt in nostra potestate, esse volũtatẽ, vel intẽdũt, in ijs tantũ esse prẽcipue, vt exponit Vazq. vel potius, in illis solis esse, nõ tñ ita, vt tũc tãtũ sint actiones volũtarię, quãdo liberę: sed interdũ etiã quãdo nõ liberę itaq. in nobis omnis actio volũtaria, vel est actu libera, vel est capax libertatis, in brutis vero actiones volũtarię nullo modo sunt libertatis capaces. Ad. 4. R nõ esse de ratione volũtarij esse volitũ, vel amatum, sed procedere ab intrinseco cum cognitione fin. vel obiecti, quod com- *Ad. 3. ratio. dubit.*

15.

cõpetit actibus elicitis ab appetitu bruti ideo sũt vere volũtarij, sicut & primi actꝰ volũtatis nostræ volũtarij sunt, licet nõ voliti nisi virtute. Vnde merito Vaz.d.23.num.16. reprehendit asserẽtes, omnẽ actũ voluntariũ esse volitũ.

Ex dictis patet voluntariũ per modũ obiecti in brutis etiã reperiri, siquidem illud nihil aliud est, quã obm̃ actus voluntarij, iã autem vidimus, in brutis esse actꝰ voluntarios, ergo. *Corol.* An vero in brutis reperiatur voluntarium omissiue, seu indirecte, statim dicemus.

18 *Quæstio. Decisio.* Prius tñ breuiter oportet explicare, an voluntarium perfectum in brutis reperiatur. D.Tho.a,2.ait, perfectam rationem voluntarij in brutis non esse, quia dicitur ad conuertẽtiã cũlibero, quod in brutis non est. Sed contra, quia amor beatitudinis est perfecte volũ- *Obiect.* tarius, tñ est necessarius quoad exercitium in patria, & quoad specificationem in via & amor, quo Deus amat, sic & producit Spirit. San. est perfecte voluntarius, non tñ liber libertate indifferentiæ, sed necessarius. ergo ratio D.Tho. est nulla. R.1. Caiet. D.Tho. in cõ- *1. Solutio.* clusione non velle, voluntarium perfectum & liberũ esse formaliter idem, sed ꝙ perfecte voluntarium sit liberum formaliter vel causaliter, seu causam alicuius actus liberi, & quia actus beatitudinis, & amor, quo Deus diligit se, & producit Spiritum sanctum, & ipsamet productio sunt liberę actiones causaliter, licet non formaliter, ideo sunt actiones perfecte voluntariæ, Sed hoc videtur contra D.Tho. ibi, inquit enim perfectam igitur cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, prout scilicet apprehenso fine aliquis põt de liberare de ijs, quę sunt ad finem; moueri in finem, & non moueri: ergo sentit D.Tho. actum perfecte voluntarium sequi deliberationem de mediis & fine, talis autem actus est formaliter liber, ergo sẽtit omnẽ actũ perfecte voluntarium esse formaliter liberum & non tantum virtute & causaliter. Vnde 2. R.Caiet. D.Tho. tñ loqui de perfecte volun- *2. Solutio.* tario prout reperitur in rationali creatura pro statu viæ, in qua appetitus beatitudinis est perfecte voluntarius, quia est liber quoad exercitium. Sed contra, quia ex ratione volũtarij perfecti probat non esse in brutis, ergo loquitur de voluntario perfecto in communi, & non de voluntario perfecto cõpetente creaturæ rationali pro statu viæ 3. alij dicunt de *3. Solutio.* ratione voluntarij ptrfecti tñ esse sequi plenam cognitionem, & quia in brutis nõ est plena cognitio, ideo nec perfecte voluntarium. Amor autem beatitudinis, & quo Deus se amat & producit Spiritum sanctum, & ipsa productio Spiritus sancti sequuntur plenã cognitionem, ideo sine liberrate sunt perefecte voluntarię actiones. At hoc non est D.Tho. defendere sed confutare, quia ipse ad rationem voluntarij perfecti libertatem actus requirit. Vnde 4. alij dñt cum Conra.a.2. amorẽ beatitudinis & quo Deus se amat & producit *4. Solutio.* Spiritum sanctum & ipsam productionem nõ esse actus perfecte volũtarios neq. id esse imperfectionẽ in Deo, quia nõ est perfectio simpliciter ferri libere in omne obm̃, quin potius ferri necessario in Deum clare vel cõprehẽsiue cognitũ, est perfectio simpliciter, in alia vero libere. Vnde in bruto ex imperfectione sui appetitus prouenit, in nihil ferri libere, ideo D.Tho. appellat perfecte voluntarium, quod est liberum, scilicet quando versatur circa bona particularia nõ circa summum & vniuersale bonum, ferri .n. libere in bona particularia perfectio quædam est, ideo in brutis nõ est voluntarium perfectum. Cui solutioni addendũ est, quod licet amor, quo Deus se diligit sit imperfecte voluntarius, hoc non est in eo imperfectio, sed tñ est imperfecte significari hoc nomine, volũtariũ, sicut multa quæ sunt perefectissima in Deo significantur imperfecte nominibus metaphoricis, aut minus proprijs pœnæ, doloris, iræ discursus, & similibus. Quod vero Medina a.2. tractat circa illã rationẽ D.Tho. an de liberatio sit de fine, discutiẽtur circa art.2.q.14.

Sect.3. an in brutis vel hominibus detur volũtariũ indirecte absq. vllo actu.

19 *1. Quæstio do brutis deciditur.*

MEdina a.3.ait, in brutis nõ esse volũtariũ indirecte, quia in ea non cadit obligatio, quæ tñ est de ratione huius volũtarij, sed hęc ratio nulla est, quia vt statim videbimus, de ratione voluntarij omissiue, seu indirecte non est obligatio operandi, vnde si vera esset opinio Molinæ tribuẽtis aliquã libertatẽ veraq. indifferentiã brutis, licet imperfectã, dicẽdũ esset, in eis dari voluntariũ indirecte seu omissiue, scilicet cum possent operari, & non operarentur, similiterq. si in pueris et amentibus aliqua esset libertas & indifferentia, vt tenet non solum Molina, sed victoria & alij in illis esset cõcedẽdũ voluntarium indirecte & omissiue, quando libere actionem retinerent, sed quia in sequentibus ostẽdemus, bruta pueros & amẽtes protsꝰ libertate carere negãdũ est illis omnino volũtariũ omissiue & indirecte, de huius .n. ratione libertas est, neq. obstat, pueros & amẽtes brutaq. à duobus vocata, interdũ cunctabũda subsistere & postea ad alterũ accedere, ergo antea accedere poterãt & libere nõ accedebãt, ac proinde illa omissio accessus erat in illis volũtaria. R.n. antea nõ potuisse ad alterũ accedere, quia nõdum imaginatiua vel ęstimatiua sufficiẽs accedẽdi motiuũ prębuerat, sedobiecta interse pugnabant, neutrumq. conuenientius iudicabatur, postea autem, altero conuenientiori iudicato,

cœpit appetitus ad ipsum trahi, vnde omissio prior voluntaria non fuit.

Vide trac. 13. disp. 2. sect. 5.

Sed omissis brutis, de hominib⁹ grauis est difficultas, an in eisdetur volũtariũ absq. omni actu, aliqui partẽ negatiuã amplexi sunt dicẽtes, nũquã dari volũtariũ indirecte, nisi interueniat aliquis act⁹ ad ipsã omissionẽ terminat⁹ vel ad aliquid ex quo ipsa omissio cõsequat, quæ sentẽtia videt D. Tho. q. 71. a. 5. docẽtis dari nõ posse omissionis peccatũ absq. aliquo actu, idẽ tenet Caiet. 1. p. p. 63. a. 5. in fine, Medi. & Conrad. hic & q. 71. a. 5. vbi Zumel. d. 1. cõclu. 5. Alẽs. 2. p. q. 130. mẽb. 2. & 10. Bachõ. 2. d. 44. q. vn. a. 3. videt etiã Magistri. 2. d. 35. c. itẽ aliter, Bona. du. 1. litteræ Albert. a. 3. ad. 2. cõtra. 1. đfin. peccati. D. Tho. de malo. q. 2. a. 1 Adam⁹ 4. q. 6 a. 2. dub 1. cũ Capsal. quodã & multis alijs sui tẽporis. Henr. quodlib. 12. q. 24 Probabile putat Gab 2. d. 41. a. 3. dub. 3. imo in fine quæst. videt id tenere docẽs. nõ esse necessariũ actũ internũ terminatũ ad ipsã omissionẽ, vt dicebat Alex. & Adam, secus terminatũ ad aliquid incõpatibile cũ actu, de quo eart præceptũ, idẽ tenet Vazq. d. 92. c. 2. Vbi & d. 24. c. 1. ita interpretat D. Tho. am. Est 2. sentẽtia tenẽda, dari posse volũtariũ, absq. omni actu ita D. Tho. hic a. 3 Nec valet q⁹ aliqui ad hoc testimoniũ D. Thom. omissa solutione Medi. diẽtis, solũ velle, dari volũtariũ sine actu presẽti. R. nõ cõcessisse D. Tho. purã omissionẽ; sed tm̃ q⁹ effect⁹ aliquis positiuus est indirecte volit⁹ absq actu interno positiuo. Sed cõtra, quia ille nõ posset esse volũtari⁹ absq. omni actu, si omissio, ratione cui⁹ est volũtarius, nõ esset volũtaria absq. omni actu. Sẽtit ergo D. Tho. dari omissionẽ volũtariã absq. omni actu, idẽq. sentit 2. d. 35. q. 1. a. 3. imo deduci põt ex q. 71. a. 5. & 2. 2. q. 79. a 3. ad 1. & ad 4 & de malo. q. 2. art. 1. licet. n. in his locis doceat, omissionẽ culpabilẽ semper habere cõiunctũ aliquẽ actũ: tm̃ docet talẽ actũ interdũ se habere p accns ad omissionẽ culpabilem & esse præter eius essẽtiã & simpliciter peccatũ omissionis posse esse sine illo, ergo sẽtit essentiã volũtarij reperiri prẽciso omni actu, & physice, licet nõ moraliter absq. omni actu dari posse. Eodẽq. modo loquit Capreo. 2. d. 35. q. 1. a. 1. cõclu. 2. & a. 3. ad arg. cõtra illã Hispalen. a. 1. cõclu. 1. & a. 3. notab. 3. idẽ docet Alma. 1. mor. c. 1. & 6. & lib. 3. c. 21. 25. & 26. Richar. 2. d. 35. a. 1. q. 1. Bassol. q. vn. 2. 1. Argẽt. q. 2. a. 1. Aegid. q. 1. a. 2. Ouãd. propos. 1. Palac. d. 1. Carthu. q. 3. Flauius q. vn. Duran. q. 2. & 3. d. 33. q. 2. num. 7 Ochã. q. 10. du. 1. posito post 4. cõclu & q. 13. ad. 1. dubiũ positũ post conclsiones, Angest. c. 10. mora. Adrian. in materia de Eucha. q. 3. ad vlt. seu 7. Maior. 2. d. 42. q. 2. Altisio. 2. summæ. tra. 29. c. 2. q. 1. Val. hic d. 2. q. 1. pũcto 1. & d. 6. q. 1. pũcto 2. Suar. to. 1 meta. d. 19. sect. 4. nũ. 8 Nicola. Nijsse. tract. 1. p. 1. portio. 1. q. 3. Angles. 2 d. 37. q. 2. diffi. 3. Guill. de Rub. d. 33. q. 1. a. 2. Heruæ. quodlib. 7. q. 25. seu vlt. Anton. 1. p. tit. 4. c. 3. §. 2. Naua. prælud. 6. num. 41. Marsil. 2. q. 21. a. 2. Viguer. c. 3 §. 4. princi & alij multi.

20 Quæstio. 1. de hominibus. 1. sentent.

21 2. Sentent. tenenda.

22 Probat.

Prob. quia volũtas posita plena cognitione libera est quoad exercitiũ seu libertate cõtradictionis ad operandũ & nõ operãdũ circa quodcũq. obm̃ præter Deũ clare visum, ergo sufficiẽter proposito quocũq. alio obiecto, põt operari & nõ oprari circa illud, demus igitur quod nõ operetur, id nõ prouenit ex defectu alicuius necessarij ad actionẽ, sed ex mera facultate, potestate & libertate sua, ergo omissio actionis tũc erit volũtaria & libera, quia suo modo ꝓcedit ex libertate in actu 1. q̃ voluntas habet. Quocirca si omissio est act⁹ præcepti erit culpabilis, iuxta id Iacobi 4. sciẽti bonũ & nõ faciẽti (scilicet, libere & volũtarie) peccatũ est illi. Luc. 12. Seruus scius &c. & Rom. 1. digni sunt morte non solũ qui talia agũt, sed etiã q. cõsentiũt faciẽtibus, hinc etiã Scrip. & Patres, incuriã & negligẽtiã damnant, quæ in omissione libera debitæ diligentiæ cõsistit. R. 1. aliqui, liberũ esse volũtati elicere, vel nõ elicere actũ quia in hac vita nullũ est obm̃, q⁹ necessitatẽ inferat quoad exercitiũ, nõ tm̃ cessare ab ab omni actu, quia intellectus cõtinua ꝓpositione obiectorũ trahit volũtatẽ ad aliquẽ actm̃. Addũt è duob⁹ nõ posset eligere min⁹ effi cacitet ꝓpositũ, põst tm̃ nullũ actũ elicere, quę suspensio durabit modico tẽpore, in quo non obligabit præceptũ operãdi, ideo nõ dabitur omissio culpabilis sine aliquo actu. Sed cõtra quia intellectus varia proponẽdo nõ necessitat, ideo fatẽtur, breui tẽpore esse volũtatẽ absque vllo actu. cur ergo nõ tẽpore lõgo? cur eo breui tẽpore nõ poterit obligare præceptũ & sic dari omissio culpab. sine vllo actu? Meli⁹ ergo huic rationi R. põt. voluntatẽ esse libertãm quoad exercitiũ & libertate cõtradictionis ad operãdũ & nõ operandũ circa quodcũq. obm̃. præter Deũ clare visum: tm̃ nõ esse liberam ad omittẽdã operationẽ suspendẽdo omnẽ actũ sed volẽdo omittere, vel eliciendo actũ incompossibilẽ tali operationi. Hæc tm̃ solutio reiicit. 1 ex ea. n. sequit ꝓ si Deus negaret suũ cõcursum ad alios act⁹ nõ esset facultas in volũtate adeliciendã, vel nõ eliciendã taẽl operationem, sed tm̃ ad eliciendã, quia tũc nõ posset volũtas exercere aliũ actũ, quo eã operationẽ suspenderet. seu impediret, conseq. est falsum, ergo. Cõfir. quia sequit vel Deũ, nõ posse volũtati præcipere, vt exeat in actũ abstrahendo ab hoc, & illo, &c. vel tale preceptũ violari nõ posse, sed necessario impleri: cons. videt falsũ, ergo: sequela probat, quia si violandũ esset tale præceptũ, vel ergo ꝓ putã omissionẽ volũtariã, & sic nõ, quia hæc pertę est impossibilis, vel per aliquem actũ & sic non, quia eo ipso ꝙ exiret in aliquẽ actũ, impleret præceptũ, ergo.

prima solutio.

Vnde

Vnde dici non potest quod violaretur volendo omittere omnẽ actum, nam eoipso quod eliceret talem volitionẽ, impleret præceptum exeundi in aliquem actum, & præterea volitio illa implicatoria est, quia cum volitione efficaci nullum omnino actum habendi, implicat dari aliquem actum liberum.

2. Et fortius, quia demus, in obiecto nullã repræsentari rationem mali vt contingit sæpe in particularibus bonis & semper quando obiectum est bonum in communi; demus etiã nullum aliud obiectum repræsentari, saltem sub ratione boni vel mali, iam nullus actus nisi amoris dari poterit circa illud obiectum, circa alia vero nullus omnino, ergo voluntas tunc non erit libera ad amandum, & non amandũ illud obiectũ: cõsequens est absurdũ sic enim sæpissime etiam supposita plena cognitione obiectorum, actus nostri non essent liberi, ergo. 3. quia nulla ratio afferri potest, quare volnntas non possit immediate in oppositа contradictorie, sicut potest inopposita cõtrarie, ergo, sicut immediate potest amare vel odisse aliquod obiectum & amare hoc obiectum vel illi oppositum, seu incompossibile ita poterit immediate amare & non amare aliquod obiectum, & ita non erit necesse ad omittendum eius amorem elicere aliquẽ actum. 4. propositis quibuscumque obiectis bonis & malis non sufficienter trahitur voluntas a singulis, nec ab omnibus collectiue, ergo potest circa illa nullum actum elicere, & tunc omissio amoris cuiuslibet eorum libera & voluntaria erit sine vllo actu. Ante. probatur quia ab vno obiecto æqualis bonitatis & malitiæ cum tota illa collectione non determinaretur voluntas, ergo nec à tota illa collectione, quæ non habet maiorẽ vim mouẽdi voluntatẽ Cõfir. Nã si sint duo opposita obiecta repręsentata solum sub ratione boni, adueniatque. 3. alteri oppositum, voluntas poterit operari circa hoc, non operando circa priora, ergo similiter hoc non aduenẽte poterit circa priora non operari, & tunc erit libera & voluntaria omissio absque omni actu cõseq. patet, quia accessus vel recessus tertij obiecti non dat voluntati vim ommittẽdi volitiones priores, ergo, si eo accedente voluntas poterat rales volitiones omittere, similter poterat ante eius aduentum, ac proinde absque omni actu. Et hanc sententiam prẽter supra citatos tenet Palac. 2 d. 35. q. 1. E. ad D. Tho. citatum pro. 1. sentẽtia. R. cum Valentia & alijs, loqui de potentia morali, non de physica, aut logica, itaq. sentit, moraliter loquendo non dari omissionem quin detur aliquis actus per se vel per accidens ad illam concurrens, licet id minime repugnet, & ita sẽ ipsum ac D. Thom. explicat Medi. q. 71. art. 5. eodẽ modo potest explicari Medi. & quidam alij in 1. opinione citati.

23

Sed aduersus sententiam nostram multæ sunt obiectiones. 1. quia voluntarium de quo agimus, non est voluntarium in actu 1. ergo in actu 2. ergo non potest esse sine actu. 2. sed hæc obiectio facile deluitur, nam voluntariũ, de quo loquimur, nõ semper est actus positiuus. 2. nec cum actu positiuo. 2. sed est libera priuatio seu omissio actus. 2. & in hoc distinguitur à voluntario per modum actus primi. *Obiectiones contrà nostram sententiã. 1. obiectio. Soluitur.*

2. Obiectio, nam si quid modo est voluntarium, & antea non erat, ergo aliqua mutatio facta est, & non nisi per actum. 2. ergo hec voluntarium includit actum. 2. Hæc obiectio facile etiam diluitur, nam vt aliquid, quod non erat voluntarium, fiat voluntarium, non requiritur realis mutatio intrinseca in ipsa voluntate, sed sufficit in operãte qui nunc habet sufficienter cognitionem ad liberã omissionẽ antea vero non. Vnde male Marsil. supra concedit, posse hominem dormientem peccare primum per omissionem & transire de statu gratiæ ad statum peccati. Nam eo tempore non sit mutatio in voluntate, nec in homine, quæ sufficiat, omissionem, quæ antea non erat voluntaria, voluntarium reddere, ergo nõ transit de omissione inculpabili ad culpabilem, nec de statu gratiæ ad statum peccati. *2. obiectio. Solutio.*

24

3. Obiectio alias Deus circa aliqua obiecta posset omnem actum suspendere, ita vt omissio non creandi alterum mundum, v.g. esset ei voluntaria absque omni actu, ac proinde nullum esset absurdum, si diceremus, non habuisse positiuam volitionem non creandi alterum mundum, & sic de alijs rebus. *3. obiectio.*

R. In Deo vel omnino necessarium esse vel saltem decẽtius operari maxime voluntarie, & ideo omnia quæ voluntarie omittit omittere actu positiuo ad ipsam omissionem terminato, nos autẽ nõ semper ita volũtarie omittimus, quia non semper de ipsa omissio cogitamus, nec ex natura nostra determinati sumus ad maxime voluntarie omittendum, nec semper quod decentius est, præstamus, Adde ex Durand. 2. d. 35 q. 2. Deum circa aliqua obiecta omnem actum absolutum suspẽdere, nec enim absolute vult mala fieri, aut non fieri: quod intellige etiam de malis pro materiali, imo nec circa bonos actus in particulari volitionem aut noltiionem absolutam elicit. nihil ergo mirum, si nos circa obiecta aliqua omnem actum suspendamus, & ita dabitur omissio sine vllo actu. *Solutio.*

4. Obiectio si posset dari pura omissio voluntaria & culpabilis, vt quando est omissio actus prẽcepti, ergo etiam dari posset pura omissio voluntaria bona, laudabilis, ac meritoria *4. obiect.*

meritoria, vt si sit omissio actus mali & prohibiti, poterit quoq. dari omissio voluntaria indifferens, vt omissio actus ex se indifferentis, consequens videtur esse falsum, ergo.

25 Duplex difficul. 1. tractatur. 1. opi.

Hac obiectione vtitur Zumel. q. 71. ar. 5. fol. 59 contra nostram sententiam, & in hac obiectione duplex insinuatur difficultas. 1. An possit dari pura omissio bona & meritoria. 2 An possit dari pura omissio voluntaria indifferens, idest nec bona nec mala moraliter.

Pro. 1. difficultate D. Tho. 2. d 35. q 1. art. 3. ad. 4. & de malo. q. 2. a. 1. ad. 3. & infra, q. 71. a. 5. ad. 1. & 2. 2. q 179. art. 3 ad 4. ait, purā omissionē mali non esse meritoriā, nec esse simile de omissione boni debiti, quæ est demeritoria, quia teste Dionis. 4. c. diuinorum nomi. bonū ex integra causa, &c. idem docēt Rich. supra ad vltimum, Duran. Aegid. Arge. Altsiod. & alij, vnde significant, voluntariam omissionem mali, bonam non esse, quod aliqui confirmant. 1. quia bonum est passio entis, ergo debet esse quid positiuum. 2. quia, vt omissio sit meritoria, debet esse relata in vltimum finem, vel ex se in illum tendere. 3. relatio autem & tendentia actum positiuum dicunt, & constat in motu locali, tendentiam aliquid positiuum importare. 3. quia voluntas quæ omittebat malum, de quo intellectus nihil cogitabat, nihil merebtaur, sed per hoc quod intellectus cogitet de illo malo, nō meretur voluntas, ergo non magis meretur quam antea. 4. pura omissio eius quod quis non tenebatur facere, non est voluntaria directe, vt patet, nec indirecte, ad hoc enim requiritur obligatio, sed per ea quæ non sunt voluntaria, non meremur, ergo. 5. alioqui meritum cuiuscumque iusti esset quasi immensum, quia sciens & prudens multa mala omittit. 6. quia præter citatos hanc sententiam tenet Cistercien. 1. d. 8. q. vnica. art. 3. & d 35. q. 1. a. 2. Almai. tracta. 2. moral. c. 13. & de sententijs Oleoth q 2 a. 4. Medi. Conra. & alij infra q. 71. ar. 5 Zumel. q. 114 art. 3. disp 5. Palacius. 2. d. 37. q. 1. pag. 531. colu. 2. dicens, oppositum esse ridiculum.

Ang. est. vero in moralibus, cap. 10. §. dogmatizari, ait, omissionem actus mali, ad quem quis solicitatur, esse bonam, aut laudabilem, dubitat autem; an sit meritoria, quia ratio meriti cum ex mera Dei voluntate pendeat, magis occulta est.

26 2. opinio.

Alij dicunt, omissionem mali, quod sub sola ratione mali repræsentatur, non posse esse liberam, quia nemo potest non omittere malum precise consideratum vt malū, ac proinde nec posse esse meritoriam, si vero illud malum simul etiam consideretur vt bonum, vtile, vel delectabile, omisio eius in homine iusto meritoria erit, quia voluntaria, libera & bona est quod suadent. 1. quia talis omissio commendatur Ecclesia: 31. qui potuit transgredi, &c. ideo stabilita, &c. 2. aliquæ priuationes habent rationem boni naturalis, vt carentia doloris; &c, ergo & carentia libera & voluntara mali moralis est bona moraliter. Vnde qui tentationibus non consentit, laudatur, & Rex terrenus præmio afficit eum, qui solicitatus ad defectionem, non consentit, ergo & Deus 3. implere libere & voluntarie præceptū, laudabile est: qui omittit voluntarie actū malum, implet voluntarie & libere preceptum negatiuum: ergo laude dignus est. 4. Omissionē illam causat legis, & boni moralis cognitio & virtus si ineset. Sed quod ab his procedit, nec aliunde inficitur, bonū & laudabile est, ergo. 5. Sicut omisio actus precepti est virtualis & interpretatiua volitio transgrediēdi ita omissio actus prohibiti, est virtualis, & interpretatiua volitio obediendi: ergo est bona, & in homine iusto meritoria, quia in homine iusto omne bonū morale, eo ipso est meritoriū, & Deus pronior est ad remunerandum, quam ad puniendum, punit autem omissionem malam, ergo remunerat bonam. Ad D. Thom. hi opinantes respondent, loqui de merito perfecto, quale in actione & non in omissione reperitur, sed hæc expositio non placet quia D. Tho. absolute negat meritum, ergo etiam de imperfecto loquitur. Sicut cum ait, omissionē actus præcepti demeritoriam esse, de merito imperfecto loquitur. Deinde quia omissio aliqua potest esse magis demeritoria, quam cōmissio, ergo & magis meritoria, si est capax meriti, ac proinde in ea reperiri poterit meritum perfectum. Vnde aliter dici posset, nempe omissionem mali esse moraliter bonam, quia est libera & voluntaria, & rationi consona, nec habet obiectum, quod omittere sit dissonum rationi, nec illa inficitur vlla mala circunstantia. Vnde Arist. 5. thic. cap. 5. expresse ait, non agere malum esse bonum honestum. & cap. 1. omne voluntarium, scilicet liberum, laudabile, vel vituperabile esse: illa autem omisio non est vituperabilis, ergo laudabilis, quod autem inquit Diony. bonum ex integra causa, nihil aliud significat, quam, vt aliquid bonum sit, nihil mali, seu nullam circumstentiam malam habere debere, cum igitur ea omisio sit mali secundum rectam rationem omittendi, nullaque inficiatur mala circumstantia cur bona non erit? ac proinde meritoria boni temporalis in quolibet homine, & beatitudinis naturalis in homine iusto, vel habente tantum originale, sicut opera moraliter tantū bona: licet non erit meritoria gloriæ, quia deest ei relatio in finē supernaturalē quæ necessaria est ad meritum gloriæ vt fuse

ostende-

ostendimus disputatatione citata,& quia meritum gloriæ assimilatur bono,& meritū pœnę malo, ideo D. Tho. ad probandum puram omissionem non esse meritoriā gloriæ, adducit dictum Dion. bonum ex integra causa, &c. non quia puram omissionem existimauerit bonam non esse, sed quia censuit non esse meritoriam gloriæ defectu debitæ relationis in finem supernaturalē, cōmuniter autē scriptura&sancti meritū absolute seu gloriæ,& quandam parte Christianæ iustitię omissioni mali adscribunt, quia solet coniunctum habere actum aliquem,quo reddatur meritoria gloriæ.sic intelligi potest id Eccle. 31. qui potuit transgredi,&c.& ad Titum 2.ab negantes impietatem,&c.& 1. Petri 2. si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. & Psalm. 36. declina à malo & fac bonum. & S. Remaclus apud Surium in eius vita tomo 5.ait, solus triumphus innocētiæ non peccare,cum possis.& Bernar. in paruis serm. 21. iustitiam ait consistere in innocentia & beneficentia: ad quod multa alia adducit Canis initio 3.partis Catechis. & saltem hæc suadere videntur, omissionem mali esse bonam,sic enim carentia miseriæ & doloris bona est,& propter seipsam à damnatis appetitur,qui merito magis vellent nō esse, quā miseros esse,& multi corporis mortem appetunt ad vitandā, infamiam ,tormenta, &c. Sic ergo omissio mali moralis perse est appetibilis,ergo bona vt obiectū,si suo modoest à voluntate libera,cur non erit bona per modum actus.2 & meritoria boni temporalis & beatitudinis naturalis, ad quam ex natura sua,licet non ab operante ordinata & destinata est,sicut actus quiuis moraliter bonus, & sicuti omissio actus boni de se tendit & ordinata est ad suppliciū, hæ enim omissiones interpretatiue sunt actus,vnde sine actu formali potest dari accessus ad finem, licet sine motu locali positiuo non possit dari accessus ad locum, nec recessus ab illo, nisi destructionē vel remotion superficiei locantis, recessum à loco appellare velis. Et certe cū recessus à Deo vt sine vltimo sine actu detur, cur non & accessus? nec vero vt voluntas, quæ antea non merebatur,mereri incipiat,mutanda est physice in se ipsa,sed satis est mutationem dari in intellecta, sicut cum de non peecāte redditur pecccans peccato omissionis, mutatione facta in solo intellectu ,imo interdum per solum lapsum temporis , statimque sectione sequenti videbimus, voluntarium indirecte non requirere obligationem operandi, ergo omissio mali voluntaria, ac proinde bona esse poterit sine obligatione operandi, nec vero ex hac opinione sequitur, nos multum mereri,quia multa mala scienter & voluntarie omittimus ,nam totam malorum collectionem non omittimus voluntarie, cū non possimus totam exercere,eo quod vitia quædā alijs repugnāt, incōposibiliaque sunt,sed meremur omittendo voluntarie, quod inter occurrentia mala maius est: Et alioqui per voluntatem positiuam omittendi multū mereremur,nec vero quia pronior Deus ad remunerandum,dabit prēmiū supernaturale pro omissione nō relata formaliter nec virtute in finē supernaturalem,quia id nō expedit, nec aliud præmiū naturæ cōsentaneum est,per quæ diluentur omnia argumenta vndecumque obiecta.

Nihilominus probabilius puto & magis cōsonum D. Tho. aliisque authoribus relatis et AEgidio.2.d.35.q.1.art.2. ad 2. & expresse de mente Altisiodo.2.sum.tract. 29. cap. 2. q. 1. puram omissionem mali non esse moraliter bonam,ac proinde nec meritoriam beatitudinis naturalis vel pærmij temporalis: ratio est aperta,nā sicut ad actum moraliter bonū nō sufficit tendere in obiectum de se bonum, sed requiritur id facere propter motiuum bonū, ad bonitatesq. speciales requiruntur specialia motiua propria singularum: virtutum ita ad omissionem moraliter bonam requiritur,vt quis omittat propter bonum aliquod motiuum,hoc autem non contingit sine actu, quo voluntas moueri dicatur, quod non solū habet locum,cum varia motiua omittendi repręsentantur, quædam bona, quædam mala, tunc enim omissi non potest magis tribui vni motiuo quam alteri & ideo sicut propter malum motiuum non erit mala, ita nec propter bonum bona, sed etiam quando vnum tantum motiuum idque bonum repręsentatur, nec tunc enim voluntas omittit magis propter tale motiuum, quam propter ingenitam suam libertatem, ex qua habet vt non oblatis sufficientibus rationibus ad eam determinandam, possit actum retinere, ergo illa omissio non habet, vnde bona moraliter sit. Nec obstat,quod ait Angestus in moralibus cap. 10. comm.1. puram omissionem pure omissiue referri posse in finem, ita vt voluntas propter aliquem finem moueatur & alliciatur ad omittendum sine vllo actu, hoc enim vt iam ostendimus impossibileest,quod vero Aristoteles 3. Ethic. cap. 5. dixit, omittere mala bonum honestum esse, intelligendum est, cum ex motiuo bono omittuntur, quod tamē sine actu aliquo cōtingere nequit, id vero, quod dixit c.1. omne voluntarium laudabile vel vituperabile esse,intellige de voluntario,quod fuerit actus, secus quod pura omissio: eodem modo loquitur Damas.2. fidei.c.24.& 26.& Nyssenus.5.philosophiæ c.1 quo etiam loco ait,omne voluntarium in ac-

37 Conclus. Authoris

tione consistere, per quod non intendit dari non posse puram omissionem voluntariam.

Cum autem pura omissio mali non sit moraliter bona vt ostendimus nec sit moraliter mala vt patet, sequitur esse indifferentē & ita extra totum genus moris, quod bonitate & malitia exhauritur.

28 2. Difficultas tractatur.

Ex quo etiam patet, quid ad 2. difficultatē dicendum sit, de omissione actus indifferentis Quidā dicunt omnem puram omissionem voluntariam, malam esse, quia voluntarium indirecte solum contingit, cum quis nō facit quod facere tenebatur, sed statim videbimus id esse falsum. Vnde dico puram omissionem actus indifferentis, voluntariam esse posse, & cum ea non sit mala, eo quod non est omissio rei præceptæ nec sit bona, quia non est omissio rei malæ, neque propter bonū motiuum, sequitur esse indifferentem.

Dices non potest dari actus indifferens in indiuiduo, vt q.1.a.9. ergo nec omissio indifferens in indiuiduo, negatur consequentia, quia non est præceptum referendi omissiones voluntarias indifferentes, dices omissiones malæ destruunt habitus bonos & producunt malos, ergo omissiones indifferentes producunt habitus indifferentes, quos tamē non dari ostendetur q.18.a.9. ergo. Zumel. q. 71.a.5.d.1.fol.59 nititur probare purā omissionem malam non dari, quia sequereretur per eam corrumpi habitū bonum & generari malū, disp, autē...ex professo tractat, an per omissionem malam destruatur habitus bonus & generetur malus, probabilioremq. iudicat partem affirmatiuam cum Medi. eodem art. Ego vero cum Dvran.3.d.33.q.2.&alijs ab eo relatis, & cum communi recentiorum dico, si omissio sit coniuncta cum aliquo actu malo, ille quidem generabit habitum malū & corrumpet bonum, ipsa vero omissio per se ipsam nihil horum præstare poterit, siue pura sit, siue cum malo actu coniuncta, priuatio enim non potest per se & vt ratio agendi concurrere ad productionem rei positiuæ. Omissio autem secundum se est priuatio, ergo non potest esse ratio producendi habitum.

29

Respondent aduersarij, illam omissionem virtualiter & interpretatiue esse volitionem, ideo posse habitum producere, sed hoc friuolum est, quia non est virtute volitio quantum ad effectus physicos, sed quantum ad morales, eo quod ad culpam & demeritum imputatur, quasi esset praua volitio, ergo non habet vim producendi habitum, sicut vera volitio, & alioqui fateri deberent, eundem habitum producturam, quod tamen negant necessario consequi. Præterea operatio sequitur esse sed omissio proprie non est, ergo nec proprie operatur. Præterea omissio bona, qualis saltem est, quæ positiue est volita, non generat per se habitum bonum, nec indifferēs indifferentem, ergo nec mala malum. Præterea nulla alia negatio vel priuatio est ratio producendi quid positiuum, ergo nec mala omissio. Præterea vel omissio producit habitum operatiuum vel tantum omissiuum, neutrum potest dici, ergo Medi. & Zumel vtrumque aiunt dici posse, sed primū eligūt vt probabilius, ego vero vtrumque reijcio, quod enim detur habitus in potentia ad nullam opetationem ordinatus, inauditum & ridiculum est, maxime quod in qualibet specie vitij operatiui deberet etiam adiungi alia species vitij omissiui, & sic etiā poni possent quædam virtutes operatiuæ, aliæ omissiuæ, & quidam habitus indifferentes actiui, alij omissiui, vel saltim omissiui essent indifferentes & ista distinctio habituum operartiuorum & omissiuorum ad intellectum quoque & appetitum sensitiuum transferri posset. Præterea habitus inclinans ad aliquam operationē inclinat ad omissionem oppositæ, ergo frustra fingitur habitus præcise ordinatus ad omittendū. Quod vero per omissiones non generentur habitus operatiui, probatur, nam habitus incilnat tantū ad operationes, quibus est genitus, ergo si nō est genitus operationibus ad eas non inclinat: Præterea alioqui omissio debitæ dilectionis vel debiti cultus, &c. Generaret habitū inclinantē ad Deū odio habendum, blasphemandum, ignominiaque afficiendum, & omissio actus credendi, ad assentiendum erroribus, &c. Consequens est absurdum. Ex quo etiam patet contra prædictos, quod omissio mala non corrumpit saltem effectiue habitum bonum quia nihil corrumpit habitum, nisi producendo oppotum nullaque causa inferior potest aliquā formam destruere nisi producendo oppositam, nullaque per se intendit corruptionem, ergo cū omissio nihil producat, nihil corrū pit, & in omissione actus supernaturalis, est ratio specialis, quia habit⁹ supernaturalis nō corrumpitur effectiue nostris actibus, ergo nec omissionibus, & alioqui cum omissiones & actiones veniales sint eiusdem rationis cū mortalibus, etiā per veniales corrūperetur virtus infusa, quod absurdū est. Deniq. omissiones culpabiles & inculpabiles eorundem actuū, sunt eiusdem rationis in esse naturæ, sed inculpabiles non destruunt habitus bonos, nec generant malos, ergo nec aliæ.

30 Quæstio. Decisio.

Alia quæstio hic esse posset. Vtrum per quemcumque non vsum, cessationem, seu omissionem licitam vel illicitam, voluntariā aut non voluntariam destruantur habitus acquisiti, & probabile puto cum Gabriele.3. d.23.q.1.dub.6, & cum alijs hos habitus

destrui

destrui sola cessatione ideſt sine vllis actibus cõtrarijs, non quidẽ ita' vt cessatio ipsa sit ratio corrumpendi, sed quia ea posita, desunt actus quibus reparandæ essent partes habitus vel intensionis eius, quæ paulatim corrumpuntur: est enim verisimile & experientiæ consonum, quod sicut impetus impressus lapidi vel etiam cælo, & species imaginatiuæ paulatim deficiunt, & delentur, Deo paulatim iuxta ipsorum naturam subtrahente concursum conseruatiuum, ita, & omnes habitus acquisiti, sed probabilius est, nunquam corrumpi, nisi à contrario vt q. 73. cũ D. Tho. dicetur.

31 Ex dictis patet, quod omittere opus consilij non est bonum & cum non sit malum, erit indifferens: quod autem non sit bonum, patet, quia omittere malum non est bonum, ergo à fortioti nec omittere opus consilij. Dices voluntas in omni omissione libera & voluntaria habet se, vt causa moralis, sed causa moralis, vt sic, dat effectui moralitatem, ergo nulla omissio potest esse sine bonitate vel malitia morali. R. voluntatem non in omni omissione libera & voluntaria causare moraliter, licet in eo initãti possit moraliter causare, nam causare moraliter, est causare contra regulam rationis, vel ex regula, aliquid agendo vel omittendo propter bonum motiuum à ratione ostensum. in omissione autem actus mali vel consilij nullo horum modorum causat, ideo non causat moraliter.

32 5. Obiectio pura omissio non est voluntaria formaliter nec virtute, ergo nullo modo: prima pars antecedentis probatur, quia quod nõ est actu tale, non est formaliter tale pura autẽ omissio nõ est actu volũtaria, ergo. 2. pars antecedentis probatur, quia talis omissio non est voluntaria in virtute alterius omissionis, quia esset processus in infinitum: nec alterius actus, alioqui non esset pura ab omni actu, ergo non est voluntaria virtute

5. Obiect.

Resp. puram omissionem actus eliciti esse formaliter voluntariam, & in seipsa, & nõ virtute alterius actus vel omissionis. itẽ esse voluntariam actu, quia non est voluntaria tantum in potentia, nec tamen ideo sequitur, cõiunctũ habere aliquẽ actũ, cęcitas. n. & priuationes dicuntur esse actu, licet nullũ actũ cõiũctũ habeant, omissio autẽ actus imperati, licet actu sit voluntaria, ideſt nõ tantũ in potentia, tamen non est voluntaria in seipsa per modum effectus, sed in virtute omissionis actus eliciti, quia ex ea sequitur & mediante illa & non aliter est in potestate voluntatis, Prærerea omissio actus eliciti dici potest voluntaria virtute, quia quantum ad hoc quod est esse volntariam perinde se habet, ac si esset positiua voiltio, & ita virtute & interpretatiue est volitio, licet formaliter solum sit omissio volitionis.

Resp.

6. Obiectio, omissio pura non est volita, ergo nec voluntaria. Negatur consequentia sic enim actus voluntatis voluntarius est, licet non sit volitus. nec enim voluntarium hic dicitur, quod volitum est, sed quod est à voltũate procedẽte cum cognitione, vide Durand. 2. d. 35. q. 2. D. Tho. ibi q. 1. art 3. ad 3. & de malo. q. 2. artic. 1 ad. 2. & infra, q. 71. art. 3. ad. 2.

6. Obiect. Solutio.

33 7. Obiectio, voluntas prius natura, quam omittat, est indifferens ad agendum & omittendum, in illo autem priori habet non agere, ergo in sequenti signo, quãdo dicitur omittere, habet aliquid aliud & non nisi actum aliquem, ergo omnis omissio habet adiunctum actum aliquem: quod autem in illo priori voluntas habeat non agere, probatur, quia verum est dicere, quod in illo priori non agit, cũ in eo signo sit indifferens ad agendum, & non agendum, & non intelligitur agere, ergo in eo habet non agere.

7. Obiect.

Resp. argumentum in hac materia & alijs esse sophisticum & procedere a propositione negatiua ad affirmatiuam, translata negatione copulæ in prædicatum, qui modus arguendi vitiosus est, quando non ponitur constantia, vel inuoluitur aliqua reduplicatio, vt non valet Antichristus non habet albedinem, ergo habet non albedinem, oportet enim vt consequẽtia teneret, ponere constantiam, Antichristus est, similiter non valet. aer in illo priori antequam habeat lucẽ, non habet lucẽ; ergo habet nõ lucẽ, seu tenebras, nã ibi inuoluitur quædã reduplicatio, cũ qua non tenet illa forma arguẽdi. non enim valet Petrus formaliter nõ est albus, ergo formaliter est non albus, sic ergo in proposito non valet voluntas in illo priori non agit, ergo habet negationem actionis, seu omissionem, sublata autem particula, in illo priori & posita constantia, valet argumentum ab affirmatiua ad negatiuam, vt voluntas est & non habet actum, ergo habet omissionem seu negationem actus.

Resp.

8. Obiectio: sequitur ex nostra sententia quod si quis haberet actum, quo vellet omittere dilectionem Dei, quo tempore diligere tenebatur, peccaret duplici peccato, quia per nos omissio dilectionis per se ipsam est voluntaria & mala, & similiter volitio omittendi, ergo duplex est peccatum. Marsil. supra in solutione cuiusdam argumenti contra. 3. conclusionem & in. 3. probatione. 4. conclusionis admittit, duplex peccatum, sed R. quod sicut actus internus & externus pro eodem reputantur, quia externus nullam addit bonitatem vel malitiam interno, cum non habeat nouam libertatem, ita omissio & volitio omittendi: quia quando omissio sequitur ex actu positiuo illam imperante nullam libertatem

8. Obiect.

bertatem illi addit, ideo nec malitiam nec bonitatem, licet autem volitio omittendi sit grauior pura omissione, quia est magis voluntaria, ille tamen excessus, quia paruus est, non est necessario in confessione explicandus, sed satis erit dicere, se libere omisisse actum ad quem tenebatur. Eodem modo pro eodem reputantur velle efficaciter diligere Deum & ipsum diligere quia .2. actus supra priorem nullam libertatem addit.

Aliæ obiectiones contra nostram sententiã opponi posset, sed eas omitto quia .q. 71. a. 5. cõmuniter tractãtur & nõ procedunt de volũtaria omissione in cõmuni de qua hic agim⁹, sed de volnutaria omissione culpabili de qua ibi.

Sectio. 4. An ad voluntarium indirecte requiratur obligatio operandi.

34 Suppositio. Vpponẽdũ est cũ quis sciẽs & prudens omittit sine vllo actu tria sæpe interuenire 1. est omissio actꝰ eliciti, quę inse ipsa & immediate volũtaria est. 2 est omissio actus imperati, quę tantum mediate & in omissione actus eliciti voluntaria est. 3: est aliquis effectus consequẽs ex omissione actus eliciti, & imperati, vt submersio nauis vel mors alicuius, & similia: & quidem de omissione actus eliciti & imperati par vel eadem difficultas est, an vt ea omissio volũtaria sit, requiratur obligatio operãdi vera vel existimata, de effectu vero sequente omissionem actus eliciti & imperati diuersa, maiorq. difficultas est. De omissione, ergo actus eliciti vel imperati, 1. Opinio est vt voluntaria sit, necessario debere interuenire operandi obligationem, ita tenent Medi art. 1. & 3. & q. 71. a. 5. Sayrus tom. 1. lib. 2. cap. 2. &, 3. & c. 6 n. 9. Nauar. summa prælud. 6. num. 4. Victoria & alij art. 3. qui arbitrantur esse sentẽtiã Caiet. ibi & q. 18 ar. 9. ad finẽ asserẽtis, tria esse de ratione volũtarij indirecte scilicet posse, & debere, & non facere, & D. Th. a. 3. dicentis vt effectus aliquis imputetur voluntati tãquam causæ necesse est, vt possit & teneatur impedire, & nõ impediat illũ, quo etiam modo loquuntur Antoni. 1. p. ti. 4. cap. 3. §. 2. Viguerius c. 3. §. 4. in prin. Almai. 1. moral. c. 1. in fine Philiarc 2. p. summæ lib. 4. c. 18. sed hi expresse tractant de solo effectu consequente omissionem vt tandem de D. Tho. concedit Medi. art. 3. in 3. argumenti solutione. Vnde immerito in huius sententiæ patrocinium vocantur. Nec obstat D. Tho. ar. 3. post verba relata addere, quia igitur voluntas volendo & agendo potest impedire hoc, quod est nõ velle & non agere, imputatur ei quasi ab ipsa existens & sic voluntarium potest esse absque actu, vbi plane loquitur de omissione, videturq. dicere, quod vt dicatur effectus voluntatis, seu volũtarij debet esse talis vt homo eum impedire teneatur. Resp. tamen non posuisse eam particulam, debet, quia necessaria sit, vt omissio à voluntate seu voluntaria sit, sed potius insinuauit, in vtroque casu scilicet obligationis & non obligationis, omisionem esse voluntariã, licet effectus omisionis in casu tantũ obligationis referatur simpliciter ad voluntatem, vt ad causam, censeaturque voluntarius.

35 1. Difficil. de omissioni. 1. Opinio.

1. Argum

Suadetur autem hæc sententia. 1. quia quando voluntas non tenetur vitare effectũ sequentem ex omisione, non est causa talis effectus, vt docent expresse D Tho. aliique relati, ergo eadem ratione, quando non tenetur vitare omisionem, nõ erit causa omisionis, de ratione autem voluntariæ omisionis est procedere suo modo à voluntate vt à causa libera: ergo talis omisio voluntaria nõ erit. Confir. nam qui est causa omisionis, est causa effectus sub sequuti: sed qui nõ tenetur vitare effectum, nõ est causa illius, ergo nec omisionis, ac proinde in eo homine omisio non erit voluntaria: maior pobatur nam qui est causa causæ, est causa causati, sed omisio est causa talis effectus, ergo qui est causa omisionis, est causa talis effectus, mi. vero probatur, nam si is, qui nõ tenetur vitare effectum, causa eius dici potest, sequitur. Deum esse causam omniũ peccatorũ quæ fiunt. posset enim ea impedire & non impedit, & gubernatorem reipubl. esse causa omnium peccatorum quæ in lupanari committũtur, ea enim impedire posset, & qui templum egressus, fores non claudit, etiam si non teneatur causa erit furtorum & aliorum peccatorũ que ibi committenda præuidit, & non committerentur, si fores clauderet, & qui videret domũ alterius incendio cõflagrari & potest, sed non tenetur eam liberare, esset causa illius cõflagrationis & qui cum non tenetur, nõ gubernat nauim, causa esset submersionis, & qui existenti in extrema necessitate panem non dat, aut digladiantes, bellũque gerentes non impedit, cum non tenetur, causa esset mortis cuiusq. cumque consequentis & qui fugiẽtem de carcere non retinet, quia non tenetur, licet possit causa erit fugæ, & qui pollutionem cum potest non impedit, licet non teneatur, erit nihilominus causa pollutionis, & hi omnes effectus voluntarij erunt non impedienti illos, consequẽs est absurdum & contra D. Tho & alios, ergo qui non tenetur vitare effectum, licet possit & non vitet, non erit causa illius.

Confir.

2.

2. quod volũtariũ est, laudabile vel vituperabile est vt patet ex Aris. 3. Eth. c 1. vbi probat opera per ignorantiã facta non esse volũtaria, quia non laudantur nec vituperantur, idem sumitur ex Nysseno. 3. suę philoso. c. 1. & Damas. 2. fidei. c. 24. & 26. sed omisio eius, quod quis facere nõ tenetur, non vituperatur, vt constat, nec laudatur vt sectione præced. docuimus: ergo

ergo talis omissio non est voluntaria.

3 3. Voluntas nullius rei est causa libera, quin sit etiam causa moralis: sed talis omissionis non est causa moralis, cum ei non conferat bonitatem vel malitiam, ergo non est causa libera talis omissionis ac proinde nec volũtaria.

4 4. Qui voluntarie permittit aliquem peccare, consentit in peccatum illius: sed qui non tenetur impedire, non consentit in peccatum illius, alioqui peccaret. Rom. 1. digni sunt morte, non solum, qui talia, agunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, ergo permissio illa non est voluntaria.

5 5. In rebus naturalibus omissiones non tribuuntur, moraliter, seu ex præcepto & obligatione debentibus operari, ergo in moralibus tantum tribuuntur, moraliter seu exprecepto & obligatione debentibus operari. Antec. pro ba. omissio enim vel priuatio illuminationis

36 non tribuitur aquæ vel terræ, sed soli, qui na-

2. Opinio authoris. turaliter debet illuminare & ex natura sua quasi obligatus est ad illuminandum.

2. Sententia & proculdubio tenẽda est, quã do quis sciens, & prudens aliquid omittit, quod facere posse, omissionem esse voluntariam, licet operari homo non teneatur. ita docet expresse Angelus c. 6. moralium commento, 1. versic. quãtum ad consensum, & c. 10. moralium cõmento. 1. vbi ponit voluntarias omissiones, non solum actuũ, qui sunt in precepto, sed etiam qui sunt in consilio, vel mali vel indifferentes & ait, falso quoadã obligationem operandi requirere, vt omissio voluntaria sit, licet dicat, se nolle inuoce omissionis vim facere; quia hæc vox importare videtur debitæ operationis carentiam, quare Palacios. 2. d. 25. q. 1. ait esse setmone abuti, si quis dixerit, non seruare virginitatem esse omittere, non tamen negat Palacios eo loco, omissionem illam, licet improprie dicatur omissio, esse proprie volũtariam, quod late docent quidam doctissimi Iuniores præsertim Vaz. disp. 2. ca. 3. & alij Complutenses, & alios, suppresis nominibus citat Victoria. a. 3. Med. art. 1. & 3. & vt retulimus, ipse Medi. docet, non esse contra D. Tho. imo sunt qui dicant ex ipso satis colligi, nam art. 3. corpore & ad 1. 2. & 3. docet nõ velle, non agere & nõ considerare, eo ipso voluntarium esse, quod homo poterat velle, agere & considerare tamen non vult, non agit, nõ considerat, idem docet art. 7. ad 3. & q. 71. ar. 5. ad 2. & 2. d. 35. art. 3. ad. 5. Duran. 3. d. 33. q. 2 & alij multi. Præterea hanc sententiam tenent, qui pram omissionem mali bonamet meritoriam saltem præmij temporalis vel beatitudinis naturalis arbitrantur, quia bona & meritoria non esset, nisi esset voluntaria: imo idem tenere existimo D. Tho, & alios relatos sectione preced. ad 4. obiectionẽ, qui sentiunt talem omissionem non esse meritoriam, non enim rationem assignant, quia non sit voluntaria, sed quia bonum ex integra causa, vel quia non est relata in debitum finem.

Quorumcumque autem hęc sit sententia, 37
probatur 1. quia voluntariũ est, quod est in po- Probat. 1.
testate volẽtis, sed illa omissio est in potestate volentis, ergo. Confir. 1. quia operari tunc es- Confir. 1.
set voluntarium, eo quod esset in potestate volentis. Sed similiter omittere est in potestate volentis, cum hæc potestas sit ad vtrũque, & sicut exerceretur operãdo ita exercetur omittendo, ergo. Confir. 2. ex D. Tho art. 3. argu- Confir. 2.
mento sed contra, illud cuius domini sumus, dicitur voluntarium, sed illius omissionis domini sumus, ergo. Confir. 3. ex Arist. 3. Ethic. Confir. 3.
cap. 5. vbi aperte ait, honesta agere & non ãgere, turpia agere & non agere in nostra potestate, spontanea & voluntaria est, quod etiam docet Nyssenus. 7. suæ philosophiæ cap. 2. & Damasce. 2. fidei. cap. 26. his verbis: in nostra potestate sunt ea, quæ liberum est nobis vel facere, vel non facere (hoc est) ea omnia, quę vltro ac spõte facimꝰ, & infra hæc igitur arbitraria ac nobis libera sunt, quæ in vtramque partem æquæ contingere possunt, velut moueri, & non moueri, impetum facere, vel nõ facere. appetere ea, quę minime necessaria sunt & nõ appetere, mentiri, & non mentiri, &c. ecce inter arbitraria & libera omissiones peccatorũ numerat, ergo ad rationem voluntariæ omissionis non opus est, eius esse, quod quis tenetur facere.

2. Probatur nam talis omissio libera est, vt Probat. 2
ipse Medina, Vict. & alij fatentur, aperte quę docent Arist. Nyssenus & Damas. modo citati & constat, quia voluntas tunc potest omittere & non omittere, de ratione autem liberi est esse voluntarium, ergo talis omissio est voluntaria. mi. probatur nam quod liberum est eo modo quo est, necessario debet esse à libero arbitrio, sed liberum arbitrium essentialiter est voluntas, ergo voluntarium. Præterea, quod est in potestate voluntatis, vt actus. 2. vel omissio ipsius, est voluntariũ: sed quod est liberum per modum actus. 2. vel omissionis eius, vere est in potestate voluntatis vt actus. 2. vel eius omissio, ergo est vere voluntariu siue omissio sit eius, ad quod tenemur, siue non, &c.

3 Cum quis in obiecto, quod non tenetur Probat. 3.
amare, iudicat esse aliquid mali vel non videtãtũ ea boni, vt cognitione voluntas necessitetur ad amorem talis obiecti, tunc quidem cũ cognitione obiecti & fiftis ab intrinseco & ex innata libertate, & non ex defectu alicuius requisiti ad actionem, nec ex impotentia aut coactione voluntas suspendit actionem, ergo talis suspensio voluntaria est, id enim vo-

luntarium

luntariam est quod suo modo est ab intrinseco suo, cum cognitione. 4. adiuncto precepto
38 operandi omissio operationis esset voluntaria, sed preceptum non reddet eam voluntariam, ergo secluso præcepto voluntaria erit,
Probat.4. mi. probatur, quia præceptum operandi non reddit omissionem volitam, nec magis causatam à voluntate, quam si præceptum nõ esset, potius enim præceptum, quantum est de se auocat voluntatem ab omissione; ergo non reddit omissionem voluntariam, sed illicitam
Confir.1. & culpabilem. Confirm. 1. quia præcepta sunt de actibus, vel omissionibus alioqui voluntarijs, sicut & monitiones Authore Aristote.
Confir.2. 3. Et hic. c. 5. ergo secluso præcepto omissio illa voluntaria est. Confirm. 2. quia ratio voluntarij communis est omissioni culpabili, & actibus voluntatis, ergo ex aliquo communi capite sumi debet, & non ex ratione præcepti,
Confir.3. quæ peculiaris est. Confirm. 3. nam voluntarium non consistit in hoc, quod sit iuxtà, vel contra, vel præter præceptum, sed in hoc quod sit quodam modo ab appetitu cum cog
Confir.4. nitione, hoc autem in ea omissione inuenitur ergo. Confirm. 4. nam certũ est omissionem actus, non debiti per se, esse voluntariam positiuo actu absque præcepto, vel in seipsa, vt si quis vellit die feriali non audire missam, vel in alio, vt siquis cum sufficienti aduertentia vellit eo die studio, alijs ve rebus implicari, ergo eadem ratione posset esse voluntaria absque vllo actu secluso præcepto, maxime cum sicut interno mente actu effectus omissionis non imputaretur omittenti, ita nec nullo actu interueniente: quare nulla est ratio, cur ea omissio non sit censenda voluntaria, idemque argumentum sit in eo, qui ex duobus positis in extrema necessitate velit alteri subuenire, positiuo actu volendo non subuenire alteri, aut nullum actum habendum circa illum. Nec valet dicere in hoc vltimo casu omissionem subuentionis non esse voluntariam necessariam, quia subueniendo priori impotens redditur ad subueniendum alteri: impotentia enim libere suscepta non tollit rationem voluntari, siquis enim libere proijcit breuiarium inmare, voluntarie omittit orationem, & hoc etiam si non teneatur recitare, ergo impotentia libere suscepta non tollit rationem voluntarij, nec vt omissio sit voluntaria in causa requiritur obligatio operandi, ac proinde nec vt sit voluntaria in se absque vllo actu, & sane videtur contra communem modum loquendi, & sentiẽdi asserere eum qui posit cũ
39 non orat vel non adest sacro, si non tenetur, non omittere voluntarie, si vero tenetur,
Prob.5. omittere voluntarie. 5. vt quis voluntarie
Prob.6. agat, non requiritur obligatio: ergo nec vt voluntarie omittat. 6. obligatio omittendi non requiritur ad voluntariam, ergo nec obligatio operandi: Ant. patet, alioqui nulla omissio mala esset volũtaria animæ aut econtra. consequentia vero probatur: quæ enim ratio discriminis affetri potest.

7. Quis dicat varijs supplicijs, minis, ac pro Prob.7.
missis tentatum vt Christum neget, si nullum eliciat actum, non voluntarie restituisse vel negationem omisisse? idem est in aliorum peccatorum vehentibus tentationibus. Vnde in hoc euentu, omissionem esse voluntariam fatẽtur aliqui ex aduersarijs, sed non assignant suffi- Prob.8.
ciens discrimen huius casus ab alijs. 8. Omnis omissio, quæ potest esse voluntaria formaliter & directe, potest esse voluntaria interpretatiue, & in directe, sed omissio actus indebiti potest esse voluntaria formaliter & directe: ergo interpretatiue & in directe, videlicet vel sine vllo actu omnino vel saltem sine vllo actu ad ipsam, sed ad causam tantũ terminato: quo vltimo modo etiã effectus positiuus potest esse voluntarius indirecte, & interpretatiue: ad quodgenus voluntarij exigit Vazq. disp. 24. c. 1. & 3. quod effectus positiuus vel omissio sit cognita in seipsa & formaliter non vt existẽs sed vt processura ex tali causa. Verum tamen hoc non puto requiri ad voluntarium physicum indirectum, sed tantum ad morale vt imprimum, nam communiter non imputatur ad culpam effectus non, prævisus, vt suo loco dicemus: nunc satis fuerit intelligere omissionem actus indebiti voluntariam indirecte esse posse. Argumenta autem in appositum
40 nullius momenti sicut ad 1. Resp. quod siue
Ad 1. arg. voluntas teneatur vitare effectum sequentẽ
1. Opinio. ex omissione, siue non explicite, & formaliter
nis. loquendo est causa per accidens talis effectus, sed quando tenetur, est virtute interpretatiuè causa per se illius quantum ad hoc, quod est imputari ad culpam, quia ita peccat, ac si directe, per se & explicite vellet & causaret illum hoc autem non habet, quando non tenetur effectum vitare, & hoc discrimen intendit D. Tho. at vero ipsius omissionis liberæ semper est causa per se, siue omissio sit actus præcepti siue non præcepti: quia ex vi liberæ voluntatis procedit eo modo, quo priuatio procederepotest. Vnde talis omissio non debet excludi à ratione voluntarij proprer defectum relationis ad voluntatem vt ad causam, sufficit enim relatio rationis, cuius nõ est in capax priuatio

Ad confir. Respon. procedere in omni opi Ad confir
nione: manifestum enim est, quod si quis actu mationem.
positiuo velit omittere id, quod facere non tenetur, vere erit causa talis omisicnis, tamen etiam aduersarij dicũt, nõ fore simpliciter causam effectus subsequuti, ergo aliquid potest esse simpliciter causa omisionis & non effectus subsecuti. Vt etiam potest aliquis esse causa ali-

sa alicuius entis positiui, qui non sit simpliciter causa effectus inde manantis, qui enim cibos comedit, quos scit pollutionem illaturos a quibus nõ tenetur abstinere, non dicitur simpliciter causa pollutionis, est enim causa per accidens seu per aliud, tam formaliter quam æquiualenter virtute & interpretatiue quantum ad rationem culpæ si autem teneretur vitare causam pollutionis & non vitaret, esset æquiualenter, virtute, & interpretatiue causa per se pollutionis quia illi imputaretur ad culpam ac si ipsam in se metipsa vellet & procuraret: illi ergo effectus in confirmatione numerati, quorum causam priuatiuam non tenetur quis vitare, sunt per accidens a voluntate tam formaliter quam æquiualenter, ideo voluntas non dicitur simpliciter causa ipsorum, nec illi dicuntur simpliciter voluntarij: secus effectus, quorum causam vitare tenemur: quod magis patebit sequenti difficultate.

Ad. 2. Ad. 2. Resp. Authores illos solum velle, omnem actum voluntarium liberum, esse laudabilem vel vituperabilem: non vero omnem omissionem voluntariam esse liberam.

Ad. 3. Ad 3. Respond. voluntatem nullius actus esse causam liberam quin etiam sit causa moralis: sed alicuius omissionis causa libera est, cuius non est causa moralis; quia sua voluntate omittit absque vllo actu, & tunc omissio non est mala, si non est actus præcepti, nec bona, quia non procedit ex bono motiuo sed ex mera libertate voluntatis. Vnde nullam habet moralitatem.

Ad. 4. Ad 4. Respondeo non omnem qui permittit aliquem peccare, consentire simpliciter in eius peccatum, sed qui tenetur non permittere, huic enim peccatum est per se voluntariũ implicite, virtute, æquiualenter & interpretatiue; quia ita ei imputatur, ac si per se & formaliter vellet alterum peccare, quia tenetur nec in directe consentire.

Ad 5. R. negatiuam carentiam operationis tribui rei non debenti naturaliter operari, secus vero priuatiuam, quia priuatio solum cõpetit subiecto apto nato ad formã sic etiã omissio negatiua actus humani etiam inanimatis tribuitur, priuatiua autem homini potenti operari, maxime pro tempore, quo non operatur, quia quod tunc non operetur, non prouenit ex defectu alicuius requisiti ad operandum, sed ex mera sua libertate & ad hoc nihil refert, quod teneatur, vel non teneatur operari: sed tantum ad hoc, quod omissio sit, vel non sit culpabilis & habeat, vel non habeat rationem priuationis moralis, quæ consistit in carentia actus moraliter debiti.

41 De effectu autem sequente omissionem
2. Difficultas. maior est difficultas. An sine obligatione impediendi illum voluntarius dici possit, nam D. Tho. & reliqui relati pro: 1. opinione præcedentis difficultatis aperte docent non imputari voluntati vt causæ. Ex quo videtur colligi non esse voluntarium, quod enim voluntariũ est à voluntate est & voluntatem causam habet. Vnde Caiet. Nauar. Philiarcus. Almai. Vigue. Med. Victoria Vazq. & alij supra, relati negant talem effectum esse voluntarium quod exempla inconfirmatione. 1. argument. posita ostendere videntur & nonnulli suadent ex Arist. 2. physic. cap. 3: tex. 30, vbi ita inquit idem insuper contrariorum est causa, quod enim præsens causa cuiuspiam est id & absens nonnunquam causam esse contrarij dicimus, vt gubernatoris absentiam submersionis nauis, cuius præsentia causa erit salutis. Ex hoc tamen loco nihil certi habetur, non enim negat Arist. gubernatorem vel alium quempiam cum non teneatur gubernare causam esse submersionis, quim potius de quolibet gubernatore id videtur admittere. Adde, quod è contrario si quis non ex Iustitia sed ex religione (vt quando emisit votum) vel ex charitate teneretur gubernare & non videretur causa submersionis. alioqui enim omnia damna teneretur resarcire, quod Theologi negant. Idem est in eo qui ex charitate tantum teneatur incendio, furtis, aut alijs, proximorum dãnis occurrere, ergo illa cõditio quodquis teneatur effectum impedire non est necessaria nec sufficiens vt effectus dicatur indirecte voluntarius. 2. cum interuenit obligatio, effectus non est magis volitus nec magis causatus à voluntate, quam cum obligatio non interuenit, ergo non est magis voluntarius, cõsequentia patet, quia voluntarius effectus dicitur quasi volitus & causatus à voluntate, ergo si in 1. casu nec est magis volitus nec magis causatus a voluntate non erit magis voluntarius, antecedens probatur quia in neutra casu voluntas tendit in illũ perse & secũdum se sed secundũ quod est in causa præuisus, videlicet vel vdlendo omissionem actu positiuo vel causando voluntarie omissionem sine vllo actu saltem in eam expresse relato, ergo non magis est volitus effectus in vno casu quam in alio, quod vero nec magis causatus sit, probatur quia in 1. casu voluntas solum causat illum mediate nempe causando omissionem ex qua dimanat, sed in 2. casu effectus eodem modo causatur ex omissione & omissio eodem modo procedit a voluntate, ergo & ipse effectus eodem modo a voluntate procedit. Confirm. 1. Quia præceptum impediendi effectum potius auocat voluntatem à volendo & causando effectum, ergo non præstat vt effectus sit magis volitus vel causatus: ac proinde nec vt sit magis voluntarius

de effectu consequente Aissionem.

1. Opinio.

fundamen.

42 *Reiicitur opinio cũ suis fundamentis.*

43 *Confir. 1.*

quare

quare si in 1. casu est voluntarius indirecte
Confir. 2. etiam in. 2.Confirmatur. 2. quia præceptum non est de ipso effectu nec de negatione effectus, sed de impediendo effectum , ergo ipse effectus ratione præcepti non redditur magis nec minus voluntarius in seipso, & præterea ipsa causa nẽpe omissio nõ redditur magis voluntaria ex ipso effectu, quia, vt ostendimus preced. difficultate,æqualiter voluntaria est omissio actus præcepti & non præcepti , ergo effectus ratione præcepti non redditur magis nec minus voluntarius. Con-
Confir. 3. firm. 3. nam si quis gubernaret , cum non tenetur,non minus causa esset salutis nauis, nec salus illi esset minus voluntaria, quam si gubernaret , cum teneretur: ergo similiter, si quis nõ gubernat cũ non tenetur, non minꝰ causa erit submersionis nec minus submersio erit illi voluntaria, quam si non gubernet, cum tenetur,patet consequentia ex paritate rationis, nec videtur contra D. Tho. si recte verba eius expendantur , dicere, submersionem esse voluntariam indirecte , illi etiam, qui gubernare non tenetur,postquam , enim D. Thom.a. 3. dixit,duplex esse voluntarium vnum directe, quod est a voluntate agente aliud indirecte quod est a voluntate non agente,vt omissio gubernationis & submernis nauis est à nauta non gubernante, statim subdit,quod vt effectus secutus ex omissione imputetur agenti tanquam causæ,non satis est quod qui possit agere, non agat sed necesse est vt qui possit & teneatur non agat. Ex quibus verbis solum sequitur,requiri obligationem operandi,vt effectus ex omissione procedens imputetur ad culpam , vel referatur in voluntotem vt in causam moralem id est bene vel male operantem, non vero vt sit voluntrrius indirecte , & causatus Physice à voluntate,imo & moraliter idest libere , nam causa moralis vno modo idem est,quod causa libera,alio vero modo idem, quod bene: male moraliter operans ; quin vero D. Tho. videtur supponere,etiam secluſa obligatione, esse voluntarium in directe, & nullibi docet eam conditionem requiri, vt effectus sit indirecte voluntarius , vel physice aut,moraliter idest libere à voluntate causatus. Nec est inconueniens concedere, peccata , quæ a Deo permittuntur , esse ei voluntaria indirecte & idem est in alijs effectibus superius positis: nã particula indirecte est additum diminuens de ratione voluntarij , & voluntarium indirecte est voluntarium secundum quid , quod sacra scriptura & sancti respectu peccatorum sæpe tribuunt Deo, & similiter nõ est inconueniens, dicere Deum esse indirecte causã peccatorum; nam causare indirecte est causare secundum quid & permissiue: talem autem modum causalitatis erga peccata passim Scriptura & doctores ascribunt Deo,& licet actus elicitus vel imperatus eiusque omissio & permissio,vt rationem culpæ habeat,debeat etiam habere rationem voluntarij simpliciter ,tamen vt effectus qui non est culpa,sed quasi obiectum culpę imputetur ad culpã, non requiritur vt sit voluntarius simpliciter;sed satis est esse voluntarium secundum quid, quatenus est permissus,cũ deberet non permitti : nec semper malum est,voluntarie esse causam per accidens illius. Nec voluntarium secundum quid interpretatiue,quod hic interuenit,malũ est; quia effectus ipse tãtum dicitur voluntarius interpretatiue,quia quodãmodo procedit à voluntate,quasi esset ab ipsa velit9,ipsa autẽ omissio ex qua consequitur effectus , simpliciter est voluntaria interpretatiue,nec tamen hoc malum est,quia nec velle omissionem illam formaliter malum esset,ergo a fortiori nec velle illam interpretatiue simpliciter. Nec aduersus hanc sententiam recte inducũtur Aris. Nyssen. & Damas citati ar. 2 præced. difficultatis,cum enim dicunt omne voluntarium esse laudabile vel vituperabile, loquuntur de actu voluntario,non vero de omissione,& multo minus de effectu consequente omissionem,quare inconueniens non erit, aliquem effectum secutum ex omissione voluntarium dici , tamen nec esse laudabilem nec vituperabilem,maxime quando tantũ sit volutarius secundũquid.

3.Prob.vt effectus sit voluntarius, non esse necessariam obligationem impediendi illum, 44
effectus enim, qui est in potestate voluntaria 3.Prob.
vt fiat, vel non fiat,est liber volũtarius.ea enim quæ in nostra potestate sũt,libera & volũtarie sunt ex D.Tho.Nyssen.Damas.& Aristot,& submersio nauis est in potestate gubernatoris etiam non obligati ad gubernandum,ergo est libera & voluntaria.Conf. aliqui enim admittunt,liberam esse sed de ratione liberi est esse voluntarium,ergo etiam est volntaria.

4.effectus præuisus necessario consequens ex causa voluntaria voluntarius est, vt si iactus lapidis est mihi voluntarius,mors hominis inde secuta, est etiam voluntaria sed omissio gubernationi est voluntaria Nautæ & ex ea necessario sequitur submersio nauis etiam cum Nauta non tenetur gubernare,ergo tunc etiam erit voluntaria. 4

5.quia ratio discriminis, quam quidam assignant inter effectum, eius qui tenetur impedire , & qui non tenetur,nulla est: dicunt. n. effectũ posterioris hominis nõ esse à volũtate vel causa Physica effectus positiui,nec vero est à volũtate vt à causa morali, quia cũ volũtas nõ teneatur talẽ effectũ impedire,ille non pertinet ad 5

ad ipsam, ergo nō est ab ipsa, vt à causa mora li, ac proinde nō est volūtarius: quę ratio facile cōfutatur, tū quia cōtingere pōt, vt effectus cōsequēs omissionē sit priuatio. v.g. si nō do cui Pet. aliquid quod ipse propterea non do cuit Pau. sedvna priuatio per se pōt cōsequi ex alia, ergo effectus cōsequens omissionē pōt esse ab illa, vt à causa physica. Præterea causa p accidens, vere et simpliciter est causa physica, vt qui remouet prohibens, simpliciter est causa physica, motus lapidis mortisq; inde secutę, & qui applicat ignem combustibili, vel è contra simpliciter est causa physica combustionis, ergo licet voluntas omittens sit causa per accidens submersionis nauis, & mortis inde sequētis, nihilominus erit simpliciter causa physica licet hæc causalitas non reperiatur in agentibus non liberis, consistit enim in hoc, ꝙ causa, quæ pōt impedire effectū, non impediat, quod propriū est causæ liberę, reliquę enim causę impediunt omnē effectū quē impedire possunt. Præterea si is qui non tenetur gubernare gubernaret simpliciter esset causa salutis, licet esset causa per accidēs quatenus, scilicet remouet vndas nauim submersuras, ergo similiter, qui non gubernat, cum nō tenetur, licet sit causa per accidens submersionis, tū simpliciter erit causa physica, ergo effectus erit ei volūtarius, simpliciter enim procederet ab ipso cū cognitione, & libertate.

45. 2. opinio. Propter hæc quidam doctissimi viri dicunt, vt effectus sit in directe voluntarius, nō requiri obligationē impediendi illum, sed hanc requiri tm̄, vt effectus imputetur ad culpam, & referatur ad voluntatē, vt ad causam moralē, idq; non esse cōtra D. Tho. quod enim ait, ar. 3. non semper, id quod sequitur ad defectum actionis, reduci sicut in causam in agens, ex eo quod non agit, sed solū tunc cū potest, & debet agere, intelligitur de causa morali, ideo enim subdit, si enim gubernator nō posset nauim dirigere, vel non esset ei cura cōmissa gubernationis nauis, nō imputaretur ei nauis submersio, loquitur ergo tm̄ de causa morali, nā imputatio causam moralem involuit; ita etiā tenet Valentia disp. 2. q. 1. puncto. 1. dicens voluntariū indirecte, etiā dici potest, cum voluntas potest aliquid impedire, & non impedit, licet non teneatur, & hanc acceptionem voluntarij indirecte, non omnino rejecit D. Tho. sed prætermisit, vt minus vsitatam, & ad doctrinam moralē, non pertinentē, si enim nauta, & alijs, ludētibus nauis submergatur, tametsi qui libet eorū potuerit nauim gubernare, tū nauta solus diceretur vsitato, & morali modo loquēdi volūtarie indirecte nauim submersisse; quia ipse solus non modo potuit, sed etiā debuit nauim gubernare, hæc Valentia.

46 3. Opinio. Ego vero dicēdū existimo formaliter loquēdo, eū qui tenetur, & eū qui nō tenetur effectū impedire, eodē modo esse causā talis effectus, & ęquè volūtarie, & ideo effectū ęquè volūtariū esse vtriq; ita tū, vt neutri sit volūtarius simpliciter, loquēdo formaliter, vt dixi, sed vtriq; sm̄ quid; quia nec est actio elicita, nec imperata volūtatis, nec omissio actionis elicitę, vel imperatę, nec est volitus simpliciter, sed permissus, virtualiter tū & interpretatiue quādo quis tenetur impedire effectū, & nō impedit, illi est volūtarius simplic. quia perinde peccat, licet nō in eodē gradu, ac si vellet in se absolute talē effectū, hinc enim fit, vt virtualiter, & interpretatiue illū absolute velit, siquidē permissio illius effectus moraliter mala est, nō secus, atque eius volitio. ei autē, qui nō tenetur effectū impedire, effectus non est simplic. volūtarius virtute, & interpretatiue; quia non imputatur ad culpā, ac si esset absolute volitus, imo si ex pura omissione sequitur, nec ad bonitatē moralē imputatur, vt permissus, sed eius permissio manet sine bonitate, & malitia, & extra totū genus moris. Quāuis autē, quoties interuenit obligatio impediēdi effectū, ipse simplic. sit voluntarius, scilicet virtute, & interpretatiue quātū ad malitiā, tū quātū ad restitutionē dāni, solū est virtute, & interpretatiue voluntarius, quādo ex iustitia tenebatur homo nocumentū impedire. Ex quibus patet, si volūtariū moraliter dicatur id tm̄, quod est bonum, vel malū meraliter, & ad præmiū, vel supplicium imputatur, bene aliquos dicere, submersionē nauis, quādo quis potest, sed nō tenetur gubernare, & nō gubernat, esse illi volūtariā, nō moraliter, quia non imputatur, sed physice tantū, quia in potestate eius erat impedire submersionē: hoc. n. sufficere ad volūtariū physice patet ex Arist. 3. Eth. c. 5. vbi nulla alia ratione probat actū virtutis, & vitij, & eorū omissiones esse volūtarias, nisi quia in potestate volūtatis. Sed si nomine causæ moralis solū intelligatur causa libera, cōcedendū est, voluntatem in casu dicto esse causam moralem illius submersionis, & ipsam submersionē esse voluntariam moraliter omittenti gubernationem.

47 Hæc autē quæ dicta sunt de effectu cōsequē te purā omissionē, scilicet nō esse simplic. volūtariū ei, qui nō tenebatur illū impedire, dicenda sunt de effectu cōsequēte omissionē positiue volitā, nec. n. refert, omissionē esse, vel non esse expresse volitā, vt recte Vaz. disp. 24. c. 3. n. 3. imo & de effectu cōsequēte actionē volitā, vt cū quis ex meo opere scādalū pasturus præuidetur, si tenebar ab eo opere abstinere, ne sequeretur scādalū, & nō abstinui scandalū est mihi simplic. interpretatiue volūtariū, alias vero nō: similiter, si ex certo exercitio, vel cibo rū genere noui processurā pollutionē, & teneor ab illo abstinere, ne pollutio sequatur, & non abstineo pollutio est mihi voluntaria virtute, & interpretatiue simpliciter, si vero non te-

neor,non est mihi virtute,& interpretatiue voluntaria simpliciter: sed secundum quid, quia non imputatur ad culpam,ac si esset in se absolute volita. Eadem dicenda sunt de effectu consequente remotionem obstaculi,nam licet Vaz.sup.num.14. sentiat non esse voluntariã,nisi ei qui tenetur non remouere obstaculum,puta timonem nauis ne submergatur: tamen verius videtur talem effectum omni substrahenti obstaculum,siue teneatur, siue non teneatur,non aufferre, esse voluntarium physice, secundum quid;moraliter autem, tantum esse voluntarium ei qui tenebatur impedimentum non subtrahere, quare si quis timonem, sibi furto sublatũ in propriam nauim referat ne submergatur,non peccat etiam si submergatur aliena, neque alienæ submergio est illi voluntaria moraliter, vt neque peccata quæ Deus non impedit,& quorum efficacia impedimenta subtrahit,sunt illi moraliter voluntaria.Sed physice in directe, & secundum quid si quis autem omissionem alicuius actionis, vel actionem, vel remotionem impedimenti velit propter effectum inde consequentem effectus ipse non solum erit volitus, sed maxime voluntarius, quia est ab intrinseco cum cognitione,& expressa volutione,& etiã quando non fuerit obligatio impediendi talem effectum effectus ipse imputabitur ad culpam, vt si quis timonem suum petat,vt alterius nauis submergatur.Iuxta supradicta recte Thomas Sanchez to.3.de mati. disp.45.nu 33. docet effectum præuisum in causa esse voluntarium physice,etiam si non teneamur illum vitare, non vero moraliter,seu imputabiliter.

48. Sed vt magis hæc explicenter objicio.1.qnando causa est volita,vel voluntaria simpliciter
1.Objict. effectus per se illam cõsequens est volitus, vel voluntarius simpliciter;ideo dicimus eum qui vult absolute materiale peccati, absolute velle malitiam, quæ ad illud per se consequitur. Et qui absolute vult sagittam emittere absolute, etiam vult mortem quam cernit inde per se processuram,& qui vult aliquid impossibile auditioni missæ voluntarie simpliciter, non audit missam,sed ad omissionem gubernandi nauim interdum sequitur per se submersio nauis, quia sequitur necessario, ergo qui tunc vult non gubernare,vel tali exercitio, aut cibis vti, simpliciter vult submersionem nauis,vel pollutionem, licet hos effectus non teneatur impedire.Respon.1. transeat in eo casu effectus esse simpliciter voluntarios virtute
1. solut. & interpretatiue physice, non tamen moraliter, quia qui ponit causam cum qua effectus habet necessariam connexionem,& eam ponit libere,& voluntarie præuidens talem connexionem,virtute etiam ponit effectum physice loquendo libere ac voluntarie, non tamẽ moraliter si talem effectum non tenebatur vitare,seu illam causam non adhibere,ne sequeretur talis effectus,tunc enim effectus non imputatur ad culpam,ideo moraliter non reputatur voluntarius.Respon.2. causam per se dici dupliciter.1.quia vi propria infert effectum 2.solut.
& hæc cum est absolute volita,vel voluntaria, aut voluntarie applicata effectus, qui ex ea necessario processurus cernitur etiam est absolute volitus,vel voluntarius,vt in casibus argumẽti.Secundo,dicitur causa per se,nõ quia vi propria inferat effectum, sed quia effectus habet cum ipsa necessariam connexionem, & hæc licet sit absolute volita,vel voluntaria,non semper effectus erit absolute volitus, vel voluntarius,& ita contingit in casu illo pollutionis,vel submersionis nauis.

Objicio.2. quidquid est simpliciter causa causę, simpliciter est causa causati,saltẽ cũ necessario sequitur ex tali causa, sed volũtas sim 49.
pliciter est causa omissionis, ergo simpliciter 2.Objict.
est causa effectus necessario sequentis omissionẽ,ac per consequens ille est simpliciter volũtarius,etiã ei qui nõ tenetur illũ impedire. R.
1.admittẽdo quod simpliciter sit causa physica,licet nõ moralis talis effectus,& negãdo in 1. solutio.
de sequi,quod effectus sit simpliciter voluntarius, quia vt aliquis effectus, qui non est actus elicitus, nec imperatus voluntatis, nec ex vi actus voluntatis per se consequens, vt consequitur peccatũ habituale ex actuali simpliciter dicatur voluntarius, nõsolũ debet esse simpliciter effectus volũtatis, sed simplic. volitus,seu volũtarius formaliter, vel interpretatiue,quod nõ cõtingit in submersione nauis secreta,ex eo,quod nõ gubernet, qui gubernare tenetur. R. 2. non quidquid simpliciter est 2.solutio.
causa causę,est simpliciter causa causati,etiam necessario sequentis ex tali causa,sed requiritur,vt sequatur ad illam tanquam ad causam per se,& vi propria influentẽ,vel saltẽ tanquã ad id quod vt applicãs,vel vt applicatio affert secũ causam per se,si autẽ sit causa valde per accidens qualis est mera cõditio,sine qua nõ, vel remanens,prohibens, vel permittens, seu nõ obstãs tũc quod est simpli. causa talis causę nõ est simpli.causa talis causati ab illa, quia etiã illa est tantũ. sm quid causa talis causati.

Objicio.3.quia nolitio positiua causat inuo 50.
lũtariũ,vt ait D.Thar.3.ad.2.sed fieri potest, 3.Objict.
vt effectus cõsequẽs omissionẽ,etiã in eo qui tenetur illũ impedire sit positiue nolitus, ergo erit simpliciter in volũtarius,ergo male dictũ est esse simpliciter volũtariũ.R. nolitio ab solutio.
soluta causat simpliciter in volũtariũ,secus cõditionalis, alioqui peccata essent simplic.in volũtaria,& mors Christo,& martyribus simpli. fuisset in volũtaria,hęc autẽ sola interuenire solet cũ qs volũtarie nõ impedit effectũ quẽ impedire

pedire potest, quia si absolute nollet positiue
Replica. talē effectū sequi impediret vtiq. illū cū possit.
Vrgebis nam stat aliquē absolute velle, vt
nauis nō submergatur, seu positiue nolle sub-
mersionē, tamen negligentē fuisse inconside-
rando aliqua, ad vitandam submersionem ne-
cessaria, ergo tunc submersio erit simpliter
in volūtaria, ac proinde non erit simpliter vo-
luntaria. R. submersionē in tali casu esse simpli
ter, inuoluntariā respectu volūtatis præsentis;
Dilutio. & simul esse simpliciter voluntariam respectu
volūtatis pręteritæ, quatenus homo actu po-
sitiuo, vel pura priuatione omisit tēpore pre-
ced. debitam diligētiā cōsiderādi quæ neces-
saria erant pro nauis conseruatione; repugnat
autē eundē effectum esse simpliciter volunta-
riū, & simpliciter inuoluntariū respectū volū-
tatis, in eodē statu constitutæ. Obijcio. 4. quia
4 Obiec. causa moralis est, quę causat conformiter, vel
diformiter ad rationē; sed quiscens, & prudēs
omittit gubernationem, licet non teneatur
gubernare causat submersionem cōformiter,
vel diformiter, ad rationem, ergo est causa mo
ralis illius submersionis, contra supradicta.
1. Solutio R. aliqui non causare diformiter ad rationem
cum ille modus causandi non sit tunc prohi-
bitus, nec conformiter ad rationē cū ratio nō
præcipiat, vel consulat, eo modo tunc causari
submersionē, sed potius consulat eam impedi-
Reijcitur ri. Sed contra, quia fieri potest, vt ratio cōsu-
1. lat nō impediri, submersionē, ergo tunc effe-
2. ctus, erit causatus conformiter ad rationē. Et
ita voluntas erit moralis causa ipsius. Pręte-
rea quando voluntas causat actum minus bo
num, quā oppositum, vel incōpossibilē est mo
ralis causa ipsius, licet nō sequatur preceptū,
3. vel cōsiliū rationis, ergo similiter licet in omis
sione gubernationis nō sequatur præceptum,
vel Cōciliū rationis, erit causa moralis. Pręte
rea in omissione mali sequitur pręceptū ne-
gatiuū, tamē nō est moralis causa omissionis,
2. Solut. ergo ad causam moralē nō sufficit cōformare
se rationi cōsulenti, vel pręcipiēti. Dico, ergo
causalitatē moralē cōsistere in deuiando à ra
tione, vel conformando se illi, nō vtcumq. sed
vt mouenti, ita scilicet, vt ab ea moueatur, ad
aliquid operandū impediendū, vel omittēdū,
& quia in pura omissione inculpabili, nec de
viat volūtas à ratione, nec ab ea mouet, ideo
voluntas nō se habet, vt causa moralis, & pro-
pterea nullā moralitatē tribuit effectui, scili-
Corol. cet, nec bonitatē, nec malitiā. Ex dictis patet
explicatio D. Tho. & conciliatio eius cū alijs,
& solutio argumentorum vtriusq. partis.

*Sect. 5. Vtrum ad voluntarium, quod repe-
ritur sine actu voluntatis saltem requira-
tur actus intellectus, & vera
libertas.*

QVoad. 1. difficultatē de actu intel
lectus multa dicētur, disp. 4. vbi in
quiremus, an ignorātia, vel inad-
uertētia causet inuoluntariū. Vn-
de nunc breuiter. Dico, aliquod
inuoluntariū, sine actu volūtatis dari posse, si-
ne vllo actu intellectus ad ipsum terminato.
Prob. 1. in omissione actus eliciti, quæ volūta-
ria est qñ cognosco obiectū, quod possē libe-
re velle, & nullū actū elicio circa illud. Tunc e-
nim omissio ipsa nō cognoscitur, quia, nō cog
noscitur actus cuius est omissio, tū voluntaria
est, quia plena & perfecte, in potestate volūta
tis, ergo. Conf. nam ipse actus, quādo exerce-
tur volūtarius est, absq. eo, quod si cognitus,
ergo, & eius omissio absq. eo, quod sit cogni-
ta potest esse voluntaria, & ratio vtriusq. est,
quia tam actus quā omissio rationē volūtarij
habēt nō, quia sit, quid volitū, sed quia sit ali-
quid in potestate volūtatis constitutū, id autē
cōtingere potest, siue cognitione actus, vel o-
missionis. 2. Probat. in pura omissione actus,
imperati. Si enim quis præcise consideret se
teneri, ad audiēdā missā, & nō eliciat actum
volēdi illā audire, ac proinde nō audiat omis-
sio auditionis volūtaria erit, nō tū cognita. Sed
tātū ipse actus imperatus, nec est necesse, vt
omissio actus imperati cognita sit, si quidem
absq. sui cognitione est vere in potestate volū
tatis, ac proinde volūtaria. Quoties, vero actus
elicitus habēs, pro obiecto actū imperatū da-
tus fuerit, totus actus imperatus debet esse
cognitus, quia voluntas in incognitum ferri
non potest. 3. Probat. in effectu consequente
omissionem actus eliciti, & imperati. v. g. in
submersione nauis, sequente omissionem gu-
bernationis, talis enim submersio voluntaria,
esse potest sine actu intellectus ad ipsam ter-
minato, cū scilicet Nauclerus de submersione
nauis cogitare potuit, & debuit, sed nō cogita-
uit. In quo euētu submersio nauis dū nō cog-
noscitur volūtaria est; debuit tū aliquo modo
antea cognosci, & alioqui volūtaria non erit.
Vt si nunquā in mentē nautæ venit periculū
nauis, & obligatio impediēdi submersionē. In-
terdū autē licet effectus, ipse cognoscatur, tū
quia nō cognoscitur, vt deberet cognosci, effe
ctus, ipse volūtarius erit non sine cognitione,
sed sine perfecta cognitione, & debita; iuxta
quæ intellige D. Tho. ar. 3. ad. 3. vbi asserit, nō
solū sine actu volūtatis, sed etiā sine actu intel
lectus voluntarium dari posse, quia etiam
omissio sciendi voluntaria esse potest, sine
vllo actu voluntatis. Hinc etiam explicantur,
D. Thom. artic. 7. ad. 3. & Almai. 1. moral. c. 1.
in fine, Medi. & alij q. 71. art. 5. dicentes posse
dari voluntarium sine actu voluntatis: non ta-
men sine actu intellectus. Quod etiam docet,
Angest. in moral. cap. 6. ad. 16. argumentum,

52.
1. Pars. Quæstion.
Decisio.
Prob. 1.
Conf.
Prob. 2.
Prob. 3.

sed intelligit contra D.Thom.art.3.ad. 3. de actu intellectus realiter præsenti.Ideoq.omissionem actus præcepti procedentem ex ignorantia,vel obliuione culpabili,putat, non esse voluntariam,& culpabilem. Suo tamen loco ostendemus,actus, & omissiones prohibitas procedentes ex obliuione,ignorantia, vel impotentia culpabili,esse culpabiles. Licet non habeant nouam malitiam, aut demeritum; sicut actus exterior est culpabilis, licet interno nullum addat malitiam.

53. Corolar. Ex his etiam explicatur definitio voluntarij tradita sectio. 1.scilicet voluntarium est quod est ab intrinseco cum cognitione. Nã, etiam si extendatur ad voluntariã omissionẽ verum sensum habet.Omne enim voluntariũ siue obiectiue, siue effectiue, siue omissiue, supponit aliquam cognitionem. Si enim est voluntarium obiectiue,est volitum,ergo præcognitum.Et quia actus imperatus est voluntarius,non solum obiectiue,sed etiam effectiue,ideo debet esse cognitus præsenti,vel præcedenti cognitione.Actus vero elicitus, vel eius omissio, vel omissio actus imperati requirit cognitionem præsentem, vel præteritã, non sui,sed actus imperati: quia non est necesse,in ea reperiri rationem voluntarij obiectiue;sed tantum effectiue,seu omissiue. Dicunt tamen aliqui,eam cognitionem obiecti virtualiter esse cognitionem actus eliciti, & omisionis eius,vel actus imperati.Ideo in omnibus his voluntarijs requiri cognitionem formalem,vel virtualem eius,quod voluntarium appellatur. De effectu etiam consequente omissionem puram,vel positiue volitam, vel aliquem alium actum,dicimus,vt sit voluntarius,debere esse aliquo modo præcognitum, præsertim,vt imputetur ad culpam.Nam effectus actus,vel omissionis culpabilis, vt voluntarius sit, debet esse præcognitus in sua causa, quia quodammodo est semper voluntarius obiectiue,licet enim non semper sit volitus,tamen semper debet esse volibilis ipse, aut eius impeditio. Nihil autem possumus velle esse, aut velle impedire,nisi id cognoscamus.

54. 2. Pars quæstion. Quoad.2.difficultatẽ de libertate, an requisita sit ad voluntariam omissionem.Ratio dubitandi est,quia actus,qui non est liber,potest esse volũtarius,ergo,& omissio non libera,poterit esse voluntaria.R.tamen non posse.Et ratio discriminis est,nam actus,qui nõ est liber, vere procedit à voluntate,& ideo voluntarius est:omissio vero non libera,non procedit à volũtate,sed ex defectu cognitionis,vel alterius conditionis requisitæ,vt volũtas operari possit,& ideo talis omissio non est voluntaria. Sicut quando positis omnibus ad operandũ requisitis,volũtas omittit:tunc enim cũ omissio non procedat ex defectu alicuius requisiti ad operationẽ, sed ex merà libertate volũtatis. vere erit voluntaria.

Sect.6.Vtrum sit aliquod voluntarium liberum & in quo consistat?

55: POstquam egimus de quodã genere voluntarij in speciali scilicet de voluntario omissiue, agimus de alio genere voluntarij,scilicet de voltunario libero, vt postea facile intelligamus omnes diuisiones voluntarij,& multa scitu digna, circa hoc voluntarij genus explicemus. Vt autem hoc fiat, inquirimus modo,quid nam sit libertas proprie dicta.Proquo nota duplicem libertatẽ præsertim constitui.1.est indifferentiæ, quæ libertas excludit omnẽ determinationẽ ad alterum oppositorum contrarie,vel contradictorie,ita vt potẽtia positis omnibus prærequisitis ad agendũ possit agere,& nõ agere, vel oppositos actus habere,quo pacto indifferẽtiã hanc explicat bene, & late Suarez:to.1.meta.disp. 19.sect.4 & Fonsec.9.met.capitulo. 2. quæst. 2. sect.2.ex communi Theologo ũ. 1.d.38. &.39.&.2.d.24.& ex Anselm.lib. de cõcordia præsci.à principio.Et.2.cur Deus homo.c. 17. &.18.qui ait,necessitatẽ antecedentẽ tollere libertatẽ,videlicet indifferentię.Quod etiam docet D. Thom.q.24.de verit.a.1.ad.13.&.2. phy.lect.15.in principio.Fauet etiam Aug. 5. ciui.c.10.& Euodius ad Cõstantiũ apud Turrianum.4.pro epistolis Pontificijs.c.2. vbi ait. Quæ libertas aut electio esset,vbi vna tantum pars esset concessa,quasi dicat nulla, & Trid. sess.6.can.4.quod libertatẽ volũtatis explicat per hoc quod voluntas diuinæ gratiæ possit consentire,& non consentire.2.Est cõplacẽtiæ, quæ non excludit talem determinationẽ sed violentiam,& coactionem. Sunt ergo qui libertatem complacentię coniunctã cũ absoluta necessitate,& determinatione ad vnũ,appellent simpliciter libertatẽ. Quem modum loquendi libenter amplectũtur hęretici nostri temporis ponentes,nos necessario peccare,& bona opera facere:libere tamen. Vnde Bucerus,li de cõcordia doctrinæ ait, quod dicũt catholici,in nobis esse liber. arbitriũ intelligẽdũ esse deliberate à coactione, quod vero dicũt Lutherani,nõ esse in nobis liber.arbit.intelligi de libertate à necessitate.Et Caluin.ait homine esse liberũ à coactione,nõ à necessitate, vt late refert Bellar. 3. de gratia,& lib.arbit c.4 idq.Caluinus tribuit Mag.2.d.25.sed male,vt postea videbimus.Bellar. autẽ eo ca.& seq.licet doceat,ad liberũ arbitriũ nõ sufficere libertatem complacentiæ, sed requiri libertatem indifferentię: interdum tamen significat libertatem solius complacentię esse libertatem simpliter,& similiter Molina.1.p.q.41.a.2. disp.

disput.3.& Gabr.1.d.10.q.2.artic.1.&.2.item 2.d.25.q.1.artic.1.vbi ait,multos Theologos vsurpare hunc modum loquendi, ita loquitur Scotus.1.d.2.q.7.d.10.q.1.quodlib.16.art.2. &.3.D.Thom.de potentia.q.10.art.2.ad.5. vbi ait,Deum amare se libere,licet necessario, &.1.p.q.82.ar.1.ad.1.dicens,cum naturali necessitate posse stare libertatem, pro quo citat Aug.5.de ciuit.ca.10.in principio,& q.83. art.2.ad.3.dicens,libertatem naturalem, esse libertatem à coactione,& hanc non esse per peccatam amissam.Sic etiam loquitur Henri. quodlib.3.q.17.&.6.q.1.&.9.q.5.& in summa artic.6.q.1.Bonauent.2.d.25.parte.2.quæst.2 docens,actum voluntatis,liberum esse, etiam sifit necessarius.Idē tenent Bassolis,& Ouād. 1.d.10.Marsil.1.q.18.arti.2.Nyssen.in resolut.fol.40.Rada to.1.controuers.13.Herrera, disput.10.q.5.& alij Scotistæ,qui dicunt, Deū se libere amare,& producere Spiritū sanctū, licet necessario. Eodem modo loquitur Capreol.1.d.6.q.vnica art.1.conclusione.5.&.2. d.25.q.vnica ad.1.Hērici.cōtra concl.1.in fine.Durand.d.24.q.2.ait enim,actum necessarium necessitate absoluta esse vere liberum, licet non sit liberi arbitrij, vt sic, quod vltimū docet.d.39.q.3.

Hæc sententia suadetur ex sanctis August. enim.5.ciuit.c.10.aperte docet,necessitatem coactionis derogare libertati,non tamen necessitatē naturę,& in Enchiridio.cap.105.ait, multo liberius erit arbitriū, quod omnino nō poterit seruire peccato. Nec enim culpanda est voluntas,aut voluntas non est, aut libera dicenda non est,qua beati sic esse volumus,vt esse miseri,non solum nolimus, sed nequaquā prorsus velle possimus,& lib.de natura,& gratia.c.46.cum Pelagius dixisset,voluntatis arbitrio,ac deliberatione priuatur,quid quid naturali necessitate constringitur.Subdit August. & hic nonnulla quæstio est, perquam enim absurdum est,vt ideo dicamus,non pertinere ad voluntatem nostrā, quod beati esse volumus,quia id omnino nolle non possumus nescio qua, & bona constitutione naturę. Nec dicere audemus Deum,non voluntatem, sed necessitatem habere justitię.Quia non potest velle peccare.In quibus verbis Augu. aperte docet,libertatem posse consistere cum naturali determinatione ad bonum. Et lib.de duabus animabus contra Manichęos, ca.10. ait,eum qui non cogitur, liberum esse, & c.11 quod non est liberum, non esse voluntarium. Et.22.ciuitatis.c.vltimo, sic de beatis loquitur. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt: magis quippe erit liberum à delectatione peccandi, vsque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum.Et Ansel. de libero arbit.capit.1.ait,voluntatem,quę nō potest à rectitudine declinare,liberiorem esse &.capit.3.in definitione libertatis non ponit indifferentiam, sed potestatem seruandi recti tudinem propter seipsam. Et Bernard. de gratia,& lib.arbitrio colum.2.ait,omnem voluntarium motum liberum esse. Et sermone. 81.in cant.quod voluntarium,inquit, & liberum.Et infra,quod voluntarie fit, etiam si ex necessitate fiat,liberum est.Et ibidem nescio quo prauo, & miro modo ipsa sibi voluntas peccato quidem indeterius mutata,necessitatem faciat, vt necessitas, cum voluntaria sit,excusare non valeat voluntatem, nec voluntas, cum sit illecta, excludere necessitatem:miro quodam modo,ac male libera necessitate, & ancilla tenetur, &, libera:ancilla propter necessitatem, libera propter voluntatem. Et quod magis mirum magisque miserum est, eo rea,quo libera,eoque ancilla, quo rea,ac per hoc eo ancilla,quo libera. Ex quibus patet, libertatem esse posse cum necessitate.

56. *Fund.huius sent.*

Dicendum tamen est, libertatem proprie dictam in iudifferentia consistere, ac proinde motum necessarium non posse simul liberum esse, licet sit à coactione immunis, vnde dilectio Dei erga seipsum, productioq.Spiritus sancti, licet sit voluntaria,libera tamen proprie non erit. Idem est de amore beatifico, si necessarius est, & de quocumq. alio actu necessario. Ita Caietan. Torres,Valentia,Bañes,Zumel,Hier. Peres, & omnes iuniores.1.p.quæst.41.articulo.2. Molin.in concordia, quæst.14.articulo.13. disputat.2.Suarez,op.1.libr.1.capitulo.1.&.2. & tom.1.met.disputat.19.sect.4.Azor.libro.1. capit.2 q.5.capit.3.q.5.Herue.quodlib.1.q.1. &.1.d.10.q.1.Gregor.q.1.Okam.2.Gab.2. &.d.38.q.vnica Viguerius,cap.3.§.3.versicu lo.1.& sequentibus, capit.19.§.3.Alma.ca.1. Moral.Angest.cap.1.Decanus articul.7.contra Caluin.Roffensis, articu.36.contra Luth. Soto.1.naturę.capitul.16.Maior.2.d.25.q.1. Fonse.to.3.Met.li.9.c.2.q.2.sect.2.& alijs,& Albertin.to.1.corol.vlti.6.principij Philoso.& alij communiter.

57. 2. *Sentē. doctoris.*

Vuald.1. doctrin.c. 28.

Probatur.1.ex decreto Pij.5.quod innouatum fuit à Gregor.13.vt refert Bellarmin.3. de gratia,& lib.arb.capit.5. Vbi damnantur illæ sententię, quod voluntarie fit, etiam si necessario fiat, libere tamen fit, & sola violentia repugnat libertati hominis naturali. Quæ tamen sententię, non damnarentur, si libertas a coactione esset proprie,& simpliciter libertas.

Prob.1. authoris.

2. Ex Trid.sessione.6.capitul.6.docentem hominem libere consentire diuinę inspirationi, quia eam abijcere etiam potest. Et

can. 4. definit liberum arbitriũ cooperari suæ iustificationi, quia potest dissentire, si velit, ergo libertatem proprie dictam existimat consistere in indifferẽtia ad vtrumlibet. Quod etiam colligitur ex Concil. Senonen. decreto. 15. explicãte libertatem per indifferentiam, ita vt nec gratia ipsa sic determinet voluntatem, vt non possit resistere.

58. 3. 3. Probatur ex sanctis, nam præter Ansel. Aug. & Euodium citatos initio huius sectionis, Nazian. in Apologetico, nõ procul ab initio ait, arbitrij libertas parem in vtramq. partem motum habet. Nysse. 7. philosophiæ. c. 1. probat, hominem esse liberi arbitrij, quia humanæ actiones nõ fiunt necessario, sed possent etiam non fieri. Et cap. 2 explicat, quid sit in libero arbitrio, & ait, ire, & non ire, dare, & nõ dare, concupiscere, & non concupiscere, lætari & non lętari, & similia. Et. c. 3. omnem potestatem electiuam, inqua quidem libertatem totã constituit Scotus supra, ait esse ad oppositа. Damasc. 2. fidei. c. 25. 26. 27. 28. idem repetit eisdem fere verbis. Hilarius Psal. 2. Vnicuiq. nostrũ libertatẽ vitæ sensumq. permisit, non necessitatem in alterutrum affigens. Ambr. 2 fidei. c. 3. pro voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Aug. 2. cõtra Faustum. c. 5 & nos sub fato stellarum nullius hominis genesim ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis, quo, vel bene, vel male viuitur, propter iustum iudicium Dei, ab omni necessitatis vinculo vindicemus. Et. 3. delib. arbit. c. 1. 2. &. 3. & lib. 1. c. 11. perpetuo necessitatem libertati opponit. Et 3. hypognos. colum. 3. libertatem explicat per indifferẽtiã ad oppositа, & de vera religione. capit. 14. si necessitate id fecisset, nullo peccati vinculo teneretur. Et epistola. 46. &. 47. ad Valẽt. dicit quæstionẽ d' cõcordia gratiæ, & lib. arb. obscurissimã esse, & à paucis penetrari. Et de gratia Christi. c. 47. quæstionẽ hanc adeo esse implicatam, vt cum gratia defenditur, liberum arbitrium negari videatur, & econtra; at si ad libertatem simpliciter suffi ceret immunitas à coactione facile esset liberum arbitrium cũ gratia defendere. Et Bern. lib. de gratia, & lib. arbit. ait, est autem ratio data volũtati, vt instruat illam, nõ, vt destruat, destrueret autem, si necessitatem ei vllam imponeret, quominus libere pro arbitrio sese volueret, siue in malum cõsentiens appetitui, siue in bonum gratiam sequens, & late docet sine potestate ad vtrumlibet non dari meritũ, nec demeritum. Ideoq. hæc in brutis non dari. Preterea Hiero. epistola ad Damasum de filio prodigo circa finem ait, dedit ei liberum arbitriũ, dedit mentis proprię libertatem, & vt viueret vnusquisq. non ex imperio Dei, sed obsequio suo. 1. non ex necessitate, sed ex voluntate, vt virtus haberet locum, vt à cęteris animantibus distaremus, dum ad exemplum Dei permissum est nobis facere, quod velimus &c. Similia habet epistola ad Demetriadem. Alia eius & aliorum loca vide apud Molinã in concordia. q. 14. art. 13. disputat. 23. & optime Epiphanius Heresi. 16. & Petrus apud Clementem. 3. recognitionem. Iustinus apologia. 1. pro Christianis. Tertul. lib. de monogamia in fine. Orig. in prœmio lib. Periarchõ. & homil. 15. in cant. Cyprianus lib. 1. epistola. 3. ad Cornelium. Athana. oratione contra idola.

Et licet Magister. 2. d. 25. littera. A. significet, 59: ad libertatem sufficere motum voluntarium: ait enim, liberum arbitrium quoad voluntatẽ dicitur, quia voluntarie moueri, & spontaneo appetitu ferri potest ad ea, quę bona, vel mala iudicat, vel iudicare valet, tamen per voluntarium, & spontaneum motum intelligit eum, qui fit cum indifferentia ad vtrumlibet. Præmiserat enim, liberum arbitrium esse liberã potestatem, & habilitatẽ ad vtrumlibet, quia libere potest moueri ad hoc, vel ad illud. Et littera. B. ait, liberum arbitrium non esse præsentium, nec præteritorum, sed futurorum tãtum, quia præsentia, & præterita sunt determinata ad vnum: liberum autem arbitrium debet esse indifferẽs ad vtrumlibet. Et littera. C. quærit, quommodo in Deo sit liberum arbitrium, cum ille non possit nisi bene agere, & liberum arbitrium requirat potestatem in oppositа. Et littera. D. respondet, in Deo esse liberum arbitrium, quia licet non possit male agere, tamen non necessitate agit, quod agit, sed potuisset illud nõ agere. Et littera. E. concludit, vnde si diligenter inspiciatur liberum videtur dici arbitrium, quia sine coactione, & necessitate valeat appetere, vel eligere, quod ex ratione decreuerit. Alens. etiam. 2. p. q. 75. memb. 3. artic. 5. libertatem in indifferentia constituit. Similiter Albertus, 2. d. 24. artic. 5. dicens, voluntas non necessario consentit, quia ratione dictante, hoc esse faciendum, vel non, adhuc potest contrarium velle. Et ideo voluntas libera est, & electio liberi arbit. ab illa parte habet libertatem. Quod vero dicit ad. 1. triplex est libertas, scilicet à coactione, à peccato, à miseria, & illa sola, quæ est à coactione, est de substantia lib. arbitrij. Intellige, ita vt nomine coactionis absolutam necessitatem comprehenderit, vt multi sancti postea referendi, vel excluduntur libertas à miseria & libertas à peccato, non tamen à necessitate. Idem sentit Castro verbo libertas. 'Licet enim dicat, liberum arbitrium dicitur à libertate, quæ opponitur necessitati, vel vt verius dicã coactioni, tamen eodem loco satis indicat, per coactionem se intelligere quamcumq. determinationem ad vnum: dicit enim, hominem

nem per libertatem à coactiõe posse facere, & nõ facere velle,& nõ velle,&c.Eodẽ modo loquitur D.Thom. de malo. quæst.6. art. vnico, nam scribit, hæresim esse non solum apud Theologos, sed etiam apud Philosophos affirmare, ad liberam electionem non requiri libertatem à necessitate, sed satis esse eam, quæ est à coactione,& 1.p.q.41.art.2.in corp. & ad.3.ait productionẽ Spiritus sãcti,tametsi spontanea sit,esse naturalem, & non voluntariam,id est non à voluntate,vt voluntas, & libera est,& quæst.82.art.1.& 2.& q.83.per totam explicat libertatem per indifferentiam ad oppositа.Et Gabr.2.dist.25.q.1.arti.1.ait, secundum Philosophos libertatem consistere in indifferentia ad oppositа : vnde Aristot. 1. mag.moral.cap.9. ad liberum arbitrium pertinere putat,quod possimus bona, & mala facere,vel non facere,& 3.Ethic.cap.2.& 5. ad electionem petit nõ solum, quod sponte fiat, sed cum indifferentia ad oppositа, & ea solum dicit in nostra esse potestate,ad quorum oppositа possumus nos extendere:& 2. Physic.cap.5.& 6.ponit quædam agentia ex electione,alia non, & inter hæc numerat belluas, & pueros,ergo sentit ad electionem, & libertatem non sufficere immunitatem à coactione,& 9.Meth.cap.5.ait, quod potentiæ rationales possunt ad oppositа,scilicet,quia voluntas se, & aliquando intellectum, & alias potentias determinatad vnam partem cum antea ad neutram esset determinatio vlla.

60. Ratione probatur conclusio. 1. quia si ad libertatem proprie dictam sufficit, motum esse spontaneum,voluntarium, & immunem à coactione,in brutis amentibus, ebrijs, somniantibus,& pueris libertas esset,motusq. nostri repentini liberi essent,quia hi motus spõtanei sunt:ex Aristot.3.Ethic. cap 2.conseq. est falsum,ergo. Conf. quia motus simpliciter liberi,sunt boni, vel mali moraliter,meritorij, vel demeritorij, sed hi motus non sunt huius modi,ergo nec simpliciter, & proprie liberi.

Prob.1. ratione.

Conf.

2. Alias non essent reijciendi hæretici, vel Philosophi dicentes,Deum, vel nos agere de necessitate naturæ,quasi negantes nobis, vel Deo liberum arbitrium, sed quasi negantes certum modum libertatis, quem etiam admittere debuissent, conseq. est falsum, ergo.

2.

3. Ex Ethymologia nominis patet,siue enim liberum arbitrium dicatur à verbo,libero,siue à verbo,libet, quandam indifferentiam importat,vt postea explicabimus, & sane liberũ proprie significare videtur aliquid solutum, nõ deuinctum, astrictum,siue alligatum alicui parti,ergo, quod est determinatum ad vnum non poterit proprie liberum appellari.

3.

61. Sed contra prædicta obijcio.1.quia si libertas consistit in indifferentia, ergo in negatione,conseq. est falsum, ergo.falsitas consequentis probatur. 1. quia libertas est magna perfectio,negatio autem non est perfectio,ergo. 2. Quia esse morale fundatur in libertate, at non fundatur in negatione. 3. Quia liberum, formaliter non est minus perfectum voluntario, sed voluntarium dicit formaliter aliquid positiuum, ergo,& liberum.

1. Obiect.

2. Obijcio, quia si libertas consistit in indifferentia,aliqui actus erunt voluntarij, & nõ liberi, quia in quibusdam actibus voluntarijs non reperitur indifferentia : conseq. videtur falsum,& contra sacrã scripturam, & sanctos passim pro eodem sumentes voluntarium, & liberũ,ergo,minor probatur ex Psal.53.volũtarie sacrificabo tibi id est, ibere, vt exponit Ambros. 2. de fide,cap. 3. vbi similiter explicat id. 2.Corinth.12.diuidens singulis, prout vult,ideſt libere,& Psal.39.in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui. ad idẽ est Hebr.10.voluntarie peccantibus,& 2.Machab. 1. vt faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti, & alibi sunt sacræ Scripturæ testimonia, sancti etiam crebro sic loquuntur. Damascen. 2.fidei,cap.24.& 26. quod sponte fit,laudem, vel vituperationem comitem habet, ergo est proprie volũtarium: idem colligitur ex Nyssẽo, qui eodem modo loquitur. 5. Philosophiæ,cap.1.& cap.3.ait voluntarium, & inuoluntarium esse in his, quæ in potestate nostra posita sunt.Bernar.de gratia, & libero arbitr. ait omne malum voluntarium, esse liberum, & vbi est consensus,ibi esse voluntatem,& vbi est voluntas, ibi libertatem esse:& D.Thom. quæst. 21.art.2.in omnibus actibus voluntarijs ait esse laudem, vel vituperium, & 1.p.q. 41.art.2.docet,actum,qui est necessarius,non procedere à voluntate vt voluntas est, sed vt natura, ergo sentit,non esse proprie voluntarium, quia nec laudem,nec vituperium meretur.Omne igitur voluntarium meretur laudẽ, vel vituperationem, ergo liberum est.

2. obiect.

Ptopter primam obiectionem aliqui dicũt, quod liberum supra voluntarũ addit aliquid reale positiuum intrinsecum actui,non autem satis explicant, quid illud sit, an videlicet sit, differentia intrinseca,& essentialis,ita vt actus diuidatur essentialiter per liberũ, & necessariũ,an vero sit differẽtia intrinseca indiuidualis,sicut ecceitas Petri,vel Pauli,an vero sit differentia accidentalis : & supposito, quod sit accidentalis,an sit absoluta, vel relatiua, & si absoluta, cuius nam generis?

62. Ad 1.obiectionem 1. modus dicend.

Sed ego cum alijs probabilius censeo,liberum supra voluntarium nihil reale positiuum intrinsecum actui addere, sed tantum quandam denominationem extrinsecam sumptã à voluntate taliter se habente,vt possit elicere,&

2. modus dicendi se quendus.

re,& non elicere actum, & quia in hac fundatur negatio determinationis ad vnum, ideo liberum supra voluntarium solum addit fundamentum talis negationis,& cum dicitur, in differentiam esse de ratione libertatis intelligitur non de indifferentia,quæ est negatio,sed de ea,quæ est prædictę negationis fundamentum.Hanc opinionem insinuat Duran.2.d.38. q.1.Scotus,d.40.q. vnica asserentes,esse morale, sub quo libertatem etiam comprehēdunt, nihil reale addere actui voluntario in esse naturæ considerato:sed expresse hanc opinionē tenet Molina in concordia.quæst.23.arti.4.& disp.1.mēbro.7.Et probat,quia ex hoc præcise, quod concipiatur actus voluntarius, vt procedens à voluntate, quæ ita operatur, vt posset nō operari,intelligitur actus liber: hoc autem de tracto, & posito quocumq. alio, nō intelligitur liber, ergo, in hoc solum consistit eius libertas, quæ ratio duobus modis explicatur,& confirm.primus est, quia in potentia libere operante duplex potestas intelligitur, altera eliciendi,altera non eliciendi actum, & quidem eliciendo actum vtitur priore potestate,& vt sic actus est voluntarius, quia vt sic est à principio intrinseco cum cognitione,tamen ex vi illius influxus,nondum intelligitur actus liber,nisi intelligatur in operante potestas tunc non operandi, quæ nihil influit in actum, quia non est potestas agendi, sed non agendi, ergo,actus non consūmatur in esse liberi per positiuum influxum potētiæ,nec per aliquid reale intrinsecum additū actui supra rationem voluntarij, sed per extrinsecam denominationem à voluntate, vt potente non agere.

63. Ratio.

1. explicā.ration.

64. 2.explicatio ratio.

Secundus modus declarandi, & confirmandi rationem est distinguendo ea, quæ in actu considerari possunt. Primum est entitas ipsius actus,vt est qualitas quædam,& in eo, vt sic non intelligitur ratio liberi, imo nec voluntarij, quia de ratione actus liberi, & voluntarij est dimanare à potentia,vt agente,id autem non habet actus præcise consideratus, vt est qualitas, nam indimanatione à potentia includitur aliquid deprædicamento actionis, & realis relationis. Præterea de potentia Dei absoluta potest dari hæc qualitas, ita vt non dimanet a potentia, ergo, in hac qualitate non includitur intrinsece talis dimanatio, imo nec omnimoda necessitas dimanandi à potentia. Secundum,quod in actu considerari potest, est relatio dependentiæ ipsius qualitatis à voluntate, vt efficiente,& posset quis dicere,hanc relationem esse diuersæ rationis in actu libero, & necessario,& ita liberum,& necessarium supra actum voluntarium addere aliquam differentiam relatiuam,ac per cōsequēs accidentalem actui, in esse qualitatis,licet sit intrinseca ipsi, vt est in genere actionis iuxta tenentes genus actionis conflari ex aliquo absoluto, & ex relatione dependentiæ ab agente, & ita diuisio actus voluntarij in liberum,& necessarium, erit generis in species intra genus actionis, quia actus voluntarius dicit qualitatem cum relatione dependentiæ,abstrahendo ab hac,& illa specie dependentiæ:actus autem liber,vel necessarius claudit certam speciem dependentiæ,qui modus dicendi suaderi posset,nam actus,qui ex natura sua petit,fieri libere,interdū potest fieri necessario,scilicet Deo necessitāte potentiam, & tunc alia videtur relatio dependentiæ à potentia, quam si fieret libere, quia intelligi non potest actum ex se liberum fieri necessario, nisi alio modo dependeat à potentia.Confir.1.nam si actus libere elicitus conseruaretur necessario, fieret in eo aliqua mutatio,& non alia nisi secundum dependentiam,ergo.Confir.2.nam si obiecto eodē modo se habente,Deus determinaret voluntatē ad agendum,iam illa tenderet necessario in obiectum,& sicut Deus concurreret alio modo,ita & ipsa potentia, variato enim concursu causæ primæ, necesse est variari concursum causæ secundæ, maxime cum idem numero concursus, eademq. numero actio, sit causæ, primæ,& secundæ,ergo etiam necesse est,variata dependentia a causa prima variari dependentiam a causa secunda, & ita diuersa relatio dependentiæ includitur in actu libero, & in necessario.

Nihilominus probabilius cum alijs iudico actum liberum posse transire in necessarium, & ècontra non variata relatione dependentię, sed obiecto aliter proposito, & applicato, vel causa prima volente actum pro hoc tempore aliter, quam pro præterito, vt si quis diligat Deum libere perfidem,& trāseat ad visionem continuabit necessario eundem numero actū amoris Dei, manente eadem numero dependentia a voluntate,quia per hoc solum, quod voluntas ratione diuersæ cognitionis intelligatur impotens ad suspendendum actum,ipse actus redderur necessarius, etiam si fiat cū eadem numero dependentia a volūtate. Nec tunc erit alio numero dependentia à visione ab ea,quæ antea erat a cognitione fidei, sicut non est alia numero depeudentia caloris producti ab igne, si conseruetur ab alio igne, vel a lumine solis, vel immediate a Deo, sed est alius modus inhærens priori relationi dependentiæ: idem intelligi potest in actibus inde liberatis voluntatis. Nam ex sola aduertentia rationis,sine vlla mutatione Physica voluntatis,illa fit potens ad retinendos huiusmodi actus: ideo ipsi liberi redduntur,& similiter, si Deus absolute vellet, voluntatem nostrā nunc elicere

65. Reijcitur 2 explicatio statuens liberū supra voluntarium addere relationem realem.

elicere aliquem actum, quem antea non absolute volebat eam elicere, sed conditionate per hoc voluntas nostra erit impotens ad suspendendum talem actum, manente eadem numero relatione in actu, ipse actus liber, fiet necessarius: ac proinde liberum, & necessariũ non sunt differentiæ essentiales, imo nec indiuiduales actus voluntarij considerati in genere actionis, vel relationis, licet interdum actus liber, et necessarius habeant diuersos modos eiusdem numero relationis dependentiæ, per quæ diluitur argumentum prioris modi dicendi, cum suis confirmationibus.

66. *Reijciũt dicentes absolutũ intrinsecum addere.*

Maiori autem ratione reijciendum esset, si diceretur liberum, & necessarium supra voluntarium addere aliquam differentiam absolutam essentialem, vel indiuidualem, vel accidentalem actui in esse qualitatis spectato, & quidem non addere differentiam essentialem, vel indiuidualem. Probatur, quia idẽ actus specie, & numero, qui producitur libere à nostra voluntate, potest ab ea produci necessario, vel propter determinationem diuinam, vel propter superuenientem indeliberationẽ: posset etiam non produci à voluntate nostra, sed à Deo solo: ergo libertas, & necessitas non sunt differẽtię essentiales, nec indiuiduales, sed accidentales tali qualitati. Confir. nam idem numero amor Dei, qui est liber in via, potest necessario continuari in patria, & qui est necessarius in patria, si beatus priuaretur visione Dei, posset scientia infusa, vel fide continuari libere in via, & actus necessarius propter indeliberationem, redditur liber accedente deliberatione, ergo libertas, & necessitas non sunt differẽtiæ essẽtiales, nec indiuiduales. Cõfir. etiam, quia in differentijs indiuidualibus non conueniunt plura, sed plures actus conueniunt in libertate, & alij in necessitate, ergo libertas, & necessitas non sunt differentiæ indiuiduales. Quod vero nec sint essentiales, probatur, nam actus liberi, & actus repentini, boni vel mali, naturales, vel supernaturales sunt ab eodem habitu, & circa idem obiectum: ergo sunt eiusdem speciei. Præterea actus imperati voluntatis existentes in intellectu, vel appetitu sensitiuo, vel membris externis non differunt essentialiter in esse naturæ per hoc, quod sint liberi, vel necessarij; similiter nec omissiones puræ, vel ex aliquo actu procedẽtes, ergo eadem ratione actus eliciti voluntatis non differunt essentialiter, nec intrinsece indiuiduáliter per hoc, quod sint liberi, vel necessarij. Et alioqui dicendum esset, nullum actum liberum posse secundum substantiam suam produci à solo Deo extra subiectum, vel in subiecto mere passiue se habente, aut non libere cooperante; quod videtur absurdum, seq. patet, quia de substantia talis actus est esse liberum, tunc autem non esset liber. Item maior, vel minor libertas non est de intrinseca ratione actus, ergo nec libertas: par enim ratio videtur. Ant. patet, nam ponendo aliquid in voluntate, vel intellectu, vel appetitu sensitiuo, per quod voluntas magis propendeat in obiectum, minus libere in illud fertur, & tollendo illud fertur liberius, non autem ex quacumque tali positione, vel variatione ponitur, vel tollitur substantia actus, ergo. Item actus deliberatus, & indeliberatus non differunt in obiecto per se, sed tantum in obiecto per accidens; obiectum autem per accidens non dat essentiam, nec substantiam actui, ergo tales actus non differunt essentialiter, nec substantialiter, cum tamen vnus sit liber, & alter necessarius. Maior in, qua sola est difficultas, probat, quia quando is, qui indeliberate appetebat delectationem aliquam, illam appetit deliberate, idem prorsus obiectum attingit, & secundum eandem rationem, licet modo videat in eo prohibitionem, & alia incommoda, quæ antea non videbat, propter quam visionem modo tendit libere in obiectum, in quod antea tẽdebat necessario. Quod autem nec libertas, nec necessitas sit modus absolutus accidentalis actui considerato in esse qualitatis, probatur, quia non videtur ad quod genus spectet, nisi actionis, in hoc autẽ genere nihil absolutũ fingere oportet præter qualitatem productam, per hanc enim, & relationem dependentiæ intelligitur completa ratio actionis, vt in Philosophia ostendimus. Sed necessitas, & libertas non dicunt diuersos modos absolutos accidentales de genere qualitatis, ergo nullos modos absolutos accidentales dicunt: min. Probatur, quia in genere qualitatis nulli modi accidentales fingi possunt præter intensionem, vel extensionẽ qualitatis: necessitas autem, & libertas non sunt extensio, aut intensio, ergo non sunt modi absoluti accidentales de genere qualitatis. Confirm. quia posita qualitate cum dependentia à voluntate, vt à causa efficiente, quæ posset non efficere, intelligitur tota ratio voluntarij, & liberi, & aliquo horum detracto, non intelligitur: in his autem nullus modus absolutus importatur inhærens ipsi qualitati: ergo tota ratio voluntarij, & liberi habetur sine tali modo absoluto. Confirm. etiam, quia stante eodem voluntario, & eodem positiuo influxu voluntatis, potest augeri, & minui liberum, variatis extrinsecis, scilicet passione, vel aduertentia rationis percipientis modo in obiecto aliqua commoda, vel incommoda, quæ antea non percipiebat, vel non percipientis, quæ percipiebat. Ex his enim causis volũtas magis, vel minus potẽs est ad cohibendũ actum, ergo, signum est, liberum supra ratio

nem

nem volũtarij,nihil absolutum addere intrinsecum actui,sed tantum denominationem, extrinsecam à voluntate potente actum suspendere. Nec obstat quod libertas supra rationem voluntarij,in quo includitur actus,& dependentiam à voluntate,vt efficiente,addit perfectionem. Respondeo enim addere perfectionem, extrinsecam tamen,nempe, quod potentia à qua producitur actus, possit illum suspendere.Et in libertate sic explicata recte fundatur bonitas, & malitia moralis, vt dict. q.18. Nec sequitur si voluntarium consummatur in aliquo intrinseco actui,liberum quoq. debere consũmari in aliquo intrinseco ipsi actui,sunt enim diuersæ naturæ, & proprietates rerum,& quædam nomina significãt formam denominantem extrinsece,alia intrinsece,alia vnã denominantem intrinsece,& alia alteram denominantem intrinsece,sic liberum importat qualitatem & dependentiam, quæ intrinsece denominat actum, importat etiam potentiam suspendendi illum, quæ denominat actum extrinsece.

67. Ex quo patet diuisionem actus voluntarij in liberum,& necessarium non esse generis in species, sed subiecti in accidentia, vt bene his verbis docet Valentia, disp.2.q.1. punct.1. nec tamen puto voluntarium directe diuidi in ista duo membra,liberum, & necessariũ tanquam superius essentialiter illis, vt diuiditur genus in species, sed videntur potius modus libertatis,& modus necessitatis esse quasi accidentia quædam actus voluntarij, cuius signum est,quod idem actus specie modo potest esse liber,modo necessarius: vt v. g. actus charitatis, qui in hac vita elicitur libere, postea vero in beatitudine necessario, est vtrobiq. eiusdem speciei iuxta id. 1.Corinth. 13. charitas nunquã excidit, itaque, hæc diuisio est quasi subiecti in accidentia. Hactenus Valencia. Vazq. vero disput.23.c.4.nu.24.dicere videtur liberum, & non liberum esse diuersas species essentiales voluntarij; quoniam Arist. 3.Eth.cap.2.dicit electio itaq. sponte fieri videtur,non tamen est idem cum eo,quod sponte fit;sed quod sponte fit,ad plura se extendit: & Nyssenus 5. Philosophiæ,ca.4.omne quod est secundum electionem,voluntarium est, sed non conuertitur, quod fieret vtique, si idem esset voluntarium, & electio. Nunc autem in pluribus inuenitur volnntarium: quippe omnis electio voluntaria;non autem omne voluntarium in electione. Sed hæc testimonia tantũ probant, voluntarium esse superius ad liberũ; quod saluatur dicendo,esse superius, vt subiectum respectu accidentis, quod cum illo non conuertitur.

68. *Ad 2.obiectionem* Ad secundam obiectionem Resp. sacram scripturam, & sanctos sæpe nomine voluntarij intelligere liberum libertate indifferentiæ, tum,quia hoc solũ pertinet ad mores, & ideo in materia morali solum habetur ratio ipsius, vt ait Valentia,disp.3.q.1.puncto.1.tum quia nullus actus voluntatis caret libertate in habente vsum rationis,nisi pro instanti, vel breui tempore,& per accidens,scilicet ex inaduertentia rationis,& non ex natura sua, vel ex defectu voluntatis:tum quia omne voluntarium perfectum, liberum est libertate indifferentiæ,& propterea D.Tho.a.2.ad.3. ait laus,& vituperium consequuntur actum voluntarium secundum perfectam rationem voluntarij,qualis non inuenitur in brutis, & videtur Almai. in cap. 1. moral. qui in definitione voluntarij scilicet perfecti, ponit indifferentiam.

69. *Replica.* Dices,amor quo Deus diligit se, & producit Spiritum sanctum,est perfecte voluntarius, non tamen liber,& similiter amor quo beatus diligit Deum,ergo non omne voluntariũ perfectum,liberum est.Propter hoc Medina, art. 2.censet,non omnem actum perfecte voluntarium,liberum esse,& ad D.Tho.qui artic.2. videtur dicere oppositum R.1. velle omnem rem, quæ habet actum perfecte voluntarium, posse elicere actum liberum, & omnem actũ perfecte voluntarium, esse liberum formaliter, vel virtute:sic amor Dei clare visi ab ipso Deo, vel à creatura, est amor liber virtute, quia est ratio eliciendi amorem liberum aliarum rerum.Sed hæc expositio aliena est à mẽte D. Tho. qui loquitur de libero formaliter, inquit enim art.2. perfectam igitur cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, prout scilicet apprehenso fine aliquis potest deliberare de fine, & ijs, quæ sunt ad finem;moueri in finem, & nõ moueri,& ad tertium ait, laus,& vituperium cõsequuntur actum voluntarium, secundum rationem perfectam voluntarij: consequuntur autem actum secundum formalem libertatẽ ipsius, ergo in ea consistit ratio perfecti voluntarij. *1.Solutio.*

70. *2.Solutio* Vnde secundo.R.Medina,D.Tho. loqui de actu perfecte voluntario in creatura non videnti Deum,vt enim actus sit perfecte voluntarius,debet ex perfecta cognitione procedere,qui autem procedit ex perfecta cognitione citra visionem Dei,liber est, ergo omnis actus perfecte voluntarius in nõ videnti Deũ liber est.Hæc expositio satis probabilis est,& consona D.Tho.& à viris doctis recepta, sed fortasse amplius voluit D. Tho. & merito nã actus necessarius quantumcunq. procedat ex cognitione perfecta,non est à volũtate quoad suam determinationem;siquidem in eo voluntas non se determinat,sed ante quam operetur,est aliunde determinata, ergo cum actus ille quantum ad illam determinationem non

sit

sit ab intrinseco, sed ab extrinseco, & ratio voluntarij consistat in processione ab intrinseco non eritunde quaq. & omnino perfecte voluntarius, licet ex parte cognitionis, intensionis, extensionis, & conatus interdum sit magis voluntarius, quam alius actus liber, quia scilicet est elicitus maxima cognitione, & ex toto conatu, & ideo habet totam intẽsionem posibilem, quæ magna est, si bonum est magnum, & perfecte cognitum. Extensio etiam magna est, si bonum est magnum; quia rei sic dilectæ multa bona appetimus intrinseca, & extrinseca: semper etiam actus necessarius ex perfecta cognitione procedens est magis voluntarius, quatenus magis adhæret voluntati, quam actus liber, & ideo sicut accidentia, quæ magis adhærent naturæ dicũtur ea ratione magis naturalia, ita actus ille necessarius dicitur magis voluntarius, quã actus liber quatenus magis adhæret voluntati; semper tamẽ actus liber est magis perfectiori modo voluntarius propter rationes dictas. Nec tamẽ erit imperfectio in Deo habere actum, qui non sit perfecte voluntarius, vt neq. habere scientiam quæ non sit perfecte discursiua, sed virtute tantum, neq. habere perfectionẽ imperfecte ideſt, non formaliter sed virtute. Cũ enim dicimus hæc esse imperfecte in Deo solũ volumus aliquid, quod est in Deo perfecte, non perfecte significari his nominibus voluntarij, discursus, rosæ &c. & cum dicimus amorem Dei, clare visi elicitum à Deo, vel à creatura non esse perfecte voluntarium, nolumus esse imperfectiorem in substãtia, vel in modo, quã si esset liber, nam hoc falsum est, siquidem amor liber, & necessarius non differunt in substantia, & amare Deum clare visum necessario melius simpliciter est, quã amare illum libere: sed volumus hoc nomen voluntarij maiori cum ratione, & proprietate dici, de amore libero quam de necessario, & ita Vazquez disp. 23. c. 4. Conradus, & alij viri docti, ar. 2. expresse fatentur amorem Dei clare visi & processionem Spiritus sancti, non esse actus perfecte voluntarius. Et D. Thom. 1. contrag. c. 82. in fine autẽ, quod voluntarium est, scilicet perfecte, non esse necessarium, iuxta, quæ omnia bene docet Vazq. supra actum quo liberior est, eo esse simpliciter magis spontaneum & voluntarium.

71. *Ad testi. sanctorũ, & fund. 1. senten. 2. variis dictis. 3. actũ.*

Ad D. Thom. Aug. & alios sanctos initio difficultatis adductos. Resp. late Bellarm. 3. de gratia, & lib. arb. c. 6. quatenus probare videntur solam libertatem à coactione cadere in liberum arbitrium. Ego autem respondebo, quatenus probare videntur eam esse proprie, & simpliciter libertatem. Vnde dico 1. interdum nomine coactionis, & violentiæ, tãtũ intelligere determinationẽ ad vnum. Sic Bernar. ser. 81. in cant. ait, hanc vim à natura solus homo non patitur, ideo solus inter animantia liber. Et de gratia, & libero arb. litt. G. ait, hominem peccare sua voluntate ductum non aliũde coactum. Et Aug. 1. de lib. arb. c. 11 quodlicet aliquid superius voluntate posset illam cogere seruire libidini nõ eam cogeret, quia bonum esset; Sic etiam aliqui exponunt, quod ait primo retracta. cap. 15. & de duabus animabus contra Manicheos, capit. 1. motum voluntarium esse motum animi cogente nullo; videtur enim definire voluntarium liberum; & Irenæus, capit. 71. ait liberum eum fecit ab initio habentem suam potestatem ad vtendum sententia voluntarie, & non coactum à Deo: vis enim à Deo non fit, sed bona sententia adest illi semper, & propter hoc consilium dat bonum, posuit autem in homine potestatem electionis sicut, & in Angelis; &c. Cyril. catechesi. 4. nec vt non nulli fingunt astrorum inclinationes ad amplectendam impietatem te cogunr, & Petrus apud clement. 3. recognitum, si audientes non haberent potestatem aliud facere, quam audierunt vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam, & Origin. 1. periarcon similiter loquitur, & concil. Senonen. decreto. 15. nõ vi, non vnco raptamur, &c.

Dico secundo, interdum solum velle, quod immunitas à coactione proprie dicta est libertas improprie, & secundum quid. Dico tertio, interdum tantum velle id quod proprie, & Physice est necessarium vno modo esse proprie liberum alio modo, vt amor beatitudinis, vel boni in communi, vel nolitio miseriæ est necessaria, quoad specificationem, & libera quoad exercitium, vt omnia opera Dei, beatorum sunt necessaria quoad bonitatem ex suppositione, quod sint, tamẽ libera sunt quoad exercitium, & necessarium est, quod Deus sciat futura cõtingentia suppositio, quod futura sint, liberum tamen est, quia ex libera voluntate Dei pendet, quod futura sint, sic Matth. 7. non potest arbor mala bonos fructus facere, ideſt homo, suppositio, quod in peccato maneat non efficere opera meritoria. 72. 2. 3.

Dico quarto, interdum velle actum voluntatis necessarium simpliciter, ex quadam parte esse liberiorem, quam eum, qui non est necessarius. Libertas enim dicit potestatem agendi, & non agendi, & prima potestas magis reperitur in actu necessario, quam in non necessario, quod non mihi est magis possibile, quam quod omittere non possum. Dico. 5. cum dicunt omnem voluntarium esse liberum loquuntur de voluntario morali, vel perfecto, vel in homine vtẽte ratione, & aduertente iuxta ea, quæ dixi in solutione. 2. obiectionis. 4. 5.

Dico

73. 6. Dico.6. quando Bernard. sermone. 81.in cant.ait omne, quod voluntarie fit, etiam si ex necessitate fiat,liberum esse; loquitur de necessitate morali quæ difficultatem magnã denotat.Et non tollit libertatem indifferentiæ,& sic existens in peccato mortali,non potest moraliter cauere diu omne mortale. De hac loquitur August. lib. de perfectione iustitiæ præsertim responsione. 9. sic etiam necesse est, etiam iustum aliquando peccare venialiter, de hac necessitate ait Bernard. non excusare à culpa maxime, si sit voluntaria: hæc opponitur libertati à peccato: pro quo nota, quod secundum Molinam,con. 9. 14. articul. 13. disputat. 2. liberum dupliciter sumitur: primum, vt dicitur à verbo libero, & opponitur seruituti, quo pacto dicitur. 2. Corinth. 3. vbi spiritus Domini ibi libertas, & Roman.6.cum serui essetis peccati liberi facti estis iustitiæ, & capit. 8. ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Secundo, vt dicitur à verbo libet, & hoc dupliciter:primo, vt opponitur coactioni, & hæc libertas non sufficit ad liberum arbitrium. Secundo,vt opponitur necessitati, & hæc requiritur,vt sufficiat ad liberum arbitrium. Sed alij dicunt liberum arbitrium dici etiam à verbo libet, nam etiam libertas opposita seruituti à verbo libet dicta est. Vnde in. l. libertas. ff. de statu hominum libertas est facultas eius,quod cuique facere libet nisi,quod vi aut lege prohibitum est, itaque omne liberum est aliquo modo ad libitum. Hinc varij gradus libertatis sumuntur:primum est, quo aliquid dicitur liberum à coactione, quia non cogitur, vel non potest cogi, vel de facto, vel de iure, & actio, quæ fit ab homine non coacto dicitur hoc modo libera, quia libet seu placet. Secundus est quo quid dicitur liberum à necessitate, quia non potest necessitari seu determinari ad vnum, & actio procedens ab homine, non sic determinato ad vnum dicitur sic libera, & ab hac libertate indifferentiæ dicitur liberum arbitrium. Tertius gradus est libertatis à peccato, & miseria. Tertius gradus est libertatis à seruitute ciuili, & politica quatenus homo non potest cogi, aut obligari de iustitia ad operandum prolibito alterius, & in eius vtilitatem, sed potest citra cuiusque iniuriam pro libito conuertere ipsas actiones in propriam vtilitatem. Quartus gradus est libertatis à peccato & miseria, prout homo potest dici abstinere à peccato mortali, vel etiam a veniali. Hæc secundum Bernard.de gratia, & libero arbitrio fuit in statu innocentiæ, & erit in cælo, sed a missa est per peccatum originale, idem D. Tho. de malo, quæstion. 6. articul. vnico, ad. 23. Quintus gradus libertatis est, quando quis non oneratur multis, & grauibus præceptis proportione suarum virium, sic lex vetus dicitur seruitutis noua vero libertatis. August. toto lib. de perfectione iustitiæ,Iræneus lib. 2. cap.29. vltimus gradus est,quando quis ad aliquid nullo præcepto adstringitur. 1. Corinth. 7.non habens necessitatem, sed potestatem habens suæ voluntatis.

Sectio. 7. Vtrum voluntarium liberum reperiatur in Deo loquendo de libertate proprie dicta seu indifferentiæ.

VOLVNTATI diuinæ libertatem indifferentiæ abstulerunt aliqui hæretici dicentes, Deum extra se agere de necessitate naturæ,ita tenuit Petr. Abaylardus apud Bernard. epistola.190. & apud Vualde 1. doctrinalis, cap. 10. idem postea docuit Vbicleph. in trialogo, cap. 10. & 11.& refert Vualdensis, cap. citato, & sequentibus,hanc sententiam Vbicleph aprobauit Lutherus, artic. 36. & Buccerus lib. de concordantia doctrinæ, cap. de libero arbitrio, Caluin.1.institutionis,cap. 16. sectione. 3.& super Ezech. cap.23.& lib.de æterna prædestinatione, vt referunt Valencia,1.par.quæst.25. puncto. 3. & Bellarmin 3.de gratia,& libr.arbitr.cap.15 hauserunt hoc ex philosophis interquos multi,vt referemus.1.obiectio,id sensisse videtur. 74. Sententia hæreticorum.

Hic error confutatur.1.ex scrip. Psalm.113. &.134.omnia quæcumq. voluit fecit, &. 111. magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Ephes. 1. operatur omnia secundum Consilium voluntatis suæ.1. Corin. 12. hæc omnia operatur vnus,& idem spiritus diuidens singulis,prout vult.Apocalyp.4. propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.Quibus,& alijs locis voluntarium summitur,pro libera libertate indifferentiæ, vt passim apud Patres,quod obseruauimus difficultate præcedenti,vnde Ambros.1.de defide ad Gratian. id Pauli.1.Corinth.12.exponit,idest pro libero arbitrio suæ voluntatis: & in loco ad Ephes. 1.contineri veram Dei libertatem, patet,quia Paulus gratias agit, pro beneficijs acceptis ex consilio voluntatis diuinæ, actio autem gratiarum solum est, pro beneficio libere collato. Item, quia Paulus id adducit prædestinatos esse vocatos sorte,id est sine vlra maiori ratione ex parte illorum,quam aliorum,quos Deus nõ sit vocauit: vbi autem determinatur voluntas,sine maiori ratione, aut fundamento,manifesta est libertas.Item,quia consilium non est de necessarijs,vt videbimus tract.6. disp.2. ergo si Deus agit ex consilio, non ex

Confut.1.

Danie.3.

non ex necessitate, vt Anselm. & Hieronym. ibi exponunt, & Nyssen. lib. de fato. cap. vlti. dicens, non enim sub necessitate est Deus, neq; voluntatem eius necessitati seruire fas est dicere. Sed magis vrgent loca, in quibus dicitur Deum posse facere quæ non facit, & non facere quæ facit hoc enim falsum esset, nisi in Deo esset libertas indifferentiæ, loca hæc sunt Daniel.3. potens est Deus nos de manibus tuis, ò Rex liberare: quod si nolueris, statuam tamen tuam, quam fecisti, non adoramus. Hester.13. non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare nos continuo liberabimur. Sapien.11. non erat impossibilis manus tua immittere illis multitudinem vrsorũ, aut audaces Leones, & ibidem misereris omnium, quia omnia potes, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam: Certe si non puniret, quia non posset, non diceretur dissimulare. Math.3. potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Vbi Hieron. Chrysost. Theophil. Ambro. Luc.3. exponunt de lapidibus proprie dictis posse Deum suscitare filios Abrahæ, licet nunquam fecerit, & Matth.19. facilius est camelum perforamen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum, & infra apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia. Vnde infert Nazian. oratione.4. Theologiæ posse Deum facere vt Camelus manens Camelus, transeat perforamen acus, quod tamen nec fecit, nec vnquam fortasse faciet, & Math.22. vt ostenderet se non coactum pati, ait anputas, quia non possum rogare, &c: Et exhibebit, &c. Ergo potuit pater aliquid facere, quod non voluit, nec fecit. Vide Hieronym. Chrysost. & alios, ibi Marci.14. Abba. pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Rom.1. reprehendit Paulus gentiles, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, &c. At non debetur gratiarum actio nisi ei qui libere agit, & beneficium præstat, cum posset non præstare: ergo.

75 Confutatur.

2 2. Confutatur ex patribus Nazian. Epist.1. ad Clidonium ait, Deum sine assumptione carnis, vel animæ potuisse hominem saluare solo suo velle. Gregor.20. moral.c.25. Deum potuisse aliter redimere hominem, quam per mortem Christi: Nyssen. lib. de fato. cap. vlti. seu Nemesius lib. de natura homini. cap.38. non sub necessitate naturæ est Deus, nec voluntatem eius seruire necessitati fas est dicere, & infra, nec naturæ necessitate, nec legis præscripto operatur, sed sunt illi omnia contingentia etiam necessaria Ambr.2. de fide. c.3. hæc operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult, idest pro libero voluntatis arbitrio non pro necessitatis obsequio. August. enchirid. c.95. tunc in clarissima luce sapientiæ videbitur, quâ multa possit Deus, & non velit, nihil autem velle quod non possit, & de spiritu, & lite. c.5. & 13. trini. cap.18. Deum potuisse carnem sumere aliunde quam ex Adam. quod tamen non fecit, & de natura, & grat. c.7. potuisse suscitare Iudam à morte spirituali, vt Lazarum à corporali, nec tamen fecisse.

3. Confutatur rationibus, & supponimus Deum intelligendo, & volendo agere non solum concomitanter, sed etiam antecedenter, & causaliter: in hoc enim nullus qui Deum poneret, dubitauit, nec est vlla dubitandi ratio: de quo vide Suarez, tom.2. met. disp.30 sect.16. num.25. 3. Confut. 76 1. Ratio.

Hoc igitur supposito, prima ratio est Nyssenilib. de fato infine seu Nemesij lib. de natura hominis. c 38. ex miraculis, quæ in scriptura, & historijs fide dignis reperiuntur: si enim Deus ageret de necessitate naturæ, non ageret præter ordinem naturæ. Dices Deum agere præter ordinem naturæ, & necessario, ita agere, quãdo id melius iudicauerit. Cõtra non enim apparet in omnibus casibus, in quibus egit præter ordinem naturæ, id melius iudicasse; in alijs vero melius iudicasse oppositum. Conf. nam quod est secundum omnimodam exigentiam creatoris, non videtur miraculum, cum in nullo rerum ordine possit, non esse etiam de potentia absoluta; ergo si Deus non potest non efficere aliquid, illud non erit miraculum, præsertim cum id videatur consentaneum naturis rerum creatarum quod necessario ineis fiat ab authore naturæ.

2. Ratio quia quod agit de necessitate naturæ tantum producit immediate, vnum aliquid substantiale sibi simile in specie · Deus autem immediate producit plures substantias, & sibi dissimiles in specie: ergo non agit de necessitate naturæ. Neq. obstat quod dixit Auicenna, tantum produxisse immediate vnam intelligentiam, nam si ageret de necessitate naturæ, neq; illam immediate produxisset; sed etiam aliquid simile in specie, & præterea si solum producit immediate vnam intelligentiam, & illa aliam, & sic deinceps iam creatura crearet permodum causæ principalis, & connaturaliter, & Deus non produxisset immediate cælos, elementa, & mixta: quis ergo? si dicas vltimam intelligentiam, contra, quia ipsa erit etiam agens necessarium: ergo non poterit immediate producere, nisi vnam substantiam. Si dicas esse agens liberum, & ideo posse immediate, producere plures substantias, contra, nam hæc libertas, & potestas cum perfectio magna sit, erit tribuenda Deo:

Deniq; si intelligentiæ agunt de necessitate naturæ, vna non producit aliam immediate cum differant specie: si vero agunt libere, cur iste modus agendi Deo non tribuetur?

3 3. Ratio eligere posse inter omnino æqualia est perfectio simpliciter (oppositum enim est magna imperfectio) ergo debet tribui Deo in eo enim est omnis perfectio simpliciter. Deinde eligere posse inter inæqualia etiam est perfectio simpliciter, ergo etiam debet Deo tribui. Antec. probatur: quia esse determinatum ad minus bonum manifesta imperfectio est; esse etiam determinatum ad maius bonum imperfectio magna est: Agenti enim sic determinato non essent agendę, vel reddendę gratiæ pro beneficijs, nec eius opera essent moraliter bona, nec redderent laude dignum, gloria & honore, &c. Hæc enim non consequuntur opera facta ex necessitate naturæ: ergo esse determinatum ad vnum, etiam melius, est magna imperfectio, ac proinde oppositum erit perfectio simpliciter, & consequenter tribuenda Deo. Conf. ex August. lib. 83. quæstionum. q.2. dicente. Melior homo est qui voluntate, quàm qui necessitate bonus est: voluntas igitur libera danda homini fuit. Quę ratio etiam in Deo procedit; ergo est liber, & alioqui excederetur ab homine in hac perfectione, contra August. ibi dicentem, omne quod fit ei à quo fit par esse non potest, & inde probantem hominem, non posse esse æqualem Deo

4 4. Ratio, nam si Deus non est agens liberum nulla erit ratio, cur magis produxerit hunc mundum, quam alium similem, & ex similibus omnino rebus constantem, & cur magis in hoc spacio imaginario, & in hoc tempore, vel instanti quam in alio, & cur hæc numero circulatio cæli prior, alia vero posterior, & cur pars mundi arctica non est vbi Antarctica; & econtra: & cur motus primi mobilis sit potius ab Oriente in Occidentem, quam econtra: & cur posita hac dispositione in hac numero materia, hoc loco, & tempore, & ab hoc agente sequatur hæc numero forma potius quam alia omnino similis, & in hac parte aeris ponatur hic numero radius, & gradus lucis aut caloris, & ex octo gradibus lucis, aut caloris simul positis in subiecto prius corrumpatur vnus, quam alius? Certe horum, & similium ratio nulla assignari valet pręter libertatem Dei, vt cur nō produxerit plures, aut alias species angelorū, cælorum, vel mixtorum, vel plura individua eiusdem, vel in maiori quantitate, &c. Si enim dicas, quia non potuit derogas omnipotentiæ, & deinde non poteris, assignare rationem, cur magis vnum sit possibile, quam aliud inter ea, quæ sunt eiusdem rationis, & cur non possit fieri, alius angelus, aliud cælum, &c. Si autem hæc sunt possibilia esse, & meliora magisq; vniuersum decorant: cur nō sunt producta, nisi quia Deus libere egit, & sistere debuit in aliqua specie adlibitum, tum in hac, vel illa alioqui enim necesse est dicere non species, & individua producta à Deo, quæ ab alijs produci non possunt esse determinata, ex natura sua ad certum numerum, & magnitudinem.

5 5. Ratio, Agens de necessitate naturæ operatur secundum totam suam virtutem, & secundum vltimum potentiæ: ergo si Deus agit de necessitate naturæ, operatur secundum totam suam virtutem, nec potest plures aut meliores res in infinitum producere, nec potest qualitatem in infinitum intendere, nec mouere maiori, & maiori velocitate in infinitum, & sic non erit infinitæ potentiæ, sed finitæ & limitatæ. Potentia enim quę ex parte obiecti finita est, simpliciter finita & limitata est, consequens est absurdum; ergo. De hac ratione vide Gersonem alphab. 69. lite. O. tract. de illuminatione cordis, vbi docet, si Deus ageret de necessitate naturæ, vel Deum esse potentiæ finitæ, vel producere infinitum. Et consonat Aristoteli dicenti virtutem motiuam infinitam, si ageret de necessitate naturæ, moturam in non tempore, quia moueret secundum vltimum potentiæ: non posset autem præfigi alius terminus, seu aliud vltimum pontentiæ illius, si enim in tempore determinato quantumuis breui moueret posset tali velocitate mouere virtus minor, & finita. 77

6 6. Ratio. Alioqui sæpissime homines frustra opem diuinam implorarent, Deiq; supplicia timerēt cum sæpe non posset Deus beneficia conferre, vel supplicia inferre quod est contra naturæ instinctum; & sensum, atq; consensum omnium gentium, omnes enim natura duce in peccatis supplicium Dei timent, & in calamitatibus, numinis opem implorant. Vnde Tertul. in apologet. c.7. cum dixisset; ipsos etiam paganos in angustijs suis non ad capitolium, sed ad cælum respicere, & ita loqui solere, Deus videt, Deo comendo, Deus mihi reddet, subiungit, ò testimonium animæ, naturaliter christianæ: similia Cyprian. tract. contra Demetrianum. Vide Nyssen. lib. defato. seu Nemesium de natura hominis. cap. 36. vbi docet etiam aliquos qui stellarum fatum asserebant, dixisse precibus ad Deum fusis mutari posse: quod non dicerent si censerent Deum agere de necessitate naturæ. *Tertul. Cypri. Nyssen. Nemesius.*

7 7. Ratio. Deꝰ ad sūmā suā fælicitatē nō eget rebus creatis iuxta id Psa. 15. Deus meus es tu quo-

quoniam bonorum meorũ non eges,& Arist. 2.mag.mor.c.15. & 7.polit.c.1. docentẽ,Deũ nullare externa indigere ad suam felicitatem. Etlicet indigeret, nõ tamen determinate hac vel illa:quãdo enim gloria externa esset pars suæ fælicitatis, posset eam acquirere varijs medijs æqualibus in bonitate,& proportione ad finem.ergo non est cur amore concupiscẽtiæ quicquam extrase necessario amet. Nec vero id necessario diliget amore amicitię,cum omne sit adeo inferius & dissimile, neq; aliquid possit reperiri tantæ pulchritudinis, & dignitatis comperatione Dei, vt eius amicitiam necessario conciliare valeat? Diuinus ergo amor tam concupiscentiæ quam amicitię erga creaturas liber est.

Psalm. *Aristo.*

78 Has & similes rationes prosequuntur late D.Thom.1. contra gen. à c.81. vsq; ad 88. & lib.2.c.23. & de potentia. q.3. ar.15. Bellarm. & Suar. supra. Carthus.1. de lumine christianæ Theoriæ artic.37.& alij referendi. Sed illa ratio qua vtuntur Gerson sup.& Suar. & pleriq; alij,quia si Deus ageret ex nececessitate naturę, nulli essent effectus cõtingentes,parũ vrget,quia ex libertate causæ secundæ scilicet hominum, vel angelorum posset esse contingentia; non enim determinaretur voluntas creata à diuina agente de necessitate naturæ, si Deus hoc melius iudicaret,si autem melius iudicaret,determinare omnino& in omnibus voluntatem creatam posset non reputari, inconueniens tollere omnem contingentiam à rebus, dicereq; omnia prouenire ex necessitate naturæ, licet forte secus senserit Aristoteles.

D.Tho. *Bellarm.* *Suarez.* *Carth.f.* *Gerson.* *Suarez.*

79 Contra prædicta tamen sunt aliquæ obiectiones nõ contemnendæ.1.quia multi,& præcipue Philosophi censuerunt, Deum agere de necessitate naturę, quos suppressis nominibus refert D.Tho.2.contaa gen. c.23. vbi Ferrar. id tribuit Aristoteli,& Auicẽnæ idem videtur sentire Auerroes in Paraphras Met. tex. 4. tribuens Aristoteli,&lib.qui inscribitur destructio destructionum.disp.3. ad 1. & 2. dubium, & disp.11. ad 1. dub.ait secundũ Aristo.& alios peripatẽticos Deum non agere ex electione, nec naturaliter ad modũ lapidis,sed alio eminentiori modo conspicuo Deo, nobis autem incognito, id etiam Aristotelem sensisse, docet Sotus.8 physi.q.1.& 2 Alb. ibi tract.1: c.1. Sonci.12.met.q.39 & 41. Iauel.12.met.q.10. Scot.1.d.8.q.4.& quodlib.7,Heruæus quodlib.2.q.4.& tract.de æternit.mundi.q.4.Gregor.1.d.42.Gab.& Ocham d.43.

1. obiectio.

Marsũ 1.q.42.circa d.42.& 44.Basso.d.45. q.2.Bellar.3.de gratia & lib.arb.c.15.asserens, colligi posse ex.8.Phy.nam. c.1.tex.7.& 8.docet si aliquod mouens antea nõ mouebat ergo aliquid erat ex parte sua, vel mobilis proter quod antea nõ moueret, vbi videtur supponere,primũ mouens ex necessitate naturæ mouere:nam si esset liberum, omnibus eodem modo se habentibus posset mouere, & non mouere: ex quo principio videtur. c.6. tex.52.probare æternitatem mũdi,& motus. Carthus. etiam lib. 1. de lumine christianæ Theoriæ. art.36. tribuit Auicennæ Alpharabio, Algazeli, & pleriſq; peripateticis, Deum agere extrase de necessitate naturæ, idem Arist.Platoni,stoicis,& aliarum sectarum plũrimis Philosophis tribuit Sirenius.3. de fato. cap.10.

2. Quia si Deus agit libere.ergo potest efficere id quod minus expediat, seu melius facere quam quomodo fecit: hoc autem videtur absurdum. 2

3. Et potissima est quia si Deus agit libere ergo habet aliquem actum voluntatis, quem potuit non habere, ac proinde aliquam perfectionem qua carere potuit, hoc autem non videtur admittendum,ergo. 3

4. Quia libertas in volendo non potest esse in actu, sed in potentia: in Deo autem non est voluntas, sumendo voluntatem pro potentia,sed pro actu: ergo in Deo nulla est libertas. 4

5. Quia sic posset Deus nihil extrase producere: quod tamen derogare videtur diuinę bonitati immensæ, nã bonitas inclinat ad communicationem infinitaq; bonitas infinite inclinat:infinitaq; inclinatio determinat,& necessitatem inducit ergo. 5

6. Deus necessario amat se perfectissime: ergo etiam seamat in ordine ad bona extrinseca,gloriam honorem famam,&c. Ergo non potuit mundum non condere. 6

7. Quia libertas includit contingentiam; contingentia imperfectionẽ,ergo libertas includit imperfectionẽ:ergo repugnat Deo;cui nulla potest in esse imperfectio. 2.propositio probatur, quia contingentia includit potentialitatem hæc autem est imperfectio. 7

80 Prima obiectio facile diluitur, non enim quidquid sensit Aristo. aut alij Philosophi continuo verum censendum est, deinde non constat Aristo. in ea fuisse sententia, vt ait Caiet q. de infinitate Dei,quę haberi solet in fine. 1.p. Quin potius Toletus. 6.Physi. q.2. ad.5 & lib.8.quæst.3. contendit, Aristotelem Alex. Aphrod. Eudemum Simplicium, Philopo. & alios peripateticos sensisse, Deum agere libere, & non de necessitate naturæ,& inter alia loca Aristotelis quæ adducit, insignis est libro de mundo ad Alexand. quem librum Aristoteli tribuit Iustinus oratione exhorta.ad gentes:in eo autẽ lib.inquit Arist. Deus omnia,quo vult monet, arbitratuque suo indiuersis rerũ generibus& naturis versat

Dilutio. 1. obiectionis

Sed ex hoc loco non colligitur satis libertas indifferentiæ, sed potestas diuinæ voluntatis & libertas saltem complacentię, ille vero alius locus 2.phisi. t.49. vbi distinguit agentia propter finem in ea, quæ agũt ex necessitate naturę, & in ea, quæ agũt ex electione, ideſt mẽte & ratione in quo ordine ibidem c.8. videtur Deũ collocare; similiter nihil efficit, quia solum intendit, agentia aliqua se dirigere in finem alia vero dirigi, & sic bruta & alia dirigi à Deo, & c.8 nihil de Deo aut de electione dicit & quãuis Deum eligere diceret, non inde fieret electionẽ illã esse liberam, nã posset dici, electionem medij conuenientioris esse necessariam in Deo. Quod etiam dicit 8. ethic. c. 7. & lib. 10.c.8. virum sapientem & probum esse Deo amicum, & 2.mag. mortal.c.8. bona & mala pro meritis à Deo distribui, & apud Laertiũ in vita Arist. in mortis articulo causa causarũ miserere mei, nihil probat, quia sine libertate potest intelligi, Deum hęc omnia facere, ita vt præmia distribuat, & preces audiat necessario, & sapientes diligat, si melius id sibi visum fuerit. Ille vero locus 4.top.c.5. vbi ait, potest Deus & studiosus praue agere, non sunt autem praui, nam omnes praui secundum electionem dicuntur: potius est ad oppositũ, quia sẽtire videt in Deo nõ esse electionem, sed necessario inferte mala bonis, & ea necessitate excusari, vt studiosus excusat, quãdo ex ignorãtia & bona fide mala infert bonis. Neq. vero hoc oppositam sententiam conuincit, quia potest Aristoles explicari, vt quando Deus & studiosi non ex electione, ideſt non ex industria vel affectu mali n ocent, sed aliquo honesto fine praua faciunt, non sint praui, & quod adducebatur ex 8.phy. non vrget. mens enim Aristo. fuisse videtur Deum necessario mouere & mundum fecisse ab æterno, quia nec agens per intellectum potest de nouo mouere nisi mutetur saltẽ secundũ voluntatẽ, ꝙ principiũ falsum est. Sed Deũ agere de necessitate naturę sm̃ Arist. etiã docet Sua.1.to.met. disp.30.sect.16.num.54. ex Arist.8.phy.t.9.13. 52.53.& 9.met.t.17. vbi ait, in æternis nihil esse in potentia, sed omnia in actu, ideo non esse timendum, quod cælum quiescat, quia scilicet neque ipsum nec motor eius est in potentia ad non mouendum, vt exponit D. Tho. ibi Inde Arist.12.met.c.6 concludit: nõ satis esse ponere substantiam æternam potentem mouere, quia alias posset etiam non mouere, sed oportere vt sit actu mouẽs ex necesirate, & 2 cœli. c.6.t 35. probat, motũ cœli esse inuariabilẽ, quia motor eius inuariabilis est, ex quo inferre videtur, semper eodem modo & ex necesitate moueri, & ex eodem principio colligit, ad generationem varietatem requiri alios motus, quia primus est inuariabilis, vt patet. 8.phyſi t.53.2.cæli.t.21.1. de generat. t.16.2.de generatio t.56. Accedit quod licet 2.mag.mor.c.15. dicat, Deum posse esse fælicem & externis bonis non indigere, nihilominus sentire videtur, non posse carere operatione, nec amicis & socijs, quibus fælicitatem commnnicet. Quid enim, inquit, faciet? nec enim dormiet. Quid igitur inspiciet? nam si quidquam aliud melius, hoc absurdum est, vt se quicqua melius habeat Deus, ipse igitur se se inspiciet, at hoc delirium. nam homini, qui se suspiciat, vtpote attonito inclamamus, & concludit, opus esse amicitia etiam illi qui sibi satis est, & Auerroes 6.phyſi.a.tex.6. Simplic.6.phbſi.t.15. Auicenna 9. metaphisi.c. 4. ex mente Aristo sentire videtur, Deum agere de necesitate naturæ. Aliunde autem Arist. 8. phyſi. probat Deum, non esse virtutem in magnitudine qiua sic ageret de necesitate naturæ & moueret in nõ tempore: ergo vult Arist. Deum non agere de necesitate naturę sed libere: licet. 12. met.c.6. & 2. cæli c.6. videatut tenere, quod si agit necessario, agit ab æterno, alioqui mutaretur, & Alex. lib. de fato ex Arist. mente admonet, a Deo petenda esse beneficia, quod ea possit & negare, & concedere, & 6. phisi. t.15. ait, motorem cæli non mouere adductum necesitate. Nã boni, inquit, non ita operantur, etiam si semper eadem faciant, sed potestatem habent contraria faciendi. Vnde Pererius 15. phyſi. cap. 5. hanc sententiã tribuit Alex. Auerroi vero Palacius. 1.d.3. quæst.1. & Albertin. tom.1.in 6. princip. philosoph. hanc sententeutiam tribuit Alex in illo libro de fato, & Auerroi.lib.destructio destructionum, disp. 10. ad 1.& 2. dubium, & ipse non determinat, quid senserit Aristoteles & sane Auerro. obscure loquitur, nã quod in obiectione retulimus dicere, Deum, secundum Aristotelem non agere ex necesitate naturæ, nec. ex electione, sed alio eminentiori modo nobis incognito, aliqui interpretantur, vt Deo negetur neeesitas naturæ, quantum ad determinationem ad vnum, electio vero quoad mutabilitatem & alias imperfectiones: tribuatur autem illi eminentior modus operandi, quia cum indifferentia immutabilitatem habeat. Alii dicunt, lubricam & obscuram esse Aristotelis sententiam & forte voluisse, Deum necesitate naturæ produxisse mundũ, sed circa particularia quædam quæ non pertinent ad mundi cõstitutionẽ, libere agere. Vide Suarez supra, quia hic non oportet in explicanda vel eruenda mente Aristotelelis immorari: quidquid enim senserit ipse vel alij philosophi, tenendum est, Deum in omni actione ad extra libere agere, licet Bassolis supra dicat, non posse

enidenter

81 Dilutio.2. obiectionis

euidenter probari, sed verum non est vt patet ex rationibus factis. Ad 2. obiectionem tria obscura satis videtur dicere Iulius Cæsar scaligerus lib de subtilitate exercitat.1.est, 1 quę Deus fecit non potuisse meliora facere.2. est Deum potuisse alia facere meliora, quam quę fecit.3. est, non potuisse res meliori modo facere. Sed.1. dictum falsum est simpliciter loquendo. Nam Deus potuit rebus productis plures, aut maiores perfectiones conferre non solum supernaturales, sed naturales,dando, v.g. homini meliorem complexionem naturalem, meliores sensus,&c. Nec ad hoc oporteret in homine ponere capacitatem infinitam vt argumentatur Scaligerus, posset enim dari status,quamuis fortasse non esset absurdum concedere in homine capacitatem ad plures, & plures gradus recipiendos de potentia Dei absoluta. 2. dictum verum est. 3. vero simpliciter etiam est nullum: nec enim vt putat,necesse est, optimum optime, perfectissimum perfectissime operari, potest enim tota sua potestate non vti, vt quoad numerũ rerum,ita & quoad moralem bonitatẽ actionis, qua propter etiã deceptus videtur Parien.1. de vniuerso p.2.c. & quoniã glorificatio.fo.154. col.1. dicens. Necesse igitur est,sapientiam Dei ea facere, quæ melius est facere quam non facere, similiter & de temporibus & modis se habet, quare necesse est ipsum,& optima, & optime facere iuxta quod decet ipsum,& secundum quod res ipsę receptibiles sunt,& eis ipsis expedit,seu vtile est. Nec etiam sapientis hominis & boni est, vel minus bona,vel minus bene facere cũ optima & optime facere æquali facilitate possibile sit. Hæc Parisien. sed falso, nisi intelligantur depotentia ordinaria physica,vel morali,quæ vltima attenditur secundum id, quod frequenter fit, quo pacto potest etiã Scaligerus intelligi:& sic venit intelligendus August. lib. de quãtit.animæ. c.33. dicens,omnia quæ sunt in vniuerso ita esse à Deo disposita vt melius esse non possint,& 3. de lib.arbitrio quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id scias fecisse Deum. Hæc August. quę saltem in rebus,magni momenti vera sunt.Sed de hac re latius agitur.1.p.q.25.vbi D. Thom.inquirit,

82 Obiectio. Decisio.

an Deus possit meliorafacere quę facit. Vnde etiã expediri potest alia difficult. an intellectus determinet diuinam voluntatem Ferrar.1 contra gen. c.82.cũ D.Tho. ibi,&lib 2. c.26. ait volũtatẽ diuinã ab intellectu diuino determinari.Henri. vero.1.p.sum.ar.36.q.4. &quodli.8.q.1.quodli.1.q.1.in fine &D.Tho. 1.p.q.19. art.3.ad.5. dicunt voluntatem diuinam in ordine ad creaturas determinare seipsam, & non determinari ab intellectu, quin potius hunc ab ea determinari ad productionem creaturarum. Sed distinguendum est cum Capreolo.1.d.45.q.1.ad.4. contra.3. concl. & Suarez to.2.metaph.disp.30.sect.16. num.44. & sequentibus vt intellectus diuinus determinet voluntatem, in ordine ad creaturas quoad sufficientiam, quia præbet illi obiectum, & materiam circa quam possit statim operari, non tamen quoad efficaciam, ita vt posito actu intellectus, necessario sequatur actus voluntatis diuinæ circa creaturas, cum enim actus intellectus sit absolute necessarius,& non liber, si ex eo sequeretur necessario amor creaturarum, talis esset absolute necessarius, & non liber. quod est absurdum, quanuis interdum volitione vnius creaturæ potest diuina voluntas ad volitionem alterius determinare efficaciter ab intellectu propter necessariam connexionem vnius cum alia, vt si vult redimi genus humanũ de rigore iustitię determinabitur voluntas ad volendum vnionem hypostaticam, quia intellectus iudicat,hanc esse omnino necessariam ad eiusmodi redemptionem. Neque, vt bene ait Suarez, audienda est hic vulgaris distintio de sensu composito & diuiso. Nam si sensus compositus, est de suppositione antecedenti, & naturali,& consecutio volitionis est certa & inuitabilis, volitio est simpliciter necessaria, & non libera vt patet in amore Dei, qui est simpliciter necessarius, quia ex necessaria & naturali cognitione necessario sequitur. Neq; etiam valet dicere cũ Dur. intellectum esse formaliter liberum, & ideo,quamuis ex intellectione diuina necessario sequatur amor crerturarum non fieri, vt ipse sit necessarius simpliciter. Opinio enim Dur. in intellectu nostro improbabilis est, & multo magis in intellectu diuino, qui exsẽ est determinatus ad intelligendam omnem veritatem non solum speculatiue, sed etiam practice loquendo proprie de intellectione quo nomine denotatur apprehensio, vel iudicium,non imperium, quod fatemur forte esse liberum in intellectu diuino,dependenter tamen à diuina voluntate, quia sola voluntas est libera formaliter& per essentiã, intellectus autẽ potest actum liberum à voluntate participare.in nobis iudicium;in Deo tantũ imperium. Vnde etiam reijcitur alius modus dicendi. quem habet Capreol q. cit. dicẽs in intellectu diuino esse aliquod iudiciũ liberũ,presuppositio tamẽ actu voluntatis applicantis intellectũ ad indicandũ. Vnde hunc cõstituit ordinẽ quod diuinus intellectus naturaliter,ac necessario omnia intelligit,deinde diuina volũtas libere vult intellectũ diuinũ cõcipere,&dicere aliquid esse producendũ,ex qua volitione determinatus intellectus diuinus dictat, aliquid esse efficiendũ ex quo iudicio

determinatur voluntas ad alium actum, quo vult tale quid fieri, quem modum dicendi impugnat Suarez, quia volũtas diuina seipsam determinat, ad illum actum quo vult diuinũ intellectum concipere & dictare, hoc esse efficiendum, ergo etiam se posset determinare immediate ad illum actum, quo vult hoc fieri, par enim ratio esse videtur. 2, nos eundẽ modum dicẽdi refellimus (quod aliquomodo attingit etiam Suarez) quia omne iudicium in Deo est simpliciter necessarium, etiam si sit iudicium practicum nam Deus necessario intelligit omnem veritatẽ etiam practicam, & necessario in tali euentu hoc esse agendũ, ideſt esse obligationem aut conuenientiam in eo quod fiat, ergo nullum iudicium competit intellectui diuino quasi dependẽter à volũtate diiuna, de præcepto aute seu imperio alia. q. est in nobis & in Deo, de qua circa. 17. q. D. Tho. dicemus. Addo autem ex superioribus physice, aut moraliter intellectum diuinum, determinare diuinam voluntatem, quia Deus saltem in rebus magni momenti licet possit logice de potentia absoluta discordare à diuino Intellectu dictante melius esse facere hoc, quã oppositũ, nõ tñ põt de potentia ordinaria physica seu morali, quia parum consonat diuinæ bonitati, & sapientiæ, nõ facere semper saltem in rebus magni momenti, quod omnibus pensatis melius est facere quã nõ facere.

83 3. Obiectio difficilior est & magis controuersa hoc tempore, in ea petitur, an actus libri diuinæ voluntatis addãt aliquam perfectionẽ, vel realitatem, aut modum realem ad id quod necessario inuenitur in Deo, quæ quæstio discutietur sectio. sequenti, nunc satis est dicere nõ obstante illa obiectione saluari optime posse libertatem Dei.

Dilutio 3. obiect.

Iu 4. obiectione insinuatur grauis difficultas, an in Deo iutelligatur aliquid per modum potentiæ, & habitus, quod sit ratione distinctum ab actu, in qua difficultate opiniones sunt variæ, nos tamen 1 p.q.14.& 19. probabilius censuimus nihil esse in Deo per modum habitus vel potentiæ, sed tantũ per modum actus tam intelligendi quam amandi, quod postea docuit etiam Suarez to. 2. metaphy. disp. 30 sect. 15. num. 4. & sequenti. & sectione 16. num. 8. & sequentibus, & num. 34., sed late rem tractabo in materia de habitibus, in eaque tantũ opinione obiectio militat, cui facile R. ad saluandam libertatem Dei satis esse, si actus necessarius diuinæ voluntatis sit indifferens ad producendas creaturas, siue additione alicuius entitatis, seu modi realis distincti sola ratione à Deo, siue absque vlla tali additione, iuxta varias opiniones sequenti sect. referendas.

Dilutio 4 obiectio.

Ad 5. obiectionem R. libertatem Dei tantã esse, vt non solum possit hanc aut illam creaturam non producere, sed etiam nullam omnino producere, vt bene Suarez illa sectione 16. num. 35. & 36. neq. obstat infinita inclinatio, quam Deus habet ad sui communicationem in communi, & in particulari, nam illa est subiecta infinitę libertati Dei, imo aliqui dicunt, tantam esse libertatem cuiuslibet rationalis creaturæ, vt etiam infinitæ inclinationi infiniti habitus, vel infiniti obiecti clare aut, per impossibile infinite & compræhensiue cogniti resistere valeat, quia tota illa inclinatio est subiecta & subordinata ꝓpriæ libertati, de quo alibi. Neq. frustra esset in Deo illa infinita inclinatio sine actu, quia illi nõ esset debitus actus & in omissione actus aliquid boni cognosceret Deus, adquod etiam infinitam habet inclinationem, quæ effectum suũ haberet, & ad Deiperfectionẽ satis est posse vnã, aut alteram in actum reducere, vel vtramque respectu diuersorum, quod & modo facit, quia innumerabilia creat, & infinita in suo non esse dimittit.

Dilutio 5. obiectio.

84 Ad 6 obiectionem R. Deum etiam si non se diligat in ordine ad bona extrinseca, diligere se perfectissime, quia illa omnia bona continet eminenter in seipso, & ex illis nullum bonum intrinsecum sibi accrescit, neque ipse amor ex eoꝙ creaturis velit bona intrinseca & extrinseca, vel sibi bona extrinseca, est perfectior, nisi forte secundum quid & extẽsiue vt in solutione 3. obiectionis docuimus, quę perfectio ideo non determinat diuinam volũtate vt ipsam appetat vel consequatur, quia respectu infinitæ perfectionis simpliciter quam Deus habet, illa perfectio nullius momenti est, si tamen in Deo est.

Dilutio 6. obiectio.

Ad 7 obiect. R. in ea tangi controuersiam inter Sco. & Thomist. an Deus cõingẽter amare & efficere creaturas dicat̃ sic. n. loquit̃ Sco. 1. d. 38. & 39. quẽ nõ solũ eius discipuli & alũni sed etiã Gab. Pal. & alij imitant̃, & Iul. Siren. li. 2. de fato c. 5 nec dissentit Capre. 1. d. 38. q. 2 ad argumenta Aureoli contra 2. & 3. conclu. Oppositum docet Caiet. Zumel. & Bañes 1. p. q. 19. 2. 8. Ferrar. 1. contra gent. c. 67. & 70. insinuat etiam Capreol supra, a. 1. & fauet D. Tho. 1. d. 43. q. 2. a. 1. ad. 4. Sed vt diximus. 1. p. q. 14. & Suarez illa sect. 16. num. 43. quęstio est de nomine, nam si cõtingẽtia solum significat indifferentiam diuinæ voluntatis ad amandũ & non amandum, efficiendum & non efficiendum creaturas, & indifferentiam amoris & productionis creaturarum, vt sit & non sit, concedendum est, Deum contingenter amare & operari, & amorẽ ac productionẽ creaturæ cõtingẽtẽ esse sensus. n. est nõ esse absolute necessariũ, si vero nomine cõtingẽtię, aliqd fortuitũ & casuale & ꝓter intẽtionẽ significet,

Dilutio 7. obiectio.

Deo

Deo nihil est cõtingens, quia nihil forte & casu ac præter intentionem Dei euenit. Similiter si nomine cõtingentis intelligatur aliquid intrinsece additum Deo distinctum ex natura rei ab ipso, quod sit vere accidens, vel instar accidentis, (vt forma accidit materiæ) nihil Deo est contingens, quia actio Dei ad extra non est in ipso sed in passo amor vero creaturæ, in Deo, vel nihil reale addit entitati necessariæ, vel id tantũ distinguitur ratione ab illa, vt cõstat exdictis insolutione 3. obiectionis.

De obiectionibus contra libertatem Dei plura diximus. 1. p. q. 19. art. 3. Suar. to. 1. met. disp. 30. sect. 16. Bellarm. 3. de gratia & lib. arb. c. 17. Albertin. in. 6. prin. philosophiæ. Corol. 2. Andreas de Castronouo. 1. d. 45. q. 1. &. 2. vbi bene probat ratione naturali libertatem Dei, licet dicat, non probari euidenter imo sistedo ni sola ratione naturali, pbabilius esse, Deũ agere ad extra necesitatenaturæ.

Difficultas tamen est, an Deus pro sua liberrate potuerit suspendere omnem volitionem efficacem circa creaturas non volendo positiue producere aut non producere ipsas.

85 Difficul.

Resp. Deum non potuisse ab æterno mere negatiue se habere non habendo velle nec nolle circa mundi, vel alicuius particularis creaturæ productionem, ita sentiunt D. Tho. & Ferrar. 1. contra gen: c. 82. & probatur, quia esse, vel non esse cuiuscũque rei debet à Deo emanare cum perfecta ratione voluntarij, ac proinde per actum directum, & positiuum siue absolutum & efficacem, siue conditionatum, & permissiuum, qualem habet Deus respectu materialis peccati. Et sane suspensio voluntatis circa obiectum propositum, scilicet, vt nec habeat velle, nec nolle, videtur esse aliqua imperfectio; cur enim carebit vtroque actu? si salua omnino libertate potest esse determinata ad habendum pro libito alterum ipsorum: & ita sentit Albertin. in 6. principio philos. Corol. 2. puncto. 7. num. 23. dicens, disiunctum horũ actuũ, volo creaturas esse, volo, creaturas nõ esse, necessariũ esse in Deo, & expressius id docet Fõseca t. 3. met. c. 8. q. 5. sect. 3. q alio loco dicit, se ostensurũ.

Imo sunt qui dicãt, voluntatẽ nostram nõ posse suspendere omnem actum circa obiectũ sibi propositum, inter quos videtur Zume. q. 71 a. 5. d. 1. post. 5. con. & alij dicentes, nec physice dari posse puram omissionem absque omni actu, contra quos agemus in hoc tractatu & in tract. de peccatis agentes de pura omissione. Nec mirum, quod in libertate hominis sit potentia suspendendi omnẽ actum & non in diuina: quia est imperfectio, sicut & & posse peccare, posse non amare Deum, imo & ipsum odisse, posse mentiri, posse mutari à volente in nolentem, & è contra. Quæ omnia in humana libertate sunt imperfectiones & repugnant diuinæ.

Sect. 8. Quid nam liberi actus diuinæ voluntatis & intellectus addant necessarijs actibus earundem potentiarum.

86 1. Opin.

IN hac re. 1. sent. esse potest, nihil prorsus addere reale, vel rationis intrinsecum aut extrinsecum re aut ratione distinctum. Hanc nonnulli tribuunt Ocha. 1. d. 45. q. 1. art. 1. & Gabrieli. art. 2. eo q dixerint, velle, quo Deus vult creaturas, idem omnino esse cum diuina essentia. Sed immerito hanc sententiam his tribui, recte affirmat Fonseca. to. 3. metaph. lib. 7. c. 8. q. 5. sect. 2. fortasse Ocha. & Gab. solum voluerunt, actum liberum nihil intrinsecum reale addere diuinæ essentiæ realiter, vel ex natura rei ab ipla distinctum, neque ratione, ita vt simpliciter loquendo, dicatur cognosci non cognita essentia vel ècontra. Nam cum sint eadem res, qui cognoscit actum liberum Dei essẽtiã cognoscit diuinã, & ècõtra: quia istæ propositiones non faciunt sensum formalem, sicut istę, cognosco Deum esse ens infinitum, simplicissimum & dilegere creaturas, velle creare mundum, &c. Et ideo qui dicitur cognoscere essentiam Dei, dicitur simpliciter, licet non formaliter formalitate rationis; cognoscere sapientiam, & iustitiam ipsius, aut liberã volitionẽ cõdendi mũdũ, &c.

Cuiuscumque autem fuerit, aut sit illa sententia merito Fonseca supra reijciendam censet: primo quia quando aliqua sunt idem re & ratiione, quidquid affirmatur de vno, necessario debet affirmari de alio. sed de essentia diuina affirmatur necessario, fuisse ab æterno, non autem de volitione creandi mundum ergo, &c. 2. quando aliqua re & ratione sunt penitus idem, non potest concipi vnum sine alio, sed concipimus essentiam Dei, non concipiendo, quod velit creare mundum, ergo hæc non sunt penitus idem re & ratione, sed formaliter distinguũtur fotmalitate saltem rationis; quia Deus nõ concipitur causare quicquam per suam essentiam præcise sumptam, alioqui non magis conciperetur causare rem hanc, quam illam. cum igitur omnes causet per suum velle, efficitur vt velle creaturas esse, non sit omnino idem cum diuina essentia, sed aliquid ei addat. 4. quia inter ea, quorum, vnũ potest, vel potuit esse sine alio, ponenda est aliqua distinctio: sed essentia potuit esse, ita ut non vellet creaturas esse: ergo inter essentiam & hoc velle constituenda est aliqua distinctio. Itaque hac omissa opinione, tria cogitari possunt ab actibus liberis diuinæ voluntatis includi, præter id, quod necessario est

in Deo;

in Deo: nempe aut aliquid re ipsa existens extra Deum, seu extrinsecum Deo: aut aliquid reipsa existens in Deo, aut demum aliquid obiectiue tantum existens in intellectu, quod vocamus ens rationis. Nec certe vlli tripartitæ huius diuisionis membro authores desunt, vt obseruat Fonseca supra.

§. II. Referens opinionem asserentium addere denominationem extrinsecam.

87 2. Ergo opinio est velle liberum ad esse, addere aliquid reale extrinsecum Deo, nempe productionem præsentem, præteritam, vel futuram alicuius creaturæ ita, vt velle libere creaturam nihil aliud sit, quam Deum sua voluntate, ideſt potentia volitiua producere, produxisse, vel producturum esse illam: cum tamen potuisset nunquam illam producere, quia sicut voluntas humana est immediate libera ad eliciendas suas actiones immanentes, ita voluntas diuina ad eliciendas suas actiones transeuntes: sic sentire veteres quidam Scholastici quos refert & sequitur Altisiod. in 1. part. suæ summæ Theologicæ. c. 13. & post eum Aureol. 1. d. 45. q. vn. art. 1. 2. & 3. apud Grego. eadem d. q. vnica post. 7. conclu. apud Capreol. eadem. d. Fonsecam supra, idem tenet Vazq. 1. part. disp. 80. c. 2. Nam licet dicat actus liberos dicere relationem rationis supra ea, quæ necessario sunt in Deo: tamen eam relationem ait consistere in quadam denominatione extrinseca, & contra Grego, Arimi. supra approbat hęc verba Aureoli. Deus producit quidquid producit, absque hoc quod determinetur per aliquod velle intrinsecum ad producendū quod producit, nihilominus tamen dicitur voluntarie producere, & quod producit, quia vult producere, propterea quia in sua potestate habet producere, & non producere, sicut, verbi gratia ignis, si in sua potestate, & dominio haberet præsentem stipulam ignire, & non ignire, dum igniret, diceretur voluntarie igre, & quęrenti, cur igniret? responderetur, quia vult, nō quia, velle, exprimeret aliquem actum determinatum; sed tantum plenitudinem potestatis. Hæc Aureol. quem Grego. acutissimum Authorem appellat, & cuius sententiam amplectitur Vazq. loco citato: quam etiam videtur tenere Ouand. 1. d. 45. prop. 3. dicens dicendo Deum velle alia à se, connotatur respectus, & effectus in creatura. Et Michael Bononiensis 1. d. 47. q. vnica paulo Ante. 2. conclu. vbi respondens argumento huic; omne æternum est necessarium velle creaturas est ęternum: ergo necessarium, ait. Dico quod omne æternum quantum ad illud, quod dicitur in recto, est necessarium; quia solū primū, esse, est æternum quod est simpliciter necesse esse: sed quantum ad illud, quod connotat & dicit in obliquo, non est necessarium. Et sic concedo, quod diuinum velle semper est necessarium, quantum ad illud, quod est, sed est contingenter talis rei velle, &c.

88 Cum autem Altisio. obijcitur, Deum isto malo non proprie, sed metaphorice dici velle aliquid. quemadmodum dicimus Deum iratum, quia periende sumit vindictam, ac si affectu iræ moueretur, & verbum Dei venisse ad nos è cælo quia venietis more nobis in carne apparuit, id concedere non recusat, imo generatim authoribus huius sententiæ id tribuit Fonseca, nempe Deum non velle proprie, sed tantum metaphorice, quę vult actibus liberis. Horum ratio est quia liberi actus diuinę voluntatis non possunt quicquam includere quod reipsa ita sit in Deo, vt potuerit in Deo non esse; neque item potest esse aliquid quod habeat tantum esse obiectiuum in intellectu tāquam ens à ratione confictum, cum libertas diuinorum actuum, seu actus Dei liberi in nullo à fictionibus nostris pendeant: ergo illud est aliquid reale creatum extrinsece denominans Deum.

89 Hæc sentētia inquit Fōseca, merito à ceteris Theologis reiicitur tanquam parum consona diuinis scripturis & in se valde absurda. Primum quia diuinæ litteræ perspicue distinguūt ipsa opera Dei libera, vt libere etiā à Deo proueniūt, à libera volūtate, qua ea facit, ipsūque actum diuinæ voluntatis liberum reddūt pro ratione operum, vt apud Ioan. ca. 3. cum Christus dom. ait, sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, & apud Pau. Ephes. 1, elegit nos ante mundi cōstitutionē. vt essemus sancti & alijs locis quamplurimis, vnde patet non ideo Deum voluisse libere facere creaturas quia ipsas fecit, sed eas fecisse quia libere voluit vt essent. Deinde quia actus volēdi & eligēdi nō dicūtur metaphorice de Deo, sed maxime proprie, siue illi necessarij sint siue liberi, quemadmodum & actus intelligendi. Postremo quia sumere tationē liberā diuinorū actuum à rebus externis, nihilque inuenire in diuina volūtate cur hoc faciat, potiusquā illud, aut cur nūc faciat nunc vero nō faciat, aut hoc modo, nō illo modo, faciat, nihil est aliud, quā ponere radicē libertatis diuinæ, extra Deum, nostramq. libertatem facere dignioręm diuina, quod nos liberorū operū externorum, quæ exercemus reddamus rationem ex electione nostra intētioueq interiori: hi vero authores in diuinis ad sola externa facta recurrāt: quod quidē, est ad colligendā a posteriori actualē diuinæ naturæ libertatē vtile est; tñ ad eā cōstituēdā, seu à priori colligendam res est absurdissima. Hæc Fonseca.

90 Alij etiam in quibus Suarez romo. 2. met.

met. disp. 30. sect. 9. n. 4. & Albertin. to. 1. in 6. princ. philoso. puncto. 7. num. vltimo seu. 33. dicunt, hanc sent. nullo modo defendi posse, quibus ego acquiesco. 1. quia certum est Deum proprie & non metaphorice amare & velle alia libere extra se vt illi passim tribuũt Scripturę sacrę, quæ non metaphorice, sed proprie intelliguntur à patribns & doctoribus vt patet ps. 113. omnia quæcumque voluit, fecit, vbi satis distinguitur velle ab effiere; vnum quę ponitur vt causa radix, & origo alterius & similiter Ephes. 1. qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, & elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ vt essemus sancti, & act. 9. vas electionis est mihi vt portet nomen meum, &c. sapientiæ. 11. quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses? Io. 3. sic Deus dilixt mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Galat. 3. propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, &c. In quibus locis volitio Dei libera ponitur vt causa effectus externi, ergo in volitione Dei libera non includitur ipse effectus & alioqui ipsa non esset omnino æterna cum effectus ipse, quem in uoluit, solum sit in aliquo determinato tempore, imo & denominationes extrinsecę sumptæ ab effectibus, variamtur, quia olim fuit verum dicere, Deus faciet mundum, postea vero, Deus facit mundum, iam vero solum possumus dicere Deus fecit mundum, ergo, si velle diuinum inuoluit has denominationes, variatur, & Suarez ponit, actus aliquos liberos id Deo, qui formaliter & immediate nihil causant in creaturis, vt electionem prædestinatorum ad gloriam ante præuisa merita & prædefinitiones, quas vocat per modum intentionis, & saltem sunt in Deo actus conditionati, qui nihil ponunt in rebus creatis, quia nũquã impletur conditio. ergo hi intrinsece complebuntur per denominationem extrinsecam ab eo, quod reuera nec est, nec fuit, nec erit, sed tã tum esset, si poneretur conditio, quæ omnia præse ferunt aliquam absurditatem.

2. Quia velle, amare, videre & intelligere in tota sua latitudine sumpta, sunt totaliter actiones vitales & immanentes, ergo non inuoluunt aliquid extrinsecum & sic vel Deus vere non habet hos actus vel hi non complentur essentialiter per ailquid extrinsecũ, vnde nullus homo quãdo cõcipit hos actus in Deo, concipit aliquid creatum quasi intrinsecum complementum ipsorum; sed quasi obiectum directum, quod semper est etxra substãtia cõpletam actus, & non est eius complementum essentiale, sed terminus extrinsecus.

3. Quia agens vitale & intellectuale non potest agere ad extra nisi prius agat ad intra & ideo indiget voluntas aliquo directiuo intrinseco ipsi agenti, nimirum cognitione, quæ non requireretur, si ad extra esset operatura, non operando prius intra se, sicut intellectus agẽs in productione specierum intelligibiliũ, quas dicitur educere ex phantasmatibus, non dirigitur aliqua cognitione præcedenti, quia non eas producit modo vitali, sed modo agẽtium non vitalium, ergo, cum voluntas diuina & Deus modo agentium vitalium & intellectualium operentur ad extra, prius aliquid debẽt ponere ad intra & alius modus agendi ei Deo impossibilis & esto esset possibilis, esset Deo indignissimus. Adde quod si in Deo est iste modus operãdi, non videbitur aliquibns absurdum dicere, creaturam viuentem & intellectualem, quæ modo est, vel de potẽtia absoluta produci potest, posset operari ad extra nihil reale ponendo ad intra & similiter posse videre aliquid, seu intuitiue cognoscere per solam notitiam simplicis intelligentiæ, connotando, quod res sit, fuerit, vel absolute aut sub conditione aliqua, futura sit. Quod tamen non esset omnino tutum. Item si volitio libera in Deo inuoluit intrinsece operationem externam futuram; ergo diuina voluntas non determinatse ab æterno ad operãdum ad exrra, quia nihil potest determinari ad operandum per ipsam met operationem, siue, vt præsentem, siue vt futurã, maxime cum res etiam vt futura dependeat vere a tali determinatione,

4. Si volitio diuina libera vltra ea quæ necessario insunt Deo, solum inuoluit effectum ptæsentem, præteritum, vel futurum, non poterit ntelligi, quod Deus hoc voluerit peculiariter propter hunc, vel illum finem, quia effectus propter vaiios fines fieri potest, & relatio seu ordinatio ad hunc, vel illum finem non potest esse primario & perse in actu externo, sed in interno consequens autem est omnino absurdum, ergo & sententia illa, ex qua recte infertur. Vnde opinio illa Aureoli à Grego. & Capreol. supra & alijs postea referendis reijcitur, & à iunioribus citatis & ab alijs 1. part. quæst. 19. art. 2. & quãmuis doctores aliqui cum Magistro. 1. d. 45. & 46. voluntatem signi dicant, esse metaphorice in Deo, tamen docent, voluntatem beneplaciti esse proprie in Deo & per illam determinari Deum ad operandum extra se & ideo res facere quia voluntate beneplaciti eas vult: quod tamen falsum esset si constitueretur per aliquid creatum externum spirituale, vel corporeum, sicut primum actum liberum, quem elicio, non dicor proprie velle, nec proprie illum facere quia volo, nec dicor determinare me ad illum faciendum priusquam fiat.

3. Con-

§.3. *Continens opinionem asserentium addere perfectionem.*

91 3. Opinio. 2. Sent. est Caiet. 1.p.q. 19.art.2. & 3. & 3.p.q.1.ar.1.asserentis,in actibus liberis diuinæ voluntatis includi perfectiones quasdam diuinas formaliter existentes in Deo, quæ in Deo ex æternitate poterant non esse:tametsi postquam semel in eo fuerunt, abesse ab eo non possint, & si ex æternitate in eo non fuissent, inesse postea non possent. Id circo autem non putat Caiet. vllum esse incommodum hoc genus perfectionum potuisse non esse in Deo,quia sunt voluntariæ & omnino liberæ, quod est additum diminuens,ita nulla perfectio simpliciter dicta,sed tantum secundum quid & cum addito diminuente, potuit non esse in Deo, præsertim quia, vt eius sectatores (Fonseca superius authore) addunt, loco earum, quæ in Deo sunt, non de fuissent aliæ,quæ tantùdem valerent: nam si Deus noluisset facere hunc mundum, & alium facere voluisset,aut etiam nullum facere, æque perfectus esset is voluntatis actus, atque ille quem habuit: vt hunc faceret, & ita res habet in cæteris actibus, quos Deus neque habuit,neque habebit vnquam. Nam cum omnis bonitas & perfectio actuum voluntatis ducatur ex fine: Deus autem, nihil extra se esse, aut non esse velit, nisi propter se, cette siue Deus velit, hanc rem esse siue illam, siue etiam hanc, vel illam non esse,semper hi actus erunt æque perfecti, etiam si res volitæ aliæ alijs sint inse ipsis perfectiores aut minus perfectæ, aut etiam Deus velit, hanc, aut illam non esse, aut denique nullam esse, nam & ipsum non esse creaturarum volitum à Deo esse potest. Potissime autem id non reputatur incommodum à Caiet. & eius sectatoribus, quia istæ perfectiones non sunt tales,quibus Deus reddatur perfectior intensiue, sed extensiue tantum, sicut Deus & mundus est quid perfectius extensiue, licet non intensiue, quam Deus solus,quoniam ipse continet eminenter totam perfectionem mundi: similiter ergo cum sectiones necessariæ in Deo, contineant eminenter perfectiones liberas, etiam si illæ ab essent, non esset Deus minus perfectus intensiue, sed extensiue, quod nihil absurditatis habere videtur. Quemadmodum multi & grauissimi doctores docent, relationes originis dicere suas perfectiones, distinctas ratione ab essentia & essentialibus attributis, nec esse absurdum in vna persona esse formaliter formalitate rationis, aliquam perfectionem, quæ in alia non sit formaliter sed identice, eminenter & æquialenter, vt constat ex materia de trinitate,in qua ter à me tradita,semper idem docui.

92 Argumenta Caietani, & sectatorum ipsius postea ponam & diluam. De hac Caietani sent. sic scribit Fonseca illa sectione. 3. Verum & hæc Caietani opinio recte ab omnibus ferme posterioribus Theologis reijcitur: est enim vt audacior aliquanto, ita & parum tuta. Primum quia Deus in seipso & ante omnem ordinem ad creaturas in esse reali futuras, est infinitæ perfectus, alioqui diuina natura in se spectata, esset alicuius boni indiga: quod negant diuinæ & humanæ litteræ, at ei, quod est infinite perfectum, nulla omnino perfectionis additio fieri potest. Deinde quia quod aliunde modo aliquo perficitur, aliunde etiam modo aliquo pendeat, necesse est; Deum autem nullo modo pendere à creatura, vel ex ordine ad illam, sed in se esse omnino independentem, ex eo perspicitur,quia alioqui non esset prima omnium rerum causa.

3. Quia si Deus modo aliquo perficitur extensione ad creataras, secundum earum esse reale; ergo extensione huiusmodi actuatur: actus enim & perfectio idem sunt: ergo modo aliquo est in potentia passiua seu receptiua vlterioris perfectionis: sic que non est actus purus, quod est error in Philosophia & Theologia. Adde quod huiusmodi extensiones ad esse reale creaturarum sunt in Deo rationes causandi seu causalitates; hæ vero quatenus consideratione nostra à diuina natura distinguuntur, nullam perfectionem Deo adiungunt, vt superius probatum est quæst.4.section.5. adfinem. Postremo quia ratio obquam agentia creata extensiue perficiũtur ex otdine ad sua effecta,est quia per ea modo aliquo obtinent aliquid quod ipsis deest, nec loco illius habent aliquid excellentius, quo pacto agentia corruptibilia per ea,quæ generant, & qui res præclaras gerunt, per eas ipsas modo aliquo assequũtur perpetuitatem:at Deus infinite excellentius habet in se ab æterno quid quid perfectionis ex ordine ad res futuras quouis modo assequi posset. Non bene igitur cohærent duo hæc, quæ Caietan. coniungit, nempe actum liberum diuinæ voluntatis addere perfectionem aliquam simplicissimo actui, quo Deus se amat, sibique in rebus à se factibilibus complacet, & eam perfectionem

fectionem potuisse non esse in Deo Aut enim ea perfectio non datur in Deo. seu potius id quod ait esse perfectionem, non est perfectio, aut si datur non potuit illa in Deo non esse. Quod idem de actibus liberis intellectus diuini dicendum est, nempe visionis intuitiuæ, & futurorum præscientiæ, sicut enim Deus nullius perfectionis additione libere voluit, vt mundus hic esset: sic nulla perfectione adiuncta, libere illud ab æterno intuitus est, & nobis futurum certo præsciuit. Hæc Fonseca cui concordat Medi. 3. p. q. 2. proœmij in solutione cuiusdam argu. reprobans lent. Caiet. & dicens ab omnibus reprobari. 1. p. q. 19. a. 2. vbi Domi. de Soto in manuscriptis à Caiet. recessit, & Petrus de Sotomaiore dixit. Ego cum trepidatione dicerem, quod dicit Caiet. quod si Deus nihil creasset, deesset ei aliqua perfectio. Sed potius dico, quod nulla deesset, à Caiet. etiam recedunt. Cabrera. 3. part. quæst. 1. art. 1. disp. 2. §. 2. n. 39. Hierouym. Perez Valentinus 1. parte. quæst. 19. art. 2. Zumel. eodem articul. & sequen. Vazquez. 1. parte. disp. 50. cap. 4. n. 22. disput. 80. cap. 1. & 2. Caietanum reijcit, & ait, minus recte recentiores aliquos scholasticos cum Caiet. sensisse eorumque opinionem esse absurdā defendi quę nullomodo posse, oppositamque esse certam, & manifestam: fatetur tamen mysterium hoc esse ineffabile & magis in eo dici posse, quid non sit, quam quid sit Valen. 1. p. q. 19. puncto. 3. ait opinionem Caietani. merito ab omnibus reijci, quoniam est absurda. Molina eadem. q. art. 2. disp. 2. ait censeri parum in fide securam piasque aures offendere. Suar. to. 2. met. disp. 30. sect. 9. num. 11. postquam proposuit pro Caietan. nonnulla arg. ait. Hæc argumenta, si puram naturalem rationem expectemus adeo sunt difficilia, vt partem hanc verisimilem, & probabilem reddere videantur, tamen, si vere & digne sentiamus de Deo, & maxime prout fide docemur, nullomodo possumus huic assentiri sententiæ, etiam si oporteret ignorantiam nostram in omnibus his expediendis difficultatibus confiteri: atque ita Ferrar. 1. contra gent. capit. 75. &. recentiores D. Thomæ commentatores in. 1. parte. grauiter hoc Caietani. placitum reijciunt ac reprehendunt Hæc Suarez, Sylvest. tamen supra vt probabilem refert opinisnem Caietan. eamque nulla graui censura notant Bañes Zumel. aut Petesius supra, sed Henriquez. tomo. 2. libro de homi. capite. 3. §. 2. ad finem littera. A. in glossa neque ipsam reiecit, sed tantum dixit, reijci a Thomistis Iunioribus, Albertin. tomo. 1. in. 6. princip. philosoph. Corol. 1. puncto. 3. in fine & puncto. 7. suppos. 2. & num. 19. damnat opinionem Caietan. & oppositum eius putat certum: & pręter argumenta quibus Fonseca Caietanum reiecit, hoc 93
vti possumus. Quia si liberi actus adderent aliquam perfectionem quæ potuerit non esse in Deo: ergo modo est magis perfectus in seipso saltem extensiue, quam si mundū creare noluisset: nam & si demus tunc necessario habiturum positiuam volitionem creandi mundum; tamen ea esset minor perfectio, quam volitio creandi mundum: quoniam habuisset obiectum perfectius, nam finis cuius consequendi gratia tunc Deus ageret esset perfectio aliqua negatiua extrinseca: verbi gratia, ne a creaturas offenderetur, vel ne ille putarent se ex earum indigentia illas creasse, aut quid simile: modo autem finis est positiua perfectio exrrinseca communicatio & extensio diuinæ bonitatis, honor gloria obedientia & reuerentia Dei, actus autem, qui perfectiones sunt agentis, quo perfectiorem finem habent, perfectiores sunt: ergo Deus nunc esset perfectior aliquomodo in seipso quam si mundum creare voluisset. Nec est simile de relationibus originis, nam quæ sunt in vna persona reuera sunt formaliter æquiualentes, vt ostendimus in materia de trinitate: hæ vero æquiualentes esse non possunt, deinde carentia earum, quæ sunt in vna persona, non est priuatio in alia, sed mera negatio, & ideo nulla est imperfectio, at vero si Deus nolens creare mundum careret perfectione sita in voluntate creandi mundum ea carentia esset priuatio, cum sit perfectionis, quę poterat in esse, & sic redderet Deum imperfectum priuatiue, quod videtur absurdum.

§. IIII. *Continens opinionem asserentium solum addere respectum rationis ad creaturas.*

4. Sententia est, actus liberos diuinæ voluntatis, vel diuini intellectus nihil addere ijs quæ necessario sunt in Deo nisi respectum rationis ad creaturas, ad quas dicitur extendi, & terminari tribuitur Ferrarien. 1. contra gent. cap. 75. & 76. Capreolo. 1. d. 45. quæst. 1. articul. 2. ad argumen. contra. 1. & 2. conclu. Hispalen eadem d. & quæst. articul. 3. not. 2. & articul. 4. ad argumen. contra. 2. conclu. Lycheto & alijs nonnullis eadem d. Sylvestro ou conflato. 1. part. quæstion. 19. articul. 1. vbi expresse idem tenet Molina disput. 2. & 3. & articul. 3. & passim, 1. p. & in concordia Zumel. eodem art. 2. licet. ar. 3. vt postea notabimus videatur 94
4. Opin.
sentire

sentire amorē liberum craturarum, etiā qua parte est amor liber creaturarum dicere, perfectionem, quæ tamen non potuerit non esse in Deo, videtur etiam opinio Bañes, Perez, & aliorum eodem.a.1.non refero Vazq. quia licet dicat, istos actus liberos compleri intrinsece per respectum rationis: tamen nomine respectus rationis intelligit de nominationem extrinsecam, quæ apprænditur vt intrinseca.

95 Hanc sententiem, probant ipsius authores, quoniam cum actus liberi in Deo addant omnibus, quæ necessatio sunt in Deo, vt dictum est contra.1. opinio. illudque non sit extrinsecum vt dictum est contra.2. neque perfectio aliqua vera & realis, quæ potuerit non esse in Deo, vt probatum est contra.3. debet esse aliquid intrinsecum rationis, quod nimirum ratio nostra in Deo confingit, ergo solum addunt respectum seu relationem rationis. Hāc sent. late impugnat Suarez. tomo.meta.disp. 30.nu.31.& sequē.& contra eā sic loquitur Fōseca.7.met. c. 8. q.5.sect. 4. sed contra hanc sentētiam, si intelligatur, vt verba sonāt, haud leuiora argumenta, quam aduersus superiores occurrunt. Vnum est, Relatio rationis nō potest vllomodo conferre Deo, vt libere velit creaturas esse, non, ergo ab ea habet simplicissimus voluntatis diuinæ actus, vt sit liber. Antec. prob. tum ex eo quod velle creaturas esse, est aliquid reale in Deo, vt patet: relatio autem rationis non confert vllum esse reale, vt ex se perspicuum est, tum quoque ex eo quod relatio Dei volentis ad creaturam volitam fundatur in ipsa volitione, eamque supponit (quod etiam huius sententiæ, authores fatentur) nullo igitur modo eam eō stituit in esse actus liberi. Quod argumentum nonnulli eorum dicunt esse insolubile in hac vita, dum ipsa voluntas sicuti est, clare à nobis non cernitur: mihi vero ne in futura quidem vita videtur solui posse: arguit enim suos authores apertę contradictionis, quatenus asserunt, simplicissimum illum actum diuinæ voluntatis à relatione habere, vt sit liber, & tamen eam relationem in eo ipso actu fundari, quod est illum præsupponere, vnde perspicue sequitur, eam relationem constituere & non constituere, supponere & non supponere diuinum actum liberum.

Alterum argum. est voluntas Dei libera (etiam, vt libera) est causa rei futuræ, ideo enim res futura est, quia Deus libere vult eam fore, non igitur ratione relationis est libera, sed alicuius, quidquid demum id sit, quod naturæ ordine relationem antecedat. siquidem relatio volentis ad volitum simul natura est cum relatione voliti ad volentem: vt patet ex oppositarum relationum proprietate. Relatio autem volitā fundatur in re volita, quæ, vt volita, posterior natura est ipso actu voluntatis, à quo causatur.

Tertium est, actus liber diuinæ voluntatis est actio formaliter immanens, & virtute transiens: non potest autem habere à relatione rationis, siue quod sit immanens, vt patet, siue quod virtute transeat, siquidem huiusmodi relationum nulla est virtus: non ergo à relatione rationis habet, quod sit liber.

Postremum actus, liberi diuinę voluntatis sunt actus diuinarum virtutum, vt charitatis, liberalitatis, misericordiæ, iustitię, & similium: actus autem virtutum, in esse virtutis per huiusmodi relationes, non constituuntur vt constat: ergo nec actus diuinæ voluntatis ab eis habent, vt sint liberi. 96

Sunt qui respondeant, cum dici solet actus liberos diuinę voluntatis relationibus rationis inter se distingui, intelligendum id esse, quoad nostram cognitionem, non quoad eorum constitutionem. Sunt enim priores quam nostra cognitio: nec tamen possunt a nobis cognosci, quatenus liberi, nisi relatione, comparationeque earum rerum, ad quas terminantur in esse reali. Quanquam vero hi non ad rem loquuntur, cum quæstio non sit de cognitione actuum liberorum Dei, sed de eorum esse, quod ipsorum cognitionem antecedit; tamen ad id, quod quærimus, viā aperiunt: si enim respectus rationis non constituunt nec destinguunt in se eiusmodi actus liberos, sed supponunt eorum constitutionem & distinctionem, qua ad inuicem suo modo differunt & ab actibus necessarijs, quæro deeorum constitutiuis & distinctiuis vltimis, an sint aliqua realia intrinseca, & sic habemus, opinionem quam intendimus & statim docebimus, si autem sunt aliqua realia, extrinseca redeunt argumenta facta contra, secun. opinionem. Hactenus eisdem fere verbis Fonseca, & sane Ferrar. Capreolus, & Hispalen. supra quamuis interdum dicant, his actibus importari respectus rationis, tamen aliquando videntur dicere in se constitui, & distingui suis rationibus realibus fundantibus eiusmodi respectus, sine quibus concipi, aut explicari a nobis non possunt, sic enim D. Thom. & alij dicunt, creationem actiuam & passiuam esse respectus, & generationem actiuam, & passiuam, prætet motum, dicere respectum: quod tamen de fundamentali intelligendum est, vt notat Fonseca: sic etiam scientiam simplicis intelligentię, qua Deus cognoscit creaturas, vt possibiles, & id æas, quæ

sunt

sunt rationes in mente diuina, quibus eas potest facere, dicunt multi, inuoluere respectum rationis, scilicet quoad nostrum modum intelligendi: nam in se perspicuũ est constitui, & distingui rationibus absolutis, vel relationibus realibus transcendentalibus. Si ergo authores huius.4.opinionis velint, actus liberos in se compleri, constitui, & distingui per aliquid reale superadditum iis, quæ necessario sunt in Deo, non differunt à.5.opinione quam docent Fonseca, & alij, & fortius postea impugnabimus hanc.4.opinionem, si vt sonat intelligatur de constitutione formali actuũ liberorum Dei per relationes rationis formaliter sumptas.

§.5. continens opinionem Fonsecæ dicentis addere extensionem realem actus necessarij.

96. 5. Opinio

VInta opinio est actus liberos diuinæ voluntatis, & intellectus omnibus, quæ necessario sunt in Deo addere, non quidem perfectionẽ quæ potuerit in Deo non esse, vt dicebat Caietet. sed modum realem seu extensionem actus necessarij ad creaturas, distinctũ sola ratione ab ipso actu necessario, & qui potuit non esse in Deo. Ita docet Fonseca, to. 3. Metaphy. lib. 7. ca. 8. q. 4. sectio. 4. con. 10. & sect. 5, sed clarius quæst. 5. sect. 4. vbi postquam in eadem sect. & præced. reiecit omnes opiniones hactenus relatas, licet alio ordine seu ratione numerandi, subiungit hęc verba. Dicendum igitur, actus liberos diuinæ voluntatis, quatenus liberi sunt, non includere effecta vlla, siue res externas quatenus a Deo prouenium, vt.1.opinio dicebat: neque vllam perfectionem, quæ in Deo potuerit non esse, vt dicebat.2. nec vero vllam relationem rationis, vt dici a cõpluribus solet; sed solã extẽsionem nõ necessariã illius simplicissimi actus ad creaturas, in qua relatio ad eas fũdatur. Quæ assertio, etsi ex dictis satis probata relinquitur, maioris tñ perspicuitatis gratia confirmanda est quoad ea, quę de extẽsione diximus. Cũ enim supra (scilicet q.4. sect.5.) extẽsum sit actũ illũ vnicũ & simplicissimũ diuinæ volũtatis terminari primũ ad ipsam diuinã essentiã tãquã ad primariũ eius obiectũ, secũdaria vero ratione, sed ex necessitate, ad omnes creaturas in esse possibili, tertio demũ loco ad quasdã earũ in esse reali, sed nõ ex necessitate (neq. enim hoc pacto potest terminari ad omnes, quia nũquã oẽs etiã succesiue, erũt in rerũ natura) cõstetq. actũ illũ ex eo quod non necessario fertur in creaturas, esse liberũ, efficitur, vt quatenus liber hãc ipsã determinationẽ includat, & per varias huiusmodi determinationes virtute distinctas in plures actus liberos nostro intelligendi more distinguatur. Quod autem hæc extensio nulla sit perfectio in Deo, ex hoc ipso patet, quia non est necessaria, potuitque ex ratione sua in eo non esse. Quod vero eadem extensio non sit relatio rationis, ex eo perspicium est, quia reipsa est in Deo, nec pendet in suo esse ab operatione intellectus. Quod denique relatio ad creaturas in hac ipsa extensione fundetur, ex eo patet, quia cum necessario fundari debeat in ipso actu simplicissimo diuinæ voluntaris; nec possit in eo fundari, quatenus præcise fertur in diuinam essentiam, aut in creaturas secundum earum esse possibile, necessario fundari debet in eo, vt fertur in esse reale quarundam. Idem porro dicendum est de actibus liberis diuini intellectus, qui sunt actus præscientiæ, & intuitiuæ cognitionis. Includunt enim extensionẽ vnici actus scientiæ simplicis intelligentiæ ad ea, quæ in aliqua differentia tẽporis existunt, in qua extensione virtute distincta in plures, variæ relationes Dei præscientis, & intuitiue cognoscentis fundantur. Hæc Fonseca in illa sect.4. quæ postea sect.5. repetit & magis explicat, vt postea referemus.

Hæc sententia Fonsecæ quantum ad id, quod affirmat actus liberos ad id, quod necessario est in Deo addere aliquem modum realem distinctum ratione, qui vere sit in Deo & potuerit non esse in Deo (in quo cum Caieta. conuenit) videtur mihi esse multorum aliorum. Nam Henriquez, to.2. summæ libro de fine homil. cap.4.§.4. ait, voluntatis Dei liberam determinationem, (qua nimirum cõstituuntur actus qua parte sunt liberi) esse primam, & efficacem causam eorum quæ ad extra fiunt. Quod non potuisset dicere si sentiret eam determinationem esse ens rationis, aut quid creandum, vel creatum, aut denominationem extrinsecam ab illo sumptam. Sentit ergo esse modũ realem existentem in Deo qui potuerit non esse in eo. Palac. etiam. 1. d. 38. quæst. 2. in vltimis verbis ait: Et quamuis aliud est prædestinare, aliud reprobare, aliud velle, aliud nolle, aliud amare, aliud odisse; cæterum in Deo hæc prorsus sunt idem secundum subsantiam: verum quia aliter respicit electos, aliter reprobos, aliter, quod vult, aliter quod non vult propterea est alietas inter hæc non substantiæ, sed rationis. Quod Palac. dictum falsum esset si in his actibus inuoluerẽtur essentialiter respectus rationis, aut creaturæ extrinsecus denominantes Deum, nam hæc non sunt idem realiter inter se, nec cum Deo. Nam ens rationis, aut creatura non est realiter Deus, ergo secundum Palac. hi actus inuoluũt aliquos modos reales distinctos sola ratione inter se, & à Deo qui sunt reipsa in Deo, & potuerunt nõ esse. Videtur etiã sylvestri; nam in conflato. 1. p. quæst. 14. art. 2. vbi refert, & explicat opinionem Caietani, non

97.

eam reijcit: sed tantum ait, videant isti, quid hoc importet, & in epitome Capreoli, quam legi in Bibliotheca vniuersatis Salmantinæ, & postea nostri Romani Collegij expresse. 1. d. 45. quæst. 1. ait volitionem liberam in Deo supra naturalem addere, non solum aliquid rationis, sed aliquid reale, ratione tamen distinctum, & contra Aurelium docet esse aliquid intrinsecum Deo, & non solam denominationem extrinsecam. Pro hac sententia adduci etiam possent Michaël Boniens. & Ouãdus. 2. opin. relati. Landelph. Neapolit. 2. d. 2. quærens an creatio actiua sit diuinum velle, ait esse diuinum velle, cum libera determinatione volo producere, pro hoc instanti. Dicis (inquit) quid addit ista libera determinatio? dico, quod nihil extrinsecum nisi connotando terminum ponendum, pro tali instanti: sicut enim libertas est intrinseca Deo ita libera determinatio. Et paulo post. Creatio actiua non est velle necessario determinatum, sed velle, quod libere se determinat. cum dicis potuit ne oppositum determinare? Dico, quod potuit, cum dicis: ergo determinauit: quia in eo non differt esse, & posse. Ista deductio nihil valet, quia Deus libere determinauit Petrum saluandum, & potuit oppositum determinare, & tamen non determinauit oppositum. Ideo dico, quod respectu omnis intrinseci in Deo non differt esse, & posse: quia quid quid Deus potest vere est, sed respectu extrinsecorum est falsum: multa enim Deus potuit, quæ nunquam erunt: & sic potuit Deus determinare mundum non producere, & tamen non determinauit. Hæc Landulph. Henricus Gand. quodlib. 9. quæst. 1. dicit ex diuinæ volitionis libera determinatione ad creaturas resultare respectus quosdam rationis æternos fundatos in tali determinatione, cui vt causæ tribuit productionem creaturarum. Ergo aperte sentit determinationem illam liberam, quæ potuit non esse, nec esse respectum rationis, nec denominationem extrinsecam, & D. Thom. 1. part. quæst. 14. art. 15. ad. 1. ait respectus scientiæ visionis, & amoris Dei erga creaturas consequi ad actus immanentes Dei, ideo sicut illi actus variari non possunt, ita neque respectus. Ergo antequam intelligantur respectus rationis, intelliguntur secundum D. Thom. actus vndique reales ad quos consequuntur, tales autem actus non sunt vndique necessarij, quia sic respectus, qui illos consequuntur essent necessarij: ergo aliqua ex parte sunt liberi: ergo actus liberi Dei vndique sunt entia realia formaliter existentia in Deo, ac proinde inuoluunt aliquid reale, quod potuit non esse in Deo. Quod etiã colligitur ex Ferrar. 1. contra gent. c. 83. dum ait tales respectus esse inuariabiles, quia consequuntur ad actus immanentes Dei inuariabiles, & Bonau. 1. d. 45. in expositione litteræ inquirit, quomodo verum sit, quod dicit Magister ibi voluntatem in Deo nunquam dici relatiue. Respondet, mentem Magistri esse, velle in Deo nõ dicere relationẽ, quæ non sit substantia. Ergo sentit Bon. non dicere respectũ rationis, talis enim nequit esse substantia, sed dicere respectum realem transcendentalem, qui realiter sit substantia Dei, & sola ratione ab ea distinguatur. Ocham & Gabriel citati pro. 1. opin. si sentirent, velle liberum Dei inuoluere respectum rationis, vel aliquid creatum, non possent dicere esse idem omnino cum essentia, quia respectus rationis, aut creatura non potest esse idem cum essentia diuina: sentiunt ergo inuoluere aliquem modum realem non distinctum realiter à Deo qui sit in Deo, potuerit tamen non esse. Vnde hos Fonseca illa. q. 5. sectio. 5. ad suam trahit opinionem. Cuius etiam videtur Gregorius. 1. d. 45. q. vnica post. 7. con. aperte enim ait, velle creaturas, non dicere aliquid extrinsecum Deo, vt dicebat. 2. opinio, sed aliquid omnino intrinsecum reale: & habitudinem diuinæ volitionis liberæ ad volita esse ipsum Deum, ideo non potuisse non esse simpliciter, licet potuerit ea habitudo, non esse habitudo ad volita: contingenter enim, & libere est habitudo ad illa. Hæc autem falsissima essent, si talis habitudo esset ens rationis, ergo sentit esse aliquid reale in Deo, quod secundum vltimam, & formalissimam rationem potuit non esse in Deo, & potuit non esse Deus. Idẽ expresse docet Marsil. 1. q. 44. ad. 3. probationem. 1. rationis. Vbi ait, omnem substantiam quæ est Deus, vel in Deo, de necessitate esse Deum, & non potuisse, non esse Deum, non tamen omnem actionem, quæ est Deus, de necessitate fuisse Deum, nec potuisse non esse Deum; nam velle creaturam est Deus, tamen potuit non esse Deus. Vnde in hac argumen. ait, esse fallaciam figuræ dictionis. Quidquid est Deus de necessitate fuit Deus: sed velle creaturam est Deus: ergo de necessitate fuit Deus. Fit enim transitus à gene substantiæ, ad genus actionis. Nam, quidquid, substantiam dicit. Eodem modo loquitur Alensis. 1. parte quæstio. 35. memb. 2. dicens velle creaturas addere ad essentiam aliquid distinctũ ratione quasi diuersi prædicamenti, & non dicere respectum sed cum respectu, quasi dicat non importare respectum prædicamentalem realem, vel rationis, sed respectum transcendentalem, & rationem absolutam in qua fundatur respectus rationis, cum quo intelligimus actum liberum Dei, licet in eo non includatur. Scotus etiam. 1. dist. 45. quæst. vnica expresse docet actum liberum

liberum diuinæ voluntatis terminatum ad creaturas, vt sic, inferre aliquem respectum medium inter realem, & rationis, qui constituitur in creaturis, vt sunt à Deo volitæ, ratione cuius dicitur Deus eas producere in esse volito. Idem docet Bassol. ibi. quæst. 2. ad. 3. principale, Paulus scriptor quæst. vnica. Lychetus, quæst. vnic. Mayron. distin. 46. quæst. 1. & alij Scotistæ, ergo sentiunt actus Dei liberos non compleri per respectus, sed illos inferre, & efficere, ac proinde secundum totum suum esse existere in Deo quamuis secundum aliquam rationem suam potuerint in eo non esse: & Bassol. ead. q. art. 2. & cæteri Scotistæ citati cum Scoto docent, si Deus fieret de volente nolens, vel è contra, eo ipso mutandum fore realiter: ergo sentiunt, volitionem omnem diuinam omnino esse realem, & intrinsecam Deo, si enim inuolueret aliquid extrinsecum, vel rationis, eo solo mutato non diceretur realiter mutari Deus. Item Richar. ead. d. art. 2. quæst. 1. ad. 3. ait: volitionem diuinam non dicere relationem realem (scilicet prædicamentalem) ad obiectum primarium licet in ea fundetur relatio rationis: ergo tenet volitionem creaturarum non dicere in Deo essenti aliter respectum rationis, sed aliquid Deo intrinsecum in quo fundetur respectus, & quod potuerit non esse in Deo. Alb. etiam ead. d. art. 1. ad. 2. ait velle liberum Dei, & essentiam Dei esse idem realiter, & distingui sola ratione, quod non esset verum, si importaret formaliter ens rationis, quia hoc non potest esse idem realiter cum Deo, sed distinguitur entitatiue ab ipso, vt ens rationis ab ente reali. Argenti. ead. dist. quæst. 1. art. 1. ait, si Deus de nouo vellet aliquid, quod ab æterno non voluit, necessario intrinsece mutaretur, quia vel haberet nouum actum, vel nouam habitudinem volitionis ad volitum: neutrum autem horum sine mutatione reali esse potest: quod falsum esset, si determinatio volitionis diuinæ ad creaturas fieret sine additione modi realis. Vide etiam Argentinam. 2. d. 1. quæst. 2. artic. 1. & 3. & AEgid. 1. dist. 43. quæst. 3. ad. 2. & dist. 39. q. 1. Dur. q. 1. nu. 8. Carthus. op. de natura Dei, cap. 43. Hugo. 1. de sacram. part. 2. cap. 16. Heruæ. quodlib. 1. quæst. 1. ad. 7. vbi ex opinione quorundam elicit tanquam absurdum, quod Deus non velit creaturas realiter libero arbitrio, sed tantum secundum rationem. Quem citat ac sequitur Bellarm. 3. de gratia, & liber. arbit. cap. 17.

§. 7. *Continens opinionem Suarez, admodum similem præcedenti, nempe addere effectum formalem diuini actus.*

EADEM opinio colligi videtur ex quibusdam dictis Suarez. Nã tom. 2. metaphy. disputat. 30. section. 9. num. 4. & sequen. docet, actus liberos Dei non addere denominationem extrinsecã, nu. autẽ. 11. & sequentibus non addere perfectionem, nu. 29. & sequentibus, non addere ens seu respectum rationis: negari autem non potest, quin aliquam rem, vel modum addant, vt patet ex dictis contra 1. opinionem, ergo fateri debet omnino, ipsis addere aliquem modũ realem intrinsecum Deo, qui non sit perfectio: nihil enim aliud, quod addant, fingi, excogitari aut intelligi potest. Et cõfir. hoc modo. Actus liberi Dei aliquid addunt actibus necessarijs secundum se consideratis: sed non extrinsecum, nec rationis, ergo reale intrinsecũ. Quod quidem nõ potest dici esse necessario in Deo, quia si illud necessario est, & similiter alia omnia, quæ inuoluuntur intrinsece in ipso actu, ergo actus ipse est omnino necessarius; & secundum totum, quod habet est, necessario in Deo, & non libere, ergo non est liber, quod est hæreticum. Dicis esse liberũ non quia aliquid eius possit esse, & nõ esse in Deo, sed quia sine vlla additione, aut subtractione potest terminari, aut non terminari ad creaturas, quod sic declaratur. Velle Dei est infinitum tam in genere entis, quam in ratione appetitus, estque infinitũ, nõ per modũ potentiæ, nec per modũ actus inchoati seu primi, sed per modum perfectissimi, & vltimi actus: ergo ille actus ex vi suæ simplicissimæ entitatis, quã totã necessario habet, est sufficiens ad attingẽdum omnia obiecta volibilia, vnumquodque secũdũ rationem, & capacitatẽ suã: In illo igitur actu est tota actualitas necessaria, vt amet Deus seipsum propter se, & alia propter ipsum, & se vt finẽ, alia, vt media, & se necessario, quia hoc exigit bonitas sua, & alia libere, quia non amplius requirit finis, aut obiecti bonitas. Cum ergo amat Deus alia à se, non alio actu, nec per aliquid additum actui vult, sed illo met, quo se amat, & quo posset non amare alia si vellet. Vnde hic actus secundũ totã realitatẽ suã necessario est in Deo, seu est ipse Deus, & tamen nõ necessario cõfert quasi adæquatũ effectũ formalẽ, quẽ cõferre potest in ordine ad extrinseca obiecta, sed in manu, & potestate habẽtis talẽ actũ per illũ tẽdere, vel nõ tẽdere in talia obiecta, & cũ tẽdit, vere illa amat, & vult, & nihil ideo plus habet quã si nõ amaret. Hæc sũt verba Suarez illa sect. 9. n. 37. & 38. quẽ imitatur Valẽt. 1. 2. q. 19. pũcto 3. & super q. 34. D. Thom. quæst. 111. 7. puncto. 2. ad. 1. Scoti. & Zumel. 1. par. quæst. 19. art. 3. & nouissime Albertinus, tomo. 1. in princip. 6. philosophico Corol. 2. pũcto. 7. licet in modo explicãdi rem

98. 6. Opinio

nonnihil ab eo differat, vt postea notabimus: & similia dixerat ipsemet Suarez, 3. part to. 1. disputa. 5. sectio. 1. difficult. 2. post medium, sed ex dictis verbis, & alijs, quæ ibidem subungit Suarez, aperte patet, ipsum ponere aliquam additionem realem in Deo liberam, nimirum, si non formæ, & actus in se ipso; bene in suo effectu formali, vel quasi effectu formali, quo posito Deus, qui per illum actum prius ratione, & more nostro intelligendi non intelligebatur, vt amans creaturam, iam intelligitur vt amans, & poterat non amare illam, ergo ille effectus formalis est aliquid reale in Deo, quod potuit non esse in Deo, & idem sentiunt Valentia, Cumel, & Albertin. proxime citati. De illo autem modo seu effectu formali sunt eædem difficultates, quæ de extensione diuini actus in se ipso. Cur ergo non potius dicitur, actum ipsum in se recipere extensionem aliquam, cum hinc videtur magna quædã alia difficultas, quæ vix potest expediri, scilicet ille actus secundum realia intrinseca, quæ habet, est amor creaturarum, vt fatetur Suarez, & cæteri relati, alioqui enim vt esset amor creaturarum deberet augeri extensiue: & ille actus est necessario in Deo secundum totam suam rationem: ergo etiam vt amor creaturarum est necessario in Deo: ergo necessario confert suum effectum formalẽ scilicet reddere Deũ amantem creaturæ: non enim potest forma vniri subiecto, quin ei conferat totum suum effectum formalem. Ad hanc obiectionem seu difficultatem tacite Respondet Suarez illo. num. 38. his verbis. Hoc autem, quod nos explicamus per modum formæ seu effectus formalis, est in Deo longe eminentiori, & altiori modo, & ideo licet in formis imperfectis nunquam possit accidere, vt eadem omnino forma necessario existens in subiecto non conferat illi totum effectum formalem suum, ac proinde in voluntate creata non possit intelligi, quod necessario habeat aliquem actum volendi, & nihilominus sit in manu eius velle, aut non velle per illum actum, aliquod obiectum, ad quod potest terminari, quia actus existens in potentia, necessario habet in illa totum suum effectum formalem, facitque eam actualiter tendere in totum obiectum suum, nihilominus diuinum velle, quia non est forma informans, neque actus actuans, sed actus purissimus, altiori modo intelligendum est, constituere volentem, & attingere obiecta, cum eminenti quadam potestate ad attingendum, vel non attingendum secundaria obiecta, nulla in ipso actu mutatione, vel reali additione facta.

99. Et numero. 39. sequenti, accedit (inquit Suarez) alia notanda differentia inter velle creatum, & increatum. Nam velle creatum est totum natura sua ordinatum ad obiectum, à quo sumit speciem, & ideo non potest esse talis actus in potentia, quin actu inclinet ad tale obiectum, & non per modum potentiæ, sed per modum actus, & ideo necessario constituit volentem, vel nolentem tale obiectum, velle autem creatum nullam speciem sumit ab obiectis creatis, neque habet realem habitudinem ad illa, sed eminentissimo, & absolutissimo modo illa attingit, quando Deus illa vult, & ideo licet illud velle secundum totam suam entitatem necessario sit, non tamen necessario attingit talia extrinseca, & cum illa libere attingit, non est necesse aliquid rei illi addere, sed se ipso est volitio eorum libere volendo, & se determinando: multa alia addit Suarez ad huius rei explicationem & confirmationem. Sed ego non possum intelligere quomodo illa forma, quæ est amor creaturarum sit necessario in Deo etiam vt amor creaturarum, & tamen non reddat Deum amantem creaturas, nam esse amantem, & habere amorem vnitum sibi in ratione amoris idem sunt omnino, sicut esse album, & habere vnitam albedinem in ratione albedinis; & amare seipsum, & habere vnitum sibi amorem sui ipsius, neque refert, quod hæc vnio sit per veram informationem, vel actuationem, aut per similitudinariam, qualis est vnio intellectionis diuinæ cum suo intellecto, & cum essentia diuina, & similiter volitionis diuinæ, cum sua voluntate, & cum essentia diuina, nec potest in rebus creatis aut diuinis dari instantia, quod forma aliqua sit in proprio subiecto, vel quasi subiecto capaci sui effectus formalis adæquati, quin adæquate ipsum conferat. Neq. ité refert, quod actus specificetur ab ipsis creaturis, vel non. Nam actus, vel habitus intellectus, vel voluntatis creatæ secundum multos recipere potest extensionem quandam accidentariam, & secundum alios eam habet intrinsece in sva ratione indiuiduali ad obiecta à quibus non specificatur: adhuc tamen implicat esse in aliquo subiecto cum tota illa extensione accidentaria, vel indiuiduali, quin reddat subiectum habituatum, vel actuatum, & extensum in ordine ad illa, seu habitu, vel actu amãtem, aut intelligentem illa: ergo impertinens est specificari, vel non specificari ab obiecto aliquo, ad hoc vt conferat suum effectum formalem in ordine ad illud, quod etiam liquet in visione beatifica; sumo enim actum, quo Petrus videt in Deo tres creaturas, vt possibiles, vel existentes, clarum est, illum actum ab illis non specificari, vt diximus tractatu. 2. tamen implicat, poni in aliquo intellectu cum tota sua extensione, quin secundũ totam illam

illam denominet intelligente, ac proinde, quin per illum ille intellectus intelligat illas creaturas, vt existentes, & possibiles. Nec potest dici illum actum dicere ordinem transcendentalem ad obiecta illa secundaria; amorem autem, vel visionem diuinam non dicere ordinem transcendentalem ad creaturas amatas, aut visas. Nam de intrinseca ratione actus secundum se, vel secundum suam extensionem, est habitudo transcendentalis ad obiectum, siue in creatis, siue in diuinis, & ideo scientia simplicis intelligentiæ, & amor complacentiæ, quibus attinguntur necessario à Deo creaturæ, vt possibiles, siue secundum substãtiam suam, siue secundum extensionem super additam, nostro modo intelligendi, transcendenter respiciunt creaturas possibiles; & tamẽ vere amat Deus creaturas amore libero, & eas cognoscit scientia visionis, ergo etiam respicit illas per hos actus respectu reali transcendente, & si illi necessario, sunt in deo secundum totam suam entitatem, & extensionem implicat contradictionem, quod non sit necessario amans, & videns creaturas per illos. Nec in hoc habet aut habere potest Deus maiorem libertatem, quam creatura, quia libertas non potest esse ad ea, quæ repugnant: repugnat autem formam esse in suo subiecto, vel quasi subiecto capaci, & nõ dare illi effectum suum formalem integrum, si ipsa est in illo cum tota sua integritate, totalite, & complemento.

Sed concedamus, cum Deus amat, vel in-
100. telligit creaturas actu libero, nullam intelligi additionem, vel extensionem in ipso actu, sed in effectu formali, & ideo per illum libere Deum attingere creaturas, ferri, aut tendere in illas, vel ille effectus formalis, tendentia, & attingentia est formaliter in Deo, vel non, si est in Deo formaliter, vel est ens rationis, vel reale. Si non est in Deo formaliter: ergo est denominatio extrinseca; & sic amare, & videre creaturas innoluit denominationem extrinsecam, quod est incidere in 2. opinionem ab ipso Suarez, & alijs reprobatam. Si vero ens rationis, est incidere in 4. similiter ab eo, & alijs reiectam. Si vero est, quid reale intrinsecum, procedunt contra illum, & alios omnia argumenta, propter quæ ipsi formidare videntur ponere additionem, & extensionem in ipso actu, & tamen contra se nihil valere putant, ergo similiter debent dicere talia argumenta non labefactare assertionem illius extensionis. Adde quod Albertin. illo puncto. 7. num. 19. contra opinionem Suarez ponit multas difficultates: prima, quia actus volitionis, sicut alij, consistit in exercitio: ergo si est in voluntate non potest in ea existere, quin Deus ea velit creaturas. 2. quia ille actus est vitalis, & à principio, & in re capaci suæ informationis: ergo necessario informat potẽtiam, etiam vt volitio creaturarum, sicut, in voluntate creata nullus potest esse actus ab ea elicitus, quin plene integre, & secundum totam suam rationem informet potentiam, nec est in potestate voluntatis impedire vllam eius informationem; & ad hoc nihil referre videtur, quod actus diuinus, sit infinitus, creaturæ autem finitus: quia informare est formam dare seipsam: ergo cum hic actus det seipsum necessario secundum omnem rationem, necessario informabit voluntatem diuinam secũdum omnem rationem. 3. quia nihil esse videtur à quo determinetur volitio illa ad cõferendum illum effectum formalem, quem non necessario confert, nec enim satisfacit dicere, quod sicut voluntas creata determinat se ipsam ad hunc actum potius, quam ad i lum, ita diuina determinat suum actum ad illum effectum formalem potius, quam ad contrarium. Quia voluntas libera in creaturis determinatur per suum concursum vitalem, in qua includitur volitio virtualis ipsius actus, qui producitur; at in Deo hæc determinatio esse non potest: ergo. Quas difficultates contra Suarez propositas, vt effugiat Albertinus, incidit in alias de quibus dicam. §. 8. ad. 5. & ideo magis probo opinionem Fonsecæ, vt statim dicam.

§. 7. *Continens sent. authoris, & resolutionem quæstionis.*

IVCVSQVE in puncto principali nihil asseruimus, sed tantum disputando processimus iã mentem nostra in re difficilima paucis aperiamus. 1. Conclusio, 1. Conclu.
Deus vere, proprie, & sine metaphora vult, & amat creaturas actu aliquo libero in se, vel in suo effectu, vel quasi effectu formali, ita vt potuerit eas non velle, & non amare: & similiter libere videt creaturas, ita, vt non producẽdo illas potuerit ipsas non videre. In hac cõueniunt Suarez, & Fonseca, & omnes supra citati vno excepto Altisio. cit. opin. 2. Patet ex omnibus scripturis, & sanctis, & fidelibus, immo fere omnibus infidelibus absolute tribuentibus Deo eiusmodi actus liberos in se, vel in sua denominatione, seu effectu, vel quasi effectu formali, & nunquam explicantibus, vt in alijs solent locutionem esse metaphoricam, nec confugiendum est ad metaphoras, quando commode possunt scripturæ in sensu proprio saluari: de hac conclusione vide Suarez, tom. 2. met. disput. 30. sect. 9. nu. 3. & seq & postea, n. 35. Fonsecam, tom. 3. metaphy. lib. 7. c. 8. q. 5. sect. 2. 101.

2. Concl. 2. Conclus. in hoc, quod est Deum libere amare creaturas, aut cognoscere illas scientia non omnino necessaria, qualis est scientia visionis, nihil creatum, intrinsece includitur: in hoc conueniunt Fonseca, & Suarez, & alij. 2. opinionem impugnantes, vt ibi retulimus, & sequitur ex præcedenti, nam si Deus esset volēs, & intelligens creaturas sola denominatione extrinseca, non esset proprie volens, & intelligens illas, quamuis hoc non est omnino euidens, vnde defendi posset opinio illa. 2. eo modo, quo illam tenet Vazquez nimirum, quod Deus vere, & proprie diligat, & intelligat libere creaturas pdenominationē extrinsecam ab effectu præsenti, præterito vel
102. futuro. 3. Concl. Deū velle, & amare, aut intelli-
3. Concl. gere libere creaturas nō includit respectū rationis, sed illū fundat, & infert, ita Fōse. & Suarez opin. 4. relati, & Valen. ac Cumel relati. §. præcedenti, qui cum Suarez sentiunt imo Capreol. Hispalen. & Ferrarien. (vt de Capreolo notauit Suarez, illa disp. 30. sect. 1. n. 31.) plane docuit actus liberos Dei, non constitui respectu rationis, sed libera determinatione antecedente, & fundāte talem respectum, quod etiā in genere de aliquibus authoribus, qui citantur, pro. 4. opin. docuit Fonseca, vt ibidem retulimus. In quo, & Suarez videri poterunt arg. quibus. 4. illa opinio, & nostra hæc conclusio
1. argum. conuincitur. Quibus sequentia addimus. 1. quia relatio rationis, aut sumitur in rigore ac formaliter: aut late ac fundamentaliter. 1. modo est quid fictum: ab ente autem ficto non appellatur res vere realiter ac proprie talis: ergo Deus vere realiter ac proprie, non videt aut vult creaturas, saltem non cum ea proprietate, veritate, & realitate, qua nos diligimus, & videmus, & qua Deus vellet, & diligeret ac videret creaturas, si eas produceret de necessitate naturæ, in quo euentu actus Dei nihil inuoluerēt rationis, sed essent complete reales. Præterea talis relatio rationis, cum nō habeat formaliter esse, nisi fictum, vel fingitur ab intellectu creato, vel a diuino. si a creato, ergo non est æterna, quia nullus intellectus creatus est æternus, & quamuis esset æternus, non semper fingeret illam relationem, ergo Deus non semper esset amans, & videns creaturas; si vero dicas, fingi ab intellectu diuino. Contra, quia licet intellectus diuinus notitia apprehensiua necessaria cognoscat, vt possibiles, omnes respectus, qui a creatura fingi possunt, tamen id non sufficit, vt res ab illis respectibus denominētur, nisi accedat notitia iudicatiua, qua iudicetur, tales respectus fingi cum fundamento: hæc autem notitia non potest conducere, vt Deus dicatur velle, & videre creaturas, quia prius ratione Deus vult, & videt creaturam, quam intelligat esse fundamentum ad fingendum illum respectu; ergo id, quod velle liberum addit entitati ne-
ne cessariæ, non est respectus rationis. Conf. quia ille respectus, vel resultat per cognitionem necessariam, & sic necessario erit in Deo, & Deus necessario erit volens, & videns creaturas; quod est erroneum: vel per cognitionem liberam, & de hac erit eadem quæstio, per quid constituitur, & sic procedetur in infinitum. Confir. 2. quia Deus per voluntatem vult libere non per intellectum: ergo id, quod additur, vt actus libere in creaturas tendat, debet esse a voluntate diuina positum, nō ab intellectu diuino fictum. Respectus igitur rationis non constituit actus diuinos liberos, 103.
sed in eis fundatur, vt expresse docet Henric. 2.
quod lib. 9. q. 1.

2. Quia Deus efficit creaturas per suam volitionem seu, quia eas vult, vt patet locis scripturæ allatis contra. 2. senten. non potest autem eas efficere per relationem rationis, ergo volitio creaturarum in Deo seu Deum velle creaturas, non consistit in ente, aut relatione rationis: minor probatur, quia relatio præsertim rationis non est actiua: & idem argum. est in scientia visionis, per eam enim gubernat Deus, nā ex præuisis meritis Christi confert nobis dona suæ gratiæ, & ex præuisis meritis nris confert præmia, & supplicia, non autem gubernat per relationes rationes, & sic Molin. 1. part. quæst. 14. artic. 15. & quæst. 19. art. 2. disput. 2. & 3. & artic. 3. affirmat, Deum non efficere, nec gubernare creaturas perentia rationis conuenientia diuinis actibus, sed per fundamenta illorum, quod falsum erit, nisi in fundamentis intelligatur velle amare, & videre creaturas, & ipsarum opera, ergo actus isti liberi Dei nihil rationis intrinsece inuoluunt. Et sane, si voluntas diuina sine vlla reali determinatione ad intra posset agere ad extra non videretur omnino absurdum idem concedere in aliqua voluntate creabili, quod tamen nullus admittet: ergo nec in voluntate diuina dicendum est, eo quod de ratione volūtatis est, nihil ad extra agere, nisi vere, & realiter præuolendo illud, nec volūtas habet vim 3.
agēdi immediate ad extra, sed mediante suo actu interno ad opus externum terminato.

3. Quia amor simplex complacentiæ, quo Deus necessario diligit creaturas, vt recte docet Fonseca, tom. 3. met. lib. 7. cap. 8. quæst. 4. sectio. 5. & quæst. 5. sect. 4. & 5. & Suarez, tom. 2. meta. disput. 30. sectio. 9. nu. 13. & 34. & sectio. 16. nu. 36. & 37. (vbi tamen oppositum putat probabile) non inuoluit respectum rationis, sed formalissime, & in suo vltimo complemento est realis, ergo idem dicendum est de amore libero creaturarum, quia non minus vere realiter, & proprie eas amat sim-

simpli

pliciamore complacentiæ necessario, quam efficaci libero.

4 Si diuinum velle compleretur intrinsice per ens rationis,ex eo,quod fierit de volente, nolens,aut econuerso,non mutaretur realiter, sed secundum entia rationis, quod nulla esset imperfectio,& sic posset tribui Deo, sicut ei tribuit Ioan. Anto. Delphinus passim lib. de rerum euentu præsertim pag. 23. vsq; ad 29. Quod est contra scripturas,& patres docētes esse magnam imperfectionem,& ideo longissime distare à Deo mutari secundum voluntatem,aut consilium,fierique de volente nolē tem,aut econtra. Vide Iustinum in reprehensione reprehēsionis gentilium ad 2. interrog. & in respon.ad.36.q.gentil.Item Isidorum. 1. de sum.bo.c.1.Amb.1.de fide.c.5.Aug.11. ciuit.c.4.& 6.& 21.&.5.de Trin.c.16. Irēn.libr. 2.cap.64. Cyril.lib.de recta fide ad Theodos. Bern.ser.80.in cant.1.Reg.15.pœnitudine nō flectetur:nec enim homo est, vt agat pœnitētiā.Heb.6.immobilitatē cōsilij sui. Malach.3. Ego Deus & non mutor.Iacobi.1.apud quem non est transmutatio, &c. de quo loco optime Fonse.to.3. met.lib.7.c.8.q.4.sect.7.ad.4.

Conf. Conf.quia,si variari posset ille respectus, sine præuia variatione reali fundamenti nulla esset imperfectio,aut repugnantia in variatione respectus,atqui si solū fundaretur in entitate Dei necessaria variari posset,nō variato fundamento,quia si Deus noluisset creare mundum eadem entitas necessaria, quæ modo est in Deo,esset tunc,& tamen non esset talis respectus:ergo non fundatur præcise in illa, sed in aliquo libero antecedēte talem respectum, quod si variaretur,variaretur realiter Deus,& hoc esset imperfectio.vt docent Ferrar.1. contra ge.c.83.Bañes.1.p.q.14.a.15.& q.19.ar.2. Suar.to.2.met.disp.30 sect.9.n.50.Bassol.1.d. 45.p.2.ar.3.Fōseca.7.metaph.c.8.q.5.sect.6.

Sed respondent aliqui etiam si Deum fieri de volente nolentem, vel econtra nullam induceret variationē physicam, & realem,esset imperfectio,quia induceret variationem moralem,seu in constantiam in Deo.Sed hoc frinolū est,vt probat Fonseca illa sect.6.in prin. quia variatio moralis,leuitas, & inconstantia in physica mutatione fundatur,& ideo est imperfectio: cōsistit enim in hoc,quod quis sine ratione retractet,vel non impleat suo tempore,quod semel vere realiter,& physice propo suit.Si ergo in Deo nō poneretur mutatio physica,& realis,non esset moralis,& ita nulla imperfectio.vnde frustra Henriquez to.2.lib.de fine hominis. c.4.§.4.dixit sub disiunctione, si Deus fierit de volente nolens,vel econtra,mutaretur physice,vel moraliter, sed deberet dicere, determinate, mutandum fore physice,vel copulatiue,mutandum fore, & physice,& moraliter.

Actus ergo liberi Dei non entitate,aut respectu rationis,sed reali entitate, vel modo cōplentur distincta ratione ab entitate necessaria,& tales modi in Deo sunt varij,& distincti inter se nostro modo intelligendi,& propterea D.Tho.1.p.q.21.ar.1.& 4.d.46.q.2 ar.1.q.4.& alij dicunt,affectus liberos iustitiæ misericordiæ charitatis,& aliarum virtutum solum differre ratione inter se & à Deo,alijsq. quę necessario sunt in Deo. 104.

4. Con.id reale quo complentur actus liberi, seu Deum illis libere velle,vel videre creaturas,non est perfectio superaddita entitati necessariæ Dei.Patet ex doctorib.& rationibus allatis contra. 3.opinio.vide etiam alia in Suarez,illa sect.9.n.11. & sequentibus,& nu.37. & D.Tho.1.p.q.19.ar.3. vbi expresse docet,nihil perfectionis accrescere Deo ex creaturis,vel ex volitione ipsarū,quod ex professo probat. 1.cōtra gen.c.76.& hoc ipsum intendit Scot. 1.d.39.Heruæus quod lib.1.q.1. Quod maxime verum est,si id quo actus liberi Dei constituuntur in ratione liberorum,nō est sua substantia,nec extensio,sed quasi effectus formalis ipsorum,qui potuerit,& non potuerit poni à Deo.Quia sic maxime Deus,secundum entitatem necessariam prę habet eminētissimo modo totam perfectionem,quę illi posset accedere ex determinatione libera,& ideo cōparatione Dei,ea determinatio,non est perfectio Dei,neque vllo modo reddit ipsum perfectiorē, quàm si illā formaliter non haberet. 4.Con.

5 Con.actus liberi in quantum liberi constituuntur per aliquam extensionem liberam ipsorum,vt dicebat Fonseca,vel per effectum formalem,vel quasi effectum formalem liberum ipsorum,vt dicebat Suarez, cuius sententia videtur mihi paulo obscurior,& difficilior, & ideo magis propendeo aliquam tulum in modum dicendi Fonsecæ,maxime cum in eo melius saluetur,quod in Deo sint actus liberi, nā secundum sententiam Suarez diuini actus,secundum totam suam entitatem,& formalitatem sunt necessario in se,& in Deo,ac proinde omnino necessarij, & solum sunt liberi in suo formali effectu,quem ex libera volūtate Dei conferre,& non conferre potuerunt.in vtraq. tamen senten.bene saluatur, quod dicunt D. Tho.1 p.q.19.ar.2.ad 4.& ar.5.Deum eodem actu velle,seu amare se,& creaturas. 5.Con.

§.8. *Diluens argumenta quæ contra sent. Suarez.Fonsecæ, & nostram fieri possunt.*

SED cōtra id quod dicunt Fonsec.& Suar. aliquem modum realem addi diuinis actus, qui potuit, non esse in Deo, & quo red- 105.

redduntur actus ipsi liberi, siue ille modus sit
1. arg. extẽsio, siue formalis effectus diuinorũ actuũ.
Arguitur. 1. quia, sic ab æterno erit aliqua mu
Solutio. tatio in Deo, dum prius ratione est, sine illo
modo reali, & postea cum illo. Sed hoc arg. tri
uolum est, nã mutari secundum Arist. 5. phy.
c. 1. tex. 7. & communiter alios est aliter se ha
bere, quam prius duratione, non prius origi
ne, natura, vel ratione: alioqui in omni opinio
ne, & sententia esset mutatio in Deo, nam in
eo sunt, quædam posterius origine, & ratione,
& secundum Scotum, & eius discipulos, poste
rius natura alijs. Et sane si angeli crearentur
ab æterno, nulla esset mutatio, in illis ex eo
quod prius natura essent, quam intelligerent,
vel haberent suas potentias. Et similiter si cœ
lum crearetur ab æterno, etiam si fieret ex ma
teria prius natura existente (iuxta opinionem
asserentem, materiam non solum habere pro
priam existentiam, sed in ea non pendere à
forma) non diceretur mutari cœlum, neque ip
sa materia, nec quidquam ibi produceretur
per veram mutationem, quia nihil se haberet
ab æterno aliter, quam prius, cum nihil possit
esse æternum, prius secundum durationem. Quæ
vero in tempore creantur dicuntur mutari,
quia prius duratione nõ erant, iam vero sunt,
unde aliter se habent quam prius, sed genera
tio proprijssime est mutatio, quia materia ve
re, & realiter existit modo aliter, quam prius
106. vere, & realiter existebat.
2. arg. 2. Arguitur, quia saltem sequitur veram es
se opinionem Caiet. asserentis aliquam perfe
ctionem esse in Deo, quæ potuerit in Deo non
esse, nã omnis modus realis est perfectio for
malissime loquendo, ergo si in Deo est modus
Solutio. realis qui potuit non esse, etiã erit in Deo per
fectio, quę potuit non esse. Respondet Fonse
ca illo. c. 8. q. 5. sect. 5. non omnem modũ rea
lem etiã in Deo existentẽtem, ex propria sua
ratione dicere, aut esse perfectionem, sic enim
relationes originis in Deo sunt reales, tamen
ex propria ratione nullam dicunt perfectio
nem: quę opinio Fonsecę, non solum est Scoti,
& omnium discipulorum eius, sed plurimorũ
Thomistarum, realiter tamen, & identice om
nis modus realis repertus in Deo est perfe
ctio. Secundo alij possent respondere, modum
illum realem esse formalissime perfectionem,
sed non aliam etiam secundum rationem, ab
ea quę est in entitate necessaria Dei, & ideo
non sequi, quod aliqua perfectio sit in Deo,
quę potuerit in Deo non esse; sic videntur sen
tire Medina, & Cabrera in 3. opinione citati.
sicut multi dicunt relationes diuinas formalis
sime includere perfectionem, absolutam ta
mẽ, & communem omnibus personis, & ideo
quamuis aliqua relatio, sit in vna, & non in alia,
nõ sequi, quod aliqua perfectio, sit in vna per
sona, & non in alia. Ratio autem cur Deo, nul
lam addant perfectionem est, quia supponunt
essentiam infinite perfectam, idem ergo de
bet dici de libera determinatione actus diui
ni, siue sit extensio, siue quasi effectus forma
lis illius, nam ille modus se habendi Dei in or
dine ad creaturas, nihil Deo refert, sine illis
enim esset summe felix, & illis nullo modo
indiget. Ps. 15. Deus meus es tu: quoniam bo
norum meorum non eges; in creaturis autem
se communicare actu, aut se velle communica
re alijs est perfectio intrinseca, aut certe ex
trinseca, qua redduntur perfectiores, sic enim
quamuis in se pereant, vt perire possunt om
nes, saltem de potentia absoluta, tamen pos
sunt conseruari, & operari in suis effectis. Sic
fere Fonseca respondet, ad id quod pro Caiet.
afferri posset, ex Arist. 2. anim. c. 4. tex. 34. ge
nerare, & communicare se, pertinere ad perfe
ctionem agentium naturalem, & D. Tho. 3. p.
q. 1. ar. 1. & 1. contra gen. c. 76. ad perfectionem
Dei pertinere, quod se communicet, aut velit
communicare creaturis. Nam in agentibus
creatis fatemur, id pertinere formaliter ad eo
rum perfectionem in Deo tamen, tantum prę
suppositiue, & argutiue, quia cõmunicari, aut
velle communicari creaturis, attestatur eius
perfectioni, ipsamq; supponit. Obijcies quia
determinatio Dei, libera effectiue perficit crea
turas, tanquam ratio agendi, sic autem nihil
potest perficere, nisi secundum eam rationẽ,
qua est pefectum, vel perfectio aliqua. R. mul
tos tenere volitionẽ diuinam, non esse in Deo
rationem agendi ad extra, sed applicationem
rationis agendi, quæ est idea, & conceptus mẽ
tis. Si autem ignis agit applicatus, applicatio
ne violenta, & motu deorsum, quæ sibi non est
perfectio, sed imperfectio, non mirum, quod
Deus agat applicatus determinatione libera
esto, non sit eius perfectio. Deinde nos modo,
non negamus talem determinationem esse
in se perfectam, licet non sit perfectio eius in
quo est, sicut calor non est perfectio aquę, sed
imperfectio, & malum ipsius, quia ipsi est dis
sentaneus, tamen est aquæ ratio calefaciendi,
& perficiendi alia. Et per idem posset satis fie
ri alteri obiectioni, quod illæ determinatio
nes Dei sunt, à virtutibus charitatis iustitiæ
misericordiæ, &c. Actus autem omnes, vt sunt
à virtute sunt studiosi, & boni, ac perfecti præ
sertim in Deo: ergo determinationes illę for
maliter sumptæ sunt bonitates, & perfectio
nes. R. vt plurimum probare esse in se perfe
ctiones, & bonitates non comparatione Dei,
quasi illum perficiant, & ideo sancti actus di
uinarum virtutum ex tollũt, quasi bonos phy
sice, & moraliter ex propria, & vltima ratio
ne, & vt spectant ad virtutes iustitiæ misericor
diæ charitatis magnificentiæ, & liberalitatis
diuinæ,

diuinæ,&c.Forte id voluit dicere Fonseca in illa sect.5.§ in posteriori,dum dixit, extensionē liberam diuinorum actuum esse perfectionē in actu signato,non in actu exercito, scilicet in se,non autem Deo.

107 3.Arg. 3 Arguitur,nam si aliquis modus realis est in Deo,qui potuit,non esse,distinguetur realiter,vel ex natura rei à Deo: separabilitas enim arguit distinctionem realem, vel ex natura rei:aliquid ergo est in Deo, quod formaliter formalitate rei,non est Deus : ergo in ipso Deo est compositio : quia vnio differentium ex natura rei est cōpositio,& rursum in Deo erit potentia physica passiua, quia ad hanc sufficit distinctio ex natura rei inter recipiēs, & receptum, vnde etiam sequitur,Deum non esse purissimum actum, cum intra illum sit hęc potentialitas,& compositio:sequitur etiā, extensionem illam esse vere effectum diuinę voluntatis in genere causæ efficientis,& materialis,quia ad hoc sufficit distinctio ex natura rei.Item esse accidens, quia potest inesse, & abesse prēter Dei corruptionem.R. Fonseca illa sect.5.illam extēsionem non distingui ex natura rei à Deo,quia diuina natura identificat sibi omnia positiua,quæ in illa sunt,nam semel posita,nec de potentia Dei absoluta separari ab ea possunt,nec ipsa potest iam esse cum illis,iam sine illis, sed si semel habet aliquam extensionem,vel determinationem liberam,necessario illā retinet, & si semel eam non habet,necessario de inceps nūquam eam habet : sublata autem distinctione locum, non habet compositio,nec potentia passiua, nec causalitas materialis,nec effectiua, nec ratio accidētis,maxime cū ille modus sit substātialis,& nec de potētia absoluta, possi: semel positus, abesse, aut semel non positus inesse, & propterea quanuis D.Tho.& Ferra.1.contra gen c.82.ponant in diuina voluntate potētiam ad vtrumlibet: tamen.cap.83. negant in ea potentiam passiuam: quia hęc sine mutabilitate esse non potest,vt colligitur ex Arist o.9.met.tex.17.& sic cessant omnia absurda,& incommoda. Nec est inconueniens aliquem modum esse in Deo,qui potuerit,vt sic non esse Deus,nec in Deo, aut rerum natura, quia vt ait Fonseca,hoc necesse est fateantur omnes,qui fatentur esse aliquas liberas determinationes in Deo,vt fateri debēt omnes,qui in eo,vt fides docet,fatētur esse actus liberos, seu libertatem ad operandum erga creaturas ad intra,& ad extra.

Solutio.

108 4.Arg. 4 Arguitur,quia illa extensio,aut informatio libera,vel est quid creatum,vel quid increatum?si creatum,ergo non est in Deo ab æterno,quia nihil creatū est ęternum,nec in Deo, siquidem quidquid est in Deo,est Deus,vt arguens contra Gilbertum Porret.docet Bern. ser.80.in canti.& definitur in Conci.Remensi, cui interfuit Bern.cuius acta memorat Vaz. disp.120.c.2,verba Concilij sunt,credimus,& confitemur solum Deum,&c.Nec aliquas omnino res,siue relationes,siue proprietates, siue singularitates,vel vnitates dicātur, vel alia huiusmodi adesse Deo,quæ sint ab ęterno, & non sint Deus.Quę diffinitio licet non sit omnino confirmata per Euge. 3. tamen magnæ authoritatis esse debet,vt loco cit.ait Vaz. si vero ille modus,vel extensio est quid increatū:ergo intrinsece est suum esse, ergo non potuit non esse.Rursum, quod in aliquo euentu est Deus, semper & necessario est Deus ; sed ille modus nunc est Deus:ergo semper & necessario est Deus : ergo nunquam potuit non esse Deus,ac proinde nunquā potuit non esse, nec libere positus fuit in Deo.Rursum, quod in aliquo euentu non est Deus, in nullo euentu potuit esse Deus,sed ille modus, qui perte esset in Deo,si noluisset creare mundum, nūc non est Deus,quia non existit:ergo nunquam potuit esse Deus.Conf.1.quia res, quę potuit esse,& non esse est valde imperfecta,& creatura,sed in Deo non potest esse formaliter aliquid imperfectum, aut creatura : ergo. Conf.2.quia omnes sancti & Theologi fatentur,Filium,& Spiritum sanctum procedere necessario à Deo,Hilar.lib. de Syno. anathe.24. Conci.Tolet.11.in confess.fid.Aug.15.Trin.c. 10.D.Tho.1.p.q.41.ar.2.& alij, quia si dicerēt procedere libere cogerentur concedere Filium,& Spiritum sanctum,esse creaturas:ergo similiter,si est aliquis modus in Deo,qui libere procedat à Deo,erit creatura. Conf. 3.ex Hugone.1.de Sacram.par.2.c.16.vbi ait,si futura aliqua non fuissent, fuisset quidem scientia eorum, quę essent : prescientia autem non fuisset eorum, quæ futura non essent. Nec id circo minus aliquid in creatore fuisset,quia ipsa quę prescientia est,scientia fuisset, etiam si præscientia non fuisset:ergo secundum Hugonem actus liberi nihil dicunt in Deo,quod potuerit in Deo non esse.Conf.4.nam si ponitur ille modus,secundum illum poterit Deus diligere intensius,seu magis ex parte actus vnū quam aliud,quia in eo poterit dari magis, & minus;consequens est cōtra S.Tho.1.p. q.20. art.3.& 4. & contra alios communiter:ergo.

109 Solutio. Ad argu.R.illum modum realem esse quid increatum,late loquendo de, quid ; nam proprie purus modus non est aliquid,sed aliqualiter;& ille modus identice,& formaliter formalitate reali est Deus,non tamen formalitate rationis,& quia est liber,non includit intrinsece esse,neque necessitatē omnimodā essendi,nisi ex suppositione, quod semel fuerit, & ideo potuit non esse, sed iam non potest non esse;potuitq. non esse Deus,sed iam nō potest non

non esse Deus. Et licet quod semel est Deus, non possit aliquando non esse Deus, tamen potuit non esse Deus, & similiter modus contrarius qui esset in Deo si noluisset creare mũdum, licet iam non possit esse Deus, tamẽ potuit esse, & nec est creatum, nec creabile, quia non potest iam poni, & si poneretur ab ęterno deberet identificari cum Deo. Nec est inconueniens, aliquid modo identificari Deo, quod potuit non identificari, & aliquid potuisse identificari, quod modo non identificatur, quia non exiſtit.

Ad.1.cõ. Ad.1.conf.R.rem quę potuit esse, & non esse, si proprie loquamur de re, esse creaturam, secus si loquamur late de re, nimirum de aliquo modo, sic enim si talis sit, qui potuerit ęternaliter, & inseparabiliter omnino vniri Deo, & sic renera vnitus est, vere est Deus, nõ formaliter formalitate rationis, sed formalitate rei, & identice est infinite perfectus, & infinita perfectio, sed formaliter comparatione Dei non est perfectio, quia illum non perficit esto admittatur esse infinite perfectum in se intra genus extensionis liberæ ad creaturam, vel talem creaturam. Nec mirum, nam licet omnia, quę sunt in Deo sint infinite perfecta in tota latitudine entis identice, non tamen formaliter, formalitate rationis, sed hoc modo tantum sunt infinita in proprio genere, & inter illa sunt gradus, & infimum tenent modi liberi, quia potuerunt non esse in Deo.

Ad.2.cõ. Ad.2.conf.R. hæreticos sensisse, Filium, & Spiritum sanctum procedere libere à Deo in tempore, & cum distinctione essentiali, & ideo posuisse has personas vere esse creatas, nam persona, quæ secundum essentiam suam, & sub sistentiam potuit non esse, & postquã est, posset destrui, (vt illi quoq. de Filio & Spiritu sancto affirmabãt) manifeste est creatura; modi autem liberi, quos ponimus in Deo, non habent naturam, aut subsistentiam, quæ potuerit non esse, nec ipsi potuerunt poni in tempore, aut positi destrui, sed si sint in Deo, necessario debent esse in ipso æternaliter, & inseparabiliter, ideo non sunt creaturæ, sed Deus, neq. est de eorum ratione esse, aut necessitas omni moda essendi, sed ex suppositione, quod semel sint. Vnde isti modi formaliter, formalitate rationis, nec sunt Deus per essentiam nec per participationem: identice autem sunt Deus per essentiam, & ipsa deitas: & ideo vere, nec sunt effectus Dei, nec producti à Deo, cũ nõ distinguantur ex natura rei ab essentia, nec à persona diuina.

Ad.3.cõ. Ad.3.conf.R.Hugonem potius esse pro nobis, nam licet fateatur, si creaturæ non essent. nõ sequi, aliquid defuisse Deo ab ęterno, ideſt aliquam rem, vel perfectionem: tamen plane fatetur defuturum ei fuisse aliquem modum realem, quia scientia Dei nõ esset pręscientia, seu cognitio creaturarum, vt futurarum.

Ad.4.conf.R.sicut ponendo in Deo extensiones necessarias complacentiæ dilectionis diuinę ad creaturas, vt possibiles, non sequitur, intensiue amare vnam magis, quam aliã amore complacentię, ita non sequitur ponendo in Deo extẽsiones liberas. Et ratio vtriusq. eadem est, scilicet quia intensio fit per additionem partis ad partem, siue formæ, siue effectus formalis cum reali distinctione; hic vero nulla est realis distinctio, imo nec nostro modo intelligendi est additio formæ, nec effectus formalis, quia extẽsio in ordine ad productionem Petri. v.g. nec multiplicatur in se, nec in suo effectu, vel quasi effectu formali, qui est vnio cum Deo, nec magis vnitur, & adhæret Deo vna extensio, quam alia, cum omnes sint omnino æternaliter, & inseparabiliter vnitæ, ac proinde infinite, & æqualiter. Ad.4.cõ.

5 Arguitur, quia si ille modus nõ est necessario in Deo, siue ille sit extensio, siue effectus formalis ipsius actus, aliquid debet ipsum antecedere, per quod determinetur Deus, seu voluntas Dei ad habendum illum potius quã contrarium, vel negationem ipsius; at hoc fingi non potest: ergo non est ponendus talis modus. In solutione huius argum. multum laborat Albertinus in illo. 6. princ. philoso. corol. 2. pun. 7. Ego vero facillimam eius solutionem arbitror, sicut enim voluntas creata per nihil reale antecedẽs ordine naturæ, determinatur ad eliciendum realiter actum liberum, ita diuina ad eliciendum illum modum, nostro more intelligendi, sicut enim voluntas nostra realiter, & vera productione producit in se actũ, ita diuina nostro modo intelligendi elicit suũ actum, licet necessarium necessario, & liberũ libere. Et si in nobis ante actum in esse qualitatis spectatum, datur prius natura actio quędam de genere actionis, seu cõcursus actiuus, quo realiter producitur (quod tamẽ existimo esse falsum quia actio de genere actionis, non est aliud, quam ipse effectus, vt pendens ab agente, & non potens existere sine illo) similiter dicendum est, ante actum elicitum à volũtate diuina, non realiter, sed nostro modo intelligendi, dari ipsum quasi concursum, & influxum, quo ille actus nostro modo intelligendi emanat à diuina voluntate. Et idem dicendum est respectu extensionis, seu effectus formalis liberi positi ab æterno in Deo. Quod vero aliqui ponunt diuinam voluntatem ante illam informationem liberam diuinę volitionis in se necessariæ, habere quendam actum virtualem, quo virtualiter vult talem informationem, & se ad illam determinat, fictitium, & inane est, nisi per virtualem volitionem intelligatur ille quasi effectiuus concursus diuinæ voluntatis. 100. 5. Arg. Solutio quorũdã.

voluntatis.Nam inter actum,& informationē ipsius,& actionem,aut veluti actionem, qua ipse vel eius informatio producitur,nihil fingi potest prēter concursum agentis liberi,vel necessarij intrinseci,vel extrinseci,creati, vel increati, ergo voluntas,vt actiua,& passiua immediate respicit actum suum, aut eius informationem,vel ipsum concursum quo ab ipsa, vel ab alijs producitur ipse actus, vel eius informatio,qui in nobis est qualitas, & in Deo est proportionalis qualitati:& si actus virtualis in Deo quid aliud esset, prēter concursum illum veluti effectiuum,de illo esset eadē difficultas,quomodo diuina voluntas ad illud determinaretur,& sic daretur abitio in infinitū.

Not.1. Notanda tamen hic sunt aliqua. 1. si voluntas diuina,vel humana,non haberet concursum effectiuum,vel quasi effectiuum,sed mere passiuum,materialem,vel receptiuum respectu qualitatis illius,quæ vocatur actus intelligendi,aut eius,quod est proportionale illi, & respectu informationis,aut quasi informationis,seu effectus formalis prodeūtis ab illa qualitate,aut quasi qualitate:non diceretur volēs vitaliter,nec actiue actione de genere,vel qua si genere actionis;cum nihil producat;dicetur tamē volens actiue actione de genere, vel quasi genere qualitatis. Idēq; esset in intellectu mere passiue se habente ad actum intelligendi.Imo si qualitas, quę in meo intellectu, vel voluntate producitur,poneretur in lapide illum denominaret intelligentem, & volentē, non solum passiue, sed etiam actiue actione de genere qualitatis, non vero actiue actione de genere actionis, quia non produceret talē qualitatem.Ista enim denominatio,quia consistit in prēcisa vnione actus cum subiecto,seu in informatione,nec de potentia absoluta separari potest ab actu informante,& vnito,neque requirit,quod subiectum efficiat,aut possit efficere ipsum actum principaliter, aut instrumentaliter complete,aut in complete,sed solam vnionem cum subiecto postulat. Similiter si quis haberet dictam qualitatem volitionis diceretur volens passiue,& actiue de genere qualitatis,imo & de genere actionis, si effectiue ad suum actum concurreret. Et si lapis in se reciperet talem actum, & ipsum produceret potentia obedientiali actiua(quod quidam arbitrantur posibile) actiue de genere actionis diceret intelligere aut velle,imo reuera viueret per illum, si ad actionem vitalem, non requiritur cōcursus causæ principalis, sed sufficit concursus instrumentalis,quem solum aliqui ponunt in intellectu,& voluntate respectu actuum supernaturalium,quibus nihilominus fatentur potentias viuere,ergo idem deberent dicere de lapide, si eodem modo actū in se efficere posset,quod enim illis sit connaturale efficere,etiam principaliter alios actus, lapidi vero non,non tollit quin lapis viuat, tūc siquidem in se operatur modo sufficienti ad vitam,sed solum sufficit,vt stando in solo ordine naturę non possit viuere. Similiter si vera esset opinio quorundam recentiorum absurdissime asserentium relationes reales, esse aliquid omnino intrinsecum fundamentis,distinctum ex natura rei ab illis,coæuum tamen ipsis,deberet asseri coæue etiam referre,&denominare,& habere suum exercitium referendi, sine connotatione tamē termini vt prēsentis, quę postea adderetur aduenientc termino. Quo pacto aliqui posuere relationes reales prædicamentales,aut quasi prædicamentales ad creaturas in Deo ab æterno,sine exercitio tamen denominandi. Quod nisi intelligatur, ita,vt nullum habeant exercitium denominādi,implicantiam inuoluit,quia sicut habens albedinem non potest non esse album,ita quod habet relationem non potest,non esse relatū, si vero intelligatur de exercitio denominandi connotatiue importādo vltra relationem, prēsentiam termini, non inuoluit repugnantiam; est tamen penitus falsa, & merito impugnata est ab Albertino in Metaphy. vt ipse refert pun.7.cit.nu.23.De quo si Deo placuerit agam.1.p.q.13.de nominib.Dei, vbi Theologi tractant, an in Deo sint relationes reales ad creaturas,siue æternæ,siue temporales.

Not.2. 2. Not.est ad defendendum,quod actus liberi non addunt extensionem actus diuini, quę potuerit in Deo non esse,sed informationem,quę similiter potuit in eo non esse,ponēdum esse in Deo aliquid per modum potentiæ distinctum ratione ab essentia, quoniam actus,non potest informare, saltem adæquate,nisi potentiam,nempe intellectum, vel voluntatem.Dico saltem adæquate,propter eos qui fingūt actus intellectus,& voluntatis, etiā afficere immediate essentiam animæ. Quare non cohærent, quę aliqui dicūt, actus liberos in Deo addere informationem liberam, quæ potuit ab æterno non esse in Deo; & in Deo nihil esse per modum potentię,sed eius essentiam formalissime consistere in intellectione, ex qua nostro modo intelligendi procedit volitio,nulla mediante,aut interueniente potentia.Quod vltimum indicat clare Albertin. illo corol.2.pun.3.in extremis verbis: sed latius, & distinctus id docuit Suarez to. 2. metaphy. disp.30.sect.15.n.8.& 9.& sect.16.n.8.9.& 10. & nos ante septem decim annos Salmanticæ in materia de scientia Dei, & antea,ac postea Barcinonę,ac Romę in materia de angelis,& non pauci ex doctissimis nostrę societatis,sed de hoc alibi,si licuerit,dicam copiose.

Sect.9. V. Voluntarium liberum sit in angelis.

R. Bre-

111. R. Breuiter affirmatiue, quanuis oppositum docuisse videantur Aristo. & alij antiqui peripatetici, vt refert Pererius. 15. phy.c.1.Prob.1.ex scriptura quę loqiutur de angelis, vt de rebus intelligentibus. Genes. 18. & 19. Thobię. 12. Luc. 1. & 2. & alibi sępe, idq; docent philosophi: in omni autem natura intelligente est libertas: ergo & in angelica. mi. patet. quia radix libertatis in voluntate est in tellectus, seu intellectio. Conf. quia libertas est in summa natura intellectuali, scilicet Dei, vt ostendimus: & in infima, scilicet humana: ergo & in media, scilicet angelica. Quod etiam confirmatur, nam libertas, non debet denegari angelo ob suam perfectionē, cum sit in ente perfectissimo, nec ob suam imperfectionem, cum sit in ente imperfectiori, scilicet homine. Pf. 8. Minuisti eum paulominus ab angelis: ergo nō est cur illi negetur. Secundo, quia angeli aliquando peccauerunt, & puniti sunt. 2. Petri. 2. angelis peccantibus non pepercit: sed peccatum, & pœna peccati, sine libertate indifferentiæ non consistunt: ergo. Tertio alioqui non possent mereri prędmium, laudem, gratiā amorem, &c. Quod cum sit magna imperfectio, non est in creaturis pure spiritualibus admittendum. Quarto, quia id passim docent sancti Irenęus lib. 4. c. 71. Basil. lib. de Spiritu sancto. c. 16. Aug. de correptione & gratia. c. 10. Grego. ho. 7. in Ezechiel. Damascen. 2. fidei. c. 3. & 4. De quo plura in materia de angelis, vbi etiam, & alibi tractatur, an dęmones, & animæ damnatę possint elicere aliquem actū bonum ex omnibus circunstantijs. Item an angeli, & animę separatę, sint naturaliter arbitrij inflexibilis. Quare autem Deus homines, & angelos, etiam ad peccatum liberos creauerit. Bellarmin. 3. de gratia. cap. vltimo.

112. Denique de libertate angeli. vide Suarez. to. 2. methaphy. dispu. 35. sect. 5. & to. 1. dispu. 19. sect. 5. in principio. Vbi soluit obiectionē, quę fieri posset contra libertatem angeli: nam intelligētię motrices cœlorum, non libere mouent cœlos, alioqui possent cessare a motu, & destruere totum vniuersi ordinem: ergo. Respondet, etiam si in alijs liberę sint, posse in mouendis cœlis necessitate aliqua duci, vel ex motione, & imperio superioris agentis, vel Dei, vel ex fine prędconcepto, quem immutabiliter diligunt, atque intendunt; non vero ex ipsorum cœlorum influxu. Nam corpus directe, non potest agere in spiritum, maxime si corpus sit inanime, & spiritus tam excellentis ordinis, sicut est angelus: indirecta autem actio locum, non habet in spiritum seiunctum a corpore, & licet daretur, non inferret necessitatem angelo, vt eam non infert animæ rationali. Deinde Magister Antonius Perez Benedictinus in sua laurea certamine. 4. Scholastico nu. 17. & 18. ait Angelum ex vi propriæ naturæ, & substantiæ esse determinatum ad diligendum Deum super omnia, vt authorem naturę, & necessario illū sic diligere etiā quoad exercitium, vt docet D. Tho. 1. par. q. 63. ar. 1. ideoque nec mortaliter, nec venialiter posse peccare contra Deum, vt authorem naturæ. De qua re diximus aliqua tract. 2. disp. 7. sect. 10. & plura dicemus Deo dante, tract. de angelis.

Sectio. 10. V. Voluntarium liberum sit in homine.

VARII fuerunt errores humanis actibus eripientes libertatem, vt referunt Valentia. 1. p. q. 83. q. 6. de homine puncto. 4. & Moli. in concordia. q. 14. ar. 13. disp. 1. Bellarm. in lib. de gratia, & lib. arb. præsertim, lib. 4. c. 5. & 8. Vega. 2. in trid. c. 12. Roffens. ar. 36. & alij citandi. 113.

Primus error est Priscillianistarum, qui paganos quosdam secuti, in euitabili stellarū fato, humanas subiecere voluntates, vt refert Concilium Braca. 1. can. 9. & 10. & Leo Papa Epistola. 91. ad Turib. c. 11. 12. & 13. Hier. Epistola. 66. Aug. hæresi. 70. qui in hæresi. 75. idem tribuit Bardesani, & ex Aug. sumpsit Bellarm. illo. c. 8. & Valentia illo pun. 4. sed Bardesanes id non videtur tenuisse, nam Epipha. hæresi. 76. refert contra fatum scripsisse, quod etiam narrat Euseb. 4. historię. c. 30. & 6. præpara. c. 8. immo refert eius verba, quibus aperte significat libertatem indifferentiæ hominibus in esse. Aliqui hunc errorem tribuunt stoicis dequorum sententia statim dicemus, contra fatum autem stellarum agit D. Tho. 3. cō tra. c. 84. & 85. & 1. p. q. 105. ar. 4. q. 111. art. 2. q. 115. ar. 4. q. 116. ar. 1. quibus locis docet, voluntatem non solum a cœlis non necessitari, sed nec ab vlla creatura effectiue moueri posse, quod etiam docet in hac. 1. 2. q. 9. art. 5. vbi contra hoc fatum, & contra astrologos disseremus. 1. error.

Secundus error est auferentium libertatem indifferentiæ humanis actibus propter diuinā voluntatem, & prouidentiam omnia absolute prędeterminantem, ita Vbicleph, vt patet ex Concil. Constancien. sess. 8. ar. 27. quem secuti sunt Caluinus, Lutherus, Buccerus, & alij hę retici nostræ tępestatis, vt retulimus difficult. præd. Hanc sententiam aliqui tribuunt stoicis; sed male, nam illi potius dixerunt, motus animę nostrę non esse necessarios, sed liberos a necessitate, vt refert Augu. 5. ciui. c. 9. & 10. Vbi Viues adducit Ciceronem lib. de fato dicentem duplicem fuisse sententiam Philosophorum, alterā existimantium, fatum omnibus 114. 2. error.

bus vim necessitatis afferre, in qua sententia fuit Democritus, Heraclitus, Empedocles, & Aristotel. alteram asserentium motus animæ non esse fatales, sed liberos, cui accesit Chrysippus: Plutarchus, etiam libro de fato, & libro de placitis Philosophorum tribuit Stoicis, quædam ex fato, & necessitate euenire, quędam vero non & huiusmodi esse actus humanos: aliquando autem videntur docere, omnia esse fatalia, ideſt, profecta à prouidentia, & voluntate Dei, accommodante se tamen libero arbitrio, & tam præscientiam, quam prouidentiam, & voluntatem Dei posse in rigore appellari fatum, nisi communiter fuisset aliter hoc vocabulum vsurpatum, docet Augustin. ibi. & Diuus Thomas, prima parte, quæstione. centesima decima sexta, articulo secundo, & quidem, si admittatur absoluta prædeterminatio actuum humanorum, illos non esse liberos libertate indifferentiæ late ostendemus tractatu de gratia, esse autem libertatem in actibus humanis, non obstante prouidentia, & voluntate, quæ modo est, omnes Catholici fatentur. Et breuiter suadetur, nam libertas indifferentiæ, licet sit perfectio simpliciter, tamen nec est infinita, nec petit infinitam perfectionem in re, cui fuerit connaturalis, sicut nec intellectualitas par enim ratio esse videtur, nec enim dici potest, voluntatem creatam, eo ipso quod creata est, exigere operari cum dependentia à voluntate Dei absoluta, & omnimo prædeterminante, cur namque non sufficiat voluntas conditionata, & indifferens, qua Deus velit, vt sine vlla præuia determinatione sua hoc, aut oppositum eligat. Quod si libertas potest esse connaturalis rei creatæ, & finitę, cur non asseremus esse connaturalem cuiuscunque voluntati, siue humanę, siue Angelicę: si autem est connaturalis, cur dicemus esse sublatam per prouidentiam, & voluntatem Dei: nam diuina voluntas, & dispositio, quæ non sit rebus connaturalis, affirmari non debet, secluſa reuelatione: ergo cum voluntas Dei auferens libertatem homini, non sit connaturalis, & nulla sit eius reuelatio, quin potius sit reuelatio in contrarium, nullo modo affirmari debet, præsertim cum parum decensit immutare in omnibus actionibus, & suppositis humanis modum operandi connaturalem, sic enim nulla opera essent bona, vel mala: moraliter meritoria, vel demeritoria; quia, vt opera talia euadant, libera esse debent libertate indifferentiæ.

Tertius error est Manicheorum asserentium, quasdam animas, & quosdam Angelos esse naturaliter, & necessario bonos, quosdam vero malos, & a malo Deo profectos, ac proinde in nullis esse liberum arbitrium, vt refert Hierony. præfat. dialogorum contra Pelagianos, & Augustinus de Hæresib. capit. quadragesimo sexto. Hi confutantur, prima parte, quæstione quadragesima octaua, & 49. 115. 3. error.

Quartus error voluntatem de statutam iustitia originali necessitari a passionibus appetitus sensitiui. Ita senserunt Lutherus apud Roffensem articulo. 7. & alij asserentes, per peccatum Adæ sublatam nobis esse arbitrij libertatem in actionibus pijs, & ad salutem pertinentibus, vt refert Bellarmin. 6. de gratia, capitulo. 9. Hi reiiciuntur, quia appetitus sensitiuus, non agit directe in voluntatem, nec illam sufficienter determinat. De quo cum D. Thom. quęstione. 9. 10. & 77. & probatur breuiter, quia appetitus sensitiuus est corporeus, ergo non agit directe in voluntatem, quę est spiritualis, imo nec, proprie loquendo, agit indirecte, sed passio appetitus est conditio, qua posita, melius apparet obiectum vt ait Aristot. 3. ethicorum capitulo quarto, qualis vnus quisque est, talis ei videtur esse finis. Ideſt iuxta cuiusque passionem, vel affectionem obiectum apparet melius, vel deterius: aut per quandā simpathiam voluntas magis inclinatur in ipsum, quam si passio non adesset: non tamen ita inclinatur, vt omnino determinetur: indecens enim esset, potentiam vsque adeo superiorem, ita esse inferiori alligatam. An vero tanta esse possit passio, & tam modica intellectus cognitio, vt voluntas, quæ antea erat indifferens ad vtrumlibet, ex vi solius passionis superuenientis determinetur ad vnum, stando in solo ordine naturę. Veritas est voluntatem nulla passione, quę relinquat iudicium rationis alioqui ad libertatem sufficiens, posse ad vnum physice determinari, quamuis moraliter ita possit passio interdum vrgere, vt vix possit homo se continere, eique resistere, & similiter nullum habitum nullam cognitionem bonitatis, vel malitię obiecti posse in hac vita voluntatem positam sub pleno iudicio rationis, physice determinare, seu necessitare, vt docebimus, quæstione. 109. cum auxilio autem supernaturali ordinario, vel extraordinario vinci posse quancunque passionem, & tentationem ibidem tanquam certum, statuemus. Deinde licet, cum passio insurgit, daremus determinare 116. 4. error.

voluntatem, tamen quia sępe non insurgit, dicendum esset, sępe operari cum indifferentia: ergo etiam post peccatum Adæ est nobis libertas, etiam circa actus supernaturales, & pios ad salutem, quam pertinentes, quod late probat Bellarm. supra. capitu. 10. & sequentibus.

116. 5. error. Quintus error est, voluntati nullam inesse libertatem indifferentiæ, quia ex natura sua habet non posse velle, nisi quod intellectus melius esse iudicauerit, omnibus pensatis: cũ enim voluntas sit potentia rationalis, necesse est, vt semper rationem sequatur, idque eligat, quod ratio præfert, & hoc videtur maior perfectio ipsius, quã posse à dictamine rationis declinare. Et alioqui posset esse defectus in voluntate sine vllo errore, vel defectu intellectus, quod videtur contra Theologos, & Philosophos morales: nec ideo inutiles erunt reprehensiones, correctiones, punitiones, exhortationes, preces, & consilia, quia hæc conferunt ad iudicandum, aliquod esse melius, vel deterius, ac proinde, vt voluntas illud amplectatur, vel rejiciat sicut similia fiunt, vt pueri, amentes, & bruta aliquid faciant, vel omittant, in quibus tamen non est libertas vlla. propterea Buridanus. 3. eth. quæstione. 1. & Andreas de Castronouo. 1. distinct. 45. quæstione. 3. fuse docent, nulla experientia, vel ratione naturali probari euidenter, in nobis esse libertatem indifferentię. Sed hoc non placet, quia experientia constare videtur, quod ex duobus iudicatis æqualibus, homo eligit vnum, alio prætermisso, & postea eligit aliud prætermisso priori: ergo constat homini inesse libertatem indifferentiæ. Ad hoc respondere conatur Andreas de Castronouo, sed eius solutio non satis facit: nõ enim quęcũque diuerticula, & solutiones, quæ à proteruis dari possunt, tollunt euidentiam naturalem, quam rationes in bene disciplinato ingenio faciunt. Adde si non poneretur in homine vera libertas indifferentiæ, manifeste sequi, homines neque bene, neque male agere moraliter; nec esse præmio, nec supplicio dignos, necessitas enim absoluta excusat à culpa, & pœna, tollitque rationem boni moralis, & meriti, vnde pro hac veritate rationes euidentes esse, recte docet Bellarm. 4. de gratia. capit. 10. & capit. 5. cum D. Thom. de malo. quæstione. 6. & de veritate. quæstione. 24. artic. 1. Gregorius. 2. distinct. 25. quæstio. vnica, siue autem detur euidentia, siue non, tenendum est de fide contra omnes dictos errores, in voluntate nostra esse libertatem indifferentię, etiam post lapsum Adę, & circa actus supernaturales, ad salutemque pertinentes, & positis quibuscumque habitibus, etiã passionibus non tollentibus vsum rationis: hoc ex sacra scriptura, Cõcilijs, Pontificibus, sanctis, & rationibus, late docent Bellarm. in lib. de gratia præsertim. 5. & 6. Vega. 2. in Triden. à cap. 12. Molin. in concordia. quæst. 24. articulo. 13. Valen. 1. p. quęst. 6. de homi. puncto. 4. Castro verbo libertas. Decanus artic. 7. contra Luthe. Rophens. articu. 36. Driedo. & alij scribentes contra hæreticos nostri temporis. Scholastici. 2. distin. 24. & 25. Anselm. & Bern. lib. de gratia, & lib. arb. August. libr. de lib. arb. tomo. 1. Nyssenus. 3. Philosophię. Damasce. & alij Patres. Vnde ab huius veritatis probatione supersedendum modo iudico, ne ab ijs tractandis impediar, quæ difficiliora sunt, & huic loco magis propria, & acommodata.

In genere autem contra omnes hos errores libertas arbitrij ostenditur. 1. ex scriptu. Genes. 4. nonne si bene egeres recipies, si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Ecclesiast. 31. Beatus vir, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit, &c. 1. Corinth. 7. Nam, qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens sue voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam, bene facit. Et ad Philemonem: tu Onesimum, vt mea viscera suscipe. Quem ego volebam mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelij: sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Vide etiam Deut. 11. & 30. Ecclesiast. 15. Secundo ex patrib. Clem. 3. recogn. & lib. 9. & 10. & Epi. ad Iacobum. Iustin. orat. 2. ad Senatum pro Christianis & 3. ad Anton. Pium. & tom. 1. libro de Monarchia Dei. & in confutat. respo. Grecor. quæstione. 1. & tomo. 2. Dialogo cum Tripho. Tertullian. 2. contra Marcion. & lib. de anima. Irenæ. libro. 4. capitulo. 71. & 72. Clemen. Alexand. 1. pædag. capitulo. 6. & libro. 2. strom. & libro. 5. & 7. Tertio rationibus, quas accumulant sancti, & Doctores citati, præsertim Bellarm. supra, & Petrus Emotte. lib. 2. Christianę professionis capit. 5. & sequentibus.

Sectio. 11. An sola voluntas sit per se libera libertate indifferentiæ.

DVRAN. 2. distinct. 24. quęstione. 3. cum alijs quibusdam existimat, libertatẽ indifferentię esse in intellectu per se, & formaliter atq; independenter à voluntate: item 117. 1. Opin.

itemque in eo principalius esse hanc libertatem, quam in voluntate. Pro priori parte sunt
1. arg. pro. 1. p. hæc arg. 1. quia Aristo. 9. Methaphy. capit. 2. & libr. 2. Periher. cap. 3. scribit potentias rationales esse ad vtrumlibet, seu indifferentes ad opposita; quod videntur habere propter suam spiritualitatem: sicut enim aliæ potentiæ propter suam materialitatem sunt determinatæ ad vnum, ita hæ propter suam spiritualitatem videntur indifferentes ad oppositа contrarie, & contradictorie, sed intellectus est potentia rationalis: ergo. Secundo,
2. quia liberum arbitrium communiter definitur cum Magistro. 2. distinct. 24. & D. Thom. 1. 2. quæstio. 1. artic. 1. vt sit facultas voluntatis, & rationis: ergo etiam in ratione est li-
3. bertas. Tertio, quia etiam intellectus in rebus dubijs, & probabilibus, vbi ratio non cogit, libere præstat, aut non præstat assensum,
4. & libere cogitat iam de vno, iam de alio. Quarto, quia si ratio non esset libera in conclusione iudicij, nec voluntas esset libera in electione: non enim potest voluntas eligere, nisi id quod post deliberationem ratio concludit esse faciendum, alioqui voluntas posset peccare, non errante, nec deficiente intellectu in suo iudicio.

118. Posterior autem pars huius opinionis suadetur. Primo, quia potentiæ rationales, eo
1. Arg. pro. 2. p. quod rationales, sunt libere, vt colligitur ex Aristo. supra: ergo cum intellectus sit magis
2. rationalis, quam voluntas, magis erit liber. Secundo, quia liberum est, quod est gratia sui, & independens ab alijs. 1. Metaphy. capit. 1. voluntas autem pendet à ratione non econtra: ergo ratio est magis libera, quam voluntas. Tertio, quia indifferentia voluntatis pro-
3. uenit ab indifferentia iudicij: ergo libertas intellectus causat libertatem voluntatis, & sic primo, & potissime libertas est in intellec-
Conf. tu. Et conf. quia primus actus liber intellectus, qui est iudicium de agendis, est causa primi actus liberi voluntatis, qui est electio: ergo
4. libertas primario, & præcipue est in intellectu, non in voluntate. Quarto, quia vel ipsum liberi arbitrij nomen indicat libertatem præcipue pertinere ad intellectum, quia arbitrari iudicare re vera est: iudicare autem operatio est intellectus, non voluntatis. Quæ ratio etiam suadere videtur, libertatem per se, & formaliter solum esse in intellectu, in voluntate autem solum esse per extrinsecam denominationem, quod satis indicat Dur. illaquæs. 3. nu. 17. ponens, voluntatem omnino determinari ab intellectu: quanuis Suar. tom. 1. Metaphy. dispu. 19. sect. 5. sentiat Durandum etiam in voluntate posuisse libertatem formaliter, & per intrinsecam denominationem à propria indifferentia. Sed in vtraque potentia esse formaliter libertatem indicat Valen. 1. part. disp. de homine, quæstione. 6. punct. 3. dicens, si quis assereret liberum arbitrium esse intellectum, vt cum quadam indifferentia proponit voluntati aliquid appetendum, contentio erit solum de nomine cum alijs asserentibus, esse voluntatem: nam quod ad rem attinet, omnes conueniunt, vtramque potentiam cum indifferentia quadam, & indeterminatione concurrere. Sed credo Valentiam solum ponere indifferentiam per se in intellectu ex parte obiecti, quatenus proponit, finem indifferenter obtineri posse per varia media. Alij tamen, qui tacito nomine referuntur ab Argen. 2. distinct. 24. quæstio. vnica. articulo. 3. existimant, libertatem æque conuenire intellectui, & voluntati Primo, quia ex æquo voluntas, & intellectus hac conditione præstant alijs permultis facultatibus, vt cogi non possint. Secundo, quia vt voluntas pendet ab intellectu ad eliciendum actum liberum, ita intellectus à voluntate: actus enim intellectus, qui præcedunt omnem voluntatis actum, mere naturales sunt. Tertio, quia liberum arbitrium definiri solet facultas intellectus, & rationis, in qua definitione æquales partes tribuuntur vtrique potentiæ.

119. Secunda sententia esse videtur, in potentia motiua, seu executiua distincta ab intel- 2. Opin.
lectu, & voluntate esse per se, & formaliter libertatem. Hanc sententiam Bellarminus. 3. de gratia. capit. 7. & Suarez. 1. Metaphysi. disput. 19. sect. 5. numero. 9. tribuunt Alensi. 2. part. quæstione. 73. memb. 1. artic. 3. quia talem potentiam vocat liberum arbitrium: alij tamen non immerito censent Alensem non ponere in ea formaliter, & per se libertatem, sed vt subest voluntati, per quam libere applicatur ad oppositа pro libito facienda, & fortasse non sentit, potentiam executiuam, esse distinctam ab intellectu, & voluntate licet id concedant Suarez, ibi, & alij, cum quibus alibi disputauimus. Cuiuscunque autem sit hæc secunda sentent. merito impugnatur à Suarez eodem loco, & ex dicendis constabit eius falsitas, præcipue si velit, in sola potentia executiua, & non in voluntate esse formaliter, & per se libertatem. Aliam sententiam huic similem refert D. Thom. de verit. quæstio. 24. articulo. 4. asserentium, liberum arbitrium esse potentiam quandam vniuersalem, quæ præesset, & dominaretur intellectui, & voluntati, cæterisque inferioribus facultatibus operantibus aliquo modo libere. Sed hæc sententia, vt ait Fonseca. 9. Metaphysi. capitu. 2. quæstio. 2. sect. 2. nihil probabilitatis habet, nam ad cognitionem rerum satis est intellectus, ad mouendas vero omnes alias potentias ad actus liberos, satis est voluntas.

Item tam excellens potentia deberet habere actionem immanentem: ergo deberet intelligere,aut velle,& sic esset intellectus,vel voluntas. Item ergo ipsa sola esset per se libera, voluntas autem solum ageret libere per extrinsecam denominationem a libertate illius superioris potentiæ.

120. 3 Opin. Tertia sententia in appetitu sensitiuo ponit libertatem quandam indifferentiæ.De qua sent.sic loquitur Moli.in concordia. quæst. 14. ar.13.dispu.45.satis verisimile videtur, quamuis in brutis ,nec ea libertas sit admittenda, quam dispu. 2. diximus esse in amentibus,& pueris,antequam perueniant ad vsum rationis,quæ ad culpam, & meritum non sufficiat, esse nihilominus in eis vestigium quoddam libertatis quoad aliquos motus, ita vt in eorum potestate sit, in vnam,aut alteram partem moueri. Quando namque bellua fatigata ex diuturna sessione, ambulare appetit, nec in aliquem peculiarem locum trahitur à notitia, & appetitu alicuius obiecti, quod in eo loco sit, plane in potestate ipsius videtur esse situm, in vnam, aut in alteram partem moueri. Non tamen tantum libertatis vestigium concedam belluis, vt si ab appetitu, præuia cognitione alicuius obiecti incitentur in obiectum certum, nullaque existente causa, qua retardentur, vt metu fustis, aut alterius rei, ex potestate ipsarum sit, non moueri in tale obiectum. Hæc repetit Molina. 1. par. eodem art. disput. 12. addens aliquam defensionem. Fauent huic opinioni rationes, quas adducit Andr. de Castronouo. 1. distin. 45. quæstio. 3. Qui tamen ait,se non eas adducere, vt aliquam libertatem in brutis constituat,sed vt intelligatur, similes rationes, quę ad asserendam hominis libertatem afferuntur,non concludere.

121. 4.Opi. Quarto.In appetitu autem sensitiuo hominis ponit Caietan.infra quæst.74.ar. 4.& quęs. 75.art.3.libertatem participatam, non ex aliqua operatione voluntatis,sed ex sola coniunctione ad animam rationalem. Ait enim appetitum sensitiuum, quatenus manat ab anima rationali,vel ipsi coniungitur, posse per se operari libere libertate sufficienti ad peccatum veniale,licet non ad mortale, nisi accedat consensus voluntatis.Quam existimat esse opinionem D.Thom.ibi,& alibi.

122. 5.Opin. Quinto, aliqui relati à Fonseca to.3. Metaphy. lib.6. capit.2. quæst.2.sect.3. dixerunt, etiam in non viuentibus euenire posse indifferentiam agendi, veluti cum in vase rotundo, beneq. obturato, & ęqualis vndiq. crassitudinis contenta aqua gelatur:necesse enim est vt illud tunc vacui vitandi causa, frangatur.Quare cum non maior sit ratio,cur ea aqua, cum in minorem molem contrahitur, frangat vas in hac parte, quam in illa, ex infinitis nimirum, in quibus illud frangi potest; dicendum putant, in ea aqua esse indifferentiam quandam agendi, quasi possit illud inquacunque parte frangere. Quæ indifferentia cur non appellabitur libertas.

Sexta, sent.esse posset, in nulla potentia præter voluntatem posse esse formaliter, & per se libertatem de potentia ordinaria, secus de absoluta. Quia non videtur repugnare,vt potentia naturaliter ligata, & determinata ad vnum, miraculose, & supernaturaliter soluatur, reddaturque indifferens ad oppositа: sicut non repugnat, vt voluntas, quæ ex natura sua libere & cum indifferentia operatur,miraculose, & supernaturaliter ligetur, & determinetur ad vnum. 123. 6. Opi.

§.1. *Continens sententiam authoris, & aliorum.*

SEPTIMA, tamen,& vera sent. est,nulli potentiæ præter voluntatem posse competere etiam de potentia absoluta indifferentiam ad vtrumlibet seu veram libertatem, de qua sola hic loquimur. Tribus enim modis potissimum sumitur libertas. Vno,vt opponitur seruituti,altero, vt coactioni. 3. vt necessitati, seu determinationi ad vnam partem contrarietatis, vel contradictionis.Primo modo ijs proprie liberi dicuntur, qui seruitutis iure alijs subiecti non sunt, vt liberę ciuitates, quæ nulli principi seruiunt: per translationem vero alia multa hoc pacto dicuntur libera, vt quæ exempta sunt, & immunia ab aliqua molesta conditione,quorum libertatem Bernardus libr. de lib. arb. vocat libertamem a miseria. In quo sensu dicitur. Rom. 8. quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Secundo modo libere vagantur aues in aëre,pisces in mari; & omnia, quæ sponte sua aliquid operantur, & si eis naturali necessitate id contingat, libere, seu non coacte,operari dicuntur. Adeo vt ipsa etiam Spiritus sancti productio; quæ maxime necessaria est,libera dicatur à Scoto. 1. distinct. 10.qeæstio.1.& alibi; & ab alijs multis, quos commemoraui tractat. de Trinit. & Deus apud D. Thom. libere se amare asseratur de poten. quæstio.10.articulo.2. Tertio modo ea sola libere aliquid dicuntur agere, quæ positis ijs omnibus, quæ ad agendum prę requiruntur,prius natura,aut consideratione, possunt opposita agere, aut etiam agere, & non agere,vt ij, qui ex virtute,aut vitiose operãtur.Dico autẽ,prius natura,aut cõsideratione: 124. 7. Opi.

sideratione : quia ita Deus libere operatur, vt non prius natura, sed solo imperfecto nostro considerandi modo potuerit, aut possit opposita ad extra operari, aut etiam operari, aut non operari. Atque hæc est vera, & simpliciter dicta libertas ex eo, quòd libet, nũcupata, vt ait Fonseca. 9. Methaphy. capit. 2. quæst. 2. sect. 2. de qua nobis in præsentia sermo est.

125. Et quidem de potentia ordinaria, solam voluntatem posse libere ex se, & per se operari, & in ea sola esse libertatem formaliter, docent omnes recentiores præsertim Fonsec. q. cit. sect. 3. & Suar. tom. 1. Metaphy. disp. 19. sect. 5. & fere omnes Theologi. De potentia autem absoluta nihil dicunt doctores, quos viderim, præter Angestum in moralib. c. 1. commento. 1. in fine asserentem, nec bruta, nec aliquam naturam rationis expertem posse, etiam de potentia absoluta, habere libertatem: alioqui posset esse capax virtutis, & vitij. Idem significat Bellarm. 3. de gratia. capite. 15.

Et in primis libertatem non esse per se, & formaliter in intellectu, sed in voluntate, præter Fonsecam, & Angestum proxime citatos, tenet D. Thom. infra quæst. 13. art. 1. adiuncto. 6. vbi etiam Conrad. & alij Thomistæ, D. Thom. 1. par. q. 83. ar. 3. & 4. vbi Caiet. & alij recentiores. Idem D. Thom. de verit. q. 24. ar. 6. & 2. dist. 24. quæst. 1. ar. 3. 1. par. quæst. 19. art. 1. quæst. 99. art. 3. & 2. contra gen. cap. 49. Ferra. ibi. & 3. contra gen. cap. 73. Adam. 1. dist. 1. quæst. 6. Scot. quæst. 3. & 4. & 3. d. 38. & 39. & 2. dist. 25. & dist. 42. q. 4. Cordub. lib. 2. q. 11. Caiet. infra. q. 17. art. 1. & quæst. 74. art. 5. Medina hac. q. 6. ar. 2. Moli. in concor. & 1. p. quæst. 14. ar. 13. disp. 2. Petrus Emotte lib. 2. Christianę professionis cap. 5. in fine. Bellarm. 3. de gratia. cap. 8. con. 5. Suar. to. 1. Methaphy. disp. 19. sect. 6. nu. 11. & sequentibus, & tom. 2. disp. 30. sect. 16. nu. 46. Iauel. 9. met. q. 4. Azor. tomo. 1. cap. 20. q. 14. Capreol. 2. d. 24. q. vn. ar. 1. con. 3. & 4. & ar. 3. ad arg. contra easdẽ con. Richar. ead. d. Magister. dist. 25. vbi Palac. Mai. Gabr. & alij Ocham. 3. quæstio. 12. art. 4. incidentali con. 2. & alij, quos infra referemus.

Prob. 1. ex scriptura. Probatur. 1. ex sacris litteris : nam Ecclesiastici. 15. licet dicatur. Constituit Deus hominem in manu consilij sui, & consilium pertineat ad intellectum, tamen libertas orta ex consilio tribuitur voluntati, cum adiungitur, si volueris mandata seruare, conseruabunt te, non ait si intellexeris, aut iudicaueris. Item: ante hominem vita, & mors, bonum, & malum. quod placuerit ei, dabitur illi, & 1. Cor. 7. non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis : ergo libertas ad voluntatem pertinet quod in multis alijs scripturę locis significatur. Secundo, ex Patribus, qui & si aliquando vtuntur simpliciter nomine liberi arbitrij, alias tamen inserunt verbum, voluntatis, vt doceant libertatem ad voluntatem spectare. vt Amb. 2. de fide. cap. 3. ait: operatur prout vult, idest pro libero voluntatis arbitrio, & Aug. lib. de gratia, & lib. arb. capit. 2. reuelauit nobis Deus per scripturas sanctas, esse in nobis liberum voluntatis arbitrium. Vide etiam. 5. ciuit. capit. 9. Prosp. 1. de voc. gen. cap. 3. apud Bellar. supra capit. 2. Patres etiam Concil. 2. Arausi. sæpe dicunt, liberum voluntatis arbitrium. can. 13. & Trid. sess. 6. cap. 5. cum explicat, qua ratione libere operemur, ait, id nos facere libera nostra voluntate, vel sola, cum resistimus, vel cum Dei gratia, quando ipsi gratię cooperamur. Idem colligitur ex Nysse. lib. 5. suæ philoso. Damascen. 2. fidei cap. 25. dicentib. lib. arbitrium esse potestatem eligendi. electio enim est boni, vt sic, & pertinet ad voluntatem, non ad rationem, vt patet ex Optato. 3. contra Parmenianum Aug. 3. de lib. arb. capit. 1. 2. & 3. & alijs. Bern lib. de gratia, & lib. arb. & certe ipsum nomen, liberi, satis indicat libertatem esse voluntatis : liberum enim, vt diximus, dicitur, quia libet, & placet libitum autem, libido, & complacentia ad intellectum nõ pertinent, & sententię intellectus, placita non dicuntur, nisi quia placent voluntati. Huc spectat, quod ait Iustinus tom. 3. lib. quæstionum, & respon. quęstio. 8. non modo vt simus, & noscamus bonum, & malum, vim Deus nobis indidit, sed arbitrium quoque liberum donauit, & delectus nostri, vt earum, quas nouissemus rerum, quod nobis placitum esset, & alijs prætulissemus, complecteremur, dominos constituit. Atque vt boni, vel mali simus, non in notione cognitarum, sed in electione delectarum posuit rerum. Quo circa non Deus, vt boni, vel mali simus, sed arbitrium nostrum causa est. Idest, non prædeterminatio Dei, sed libertas nostra, cum eius auxilio. & quæstio. 88. ait. Porro natura ad peccandum natus est, qui per liberi arbitrij delectum, sibi ipsi dux est adeo, quę vult, facienda, siue bona, siue mala, & Clemens. 6. & 7. stromat. sæpe repetit liberum eligendi arbitrium, & Tertullian. 2. contra Marcionẽ indifferentiam ad vtrum libet, seu libertatem expresse tribuit voluntati.

126. *2. ex Patribus.*

3. Prob. ab incommodis. Nam si homo potest libere agere ante consensum voluntatis: ergo, & peccare, & bene moraliter operari, fierique dignus supplicio, & præmio, vt 1. posset peccare iudicando temere, vel suspendendo iudiciũ, quod teneretur habere,

3. *Prob.*

admittendo prauas cogitationes quas tenetur repellere.Poterit etiam mereri credendo libere, aut cogitando libere de rebus diuinis ante omnem actum voluntatis,neque ad credendum erit necessaria pia affectio voluntatis,per quam intellectus determinetur,nam pro sua libertate potest se determinare. Item ignorantia negatiua, aut prauæ dispositionis poterit esse libera,& peccatum,etiam si non sit voluntaria.Quæ omnia sunt contra communem consensum generis humani, & specia tim contra Aug.de vera relig.cap.14. asserentem,peccatum adeo debere esse voluntarium, vt si non sit voluntarium,non sit peccatũ Hac ratione ducuntur præcipue Bellar. Ocham, Medina, & alij.

4. 4. Probat Bellar.quia actio intellectus antecedens omnem actum voluntatis,non fit ex appetitu elicito:ergo ex naturali:omnis enim actio ex aliquo appetitu procedit iuxta Arist.o.1.eth.c.1.& D.Thom.1.p.q.80. ar. 1. &.1. 2.q.1. ar. 1.sed appetitus mere naturalis,& innatus non est liber, quinimo est determinatus ad proprium actũ,nisi impediatur : ergo.

127. 5. 5. Probat Bellar.quia intellectus in assensu propositionum euidentium non est liber, vt constat, aduersarijque fatentur : in assensu quoque propositionum ineuidentium nõ est liber,etiam si probabiles sint:quia si probabilitas sit maior necessario operatur; si æqualis, necessario dubitat, & cohibet omnem assensum:ergo in nullo assensu intellectus est liber. Quod autem,quando maior est probabilitas, necessario opinetur:quando vero est æqualis, necessario suspendat omnem actum, probat Bellarm. 1.ex Aristoto. 2.animæ tex. 153. dicente,nos imaginari posse, quod volumus, non autem opinari,nisi quod argumenta concludunt,esse opinandum,&.7.eth.cap.2.syllogismum captiosum necessario inducere dubitationem : cum ab vna parte iudicet incredibile, quod concludit, ab altera autem non possit contemni argumentum, cuius solutio non apparet.Secundo, idem probat, quia nemo consultat, an propositioni probabiliori assentiendum sit, sed simpliciter accedit ad opinionem;quam probabiliorem iudicat: ergo necessario assentitur probabiliori propositioni. Tertio, quia fides Catholica propterea requirit pium voluntatis affectum, quoniã alioqui mens nostra non posset facile adduci, vt crederet, quæ rationem ipsam superant, & interdum videntur illi repugnare: ergo non est per se liberum intellectui credere, & non credere. Sed quod in hac ratione dicitur, intellectum consideratum ante omnem actum voluntatis, determinatum esse ad assensum propositionis,quæ probabilior apparet,difficultatem habet,sic enim quando probabiliores sunt rationes assentiendi propositioni pertinenti ad fidem humanam, vel diuinam, vel opinionem, nulla erit necessaria affectio voluntatis, sed satis erit ipsam non resistere , cuius oppositum contra Scotum communiter docetur in materia de fide, sane qui euidenter iudicat per miracula, prophetias,& alia motiua articulos fidei esse euidenter credibiles, & credendos, & iudicat propositiones fidei esse probabiliores, adhuc indiget pia affectione positiua ad assentiendum illis:ergo non assentitur illis necessario ante omnem actum voluntatis. Præterea indecens videtur,quod Deus medio intellectu necessitatis ad assensum falsum ,ppositione, quæ ante omnem actum,vel concursum volũtatis apparet verior. Sed de his alibi, solum moneo nunc, non labefactare rationem Bellar. Nam siue necesse sit, antecedenter ad actum voluntatis præbere assensum propositionis, quæ iudicatur probabilior, vt inquit Bellar.siue omnem assensum cohibere, vt dicunt alij: semper habemus intentum,nempe, intellectum ante omnem actum voluntatis nullum assensum liberum habere posse. Aduerte etiam intellectum ex voluntatis imperio posse assentiri propositioni, quæ appareat æque imo & minus probabilis, alioqui nullum iudicium erit temerarium,quia, quod potioribus rationibus nititur, temerarium non est.Consequens autem est falsum: ergo, conf. alioqui nihil opinari,vel credere possemus fide humana,vel diuina,quod probabilius non appareat, hoc autem falsum est, præsertim quando melius,& conuenientius iudicaretur propositioni æque, aut minus probabili assentiri:ergo.

6. 6. Probat Bellarm. ex fine. Nam ad bonum animæ rationalis non conducebat, vt in ratione esset libertas, ratio enim est regula actionum humanarum : regula autem debet esse immobilis, vniformis,determinata, & necessaria; alioqui pernicioſa, aut minus vtilis erit,& similis lesbiæ regulæ, quæ, vt Philosophus testatur. 5. eth. capit. 10. quod plumbea esset, facile in varias partes flectebatur.

128. 7. 7 Etiam ex fine probat Fonseca, quia voluntas pręcipue data est rationali naturæ, vt libere amplectendo virtutes, & fugiendo vitia mereri posset,sed non possumus bene,aut male moraliter agere, mereri aut demereri sine cõsensu voluntatis,ergo in ea solum debet esse libertas.

8. Alij probant, quia res, quæ de se est indifferens,quando se determinat, dicitur velle: ergo:si intellectus de se est indifferens, & per se se determinat,quando id facit dicetur velle: conseq.est falsum:ergo.

9.Probat

9. 9. Probat Suarez illa sect. 6. num.13. & sequentibus, quia intellectus de se non est liber, quoad specificationē, nec quoad exercitium: ergo nullo modo. Prior pars probatur, si enim esset liber quoad specificationem, id esset, quando neutra pars est euidens, sed vtraque probabilitatem, vel apparentiam habet, sed tunc non, ergo nunquam. mi. Probat. quia libertas quoad specificationem supponit, vel includit libertatem quoad exercitium, sed intellectus ex se non est liber quoad exercitium, vt ostendetur: ergo nec quoad specificationem. Secundo, quia in eo casu intellectus propter imperfectam obiecti applicationem nulli parti potest præbere assensum, vt ait D. Thom. 2.2. quæst. 2. artic. 1. ad. 3. nisi accedente imperio voluntatis: ergo non est de se liber. Si enim esset liber ex se ipso, posset esse suspensus etiam perfecte applicato obiecto, vt in voluntate contingit, & elicere contrarias operationes, ac proinde posset veritati euidenter ostensæ refragari: quod tñ esset impossibile. Posterior vero pars probatur, quia nulla potentia, cuius actus elicitus non est intrinsece volūtarius, potest esse per se, & formaliter libera quoad exercitium: sed intellectus non potest elicere actum, qui sit intrinsece voluntarius: ergo. Min. nota est, quia actus intrinsece voluntarius est actus elicitus appetitus sequētis cognitionem. Mai. vero prob. quia quoties quis libere operatur, operatur, quia vult, vel ipsa eadem operatione, vel alia, & sic habet actum intrinsece voluntarium.

129. 10. 10 Libertas à coactione in actibus elicitis, est propria voluntatis: ergo nil mirum, si id dicamus etiam de libertate à necessitate, quæ est libertas indifferentiæ. Antec. docet Fonse. supra, & D. Tho. hac. q. a. 4. & alij cōmuniter, inferiusq. constabit. Vnde male Dur. 2. d. 24. q. 3. & d. 25. q. 4. dixit, æque liberum esse intellectū à coactione, atque voluntatem: & Marsil. 2. q. 16 a. 5. voluntatem æque cogi posse, atque intellectum. Consequentia vero per se est verisimilis, & prob. quia libertas à coactione cōuenit volūtati ex eo quod est appetitus totius suppositi, seu prospiciens bono totius suppositi, imo & totius mundi; potest enim & Deo, & cuicunque creaturę bonum optare, & procurare, & ideo actus, qui est ex inclinatione ipsius, simpliciter est hominis voluntarius, ac proinde non violentus, nec coactus: ergo eadē ratione debet esse libera, ita vt, nec ab intellectu nec ab alia potentia necessitetur aut determinetur, sed potius ipsa determinet intellectum, & nonnullas alias potētias, ad bonum proprium, vel alienum, cuius cura incumbit voluntati. Vnde in ea supra intellectum duplex est dominatus: vnus, quo illum mouet, siue applicat ad operandum, & ab operatione cohibet aut reuocat. Alter, quo eius indifferentiam ad hanc, vel illam operationē determinat, voluntas enim applicat intellectum ad contemplanda, aut cogitanda hæc aut illa, & ad assentiendum huic, vel illi opinioni probabili, quamuis non possit facere, vt dissentiat primis principijs, aut conclusionib. demonstratis, nec vt tāquam improbabilia reijciat, quæ probabilia esse videt, aut amplecti quasi probabilia, quæ improbabilia esse cernit, quo pacto interpretatur Fon. Aristo. 3. ani. cap. 3. tex. 153. & alios asserentes, & si imaginamur quæcunq. volumus; tamen non quæcūq. volumus, possumus opinari: Vbi ergo non est euidentia subiectus est intellectus voluntati, nec vllo modo potest ei resistere, cum tñ illa possit eius dictamini resistere: quod falsum esset, si intellectus per se esset liber: cur enim, si liber esset, non exerceret interdum hanc libertatem cōtra imperium voluntatis operans, aut cohibens operationem in eo euentu, quo perse esset liber? & sane sicut non expedit duo esse capita in rep. quorum neutrum alteri subijciatur, ita in homine esse non debent duæ potentiæ liberæ, sed vna tantum: ea autem debet esse voluntas, quæ bono attendit, non intellectus, qui veritatem tantum spectat: ergo formalis libertas in sola voluntate est. Quod etiā confirmatur ex voluntate diuina, quæ sola per se habet libertatem, nam Deus ex natura sua est determinatus ad apprehensionem omniū possibilium, & imaginabilium, & ad assentiendum omnibus propositionibus, siue sint veræ dependenter ab eius, vel creaturæ voluntate, siue nō, quia omnes sunt ei euidētes, assensum vero probabilem nullo modo habere potest, siue ex se, siue ex imperio voluntatis, ergo tota libertas, quæ formaliter est in Deo, est in eius voluntate, & actus, qui sunt liberi aliquo modo in intellectu diuino, vt pertinentes ad scientiā visionis, totā suā libertatē sumunt à voluntate antea operante, vel operatura nostro modo intelligēdi: ergo similiter tota libertas formalis est in voluntate, & ab illa deriuatur in alias potentias, quas ipsa determinat ad operandū, vel non operandū, vel ad operandū hoc, potius quam illud. Et quod in hac ratione dictū est diuinū intellectū circa nullum actū seu assensum esse indifferentē, & indeterminatū recte docet Fonse. illa sect. 3. ratione. 3. & & merito Suar. to. 2. metaphy. disp. 30. sect. 16. n. 44. & sequent. & Albertin. to. 1. corolariorū princ. 6. Philosophico. corol. 2. puncto. 3. n. 12. impugnant Capreol. 1. d. 45. q. 1. ar. 2. ad argumenta Aureoli contra. 3 con. ponentē in Deo quinq. signa in quorū. 1. Deus necessario cognoscat omnia, & proponat voluntati, in 2. voluntas necessario velit essentiā, vt primū obiectum independens: in 3. voluntas libere velit intel-

Conf.

intellectum diuinũ dictare, aliquid producendũ tanquã medium manifestatiuũ diuinæ bonitatis: in 4. intellectus diuinus dictat hoc, vel illud esse faciendũ in 5. necessario ex illa suppositione illud amplectitur voluntas diuina. Illum inquam, merito reijciunt, quoniam, sicut in 3. signo voluntas diuina à seipsa determinata fuit, & non ab intellectu ad præcipiendum intellectui, vt dictaret, & proponeret aliquid, &c. ita potuit determinari ad volẽdum, quod intellectus necessario iudicabat conueniens, nam illo. 1. signo videbat omnes conuenientias, quæ in productione rerum esse poterant. 2. quia cum in 1. signo cognoscat intellectus diuinus omnia secundum omnem rationem conuenientiæ, frustra datur. 3. signum in quo voluntas eum applicet ad dictandum, & cognoscendum aliquid, & 4. in quo illud cognoscat, imo est impossibile dari illam nouam cognitionem, vel à diuina voluntate esse volitam. Si vero dicatur in 4. signo cognosci, vt facienda, quæ in 1. cognoscebantur vt factibilia, contra obijciunt Suar. & Albertin. quia tale iudicium supponit decretum liberum voluntatis, quo res est facienda, ergo non determinat voluntatem diuinam ad habendum tale decretum: maxime cum tale iudicium sit mere speculatiuum, quia non dictat de bonitate, & conuenientia productionis, sed de eius futuritione. Deinde satis absurdum est ponere, quod voluntas producendi res non sit in se libera, sed in causa, aut veluti causa, scilicet volitione, & intellectione habitis in 3. & 4. signo: & quod Deus non possit directe, & sine his reflexionibus velle productionem creaturarum, cum tamen nos sine his reflexionibus velle possimus, & fere semper velimus operari, & operemur adextra. Nullum ergo actum intelligendi habet diuinus intellectus ex imperio suæ voluntatis, quamuis scientiam visionis habeat quasi dependentẽ ex voluntate diuina determinata, vel in alio signo rationis determinanda ad productionem creaturarum, quæ visio est necessaria ex suppositione diuinæ voluntatis: ergo in Deo nulla est cognitio in se libera, & licet in nobis esset vt dicebat Duran. (quod tamen improbabile indicat Suarez, illa section. 16. num. 46.) tamen in Deo nullo modo esset admittendum, & multominus, quod intellectio diuina necessaria, necessario inferret volitionem diuinam erga creaturas, quia hoc esset omnino auferre libertatem Deo, quia tunc nec esset libertas formalis in eius intellectu, nec in eius voluntate. Ex quibus colligitur etiam, falso dixisse Ferrarien. 1. contra gent. cap. 82 voluntatem diuinam in ordine ad creaturas ab intellectu diuino determinari, & recte D. Thom. 1. part. quæst. 19. artic. 3. ad. 5. quod diuina voluntas non ab alio determinatur, sed à seipsa. Si determinaretur ab intellectu, id exprimeret D. Thom. & non diceret determinari à seipsa.

11. Prob. quia, si intellectus ex se esset liber, maxime ad apprehensiones: sed ad has non: ergo. maior probatur experientia, nam experimur, nos facilius diuertere intellectum ab apprehensione cuiuscunq. rei, quàm, supposita apprehensione, à iudicio: ergo maior est libertas intellectus ad apprehensiones, quam ad iudicia, mi. vero prob. quia, si intellectus libere posset suspendere omnes apprehensiones, & consequenter iudicia, non esset vnde homo sibi posset prouidere, & consulere, atque ad bona sibi conuenientia moueri, cum externæ potentiæ, & membra admotum voluntatis moueantur: & hæc ad suum actum prærequirat iudicium: hoc vero apprehensionem. Neque sequitur idem ex hoc, quod intellectus quoad apprehensiones subijciatur liberæ voluntati. Tum, quia non plene subijcitur, sæpe enim voluntas non potest cogitationem diuertere, quia prævalet species valde impressa, vel habitus, &c. tum quia voluntas non potest vnam apprehensionem auertere, nisi cum alia apprehensione, & iudicio; & pro tempore, quo in ea durat volitio, aut paulo post: at vero intellectus, si esset liber in apprehensione, posset sine vlla apprehensione, & iudicio pro quantocumq. tempore omnem apprehensionem suspendere: quod esset maximum inconueniens. 130. 11. Prob.

Confirma. hæc ratio, quia libertas in apprehensione, noxia esset, vt vidimus, in iudicio etiam euidenti noceret, quia priuaret perfectissima cognitione sine vlla vtilitate, communiter loquendo: supposita enim apprehensione suspendere iudicium communiter est inutile. Adde, id esse impossibile, quia euidentia ex se necessitat, libertas etiam circa propositiones probabiles noceret sæpe, quia intellectus sæpe eliceret assensum minus expedientem, vt in secunda ratione videbimus, ergo in ordine ad nullum actum debuit libertas intellectui concedi. Confirm.

2. Confirma. hæc ratio per aliam Bellarmin. 3. de gratia, cap. 8. in fine, vbi sic ait, non erat necessaria libertas potentiæ cognoscenti, quia cum verum vero non repugnet, sine vllo detrimento potest apprehendere omnia, & omnibus assentiri, at appetitui necessari erat, quia sæpe bona sunt inter se pugnantia, nec simul expeti possunt vt virginitas, & matrimonium, actio, & contemplatio, & similia. Confir. 2.

Sed ista ratio aliquam habet difficultatem, quia, licet nullum possit esse detrimentum in cognitione veri, potest tamen esse per ac-

ci-

cidens, ergo vna cognitio sæpe excludit aliam magis expedientem. Vnde ad eligendū inter illas non noceret, sed prodesset libertas.

Præterea in assensu propositionum probabilium, licet verarum, est periculum falsitatis. Vnde libertas in eis videretur expedire. Præterea ad vitandum detrimentum melius voluntati foret determinatam esse ad melius, ergo non est ei data libertas aduitandum detrimentum. Vt tamen firmior sit ratio Bellarmin. addi potest, si quæ incommoda sequuntur ex eo, quod voluntas sit formaliter libera, & non intellectus, aut vitari per hoc, quod intellectus participet libertatem à voluntate, aut compensari maioribus commodis: nam etiam libertas ad peccandum, quam habet voluntas creata, cedit in laudem eius, & meritum, quia potuit trāsgredi, & non est transgressa, facere mala, & non fecit. Eodem loco aliam rationem adducit Bellarmin. etiam difficilem, ait enim potentiam cognoscitiuam recipere ab obiecto, & ab illa pendere, ideo non esse liberam: appetitiuam vero liberam esse posse, quia non recipit ab obiecto, nec pendet ab illo in genere causæ efficientis. Quæ ratio, vt dixi est difficilis, nam mea, & communior opinio tenet, etiam intellectum effectiue concurrere ad actū voluntatis, tamen voluntas libera est: ergo, præterea ad libertatē impertinens videtur, quod potentia in suo actu pendeat, vel non pendeat ab alio, sed tantum necesse est, & requiritur, quod à nullo alio prædeterminetur: ergo, &c. Defendi tamen posset ratio illa hoc modo, volūtas, licet in opinione multorum vera aut valde probabili recipiat aliquid ab obiecto media cognitione seu conceptu intellectus: tamen illud non est præuium ad eius actum, sed est ipse met actus ad quem præcipue concurrit ipsa voluntas: ergo minus patitur ab obiecto, quam intellectus, qui recipit speciem, & actum, & ideo libertas magis ad illam pertinere videtur, quam ad intellectum.

131. 12. Prob. quia libertas nulli potentiæ danda est nisi in sua operatione respicienti bonū, vt sic. Alioqui enim sæpe sua libertate abuteretur, conuerteretque illam in damnum proprij suppositi, hoc autem esset absurdum, ergo. Quæ ratio non solum in intellectu concludit, sed etiam in quacumq. potentia, quæ non sit appetitiua appetitu elicito, talis enim, si libera esset, sæpe operaretur, vel suspēderet operationem in damnum proprium, & aliorum, & totius vniuersi: cum non attendat ad bonitatem nec malitiā obiecti. Quod confirm. quia si intellectui, qui est potentia spiritualis, & omnium nobilissima, non est connaturalis libertas, quia non respicit bonum, vt sic, ergo multominus alijs potentijs non respicientibus bonum vt sic.

12. Prob.

Conf.

§. 2. *in qua hac vltima ratione, & alijs ostenditur non esse libertatem in appetitu sensitiuo bruti vel hominis.*

HAEC etiā ratio quodammodo procedit in appetitu sensitiuo, cui non debuit libertas concedi quia sequitur cognitionem valde imperfectam. Non enim discursu, vel ratione vtitur potentia sensitiua cuius cognitionem sequitur. Vnde sępe amplectitur id, quod sibi, & alijs est nociuum. Quam uis iudicando id esse conuenientius. Si autem posset amplecti id, quod esse iudicatur minus bonum, vel cessare à prosecutione maioris boni existimati, sæpius non solum declinaret à maiori bono, sed simpliciter à bono, quod esset magnum inconueniens. Vnde satius fuit, appetitum sensitiuum fuisse determinatum ad id, quod melius iudicaretur. 132. *Extenditur ad appetitum sensitiuū bruti præcedens rātio.*

Præterea cum appetitus sensitiuus sit valde materiaiis, & imperfectus, etiam est valde limitatus, ergo non habet libertatem contrarietatis, quæ est magna indeterminatio, & illimitatio. *2. Prob. in appetitu sensitiuo bruti.*

Confir. nam sensus ipsi propter suam materialitatem sunt valde limitati, ideo non possunt cognoscere vniuersalia, nec spiritualia, neq. substātias secundū se, nec omnia accidentia corporea, nec componere diuidere discurrere, latentesq. & occultas proportiones mediorum ad fines cognoscere, nec reflectere in proprios actus, ergo ratione eiusdem materialitatis, appetitus sensitiuus non habet libertatem contrādictionis, vel contrarietatis, etiam cum bona, æqualia apparent, & alioqui etiam, quod apparet maius, posset non appeti, maxime cūm philosophi, & sancti non magis negent libertatem in brutis, quam in pueris, quibus Molina concedit libertatem inter inęqualia, qui tamen non audet eā brutis concedere, ergo nec libertas inter æqualia competit brutis. Vnde videmus ea in bimio, vel à duobus vocata, vel duobus pabulis propositis, paululum consistere quia nondum iudicauerunt, quod esset melius: quod signum est, non posse appetere, nisi, quod melius appareat. Præterea in sequentibus videbimus, libertatem non esse sine aliquo discursu, aut facultate illius, in brutis autem nulla est facultas discurrendi, ergo nec libertas, & alioqui haberent dominium proprio rum actuum. Neque enim dici potest ad dominium requiri potestatem non continuandi actum. *Conf.*

133. *3. Prob. in appetitu sensitiuo bruti.*

actum incæptum, & hanc brutis non ineſſe ideo neque dominium. Deus enim non poteſt interumpere ſuas volitiones circa creaturas, tamen habet earum dominium, & ſi bruta libere inchoant proprios actus, cur etiam non libere illos continuabunt, ac proinde poterunt continuare, & non continuare, igitur habebunt Dominium.

4. Prob. in appetitu ſenſitiuo bruti. Præterea, ſi bruta ſunt libera, ergo proprie habent habitus, quibus eorum potentia indifferens, magis, ac magis determinetur: conſ. eſt falſum, licet enim habeant quaſdam qualitates, quaſi habituales, iuxta Capreo. 3. d. 25. quæſt. vnica ad. 5. 2. loco poſitum contra ſecundam concluſionem, cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 50. articul. 3. ad. 2. id colligentem ex Auguſt. & iuxta Caietan. 1. 2. quæſt. 17. artic. 2. ad. 2. tamen iſti met docent, eas qualitates non eſſe proprie habitus, quia habitibus vtimur libere, vt volumus: bruta autem non vtuntur libere illis qualitatibus, ergo non habent libertatem. Confirma. quia ſi eam haberent, etiam pollerent libero arbitrio, quod nemo concedet.

Confir. 134. Præterea tribuere libertatem, vel indifferentiam brutis videtur parum conſonum ſcripturæ, dicitur enim de uitioſis hominibus. 2. Petr. 2. veluti irrationalia pecora naturaliter feruntur. Et in canonica Iudæ, quæ naturaliter tanquam muta animalia norunt (ſcilicet notitia approbationis, quæ includit voluntatem) in his corrumpuntur: & Pſal. 31 nolite fieri, ſicut equus, & mulus, quibus nō eſt intellectus, ideſt neferaminini quaſi naturaliter inſenſibilia more brutorum, quæ ita operantur, quia intellectu carent, & Pſal. 48. comparatus eſt iumentis et cæt., ergo bruta naturaliter, & non libere operantur, & ſolum hominem reliquit Deus in manu conſilij ſui Eccleſiaſtici. 15. Præterea oppoſita ſent. proſe nullum habet authorem. Quamuis enim Molina locis citatis dicat, veri ſimile eſſe, in brutis eſſe aliquod veſtigiū libertatis, & reuera in eis ponat libertatem, cum in eis ponat veram indifferētiam, in qua omnes putant libertatem conſiſtere, tamen non eſt auſus hanc opinionem aſſerere, & in margine, & in indice expreſſe ait, in brutis eſſe veſtigium libertatis, non tamen libertatem. Et Zumel. 1. p. quæſt. 14. articu. 13. appendice ad. 2. diſputationem, & 1. 2. quæſt. 74. art. 3. diſput. 1. late impugnat libertatem, ſeu indifferentiam brutorum, Fonſe. tom. 3. met. lib. 6. cap. 2. ſect. 3. quæſt. 2. Anton. Perez certam. 7. expoſ. cap. 3. & 5. & Bellarmin. tertio de gratia, & libero arbitrio, cap. 15. ait, in brutis eſſe quandam imaginem, & quaſi adumbrationem liberi arbitrij, quæ liberum arbitrium metaphorice nominari poteſt, quia eorum appetitio quodammodo eſt indifferens ad multa, non ita ad vnum tantum alligata, vt potentia ignis ad calefaciendum & ſimiles, deinde, quod quaſi iudicio quodā vti videtur: Ones, enim vnam herbam carpunt, aliam negligunt, lupum fugiunt, canem ſequuntur, equi, & canes terrentur minis, alliciuntur blanditijs, & quædam miram ſagacitatem in operibus ſuis præſe ferunt, vt Aranea, formica, apis etiā: Quo circa Plutarc. librum ſcripſit, quod animalia ratione vtantur, & alium, an terreſtria animalia plus rationis habeant, quam aquatilia: Laurentius autem valla, non per iocum, vt Plutar. ſed ſerio beſtijs rationem attribuit in ſua dialectica, capit. 9. attributurus ſine dubio illis liberum arbitrium, niſi illud hominibus denegaſſet, Plinius etiam brutis rationem conceſsit, lib. 8. cap. 1. & 5. & audio, non nullos hoc tempore brutis diſcurſum tribuere, contra quos Perez certam. 7. expoſitiuo, capitu. 2. & ſequentibus; certum tamen ait, 135
Bellarmin. non habere liberum arbitrium proprie dictum: id enim ex ſcript. colligitur, & omnes Philoſophi, ac Theologi teſtātur, & ratio probat, quia non poſſunt cognoſcere vniuerſalia, quæ cognitio eſt fundamentum ratiocinationis. Nec poſſunt reflecti ſupra proprium iudicium, quæ reflexio eſt fundamentum libertatis. Quæ quidem ratio difficilis eſt, & duplicem ſenſum habere poteſt. Primus ſenſus eſt, ad libertatem quoad exercitium requiri reflexionem, quia neceſſe eſt, in ipſa negatione operationis inueniri aliquam rationem boni, vel in ipſa operatione aliquam rationem mali, vt ſuſpendi poſsit, quod inſinuat D. Thom. quæſtio. 13. artic. 6. & forte verum eſt, vt ſequenti difficultate dicemus. Secundus eſt, quod intellectus non poteſt deliberare, niſi per voluntatem applicetur ad deliberandum, in qua applicatione quædam reflexio eſt: & quia deliberatio neceſſaria eſt ad agendum libere, ideo reflexio quoque ad actionem liberam neceſſaria eſt, in hoc ſenſu vtitur hac ratione D. Thom. de verit. quæſt. 24. artic. 2. & in hac quæſt. artic. 2. ad. 2. Medi. ibi Capre. 1. diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 1. concluſ. 3. & 2. diſtinct. 24. ad argumen. Durand. contra quartam concluſionem, Aegid. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 2. Heruæus, quæſt. 2. Sed vt hæc ratio in hoc ſenſu verum contineat, intelligenda eſt, non de reflexione actuali, ſed de facultate reflectendi in proprios actus: ad deliberandum enim non eſt neceſſe, intellectum applicari actu per voluntatem: intellectus enim ex ſe deliberare, & diſcurrere poteſt, licet non poſsit hoc perfecte præſtare, niſi per voluntatem applicetur ad varia obiecta conſideranda: & ita reflexio prædicta ad libere agendum neceſſaria non erit: facul-

6. Prob. in appetitu ſenſitiuo bruti.

5. Prob. ad idem.

tas

tas tamen reflectendi necessaria est: quia id, quod ita ligatum est, vt in proprios actus reflecti non possit, ita quoque ligatum erit, vt sit determinatum ad vnum, nec possit in vtram uis partem contrarietatis, vel contradictionis. Medina etiam hic articul. 1. exploratum esse ait, in brutis non esse libertatem, id que Aristo. docet. 3. Ethic. cap. 1. & 2. (vbi Albert. D. Tho. & alij interpretes) &. 2. Ethic. ad Eudemum. cap. 10. seu non longe à fine, &. 9. Met. cap. 2. in solis potentijs rationalibus ponit indifferentiam ad opposita, idest, libertatem, vt explicat Fonseca ibi, q. 1. sect. 1. & 2. & lib. 6. capi. 2. quæst. 2. sect. 3. sed nulla potentia in brutis est rationalis: ergo nec libera, vt etiam docet, Nyssen. 5. philosophiæ cap. 4. Damas. 2. fidei, cap. 14. & 27. Orig. 3. periarchon, capit. 1. in prin. Irenæus, lib. 4. cap. 72. post medium Hieronym. epistola ad Damasum de filio prodigo, Bernard. libr. de gratia, Hugo Vict. in summa sentent. tract. 3. cap. 8. D. Thom. 1. p. quæst. 59. artic. 3. 82. art. 2. ad. 3. 83. art. 1. de verit. quæst. 23. art. 1. & quæst. 24. art. 2. & 3. & quæst. 25. art. 1. 2. contra ca. 44. & 47. de malo, q. 16. arti. 5. 2. d. 25. art. 1. in corp. & ad. 6. & 7. 1. 2. q. 1. ar. 2. ad. 3. & quæst. 6. art. 2. corpore, & ad. 2. & q. 10. art. 3. q. 13. art. 2. Caieta Ferra. & alij eisdem locis. Nauar. prælud. 5. nume. 9. ideoque ait de homine non de bruto dictum Eccl. 15. reliquit eum in manu consilij sui. Idē docet prælud. 7. num. 3. Angestus in morali. capi. 1. §. 1. in comment. notab. 2. Iansen. in illis locis Eccles. Vict. relectione de veniente ad vsum rationis, part. 1. propositione. 3. Mag. 2. d. 24. cap. 5. Bonauent. d. 25. q. 1. Richar. artic. 1. q. 2. Gabr. q. 1. Durand. 2. Albertus in summa de homine art. 45. quæst. 3. Decanus, art. 7. Açor lib. 1. c. 2. q. 7. & alij, quos longum esset recensere. Ex quibus patet, etiam appetitum sensitiuum in nobis carere propria libertate, quod docet Angestus, supra Alensis. 2. par. quæst. 125. memb. 1. ad. 4. Scotus. 2. d. 42. quæst. 4. ad. 2. Albertus. 2. part. summæ tract. 15. quæst. 92. membro. 1. Medi. & alij infra quæst. 74. arti. 3. & 4. vbi Zumel art. 3. disput. 1. improbabilem censet opinionem Caieta. ponentis in appetitu nostro sensitiuo libertatem propriam moralem, seu sufficientē ad veniale. Rejicit quoq. opinionē Molinę ponētis, vt putat, in eo libertatē propriam naturalem, licet non moralem, seu sufficientem ad peccatum. Et probatur breuiter, nam appetitus noster sensitiuus est eiusdem rationis cum appetitu bruti, & ex eadem cognitione operatur, ergo si appetitus bruti nullam habet propriam libertatem, nec appetitus noster eam habebit: de quo etiam Zumel. 1. parte quæstio. 14. articulo. 13. disputatione. 2. in appendice, & nos tractat. 13. de peccatis disputat. 6. sectio. 1.

136. 7. Prob. id idem.

Prob. in appetitu sensitiuo hominis.

§. 3. *An id quod naturaliter non potest operari libere, possit libere operari de potentia absoluta.*

137. SED vtrum de potentia absoluta, potentia, quæ naturaliter non habet operari libere, possit operari libere, sicut quæ naturaliter habet posse operari libere potest à Deo necessitari, & per miraculum operari necessario, & cum determinatione ad vnum.

Quidam assignant rationem discriminis, quia cum id, quod ex natura sua est indifferens, necessitatur, & ad vnum determinatur, manet eius essentia, quæ est naturalis vis, & potestas agendi, cum indifferentia, licet pro tunc talis potestas sit ab vsu impedita, at vero si rei ex natura sua determinatæ ad vnum, tribueretur modus operandi libere ita vt posset non operari positis omnibus requisitis ad operandum, destrueretur eius essentia: implicat autem dari rem sine sua essentia, ideo.

Sed hæc ratio non plene satisfacit, nam sicut naturalis potestas operandi libere potest ab vsu impediri, Deo determinante ad vnum, ita naturalis potestas operandi necessario impediri potest ab vsu, Deo soluente potentiam sua natura ligatam, astrictam, & determinatam ad vnum, vt in vtramq. partem quasi ad libitum se flectere possit. Nec enim videtur de eius essentia esse, semper esse ligatam, sed tantum esse ligatam dum seruatur ordo naturæ.

Alia ratio discriminis assignatur, quia necessitas potest ab extrinseco prouenire: libertas vero debet esse ab intrinseco, ideo quod natura sua determinatum est ad vnum, non potest diuina ordinatione, quæ extrinseca est, indifferens, & liberum reddi. Sed neq. ista ratio satisfacit; cur, enim libertas debet esse ab intrinseco potius quam necessitas? certe enim sicut qui naturaliter est liber, potest esse seruus, & siquis naturaliter esset seruus, posset fieri liber ab extrinseco voluntate dñi. Ita videtur potentiam natura sua liberam, posse fieri non liberam, & econtra. Confir. nam amor Dei in patria naturalis & necessarius est iuxta communem opinionem, tamen libere elici potest, si Deus beato præstet facultatem volitione sua suspendendi illum: cur ergo fieri non poterit de potentia absoluta, vt nulla media hominis volitione libere eliciatur, & 138. suspendatur. Et similiter actus cuiuscunque alterius potentiæ à voluntate. His non obstantibus constantissime tenendum est, nec de potentia absoluta fieri posse, vt potentiæ ex natura sua non liberæ communicetur libertas,

bertas, nam inde sequeretur actum alterius potentiæ ab appetitu, posse esse volitionem, vel appetitionem, & per actum talis potentiæ non imperatum à voluntate, posse res bene, & male agere moraliter, mereri, & demereri, & bruto posse communicari discursum, quia eadem est ratio de discursu, & libertate, & Deum posse instrumento, vt sic, libertatem communicare imo, & potentijs mere passiuis.

Item causa cui non est connaturalis libertas non est connaturalis potestas cohibendi actũ quem habere poterat, ergo vt hæc potestas ei insit debet extrinsecus aduenire, & à Deo præter naturam ei comunicari. Hoc autem est impossibile: nam potentia obedientialis, quæ est in creatura respectu Dei, non est ad suspendendam actionem, ad quam sint omnia requisita, quia præcisè ad non agendum non est obedientia in creatura, si proprie loquamur, sed hoc obtinet Deus in creatura subtrahendo concursum suum, aut aliquid aliud necessarium ad actionem, vel apponendo aliquod impedimentum. Sed potentia obedientialis est, ad recipiendum in se aliquid, quod naturaliter habere non posset, vel ad efficiendum aliquid, quod naturaliter non posset efficere, vel simpliciter, vel in ea distantia, vel cum ea resistentia passi, vel cum virtute, quam re ipsa habet. Et ad talem modum operandi eleuat Deus per se, vel per aliquid fluens ab ipso in creaturas: ad non agendum autem non eleuat, sed determinat subtractione concursus, vel alterius rei necessariæ, vel appositione impedimenti, ergo potentia, quæ ex natura sua habet necessario agere positis omnibus requisitis, & sublatis omnibus impedimentis, non potest miraculosè, & supernaturaliter habere, quod in eo casu possit non agere. Et ita potẽtia, cui non est connaturalis libertas, non potest eam miraculosè recipere. Nec mirum, quia sic concedimus intellectui non posse cõmunicari volitionẽ, nec voluntati intellectionem, nec visui auditionem, nec figuram, vel calorem Angelo &c.

§. 4. *Respondens argumentis aduersariorum, quæ initio huius sectionis allata sunt.*

139. *Ad.1.argum. factũ pro.1. per primæ opinionis.*

AD argumenta facta pro.1.p.primę opinionis. R. ad. 1. Aristotelem in illis locis per potentias rationales non intelligeere solas potentias spirituales, scilicet intellectum & voluntatem. Sed omnes potentias proprie dictas, vel late dictas, (quales sunt habitus) quæ sequuntur rationem, vt probat Fonsec. 9. Met. cap. 2. in tex. & quæst. 1. sect. 2. quoniam Arist. in exemplum potentiarum adducit scientias practicas, quæ tamen non sunt proprie potentiæ, sed late, quatenus sunt principia suorum actuum, sicut potentiæ stricte sumptæ. Porro potentia rationalis duplex est, vt docet Fonseca illa sect. 2. vna per essentiam, vt intellectus, seu ratio ipsa. Altera per participationem: in quo genere sunt omnes potentiæ, & facultates, quæ intellectum sequuntur, eique aliquid dictanti obediunt: politica tamen, & ciuili obedientia (inquit Fonseca) vt voluntas, quæ inter potentias rationales per participationem prima est, & præcipua, tum quia propinquior est intellectui, & ab eo inseparabilis, tum etiã, quia natura sua propensior est ad sequendum intellectum, quam sensum. Secundaria vero ratione vterque appetitus sensitiuus, & sensus internus (siue præter sensum communem vnus tantum sit, vt tenet Fonseca, siue plures, vt tenent alij) sunt potentiæ rationales per participationem, quia politice obediunt rationi, cæteræ potentiæ non sunt rationales per participationem secundum Fonsecam, quia vel non obtemperant rationi, vt sensus communis, & sensus externi, & potentiæ vegetatiuæ: vel obediunt despotice, vt potentia motiua secundum locum. De his quæ sunt rationales per participationem, ait Fonseca esse etiam liberas per participationem, & de his dixisse Aristotelem esse ad contraria seu opposita tam contrarietate proprie dicta, quam late dicta, qualis est priuatiua: tamen tota hæc libertas, & indifferentia est formaliter in voluntate, & inde deriuatur ad reliquas potentias. Cæterum quãuis Aristo. per potentias rationales solum intelligeret intellectum, & voluntatem, vt exponit Iauel. 9. Met. q. 4. non inde inferri posset, in vtraque istarum esse formaliter libertatem tũ quoniam satis esset in vna esse perse, & formaliter in alia vero radicaliter, aut per participationem nimirum in intellectu: tum maxime, quia reuera Aristo. non loquitur determinate de libertate & indifferentia ad opposita, existentibus omnino eisdem circunstantijs, sed saltẽ varietatis id quod nõ habent cõmuniter potẽtiæ nõ rationales: ignis enim semper calefacit, & sic de alijs multis. Aliquæ tñ potentiæ sunt nõ rationales, quę etiã sũt ad oppositа pro varietate circũstãtiarũ vt brutũ iã stat, iam sedet &c. Vnde Aristo. 2. periherm. c. 3. quãdo dicit, potẽtias rationales esse ad oppositа ait. Quæ igitur secundum rationem potestates sunt, eædem plurium etiã contrariorũ sunt, irrationales vero nõ omnes, sed quemadmodũ dictũ est, ignẽ nõ est possibile calefacere, & non, neq. quæcũq. alia semper agunt. Alia, vero possunt, & secũdũ potestates irrationales simul oppositа suscipere. Sed hoc huius gratia dictũ est quoniam nõ omnis potestas oppositorum susceptiua est, &c.

135

Ad

440 Ad. 2. R. liberum arbitrium à Magistro, & alijs appellari facultatem voluntatis, & rationis, non quia libertas perse sit in voluntate, & perse in ratione, sed quia voluntas, vt libere agat, debet esse coniuncta cum facultate vtẽdi ratione, & ideo, licet in pueris, & amentibus sit voluntas: non tamen liberum arbitrium; quia non possunt ratione vti.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad 3. R. intellectum secluso actu voluntatis, nullum assensum habere posse, nisi euidentis propositionis, vt diximus supra, & docet D. Thom. 2. 2. q. 2. ad 3. Sed licet habere posset assensum propositionis, quę appareret probabilior, esset natura sua determinatus pro tunc ad talem assensum, ideo non libere illum eliceret.

141 Ad. 4. R. etiam si ratio non esset libera in iudicio, voluntatem posse libere eligere, alio qui voluntas non esset formaliter, & perse libera, sed per extrinsecam denominationem, vt membra externa, nec eligere posset inter bona quę iudicarentur omnino æqualia: quod etiam in voluntate Dei, & angeli esset admittendum: esset autem absurdissimum, & in nobis est contra experientiam; non enim solum eligimus inter ea, quorum neutrum alteri prę fertur ab intellectu, sed etiam inter ea, quæ euidenter æqualia iudicat, aut nullam cernit, nec opinatur inæqualitatem: est etiam contra Augusti. 12. ciuita. c. 6. docentem, dari posse duos æqualiter affectos animo, & corpore, quorum vnus tentationi cedat, alter resistat; ergo sentit, ab eodem iudicio practico voluntatem, vnius declinare, alterius vero non propter ipsorum libertatẽ. Præterea in Deo, vt diximus §. 1. probatione. 10. nullum iudicium practicum est liberum, tamen electio est libera: ergo cum necessitate iudicij datur libertas electionis. Conf. nam in angelis in ordine ad naturalia, & in beatis simpliciter omnia iudicia sunt euidentia, atque etiam necessaria, suppositâ apprehensione, quæ etiam est sæpe necessaria: tamen electio inde sequens est in se libera. Et in nobis iudicium de agendis sæpe est euidens & necessarium, non solum ex suppositione apprehensionis, sed etiam absolute, videlicet, quando aprehensio non est profecta à libera voluntate nostra: tamen electio est libera in seipsa: ergo cum necessitate iudicij stat libertas electionis.

Ad. 4.

Potest esse volitio libera, sine intellectio ne libera.

Sine præuio errore intellectus peccatũ esse potest in voluntate, & sine in consideratione malitiæ, obiecti præuia.

Vnde admitto, sine vllo errore intellectus, & sine inconsideratione præuia malitiæ obiecti posse esse peccatum in voluntate, quod expresse docet Bernar. lib. de libe. arb. dicens voluntatem posse declinare à dictamine rationis. Est autem (inquit) ratio data voluntati, vt instruat illam, non vt destruat; destrueret autem si necessitatem ei vllam imponeret, quominus pro arbitrio se volueret, siue in malum, consentiens appetitiui, siue in bonum, gratiam sequens. Idem Alb. 2. d. 24. artic. 5. Hugo Cardina. in id Eccles. 15. reliquit eum in manu consilij sui, & Augustin. in paruis soliloqui. cap. 34. miseri qui nescíunt quid àmittunt, & & miseriores qui sciunt quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & descendunt in infernum videntes: & Paul. 1. Thimo. 2. ait Adam in prænaricatione deceptum non esse. Idem videtur dicere Ansel. de concord. prædest. & lib. arb. c. 1. docens, voluntatem, nec à ratione, nec ab alio quopiam prædeterminari. Expressius id docent Scotus. 3. d. 36. q. 1. Gab. ead. d & 2. d. 22. q. 2. Ocham. quæst. 12. Henr. quodlib. 1. q. 17. & quodlib. 10. q. 10. Bassol. 3. d. 25. Argen. 2. d. 25. artic. 2. Quos citat, & sequitur Fonseca. 9. Metaph c. 2. q. 4. cum hac tamen moderatione, vt semper interueniat aliqua inconsideratio interpretatiua, & virtualis, quæ est defectus ponderationis, & efficacis, attentæ, & profundæ considerationis malitiæ moralis peccati, & incommodorum, quę secum affert, & modicæ iucunditatis, vel commoditatis, quam peccatum adiunctam habet, si enim horum esset plena, & perfecta ponderatio, non posset peccare homo moraliter loquendo, & sic ait, esse interpretandos, vel moderandos, authores, qui dicunt non posse esse, peccatum sine errore, vel in consideratione intellectus. D. Thom. 1. 2. quæst. 77. articu. 2. Caieta. & Conrad. eodem loco Capreol. 3. d. 36. q. 1. Dur. 2. d. 5. q. 1. & alij, qui mouentur. 1. quia nemo, respiciens ad malum operatur iuxta Dio. c. 4. di. no. & amabile bonum, vnicuique autem proprium. 8. Eth. c 2. & opinio dictans, quid hic, & nunc agendum sit, est domina nostrorum actuum. 7. Ethic. cap. 3. Si autem qui peccat iudicat hic, & nunc ita esse operandum, iam errat ergo necesse est, interuenire errorem intellectus. 2. ex Isai. 62. quis cæcus nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem seruos meos misi? Quis cæcus nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus domini? Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies, & ex alijs locis scripturæ. 3 & maxime ex Aristot. 3. Ethi. cap. 1. vbi secundum versionem Ioan Bernardi Fæliciani, ait vnusquisque igitur prauus quid agendum, à quibusque abstinendum sit ignorat: obque huiusmodi errorem iniusti, & omnino mali, homines efficiuntur, & infra, ignoratio non est inuiti causa, sed prauitatis. Quod non potest explicari, de ignorautia consequenti inferius ponenda, sed de antecedente formali, vel interpretatiua, seu de ignorantia, aut inconsideratione excludente perfe.

ctum considerationem malitiæ moralis, vel incommoditatum obiecti.

142 Sed de hac re, late differemus in materia de peccatis. Vbi dicemus, sæpe in peccatore dari ignorantiam, vel inconsiderationem malitiæ antecedentem, sæpe etiam consequentem, vt etiam docet Fonseca, illa.q 4. section. 4. nam intellectus, vel homo ipse, aut eius voluntas magnam habet inclinationem, vt approbentur propria facta, & ab ipso operante, & ab alijs. Vnde Sapient. 2. excæcauit enim illos malitia eorum. Et. 3. Ethic. cap. 5. qualis vnusquisque, est talis ei videtur esse finis. Et. 2. Rhet. ad Theodectem. cap. 1. amantibus, & odientibus non eadem videntur, & ex malo affectu appetitus sensitiui, vel voluntatis sæpe ita lædi iudicium, vt etiam circa prima principia homines sanæ mentis, & liberi, ac ratione vtentes, errent docent Theologi (inquit Fonseca) & sæpius Aristot. 3. 6. & 7. Ethic. satis innuit, tantamque esse differentiam in æstimatione boni, & mali moralis esse ait 1. Ethic. cap. 3. in diuersis, nimirum, Rebusp. vt ea non natura, sed lege positiua, constituta esse videantur quod compluribus exemplis facile ostendi potest.

Expeccato sæpe sequitur ignorãtia, & error, sed nõ semper.

Illa tamen inclinatio ad propria facta approbanda non tanta est in homine, vt, vel statim cum homo peccat, vel postea necessario sequatur iudicium erroneum approbans malefactum, alioqui necessario sequeretur, fieri hominem hæreticum, aut infidelem positiue, vt cum de fide est, facta illa esse mala.

Item passim errarent homines circa prima ptincipia antea sibi notissima, & circa conclusiones ex eis euidenter sibi cognitas: quod est absurdum, & contra experientiam.

Item fieri potest, vt post peccatum nulla se offerat peccatori noua ratio iudicandi esse falsum, quod antea erat ei euidenter verum; ergo quantumcumque voluntas inclinet illum ad tale iudium, non poterit illud elicere, & multo minus, non impellente ipsum voluntate, vt sæpe non impellit, quia non facit reflexionem, nec homo cogitat de conuenientia approbandi, vel excusandi propriam culpam, & præsertim quando peccatum est secretum, non est tanta bonitas in obiecto, nec in voluntate tanta inclinatio ad illud, vt voluntas ex eius consideratione determinetur, ad volendum absolute tale obiectum, nimirum approbationem peccati facti: ergo non necessario impellet intellectum ad illam.

Conf. quia maior est inclinacio ad excusandum exterius propria facta apud homines qui ea norunt, quam ad excusandum ea interius, sed non semper ea excusamus exterius apud homines, imo ea accusamus, ergo similiter non semper ea excusamus, & approbamus, interius, imo ea reijcimus, vnde experimur conscientiam statim nos accusare, & surdo verbere cedere: quod & Christiani, & Ethnici passim testantur.

Friuolum autem est, quod prose aduersæ sententiæ authores proferunt. vult, & non vult piger Prouerb. 13. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, nam. 1. locus solum ostendit in prigro varia esse desideria, nam vellet laborare propter vtilitatem, quam in labore videt, & aliquando id vult absolute, sed mutat statim propositum, vel habet nouum propositum absolutum non laborandi (retento conditionato laborandi) propter incommoditates labori annexas. Secundus autem locus solum ostendit, diuersa desideria carnis, & spiritus, quæ etiam si sint absoluta possunt esse, & sæpe sunt simul. Cum enim appetibus rationibus, irascibilis, & concupiscibilis sint potentiæ realiter inter se distinctæ, bene potest in rationali v. g. esse desiderium absolutum vnius rei, & inconcupisibili desiderium absolutum rei contrariæ. At vero qui iudicauit mentiri esse peccatum (verbi gratia) non ex eo quod mentiatur, mutat iudicium, nec iudicat mendacium esse licitum. 143

Ad arg. posita pro. 2. p. 1. Opin. Ad. 1.

Ad argumenta vero, quibus Durand. probabat, intellectum esse liberiorem voluntate late. Respondent Fonseca. 9. Mataphysi. cap. 2. quæstio. 2. sectio. 4. Bellarm. tom. 3. lib. 3. de gratia. capit. 9. in genere dicimus nullius esse momenti, cum ostensum sit intellectum non esse perse, seu formaliter liberum. Sed speciatim Respon. ad prim. potentias rationales, non ideo esse liberas libertate propria, & per se, quia sunt rationales, neque id intendere D. Thom. vt vidimus, sed vnam solam esse perse, & formaliter liberam, scilicet voluntatem, propter rationes adductas. Ad. 2. Respon. liberum libertate opposita seruituti stricte sumptæ, esse quod est gratia sui, & non pendet ab alio tanquam à domino, hic autem non esse sermonem de hac libertate, sed de ea quæ opponitur necessitate, seu determinaioni ad vnum. Ad. 3. Respon. libertatem voluntatis non causari ex libertate formali intellectus, sed ex quadam indifferentia iudicij, quæ est libertas causalis, & radicalis, ac proinde analogice, & improprie dicta, sicut medicina dicitur sana analogice, & improprie quia est

Ad. 2.

causa

causa sanitatis formalis, quæ est in animali. Quę autem sit in differenta iudicij ex qua oritur libertas voluntatibus, inferius explicabitur. Ad conf. R. supponere falsum nempe quod iudicium de agendis sit inse liberum, & ideo electio sit libera: nam tale iudicium nunquam est liberum inse, & sępe, nec in causa. Ad 4. R. Patres voluntatem vocasse liberum arbitrium, quia non potest operari nisi sequēdo aliquod iudiciū rationis, licet nulli sit astricta, sicut nec iudices arbitri astricti sunt rigori iuris sicut iudices ordinarij, sed liberius ex æquo & bona iudicare solent.

2. Sententia nullū prosecit arg. ideo non opus est ad illam respondere. Ad fund. autē. 3. sent. facile R. brutū si omnia sint paria, vel nihil acturū, vel à 1. causa determinari debere. similiter appetitus sensitiuus in homine, si omnia sūt paria, à Deo, vel à volūtate humana, vt potius hoc, quā illud faciat determinari debet. Similiter in illo exemplo de vitio, & in similibus, vel nulla sequetur actio, vel in. 1. causam prædeterminantem, referendā esse, nec enim tā abiectis potētijs libertas, indifferētia, seu dominiū suarum actionum concedendum est. Quòd autē in illis euentibus. 1. causa determinet agens probat Fonsec. to. 3. Met. lib. 6. c. 2. q. 2. sect. 3. quia, vt causæ particulares producant potius hunc numero effectum, quam illum ex infinitis eiusdē speciei, ad quos illæ sunt indifferentes, ab illa prouenit, vt probauerat lib. 5. c. 2. q. 9. sect. 2. & 5. ergo similiter in illis euentibus.

§. 5. *Vtrum voluntas in omnibus suis actibus ab vltimo iudicio practico determinetur.*

144 1. Opinio. Prima opinio est affirmatiua, quam Fonseca. 9. met. c. 2. q. 3. sect. 3. tribuit Iauel. cod. lib. q. 4. Med. 1. 2. q. 9. art. 1. & nonnullis alijs sectatoribus D. Thom. & Dur. 2. d. 24. q. 2. num. 23. & seq. & q. 3. num. 18. Bellarm. 3. de gratia, & lib. arb. c. 8. & 9. & sane Dur. & Bellarm. plane tenent hanc sent. Medina vero expresse loquitur de imperio, quod tamen male vocat iudicium practicum: patet quia in illo a. dub. vlt. con. 3, ait. Ad mouēdam voluntatem efficaciter non sufficit iudicium practicum, quod explicatur his verbis: beatitudo est summe appetanda; bonum est sequi virtutem: nam quisque iudicat, hoc esse bonum, at non omnes sequuntur virtutem, & con. 4. satis est ad mouendū voluntatē iudiciū practicum, quod explicatur his, verbis fac hoc? ama, dilige, de efficacia huius imperij infra. q. 17. Hæc Medi. Iauel. etiam. 9. met. q. 4. ad finem expresse ait quod etiam si intellectus concludat, nunc esse necessario amandum. A. & hoc sit completū, & vltimatum iudicium, non determinabitur, aut necesitabitur volūtas, nisi intellectus ostē dat voluntati. A. vt summū bonum euidentia clarissima. Addit tamē aliquid, quod fauet prędictæ sententiæ, & falsum esse constabit. Quid si intellectus falso iudicet in tyrānide, v. g. esse summam fælicitatem? Dico, inquit, quod non necesitabitur ab intellectu, sed à seipsa interpretatiue; quia nō represit intellectū. Cuiuscumq; autē sit hæc opinio mihi maxime displicet, quia ægre libertatē tueri potest, ideo illā impugnat Fons. sup. Suarez. to. 1. Met. disp. 19 Sect. 5. cum Henri. & Sco. cit. sect. 11. §. vlti. ad. 4. & Antonio And. cōfundunt tamē aliqui iudiciū practicū cum imperio, ideo multis eā sententiā tribuūt, qui eā nō tenēt, & à multis putant eā impugnari, qui eā non impugnant.

145 2. Opi. Autho, & aliorum. Ne ergo in æquiuoco procedamus, relicta disputat. de imperio, quæ ad. 6. tracta. pertinet; modo à iudicio intellectus nō determinari voluntatem ostendimus. Primo nam si voluntas ab intellectu prædeterminatur, non erit libera: si quidem causa libera est, quę omnibus positis requisitis ad actionē, vel antecedentibus actionem ordine naturæ, vel rationis, potest agere, & non agere. Item si omnis actus voluntatis necessario consequitur ad iudicium. Quæro, an illud iudicium sit necessarium, an vero liberum, si necessariū, ergo volitio erit necessaria, quod enim necessario consequitur ex necessario, necessarium, & non liberū est. Si vero est liberum; ergo, vel procedet ex imperio voluntatis, vel non. Si non, ergo libertas perse, & formaliter est in intellectu. Quod etiam Bellar. & Iauel. supra contra Duran. negat. Si vero procedit ex imperio voluntatis, erit processus in infinitū, vel deueniendū erit ad actū liberum voluntatis, qui nō necessario procedat ex iudicio, & sic voluntas potest declinare ab vltimo iudicio practico. Prob. 1. 2

Nec valet dicere, deueniendum esse ad iudicium, quod procedat ex actu libero voluntatis, & sit causa illius, & sic non procedi in infinitum. Nam hæc mutua causalitas sine necesitate, aut fūdamēto fingitur. Immo est impossibilis: nā iudicium est causa effectiua volitionis, siue vt ratio agendi, siue saltē vt applicatio, nullus autē effectus est prior in aliquo genere, quam ratio agendi, vel aplicatio ratio nis agēdi, vt patet inductione, immo, nec quā applicatio causæ finalis, qualis applicatio etiā est tale iudiciū. ergo actus volūtatis procedēs ex aliquo iudicio in nullo genere causę potest esse prior illo in executione: & præsertim in genere causæ efficientis, in quo solum potest volitio esse causa iudicij. Itē volūtas nō causat iudiciū nisi volēdo illud volitio autē mentiēdi. v. g. nō est volitio iudicij dirigentis ipsammet volitionē: ergo nō causat tale iudicium. Conf. quia volutio mentiēdi est, directa, volitio autē indicandi est reflexa, volitio autem directa,

& reflexa seu actus interni, & externi longe diuersæ esse solent, saltem certum, est posse separari: ergo possum velle mendacium non volendo illud iudicium, & sic de alijs obiectis externis, quæ appeti possunt non cogitando de internis neque illa appetendo. Cont. quia in actibus necessarijs dari non potest illa mutua causalitas. ergo neq; in liberis, siue bonis, siue malis; itē inter actū appetitus sensitiu, & actū phantasiæ non potest dari illa mutua, causalitas, sed appetitio prouenit ex cognitione, quā ipsa non causat, ergo idem est necessarium, vel saltem possibile in voluntate. Deueniendum ergo est ad actum voluntatis liberum ortum ex iudicio necessario, aut certe erit processus in infinitum. Si dicas, cū Iauel. supra, & alijs à Fonse. sine nomine relatis, posse perueniri ad actum liberum voluntantis ortum ex iudicio libero, quod sit voluntarium. non vt volitū formaliter & directe, sed virtute, implicite, & in directe, quia volūtas potuit illud impedire; tamē scienter & libere suspēdit volitionē impediēdi illud, & ita nec erit illa mutua causalitas actuū, nec procedetur in infinitum. Cōtra quia, si volūtas potest impedire hoc iudiciū, mentiendū est, seu vtile est mētiri: ergo potest habere, & non habere actum, quo velit illud impedire, & ad illū actum non determinatur ex alio iudicio, quia de illo erit eadem, difficultas, & sic procedetur in infinitum: ergo, etiam si ponatur prædictum iudicium mentiendi, non determinabitur voluntas ad mentiendum. Quod de isto, & de quibuscunque alijs iudicijs testatur experentia, & ratio aperta confirmat, nam voluntas non potest determinari imo, nec inclinari à iudicio, nisi ostendendo conuenientiam obiecti: quanuis autem iudicium ostendat totam conuenientiam mē dacij, ea erit modica, præsertim aliquando, & poterit habere adiūctas maiores incommoditates, vel melius cognitas: ergo tale iudiciū tunc non determinabit voluntatem. Quòd si dicas, solum determinare illam quando nō repræsentantur incommoditates, vel malitiæ mendacij. In primis id est penitus falsum, quia nec tunc tantam vim habet obiectum, vt determinet voluntatem. De quo Suar. illa sect. 6. num 14. Deinde eo gratis concesso, dicam, in eo euentu auferri libertatem, quod esset rarissimum; quia communiter etiam se offerunt turpitudo, & Incommoda mendacij: nunquam ergo peccat voluntas circa mendacium ex iudicio determinante illam, & communiter mentitur homo ex iudicio non determinante voluntatem ad mentiendum: & sic in alijs peccatis. 146

Huc spectat quod ait D. Thom. q. 10. art. 2. à solo Deo clare viso determinari voluntatem hominis, dum agit deliberate, & q. 17. artic. 5. ipse, & cum eo Medina, & alij Thomistæ docent, imperium intellectus sequi ex electione, & ab ea habere vim inferendi actum imperatū quia alioqui nō esset liber: ergo similiter, si daretur in intellectu actus necessario inferens actū voluntatis, hic nō erit liber, saltē est euidens, non esse liberum inse, sed tantum in iudicio, si est liberum, si vero non est liberū, actus voluntatis, nec in se, nec in causa liber erit.

Præterea aduersarij docent, in Deo saluari libertatē, licet voluntas necessario conformetur diuinæ sapientiæ, quia diuina sapiētia nihil iudicat esse absolute faciendum, aut melius, nisi quod magis placet diuinę volūtati, sed hoc iudicio non magis determinatur diuina volūtas ad vnum, quam ad aliud: ergo nō semper voluntas determinatur abvltimo iudicio practico. Vide quę de determinatione diuinę voluntatis à suo iudicio, diximus §. 1. prob. 10. Vide etiam Fonsecam. 9. met. c. 2. q. 4. sect. 1. qui iterum docet, voluntatem à iudicio non determinari, & addit nouas rationes. Prima est quod cum voluntas determinet intellectū, & reliquas potentias, quę aliquo modo libertatem participant, non potest ab vlla earum determinari: alioqui huiusmodi potentiæ se inuicem, impedirent, nec esset in nobis potentia vlla huius generis, quæ absolute dominaretur cæteris: quod absurdum est, & contra Aristo. qui 9. Metaphy. c. 5. proæresim, idest voluntatem, vt libera & electiua est, dominā facit etiam ipsius intellectus, videlicet, quia, ipsum determinat ad alterā oppositionis partem. 2. quod vt voluntas se ipsam determinet, ad eliciendum actum amplectendi, aut non amplectendi rem propositam, quantum cumque, propterse expetibilem inhac vita satis est, si ea proponatur cum plena aduertentia intellectus cognoscentis, tunc non esse necesse, vt eliciat vllum actum circa illam: at eam hoc modo proponi posse, dum sumus in via, nec cognoscimus summum bonum, sicuti est, nemo est, qui dubitet. 3. quia si voluntas ab alio, quam à seipsa determinaretur ad alteram oppositionis partem, etiamsi hoc esset à Deo, non essent eius actus liberi, nisi respectu determinantis, & eligentis alteram partem, ipsaque iam non eligeret, sed eligenti obediret, ac proinde non esset formaliter libera, eiusq; actus non essent libere ab ea eliciti, sed libere ab alio imperati, quæ omnia dici nullo modo posse ex superioribus, inquit, manifestum est. 147

Addo ego quartā rationem speciatim contra Iauel. supra, quia iudicium certū, aut etiā euidens de Deo, vt summum bonum est, non determinat voluntatem viatoris ad diligendum Deū amore amicitiæ, aut concupiscētę, 148

vt

vt experientia mõstrat,& omnes fatẽtur:ergo multomnus cognitio obscura,& falsa iudicãtis in tyrannide, vel regno esse fælicitatem, poterit determinarevoluntatem ad amorem ipsius. Conf. nam si illud,iudicium,quod potuit cohiberi à voluntate, & non est cohibitum, determinat voluntatem ad amandum tyrannidem, vel quid simile, in quo homo putet sitam esse fælicitatem; sequitur manifeste sæpe excusari homines à peccato diligẽdi tyrannidem,vel aliud simile obiectum prohibitum, nimirum, quando reuera voluntas, quia non fecit reflectionem:,non potuit cohibere tale iudicium, vel ignorabat inuincibiliter,vel inculpabiliter non aduertebat vim talis iudicij,& obligationem auertendi illud,ne amorem illicitum inferret: hoc autem est absurdum:ergo non est asserendum tale iudiciũ, aut aliud permissum à voluntate determinare illam, siue ad actus malos, siue ad bonos: de quibus eadem est ratio. Conf.2. nam iudicia multa dirigẽtia voluntatem sunt obscura: hæc autem non erunt nisi directe, & positiue sint volita à voluntate.iam autem ostẽdimus si determinetur à iudicio directe volito, procedendum esse in infinitum. Ergo dicendum est voluntatẽ nullo modo determinari à iudicio practico intellectus, sed semper posse ab eo declinare, & in hoc consistit eius libertas, vt præter citatos in solutione. 4.Argumenti tenet Medina hic ar.2,infine Zumel.1.p.q.59 art.3,Bañes.q.83.art.1,qui etiã dicunt,in sola voluntate esse libertatẽ formalter, quod etiã docet Abulen.3. reg.12. q.6. Decanus arti.7. contra Caluinũ.pag.284. Bonauent.2. d.25. p.1.artic.1.q.6. Heruæus.q.2. Palacius,Gab. & alij eadem. d. Scotus ibi,& d.42. q.4. & 1. d.28.& 39. & quodlib.18. Aegid. quodlib.4. q 21.Henric quodlib.1.q.16.&in summa,art. 45.q.3.& 4.Marsil.2.q.16.& 22.Capreol.d.24 art.1,&3.Adam.1.d.1. q.6. Ochã. 3.q.10.ar.4. 149 incidente,Cordubẽsis.lib.2.q.10.Caiet.1.p.q. 83.artic.1.3.& 4. D. Thom. & alij citati initio huius difficultatis,quibus consonat Magister 2.d.24.littera E. docens, liberum arbitrium esse ipsam voluntatem vt, & Damasce.3. fidei cap.14.

§. 6. *Continens censurã opinio. Durandi, & aliorum, & solutionem quarundam obiectionum.*

Propter quę, & alia testimonia, & rationes supra adductas fortasse quis censebit temerariam esse sententiam Duran. ponentis,libertatẽ formaliter esse in intellectu,quod,&quidam iuniores defendere conati sunt. Saltem autem temerarium, & errori proximum existimarem, siquis diceret, libertatem non esse formaliter in volũtate,sed tantũ in intellectu: omnes etiã,nullo dempto,docent libertatem esse formaliter, & perse in volũtate;& alioqui, vel nulla esset in nobis bonitas, aut malitia moralis,meritũaut demeritũ,vel totũhoc erit ante actũ voluntatis, cũ actus voluntatis inea opinione nullã addat libertatẽ ad actũ intellectus:cons. autẽ est hęreticũ:ergo?hanc rationẽ attigit Iustinus Martyr. resp. ad 8.quæstionẽ Orthodoxis propositam,dicens, liberum arbitrium nobis concesit Deus, potestatemq; fecit eligẽdi id,quod videretur pro eorũ,quæ cognoscuntur propositione: nec virtutem aut vitium nostrum in cognitione eorũ, quę cognoscuntur,posuit:sed in selectione eorum,quę deligũtur,&c Et in apologia prima proChristianis libertatẽ tribuit voluntati, Vt & Tert. inexhortatione castitatis circa prin. & lib.de Monogamia circa finem,& 2.contra Marcionem initio,& Petrus apud Clemen. 3.Recognitionum,Irenęus lib.4.c.72.& etiã.71 Clem. Alexand.1.stramat.Orig.in prœmio periarc, & lib 3.c.1.& homil.4.in cantica & lib. 4.cõtra Celsum: Cypria. lib.1. epistо.3.ad concilũ Hilarius in id Psal.128. fiat manus tua,vt saluetme. Nyssen.7. Philosophiæ c.3 Basilius id colligit ex illo Isai.1. si volueritis & audieritis me, &c. idem etiam colligi potest ex Ecclesiastci.15. si volueris mandata seruare, &c. Et Deutero. 30. considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam, & mortem benedictionem & maledictionem, elige ergo vitam, &c. Et Psalm.33. quis est homo qui vult vitam, &c. Et Matth. 19. si vis ad vitam ingredi, & ex similibus locis, quę passim habentur in sacra scriptura,in quibus indifferẽtia actionum nostrarum voluntati tribuitur; vnde sacræ scripturæ, & Patres proculdubio totã vel precipuam libertatem,vel saltem ali. quam ponunt in voluntate distinctam ab ea, quam Duran. ponit in intellectu. Vide etiam Basilius in id Isaiæ. 14. semen reprobum præpara filios. Epipha. hæres. 16. & 642. Chrysost. homil.19 in Genes.& 5. ex 27.varijs in Matth & Ambros. seu Prosp. 1. de vocatione gent. cap.1. & 3. Hieronym. Epistо. ad Damasum de filio prodigo, & in cap. 18. Hiermiæ, & in id Matth.25. verebuntur filium meum August.3. de lib. arbitrio cap.1. 3. & sæpe eodem lib. & Epistola. 89. & lib. 83. quæstionum.q.24. & disputatione. 2. contra Fortunatum, & tractatu. 53. in Ioan. & Cyril. 4. in Ioan. capit.3. & Gregor. 13. moral. cap.9. qui omnes libertatem nostram in voluntatem referunt.Eorum verba refert Molina in concordia. quæstio.14. articu. 13. disput. 23. & Feuardentius in Irinæum.lib.4. cap.9. & 71. & Castro verbo

libertas & sane D. Ansel. de concord. prædest. c. 1. ad finem aperte docet, solam voluntatem determinare quid agendum sit, & Bern. de gratia, & lib arb. colum 2. litte. B. ait arbitrium dici liberum propter voluntatem. Et Triden. sess. 6. c. .& 7. can 9. & Arau. can. 13. voluntati, & eius actibus libertatem tribuunt, in sola ergo voluntate, vel in ea præcipue est formaliter libertas?

150

1. Obiect. Nec obstat. 1. quod quidam dicunt, liberum arbitrium esse ipsum intellectum, vt Hugo Cardinal. in id Ecclesiast. 15. reliquit eum, &c. Et Author libri, qui inscribitur alteratio Synagogæ, & Ecclesiæ cap. 3. quibus fauet Petrus apud Clemen. 3. recognitionum circa principium, dicens liberi arbitrij potestas est sensus animi habens virtutem, qua possit, ad quos velit actus inclinare. & Hilarius Psal. 2. col. 8. vnicuiq; nostrum libertatem vitæ, sensumque permisit. &c. Sensus enim vim cognoscitiuam: & non appetitiuam significat, & Arist. 6 Ethi. cap. 2. sub dubio reliquit, an electio sit intellectus appetitiuus, vel appetitus intellectiuus. Præterea arbitrari pertinet ad intellectum: ergo, & liberum arbitrium. Resp. enim eos

Solutio. qui dicunt, liberum arbitrium esse intellectū, non ponere formaliter libertatē in intellectu, sed radicaliter: & sane Apostolus Petrus nihil aliud voluit nisi intellectum, quem vocat sensum animæ esse radicem, vnde oritur potestas volendi hoc, vel illud, quę potestas est formaliter libertas. Idem voluit Hilar. Arist autē licet ibi sub dubio reliquerit, an electio pertineat ad intellectum, vel ad voluntatem formaliter, tamen. 6. Ethi. c. 3. determinauit pertinere formaliter ad voluntatē, dixit enim esse appetitum consiliatiuum, idest ortum ex consilio, vt obseruat D. Thom. 1. p. q. 83. artic. 3. vbi Val. q. 6. de homine puncto. 3. & Bellar. 3. de gratia, & lib arbit. cap. 2. explicant quare voluntas dicatur arbitrium, quod nos explicuimus. §. 4. ad finem secuti Fonsecā. 9 Metaphy. cap 2. q. 2 sect. 4.

151

2. Obiect. Nec obstat. 2. quod D. Thom. in intellectu ponit indifferentiā, & libertatem. 1. p. q 59. artic. 3 & 82. artic. 1 ad. 2. & art. 2. & 83. art. 1. & 2. corp, & ad. 1. & 1. 2. q. 6. art. 2. ad 2 q. 8. art. ad 2. q. 10. ar. 3. corp. & ad 2. 2. cōtra gētes c. 48 de verit. q. 24. art. 13 & 6. loquitur enim de indifferencia, & libertate participata à voluntate, vel de libertate radicali, quę est indifferencia adiudicandum pro diuersitate temporum, & circunstantiarum vel rationum se tenentium ex parte obiecti, de bonitate, & malitia illius, de fuga, & prosecutione, non autem vult, in intellectu esse indifferenciam adiudicandum, vel non iudicandum pro eodem tempore aliquid esse bonum, vel agendum, vel nō, vel adhabendum opp. iudicia. Hęc expos. sumitur ex D. Tho. 3. contra c. 73. Ferra. ibi & lib. 1. c. 88. & 2. c. 46. & 1. 2. q. 17. art. 1 ad 2. Cai. ibi. & 1. p. q. 83 ar. 1 Victoria relectione de veniēte ad vsum rationis p. 1. prop. 5. Sonc. & alij Themistiæ 9. Metaphy. vbi Iauel. q. 4. idem significat Ansel. de concordia prędesti. c. 1. ad finem dicens hoc arbitrium, quod & iudicium dici potest, liberū est, quoniā ratione, qua intelligitur rectitudo docet, rectitudinem illam eiusdem rectitudinis amore semper esse seruanda, Suarez vero tom. 1. Metha. disp. 19. sect. 5. num 22. indifferentiam iudicij quam D. Tho. docet esse radicem libertatis, putat se tenere exparte obiecti. Nam quia iudicium rationis propter suam perfectionem, & amplitudinem proponit in obiecto varias rationes conuenientiæ, & discouenientiæ, & proponit medium, non semper vt necessariū, sed vt indifferens, quia & discernit gradum vtilitatis, & difficultatis eius; ideo fundamentum est liberæ electionis voluntatis, quæ explicatio cum priori fere coincidit.

Quod vero dicitur Ecclesiast. 15. reliquit eum in manu consilij sui, explica, idest in libera potestate voluntatis dimanante ex consilio, & deliberatione, & quod ait Damas. 2. fidei c. 26. incontingentibus ad vtrum libet intellectum facere electionem, explica non quia intellectus eligat, sed quia diligendo efficit, vt voluntas eligat, similiter loquit. Orig. 3. periar. c. 1. cum vero Hieron. Epist. ad Damas. de filio prodigo menti tribuit libertatem, nomine mentis non intelligit intellectum, sed substantiam intellectualem, sic etiam Epist. ad Demetriadem ait, fecit Deus mentem voluntariam sui iuris non necessitate deuinctam, quod vero ait iudicio liberam, significat ex vi iudicij habere libertatem in voluntate. Quod vero ait Heruæ. quod lib. 1. in prin. liberum arb. esse cogitationem, & volitionem deliberandi falsum est, etiā si loquatur de libero arb. secundum statum, in quo proxime potest libere agere, quia sine tali reflexione contingit sępissime hominem agere libere. Quod vero dicunt Alb. 1 p. summæ. q. 91. in. 1. & 2. & in. 2. d. 24. art. 5 & Bon. d. 25 art. 1. liberum arb. esse habitum communem intellectui, & voluntati verū est de statu, seu potētia proxima ad libere operandum; hæc enim consistit in certa dispositione intellectus, & voluntatis, quę potest esse maior, & minor, & ideo Aug. epist. 106. de spir & ani. c. 48. docet per peccatū Adæ attenuatum, & debilitatum esse in nobis liberum arb. Sic Ber. lib. de gratia, & lib. arb. dixit esse habitum animi.

152

Sectio. 12. Vtrum voluntas in omni statu libere operetur.

153

HOc loco agendum est de statu pueritiæ, amentiæ, somni, & inde liberationis.

1. Opi-

1. Opinio. 1. Opinio in omnibus his statibus voluntatem libere agere, ita Victoria relectione de puero veniente ad vsum rationis. p.1. propositione. 2. 3. & 5. & in manuscriptis. 1. 2. q. 1. art. 1. & q. 10. arti. 3. idem tenet Cordub. lib. 1. c. 3. dub. 6. & 7. & dub. 9. notab. 3. & lib. 2. q. 10. pag. 6. & 61. & 62. & q. 11. §. sed dissentiunt, & quod attinet ad libertatem puerorum, & amentium docet etiam Molina in concordia &. 1. p. q. 14. art. 13. disp. 2. quod vero attinet ad statum indeliberationis, docet Angestus in moralibus. c. 6. nam §. vsque adeo, ponit aliquos motus liberos voluntatis, qui nullo modo sunt deliberati: & ideo, licet cadant super materiam prohibitam, non sunt peccata mortalia, nec venialia; & capi. 3. ponit; vt probabile, licet non vt certum, quòd voluntas potest necessitari à passione, dum ratio non est vigil, & quòd passio tunc non concurrit effectiue ad actum voluntatis, sed per quandam sympathiam & consensionem, hi omnes docent, libertatem voluntatis in his statibus non sufficere, vt actus sint boni, vel mali moraliter, meritorij vel de meritorij, eo quod non habent adiunctam cognitionem bonitatis, vel malitiæ moralis, habet autem hæc sententia pro se

154

1. Arg. argu. sequentia. 1. Quia potentiæ rationales sunt ad oppositа. 9. meta. c. 2. & 2. per Hierm. c. 3. sed voluntas in his omnibus statibus, est potentia rationalis ergo est ad oppositа, ergo

Conf. est libera. Confir. quia omne rationale liberum est, & habet dominium suorum actuũ. vt ait Nyssenus 7. philosophiæ c. 3. Damasc. 2. fidei. c. 27. sed homo in omnibus his statibus est rationalis: ergo liber.

2. Arg. 2. Quia non est Vnde voluntas istorum necessitetur; ergo libere operatur. prob. Ant. quia non necessitatur à passione. sæpe enim hi operantur sine passione, aut cũ passione leui quæ non sufficit ad inducendã illis necessitatẽ sicut neq; alijs, nec vero voluntas horũ necessitatur ab apprehensione intellectus, hæc enim non solum non potest necessitare, verum nec mouere voluntatem, nec vero necessitatur à iudicio perfecto, quia hi non habent perfectum iudicium, & præterea quia iudicium perfectum non necessitat animas separatas, neque coniunctas eorum qui sunt adulti, sani, & vigiles, nec Angelos, ergo nec pueros & amentes, &c. Nec vero necessitatur à iudicio imperfecto, quia hoc minorem vim habet quam iudicium perfectum, ergo multo minus poterit voluntatem necessitare. Nec vero fingi potest aliud quod eam necessitet.

3. Arg. 3. Vbicumque est discursus ibi est, & libertas: sed in his est quidam discursus, ergo, & quædam libertas, mi. probatur, nam Mania ci discurrunt, & habẽt vsum rationis circa vnã materiam; & non circa aliam Vnde sæpe recte exercent artem pingendi, & similes. Videmus etiam pueros, & amentes reddere rationes niultorum, quæ operantur, in his etiã risus est, ergo admiratio, ergo discursus. Confir. quia voluntas in sua operatione non pendet perse a dispositione corporali, sed per accidens, quatenus pendet ab intellectu, qui in sua operatione pendet à corporali dispositione, ergo si intellectus pueri, & amẽtis eodẽ modo se habeat, quo adulti, & sani eodẽ modo volũtas operabitur, potest autẽ intellectus eodẽ modo se habere, ergo, & voluntas eodẽ modo operari, scilicet libere, mi. hæc probatur, demus enim, intellectum in vtroque nihil aliud considerare, nisi hoc esse vtile ad vitam, vel ad salutem, vel esse delectabile; iam intellectus eodem modo se habebit in vtroque. Dices, tunc neuter operabitur libere Contra, quid enim necesse est in tali obiecto considerare, vt eius volitio sit libera. Si dicas considerandum in eo esse aliquid mali, quod auertere possit ab eius volitione. Contra, ergo quoties in obiecto nulla cernitur malitia, voluntas erit determinata quoad exercitium, ac proinde, cum appetit bonum, vel beatitudinem in comuni non operatur libere; quia in tali obiecto nihil cerni potest. Præterea nam etiam puera & amens potest ali quid mali cernere in obiecto, propter quod illud fugiat, ergo si tunc illud appetat, eius volitio libera erit. Ptæterea licet nihil mali in obiecto reperiatur, tamen bonitas quæ in ipso cernitur, non est bonitas infinita, clare intuitiue, vel quidditatiue cognita, sed est bonitas finita, & cognita, vt talis, abstrahendo à finita, & infinita, ergo non habet vim trahendi necessario ad se voluntatem: cum nec bonitas infinita Dei non clare visi valeat voluntatem necessitare.

Confir.

4. Arg. 4. Pueri, & amentes multa faciunt rogati & admoniti, ergo libere, in rebus enim necessarijs frustra sunt preces, & exhortationes, & ideo Nyssen. seu Nemesius 7. philoso. cap. 1. ait admonitiones, preces, & increpationes ostendere in nobis esse libertatem.

5. Arg. 5. in motibus indeliberatis potest esse cognitio bonitatis obiecti maior, quam in motibus deliberatis, ergo & maior libertas; consequentia patet. quia ex maiori cognitione bonitatis obiecti magis inclinatur voluntas ad illud, ergo si in motibus deliberatis maior datur cognitio bonitatis obiecti, quam in motibus indeliberatis, & in illis non necessitatur voluntas, nec in istis necessitabitur, antecedens vero probatur, quia sæpe contingit, accedente deliberatione, cognosci plures rationes boni in obiecto, vel eamdem melius cognosci, ergo maior cognitio boni potest

esse

esse in statu deliberationis,quam in statu indeliberationis: ac proinde magis inclinatur tunc voluntas:ad obiectum tamen manet libera,ergo & in statu indeliberationis.Confir. nam caput scalpere, barbam fricare & similia modicam bonitarem habent, ergo etiam secluſa deliberatione non possunt ad sui volitionem determinare voluntatem quæ, ex se lib errima est.

Corduba supra tribuit Scoto hanc sententiam nam.1.d.1.q.4.&.2.d.23.q.vnic.ad. 2. & 4.d.49 q. 10. & alibi docet voluntatem non necessario appetere media,nec finē in vniuersali, vel particulari sibi ostensum. Vnde videtur sentire, omnem actum voluntatis liberum esse. Potest tamen explicari de actibus voluntatis inuia,qui sunt in homine adulto, sano,vigili,& deliberante, vt explicandus est D. Tho.q.10.art.2.eodem modo loquens de omnibus obiectis, citra Deum clare visum. Huic tamen opinioni fauet Zumel. infra. q 89.art.6.disp.1. vbi videtur in pueris ponere libertatem naturalem,licet non moralem, & in amentibus vltra naturalem,videtur ponere artificialem,idem attigerat. q.71. art.6.&. 1.p.q. 14. art. 13. disp. 2. in appendice; fauet etiam Ledesma.2.4.q.71.art. 1. ponens in adultis inuincibiliter ignorātibus Deum,libertatem ad operanda naturalia, artificialia, & ciuilia; non tamen moralem, & sufficientem ad peccatum: & Camerarius dialogo.1.de lib. arb. c. 4. ponit libertatem ad opera naturæ, & artis distinctam, & separabilem ab ea, quæ est ad opera moraliter bona,vel mala.

155 2.Opinio Authores. Prob.1.

2 sententia tenenda est,voluntatem in præ dictis statibus non operari libere. Prob.1. authoritate,nam in pueris non esse liberum arbitrium,seu libertatem,& electionem aperte docet Arist.3. ethic. c.2.& 2. ethic. non longe a fine alias c. 10. Albe. D. Tho.& alij Arist. interpretes & 6. ethi. c.13.& histo.anim.lib. 8. c.1.ait animam pueri nihil differre ab anima belluæ, scilicet quoad modum operandi Nyssenus. 5. Philoso. c. 4. Ambro. 1.de vocatione gentium.c.2.alias.3.Aug. 1.retra.c.15. D.Tho. de verit. q.24.art.2.ad.1.& q 14. ar.8. corpore & ad 5.2 d. 20.q.2.art.1.corp. & ad. 4. 4. d.27.q.2.art.2.&.1.p.q.101.art.2.Fonseca. to. 3.Met.lib. 5.c.2.q.2.sect.3. Ant. Perez certam. 7. expositiuo.c.3.5.&.6. Nec valet dicere cum Victoria supra, quod ad liberum arbitrium seu electionem, vltra libertatem requiritur deliberatio, in his autem non esse deliberationem,imo nec libertatem,simpliciter,& proprie dictam.nam, vt fatetur ipse Victoria, & omnes sentiunt, idem est habere liberum arb. & libertatem. Item idem est agere cum indifferentia, & cum vera & proprie dicta libertate: cum ergo hæc opinio in pueris admittat veram indifferentiam ad operandum, & non operandum, & ad operationes oppositas,necessario fateri debet, in illis esse veram libertatem,electionem, & liberum arbitrium: quod est contra Authores citatos,& D.Tho. 1.2.q.10.art.3 & ad.2.vbi etiam ait, in amentibus, & furiosis nullum esse vsum rationis ideo nec libertatem,idem de pueris, de somniantibus, & amentibus docet Bonauent. 2. d.25.p.2.art.1.q.6. Azor.lib.1 c.2.q.7. & 10. & de somniantibus Richar.art.vltq.2. & de pueris id exploratum esse ait Med hic art.1. Nauar.prælud.6 num.3.idem docet de pueris,& amentibus,& de adultis non deliberantibus de quibus omnibus idem docet Marsil. 2. q. 16. art. 1. Decanus. art.7.Contra Caiet. pag. 285.Zumel.infra q.74.art.3.disp.1.& art. 9. & quod attinet ad adultos non deliberantes,in quibus maior est difficultas,plures doctores posita afferemus.

156 2

Probatur 2.ratione nam, vbi est ligata facultas discurrendi & colligendi, etiam est ligata facultas eligendi seu libere volendi; sed in pueris,& amentibus est ligata prior facultas:ergo & posterior,mi.patet,ideo enim dicuntur non habere vsum rationis, quia discurrere non valent. Dices licet non discurrant in materia morali,in alijs tamen discurrunt,contra quia nulla ratio esse videtur cur discurrere possint in vna materia, & non in alia æque facili, si in vtraque habeant principia;ergo,vel in omnibus,vel in nulla discurrere possunt si ex parte principiorū & facilitatis omnia sint æqualia. Constat autem,& aduersarij fatentur, nullomodo posse discurrere in materia morali, nec in ea posse colligere aliquam conclusionem quantumcumque facilem,ergo nec in alijs materijs possunt discurrere.Confir.nam qui habet vim calefactiuam, potest eam exercere in omne passum capax caloris, nisi eius resistentia superet actiuitatem agentis,ergo similiter, qui habet vim discurrendi, potest discurrere circa quamcumq; materiam, quæ sua difficultate non superat vim talem discurrendi: ma. vero arg. prob. alioqui enim sæpissime vteretur libertate in suam, & aliorum perniciem, aut minus bonum, cum non possit discursu indagare latentes, & occultas commoditates, vel incommoditates, proportiones, vel improportiones mediorum ad fines, ergo vbi est ligata facultas discurrendi,etiā est ligata facultas eligēdi. Cōfi. nā ideo in brutis nulla est libertas, quia nullus discursus;ergo si in pueris & amē tibus nullus est discursus, nulla erit libertas. Vide de amentibus D.Tho.q.76.art.3. ad. 3. &.77.art.1. Vide etiam victoriam relectione de veniente ad vsum rationis.parte.1.propositione.5.vbi probabile putat pueros,& amētes non

non agere libere quod, hæc sit natura voluntatis, vt libere operari nequeat, nisi intellectus sit solutus, capaxque dedeliberationis, & consilij. 3. Probatur de motibus indeliberatis non
851 esse liberos. Quia modus operandi libere per-
3. prob. fectissimus est vnde petere videtur modum quemdam perfectæ cognitionis, nempe quod intellectus aliquomodo deliberet cogitando de bonitate, vel malitia naturali, vel morali obiecti, vel actus, & non de sola bonitate istorum, vel cogitando de bonitate eorum, quæ istis opponuntur contrarie, vel contradictoriè, & concludendo, hoc, vel illud esse bonum &agendū, vel malū, & admittendū, hac vel illa ratione, & forte si in aliquo obiecto, vel eius volitione nulla reperiatur ratio mali nec in opposito actus, vel obiecti ratio boni, voluntas necessario complectetur tale obiectum; quia nihil habet, quod illam auertat ab eius prosecutione: habet tamen quod illam inuitet. Hinc recte D. Tho. q. 13. art. 6. docere videtur, libertatē precise quoad exercitium posse esse in homine, quia potest apprehendere in actu rationem mali, vel in negatione actus rationem boni, etiam quando obiectum refutari non potest; quia solum representatur sub ratione boni, itaque voluntas à quolibet bono necessitatur, dū intellectus nullū præsentat motiuū reijciendi obiectū, vel suspēdendi actū circa ipsum, siue tale obiectū sit beatitudo nō clare visa, siue bonum in cōmuni, siue aliquod particulare bonū citra beatitudinem, vel saltem necessitatur voluntas quoties intellectus nullum examen facit de bonitate, & malitia obiecti, vel actus sed præcise cogitat de bonitate, vel præcise de malitia. Conf. nā experimur, nos semper rapi ab obiecto bonitate cum de eius malitia, vel actus circa ipsum minime cogitamus; ergo signum est, nos tunc non habere potestatem cohibendi talem actum. Vnde Arist. 3. Ethic. c. 2. ait, quę a nobis repēte fiūt, sponte quidem nostra fieri dicimus electione vero non dicimus, & infra non omne quod sponte agimus, est eligibile, sed id cuius consultatio antecessit, electionamque cum ratione est atque mente, & c. 3. ait electionem esse desiderium consiliabile, seu vt alij vertunt, appetitionē deliberatiuam, idest ex deliberatione procedentem Et 1. magnorū moraliū. c. 18. late docet, quædam a nobis sponte fieri, non tamen ex electione, & proposito quia fiunt sine consilio, & D. Tho. hic art. 2. ad. 2. de verit. q. 24. art. 2. Capreol. 1 d. 38 q. 1. art. 1. conclusione. 3, & 2. d. 24. ad argum. Durand. cōtra. 4. conclusionem Aegid. d. 25. q. 2. art. 2, Herueus q. 2 Med hic art 2. ad. 2. Fonseca. 9. Met. c. 2. q. 5. sect. 2. §. Quarta pars. & latius sect. 7. docent, omnem actum liberum ex deliberatione formali, vel virtuali procedere, & Almai. 3. moral. c. 24. ait, omnes fateri & certum esse quod in voluntate nostra sunt aliqui motus, qui dicuntur primo primi, qui non sunt liberi sed necessarij, reiectoque Roseto asserente voluntatem ad hos motus se habere mere passiue, ait ad eos concurrere actiue simul cum intellectu actiue quoque concurrente. Adamus etiā. 1. d. 1. q. 6. ait, omnem actum voluntatis non procedentem ex deliberatione, esse necessarium. Idē Caietano tribuit Corduba. lib. 1. q. 23. dub. 9. notab: 3. sed non indicat locum, & Cisterfien. 2. d. 25. q. 3. a. 3. ponit motus primo primos necessarios, ad quos ait, voluntatem forte mere passiue concurrere. Adria. quodlib. 7. q: 1. cum Bonauent. 2. d. 28. ponit in nobis aliquod velle necessarium. similiter & Burid. 3. Ethic. q. 3. & ait, ad actum necessarium complacentiæ, vel displicentiæ, non concurrere voluntatem effectiue. Andreas de Castro nouo. 1. d. 45. q. 4. tenet, aliquem actum voluntatis in via non esse liberum, etiā in sanis & adultis. Okam. 3. q. 4. lit. M. & N. docet, in voluntate esse actus non liberos productos ab habitu vitioso, etiam in habente gratiam. Rogat autem, quomodo possint non esse liberi, cum voluntas sit agens liberum.

R. 1 non produci ab ipsa, sed à solo habitu, ratus autem inconueniens esse, ponere actum aliquem productum in voluntate à sola causa creata distincta à voluntate.

R. 2. voluntatē ex suppositione vnius actus posse necessitari ad actū, & ex suppositione habitus posse necessitari ad actū remota deliberatione rationis & ait constare experientia, & testimonio Aug. dicētis, impossibile esse quim visu tangamur, iam etiam retulimus ex Angesto dari in voluntate aliquos actus non liberos, & c. 1. & 3. moral. refert asserentes voluntatem à passione necessitari, dum ratio non
157 est vigil, & ait esse probabiles, licet nō certum,
Corol. reijcitq. dicentes, passionem effectiue concurrere ad tales actus, aitque solum causari à passione, per quandam sympathiā & consensionem.

Ex quibus patet, iuxta communem & veram opinionem, motus voluntatis non procedentes ex deliberatione, non esse liberos. Mihi quoq. certum est, esse effectiue à voluntate, cum sint actus vitales eiusdem rationis cum liberis, & quod sint necessarij, non arguit non produci à voluntate, sed non ita produci ab illa, quin possit eos suspendere: teneo etiam, intellectum esse causam partialem talium actuum, passionem vero minime, materiale enim non potest esse principalis causa, etiā partialis, imo nec forte instrumentalis, præsertim connaturalis respectu rei spiritualis.
158
Ad 1. argu. primæ opinionis.

Ad 1. arg. R. quod potentia rationalis est ad oppositā, secundum varias circumstantias, nō autem

autem rebus eodem modo dispositis, nisi potentia rationalis sit voluntas coniuncta facultati discurrendi,& deliberationi.

Ad confir. Ad Confir.3.R.omnem substantiam rationalem posse libere agere, quando ponuntur conditiones dictæ ad libertatem requisitæ, & non aliter

Ad 2. Ad 2 R.nesitari à iudicio imperfecte attingẽte bonitatem solam obiecti, vel actus, vel à iudicio non habente coniunctam facultatem discurrendi,ex se enim habet voluntas necessario tendere in id, quod nec in se, nec in sui prosecutione vllo modo repræsentatur,vt malum, & cuius oppositum nullo modo repræsentatur, vt bonum,& hoc est quod dicit Fonseca 9.meta.c.2.q.2. sect.3. nisi intellectus opposita simul perciperet (scilicet vtrumque sub aliqua ratione boni)& cũ aliquo fine cõferret, siue expresse deliberatione id faceret,siue tacita & virtuali, non esset voluntas libera in suis operationibus.Quod late & bene exponit.q.5 sect.7. ex se etiam habet necessario tendere in obiectum, cum non habet coniunctam facultatem discurrendi, nec hoc est proprie necessitari ab ipso obiecto,sed magis à se ipsa, posita tamen illa conditione, quod in intellectu non sit facultas discurrendi, vel non sit deliberatio.

159 Ad 3. R. primo pueros & amentes nullam habere discursum,sed ex memoria,vel disciplina,cuius longe sunt capaciores quam bruta, operantur cum quadam vmbra,& imagine discursus; nec rationem reddere eorum, quæ faciunt,discursum probat,sæpe enim rationes, & causæ sunt per se notæ,vt quod ignis calefaciat, quia calidus, si vero causæ discursu indigent,dico,illos solum reddere rationes ex memoria eorum, quæ antea scierunt, vel audierunt, vel casu eas reddunt. Nec etiam risus discursum probat, nascitur enim ex voluptate cognoscendi causam prius latentem,quod fieri potest per experientiam aliquã, sine discursu. Dices quod non est liberum, reflexionem non facit,ergo si hi non sunt liberi, non faciũt reflexionem,nec habent cognitionẽ,vel,voluptatem de cognitione latentis causæ,ac proinde non possunt admirari,nec ridere. R. nihil posse discurrere, quin possit reflexionem facere,aliqui tamen possunt reflexionẽ facere,& non discurrere, ac proinde nec libere operari, vt patet in somniantibus qui reflexionem faciunt, tamen nequeunt discurrere, vel operari libere.Idem ergo dico de amentibus & pueris, ex quo colligo, posse habere iudicia de propositionibus probabilibus, necessaia tamẽ & non libera, si enim aduertant bonum esse assentiri propositioni probabili, poterunt intellectum determnare, ad assensum, non quidem volitione libera,sed nencessaria.

Ad 3. prima solut.

R.2.admittendo in pueris & amentibus esse aliquem discursum, qui tamen adeo tenuis est, vt ad libertatem non sufficiat, sicut enim forma ignis ad sui introductionem, vel conseruationem, non solum requirit calorem, sed certũ eius gradum,ita ad libertatem forte nõ solum requiritur facultas discurrendi, sed etiã certus gradus talis facultatis, qualis non est in pueris,& amentibus. 160 2.Solutio

Ad confir. negatur minor, ad probatio. vero respondetur, quod licet puer, & amens idem consideret,quod adultus & sanus,vt aliquando continget, tamen non similiter erit liber, quia non habet facultatem discurrendi, quam habet adultus & sanus, quæ per se ipsam necessaria est ad libertatem, & non tantum per actum suum. Vlterius autem requiritur deliberatio, qua cogitetur, an forte in obiecto, vel actu sit aliquod inconueniens, vel in opposito obiecto,vel actu aliquid boni,& hæc deliberatio aliquando dari potest in puero & amente, tantum,quia non habet facultatem discurrendi, saltim in gradu requisito, ideo non possunt operari libere. Ad confir

Dices si habent aliquem discursum, ergo poterunt discurrere, etiam in materia morali: ergo operabuntur cum cognitione bonitatis, & malitię moralis,& sic peccabunt aliquando, vel operando cum cognitione malitiæ moralis non agent libere. Vtrumque autem videtur absurdum.

R.1.quod forte etiã si operentur cum cognitione malitiæ moralis,non agent libere neque peccabunt, quia ad libertatem requiritur certus gradus facultatis discursiuæ, quæ in illis non est, licet videantur aliqualiter cognoscere malum morale, erubescunt enim cum turpiter agunt.

R.2.& melius, bonitatem & malitiam moralem esse cognitu difficillimam,ideo facultatem discurrendi aliqualiter in alia materia non sufficere ad intelligendam bonitatẽ vel malitiam moralem, verecundia autem sine cognitione malitiæ moralis cum cognitione honoris inueniri potest. 161

Dices,in materia morali sunt aliqua principia per se nota,ergo hæc poterũt ab illis cognosci sine discursu, vel cum tenui discursu. R. de nulla re esse per se notum, vel facile intelligibile, quod sit bona vel mala moraliter, cum difficillimum sit intelligere, in quo consistat bonitas, vel malitia moralis,ideo isti,qui vel nullo modo, vel non perfecte discurrunt, non possunt intelligere bonitatem vel malitiam moralem.

Ad 4. R. preces & exhortationes non conducere in rebus omnino necessarijs,vel impossibilibus,secus in rebus, quæ necessario non fierent à pueris,& amentibus. Ad.4.

Aliter

Aliter R.Azor.lib.2.c.2. q.10. admonitiones & obiurgariones ad alium directas sæpein eo libertatē ostendere, verū aliquando non quidē libertatem, sed intelligentiam & captum, quo nostros sermones percipere possit, indicare, vt in pueris & amentibus. Addere possumus, semper ostendere libertatem remotam & radicalem, ideſt naturam, quæ si remouerentur impedimenta aliqua, libere ageret, nō vero libertatē proximam, ideſt naturam, quæ habeat iam omnia requisita ad libere operandum.

Ad 5. Ad 5. cum sua confirmatione. R. quod licet accedente deliberatione, interdum sit maior cognitio bonitatis, tamen tunc voluntas non necessitatur vt antea, quia iam cogitatur de malitia obiecti, vel actus, quæ cogitatio necessaria est, vt voluntas possit actum cohibere vnde, minime bonitas obiecti necessitat voluntatem non cogitantis de malitia obiecti vel actus.

Alia quæ de voluntario libero disputari possunt, oportunioribus locis reseruamus.

Sectio 13. Quid sit voluntarium in alio, & interpretatiue, & quæ sint diuisiones voluntarij.

162 Diuisio voluntarij in se & in alijs

DIximus sectione prima, voluntariū dici tripliciter, scilicet obiectiue, effectiue, & omissiue, nunc explicanda est quædam diuisio voluntarij quæ pertinet ad voluntarium obiectiue, & quodammodo potest accommodari ad voluntarium effectiue, & omissiue, & est ea qua voluntariū diuiditur in volūtarium in se & in alio, seu in causa, seu immediatum, & mediatum, formale, & virtuale, explicitum, & implicitum. Voluntariū primi generis est, quod in se ipso terminat actum voluntatis, secundi autem generis est quod termitat tantum in sua causa, sed consequenter ad id, quod per se, & in se terminat actum volūtatis, & quidē actus elicitus voluntati communitei neutromodo est volūtarius, quia neq. in se, neq. in causa volitus esse solet, licet in se sit voluntarius effectiue, quia per se & immediate procedit à voluntate. Similiter omissio actus eliciti neutromodo voluntaria esse solet, quia non solet esse volita in se, neque in causa, licet in se sit voluntaria omissiue, quia est omissio immediate orta ex voluntate. Præterea voluntarium secundi generis à quibusdam non inepte appellatur voluntarium indirecte, eo quod voluntas non recta, seu directe in illud tendit, sed quasi per circuitum medio obiecto in se volito. cōmuniter ta mēvoluntariū indirecte appellatur, id quod est voluntarium pure omissiue, & sine vllo actu. Vnde D. Tho. q.77.art.7. distinguit voluntarium indirecte & voluntarium in alio. Rursum tam voluntarium in alio, quam voluntarium indirecte appellari solet volūntarium interpretatiue implicite, virtualiter, seu equiualenter, quia perinde est, ac si esset positiue etiam in se ipso volitum, de quo vide Corduba. lib.1 q.23.dub.9. notabili.1.

163 Est autem alia acceptio voluntarij interpretatiue, qua id dicitur voluntarium alicui, quod si ei proponeretur, vel ab eo peteretur, probabiliter, & verisimiliter præsumitur volituras, vel consensurus, vel ratum habiturus, vel quod videns fieri, aut intendi non prohibet, nec impedit, licet commode possit, in quo vltimo casu appellatur ratihabitio de præsenti, in priori vero ratihibitio de futuro, hoc genus voluntarij interpretatiue multum refert ad ferendum iudicium in rebus moralibus pendentibus ab aliena voluntate, licet enim hoc voluntarium non sufficiat, vt is cui voluntatium est, peccet vel mereatur: non enim peccatis, de quo probabiliter iudico, occisorum inimicum si illum agnosceret, quia ad rationem peccati requiritur vera volitio, vel omissio debitæ volitionis, & non sufficit volitio ficta & præsumpta; tamen hoc voluntarium sufficit sæpissime, vt actus pendens ab aliena voluntate, honestur, vel validus sit, in multis enim sufficit ratihabitio superioris, vel alterius de futuro, in alijs vero saltem sufficit ratihabitio de præsenti, si quis enim re aliena vtatur sub spe ratihabitionis, non peccat contra iustitiam, sed licite ea re vtitur. Vnde ad vtendum re aliena sufficit ratihabitio de futuro, seu quod vsus non sit contra voluntatem Domini veram, vel interpretatiuam, seu præsumptam, & similiter vt religiosus possit licite conuertere aliquid in propriam vtilitatem, satis est alicuius superioris ratihabitio de futuro, & licet venialiter peccet, si superior nollet ipsum ea re vti absque expressa licentia, tamē non peccabit mortaliter, si probabiliter iudicet, eam licentiam si peteretur, sibi esse concedendam, vt cum Nauarro, & alijs docuimus in materia de dominio, tamen ad absoluendū aliquem non sufficit ratihabitio Prelati de futuro, seu spes ratihibitionis, quin potius saltim requiritur ratihabitio de præsenti, scilicet vt Prælatus videns aliquem confessiones audire, taceat cum possit id commode impedire, de quo in materia de pœnitētia, nec immerito dicunt aliqui, interpretationem huiusmodi nō sufficere, vt aliquid sit simpliciter voluntariū, sed vtnō sit inuoluntariū superiori, vel domino, &c. quia tunc nō est contra volūtatē eius formalē, vel interpretatiuam, in singulis autem materijs moralibus expedendum est, an ad honestatem, vel valorem actus sufficiat

ratihabitio

ratihabitio de præsenti, aut etiam de futuro,& in contractibus præsertim sponsalium & matrimonij, non parua est difficultas, existimo tamen nullum contractum validum esse sine formali voluntate eius, qui eo contractu aliquam sibi obligationem inducit, nemo enim absque vera sua voluntate ad aliquid se obligare potest. Vnde ratihabitio de præsenti vel de futuro ad contractum matrimonij,vel sponsalium, in quo datur vltro citroq. obligatio non sufficit sine formali voluntate interna, imo nec ad contractum emptionis, vel commutationis, quia etiam in hoc datur obligatio non repetendi, quod antea suum erat.

164 Circa hoc voluntarium aduertit Vaz.d.24 c.1.num.2. friuolum esse, quod aliqui dicunt, contingere sine vlla cognitione, qua ratione dicimur interpretari mentem legislatoris in casu, quem ipse non præuidit, nec cogitauit, friuolum inquit esse, nam interpretatiua illa voluntas legislatoris ex quadam etiam vniuersali voluntate, & cognitione procedit, legislator enim solum voluit præcipere id,quod secundum rationem iudicabat esse conueniẽs & nullo modo noxiũ: quare & in eo casu singulari, quẽ ipse speciatim non præuidit, nec cogitauit,interpretamur noluisse præcipere, quia ille casus est noxius, & contra rationem, vt d. 176.c.3.ostendimus,& ita voluntate & cognitione vniuersali legislatoris videtur excluſus, Hęc Vaz.Cæterum existimo etiã in casu quẽ cognitio,& voluntas legislatoris, siue particularis siue vniuersalis non excluſit, licitum esse preter verba legis agere, si credam id ratum habiturum,siue de eo casu interrogatum modo, facultatem concessurum,& ita sine cognitione,& voluntate vniuersali, aut particulari eius illum actum esse illi voluntarium interpretatiue, & eodem modo rei, quę est Petri posse esse ipsi voluntarium interpretatiue sine vllo prorsus eius actu, non enim est necesse ad hoc,vt ex ratihabitione futura ego vtar, licite re Petri,ipsum habuisse aliquem actum, quo implicicite, vel explicite talem facultatẽ dederit, aut alios vsus prohibens, illum non comprehenderit, alioqui de voluntate interpretatiua pueri,qui nunquam habuit rationis vsum nunquam possem re eius vti, quod tamen falsum est.

Voluntarij autẽ in alio,seu in causa,duplex est.1.quod in causa præuisũ est, quia similiter præcognita est connexio effectus cum tali causa. 2. vero quod non est præuisum in causa, quia non est cognita connexio eius cum causa. Et hoc rursum duplex est, alterum quando connexio potuit, & debuit præuideri, & tunc effectus ille, licet non sit præuisus, si tamen prohibitus est, imputatur ad culpam ex D.Tho.art. 3. ad tertium, & q.73. art.8.& ex alijs. Alterum est quando connexio effectus cum causa non debuit,vel non potuit præuideri, & sic talis effectus,licet sit prohibitus,non imputatur ad culpam, & ideo, licet sit voluntarius physice, non tamen moraliter,& similiter,etiam si sit præuisus effectus in causa:tamẽ si non erat obligatio impediendi effectum, ille nõ erit voluntarius moraliter, sed physice tantum,& ita intelligendus est D.Tho.2.2.q.64. a.3. vbi aperte dicere videtur, vt homicidium sit voluntarium in causa, debere dari obligationem remouendi causam talis homicidij,sed vt hoc melius intelligatur. 165

Difficultas est, an ad voluntarium in causa requiratur obligatio tollendi causam, seu impediendi effectum? quidam dicunt,ad hoc vt effectus sit voluntarius in causa,non suffice re, fuisse in ea præuisum, sed requiri, vt interueniat obligatio impediendi talem effectum, seu remouendi causam, ex qua processurus præuideretur,& probãt, quia si sufficeret præuidere illum in causa, sequeretur peccata nostra esse voluntaria Deo, quia videt ex dispositione rerum à se volita infallibiliter saltem infallibilitate morali processura peccata nostra, sequeretur etiam mortes innocentium voluntarias esse illis, qui iure belli comburerent, vel diruerent ciuitatem hostium,in qua aliqui innocentes reperiuntur, vident enim ex tali combustione vel ruina, illorum innocentium mortes processuras, hęc autem sunt absurda, ergo. Difficul. 1.opinio.

Alij vero hoc reijciunt,quia præceptum est quid extrinsecum, ergo nihil confert ad rationem voluntarij, quod debet esse ab intrinseco, sed tantũ vt id quod alioqui voluntarium est imputetur ad culpam. Confir. quia præceptum non est in causa,vt effectus ille volitus sit, nec etiam vt à voluntate procedat, potius enim quantum est ex parte sua reuocat voluntatem à tali effectu, ergo non conducit vt ille effectus voluntarius sit. 2. alioqui qui licite applicaret ignem domo, vel moueret gladium aduersus aliquem, si non intenderet combustionem domus, vel mortem illius hominis, non diceretur volũtaria causa talis mortis, vel combustionis; nec ipsa mors vel combustio diceretur ei voluntaria: quod tamen ridiculum videtur:Confir. nam si quis exequeretur, quæ à superiori præscripta sunt, licet non vellet propter se, nec in se,ipsam obedientiã seu conformitatem cum voluntate superioris, tamen diceretur voluntarie obedire, ergo etiam effectus, quem impedire non teneor, potest esse voluntarius. Confir. 2. Si quis enim aliquid efficiat, quod videat futurum in vtilitatem, voluptatem, vel honorem amici, is profecto voluntarie dicetur conferre ad vtilitatem, voluptatem,vel honorẽ amici, quamuis 166 2.opinio 1. Argum Confir. 2 Confir.1. Confir. 2.

quamuis non teneretur illum effectum impe dire,sed potius interdum procurare,ergo ob ligatio impediendi effectum non est necessa- ria, vt ipse sit voluntarius. Confir. 3.nam qui 3 diebus non festis non audit missam cum pos- sit, aliquo negocio,aut ludo voluntarie distra ctus,voluntarie omittit missam, etiam si ex- presse non velit omittere, dummodo adsit sententia sufficiens vt concedit Vaz.d.24. c. 4 4.qui bene etiam c. 2. docuerat contra ali- quos in hoc euētu effectū non esse voluntā- rium directe, ergo indirecte voluntarius effe ctus datur sine præcepto impediendi illum. 4.Confir. nam si quis videat nauim submer- gi, & non habeat præceptum subueniendi, sed fortasis oppositum & expresse velit non subuenire, submersio erit illi voluntaria,ma- xime si velit nauim submergi, & tollat teme- nem ne submersionem impediat, ergo effe- ctus erit voluntarius indirecte sine precepto impediendi illū. R. aliqui in eo euētu effectū esse voluntariū directe,& nō indirecte,& verū quidē est loquēdo de volūtario obiectiue, lo quēdo tamē, vt modo loquimur de volūta- rio effectiue,idest p modū effectus,falsū est,vt docet Vaz.illo c.4.nā volūtas nō est tunc di- recta causa submersionis, sed remouēdo,vel nō apponēdo impedimētū submersioni,ergo si etiam est voluntaria,erit indirecte tantum voluntaria, quamuis autem Vaz.neget esse voluntariam, videtur tamē negari non pos- se,nam si ille habet præceptum submergendi nauim, submergendo illā eo modo satisfacit ptæcepto, ergo illa submersio est illi volunta ria : item quando quis intendit aliquem finē & sumit mediū,ex quo necessario sequit finis, nō solū positio medij,sed etiā assecutio finis est illi volūtaria,ergo submersio nauis erit vo lūtaria ei qui illā habet pro fine,quē obtinet reuera,vel nōgubernādo,vel temonē remouē do,effectus,ergo sequēs voluntariā causā,etiā negatiuā,est indirecte volūtarius sine præce- pto ipsum impediēdi. Preterea ad hoc probā dum adduci possent argumēta,quibus supra ostēdere conabamur,effectū subsequentē ex pura omissione,voluntarium esse posse absq. obligatione impediēdi illū. Ad idē etiā est illa maxima,qui vult antecedēs, vult cōsequens, quod necessario sequi videt ex illo anteceden ti,&alia maxima,quidquid est causa causę,est causa causati,sed volūtas est causa actionis in se volitę,&actio illa est causa alterius effectus; ergo & volūtas est causa ilius: & non est causa mere naturalis, vel necessaria, ergo libera,ac proinde volūtaria. Ad idē est q̄ pręceptadan tur de reb⁹ alioqui liberis & volūtarijs,,ergo id,q̄ supposito præcepto est liberū & voluntā riū,sub lato pręcepto etiā erit liberū & volun tariū, ergo effect⁹ causæ volūtariæ nō negati uæ ita erit volūtari⁹,quādo etiāest prohibit⁹, sicut quādo est prohibit⁹. Propter hęc & alia isti dicunt,supernaturaliter accidere posse, ex actione in se volita aliquid sequi. 1.itavt sequa tur per se,& pręcise ex illa. 2.vero vt nō sequa 167 tur p se,&pręcise ex vi illi⁹,sed ex illa&ex alijs adiūctis, ita tū,vt hic & nūc probabiliter, vel infallibiliter sequat,vt submersio nauis sequit ex eo,quod hic & nūc ego nolim gubernare illā,& peccatum proximi sequit ex eo, q̄ ego hic & nūc velim illū nō corrigere,vel præbere ei materiā,qua ipse abutetur ad peccādū. Di- cūt ergo isti. 1.qnādo effect⁹ est prioris ratio nis,vt volūtarius sit,satis est velle in se causā, ex qua processurus præuidet: qui.n. vult ante cedēs,vult etiā cōsequēs,q̄ per se &necessario sequit præcise ex illo antecedēti,talis .n.effect⁹ censetur idem cū sua causa , & ita si accedat eius prohibitio,non efficit, vt effectus ipse vo luntarius sit volenti causam,sed vt ad culpam imputetur,nam si effectus est prohibitus cau sa ex qua per se & pręcise sequitur prohibita erit,eaq.ratione malu erit causā velle. Dicut 2.quādo effectuseſt posterioris rationis vt cē- seat volūtarius, necessaria est obligatio impe diēdi illud,quia,vt aliquid sit volūtarū, necef se est esse volitū &à volūtate causatū, sed neu trū horū reperitur secluso pręcepto, ergo de 1.patet quia,aliud estesse permissū, aliud au tem esse volitū, talis autē effectus secluso præ cepto solū est permissus, ergo nō est volitus. Præterea nec est volitus in se vt suppono, nec in causa, quia nō cōtinetur in illa precise sum pta,ergo nullo modo est volitus. de 2. vero patet quia volūtas nō est causa effectus alicu ius nisi volēdo illū,sed talis effectus nō est vo litus, ergo nec à volūtate causatus . Præterea volūtas nō est causa eius,q̄ mere per accidēs sequitur ad id,q̄ in se,ipso vult,sed talis effec- tus sequitur mere per accidens ad id quod voluntas in se ipso vult , ergo voluntas non est causa talis effectus,adiuncto vero pręcep- to est moralis causa talis effectus , quia tunc licet actio in se volita & ille effectus per acci- dens connectantur,physice loquēdo,& vnum physice sit per accidens causa alterius;tamen moraliter vtrumque censetur habere ratio- nem vnius obiecti disconuenientis & à volun tate vitandi. ideo volitio vnius virtute censet volitio alteri⁹. Addūt isti,effectū omnino per accidēs sequitur, eo q̄ nōnecessario infertur à causa,etia vt affecta circunstantijs , secluso præcepto,non pertinere ad voluntatem,adiū cto vero pręcepto esse illi voluntarium, quia 168 tenetur vitare illū quoad possit, ideo si non faciat,censetur moralis causa illius. 2.opinio reijcitur.

Sed hæc mihi non videntur sufficienter di cta. 1.quia raro, vel nunquam datur actio, 1 ex qua præcise sumpta necessario sequatur effectus , sed cum quibusdam circunstantijs illum inferre solet, cum alijs vero non. 2.quî 2

nihil referre videtur vt effectus voluntarius
sit secluso præcepto, quod sequatur ex actio-
ne in se voluntaria, precise sumpta, vel ex ea
cum circumstantijs cum quibus volita est,
ergo si effectus consequens præcise ex actio-
ne in se voluntaria secluso præcepto voluntā-
rius est, etiam erit voluntarius secluso præcep
3 to qui sequitur ex actione volita cum talibus
circumstantijs. 3. quia rationes adductæ con
tra superiorem modū dicendi, etiam probāt
effectū, qui sequit ex actione ista nō precise
sumpta, sed sub talibus circūstantjs volūtariū
4 esse secluso præcepto. 4. quia rationes huius
opinionis paruimomenti sunt, cum enim di-
citur, vt effectus sit voluntarius, debere esse
volitum & causatum à voluntate: secluso au-
tem præcepto, effectum qui non sequitur pre
cise ex actione, non esse volitum, nec causa-
tum à voluutate, ideo non esse voluntarium,
negatur min. talis enim effectus, licet inter-
dum non sit volitus in se, tamen volitus est
in actione volita in se cum circunstantijs, cū
quibus necessario infert effectum, vnde est
volitus & voluntarius in causa, siue sit obli-
gatio illum impediendi siue non, quamuis
cessante obligatione nō imputetur ad culpā,
169 & ideo non sit moraliter voluntarius. Per
quod etiam R. ad vltimam rationē, cū enim
voluntas non tenetur illum effectum vitare,
licet non sit causa moralis illius, ita vt ille ad
culpā voltūati imputet, nō tamē videt negari
posse, quin sit causa physica volūtaria illius.

3. opinio cuius Author est Vaz. disp. 24. c
3. opinio, 3. in duplici propositione consistit. 1. est tam
euentus positiuus, quam omisio orta ex
causa voluntaria positiua, est voluntaria in-
directe, si adsit eius notitia, quamuis nul-
la obligttio intercedat non apponendi talem
causam prob. quia voluntariūest, quod est
à principio intrinseco cognoscente singula,
idest circumstantias, in quibus est actio, omis
sio autē orta ex causa positiua voluntaria,
licet non interueniat illud præceptum, est à
principio intrinseco cognoscēte singula, ergo
talis omisio est volūtaria, scilicet indirecte,
min. quantum adid quod ait, omisionē illā
fieri cum cognitione singulorū supponitur:
quantū vero ad id quod ait, eam procedere
ab habente talē cognitionē, probatur, nam
quamuis illius omisionis non fuerit expressa
voluntas vt supponitur, tamen fuit expressa
voluntas causę, ergo salte m remote à volun
tate, vt à causa & à principio intrinseco pro-
uenit, alioqui nec euentus positiuus ortus
ex causa positiua, vnquam posset esse volun-
tarius, nisi expresse etiam volitus esset, quod
est contra communem omnium sententiam.
Quæ ratio eodem modo probat de effectu
positiuo sequente causam voluntariam posi-
tiuam, erit enim voluntarius indirecte, etiam
si non sit prohibitus, & ideo ad culpam non
imputetur, quare si quis opere aliquo dat
causam pollutioni, v.g audiendo confessio-
nem, dicitur ei voluntaria pollutio, sed ei nō
imputatur, quia vt infra (inquit) disp. 115. c. 3.
ostendemus, nullum est præceptum non dan
di causam pollutioni absolute & in vniuer-
sum, sed certa quadam ratione vt ibidem ex-
plicabitur. 2. Con. est, euentus qui sequi-
tur omisionē non est indirecte voluntarius
omittenti, nisi teneatur illum impedire, pro
bat 1. à posteriori, alioqui enim peccata ho
miuum & Angelorum essent voluntaria
Deo, quia sequuntur ex eo, quod Deus no
lit ea impedire cum possit. 2. à priori quia
vt effectus sit alicui voluntarius, debet esse ab
eo vt à principio intrinseco, ed effectus ortus
ex omisione, quando nō interuenit precep
tum impediendi illum, non procedit ab
ipso omittente, ergo non est illi voluntarius.
mi. probatur, quia non procedit ab illo vt à
causa physica, qui enim non succurrit na-
ui, non est causa physica submersionis,
quod vero non si causa moralis, si non in-
teruenit preceptū impediendi effectū, prob.
quia in moralibus nulla ratio habetur eu ē-
tus, cuius impediendi nulla est obligatio vt
nobis imputetur ad culpam, ergo non est à
nobis moraliter, & hoc siue ipsa omisio ad
quam consequitur, sit expresse & formaliter
volita in se, siue in causa, eadem enim
ratio est in vtroque casu, & alioqui peccata
hominum & Angelorum essent voluntaria
Deo, qui non in causa tantum vult omisionē
ex qua sequuntur, sed etiam in se ipsa, vult
enim formaliter non impedire peccata. Hæc
sententia quantum ad 1. prrobationem pla-
cet, licet iutelligenda sit iuxta ea quę in 4.
opinione diximus, quantum ad 2. propositio
nem, quid sentiendum sit, sect. 4. explicatum
est, nimirum effectum omisionis vere esse vo
luntarium physice: secundum quid, tamen
eo quod omisio non est causa physica per se
talis effectus, vt constat, imo nec causa per
accidens in toto rigore sumpta, cum non sit
applicans, neque applicatio causæ per se, nec
conditio quam exigat causa ad operandum,
vel ad melius operaādū, sed tantū est causa
remoueudo, prohibēs seu potius nō apponē
doid quod prohibere posset effectū, qui mo-
dus causandi effectū, nondubiū, quin sit phy-
sicus, licet imperfectissimus, & valde secundū
quid, & sic Deum esse casam peccatorum
etiā pro formali non solū non est falsum, sed
etiā est maxime consentaneū Sacris litteris
& Patribus, simpliciter tamē nullo modo est
causa illorum, etiam pro materiali, vt sect. cit.
docuimus. Adde, causam moralem dupliciter
dici. 1. quia causat libere. 2. quia causat
bene. l. male moraliter. 1. modo qui est causa li-

bera

bera omissionis est causa moralis respectu effectus orta ex omissione secundum quid, tamen vt diximus de causalitate physica. 2. autem modo non est causa talis effectus, quia non imputatur illi ad bonitatem, nec ad malitiam moralem quando nulla obligatio est impediendi illū, at vero quando est obligatio impediendi illum, est causa moraliter, hoc 2. modo, & quantum attinet ad mores ita illi tribuitur effectus ac si esset simpliciter causa physica illius, non ita secundum æqualitatem, sed secundum maximam quādam similitudinem, non enim tantam, sed fere tantam contrahit culpam, quo sensus dixit Amb. pasce esurientem, si non pauisti occidisti, quod maxime habet verum in eo qui ex iustitia pascere tenebatur.

170 Omissis ergo tribus præcedentibus opinionibus sit 4. opinio iuxta dicta sect. 4. diffi. 2. de effectu sequente puram omissionem, dicendum est modo de effectu sequente actionem vel etiam omissionem in se volitam, si talis effectus habet omnino & physice connexionē cum actione, vel omissione in se volita, siue sumpta præcise siue cum talibus circumstantijs, tunc effectus est physice voluntarius, simpliciter aut saltem secundum quid quia physice, licet mediate procedit à voluntate operante, & ad hoc nihil refert quod effectus sit prohibitus vel non, imo nec quod sit præuisus in causa vel nō: sed hęc referre possunt vt effectus imputetur vel no imputetur ad culpā, si enim sit prohibitus, & in causa præuisus, imputabitur ad culpam, si autem vel non sit prohibibitus, vel non sit præuisus in causa, non imputabitur ad culpam, nisi potuerit & debuerit in causa præuideri, vnde nec erit voluntarius moraliter, sed tantum physice, intellige autem de prohibitione effectus, vt hic & nunc fit, potest enim contingere, effectum esse prohibitum fieri alio modo & nō isto. sic quidā dicunt prohibitū esse polluere se exintētione, nō tamē præter intentio scilicet no procurado pollutionem, sed tantum aliquid faciendo, ex quo processura videatur. Alij vero volūt nō solū esse prohibi-

171 bitum polluere se ex intentione, sed etiā præter intentionem, quando causa pollutionis sine notabili detrimēto corporali, vel spirituali proprio, vel alieno, vel etiam sine notabili difficultate vitari potest, ita vt teneamur omnia media adhibere ad vitandam pollutionē, quæ nec maxime incommoda, nec maxime dura & difficilia sint, in & hac opinione pollutio præuisa in causa quæ cōmode & facile vitari potest, imputabitur ad culpā, nō vero in ea, quę incōmode vel difficile vitari posset: nō est autē huius loci hoc latius prosequi, & similiter, licet occidere innocentem saltem qui non sit nocens secundum allegata & probata, vel occidere iure defensionis, quando me aggreditur inculpate, quia excusatur ignorantia inuincibili, vel amentia, si ex intentione occidatur, prohibitum sit, tamen non est prohibitum authorirate publica, & iure belli, præter intentionem occidere innocentem, qui est pars reipub. nocentis, quæ aliter vinci non potest, & tunc eius mors nec erit moraliter voluntaria, nec imputabitur ad culpam, sed tantum erit voluntaria physice, & fortasis id non sufficiet, vt dicatur voluntaria simpliciter: imperfectissime enim participat rationem voluntarij, cum non sit immediatus effectus voluntatis, nec in se terminet volitionem, nec ita se habeat in ordine ad bonitatem & malitiam moralem, ac si in se terminaret volitionem, aut esset immediatus effectus voluntatis. Idem dico de pollutione quæ solum est voluntaria physice, aut moraliter quidem, sumendo moraliter, vt est idem quod libere, non vero, vt est idem quod imputabiliter, si vero effectus non habet physice necessariam connexionem cum actione vel omissione in se volita, nec sit intentus, licet sit præuisus, multo minus erit simpliciter & absolute voluntarius, quia imperfecte participat rationē volūtarij: in quo quidem Vaz. illo c. 3. docuerit effectū, qui sequitur ex causa positiua voluntaria, esse voluntarium, tamen in fine eiusdem c. ait, hoc intelligi debere quando nascitur physice ex natura operis, & non ex voluntate alterius: quando enim ex opere alicuius alter capit occasionem peccandi, peccatum alterius non est voluntarium ei, ex cuius opere sumpta est occasio, nisi quando ille deberet ab opere cessare, ne tale scandalum sequeretur, iuxta regulas S. Tho. 2. 2. q. 43. a. 2. 7. & 8. & ratio est, quia non existitente in illo præcepto voluntas imperfectissime est causa illius effectus, si vero fuerit prohibibitus, eo modo quo fit, erit voluntarius, quasi simpliciter, itaq; moraliter, idest cū morali imputatione quia perinde imputabitur, ac si esset in se volitus & intentus. Tit. denique quod supra diximus, de effectu consequente purā omissionē dicendum est de effectu cōsequente actionem vel omissionem in se volitam.

172 Difficultas.

Sed in omni effectu consequeter actionē vel omissionem, directe vel indirecte volitam, difficultas est, an eius connexio cū causa debeat esse præuisa, vt effectus sit moraliter voluntarius, seu ad culpam imputetur, pars enim negās suadet 1. quia sine tali prouisione effectus est voluntarius physice, cur ergo nō etiam moraliter. 2. Quod vt imputetur ad culpam, sufficit esse volitum volitione tantū terminata ad causam, sufficit esse cog-

4. Opinio Authoris.

nitum cognitione tamen terminata ad causam, sed hoc voluntarium vt, imputetur ad culpam sufficit esse volitum volitione terminata ad causam, ergo sufficit esse cognitum cognitione terminata ad causam. Confir. quia antecedente præuisione effectus in causa, volitio causæ manet omnino inuariata in se, & effectus ex illa sequitur eodem modo, quo si non esset præuisus, ergo non est magis nec minus volitus, nec à volitione causatus, nec magis voluntarius, ac proinde non magis imputabitur ad culpam, quam si non esset, preuisus.

3. Quia D.Tho hic q.20.art.5.& 22.q.73. 3.
art.8.ait, effectum non preuisum, nec intentum imputari ad culpam, quando sequitur per se ex aliqua actione, & est exemplum in simplici fornicatione, quæ mala est ratione prauæ educationis prolis, quę ex ea perse sequitur, licet homo hic & nunc non præuiderit istã consecutionẽ, sed potius existimauerit recte educandam prolem, ergo praua educatio imputatur ad culpam, absque eo quod sit intenta, vel in fornicatione preuisa.

4. Si ex actione alicuius dantis operam rei illicitæ sequatur homicidium, imputabitur homini, licet non sit preuisum nec intentum, vt ex multis canonibus docent Silnest. homicid 2.num.2.reg.1.& verbo, causa, num. 6.glossa in c. etiam nobis de testibus, verbo dederunt, & D.Tho.22.q.64.a.8.ergo effectus non præuisus nec intentus imputatur ad culpam. 4.

5. Quia communiter in materia de restitutione dicitur eum qui iniusse mutilat, vel occidit teneri de damnis illatis mutilato, & vxori, ac filijs defuncti, licet nec eam intenderit nec preuiderit, ergo effectus non preuisus, nec intentus imputatur ad. culpam, si enim non imputaretur ad culpam nec ad restitutionem. 5

His non obstantibus certum & commune est, effectum qui nullo modo est intentus, nec in sua causa preuisus nullatenus imputari ad culpam, vt notat glossa conformiter ad tex. Gelasie. Sancta Rom. disp. 15. & colligitur ex Aug. 22. contra Fastum. c. 24. & refertur. c. inebriauerunt. 25. q. 1. vbi Aug. ait, Loth fuisse culpandum de ebrietate, non de incestu, quia ignorauit incestum ex ebrietate processurũ. Chrysost. etiã ho. 44 in Gẽ. Loth excusat ab incestu, ergo incestus non præuisus, nec intentus, non imputatur ad culpam, & ideo D.Tho. 22.q.64.a.8.ex Arist. docet, mere casualia, quæ scilicet nec sunt præuisa, nec intenta non esse voluntaria, scilicet, moraliter: & communiter omnes docent, circunstãtias inuincibiliter ignoratas non imputari ad culpã, quo sensu infra docebimus, ignorãtiã causare inuolũtariũ s. moraliter, ergo effectus nõ preuisus, nec intentus nõ imputat ad culpã. Ratio à priori est, quia effectum imputari ad culpam est, positionem causæ culpabilem esse in ordine ad illum, cum autem effectus non præuidetur in causa, positio causæ non est culpabilis in ordine ad illum, ergo ille non imputatur ad culpam. Min. probatur, nam tunc inuincibiliter ignoratur obligatio cessandi apositione causæ in ordine, ad talem effectum, eo quod homo inuincibiliter ignorat connexionem causæ cũ effectu, ergo positio causæ tunc non est culpabilis, in ordine ad illum, deformitas enim actus quæ operantem latet non imputatur operãti. 174

Ad 1. R. quod licet effectus non præuisus in causa sit eodem modo voluntarius physice, quo effectus preuisus, tamen non est voluntarius moraliter, nec imputatur ad culpam, quia deformitas, quam causa habet in ordine ad effectũ, est inuincibiliter ignorata. Ad 1.

Ad 2. negatur Mai. ad hoc enim, vt aliquid imputetur ad culpam, sæpe requiritur plus ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis. Vt enim aliquis actus sit malus, non est necesse volitam esse in se deformitatem eius ad rationem, alioqui nemo peccaret, aut raro peccaret, quia raro, vel nunquam volita est in se deformitas actus ad rationem, tamen necesse est, talem deformitatem esse cognitam in se ipsa. Similiter ergo vt effectus imputetur ad culpam, licet non debeat esse volitus in se ipso tamen debet esse in se ipso cognitus. Dices ergo non sufficit esse præuisum in causa R. si præesse præuisũ in causa intelligatur esse cognitũ in cognitione terminata ad solam causam materialiter sumptam, concedo id non sufficere, vt imputetur ad culpam, si vero intelligatur non esse cognitum secundum suam existentiam actualem & præsentẽ: dico id sufficere, dũ tamẽ cognoscatur ipsum esse processurum à tali causa necessario, vel probabiliter, vel saltem quod natus est procedere à tali causa, & communiter procedere solet, & hoc vocamus communiter effectum cognosci in causa, vt dicimus Ecclypsim in causa cognosci, non per hoc solum, quod ipsa causa materialiter cognoscatur, sed quia cognoscit Ecclypsis, vt processurus à tali causa, licet non actualiter existens in se ipsa. Per idem patet ad confirmationem, nam volitione in se omnino inuariata potest effectus de nouo imputari ad culpam, & de nouo fieri voluntarius moraliter, per hoc quod de nouo cognoscatur deformitas, & malitia quam habet causa in ordine ad illum. 175

Ad 3. R. non esse mentem D. Thom. quod effectus nullo modo præuisus in causa imputatur ad culpam, sed tantum quod aliquando Ad 3

173 *Diuisio ex opinione Authoris.*

aliquando imputabitur, licet tunc non cognoscatur vt necessario, vel probabiliter processurus ex tali causa, dum tamen sciatur, causam esse generaliter prohibitam, quia inde solet procedere talis effectus; vel saltem cognosci debet in cõmuni, annexum esse aliquod inconueniens in tali actione, ideoque eam esse prohibitam, & hoc modo praua educatio prolis imputatur fornicanti, ad culpam, quia scit, fornicationem esse generaliter prohibitam, propter aliquod inconueneins speciale, quod secum afferre solet, & hoc sufficit vt volitio fornicandi sit distincta specie, etiam morali à voluntate furandi, vel occidendi, &c.

Adde, peccatum fornicationis non esse maius, saltem notabiliter, quando hic & nunc futura præuidetur mala educatio prolis, quã si non sic præuideretur, quia in vtroque casu cognoscitur fornicatio vt prohibita in ordine ad idem inconueniens, & eodem modo; & alioqui in confessione interrogandum, & explicandum esset, an mala educatio prolis præuisa fuerit, vt processura ex causa cum talibus circumstantijs, vel non sic fuerit præuisa, quod est absurdum, & contra omnem vsum.

176 Ad 4. Ad 4. R. doctores, & canones non velle, quod homicidium nullo modo præuisum, nec intentum imputetur ad culpam, vel ad irregularitatem, etiam danti operam rei illicitæ, sed tantum, quod licet hic, & nunc probabile sit, non subsecuturum homicidium, & per hoc homo excusetur à peccato homicidij, tamen si res habeat probabile periculum homicidij, ipsum imputabitur ad irregularitatem danti operã rei illicitæ, specialiter prohibitæ propter adiunctum homicidij periculum, vt clericus dãs operam hastiludio sibi prohibito propter periculum homicidij, etiam si adhibeat sufficientem diligentiam ne sequatur homicidium, & ideo excusetur à culpa homicidij, tamen non excusabitur ab irregularitate, quæ non tam propter culpam homicidij, quam inobediendientiæ circa materiam homicidij, imposita est.

Dices præceptum superioris ponit actum in specie materiæ, ad quam pertinet, vt si est præceptum ieiunandi ponit ieiunium in specie temperantiæ, & comestionem oppositã in specie intẽperantiæ ergo preceptũ pertinẽs ad materiã iustitiæ, quale habet ille clericus, ponit eius executionem in specie iustitiæ, & eius violationem in specie iniustitiæ, ac proinde ille peccat peccatum iniustitiæ, & homicidij. R. & est maxime notandum aliud esse precipere materiam alicuius virtutis, quæ ex natura rei, non cadebat sub præcepto, aliud vero precipere media ad illam, quæ ex natura rei non cadebant sub precepto; precipere quidem primo modo ponit violationem præcepti in specie vitij oppositi tali virtuti, precipere vero secundo modo non reponit violationem in specie vitij, quod opponitur tali virtuti: sed in specie inobedientiæ, vt si ad vitandum furtum, homicidium, vel sacrilegium, precipiantur mihi plura media, quam ex natura rei necessaria, & præcepta sint, illaque negligam, peccabo contra obedientiam, non tamen contra iustitiam vel religionem, itaque illa communis opinio, quæ ait, non esse peccaum speciale inobedientiæ, nisi quando directe volo repugnare ordinationi superioris limitanda videtur, ad præcepta, quæ feruntur in materiam propriã alicuius virtutis, vel in media per se necessaria ad illã, implere autẽ præcepta, quæcũq. illa sint, pertinet ad virtutem, ex cuius motiuo implentur, nam actus boni ex solo motiuo specificantur, mali vero ex materia vel circumstantijs, vel speciali præcepto superioris, vt suo loco docebimus.

Ad 5. R. quod si quis damna illa non præuidet, nec præuidere potuit, vel non debuit, non imputabuntur ei a culpam, sed tantum ad restitutionem, minus enim requiritur vt ad restitutionem, quam vt ad culpam imputentur, de quo in materia de restitutione. 177 Ad 5.

Plura alia, quę quidã hoc loco attingunt, consulto pretereo, quia ad presens institutum necessaria non sunt, & ad plurimas alias materias pertinent.

Reliquum autem est, vt respondeamus ad fundamenta prioris modi dicendi positi in prima difficultate: concedo ergo peccata quæ fiunt, esse voluntaria Deo, non simpliciter sed secundum quid, non moraliter, sed physice, quatenus scilicet, ea permittit, cum impedire posset, vel ita res disponit, vt infallibiliter, infallibibilitate quadam morali, vel saltim probabiliter sequantur, ita vt moraliter sit necessarium, vel saltim probabile aliqua peccata mortalia vel venialia secutura esse in mundo, vel in tali regno, ciuitate aut persona, intra tale vel tale tempus, &c. concedo etiam, mortem innocentium iuste illatam iure belli, eo modo quo in argumento ponitur, esse voluntarium physice, & secundum quid, non tamen moraliter, nec simpliciter, vt supra diximus: consonat autem Cordub. lib. 1. quæstio. 23. dubita. 9. notabil 1. ei quod in hac sectione & superioribus diximus ad voluntarium indirecte, vel interpretatiue non esse necessariam obligationem impediendi effectum, sed tantũ ad hoc vt imputetur ad culpam. 178 *Ad argumenta 1. opinionis posita in 1. difficultate.*

Ex dictis in tota hac disputatione facile

1. *Diuisio voluntarij.* 1. diuisiones voluntarij. 1. est in voluntarium obrectiue, effectiue, & omisiue, quod vltimum vocatur voluntarium indirecte. 2. est inuoluntarium in se, & in causa. 3. inuoluntariū formaliter, & interpretatiue. 4. inuoluntarium liberum, & necessarium. 5. in voluntarium per modum obiecti, per modum actus seu omisionis, & per modum effectus consequentis actū, vel omisionē. Quæ omnes in hac disputatione explicatę sunt, & dantur de voluntario puro. 6. autem diuisio voluntarij esse potest inuoluntarium purum, & mixtum cum in voluntario, de qua diuisione agetur disputatione tertia. Aliæ diuisiones traduntur ab Azor. lib. 1. cap. 3. q. 2.

A. 4. Vtrum violentia possit inferri voluntati?

A. 5. Vtrum violentia causat inuoluntarium?

DISPVTATIO SECVNDA DE INVOLVNTARIO coacto, simpliciter; molesto, & necessario.

QVIA oppositorum eadem est disciplina, & vnius cognitio ad alterius cognitionem conducit, ideo postquam de voluntario simpliciter egimus, dicendum est de inuoluntario simpliciter, quod idem fere est cum violento, & coacto, & de necessario, & molesto, quod cum his nonnullam habet affinitatem.

Sectio prima. Quid sit inuoluntarium violentum & coactum simpliciter, quidque necessarium, & molestum.

1 *Triplex voluntarium.* NOta, inuoluntarium tripliciter dici posse, negatiue, priuatiue, contrariæ. Inuoluntarium primo modo tantum dicit negationem voluntarij, qualis etiam est in artibus, & effectibus rerum inanimatarum, quæ acceptio parum est in vsu, inuoluntarium. 2. modo, seu priuatiue dicit negationē voluntarij in subiecto capaci volūtarij, quæ capacitas est in omnibus actibus, & effectibus, qui possunt à volūtate, vel appetitu sensitiuo procedere. Vnde si ab illis non procedant, sunt inuoluntarij priuatiue, præsertim si in eo statu sit voluntas, vel appetitus in quo posit tales actus, vel effectus causare, & hoc inuoluntarium potius dicitur non voluntarium, quam inuoluntarium in communi vsu sumpto ex Aristot. 3. Ethic. c. 1. inuoluntariū autem contrarie, quod solum dicitur stricte, seu in communi vsu inuoluntarium est, quod est contra positiuum actum voluntatis, vel appetitus sensitiui, seu est oppositum eius quod potentiæ istæ appetunt.

Difficultas. Difficultas autem est, an actus voluntatis cui opponitur hoc inuoluntarium debeat esse absolutus, an sufficiat conditionatus, seu velleitas, hinc enim videtur non requiri actum absolutum, quod si quis ad mortem trahatur, videns se eam non posse impedire, nō poterit absolute velle non mori, nam voluntas non est earum quæ impossibilia iudicantur, tamen mors erit inuoluntaria. ergo. 2

Inde vero videtur requiri actum absolutum nec sufifcire conditionatum, quod alioqui multa, quæ fiunt, dicenda erunt Deo inuoluntaria contrarie, quia multa fiunt, quæ voluntate inefficaci, seu velleitate vellet non fieri, scilicet peccata.

Neque est verum quod aliqui dicunt nō dari formaliter in Deo has velleitates, sed virtute, quatenus absolute vult dare auxilia, quibus peccata vitari possunt, dari enim has velleiltates formaliter in Deo ostendemus, tract. 6. disp. 1. sect. 3. & ostendimus 1. parte. q. 19. & consonat D. Thom. ibi art. 6. ad. 1. & com-

& communi modo loquendi sanctorum. Præterea etiam si hæuelleitates solum darentur virtute in Deo, admittendum esset, peccata esse virtute, licet non formaliter inuoluntaria Deo cõtrarie, quod est absurdum: Item mors Christi, & martyrum esset hoc modo simpliciter in voluntaria, cum interueniat velleitas non moriendi, & actus mali essent nobis inuoluntarij, quia interuenit velleitas, non exercendi illos.

3 *Decisio.* Respondetur necesse esse, ad hoc in voluntarium, vt aduersetur actui absoluto, vel conditionato, non cuicumque, sed efficaci, quãtũ est ex parte hominis, ita vt si in ipso homine potestas sit ad effectum, per talem actum sufficienter applicetur ad operandum, & eo posito necesse sit operationem subsequi. Si autem conditionatus non inferat necessario operationem, data facultate in voluntate, non erit satis ad inuolanrarium contrarie, quia non est efficax per modum applicantis potentiam actiuam. Nam etiam ea data posset non sequi eius operatio, est autem actus conditionatus in efficax, quando ponitur alia conditio præter facultatem operandi.

Tota hæc doctrina patet ex vtrinq; obiectis, nec oportet plus temporis in hac re terere. Ex quo sequitur violentum, & coactum, idem fere esse cum in voluntario contrarie, quod magis patebit explicando, quid violẽtum, quidque coactũ sit. Violentum à Nyssẽno. 5. Philoso. c. 1. definitur, cuius principiũ exterius est, nihil conferente secundum proprium motum ei, qui vim passus est, à Damas. 2. fid. cap. 24. quod principium extrinsecus habet, nihil suopte motu, atque conatu ad actionem conferente eo, cui vis affertur: ab Arist. vero. 3. Ethicorum c. 1. secundum translationem Leonardi Aretini, sic diffinitur, violentum est cuius principium extra est cum id cui vis affertur nihil, operæ conferat. Secundũ translationẽ vero Argyropili, cuius principiũ est foris, in quod nihil is, qui agit, aut patitur, confert, & infra ait, violenta esse quarum externa est causa, & ipsum agens nihil omnino confert. communiter autem ex Arist. eo loco violentum definitur quod est à principio extrinseco passo non conferente vim, dicitur ab extrinseco, si enim fuerit ab intrinseco, quantũ uis passum resistat, non erit volentũ, vt si quis absolute, & sub conditione suæ potestatis, vellit suam materiam, vel formam destruere, vel aliquam passionem sensitiui appetitus impedire, permanentia formæ, vel materiæ, vel passio appetitus non erit violenta, quia non est ab extrinseco; ergo ad rationem violenti requiritur, vt sit ab extrinseco; nõ tamen hoc sufficit. Nam si id, quod ab extrinseco prouenit, sit absolute consentaneũ appetitui patientis, quod illi aduenit ab extrinseco, non erit violentum. Vnde forma, vel mutatio ad formam aduenies materiæ nõ est illi violenta, quia passum appetit, quod illi aduenit. Nec tamen sufficiet esse ab extrinseco, & quod in passo non sit ad illud inclinatio, vt violentum dicatur, sed vlterius requiritur, quod in passo sit repugnantia, & resistentia respectu illius, vnde secũdũ aliquos, licet ignis in sua Sphera moueatur circulariter ab extrinseco, nec habeat inclinationẽ ad talem motum, non est ei violentus, quia illi nõ resistit, & ideo motus ille vocatur præternaturalis, & neuter, idest, nec naturalis, nec violentus. Idem dicunt aliqui de motu cæli, siue proprio, siue raptus, cælum enim nec videtur talem motũ appetere, nec illi repugnare, cum nullum detrimẽtum, vel commodum illi afferat. Hoc autem existimo, saltem quantum ad motum proprium, esse contra Arist. qui. 1. cæli cap. 2. expresse ait, motum circularem esse cælo naturalem, & secundum eius naturam, idest secũdum naturalem inclinationem eius, nec ad hoc requiritur, vt ei afferat aliquam perfectionem, non enim solum est naturalis inclinatio ad perfectionem propriam, sed etiam ad perficiendũ alia: cum ergo cælum suo motu applicetur ad agendum in inferiora hoc sufficiet, vt sit secũdum naturalẽ eius inclinationem: deinde motum circularem esse igni violentũ generatim, docet Arist. 1. cæli. c. 2. probatq; Vaz. disp. 25. cap. 2. nam ignis ex suo prin. intrinseco passiuo, & actiuo, quiescit in loco naturali; ergo moueri in illo est ei violentum. Item Aristot. 4. Phys. cap. 8. tex. 67. expræsse ait, omnem motũ, vi fieri, aut natura; ergo frustra fingitur motus medius inter naturalem, & violẽtum. Cum igitur motus circularis, etiam in Sphera sua, nõ sit naturalis igni, erit ei violentus. Falso etiam aliqui dicũt fluxum, & reflexum maris esse motum neutrum. Nam si fluxus maris fiat per impulsũm aquæ a medio ad litora, vt aliqui volunt, constat ibi esse violentiam, quatenus aqua ascendit, naturalitatem vero, quatenus postea descendit ad littora. Vnde motus ille mixtus est ex naturali, & violento. Si vero fluxus fit aucta aqua, (vt aliqui volũt) totus ille fluxus naturalis est, quo aqua genita ad inferiora descendit, vt in flumine. Melius autem exemplum est in forma artis, quæ nec est cõtra, nec iuxta inclinationẽ ligni, ideo neutra est naturalis, aut violenta, argo ad rationem violenti requiritur, vt passum renitatur, seu repugnet, & resistat, quod intelligendum, vel addendum esse in definitione Arist. recte docent Iuniores, cum D. Thom. hic artic. 4. Valen. puncto. 3. Vaz. disp. 15. cap. 2. Scot. 4. d. 49 q. vnica. §. ad quæstionem igitur Alma. 1. Moral. c 2. Coimbris. 1. Phys. cap. 9. q. 12.

Quid violentum.

q.12.artic.6.& lib.5. in explicatione.c.6. quod etiã colligitur ex Arist.5. de generatione animaliũ.c.8.1.cæli.c.2.& 2.Ethic. ad Eudemum postemediũ seu c.8.alias.9. vbi docet violẽtũ esse,quod est præter naturam(vt vertit Argyropi.)melius autem verteretur,quod est contra naturam. Nam vox græca , & præter, & contra,significat,vt recte ostendit Vaz. illo c.2.ex 2.Ethi.ad Eudem.c.8.vbi ea vox interdum per,præter, interdum,& melius per contra,vertitur ab interprete,& ad rationem violenti requiritur , vt sit contra naturam ideſt, contra naturalem inclinationem, vnde & ipse Arist. sect.1. problematum quæst.6. vt vertit Theodorus Gaza,ait violẽtum esse , quod est contra naturã. Et 3.Ethi. c.1. & 2.ad Eudem. loco cit. docet violentum incognoscentibus, molestum esse,doloremq; afferre; quem tamẽ non afferret , nisi esset contra naturalem inclinationẽ ergo hoc requiritur ad violentiam secundum Aristot. Obijcies nam siquis bonis suis aprædone spolietur absq; cõsẽsu suo,is dicetur vim pati,licet non resistat,ergo ad violẽtiam non requiretur,vt passum resistat,quod conf. quia vis difinitur sic ,est maioris rei impetus qui repelli non potest, l. vis autem. ff. de eo quod metus causa gestũ est.in hac autẽ definitione nulla fit mẽtio resistentię.Ergo ad vim nõ est necessaria quod, etiã colligi potest ex ijs,quę habẽtur.ff.de vi,& vi armata, & vnde vi,&alio titulo,quod vi,& clam,& alio ad legẽin Iuliam de vi priuata,&alio de vi publica, & de ijs quæ vi metus causa fiunt,indecretalibus.tit.de ijs quæ vi. &c.Resp.in illo casu spoliationis,& similibus,licet non interueniat resistentia extrinseca,interuenire intrinsecam: nẽpe actualem,virtualem,vel saltem habitualem repugnantiam voluntatis eius , qui vim pati dicitur:eaq; repugnantia, licet non exprimatur in ea definitione Iurisperitorum, supponitur tamẽ itaq;sensus illius definitionis est,vim esse impetum maioris rei, qui repelli non potest à volente aliqualiter illum repellere.

4 Aliqui definitioni Arist addunt,violentum esse quod est contra appetitum actiuum.Eximant enim aliqui,ad rationem violẽti requiri,quod passum habeat vim actiuam,per quã resistat, quibus consonant Conimbricenses.5. Physi.cap.6.in littera. Explicant enim calefactionem esse violentam aquę,& descensum igni, quia actiue repugnant his motibus. Clariusque,& fusius id docet Vaz. disp.25.cap.3. quia violentum est cõtra internum impetum conatum , & motum: quod autem est contra appetitum pure passiuum, non est contra internum impetum, conatum & motum ; ergo 2.alioqui aeri violẽtę essent tenebræ,quia sunt contra appetitum passiuum , quem habet ad lucem,& cælo esset violenta quies,seu carentia motus , adqeum solum se habet passiue, & carentia formæ, quã actu non habet, esset violenta materiæ , & humanitas Christi vim pateretur,dum caret sua naturali personalitate,quæ omnia sunt falsa:ergo.Alij vero dicunt illam particulam nec in Aristo.nec in ratione fundari. Nam etiam appetitus passiuus est essentialis pars naturæ;ergo quod est contra appetitum passiuum,est vere cõtra naturam, & appetitum naturæ:ergo violentum.Confir. quia id non est naturale , nec neutrum ; ergo violentum. Præterea id oritur ab extrinseco, passo non conferente vim,sed resistente ; ergo est violentum Præterea nulla ratio reddi potest, cur quod fit contra appetitum actiuum sit violentum, & non quod fit contra appetitũ passiuũ Præterea si potentia passiua naturalis sufficit , vt motus sit naturalis , ergo repugnãtia passiua sufficit,ut sit violẽtus, quod putant isti satis colligi,ex D. Thom. artic.4. ad.2. & artic.5.ad.2. & inde etiam colligunt, violentum fore materiæ , si careat omni forma.

Ego satis probabilem existimo,& amente Aristot.minime alienam priorem sententiam, iuxta quam dici debet, si cælum modo quiesceret,vel oppositio modo moueretur ab intelligentia, talem quietem,vel motum non fore violentum, quia passum proprie non resistit, cum nihil habeat quod talem quietem , vel motum impedire, aut retardare possit , quin potius quodam modo adiuuet talem motum quia materialiter illum causat. Vnde non videtur illi violentus: qua ratione defendi posset,quietem cæli post iudicium non esse violẽtam,licet sit cõtra appetitum cæli,sed melius dicitur,illam quietem nõ fore violentam,quia cælum nõ solum habet inclinationem ad motum,sed etiam ad quietem, vt docẽt Conimbricenses,2.Physic.c.1.q.2.art.3.ad 1 quod sic intellige., vt inclinetur ad motum quamdiu motus conducere potest ad generationes hominum,&c. Adquietem vero,quando motus foret adgenerationes inutilis,vt post iudiciũ, & quod modo habeat inclinationem ad motum colligitur ex Aristot. 1.cæli.c.2.

Vnde falso dicunt aliqui,motum esse cælo violentum,probantes; quia omnis motus est naturalis, vel violentus,sed motus cæli nõ est illi naturalis.ergo violentus maierem probãt ex Arist.4.Physi.c.8.tex.67. vbi ait,atqui patet,omnem motum autvi fieri,aut natura:minorem vero probant,quia nihil dicitur naturale à sola materia , & principio passiuo , sed tantum à formali , & actiuo , quando enim Arist.2.Physi.cap.2.tex.3.dixit natura est prin. &causa,vt moueatur aut quiescat id,inquoest per principium motus , & quietis intellexit efficiens,quod eodem lib.c.3.definiut esse id

vnde

vnde est primũ principiũ mutationis aut quietis,& ideo dixit artificialia vesic, non habere, inse principiũ mutationis, quia principiũ effectionis inse nõ habẽt: propterea materia nõ est natura proprie: ergo nihil est naturale proprie rõe materiæ: antecedẽs probatur ex 5. Meta. c.4. vbi Aristo, ait materiam solum dici metaphorice naturam, quia est susceptiua formæ, quæ primo, & proprie natura dicitur. Ad quæ tamen facile Respo. negando cum communi, nihil dici naturale à sola materia, & principio passiuo, quod non recte probatur ex Aristot. nã per principiũ, & causam motus etiã passiuũ intellexit, quod vere est principiũ, & causa, tum effectus, tum effectionis nam, & hæc cum sit in passo, pendet ab eo in genere causæ materialis, & licet nomẽ naturæ primæua impositione impositum sit, soli formę tamẽ iam est apropriatum materiæ, & licet etiam nunc sola forma diceretur proprie natura, tamen ab ea posset dici naturalis, motus cæli, quia etiã est secũdũ inclinatione celestis formę. Sed vt ad superiora regrediamur, probabilius existimo ad violentum sufficere quod sit contra appetitũ passiuũ, quia eo ipso continget cũ quadã velut renitẽtiã, & repugnãtia rei, nec requiritur resistentia propria dicta, quę scilicet impediat, vel retardet actionem. Hinc si cęlo mutaretur propria figura, vel alicui viuẽti, etiam si actiue non resisteret, pateretur violentiam: similiterq; materia si nudaretur omni forma, & subiectũ accidẽtibus ad quæ habet inclinationẽ passiuam, pateretur violentiam. Ad 1. autẽ argumentum in contrariũ Resp. quando Arist. 2. Ethi. ad Eudem. c.8. 1.9. & Nysse. ac Damas. supra dicũt. violentum esse cõtra motũ impetum seu conatum patientis, his terminis metaphorice significant omnẽ inclinationm actiuam, vel passiuam. Ad 2. Resp. admittendo tenebras esse violentas aeri, quando illis non indiget, vt se reducat ad pristinũ frigoris statum, aut lux esset ei nociua, similiter quietẽ nunc fore cælo violentam: secus forte in fine mundi, vt diximus: carentia vero vnius formę non est omnino violenta cælo, quia est secundum inclinationem quam habet ad aliam formam, carentia vero propriæ personalitatis nõ est violẽta humanitati Christi, quia nõ habet inclinationẽ naturalẽ ad illã, nisi suppositã absentia nobilioris personalitatis ei incompatibilis, vt in materia de incarnatione diximus cũ Caiet. 3.p.q.4.art.2. Suarez, & alijs. Bene autem impugnat Vaz. disp.25.nu.19. asserentes humanitatẽ Christi nõ esse violenter sub personaliter diuina, quia proprie, nõ est contraria creatæ. Adde tamẽ primo etiã dari violentiã effectus pariuatiui in ordine ad causam pure actiuam, quando enim ignis impeditur à calefaciendo passum sibi approximatum, violẽtiam patitur contra inclinationem pure actiuam, & similiter effectus positiuus potest esse violentus respectu potentię actiuæ, vt sect.2. dicetur. Exquo diluuntur obiectiones quæ fieri possunt contra definitionem Aristot. supra traditam iuxta translationem Argiropili, in ea enim ponit Arist quod agens vim patitur aliquando, quia non confert vim, in quibus verbis videtur esse repugnantia, si enim agit: ergo confert vim, & influxum immo habet inclinationem adagendum, quia agens inclinatur ad suã actionẽ, quomodo ergo potest esse actio violenta.

Respondetur licet agens conferat vim, & influxum, & aliquo modo habeat inclinationem ad actionem, tamen actio ipsa erit ei violenta si sit contra aliam, & superiorem ipsiusmet agentis inclinationem, vt si homo vult, & cupit nõ percutere aliquem, alius vero manu eius arrepta illum percutiat actio percussionis erit violenta, vt his verbis dicit Arist. 3. Ethic. ad Eud. c.8. sect.9. vt si quis manu, & voluntate cupiditate renitẽtis arreptapercutiat aliũ &c. Si quis non videt aliquid, & ab extrinseco determinetur, vt id videat, visio etiam vt actio, erit ei violenta, quia licet homo ratione visus inclinetur ad talem actionem, tamen alio, & superiori appetitu, nempe actu elicito voluntatis resistit. Adde. 2. quod cum dantur varij appetitus, & minus precipuo opponitur effectus, non erit violentus si principaliori consonat, sicut motus progressiuus licet repugnet corpori, vt graue est, non est absolute violentus, quia cõsonat appetitiui elicito qui potior est, sicut de ascensu aquę ad replendum vacuũ, censet Viguerius. c.3.§.4. versi.1. quia licet ascensus repugnet aquæ sm appetitum particularem, tamen consonat ei secundum appetitũ, quem habet ad bonum vniuersi. Alia etiam ratione motus progressiuus, non est violentus scilicet, quia est a principio intrinseco, & non ab extrinseco. Idem est de errore intellectus, cõmuniter enim vel semper est à voluntate, cũ sit de propositione incuidenti, & semper est ab intellectu: corruptio autem licet sit naturalis ex parte materiæ, tamen in rebus inanimatis semper est violenta, quia est ab extrinseco cõtra precipuum appetitum suppositi proueniẽte ex forma, qui est ad conseruationem suppositi, & calefactio est volenta aquæ, licet sit conformis naturali appetitui materiæ.

Ex quibus licet colligere, violentum latius quodammodo patere, quam inuoluntarium; commune enim est cognoscentibus, & non cognoscentibus: inuoluntarium autem solum esse potest incognoscentibus, & tantum dicitur cum repugnat appetitui elicito, & fieri potest, vt id quod consonat appetitui naturali, quale est viuere, sit violentum, & inuolũtarium

tarium quia repugnant elicito, & quod repugnat appetitui naturali, vt mori, sit voluntarium: quia consonat appetitui elicito. Aliud tamen inuoluntarium latius patet, quam violentum, primo quia quæ ad nos, vt agentes, vel patientes non pertinent, licet violenta non sint, inuoluntaria esse possunt, vt nauim perire, amicum interfici, &c. Secundo quia in voluntarium etiam est, quod est ab intrinseco cõtra voluntatem, vt cadere ex turri, passionem insurgere in appetitu sensitiuo, volentum tamen solum est quod fit ab extrinseco.

Tertio quia quod fit ex ignorantia inuoluntarium est; non tamen violentum, vt Arist. & alij docent. 3. Ethic. c. 1. quod vero dicere videtur Arist. 3. Ethi. c. 3 & 2. Ethi. ad Eudem, c. 8. vt colligere titur Vaz. disp. 25. nu. 6. omne inuoluntarium esse violentum, intellige, de eo inuoluntatio, quod in nobis, vel a nobis fit aliquo extrinseco compellente. Hoc intellige de violento simpliciter, & perfecto, quod fieri à non nullis dicitur, per vim præcisam: est enim quædam vis, & violentia, non præcisa, sed admixta consensui, quæ non causat violentum simpliciter, & perfecte, sed secundum quid. & imperfecte, quia opus fit cum consensu patientis, ac proinde simpliciter est voluntarium, & non violentum vt quando per minas, vel tormẽta cõsensus extorquetur, & in iure, & in Philosophia morali, violẽtia hæc dici solet de qua Dur. 4. d. 9. q. 3. & nos disp. sequẽti. Iã de coacto dicamus multi iuniores cũ Med. hic ar. 4. Vaz. disp. 25. c. 1. ex Dura 2. d. 25. q. 4 & Angesto. c. 3. moral. tex. 9. not. 3. &. 5. quibus cõsonat Eustraci. 3. Ethi c. 1. &. 3. coactũ distinguunt à violento dicẽtes, coactum id tãtum proprie dici, quod est contra appetitum elicitum, ideoq; solum reperiri in agentibus ex cognitione vt sic, violentum autem id etiã esse, quod est contra appetitum innatum. Ideo in expertibus cognitionis, & vitæ reperiri. Hanc distinctionem iam non seruant, sed indiscriminatim nos vtroq; nomine vti fatetur Vaz. Eam vero distinctionem nonnulli colligunt ex Ethimologia nominis, dicunt enim coactum dici quasi contra actũ, seu actionem, idest, contra appetitum elicitum, sed imprimis ridicula est ista ethimologia; cogere enim non componitur ex contra, & agere, sed ex, con. ex agere, & licet oppropositione contra componeretur, tamen solum significaret, contra agere, quod etiam verificari posset in agente cõtra appetitum innatum alterius. Deinde Arist. 2. Ethi. ad Eudem. c. 9. alias post medicum expresse ait, ignem vi, & coactum descendere, ergo sentit coactionẽ esse etiam contra appetitum innatum, & 3. Ethic. cap. 1. aperte confundit violẽtum, & coactum, & ibi Iauelus tit. 1. c. 1. Albert. tit. 1. c. 3. infine, Palat. 2. d. 25. q. vnica Almay. 1. moral. c. 2. Valent. hic puncto. 3. docens, coactionem etiam esse contra appetitum innatum. Hinc recte 1. Petri. 5. coactum opponitur spontaneo, cum dicitur, pascite qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanee, non quidem quia coactum adæquate opponatur spontaneo, sed quia oppositurei inadæquate. sicut & violentum, si tamen quis velit cũ iunioribus id solum coactum appellare, quod est contra appetitum elicitum, consequenter dicere debet, quod diximus de inuoluntario, nempe, vt aliquid sit coactum, debere esse cõtra appetitum efficacem absolutum, vel conditionatum. Vnde metu proiiscere merces in mare, licet esset ab extrinseco, non esset coactum, quia non esset contra appetitum efficacem non proijciendi, sed contra inefficacem. Ad omittendum autem ea, quæ perse sunt impossibilia, nemo cogi dicitur, licet ea omittat contra suam voluntatem efficacem absolutã, vel conditionalem, vt siquis existimet, se volare posse, idq; efficaciter velit, omissio illius actionis non erit coacta, nec violenta, quia non est ab extrinseco, sed ab intrinseco.

Et hæc dicta sunt de coacto prese, & stricte sumpto, nam interdum etiam coactum dicitur, quod ab extrinseco determinãte, sine libertate fit, & de hoc videtur dixisse Bern. lib. de libero arbit. voluntas, quę pro congenita nobilitate, non potest cogi vlla necessitate, & clarius Marsil. 2. q. 16. art. 5. dub 1. voluntatem, ideo cogi nõ posse, scilicet quia cogere est, libertatẽ tollere, quãdo autẽ aliquid ab intrinseco determinãte sine libertate fit, nec late coactũ dicitur, vt recte annotauit Vaz. disp. 25. c. 1.

8 De molesto agit Arist. 3. Ethi. c. 1. & 2. Ethic ad Eudem. post medium. Dico autẽ breuiter, solum competere cognoscentibus, & proprie dicitur, quatenus infert aliquem dolorem, vel tristitiã, nec refert quod fit ab intrinseco; passiones enim appetitus sensitiui, licet sint ab intrinseco, molestæ esse possunt voluntati.

Quod molestum.

7 *Quod coactum.*

Inuitum, & inuoluntarium simpliciter idem sunt, præterquam quod inuitum magis videtur dici de eo quod vim patitur: quã de ipsa actione, vel passione violenta. Vnde vt bene notat Vaz. illo c. 1. num. 7. vocem græcam acusion quæ inuoluntarium significat interpretes Aristot. communiter vertunt, quod inuitus quis agit, aut patitur. Inuitum autem, & inuoluntarium secundũ quid differunt, quia quod fit ex ignorãtia, est inuolũtariũ secundũ quid, tamen non est inuitum vt bene Palatius. 2. d. 25. pag. 246. vide etiam Aristot. 3. Ethi. c. 1. §. Necessarium ex vi vocis tantũ significat determinationem ad vnum: tamen aliquando significat id, quod fit ab extrinseco contra inclinationem rei, & ita idem est quod violen-

Quod inuitum.

tum

tum,& coactũ. Vnde D.Tho.de verit.q.22.ar. 5.ad 1.& 4. secundo loco positũ ex Bernar. & ex August.5.ciuit.cap.10. distinguit necessitatẽ naturalis inclinationis,seu determinationis ad vnũ,& necessitatẽ coactionis. De qua Arist. 2.Ethi.ad Eudemum post medium,seu c.8.& 9.& 3.Ethi c.1.&, .Metaph.c 5.text.6. & Palatios,supra. Et optime Vaz. disp.5. cap.1. ostendit nomen græcum anagni, quod necessitatem significat violentiam, & coactionem interdum significare,vt apud Aristot.locis citatis. Repugnans inclinationi simpliciter idẽ est fere cum violento, præterquam quod repugnans dicitur,& si sit ab intrinseco; violentum autem debet esse ab extrinseco. Vnde passio appetitus sensitiui, licet repugnet voluntati non est violenta ipsi, nec homini,quid quid dicat Medina artic.4. quia proprie non est ab extrinseco respectu ipsius hominis.

Quid necessarium.

Quid repugnans.

Sectio.2. Vtrum actio possit esse violenta: etiam ipsi agenti,similiterque carentia actionis.

9

1.Difficul.

QVod actio alterius possit mihi esse violenta manifestum est in opinione asserente actionem trã seuntem esse in passo, quidquid enim in me ponitur ab alio contra voluntatem meam, est mihi violentum. Tenendo vero actionem transeuntem esse in agente, nonnulla esset difficultas. Adhuc tamen actio alterius mihi posset esse violenta, quidquid enim ab alio fit ad me vt patientem pertinens,si fiat contra voluntatem meam est mihi violẽtum; sed actio, qua alius in me ponit aliquid, pertinet ad me vt patientem, eo quod infert in me passionem,licet secundum se maneat in alio,& reputetur idem cum ipsa passione, quantum ad repugnantiam meæ voluntatis,ergo talis actio si sit contra voluntatem meam erit mihi violenta.

10

2.Difficu.

Sed maior difficultas est, an actio possit esse violenta ipsi agenti, vt siquis contra voluntatem meam determinaret me ad eliciendam aliquam operationem intellectus visus, vel alterius potentiæ vitalis, aut non ,vitalis, concurrentis principaliter, vel instrumentaliter. Aliqui dicũt,actionem,vt sic,non posse esse violentam agenti. Primo quia violentum,iuxta Aristotel. est quod fit ab extrinseco, passo non conferente vim; ergo violentum tantum est impasso, & non in agente, nec dicitur respectu agentis,vt sic.2.Actio,vt est ab agente, & respectu illius non est ab extrinseco proprie, cum oriatur ex interna virtute agentis; ergo non est violenta: violentum enim, vt sic,est ab extrinseco.3.Agens,vt agens nõ patitur violentiam, sed potius infert, agens autem, vt sic constituitur actione,ergo actio, vt sic,non est violenta.4.Quod est alicui conueniens nõ est ei violentum,sed actio est conueniens agenti; ergo non est violenta ei. 5.Vel actio est ab agente propria virtute, & sic oritur ex naturali eius propensione, atque idem est si sit ab ipso, vt ab extrinseco connaturali destinatoque à natura ad eam actionẽ, nam etiam talis actio est illi connaturalis, cum sit iuxta institutionem naturæ,vel est actio instrumenti artificialis, & quodammodo eleuati per artem, & in hac actione interdum antecedit motio violenta ipsius instrumenti,inqua potius est passum, quam agens;tamen supposita illa motione, actio quæ posteat sequitur est connaturalis tali instrumento,vt lapis proiectus sursum naturaliter postea impellit,quia illa motio quę antecedit potius est veluti applicatio agentis quod postea agit virtute sua: & hoc modo dixit Aristot. 2. Ethicorum, ad Eudemum, posse aliquid cogi ad agendum quia vt agat prius inse recipit motum contra naturalem inclinationem: vel denique actio est ab instrumento eleuato diuinitus, & sic quamuis naturalis non sit,nec tamen est violenta,sed supra naturã:nec obstat si sit contra voluntatem,vel aliam inclinationem agentis, quia cum sit à principio intrinseco,non est violenta, nec habet proprie rationem formæ repugnantis, vt actio est, sed vt est aliquid receptum in agente, & ponit in eo formam repugnantem,sub qua ratione potius est passio quã actio.Specialiter autẽ de calore diuinitus eleuato ad frige faciendum dicunt isti duo in eo posse considerari. 1.quod calor priuetur actione calefaciendi,& de hoc statim dicetur, an sit violentum ipsi calori. 2. est quod calor eleuetur ad actionem super suam naturam, & hoc non facit violentiam vt dictum est, quod verò illa actio videatur contraria actioni connaturali talis instrumenti videtur, quidem esse aliquod violentiæ genus, proprie tamen non est,tum quia illa actio est alterius generis ab actione naturali,ideo proprie non est contra naturalem impetum, tum etiam quia nihil ponitur in ipso agente, quod sit ei contrariũ. Vnde nõ est cur sit violẽta agenti.

1.Opinio.

1. Argum.

2.

3.

4.

5.

Sed hæc opinio mihi non placet, 1. enim pro se nullum habet Authorem, Contra se vero videtur habere expresse Aristot.& alios, nam. 2. Ethico. ad Eudemum post medium, ita ait animalia, & inanimata vi multa, cum facere,tũ pati animaduertũtur,& infra. Quãdo foris quippiam propter impetum intrinsecum mouerit sedarituè, vi id fieri assueramus quando vero secus non vi. Et infra principium quod foris est,prẽter naturalem impetum,siue moueat, siue motum impediat necessita-

11

2. Opinio.

Probat. 1.

cessitatem, idest, violentiam vocamus, vt siquis manu, voluntate, & cupiditate retinentis, alias renitentis arrepta, percutiat alium. Verum si intrinsecus principium fuerit, vis non est, quandoquidem voluptas in est, & cupiditas, quæ statim à natiuitate in omnibus deprehenditur. Vbi Aristoto. expresse dixit animalia, & inanimata aliqua facere vi, item eorum actiones vi etiam impediri: Exquo etiam sequitur priuationes actionum posse etiam esse violentas, quia eadem est ratio quantum ad hoc de actione, & de priuatione actionis, de qua statim: Item Aristotel. ibi intendit, quod cum quis contra voluntatem alicuius vtitur eius manu ad percutiendum alium, ibi non solum est volentia in susceptione illius motus, vel impetus, sed etiam in percussione, quæ est actio proueniens, non solum ab eo, qui manu alterius vtitur, sed etiam ab ipsa manu alterius, quæ est velut instrumentum, actio igitur potest esse violenta agenti instrumentaliter, immo in eo casu magis est violéta, actio manus, quam motus eius intrinsecus, quia magis est contra voluntatem eius, cuius est manus illa, ideo enim vult eam non moueri, ne alius percutiatur. Hinc etiam aqua calida, non solum vim patitur recipiendo calorem, sed calefaciendo per illum, quia vtrumque habet, ab extrinseco cõtra eius inclinationẽ.

Nisi forte dicas, id quod satis probabile est, licet aqua simpliciter habeat inclinationem ad non calefaciendum, supposito tamen quod habeat calorem, habere inclinationem ad vtendum illo, & ideo non esse ei violentum calefacere. Cui tamen obijci potest, quod lapis nec supposito impetu monetur sursum naturaliter, sed violenter: ergo nec aqua supposito calore calefacit naturaliter, sed violenter. Respondeti potest non esse simile quia lapis, vtendo impetu sibi impresso, nocet sibi, aqua vero non sibi nocet calefaciendo alia, ideo lapidi est violentum, vti illo impetu, aquæ vero non est violentum vti calore: ad calefaciendum alia, in quo potest aqua esse vtilis alijs vt reuera est, nam aqua calida ad multa in vniuerso conduci, quæ calore in se suscepto operatur, & melius illi est hanc actionem sue connaturali dictioni contrariã habere, cum non potest habere propriam, quam vtraq; carere præsertim, cum calefacere, inse sit quod nobilius quam frigefacere. Sed intentum principle. patet ex alio loco Aristotel. nam. 3. Ethicorum. cap. 1. iuxta translationem Argiropili Feliciani, & aliorũ ait, violẽtum est, cuius principiũ est foris, in quod nihil is qui agit, aut patitur, confert. Vbi Eustratius tex. 3. refert aliquos, qui dixere, male illam particulam, qui agit, positam esse ab Aristot. in definitione violenti: nam id quod agit, aliquid confert, & sic violentiam non patitur, ipse autem Eustratius ait, recte positam eam particulam; quoniam etiam actio, vt sic, violenta esse potest ipsi agenti. Siquis enim ab alio impulsus alium ipse protrudat, ac externat in uitus, inuitus etiam aget, ac Violenter nihilque conferens. Albertus quoque 3. Ethico. tit. 1. cap. 1. & Faber. Stapulensis, Auerroes, & optime Donatus Florentinus interpretantes Aristotel. ibi docent, non solum passionem, sed etiam actionem violentam esse posse, sic etiam loquuntur Theologi hic, & alibi docentes, actiones imperatas voluntatis violentas esse posse, vt postea videbimus, quod tamen falsum esset, si actio, vt sic, volenta esse non posset, cum enim actio ex natura rei distinguatur à passione, & à forma producta, si hæ tantum violentæ essent, & non actio, vt ab illis distinguitur, non deberet actio simpliciter violenta appellari.

Confir. hoc primum argumentum, quia in rebus cognoscentibus inuoluntarium est violentum, sed in illis potest esse actio inuoluntaria, vt disputat. 25. capit. 2. fine docet Vaz. ex Nyssen. 5. Philosop. cap. 1. Damas. 2. fid. cap. 24. ergo actio potest esse violenta agenti. 12

Secundo probatur ratione, nam actio immanens, seu vitalis potest simul esse ab extrinseco determinante, & necessitante ad illam, vel remouendo prohibens, vt apperiendo oculos, vel adiuuando ipsum agens, vt obiectum media specie adiuuat visum; vel applicando causam adiuuantem, vt qui applicat obiectum visui, vel sponendo conditionem, sine qua non, vt illuminando medium, &c. Et potest simul actio esse simpliciter contra voluntatem, vel inclinationem, agentis, ergo erit ei violenta, nam tali actioni competit respectu agentis tota definitio violenti, cum sit ab extrinseco, & passum non conferat vim, sed resistat. Confir. nam ipsa forma producta per actionem immanentem, licet sit ab intrinseco, erit violenta, si simul sit ab extrinseco, & passum resistat, idemque est de ipsa passione; ergo similiter, licet actio sit ab intrinseco, erit violenta contra inclinationem agentis, in quo est. Confir. secundo, nam proiecta per impetum receptum à proijcientibus, mouent se ipsa, & illa motio actiua violenta est, ergo actio potest esse violenta agenti, inquo est, vt in casu posito affirmat Caiet. 1. p. q. 82. artic. 1. ad 2. contra primam conclusionem. 13

Prob. 2.

Conf. 1.

Conf. 2.

Solutio.

Si dicas prædicta procedere in actione immanente, vel in actione, qua instrumentum agit inse ipsum, nõ tamẽ in actione mere tran-

transeunte, quæ est extra ipsum agens, ac proinde non videtur violenta, cum ei non resistat passum sed agens. Contra, quia multi tenent actionem transeuntem esse in agente: ergo saltem secundum istos poterit esse violenta si sit aliquo modo ab extrinseco, & simpliciter contra inclinationem agentis. Præterea si esset in agente, vt multi tenent, saltem de actione, qua aliquid ad extra producitur per intellectum, & voluntatē Dei, vel creaturæ) posset esse violenta subiecto recipienti effectū, tamen actio esset ei extrinseca: ergo etiam si actio trāsiens sit extrinseca agenti poterit ei esse violenta. Præterea corruptio est violenta corrupto (vt postea dicemus) licet non recipiatur in ipso, similiter actus imperatus potest esse violentus voluntati, in qua non recipitur; & calefactio est violenta aquę, & eius formę, licet in opinione multorum non recipiatur in toto composito, nec in forma, sed tantum in materia. 1. ergo licet actio transiens non recipiatur in ipso agēte poterit ei esse violenta. Dices tale agens, non patitur talem actionem: ergo neq. respectu ipsius patitur violentiam. R. licet proprie non patiatur, talem actionem, tamen ad violentiam satis est pati improprie eo modo quo iniuste spoliatus honore fama, & alijs bonis extrinsecis dicitur iniuriam pati maxime, quod in definitione violentiæ tradita ab Aristo. & ab omnibus recepta non dicitur detetminate, quod passum non conferat vim, sed disiunctiue, quod agens, vel patiens: ergo si actio est determinata ab extrinseco contra inclinationem agentis, erit violenta, siue tale agens sit principale, vt videns respectu visionis, siue sit instrumentū naturaliter agens, vt manus vnius qua quis alterum percutit, siue sit instrumentum supernaturaliter eleuatum, vt ignis supernaturaliter eleuatus ad frige faciendū, ad hoc enim, vt quis in actione violentiam patiatur impertinens est (quidquid aliqui dicant) esse agens principale, vel instrumentale.

14. Probatur 3. hæc sententia, quia actiones etiam transeuntes metu factæ, quando etiam
Proba. 3. sunt ab extrinseco contra voluntatem secundum quid, sunt violentæ secuudum quid: ergo actiones quæ sunt ab extrinseco contra voluntatem simpliciter, erunt violentæ simpliciter.

Proba. 4 Probatur 4. quia omne voluntarium ab extrinseco, est violentum. Sed actiones possunt esse inuoluntariæ agenti, & ab extrinseco: ergo violentæ mi. probatur ex Damasce. 2. fidei. c. 24. vbi ait inspontaneum in aliqua operatione esse. Et subdit, multi sane, neque ab re, quidem in spontaneum non modo inpatiendo, sed etiam in agendo posuere, & ibi Clicto uæus, & Stapulensis dicunt, in agendo fit inspōtaneum, cum quispiam propria virtute superata alieno impulsu, id agit dissentiente quidem animo, & corpore pro virili sua obluctāte, vt si filius violentia adactus enecet patrē, qui plane non solum inuoluntarium, sed etiam violentum in actione ponunt Iuxta Damas. qui & addit, proiectionem mercium in mare, & alias similes actiones medias esse inter insponta-neas, & spontaneas: ergo etiam in actionibus est inuoluntarium secūdum quid, cur ergo nō & violentia, secundum quid, & simpliciter? ad idem est Nyssenus. 5. philoso. cap. 1. dicens etiam, quod inuoluntarium censetur, in actione versatur, quidam autem, & vere inuoluntarium, non solum inpatiēdo, sed inagendo, quo que ponunt, & ibidem etiam ait, esse aliquas actiones inuoluntarias, & violentas secundum quid, nempe eas quæ metu extrinsecus illato contingunt. Deniq. oppositæ opinionis argu. nullā prorsus vim habent, & ex dictis facillime diluūtur, vnde propter ea nō est discedendū à sententia, quæ plane videtur Arist. & cōmunis.

Sed Vtrum carentia actionis possit esse violenta agenti. Authores qui dixerunt, actionem 15.
non posse esse violentam agenti, idē dicunt de Difficul.
carentia actionis, maleq. prosecitant Paluda. 1. opinio.
4. d. 29. q. 1. art. 1. & Caiet. 1. p. q. 82. art. 1. circa. 1. conclusionem. Caiet. enim solum dicit, carentiam actionis elicitę causatam supernaturaliter à Deo, non posse esse violentam volū tati: quia creatura magis inclinatur ad obediendum Deo, quam ad propriam operationem. Palud. autem solum docet, nec voluntatem, nec aliam potentiā cogi posse ad non operandum, cum quibus omnibus stat suppositū, cogi posse ad non operandū, siue à Deo, siue à creatura. Quidquid, autē sit de istorū sentētia, ea quę generaliter asserit carentiā actionis, nō posse esse violentam respectu agentis: suadetur sic, nam agens duobus modis potest impediri ab agendo. 1. naturaliter ex resistentia, aut distantia passi, vel ex defectu alterius rei, vel conditionis requisitę ad agendū, & tunc nulla est violentia, quia solū est naturale agenti, vt agat positis omnibus requisitis ad agendum, & quando eius actiuitas superat resistentiam passi, &c. quod vero semper conditiones illæ ponantur, & actiuitas agentis superet resistentiam passi, non est debitum agenti, nec quod nonponantur est contra eius inclinationem naturalē. Vndē nulla videtur esse violētia, si agēs defectu taliū conditionū non agat. 2. modo, pōt agens ab agendo impediri supernaturaliter, scilicet per subtractionē diuini concursus, & in hoc etiā non videtur esse proprie violētia, quia vel esset in subtractione cōcursus, vel in carentia actionis inde secuta, non. 1. quia licetcō cursus diuinus sit debitus sim quandā proportionē naturę, hoc tā debitum, non est tam riguosū, vt eius negatio possit dici violēta, sicut nec potest dici iniuriosa eo, vel maxime quod

ille concursus non est in agente. Vnde neq. eius priuatio: ergo non potest ea priuatio esse illi violenta: at vero negato auxilio carentia actionis necessario,& naturaliter sequitur, ex intrinseca imperfectione virtutis creatæ, quæ nihil agere potest sine concursu causæ. 1. ergo sicut est illi naturale agere cum tali auxilio, ita & carere actione, si tali destituitur auxilio, ac proinde, ex nullo capite potest carentia actionis esse violenta. Confir. quia in hac carentia agens non habet rationem passi, nec priuatur aliqua perfectione. Arist. autem,& alij violentum definiunt per ordinem ad passum: ergo carentia actionis non potest esse violenta agenti.

16. 2. *Opinio authoris.* Sed dicendum est, carentiam actionis posse esse violentam ipsi agenti, ita docent Duran. 2. d. 25. q. 4. Med. hic ar. 4. Valent. puncto. 3. Almai. 1. moral. c. 2. Angestus. c. 3. tex. 9. no tab. 5. qui omnes docent, voluntatem posse cogi negatiue, seu ad carentiam actionis etiã elicitæ, idem videtur docere Marsil. 2 q. 26. art. 5. dub. penult. sed ipse explicat se loqui de coactione improprie dicta, quam etiam ponit in voluntate respectu actus eliciti. Hæc etiam videtur sententia Arist. 2. Ethic. ad Eudemum dicentis, quando foris quippiam præter impetum intrinsecum mouerit, sedaritue, id vi fieri assueramus, & infra principiũ quod foris est præter naturalem impetum, siue moueat, siue motum impediat, necessitatem vocamus. vbi Arist. sentire videtur, quod si quid à mouendo se impediatur contra ipsius inclinationem, violentiam patietur. Nec valet quod aliqui dicunt, sedare, non significare priuationem actionis, sed motus, ita vt sedare sit causare in aliquo quietem,& in hoc dicunt reperiri posse violentiam, hoc etiam probari exemplo grauis sursum detenti, quando enim sursum sistitur, vim patitur, non quatenus priuatur actione mouendi se, sed quatenus priuatur motione passiua contra suam naturalem inclinationem. Sed certe Arist. etiam videtur ponere violentiam in priuatione motionis actiuæ contra appetitum naturalem, vel elicitum.

17. Vnde cum graue sursum detinetur, non solũ violentiam patitur in priuatione motionis passiuæ, sed etiam actiuę, quia vtraq. priuatio in ipso est ab extrinseco contra naturalem eius inclinationem, ac proinde vtrique priuationi competit tota definitio violenti. Similiter si contra voluntatem quis impediatur, ab elicitã da visione, vel ali actione immanente,& vitali, non video cur nõ patiatur violentiã, imo & in priuatione actionis transeũtis cõtra volũtatẽ vel naturalẽ inclinationẽ agẽtis causata ab extrinseco, violentia erit, si enim ipsa actio transiens violenta esse potest ipsi agenti, à fortiori eius priuatio, quia priuatio actionis potest esse magis ab extrinseco,& magis contra inclinationem naturalem, vel elicitam agentis, quã actio ipsa,& fere omnes rationes, quibus supra ostendimus, actionem posse esse violentam agenti, multo melius concludunt de carentia actionis.

18. Deniq. fundamentum oppositæ sententiæ nullius momenti est: dico enim vtroq. modo posito in argumento posse priuationem actionis violentam esse, scilicet siue actio impediatur naturaliter, siue supernaturaliter,& ad impugnationem primi modi respondeo, quod cum agens naturale naturaliter impeditur ab agendo, in duobus est violentia. 1. in hoc quod contra suum appetitum naturalem, vel elicitum naturaliter priuetur requisitis ad actionẽ, siue intrinsecis, siue extrinsecis, sunt autem in trinseca requisita ad cognitionem potentia,& species: ad appetitionem vero ipsa cognitio: ad calefactionem vis calefactiua, & excessus actiuitatis ad resistentiam, & proximitas agẽtis ad passum, extrinseca autem sunt ipsum passum,& eius approximatio, lumen etiam extrinsece requiritur ad visionem, & ad hæc omnia potest esse appetitus elicitus, vel naturalis contra quem, si remoueantur, ea remotio erit violenta. 2. erit violentia in hoc quod deficiente aliquo requisito ad actionem, impeditur actio: licet enim tunc connaturale sit agenti, non agere, simpliciter tamen est contra eius naturalem, vel elicitam inclinationem, quando dantur ad hoc requisita, ideoque violentum,& similiter naturale est homini petris illidi,& præcipitari à vento vehementi, tamen quia est contra eius appetitum innatum, vel elicitum est ei violentum, nec repugnat, vt aliquid,& naturale sit, & violentum sumendo naturale non pro eo, quod est consonum naturali inclinationi, sed pro eo quod est naturaliter possibile, vel etiam necessarium.

19. Ad impugnationem autem 2. modi in argum. positi. R. similiter, quod cum agens naturale supernaturaliter ab agendo impeditur in duobus est violentia. 1. in supernaturali subtractione diuini concursus in actu. 1. & 2. vel aliarum rerum, quibus indiget ad operandum præsertim si sint intrinseca, quæ subtractio, vt violenta sit, debet esse contra appetitum innatum, vel elicitum. Nec refert quod quæ subtrahuntur non sint debita de rigore iustitiæ, sic enim frigiditas non est debita aquæ de rigore iustitię, imo nec proprie est debita de iustitia, tamen eius subtractio violẽta est. Nec etiam refert, quod concursus Dei in actu. 2. & quando actio est transiens, in actu. 2. sit aliquid extrinsecum, sicut enim actio quæ est extrinseca agenti, potest ei esse violenta, vt ostendimus, ita subtractio alicuius extrinseci si sit contra rei inclinationem.

2. est

2. Est violentia in hoc, quod supernaturali subtracto concursu, vel quopiam alio ad actionem necessario, agens non agat: quia scilicet facta ea suppositione naturale sit non agere, tamen simpliciter est contra naturalem, vel elicitam inclinationem rei, vt dixi in impugnatione primi modi. Ad confirm. R. quod in carentia actionis, vel aliorum, quæ ad actionem requiruntur, si sint intrinseca agens habet rationem passi, quia in eo recipitur talis carentia, vt cæcitas in oculo, si vero sint extrinseca habet ratione passi improprie, hoc tamē suffi cit ad violentiam, maxime cum Aristo. non solum definiat violentiam per ordinem ad passum, sed etiam ad agens, vt sæpe dictum est.

Sectio 3. Vtrum receptio formæ, & formæ ipsa, vt sic possit esse violenta.

20. CERTVM est priuationem formæ absq. inductione formæ contrarie posse esse violentam, quia potest esse ab extrinseco contra rei inclinationem, sic priuatio luminis violenta est aeri, & priuatio frigiditatis, etiam absq. inductione caloris, vt à Deo fieri potest, violenta esset aquæ: certum etiam est, passionem, & receptionem formæ, ipsamque formam violentam esse posse.

1. Diffic. Sed adhuc est duplex difficultas 1. an hoc sit verum de receptione formæ, & de forma ipsa, vt sic, an vero tantum quatenus receptio formæ, & forma ipsa excludit aliam formā. Quidam dicunt, hac tantum posteriori ratione violentam esse posse, quia forma nō est perse mala, & disconueniens, sed perse est bona, & conueniens; mala autem tantum, vt priuat alia cō uenienti forma. Vnde malum in priuatione dicitur consistere: ergo receptio formæ, & forma ipsa non est violenta, nisi vt priuat alia forma, cum enim ea tantum ratione sit mala, ea tantum ratione erit repugnans appetitui, ac proinde violenta. Confirma. quia si aliqua forma esset pse mala, eius corruptio esset perse intenta, quod est contra Arist. asserentē corruptionem, non esse perse à natura intentam.

21. Sed hoc non omnino placet. 1. quia sicut non est necessariū aliquid propterse appeti, vt perse sit naturale, vel voluntariū: media enim licet non propterse appetantur, tamen per se appetuntur, & sunt naturalia, & voluntaria distincta naturalitate, & voluntarietate, vt sic dicam: ita licet appetitus naturalis, vel elicitus nullam formam propterse ipsam refugiat, sed propter priuationem alterius formæ, tamen perse refugit ipsam formam quasi fuga distincta ab ipsa priuatione formæ oppositæ. Vnde si ab extrinseco inducatur, erit violenta violentia quadam distincta ab ea, quę est in priuatione formæ oppositæ. 2. quia licet nulla forma perse sit mala, & disconueniens, tamen potest assensu falso talis iudicari, vt quidam dicūt, malum morale in positiuo consistere, & tunc si ab extrinseco illa forma inducatur contra appetitum elicitum carēdi illa, eius inductio erit violenta sine vllo ordine ad priuationem, quā infert. 3. quia licet nulla sit forma, quæ non sit mala, quatenus inducit priuationem alicuius boni: tamen vix defendi potest, quod nulla forma mala sit ea pręcise ratione, qua absq. vllo ordine ad priuationem pręsentem, vel futurā afficit subiectum, nam vt omittam argumenta, quibus de actu malo moraliter id multi nituntur ostendere: certe de actu, & habitu erroris verum apparet, non enim solum malus est quia priuat opposito actu, vel habitu, sic namque non esset magis detestabilis quam carentia actus, vel habitus oppositi, quod tamen falsum est. Nec vero vltra hoc est tantum malus eo quod aliam priuationē adducat, alioqui si nullā esset allaturus, nō esset fugiendus, quod etiā videtur falsū. Imo opinio etiā de propositione vera, esset mala, Deo Angelis, & beatis, non quia bono aliquo priuaret, sed quia indecens est tali statui habere aliquid imperfectū in suo genere: ergo. Nec dici potest malam fore, quia priuaret scientia, cū opinio, & sciencia habitu, & actu simul esse possint secundū veriorem sententiam: mutatio etiam mala esset Deo ad formam, quæ nullo bono ipsum priuaret, & quidquid superfluum est, eo ipso malū est, licet nullo bono priuet, & dolor non solum malus est, quia voluptate, vel alio bono priuat, sed secūdum se, alioqui si nullius boni priuationem afferret, non esset fugiendus, nec esset detestabilior quam carentia voluptatis, vel alterius boni quo priuaret. Aliquæ ergo formę, licet inse sint bonæ, tamen aliquibus subiectis perse sunt malæ, & earum carentię perse sunt illis bonæ, & expetibiles, ac proinde si tales formæ ab extrinseco inducantur, simpliciter contra inclinationem subiectorum, violentę illis erunt, & sic fortasse violentum esset cęlo calefieri, & sunt qui sentiant, intensiones qualitatum quas elementa petunt in gradu non summo, esse illis violentas perse, & non quia excludant aliquos gradus contrariarum qualitatū, quos isti dicunt non habere. Vnde consequēter dicunt, quod si aer calefiat vltra gradum sibi naturalem excludit illam intensionem absque inductione alicuius frigiditatis, & si frigefiat, excludit totam frigiditatem, sine vlla inductione caloris: potest ergo forma aliqua, vel eius gradus esse violentus perse absq. ordine ad priuationem, quam secum afferat. Sed de hoc plura in materia de peccatis,

vel.q. 18. Vbi explicandum est, an peccatum & omne malum in priuatione consistat.

22. 2. difficu. 2. Difficultas est. Vtrum priuatio formæ supernaturalis possit esse violenta. Quidam negant, quia priuatio talis formę non potest esse contra appetitum naturalem: ergo nec violẽta. añs probatur, quia nullus datur appetitus naturalis formæ supernaturalis. Confir. alioqui, cum Deus aufert gratiam peccatori mutatio esset violenta, maxime cum peccator nõ destruat effectiue gratiam.

Opposita opinio tenenda est, quia licet nullus sit appetitus naturalis innatus ad formam supernaturalem, quem tamen multi ponunt, tamen datur appetitus elicitus, & ad violentiã sufficit, quod mutatio sit contra elicitum. Præterea est nobis appetitus non elicitus ad gratiam, & alias formas supernaturales, qui appetitus inchoatiue est naturalis, scilicet, vt includit potentiam obedientialem, quæ est naturalis quo ad subsțantiam; completiue autem est appetitus supernaturalis, scilicet vt includit elevationem supernaturalem, & si quid fiat contra talem appetitum ab extrinseco, violentum erit: vnde admitto, priuationem gratiæ factam peccatori, violentam esse, etiam si non sit contra eius appetitum elicitum, & saltem esset violenta, si fieret à creatura, nam de creatore quidam dicunt, nulli creaturæ violentiam inferre posse, de quo sectione. 5.

Sectio 4. Vtrum mutatio sit violenta termino, qui per eam corrumpitur.

23. 1. Opinio fundam. VIDAM dicunt, corruptionem non posse esse violentam termino, qui corrumpitur. Probatur nam sicut naturale supponit appetitum, & consequenter subiectum, cui forma sit naturalis, ita violentum supponit appetitum, & subiectum, cui repugnet oppositа enim circa idẽ versantur, sed quãdo est corruptio, nõ est terminus qui corrũpitur, nec in eo est appetitus existendi: ergo corruptio non est violenta. Confir. 1. nam anihilatio Angeli non potest ei esse violenta, quia deest subiectum, cui sit violenta: ergo eadem ratione corruptio non erit violenta corrupto.

Confir. 1.

Confir. 2 Confirm. 2. nam creatio non est naturalis rei creatæ, sed altioris ordinis, eo quod non supponit subiectum, nec appetitum sui: ergo similiter anihilatio, vel corruptio non erit violenta sed aliquid maius, quia in instanti anihilationis, & corruptionis non supponitur appetitus, vel subiectum cui sit contraria. Confir. 3. quia perpetuo non esse, non est violentum alioqui nunquam creare rem, esset illi violentiam inferre, quod est aperte contra sensum omnem: ergo eadem ratione nulli rei, quæ non existit, sit violẽtia. Dices satis est extitisse. Cõtra quia hoc tantũ dicit respectum rationis, vel de nominationem extrinsecam: ergo nihil conferre potest ad mutationem violentam, quæ nunc fit, alioqui etiam posset sufficere, rem esse futuram. Prætera interrogo, quando fit violentia rei, quæ fuit, & iam non est? aut enim eo tempore quo existebat, & hoc non quia tunc non erat anihilatio, vel corruptio: ergo non erat ei violenta: vel fit illi violentia toto tempore, quo res non existit, quæ antea fuerat, & hoc est plane falsum, quis enim dicat hominem ante 100. annos mortuum nunc pati violentiam, quia non conseruatur in esse: vel fit violentia immediatepost instans corruptionis, & hoc non, quia non est maior ratio de illo tẽpore quam de reliquo: ergo corruptio nunquam est violenta termino, qui corrumpitur, licet aliquando respectu subiecti violenta esse possit, vt in corruptione secundum quid. v. g. quando aqua calefit corruptio frigiditatis, seu frigidi, vt sic, est violenta aquæ, non tamen friditati, nec frigido vt sic.

Sed hæc sententia noua, singularis, falsaque mihi videtur: ad violentum enim satis est esse ab extrinseco, contra prẽsentem, vel præcedẽtem appetitum naturalem, vel elicitum nonrenocatũ, sed corruptio est huiusmodi respectu corrupti: ergo violenta. Confir. 1. quia conseruatio est naturalis, & voluntaria eo quod est consona appetitui naturali, & etiam elicito, qui prẽcessit, & non quia est consona appetitui præsenti, hic enim ordine naturæ sequitur ipsam conseruationem, & magis est complacentia quam appetitus, & desiderium cõseruationis: ergo similiter corruptio erit violenta, innaturalis, & inuoluntaria, quia est contra appetitum prẽcedentem naturalem, & elicitum nõ reuocatum. Confirm. 2. nam alioqui mors, & corruptio ab extrinseco illata, nulli rei erit violenta, non enim corrupto nec materię. 1. vt ista opinio fatetur, nec animæ quando corrumpitur, vt si est anima bruti, quia secundum istã opinionem nihil est violentum rei non existẽti, nec quando corrumpitur homo corruptio erit violenta animæ rationali, quia isti existimant, nihil extrinsecum esse rei violentũ, mors autem penitus est extrinseca animæ rationali, nec enim per eam amittit vnionem subsțantialem in se receptam, nec aliquem modum positiuum subsțantialem existendi, vel subsistendi, sed tantum extrinsece de nominatur, nõ informans materiam, seu non vnita materię vt alibi ostendimus: ergo nec mors violenta erit animæ rationali, hæc autem absurda sunt. Omnes enim docent mortẽ ab extrinseco illatã, esse nobis, & animabus nostris violentam, similiterq alijs animalibus, & animabus: ergo.

24. 2. Opinio authoris probatur

Confir. 1.

Confir. 2

Confir. 3. si enim nihil extrinsecum est violentum

lentum rei, alteratio, quę secundum istos est
25. extrinseca formæ ignis, non erit illi violenta,
nec voluntas patietur violentiam in actu impe
Confir. 3. rato, vel eius carentia. Et deniq. nulla actio
transiens, vel eius carentia erit violenta agenti contra superius dicta: ergo licet corruptio sit extrinseca corrupto, poterit ei esse violenta; maxime, quod corruptio vere est intrinseca corrupto, est enim non esse eius, vt egreditur ab agente, et hæc negatio intrinsece denominat ipsum corruptum, sicut existentia cuius est negatio in eodem antea recipiebatur, licet autem corruptio, sit incorrupto, non est tamen proprie mutatio ipsius, sed materiæ, quia ad mutationē proprie dictam subiectum debet realiter existere sub vtroq. termino corruptum autē non existit realiter, sub esse, & non esse, & ita corruptio non est proprie eius mutatio, sed materię, quæ transit ab vna forma in aliam, & in priuationem. Nec est inconueniens corruptionem esse incorrupto; & ipsa materia, cum materia sit pars rei corruptę, & quod est in toto possit etiam esse in eius parte.

26. Dices eo ipso, quod res corrumpitur materia desinit esse pars ipsius: ergo si corruptio est in materia, non erit in corrupto. Respondetur materiam esse partem essentialem hominis, ideo siue homo existat, siue non semper materia est eius pars, licet quando homo existit materia ipsa, & eius vnio cum forma debeat existere, quando vero homo non existit, non existit vnio materiæ cum forma, nec opus est, vt existat ipsa materia, vnde negatio existentiæ vnionis, quando res corrumpitur afficit ipsam vnionem, & totum compositum, & ipsam materiam. Et quia inducta est contra inclinationem totius compositi violenta est illi, licet non materiæ; quæ appetit successiue informari varijs formis.

Dices argumentum probare corruptionē esse intrinsecam corrupto, ad huc tamen dici potest non esse illi violentam, quia non est cō tra præsentem appetitum. Sed iam hoc fundamentum reieci, denuoq. reijcio quia, vt ali quid simpliciter sit voluntarium, vel inuoluntarium satis est, esse consonum, vel dissonum volūtati præcedenti: ergo etiam, vt sit violentum satis est esse contra præcedentem appetitum. Consequen. patet quia violentum opponitur voluntario, & fere idem est cum in voluntario, vt sectione. 1. vidimus ex Aris. 3. Ethic. cap. 1. Nysseno. 5. philoso. cap. 1. Damasce. 2 fidei. c. 24. oppositorum autem eadem est disciplina, & opposita circa idem versantur: ergo si respectus ad volitionē precedētē sufficit ad voluntarium, & involuntarium, etiam sufficit ad violentum. Añs vero manifestum est. Nam effectus qui resultat ex volitione præterita voluntarij sunt, & sepæ sunt peccata necessario confitenda, & afferunt secum excōmunicationē, & alias censuras, & penas ecclesiasticas. Sæpe etiam sunt meritorij, vt peregrinatio, vel oratio quę ex pia voluntate præterita susceptа est. Vnde in materia de gratia docuimus sufficere relationem præteritam in Deum, vt actus ex ea procedentes meritorij sint. Certum etiam in contractibus sponsalium, & matrimonij sufficere voluntatem præteritam non reuocatam, vt voluntarij, & validi sint. Certum quoq. est actiones, & susceptiones sacramentorum voluntarias esse, & validas ex sola præcedenti voluntate non retractata: ergo ad rationem voluntarij, ac proinde ad rationem inuoluntarij, & violenti sufficit appetitus præteritus non reuocatus, quod egregie confirmat Inocent. cap. maiores de baptismo ad finem, vbi post qnam egit de his qui sani, & vigiles omnino violenter baptizantur, subdit dormientes, & amentes, si priusquam amentiam incurrerint, aut dormirent in contradictione persisterent, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, si fuerint sic immersi caracterem non suscipiunt sacramenti; secus autem si cathecumeni, cum extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales in mortis arti. consueuit Ecclesia baptizare, quibus verbis aperte Innocentius docere intendit, ad voluntarium, & in voluntarium, ac violentum sufficere præteritam voluntatem non retractatam.

Ad fundamentum oppositæ sententiæ. Respon. non omne naturale dici respectu subiecti, vel appetitus actu existentis, conseruatio enim, vt vidimus naturalis dicitur à præcedenti appetitu, & generatio, quæ fit medio semine, naturalis dicitur respectu generationis, quod interdum non est in instanti generationis, & in rebus in animatis simile quid forcasse accidit, & licet accidentia, quæ producuntur, quando res non est, non sint illi naturalia, quia nō pertinent ad ipsam, sed ad propriū subiectum, corruptio tamen violenta erit corrupto, quia in ipso est, & aduersatur præcedē ti eius inclinationi naturali, vel etiam elicitæ non retractatæ. 27. Ad fund. 1. opinio.

Ad 1. Confir. negatur añs: nam anihilatio est in Angelo, & contra præcedentem eius appetitum naturalem, vel etiam elicitum non retractatum, ideo est illi violenta. 28. Ad 1. cō.

Ad 2. Confir. negatur conseq. quia creatio non supponit aparte rei appetitum, cui sit consona, cum per creationem ponatur res, & eius appetitus, anihilatio vero ordine durationis supponit appetitum, cui sit dissona. Ad 2. cō.

Ad 3. Confirma. Resp. perpetuo non esse, non esse violentum, quia non est contra præ- Ad 3. cōf.

sentem,vel præteritum appetitum,secus non esse rem postquam semel fuit cum appetitu suæ conseruationis,& sicut ad voluntarium, & naturale sufficit denominatio extrinseca ab actu, vel appetitu præterito, ita ad violentū. Ex quo patet ad. 1. replicam. Ad 2.vero. Respondetur,rem quæ destruitur, solum pati violentiam in instanti destructionis, quia tunc tā tum priuatio existentiæ est ab extrinseco con tra præcedentem appetitum, postea vero illa priuatio ex se ipsa,& ab intrinseco permanet, sine actione rei extrinsecę creatę, vel increatæ.

Sectio. 5. Vtrum Deus possit violentiam inferre creaturis.

29. 1.Opinio. PRIMA opinio est negatiua,quam tenet Conradus, & multi recentiores, hic art.4. Caiet. 1. parte.q. 82. art.1. & 3. par.quæst. 44. art. 2. Palatios.2. d. 25.prope finem.

1.Argu. Suadetur. 1. authoritate Sacræ scripturæ Sapien.16. ignis enim suę virtutis oblitus est. Creatura enim suo Creatori seruiens lenior fit ad bene faciendum,& cap.19. aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur, quasi dicat Deo imperante igni, vt non calefaceret, & aquæ,vt non extingueret ignem, has res deposuisse inclinationes suas, ac proinde non cō tra inclinationem suam cessasse ab operibus sibi naturalibus:ergo non sunt passæ violentiā. Hæc enim solum accidit,quando aliquid fit, vel omittitur contra rei inclinationem.

2. 2. Suadetur authoritate D. Thom.& Aug. nam D. Tho. de potentia.q.1. art.3. ad. 1. & q. 4. art.1. ad 2. & quęst.6. art.1. ad 17. & ar. 2. ad 3. & 3.contragē. c. 100. infi .docet,quod à Deo fit in rebus creatis,non esse contra earum naturam, seu violentum,idemq. significat de quacumq. impressione corporum superiorum in inferiora, licet videatur eis contraria. Quia in his rebus est naturalis ordo, & habitudo ad causam superiorem. Vnde docet fluxum,& refluxum maris non esse violentum, quia fit ex impressione cælestium corporum. Eadem repetit.1.p.q.105. art.6.ad 1. & 3. p. q. 44.art.2. ad 1.vbi citat Aug.26.contra Faustum. c. 3. & habetur inglossa ordin. super id Rom. 11. contra naturam insertus,&c. asserētem,id esse vnicuiq. rei naturale, quod Deus omnium rerū conditor fecerit,à quo est omnis modus numerus, & ordo naturę, & 21. ciuit. c. 8.ait,nihil esse contra naturam, quod fit Dei voluntate, cum vnius cuiusq. creaturæ natura voluntas Dei sit.

3. 3.Suadetur ratione,licet enim Deus possit increatura efficere,quidquid alia creatura potest,& multo plura, tamen eo ipso, quod aliquid à Deo increatura fiat,non erit ei violentum,siquidem iam non fiet passo resistente, cū omnis creatura habeat appetitum innatū obediendi Deo, nec appetitu suo ei repugnet, vel resistat:appetitus enim innatus,cum à Deo sit est maxime ordinatus:ergo magis est inclinatus ad vniuersale bonum, quam ad particulare:ergo magis ad obediendum Deo, qui est vniuersalissimum bonum, quam ad proprias perfectiones, vel operationes. Vnde D. Tho. 1.p.q.60.art. 5. ait,creaturam magis inclinari in bonmm naturale totius vniuersi, quale est Deus,quā in bonū propriū:ergo si Deus creatura vti velit ad gloriam suam, licet in detrimentum ipsius creaturæ ipsa nō patietur vim, quia non fiet contra propriam eius inclinationem, sed iuxta ipsam. Vt quando aqua inclepsidra ascendit ad replendum vacuum, motus ille non est violentus, vt ait Viguerius.c. 3.§.4 versi.1. quia est iuxta præcipuam eius inclinationem, quæ est ad bonum vniuersi. Similiter motus appetitus sensitiui ex imperio voluntatis,non est ei violentus, etiam si interdum sit contra propriam inclinationem, quam habet ad id, quod apprehenditur, vt maius bonū delectabile, quia est ex inclinatione ad obediendum superiori monenti: ergo similiter cū aliquid fit à Deo circa creaturam, non erit ei violentum, quia est iuxta inclinationem obediendi Deo, & alioqui Deus in omnibus miraculis fere,violentiam inferret,vt cum fecit solem sistere tempore Iosue, & regredi tempore Ezechiæ, cōseq. est absurdum : ergo. Denique appetitus naturalis creaturæ est ad agendum cum sub ordinatione ad voluntatem diuinam:ergo si Deus velit,vt non agat, hoc nō erit cōtra eius inclinationem, ac proinde, nec violētū, quia violētū est, cp fit passo, resistēte: Deo aūt nulla creatura resistere pōt,velreniti: ergo. 5. si Deus auferret grauitatē à lapide,nō 4. detineretur lapis vi in superiori loco,quia sine 5. grauitate nō potest deorsum tendere, vel ad talē motum deorsum conari:ergo similiter si Deus negauit lapidi concursum, ne deorsum tenderet,sine violentia sursum maneret.

2.Sententia affirmat,Deum posse violentiā 30. inferre creaturis,ita tenet Med.hic ar.4.quem 2.Opinio Vazq.dis.15.c.4.& alij recentiores sequuntur tribuentes Bonauent. 2.d.25.p.2.art.2.q.5.ad argumen.vbi dicit:quamuis Deus non inferat violentiā creaturę quantū ad potentiā obediētię;infert tamen quantum ad inclinationē spiritualis naturę,idem tribuitur.D. Tho. de potētia.q.6.a.1. ad 1.2.& 3. ait enim Deum multa agere in creaturis contra naturas,&inclinationes naturales earum,licet non sit contra inclinationem vniuersalem, seu potentiam obedientialem ipsarum, & ita explicat August.supra citatū. idem habet de verita.quæs.13.a.1.

ad

ad 2.& 3.& 2.d.18.q.1.a.3.& eod. modo loquitur Ferra.2.Cõtra g.c.100.in fine.sed clare hãc sententiã tenet Palud.4.d.29.q.1.ar.1.con.3. Duran.2.d.25.q.4.num.5.Gab.q.vni.ar.3.dub. 1.prop.3. Almai.de sent. Holcoth.q.3.ar.3.& 1.moral.cap.2.Anges.in mora.c.3.tex.9.not. 3.& 5.Valen.hic puncto.3.

31. 1.arg. Probatur.1.quia Deus potest aliquid facere in creatura contra eius inclinationem naturalem:ergo id erit creaturæ violentum consequentia prob. quia violentum est, quod est ab extrinseco contra inclinationem rei, vt vidimus sectione. 1. ans vero probatur, quia Deus potest aquæ auferre frigiditatem, & inducere calorem, & lapidem mouere in locum superiorem,vel in eodem ipsum detinere. Hæc autem sunt contra inclinationem,imo,& internum impetum, & conatum aquæ, & lapidis, nam lapis per grauitatem conatur esse in loco inferiori, & aqua per formam suam conatur frigiditatem in se causare, aut retinere: ergo. Confir. Conf.1.quia cum hæc fiunt à Deo, non minus repugnant inclinationi aquæ,& lapidis,quam cum ab alijs fiunt. Sed cum fiunt ab alijs ita repugnãt,vt sint violenta:ergo etiam cũ fiunt à Deo:maior probatur, quia appetitus naturalis non respicit immediate agens,sed formã: ergo si forma est eadem,eodem modo repugnabit,vel non repugnabit inclinationi naturali,cum fit ab alijs,& cum fit à Deo.Conf.2.nã fieri potest,vt homo à Deo impellatur, & trahatur in vnam partem, & ipse homo conetur manibus,& pedibus in cõtrariũ ire, aut in loco quiescere, quid enim obstat,quo minus homo contra Deum trahentem ipsum renitatur, sicut Loth resistebat Angelo à quo de Sodomis extrahebatur, aut sicut vnus homo alteri ipsum trahenti reniti potest? tunc autem motus esset impressus passo ab extrinseco contra internum impetum ipsius:esset ergo ei violentus.Eodemque modo si Deus aliquem renitẽtem in loco aliquo detineret, quies illa esset ipsi violenta,quia contra conatum, & impetum ipsius, vt si Deus luctaretur cum Iacob, eo modo quo luctabatur Angelus.

32. 2. Secundo probant Medi.& alij, quia ascensus aquæ,ne detur vacuum, est à Deo authore naturę, sic mouente aquam propter bonum, vniuersi,tamen est ei violentus non minus,quã cum ferrum sursum trahitur à magnete: ergo multo magis,quod a Deo fit præter ordinem naturę,poterit esse violentum.

3. Tertio,si aliqua ratione,quod à Deo fit nõ posset esse violentum creaturæ, maxime quia licet sit contra particularem inclinationem creaturæ,tamen est iuxta vniuersalem inclinationem,quam omnis creatura habet ad obediendum Deo,quæ inclinatio superior,& principalior est, & ideo sufficere videtur, vt id quod iuxta eam fit,non sit violentum;sicut motus progressiuus nõ est violentus animali,quia licet sit contra inclinationem, quam habet,vt graue est,tamen est iuxta inclinationem, quã habet vt animal est,sed hæc ratio est nulla:ergo.minor probatur, quia licet increaturis sit potentia obedientialis ad eaque in illis Deus facere voluerit,tamen non est ad ea naturalis inclinatio,vt patet in formis supernaturalibus,ad quas non est naturalis inclinatio, secundum communiorem sententiam, quam sequuti sumus.tract.2.& multo minus erit naturalis inclinatio ad formas aduersantes naturalibus perfectionibus,præsertim proprie existentiæ,quis enim dicat ignem habere naturalem inclinationẽ,vt frige fiat, corrumpatur & ànihiletur à Deo? ergo cum ad huiusmodi patiendum à Deo,non sit naturalis inclinatio, & aliunde sit repugnantia erunt violenta. Quarto Deus cum igne infert violentiam aquæ ipsam calefaciendo: ergo se solo posset inferre. Consequentia probatur,quia non maior est inclinatio in aqua ad obediendum Deo volenti, illam calefacere se solo:quam volenti illam calefacere cum igne: ergo si non obstante inclinatione obediendi Deo volenti calefacere cũ igne,calefactio est violenta aquæ:Ita etiam nõ obstante inclinatione obediendi Deo volenti calefacere se solo.5,quia Deus nũc violẽter detinet dæmones, & animas damnatorum in inferno,& si quid ageret in me, & in aliquo alio animali contra appetitum elicitum violentiã inferret:ergo saltem conta appetitum elicitũ potest Deus violentiam inferre. Si admittas de elicito,dicas autem diuersam esserationem de naturali,quia cum sit à Deo,non potest repugnare voluntati Dei,cõtra quia etiã elicitus est à Deo præsertim,quãdo nõ est malus moraliter,tamen ita potest repugnare voluntati Dei,vt quod ex ea procedit sit violentum: ergo similiter appetitus naturalis,ita potest repugnare voluntati Dei,vt quod ex ea procedit sit violentum.Confirmatur,nam cum grauitas essentialiter sit appetitus naturalis ad centrũ, implicat grauitatem esse in lapide,& non esse in eo appetitum ad centrum: ergo si lapis ex voluntate Dei in loco supero detinetur,illa detentio et voluntas Dei, ex qua procedit; erit contraria appetitui naturali lapidis:ergo violenta. Quibus rationibus, non solum impugnatur.1.opinio simpliciter negans Deum posse creaturæ violentiam inferre, sed etiam Tertia, asserens Deum posse violentiam inferre contra appetitum elicitum, non vero contra innatum.Quarta sententia ait,duobus modis Deum posse immutare creaturam,priuando illam perfectione,ad quam habet naturalem propensionem.1.mouendo illam eodẽ modo,quo posset à naturali agente moueri,& ad

4. 4.

5. 5.

33. 3.Opin.

4.Opin.

ad formam eiusdem rationis, vt in exemplis positis de motu lapidis sursum,& de calefactione aquæ. Alio modo potest moueri ad formã superioris ordinis,excedentem totum ordinem,omnemque vim agentium naturalium, qui duo modi sunt per actionem positiuam: nam per priuatiuam,etiam potest Deus priuare creaturam perfectione naturali nihil positiuum inducendo.Dicit ergo primo hęc opinio in priori genere actionis Deum posse violentiam inferre creaturæ,vt probant argumenta Secundę sententię, nam illud de potentia obedientiali non satisfacit,cum respectu talis mutationis eadem sit capacitas increatura in ordine ad Deum, & ad quodcunque aliud agens, idem dicunt si Deus priuet creaturam forma connaturali absque alia forma positiua,quia tunc priuatur creatura perfectione sua contra appetitum naturalem,qui nullo modo manet expletus,ideo sẽper appetit perfectionem suam naturalem.Secundo dicit, hæc opinio,quando Deus mouet creaturam ad formã supernaturalem, nullã infert violentiam, quia non agit in illam contra appetitum naturæ, sed supra illam,& quidem si ea forma non inducat priuationem alicuius naturalis perfectionis,vt in infusione gratiæ,aut scientię nulla est difficultas,quia talis actio nullo modo est repugnans naturę,quanuis non sit ex appetitu naturali:at si talis actio priuet aliqua perfectione naturali, vt in vnione hypostatica, per quam humanitas priuatur propria subsitẽtia, & in conseruatione accidentium sine subiecto, per quam priuatur naturali inhærentia, maior est difficultas,an actio illa sit violenta,quia videtur esse contra appetitum naturæ,tamẽ proprie non dicitur violenta, sed supernaturalis, quia cum forma inducta sit superioris ordinis, non habet proprie contrarietatem cum forma naturali,proprie enim contraria sunt eiusdem generis.Vnde nec proprie repugnat appetitui naturę,quia hic appetitus non excedit ordinem naturalem,& præsertim,quia tunc altiori modo perficitur per altiorem formam.

34. *Decisio ex auctoris placito.*

Hæc quarta opinio est quasi explicatio secundę,quam ego eligendam puto,paulo tamẽ aliter explicandã.Dico ergo Deum posse violantiam inferre creaturis,non solum contra appetitum elicitũ,hoc enim manifeste existimo, & à nullo negatum est,sed etiam contra appetitum innatum passiuum, actiuum,& informatiuum,ac proinde intriplici genere causę, scilicet materialis,efficientis,& formalis.Et quidẽ in genere causę materialis,seu contra appetitum,passiuum contingere potest violentia illata à Deo. Primo priuando creaturam forma, sibi connaturali, non inducendo contrarium, aut incompossibile:vt si Deus destruat frigiditatem aquę nullo inducto calore, vel priuet naturam existentia,aut subsistentia,sibi connaturali,non dando ei aliam subsistentiam,quod vltimum fieri posset re omnino destructa.Secundo inducendo formam incompossibilem naturalem,vt si frigiditatem aquæ destruat inducto calore,vel existentiam,aut subsistentiam aquę inducta ei alia existentia,vel subsistentia naturali: sunt enim qui sentiant suppositũ creatum posse de potentia absoluta communicare propriam existentiam,vel subsistentiam alienæ naturæ:in qua opinione si existentia,vel subsistentia aliena sit imperfectior,quam propria, patietur violentiam natura,quia ab extrinseco fit,vt minorem habeat perfectionem,quam naturaliter appetat. si tamen esset perfectior, forte natura illa nõ pateretur violentiam, adhuc tamen dici posset oppositum, quia licet illa subsistentia,vel existẽtia aliena in se esset melior, quam propria,tamen illi naturę non esset melior,vt calor in se quidem melior est,quam frigiditas,aquæ tamen melior est frigiditas, ideo ea per calorem remota vim patietur aqua. 35.

Tertio,posset tolli forma naturalis per supernaturalem,& tunc si supernaturalis eminenter continet naturalem,vt subsistentia diuina continet humanam, & melior est etiam respectu caloris subiecti,nulla erit violentia, quia nõ est contra appetitum naturalem priuare rem propria perfectione propter aliam,in qua eminenter contineatur,& quæ ipsi rei melior sit;res enim non appetit habere propriam perfectionem magis,quam illam alienam,sed sub conditione,quia non habeat illam.Nec obstat, quia appetitus naturalis non satiatur,per illam formam supernaturalem, tum quia id quidam negant,tum etiam quia licet admittatur,tamẽ inde non colligitur violentia, ad violentiam enim requiritur,vt aliquid contingat contra appetitum;in illo autem casu, licet non sacietur naturalis appetitus tamẽ nihil contra illum cõtingit,res enim non appetebat formam connaturalem;nisi sub conditione, quia non daretur ei alia eminẽtior, sed de his late in materia de incarnatione: si vero forma supernaturalis nõ contineat eminenter naturalem,nec sit rei tanta perfectior,sicut forma naturalis,dabitur violentia,vt si supponatur subsistentia supernaturalis imperfectior Angelo, quę suam existentiam, vel subsistentiam communiet naturæ Angelicæ,fiet huic violentia. 36.

Nec obstat quod dicebat. 4. opinio formam superioris ordinis proprie nõ cõtrariari formę ordinis inferioris, satis enim est ad violentiam excludere formã, quę melior esset tali naturæ,idem dicerem, si forma supernaturalis non continens eminenter naturalem perfectior esset in se, quia tali rei non esset perfectior.In genere autem causæ efficientis,& contra appetitum actiuũ violentia contingeret priuando rem actione, quã 37.

appe-

appetit, vel aliquo requisito ad illam maxime si determinetur ad actionem contrariam, vt cum ignis determinatur ad descensum, vel frigefactionem. In genere autem causę formalis, seu cõtra appetitũ informatiuũ violẽtia cõtingeret, si forma priuaretur omnino informatione, vel calor poneretur in aqua: nec ad hoc refert, quod informatio, & eius priuatio sit, vel non sit in ipsamet forma. licet enim vt alibi ostendi non sit in ipsa forma, sed in subiecto ipsius, nihilominus ei est violẽta priuatio informationis, sicut priuatio actionis transeuntis violẽ
38. ta est agenti, licet non sit in ipso. Si dicas, ergo anima rationalis vsque ad resurrectionem corporis patietur violentiam, quia priuatur informatione. Respondetur solum in instanti separationis violentiam pati, quia postquam semel est separata, non habet potẽtiã, nec appetitũ naturalem, vt iterum via naturali informet corpus: nec carentia informationis tunc est ab extrinseco, sed naturaliter cõsequit ex ipsa separatione, ideo tunc non patitur violentiam, & similiter accidẽtia Eucharistiæ, postquã semel sunt separata. Si dicas his accidentibus melius
39. est non pendere à subiecto, quam pendere: ergo nec in instanti separationis violentiam patiuntur. Respõdetur. 1. non melius illis esse nõ pẽdere à subiecto, quã ita se habere, ac si à subiecto penderent. Vt reuera se habent ista accidentia, sic enim subiecta sunt corruptioni, ac si essent in subiecto. Respondetur. 2. licet melius illis sit non pendere, quam pẽdere à subiecto, tamen præcise melius illis est informare, quã non informare, quia præcise per hoc, quod non informent, nihil illius aduenit, nisi priuatio informationis. Ridiculum enim est ponere aliquem modum positiuum, quem recipiãt in ipsa separatione loco informationis, & per accidens est, quod cum informẽt subiectum, pendeant ab illo: posset enim Deus efficere. vt illud informarẽt: tamen ab illo non penderent, sed eo destructo manerent. In genere autem causæ finalis, seu contra appetitum finalizandi, nullam pono violentiam, cum enim finis non causet, vt est in re, sed vt est in anima, nõ habet naturalem appetitum finalizandi, nec ad finem pertinet appetere, sed appeti. Ideo in hoc genere nulla est violentia.

40 Ad primum argumentum. 1. opinionis respondetur, testimonia illa solum significare ignem, & aquam tunc non egisse secundum suas virtutes, & inclinationes naturales. Ex quo potius suadetur, quam impugnatur violentia.

Ad. 1. argum. 1. opinio.

Ad. 2. Ad secundum respondetur, difficile esse D. Thom. & Aug. explicare: videtur tamen eorũ mentem fuisse, nihil quod à Deo fit, esse omnino contra naturam, tum quia quidquid à Deo fit, fit secundũ potẽtiã obedientialem creaturæ, quæ potentia est naturalis quo ad substantiam, quo ad modum vero interdum etiam est naturalis, vt cum aliquid fit, quod naturaliter erat possibile, & tunc potentia obedientialis est simpliciter, & omnino naturalis, & non omnino proprie, & stricte dicitur obedientialis; interdum vero est supernaturalis quo ad modũ suæ reductionis in actum, quia id quod fit, cum illis circunstantijs, cum quibus fit, non posset fieri naturaliter, seu stando præcise in ordine naturæ, & tunc potentia non est simpliciter naturalis, sed stricte est obedientialis, tum quia quidquid à Deo fit, est iuxta inclinationem totius vniuersi, ac proinde partium ipsius, quatenus partes sunt, omne enim tale, vel est bonum naturale totius vniuersi, vt ascensus aquę, ne detur vacuum, & ita omnino est secundum inclinationem ipsius vniuersi, vel si est bonum supernaturale vniuersi, quodammodo etiam est secundum inclinationem ipsius: quia licet id nõ appetat naturaliter vniuersum: tñ est simile ei, quod naturaliter appetit. est enim illi bonum, sicut quod naturaliter appetit, & aliquãdo magis bonum: tum quia quidquid Deus facit ordinat ad gloriã suam, & bonum hominis, quæ naturaliter appetunt reliquæ creaturæ, vnde id totum consonat naturali inclinationi creaturæ, quam, scilicet, creatura habet ad bonum Dei, & hominis, licet non inclinationi, quam habet ad bonum proprium. Intẽdunt quoque D. Thom. & Aug, quod licet Deus aliqua operetur contra ordinem, & cursum solitum naturæ, vt docet Aug. 6. Genes. ad litteram. c. 17. & 18. & D. Thom. 2. 2. q. 104. ar. 4. ad. 2. & de potentia. q. 1. ar. 3. ad primum, & interdum contra particularem inclinationem creaturæ, ac proinde cum violentia, tamen hæc violentia, nõ est contra inclinationem creaturæ repugnantem directe voluntati Dei, sed subordinatam ipsi, aut nullo modo respicientem ipsam, licet enim creatura appetat aliquid fieri, nõ obstãte inclinatione, vel voluntate alterius creaturæ, tamẽ nihil naturaliter appetit fieri contra volũtatem Dei, sed appetit aliquid fieri Deo volente, vt fiat, aut certe absolute, & sine vllo respectu ad voluntatem Dei. Et similis obedientia seruatur, quando impressio aliqua fit ab alijs causis vniuersalibus spectans maxime ad commune benum vniuersi, vt contingit influxu, & refluxu maris: non enim mare refugit illum motum contra intentionem causę vniuersalis, sed appetit, quòd causę vniuersales sine illo motu intenderent, & promouerent bonum vniuersi, si fieri posset: aut refugit illum motum absolute, & sine vllo respectu ad causas vniuersales. 41.

Ad. 3 R. in creaturis esse potentiam vniuersalem, qua obediunt Deo sine vlla resistentia impediente, vel retardante actionem Dei: non tamen appetitum innatum obediendi Deo, nisi in ordine ad bonum naturale proprium totius Ad. 3.

totius vniuersi,hominis,vel Dei.Vnde si creatura contra particularem suam inclinationem mouetur ad ea, quę nullo modo appetit appetitu innato,vim patietur, si vero ad ea quæ appetitu innato propter bonum naturale vniuersi hominis,vel Dei,etiam patietur vim,quia ad violentiam sufficit effectum repugnare inclinationi rei,vt in se totũ quoddam est, quid quid sit de inclinatione eius,vt est pars vniuersi,vel effectus Dei, vel naturaliter ordinata in bonum hominis,ideo ascensus aquæ, ne detur vacuum,vere violẽtus est, vt recte docet Vaz. disp.25.nu.29.& 30.quia mouetur renitente grauitate,& ipsa dum sursum detinetur in fistula, ne detur vacuum,grauitat, vt manus eam sustinens experitur,& ibidem Vaz.rejicit vulgares Philosophos asserentes in aqua, & quouis graui esse duplicem inclinationem, alterã peculiarem,à qua mouetur deorsum, alteram vniuersalem, à qua mouetur sursum,ne detur vacuum,nam impossibile est ab eodẽ per principio procedere inclinationes inter se pugnantes, quauis ex diuersis principijs prouenire possint, vt in animali inclinatio ad progrediẽdũ prouenit ab animali,vt cognoscitiuũ est,inclinatio vero ad motum deorsum prouenit ab animali,vt est cõpositum ex elementis,in quo terra prædominatur Quidquid autẽ sit de illa inclinatione vniuersali,quę facile defẽdi posset, asserendum est propter superiorẽ rationẽ, motum aquæ sursum,ne detur vacuum, esse violentu aquę,motus vero progressiuus, non est violentus,quia non est simpliciter contra appetitum animalis,vt totũ quoddam est, sed potius oritur ex potissimo eius appetitu,scilicet elicito.Motus etiam appetitus sensitiui a voluntate imperatus violentus nõ est homini, quia est secundum superiorem hominis appetitum,neque vero est violentus ipsimet appetitui sensitiuo, cum ipsi conferat vim ad talem motum, qui quidem est ab intrinseco,cum cognitione, quauis,quidquid dicat Vaz.disp.25.num.29. vt voluntas moueat appetitum in contrarium eius,quod ex se appetebat, nõ opus est immutari cognitionem sensus interni, sed existente eadem cognitione potest interdum, licet non semper,quia non obtemperat despotice,in diuersum moueri,vt suo loco dicemus.Adde,fortassis nec in parte animalis esse appetitum innatum ad bonum totius animalis,nec in parte vniuersi ad bonum naturale vniuersi, hominis, vel Dei,sed subiectionem quandam. In solutione autem.2.argumenti explicuimus, quomodo,licet res naturales appetant non nulla, quibus priuantur à Deo,tamen ea appetunt cum subordinatione ad voluntatem diuinam, aut saltem sine repugnantia respectu illius,sed absolute,ideo in tali appetitu,nulla est peruersitas,vel inordinatio.Iam etiam vidimus,quomodo illa subordinatio cum violẽtia stare possit. Ad.4.patet ex dictis,quãuis enim nihil possit, ita Deo resistere,vt reuera impediat effectum ipsius: tamen animata, & inanimata possunt Deo resistere,qa cũ actuqa patiũtur inclinãtur & conãtur ad opposita, quod sufficit,vt motus impressus illis à Deo, fit violentus. Ad. 5. R. Vaz,disp.25.n.28.si Deus auferret lapidi grauitatẽ, fore vt non conaretur deorsum actu, quia conatus, & impulsus,si aliquis est,prouenit media grauitate:fieret tamen contra internum impetum formæ,quę ex se ipsa producit in lapide grauitatem, cęterum si Deus auferret concursum suum manente grauitate, violẽtum esset cessare à motu,quia esset contra internum impetum,hoc est grauitatem existentem in promptu,vt operar tur, siquidem violentũ est, cum quis mouerit,aut sedauerit contra internum impetum passi.Huic solutioni cõsonat Medina ar.4.dicens,si Deus auferret lapidi inclinationẽ ad centrum,motum eius sursum non fore violẽtum.Sed credo amota grauitate,aquam detentam in superiori loco, vel ad illũ delatã dupliciter vim pati, primo in priuatione grauitatis.Secũdo in priuatione motus, vel quietis consentaneæ grauitati,quia ad huc inclinatur ad talẽ motũ,vel quietem. Imò propterea appetit grauitatem, vt sic moueri, & quiescere possit,item quia motus, & quies illa est contra inclinationem actiuam remotã, nempe formã substantialem,quę est principiũ actiuum remotum acquisitionis, vel retentionis loci inferioris.

Sectio.6.V.Voluntas a Deo,vel creaturis possit violentiam pati.

RESPONDETVR in multis vim pati posse à creaturis, & à Deo, quia multa ab illis fieri possunt cõtra eius appetitum innatum, & elicitum,& quia à Deo,fiant non tollit rationem violentiæ, oportet autem sigillatim hæc explicare.

Dico ergo primo violentiam pati posse contra appetitum informatiuum naturalem, vel elicitum non reuocatum,si separetur à Deo ab omni subiecto,vel ponatur in subiecto sibi repugnante,vt si voluntas Angeli ponatur in homine, & voluntas hominis ponatur in lapide,quod aliqui existimant non repugnare. 43. 1. Con.

Dico secundo, voluntatem cogi posse contra appetitum agendi,vel non agendi, per reliquas potentias,& patiendi, aut non patiendi aliquid in illis,aut in mẽbris corporis. Et hoc fere est,quod dicunt D.Thom.ar.4.& alij ibidem.Valentia puncto. 3. Vaz.disp.26. cap.3. Azor lib.1.c.9.q.6.Sayr.to.1.li.2.c.2.n.1.Palu. 4.d.29.q.1.Scot.q.vni.§.ad quęstionẽ.Soto.q. 1.ar.1.Dur.q.1.& 2.d.25.q.4.Anton.1.p.tit.4. c.6. 44. 1. Con.

c.6.§.6.Fonseca tom.3 lib.9.meta.c.2.q.2.sectione.3.Sanchez tom.1.de matrimonio lib.4. disp.1.num.2.Vigueri.in instit.c.3.§.4.vers.1. Burid.3.ethi.q.6.volũtatem cogi posse quoad actus imperatos, quod explicandũ est cum Almai.1.moral.cap.2.Valen.Vaz.supra, & alijs,non insensu cõposito:implicat enim actũ aliquem violentum,vel coactum esse, dum actu imperatur à voluntate:sed explicandũ est in sensu diuiso, seu de actibus,qui sunt similes actibus imperatis,& eiusdem rationis cum illis,tales enim violenti esse possunt,& in illis po-
45. test voluntas cogi.Vnde cum quis ab extrinseco determinatur ad videndum, audiendum, sentiendum,vel intelligendum,aut appetendũ aliquid appetitu sensitiuo, aut deambulandũ, loquendum, vel alium motum producendum, vel suscipiendum, vel ad aliquid agendum ad extra,vt percutiendum,occidendum,impellendum,&c,contra appetitum elicitum voluntatis,tunc voluntas ipsa cogitur,& quãuis.Quidã putet volũtatẽ in actibus externorũ sensuum, non posse immediate vim pati, quia non obediunt per se voluntati, sed ratione applicationis,quæ fit per motum localem, tamen credo etiam immediate vim pati posse in his operationibus,nam si apertis oculis velim videre, & Deus efficiat,vt non videam, & clausis oculis velim non videre,& Deus velit, vt videã,actio, vel cessatio actionis erit contra appetitum elicitum voluntatis:ergo vere erit violenta.Conf. quia tunc voluntas renititur repugnat, & resistit,quantum est ex parte sua,licet sine effectu: ergo visio,vel cessatio visionis erit ei violenta, non enim ad violentum requiritur, quod potẽtia in qua aliquid fit, resistat per se voluntati, aut possit ei obedire,sed quod resistente volũtate, fiat in ea aliquid ab extrinseco.Deinde quanuis quidã dicat,si membra mouerentur à potentia secundum locum motiua contra voluntatẽ:dicendum esse vim pati voluntatẽ, tamen falsum est,quia motus ille esset ab intrinseco:ergo non violentus, sed involuntarius tantum:veluti cum membra propter grauitatem contra voluntatis imperium mouentur deorsum,non cogitur homo nec voluntas.Bene tamen idem auctor aduertit ad violentiam simpliciter dictam requiri,vt res fiat contra imperium efficax,quod sortiretur suum effectum,nisi vis inferretur, imo ad violentum secundum quid,quale est in metu,requiritur, vt res fiat,non contra voluntatẽ absolutam, tamen contra voluntatem efficacem formalem,vel interpretatiuam faciendi oppositum,nisi metus interueniret.vnde D.Thom.ar.5.docet,quod violentia causat involuntarium,& a.6.idem de metu docet,quanuis ar.5.loquatur de involuntario simpliciter in.6.vero de in volunt.secundum quid quale est,quod metu fit,nam simpliciter,& absolute est volitum,ac proinde voluntarium,licet aliqua ratione sit efficaciter nolitum.Aduerte etiam quod in prędictis casibus non solum forma, vel motus, & eius receptio violenta,& coacta est voluntati:sed etiã actio immanens,vel vitalis,vel transiens: iam enim vidimus sectio.2.actionem,vt à passione,& forma distinguitur,violentam esse posse respectu agentis, & appetitus, cui est contraria, quod plane etiam sentit Scotus supra, & Ocham.2. q.19.ad.2.& colligitur ex Innocen.cap.maiores de baptismo,vbi ponit coactionem,non solum in passione,qualis est susceptio baptismi; sed etiam in actione, qualis est genuflexio coram idolo, & turificatio. Eademque ratione priuatio actionis imperatæ violẽta esse potest homini,& volũtati,vt etiã docuimus se.2.Hinc si renuente voluntate aliquis ab extrinseco calefiat,vel aliquid recipiat priuatiuum,vel positiuum in intellectu,vel alijs potentijs,vel partibus hominis,aut in ipsa substantia animæ voluntas dicetur cogi,& hoc etiam si potentiæ illæ quo ad agendum,vel non agendum patiẽdum,vel non patiendum,nullo modo sint subiectæ voluntati. Quod dixerim contra aliquos dicentes,voluntatem non posse cogi in actionibus animę vegetatiuæ, vel earum carentia: quia potentiæ vegetatiuæ non sunt subditæ voluntati,existimo enim hoc esse impertinẽs:ad violentum enim sufficit, quod homo, vel eius partes,aut potentiæ aliquid agant,aut patiantur ab extrinseco,renuente voluntate, hinc etiam,si præsente obiecto,& luce aperiantur alicui oculi ab alio,vel non potenti oculos claudere auferantur obiecta,aut lux;visio erit violenta homini,& voluntati, similiter si ab extrinseco applicetur ignis, dolor combustionis erit violentus,& si Deus,vel Angelus, qui soli id efficere possunt,renuente voluntate me determinent ad loquendum, vel ambulandum coactionem inferrent.Si petas an voluntatem cogi prædicto modo ponat aliquid in ipsa. R. minime,sat esse quod aliquid fiat in visu,vel auditu,&c.Conotando quod voluntas velit efficaciter, id non fieri: vel talem volitionem habuisse,& non retractasse. 46.

Sed hinc emergit prima difficultas,an cum voluntas cogitur,quoad actus imperatos, etiã potentiæ à quibus eliciuntur,cogi dicantur. 47.
Quidam Iuniores negant cum Duran.2.d.24. q.3.n.13.& 14.& d.25.q.4.n.6.& Palud.4. dist. 29.q.1.ar.1.con.1.& 2.Vaz.hic disp.26.cap.4. Azor.lib.1.c.9.q.6.quia istæ potentiæ, non efficiunt, vel recipiunt aliquid contra proprium appetitum naturalem,vel elicitum: ergo non patiuntur vim: consequentia patet ex definitione violenti,ans probatur,quia nulla earum habet actum appetendi elicitum præter appetitum sensitiuum,in quo tamen actus elicitus, 1. differ:

non

non potest esse contra appetitum elicitum: quia appetitus sensitiuus, cum sit materialis, nullam facit reflexionem, nec appetit, nec refugit appetitu elicito propriam operationem: ergo nullus actus harum potentiarum est contra appetitum elicitum, quod autem nec contra naturalem, patet, quia potius habent naturalem inclinationem eliciendi, & recipiendi hos actus, ergo. Conf. quia nulla harum potentiarum resistit suo actui: ergo nulli earum proprius actus violentus est, licet contingat esse violentum voluntati, vel homini.

48. 2. opi. auctoris. Sed opposita sententia tenenda est, cum Medina ar. 4. Valentia punct. 3. Sot. 4. dist. 29. q. 1. ar. 1. Capreol. 2. d. 24. q. vnica. ar. 3. ad Arg. Duran. contra tertiã & quartã conclusionem. Sonci. 9. met. q. 18. imo nec huic sententiæ expresse refragantur Duran. & Palud. supra, tantum enim videntur intendere intellectum, & alias potentias distinctas à voluntate, non posse vim pati in actibus suis, se cluso ordine ad voluntatem, pro hac sententia adducitur D. Tho. 3. d. 27. q. 1. ar. 2. vbi docet omnes animæ potentias excepta voluntate, posse cogi a suis obiectis. Idem ait. 2. d. 25. q. 1. a. 2. & de verit. q. 22. ar. 3. ad. 3. Nam ibi ad tertium argumẽtum, quod erat, intellectus cogitur: ergo, & voluntas; respondet: intellectus aliquid naturaliter intelligit, sicut & voluntas aliquid naturaliter amat, sed coactio non est contraria intellectui, secundum suam rationem, sicut voluntati; intellectus enim, & si habeat inclinationem in aliquid, non tamen nominat ipsam inclinationem hominis: sed voluntas ipsam inclinationẽ hominis designat: vnde quidquid fit secundum voluntatem, fit secundum inclinationem hominis, & per hoc nõ potest esse violentum. Sed operatio intellectus potest esse contra inclinationem hominis, quę est voluntas, vt cũ alicui placet aliqua opinio; sed propter efficacem rationem deducitur ad assentiendum contrarię per intellectum. Sed ad hunc vltimum locũ facile posset responderi D. Thom. solum intendere intellectionem posse esse violentam homini: ad priora vero respondent aliqui, nomine coactionis solam necessitatem intelligere, & non coactionem proprie dictam: sed D. Tho. plane videtur loqui de coactione proprie dicta, & alioqui falso diceret, reliquas potentias cogi posse, non vero voluntatem: nam voluntas quoad exercitium necessitari potest effectiue à Deo circa quęlibet obiecta, & obiectiue necessitatur à Deo clare viso, & à quolibet bono, vel malo, dum intellectus non deliberat, & quoad specificationem à multis bonis, & malis necessitari potest; loquitur ergo D. Th. de coactione proprie dicta, & eodẽ modo explicandus est 1. d. 48. ar. 3. ad. 1. 2. d. 7. q. 2. ar. 1. ad. 2. & d. 8. ar. 5. ad. 7. d. 39. q. 1. ar. 2. de verit. q. 24. ar. 1. ad. 18. & q. 28. ar. 3. ad. 6. & alibi sæpe docens alias potentias prẽter voluntatem in suis actibus elicitis cogi posse, & fauet communis modus loquendi quo dicimus visum, vel auditum cogi, &c.

49. Ratio quo rundam. Rationem huius aliqui assignant, vt Medin. & Valent. quia in visu. v. g. duplex est appetitus vnus ad videndum, alter ad obediendum voluntati, & hic est maior, & potior, quia est ad commune bonum totius suppositi: sed quãdo actio est contra appetitum potiorem, est violenta: ergo actio videndi renuente voluntate, erit violenta visui.

reijcitur. 1. Sed hęc ratio mihi non placet, primo quia existimo his potentijs non inesse naturalem appetitum obediendi voluntati; sæpe enim actus voluntatis est malus, vel in magnum detrimentum suppositi: sed naturalis appetitus impressus à Deo his potentijs, non est ad obediendum voluntati elicienti actum malum, & maxime noxium supposito: ergo tunc non appetunt obedire voluntati. Si dicas saltem inclinari ad obediendum voluntati, quando eius actus est bonus supposito, quia inclinationem habent, in bonũ totius suppositi, sicut aqua ad bonum vniuersi, ex qua inclinatione ascendit, ne detur vacuum, & manus inclinationẽ habet ad bonum totius, ex qua inclinatione exponit se periculo ad tuendum caput. Contra hoc bene arguit Vaz. nam hæc inclinatio ad bonum totius omnino commentitia est, singulæ enim facultates eatenus, tantum ordinantur in bonum commune, & in illud inclinationẽ habent, quatenus operationes singularum ad bonum totius conueniunt; alia autem peculiari inclinatione non procurant bonum totius, solus appetitus sensitiuus attendit bono totius corporis, & intellectiuus bono totius hominis. Ad exemplum de aqua respondet Vaz. ipsam non appetere ascensum, quare si tunc detinere tur, non pateretur, inquit, vim ipsa, sed corpus, quod illam sursum trahere conabatur. Putat enim illo c. 4. & disp. 25. c. 4. aquam quando ascendit ne detur vacuum, trahi à corpore contiguo: sed nõ video, vnde eam vim habeat, quod libet corpus contiguum, & credo moueri à Deo, vel Angelo, vel aliqua superiori, & vniuersali causa. Ad aliud vero simile de manu, respondet, in manu nullam esse inclinationem, vt eleuetur ad protegendum caput, licet in ea sit vis executiua motus localis, quæ inclinationem habet ad obediendum voluntati, & appetitui sensitiuo, mouendamque manum iuxta ipsorũ imperium, vnde motus ille, licet violentus sit manui, vt grauis est, tamen est naturalis, vt habet vim animalem motus executricẽ: ex qua doctrina infert, quanti momenti sit hoc exemplum, quo vtitur D. Tho. 1. p. q. 60. ar. 5. ad probandum, Angelos magis diligere Deum, quã

se

ipsos,& hæc doctrina sustineri pōt;etiā in opinione asserente potentiam executiuam motus nō distingui,à voluntate,& appetitu sensitiuo(quod,& ego verum esse,puto)modo asseramus appetitū sensitiuum in manu quoq. esse,& non in corde iecore aut cerebro tantum dequo alibi.vide Fonse.9.Meta.c.2 q.6.sect.3.

50. Confirm.nam visus ad non videndum, cum
Confir.1. voluntas vult non videre, non videtur habere inclinationem, nec ad videndum cum ex eius imperio oculi aperiuntur,magis, quam cum aliter aperiuntur: ergo non habet inclinationem ad obediendum voluntati in visione, vel eius carentia,licet habeat potentiam obediēdi voluntati, quæ potentia non est ipso, sed in oculo,& palpebris,quę moueri possunt ad nutum voluntatis,vt inde sequatur visio, vel eius carentia.

Confir.2. si enim quis moueatur ex imperio voluntatis, vt fugiat ignem, quem alius ei applicat, & non possit effugere, quia alius eadem voluntate ipsum sequitur,potentia motiua iam obtemperat voluntati, ac proinde, & aliæ vires quantum possunt, quia solū possunt obtemperare voluntati per potentiam motiuam tamen actio in illis poterit esse violenta. V. G. dolor in appetitu sensitiuo:ergo violentia non prouenit ex eo quod fiat aliquid contra appetitum, quem inferiores vires habent obediendi voluntati.

2. Quia licet admittamus talem appetitū;
51. non ideo actio, quam visus elicit contra talē
Reijcitur appetitum, erit sibi violenta, nam appetitus
2. ad obediendum Deo non sufficit, vt ascensus aquæ ad replendum Vacuum,non dicatur violentus aquæ:ergo nec appetitus visus ad ad obediendum voluntati sufficiet, vt quod fit cōtra illum,dicatur visui violentum, si enim conformitas ad appetitum obediendi alteri non tollit violentiam, nec difformitas violentiam ponet.

Confir. Confirmatur, quia etiam si admittatur in appetitu sensitiuo inclinatio ad obediendum voluntati,id non sufficeret, vt appetere oppositum actu elicito,censeretur violentum appetitui sensitiuo,magis enim pensanda est violētia ex appetitu elicito,quā ex innato, qui metaphorice tantum, vel saltem minus proprie dicitur appetitus:ergo appetitus sensitiuus,cū quid appetit,renuente voluntate, non patitur vim propter inclinationem obediendi voluntati,sed si eam patitur,alunde hoc prouenit.

Confir.2.nam potentiæ vegetatiuę si determinētur à Deo ad agendum,vel non agendū, renuente voluntate,patientur vim,licet nō habeant appetitum, nec potestatem obediendi volūtati:ergo impertinens est talis appetitus, vt potentiæ inferiores dicantur, vim pati, cum quid in eis fit renuente voluntate.

3. Alij impugnant eandem rationem; quia 52.
quando hæ potentiæ determinantur ad suos Reijcitur
actus per applicationem obiectorū cum om- 3.
nibus requisitis ex parte obiecti,potentiæ,vel medij,nihil fit contra appetitum obediēdi voluntati:nam quæ præcedunt actus harum potentiarum nō possunt esse abillis, vnde in eiusmodi non appetunt obedire voluntati:postquā autem posita sunt omnia necessaria ad operādum,non habent appetitum obediendi voluntati, præcipienti,vt nō operentur;quia impossibile est tunc non operari:ergo tunc non operantur contra appetitum obediendi voluntati.

Sed Hæc impugnatio nulla est, quia licet positis omnibus requisitis non possint hæ potentię non operari:tamen adhuc potest in eis intelligi appetitus non operandi; sicut quando aqua recipit calorem, licet non possit non recipere illum: tamen habet appetitum non recipiendi illum, ideoq.receptio est violenta.

4. Alij impugnant eandem rationem, quia 53.
appetitus sensitiuus hominis,& bruti eiusdem Reijcitur
rationis est,sed appetitus bruti non habet in- 4.
clinationem obediendi voluntati:ergo neq.hominis.Sed hæc impugnatio est nulla;multi enim negant maiorem,melius autē posset negari minor,si enim appetitus bruti poneretur in homine, eodem modo obediret voluntati sicut appetitus hominis vterq.enim habet potentiam,& inclinationem obediendi voluntati,si cōiungatur ei in eodem supposito. reijciēda est ergo illa ratio tātum propter illas duas priores impugnationes.

Statuendaq. est alia ratio,quam attingunt Sot. Capreol.& Sonci. sup. imo & D. Tho.in uerbis citatis de verit. quia id est violentū pati, vel potentiæ alicuius suppositi,quod est cōtra propriam, & præcipuam inclinationem illius suppositi, vt in se totum quod dam est,sed propria,& prȩcipua inclinatio hominis est voluntas:ergo, & quod contra volūtatem inest alicui parti,vel potentiæ inferiori: Qua ratione etiā aliqui existimant, calefactionem,non solum esse violentam aquæ, sed etiā materiæ.i. quia est contra appetitum totius compositi licet non ipsius materiæ.i.

Ex dictis patet.1. solutio argumenti in op- 54.
positum,nam licet omnes actus harum poten- Corol. 1.
tiarū sint ex naturali inclinatione ipsarum, & & respō
nullo modo sint contra ipsarū inclinationem sio ad ar-
tū violenti erunt,si sint simul ab extrinseco cō gum.
tra inclinationem voluntatis, de aliquibus tū 1. opinio-
actibus dici posset esse contra inclinationem nis.
nateralem ipsarū potentiarū,nam cum potentię cognoscitiuæ habeāt naturalem inclinationem adueram cognitionem cognitio falsa fortassis dici poterit cōtra inclinationem ipsarū. Nec obstat, quod intellectus non solum habet inclinationem ad assentiendum propositioni

realiter veræ,sed etiam apparenti,cum autem habet assensum falsum, assertitur propositioni apparenter veræ:ergo is assensus non est cõtra inclinationẽ eius R.enim illum posse considerari dupliciter.1.vt est assensus propositionis apparenter veræ, & ita non est contra inclinationem intellectus. 2. vt est assensus propositionis realiter falsæ, & sic videtur contra præcipuam inclinationem intellectus, quæ est ad assensum verum. Vnde si ab extrinseco determinetur ad talem assensum, ille erit violentus,quamuis existimo ànulla re posse determinari ad talẽ assensum , quia nõ necessitatur naturaliter,nisi adsit euidentia, à Deo aũt ad assensum falsum determinari non potest,nisi forte peraccidens,vt cum Deus destruit substantiam manentibus accidentibus,videtur intellectum determinari per accidens ad assensum falsum de existentia subiecti sub illis accidentibus. Nec obstat. 2. Quod ait Palud. supra eundẽ numero assensum muariatum in se per solam variationem obiecti transire de vero in falsum:ergo tanta perfectio intellectus est assensus falsus quanta verus,vbi enim æqualis est entitas æqualis erit bonitas, & perfectio. R. enim, quod cum mutatione obiecti assensus transit de vero in falsum,licet maneat idem secundum substantiam,tamen in se ipso variatur secũdum modum, quia prius asserebat Petrũ V.G. esse album pro tempore præcedenti,postea,vero esse album pro tempore sequenti,in quo est niger, & licet daremus ,assensum nec secundũ modum variari in se,nihilominus pro tẽpore quo est verus,est perfectio intellectus, pro tempore vero,quo est falsus est malum intellectus, & contra naturalem inclinationem ipsius:sicut enim eadẽ entitas caloris est perfectio ignis,& malum aquæ,ita eadem entitas assensus est perfectio intellectus,quando continet veritatem, imperfectio vero,& malum, quando continet falsitatem.

55. Sequitur 2. ex dictis deceptos fuisse Conr. Corol. 2. art.4.& Caiet.1.p.q.82.ar.1.ad 2 contra 1.cõclusionem dicentes,actum elicitum ab appeti tu naturali, non posse esse violentum ipsi , nisi intelligatur, quando neq. ille actus est contra superiorem appetitum eiusdem suppositi, vt in se totum quoddam est: actus enim elicitus ab appetitu innato videndi, põt esse violentus illi,si eliciatur renuẽte volũtate,licet oppositũ doceat.Dur.4.dist.29.q.1.n.12.Seq.3. falsis exẽ Corol. 3. plis vsum Medi.a.4.docentẽ his potẽtijs inferri vim contra appetitum obediendi voluntati, vt cum manus, quę eleuatur ad protegendum caput,detinetur ab alio,&cum aqua detinetur ne ascendat ad replendum vacuum,in 1.enim exemplo non est violentia contra appetitum manus ad obediendum voluntati,sed quia aliquid fit in manu contra ipsam voluntatem.in. 2. vero exemplo nulla est violentia : sed potius impeditur violentia nam motus aquę ad replendum vacuum violentus est , vt ex eodẽ Medi.diximus quare illum impedire non est violentiam inferre,sed impedire, & sane Med. sibi aduersatur, nam in eodem art.interdum docet,illum ascensum aquæ esse violentum. In terdum vero nõ esse.Sequitur.4. male aliquos Corol.4. discrimen ponere inter potentiam motiuam executiuam , & reliquas potentias subiectas voluntati, quia actus illius possit esse illi violẽtus,eo quod per impetum, quem causat in mẽbris resistit motui, vel quieti,quam ab extrinseco patitur,actus vero harum non possint esse ili violenti, quia non causant impetum, per quem resistant eiusmodi actibus. Contra hos enim est quod falso ponunt potentiam motiuam executiuam destinctam ab appetitu , & imaginatiua.Deinde licet demus tunc in mẽbris producere impetum: tamen motus ille non est elicitus à potentia executiua , sed ab extrinseco: ergo inde nõ fit potentiam executiuã cogi in actu a se elicito, sed potius in eius carentia, vel actu opposito.

5. infertur,quam recte dictũ sit 32. quæst.5. per totam posse fœminam violenter stuprari,nec propterea tamen pudicitiam amittire: quia peccatum debet esse voluntarium, vt ait Aug. de vera relig.c. 34. violentia autem causat involuntarium, vt ait D. Tho. a.5. ex Damasce. 2. fidei.c. 24. idem ait Nau.in sum.prę lud.6. nu.3. & alij, vnde Aug. epi. 122.tantum valet in mẽte integritas castitatis,vt illa inuiolata,nec in corpore possit pudicitia violari,&c. & 1. ciuit,c 18. proposito animi permanente, perquod etiam corpus sanctificari meruit,ipsi corpori,non aufert sanctitatẽ violentia libidinis alienæ,&c.vnde Beata Lucia.Paschasio dixit, si me invitã feceris violari,castitas mihi duplicabitur ad coronam. Debet, tamen fœmina resistere,quãtum cõmode poterit,nec satisfaceret mere negatiue se habendo. Vt bene Med.ar.5.ad 2, Vale.dis.2.q.1.pun.3. Sayrus to.1.lib.2.c.2.n.4.vide infra dis. 3.sect.1. diffic.3.post.2. con. corol.2.

56. 2.Difficultas est vtrum voluntas possit co- 2. Diffic. gi inse ipsa,itavt aliquid eam intrinsece de nominans sit ei coactum, & violentumin eoque vim , seu violentiam patiatur.

1. Concl. Dico.1. voluntatem posse in se ipsa vim pati cõtra appetitum essendi,si enim corrumpatur,vel anihiletur à Deo contra suum appetitũ naturalem,vel elicitum præcedentẽ non reuocatum patietur vim,iam enim diximus Deum posse inferre vim creaturis , & corruptionem, vel anihilationem violẽtam esse posse rei corruptę,& anihilatę.

2. Concl. Dico.2.Deum posse voluntatem cogere ad recipiendum aliquem habitum, vel aliquam quali

qualitatem, quæ se habeat per modum actus, & ita Palu. 4. d. 29. q. 1. art. 1. concl. 3. Vaz. dis. 26. c. 2. in fine, & alij cõmuniter, & videtur certum, quia Deus potest imprimere voluntati talẽ qualitatẽ repugnante ipsa voluntate per appetitũ elicitũ: ergo talis impressio erit violẽta, & coacta ipsi voluntati: violẽtũ enim est, vel coactũ, quod sit ab extrinseco contra appetitum præsertim elicitum, nec refragatur. D. Th. quia nihil de habitibus, sed tantum de actibus loquitur, & quia cum solum neget voluntatẽ posse cogi ad actum elicitum, tacite videtur admittere de habitu, & quacumq. alia qualitate, quę sit in voluntate, & non sit actus neq. essentialiter pendeat ab actu.

57. 3. Concl. Dico. 3. voluntatem cogi posse in priuatione cuiuscunq. habitus, vel actus, hoc etiam est cõmune, & expresse docet Alma. de carentia actus. 1. Moral. c. 2. Angest. c. 3. mora. tex. 9. notab. 5. Medi art. 4. Gabr. 2. d. 25. q. vnica art. 3. dub. 1. propositione 3. Vaz. disp. 26. c. 5. Prob. quia renitente voluntate, potest Deus auferre ab ipsa, quẽcumq. habitum, vel actũ: ergo potest ipsam cogere ad carentiam cuiuscumq. habitus, vel actus. Confir. quia vt ait Gabr. supra Deus potest voluntatem anihilare, & priuare vsu rationis intellectũ, a quo esset dirigenda in sua operatione, & posito vsu rationis potest negari ei concursum ad operandum, & hæc omnia contingere possunt contra appetitum elicitum voluntatis præsentem, vel præteritum non reuocatum: ergo voluntas potest cogi ad carentiam actus, ac proinde etiã ad carentiã habitus, quem voluntas vellet producere per talẽ actum. Neq. potest dici Deũ non posse violentiam inferre creaturis, hoc. n. falsum esse supra docuimus, licet id multi teneant: inter quos Medi. refert hic Victo. & Sot. & licet fortassis Deus non possit inferre vim creaturis contra appetitum innatum: certum tamen existimo inferre posse contra appetitũ elicitum, vt impręsenti casu. Sed obserua dupliciter posse voluntatem priuari actu suo. 1. per subtractionem diuini cõcursus, vel per alia extrinseca impedimenta, & tunc non dubito quin talis priuatio coacta sit, si voluntas actu elicito omnino repugnet. 2. si Deus potentẽ efficiat, vt voluntas relicto actu quẽ antea habebat, efficiat contrarium, vel in compossibilẽ iuxta id prouerb. 21. cor regis in manu Dei, &c. & hoc mutationis genus Medi. hic significat esse aliquo modo violentum. Ego vero nullam in eo violentiam invenio proprie dictam, sed late tantum, prout necessitas apud patres passim violentia vocatur, non enim est coactio proprie in ipso actu elicito, vt dicemus, nec vero in priuatione actus cõtrarij, vel in compossibilis, quia quod sequitur ex voluntate voluntarium est, cum etiam sit ab intrinseco: ergo cum priuatio prioris actus necessario ex. 2. sequatur. 2. autem sit voluntarius, priuatio quoque prioris voluntaria erit, & non violenta.

58. Dubium. Sed quid si priuatio prioris actus non fiat, cum positione alterius contrarij, aut incompossibilis, neq. detur præsens volitio habendi priorem actum? Respondent aliqui, priuationem tunc non fore coactam; quia non est contra præsentem appetitum elicitum: sed ego dico fore coactam, si sit contra appetitum præcedentem elicitum non reuocatum. Vnde bene Medi. ait voluntatem in carentia actus eliciti, non solũ posse vim pati à Deo, sed à creatura, si enim voluntas velit persistere indilectione Dei, & violenter homini conferatur potus aliquis inebrians, vel somnum afferens, aut deniq. priuans vsu rationis circa Deum, vim patietur voluntas a creatura contra appetitũ elicitum præcedentem continuandi dilectionem Dei, posset quoq. à creatura pati vim contra appetitum præsentem elicitum, si voluntate volente diligere aliquam rem in particulari, & secundum propriam rationem, creatura impediret cognitionem, ac proinde amorẽ eius rei in particulari.

1. Opinio.

2. Opinio auctoris.

59. Corol. Ex his patet recte Duran. 2. dis. 25. q. 4. nu. 5. dixisse voluntatem in carentia actus eliciti cogi posse non solum à Deo, sed etiam à creatura, male autem hanc sententiam reuocasse, vel temperasse. 4. d. 29. q. 1. nu. 7. vbi dixit voluntatem, quoad carentiam actus eliciti cogi posse à Deo, & à creatura improprie, non vero proprie, si enim carentia actionis inferatur ab extrinseco contra appetitum elicitum præsentem, vel præteritum non reuocatum, non video cur ea carentia non sit proprie coacta, siquidem ad coactionem non requiritur esse contra prẽsentem appetitum, vt sępe diximus, si uero impediatur actio contra appetitum innatum, non erit coactio proprie dicta, sed tantum violentia iuxta opinionem Durandi, & aliorum asserentium coactionem, tantum esse contra appetitum elicitum, sed in opinione (quam secutisumus sectione. 1. sequiturq. Sotus. 4. d. 29. q. 1. art. 1.) asserente, violentum, & coatum idem esse, & coationẽ etiã esse posse contra appetitum innatum; si voluntas ab extrinseco careat actu elicito contra innatum appetitum, ea carentia proprie coacta erit. Falso etiam Marsil. 2. q. 15. art. 5. dub. penultimo in fin. dixit voluntatem, quo ad carentiam actus eliciti, improprie tantum cogi posse. Et Vaz. dis. 26. in fine voluntatẽ non posse à Deo cogi contra appetitũ elicitũ, in carentia proprij actus secundũ se, sed secundũ carẽtiam intellectionis requisitæ ad talem actum, ad quã intellectionẽ habendã Deus negat cõcursum. Nam etiã posita intellectione requisita Deus repugãnte volũtate per actũ elicitum

negare posset concursum,ad alium actum elicitum voluntatis:ergo voluntas,contra appetitum elicitū patietur perse,& immediate violétia ab ipso Deo in carentia actus proprij,& Bonauentu.2.d.25.p.2.q.4.voluntatē non posse à creatura cogi ad non agendum, licet posset eius actio à creatura ledente,& tollente vsum rationis impediri,& Palud.4 d. 29.q.1.a. 1.post.1. concl.ait,quod licet à Deo,vel creatura impediatur actus elicitus voluntatis subtractione concursus,vel priuatione vsus rationis,carentia actus non erit violenta,idem significat Ricar.2. d. 25.art.4. q. 1.sed falsum est,si actus impediatur contra appetitum elicitū.

60. Dubium. 1.Opinio. Sed quid si non impediatur contra appetitum elicitum:quidam dicunt carentiam actus tunc non fore violentam, quia non est debitū voluntati,vt habeat concursum Dei,& reliqua requisita ad agēdum:ergo carere illis non est contra appetitum naturalem ipsius, ergo nec violentum,supponimus enim neq. esse contra appetitum elicitum.Confir. quia,quod voluntas sublatis requisitis ad actum,careat actu naturale est,&non contra naturalem appetitum (qui solum est ad agendum,quādo ad sunt omnia requisita saltem perse, interquæ computatur,& concursus Dei,& vsus rationis):ergo his sublatis carentia actus non erit violenta, sicut nec carentia peccati est violenta humanitati Christi, quia naturaliter sequitur suppositā vnione hipostatica.

61. 2.Opinio. Alij dicunt, quod si sufficiēti cognitione posita Deus subtrahat concursum ad actum voluntatis,carentia ipsius violenta erit:non vero, si defectu cognitionis voluntas careat actu,nā cum ponitur sufficiens cognitio, & inuoluntate sufficiens virtus,voluntas est in vltima dispositione ad actum:ergo si ab extrinseco impediatur subtrahēdo concursum, vel alio modo, iam carentia actus erit violenta, secus si carentia proueniat. ex defectu cognitionis, vel defectu charitatis,aut gratię excitantis,quę inuoluntate necessaria est, vt sit vltimo dispositā ad eliciēdū actum supernaturalē.Proxime ad hanc sententiā accedit,Vaz. illo.c.5.ait.n. carentiā actus fore violentā,non solū si Deus subtraheret cōcursum suū volūtati omnino determinatæ ad operādū,vtvolūtatividētis deū,quę ex visione est omnino determinata ad eius amorē,sed& cōgrue excitatę ad actū,quia cessatio tunc esset abintrinseco cōtra internū impetū,& conatū.Secus si excitatio nō sit cōgrua, aut subtrahat obiectū, quia tunc etiā si simul subtrahatur cōcursus nulli fit violētia, quia cōcursus debetur volūtati congrue excitatæ, & sine ipso est volūtas,inclinata ad opandū, quia habet oīa requisita,ante opationē,& ideo,si illi subtrahat cōcursus patiet;vim nō vero si obiectū,vel alia necessaria desint.Sed his obijci posset.1.nihil referre,quod concursus negetur, voluntate cōgrue,aut non congrue excitata, nō n.eo quod cōgrua sit vocatio,seu effectū habitura,maior est inclinatio ad illū,quā si excitatio nō esset effectū habitura: ergo vel in vtroq. casū,vel in neutro carentia actus erit violenta. 2. quia subtrahere,vel negare auxiliū non solū est,non dare illud,sed etiā non esse paratū ad dandum;carentia aūt diumæ prēparationis est carentia rei antecedēter necessarię ad actionē; ergo si carētia aliarū rerū,quę ad actionē sunt antecedenter necessariæ,non sufficit,vt violenta sit carentia actionis,nec carentia illius præperationis ad id sufficiet.3. Opinio,quā tenet Valentia pun.3.est voluntatē à solo Deo posse cogi negatiue,seu ad carentiā actus eliciti,& in vno tātū casu scilicet Deo subtrahēte cōcursum ad amorē Dei clare visi, quia potentia nō cogitur ad carendum actu suo, nisi positis omnib.requisitis ad actū impediatur:Sed creatura non pōt impedire actum elicitū voluntatis alienæ,habentis omnia requisita ad operādū: ergo non potest illā cogere ad carētiā actus. Quod vero Deus nō possit cogere volūtatē nisi ad carētiā amoris Dei clare visi,,pbat,quiavolūtas nō habet naturalē inclinationē ad reliquos actus magis,quā ad eorū priuationes: ergo etiā si illi impediātur a Deo subtrahēte cōcursū nihil fit contra naturalē inclinationē voluntatis:ergo non cogitur voluntas,supposito,quod nec fiat contra eius appetitū elicitum. Confir. quia actus ipse aliquādo est malus, & carentia eius est bona,vtpatet in carētia actus mali moraliter,vel noxij naturę: ergo si Deus subtrahat concursum ad talem actum non fiet cōtra inclinationē naturalē voluntatis,sed iuxta illā,& ita carentia illa nō erit violenta.

62. 3.Opinio.

63. Decisio & 4.opinio auctoris. Sed mihi videtur à Deo,& creatura toties vim voluntati inferri,quoad carentiam actus, quoties,vel subtractiōe cōcursus, vel cognitionis,vel quouis aliomodo impeditur actus qui melior sit,quā carentia ipsius, toties enim simpliciter fit ab extrinseco cōtra eius naturalē inclinationē. Natura enim potius appetit talē actum elicere,quam eo carere,si vero carentia melior,aut ęque bona sit,non erit violenta. Vnde carentia amoris Dei clare visi violenta erit, quia talis amor omnino melior est,quam eius carentia. Nec obstat,quod ad illū non est appetitus naturalis,ac proinde,nec ad eius carētiā est naturalis repugnantia,dico. n. in homine eleuatoesse appetitū naturalē inchoatiue, supernaturalem aūt completiue ad talē amorem,potentia.n.diligendi Deū secundū inchoationē,est ipsa voluntas,quæ quid naturale est, secundū complementum autē est supernaturalis eleuatio,vnde si homini eleuato auferatur extrinsece aliquid de necessarijs ad amorem Dei,carentia amoris erit violenta cōtra appetitum

titū quodā modo innatū, nec. n. refert quod subtrahatur cōcursus, cognitio, aut charitas, &c. quia voluntas eleuata inclinationē habet ad habēdū omnia requisita ad actionē. Vnde quidquid ab extrinseco sibi auferetur ablatio illius, & carentia actionis erit violenta, & sane si ad violentiā negatiuā necesse esset potentiā habere omnia requisita ad actionē, detētio lapidis sursum violenta non esset, quia vt deorsum moueatur, necessaria est ablatio impedimenti, quæ tñ tunc nō extat, si vero dicatur, saltem necesse esse, vt adsint omnia perse requisita. Contra insurgo, quia vt carētia actionis sit violenta contra appetitū elicitum satis est impediri actionem imperatā, vel elicitam ex defectu alicuius perse requisiti: ergo etiam, vt sit violēta cōtra appetitū innatū Prætera D. Th. de potentia q. 6. a. 2. ad 3. ait carentiam actionis combustiuæ fuisse violentā igni Babylonico, ac detentionem aquæ Iordanis, defectu diuini concursus: ergo carentia actionis defectu alicuius perse requisiti sufficit ad violentiā, vt late superius docuimus.

64. *Ad argū. aduersariorum. Obiectio.* Ex quibus diluuntur omnia obiecta aduersariorū. Sed dices: materia. 1. non patitur vim quando mutatur ad formā ignobiliorē, quia ad illam quoq. inclinationē habet, licet minorem: ergo similiter cum voluntas mutatur ad carentiā actus melioris, quam sit ipsa carētia; quia etiam ad ipsam carentiā inclinationē habet, licet minorem, quam ad actū. R. forte mutationē materię ad formā ignobiliorē esse illi violentam, non, vt ad formam, sed vt ad ignobiliorem formam, quod si durū videatur alicui, dicat mām, ideo nō pati vim in carentia nobilioris formæ, quia vim cōfert sustinendo ignobiliorē, à qua nobilior excluditur, sicut quando exercet voluntas ignobiliorē actū, carentia nobilioris nō est violenta, quia consequitur actū nobiliorē oppositū qui est voluntarius, vel dicat, materiā. 1. si secundum se sumatur, magis appetere formā nobiliorem, vt vero iā est præparata ad ignobiliorē, magis illam appetere, ideo illā mutationē non esse violentam maxime cum materia. 1. exse ordinetur ad varias generationes, ideoq. appetat variare formas, ita vt neq. anima rationali satietur, hæc aūt in uoluntate non procedunt: vnde cum ab extrinseco determinatur ad carentiam actus melioris, quā sit ipsa carentia, vim patitur. *Solutio.*

2. *Obiec.* Dices sæpe ad carentiam actus moraliter boni est maior inclinatio naturalis, quā ad ipsum actū, vt si actus sit velle mori pro Christo, cuius signū est, quod carentia talis actus insuperq. actus oppositus facilior est: ergo impediri talem volitionem moriendi pro Christo, non erit cōtra maiorem inclinationē voluntatis, sed iuxta illā: ergo non erit violenta, sed potius violenta esset impeditio actus oppositi, ac proinde carentia actus mali moraliter posset esse violenta contra appetitum naturalem, quod videtur absurdum.

65. 1. *Solutio* R. 1. sæpe maiorem esse inclinationem ad actū malum sumptum pro materiali, quam ad carentiam actus mali moraliter, & ad actū bonum, quia actus malus est melior, & vtilior naturæ, quā moraliter bonus, & tunc carentia actus mali ab extrinseco illata erit contra appetitū naturalē. R. melius. 2. semper esse maiorem inclinationem ad actum bonum, & ad carentiam actus mali, quam ad actum malū, sed ratione alicuius inconsiderationis, vel passionis facilior interdum est actus malus: vnde in patria, vbi nulla est passio, vel inconsideratio facilior est actus bonus, quam malus. 2. *Solutio*

66. 4. *Concl.* Dico. 4. actus elicitus non potest esse violētus voluntati. Val. pun. 3. Vaz. disp. 26. cap. 1. Azor. lib. 1. c. 9. q. 1. Caiet. Conrad. Medi. & alij cum D. Tho. a. 4. & de verit. q. 22. art. 5. & 8. & 1. p. q. 82. a. 1. (vbi etiam Caie.) 2. d. 25. q. 1. ar. 2. vbi Bonau. 2. p. a. 1. q. 4. & 5. Ouan. propos. 4. Pala. q. vni. AEgid. q. 1. ar. 3. Richar. art. 4. q. 1. & 2. Gab. q. vni. a. 2. conclu. 4. & a. 3. dub. 1. propo. 5. Dura. q. 4. & d. 24. q. 3. & 4. d. 29. q. 1. Sco. vni. Palu. Almain. & Sot. q. 1 ar. 1. Maior. q. 1. con. 1. Ant. 3. p. tit. 4. c. 3. Alēs. 2. p. q. 74. memb. 7. Marsil. 2. q. 16. ar. 5. dub. pe nult. in fine, seu dubio. 1. ad fin. ar. Nauar. prælud. 6. nu. 7. Vigue. c. 3. §. 4. vers. 1. Buri. 3. Ethic. q. 7. & alij cōmuniter. Probat Marsil. quia volūta tē cogi est tolli ei libertatē: sed nō pōt abea tolli libertas: ergo nō potest cogi, sed loquēdo de coactione, & libertate proprie, totū añs est falsum: omisa ergo hac probatione. Probatur cō clusio, quia quod est simpliciter voluntariū, nō est violentū, sed actus elicitus volūtatis simpliciter est voluntarius: ergo non est violentus. minor probatur, quid. n. magis voluntariū esse potest, qu āipsum velle, quod essentialiter est volūtarium, hanc rationem attingunt. Aug. 5. ciui. c. 10. Ansel. dialogo. de lib. arbi. Bern. de gratia & libero arbitrio. *Probatur*

Confir. Confir. ex Arist. 5. met. c. 5. violentū, est quod est præter propositū, & electionē, sed ipsa electio non est pręter propositū, & electionē: ergo nō est violēta. Obijcies. 1. nam si volūtati volēti non diligere Deū infundat Deus amorē sui, manente priori actu, quod nullā cōtradictionem inuoluit, quidquid dicat Palu. sup. cōc. 2. amor erit contra pręsentē appetitū elicitum voluntatis: ergo violentus. Propter hoc argumentū Almai. 1. moral c. 1. & expressius lib. de sententijs Olcoth. q. 3. ar. 3. Angest. in mora. c. 3. p. vl. notab. 3. & 5. quos sequuntur aliqui recentiores (arbitrantes non esse contra D. Tho.) sentiunt, voluntatē cogi posse quoad actū elicitū quatenus quodāmodo est imperatus; quia scilicet est obiectū volitum per aliū actum elici-

67. *Sol. quorundam.*

tum,sicuti esse solet actus elicitus ab alia potentia subiecta voluntati,voluntas.n. nõ solum imperare põt actus aliarũ potentiarũ,sed etiam proprios.Limitat Almai.quando Deus se solo inuoluntate produceret talem amorem, nã si voluntas etiam actiue concurreret,iam passum simpliciter cõferret vim,& actus esset simpliciter voluntarius:ergo non esset violentus. Idem videtur sentire Angelt. loquitur enim solũ in eo casu,quo voluntas mere passiue se haberet ad illum amorẽ,addit Angelt. voluntatẽ in illo actu nõ pati violentiã, sed coactionem, quia violentia tantũ est contra appetitũ naturalem ille autẽ actus non est contra appetitũ naturalem voluntatis,sed contra elicitum : sed iam diximus supra violentiã contra appetitũ elicitum esse posse,ac proinde, si voluntas in eo actu cogitur etiã vim patitur. Aliqui reijciunt prædictos authores cũ Vaz.disp.26.c.2 Medi. a.4.ad 5. quia implicat actũ vitalẽ produci non concurrente actiue potentia vitali: sed hęc impugnatio non valet, quia non solũ Almai.& Angelsibi Gab.sup. propo 4.& 5.Palud.sup. concl.2.Pala. supra Valen.hic pun. 3. & 1.p.q. 105. punto. 1. Ocham.2 q.19. ad 2. sed etiam Scot. & innumeri alij,quos secuti sumus disput. præced.& in materia de gratia referemus,sentiunt,actus vitales,vt sunt ingenere qualitatis,produci posse non concurrente actiue potentia vitali. Alij reijciunt Alma.quia licet amor ille produceretur a voluntate, cum esset contra appetitum elicitum voluntatis, esset violentus.Ego vero dico,siue actus producatur à potentia,siue non,minime fore violentum,vt Alma.fatetur cum.n. sit inclinatio voluntatis non est simpliciter,& absolute contra inclinationem voluntatis, & semper est essentialiter voluntarius,idest velle quoddam resi dens in uoluntate,licet pro tunc non sit ab ea elicitũ:ergo talis amor nõ erit violentus.Conf. quia est inuoluntarius accidentaliter,& extrinsece,voluntarius aũt intrinsece,& essentialiter: ergo est magis voluntarius,quã inuoluntarius: ergo nõ est violẽtus, maxime si nõ esset cõtra actũ productum à voluntate,sed à solo Deo.

68. *Sol. authoris.* *Probatur* *Confir.*

Pro maiori autem huius rei explicatione aduerte, quendam existimare actum voluntatiinfusum à Deo posse esse aliquo modo violentum illi non contra impetũ natiuũ, sed contra impetũ imperij,nimirũ si infundatur voluntati nolenti illũ,ait,quodammodo, quia nõ esset immediate cõtra imperiũ, sed mediante actu intellectus;putat.n.voluntatẽ nõ posse imperare immediate suũ actũ,sed imperando actũ intellectus,sed hoc fundamentũ infirmus in hac parte reijciemus,& nõ dubito quin stante eadẽ intellectione à Deo solo,vel simul cũ volũtate possit produci,& non produci idẽ actus, aut etiã produci actus oppositi:velit ergo voluntas aliquẽ actũ elicere,& Deus infundat oppositũ exittẽte eadẽ cogitatione,nunquid voluntas patiet violẽtiã in illo actu.R.minime,vtiã ostendi; bene aũt aduertit Vaz. motũ subitũ voluntatis innolẽte illũ habere, esse aliquo modo involuntariũ; non tũ vere violentũ,quia est ab extrinseco.

Obijcies.2.nã si Deus infunderet actũ amoris alicuius volntati excitatę congrua vocatione ad actũ contrariũ iam hic actus infusus diceretviolentus cõtra internũ impetũ natiuũ voluntatis,quæ erat in prõptu ad operãdũ cõtrariũ quo impediret,vel expelleret actũ infusum.R.Vaz.sup.n.13.in eo euentu actũ infusũ nõ fore violentũ voluntati,sed cessationem ab actu contrario, & ego quidẽ credo actũ non esse violentũ,tũ quia intrinsece,& essentialiter est voluntarius,tum quia reuera non est contra vllum internum impetum, sicut nec quando vocatio non esset habitura effectũ,non enim magis inclinatur ad obiectum, quando illud est amatura, quam si non esset amatura, credo etiam neque cessationem ab alio actu esse violentam vt supra ostendi, nam illa cessatio sequitur ad actum oppositum voluntarium: ergo voluntaria est, & non violenta. 69. 2.Obiect.

Obijcies. 3. quia manente odio Dei potest Deus,in voluntate cooperante, vel non cooperante ponere amorem contrarium:ergo amor erit violentus, cum sit contra appetitum elicitum. Quidam dicunt alia contraria esse posse simul naturaliter in gradibus remissis, supernaturaliter etiam in intensis, non vero actus contrarios intellectus vel voluntatis. Palud. conclu.2. Vazq.num.15. Medi a. 4. cum Victo. & alijs, & Quand.2. d.25. fine. quia nõ possunt simul dari accessus,& recessus acceptatio, & repudiatio cõparatione eiusdem rei. Sed in libris de gener. docui etiam hęc contraria posse esse simul, quod falso Medin. tribuit Marsilio, & Almaino, forte & Soto. id vero tenet Angelt. d. notab.5. nec est peculiaris repugnantia in odio, & amore, vt aliqui putant, eo quod hæc non sunt contraria, nisi idem sub eadem ratione ametur, & odio habeatur: nihil autem sub eadem ratione possit simul amari, & odio haberi. Nã sic, nec successiue possent esse, quia nec successiue potest idem sub eadem ratione amari, & odio haberi: item quia vt duæ volitionis absolutę, & efficaces sint contrarię, sufficit habere obiecta contrarie, vel contradictione opposita, sed de potentia absoluta hæ possunt esse simul: contrarij ergo actus possunt esse simul in voluntate. Et oppositа ratio non concludit, sicut enim calefactio, & frigefactio, licet forte non possint naturaliter esse simul ingradibus remissis, tamen supernatura 70. 3.Obiect. *Solu. quorundam.*

naturaliter possunt esse in intensis, quidquid dicat Med. & duo motus locales cõtrarij possunt esse simul de potẽtia absoluta, secũdũ probabiliorẽ opinionẽ asserentẽ, idẽ corpus posse esse in pluribus locis, & in vno posse ascẽdere, in alio ascẽdere, & sm opinionẽ quorũdã in cælis sunt motus cõtrarij naturaliter, vnus proprius ad occidentẽ, alius raptus ad orientẽ, & quando musca ascendit per lanceã descendentẽ, ad mittunt aliqui, muscã habere simul motus cõtrarios, idemq; cõcedunt in eo, qui in naui cõtra motũ nauis graditur: ergo nullũ erit incõueniens concedere, de potentia absoluta esse posse simul motus contrarios in intellectu, & volũtate licet vnus sit accessus, alius recessus, &c. Gab. autẽ illa propositione. 5. indecisum reliquit, an duo actus cõtrarij possint esse simul inuoluntate, quia difficile putat admittere volũtatẽ posse eodẽ, vel pluribus actibus simul velle contradictoria, & aliunde etiã difficile existimat, hoc negare diuinę potẽtię. Vide ad missso eo casu, ait, amorẽ nõ fore volũtati violẽtũ, quia nõ est simpliciter cõtra eius inclinationẽ, cũ ipsemet amor sit quædam eius inclinatio, idẽ Resp. Medina. Et confir. 1. quia non est maior ratio de vno actu, quã alio, saltem si vterq; sit æque intensus, & necessarius, vel etiam à solo Deo productus. Sed vnus nõ esset violentus: ergo, nec alius. Confir. 2. quia violentũ est, quod est obiectiue contrariũ appetitui, non autẽ subiectiue, vt bene explicat Palud. supra. concl. 3. sed amor ille solum esset cõtrarius subiectiue alteri actui, quia esset naturaliter repugnans illi, nõ autẽ opponeretur obiecto illius: ergo non esset violentus. His dẽ rationibus, licet admitteremus opinionem Greg. 1. d. 38. q. vnica, art. 3. & 2. d. 5. q. vltima, ad 3. & Anges. c. 3. moral. tex. 6. de naturali cõtinuatione, & necessaria in omni actu, si tẽpore naturalis cõtinuationis odij Petri, Deus infunderet amorẽ Petri, nulla esset violẽtia. Cõtra quã tamẽ opinionẽ Medi. hic, & nos alibi. Et quanuis quidam moderns putet, quãdo alter actus esset elicitus à voluũtate, alter vero à solo Deo infusus, voluntatẽ vim passurã, quatenus impeditur, expellere actũ à Deo infusum, tamẽ non est admittendũ; nam actus infusus, est simplicter volũtarius: ergo ipsum non expelli alio actu minime est violentum, alioqui simul esset violentus, & nõ violentus subiecto.

Confir. 1.

Confir. 2.

71

Obijcies. 4. quia Deus potest voluntatem necessitare ad actam alioqui liberum: id autẽ esset cõtra naturalẽ inclinationẽ volũtatis ad agendũ libere, ergo actus esset violẽtus, saltẽ quoad solum illũ modũ necessitatis. Propter hoc Medi. conc. 4. asserit voluntatẽ cogi, posse, non quoad substantiam actus eliciti, sed quod aillũ modum necessitatis. Similiter ait,

4. Obie.

cogi posse quoad intensionẽ, vt si necessitare tur ad intensionẽ maiorẽ, quã eius natura postulet, sicut lapis cogitur cũ velocius proijcitur deorsum, quã eius natura postulet, vt docet Vig. c. 3. §. 4. versi. 1. sed Richar. 2. d. 25. art. 4. q. 2. ait, quod licet Deus possit voluntatem determinare ad quãcumq; partẽ voluerit, non tamẽ posset eã necessitare. Sed cõtra quia determinare ad vnũ, & necessitare idem prorsus sunt, sed Deus potest volũtatẽ ad vnũ determinare: ergo & necessitare, quod videtur hic supponere D. Tho. art. 4. vbi idem docet Medi. Valentia, & omnes alij Marsil. 2. q. 16. art. 9. dub. penul. Ocham. q. 19. ad 2. Gab. d. 25. q. vnica, art. 3. dub. 1. Palac. q. vnica. Idem significant Bonauen. Aegidius Ouand. & alij eadẽ dist. tenet Dura. 4. d. 29. q. 1. n. 12. Scot. d. 49. q. 6. §. dico ergo: Almai. Anges. c. 3. tex. 6. & tex. 9. not. 4. & alij, & nullũ adhuc vidi repugnantem præter Richar. supra, licet in modo quo voluntas necessitari valeat, dissentiant: de quo.

Dico breuiter quocumq; modo prædeterminetur voluntas ad actũ, dicenda est necessitas, quia prædeterminari, & necessitari idem prorsus sunt. 1. autẽ id fieri poterit Deo producente actum in voluntate mere passiue se habente. 2. proponẽdo obiectũ volũtati sine deliberatione, nã vt superius vidimus, volũtas nõ agit libere, nisi intellectu deliberante. 3. fortẽ per aliquẽ habitũ, vel passionẽ tam vehemẽtẽ, vt voluntas naturæ suæ relicta, resistere non possit, quia eius resistentia finita est, & similiter per cognitionem tot cõmoditatũ, quæ ex natura rei, vel ordinatione diuina sint cõiũctæ cum obiecto, vt volũtas naturę suæ relicta, necessario consentiat, licet in materia de gratia probabilius esse dicẽdũ est, hoc modo necessitari non posse. 4. per aliquã qualitatẽ cuius proprius effectus sit ligare voluntatẽ ad operandũ, vt iustitia originalis, quę secũdũ aliquos erat inuolũtate, ligabat illã, ne incurrere posset peccatũ veniale omissionis, vel cõmissionis ante peccatũ. M. & intellectũ, vt nõ posset errare, & corpus, vt nõ posset lædi, & appetitũ sensitiuũ, vt sine consensu volũtatis moueri nõ posset in obiectũ prohibitũ; sic etiã lumẽ Propheticũ, vel gloria ligat intellectũ ad assẽsum propositionũ, quibus antea nõ poterat certo assentiri, etiãsi plenissime illas apprehẽdisset, & sicut in intellectu secũdũ D. Tho. & veritatẽ ponitur caracter, qui proprie neq; est potẽtia actiua, nec habitus, sed quasi figura, vel imago ita inuolũtate potest dari qualitas quę nec sit habitus, nec potẽtia, nec principiũ operãdi, sed cõditio determinãs ad receptionẽ, vel nõ receptionẽ, productionẽ, vel nõ productionẽ actus; sicut diaphaneitas est cõditio ad recipiẽdũ lumẽ, & lumẽ ad recipiẽdas, vel etiã producẽdas

72

Solu. Auctores.

species,

ſpecies,& opacitas ad oppoſita. Vnde qualitas, quę ſic ligaret volũtatẽ nõ eſſet habitus, nec diſpoſicio perſe actiua, licet forte dici poſſet habitus non operatiuus, ſicut gratia,& iuſtitia originalis: quod ſitalis qualitas determinans potẽtiã eſſet perſe actiua, forte nõ eſſet habitus, vt de lumine gloriæ multi dicũt,& de prophetico, etiã ſi ſit permanens, vt à quibuſdã ponitur in Chriſto. Vel dico quod licet habitibus, quos modo habemus, vtamur cũ volumus; id tamen nõ eſt de ratione habitus, vel quod illa qualitate vteremur ad libitũ, quatenus adlibitũ poſſemus habere apprehẽſiones, & iudicia neceſſaria ad vſum illius, vt ad libitũ vtimur habitu principiorũ, quatenus ad libitũ habemus prævias apprehenſiones.

73 5. Poteſt neceſsitari voluntas per viſionẽ beatificam ad amorẽ Dei, & ad non peccandum. 6. per vnionẽ hipoſtaticã ad non peccãdũ neceſsitari poteſt, ac proinde ad operãdũ quãdo neceſſeſit ad euitãdũ peccatũ. 7. poteſt neceſsitari, volũtas in opinione eorũ quidicũt, eſſe determinatã ad eliciendum aliquẽ actũ, circa quod cumq; obiectũ propoſitũ, ſi Deus ſuſpenderet concurſum ad alios actus præter vnum. Sed iam cum ageremus de pura omiſſione, oſtẽdimus, eam opinionẽ eſſe falſam, & licet vera eſſet, dici poſſet, ſuſpendente Deo concurſum ad reliquos actus; voluntatẽ, non manere determinatã ad illũ aliũ, quia neceſsitas exercendi aliquẽ actũ circa quodlibet obiectum propoſitũ ſolũ conuenit voluntati relictę in ſua natura, & non priuatę vllo concurſu ſibi debito.

74 8. Voluntas creata neceſsitari poteſt, per ſolam voluntatẽ diuinã, extrinſece prædeterminantẽ, vt late dicã tract. de gratia, quẽ tamen neceſsitandi modũ negat Vaz. 1.p.diſp. 99.c.8. quia putat voluntatẽ diuinã nihil velle poſſe, quin mutet creaturam: ergo ſi voluntas creata, nec in ſe, nec in intellectu, nec in aliqua alia creatura recipiat, vel amitat, aliquid reale nõ poteſt dici Deũ velle abſolute, vt ipſa operetur, & ſic per extrinſecã Dei volũtatẽ nõ patietur neceſsitatẽ, quãuis ſi illa abſoluta Dei volitio poneretur, neceſsitatẽ inferret. Mihi tamen certũ eſt ex omnium ſententia nulla facta prævia mutatione in creatura poſſe Deũ abſolute velle, vt voluntas mea in hoc inſtanti talẽ, vel talẽ actum eliciat, eoq; Dei actu ſuppoſito determinari voluntatẽ meã ad vnum, ac proinde neceſsitatẽ illi inferri. Sentio etiã, quocunq; iſtorum modorũ neceſsitetur volũtas à Deo, ſubſtantiã actus non fore violentã voluntati, cũ ad eam præſtet vim, aut ſaltẽ ea non ſit cõtra voluntatis inclinationẽ. Deinde Ineo euentu quo volũtas noſtra neceſitaretur à Deo ad actum alioqui liberum, ait Valent. puncto. 3. ad 2. quod non pateretur vim quo ad modum operandi neceſſario; quia voluntas vt intrinſece prędeterminata, naturaliter inclinatur ad operãdũ neceſſario. Dico tamẽ quod ſi melius, vel ęque bonũ illi ſit tunc neceſsitari ad actũ, non patietur vim, quia neceſsitas nõ erit contra naturalẽ eius appetitũ. Si vero illi ſit minus bonũ, cum ſit contra naturalẽ appetitũ, & non ſit alioqui iuxta appetitũ elicitum, patietur vim, nec eſt incõueniens aſſerere, voluntatẽ vim pati poſſe quo admodum actus, qui antecedit ipſum actũ, & poſtea extrinſece ipſum denominat; qualis modus eſt neceſsitas operandi. Intenſio vero actus eliciti, licet ſit maior quã voluntas poſtulet, nõ erit violẽta vel quia non erit contra naturalẽ inclinationẽ voluntatis, ſed ſupra illam, vel quia cũ ſit modus intrinſecus ipſius actus, vel pars actus, eſt intrinſice voluntaria, & iuxta appetitũ elicitũ, illud vero exemplũ de graui velocius proiecto incentrũ, quã eius grauitas petat, nõ eſt ad rem; quia ibi nulla eſt vis proprie, ſed tantũ metaphorice, vt colligitur ex D. Tho de veri. q.13.art.1.ad 5.& 2.2.q.155.art.1.& ratio eſt quia illa maior velocitas nõ eſt contra, ſed ſupra inclinationẽ, vel exigẽtiã naturalẽ grauis.

75 4. Obie. Ex dictis ſoluitur. 4. obiectio, ſi enim Deus voluntate cooperante, vel mere paſsiue ſe habente neceſsitaret eã ad volẽdã anihilationẽ ſuã, vel ſuppoſiti, talis volitio eſſet ab extrinſeco contra inclinationẽ naturalẽ voluntatis, tũ quia eſſet iuxta elicitã immo eſſet ipſa inclinatio elicita, ideo nõ eſſet violenta. Ita Valẽ. puncto. 3. ad 1. ſed quod ait, voluntate mere paſsiue ſe habente Deum poſſe ei infundere odium ſui, ita vt eo non ſe odio habeat non intelligo, ſicut enim intelligo albedinem eſſe incorpore, & nõ reddere illud album ita odiũ ſui non eſſe inuoluntate, & non reddere illam odio ſe habentem.

76 5. & vlt. Concluſ. Dico vltimo Deus in infuſione habitus nõ poteſt vim inferre volũtati contra ſolũ appetitũ innatũ. Quia habitus indifferẽs dari nõ poteſt, & ſi daretur, eſſet ſecundũ inclinationẽ voluntatis: ergo eius infuſio nõ eſſet violẽta. Si vero eſſet habitus bonus naturalis, infuſio eſſet ſecũdum inclinationẽ naturalem: ergo non violenta: ſi vero habitus eſſet ſupernaturalis, licet non eſſet iuxta inclinationem naturalem, tamen non eſſet contra illam: ergo infuſio non eſſet violenta, malus autẽ habitus nõ poteſt infundi à Deo, vt docetur. 2.2.q.1.& 3.p.q.15. ergo nullius habitus infuſio violenta eſſe poteſt.

Addunt quidam, quod licet Deus miraculoſe infunderet habitum vitioſum voluntati, non infert vim, quia voluntas etiã ad talẽ habitam habet aliquam inclinationem, licet maiorem habeat ad carentiã illius, vt materia. 1. magis appetit nobiliorem formam, tamen nõ patitur vim recipiendo ignobiliorẽ. Ego vero

dico

dico,quod in eo casu vim pateretur voluntas, quia simpliciter aliquid patitur contra suam inclinationem, nec est simile de materia.1. vt vidimus ad finem 3.dicti. Vnde etiam dico, quod si aliquis habitus, vel aliqua qualitas, quæ non sit actus,nec essentialiter pendeat ab actu,esse potest inuolũtate, cuius carentia illi melior sit,infusio erit violẽta,quia simpliciter contra inclinationem naturalem, licet secundum quid non sit contra illam.

Art.6. Vtrum metus causet inuoluntariũ simpliciter.
Ar.7.Vtrũ cõcupiscẽcia causet inuolũtariũ.

Disputatio.3. De voluntario mixto, cum involuntario obmetum,vel concupiscentiam.

DIximus de voluntario, & inuoluntario puro, nunc de voluntario mixto cum inuoluntario dicendum est. Voluntarium autem mixtum proprie est,quando idem secundum eandem partem simul, est volitum, & nolitum aliquo modo. Vnde velle quod in re aliqua est bonũ,&nolle quod in ea est malum, non sufficit ad voluntarium mixtum de quo nunc agimus, quod quidem ex duplici capite contingere potest.1.ex aliquo affectu.2.vero ex ignorantia,in præsenti disputatio. agimus de voluntario mixto ex. 1.capite in sequenti vero disp.agemus de voluntario mixto ex.2.capite.

1

Sectio.1. Vtrum quæ metu fiunt, sint inuoluntaria simpliciter.

OBseruandum est, aliud esse hominem operari cum metu, aliud vero ex metu.1.enim dicit solam cõ comitantiam. Vnde, quod ita fit, licet sit absolute voluntarium, non tamen ex metu habet esse voluntarium: sed potius ex affectu, qui opponitur metui partis intellectiuæ;vt quando Christus Dominus progrediebatur ad mortem,excluso timore intellectuali, manenteq; sensibili, summa voluntate ex amore patris, & hominum mortẽ amplectebatur. At fieri ex metu significat,voluntatem metu ipso induci ad aliquid volendum, & faciendum:cum ergo,inquirimus,vtrũ,quæ metu fiunt,sint simpliciter volũtaria,loquimur de ijs quę fiunt ex metu,& non tantum cũ metu. Respõsio autẽ huius quęstionis est,quę metu fiunt licet aliquid inuolũtarij habeãt ad mixtum, tamen simpliciter voluntaria esse: Vaz. q.76.ar.3.& disp.27.c.3.Conrad.Caiet.Valẽtia, & omnes iuniores cum D. Tho.art.6.& quodlib.5.art.10.& 4.d.29.q.1.art.1.Dur.q.2 ad 2.Couarrub.1.p.4.c.4.§.1.n.12.Antoni.1.p. tit.4.c.3.§.4. Vigue.c.3 §.4. versi.2. Cordubẽ. li.1.q.29.ad 3.Anges.c.6.moral.tex.vlt.Naulib.1.Cons.40.de tẽp.ord.n.1.Gab.3.d.39.q.1. cõclu.8.Sayr.to.1.Thesauri.lib.2.c.1.nu.5.Sãchez.to.1.d: matri.lib.4.disp.1.n.3.& sequẽti. Probatur, nã quod est volitum actu absoluto, & efficaci,& procedit à voluntate,est simpliciter voluntariũ: sed quod metu fit est huiusmodi; ergo.

2

Confir.quia cum quis,v.g.metu mortis proijcit merces inmare, proiectio illa procedit ex ipso metu,& ex alijs actibus elicitis volũtatis cum eo coniunctis, quales sunt simplex amor, desiderium, spes vitæ, absoluta volitio proijciendi merces aduitandam mortem, & seruandã vitam,qui omnes actus simpliciter, sunt voluntarij;ergo proiectio merciũ ex illis procedens simpliciter quoq; voluntaria est.

2.Probatur ex Arist.3.Ethi.c.1.dicente,quę metu fiunt magis esse voluntaria,quam inuoluntaria. Idẽ docet Auerro.ibi Eustra.Faber. Stap.Donatus Alb.tract.1.c.4.Iauel.tra.1.c.1. Aegi.2.d.25.q.1.a.7.idẽ significãt Dama.2.fid. c.24.& expresius Nysse.seu potius Nemesius 5.Philosophiæ c.1.ergo ea sunt simpliciter voluntaria,sicut quod plus habet albedinis,quã nigredinis intensiue,vel extensiue, simpliciter dicitur album.

Confir.talia enim non sunt simpliciter inuoluntaria;ergo simpliciter sunt voluntaria,non enim videtur dari mediũ,antecedẽs probatur, alioqui essent simpliciter violenta,quod enim est ab extrinseco, & simpliciter involuntariũ homini, videtur violentũ: consequens autẽ est contra omnes;ergo.Conf.2.quia Arist.3.Ethi. c.1.ait videtur inuitus facere quispiã,quę violẽtia,aut per ignorãtiam facit,vbi nõ dicit id de ijs,quæ metu fiunt, quia videlicet nõ sunt simpliciter inuoluntaria.Cõf. 3.nã iniure voluntas sic coacta simpliciter est volũtas, vt patet, c. merito 15.q.1.& c.vides vt opinor.23 q.6.ex Augu.epistola.98.ad Vincẽtiũ,qui idẽ docet. q.22. in numeros. Vide etiã.c.placuit.78.d.c. displicet 23.q.4.l.si mulier.21.§. Itẽ.ff.de eo q̃ metus causa,ibi,quia quanuis si liberum esset noluissem, tamen coactus volui,& l.cum proponas. C. de hæredib. iusti. ibi: potuit enim, quamuis iubente domino nõ adire,& l. si priuatus. ff. qui, & à quibus. Deniq; quæ metu fiunt sunt bona,vel mala moraliter; ergo sunt simpliciter voluntaria. Sed contra hanc resolutionem est.

3 Decisio.

1. Difficultas ex Arist. 3.Ethi.c.1. dicente simpliciter nemo sua sponte rerum suarũ iacturam facit, & paulo inferius: talia quidem sponte quisq; agit, at simpliciter fortasis inuitus, nemo namq; talium quicquã perse ex

peteret

peteret vnquam,& D.Tho.2.2.q.142. arti.3. cum Arist.docet quę metu fiunt esse inuoluntaria simpliciter,idem Auer.Eustra.Alber.Iauell. Donatus,Faber,& alij Arist.interpretes, & Azor.lib.1.c.10.q.13.infine, & Decius regula velle.4.ff.de reg.iur.nu.2.& 3.tuetur metu gesta esse vere,& proprie inuoluntaria, & tantum esse voluntaria secundum quid.Innocent.3.c.maiores de Baptismo.§.Item quæritur,ait,eum qui tormẽtis minis, & terroribus attrahitur ad suscipiendum baptismum non absolute, sed condicionaliter velle baptizari. ergo quę metũ fiunt non sunt absulte, & simpliciter voluntaria,sed inuoluntaria.

Solutio. Resp.cum Vaz. Sanch. & alijs communiter in hac propositione, proiectio mercium in mare,metu facta,est simplicitervoluntaria, contingere posse æquiuocationem, & in vno sensu propositionem esse verã, in alio falsam. Si enim particula simpliciter iungatur copulę, vel prædicato, vt sit sensus quod talis proiectio simpliciter, & absolutæ habet rationem voluntarij, vel quod habet rationem voluntarij simpliciter dicti,est vera:si vero particula simpliciter iũgatur ei quod sumitur,vel sub intelligitur ex parte subiecti, vt sit sensus proiectio illa absolute,& simpliciter cõsiderata, & præscindendo à cõditionibus quę nunc occurrunt,est volũtaria,talis propositio est falsa, & hoc intendunt Atistot. & alij in obiectione citati. Quo sensu dixit Nyssenus. 4.Philoso. c.1.actiones ex metu secundum se esse in voluntarias, sed propter circunstantiam voluntarias.Ansel.etiã dialogo de lib.arb.c.5.eodẽ modo explicat, cur inuitus aliquis, & simul volens propter tuendã vitam metiatur.Quãuis quod ait Innoc.5.eum qui metu baptizatur,non absolute,sed condicionaliter tantum velle paptizari, sic videatur intelligendum,nõ vt ille velit baptismum subcondicione, quam apponat obiecto,sed vt illa volitio ineo nõ sit nisi suppositio, tanquam cõditione,ipso metu, & fortasse sic etiam poterit intelligi Aristot. & D. Tho. quanuis Vaz. D.Thomam interpretatur, vt velit ea quæ metu fiunt non esse volũtaria simpliciter,idest,omnino,&integre, ac sine vlla mixtione inuoluntarij. Vrgebis ex D.Tho.2.2.dicente,ea quę metu fiunt esse magis voluntaria in communi, quam in particulari;ergo sumpta in cõmuni, & cum præcisione sunt voluntaria, quod videtur contra Aristot. & alios citatos in obiectione,immo, & contra ipsum D. Tho. hic artic.6.& quodl. citato,&contra ea quę diximus in.1.solutione obiectionis. Vaz.disp.27. num.15. respondet D.Tho.2.2.non loqui de ijs,quæ fiunt ex metu, sed de ijs quæ spectant adtimiditatem, & velle,eaque in cõmuni considerãtur esse magis amabilia,quam si considerentur in particulari,& cum circunstantijs,nam adtimiditatẽ in genere, & in cõmuni pertinet, fuga mali quę maxime est amabilis secundumse; in particulari,vero spectantia ad timiditatem,vt abijcere clipeũ.l.merces,nõ sunt ita amabilia;ecõtra vero accidit in intemperantia, nam quę spectant ad intemperantiam ingenere,vt esse intemperatum non sunt valde amabilia,secus in particulari, vt frui hac.l.illa voluptate;quæ vero fiunt ex metu, si absolute secundum se considerentur, seu in communi abstrahendo ab hac circunstantia,quod necessaria sunt ad cauendum maius malum, non sunt amabilia, ideo magis amabilia sunt in particulari, quã in cõmuni,& secundum se considerata,& hoc vult D.Tho.Secundo vero respondere possumus. D.Tho.22.loqui de medijs ingenere,& specie consideratis, & intendere, media ordinata ad fugiendam mortem, vel aliud malum imminẽs,si sumantur in genere,& vt sunt media ad talem finem,esse maxime voluntaria,quia ex amore vitæ,& odio mortis reddũtur maxime amabilia, neq; quidq; in eis repręsentatur, quod eã reddat difficilia,vel detestabilia: in specie vero sumpta, difficilima esse, & parũm voluntaria, quia repręsentantur,vt excludentia aliquas vtilitates,proiectio enim mercium,aut clipei spectata in particulari,continet priuationem facultatum, vel armorũ, quibus maxime indiget humana vita, hic vero D. Tho. loquitur de cõmuni in specie,& de singulari in indiuiduo,& intẽdit proiectionem mercium sub hac ratione specifica esse inuoluntariam,sed sub ratione indiuiduali scilicet,vt hic,& nunc,est necessariã adtuendam vitam,esse simpliciter voluntariam.

8

2. Difficultas eaq; grauissima est, nam si ea, quæ metu fiunt sunt simpliciter volũtaria, ergo erunt valida, consequens est falsum,quia professio,matrimonium,& alia quę metu fiũt inualida sunt;ergo. 6 2. Difficul.

In hac re est.1.opinio, ea, quæ fiunt metu graui, & cadente in constantem virum,& ab extrinseco illato iniuste, valida esse, stando in iure naturæ, licet quædã inualida sint iure positiuo,vt matrimonium, & professio,ita tenet Caiet. verbo matrimonium impedimento.7. & hic super art.3.& seq. Medi.& multi iuniores art.6. & additionibus. q.47.art.3. & 2.2. q.88.art.3. Sayr.to.1.lib.2.c.2.nu.10.(Sed cũ Medina hic art.6. ait,omnia metu grauí facta præter iuramentum esse,irrita iure positiuo) Sotus.4.d.29.q.1.art.3.Palud.q.1.art.3.Maior q.vnica,idẽ significat. Dur.q.2.tribuitur etiã Petro de Soto lect.3.de matri. Armil. matrimoniũ.§.41.sed si duo solum dicunt,matrimonium sic contractum, irritum esse iure positiuo, & nihil dicunt de iure naturæ. Idem tribuitur Richar.4.d.29.ar.1.q.1.sed potius dicit matri-

1. Opinio.

matrimonium sic contractum irritum esse, nō solum iure Ecclesiastico, sed etiā diuino, quod intelligendum videtur de diuino naturali. Sed Sylvest. verbo metus.§.8. ait, regulariter quę metu fiunt, valida esse, licet rescindenda. Excipit tamen matrimonium, & quædam alia, idē docet verbo matrimonium.8.q.11.Pano.cap. cum locum, & cap.olim inter, de sponsalibus, & cap. Abbas.de his, quę vi, metus ve causa fiunt, Ouandus.4.distinct. 29. propositione.4. Armil.verbo coactio.num.4. Tabie.nu.6.glos. c.cōstituit.20.q.3.Cuñiga.q.1. de voto. nu.13. & sequentibus Angelus verbo metus.§.7.& 8. Rosel.§.10. & cōmunis canonistarum, cū glos. dicto cap Abbas: differunt tamen isti, nam Panormi. Tabien. Rosel. Angelus, & Cuñiga docent, vota metu emissa nulla esse, quod etiam docet Rosel. votum.1.§.4. Sylvest. autem ibi, & votum.2.q.12. ait esse valida, sed rescindēda, quod etiam tenet Cardinalis in dicto cap. Abbas colum.3. immo generaliter docet, omnes actus tam spirituales, quā ciuiles metu gestos, mero iure valere, licet postea rescindatur per actionem, quod metus causa, idem tenet Calderi consil.1. Deinde Greg. Lopez, lege.56. & 57.tit.5.& lege.28.tit.11.par.5. tenet, contractus metu, vel fraude factos prę sertim iuratos esse validos, etiam iure humano, sed rescindēdos. Vazquez autem hic disput.27. infine sub dubio relinquit, an aliquando matrimonium, & alij contractus, & vota metu extrinsecus illato facta, sint irrita iure naturæ, quamuis concedat donationē pecuniarum metu iniusto extortā esse nullā iure, naturæ defectu tituli legitimi: nam sicut donatio, quæ fit propter mutuū non est vera donatio, neque transfert dominiū vsurarum in vsurarium, ita nec quę metu iniuste illato extorquetur. Vnde saltem exparte amplectitur.2. opinionem inferius referendā.

7. 1. Argu. Hæc tamen prior sententia suadetur. 1. quia facta metu, sunt simpliciter voluntaria, vt dictum est. Sed promissiones contractus, &c. Vim sumunt ex voluntate ergo. Hæc omnia iure naturæ valida sunt.

2. 2. Actiones metu factæ, sunt bonæ, vel malæ moraliter, & interdum sunt peccata mortalia, ergo possunt obligationem inducere. Patet cō sequentia, quia libertas quę sufficit ad peccatum. M. sufficit ad votum, vt dicitur in materia de voto. 3. quę metu leui fiunt valida sunt ex cōmuni. dd. sed interdum sunt æque voluntaria cum factis metu graui, nam metus leuis interdum magis turbat animum infimum, quā grauis constantem, ergo etiam metu graui facta valida sunt iure naturæ.

3. Confir. Confir. nam, quę fiunt metu graui iuste incusso à Deo, vel homine etiam ad extorquendū consensum, valida sunt ex l. cōtinet, & l. nec timoris. ff. de eo quod metus causa, & sic Sayr. supra ait, ex consensu omnium valida, & firma esse vota, quæ fiunt tempore naufragij, & matrimonium, quod quis contrahit graui metu infirmitatis perterritus. Imo etquę fiunt metu iniuste incusso, non ad extorquendum consensum, sed ad aliū finē: ergo, & quæ fiunt metu iniuste illato, ad extorquendum consensum patet consequentia, quia omnia hæc æque voluntaria sunt.

4. 4. Iuramenta tali metu facta obligant in cō scientia, vt docet D Thom. 2.2. q.89. arti.7. ad.3. Moli. de iustitia to.1. disp.149. & tom.2. disp.267. & Grego. Lopez.l.28.tit.11.part.5. & omnes ex cap. si vero, & cap. verum, & cap. debitores de iure iurando cap. ad audientiam cap. ad aures cap. cum dilectus, de his quę vi, &c. Et d.13. per totam, ergo & vota, quę secūdum D. Thom. magis obligant apud Deum, quam iuramenta.

Confirm. Confir. quia in d.cap. ad aures de his quę vi dicitur, eum, qui metu renunciauit electioni, non esse restituendum, si iuramento, aut fide præstita renuntiationem confirmauit, ergo iuramentum, & fides seu promissio metu facta, vim habent obligandi, non solum iure naturæ, sed etiam Ecclesiastico.

5. 5. Quia de aliquibus metu graui factis, dicitur esse irritanda non autem irritantur, vel rescinduntur, nisi quę antea erant valida, ergo maior patet ex cap. Abbas de his que vi, & cap. ad audientiam, & cap. ad aures eodem tit. & lege.1. de in integrum restitutione, & lege.1. cum sequentibus, & præsertim lege.9. §. volenti, & §. sed quod prætor. ff. de eo quod metus causa, & lege si vi cum alijs. C. de his quæ vi, &c. & l. interpositas. C. de transactionibus lege.51. dolo. C. de inutilibus, & lege.56. & 57.tit.5.part.5.

Confirm. Confir. ex lege si mulier. §. penul. ff. de eo quod metus causa, vbi dicitur si metu coactus adij hæreditatē, puto me hæredem effici, quia quamuis si liberum esset, noluissem, tamē coactus volui, sed per prætorem restituendus sum, vt abstinendi mihi potestas tribuatur, ergo metu facta valida sunt, licet per iudicem sint rescindenda.

6. 6. Quia tempore Augustin matrimoniū metu contractum validū erat, vt ipse cū Ambro. dicere videtur. cap. inter cætera. 22.q.4. & iure antiquo Romanorum, videtur etiam validum fuisse ex lege Patre cogēte. ff. de ritu nuptiarū; ergo iure naturę matrimonia, & reliqua metu facta, valida sunt.

7. 7. Quia Iulius.3. in cap. requisiuit desponsal. & Ambro. in id.1. ad Corinth 7. cui vult nubat, dicunt, matrimonia coacta dificiles exitus habere solere, ergo supponunt plura fuisse vera matrimonia, licet coacta. Ex quibus experiētia illa desumpta sit.

8. Me-

8. 8 Metus leuis aliquando incutitur,cum iniuria peccati mortalis,vt siquis metu amittẽdi decem aureos inducatur ad matrimonium, tamen eo metu facta tenent;ergo etiam facta metu graui iniuste incusso; eadem enim ratio videtur, cum in vtroque casu iniuria mortalis interueniat.

Confirm. Confir. quia matrimonia facta metu graui illato non à contrahentibus, sed à tertio irrita sunt,sed non quia vnus contrahentium iniuriã irrogauerit propter quam indignus sit, vt ei fides seruetur;ergo solum quia Ecclesia talem contractum irritauit.

9. 9 Alia sacramenta metu graui recepta,sunt valida; ergo & matrimonium stando in solo iure naturæ: consequẽtia tenet exparitate rationis antecedẽs autem de Baptismo,habetur cap. maioresde Baptismo. §. Item quęritur idque omnes tenent, de alijs autem sacramẽtis eadem est ratio,& ita tenent Durandus, & Palud. supra Naua. c.22.nu.50.glossa in dicto cap.Abbas.Altisio.4.summæ,tractatu de matrimonio impedimento. 6.& de pœnitentia inqua maior est difficultas.Probatur quia etiã si confessio,vel absolutio metu graui fiat,inuenitur vera materia & forma, & intentio suscipientis,& ministri:ergo.

Confir.1. Confir. quia ex Baptismo per metum suscepto oritur obligatio ad leges,& pœnas ecclesiasticas;ergo etiam ex voto, vel alijs à metu procedentibus potest oriri obligatio.

Confir.2. Confir. 2. nam metu suscipiens sacrum ordinem obligatur ad continentiam;ergo.

Propter hæc argumenta, valde probabilis

8. est hæc opinio,quã præter citatos tenent Henricus li.11.de sacramentis c.9.§.1.Aragon.2.2.

2.Opinio auctoris. q.88.art.3. dub.2.conclu.3.& ex parte Azor. lib.1.c.11.q.6.& 13. vbi docet matrimonium graui metu extortum non esse irritum iure naturæ aut diuino,sed tantum ecclesiastico, licet q.8.§.9.dicat:omnis eleæmosyna,& quęcumq; donatio metu exorta, rata, & firma non est, quia suapte natura postulat donatio,vt gratis & liberaliter fiat,imo.q.16.ait,metum leuem, si det causam donationi, eam irritare ex ipsa rei natura, & donationes metu factas, nullas esse,cõtractus vero esse validos donec a iudice rescindãtur, præter matimoniũ,quod iã est ab ecclesia irritatum,& quod attinet ad matrimonium.Azor.illa.q.13.ait probabile iudicatum esse a Ledesma, & Victoria non esse irritum iure naturæ, quod cũ multis authoribus tenet Sanchez,to.1.de matrim.lib.4.disp.15.& disp. 8.nu.4.docet,contractus metu factos, non esse irritos iure naturæ,nec positiuo,sed valere donec rescindantur; licet. nu.6. recenseat aliqua metu facta, quæ iure ipso sunt irrita:consentit Leonar. Lessius. lib.2. cap.17. dub.6. & c.40. dub.1.Sed longe probabilius cẽseo matrimonia,vota,promissiones,contractus,& alia huius modi,facta metu graui iniuste illato ad extorquendum consensum,esse inualida iure naturę: probabile putat Sot.4.d.25.q.1.a.3.& id tenuit hic in scriptis,& lib.7.Iustitiæ.q.2.art.1.ad 2.& lib.3.q.1.art.7.colum.17.& lib.4.q.7.art.4.ad 2.& vt vidimus de voto,matrimonio, & alijs nonnullis, idem tenet Panormi. Tabie.Zuñiga,& Armil.cum glos.in dicto cap.Abbas referente Canonistas id vniuersaliter dicentes de omnibus,quę metu fiunt,idem tenent innumeri alij doctores apud Thomam Sanctium illa disp.15.nu.1. Nauar. etiam.c.22.nu.50, alias 51.videtur approbare, quod ait Fortunius de vltimo fine illat. 22. omnes actus metu factos, esse irritos, & de matrimonio probat ex quibusdam textibus:quod ait Ecclesiam de creuisse ob multa,quæ Panormit.& alij tradũt cap.cum locum de sponsal quæ tamen sola sine statuto Ecclesiæ ait vix sufficere:sentit ergo vtcumq; sufficere, ac proinde matrimonia, & alia metu facta, irrita esse ipso iure naturæ, & c.17.nu.4.15.& 29.alias.5.16.& 30.& cap.nõ dicatis.nu.67.§.addo.13. docet,remissiones debitorum,donationes, & alia huiusmodi, facta metu etiam leui, esse nulla ipsoiure in foro interno,licet in externo, quando leui metu fiunt, irrita non sint, idem docet,lib.1. consilio.1. de his quę vi,nu.7. & Consilio.3. nu.4. consilio.9. de electione,nu.2.& consil.3.de renuntia.nu.6. & lib.3.consil.84. de regula.nu.4.& lib.4.consil.26.de sponsal.nu.6.& lib.5.consil.30.de vsuris.nu.3.Et adducit Hostiensen. & Ioã.Andre. c.verum de iureiurando,& alios authores quos postea referemus:si autem metu facta, valida essent iure naturæ, doctrina hæc falsa esset: nã nullum est ius positiuum,inquo generatim,vel speciatim irritentur metu facta,vt postea videbimus,sed expressius sententiam nostram tenet Victoria in summa.q.149.alias.150.Ledes. 2.4.q.49.art.3. qui existimat esse D. Tho.additionibus. q.47.artic.3.& 4.d.29. & 3.d.39.q. vnica artic.3. q.2. ad.2.vbi de matrimonio idẽ tenet Gab.art.1.conclu.8.infine supplementũ. 4.d.29.q.vnica art.2. conclu.1. Bonauent.q.1. fine.Richar.art.1.q.1.Sco.q.vnica art.2.littera d.Quand.propositione.4. Almai.colu.4.&.d. 15.q.2.agẽs de donatione metu facta.Couarrubias.4.decreta.part. 2.c.3.§.9.nu.6. Veracr. 1.p.Specul.art.8.concl.1.& ar.36.Angles.q.de donationibus art.1.difficul.2.& q.8. de matrimon. arti.1. Vigue.c.16.§.7. verii.6. Altisio.4. summæ tractatu de matrimonio impedimento.6. Anton.3. part.tit.1. cap.7.Arboreus. 11. Theosophiæ. cap.15.Contarenus.4. de sacramentis, agens de impedimentis matrimon. Alexan.6. de contract. capit. 16. Medi. de restitut. quæst.3. ca.2. vtramque opinionem probabilem putat. Palac. 4. dist.29. quæst.1.

sed

sed hanc sequitur. 1.de contract.c.5.& lib.4. c.9 post medium,& Moli.de iust.to. 2.disp. 267.vbi ait,vt promissio,aut stipulatio valida sit (idem est de donatione completa) necesse est,vt neque per metum,neque per vim, aut dolum fit extorta,tam eius cui promissio fieret,quam alterius, qui ea via intenderet, vt illa alteri fieret, ita habetur.l.28.tit.11.part. 5.&.l.dolo.C.de inutil stipula.& concinit D. Thom.2.2.q.89. art.7 ad.3.probat Molina. tum quia æquitas non patitur, vt comodum quis ex iniquitate reportet,vel sibi, vel alteri,cui ea via illud intendit: reportat autem si qui ita inuoluntarie promittit,tenetur promissionem implere,tum etiam quoniam id inuoluntarij mixte, quod in ea promissione inuenitur per iniustitiã est causatũ ab iniusto eũ effectũ intendente. Tale autẽ voluntarium mixte satis non est, vt quis dominium, vel ius rei suę in alterum transferat maxime ex mera liberalitate,vt de se est notissimum. Hæc Molina ibi,qui latius idem docet de omnibus contractibus, præsertim de donatione tom.2.de iust.disp.326.ad.2. mirumque sane esset,inquit,vi iniusta interueniente,dominiũ transferri. Quanuis donationem latroni factam metu mortis,inualidam esse alia ratione doceant Sotus.3.iust.q 1.ar.7. Sayrus to. 1.lib.2.c.2.n.12.Valen.hic disp.2.q.1.punct.4. in fine.scilicet quia non est facta animo trãsferendi dominium,sed solum exhibendi exterius quod latro petit.

9

Prob. 1. Probatur.1.& à priori,hæc.2.opinio, quia *2.opinion.* nefas est,& pugnans cũ ratione naturali, vt graue iniuriam irrogans inde cõmodum reportet,eumq; sibi deuinciat qui iniuriam patitur:ergo ille cui grauis metus iniuste incutitur,ipso iure naturæ inhabilis est ad ita se obligandum,& is qui incussit,incapax est, sic adquirendi ius in alterum, quod significat D.Tho.2.2.q.89.ar.7.ad 3.dicens eũ qui metu promissionẽ extorsit,etiam iuramento firmatam,indignum esse cui fides seruetur, & Cicero.1,de offic.dicens iã illis promissis non stãdum, quæ coactus quis metu, aut dolo deceptus promiserit, quis non videt? Vnde quædam illorũ iure prętorio liberantur,non nulla legibus,&.l.28.tit.11.&.l.56.& 67.tit.5.p. 5 dicitur contractum vi metu,aut fraude factum etiã iuratum esse irritũ, & licet Greg. Lopez.l.illa.28.assignet varias interpretationes,vt defendat non esse irritum, sed irritandum,omnes tamen sunt diuinatoriæ, & falsę, *Con.* vt fere de omnibus ipse fatetur.Confir. nam fraus,& dolus nemini patrocinatur, ideo promissiones,& contractus ex dolo procedentes non producunt obligationem,de quo aliqua disputatione sequẽti:sed vis quæ in metu grauj iniusto interuenit,minus debet patrocinari,cum in ea minus voluntarij,plus autem in iustitiæ reperiatur : ergo tali metu facta,iure naturæ nulla sunt,& alioqui non recte prouisum esset communi bono,si enim scelerati intelligerent, quę vi, & dolo fiunt,obligationẽ iustitiæ inducere, proni valde ad fraudes, & coactiones rederentur. Nec valet dicere satis consultum esse communi bono, si metu facta per iudices rescindi possint,& per leges irritari, quid enim,si vt fieri posset, nulla lege hæc irritarentur,aut facultas irritandi iudicibus non tribueretur? ęquum ne esset ex dolo,& metu homines obligatos ad res grauissimas manere? similiterq; quãdo defectu probationis, vel alijs de causis, quę passim occurrunt,irritatio a iudicibus obtineri non posset, vel certe non sine magnis laboribus incommodis, aut expensis, nonnè inconueniens esset homines coram Deo obligatos manere?Adde quod neque Papa potest dispensare in matrimonio consummato, nec secundum aliquos in voto solemni religionis: ergo nisi matrimonia, & professiones metu factæ essent nullę ipso iure, non satis consultum esset cõmuni bono. Adde etiam quod cũ vinculũ matrimonij,& professionis,natura sua perpetuũ sit,ex natura rei petit,vt non sit violentum,est enim quodammodo moraliter impossibile,vt violenta obligatio perpetuam habeat executionem: ergo iure naturę hæc metu facta inualida sunt,& alioqui iniustitia propria ius in alterũ daret,quod absurdum videtur.

10

Secundo, quia qui per metum iniustum *2.Prob.* promissionem extorsit, iniuste accipit rem promissam,& absque sententia iudicis tenetur illã restituere,&similiter qui iniusto metu extorsit remissionẽ alicuius debiti teneretur debitũ restituere,ac proinde donatio promissio, & remissio metu facta,est nulla in foro conscientiæ,vt expresse docet Nauarr.fere in omnibus locis citatis.Sot.4.iustitiæ.quæst.7. artic.4.ad 2.Adrian.de restitutione, quæstio. 2. quæ incipiat aggredior. dub. 5. vlti. & penultimo,cum Hostiensi,& Panormitan.idem Couarru.reg. peccatum. part.2. §.3. num.7. Caiet. verb. restit.§. quia vero,Tabien. §. 4. Angel.restitutio vlti.§ 1.& 2.& verbo metus. §.14.& 15.Sylues.§.final.&restit.2.§.7. & restit.7.§.2.Palac.4.de contract. cap.9. Marsi. Ledes.Ang.supra & omnes,quotquot adhuc viderim,sed talis donatio,vel promissio, seu remissio,non est irrita iure positiuo,ergo naturali.Confir.quia si ex tali promissione nõ *Conf.* resultat in alio ius recipiẽdi.ergo nec in promittẽte obligatio dãdi.Hęc enim correlatiua sũt: ergo talis promissio nulla est ipso iure,&ideo q; ex vi illius recipitur obnoxiũ est restitutioni,vt habet.l.28.tit.11.parti.5.id vero quod in

ea lege adijcitur,nempe si cessante postea metu,dolo,ac vi,is qui promisit,ad impleat promissionem,accipientem restituere non teneri, verum est,inquit Molina to.2.de iustitia disp. 267.in foro exteriori, quia præsumitur, sua sponte iam donare,velleque confirmare præteritam promissionem, consentit etiam.l. si per vim.C.de ijs quę vi metus ve causa fiũt. Idem locum habet in foro conscientię,si constet,eo animo ad impleuisse promissionem,si vero inuoluntarie illã adimpleuit ; quia errore ductus putabat,se teneri adimplere antiquam promissionẽ, aut alia simili de causa, tũc accipiens tenetur in foro conscientię restituere,quod ita accipit:sed iam con. probatur. Tertio , quia ius positiuum in hac parte potius videtur declarare quid ius naturę habeat,quam aliquid noui statuere, vt patet de matrimonio. c. cum locum. c. veniens. 2. c. tua nos de sponsal.c.tua de desponsatione impuberũ.c.significauit.de eo qui duxit in matrimonium,&c.c.de neptis tuæ. c. si verũ. 31. q.2.c.notificasti.33.q.5. Semper enim matrimonia tali metu facta irrita declarantur:nunquam autem irritantur,& de licentia vxoris ad continentiam vouendã;patet etiam in dicto cap.notificasti de professione. c. 1. de his quæ vi: de promissione autem liberti facta patrono.l.1.ff.quarum rerum actio non datur: de omni eo quod metu carceris gestum est.l. qui in carcerem. ff. de eo, quod metus causa:& de promissione dotis.l.si mulier.§.si dos.ff.de eo,quod metus causa,& de promissione,& solutione dotis.l.si mulier.§.si dos eodem titu. de alienatione autem. l. metum. 7.§.licet,eodem tit.de prorogatione autem iurisdictionis. l. 2. ff. de iudicijs resp.1.de electione prælati. cap. vbi periculum. §. cæterum de electione lib. 6. de absolutione vero ab excommunicatione.cap.vnico de his quę vi,in 6.de renũtiatione vero Ecclesiæ beneficij,& electione.cap.Abbas. c. ad aures. cap. ad audientiam de his quæ vi, de professione autem ibi.cap.1. de authoritate tutorum. l. 1.§.vltimo ff. de auctoritate tutorum,itaque in nullo textu generatim , vel speciatim metu facta irritantur , licet aliqua irrita declarentur : ergo non sunt irrita iure humano, sed iure diuino naturali , aliud enim ius diuinum hic fingi non potest. Vnde cum. l. 1. ff. de eo quod metus causa dicit prætor , quod metus causa gestum erit ratum non habebo,& repetitur lege si mulier eodem tit. non significat,irritabo,sed irritum fuisse declarabo.Confir.nam si matrimonia metu facta, & contracta, essent nulla iure tantum positiuo, valida essent apud infideles in quibus nulla est lex irritans matrimonia talia , nec leges Ecclesiæ locũ habẽt:cõsequẽs est falsum:ergo.

11.

3.ptob.

Vt huic obiectioni occurrant Sot.4.d. 29. q.1.ar.3.& Henri.supra dicunt,talia matrimonia esse irrita iure gentium:sed hoc gratis dicitur , & adreliqua metu facta extendi posset,quod tamẽ aduersarij negant Confi.quia ante aduentum Christi talia matrimonia sunt irrita.quod insinuatur Genes. 29. interrogetur puella,vis ire cum homine isto,& 1. Corinth.7.cui vult nubat,sed tunc nulla erat lex positiua irritans talia matrimonia: ergo. Ex quibus patet falsum esse quod Sayrus to. 1.lib.2.n.11.dixit cum Caiet.hic ar.3.& Medi. ar.6.Rich supra Nauar.Prælud.6.Valen.hic. disp.2.q.1.pun.4.matrimonia metu graui cõtracta esse irritata ab Alex.3.c.cũ locũ,& c.veniens.2.& ab Honorio.3. c. consultationi. de sponsalib.male etiam Sayr.ibi multa alia recensет irritata iure positiuo , quæ tamen non sũt tali iure irritata,sed declarata. sumpsit ex glos.c.Abbas de his quæ vi,ea comprehendẽte his versibus Tutor,iudicium,dos sacrum, copula,votum.Hæc sex vi facta, de iure scias fore nulla,cętera ius patitur,sed postea restituentur. Vnde infert Sayr.tres contractus iure canonico,& tres iure ciuili,ob metũ cadentem in virum constantem , annullatos esse. Demus id Sayrro,sed ostendat loca in quibus cætera omnia eo metu facta irritata sint, siquidem tenet cætera omnia præter iuramẽta esse irritata solo iure positiuo.

Quarto,quia in toto iure nullus est textus, quo vel irritentur,vel irrita declarentur vota simplicia metu extorta:ergo vel irrita erũt iure naturæ,quod contendimus:vel nullo iure, quod est fere cõtra omnes DD.aliquos retulimus initio.1,opinionis quibus accedũt Arago.2.2.q.88.a.3.& Veg.li. 1.236.& lib.2. c. 375. Na.c.22.n.50.& li.1.cõs.4.n.1.& li.3.cõs.28.n.1 Sot.4.d.27.q.1.ar.3.Fortu de vlti.fine.n.418. Ouãd. 4.d. 29.prop.4.ad.1.& alij cõmuniter cõtra Syl.verb.metus.q.8.& votũ.2.q.12.Cõs. nã nec de professione est tex.omnino expressus:ergo si nõ est irrita iure naturali defendi posset cũ Sylu.Calderi. & Cardi nullo iure esse irritã,quod est cõtra omnes fere DD.& cõtra vsum iudicũ Ecclesiasticorũ,& summorũ Pontificũ,& contra id quod supponere videtur Concil. Trid. sess.25.c.19. de regularibus añs probatur,nã.c.1.de his quæ vi , quod solũ incõtrariũ adducitur,facile,& satis conformiter ad ipsum textũ explicari põt de professione facta sine vero animo profitẽdi, vt intelligit Sylu.verb.metus.q.8.Pan.c.Abbas de his quę vi.n.11.& c.si vero de iureiurando. nu.9.

12

4.prob.

Conf.1.

Conf.2.

Confir.2.quia si vota huiusmodi tantum essent irrita iure positiuo, non essent irrita extra Ecclesiam, nec ante legem Christi, quod est falsum. Confirm. 3. quia iudices non possunt vota semel emissa irritare,

nec

nec prælati inferioris Papa possunt in omnibus dispẽsare,nec Papa ipse in professione ex multorum sententia:ergo difficile,vel impossibile esset à talium votorum obligatione liberari,quod esset incõueniens: ergo tunc nulla erũt iure naturę,quod aliqui probant quia Deus promissiones coactas non acceptat.

13 promissio autem vim non habet nisi accepte
5.Prob. tur. Quinto, sponsalia metu contracta sunt nulla,vt docet Magister.4.distinct. 29. & alij communiter,tamen nullo iure positiuo irritantur.ergo sunt irrita iure naturę,& de matrimonio fatetur.Veg.2.summæ.c.514.tribuitur,& Didon.in Inchirid,sacerdotij tract. de matrimonio.c.9.& de prædictis omnibus videtur tenere Cordo.in summa.q.180. Nijsse. tract.6.de matrimo.par.7.q.2.

14 Ad.1.in contrarium.R. ad valorẽ quorun-
Ad 1.arg. dã nõ sufficere volũtariũ simpliciter,sed debe
1.opinion. re esse purũ & immune agraui,& iniusta violentia ordinata ad extorquendũ consensum, ne detur ansa malefactoribus irrogandi graues iniurias,quarum nullum, aut difficile remediũ inueniri posset.Quæ ratio,& in matrimonijs,& in professione,& reliquis tali metu factis procedit.Vnde male Valẽ. hic pũc. 4.videtur docere matrimonium,& professionem esse nulla ipso iure, reliqua vero non, & Ouand.illa propositione.4. ait matrimonia, & vota,& nonnulla alia, quæ ibi excipit cum glo.c.Abbas de his,quæ vi Pano,& alijs DD. nulla esse reliqua tñ esse valida, melius certe Scot.& Nysse.infra docent omnia esse nulla iure naturæ, male etiam Anto.c. ad aures de his quę vi,ait actus spirituales metu factos esse nullos,non vero tẽporales, seu corporales.

Ad.2. Ad.2.R.quod licet æqualis libertas indifferentiæ,& deliberatio requiratur ad valorem voti,& ad peccatũ.m.qa Deus nõ acceptat ꝓmissiones graui metu iniusto extortas,nec patitur natura ex ipsis obligationem oriri,quia nõ expedit cõmuni bono,at multa Deus vult fieri,vel omitti,non obstante illo metu, quæ proinde bona, & mala moraliter,ac peccata

15 mortalia esse possunt.
Ad.3. Ad.3.qidã tenent donationes, & cõtractus, &alia huiusmodi metu leui facta invalida esse in foro interno.id Nauar.& alij tribuunt Soto,& Adriano,sed male.Hanc vero opinionẽ tenent Couar.Ledes.& Angles.Moli.to.2. de iustitia disp.267.in fine,loquitur autẽ Moli. tñ de promissione metu facta,idẽ tenẽt Syl. restitut.2.pronũt.7.& verbo metus q.9.& 12. vbi Angel.q.13.& 15.fauet Tabien.verbo coactio q.7.n.8.de metu leui dicẽs,quoad conscientiã,an actum irritet,attendendas esse circunstantias rerũ,& cõtractuum.Hanc opinionẽ expresse etiam tenet Naua. c.17.nu.29.& c.22.n.51.&c.nõ dicatis.n.67.& alijs locis cit. in 2.opi.Sylu.verbo metus.q.9.& 12.Ange.q. 13.& 15. quod in donationibus eleemosynis legatis testamentis,& liberalibus remissionibus,& promissionibus verũ esse quando metus illis causam dedit, docet etiam Azor lib. 1.c.11.q.16 dicens esse cõmunem sententiam Theologorum. Sed longe probabilius est tali metu facta valida esse; prob. quia iurisp. sine vlla distin. aut limitatione dicunt, metu leui facta valida esse,nec reciudi posse per actionẽ,quod metus causa,& colligitur ex lege vani timoris ff de reg.iuris,& l.metũ ff.de eo quod metus causa,nec est cur iura,& iuris peritos adforũ cõtentiosum restringamus. Præterea,qa leuis iniuria & violẽtia,pro nulla reputatur:ergo tã valida sunt,quæ leui metu iniuste illato fiunt,ac si nullo metu fierẽt. Deinde nulla ratio sufficiẽs esse videtur, quare si hæc nulla sint,negetur actio iniudicio,vt nulla esse declarẽtur:melius ergo Ioan.Medi. Pala.Vigue.& alij cõmuniter docent leui metu facta valida esse, quia metus qui proportione rei,de qua agitur,leuis est, pro nullo reputatur Nec refert,releui magis conturbari animũ debilẽ,quã graui constantẽ, quia non ex animo suscipientis dãnũ, sed ex dano ipso res pẽsari debent. De metu autẽ reuerẽtiali, qualis est quẽ filius,aut filia interdum habet Patri,vxor marito,famulus,aut vasallus Domino clericus Episcopo,& libertus patrono,si inuoluntariã mixte efficiat promissionẽ, aut stipulationem,reddere illam nullã, ait Moli. to.2.iust disp.267.colligitq; ex l.1.§.quod onerandę in fine vt notat glos.ibi ff.quarũ rerum actio nõ datur,qm̃ reuerẽtialis metus ęquiparatur ea in parte metui per minas incusso,ita Sylues.restituti.2.pronũtiato. 7. cõsentit in his omnibus Naua. in Manuali.c.12.n.52. & c.nõ dicatis.n.67.§ addo.13. Vide iura, & doctores quos citat,hęc Moli.circa quę aduerte, vt vera sint talẽ timorẽ esse debere grauẽ, & illatũ cõtra iustitiã, vel aliã virtutẽ similem, qualis est pietas,qua parentes filijs tenẽtur: nã si leuis sit metus, vel licite omnino incussus,nõ irritaret promissiones, & alia huiusmodi,iuxta ea,quæ statim etiã ex Moli.Sylues.& Naua dicemus.Vnde male Angel.verbo metus.q.15. absolute ait metum reuerentialem in conscientia irritare.

16 Ad confir.R quæ fiunt metu iuste incusso,
Ad confir. valida esse, ex lege continet, & lege nec timorem, & lege si mulier.ff. de eo quod metus causa, & capit.2. de regularib. & ita docent Nauar.c.17.nu.14.Sylues. verbo metus. q.6 Couarru.2.p.4.c.3.§.4.n.12.& 15. & 16. & Sylueſter votum.2. q. 1.& verbo metus. q.6.Cordo.casu.180. Vega.lib.4. summæ casu.235.Pan.c.2.de renunt.& c.2.de his quæ vi.Azor lib.1.c.11.q.4.Moli.tom.2. de iusti-

tia dispu.267.Henr.11.de sacramentis.c.9.§. 1.& 2.cum Ang.Can. Victoria, idem tenet Medina in summa fol.86.Marti. Ledes. 2. 4. q.49.ar.3.Petrus Ledes.additionibus. q.47. art.3. diffi.1. glos. lege accusationes.ff. de his quæ vi,male autē intimore iusto incusso ab homine oppositum huius docet Sot. 4. dist. 29.q.1.ar.3.Eman.2.p.summæ.c.93.Lopez. 1. p.c.45.similiter, licet metus incutiatur iniuste,tamen si non ordinetur ad extorquendū consensum,quod metu fit,validum erit, quia cessat ratio nullitatis,quæ est non dari ansam hominibus sceleratis ad violētias, & fraudes efficiendas.ita docent Cordo.Vega,Molina,
17 Henrric. vterque Ledes.& alij supra.

Ad.4. Ad.4.in quo tangitur,an promissio, vel donatio, vel alius contractus iuramento confirmatus obliget. Gabri.3.a.39. q. vnica. art. 1.concl.8. ait iuramentum metu extortum obligare præter quam in matrimonio, quia Deus matrimonij institutor voluit in eo casu non obligare.Sed melius dicitur, iuramentū in matrimonio interueniens,vel esse assertorium,& sic nullam obligationem inducere, quia nemo ad aliquid faciendum obligatur ex iuramento assertorio, sed promissorio, si autem iuramentū accedens matrimonio sit promissorium,videndum est quid nam in eo promittatur,& quidem si promittatur copula ante quam alius contractus fiat,tale iuramentum nullum est,quia est de re illicita, cumenim matrimonium fuerit nullum,illicita erit copula, nisi postea matrimonium ratificetur,si vero promissio sit de ratificando matrimonio,cum hoc licitum sit, dubium esse potest, an promissio tali iuramento firmata,implenda sit, eademque est difficultas de quacumque alia promissione contrahendi matrimonium vel faciendi aliquid, quod licitum sit. Et cōmunis sententia est tale iuramentum implendum esse,saltem ex religione,quæ videtur clara sententia D. Thom. 2.2.q.89.artic.7.ad.3.ait enim in iuramento duplicem esse obligationem, alteram ad hominem,cui aliquid promittitur alteram ad Deum qui in testem adducitur, & priorem, quidem obligationem nō esse, quando iuramentum metu extorquetur,quia metum incutiens dignus est,cui fides non seruetur, posteriorem vero manere: idem docet Sylvest. iuramentum.4.§.7. verfi.1.& 4. Petrus Ledes.supra diffi.3.sic intelligi possunt iura in argumento citata,& cap.ad aures,& cap.ad audientiam de his quæ vi.c.fi qnādoque.15.q.5. lex.1.ff.quarum rerum actio non datur,lex finalis.tit.11.par.3.& alia iura in quibus videtur dici, talia iuramenta esse implenda, nisi eorū absolutio, aut relaxatio prius obtineatur,quod cum alijs docet Greg. Lopez dicta lege finali.Couar.2.4 cap.7.§.5.glos.Panormit.& Felinus, & alij Canonistæ cap.si vero de iureiurando.c.authoritatem. 15. quæst. 6. & passim alibi.Sot.7.iustitiæ. q.2. ar.1. Et.li. 8. q1..a7.solut.17.Caiet.2.2.q. 89.ar.7. ad 3. dub,1.in fine.Salon.q.89.ar.7.Medina hic.q. 6.ar.6.Valen.to.3.seu.2.2. disp.6. q.7.pun.4. Sayr.to.1.lib.2.c.2.n. 10.& 11.Fortu.3:de vlti.fine. nu.468. D. Tho. 2:2.sup. & q.98. a. 3. ad.1. &3. d. 9.q. 1. a. 3.qla .2. Bona.n.51. Durā.q.2.Gab.q.1.a.2.con.8.Richar.a.1.q.2. Alber.ar.10.qui tamē negat,vota metu facta obligare :sed Altisiodo.3. summæ tract.19.q. vltima vota,& iuramenta facta metu obligare putat,idem de iuramentis censet. Alens.3. p.q.31.memb.3.ar.4.§.2.Syluest.supra & verbo iuramentum.5.q.12.14.15.Nauar.lib.2.cō siliorum titu.24.cons.4.in fine Aragon.2.2. q.88.a.3 &89.a.7.ad 3.&alij cōmuniter.Idē tenet Mol. cūGrego. Lopez in argu. citatus: putat autē esse cōtra illā.l.28. tit.11.p.5.cuius sententiam falsam proculdubio esse putat. Azor etiam lib.1.c.11. q.12. ait tale iuramētū obligare,quam sententiam ait esse Panorm. Archid.Saliceti,Sylu.Ange.Caiet.Soti, & aliorum Theologorum,& Iuristarum. Si objicias,promissionem metu extortam non valere:ergo neque iuramentum,quod illam confirmat,quoniā accessorium sequitur principale.c.accessorium de regu.iuris in 6. &. l. cum principalis,&.l.nihil dolo §. cum principalis. ff.de regul.iuris,& promissio nulla nō potest ius iurandum roborare.R.promissionē, quæ est nulla iure diuino,vel naturali, non posse per iuramētū roborari,secus, quæ est nulla iure tm̄ humano,vt in præsenti, quibus verbis insinuat Azor illam promissione,quæ sublato iuramento nō obligaret de iustitia, eo quod sit irritata ab Ecclesia,adiūcto iuramēto obligare de iustitia: sed credo ipsum voluisse solū accipere obligationē religionis,addit.n.quanuis in alijs accessoriū sequatur cōditionē principalis,vt si alicui sit cōmissa causa matrimonij,eidē cōmissa cēsetur causa dotis: tamē in præsenti fallit,quia obligatio promissionis respicit hominē,qui quādo metu iniusto eā extorquet dignus est,vtfides ei non seruetur,& ideo huiusmodi promissionē irritauit Ecclesia,iurameti autē obligatio respicit Deū, qui nulli iniuriam infert,& ideo tale iuramētum non irritauit Ecclesia:itaque cōmunis doctrina est iuramenta metu extorta,valida esse obligationēque inducere saltem religionis.

Sed doctrina hæc est difficilis est.1.quia si ho 18
mines scirēt ex talibus iuramētis obligationē saltē religionis oriri, proni redderētur ad ea extorquēda,q̄ cederet incōmune detrimētū, præsertim cū iurātes sępe nōpossint saltē facile relationē obtinere.2.qa D.Th.Dur.& fere

omnes

omnes citati docent, iuramentum metu ex tortum de non petenda in iuditio re per metum data,aut relaxatione iuramenti,esse nullum;est tamen de relicita: ergo similiter alia iuramenta de rebus licitis metu extorta non obligant.Tertio, nam obligatio voti etiam pertinet ad religionem,& est maior quam iuramenti,vt docet D.Thom.2 2.q.88.artic.8. Aragon art.3.dub.2. & alij, sed votum metu extortum non obligat:ergo neque iuramentum.Nec valet quod ait Petrus Ledes. addition.quæst.47.artic.3.vota simplicicia sponsalia,iuramenta,& alia metu facta valida esse apud nos,& matrimonia apud infideles,quia non sunt irrita iure aliquo positiuo, professionem autem,& matrimonium apud nos nõ valere,quia ab Ecclesia irritata sunt, iam enim ostendimus prædicta non esse irritata iure positiuo,sed naturę,quod de donationibus legatis,& alijs huiusmodi liberaliter factis docuit Azor,cur ergo non idem dicetur de iuramentis.Vnde etiam rejicitur Aragon dicens,omne votum metu extortum irritatum ab Ecclesia,non vero iuramentum:certe enim nulla est lex irritans votum simplex, immo nec solemne,sed vtrumque est irritum iure naturę,nec videtur maior ratio cur Ecclesia irritasset votum, quam iuramentum metu extortum. Nec etiam valet quod ait Eman.2.par.cap.43.Tale votum non obligare, quia fit Deo nollenti coacta obsequia, iuramentum vero obligare, quia fit homini non respuenti illa;nam vt dixi ex D.Tho. in iuramento metu extorto nulla est obligatio ad hominem, seu ex iustitia, sed tantum ad Deum, & ex religione.Quarto, illa doctrina difficilis est,nam sublata obligatione iustitiæ, quę est ad hominẽ ruit,obligatio religionis, quę est ad Deum,si enim homo in cuius fauorem iuro,iuri suo cedat,non manet obligatio religionis: ergo si iuramentum metu extortum nullam inducit obligationem iustitiæ,neque religionis. Conf 1. quia iuramentum est confirmatio promissionis:ergo si promissio,ut sic, est nulla iuramentum etiam est nullum,vt ait Eman.illo.cap.43.ex lege final. tit.11.partita.3.vbi dicitur, si le fizieron jurar à miedo,que entrasse en orden, o que se casasse con alguna muger,prometiesse arras, o le tomaron alguna cosa del Rey,o de la Iglesia,y le fizieron jurar que no la demandasse, o que no dixesse quiẽ se la tomara, ca tal jura como esta no sera tenudo de guardarla,si no quisiesse.Vbi Gregor.Lopez ait,in his casibus,in quibus actus est nullus, non videri necessariam absolutionem iuramenti, ex. l. fin.C.de non numer.pecunia,& Felin.cap.si vero,ad finem de jureiurando,licet aliud voluerit Panorm.capit.2.de his quæ vi ex cap. inter cętera.2.2.q.4.quod tamen ait Gregor. Lopez,id non probare,sed non est maior ratio de his,quam de alijs:ergo nec in alijs, est necessaria absolutio,vel impletio iuramenti. Præterea lege.56.& 57.titu.5.& lege.28.titu. 11.part.5.expresse dicitur, promissiones donationes,& alios contractus metu extortos, etiam iuratos non obligare,& cap.verum de iureiurando,non esse tanquã pro crimine puniendũ, qui iuramentũ metu factum violat, ideoque Angelus. iuramentum.5 §.11. tenet eius violationẽ tantumesse peccatũ veniale, & capit. cũ contingat de iureiurando dicitur iuramentum quoddam valuisse, si sine vi, & dolo factum fuit,& capit. cum dilectus de his quę vi dicitur,quędam iuramenta valuisse,quia non sunt facta metu cadente in constantem virum: ergo si tali metu facta fuissent non valuissent, & Sylvest. iuramentum. 9. quæstione 12. cum Panormi. & Archidia. ait,hominẽ posse propria authoritate contra uenire iuramento per dolũ facto,ergo etiam facto per metum, tale enim minus voluntarium est, & cum maiori iniustitia extortum.&Richar.4.distinct.29.articulo.1. quæstio.2.& artic.2. quæstio.3. Sot. quæstione. 1. articulo.7. Palud.quæstio.1. in fine glos. cap. Abbas. de his quæ vi, Verbecius, & Hugotius,quos refert,& non rejicit Sylvest. matrimonium.8.q 11.p.6.docent sponsalia iurata, metu graui iniusto extorta, nullam obligationem inducere, licet consulendum sit, vt seruentur,vel impetretur absolutio. idem tenent, multi Iuniores.2.2.quæst.86. artic.4. & hic,& probabile putat Petrus Ledes. sup. diffi.3.quanuis probabilius censeat,talia sponsalia valere,licet non sint iurata, & de iuratis idem ait Sotus.8. iustitiæ, & Bonauentu.sup. Henri.11. de Sacramentis. capit.9 §.6. similiterque ait, licet sponsalia impuberis metu contracta, & irritata non teneant in ratione contractus, vt docet Couarru.1.4.capit. 5.§.1.numero.4. tamen iuramentum seruandum esse,sed Eman.1.part.summæ cap.275. conclusione.4.tenet non esse obligationem implendi iuramentum metu extortum de contrahendo matrimonio,tribuitq. Couarr. 2.4.cap.3.§.5. consulit tamen obtenerentiam iuramenti obtinere relaxationem, & ait,Confessarios posse tale iuramentum commutare virtute cruciatę, quia nulli fit iniuriam iuxta Bartho. Ledes. de matrimonio diff.23. vbi Ledes. tenet vota, matrimonia, & alia huiusmodi metu facta esse nulla iure naturæ. Vega. in 1. editione 4.sum.c.236. & lib.2.capitulo.514. ait, iuramentum metu extortum de contrahendo matrimonio esse nullum; de alijs, vero esse validum. Sed certe nullam video esse rationẽ discriminis.

Vnde etiam rejicio Caiet. verbo periurium promissorium in fine, vbi ait iuramẽtum metu extortum de contrahendo matrimonio videri relaxatum ipso iure, tutius tamen esse relaxationem petere, sicut in cæteris iuramentis vi, vel metu ex tortis, sed oportuisset tex. aliquem citare, vbi tale iuramentum relaxatum sit. Quandus. 3. dist. 36. prop. 15. refert ex Bonauent. & Alens. supra opinionem asserentem iuramenta metu extorta esse nulla, & oppositam, neutram vero determinat.

19 Ex quibus omnibus probabile alicui videri posset, licet pessime, vt statim dicã, nullum iuramentum graui metu iniusto extortum adducere obligationem, etiam religionis, si ãdo iure naturę, & diuino, & summos Pontifices dubios fuisse de obligatione talis iuramenti, ideo eius violationem, nec omnino damnasse, nec approbasse, sed propter reuerentiam iuramenti, & maiorem securitatem consuluisse, aut etiam præcipisse, vt seruaretur, vel eius relaxatio obtineretur, scilicet cum commode fieri posset. Sed omnino tanquam certissimum tenendum censeo, tale iuramentum validum esse, licet votum metu factum eodem iure nullum sit: optimam rationem discriminis assignant Albertus supra ad primum & Vega illo cap. 236. quia obligatio voti, (& idem est de omni promissione, & contractu) imposita est ad libitum nostrũ: ideo si tali metu votum factum sit, nullum est. At vero obligatio iuramẽti imposita est à Deo, & natura ipsa, quæ petit Deum, in nullius falsi testem adduci: ideo iuramentum, etiam metu factum, validum est, & ex religione implendum, vel eius relaxatio impetranda: qua de re in materia de voto iuramento, & matrimonio fusius disseremus, & exponemus an matrim. iuramento confirmatum validum sit, aliquã vę obligationẽ inducat, etiã si metu graui, & iniusto extortũ sit: nam Pan. & alij apud Coua. validũ esse dixerunt, ex Augu. c. inter cætera. 22. q. 4. & tempore Aug. verum esse ait Azor. lib. 1 c. 11. q. 13. quia tunc matrimoniũ metu contractum non fuerat irritatũ ab Ecclesia, non vero postquã ab Ecclesia irritatio est, nam hæc irritatiõ de matrimonio per iuramẽtũ cõfirmato intellgitur: sed iam superius diximus Ecclesiã, nunquã irritasse, sed irrita declarasse coacta matrimonia, quia reuera sunt inualida iure naturæ, & Aug. loco cit. tantũ voluit iuramentũ de contrahendo matrimonio, etiam si coactũ sit validũ esse: & similiter matrimonium ex vi talis iuramenti postea contractum nullo cogẽte. Sed de hoc tex. plura dicemus in solut. 6. argumenti.

21 Nunc vero ad obiectiones positas. §. sed doctrina hæc, &c. breuiter. R. ad. 1. negando sequelam, quia cum homines qui sciunt in iuramento coacto esse vim obligãdi ex religione, simul sciãt, se facere contra religionẽ illud extorquendo, & iurantem facile posse obtinere talis iuramẽti relaxationẽ, facile ex hac consideratione à tali coactione abstinere possunt. Ad. 2. R. non esse eandem rationem de illis iuramentis, nam illa sunt de re illicita, & contraria bonis moribus, nam expedit relaxationẽ petere, aut rem datam, in iudicio repetere, secus hæc de quibus loquimur. Ad. 3. R. iam esse à nobis assignatam differentiã inter obligationẽ voti, & iuramenti, de qua latius egimus in materia de voto, & de iuramento, & de matrimonio, & quicunque dicunt, iuramenta aliqua metu extorta inualida esse, vel decipiuntur, vel intelligendi sunt, ita vt talia iuramenta nullam inducant obligatione iustitiæ, sed religionis, & hanc quidẽ infirmam, & debilem, quia talia iuramenta debent à superioribus ad id auctoritatem habentibus continuo relaxari, si fuerunt de materia licita, si vero de materia prohibita, non indigent relaxatione, aut absolutione. Ad. 4. R. falsum esse sublata obligatione iustitiæ ruere obligationẽ religionis. Ad cõf. R. licet iuramentũ sit cõfirmatio promissionis, quia robur ei addit, tamen obligationẽ religionis, quã inducit, sine obligatione iustitiæ, quã sine illo inferre põt promissio, reperiri posse, & de facto reperiri, quando versatur circa materiam licitam, & iuxta hæc explicandi sunt canones, & leges, quæ in contrarium veritatis quã defendimus, allatæ sunt, iuxta hæc bene Ioannes Maldonatus in summula. q. 4 de iuramẽtis ar. 6 docet iuramenta coacta obligare, vt Theolo affirmãt, & licet ibi insinuet, iure tantum positiuo contractus coactos, nõ valere, quia dicit ne perturbetur trãquillitas Reip. merito sancitum esse, ne valeat vllus cõtractus coactus, tamen sentire oppositum cõstat. ex. à sequenti. vbi ait, nõ transferri dominium, nisi per contractũ legitimum, tum maxime ex. q. 13. ar. 15. vbi loquens de matrimonijs contractis metu cadente in constantem virum iniuste extrinsecus illato, ait communis opinio Scholasticorum ait, tantum iure Ecclesiastico matrimonia per huiusmodi metum contracta non esse legitima. Sed melius dicimus, si cum Scoto dicamus, non solum iure Ecclesiastico, sed etiam naturali, & diuino non esse vera, Primum, quia matrimonium natura sua maxime liberũ esse oportet. itaq; omnis vis contraria est naturæ matrimonij: iure ergo naturali solui debent, quæ cõtracta sunt per vim: deinde, quia huiusmodi vis, & metus solet rescindere omnes contractus ciuiles, idque iure naturali: nã ius ciuile in partem exposuit ius naturę, multo ergo magis

soluit

soluit matrimonium. Item omnes promissiones inter homines factæ per consensum metu extortũ, iure naturali cẽsentur irritæ; igitur & matrimoniũ. Vota etiã quæ fiunt eodẽ metu, eodẽ iure sunt nulla, alioqui Ecclesia nõ posset dispẽsare, igit & matrimo. Ecclesia. deniq; solũ dirimere põt matrimoniũ, quod p metũ contractum fuit inter infideles antequam essent Christiani, ergo matrimoniũ illud ipso iure naturæ caruerat vi: nam iure ecclesiastico non poterat carere vi; cũ ius Ecclesiasticum non obliget in fideles. Hæc Maldonatus; Aduerte autem quod dicit illa, q. 4. art. 7. quando quis ex iuramento coacto aliquid dedit, non esse traslatum dominium, intelligẽdum esse; si non solum ad iurãdum, sed etiam ad dandum coactus fuit: nam si ad dandum non fuit coactus, reuera dominium transtulit, sed licitum erit repetere illud, etiã si iurasset non repetiturum, etiam cogente legitimo iudice: nam tunc iuramentum caderet super materia illicita, vnde non obligaret, vt recte ait Maldonat. ibi; si vero iuraret, se sua sponte nunquam accusaturum illum neque repetiturum pecuniam, obligaretur iuramento secundum Maldonatum, quod verum est, quando non videretur necessarium ad bonum commune accusare, & repetere, nam si videretur necessariũ non astingeretur iuramento. Ad confir. 4. arg. R. in illo cap. ad aures, Pontificem, velle quod si renuntiatio facta sit metu graui ille restituendus est dum modo sponte non confirmauerit iuramento, vel simplici promissione renuntiationem, scilicet sponte promittendo, non petiturem restitutionem. vel vult Pontifex esse restituendum, si non confirmauit renuntiationem tali iuramento, vel fide: non autem decernit quid si confirmauit, quia id decernere nõ iudicauit facile aut necessarium, vel præcipit Pontifex, illum non restitui ante absolutionem iuramenti, quia iuramẽtum etiam graui metu factum validum est, & ex religione obligat, vt dictum est, si est de re iusta, & licita, & iure positiuo non est irritatum. Sic iuramentum factum de rebus ecclesiæ tradendis, vel non repetendis, non tenet. 15. q. 6. cap. 1. & ibi glos verb. per metum, & c. peruenit, 1 de iure iur. verbo posse constingi: & glos. ca. abbas de his quę vi verbo coactus Sayr. to 1 lib. 2 c. 2. n. 11. cum Rich. 3. d. 39. a. 1. q. 2. quia etiam si sponte prælatus res ecclesiæ trederet, non tenet traditio sine solenitate præscripta. c. sine exceptione. 12. q. 2. ergo multo minus tenet traditio de rebus ecclesiæ facta per metum, quod probat Sayr. quia si non tenet principale, nec accessorium, arg. c. si diligenti, de foro cõpet, & l. non dubium. C. de legib. Et quia non tenet iuramentum, quod seruari non potest sine periculo animæ. c. si vero de iureiur. prout in præsenti casu contingeret.

22 Ad confir. 4. argu.

Ad. 5. in illis iuribus non dici metu facta esse rescindenda sed irrita declaranda, & licet diceretur esse rescindenda posset exponi quãtumest ex parte iudicis, vt si forte valuerunt, iam valore careant, vel rescindere idem est quod irritũ declarare. Ad confir. R. cum quis cogitur ad aliquid quod simpliciter & euidẽter sibi expedit neque est difficillimum id validum est, & huiusmodi est hæredem effici maxime cum possit, si vellit hæreditatem repudiare iudicis authoritate. Vel R. iuris consultum sequutum esse opinionem, sed falsam. Vnde alia lex, quam ibi citat glosa, & vix potest cum hac conciliari, aperte dicere videtur, illum hæredem non effici.

23 Ad. 5.

24 Ad. 6.

Ad. 6. R. illum tex. non esse Aug. quia diligenter conquisitus non inuenitur in Aug. vt obseruant Henr. illo. c. 9. Couar. 2. p. 4 c. 3. §. 5. nu. 5. & alij. Vnde non citatur in decreto gregoriano, de inde tex. loquitur de promissione iurata contrahendi cum concubina, & permittit postea contrahi matrimonium, ita Couar. sup. cũ fortunio de Vito. sine illat. 21. col. 8. Vnde male. Petrus Ledes. sup. diffic. 1. vult. Aug. intendere, matrimonium metu factum esse validum iure naturæ: sed siue ille textus sit Aug. siue non, exponendus est, vt est à nobis expositus in resp. ad confir. 4. arg. Alias expositiones quas adducunt Panor. & glos. ibi, & cap. 2. de his quæui, & Marti. Ledes. omitto, quia non sunt ad rem: lex vero, si patre cogente, recte exponitur à Baldo de timore reuerentiali. Sed promaiori ominum iurium expositione, videndus est Moli tom. 2. iust disp. 326. ad. 2. vbi cum argumentatus fuisset ex. c. Abbas. de ijs quæ vi, dicente, quæ vi, metus ve causa fiunt, de iure debent in irritum reuocari: ergo ipso iure irrita non sunt: quod de donatione concedit glossa ibi, licet non nulla excipiat. R. Molina, textum illum tm velle, authoritate iudicis irrita declaranda, iure enim irrita sunt, vt patet. l. metum §. volenti, & multo apertius. §. licet. ff quod metus causa. vbi dicetur, rem per vim datam, esse in bonis eius, qui vim est passus. Eaque de causa aduersus possidentem conceditur ei, non solum personalis, sed etiam realis actio ad rem, tãquam suam propriam vendicandã. Addit Molina, aliter dici potest, & forte ad iura accomodatius, de iure ciuili eiusdem iuris fictione translatum censeri dominiũ rei donatæ, aut traditæ per vim aut metum, eaque de causa ciuili iure non concedi realem actionem; sed personalem, neque contractum illum esse inualidum, sed iudicis sententia annullandum, cognita prius qualitate, ac quantitate metus; eo quod non qui-

quicunque metus sufficiens sit ad inualidum pronunciandum contractum,& maior requiratur ad pronunciandum vnum imualidum quam alium, præsertim ad pronuntiandum inualidum matrimonium,quod suapte natura est irreuocabile, atque indissolubile, adeo, vt multi affirmẽt matrimonium contractum metu eadente in constantem virum iure naturæ validum esse, licet autẽ de iure ciuili dominium modo explicato transferatur quando per vim aliquid est traditum, contractusque per vim, aut metum celebratus, nõ fit ipso iure nullus,sed iudicis authoritate sit reuocandus,postea tamẽ de iure prętorio consentanee ad ipsam rei naturã, atq. equitatem fuit introductũ,vt cõtractus per vim aut metum sufficiẽtem celebratus,ipso iure esset nullus, pronuntiatumque fuit dominum rei ita donatæ ac traditę perseuerare apud dantem,concessaque fuit realis actio ad eamven dicandam vt patet. ff. quod metus causa duobus §§.citatis iuncto. §.sed quod prætor ait: ita Bart. l. metus. §. volenti.ff.quod metus causa,& post eum Panor.c.ad audientiã. nu.1. dehis,quæ vi metusue causa fiunt. consentanee ad tex. ibi atque iuxta hæc ait Panor. intelligenda, & limitanda esse, quæ dicto.c.Abbas tradi consueuerunt. Arbitror autẽ sum.Pont. c. Abbas, non aliud voluisse quam quod paulo ante exposuimus,eoquod locutus fuerit post introductum ius prætorium, ad illudque consentanee. Ex natura ergo rei atque in conscientiæ foro quin etiã in exteriori de iure prætorio non censetur translatum dominium quando aliquid pertuim aut metum sufficientem donatum traditumque est, sed solum iuris ciuilis fictione quondam censebatur translatũ, vt Archid.c. siquis vsuram. 14. q.4. adnotaut,quem Ange.& Sylues.locis cit. referunt,ac sequuntur. Immerito ergo Sotus.4.d. 49. q.1. art.3.discessit à nostra hac opinione,quam.6.iust. q.1. art. 4. fuerat secutus affirmans in. 4. donationem, & alios contractus celebratos metu cadente in constantem virum,esse validos,sed periudicis sentẽtiam esse annullandos,iuxta. c. Abbas citatum:hanc autem sententiam affirmauit,vt defenderet matrimoniũtali metu factũ validũ esse stando in solo iurenaturæ, & iure tantum positiuo esse inualidũ:inquã sententiam,tametsi non omnino firmus,inclinauit.Mihi vero cũ multis alijs semper placuit contraria sentẽtia,quod in materia de matrimonio erit examinandum.Esto autem in matrimonio propter ipsius indissolubilitatem aliaq. huius ex rei natura supra omnes alios cõtractus priuilegia, illa probaretur sentẽtia, in quam Sotus inclinauit; nunquam tamen malijs contractibus admittẽdam eam censerẽ,præsertim in donatione, quæ vt sit valida plus libertatis ac voluntarij exigit quam cæteri contractus;eo quod sit contractus mere lucratiuus atque liberalitatis omnino absque admixtione aliqua iustitię inter donantem ac donatarium. Hęc Molina,cui addi potest, etiam si in contractu matrimonij minor ratio esse videatur vt sit nullus iure naturę,quãdo tali metu fit,quatenus propter bonum humanæ naturæ non leui de causa irritus sit censendus,tamẽ aliunde esse maiorem rationem vt sit nullus, quia in eo maior, & grauior obligatio imponitur,quam in reliquis contractibus. Vnde maior libertas in eo videtur requiri.

25

Ad.7 R. experientiam illam non sumptam ex matrimonijs veris sed apparentibus, vel ibi esse sermonem de iusta coactione,quę non reddit matrimonium nullum. Ad 8. R. metum aliquem inductum cum iniuria culpæ mortalis esse leuem respectu rerum tanti momenti quanti sunt matrimonia, & ideo si tali metu fiant,valida sunt omni iure. Ad confirmationem concedo maiorem ex cap. veniens.2.de sponsalibus: sed dico. iniuriam eius qui vicem contrahentis gerit, sufficere, vt matrimonium sit nullum, alioqui enim audaces homines redderentur ad tales coactiones pro filijs,vel amicis efficiendas.

Ad.7. Ad.8.

26

Ad.9. R alia sacramenta à matrimonio nõ esse contractus nec pendere perse ex humana voluntate sed ex institutione Dei, quem verisimile est voluisse propter hominum vtilitatẽ, & eorum sacramentorũ reuerentiã vt ad illorum valorem in adultis voluntas coacta sufficeret,quę non sufficit ad promissiones,& contractus. Ad.1.confi.R. metu baptizatum teneri ad obseruantiam legis euangelicæ,&c. ex cap. maiores de Baptismo & cap. de iudeis d. 49.ied hoc instituit Deus ob reuerentiã baptismi, & quiã aliunde etiam tenebatur homo baptismum recipere, & consequenter legi euangelicæ,& pręceptis ecclesiæ subijci. Vnde per metum nullam fere obligationem subit sed antiquæ obligationi cogitur satisfacere.

Ad.9.

Ad .2.confir. R.eum,qui sacrum ordinem metu graui iniuste illato suscepit, non teneri ad continentiam vt docet Naua. cap. 22.n.5. vers 4.cũ. D.Tho.22.q.88.art.11.Ange Ordo.3.§.4.9.&18.glos.c.maiores de bap. Ioan.and. &alijs q etiam docet Azor lib. 1.ca.11. q.7.idẽ de ordinato ante vsum rationis docet Innocenti. cap. non est compos de temporibus ordinationum D.Tho. 4.d.25.q.3.Sot.q 1.art. 2.Nauar. lib.1. tit. 93.conf.3. nnm.4 Eman.1.p. sum.c.209.con. 4.rario est quia obligatio continentię grauissima est, & imposita ab Ecclesia, quæ vel non potest, vel non

vult

vult eam alicui imponere, nisi sponte consentiat, vt etiam Nauar. illo c.22.quod sic ordinatus non teneretur ad horas canonicas,nec abstinendum à bello iusto.

27. Ex dictis patet recte ab Azor.li 1.c.11.q.5.6.& 7.cũ multisquos ibi legere poteris,numerasse decẽ,quę metu graui, factasunt ipso iure irrita.1.matrimoniũ contra Cardinalẽ c.abbas de his quæ vi.2.sponsalia.3.dos tali metu promissa vel soluta. l.simulier. §. si dos. ff. de eo quod metus causa.4.iurisdictio metu collata,vel prorogata.l.2.ff.de iudicijs. c.vbi periculũ.§.cęteru de electione in.6 .Quinto autoritas tutorũ metu ex torta.l.1.§.vit ff.de autorit.tutor.6. absolutio ab excomunicatione, suspensione,vel interdicto, & reuocatio harũ cẽsurarũ c.1.de his quæ vi.in.6.Septi. testificatio testiũ, qui metu in testamento adhibiti sunt.l.qui testamento.ff.de testamen.8,votũ. cap.perlatum de his quæ vi. 9. omnis promissio,velobligatio in gratiã facta eius,qui aliquẽ metu graui in carcerẽ coniecit, vel detinet.l. qui carcerem.ff. de eo q̃ metus causa. 10.omnes eleemosyna, vel donatio , vel promissio gratuita omneq.legatum,& licet Azor in.1.& 2.casu dicat, factum esse irritum iure tũ positiuo ecclesiastico, tamen ex superioribus teneo, in omnibus his casibus irritationem esse ab ipso iure naturali,præterquã in.7.qui intelligitur etiã de metu iuste incusso,in quo euentu solo iure positiuo factum iritari potuit. An vero sententia metu lata sit ipso iure irrita. Azor illo cap. 11. q.8.ait, Hostien. affirmare, sed verius esse oppositũ,quod docent glo Archid.& Pan.ego veroHostrensi acquiesco.An vero abdicatio beneficij metu facta valeat. Azor ibi.q.9 cum innoc.glo.Pan.& Rom. ait valere: ego cum Butrio,& alijs ibi relatis teneo,nõ valere.An vero cõstitutio procuratoris metu extortavaleat,Azor ibi.q 10.cũPan. Romano & alijs censet valere.ego cumHosti censeo non valere : quod de procuratore ad matrim. censuit Couar.licet de procuratore ad alia negauerit Sed an electio metu facta sit valda. R.Azor ibi.q.11. cum multis, quos refert,si metus cogat ad certam personam,esse nullam,secus si solum cogat ad vnũ de duobus.l.saltem ex multis, & idem ait de metu cogente ad matrimonio cum determinata persona,vel cũ aliqua exduabus, aut saltẽ pluribus. Sed ego censeo in omnibus his euentis factum esse irritum iure naturæ, aut saltem positiuo,& quamuis Azor ibi.q.14.teneat sponsalia metu iurata esse irrita iure positiuo,tamen iuxta superiora dicendum,sponsalia esse irrita iure naturę iuramentũ tamẽ illis adiectum obligationẽ religionis inducere, similiter quãuis Azor ibi.q.15.dicat, cęteros contractus metu factos in ytroque foro valere,licet detur actio in iudicio,vt rescindantur,tamen iam docuimus esse irritos iure naturæ,& in iudicionõ tã rescind. quam irritos declarari, vel rescindi non re sed quantum est ex parte iudicis.Sed de his , & alijs rebus metu factis plura suis locis dicenda sunt, præsertim tract. de matrim.

3. Difficultas in hac sectione est quia si ea, quę metufiunt,sunt voluntaria simpliciter:ergo poterunt esse peccata etiam mortalia , & sic metus non excusabit a peccato. M. quod tamen in multis casibus falsum esse constat. 28 3.Difficul.

Pro expeditione huius difficultatis Dico. 1.metus perse loquendo semper minuit peccatum , habetur.ca. sacris de his quę vi , & cap. in primis. 2.q. 1.Arist. & alij.3.etsic.c.1.Probatur , quia metus minuit voluntarium seu liberum ergo , & peccatum,de quo Thomistæ hac q 6. art.6.vbi Medina. Valen.disp. 2 q. 1.pu.4: alij.q. 77. art. 6. Cordub. lib.1. q 29. ad.3.Sayr to.1.lib.2.c.2.nu.6.& sequentibus: nunquam tamẽ metus ita extenuat culpam, vt de mortali reddat venialem, nisi tollat de liberationem requisitam ad peccatum mortale. Dico.2. nullus metus excusat à peccato, id quod est intrinsice malum quale est mendaciũ, adulterium &c. hæc conclusioest certa & communis Soto,1.iustitie.q.6. ar.4.Sylues. verbo metus.q.7. Azor lib.1.c.10.q. 12. Sanchez to.1. de matrim.lib. 4 d.1.nu.6 Pan.c. sacris de his quæ vi.Medi.Vale.& Sayr.supra. Probatur ex cap. primum. e. nequis , & cap. Omne genus mendacij. 22. q. 2. vbi dicitur, pronulla re mentiendum esse: quod late docet Aug. libris de mendacio , & contra mendac. et à multis probatur in materia de. fide. Præt. quia intrinsece mala nulla ratione possunt honestari,seu licita fieri.ergo etiam si metu fiant erunt peccata. Vnde ecclesia.4. pro iustitia agonizare pro anima tua,& vsque ad mortem certa pro iustitia . idem dico de omnibus quæ hic,& nũc & cũ omnibus circũstantijs sunt contra quãcumq.legẽ diuinã,vel humanã.Vnde machab.7. dicitur preclaram esse mortem,quam quis subit ne peccato consentiat, & Matt. 10 nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. & Augu.1.ciuit.c.18.relatus.32.q.5.c.ita ne , ait, omnia mala potius esse tolleranda , quam peccato consentiendum,& lib. contra menda. ca.8. pro nulla re peccatũ veniale committendum esse,sic exponitur reg.iuris,quod metus non excusat à culpa:intelligitur. n. quando lex obligat &.c.sacris de his quæ vi dicitur , nullo metu committendum esse peccatum,&.c.quisquis.11.q.3. dicitur de eoqui cum tenetur veritatem manifestare,occultat , vel mentitur metu alicuius potestatis,iram Dei supra se prouocare: quia magis timet hominem , quam Deum, & 1.Con. 29 2.Con.

Arist.

Arist3.Ethi.c.1.propter durissima quæq. nihil eorum quæ turpissima sunt agendum esse docet, & ponit exemplum in occisione parẽtum. Sed quod intendit Arist ibidem dicens, merito interdum laudari homines, eo q̃ pro re honesta aliquid turpe & molestũferunt .R. cum Azor. supra Arist.nõ velle luadabile'aut licitum esse ptopter metum aliquid facere, vel leuissimum quod sit intrinsece malum: sed perferre aliqua molesta, & alioqui indecẽtia, vel etiã aliqua facere, quę alioqui essent turpia & mala moraliter, quæ tamẽ in eo euẽtu talia non sunt: in quorũ numero male Eustratius ibi mendacium numerat, similiter fornicationẽ, & adulteriũ, quæ putat metus causa honestari posse. Sic etiã glos. l.penul.ff. si familia furtum fecisse dicatur, affirmat seruum, qui facit delictum aliquod, idest quod alioqui esset delictum,ne interficiatur à domino, non peccare,& Iason §.si minus.nu.17. institu.de actionibus ait,licitum esse metu mortis, quam tyranus cominatur,innocentem occidere,& Cynus l.1. C. vnde vi. q. penult. ait, non peccare seruum si ad mandatum domini minãtis mortem, vxorem eius adulteram interficiat, eodem exemplo vtitur Salicetus idem affirmans. l.1. C. vnde vi. idem tradit Bart.l si seruus.ff.de noxalibus.actionib.quia in ea l.§.is qui,aperte dicitur,seruum nihil deliquisse, qui domino iubenti obtemperauit, & Ioan.Annias.c.interfeci.ti.n.18. de homicidio ait,excusari illum qui metu tyranni alium occidit.Sed certe mendacium intrinsece malum est,& nulla ratione potest honestari, homicidium autem licet non sit semper malũ, & aliquando honestari posset, tamen in prædictis casibus nunquam honestatur, vnde merito Azor & Panor. supra illos iurispe. reijciunt. Vide D.Tho.Caiet.& alios.q.96.a.4.& 22.q. 125.a.4.Sotum.4.d.22.q.1.a.4.Couar.2.p.4. c.3.§.4.& 5.Almain.1.moral.c.3.quæ autẽ metu fieri liceat, vel non liceat, scire difficile est valde,vt docet Arist. loco citato, de qua re plura dicemus in mareria de legibus differentes, an lex etiam humana cum periculo vitæ obligare possit, & quando obliget.

30 *Corol. 1. de Christianis remigantibus in triremibus in fidellum.*

Ex his inferunt aliqui. 1. Christianos captiuos remigantes in triremibus Turcarum Christianos persequentium peccare, nec timore mortis excusari, quam illis Turci minantur, quia cooperãtur bello iniusto, quod Turc.contra Christianos gerunt, hoc autem est intrinsece malum,ergo.ita docet Naua.in summa.c.27. nu. 63.p 7. &.c.ita quorundam de Iudęis notab. 11. & Pedra. mandato 7. num. 29.

Omnibus autem hæc opinio dura videtur vt ait Naua de rest. p. 2.lib.3.cap. 4.nu. 62. Vega.4.summe. c. 27.& lib. 5.c.439.Cord. insumma.q. 137. qui merito eam reijciunt: nam captiui illi non precipiunt, nec consulunt,nec exequuntur iniustum bellum,sed applicant naues,quibus turcę deferuntur, quod non est intrinsice malum, nec habet perse, & necessar. coniunctam malitiam,vel damnum proximi, vt emissio sagittæ,vel bõbardæ;possunt enim turcæ sic applicati nullum damnum Christianis inferre, ergo captiui;possunt ad vitandam mortem imminentem ita remigare,consonat Adria. quod. 3. art. 2. dicens licitum esse indirecte cooperari peccato alterius ad vitanda maiora inconuenientia, vt dare gladium furioso ad vitandam propriam vel aliorum mortem,& c.ergo similiter Christianis captiuis licitum est ad vitandam propriam mortem remigare in triremibus quibus vehuntur Turcæ impugnaturi Christianos.Confir.ex eodem Naua.lib.5.cons.31. de excommunic.vbi late probat, licitum esse fabricare triremes, quibus Turcæ contra Christianos vtantur, dummodo artisex non intendat damnum Chaistianorum, nec plus operę impendat, quam necesse sit ad tuendam propriam vitam,& c.ita quorundam de Iudęis,quod excõmunicat tribuentes opem Turcis, exponit Nauar.secluso metu mortis, ergo idem dici posset in nostro casu, nec valet solutio Naua.& Innocent.& Ioan. Andre.dicentiũ,quod actiones quibus Turcis cooperamur, vel sunt immediate & directe in malu Christianorũ,& ex intẽtione operãtis, vel ex ipso opere, vt cum quis dat scalas vel ferramenta furi, qui est in actu furandi: vel cum quis remigat in triremibus quibus Turcæ Christianos persequuntur, & tales actiones non excusantur à culpa metu mortis, vel nõ sunt directe & immediate in malũ Christianorum & tũc excusantur à culpa tales actiones metu mortis, vt transmittere arma & triremes Turcis;ex Ioan. And.& Innocent. & c. ita quorundam,imo & isti,& Hostien. atque Ancarra.c.significauit eodem tit docẽt, quod si aliter non possum captiuos redimere,potero Sarracenis arma transferre, quibus scio, Christianos impugnandos esse,idem ait Ancarr.de fabrica.triremi. Sed hæc solutio Nau. rejicit, qa illa remigatio nõ est magis directa in malũ Christianorũ,ex intentione operatis vel operis, quam fabricatio vel translario triremiũ vel armorũ, ergo si hæc excusat metu mortis, etiã illa q̃.n. vna forte sit proximior damno Christianorũ q̃ alia,parum referre videtur.Præterea ipse Naua.& Adria supra, & D.Tho.4.dist.25.q.2.a.2.q.3. ait, licere reddere gladium furioso,quo se vel alium est occisurus, si ex negatione maiora damna timeant. 2.ergo similter in nostro casu licitum erit remigare, in vtroque enim casu ex actione se-

ne sequitur proxime damnum tertij Confir. nam Vega.li.5.c.440. licere putat metu mortis & tormentorũ transferre arma, munitiones, & cibos Turcis Christianos impugnaturis, & volentes secum, vel cum alijs duello confligere transferre in aduersũ litus fluminis,& dare arma,& venena,funes,& alia instrumenta volentibus seipsos interficere,& pecuniam volenti dare ad vsuras, vel aliud peccatum committere, & gladium furioso, &. c. 441. cum Cord. supra ait, licere hominem detegere, vel tradere hostibus quærentibus ipsum ad necem, vxori etiam licere reddere debitum viro habenti votum castitatis, vel petenti tempore menstrui, ex D. Tho qla. ci. similiter Sot. 5. Iust.q.1.a.7. ait, si quis mortem mihi comminaretur, nisi manum aut linguã abscindendam offerrem, possem eam tradere vt vitam seruarem, ibi etiam refert, licet reijciat dicentes rempublicam posse, vt se incolumem seruet, innocentem tradere tyrãno, volenti ipsum occidere: ergo etiã metu mortis licebit in triremibus Turcarum Christianos persequentium remigare, quod intelligo, nisi magnum, & commune detrimentum Christianorum præuideretur, nam tunc captiui tenerentur etiam cum vitæ discrimine a remigatione abstinere, quia magnum,& commune damnum priuato præferendum, & quæ hic dixi, pro multis alijs casibus obseruanda sunt, de quibus alio loco.

Addo autem quod etiam si captiui illi peccarent remigando, non essent excommunicati in bulla cœnę, vt etiã Naua.& Pedra.fatentur, licet enim Ecclesia possit interdum obligare cum periculo vitæ, vt ait Caiet. q.96 ar. 4.Sot.d. 22.q.a 1. .ad finem,non tamen obligat de facto, iuxta communem opinionem, Coua.c. alma. p. .§. 3.5. ad fin. ergo tales non fuut inobedientes Ecclesiæ: ergo non incurruut excomunicationem. Confir. nam qui metu mortis offert thus idolis licet facia tactum apostasiæ, non manet excommunicatus, iuxta Siluest.Anton.& alios, ergo similiter in ppposito, ergo similirer qui occidit clericum inuentum cum vxore, matre, filia, vel sorore, licet peccet mortaliter, non tamen est excommunicatus,c.si vero de sent. excomunicationis, quia difficile est in tali euentu iram continere, nec Ecclesia vult rem tam difficilem precipere,& Tabiena.excommunicatio.5.num.31. ait. mulierem quæ percutit clericum. à quo inhonestis verbis impetitur, peccaturã interdum mortaliter, tamen non incurrere excommunicationem, ergo simliiter, &c. male autẽ Naua. ait,ꝙ licet dicti remigantes nõ incurrant excommunicationem iurislatam in cap ita quorundam de Iudæis aliam tamẽ forte incurrere, ratio nes enim adductę probant, neq.hanc incurrere, & ca.ita quorundam loquitur de ferente opem absque metu mortis. vide Suar.to .5. d. sec.4 nu.14. 31 Corol.2.

2. Inferunt aliqui ex conclnsione nostra nullo modo licere fœminæ cooperari fornicationi, quia id est intrinsece malum Sot. 5. Iustitiæ.q.1.a.5.ad 3.Nau.c.16.nu.1. Naua. 2. de restitutio.c.3.nu.107.dub.7. Vega.2. sum. c.368.sed an possit metu mortis vel simili externam corruptionem pati Caiet.22. q.1.51. art.2.& q.154.ar.4.sentit, peccare mortaliter nisi clamore etiam cum periculo infamiæ, vel manibus etiam in oppressorem iniectis, aut alio modo resistat quantum poterit, melius tamẽ Sot. Nauar.sup. Vega.li.2 c.369 & li.5. c.410.& 632.notab.2.lib.6.c.50,& Ludouicus Lopez.2.p. instrncto.c. 659.& Martinus de Magistris tract. de temperantia.q.4.de Virginitate. conclu.3. docent, licitum esse metu mortis, vel simili mere passiue se habere, seu velle permittere talem corruptionem, quia non tenetur mulier cum magno discrimine externam corruptionem impedire, certum autem & clarum est,teneri resistere quantum possit sine periculo mortis, in contrarium positiue conando, si id ad vitandam ipsius violationem vel scandalum violãtis, conducturũ arbitretur:de quo vide dicta disp.2.nu.55. id limitant aliqui dummodo non se exponat periculo cõsentiendi,seu cooperandi libidini, ita Marti.supra.Existimo tamen hanc limitationem non esse necessariam, nam sæpe licet periculum peccati non fugere ad vitandã mortem, infamiam, vel aliud incommodum grauissimum, vt si vir & fœmina cohabitent cum manifesto periculo internæ,vel externę libidinis, & separari non possint sine ingenti periculo mortis, infamiæ vel scandali, licitum erit vna permanere cum eo periculo,quod non amatur, nec temere suscipitur, sed necessitate quadam tolleratur, ita late docet Naua.c 3.n.5. Cord. q. 4. sum. Ludouic. Lopez.2.p. instructorij.c.21. Vega.lib.1.c 264. citans Ludouic.Beiam.Pallestrell. & alios. 32 Corol.3.

3.Infertur ex conclu.nullo metu licere matrimonium contrahere, illud consumando, cum consanguinea intra 4. gradum, quia tale matrimonium nullum est, accedere autem ad non suam, est intrinsece malum, de quo vide Sot.1.iust.q.6.a.4.& dist.29.q.1.a.4 33 Con. Dico 3. metus grauis, præsertim mortis sæpe excusat à transgressione legis humanæ, quia hęc obligat iuxta intentionem legislatoris, de cuius pietate credendum est, nolle cum tanto discrimine obligare, imo licet velit non poterit cum tanto periculo vitę obligare,nisi necessarium esset ad reipublice defensionem, vel aliam similem necessitatem, vt in

vt in bello quando militi præcipitur ne locũ deserat, &c. vita enim non subest principum potestati, nisi in ordine ad cõmune bonũ, de quo iuniores in materia de legibus.q.96. art
34 4. vbi & nos late.

4.Conclu. Dico 4. quando metus incurreretur in contemptum legis Ecclesiæ, vel religionis, aut inde sequeretur scandalum commune pusillorum, non liceret legem Ecclesię transgredi, quia honor Christianæ religionis & legũ Ecclesiasticarũ, & commune bonũ pusillorum priuato bono præferendum est, etiam vitæ propriæ, hinc si infidelis minetur mortẽ alicui, nisi comedat carnes feria.6.in vilipendium nostræ religionis, potius moriendum est, similiter si ex hoc pusilli scandalizentur, moueanturque ad conculcãdas leges Ecclesię tamẽ ex sola animi feritate vel leuitate tyrannus mortem minetur, licebit carnes feria 6 comedere secluso communi scandalo, vt Machabęi quando in contemptum legis cogebantur suinas carnes edere mortem elegerunt.2.Machab c.6.& 7.& quando pro vita pugnare in sabbato necesse fuit nõ interueniente legis contẽptu, id fecerũt.1.Machab.2.

Hinc soluitur argumetum quoddã contra 3. conclusionem ex c. sacris de his quæ vi, vbi dicitur quod qui metu mortis communicat excommunicato, peccat, sed communicare excommunicato solum est contra ius positiuum, ergo de hoc late Adria.materia de excommunicatione.§.quoad materiam. Coua. c.alma p. 1.§.3 num.9. breuiter dico caput illud ioqui de cõmunicatione quæ cederet in contemptum religionis vel legis Ecclesiæ, vel scandalum commune pusillorum, ita Sot.immediate ante 3. conclusionẽ citatus Coua. sup.. Almai.in moral.tract.1.c.3.q̃uis Adria. supra videatur dicere propter nullũ metũ ab extrinseco illatũ licere cõmunicare excõmunicato, vel facere contra præceptũ Ecclesiæ, sed limitandum est quando cederet in contẽptum religionis, legis Ecclesiæ, vel scandalum pusillorum, vt ipse videtur explicare quodlib. 1.art.3.ad.5.& quodlib.6.art 2.alias expositiones illivs textus assignant D.Tho.4. dist. 18. q.2.a.4.q.3 Silvest.metus.q.7. Angel. excõmunicatio.8.§.18. Naua.c.27.nu.36 & alij.

Dico 5. metu mortis interdum erit licitũ aliquid omittere, quod erat in præcepto na-
35 turali affirmatiuo, & aliquid agere, quod alias
5.Conclu. tenebamur omittere ex præcepto naturali negatiuo. Med.q.6.a.6.ad finem Azor. lib.1. c.11.q.3.Sayr. to.1. lib .2.c. 2. num.9. Prob. quia præcecepta affirmatiua etiam naturalia non obligant pro semper, neque omnia negatiua in omni casu, vt licet alias tenear subuenire extreme indigenti, si tamen nõ possum sine mortis periculo, non teneor, similiter, licet teneat depositum reddere, tamen si quis depositum apud me ensem petat, vt me vel alterum interficiat, nõ teneor illi reddere, similiter licet teneat fratrem corripere, tamen cum nulla est correctionis spes, excusor à correptione, similiter licet alias tenear alium nõ occidere, authoritate priuata si tamẽ me aggreditur & nõ possũ me defendere, possũ illũ occidere. Vnde l.vt vim.ff.de iustitia & iure, qui ob tutelam sui corporis aliquid facit, id iure feciſſe videtur, valde tamẽ decepti sunt Canonistæ quidam cum Cardinali.cap.sacris de his quæ vi. asserentes excusari ab homicidio famulum, qui ne interficeretur ab hero, alterum occidit, hoc enim erroneum est.

Hinc a fortiori sequitur, licitum esse, aliquando timore mortis facere quod alias prohibitum est iure diuino positiuo, vel amittere quod alias tali iure præceptum est, sic ab Hæbræis dum in deserto erant, omissa fuit circuncisio puerorum præcepta a Deo, Gen.17. & Dauid 1.Reg.21. cum suis mandu cauit panes propositionis, quia erant in extrema necessitate, famis. Quod factum laudat Christus Mat.12.& discipuli vellebant spicas in sabbbatho, & Mattathiæ ob vitæ commune periculum licuit pugnare in sabbatho. 1.Machab.12. ideo excusatur à D. Tho. 1.2. q.100.a.8. ad vltimum. 36

Ex his intelligimus Sot.7.iustitiæ.q. 2.a.1. ad 2.vbi ait, metum excusare à trãsgressione legis humanę uon vero diuinæ. & Nauar. lib. 1.consil.3 .de renuntiatione.nu.6.vbi ait, metum etiam si non sit iustus excusare a transgressione legis humanæ, vt in summ.c.22.nu. 15.& cap.27.n.20.& lib.5.cõs.17.de hæresi.n. 9.vbi ait, propter nullum metum violare licet ius naturę aut diuinum.c.quo iure. 8. dist. cap.ita ne.& cap.tollerabilius. 32.q.5. & cap. finali de cõsuet. metus tamen põt excusare a transgressione legis humanæ. Intendunt enim isti, quod quotiescunque metus fuerit grauis, pro qualitate materiæ, excusat a transgressione legis humanæ, quæ non obligat cum graui detrimento iuxta materię qualitatem, lex autem diuina præsertim naturalis sæpe obligat cum quocunque detrimento, vt lex non mentiendi, non fornicandi, non reuelandi peccata cognita in confessione, eo quod ad cõmune bonum pertinet, ista præcepta in omni euentu obligare etiam si propter eorũ obseruantiam amittenda sit aliquando vita.

Sect. 2. Vtrum quæ metu fiunt, sint inuoluntaria saltim secundum quid?

37 Decisio. REspondetur affirmatiue ex communi Theologorum & Philosophorum, et Aristot.3.Ethic c.1. Nyss.5.philo.c.1.Damas.2.fidei. c.24.

c.24.D.Th.hic& 2.2.q.142.a.3.Anse.Dialog. de lib.arb.c.5.Almain.moral,c.3,Angest.c.6. moral,tex.vlt.Vaz.disp.27.c.1.Valen. Medi. Caiet.& Conr.hic.a.6.idē docet Vaz. q.76.in expos.a.3.Azor li.1.c.10.q.13.Sayr.tom.1.lib, 2.c.2.n.5.& sequent.& ab Aris.& alijs probatur,1.Nam quæ tristitiā afferunt,fiunt aliquo modo inuolūtarie,sed hęc sunt huiusmodi:ergo.2.Quę metu fiūt,excusantur aliquo modo à culpa,& facile de illis venia impetratur,hoc autē fit,nō alia rōe,nisi quia sunt quodāmodo inuoluntaria:ergo.3.Quod in se considerata nō est appetibile,sed detestabile,est inuolūtarium, sed metu factū est huiusmodi: ergo.

Obiect.1. Sed cōtra quia hęc non sunt inuoluntaria rōe metus,quin potius ratione illius sunt simpliciter voluntaria, vt ostendimus sect. 1. sed sunt inuoluntaria ratione affectus adiuncti quo voluntas nollet hęc facere,nō est autē necesse hunc affectū semper metui coniungi:ergo non semper sunt inuolūtaria sīm quid: minor probatur:nā qui seruat pręceptum metu gehennæ,nō semper habet hunc actū, vellem peccare nisi infernus immineret, alioqui hoc ipso peccaret & metus ille haberet culpā coniunctā Idē est de homine nobili qui fugit iniustitiā metu infamiæ,quē nō est necesse habere hunc actū, vellē furari,si non sequeretur infamia.Hęc ergo et similia, quæ metu fiunt non habent adiunctum talē affectū, ideo nec inuoluntaria sunt,etiā sīm quid.

Conf.1. Confir.nā ille affectus liber est,& non oritur ex metu ipso, sed aliunde,vt nollē proijcere merces,oritur, ex concupiscentia diuitiarū:ergo ille affectus pōt non miscери cum metu,& ita quod metu fit,non erit secundum quid inuoluntarium.

Conf.2. Confir.2.nā ille affectus & metus versantur circa distincta obiecta nullā habentia connexionem; ergo neque isti actus connexionem habent, sed separari possunt, & ita quæ metu fiunt, poterunt non esse inuoluntaria, etiā sīm quid.Huic obiectioni quidā R distinguentes de timore, alius.n.est qui intrinsece oritur ex malo per se coniuncto omissioni operis,vt timor inferni oritur ex malo pœnæ, quod per se,& intrinsece coniunctū est omissioni operis præcepti.Alius vero est timor extrinsecus aduenies,propter vitandū malum per accidens,& ab extrinseco coniunctū cum omissione operis,vt si quis nō fugiat ex carcere,ne forte deteriora patiatur.Quādo timor est prioris generis,nō est necesse omissionem ex timore ortā,esse inuoluntariam sīm quid, imo nec cōmode pōt admittere actum,quo reddatur sīm quid inuoluntaria,secus quando timor est posterioris generis. Confirmant.1. nam timor primi generis non est ab extrinseco,sed ab intrinseco:ergo timor ille nō est inuolūtarius ergo nec omissio ex ipso,pendēs, erit inuolūtaria.Secūdo, qa cū malū tale est, vt per se sit coniunctū omissioni operis,opus nō hic & nunc,sed per se cōsideratū detestabile est:ergo eius omissio est per se amabilis:ergo cum volita est ad vitandum illud malum,non est necessario aliunde nolita, & ita non necessario est inuoluntaria secundum quid,imo si homo tunc haberet istum actū, nollem opus hoc omittere, nisi ex eo infernus immineret.non perfecte detestaretur infernum, siquidem haberet actum quo illum mereretur,& quodammodo incurreret.Vnde omissio operis habentis per se coniunctum aliquod malum non est communiter inuoluntaria secundum quid,& eodem modo dicendum est de opere per se,vel non per se inferente malum,quod timetur.Hæc solutio obscura,&nulla est.Primo,quia secretum furtum per accidens infert infamiā,quia per accidens est, quod manifestur, sæpe tamen quis ob eo abstinet metu infamiæ absque inuolūtario secundum quid,& absque illo actu, non abstinerem à furto isto, nisi infamia immineret & similiter pœna inferni per accidens sequitur peccatum;tum vt argumentatur Vaz.illo.c.1.quia pœna inferni non est ex natura rei cōiuncta peccato,sed ex diuina voluntate extrinsecus immissa:tum maxime, quia peccans potest ante mortem conuerti, & ita effugere pœnam infetni,tamen sæpe abstinet quis à peccato metu inferni absque admixta ratione inuoluntarij:ergo doctrina illa tradita nulla est. Præterea.1. confirmatio ibi posita nulla est,quia licet nullus timor sit inuoluntarius,tamen opus ex timore procedens pōt esse inuoluntatiū ex alio affectu admixto.Secunda quoque cōfirmatio nulla est quia licet omissio operis inferentis per se aliquod malum sit per se ea ratione amabilis: tamen propter alias rationes potest esse maxime detestabilis, & ita cum datur ea omissio necessario erit nolita inefficaciter, & inuoluntaria secundum quid ; ergo solutio illa cum suis confirmationibus nulla est.

38 Ad obiect. 1.solut. 39 2.solut.

Alij Respond.quando metus est causa necessaria,ea quæ metu fiunt,sunt inuoluntaria secundum quid , non vero quando est causa non necessaria. Hanc responsionem quidam reijciunt non valentes intelligere,quid sit,metum esse causam necessariam, quod tamen facile intelligitur: est enim ea quæ metu fiunt alioqui nullatenus esse bona, sed forte mala, & ideo fieri non posse, nisi vtilia essent ad repellendum malum imminens,quod timetur. Vnde aliter rejicio hanc responsionem : quia,cum metus est causa necessaria,fieri potest , vt quæ metu fiunt, nihil aut parum mali alioqui habeant : ergo non est necessarium , vt displiceant,

& sint nolita, sm̃ quid, ac proinde fieri possunt, sine ad mixto inuoluntario. Quod si quis dicat metũ, tunc esse causam necessariã, seu necessario requisitã, quando res nullo modo fieret, aut fieri posset, nisi interueniente metu rejicit Vaz solutionem, nam sic passim ob seruatio legis esset inuoluntaria secundum quid, quia plerumque nulla ratio occurrit ad seruandã legẽ, nisi timor pœnæ, sed certe sæper occurrit alia ratio, nẽpe turpitudo, quæ est in violatione legis, vnde ad priorẽ impugnationẽ illius solutionis recurrẽdũ est, cui & alia pòt adijci, quæ cõtra priorẽ quoq. solutionẽ ꝓcedit, neutra n satis explicat, qua ratione, quę metu fiunt, sint inuoluntaria sm̃ quid.

40

3. Solutio auctoris.

Vera ergo solutio quam etiã tenet Vaz. sup c.2.& Ari. est, alios nõ velle omniaquęme tu fiunt, esse inuolũtaria sm̃ quid, sed quę alio qui sunt ita incõmoda, & in suauia, vt nõ possint physice, vel moraliter fieri sine ad mixta quadã displicẽtia, & nolitione. I. saltẽ nõ fiũt sine illa. Explicatio sumitur ex Dam. sup. dicẽte, quædã spõtanei, & inspõtanei esse media, quę cũ insuauia & tristia sint, ob maius deuitãdũ malũ, suscipimus, vt ad vitandũ naufragiũ proijcimus, quæ in naui sunt, & ex Nysse. sup. dicẽte tũc actionẽ esse mixtãex volũtario, & inuoluntario, quãdo propter maioris mali timorẽ minus malũ quis eligit: eodẽ modo loquitur Aris. 3. eth. c.2. Albert. ibi. tract. 1. c. 3. & 4. & reliqui interpretes. Adde autẽ ꝙ licet ea quæ fiunt metu infernj, vel infamiæ, nõ semp habeãt admixtũ hũc actũ nõ abstinerẽ à furto, &c. nisi infernus, vel infamia immineret, tñ interdũ illũ habent admixtũ, interdũ vero habent admixtũ aliũ. s. nisi præceptũ mihi esset abstinere à furto, & nisi infernus, vel infamia immineret, nõ abstinerẽ, & tunc abstinere à furto est inuolũtariũ sm̃ quid: obseruare legẽ inuolũtarie per admixtionẽ primi actus peccatũ est: nõ vero per admixtionẽ secũdi, vel similis actus cõditionati, vt forte accidit Susannę quãdo. n. absolute voluit abstinere à libidine, potuit dicere nõ abstinerẽ alibidine nisi haberẽ præceptũ abstinendi alibidine, sed libidinẽ exercerẽ, si licita esset, ad quẽ actũ necessariũ erat placere ei libidinem simplici cõplacẽtia, nõ sm̃ se, sed sm̃ ꝙ poterat cõducere, & licite amari, & admitti, si præcepta nõ esset ꝓpter tuẽdã vitã, & sic abstinẽtia alibidine potuit etiã Susannæ aliqualiter displicere, & hęc simplex displicẽtia, ad q̃ etiã dolor sequitur, licet nõ sufficiat ad peccatũ, sufficit tñ, vt obseruatio legis sit inuoluntaria sm̃ quid, vt recte docet Vaz q. illo. c. 2. Ex his patet quomodo

41

metus dicatur causare inuoluntariũ, nõ. n. intelligitur sic, vt ꝙ ex metu fit inde quoq. habeat rõem inuolũtarij, nã ex metu, potius habet rõem volũtarij, sed qa cũ alioq. sit insuaue adiungitur metui displicẽtia quędã, quę opus reddit inuoluntariũ sm̃ quid, & hoc nõ solum est verũ in metu appetitus sensitiui, de quo solo falso aliq. putãt hic loquutũ D. Th. sed multo magis de metu voluntatis, si. n. Angelo, vel animæ separatæ, in quibus nõ est appetitus sensitiuus, Deus vel alius minet anihilationẽ, pœnã inferni, aut aliud malũ, nisi abstineat ab aliqua operatione sibi valde grata, aut cõmoda, insurget nolitio in efficax abstinẽdi a tali operatione, quæ abstinẽtiã ex metu ortam reddat inuoluntariã sm̃ quid. similiter in aĩa nr̃a metus voluntatis de damnis spiritualibus, vel in vniuersali cõceptis, causat inuoluntarium: etiã quãdo in appetitu sensitiuo nullus est metus, qa sane est impertinens, vt metu facta fint modo dicto inuoluntaria.

Sect.3. Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium.

CAiet. Conr. Med. Valen. & omnes iuniores hic ar.5. existimãt D. Th eo ar. inquirentẽ, an cõcupiscẽtia causet inuoluntarium nomine cõcupiscẽtiæ intelligere actum appetitus sensitiui, nomine autẽ voluntarij actum voluntatis, licet inter hos discrimẽ sit, nã quidã existimãt, nomine cõcupiscẽtię intellexisse D Th. omnẽ actum appetitus sensitiui, sed qa hæc acceptio valde impropria est, alij dixerunt, nomine cõcupiscẽtiæ intellexisse omnẽ motum appetitus cõcupiscibilis, vel irascibilis, q̃ sit boni quædã prosecutio: omnẽ enim talẽ motum cõcupiscẽtiã dici posse, docet D. Thom. q. 73 art. 6. ad. 2 Alij vero putant art. 6. interrogasse de metu appetitus sensitiui, an causaret inuoluntarium, hic vero interrogasse de omnibus alijs actibus appetitus sensitiui ne diminutus existimetur, eosq; cõprehẽdisse nomine cõcupiscentiæ. Alij vero putãt, nomine cõcupiscẽtię intellexisse specialẽ quendã actũ appetitus cõcupiscibilis, q̃ est desiderijũ, de quo actu agit D, Tho. q. 30. & 3. d. 26. q. 1. a. 3. inquiũt, nec, tñ ideo D. Tho. fuit diminutus, qa nõ egit de alijs actibus appetitus sensitiui, nã eadẽ est ratio de isto & de alijs, & quæ de isto dicuntur, facile alijs acõmodari possunt. ego q̃dẽ cũ Vaz. disp. 28. c. 1. existimo, hos nõ esse assecutos sensum D. Th. vt postea ostẽdã, modo autẽ in isto sensu disputabo, an cõcupiscentia ita causet voluntariũ, vt augeat voluntarium, ꝙ reperitur in actu voluntatis, ꝙ multi dicunt hoc loco sensisse D. Tho. pro huius autẽ quæstionis explicatione.

42

Suppono ex D. Tho. q. 24. ar. 3. ad 1. & q. 73. ar. 6. ad 2. & 77. a. 6. duplicem esse cõcupiscentiã, antecedẽtem scilicet & cõsequentem, Quibus addi post cõcomitãs, sed hęc, vel nulla est, vel nihil refert ad causandũ voluntariũ, vel inuolũtariũ, vt dicemus. Cõcupiscẽtia aũs est, quæ saltẽ natura antecedit actũ volũtatis

43

Suppositio.

& illum

& illũ causat eomodo quo D. Th.q.9.a.2. ait volũtatẽ moueri posse ab appetitu sensitiuo, scilicet per quãdã sympathiã, vel cõsensionẽ, quo etiã modo imaginatiuo causat actũ intellectus. Cõsequens autem est, quę procedit ex actu voluntatis terminato ad ipsam concupiscẽtiã vt ad obiectũ, quo pacto in Christo fuerunt quæ dicuntur propassiones, & homines studiosi excitãt in appetitu sensitiuo affectus iræ, timoris doloris, &c. vt late docet Arist.3. eth.c.8.& Aug.14.ciuit.c.9.

44 1.Opin.de quæstione intellectũ, in.1.sensu. 1. Argum. Hoc supposito de proposita q. sunt variæ sententiæ. 1. sentẽtia est nullã cõcupiscentiã augere voluntariũ, seu efficere quod actus volũtatis magis sit voluntarius, ita Cõr. & alij hic. Fũdamentũ est quia cõcupiscentia cõsequẽs nõ potest augere voluntariũ, cũ non sit causa actus voluntatis, sed potius effectus: similiter nec cõcomitãs; qa nec est causa, nec effectus, sed impertinenter se habet respectu actus voluntatis; ańs autem non solũ non auget, verũ etiã minuit volũtariũ, vt docet D. Tho q.77. a.6. vnde sumi potest ratio à signo, nã cõcupiscentia antecedẽs minnit peccatũ, vt ibi docet D. Th. & q.73.a.6. ergo diminuit voluntarium, nã cum peccatum in tãtũ sit peccatũ in quãtum voluntariũ non põt per passionem antecedentem minui, nisi imminuatur ipsum voluntarium, & hac ratione dici solet peccatum ex infirmitate, vel passione leuius esse.

2. Ratio à priori est, quia voluntarium oritur ex cognitione, & à principio intrinseco vtrumq. autem horum minuitur per cõcupiscentiã. ergo per eã minuitur voluntarium, minor quoad primã partem cõstat, quia passio ańs perturbat rationẽ, & corrrumpit æstimationem præcedentem, vt Arist.6.eth.c.5. & ipsa experientia satis docet, ergo minuit cognitionem necessariã ad voluntarium, sicut etiã ignorãtia hoc titulo minuit voluntariũ, vt a.8. ita etiã hæc passio. Quo ad secundã vero partẽ nota est minor, quia ipsa passio est extrinseca voluntati, & inducit illã ad consensum: ergo consensus, vt sic, est à principio extrinseco, & ex hoc capite minuit voluntarium.

Si obijcias D. Tho hic dicentem, cõcupiscentia magis causat voluntarium. R. ij D. Tho. nunq̃ dixisse concupiscentia augeri voluntarium, sed cõparatiue dixisse, magis causat voluntarium, quã inuoluntarium, scilicet quia illa inuoluntariũ nullo modo causat: voluntarium autem aliqualiter causat, quatenus iuuat & mouet voluntatem ad volendum: quãuis non augeat, sed potius minuat voluntariũ, quia minuit cognitionem, & libertatem, & stat minuere voluntarium, non augendo nec causando inuoluntarium.

45 2. Opi. Secunda opinio est concupiscentiã antecedẽtẽ minuere voluntariũ, quia non põt minuere liberum, quin minuat voluntarium, minuit autem liberũ: ergo. Item quia ita docet expresse D. Tho.q.79.ar.6. itẽ quia id est magis volũtariũ, quod minus est ab extrinseco, vnde is qui nec imperio, nec minis, nec precibus, sed sola voluntate, & iudicio proprio aliquid facit, dicitur magis sua sponte operari: qui autem ex passione, vel concupiscentia operatur minus ab intrinseco operatur, ergo minus voluntarie: item voluntarium ex cognitione procedit: passio minuit cognitionẽ. ergo & voluntarium. mi. prob. quia excæcare solet. Propter hæc arg. nãc sentẽtiã quę à præcedenti parũ differt, tenet Vaz. disp.28.c.2.

3. Opinio est concupiscentiã antecedentem, & consequentem augere voluntarium: Zumel. q.77.dub 1.Med. in hoc ar. addens concupiscentiam antecedentem minuere liberum, nõ explicat autẽ an etiã consequens liberum minuat. 4. Opi. ait quod concupiscentia antecedens auget voluntarium, & minuit liberũ cõsequens vero, auget voluntariũ, nec minuit liberum. Ab hac sentẽtia solum dissentio, quia existimo; concupiscentiam consequentẽ, qua parte ańs est, minuere liberum aliquomodo, quod forte nec prædicta opinio negaret. Pro explicatione supponendum est, voluntarium, & liberum maxime differre: nam voluntariũ est, qꝑ fit ab intrinseco cũ cognitione siue fiat cum indifferẽtia, siue nõ. Vnde intelligi põt, augeri posse vnum, & minui aliud, vt amor beatificus, & quidã alij actus voluntatis, & appetitus sensitiui sunt maxime volnntarij, & nullo modo liberi, sic ergo licet actus deliberati voluntatis in via sint voluntarij, & liberi, possunt esse parum liberi, & multum voluntarij, & econtra, & ita põt augeri ratio liberi, & non voluntarij, & econtra: maxime cũ libertas sit accidẽtalis, & extrinseca actui voluntatis, nã idẽ numero actus volũtatis, sine sui mutatione potest trãsire delibero in necessariũ, & econtra, vt docuimus disp.1. & docet Valen. hic punc.5. licet Zumel oppositũ sentiat. q.71.a.6.disp.2.suppositio.3. & con.2. & 3. eius demq. opinionis videatur Vaz. disp.23.c.4. & disp.28.c.2.n.7. Addit etiã Valentia, licet voluntarium esset genus ad liberum posse accidentaliter augeri vnũ, & minui aliud, vt idẽ cibus põt perficere operationem animæ vegetatiuæ, vel sensitiuæ, vt sic & non vt rationalis est: quod exemplũ merito impugnat Vaz. quia operationes animæ sunt diuersæ, ideo põt perfici vna nõ perfecta alia; at vero inuri eo actu tãtũ est vna ratio voluntarij cõtracta per libertatem, & ideo non videtur posse crescere rationem voluntarij diminuta ratione libeti. Melius exemplum est, quando minuitur album, vt sic per remissionem albedinis non tamen minuitur colora-

tum vt sic,sed tam coloratum manet subiectum sicut antea,quia quot gradus albedinis amittuntur,tot alterius coloris acquiruntur. Veritas tamen vt dixi est, voluntarium non esse genus ad voluntarium liberum,& non liberum, sed libertatem, & necessitatem esse differentias accidentales voluntarij, & sic posse augeri voluntarium, non aucta imo etiam diminuta ratione liberi,& similiter posse augeri liberum non aucta simpliciter, sed multo magis aliunde diminuta ratione voluntarij,habet enim ratio voluntarij magnam latitudinem ex diuersisque capitibus. vnde augeri potest ex vna parte, & minui ex alia sicut eadem domus potest augeri secundum latitudin,ē & minui secundum longitudinē, vel altitudinem.

1.Con. Hoc supposito dico.1. concupiscentia cōcomitans (quæ forte est quando in eodem signo naturæ operatur imagintio, & intellectus, quia tunc in eodem signo naturæ poterit operari voluntas & appetitus sensitiuus)vt est concomitans non auget nec minuit voluntarium nec liberum.Patet quia impertinēter se habet ad actum voluntatis: ergo nihil ei

2.Con. cōfert.l.aufert.Dic.2 cōcupiscētia cōsequēs, vt cōsequens nec auget,nec minuit voluntariū Est cōmunis nec, vt existimo, est contra 3. opinionē. Prob. quia hęc concupiscētia, vt sic est effectus procedens ab actu voluntatis, sed effectus,vt sic,nihil confert vel aufert causæ ergo,&c Vnde recte D Tho.q.24.ar.3.ad 1.& q.77.ar.6 docet,passionem consequentē, vt sic,esse signum maioris affectus innoluntate;nihil tamen efficere in ipsa:si autem passio orta ex actu remisso voluntatis illum intendat,aut faciliorē reddat,hoc nō præstat,vt cōsequēs,sed vt antecedēs cōtinuationē actus.

A7 Dico 3.cōcupiscentia antecedens minuit liberū in actu volūtatis;ita Valentia hic Azor.

3.Con. lib 1.c 17 q.2.& cōmunis D.Tho.q 73. ar. 6. & hoc etiam voluit.q 77.ar.6.& 7 dicens,minuere voluntarium.loquitur enim de voluntario,vt humanū,& liberum est,sicuti,& Aug. 3.de lib.arb.c.18 dicens,peccatum in tantum peccatū in quantū voluntariū, idem etiā probant rationes.1 & 2.sententię,quæ confirmantur. quia concupiscētia antecedens per quādā sympatiā trahit voluntatē,vt secū cōsentiat, ergo minuit eius indifferētiā ac proinde libertatē.Secundo id cōfirmāt. Valen.Medi. Zumel,& alii,quia hæc facit,vt obiectū cōcupitū appareat pulchrius, facilius, & suauius, propter quod .1. th.c.4. dicitur qualis vnusquisque,est talis sibi finis videtur, & si in tali obiecto aliquid est difficultatis,vel incōmodi, passio illud occultat seu facit, vt nō tā attēte cōsideretur.ideoq; dicitur corrūpere æstimationē prudētiæ,& tēpus in quo homo est affectus aliqua passione, nō est aptū ad consilium,nec ad ferēdū iudiciū de agēdis, vnde duplici titulo concupiscentia minuit libertatē. 1.quia minuit aduertentiā rationis.2. quia facit vt obiectū pulchrius & melius appareat. Exultimo tamen cōcupiscentia nō tā minui liberū,faciendo,vt obiectū pulchrius appareat,vel minuēdo aduertentiā ad incōmoda, & difficultates ipsius,quā per sympathiā,imo illi modi priores difficile intelliguntur, vel raro eueniunt,cū enim homo sup. cōcupiscētiā nō reflectitur,nō potest ei pulchrius apparere obiectū,eo q cōcupiscētiæ sit cōsentaneū, imo etiā si reflexionē faciat raro à sapiente obiectū cēsetur melius,quia cōsonet cū cōcupiscētia,sed quia cōsonat cū natura, vt per se maius bonū ipsius,vel vt magis cōducēs ad eius bonū. Verū,quia homines appetunt suas actiones iustificare,cū quid appetunt, vel faciūt,solent rationes quęrere,quibus id melius appareat,& cogitationē auertere à rationibus,quibus appareat minus bonū,ideo dicitur qualisquisq. est talis sibi finis videtur, sed de hoc q.9.ar.2.q.77.a.1.vbi D.Tho. tractat quomodo appetitus sensitiuus mouet volūtatem.3.Cōfirmamus cō.nā peccata quæ ex ira vel cupiditate fiūt, leuiora ab omnibus iudicātur,& ideo magis digna venia, & minus digna supplicio,eoq; sint minus libera & similiter vota,& iuramēta, quæ sic fiunt, facilius cōmutātur,dispēsatur,irritātur,vel relaxātur: ergo illi affectus minuūt libertatē.Si obijcias

48 Obiect. cōcupiscētia aūs minuit libertatē:ergo similiter cōsequens,qua ratione est aūs;scilicet respectu cōtinuationis actus,minuet eius libertatē.Negāt aliqui cōsequentiā, quia vt suppositio omnino prędeterminans quę pendet à mea libertatē nō tollit, nec minuit libertatē effectus,ita necmaior inclinatio pēdēs à mea libertate minuet libertatē effectus,cōcupiscētia autē cōsequēs pēdet à mea libertate,ideo nō minuet libertatē in continuatione actus.

Solutio quorundē. Ego autē admitto illud cons,quia idem præstat cōcupiscentia cons in ordine ad cōtinuationē actus respectu cuius est aūs,quod præstat aūs respectu inceptionis actus, ergo sicut hęc reddit mīnus liberā inceptionē,ita illa cōtinuationē.Quodvero aduersarij dicunt,suppositionē pēdentē à libertate,nec tollere, nec minuerelibertatē effectus,falsum est:nā si suppositiosit omninoprędeterminās aliquē actū, ille nullo modo erit liber in se ipso,sed in causa:vnde cū eligo mediū. quod video necessariū omnino ad finē præintentū, talis electio nullo modo est libera in se,sed in intētione finis,si autē tale mediū non iudicaretur euidēter necessarium,electio esset in se libera.

Vera Solutio. Dico.4.cōcupiscentia antecedēs auget voluntarium. Anton.1.par.tit.4 cap.3.§.4. Viguer

magis voluntarius. Ad testimo. D. Thomæ, quer. cap. 3. §. 5. versi. 6. Nauarr. præludio. 6. n° 7. Sayr. tom. 1. lib. 2. capit. 2. n. 13. Valen. & cõmunis hic ar. 7. vbi idem videtur docere D. Thom. dicens quod concupiscentia magis causat voluntarium, quam inuoluntarium, & significans non facere inuoluntarium: Cum enim non se habeat impertinenter, aut omnino accidentarie, & comitanter ad voluntarium, & inuoluntarium, si, vt videtur sentire D. Thomas non causat inuoluntarium, causabit profecto, seu augebit voluntarium. Quod autem ex mente D. Thomę hic concupiscentia nõ causet inuoluntarium, ex eo colligitur, quod si aliquomodo illud causaret, D. Thomas id asseruisset, sicut ar. seq. inquirens, an ignorantia causaret inuoluntarium, de ignorantia antecedenti id affirmauit.

Et ratione prob. 1. quia hæc concupiscẽtia inclinat voluntatem per sympathiam, vt diximus: ergo in causa est, vt actus eius sit intensior, & facilior, ac proinde magis voluntarius. Vnde experientia constat, cæteris paribus, cum qui habet concupiscentiã, facilius, & intensius, voluntate appetere obiectum, & cum qui maiorem habet concupiscentiã magis, & facilius appetere, & idem indicat Script. Eccles. 18. post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auerrere, Rom. 6. non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius, & Iacobi. 1. vnus quisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Confir. 1. nam motus lapidis ex maiori impetu procedens, velocior est: ergo similiter actus voluntatis, qui procedit ex impetu proprio voluntatis, & ex impulsu concupiscentiæ, intensior erit, quam qui ex solo impetu proprio voluntatis procedit. Confir. 2. quia voluntarium est, quod est ab intrinseco cum cognitione: concupiscentia autẽ antecedens præstat, vt actus voluntatis sit magis ab intrinseco, & cum maiori cognitione: ergo vt sit magis volũtarius. Minor patet, quia concupiscentia est intrinseca homini, ergo actus qui ex illa, & ex voluntate procedit, magis est ab intrinseco, quam si à sola voluntate procederet. Quod vero actus fiat cum maiori cognitione probatur, quia ipsa concupiscentia facit, vt obiectum appareat melius. 3. eth. cap. 4. qualis vnus quisque est, talis ei finis esse videtur. Conf. 3. quia quo intentio est magis voluntaria, eo electio est magis voluntaria, nam intentio electionis tunc est maior, & media attentius considerantur. & meliora apparent: sed hęc omnia præstat concupiscentia respectu actus voluntatis: ergo quando ex concupiscentia procedit est magis voluntarius, si cætera sint paria, sicuti etiam actus qui ex habitu procedit, propter easdem rationes est & ad primam rationem ex eo sumptam pro prima sententia R. probare, concupiscentia minui voluntarium secundum aliquam perfectionem extrinsecã, quæ est libertas, à qua, & dicitur voluntarium perfectum, cum quo stat non minui sed augeri voluntarium secundum propriam rationem voluntarij, nimirum vt est aliquid secundum substantiam suam procedens ab intrinseco cum cognitione.

Vnde etiam concedendum est, propter diminntionem libertatis minui quoque peccatum, vt docet August. lib. 4. ciuitat. capit. 12. & D. Thom. locis citatis. Neque obstat 50
quod D. Thom. in hoc articulo de voluntario perfecto loquatur, vt patet ex solutione. 3. arg. vbi ait: Si concupiscentia totaliter cognitionem auferret, sicut contingit in illis, qui propter concupiscentiam fiunt amentes, concupiscentia voluntarium tolleret; nec tamen proprie ibi esset inuoluntarium, quia in ijs qui vsum rationis non habent, nec voluntarium est, nec inuoluntarium. Nam etiam voluntarium perfectum, quatenus secundum substantiam suam, & modum intrinsecum est à voluntate, fit propter concupiscentiam magis voluntarium, eo quod maiorem habet intensionem, & facilius fit, & cum maiori cognitione bonitatis obiecti, & à pluribus principijs intrinsecis ipsi homini, licet non voluntati. Nam respectu voluntatis non dubium quin concupiscentia sit extrinseca, vt docet D. Thom. quæstione. 77. articulo. 6. & ideo minuit voluntarium, vt liberum est. Tamen cognitio, quæ voluntati extrinseca est, est intrinseca homini ideo voluntariũ auget, nec referre videtur, quod cognitio intellectiua, ex solo ipso intellectu, aut aliunde nascatur, quare si concupiscentia solum atrahit voluntatem, vt multi sentiunt, ex parte obiecti, augendo eius cognitionem, non videtur negandum, quin aliquo modo augeat voluntarium, & hoc potissime facit, quando mentem ex cæcat faciens obiectum apparere melius, quã sit, & occultans eius defectus, tunc enim maiori impetu fertur volũtas in ipsum obiectũ, sicut enim magis inuoluntariũ est, ꝙ magis est cõtra internũ impetũ, ita magis volũtariũ, quod magis fit ex interno impetu, & ideo quo intẽtio finis est magis volũtaria, & vehemens, eo electio medij est magis volũtaria, licet reuera sit minus libera, præsertim quando abscõdit moralẽ malitiam, aut alias difficultates medij. Nec refert, vt dixi, quod intentio sit intrinseca voluntati, concupiscentia vero extrinseca: satis enim est ad augendũ volũtariũ, si sit intrinseca homini, præsertim si ad maiorẽ, licet nõ veriorẽ bonitatis obiecti persuasionẽ cõducat, vt solet, atq; propter casdẽ rões habitus acquisiti, & infusi & gratia

excitans augent voluntariũ, licet minuant liberum. Ad.2. rationem. R. concupiscentia non minui cognitionẽ per se, sed per accidens,sæpe enim,vel naturaliter,vel ex imperio voluntatis, aduenientе concupiscentia, eadem prorsus,vel etiam plura considerantur,quam antea,ex quibus obiectum melius appareat, ac proinde intensior, & facilior sit motus voluntatis: idemque contingit si minuatur consideratio eorum,quæ faciunt obiectum apparere minus bonum l.minus facile. Quod si interdum passio appetitus alterando corpus efficiat, vt minus considerentur,quæ faciunt,obiectum apparere melius, & ideo actus voluntatis difficilior, vel remissior reddatur,id non prouenit per se ex concupiscentia,sed per se ex illa corporis alteratione,& per accidens ex concupiscentia. Quãdo vero ait D. Tho.a,7.ad. 3. quod etiam si concupiscentia auferat considerationem in particulari agibili, non tollit voluntarium, si ipsa concupiscentia sit voluntaria, procul dubio loquitur de voluntario libero, & patet ex ratione, quam assignat: quia tunc sicut concupiscentia est voluntaria,ideſt libera, eo quod potuit ei resistere voluntas,ita, & consideratio, ac proinde actus ex inconsideratione procedens. Et similiter quod ibi ait, concupiscentiam,quæ omnino tollit vsum rationis,vt in illis, qui ex passione redduntur amentes,tollere etiam voluntarium: constat intelligi de voluntario libero vt sic, in amentibus enim voluntarium manet, licet non liberum. Si dicas ignorantia, & inconsideratio rationum quibus aliquis moueretur ad ommittendum actum, causant involuntarium in actu,vt articulo.8.dicetur, sed communiter ex passione sequitur alia talis inconsideratio. ergo ea ratione passio communiter causat aliquo modo inuoluntarium,& minuit voluntarium. Respondẽt Viguer.Medi.& Zumel supra, admittendo aliqua ratione minuere voluntarium; aliunde tamen,inquiunt, magis auget, vnde simpliciter auget: sed melius. R. illa inconsideratione causari inuoluntarium, & minui voluntarium virtuale, & interpretatiuũ, formale autem potius augeri: quia quo minus considerantur, quæ ab actu retrahere possunt,facilior,& intensior erit actus. Ad id autem quod in secunda ratione addebatur de principio extrinseco. Respondẽt etiam Medina, & Zumel, licet concupiscentia, vt est extrinseca voluntati minuat voluntarium in actu ipsius, tamen aliunde magis auget. Sed melius R. quod esse ab extrinseco non tollit,nec minuit voluntarium, sed potius auget, quando præstat, vt voluntas maiorem vim,& inclinationem habeat ad actum, vt præstat concupiscentia, tum per sympathiã, tum quia efficit,vt magis considerentur cõmoditates obiecti,minus vero incommoditates. Vel respondetur, non minui voluntarium ex eo quod motus sit ab extrinseco,respectu voluntatis, dummodo sit ab intrinseco,respectu ipsius hominis.

52 Secundus sensus quæstionis.

Hactenus disputauimus quęstionem an concupiscentia causet involuntarium?in sensu illo,an concupiscentia appetitus sensitiui tollat,vel minuat voluntarium in actu elicito voluntatis: nunc autem disputabo in sensu, quem existimo D. Thomæ. Vnde suppono in primis,nomine concupiscentiæ D.Tho. intelligere solum actum appetitus sensitiui,qui stricte dicitur concupiscentia. Hoc docuit Medina ar.7.in principio, sed in fine sibi contradicens,ait D.Tho loqui etiam de concupiscentia voluntatis. Quod merito alij reiciunt,quia D.Tho.in corpore ait,concupiscẽtiam non causare inuoluntarium, sed magis voluntarium,quia inclinat voluntatem, & ad 3. quod aliquando concupiscentia totaliter tollit vsum rationis, aliquando vero tantum in particulari agibili. Hæc autem soli concupiscentiæ sensitiuæ conueniunt: ergo. Præterea D.Tho.imitari studet Aris.3.eth.c. 1.Nyss.5.Philosophiæ.c.1.& 3.Damas.2.fidei. c.24.qui de cõcupiscencia sensitiua plane loquuntur,ergo.

53

Suppono.2.quod licet D.Tho.ad.3.nomine voluntarij liberum intelligat,in reliquo tamen voluntariũ sumit, vt abstrahit à libero; itẽ loqui de volũtario vt cõprehendit actum externũ,alias enim cõfuse,& ęquiuoce loqueretur.cũ in tota hac quęstione nomine,voluntarij actum quoq; externũ cõprehenderit,vt ergo ar.6.quærit,vtrũ metus causet inuolũtariũ,& ar.8.vtrũ ignorãtia,sensusq; eius est, an quæ metu,& ignorantia fiunt, sint volũtaria, ita ar.7.quęrit,an concupiscentia causet in voluntariũ in eo sensu,an quæ ex concupiscentia fiunt,sint involuntaria.In quo sensu quæstionẽ disputant Nyssen.Damasc.& Aris.sup. Albert.3.eth.tract.1.c.7.Iauel.tract.1.c.1.nu. 8.Eustra.Faber. Donat.& alij interpretes Aristo.Naua.prælud.6.n.8.Anto. & Viguer. supra,sed præsertim Vaz.dis.28.c.4.Azor lib.1. c.17.q.1.& 2.& omnes docent,quę metu fiũt, esse involũtaria sĩ quid, non tamẽ quæ fiũt ex concupiscentia,idem dicunt Aris.& alij de ijs,quæ fiunt ex ira. Probat.1. Aris. Alioqui bruta,& pueri qui ex cupiditate,& ira agunt, non sponte agerent.Secundo,quia sic omnia tam mala,quam bona,quę ex ira, & cupiditate facimus,inuiti faceremus, eadem enim est ratio de bonis,& malis cõsequens est falsum: ergo.Tertio,quia absurdum est dicere inuita esse,quæ oportet appetere oportet autẽ ob aliqua

liqua iraſci, & aliqua cupere: ergo, quæ fiũt ex ira. l. cõcupiſcentia, non ſunt inuita. Quarto, quia multa quæ fiunt ſine paſsione, ſunt voluntaria, ergo. & quæ cum paſsione, nulla enim eſt ratio diſcriminis, cum etiam ira & concupiſcentia ſint humani affectus; & ita actio quæ ab illis procedit, ſit ab intrinſeco, ac proinde voluntaria.

5. Quia quæ inuiti facimus, cũ triſtitia facimus, ſed hæc nõ facimus cũ triſtitia, ergo nec inuiti. Quibus rationibus D. Thom. Viguer. Anton & alij ſextam addunt, quia ſecluſa concupiſcentia, talia eſſent voluntaria, ſed concupiſcentia potius cauſat volũtariũ, quã inuolũtarium, quia inclinat ipſam voluntatem, & præciſe ratione concupiſcentiæ actio externa eſſet voluntaria, ergo.

Dices, metus cauſat inuoluntarium, ergo
54 & concupiſcentia. D. Thom. a. 7. ad. 1. & Antoninus ſupra negant conſequẽtiam, quia timor eſt de malo, concupiſcentia vero de bono. Sed hoc diſcrimen licet ſit conueniens, vt res quę timetur, dicat inuoluntaria, quæ vero concupiſcitur voluntaria: nihil tamen refert, vt quod ex metu fit, ſit inuoluntarium, non vero quod ex concupiſcẽtia, ſicut enim quod metu fit, eſt ſimpliciter voluntarium ratione metus; aliunde autem eſt innoluntarium ſecundum quid, quia cum alioqui ſit in ſuaue, fit cum quadam diſplicentia, ita quod fit ex concupiſcentia, quamuis ex ea ſit voluntarium ſimpliciter, tamen aliunde poteſt eſſe inuoluntarium ſecundũ quid, ſcilicet ſi ex vna parte ſuaue ſit, ex alio vero inſuaue, vt cum ex concupiſcentia maioris boni minus bonum deſerimus.

Conf. 1. nã qui ex concupiſcẽtia fornicatur dolere ſimul ſolet, quia virtutẽ deſerit, facultates conſumit, honoris & ſalutis periculũ ſubit: pro quo eſt. Paul. Rom. 7. non quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio. & Galat. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non quæcunque vultis, illa faciatis quibus locis: Paul. ſignificat, concupiſcentia fieri, vt quis peccet contra abſolutam voluntatem non peccandi præcedentem, conditionatam vero præſentem: ergo ratione huius peccatum quod ex concupiſcentia cõmittitur, eſt inuoluntarium ſecundum quid, ſimiliter cum ex concupiſcentia honoris, voluptatis, vel diuitiarum homo ſuſcipit vitæ periculum, vel occidit parentes vel amicos, certe id facit cũ aliqua repugnantia, ergo quod fit ex concupiſcentia, eſt inuoluntarium ſecundum quid.

Confir. 2. quia quod fit metu mali, ſit concupiſcentia boni oppoſiti: ſed quod ſit metu mali, eſt inuoluntarium ſecundum quid ergo & quod fit concupiſcentia boni oppoſiti, & ita non ſolum metus, ſed etiam concupiſcentia cauſat inuoluntarium ſecundum quid.

Ad obiect. cum ſuis confir. Reſp. 1. ſicut
55 ſectione 2. docuimus D. Tho. Ariſt. & alios
1. ſolut. dicentes, quæ metu fiunt eſſe inuoluntaria ſecundum quid, non loqui vniuerſaliter, ſed quando ea quę metu fiũt, ſuut alioqui triſtia & inſuauia: ita cum dicunt, quæ excõcupiſcentia fiunt, non eſſe inuoluntaria ſecundum quid, non loquuntur vniuerſaliter; ſed quando ea non ſunt alioqui inſuauia & triſtia, vt ſæpiſsime contingit, ſeu quando ſecluſa ipſa concupiſcentia ſenſitiua nõ eſſent inuoluntaria ſecundum quid, intendunt enim ex concupiſcentia nullo modo reddi inuoluntaria, ſed potius voluntaria, licet aliunde poſsit contingere eſſe inuoluntaria ſecundum quid, vt obiectio facta liquido oſtendit. 2. Reſp. Vazq. illo. c. 4. diſcrimen eſſe inter ea quæ fiunt ex concupiſcentia vel ira, & ea quæ fiunt ex metu. Nam quando quis ex metu operatur, operatur ex appetitu fugiendi malum, quod vt fugiat, eligat minus malum, & nihil delectabile intendit, vnde triſtitiam, quæ eſt in electione minoris mali, pellere poſsit, & ideo electio manet mixta cũ dolore & diſplicentia ad proinde inuoluntaria ſecundum quid, at vero quando operamur ex ira. l. concupiſcentia, ipſam vindictam, vel aliquid aliud delectabile intendimus, quod lenit, aut etiam pellit omnino triſtitiam de malo culpæ vel pœnæ. l. naturali quod aſſumimus, vt medium ad conſecutionem rei delectabilis, & ideo in illa electione non miſcetur diſplicentia, quæ eam reddat inuoluntariam ſecundum quid. Hæc ſolutio non caret difficultate, licet ſubtilis videatur, quia fuga magni mali bonum magnum eſt, & ideo delectationem inducit, tamen adhuc, quæ metu fiunt, manent inuoluntaria, quia aliunde miſcetur diſplicentia & triſtitia de medio, quod ſecundum ſe eſt moleſtum & inſuaue, ergo idem continget quando quę ex cõcupiſcẽtia vel ira fiunt, triſtia & inſuauia vſque adeo ſunt, vt delectatio orta ex vtilitate eorum in ordine ad finem, non pellat neque ad modum leniat triſtitiã, quæ oriri poteſt ex eorum inſuauitate, & ita experientia ipſa teſtatur in illis qui conſcientia fortiter verberante peccant, & in ijs qui propter libidinẽ, honorẽ, famã & facultates ſuas conſumi aduertunt; & in aliis ſimilibus. Prior ergo ſolutio retinenda eſt, iuxta quam facile explicantur Plotinus alijque Platonici & Cyrenaici Philoſophi, qui dixerunt, quę ex ira & cupiditate facimus, inuoluntaria eſſe, & ipſe Plato, qui dixit, honeſta & bona ſponte, turpia & mala inuiti facimus, intelligunt enim quæ ex ira & concupiſcentia facimus eſſe inuoluntaria ſecundum quid, non per

ſe ſed

se,sed per accidens,vt quando contingit esse mala vel insuauia, nec mirum cum vitium & peccatum sit contra naturam,idest naturalē inclinationem,vt docet Aug.3.de li.arb. c.13.& D.Tho.q.71.art.2.cæterq. Theologi.

56 Difficul. Decisio. Ex his resoluitur alia difficultas, an habitus augeat voluntarium, & minuat liberum. Resp. cum Medin. Vazq. & alijs communiter,augere voluntarium, quia effieit vt voluntas promptius & intensius operetur. Addit autē Medi. habitu malo minui libertatē. Si actus quo fuit genitus,per pœnitentiā fuerit retractatus, ac proinde tunc ex parte hominem a peccato excusari, sed si actus ille non fuerit per pœnitentiam retractatus, ait habitu non minui libertatē nec hominem ex parte a culpa excusari:de habitu verò studioso docet, minuere libertatem ad malū, sed non minuere libertatem simpliciter, quia libertas ad malum non est simpliciter libertas,sed imperfectio libertatis.Ego autē dico, siue actus,quo habitus vitiosus fuit genitus, fuerit retractatus per pœnitentiā sufficientē ad gratiā,siue per insufficientē,siue per nullā eohabitu minui libertatē sequētis actus;quia minuitur indifferētia volūtatis ad illū, & eo habitu volūtas magis est determinata ad actū, quā antea, sicut totaliter tolleretur libertas,si habitu,vel alia forma totaliter determinaretur volūtas,& similiter habitus studiosus minuit libertatem boni actus sequentis,quia minuit indifferentiam voluntatis ad illum, vnde patet quod sicut actus voluntatis procedens a concupiscentia cæteris paribus est minus malus, & demeritorius, quia minus liber, ita procedens à malo habitu, & similiter procedens à bono, cæteris paribus, est minus bonus, & meritorius, nec propterea nocebit habere bonos habitus, vel carere malis, quia voluntas habitu affecta plures,& intensius, facilius,& permanentius operatur: quo abunde,& comulate compensantur diminutio libertatis Quæ dicta sunt de habitu, intelligenda de quibuscunq; naturalibus, vel supernaturalibus inclinantibus potentiam ad actum: hæc enim voluntarium augent,liberum autem minuunt. Sed de hoc latius in materia de peccatis.

A. 8. Vtrum ignorantia causet inuoluntarium?

DISPVTATIO QVARTA
DE INVOLVNTARIO
ex ignorantia & in consideratione.

DE ignorantia,vt in se est peccatum agitur in materia de fide.q.2.& & in materia de confessione & in alijs,in quibus inquiritur quidquisque fidelis, quid confessarius, quid alij scire teneantur, de ea vero,v est causa peccati in materia de peccatis. q. 76. nunc vero de illa agitur vt inuoluntarium causet: quæ disputatio est aliarum fundamentum.

Sect.1. Quotuplex est ignorantia.

1 DE diuisionibus ignorantiæ & alijs,quę ad ipsam pertinent Almai. 1. mor. ca. 4. Angest. c. 6. tex. 7. Castro.2. de lege pœnali. c. 14. Cordob. lib. 2 q. 1. Driedo de libertate Christiana. c. 9. Adrianus quodlib 4. q. 1. ad. 2. Gab. 2. d. 22. q. 2. art 1. Scot. Dur. Bon. Rich. Aegid. & alij eadem d. vbi D. Tho q. 2. & de malo. q. 3. art. 6. 7. &. 8. & infra. q. 76. vbi. Zumel. in principio Val. hic puncto 6. Vazq. disp. 29. c. 1. Azor. lib. 1. c. 12. & sequentibus, Altisiod. 2.summæ tract 29.c. 1. Alens. 2. p. q. 112. summistæ verbo ignorantia. Iurisp in C. & ff. tit. de iuris & facti ignorantia & super reg. iuris in.6.ignorātia facti non iuris excusat Gratianus 1.q. 4. §.notandum glosf. in summa. 39. d. Sed diuisio quæ hic ponitur a D. Tho. & propria est huius loci explicatione indiget, vt autem intelligatur exponendum est, respectu cuius ignorantia dicatur antecedens, consequens vel concomitans 1. Diuisio.

mitans & quo sensu. Ratio difficultatis circa priorē partē est, quia vel fit cōparatio ad actum voluntatis, seu effectum, qui ab ignorante fit, vel ad voluntatem formalem, vel interpretatiuam, directam, vel indirectam ignorandi, non enim videtur aliud superesse ad quod comparatio fiat, quantum pertinet ad præsentem materiam moralem. Si ad 1. fiat comparatio, ignorantia consequens impertinens est, quid enim refert ad actum vel effectum, voluntarium vel inuoluntarium ignorantia, quæ postea aduenit, si vero comparatio fiat ad voluntatem ignorandi, omnis ignorantia, quæ antecedit talem voluntatem, dicetur antecedens, quæ vero sequitur, dicetur consequens, quæ concomitatur, concomitans, quare vbi nulla est, nec fuit, nec erit ignorantia voluntaria, nulla erit ignorantia antecedens, consequens vel concomitans, & sic multa fient ab ignorante, quæ non fient aliqua ignorantia ex illis tribus; sic etiam non omnis ignorantia antecedens redderet actum inuoluntarium, nec omnis consequens redderet actum voluntarium; sic etiam omnis ignorantia concomitans erit consequens, quia ignorantia quæ est cum voluntate ignorandi, est effectus talis voluntatis. Hæc autem sunt absurda, ergo.

2 Ratio autem difficultatis circa posteriorem partem de modo antecessionis est, quia vel sermo est de antecessione secundum durationem, vel secundū causalitatē; non primū quia vt actus sit voluntarius, vel inuoluntarius, nihil referre videtur antecessio durationis, si enim ignorātia nō sit simul duratione, simul erit scientia, ergo actus non erit cum ignorantia, nec ex ignorantia, sed scienter elicitus. Præterea transacto actu si aduenit ignorantia, non reddet actum voluntarium, vel inuoluntarium, quia hoc pendere non potest ex futura ignorantia, & si solum ante actum fuisset ignorantia, non redderet actū voluntarium nec inuoluntarium, quia hoc a præsenti scientia, vel ignorantia non à præterita pendet, ergo quod attinet ad presentem disputationē omnis ignorantia debet esse concomitans. Si autem sermo sit de antecessione secundum causalitatem, & ordinem naturæ, excludenda est ignorantia consequens. Quod si dicas esse consequentem respectu voluntatis ignorandi, iam non respectu eiusdē dicetur ignorantia antecedens, consequens & concomitans, & ita diuisio non erit recte tradita maxime quia sic membra aliqua coincideret, nam ignorantia consequens voluntatem ignorandi, aliquando est antecedens respectu actus, quia est causa ipsius, aliquando vero concomitans, quia non est causa. Propter hæc dico, illam diuisionem trimembrem non dari per tria membra opposita, atque adeo non esse omnino exactam, sed melius loco illus duas diuisiones bimembres fieri, vt docet Val. & alij hic. 1. est ignorantię in eam, quæ est causa actus, & in eam, quæ non est causa. 1. dicitur ignorantia antecedens. 2. concomitans. Diuisio hęc traditur ab Arist 3. eth. c. 1. Nyssen. 5. philosophiæ, c. 2. D. Tho. q 76. art. 1. nam vt recte probat Vazq. disp. 29. c. 1. Arist. & Nyssen. ignorantiam consequentem non attigerunt, sicut & Damas. ignorantiæ concomitantis non meminit. 2. fidei. c. 24. meminit tamen consequentis, cum dixit, per ignorantiam vero inspontaneum est, quando ignorantię causam non præbuerimus, sed sic euenit. Nam si quis ebrius homicidium admittit, ignorans quidem homicidium admittit. at non inspontanee, causam enim suæ ignorantiæ ebrietatem ipse ministrauit, est autem aduertendum, ignorantiam non posse esse per se causam actionis, nam quod non est formaliter cognitum, non potest esse formaliter volitum, vnde non potest esse voluntarium obiectiue, directe & in se ipso, sæpe autem ignorantia est causa actus, qui cum ea fit, vt remouens prohibens, quia scilicet tollit scientiam, quæ si adesset, non fieret actus vt explicat D Tho. de malo. q. 3. art. 8. & tunc ignorantia dicitur causa actus & antecedens, scilicet ordine naturæ & causalitatis, quā do vero, si adesset scientia, non esset impeditura actum, sed fortasse adiuuatura dicitur ignorantia concomitans, quia non est causa actus, neque illum impedit, vt si occido inimicum putans esse feram, quem tamen libētius occidissem, si scirem esse inimicum, & hęc quamuis non reddat actum inuoluntarium contrarie, tamen illum reddit inuolunrarium moraliter quantum ad illam circumstantiā ignoratam, puta homicidij, quia malitia obiecti non imputatur sic ignoranti illam.

3 2. Diuisio ignorantię est inuoluntariā & inuolūtariā cōsequentem: & nō cōsequentē, quæ diuisio ponitur ab Arist Nysse. & Damas. sup. voluntaria seu cōsequēs est, quæ consequitur electionem seu voluntatem ignorandi formalem, vel interpretatiuam, directam, vel indirectam: non voluntaria autem seu non cō. sequens est, quę non consequitur talem voluntatem ignorandi, & quidem voluntaria, seu consequens, aliquando est causa actus ignoranter facti & tunc etiam dicitur antecedens, aliquando vero non & tunc dicitur concomitans, & similiter ignorantia non voluntaria, seu non consequens, aliquando est causa actus, & tunc etiam dicitur antecedens aliquando vero non est causa & tunc dicitur

4 2. Disto.

etiam

etiam concomitans. Porro ignorantia directe voluntaria est illa quæ vocatur affectata: vnde Iob.21 scientiam viarum suarum nolumus & psal. 36. noluit intelligere, vt bene ageret, indirecte autem volita vocatur non affectata de his lege quæ habes in 4. diuisione.

5 3. Diuisio. 3. Diuisio ignorantiæ est in ignorātiā culpabilem,& inculpabilem,culpabilis est ignorantia voluntaria & libera eorū quę scire tenemur & possumus:duobus autē modis cōtingit hominem teneri ad aliquid sciendū 1.absolute & per se seu propter se,quo pacto tenemur scire aliquas veritates fidei vt.2. 2 q. 2.& sic ignorantia est formaliter & per se peccatum. 2. tenemur aliquid scire, ex hypothesi vel in ordine ad actionem si operari volumus, & alioqui actio erit mala, vt qui proiecit sagittam in agro,non tenetur per se scire,vel inquirere, an ibi lateat homo, vel an soleat illac frequenter trāsire: supposito tamen quod velit ibi sagittā mittere,tenetur hoc scire, quod si voluntarie emittat, ignorantia erit culpabilis , non quia per se sit peccatum & culpa seorsum ab operatione & voluntate operandi, sed quia est circunstantia,quæ actum reddit culpabilem & quæ ipsa est culpabilis quasi virtute, & causaliter, vnde etiam intelligitur, aliud esse quod ignorantia sit culpabilis, aliud vero quod per culpam sit contracta:in quo multi decipiuntur ; omnis enim ignorantia , quæ ex peccato actuali: vel originali oritur, est per culpam contracta,tamen non omnis talis est culpabilis , vt si homo non ponat obicem per sua peccata illuminabitur a Deo, demus, ergo aliquem ponere ob cem illuminationi, illa ignorantia ex peccato oritur, tamen non est culpabilis, cum nec sit voluntaria directe eo quod nunquam homo voluit talem ignorantiam; nec indirecte cum ea nunquam homini venerit in mentem , & licet veniisset, tamen non tenebatur peccata illa relinquere vt ignorantiam exeuteret,sed alijs rationibus,nec sciebat ea peccata esse impedimenta ad illuminationem.

6 4. Diuisio. 4. Diuisio est ignorantiæ consequentis seu voluntariæ in affectatam & negligentem, quæ diuisio in ignorantia inculpabili etiam locum habet; sed præcipue in culpabili. 1. importat actum voluntatis & dicitur voluntaria directe 2. non & ideo dicitur voluntaria indirecte de qua. Aug. 3. lib de lib. arb.c.19. non tibi imputatur, si inuitus ignorare neglexeris:vtraque autem subdiuiditur in voluntariam in se & in alio & voluntaria quidē in alio,etiā si importet actū, dicitur à multis voluntaria indirecte;quia non est in se volita.Dices si ignorantia est voluntaria præsertim directe & in se , ergo debet esse cognita hoc autem repugnat, nam eo ipso quod quis scit se ignorare non ignorat;vt hoc ipso quod scit se errare,non errat.

Respondetur.bene potest aliquis scire , se ignorare negatiue, scilicet sciendo, se non cognoscere euidenter, nec probabiliter,quo pacto se res habeat, maxime si videat, se non præstare diligentiam necessariam ad habendam talem cognitionem.repugnat autem aliquem scire , se ignorare positiue, seu habere assensum falsum. Nec quælibet ignorantia procedens ex voluntate non faciendi diligentiam , quæ re ipsa sit requisita ad sciendū, est affectata,sed ea quę procedit ex voluntate per se & seorsum culpabili nō faciēdi diligentiam, vnde si quis ignoret aliquid , quia voluit non facere diligentiam , quam tenebatur quidem facere , sed hanc obligationem faciendi diligentiam ignorat, ignorantia erit indirecte voluntaria,talis q.homo nō dicetur peccare ex ignorantia affectata: quia affectus, ex quo proxime orta est illa ignorantia,non est per se culpabilis,sed tantum ignorantia illa,ex qua talis affectus processit, nempe ignorantia obligationis faciendi diligentiam.Hinc contra Cordub. existimo ignorantiam Pauli ante conuersionem , & alias similes, quas in eo genere ponit , non esse proprie & simpliciter affectatas , imo proprie illa tantum dicitur affectata , qnæ per se terminat actum voluntatis.ita vt homo dicat se velle non scire hoc vel illud , &c. Forte etiam ignorantia ex negligentia non solum dicitur quæ est voluntaria indirecte & sine vllo actu , sed etiam quæ est cum actu non terminato ad ipsam ignorantiam , sed ad eius causas vt ad non faciendum hanc vel illam diligentiam,ex cuius omissione sequitur ignorantia , & siue ista omissio diligentiæ sit voluntaria directe siue indirecte,habet gradus , quę enim oritur ex magna desidia, negligentia & pigritia, dicitur crassa & supina,quia homines crassi , & pingues, desides & pigriesse solent & qui supini iacent & dormiunt,nihil curare videntur:alia vero non :& vterque gradus oriri solet ex nimia solicitudine rerum temporalium , & culpabilis est,si sit eorum quæ iudicat se debere scire vel dubitat an scire teneatur & scire non curat.

5. Diuisio ignorantię est inuincibilem & non vincibilem .quæ voces dupliciter sumi possunt. 1. vt dicant potentiam , vel impotentiam physicam expellendi ignorantiam vt amentes & alij nullo modo possunt aliquas ignorantias expellere, vt de contingentibus quæ loco aut tempore a nobis distant, &c. Tales ignorantiæ sunt dicto modo in- 7 5. Diuisio.

do inuincibils, vincibilis autem est, quæ dicto modo vinci potest & non omnis talis erit culpabilis, quia poterit esse carentia scientiæ indebitæ, vel solum vinci per diligentiam, quam homo non tenetur abhibere. 2. sumuntur hæ voces iuxta communem vsum, ita vt vincibilis dicat carentiam voluntariam scientiæ, quam homo commode poterat, & tenebatur habere: inuincibilis vero carentiam scientiæ non voluntariam, vel quæ non est scientiæ, quam homo commode poterat, & tenebatur habere, & sic idem est ignorantia vincibilis & culpabilis, & similiter inuincibilis, & inculpabilis; nec enim probo quod ait Cordub. sup. esse aliquã ignorantiam inuincibilem, & culpabilem, vt in ebrio, nã vt illa in se non est vincibilis, sed in causa, ita non est culpabilis in se, sed in causa imo si is, qui se inebriauit, inculpabiliter ignorauit, aut non aduertit, ex ebrietate proceſſam illam ignorantiam, illa alia nullo 8
modo erit culpabilis.

Est autem controuersia inter Doctores quid necessarium sit, vt aliqua ignorantia fiat inuincibis: quidam enim ad expellendam ignorantiam rerum fidei, petunt summam diligentiam, ita vt homo faciat quantum simpliciter potest, donec eam expellat, sed de hoc in materia de fide, modo satis est eam ignorantiam esse inuincibilem, quæ in eo est qui facit totum quod potest, & debet ad expellendum illam, vincibilis autem est, quando voluntarie, ac proinde cum aliqua aduertentia omittit aliquid eorum, quæ potest & debet facere, vnde si quis nec iudicauit, esse talem obligationem, nec in eius mentem venit an forte esset hic & nunc talis obligatio, vel si hæc dubitatio mentem pulsauit, non potuit deprehendere obligationem, vel modicam eam esse, probabiliter existimauit, vel non posse eam diligentiam adhiberi, ignorantia erit inculpabilis & moraliter inuincibilis. Similiter, si abhibita tota diligentia, quam potuit, & debuit adhibere, nequiuit ignorantiam expellere, sed adhuc ignorat negatiue, vel etiam positiue ex aliquo fundamento sibi probabili, ignorantia est moraliter inuincibilis & in vltimo casu dicitur probabilis, improbabilis vero est, quæ nititur leuibus fundamentis, & hæc quoque appellatur crassa & supina, sicut & ignorantia negatiua, quæ in eo est, qui fere
9 nullam diligentiam facit ad inueniendam ve-
6. Diuisio. ritatem.

6. Diuisio in ignorantiam iuris & facti tangitur ab Arist. 3. ethi. ca. 1. & in ff est titulus de iuris, & facti ignorantia, & tam ius quam factum potest vincibiliter & inuincibiliter ignorari, præsertim ius positiuum diuinum vel humanum, naturale enim facile sæpe cognoscitur, cum sola ratione naturali deprehẽdi possit, & interdũsit per se notum, vel proximum per se notis ius autẽ positiuum indiget peritia legum diuinarum, & humanarũ, ad quas cognoscendas ratio natur alis non sufficit.

7. Diuisio tacta ab Aristo. ibi vt ignorantia alia sit opposita scientiæ habituali, alia considerationi actuali, hæc vocatur obliuio seu inconsideratio.

8. Diuisio in ignorantiam negationis, & prauæ dispositionis, seu negatiuam & positiuam. 1. est carentia scientiæ debitæ physice, vel moraliter sine iudicio tamen falso. 2 vero continet falsum iudicium, quod dicitur prauum, quia declinat & deflectit a veritate & saltem physice male afficit & disponit. subiectum, & cum est de agibilibus dicitur cõscientia erronea, & actus ex ea procedens interdum est honestus.

Sect. 2. Quæ ignorantia causet voluntarium, vel inuoluntarium.

D. Thomas art. 7. ait ignorantiam 10
antecedentem causare in voluntarium, consequentem vero voluntarium, concomitantem vero nec voluntariũ nec inuoluntarium, sed non uoluntarium. Contra hæc argumentor. 1. quia ignorantia antecedens est causa actus voluntatis, vt diximus, sed hic est per se voluntarius, ergo causat voluntarium: qua ratione ostendimus supra, metum & concupiscentiam causare voluntarium simpliciter.

2. Omne peccatum procedit ex ignorantia iuxta Arist. 3. eth. c. 1. asserentem omnis prauus ignorat, quæ agere oporret, & à quibus est abstinendum & ob eius modi errorem iniusti homines maliq; omnino fiunt, ergo si ignorantia, quæ est causa actus, causat inuoluntarium, omne peccatum erit inuoluntarium, quod est absurdum.

3 Quia inuoluntarium est, quod repugnat actui positiuo voluntatis; sed quod fit cum ignorantia autecedenti, non est huiusmodi, ergo. Minor probatur, nõ enim est necesse vt qui ex ignorantia comedit carnes die prohibito, habeat hunc actum, si scirem hunc diem esse prohibitum, non comederem carnes: neque vt habeat alium similem actum, aliqualiter oppositum illi comestioni.

Si dicas, hanc ignorantiã nõ causare inuoluntarium contrarie, sed negatiue, vel priuatiue. Contra quia Arist. D. Th. & alij hanc differentiam ponunt inter ignorantiam antecedentem & concomitantem, quod illa causat inuoluntarium, hæc vero non, sed hæc causat inuoluntarium negatiue, ideſt non voluntarium

rium, vt ait D. Thomas, ergo illa debet causare inuoluntarium contrarie, alias enim in nullo differrent quoad hoc.

4. nam si ignorantia concomitans sumatur formaliter, vt concomitans, sicut non causat voluntarium, vel inuoluntarium, ita nec non voluntarium, tum quia illa vt sic non est causa actionis, ergo nullam conditionem in eam influit, ac proinde nec facit vt sit non voluntaria, & alioqui semper excusaret a culpa, vt enim actio non imputetur ad culpam, satis est non esse voluntariam, quamuis non sit involuntaria contrarie, nam cum de ratione culpæ sit voluntarium, satis est carentia voluntarij, vt excusemur a culpa: si vero consideretur hæc ignorantia, quatenus voluntaria, vel inuoluntaria est, non semper facit actionem non voluntariam, nam quando ipsa voluntaria est, etiam actio, quæ cum illa fit, reputatur voluntaria & imputatur ad culpam; si quis enim occidat hostem putans esse feram, non facta sufficienti diligentia ad vitandum homicidium, etiam si illa ignorantia sit concomitans, quia si sciret esse hostem libentius occideret: tamen homicidium imputatur ad culpam, quia hæc conditionalis fundata in dispositione voluntatis ipsius non illum excusat ab homicidio: imputatur, ergo illi quia illa ignorantia fuit voluntaria, ergo & ipsum homicidium est voluntarium atque idem a fortiori est quando ignorantia concomitans est de conditione aliqua impertinente ad actum, vt si quis furetur die festo ignorans esse festum, qui non minus furaturus esset, si id sciret, ea enim ignorâtia est concomitans tamen nullo modo facit actum non voluntarium, non solum si voluntaria ipsa sit, sed etiam si sit omnino inuoluntaria, ergo falso dicit D. Tho. ignorantiam concomitantem facere inuoluntarium.

5. de ignorantia consequente, de qua dicit D. Thom. causare voluntarium; nam hoc non est verum de voluntario in se quia voluntas non potest velle in se quod est incognitum, nec est vniuersaliter verum de voluntario in alio, saltem secundum eos, qui docent, non omnem effectum sequutum ex actione, vel omissione voluntaria, voluntarium esse, ergo non eo ipso quod ignorantia sit voluntaria, effectus ex ea procedens, erit voluntarius.

Confirmatur, si quis enim voluntarie ignoret, hunc petentem eleemosynam esse diuitem, & putet esse pauperem, quia non vult facere sufficientem diligentiam, ideoque det illi demosynã, quã non daret, si sciret esse diuitẽ, ea donatio non est voluntaia & libera ideoq. alter tenetur restituere q̃ accepit, ergo actio, orta ex ignorantia consequente, non semper est voluntaria.

Confir. 2. nam ignorantia ebrij, qui se voluntarie inebriauit, non facit semper voluntarium homicidium subsecutum: est tamen consequens & voluntaria & causa actus: non enim occideret. si non esset priuatus vsu rationis, ergo non omnis ignorantia consequẽs causat voluntarium, maior probatur: alioqui tale homicidium semper imputatur ad culpã: quod falsum est nam si non sit præuisum in causa, non imputabitur: ergo.

His non obstantibus. Respon. doctrinam D. Tho. esse veram, quæ tota fere sumitur ex Nysseno. 5. philosophiæ c. 2. Damasc. 2. fidei. c. 24. Arist. 3. eth. c. 1. & omnibus interpretibus ibi eandemque docent Anton. 1. p. tit. 4. c. 3. §. 1. Viguer. c. 3. §. 4 vers. 4. Vazq. disp. 29. c. 2. Valen. Medina. Conrad. & Caietan art. 8. Sayr. tom. 1. lib. 2. capit. 2. nume. 18. & alij communiter & veram esse patebit argumentorum solutione, vnde pro solutione primi argumenti. 11 Decisio.

Dico. 1. cum voluntas ex ignorantia vnius vult aliud non ignoratum, verbi gratia ex ignorantia prohibitionis vult hodie carnes comedere, volitio hæc, vt terminatur ad rẽ cogitam, est vere causata ex ignorantia, & ideo talis ignorantia causat volũtariũ simpliciter circa rem ipsam cognitã; actus enim ille simpliciter est volũtarius, idẽ est de actu imperato per illũ, hoc tangit Caiet. q. 76. art. 1. & Adri. quod lib. 4 idq. probat. 1. argumẽtum. 1. Conf.

Conf. nam qui comedit carnes die prohibito, non comesturus, si sciret ptohibitionem, vult simpliciter comedere, ergo simpliciter comedit, ergo illa ignorantia causat illud simpliciter voluntarium, scilicet remouendo prohibens, nempe scientiam, quæ si adesset, impediret comestionem; idem est de ignorantia consequente, seu voluntatia quando simul est antecedens, & causa actus, concomitans vero, quia non est causa actus ideo neque est causa voluntarij.

Dices volitum in se debet esse præcognitum, ergo ignorantia non potest esse causa quod aliquid sit volitum. Respondetur ad volendum duo requiri. 1. Quod in obiecto appareat aliqua ratio boni. 2. quod non appareat aliquid mali quod possit detinere, & auertere voluntatem a prosecutione boni; vnde sola boni cognitio concurrit per se ad volitionem, ignorantia vero prohibitionis, vel alterius mali concurrit per accidens, scilicet remouendo scientiam prohibitionis, aut alterius mali, quæ scientia volitionem boni cogniti impediret; & licet hæc ignorantia aliquando sit omnino inuoluntaria, potest dicto modo causare simpliciter 12 Obiectio. Solutio.

volun-

voluntarium, sicut cognitio, habitus voluntatis, & ipsa met voluntas, & gratia excitans causant voluntarium, etiam quando ipsa nullo modo sunt voluntaria, non enim necesse est, vt quod causat actum voluntatis, voluntarium sit.

13. Sed quid sibi volunt. D. Thom. & alij dicentes, ignorantiam antecedentem causare in voluntarium. Respon. quidam, velle quod causet inuoluntarium negatiue respectu conditionis ignoratæ, hoc tamen non satisfacit: nam conditio ignorata, v.g. prohibitio regulariter nunquam est in se volita, siue homo operetur scienter, siue ignoranter quocumque genere ignorantiæ: imo nec est volita in causa, sed actus cui est adiuncta, est in se volitus: qua ergo ratione proprium erit ignorantiæ antecedentis facere inuoluntarium eo modo, quo metus causat inuoluntarium, scilicet, materialiter: nam ignorantia prædicta facit actum, qui non ex ipsa ignorantia in se considerata, sed ex dispositione quadam hominis, à qua extrinsece denominatur ignorantia antecedens, redditur appetitus inuoluntarius, non quidem formaliter, sed interpretatiue, eo modo quo dicimus, aliquem velle interpretatiue, quod si ab eo peteretur, concederet, quia ergo homo in ea est dispositione, vt si sciret talem prohibitionem, nollet exercere talem actum externum, vel internum, vterq. est inuoluntarius interpretatiue, & secundum quid, licet simpliciter, & absolute sit voluntarius, & ita est mixtus ex voluntario, & inuoluntario, sicut quod metu fit. hoc probant Aristot. Nyssen. & Damascen. supra, quia id est inuoluntarium de quo tristamur, sed de actu facto ex ignorantia, tristamur, aduenient scientia, ergo est inuoluntarius, scilicet secundum quid, & modo dicto.

Contra hanc tamen rationem est, quia si quis comedat carnes die prohibito ex ignorantia prohibitionis, non tristatur postea, aduenient scientia; sed lætatur interdum: ergo illud signum, quo probatur factum ex ignorantia esse inuoluntarium, est nullum. Respō. illud signum intelligendum esse nisi per illum modum operandi ex ignorantia auferatur ratio tristitiæ, vt in casu posito: aufertur enim malitia moralis qua sublata, non remanet ratio tristitiæ.

14. Ad. 1. argumen. Ex dictis patet solutio. 1. argumenti, ignorantia enim antecedens causat inuoluntarium, sed interpretatiue, quatenus est in homine sic affecto, vt si ad esset scientia rei, quę ignoratur, esset in eo voluntas contraria actui, qui ex ignorantia fit.

2. Concl. Pro solutione vero aliorum argumen. dico 2. omnis ignorantia causat inuoluntarium negatiue in se respectu cōditionis ignoratę, id est, est causa, quare illa conditio non sit in se volita hoc euidens est, etiā in ignorantia affectata, quia nihil in se volitum, quin inse cognitum, vnde qui vult ignorare prohibitionem, vt liberius operetur, clarum est, velle actum reipsa prohibitum, non tamen velle talem prohibitionem. Nec tamen ideo excusatur à culpa; quia vult ignorantiam, quam deberet expellere, & scienter exponit sepericulo inobedientiæ: similiter, qui vult ignorare scripturas traditiones, vel diffinitiones ecclesiæ, clarum est nō velle talia esse, vel non esse, tamen peccat, quia scienter se exponit periculo sentiendi contra scripturas, traditiones, vel ecclesiæ diffinitiones: non tamen est hæreticus, quia non sentit contra id, quod iudicat repugnare prędictis.

15. Adde, aliquando non fore mortale assentiri alcui propositioni ad diuinas Historias pertinenti, licet exponat se manifesto periculo sentiendi materialiter contra prædicta. In his enim parum refert ex ignorantia, etiam voluntaria, materialiter prædictis repugnare, nec tenetur quis sub mortali magnam diligentiam facere, ne quid forte contra historias ignoranter dicat, aut sentiat. exemplum est, si quis referre, aut discere velit aliquam longam scripturæ historiam, & videat se propter memoriæ fragilitatem exponere se periculo errandi, vel male referendi illam quantum ad aliquam circunstantiam temporis, loci, numeri, vel verborū alicuius, &c. Quis dicat ipsum peccare mortaliter, eo quod discendo, vel referendo historiam illam, exposuerit se manifesto periculo errandi materialiter, vel decipiendi alios circa aliquid prędictorum.

16. 3. Concl. Dico. 3. si ignorantia concomitans, nec sit voluntaria, nec culpabilis, causat inuoluntarium negatiue, licet non contrarie, ita Almai. 1. mor. cap. 4. licet priorem partem falsō eximet esse contra D. Tho. qui nunquam eam negauit, quod enim dixit ignorantiam concomitantem non causare inuoluntarium, postea exponemus de interpretatiue inuoluntario contrarie. Male tamen ex hac conclusione quidā inferunt, hanc ignorantiam excusare omnino à culpa, licet enim hoc verum sit aliqualiter: tamen non recte infertur ex eo, quod hæc ignorantia causet inuolūtariū negatiue respectu cōditionis ignoratæ, nam etiā si ignorantia concomitans sit voluntaria, causat inuoluntariū negatiue; tū non excusat omnino à culpa, & ratio est, quia ad culpā non requiritur quod prohibitio seu difformitas actus ad legem sit in se volita. Sed satis est velle actū, cognoscendo esse prohibitū, & dissonū legi: ergo quod ignorātia concomitans volūtaria, vel inuoluntaria reddat actum inuoluntariū negatiue, quo ad prohibitionē, vel dissonantiā cum lege, nō sufficit, vt actus sit inculpabilis: sed ratio, quare ignorantia concomitans non voluntaria reddat actum inculpabilem

pabilem,est,quia non est malum velle ea, quæ mala sunt,si ea talia esse non cognoscimus, nec cognoscere potuimus,aut debuimus. Vnde cõ stat,ignorantiam concomitantem non voluntariam, nec culpabilem, non causare voluntarium moraliter, sed potius non voluntarium moraliter, efficereq. vt quod alias esset peccatum,non sit peccatum, vel quod esset peccatũ in tali specie,non sit peccatum in ea specie,& si ignorantia concomitans esset voluntaria indirecte,diminueret peccatum,vt bene Sayr.tom. 1. lib.2.c.2.nu.21.& 24.ex Caiet. & Med. ar. 8. Valen. disp. 2.q. 1.pu.6. Naua. prælud. 6. nu.8.

Nec obstat quod ait.D.Tho. q. 76.art.3. & 4. ignorantiam concomitantem non excusare, nec accusare,& Marsil.2.q.15.ar.2. Gab.d.22 q.2. & alij ead d. Adrian.quodlib.4.& alij multi quos citat,& sequitur Sayr. eodem lib. c.9. nu.15. ignorantiam concomitantem non excusare a culpa quantumuis sit inuoluntaria.Loquuntur enim de ignorantia omnino impertinente ad res naturales,vel saltem habente coniunctam scientiã alicuius prohibitionis,de qua recte dicunt, non excusare, vt si quis alterum occidat concomitanter,ignorans esse diuitem, vel pauperem,hostem,vel amicum, vel furetur ignorans,an sit dies festus.l. non &c. Qui autẽ occidit hostem,putans concomitanter inculpabiliter,esse feram, excusaturab homicidio;licet enim taliter sit affectus,vt si sciret illum esse hostem,illum occideret,imo etiam si de facto habuerit, & non retractauerit.l. actu habeat istã volitionem,si hic esset hostis occiderem illum, vel vtinam hic esset hostis,vt â me interficeretur,tamen occisio non procedit ex tali affectu habituali,vel actuali,sed ex appetitu venandi, & præterea tunc nullam omittit diligentiã debitam ad vitandum homicidium: ergo non imputatur ei. Confr. quia inculpabiliter ignorat, talem emissionem sagitæ esse prohibitam: ergo excusatur. Præterea si occideret amicum, non esset homicida, quia excusaretur ignorantia antecedenti inculpabili:ergo nec si sit inimicus;ratio enim culpę non pendet ex re extrinseca mere casuali, qualis est,illum esse amicum,vel inimicum. Præterea illa emissio sagittæ est prudenter facta cum debita diligentia, & circunstantijs; ergo non est mala. Præterea effectus nullo modo præuisus, nec intentus,licet sit voluntarius physice,non imputatur.disputa. 1. sectio.vlt. talis est iste: ergo.

18. Sed dicunt aliqui cum ille habet hanc volitionem,vtinam hic esset inimicus,vt illum configerem; homicidium esse voluntarium. ideo Couarrubiam affirmasse inducere irrigularitatem: dico tamen tunc tantum esse obiectiue voluntarium illa mala voluntate, & non effectiue;ideo non esse peccatum. Peccatum enim debet proficisci a voluntate mala,vt sic.Estque simile in eo, qui vellet P. à Paulo occidi: talis enim occisio Petri solum esset voluntaria obiectiue, ideo non esset peccatum ipsius, nec induceret ei irregularitatem.Confir. quia homicidium illud non imperatur ab illa voluntate configendi hostem, sed venandi: ergo non est malum ratione illius, sed bonum ratione huius: ac proinde, nec inducit irrigularitatem, si autem vellet sagittam emittere, vt si forte ibi sit hostis,configatur,occisio erit peccatum, & inducet irregularitatem,quia non solum procedit ex voluntate venandi, sed interficiendi hominem, quod ergo dixi,ignorantiam inculpabilem concomitantem excusare à culpa intelligitur, quando effectus malus non est in se volitus volitione mala, quę sit causa illius.

Dico. 4. si ignorantia concomitans fuerit voluntaria, & culpabilis, actus cum ea factus erit voluntarius, & culpabilis: in hac omnes conueniunt, & patet in eo, qui venatur non facta sufficienti diligentia ad sciendum, an quod fera videtur,homo sit, & ita hominem interficit, putans esse feram, quem tamen, si inimicum putasset, libentius occidisset: illa enim ignorantia non excusat à culpa: ergo,nec tollit voluntarium. Præterea ille tenetur non operari cum illa ignorantia, sciens autem, & prudens vult operari cum illa; ergo imputatur ei homicidium, ac proinde est illi voluntarium. Præterea si ignorantia voluntaria, esset antecedens,peccaret ille:ergo etiam,si est concomitans; dispositio enim quam homo habet,vt si sciret esse hostem, libentius occideret, potius videtur accusare, quam excusare: ergo homicidium est peccatum, ac proinde voluntarium. Præterea homo tunc potest,& tenetur vitare homicidium;ergo voluntarie nõ vitat,& ita homicidium est voluntarium. Dices non est voluntariumin se,vt patet quia nõ est in se cognitum, nec est voluntarium in causa, quia illa ignorantia, licet sit voluntaria, tamen non est causa homicidij: ergo nullo modo est voluntarium. Respondeo. esse voluntarium in causa,ea tamen causa non est ignorantia;sed periculum occidendi hominem, quod voluntarie suscipitur, dum homo incaute venatur, non faciens prius debitam diligentiam ad pellendam dubitationem,an ibi lateat,vel non lateat homo. 19. 4.Concl.

Ex dictis facile Respon.ad reliqua argumenta vnde ad.2. argumentum.R.Aristotelem ibi, quem Nyssen. & Damescen.sequuntur,non docere, omne peccatum procedere ex ignorantia,sed omnem prauum esse ignorantem, scilicet ignorantia consequente, nam ex peccatis sequi solet cęcitas cordis,& nõ solũ inconsideratio malitię obiecti, sed sępe error quidam, quo qualis quisq. est,talis sibi finis videtur,vt docet, 20. Ad. 2.

cet ibi. ca. 4. & hoc errore aut incõsideratione ait hominẽ magis, ac magis postea prauum fieri, ideo Aris. Nyssen. & Damas. dicunt, talem ignorantiam esse voluntariã, & non esse causam actus, nec causare inuolũtariũ. Vnde male quidam ex eo loco Aris. docent, non posse esse peccatũ inuolũtate sine errore, vel inconsideratione præuia. Aris. n de ignorantia consequenti loquitur, & licet loqueretur de præuia ad peccatũ & causante illud, nõ opus esse esse errorẽ, neq; malitię obiecti inconsiderantiã, sed sufficit esse inconsiderantiã incõmoditatũ, quas secũ peccatũ affert. Sed de hoc in materia de peccatis fuse dicemus, & aliquid dixi disp. præced.

21. Ad 3. Ad 3. quidam dicunt, argumentum probare, quod ignorantia antecedens non causat inuoluntariũ contrarie, sed negatiue respectu cõditionis ignoratæ, quæ nõ pót in se esse volita, & cũ obijcitur, quod etiã concomitans causat inuoluntariũ hoc modo: ergo non erit discrimen. R. quod si ignorantia concomitans est inuolũtaria, induit aliqualiter rõnem ignorãtiæ antecedentis, ideo causat aliqualiter inuolũtariũ negatiue, sicut antecedens. Si vero est volũtaria non causat inuoluntariũ negatiue, quod tũ causat antecedens, sed hoc nihil valet, quia ignorãtia concomitãs, licet sit inuolũtaria nõ est causa actus: ergo non induit rõnem ignorãtię antecedentis. Præterea quia ignorantia concomitans, licet sit voluntaria causat inuolutariũ negatiue respectu conditionis ignoraæ, quia cõditio ignorata non põt esse inse volita: ergo nullũ est discrimen. R. ergo melius ad argumentum quod ignorantia antecedens causat inuoluntariũ contarie, nõ formaliter, sed virtualiter, & interpretatiue, quia homo sic est affectus, vt si ad esset oppositã scientia, exiret in oppositũ actũ, concomitans vero nunquã causat inuolũtariũ formaliter aut interpretatiue, sed interdũ causat voluntariũ interpretatiue, vt statim dicam.

22. Ad 4. Ad. 4. R. quod ignorantia concomitans formaliter, & incõmuni sumpta causat non voluntariũ, ideſt exui illius nullũ est in homine volũtariũ formale, aut interpretatiuũ, & ad hoc nõ oportet causare actũ, qui cum ea fit. l. influere aliquã conditionẽ in illũ, quamuis autẽ ignorãtia concomitans formaliter, & in cõmuni sumpta, non causet voluntariũ: tamen in particulari aliqua causat voluntariũ interpretatiue, vt cum quis occidit hostẽ putans esse ferã, quem libentius occidisset, si sciret esse hostẽ, ea ignorantia concomitans causat voluntariũ interpretatiue, nulla tamen ignorantia cõcomitans causat in voluntariũ contrarie, & interpretatiue, & in hoc differt ab antecedenti, quæ semper causat voluntariũ interpretatiue. Deinde licet actus factus, cum ignorantia concomitante non habeat ab ipso, quod sit volũtarius, vel inuoluntarius contrarie. tamen aliunde potest habere rationem voluntarij, & culpæ, ut in eodem argumento, & in 3. & 4. conclusione probatam est.

23. Ad 5. Ad 5. R. quod ignorantia voluntaria, seu cõsequens voluntatem ignorandi si fuerit antecedens respectu actus cũ ea facti, causabit voluntariũ in alio, quatenus ille actus ab ea procedens, ab ea extrinsece denominatur voluntarius: nam quod procedit à causa voluntaria, voluntariũ est: interdũ tñ non erit voluntarius moraliter; sed tantũ physice, vide licet, si non fuerit intentus, nec in causa præuisus, sed inculpabiliter ignoratus, vt dixi disp. 1. Si vero ignorãtia consequens voluntatẽ ignorandi, fuerit concomitans respectu actus cum ea facti, talis actus exui ipsius ignorantię nec erit inuolũtarius formaliter, nec interpretatiue. Sed interdũ erit voluntarius interpretatiue, & aliunde poterit esse voluntarius formaliter, & peccatum, vt ad 4. diximus.

24. Ad 1. confirm. Ad 1. confirmationẽ quidã respondent, eleemosynã factã pauperi, dupliciter posse considerari, vno modo formaliter, vt est eleemosyna, quę terminatur ad prudenter existi natũ pauperem: alio modo, vt est efficax ad transferendum dominũ in hunc hominẽ quasi materialiter, vt talis homo est: priori modo actio est simpliciter directe, & inse voluntaria, posteriori autẽ modo non est voluntaria: nam ex parte obiecti est quasi virtualiter conditionata. Volo dare si est pauper, vnde non existente conditione, nõ transfertur dominiũ. Sic etiam irritantur alia similia ex ignorantia facta propter conditionẽ virtute inclusam, sed cõtra, quia etiã cũquis dat eleemosynã nõ fingẽti se pauperẽ dat cũ çondition implicita, non darem si scirem esse diuitem, tamen donatio esset valida: ergo interpretatiua repugnantia, & nolitio non irritat donationẽ. Dices non irritari ex nolitione interpretatiua; sed ex nolitione conditionali, quia non vult dare si sit diues. cõtra quia oportet rationẽ reddere, cur in vno casu sit nolitio conditionalis, nõ vero in alio, cũ in vtroq actus sit formaliter absolutus, & homo ita sit affectus, vt si sciret, illum esse diuitem, non conferret ei eleemosynã. Præterea metus, nisi sit illatus ab extrinseco iniuste, ad extorquendũ cõsensum, non reddit contractus, & alia huiusmodi inuallida, quamuis in alijs casibus sint æque inuoluntaria: ergo idem de ignorantia dicendũ est. Præterea, qui tenent, contractus metu factos, esse validos iure naturæ (vt tenent authores huius resolutionis) cur non dicunt donationem ex ignorantia procedentem, esse validam iure naturæ. Aliter ergo R. ad conf. quod sicut facta metu graui ab extrinseco illato iniuste ad extorquẽdũ cõsensũ, valida sunt, etiã si cõsẽsus sit absolutus, quia alioqui daretur ansa hominibus sceleratis adirrogandas iniurias. Ita etiã facta per ignorantiã ab extrinseco iniuste causatam

hoc est per fraudē directā,quod ad extorquendum consensum inualida sunt iure naturę,ne hominibus sceleratis ansa detur ad moliendas hominibus fraudes,reliqua vero per ignorantiam facta valida sunt, de quo plura sectio.vlt.

Ad.cōf. Ad 2.confir. R. quod ignorantia ebrij sæpe reddit homicidium physice voluntarium moraliter,interdum non,quia interdū est præuisum in causa,interdum vero non,sed inuincibiliter ignoratur.

Sectio.3. An inconsideratio causet in voluntarium?

25. DE hac quęst. pauca in terminis habent Scriptores, supponunt enim, eandem esse rationē de inconsideratione,& de ignorantia habituali negationis,vt reuera est,quia ignorantia habitualis non perse causat inuoluntariū nisi ratione scientiæ actualis. Vnde quod.dd. dicunt de ignorantia,de inconsideratione intelligendum est:tamen de hac in specie dicā,quia hæc disputio lucem afferet præcedentibus.

Suppono ergo.1.dupliciter posse actū, vel effectū denominari voluntariū inse, vel in alio. 1.quidē ab actu volūtatis præterito.2. ab actu præsenti formali,vel interpretatiuo,&inter hos duos modos est magna differētia,quod attinet ad res morales.Nā qñ actus denominatur, voluntarius ex sola voluntate præcedēti, siue hoc sufficiat,siue nō,vtdicaturbonus,vel malus moraliter (quod nō omnino spectat ad quęstionē de nomine,nam hinc pendet, an actus sic effecti sint confitendi, vel inducant excōmunicationē irregulantē.&c.)tamen certū est, in eiusmodi actibus non esse aliā nouam malitiā, vel meritū,quam fuerit in actibus internis voluntatis à quibus denominantur voluntarij. Exēplū est in homicidio facto tēpore ebrietatis, quia siquā habet malitiā,& demeritū, totum consilit inuoluntate se inebriandi; at vero voluntariū actuale dictū à pśenti actu volūtatis, affert nouā malitiā,seu bonitatē,quę non erat tēpore præcedenti.Hic ergo certissimū est,aliquid posse esse voluntariū inconsideratū ratione voluntatis præcedentis, & erit voluntariū obiectiue tantū,& inconsideratio erit voluntaria, si non procedit ex prædicta voluntate,obiectiue autē, & effectiue simul simul,si ex illaprocedit.

26. Difficul.autē est,an aliquid possit esse volūtarie inconsideratū à voluntate præsenti,ita vt in consideratio denominetur voluntaria à præsenti voluntate formali.l. interpretatiua non considerandi. Pars.n. negans suaderi videtur.1.quia talis inconsideratio non potest esse voluntaria actu positiuo inse ipsa,necvero in alia re,nec tādem interpretatiue,& in directe, seu per purā omissionem:ergo nullo modo.2. pars antece-

1. Argu. dentis probatur,quia nihil est actu in se volitū, quin simul sit actu in se cognitū, sed inconsideratio,quando est,non potest esse cognita: ergo nec volita.minor probatur, quia si cognoscitur inconsideratio, cognoscitur etiā consideratio, qua priuat,ergo &obiectū cōsiderationis,quia nō potest cognosci actus non cognito obiecto ipsius:ergo tale obiectū non est inconsideratū, nec eius incōsideratio datur.2. Autē pars antecedētis,scilicet quod inconsideratio nō possit esse volūtariavolūtate pręsenti positiua in alio, ꝓbatur,quia ꝙ est volūtariū in alio debet esse cognitū in alio;Sed inconsideratio non pōt esse cognita in alio,quia iā cognita esset consideratio,qua priuat,&obiectū cōsiderationis,ac proinde inconsideratio talisobiecti nō daret:ergo inconsideratio non pōt esse volūtaria volūtate præsēti positiua in alio. 3.pars antecedētis probatur,scilicet quod incōsideratio non pōt esse volūtaria interpretatiue indirecte, seu omissiue a præsenti volūtate,quia id est voluntariū omissiue,quod hic,& nunc nō facio cum tñ possum (aliqui addunt,&tenear)facere; sed inconsideratio non pōt sic esse voluntaria: ergo.minor probatur,quia si possum.l. etiā teneor hic, & nunc aliquid considerare,necesse est,vt ipsa consideratio sit a me cognita,vtsi possum legere,necesse est lectionē esse deme cognitā Si autē talis consideratio est cognita:obiectū eius etiā erit cognitū:ergo nō dabitur eius incōsideratio,ac proinde nec erit voluntaria.Confir. quia si sum liber ad considerandū,& nō considerādū:ergo possum me applicare adconsiderandū per volitionē considerandi.nō possum aūt habere talē volitionē,nisi cognoscendo ,ipsam consideratione:ergo necesse est illā cognoscere , ac proinde obiectū ipsius:ergo illud nō erit actu inconsideratum,ac proinde, nec dabitur inconsideratio eius voluntaria.2.quia si homo ex actuali incō- 2. Argu.
siderationē omittat sacrū in die festo.l.non reciteret horas canonicas,quas tenebatur recitare,l. delectetur in re turpe, excusabitur à peccato. Hoc aūt non esset generaliter verū,si inconsideratio,& in aduertencia posset esse volūtaria: ergo voluntaria esse non pōt.minor ꝓbatur, quia si illa in aduertētia pōt esse voluntatia:ergo culpabilis, & sic rōe inaduertētię non semper homo excusaretur à peccato quod videtur cōtra D.Th.Bon.Albe.Rich.&alios.2.d.24.& cōtra Caie.& alios sumistas verbo delect.& verbo cogitatio,& cōtra iunio.q.74.a.8.asserentes ēum, qui nō aduertit ad turpitudinē obiecti,excusari à peccato,&nō delectari culpabitur in eo obiecto:ergo.Confi.nā fidē eleemosynā,nō aduer- Confir:
tens ad eius bonitatem, illud dare, non erit moraliter bonum: ergo in aduertentia illusbonitatis non potest esse mihi voluntaria, quia si posset esse voluntaria, posset esse bona, & ita dare eleemosynam cum illa esset moraliter

bonum

bonū. Propter hæc aliqui ꝓbabile cēsent nullā inconsiderationē posse esse volūtariā à ꝑsenti volūtate formali, vel interpretatiua directa vel indirecta. ind eq. colligūt, actū qui cū ea fit inconsiderationē actuali non posse esse ullo modo volūtariū à voluntate præsenti, quę sentētia singularis prorsus falsa est: vnde ꝓ eius cōfutatione, & huius quęstio. elucidatione.

Dico. 1. dari aliquā inconsiderationē actualē prorsus inuoluntariā, quę naturalis obliuio dici solet: cuius rōnē attigit Caie. verbo inconsideratio, quia nō est in potestate hominis facere, vt oīa q̄ habitu scit, aut memoria retinet sibi actu occurrant: qñ ergo obiectū considerandū nullo modo se offert cōfuse, aut distincte, tunc nō pōt obliuio eius esse voluntaria sm̄ præsentē statū voluntatis volitione positiua terminata ad præsentē obliuionem, vel ad aliquā eius causā in qua obliuio ipsa cognoscatur, nec etiā poterit esse tunc voluntaria omissiue, quia vt aliqui actus imperatus sit voluntarius omissiue sm̄ præsentē statū voluntatis, debet esse actu cognitus. Vnde talis inconsideratio erit mere naturalis, ac proinde inculpabilis, vide Caie. & Me. a. 8. Val. d. 2. q. 2. pu. 6. Cord. lib. 2. q. 17. du. 1. vbi citat Ale. & alios Sayrū. to. 1. lib. 2. c. 2. nu. 23.

27. 1. Conclu.

Dico. 2. dari aliquam inconsiderationē volūtariā à præsenti voluntate formali, vel interpretatiua. ita sentit. D. Th. a. 3. ad. 3. & a. 7. ad. 7. dicens sicut non velle, & non agere, ita & nō considerare esse voluntariū, & ideo sicut pōt esse voluntariū indirecte sine actu voluntatis, ita sine actuali cōsideratiōe intellectus; & ideo hoc a. 8. &. q. 74. a. 7. ad 2. ait, q̄ licet ꝓmissio tollat aliquā actualē cōsiderationē, tñ eā considerationē esse voluntariā: quia est in potestate hominis. l. impedire cōcupiscētiā. l. ea non obstante applicare intellectū ad cōsiderandū. Sco. etiā. 2. d. 42. q. 1. a. 1. rectē docet, dari posse inconsiderationē volūtariā: idē supponunt. Gab. 2. d. 22. q. 2. a. 1. & oēs theologi, & sūmistę tractātes de peccato procedēte ex inconsideratione: colligitur etiā ex Aris. 2. anim̄æ. c. 5. & 3. c. 4. dicente, hominē posse intelligere, quorū habet scientiā habitualē si velit, idē sentit Aug. 10. Tri. c. 1. 11. c. 3. & 5. & 15. c. 27. & sæpe in eisdē libris docens, q̄ voluntas suppositā imperfecta, & confussa cognitione obiecti pōt intellectum mouere, & applicare ad cognitionē distinctā, & perfectā, quod etiā docet Ansel. de similitudinibus. c. 2. Damasc. li. 2. c. 16. Sco. sup. D. Th. & oēs. 1. p. q. 82. a. 4. & j. q. 9. a. 1. & 2. cont. gen. c. 101. Ferr. ibi Capre. 2. d. 3. q. 2. ad 5. contra. 9. com. Gab. d. 25. q vni. dub. 3. propo. 4. quod patet experientia, cū. n. volumus considerare ꝓprietates hominis, vel peccata, quæ comisimus, vel alia huiusmodi, statim in particulari occurrūt: ergo aliqua consideratio est volūtaria, & libera: ergo similiter inconsideratio poterit, aliquando esse voluntaria, & libera tribueturq. voluntati positiue volenti illā, iuxta id noluit intelligere vt bene ageret: recede à nobis scientiā viarū tuarū nolumus, vel sine illo actu, omitēti libere illā, sicut. n. affirmatio est causa affirmationis, ita & negatio est causa negationis, sicut ergo volūtas sua volitione, vel pmissione causat cōsiderationē in intellectu, ita sua volitiōe, vel libera omissione volitionis causare poterit inconsiderationē, & hac rō e aliqua inconsideratio est culpabilis, & imprudens, vt docet D. Th. 2 2. q. 53. a. 2. 4. & 5. & Gab. d. 22. sup. dicēs rōnē nō inquirere, nec dictare d agēdis, aut nō agē dis esse sępe culpabile, & ideo etiā actū volūtatis esse malū, quia est prętер regulā rōnis, quę vel actu inest. l. inesse debet: nihil aūt pōt esse culpabile, nisi quatenus est voluntariū: ergo inconsideratio potest esse voluntaria, qua etiā ratione orare sine attentione, pōt esse malū, & culpabile, quia ipsa distractio, seu nō attentio potest esse voluntaria & culpabilis.

28. 2. Concl.

Ad. 1. in contrariū nego oēs partes antecedentis: ad probationē. 1. par. R. quod inconsideratio, qñ est, potest esse cognita, & tunc cognoscetur etiā consideratio, qua priuat, & obiectū talis considerationis: confuse tñ, & imperfecte, vt cū homo vult nō cōsiderare proprietates hominis, cognoscit cōfuse, licet nō distincte tales ꝓprietates. Ad probationē. 2. par. R. non oē voluntariū in alio esse cognitū in illo, nisi sermo sit de voluntario morali, & imputabili ad culpā, vt explicuimus dispu. 1. & licet admittamus omne voluntariū in alio esse cognitū in illo, tñ inconsideratio potest esse cognita in sua causa, & sic erit voluntaria in illa: nec vrget argumentū si cognoscitur inconsideratio: ergo, & consideratio, & obiectū ipsius, & sic non est inconsideratū. R. n. ad hoc vt cognoscatur cōsideratio satis esse, quod obiectū eius sit cognitū confuse, & ita erit consideratū confuse, inconsideratū vero distincte. Ad proba. 3. par. R. quod inconsideratio pōt esse voluntaria omissiue, & sine vllo actu volūtis, ex eo quod homo cogitet bonū esse, considerare, tñ liberē suspendat actū volendi considerare; ex ea. n. suspensione sequetur inconsideratio. Et cū dicitur si cognosco inconsideratiōnē, cognosco considerationē, & eius obiectū: ergo non erit inconsideratū, iam diximus fore inconsideratū distincte, licet sit considerata cōfuse, & peridē patet ad confirmationē.

29. Ad. 1.

Ad 2. R. nec verū esse, nec doceri à dd. quod omnis inconsideratio excusat à culpa, sed tantū illa, quæ non est deliberata voluntaria, & culpabilis, vt patet ex D. Th. loco cit. in argumento, & inf. q. 74. a. 8. & ex Caie. Med. Val. Cordu. & Sayro sup.

30. Ad. 2.

Ad confir. R. quod licet inaduertētia boni tatisproprię eleemosynæ possit esse volūtaria & interdū bona, & meritoria, vt si sit volita positiue propter aliquem bonū finem: & tunc etiam dare eleemosynam erit bonū non bonitate misericordiæ, sed alterius virtutis, imo & bonitas misericordię. Si bonitas misericordiæ cōsideretur incōfuso, quāuis homo velit nō cōsiderare eā distincte, & in particulari, quod si daremus, in aliquo casu teneri homine ad cōsiderādū distincte, & in particulari bonitatē eleemosynæ, & eā volūtarie nō cōsiderare, peccaret, sed iste casus nunquā datur.

31. Dubium. Rogas. v. possit dari vniuersalis inconsideratio voluntaria R. non posse dari vniuersalē inconsiderationē voluntariā præsenti voluntate formali, vel interpretatiua, quia quod libet tale volūtarium requirit præsentem aliquam cognitionē, secus voluntate præterita, vt inconsideratio vincibilis, quæ contingit in somno, est voluntaria a voluntate præterita dormiendi: in vigilia autem licet velim post hoc instans nihil prorsus considerare, nō obediet intellectus, maxime cum nolitio, quę est in hoc instanti, non videatur posse habere effectum immediate post hoc, nihil enim agit nisi cum est.

32. 1. Corol. Ex dictis patet. 1. aliquando inconsiderationem esse omnino non voluntariam, aliquando vero esse voluntariam actu positiuo ad illam, vel ad causam terminato: aliquando vero omissiue, & sine vllo actu, & sicut supra diximus, ignorantiā aliam esse consequentem, & aliam culpabilem, aliam non culpabilem, seu vincibilem, & inuincibilem. ita de consideratione dicendum est, & sicut diuisimus ignorantiam in antecedentem, & concomitantē, ita inconsiderationem diuidere debemus, vnde etiam. 2. Corol. Patet. 2. inconsiderationem antecedentem causare voluntarium formaliter, & simpliciter, licet causet inuoluntarium contrarie interpretatiue: inconsideratio autem concomitans non causat involuntarium contrarie interpretatiue, sed interdum causat voluntarium interpretatiue, & vtraq. consideratio causat inuoluntarium negatiue inse quoad conditionē inconsideratam. Sed quod ex vtraq. fit potest esse malum si inconsideratio sit voluntaria: & culpabilis, imo etiam si non sit inse voluntaria, nec culpabilis, quia ad culpam satis est, vt homo voluntarie operetur cum inconsideratione, quando tenetur, non operari cū illa. Item si inconsideratio sit conditionis impertinentis ad mores, vel sine qua in obiecto cognoscitur aliqua malitia, & prohibitio, licet incōsideratio sit antecedens, & causa actus, non excusat illum à culpa. Hęc omnia explicantur, & probantur ex dictis sectione prędcedenti; de ignarantia enim eadem ratio est, & de inconsideratione, quia ignorantia actualis, & inconsideratio, idem sunt: ignorantia vero habitualis nihil refert ad voluntarium, vel inuoluntarium, nisi ratione actualis. Aliqui dicunt ante omne peccatum dari inconsiderationē, imo aliqui addunt errorem quendam practicum, & colligere nituntur ex Arist. 3. Eth. c. 1. vbi ait, omnis prauus est ignorans, & ob huiusmodi errorem praui homines omnino fiunt. Sed iam sectione præcedenti explicuimus Arist. de errore communiter consequente ad peccatum, vt explicat D. Tho. q. 76. ar. 4. ad. 1. iuxta quod intellige quæ dicit. q. 77. a. 2. & 78. a. 1. ad. 1. & Arist. 7. Eth. c. 2. 3. Eth. 10. Sed de hoc latius in materia de peccatis, vbi etiam explicabitur, quod ait. D. Tho. q. 20. a. 4. & 73. ar. 8. effectum non intentum, nec præuisum in causa, aliquando esse voluntarium, & imputari ad culpam de quo etiam aliquid diximus disputatione. 1.

33. Deniq. hic notandum est, quod licet malitia obiecti; vt imputetur ad culpam, non debeat esse volita, tamē debet esse cognita, vel indubium reuocata, vel culpabiliter inconsiderata. Et hoc est quod dicunt. Caiet. 2. 2. q. 88. a. 1. circa. 1. conditionem Gab. 2. d. 22. supra, & Duran. d. 24. q. 6. Cordo. cum alijs. q. 17. dub. 1. in fine, ad peccandum requiri de liberationem formalem, virtualem, vel interpretatiuā de morali malitia obiecti: ad libertatem autē, licet requiratur aliqua deliberatio, vt diximus dispu. 1. & docet. D. Tho. 2. d. 24. q. 3. ar. 1. tamen non requiritur deliberatio d malitia morali obiecti: vnde sequitur homine cōmuniter peccare cum conscientię reprehensione, sed sæpe non facit reflexionē supra hanc reprehensionē, vel postea obliuiscitur ipsius, & dicit cū Pau. 2. co. 4. nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum, quod ponderat Hier. 2. contra Pelag. reprehendēs Pelag. quod diceret nullum esse peccatū ex ignorantia, sæpe enim inquit, aliqua mala latēt, vbi bene egisse arbitramur. Et ideo Paul. temperat sermonē, ne forte per ignorantiā deliquisset, quando certe ignorantia vix poterat in Paulo esse nisi inconsideratio, ad hoc etiā afferri possunt testimonia Patrum monentiū, vt opera etiā virtutum caute fiant, ne forte sit reatus criminis, quod putatur causa virtutis, vt ait Greg. 1. mor. c. 19. alias. 39. & lib. 5. c. 22. alias 23. & li. 9. c. 16. seu 25. & seqq. & Cass. collat. 1. c. 20. 21. 22. possent etiam afferri testimonia scripturæ, quę maxime reprehendunt eos, qui ex nimia peccandi consuetudine, sine vlla conscientiæ reprehensione delinquunt, & peccata sicut aquā bibunt: cōtingit ergo aliquādo peccare ex incōsideratione, vel cū incōsideratione malitiæ obiecti.

Si

34 Dubium. Si petas quando inconsideratio erit culpabilis. Respon. quando intellectus reflectitur supra illam aduertens, vel dubitans, an rem consideret, quantũ tenetur, vnde vt quis peccet debet actu cogitare, l. dubitare de malitia obiecti, aut si nõ cogitat debet, antea de ipsa cõsideratione cogitare, an scilicet teneretur aliquid facere, ne in inconsiderationẽ postea incideret. Hunc modum dicendi aliqui reijciũt friuolis rationibus. 1. quia sic excusarentur homines fœpissime à peccatis. 2. quia malitia specialis imputatur, & si non sit considerata, nec ipsa incõsideratio sit culpabilis: ergo etiã malitia absolute, l. antecedẽs. Probatur, quia si quis aduertat malitiã in genere, & nõ in specie, ad huc actus furandi: verbi gratia, habebit malitiã specificã iniustitię, sed eam sumitã malitia specifica obiecti: ergo talis malitia obiecti imputatur, etiam si non sit considerata, nec eius inconsideratio sit culpabilis.

35 Decisio. Sed his non obstantibus tanquam certa, retinenda est nostra sententia. Ad. 1. dicitur raro habentes scientiam habitualem excusari per actualem inconsiderationem, præsertim in rebus, quę sunt contra ius naturæ perse notum, vel proximum principijs perse notis, aut cuiuscõmuniter habetur notitia, & vsus: statim enim occurit malitia, vel eius dubitatio, aut antea occurrerat obligatio aliquid faciendi, ne postea inconsideratio incurreretur. Ad. 2. dicitur eo ipso, quod consideretur prohibitio incerta, & determinata materia, consideratur malitia specifica obiecti, à qua internus actus speciem moralẽ sumit, & cõmuniter ita operamur, nemo enim vult prohibitum in cõmuni, sed tale prohibitum, in quo cernit cõmoditatem, vel delectationem, si quis autem velit bonum prohibitum, abstrahendo ab hoc, & illo modo, actus pertineret ad iustitiam legalem, sicut velle bonum morale in cõmuni pertinet ad iustitiam legalem: de quo, quæst. 18.

36 Dubium. Decisio. Rogas vtrum velle bonum prohibitum in communi esset mortale, vel veniale. R. venialẽ quia minima malitia actus est, quę sumi potest à malo prohibito in communi: si quis enim dicat: volo aliquid mali facere: non tamen volo magnum malum facere, procul dubio solum peccaret venialiter: ergo à malo in communi, præcise sumpto, non potest sumi malitia mortalis, sed venialis tantum, quia id solum vult, quod in quolibet veniale continetur: similiter si quis vellet nocumentum proximi in cõmuni abstrahendo agraui, & leui, esset peccatum veniale iniustitiæ, cum autẽ in executione quis infert graue nocumentum, peccare solet mortaliter: quia videt grauitatẽ, l. de illa dubitat aut antea voluntarie susceptt periculum inconsiderationis.

Sectio. 4. Vtrum peccatum factum ex ignorantia, vel inconsideratione affectata, sit maius, & magis voluntarium, quam scienter factum.

37 1. Opinio. QVidam dicunt, opus ex ignorãtia negligenti factum, esse minus malum, quam scientur factũ: quia minus voluntarium est, nam ignorantia antecedens facit inuoluntarium interpretatiue, in opere autem sciẽter facto non est inuoluntarium interpretatiue, ac proinde simpliciter est magis voluntarium, magisq; peccatum. Sed hæc ratio non placet; quia volitio interpretatiua, vel nolitio non acusat, nec excusat: patet in, eo qui occidit hostem, inculpabiliter putans esse feram, quem libentius occidisset si hostem putasset. Hæc enim voluntas interpretatiua illum non accusat, nec excusat. Similiter qui occidit hominem, probabiliter putans, non esse patrem, quem non occidisset, si sciret esse patrem; ex illa voluntate interpretatiua non occidendi, licet excusetur a parricidio: tamen ab homicidio nullatenus excusatur: sed ita peccat peccato homicidij, ac si esset in ea dispositione habituali, vt si patrem agnosceret, libentius occideret: ergo peccatum scientur cõmissum non ideo maius est, quam cõmissum ex ignorantia negligenti, quia sit magis voluntarium propter carentiam nolitionis interpretatiuæ, quę est in habẽte ignorantiam negligentem. Sed ratio est, quia ad peccatum præter voluntarium formale positiuum, vel omissiuum, re- 38 quiritur cognitio malitiæ, seu prohibitionis obiecti; in eo autem, qui scienter peccat, reperitur maior cognitio malitiæ, & prohibitionis obiecti, cum hic distincte, & inse eam cognoscat; altervero tantum nunc, vel antea cognoscat periculum committendi actum malũ seu prohibitum, ideo prior amplius peccat. Adde quod qui peccat scienter, peccat liberius, quia cognitio malitiæ vim habet retrahendi volũtatem à peccato, vnde cæteris paribus magis peccat, & vtraq; ratione opus factum ex sciẽtia est magis voluntarium moraliter, quam factum ex ignorantia, licet non physice, & ita possent exponi dicentes, factum ex scientia, deterius esse, quia magis voluntarium.

39 De opere autem procedente ex ignorantia affectata, quidam dicũt esse maius peccatum, quam procedens ex scientia. Ita D. Tho. q. 76. art. 4. Duran. 2 d. 22. q. 4. & alij, quia tale opus est magis voluntarium, siquidem homo ex nimio eius affectu vult, eius malitiam, & prohibitionem ignorare. Alij censent, esse minus peccatum; quia minus voluntarium: igno

rantia

rantia enim, etiam affectata minuit voluntarium, saltem morale.

Confir. quia tollit contemptum; deterius autem est quod fit cum contemptu, hanc sententiam tenet Bonau. 2.d.22.p.2.art.1.q.3. Almai.1.mor.c.4.à quibus parum differt Anges.c.6.§.7.dicens nõ carere dubio, quod cõmuniter dicitur, ignorantiam affectatam accusare: quantumcunq; enim affectetur, diminuit de voluntario, & de consensu interpretatiuo, ideo ait operationem ex tali ignorantia factã esse minus grauem quam cũ plena sciẽtia: ipsa tamen (inquit) ignorantia, & voluntas ignorãdi quia sunt duo peccata reddunt hominem magis culpabilem, & sic est inteligẽdum, ignorantiam affectatam excusare. Sed hoc nihil valet, quia sic etiam ignorantia negligens accusaret. Si enim peccans ex ignorantia affectata, commitit duplex peccatum, similiter duplex peccatum committeret peccans ex ignorantia negligenti. Præterea quia reuera voluntas ignorandi non est formaliter peccatum, sed tantum voluntas operandi, vel ommittendi cũ ignorantia. Si quis enim vellit ignorare, an hic dies sit ieiunij, tamen vellet ieiunare, is profecto non peccaret: ergo ignorantia secundum se non est peccatum, sed voluntas non ieiunandi existente tali ignorãtia culpabili, vt sect.1. vidimus.

40 Retinenda est: ergo.1. sententia, cum quadam distinctione posita à Cord.lib.2.q.20 si enim ignorãtia affectata procedat ex affectu liberius peccandi, vt ita homo velit ignorare prohibitionẽ, vt liberius peccet, statuẽsq; secũ quod etiã si sciat prohibitionẽ, efficiet opus: verbi gratia: etiam si sciat aliquam sentẽtiam esse contra diffinitionem Ecclesiæ, in eadem permanebit. Talis ignorantia accusat, quia auget volunrarium. Si vero procedat ex affectu alterius finis non mali, non accusat, sed aliqualiter excusat, vt si nolit interrogare de aliqua propositione, an sit diffinita ab ecclesia, quia molestũ sibi videtur de ea re inquirere: & ideo re ipsa sentit cõtra diffinitionẽ ecclesiæ. Talis ignorãtia, licet sit affectata, aliqualiter excusat, quia opus est voluntarium Physicè, & moraliter. Dices, hic loquimur de ignorãtia antecedenti prohibitionis: in. 1. autem casu ignorantia non videtur antecedens, siquidẽ homo statuit in sententia permanere, etiã si sciat prohibitionem, & malitiam ipsius: ergo distinctio non est ad rem. Respondetur, etiam in primo casu ignorantiam posse esse antecedentem: fieri enim potest, vt quis proponat, non obstante scientia prohibitionis, in sententia permanere; Tamen si scientia adueniret, non permansurum; quia conscientiæ reprehensio vehemens ab illa sententia ipsum auocaret. Præterea cum dicimus, ignorantiam affectatam accusare, abstrahimus ab antecedenti, & concomitanti. Aduerte tamen cum Sayro. tom.1. lib.2. cap. 2. num. 22. ex alijs id sumente, ignorantiam consequentem, malitiæ obiecti, si sit affectata, aut crassa, & supina, nunquam excusare omnino à peccato, nec ita illud minuere, vt quod alioqui esset.m.sit.v secus si non sit affectata, nec supina: nã talis licet sit culpabilis, potest leuiter culpabilis esse, & ideo quod ex illa fiat, licet alioqui esset mortale, poterit esse tãtũ veniale, sed de ignorantia quo modo excuset, vel non excuset à peccato, & pœnis diligentius disseram tract. de peccatis.

Sectio vltima, vtrum quæ cum ignorantia et inconsideratione fiunt, valida sint.

41 QVæstio hæc innumeras continet difficultates, ad varias materias spectantes, præsertim. De matrimonio, de emptione, de venditione, de donatione, promissione dispensatione, iudicio, &c. Neq; eam hic prodignitate tractare possumus. Vnde breuiter dico. 1. error circa substãtiam obiecti, qui dici solet, circa substantiam contractus, reddit contractum nullũ, vndecumq; talis error proueniat. Hanc esse veram, & comunẽ sent. Doctorũ, ait Leonardus. 2. de iust.c.17.dub.5. quia consensus nõ dirigitur in id, quod prorsus ignoratur. 1. cum ab eo. §. mensem. ff. de contrahen. empti. sine censu autem cõtractus nullus est: ergo, & in hac specie verum habet quòd errantis voluntas nulla est. Vnde siquis in eleæmosynã det nummum aurum, putans, esse argẽtum, vel emat hordeum, putans esse triticum, vel vendat triticum putans esse hordeum, vel contrahat cum Anna, putans esse Mariam, contractus sunt nulli, vt præsertim in matrimonio docent Sotus.4.d.30.q.1.art.1.& alij cum Mag.ead.d.& Gratianus.29.q.1.c.1. Siluester verbo matrimonium.8.q.1.Couar.2.p.4.c.7.§.3. Veracruz.1.p.speculi.art.28. Nauarr.c.22.n.32.& cons.24. de regul.nu.2.lib.3 & cons.24. de sponsalib.nu.2.& 3.lib.4. Henriquez.lib.11.summæ.c.10.& l.10.tit.2.par.4. Vbi Greg.Lopez, & reliqui omnes in materia de matrimonio, qui docent errorem personæ ipso iure naturæ reddere matrimonium nullum vndecumque, & quomodocumq; talis error contingat. Omnes etiam docent, errorem seruitutis vndecumq; proueniat, inconiuge habente libertatem, reddere matrimoniũ nullũ, vt patet ex cap. siquis ingenuus, & cap. fœmina.29.q.2.cap. proposuit, & cap. ad nostram, seu primo, & vltimo de coniugio seruorum, & licet aliqui senserint, hãc seruitutis cõditionem

1. Concls.

ditionem iure naturę matrimonium irritare: Tamen probabilior,& cõmunior opinio est. irritare tantum iure positiuo, ecclesiastico, Ciuili,vel gentium,de quo in materia de matrimonio. Quicquid autem sit de errore personæ,& seruitutis. Error circa alias conditiones vndecunq; proueniat nõ irritat matrimonium, vt siquis contrahat cum paupere corrupta,vel infirma,putãs esse diuitem,integrã, &sanam,matrimonium est validum,quia non satis consultum esset propagationi generis humani,& bono prolis, & paci coniugum, si ex his erroribus matrimonium redderetur nullum:nam fraudes istæ frequentes sunt, & sæpe à cõiugibus allegarentur ad matrimonij dissolutionem impetrandam. Vnde rectè Molina de Iustitia.tom.2.tract.2.disput. 259. admonet, quod licet reliqui contractus facti dolo ipsis causam dante,sint nulli(vt dicemus) tamen id in matrimonio falsum est, validum enim est,tam in foro conscientiæ,quam in exteriori,nullaq; exceptione potest rescindi, licet dolus illi causam dederit,quod peculiare, sicut alia pleraq; habet propter ipsius naturã indissolubilitatemque, quam iure naturali sibi vendicat.

Ex hoc dicto colligo, quòd siquis affectu misericordiæ det eleemosynam diuiti, putãs esse pauperem, licet à se ipso, & non ab alio decipiatur,datio est nulla,quia cõtingit error circa substantiã obiecti:obiectũ enim misericordiæ est subleuatio miseriæ;quę ibi nõ inuenitur:quandovero eleemosyna nõ datur affectu misericordiæ, sed charitatis, amicitiæ, vel gratitudinis conditio paupertatis nõ est substãtialis obiecto; vnde de illa censendũ est, sicut de alijs conditionibus accidentalibus virtutis,scientiæ, generis, &c. Dequibus dicam statim.

42 2. Concl. Dico.2.error circa conditiones accidentales,in alijs cõtractibus,prẽter matrimonium, vitiat cõtractum, si sit error ab alio inductus iniustè ad extorquẽdum consensum:quia oppositum esset occasionẽ præbere hominibus sceleratis ad moliendas fraudes. Et intelligitur de iniustitia graui. Si autem error aliter contingat,cõtractus sunt validi, vt dixi sect.2. & obiter disput.3.cum de contractibus metu graui factis agerem, licet vt dicunt Anton.2. p.tit.1.c.17.§.6. Caie.2.2.q.77.art.3.Sot.lib.6. q.3.quos citat,& sequitur Leonard.Lessius.2. iust.c.17 dub.5.si non est error circa substantiam,contractus validus sit,modo dolus non dederit causam cõtractui. Pro maiori autem intelligentia constituo,dolum aut incidere in contractum,aut ei causam dare:incidit, quoties,qui contractum alias erat facturus, dolo pluris,minoris vè eũ celebrauit: Dat causam tũm is, qui alias non erat contracturus,dolo fuit inductus ad contrahendum. l. & eleganter.ff.de dolo,& tunc cõtractus est nullus. Vnde in. l.alienationis.ff de verbor.signif. l. si in emptione. §. Item si emptor. ff. de contrah. emptio.dicitur. quando dolus dedit causam venditioni, dominium manere apud venditorem fauet tex.l 1.§.si vir vxori. ff. de acquir. possess.& Nauarr.c.17.n.107.cum alijs dicẽs, dantem eleemosynam fingẽti paupertatem, sanctitatem,&alia huiusmodi,non efficere dotationem validam, & ideo, eum,qui recipit, teneri ad restitutionem: & in.l.iuris gentium. ff.de pactis. §.dolo. Dicitur, pactum dolo factum non seruari,& l. siquis affirmauerit.§.1. l. seruus.§.vltimo, l. si legatarius l. cum à te,l. cum quis.ff.de dolo.Dicitur,ei,qui dolum dicitur passus aliquid debere esse persuasum,sine quo non esset contracturus, vt pacto stare non teneatur,quòd rectè etiã docet Cuiatius consuetudine.48. non sufficit autem leuis persuasio,vt contractus sit nullus. Vnde,qui affirmauerit idoneum esse, cui pecunia credatur, dedolo non tenetur.d.l.& eleganter.§.fin.Nec enim nisi ex magna,& euidenti calliditate,de dolo,actio datur.l.interpositas. C. de transactionibus;quandovero dolus non dat causam contractui,sed incidit in contractum, contractus est validus ipso iure: sed si sit contractus bonæ fidei, rescinditur actione ex ipso contractu, l. Iulianus. §. venditor. ff. de actionib. empti.Si vero contractus sit stricti iuris,actione,vel exceptione dedolo succurrendum est dolum passo, dict.l. & eleganter, qui autem sint contractus bonę fidei,vel stricti iuris?vide §.actionũ Instit.de actionib.& Sylvestr.verbo contractus. q.3.Molin. de iustit. tom.2.tra.2. disp.259. Couar.regul.possessor.p.2.§.6.Leonard. Less. 2.de iust. c.17 dub.5.vbi ait,contractum bonæ fidei esse, inquo multa potest ex æquo,& bono iudex arbitrari, vt emptio, locatio,societas,commodatum,depositũ,pignus, & similes. Contractum vero stricti iuris esse, inquo iudex ad verba astringitur, vt in stipulationibus,feudo,emphyteusi:& hanc diuisionem solum pertinere ad forum externũ, nec in eo magnum vsum habere.

Dicunt autem aliqui iuris periti, apud Couarru. supra.num.6.quod dolus dans causam contractui bonæ fidei, reddit ipsum nullum, ipso iure.d.l.&eleganter,& l.3 §.vltimo.ff.pro socio,& l.in causæ in principio.ff.deminor l. si fraude. C. de præscriptionib. Si vero contractus sit stricti iuris,valet contractus,& res inditur per actionem, & exceptionem de dolo l.dolo,vel metu. C.de inutilib.& Instit. de exceptio.in principio,& in d.l.siquis cum aliter. Quam differentiam inter contractus bonæ fide, & stricti iuris obseruauit glossa.2. dicto.§. actionum,& glos. vlt. c. cum dilecti de empt. & vend.

& vend. Pan. ibi. nu.6. & sequentib. Conrad. de contract.in summario totius operis ad. q. 57.dicto.14. vna cũ dicto.1. & 2. ibi subiectis Couar.reg.possessor.par.2.§.6.num.6. Aluar. Valasius de iure emphiteutico.q.5.nu.9.glos. & Bart.l.2 .& eleganter, in princ. ff. de dolo Glossa.l.2. C. de rescind.vend. Menesius, ibi. nu.13.Molina supra. Sylueſt.verbo cõtractus q.3.& verbo dolus.q.6.& 7.Cuiacius,supra,& l.si mulier §.si dos.ff. de eo quod metus causa & approbatur per.l.57.tit.3.partita.5.de quo multa Sylueſt.verbo dolus.q.6.& 7.

Contra quam tamen doctrinam,& differẽtiã allegari solet.l.si dolo.C.de rescind. vend. iuncta regula. l. nam etsi sub conditione vers. & post defectum.ff.de iniusto rapto,& magis vrget.l.Iulianus.§.per contrarium.ff.de actionib.empti.Per quę iura à communi sententia discedunt Faber. num.4. Gomez. num.14. in dicto.§.actionum de action.Ioannes Igneus.l. contractus.n.105.ff.de regulis iuris,& l. si ex hæredatus.nu.43.ff.ad Syllania,Forcatus dialogo.49.Bellapertica apud Couarr.supra,cõtendentes, contractus bonæ fidei mero iure valere,licet dolus causam dederit.

43 Sed retenta communi opinione, contrariæ opinionis fundamentis respondet Belincasius dicto.§.actionum.num.273.& Primum respõdet ad.l si dolo, cuius responsio non placet, alijs iurisperitis vnde respondent,id quod nullum est,interdum rescindi,quatenus de facto, processit,vel non rescindi contractum,sed traditionem,vt loquitur Cuiacius.l.1. ff.de dolo, & l.fin.§.iusto.ff.de eo quod metus causa. Sed clarius dicitur,aliquãdo,rescindi, esse irritum declarare, seu quantum est ex parte iudicis, valore priuari, vt si forte validum fuit, iam nullum sit. Eodemq; modo interpretabimur leges,quę dicant, contractum stricti iuris,cui dolus causam dederit, rescindẽdum. Quę vero dicant,obligare iure ciuili,intelligẽdæ erũt, vt talis cõtractus obliget in foro externo,do nec exceptio doli opponatur. Ego enim existimo,etiam contractum stricti iuris dolo graui factum,esse nullum in conscientia:tum quia multæ leges absolutè, & sine distinctione dicunt, contractum dolo factum non valere:tũ quia nulla prorsus ratio est,quare vnus valeat in conscientia, alius non; vnde Molina in illa disp.259.postquam dixit,reijcienda est paucorum sententia,quos Pan.Couar.& Conrad. referunt,asserentium,etiam quãdo dolus dat causam contractui bonæ fidei, non esse ipso iure nullum, sed rescindẽdum esse doli exceptione, non secus ac contractus stricti iuris doli exceptione rescinditur.

Subiungit, illud cum Conrado, & Couar. locis citatis,& cũ alijs admonuerim, in conscientiæ foro, quando dolus dedit causam cõtractui, etiamsi is sit stricti iuris, esse nullum. Ratio est quoniam consensus in contractum per dolum,quãdo secluso dolo eliciendus nõ fuisset, insufficiens ex ipsa rei natura est,vt ex eo obligatio ratione talis contractus resultet eo quod non sit tãm voluntarius,quàm ad id, est necesse. Quo fit,vt illud discrimen solum habeat vim in foro exteriori,in quo voluit ius prouidere de maiori, magisq; præsentaneo remedio in contractibus bonæ fidei,quam in contractibus stricti iuris. Forasse tamen expediret,vt iuxta rei ipsius naturam forum exterius æquaretur conscientiæ foro,in hac parte,essetq; perinde ipso iure nullus,contractus stricti iuris,cui dolus causam dedisset,sicut est contractus bonæ fidei. Hæc Molina ibi, similiaq; dicit satis docte eodem tomo. disp.352. & to.1.disp.309. quę transcribere non oportet. Ad reliquas ergo obiectiones veniamus. id.l.Iulianus respõdet Acursius ibi,verbo per suasio iuris.vers.sed non persuasit,loqui dedolo incidẽte,vt expendit ibi Albericus,& Alexand. dicta.l.siquis cum aliter. nu.2. & Belincas.cum alijs supra.n.279.Quę interpretatio non leuiter suadetur ex priori parte illius responsi,quę loquitur de dolo incidenti,cum scilicet res dolo vẽditoris pluris fuit vendita:sed quoad posteriorem partem substineri nequit, cum loquatur de dolo dante causam,vt probant illa verba,vt venderet,persuasit.

Respondetur:ergo Iulianum,cuius verba, ibi refert Vlpianus,nõ dubitare, contractum esse nullum,sed tantum an contrahens deceptus possit contractum approbare,& Respõdetur posse , quòd licet cõtractus fuerit nullus,est in potestate eius,qui denullitate potuit agere,sua approbatione cõtractum validare, vt obseruat glossa.d.l. & eleganter,verbo nullam,& in eleganti casu consulit Oldradus cõsilio. 228. nu.15. Tiraquel. post leges cõnubiales.glos.8.q.10.nu.92. Pinel.id confirmat. l.1.C.de bonis maternis.p.3.nu.32.ad hoc expedens.l.transactione finita. C. de transactionib.& l.Iulianus.§. siquis colludẽte, vbi datur optio decepto , vel approbandi contractum, vel ab eo discedendi.

Neq; obstat huic interpretioni,quod si cõtractui standum est,deceptus, nihil petere potest:at in dicto vers.per contrarium deceptus, per actionem ex vendito,petit quando minoris rem vendidit:ergo. Respõdeo enim,quod licet stetur contractui,si tamen dolus interuenit,non excluditur remedium , quo deceptus potest petere illud,inquo deceptus est:conuenit enim hoc contractui bonæ fidei,vt probat tex.dicto.§. siquis colludente in. 2. responso, quod loquitur in Minore,quem constat,posse restitui in eo, in quo deceptus est. Denique non obstat.l.maioribus.C.communia vtriusq;

iudicij

iudicij,vbi reformantur diuisiones per dolum factæ. Nam ibi dolus non dedit causam contractui,sed incidit;fuit enim adhibitus in diuisione,vt patet versiculo, quod inæqualiter factum est. Etenim in persuasione,vt diuisiones fierent,non potuit esse dolus cum nemo cogatur esse incommunione.l.cum pater.§.dulcissimus.ff.de legatis.2.

45 Corol. 1. de eleemosyna. Ex quibus omnibus patet. 1. quando quis non affectu misericordiæ, sed alijs rationibus ductus,dedit aliquid ei,quem pauperem existimabat, etiamsi alias forte non esset daturus, si non dolo alterius ad hoc ordinato,sed vel sine alterius dolo, vel cum dolo quidem eius,ad aliud tamen ordinato,donauit,donationem esse valendam. Secus si dolo alterius ad hoc ordinato,inductus fuit:tunc enim donatio est nulla,vt si graui timore adhoc ipsum incuso extorta fuisset. Si verò affectu misericordiæ dedit ei,quem pauperem existimabat cum tamen esset diues, donatio est nulla. At si verè pauper est,donatio est valida, tametsi ille esset hostis, & inimicus,quod si dans nouisset, eleemosynã minime dedisset. Barthol. Ledes. diffic.30.de matrimonio. Vaz.hic disput.30.c.4. vbi addit, donationem factam titulo consanguinitatis,si donatarius consanguineus non sit,inualidam esse, quia videlicet homo tunc soli consanguineo, & subconditione expressa, vel tacita consanguinitatis donare intendit.

46 Corol. 2. 1.opinio. 2. Patet, quid dicendum sit de votis factis ignorantia,errore vel dolo. Absolute enim nõ valere dicit Molina,to.2. de iustitia, tracta.2. disp.267.ex.l.dolo.C. de inutilibus stipul.& l. 28.titulo.11.partita.5.vbi generatim dicitur, promissiones dolo factas,non valere.

2.opinio. Stunnica autem.q.1.de voto.nu.17. ex cap. constituit.20.q 3.& glossa ibi, & in cap. cum dilectus de his quæ vi,& in cap.dudum de cõuersio.coniugat.tenet,votum dolo factum,valere,etiamsi dolus dederit causamvoto. Idem tenet Panor.d.cap.dudum cum Innoc.& Syluester religio.3.q.11.vbi Tabien.nu.17.

47 1.Conclu. Dico tamen.1.dolus,&omnis error,vel ignorantia circa substantiam rei, reddit votum etiam solenne,nullum,sicut error circa substãtiam, vel personam reddit nullum matrimonium,& quẽcumq; alium cõtractum. Vnde si quis alterum decipiat affirmãdo,posse in tali religione possideri bona sicut in sæculo, vel votum castitatis,quod in ea fit,esse solum castitatis coniugalis, vel non promitti generalem obedientiam, sed in quibusdam casibus, professio erit nulla,quia ignorantia circa substantiam, reddit actum simpliciter inuoluntarium circa illam, ac proinde non inducit obligationem circa ipsam.

2.Concl. Dico.2. si error non sit circa substantiam, sed circa alias conditiones, quomodocumq; professio fiat, valida erit,sicut matrimonium factum errore qualitatis, vel fortunæ, validus est,etiamsi dolus dederit causam contractui, vt tenent Panor.Præpositus,& alij quos citat, & sequitur Couar.1.par.4.c.3.§.7.nu.3. Vnde siquis in regula sancti Dominici persuadeatur, delectum ciborum non seruari,professio nihilominus tenebit.

Confir. quia Innoc.3. cap. ex parte.2. de conuersio. coniug. compellit mulierem manere in religione, licet ex falsa causa ad professionem inducta fuerit. Idem putat glossa. cap.dudum de conuersione coniugat. in ipso tex.statui. Sed siquis illum diligenter intueatur,videbit, sermonem ibi esse de dolo circa substantialia,& non tantum circa accidentalia. Nam ibi quidam decepta fuit non solum circa ciborum delectum,sed etiam circa paupertatem, & castitatem, nihilominus significatur,votum eius solenne validum fuisse,quia tempore emissionis, voti non laborauit errore,sed voluntarie promisit. Magis ad rem est tex. in cap.constituit.20.q.3.vbi professiones monachorum dolo factæ, validę censentur licet bona eorum non applicẽtur monasterio, sed hæredibus ab intestato.de quo Nauarrus cap.non dicatis.nu.63. 48

Dico.3. vota non solemnia facta dolo respiciente accidentalia,sunt nulla,si dolus dedit causam votis, & fuit grauis, & qui in virum prudentem cadere potuit,& fuit directe ordinatus ad extorquendum votum. Probatur quia aliæ promissiones,& alij contractus præter matrimonium simili dolo facti,essent nulli vt fatentur Stunnica.Panor.Innoc.Syl.Tabiã. & glossæ citatæ ex.l. & eleganter. ff. de dolo. Idem tenet Conrad.de contract.q.53. dub.3. post.14.dictum,Medina.C.de rest.q.33.& 34. & alij:ergo idem de votis non solemnibus dicendum est. Alioqui daretur ansa sceleratis hominibus inducendi per fraudes ad eiusmodi vota. Item sicut Deus non acceptat vota simili metu facta,ita neq; verisimile est acceptarevota eiusmodi dolo facta. Vnde Sa verbo votum. Ait,vouens religionem grauiter deceptus,non votaturus, si sciuisset,non tenetur,& Sotus.7. iust. quæst.1. artic.2. colum.5. quem sequuntur iuniores.2.2.q.88.artic.1. affirmat, siquis falsò alteri persuadeat,in tali religione non seruari ciborum delectum,vel aliquid nimis difficile, votum non valere: secus in leuibus,vt quod monasteriũ sit diues,&c.Idẽ ait, siquis rusticum decipiat, dicens Romam non longe distare,velHierosolymã sine nauigatione adiri posse,& ideo rusticus peregrinationẽ Romanam,autHierosolymitanã voueat.Hæc etiam cum soto docet Aragon, illo artic.1. colum.12. & Emanuel in summa verbo votũ.

3.Conclu.

cap.92.n2. Lopez.1.par.summæ.c.50.in fine.

4. Concl. Dico. 4. dolus leuis, vel cadens tantum in virum imprudentem non irritat volum. Ita de leui dolo ideſt verſante, tantum circa leuia docent Sotus Aragon, alij iuniores citati precedenti, & ratio eſt quia dolus leuis pro nullo reputatur: & quia metus leuis non irritat: ergo, nec dolus leuis. Anteced. probat Leonar. Leſſ. lib.2.de iuſt.c.4.dub.1.nu.8. quia votum metu factũ ſolum eſt irritũ iure eccleſiaſtico; eccleſia autẽ nõ irritauit votũ metu leui factũ, vt patet ex multis capitibus à Leonar. ipſo põderatis: ergo tale votũ nõ eſt irritũ: ſecus alij cõtractus ſimili metu facti; ſed iã preced. diſp. docuimus, factu metu graui iniuſte illato dirẽte ad extorquẽdũ conſenſum eſſe irrita. Ibidem Leonard. nu.5 dixit votũ factũ ex dolo alterius, vel errore proprio eſſe nullũ, ſed hoc reſtringẽdũ ad dolũ leuẽ & ad non cadentẽ in virũ prudẽtẽ? probatur quia cõtractus ſimili dolo facti ſunt validi, vt docet expreſſe Greg. Lop. l.28.tit.11. partita.5. cum Innocen. & Hoſtien. capit. cum dilectus de his quæ vi. Ergo, & vota, vt ijdem affirmant. Vnde in dicto. cap. cum dilectus votum dolo factum cenſetur validum, quia ex fatuitate vouentis, potiuſquam ex circunuẽtione aliorum emiſſum eſt. In huius confirmationem alia adducit Grego. Lopez. ibi.

49. Dico. 5. dolus indirectus, vel non dans cauſam voto, illud non annullat. Patet quia ſimilis metus non irritaret.

1. Obiect. Si autem obijcias contra. 3. conclu. quoniam profeſsio facta metu illo reſpiciente accidentalia, valida eſt: ergo, & ſimplex votum ingrediendi religionem. Negatur conſeque. quia vinculum voti ſolennis ſtrictius eſt, ideo vt ſit irritum, dolum maiorem petit, ſicut plus requiritur ad irritandum matrimoniũ quàm ſponſalia, quę voto religionis ſimplici aſsimilantur. Sic etiam Grego. Lopez loco citato, cum Panor. & Innocen. in dicto. cap. cum dilectus, dicunt, contractum confirmatum iuramento non eſſe irritum, niſi fiat dolo cadente in virum prudentiſsimum, quanuis ſi non eſſet confirmatus iuramento, redderetur irritus ſolo dolo cadente in virum prudentem, itaque dolus, qui eſt grauis comparatione vnius actus, leuis eſt comparatione alterius, ideoque ipſum non irritat, vt in metu quoq; accidit.

2. Obiect. 2. Obijcies, quia ſi profeſsio facta dolo reſpiciente accidentalia licẽt grauia, valida eſt: ergo tenetur quis in illis obedire; cuius oppoſitum cum Innocen. docet Tabien. verbo religio. num.20. & communiter recentiores. Reſp negando conſequentiam, quia ille in eo caſu videtur noluiſſe ſe obligare ad obediendum circa ea accidentalia grauia; votum autem non operatur, vtra mentem vouentis.

3. Obiect. 3. Obijcies, quia metus iuſte incuſſus, non irritat votum: ego nec dolus bonus; ſed dolus inducens ad votum religionis eſt bonus: ergo. Hoc argumento moti ſunt gloſſæ, & auctores ſecundæ opinionis. Sed nullum eſt quia, vt ait D. Thom. 2. 2. quæſt. vlti. art.9. homines ad religionem dolo inducendi non ſunt, ne ſic inducti, videntes, ſe fuiſſe deceptos, retrocedant.

6. Concl. Dico. 6. vota quę ſine reſtrictione fiunt, ſine reſtictione obligant. Licet aliquid, ſi inter vouendum occurreret, exciperetur. Vt ſiquis 50. ſine vlla reſtrictione explicita, aut implicita vouit ieiunare omni feria. 6. tenebitur ieiunare feria. 6. in qua occurrat feſtum natalis domini, licet ſi in mentem veniſſet dies ille, exceptionem feciſſet. Ita Vaz. diſp.30. c.4. An vero communiter, cũ eiuſmodi votum emittitur, præſumẽda ſit implicita reſtrictio, qualis eſſet, ſi homo ſolum intẽdiſſet ieiunare ferijs ſextis, in quibus carnes ſunt prohibitæ, alia quæſtio eſt, de qua in materia de ieiunio.

51. 3. Corol. 3. Sequitur ſi Epiſcopus, vel Papa conferat alicui beneficium, quia putauit eſſe hominem probum, & doctum; etiamſi non ſit, collationem eſſe validam, vt ait Azor, illa quæſt. 5. Vaz. illo cap. 4. quia licet ſit inuoluntaria interpretatiue, tamen formali, & expreſſa voluntate voluntaria eſt, neque habet aliquid aliud, vnde vitietur, quale eſſet, ſi ſubſtantiam beneficij collator ignoraſſet. Secus ſi ſolam quantitatem fructuum; quanuis ſi quantitatem fructum ſciret, non eſſet collaturus beneficium. Ita Vazquez capit. citato. Sed quod de ignorantia quantitatis fructum dictum eſt, intelligi non vult, quando facta relatione beneficium obtinetur: nam iure ſtatutum eſt, vt aliqua etiam accidentaria, in ipſa ſuplicatione narrentur, alias conceſsio ſit inualida. Azor etiam ait, ſi Beneficiarius ſit indignus, collationem eſſe nullam, ſed alibi dicemus, eſſe validam: beneficiarium tamẽ teneri ſe dignum reddere, aut beneficium relinquere.

52. 4. Corol. 4. Infertur ſtando in iure naturæ errorem ſeruitutis non dirimere matrimonium, nam eſt errror circa qualitatem quandam, qui error non debet exſe tantum contractum dirimere, vndecumque ille proueniat, quanuis iure poſitiuo matrimonium dirimat. Ita docent Azor illa, quæſtio. 5. & Vaz. illo. c.4.

Si vero error ſit circa ſubſtantiam perſonæ, contractus ipſe eſt nullus ex natura rei, quia nemo ſua promiſsione obligatur ei, cui obligari nullatenus vult.

Si vero ad ſit perpetua impotentia coeũdi aut ſemina ndi, aliqui dicũt matrimoniũ eſſe nullũ iure naturæ, nihilq; ad hoc referre, quod impo-

impotentia cognita, aut ignorata tempore contractus fuerit. Azor vero tenet tantum esse irritum iure positiuo: Vaz. dubitat. sed de his rebus in materia de matrimonio copiose disseruimus.

53 5. Coro. Quinto infertur in cæteris etiã contractibus errorẽ, qui cõtingit circa substantiã, reddere illos inualidos: quia tunc omnino deest consensus contrahẽtis. Vnde in. l ego ff. de rebus creditis si certum petatur, dicitur. Si ego pecuniã tibi quasi donaturus dedero, tu quasi mutuo accipias, nec donatio est, nec mutuũ. Item si ego quasi deponens tibi dedero, tu quasi mutuũ accipies, nec depositum, nec mutuum est. Idẽ iuris est si tu mihi quasi mutuo pecuniã dederis, ego quasi cõmodatam acceperim, & l. in venditionibus. ff. de contrahenda emptione, si ego vẽdo; tu vero credis, me tibi donare, nec vẽditio, nec donatio est. Si ego me fundũ, emere Cornelianum putarem, tu mihi te vendere Sempronianũ putasti, nõ est emptio, qa in corpore dissensimus: si ego me seruum Caium emere, tu Pamphilum seruum te vendere putasti, emptio non constat, quia est in corpore dissensum: si pro vino accetũ veneat, licet Marcellus putauerit, emptionẽ valere, quia accetum, & vinum, nec substantia, nec materia differunt, sed solũ qualitate, verius tamen est emptionẽ nõ cõsistere, &c. & l. quid tamen in fine. ff. de contrahenda emptione dicitur, si æs pro auro, aut plumbum pro argento veneat, nulla est venditio, sed dubitatio est. si quis mensam argento, vel auro coopertam mihi ignoranti pro solido argẽto, vel auro vendiderit, imprudẽs; an valeat emptio? Iulian. l cum ab eo. ff. de contrahen empt. ait nullã esse emptionẽ, & pecuniã eo nomine datã condici posse. Vlpianus autem d. l. quid tamen, ait, si inauratum aliquid sit, licet ego aurum putem, venditionem stare. Quidam hos Iurisconsultos conciliant, vt Iulianus loquatur, quando lignum est opertum auro, vel argento, Vlpian. quando æs, vel aliud metallum. Sed merito Azor lib. 1. c. 18. q. 5. hoc discrimen putat nullius esse momenti, & ideo tam ipse ibi, quã Vazq. citat. Vlpianum reijciunt, quia tunc error est circa substantiam: ergo contractum reddit nullum. Sed doctrina Iurisconsulti vera est quando, venditor emptorem non decepit, & emptor rem illam absolute, & sine vlla conditione emit, maxime si illam esset emp turus, quanuis non esse omnino auream, cognouisset, quia tunc non errat circa substantiã obiecti, vt obiectum talis contractus est: intẽdit enim emere rem præsentem, & non rem omnino auream, quanuis non emeret fortasse, si sciret talem non esse. Quod vero ait Vazq. errorem qualitatis hos contractus vitiare, quando illis dedit causam; verum est si ab alio processit & directe ordinatus fuit ad extorquendum consensum, & in virum prudentem cadere potuit, alioquin enim contractus erit validus, etiam si sublato errore non fuisset homo contracturus. Semper tamen qui in pretio læsit, tenetur læso resarcire; Si læsio fuit vltra medietatem iusti pretij, læsor cogitur pretium augere, vel contractũ rescindere. Sed emptio non vitiatur, si in nomine tantum erretur, vt patet dict. l. in venditionibus. Item in. l. aliter. ff. de contrahen. emptione dicitur, si aurum fuerit deterius, quam emptor existimaret, emptionem valere, & in. l. alioqui. ff. eodem dicitur: si ego me virginem emere putarem, cum esset iam mulier, emptio valebit, quia non est in sensu erratum: si tamen cum ego mulierem venderem, tu puerum existimasti emere, quia in sexu erratum est, nulla est emptio.

Ex quibus iuribus constat errorẽ, in qua litate non irritare emptionem, sed Azor supra ait, non semper id locũ habere præsertim in foro conscientiæ, quia aliquando emitur res non solum propter substantiam, sed etiam propter qualitatem, ex qua sæpe pendet vsus humanus, vt patet in pannis, & serico, & in alijs mercibus, & tunc qualitas transit in substantiam, quia intentio ementis restringitur ad rem cum tali qualitate. Ex dictis bene infert Azor, si ego lapidem pretiosum vendidi, quem talem esse ignoraui, nullam esse venditionem, quia erratum est in substantia, si tamen sciens esse lapidem pretiosum, vendidi Titio hosti meo, cui non vendidissem, si hostem esse cognouissem, emptio valet; quia hic error nihil facit ad substantiam emptionis. Sed si decem tibi fundum locauero, tu autem existimans, quinque te conducere, lex si decem. ff. locati, ait, tunc nihil agi, idest, contractum esse nullum, quia videlicet locanti non datur totum quod petit. Quanuis Azor dicat, esse validum; augendum tamen pretium, vel rescindendum contractum. Addit autem merito eadem lex, si ego minoris me locare sensero, te autem pluris conducere, vtique non pluris erit conductio, quam quanti ego putaui, vult lex contractũ esse validum, quia locanti datur quantum petit: sed non esse plus dandum illi, quia nõ intendit conductor dare plusquã locator petit.

54 Item quando quis eleemosynam tribuit affectu misericordiæ, precise ad eius miseriã subleuandã, quia putat esse pauperem, si est diues, donatio est nulla, vt diximus, & etiam docet Azor. idemque ait de dante ad alimenta ei quem putat, aliunde alimenta non habere, qui tamen habet. Similiter

si in hospitali alimenta relicta sint pauperibus certæ nationis,&per errorem dentur alijs,donatio est nulla,sed hic est alia causa,quia non impletur conditio posita à testatore,vel instituore,vnde si administrator det alijs, donatio est nulla, siue scienter, siue ignoranter, fiat.

55 Sed contra id quod diximus in 2. conclusione,dolum qui non est circa substantiam cõtractus,fidet illi causam,reddere illum omni no irritum iure naturæ,Arguitur.1.Ex cõtractu matrimonij, qui dolo illo initus, validus est,& quia natura sua insolubilis est, validus perseuerat,nec ob iniustitiam acceptam irritari potest.2.Quia dolus iste versatur non circa substantiã contractus,sed circa causam cõtrahendi,quæ rei est extrinseca, & accessoria, ac proinde non tollit consensum, qui aliquo modo sit sufficiens ad naturã contractus. 3. Quia si deceptus velit contractum constare, deceptor non potest resilire,ne ex dolo commodũ reportet,vt colligitur ex c.1.de eo qui duxit in matrimo.& docẽt plurimi: quod est signũ, contractum non fuisse omnino nullũ. 4.Quia vt sup. vidimus cõmunis sent iurisp. in aliquibus iuribus fundata,est, contractum stricti iuris, cui talis dolus causam dedit,validum esse:hoc autẽ falsum esset,si iure naturæ esset omnino irritus: quia quod iure naturæ est irritũ,non põt iure ciuili esse validũ,& tribuere actionẽ Propter hæc probabile est, q̃ ait Leonar.2.iust.c.17.dub.5.cõtractus eo dolo factos solum esse irritos iure naturę: quatenus irritari possunt pro arbitrio decepti,quia qui dolo inducit alterum ad contrahendũ,iniuriã ei facit, ac proinde tenetur restituere illũ in integrũ & reddere omnia infecta,si deceptus velit. Vnde infert deceptorẽ teneri ad restitutionẽ rei,&fructũ etiã si dominiũ trãslatũ fuerit,quia per iniuriã fuit causa alienationis,& deceptũ posse vti occulta cõpensatione,si aliter quod suum est,recuperare nequit.Sed retinendo.2.con ad.1. resp.nõ esse simile de matrimonio,vt iã diximus, q̃ esse irritũ in tali euentu esset noxium humano generi:nõ sic de cæteris cõtractibus, quin potius bono publico noceret,non esse irritos ipso iure,quia tales contractus communiter sunt inutiles,& noxij deceptis.Ad 2.R. etiã si dolus nõ versetur circã substantiã rei,de qua fit contractus,irritare contractum iure naturæ,ne iniqui exsua fraude cõmodũreportent, & boni damnũ patiantur.Ad 3.R. in foro interno deceptorem resilire posse,secus forte in externo. Ad 4.R. illam opinionẽ cõmunio rẽ iurisp.distinguentium inter contractus bonæ fidei non esse admittandã;nisi forte in foro externo,in quo ius dat actionem decepto, vt cogat deceptorem stare contractui, & in hoc tantum sensu contractus stricti iuris illo dolo facti,validi dici possunt,aut quia in foro dant actionem deceptori,vt petat,licet decepto dent facultatem opponendi exceptionem de dolo. Vnde de contractibus stricti iuris dicitur.l.dolo.C.de inutilib.stipul.dolo, vel metu adhibito, actio quidem nascitur si subdita stipulatio sit:per doli tamen mali,vel metus exceptionem submoueri petitio debet Et de contractibus bonæ fidei dicitur.l. si dolo.C.de rescin.vend. si dolo aduersarij deceptum venditionem pretij te fecisse /Præses prouinciæ aditus animaduerterit, sciens cõtrarium esse dolum bonæ fidei(quæ in his contractibus maxime exigitur) rescindi venditionem iubebit.Nec video,qua ratione, si deceptor comparat dominium rei;teneatur in conscientia restituere rem aut fructus, sed tantum damna, si qua sunt consecuta, nam si tua culpa datum est damnum, vel iniuria illata, iure super his satisfacere te oportet,nec video quomodo deceptus propria auctoritate possit rem non suam & fructus non suos, aut eorum compensationem capere:ergo,si hoc verum est, signum est à deceptore non fuisse comparatum dominium rei, ac proinde nec fructuum. Deinde suppositio,quod iure naturæ,vel positiuo contractus illo dolo facti,sint irriti,non video quomodo verum sit,quod dicunt aliqui, deceptorem teneri in conscientia ante sententiam iudicis ratificare contractum,si deceptus velit,si enim non tenetur ratione contractus:ergo solum ratione pœnæ: at nemo tenetur ad pœnam,nisi post sententiã. Suppono non interuenisse damnum decepto, quod non sit aliter reparabile;si enim interuenisset, tunc ratione damni resarciendi,teneretur contractum ratificare, vt si sponsam cognouisset, (inquit Leonardus) iniuria vero deceptionis non tanti est, si absit damnum, & alia ratione ei satisfieri potest, & ego cum multis teneo pro similibus iuiurijs, nihil esse necessario restituendum.Conf. nam qui ficte contraxit,non tenetur saltem sub. m. ratificare contractum, si nullum incommodum secutum sit, vt probat Leonard. supra c.68.nu.61.ergo neque qui dolo. vnde recte illa dub.5.valde probabile iudicat, posita illa sent. non teneri saltem sub. m. ratificare contractum nisi ratione damni secuti,vel ratione sententię iudicis, vt tenet Conrad. de contract.quæst.57.Ioan.Med. C. de restitut. q.33.Sotus.4.d.35.q.vn,ar.2. contra Richar. dist,36.art.3.quæst.1.Sylues.matrim.8.quæs.2. partic.9. Nauarr.capit.22. num.33. Molina tractatu.2.de iustit disputatio.352. & alios. Sed quid quando is cum quo contrahis non est particeps doli,sed deceptus es à tertio, vel

propria

propria opinione? Conr.& Medi.ibi putãt esse irritum, quia ex errore habet inuoluntarium ad mixtum Leonar.cum glo.c cum dilecti de emp.& ven Bart.l.& eleganter.ff. de dolo in prin.Coua regula.possessor, p.2.§ 6. n.6 putat esse validũ,quia non est circa substantiam nec cum iniuria cõtrahentis,& nullo iure irritatur,vnde qui tali contractu aliquid consecutus est nõ tenetur restituere do nec à iudice cõtractus irritetur.Hoc verũ puto cũ quis propria opinione deceptus est: secus eũ à tertio.Prob,quia quãdo metus iniuste illatus est à tertio, contractus est irritus: metus autẽ & dolus in iure cẽsentur pares.l. si dolo.ff.de inutil.stip.& c cũ cõtingat de iureiur.ergo,Itẽ,quia.l.7.& eleganter.ff. de dolo.dicitur,nullã esse emptionẽ,si minor à tertio,vt vẽderet circũscriptus est,intellige, etiã si ad id minor haberet decretum, vel authoritatem curatoris:nã si non haberet, etiam si deceptus nõ fuisset venditio esset nulla secundum Leonard.sup dub.8.Qui illa dub 5.alia tractat,quæ non possumus modo disputare, & Deo dãte fuse aliquando tractabimus.

TRACTATVS IIII. DE CIRCVNSTANTIIS.

QVAESTIO. VII. DE CIRCVNSTANTIIS.

A.1.V. circunstantia sit accidens humani actus.

A.2 V.circũstãtiae humanorũ actuũ sint cõsiderãdae a Theolo.

A.3.V.conuenienter numerentur circunstantiae ab Aris.et Cic.

A.4 V.principaliores circunstantiae sint propter quid et in quibus operatio.

A Dea quæ D.Tho.interrogat in tribus prioribus arti affimanter respõdet.ad id vero quod in 4.interrogat,respõd.1.locũ tenere circũstãtiã fims.2.vero circũstãt.in quibus

Disp. vn. de circunstantijs. Præfatio.

1 ARist.3.eth.c.1.de circũstantijs agit ea tm̃ rõe qua ipsarũ ignorãtia actũ inuolũtariũ reddere valet,potissimũ tm̃ de illis agere debuisset quatenus bonitas,& malitia actꝰ humani ac proinde meritũ & demeritũ, laus & vituperiũ hominis,assecutioq. vltimi finis ab illis pendet.Tractatio vero circũstãtiarũ, quę ad illũ tm̃ finẽ ab eo suscepta est,ad alios præfatos fines cõferre põt,quos in hac disputatione præsertim Theologus attendit, vt videre licet apud D.Tho.a.2.Alia tm̃ rõe,quæ non est communis sibi cũ moraliPhilosopho Theologus circũstãtias cõsiderat, nẽpe in ordine ad cõfessionẽ nimirũ vt explicet,quæ nã sint necessario cõfitendæ in add.ad.3.p & 4. d.16.17.& 18.& alibi. in ordine vero ad explicandã rõem voluntarij & inuoluntarij,hic,vt docet D.Tho.ar.2.& ita cõsideratas esse ab Aris,Nys.& Damas.recte docet Vaz,disp.30. c.1.2.& 3.in ordine deniq. ab bonitatẽ & malitiã meritũ & demeritũ generalius quidem hic,specialius autẽ q.18.a.3.10.11.12.q.72. ar. 9.& q.73.a.7.& q. vlti videri etiã possent D. Th.q.2.de malo.ar.6.Basil.ser.2. de bap.c.8. Boetius 4.de differen.topicis.Cice.1. &2.de invent.& 2.Rhet.ad Herenn.in causa coniecturali D.Th.Alb.Mai.Bur.Iaue.Eustr. Donat.Burlę.FœlixFabuccus,& alij.3.eth.in prin. Aris.ibi Conib.in eth.disp.5.q.2.Dam.2.fid. c.24.Nys.5.de ho.c.2.ad finẽ Neme. de natura ho.c.31.Aug.15.ciuit.c.7.& de vera,& falsa pœn.c.14 & 15.&habetur c.cõsideret de pœni.d.5.Chysos.ho 17.in.c.5.Mat.vbi ait,in operibus cõsiderãdũ esse tẽpus,causam personã, & quidquid aliud acciderit:refertur. c. occidit Phinees.23.q.8.Azor li.1.c.18.Sayr.to.1.li. 2 c.3.Alẽ.p.2.q.95.m.2.a.3.& 4.& p.4.q 18. m.4.ar.3.Medi.hic & in sum.li.1.c.9.§.1 & 2. Pet.de Sot.lect.5.de peccatis.Angles. 2.d.37. q.3.a.5.Nau.& alij Canonis.c.cõsideret de pœni.d.5.Theologi Scholast.4.d.16.& 17. summistæ verbo circũstãtia.Valẽ.hic disp.2.q. 2. & q.13.pun.4.& alijs.Circũstãtiæ ab Aris.Damas.Nys.seu Neme singula, in quibus est actus,seu particularia appellãtur,Græce Cathacasta:à Rhetorib.vero circũstãtiarũ particulæ sm̃ Dam Nys.vel Nem.ibidẽ,vbi interpretes magis sensum q̃ verb. attẽdentes cathecasta vertũt circũstãtias Alij tm̃ Rhetores appellãt attributa,alij adiũcta,vt Cicero in topicis circa prin.ait,ab adiunctis argumẽta duci,eodẽ modo loqtur in partitionib9,eisdẽq.locis res affectas ad id de quo quæritur,circũstãtias appellat.sed Theologicircũstãtias græce peristhases,q̃ nomẽ sumi põt ex Cice.ad Herẽ.dicẽte si à reb9 circũstãtib.& cõsequẽt.nõ recedem9

sed clarius ex alijs, nam Gellius lib.3. cap.3. ait ostendit exitium de loci importunitate, & hostium circunstantia,& Sipontinus,circunstantiæ dictæ quæ in vna quaque controuersia quæri solent,& Quintilianus lib.5.cap.10. hoc genus argumentorum sane ducimus ex circunstantia,Boetius quoque supra, & forte primus nomine circunstantiæ vsus est.

Sect.1.V. omnes humani actus habeant suas circunstantias.

PRima sententia, actum humanũ dupliciter posse cõsiderarari, scilicet in esse naturæ, & in esse moris.1.modo habere circustantias, quæ sunt eius accidentia;nam occisioni hominis, vt physica actio est, accidit fieri in agro,vel domo.&c. 2. autem modo conditiones actus non esse circunstantias,qa non sunt accidentia,sed principia substãtialia & causæ per se actus in esse moris, tribuitur Dur.4.d.16.q.3.9.ad 1.arg. cui respondet. circunstantiæ non sunt intrinsecę actui quantum ad esse naturæ,ideo non mutant nec augent.1.minuunt actum secũdum esse naturæ: circunstantiæ tamen sunt intrinsecæ actui secũdum esse morale in quantum cadunt, vel cadere debent sub actu rationis deliberantis, & voluntatis eligẽtis,& ideo mutare possunt seu multiplicare speciem actus quantum ad rationẽ peccati,vel augere,seu minuere secundum quod dictum fuit in corpore, scilicet n.3. eodẽ modo loquitur Nauar.c. consideret de pœnit.d.5.in principio.n.3 sed certe Dur.non vocat has circunstantias inttinsecas actui in esse moris quia sint de essentia, vel intrinseca ratione ipsius;sed quia ex illis sumitur essentia,vel quãtitas bonitatis,vel malitię moralis,licet interdum sint impertinẽtes ad bonitatẽ,vel malitiam physicam, neque vult omnes esse hoc modo intrinsecas actui in esse moris,vt occidere nocte,vel die; hasta,aut gladio,&c.manifesteq docet,omnes circunstantias esse accidentia actus saltẽ in esse naturæ,licet possint esse intrinsecæ actui in esse moris modo explicato,& quidem non esse mentem Durandi,quod omnes circunstãtiæ sint de intrinseca ratione actus spectati in esse moris,bene probat Vaz disp.30.cap.1.quia enumerat inter circunstantias modũ, qui est vehementius,vel remissius operari:modũ autẽ accidere actui etiã interiori etiã in esse moris considerato,manifestũ est.Præterea, quia ait,ex circunstantijs augeri,vel minui sæpe bonitatẽ aut malitiã; ergo sentit accidere actui etiã in esse moris spectato,Naua.etiã supra,vt etiam notat Vaz.solũ docet, circunstantiam aliquã,quæ relata ad actionẽ sm̃ esse naturæ, est accidens illius,cõparatã cũ eadẽ actione sm̃ genus moris,esse illi substantialẽ,quod nemo est qui ignoret.Neque vero hanc sententiã tenet Alen.4.p.q.77.m.1.§.5.solũ.n.ait circũstãtias aggrauãtes nõ esse de essẽtia actus vt peccatũ est,esse tm̃ de substãtia eius, vt tm̃ peccatũ est;quanvis.2.p.q.96.m.2.a.4 ponat aliquas circunstantias essentialiter pertinentes ad actionẽ,alias vero accidentarie.Sed fere doctores omnes in hoc cõueniunt,q circũstantię omnes sint accidentia actus, saltem in esse naturæ D.Th.Caiet.Conr.Medi.Valen. & alij a.1.Rich.4.d.16.a.2.q.1.ad.1 & d.17.a. 3.q.9.Sot.d,18.q.2.a.4.Gab.3.d.23.q 1. ar.1. lit.M. & 2.d.41.q.vn. Ocham qlib.3.q.15. & 3.sent.q.10.dub 4.Almai.1.moral.c.6 Angel. in moralib.c.8.Syl.Rosel. Angel. Armi. Tabie.& alij summistę,verbo circũstantia Burid. 3.eth.q.12.ar.1.& 2.Chrysost.ho.17. in Mat.5. idem indicant Nyss.seu Neme.Damas.Basil. Boetius,Aug.Cice.& alij relati initio disp.& res videtur manifesta per rõem D.Tho.nã id q est intrinsecũ,idest de intrinseca rõne rei, non dicitur circũstare illã, sed id tm̃ extrinsecus rẽ attingit,ipsi ve adiacet, seu adventitiũ est,& propterea recte à Cicerone,& alijs Rhetoribus circunstantiæ,vt referebamus adiuncta vocãtur.Neq. dubitãdũ est,quin respectu actus in esse moris aliquæ etiã circunstantiæ dicantur,quia sunt ei extrinsecæ,& accidentales,cũ nõ mutent eius specificã,vel individualẽ rationẽ intrinsecã,sed vel sint impertinentes actui in esse moris,vel bonitatẽ,aut malitiã in eadẽ specie,& manente eadẽ individuali rõe augeãt,vel minuãt.Prętera licet actus in esse moris sumat speciẽ ab aliqua circunstãtia & ideo nõ videatur circunstãtia ipsius,sed principiũ specificãs,& sic sentiat D.Th.de malo.q.2.a.6.& in hac.q.7.a.3 ad.3.Quand.2. d. 28.propositione.1.Rich.4 d.16.a.2.q.1. tm̃ cũ ea sm̃ se sit extrinseca actui etiã in esse moris. bene põt eius circũstãtia dici,vt finis,qui v.g. sit furtũ externũ,est circũstãtia homicidij, qa ei accidit,imo & malitiæ furti,quia licet malitia interior furti à furto externo sumatur; tm̃ furtũ est malitię illi extrinsecum,& quasi forma extrinseca specificans actũ in esse moris, sicut albedo visionẽ in esse naturæ,& similiter,licet aliqua circunstãtia trãsferat actũ de bono in malum moraliter,vel econtra. tamẽ adhuc potest dici circustantia ,quatenns ipsa secundum se est extrinseca actui,vt bono,vel malo moraliter,licet ex ea sumatur bonitas & malitia intrinseca actui in esse moris spectato.Ex quo etiam facile dilui potest alia obiectio,quę ex Arist sumi potest ad probandum aliquas esse circunstantias,quæ non sunt accidentia actus etiam in esse naturæ spectati, nã inter circũstãtias numerat citcũstãtiã qd,quę tm̃ speciẽ tribuit actui etiã in esse naturę cõsiderato,

1 2.opi.

derato cum sit proprium & primarium eius obiectū, aut terminus, vt homo est obiectū voluntatis occidendi hominē,& terminus occisionis, quo argumento aliqui concludunt, Aristotelē ibi quē immittātur,Damas. Nys. seu Nemes.sup.nomine singulorū nō tātum cōprehendere circūstantias,sed alia nō nulla quę vere nō sunt circūstātiæ,quia nō sunt accidentaria actui;falluntur tū isti contra omnū sensum existimantiū,ibi Arist.nomine singulorū in quibus est actus,aliquid præter circunstantias intelligere.Neq. obiectio vrget,nā licet de ratione externę occisionis, & internæ voluntatis occidēdi hominē sit ordo ad hominē:non tū homo ipse,vnde habere poterit rationem circunstantiæ. Deinde,si quis occidat hominē,putans esse ferā,homo est circa quē reuera ille operatur:tū ordo ad hominē accidit voluntati interficientis,& emissioni sagittæ,& percussioni,licet non occisioni:ergo circūstantia circa quid vere est circunstātia respectu multorū actuū hominis. Denique licet homo sīn suā essentiam non esset circunstantia occisionis,aut voluntatis occidendi: tū sīn aliquē statū,dignitatē,quātitatem,aut qualitatē esset circunstantia circa quid,vt sīn quod est pater.l.filius l.prelatus.l.rex.l.bonus,&c. sic ergo circūstātia circa quid est accidētalis actui in esse naturę,sæpe etiā accidit ei in esse moris quia l.species ex ea sumpta accidit alteri speciei moris cōiūctæ in eodē actu.l.ex ea nulla sumitur species moris,qm est circūstantia impertinēs,aut tm aggrauās, & augens.l. minuēs,&extenuās bonitatē,aut malitiā actu, & internū,licet variet speciem actus in esse naturæ,nō tū in esse moris,vt cōmedere carnes arietis.l. bouis in die veneris nō variat speciē gulę,&c. Ex ijsdē patet ad aliā obiectionē de circūstātia,quis,nā persona operans nō accidit operationi:ergo nō est eius circūstētia.R. n.1.personā etiā accidere operationi non solū in specie cōsideratæ,vt notū est,sed etiā absolute:tū quia est ei extrinseca,tū quia nō est de ratione huius operationis, etiā in individuo esse ab hac numero persona,sed eadē numero posset de potētia absoluta elici ab alia persona.R.2.personā sīn aliquē statū, & dignitatē esse circunstantiam operationis, nec obstat quod Arist.dixerit hanc conditionē actus ab operante ignorari non posse,eo quod nemo seipsum ignoret.Hoc n. etiā est verū de statu & qualitate operantis,quē cōmuniter ipse ignorare non potest,ideo ignorātia huius cōditionis fere nunquam reddit actum inuoluntarium.

3 2.Opin. Secūda sentētia affirmat,actū externū habere circunstātiasnō vero actū internū, quia istæ cōditiones,quis,quid,cur,quomodo,quādo,vbi,&c.Accidūt actui externo nō vero interno,siquidē alius actus est velle facere rem hoc fine,tēpore,loco,& modo,atq. illo;& velle furtū cōmiti à se,atq. ab alio,&c.Ita tenēt Gab.3. d 23 q.1.a.1.lit.L & M.& Ocham q lib.3.q.15.& in.3.sent.q.10.dub.4. loquuntur autē de circunstātijs cognitis;incognitæ.n.cū sint volitæ nō variant actū volūtatis.Sed hæc opinio, nec sic limitata, aut intellecta vera est. Tum quia licet ordo ad has cōditiones, quādo sunt cognitæ,esset intrinsecus actui interno,tū ipsæ accidunt tali actui:ergo sunt accidentia ipsius,ac proinde vere & proprie dicētur eius circūstātiæ,tūquia nō quoties sunt cognitę sunt volitæ formaliter, & explicitæ, sed implicitæ,& quasi consecutiue,& tunc ordo ad illas non est de rōe actus interni, vt cū volo occidere hominē,quē scio esse patrem, vel clericū,vel in loco sacro,&c,actus volūtatis nō semper fertur ad illas conditiones, sed interdū ad solā occisionē ipsius hominis, cui scio adiunctas esse,vel fore tales cōditiones, & præsertim hoc cernitur, quādo cōditiones illæ tēporis,& loci, & modi nō considerātur in actu imperato voluntatis,seu externo;sed in elicito & interno.Cum enim internus,licet sit volūtarius, non tū formaliter,& explicite volitus,neq. illæ circūstātiæ erūt formaliter, & explicite volitæ, & sic ordo ad illas non etit intrinsecus, & essentialis actui interno, sed extrinsecus & accidentalis. Deinde,licet aliquæ eius modi conditiones sint formaliter & explicite volitæ,non tamen semper ordo ad illas est de ratione actus,licet enim ordo ad finem, propter quem est volitus aliquis actus externus, sit intrinsecus tali volitioni, tamen ordo ad finem, propter quem volo aliquem internum actum elicere, non est de ratione eius modi actus eliciti,sed tantum de ratione actus imperantis talem actum elicitum,vt si volo elicere actum internum misericordiæ propter gloriā Dei, actus elicitus misericordiæ non respicit intrinsece, & essentialiter,sed extrinsece, & accidentaliter gloriam Dei, vt quæst. 18. & in materia de peccatis latius patebit.Quo circa id quod ait Caiet quæst.18.artic. 4.& 10. finem non esse circunstantiam respectu actus eliciti voluntatis, si generaliter intelligatur, verum non est, esto verum sit de actu elicito, qui non est etiam imperatus ab ipsa voluntate. De alijs autem conditionibus actus,si sint volitæ formaliter per alium actum, manifestum est,esse circunstantias actus,quo solum obiectum est formaliter volitum. Si autem per eundem actum sint formaliter volitæ, probabile est,non ita proprie esse circunstantias, eo quod ordo ad illas videatur de rōe ipsius actus Adhuc tū probabilius puto, esse circunstantias,eo quod ordo ad illas sit

tales circunstantias, vt visio albedinis accidentario se extendit ad figuran hãc, vel illam, & ad quantitatem, & raritatem, & intensionem albedinis. Neque prædictis aduersantur D. Th. q. 19. ar. 2. & Dur. 2. d. 38. q. 1. n. 8. dicẽtes, actum internum voluntatis ex solo obiecto habere bonitatem, vel malitiã. Hoc enim dicunt, vt explicat, Dur. ibidem, quia circunstãtiæ nisi sint aliquomodo cognitæ, & volitæ, non conferunt actui bonitatem, vel malitiã, non tamen oportet vt sint formaliter volitæ, imo circunstantiã intensionis; quæ est modus actus interni, cõfert bonitatẽ, & malitiã, etiã si sit incognita, ac proinde nõ volita formaliter sed voluntaria, sicut ipse actus nõ est proprie volitus, sed voluntarius. Eam tñ bonitatẽ, vel malitiã habet actus ab obiecto cognito, quia intensior operatio ideo est melior, aut deterior moraliter, quia intensius appetitur obiectum apprehensum sub ratione mali aut boni. Recte ergo D. Tho. q. 18. ar. 4. generatim & sine distinctione de actu interno & externo docet, actum humanũ habere suas circũstãtias, ex quibus bonitatẽ, vel malitiam capit.

Ex quibus patet decisio quæstionis, nempe dari circunstantias respectu actuum humanorum, siue sint externi, siue interni, siue considerentur in esse naturæ, siue in esse moris, & has esse accidentia eius modi actuum. Quod magis patebit sect. seq. & tract. de bonitate & malitia humanorũ actuum, imo Alensis. 4. p. q. 77. m. 1. ar. 5. docet, non posse dici circunstantiã peccati, quæ trãsfert actũ de bono in malũ, sed quę actũ quẽ inuenit deformatum, amplius deformat, licet prior illa sit circunstãtia actus simpliciter, quia accidit actui, licet non peccato.

Sect. 2. Quot nam sint circunstantiæ humanorum actuum.

4 RATIO dubitandi est, quia ab Aristot. 3. eth. cap. 1. sex tantum enumerari videntur, quis, quid quomodo, circa quid, vel in quo, quo, seu quibus auxilijs, vel instrumentis, cuius gratia seu finis, in qua enumeratione tempus, & locus omitti videntur, quæ tamen ponuntur à Damasc. 2. fidei cap. 24. sed omisit circa quid, vnde septem tantum numerat, & eodem modo numerat Cic. in Rhetor. ad Herennium & Boetius lib. 4. de differen topicis post medium. Nyssen. 5. de hom cap. 2. seu Nemesius de natura hominis cap. 31. paululum mutatis verbis. Nempe, persona, res, organum, tempus, locus, modus, causa. Per causam autem intelligunt finem, qui per antonomasiã causa dici solet præsertim in materia morali, & hoc modo in iure dici solet, pensandam esse causam actionis ad iudicium de actione ferendum. l. verum. ff. de furtis, Chysostom. homi. 17. in cap. 5. Math. Cuius verba referuntur cap. occidit. 23. quæstione. 8. quod etiam patet cap. sciendum. 39. dist. & cap. cum causa de testib. Nonnulli etiam, in quibus est Bon. 4. dist. 16. dub. 9. ad litteram Magistri, & Palud. ead. dist, quęst. 3. plures faciunt circunstantias, ponunt enim circunnantiam quoties, cuius inter circunstantias meminit quoque D. Thom. de malo. quæst. 2. ar. 6. & August. cap. consideret de pœnit. dist. 5. addens alias circunstantias, inquit enim consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quali fecerit hoc tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Quantitas etiam & qualitas materię addendę videntur: nam ex his potest actus in esse moris multum variari, & euentus consequens, qui magni etiam momenti est de quo in. l. aut facta. ff. de pœnis, quæ inserta est iuri canonico cap. aut facta de pœnitentia. d. 1. Maior etiam, aut minor intensio, & libertas actus videntur in circunstantiis numerandæ, quia multum referunt ad res morales, & huc spectat, quod dicit August. in dict. cap. consideret. quali tentatione, & Chrysosto. dict. cap. occidit. qua voluntate. Idem colligitur ex cap. 1. 16. quæst. 6. & in dict. cap. cum causa de testibus aliæ adduntur circunstantiæ. Ait enim inquirendum esse de personis, causis, loco, & tempore, visu, auditu, fama, certitudine, scientia, aut dubitatione, vel credulitate.

5 Decisio. Hæc lis facile dirimitur, placet enim enumeratio Damasceni, Nysseni, Nemesij, Ciceronis supra, D. Thom. artic. 3. Conr. Medi. & aliorum recentiorum ibi. Sot. 4. distin. 18. quæstione. 2. articulo. 4. qua enumerantur septem circustantiæ illo carmine comprehensę. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur quomodo, quando. Quis secundum Damascen. significat tam personam agentem, quam patientem, quas tamen distinxit Arist. nomine quis, comprehendens personam agentem, & nomine circa quid personam patientem, quamuis D. Thom. art. 3. dicat, circa quid seu personã patientem sub quid comprehensam esse à Tullio, & in illo versiculo, (idem ait quæstione. 72. articulo. 9. & de malo: quæstione. 2. articulo. 6. & 3. ethi. lectione. 3.) quam distinguendo ponit. 8. circunstantias Valentia disp. 2. quęst. 2. pun. 2. & alij dicunt. 8. constitui à Damas. quia distinguit personam agentem à patiente, sed certe vtrãq. sub quis intelligit.

Siue

Siue autem persona patiẽs, sub quis, siue sub quid intelligatur, recte illo versiculo omnes circunstantiæ comprehenduntur & sunt qui dicant, Aristotelem omisisse tempus & locum sed conuenientem omissionis rationem non assignant. Posset autem ratio assignari, quia Arist. agit de circunstantijs quorum ignorantia potest reddere actũ involuntarium, tempus autem & locus non possunt etsi ignorentur, reddere actum inuoluntarium, per se loquendo, quia nihil prodest aut nocet hoc vel illo tempore aut loco rem efficere, nisi quatenus ex accidenti coniungitur aliquid tempori aut loco, vt quod tempus sit diei vel noctis, & quod locus Sacer. l. profanus, &c. Alij vero contendunt, tempus & locum posita esse ab Aristo. sub particula, in quo, insinuat D. Th. ar. 1. quia videtur quoad has circunstãtias nullam differentiam notasse inter Aristo. & Tullium sed expresse art. 4. ad. 1. ait eo nomine Aristotelem tempus & locum non comprehendisse, cuius oppositum expresse docuerat. 3. eth. lect. 3. vbi & Eustratius cum quadam formidine, sed Donatus nu. 18. sine formidine idẽ docet, & Bur. ibidem. q. 12. Iauel. tract. 1. c. 1. idem tenet Rich. 4. d. 17. art. 3. q. 5. vbi ait. 8. circunstantias ab Arist. poni. 3. eth. c. 1. nimirum, quia sub circa quid, vel in quo persona patiens, locus tempusque continentur. Burle etiam. 3. eth. c. 1. eodem modo ponit ex Arist. 8. circunstantias.

6

1. Obiect. Si obijcias quia iuxta tex. græcum particula, circa quid & in quo, non ponuntur vt diuersæ sed vna vt alteram exponens, vnde quidam vertunt, quis itaque, quid, circa quid, vel in quo agit, &c, Alij autem quis & quid agat, & in qua re versetur aut in fit actio. Sed particula, circa quid non comprehendit tempus & locum, ergo nec particula, in quo. Respondeti potest negando minorem. Nam etiam circa tempus & locum dicitur res fieri, quia tamen magis proprie dicitur res fieri in tempore & loco, addidit Arist. seu in quo, vt magis proprie tẽpus, & locus cõprehẽderentur de quibus tamẽ non posuit exemplum sed de persona patiente, quia vnius particulæ vnicum tantum sub ijciebat exemplum, vel, vt ait Donatus supra, quia in loco & tempore res erat per se nota. Circunstantiam numeri seu multiplicationis actus, seu quoties, licet omissa circunstantia circa quid numerauerit Maio 4. d. 17. q. 4. & Bon. supra, eandemque D. Tho. sub circunstantia modi comprehenderit de malo. q. 2. art. 6. sed merito Val. disp. 2. q. 2. p. 2. Caiet. art. 3. Vazq. disp. 30. c. 1 & Conimbricenses cum communi op. docent, inter circunstantias recenseri non posse, quia circunstantię circa eundem actum sunt; numerus autem non circunstat vnam eandemque operationẽ sed diuersas ac distinctas inducit. Omnes autem quæ vere sunt circunstantiæ ad. 7. illas facile reduci possunt, quas si vellemus diuidere in species atomas, vel minus vniuersales, plura membra diuiuidentia efficeremus & pauciora, si vellemus aliquas illarum ad vnam speciem vniuersaliorem reducere. Sed illa numeratio recta est, quia si esset distinctior, non possent memoria teneri, teneri tot membra diuidentia, si vero esset cõfusior, minus deseruiret intelligẽtię & inuẽtioni dialecticæ, vel Rhetoricæ, quãuis Angestus in moralib. c. 8. tantũ ponat sex circunstantias, quis, quid, vbi, cur, quomodo, quando, & sub quis comprehendit causam minus principalem seu instrumentum seu quibus auxilijs. Illius autem diuisionis sufficientiam bene declarat D. Tho, art. 3. & de malo. q. 2. art. 6. & 3. eth. lect. 3. quem Donatus. 3. eth. c. 1, & Iauel tract. 1. cap. 1. Bur. q. 12, Burle. & alij. ibi. Richar. 4. d. 17. ar. 3. q. 5. alijque sequuntur. Bon. autem supra numerat. 14. circunstantias his versibus comprehensas, aggrauat ordo, locus, persona, scientia, tempus, Aetas, conditio, numerus mora, copia, causa, Est modus in culpa status altus, lucta pusilla. Et a persona sumit 6. conditiones, ab alijs tres, a causis tres, ab extrinseco duas scilicet locum & tempus, quas ipse latius explicat, & Vazq. c. illo. 1. reducit ad qvinque, scilicet personam, modum, finem tempus, & locum.

Sed nos illas. 7. explicamus vt intelligatur qualiter ad illas cæteræ reduci possunt seu omnes in illis comprehendi. Quis significat accidentia personæ agentis, vt an qui interfecit ciuis esset, aut peregrinus, nobilis, aut plebeius, clericus aut laicus, puer aut senex vt colligitur ex D. Tho. art. 3. ad. 3. Quid non significat ipsam actus substantiam; non enim actus potest esse circunstantia sui ipsius neque substantiam obiecti, nam hæc non circunstat actum externum, neque internum cũ det illi speciem: sed notat accidentia effectus per actum producti, vel effectus consequentes ex actu, vt si is q. aliũ frigida abluit aqua, nocumentũ intulit; si is qui percussit cõsequẽter interfecit aut quantitatem, qualitatem, vel alia accidentia obiecti aut materiæ, vt an res furto sublata, sit parua, vel magna, an occisus sit clericus, vel laicus, princeps, aut popularis. Vbi significat accidentia loci, vt vtrum palam aut occulte, in loco sacro, vel profano scelus patrauerit. Quibus auxilijs, ideſt, quibus instrumentis aut medijs, vt percusserit ne gladio an fuste, salutauerit, verbo, litteris, nutibus internuncio, &c. Cur ideſt ob quem

7

finem

finem an gratia rei priuatæ, vel ad patriam liberandam periculum adierit; ad gloriam Dei vel peccati expiationem eleemosynam dederit. Quomodo significat modum actionis, vt an sensim, an lente, an vehementer; dolo an bona fide; magis, aut minus libere, aut voluntarie, cum maiori, vel minori cognitione, tentatione habitu, &c. Quando significat accidentia temporis vt an die festo, vel profesto rem diuinam omiserit, opus seruile fecerit, Ad hanc circunstantiam temporis perseuerantia, & duratio actionis reuocatur; quia tempus est duratio quædam, licet posset reuocari ad quid quia extensio actionis est quantitas extensiua effectus. Ad hanc circunstantiam temporis posset reuocari circunstantia, quoties. Sed melius dicitur in rigore non esse circunstantiam actus particularis, sed repetitionem actus specifici, vt ex Caiet. q. 7. ar. 3. & Vale. disp. 2. q. 2. pu. 2. notat Sayrus. to. 1. lib, 2. ca. 3. nu. 13. Aliæ circunstantiæ numeratæ c. cum causa, vel reducuntur ad circūstantiā, quomodo, vel nō sunt circunstātię actus sed testis, siue deseruiunt ad cognitione actus nō ad eius bonitatē, vel malitiā, causas augētes vel minuētes liberū aut volūtariū ad circūstantiā, quis, nōnulli reuocāt Alēs. autē. p. 1. q. 105 mēb 4. tantūmodo ponit. 6. circunstantias secundum Arist. & per quid intelligit ipsam substantiam actionis, quod non recte dicitur, nam, actio sibi ipsi non accidit, ideo nec est sui ipsius circunstantia. Deinde ait, ab Aristo. inter circunstantias non numerari tempus, & locum, quia sunt extrinsecæ. Sed sic nec numeranda esset causa efficiens, principalis nec instrumentalis, nam extrinsecæ sunt actioni, vt & actio ipsis; siquidem actio transiens est in passo & non in agente. Deinde defendit assignationē, viginti quarū vndecim ex persona & 9. ex negotio sumit, & fuse explicat: finemque ait non esse circunstantiam stricte, sed large, quia scilicet non est coniunctus actioni re, sed affectu & intentione. Aliter circunstantias numerat Cicero. 2. de inuentione ante medium, dicens, in 4. constitutione q̄ translatitiā numeramus, eius cūstitutionis est cōtrouersia cui, aut quē, aut apud quos, aut quo iure, aut quicquam, aut quomodo, aut quo tempore agere oporteat. Sed nos. 7 circunstantiarū numerationem & explicationē superiorē sequimur. Ex qua explicatione diluitur illud argumentum, quod fieri solet contra enumerationem prędictam. Nam circunstantiæ sunt accidentia actus, quis autē & quid nō sunt accidētia actus sed causæ essētialit requisitæ. Quis. n. significat causā principalem efficientem; quid autem obiectū quod est causa formalis extrinseca specificans actionem. Resp. omissa alia solut. assignata sect 1. omnes per periculam, quis, intelligere non substantiam sed qualitatem agentis vt quod sit religiosus: vel secularis, coniugatus, aut solutus, &c. per quid etiam intelligere qualitatem obiecti, vel materiæ, vel actionis aut effectū ex ea resultantem D. Th. 4. d. 16. q. 3. art. 1, quæstiuncula. 2. ad. 1. & de malo. q. 2. articul. 6. Conumb. Valen. Richard. sup. 9

Sed obijcies. 2. quia circunstantiæ accidūt actui humano, aliquando autem istæ conditiones non accidunt actui humano sed dant ei speciem, ergo non erunt circunstantiæ. Respond. vel ad rationem circunstantiæ sufficere quod ipsa accidat actui licet ordo ad ipsam sit essentialis actui, vt dicebamus sect. præced. vel conditiones, quas intrinsece & essentialiter respicit actus, non esse illius circunstātias, & ita finē quem intrinsece respicit actus elicitus volūtatis, nō esse illius circūstātiā, sed illū tm̄, quē respicit extrinsece seu ad quē accidētaliter ordinatur, & similiter cum actus propter propriā bonitatē appetitur quia est finis intrinsecus & indistinctus ab obiecto & actu externo atque imperato, non est eius circunstantia, vt neque intentionis, qua propter se ipsum appetitur & a qua sumit suam speciem in esse naturæ. Conditiones autem quæ solam conferunt speciem moris, sunt circunstantiæ actus in esse naturæ, etsi comparentur ad alias species moris in eodem actu repertas, quia accidentario coniunguntur illis, erunt circunstantiæ respectu illarum, siue ex æquo vtraque species competat actui vt cum quis occidit ob furtum & adulterium siue vna competat primario, aliæ secundario eo q̄ vna ex obiecto primario, alia ex secūdario sumitur vt cū q̄s furatur in loco sacro, primaria species est furti quę ex re ablata sumitur, secūdaria autē est sacrilegii, quæ ex loco sumitur, & hęc solutio est D Th. a. 3. ad. 3. & q. 2. de malo. ar. 6. Valē. sup. Richar. 4. d. 16. a. 2. q 1. ad. 1. vbi etiam D. Tho. q. 3. ar. 1. quæstiunc. 2. ad. 2. Sed dices. 3. principia indiuiduantia non sunt accidentia; sed istæ conditiones indiuiduant humanum actum vt ait D. Thom. art. 1. ergo non sunt accidentia, ac proinde nec circunstantiæ. Resp. Val. illo pun. 2. actum non indiuiduari formaliter & intrinsece per has conditiones, sed per ordinē ad illas & subiectum, sicut cætera accidentia. & D. Thomam tantum voluisse ex circunstantijs cognosci indiuiduationem humani actus, vt substantia cognoscitur per accidentia & per aggregatum eorum dignoscitur & distinguitur ab alijs; gradus enim intrinsecus indiuidualis non subiacet per se cognitioni nostræ. Addo autem, neque humanum actum respicere intrinsece suo gradu indiuidua-

2. Obiecti.

li hoc

si hoc numero subiectum, potius quam aliud, neque poscere suę productioni hoc tempus, hunc locum, hoc agens, instrumentum & similia præ alijs eiusdem speciei & modi, de quo in Metaphy. Cum ageremus de indiuiduatione accidentiũ. Sed facilius Resactum late dici indiuiduari his circunstantijs, quia illum contrahunt licet accidentaliter.

Sect. 3. Vtrum ex ignorantia omnium circunstantiarum actus possit esse inuoluntarius, & ex quarum ignorantia potissime.

ARist. eth. c. 1. tria circa hoc dicit. 1. est neminem nisi insanus sit, posse omnes has circunstantias ignorare, probat quia agens nõ potest seipsum ignorare vna autem harum circunstantiarum est ipsa persona agens. 2. est posse ignorari & quid, & cuius gratia, 3 est, ex ignorantia ciuscunque circunstantiæ (supposito quod ignoretur) actum reddi posse inuoluntarium. 1. non intelligitur Metaphysice, & in rigore, sed moraliter & vt plurimum, potest enim Metaphysice ignorare quis statum, qualitatem seu conditionem aliquam suæ personæ quæ reddat actum inuoluntarium, vt si quis ignoret se esse filium regis, vel principem, quod si sciret non efficeret hoc, aut illud. actio est inuoluntaria. 2. dictum difficultatem habet, quia quomodo potest quis ignorare obiectum, vel finem suæ actionis. si enim est obiectum, est volitum, ergo cognitum, si finis, est volitus propter se, & alia propter illum, ergo cognitus. Sed quantum ad obiectum satis explicat Arist quomodo ignorari possit, nimirum, quia ignoratur qualitas eius, vt cum quis ex ignorantia habituali, vel inconsideratione actuali dixit aliquod verbum, cuius prolatio erat secreti reuelatio & ipse nõ aduertebat vel nesciebat esse secreti reuelationẽ, & similiter posset ignorantia finis intelligi quoad eius qualitatem, vt si intendebat vitam Petri, quem ignorabat esse hostem, quem si sciret hostem non aleret, actio erat inuoluntaria ex ignorantia finis secundum qualitatem. Posset etiam exponi, vt finis ignoretur non secundum se, sed in ordine ad media, vt si quis intendebet sanitatẽ per medium nociuũ, putans esse vtile, vel per medium difficile, putans esse facile, sed hoc magis est ignorare quid, quam, propter quid, seu finem: & Arist. neque isto modo nec priori explicat seipsum: sed vt siquis, inquit, salutis idest resipiscentiæ causa percussum interfecerit. Eustratius ibi, si quis salutis causa medicamentum dedit, quod postea venenum esse deprehensum est, & similiter explicant Donatus Iauel. & alij ibi, Nyss. 5. de homine cap. 2. seu Nemesius lib. de natura humana cap. 31. & hoc est ignorare finem improprie dictum, quia est ignorare finem secutum, non tamen intentum, finis autem non intentus non est proprie finis, vel est ignorare finem proprie dictum, ac intentum, non in seipso, sed secundum quod continetur in medio, putat enim homo vitam in medicamento contineri, in quo continetur mors; vnde reuera in hoc casu ignorantia obiecti, & finis seu circunstantiæ quid, vel propter quid coincidunt, quia qualitas, & effectus actionis externæ ad circunstantiam quid pertinet. 3. dictum ex tract. præced. disput. vltim. satis patet, nam ignorantia antecedens facit inuoluntarium interpretatiue & implicite quatenus siquis talem circunstantiam sciret & aduerteret, hoc vel illud non efficeret, vnde actus est voluntarius mixte, quia cum voluntario formali est inuoluntarium virtuale, & implicitum, atque interpretatiuum. Si quis autem, etsi sciret hanc aut illam circunstantiã ad huc vellet operari ignorantia talis circunstantiæ non redderet actum inuoluntariũ, quia non est antecedens, sed cõcomitãs, vt eodẽ loco docuimus.

Ex quo etiam patet, quo sensu dixerit Arist. finem, & materiam circa quam esse potissimas circunstantias, intelligitur enim hoc quã tum ad rationem voluntarij & inuoluntarij. Nam bonum personæ dilectæ est quod maxime intendere solet voluntas, & malum eius de testa i, econtra vero malum personæ odio habitæ maxime amare solet, & bonum eius de testari, persona autem est materia circa quam; & bonum eius est gratia cuius, seu finis, ergo hæ circunstantiæ præcipue sunt in ordine ad voluntarium, vel inuoluntarium in actu, & ideo maxime inuoluntarius est actus, si quis putans se occidere feram filium occidat, vel putans se filio afferre vitam, afferrat mortem, ita Aristotelem intelligit Iauel. 3. eth. tract. 1 c. 1. Eustratius Donatus & alij ibi. Vbi etiã D. Th. lect. 3. in fine probat circa quid, & propter quid esse potissimas circunstantias quia actus specificantur ex obiectis, sicut autem materia est obiectũ exterioris actus, ita finis est obiectum interioris actus voluntatis, hic vero art. 4. docet, circunstantiam finis esse potissimã circunstantiam actus humani, quia actus hũmani dicuntur secundum quod sunt voluntarij, voluntatis autem motiuum, & obiectũ est finis ideo principalissima circunstantiarum est illa; secundariam vero esse ait, quæ attingit ipsam substantiam actus, idest, quid fecit. Quod sumpsit ex Nyssen. seu Nemesio, supra dicente principalissimas circunstantias

esse

esse cuius gratia agitur & quid est quod agitur; ne autem aduersetur Aristoteli numeranti circa quid inter duas potissimas circunstantias, ait, Aristotelem nomine circa quid, seu in quo est actus intelligere, id quod adiungitur ipsi actui, & id ipsum intellexisse Nyssenum, quasi Aristotelis interpretem, per quid agitur. Sed ægre video quomodo Arist. & Nysse. conciliari possint: nam Arist. per circa quid aperte intellexit personam patientem, vt exemplis ab eo subiectis constat, omnesque interpretantur etiam D. Th. h. arti. 1. & 3. & ibi. lect. 3. Nyssenus autem nomine quis personam patientem intellexit; nomine autem quid vterque intellexit actionē imperatam, siue secundum aliquam qualitatem, & conditionem, siue secundum aliquem eius effectum, vt eisdem locis ipse
12 met D. Tho. exponit, ergo. Possent tamen vt cumque conciliari dicendo, quid, & circa quid quantum attinet ad rationem voluntarij & inuoluntarij ex æquo se habere: nam quod agitur non est appetibile aut execrabile nisi respectu personæ circa quam est operatio, vt occisio hominis est appetibilis si ille est hostis: execrabilis autem si pater, vel filius: vnde quæuis harum circunstantiarum est potisima negatiue, ita vt nulla sit potior illa, præter finem. Notandum autem quod licet communiter actus ex ignorantia harum circunstantiarum reddatur magis inuoluntarius, quam ex ignorantia aliarum, tamen aliquando contingit oppositum, vt si quis aliquid pauperis vel amici furetur ex loco sacro, poterit esse magis inuoluntarium furtum ex ignorantia loci sacri, quam ex ignorantia paupertatis, vel amicitiæ domini, quamuis vtrinque sit inuoluntarium, similiter potest locutio aliqua ad alterius salutem ordinata, esse magis inuoluntaria quia in loco publico & palam, alijsque audientibus, a quibus, dicens incautus iudicabitur, per ignorantiam dicta est, quam quia ignoranter & præter intentionē alteri aliqualiter nocuit, & ita ignorantia loci magis inuoluntariam reddit actionem quam ignorantia finis. Sed Arist. & alij locuti sunt de ijs, quæ vt in plurimum eueniunt.

13 Cur autem in his circunstantijs quædam inueniantur afferentes nouam speciem moralem bonam vel malam, quædam augentes bonitatem, vel malitiam, quædam minuentes, quædam ad bonitatem, vel malitiam moralem impertinentes, ex varijs præceptis naturalibus vel positiuis diuinis, vel humanis prouenit & naturalia in cuiusque natura fundantur, circunstantiæ autem quæ nouam afferunt conformitatem, vel difformitatem ad rationem, conferunt speciem moralem quæ vero nouum gradum eiusdem conformitatis, vel difformitatis hęc augent bonitatē, vel malitiā moralem, & quædam, etiam si omnino sint ignoratæ, vt intensio & duratio & maior actionis libertas; aliæ non nisi cognoscantur vel culpabiliter ignorentur vt tempus, locus, qualitas personæ agentis, vel patientis & actionis & nocumentum illam consequens: quædā debent explicite esse voli tæ, vt finis nullam confert bonitatem nisi explicite & formaliter & propter se appetatur; malitia autem prouenit ex loco & tempore & alijs huiusmodi, licet non appetantur formaliter & explicite; sed scienter, ac proinde voluntariæ fiat actus cum illis. Sed & hæc alia quę multi præter rem inserunt in hac. q ad tractatum de bonitate & mal hum. act. 1. de peccatis 1. de confessione pertinent, ibique examinanda sunt.

Sect. 4. Qualiter Aristo. 3. eth. c. 1. de circunstantijs locutus fuerit.

IN primis constat Aristotelem ibi, quem imitati sunt Nyssen. philosophiæ. c. 2. Damasce. 2, fid. cap 24. & D. Tho. in hac. q (vt ipse fatetur art. 2,) egisse de circunstantijs prout carum cognitio requiritur, vt actus sit voluntarius & earum ignoratio reddit actum inuoluntarium: ex qua colligit Vazq disp. 30. c. 2 non egisse de circunstantij quæ sunt accidentia actus sed quo pertinent omnino ad eius substantiam, & propterea non apellasse illas circunstantias sed ecasta (seu potius cathecasta) idest singula, in quibus versatur actio, ignoratio enim accidentium actionis non potest actionem ipsam in se reddere inuoluntariam. Sed hoc argumentum iam sectione præced. solutum est: vidimus enim quomodo ignorato multorum accidentium actionis possit ipsam reddere in seipsa interpretatiue inuoluntariam, & hoc voluisse Aristo. Damas. Nyssen. Nemesium, & hæc est omnium aut fere omnium sententia · quamuis Alens. 2, p. q. 96. memb. 2. art. 4. nonnihil alludat sententiæ quam Vazq. tuetur explicans quādam diuisionem circunstantię in qua non comprehenditur tempus & locus, vt solum detur de circunstantijs essentialiter pertinentibus ad actionem, quales sunt causa efficiens principalis & instrumentalis, causa item finalis & materialis & denique etiam formalis quæ est forma & species actionis & est veluti circunstantia respectu rationis genericæ. Sed 2. pro 15
14 sua sententia argumentatur Vazqu Nam Arist explicans circunstantiam quis, seu agē tis, ait, non posse ab ipso agente ignorari, nisi

in

insanus sit: quo namque pacto se se ignorabit, ergo Arist. per hanc circunstantiam non intellexit statum, dignitatem & alias qualitates agentis vt D. Thom. & reliqui scholastici interpretantur, sed ipsam substantiam personæ. Nam qualitates proprias bene potest quis, etiam si sanæ mentis sit ignorare aut saltem non considerare, (quod perinde est atque ignorare) quando actu operatur. Resp. 1. etiam si per circunstantiam, quis, intellexisset Aristo. substantiam agentis, ea erit accidens actionis, licet enim ordo ad causam efficientem sit de essentia actionis, non tamen ipsa causa, imo recte aliqui dicunt, de substantia actionis siue consideretur in specie siue in indiuiduo, non esse ordinem ad hanc numero causam efficientem. Resp. 2. Arist. loqui de eo quod moraliter & vt plurimum contingit; nam Metaphysice loquendo, etiam substantia personæ agentis potest non considerari, quando quis actu operatur; Nam licet non velit a se prodire effectum, si absolute velit illum fieri, operabitur: moraliter autem neque qualitas personæ, quæ tanti sit mementi vt actionē inuoluntariam interpretatiue reddere valeat, ignorari, vel non aduerti poterit toto eo tempore, quo quis operatur seu deliberat de operatione efficienda: certe loquendo moraliter, nisi homo sit insanus, aut, quod perinde est, valde obliuiosus, qualitatem personæ non ignorabit, aut non considerabit toto illo tempore v. g se esse coniugatum, vel voto simplici aut solenni ligatum, &c. Quare rarissime per ignorantiam, & inconsiderationem huiusmodi qualitatum, homines a peccato, vel eius grauitate excusantur. 3. argumentatur, quia Arist. per circunstantiam, 16 quid intelligit substantiam obiecti, vt eius exempla manifeste indicant; inquit enim, ignorauerit aliquis fortasse id, quod agit. vt inquiunt dicentes, excidisse sibi, aut nescijsse, arcana esse, quemadmodum Aeschila ipsa arcana Cæreris, aut ostendere volentes immisisse, vt qui telum immisit. Sed facile. Respon. hæc exempla non ad substantiam obiecti vel actionis in esse naturæ pertinere: sed ad qualitatem, alioqui male appellaretur ab Aris. singulare, in quo est actio externa. Item quia in esse naturæ eadem actio est tam interna quam externa, quando volo aliquid dicere; siue sciam, id esse arcanum, siue non: & quando telum vel sagitta ex ballista aut arcu emissa est à me volēte aliquid ostendere, siue scierim siue ignorauerim, ex arcu sagittam emittendam esse. Neque Eustratius per circunstantiam, quid, intellexit actionem externam secundum substantiam, sed secundum 17 qualitatem suā. 4. Argumētatur quia Arist. per circunstantiam, circa quid, inteliigit naturam & substantiam materiæ: ponit enim exemplum dicens: putauerit aliquis & filium, hostem vt Melippe putauit. Sed Resp. in eo exemplo ignorantiam non versari circa substantiam obiecti seu materiæ, circa quam, vt sic, sed circa eius qualitatem. Nam, cum volo hunc præsentem hominem occidere, eadem actio interna & externa est in esse naturæ, siue putem me occidere filium siue hostem, sicut etiam in materia de matrimonio, cum communi dixi, eum qui vult contrahere omnino cum præsenti fœmina, ad nihil aliud dirigendo suam intentionem, matrimonium validum efficere, neque errare circa substantiam personæ, vt est obiectum contractus, quamuis erret existimans esse aliam diuersam personam, scilicet, cum sit Anna filia hominis plebei putans esse Mariam filiam Regis. In genere autem moris occidere filium cognitum, vt filium, fortasse addit speciem accidentariam homicidio, & contrariam pietati, de quo tract de bon. & mal. hu. actuum. vbi discutiemus, an verum sit quod Vazq. illo. c. 2, &. 1. p. disp. 85. c. 5. notat in homicidio filij vel patris non esse duas species. alteram contra iustitiam, alteram contra pietatem, sed vnicam tantū, eamque contra solam pietatem, & similiter an in adulterio, vt bene fatetur Vazq. sit vna species contra castitatē, altera vero contra iustitiam. Merito tamen dixit, circunstantiam, circa quid, & in quo, eandem esse apud Arist. nam sub disiunctione dixit, circa quid, vel in quo. Nec huius, in quo peculiare exemplum attulit, quare deceptum fuisse Burid. qui dixit per particulam, in quo; Arist. locum & tempus intellexisse.

Sed. 5. argumentatur: quia circunstantia, 18 quo instrumento, ad substantiam actionis pertinet, secundum Aris. qui exemplum ponit in eo, qui hastam cuspidem habentem, putat eam non habere, & lapidem pumicem esse, quod autem hasta habeat cuspidem, & lapis non sit pumex, ad substantiam percussiones, & occisionis pertinet. Resp. hanc quoque circunstantiam accidentalem esse: Nam siue quis sciat, siue ignoret, hastam habere culpidem; & lapidem non esse pumicem, eadem percussio, & voluntas percutiendi, aut non percutiendi erit, si forte in vtroque statu quis eādē motionē hastæ, vel lapidis velit efficere & actu efficiat. 6. Argumentatur ex circunstantia finis, in qua Arist. ait, ignoran- 19 tiam, quæ inuoluntarium faciat, contingere. si quis aliquid efficiat, putans fore ad eius sanitatem. quod tamen ei mortem afferat Sed certe hæc quoque circunstantia est accidentalis actioni externæ, quę & ad salutem,

& ad

& ad mortem alterius appeti, & ordinari ab agente potuit: licet actioni internæ substantiale sit respicere, vel non respicere actionem externam in ordine ad salutem, imo manente eadem actione interna, possit ignorantia finis reddere actum inuoluntarium, vt si quis non intendit salutem, nec mortem corporis, sed correctionem, vel aliquid aliud adhibere, punitionem lethalem existimans, non fore lethalem, in quo casu finis, non quidem intentus, sed secutus diceretur circunstantia ignorata, & tunc talis finis non diceretur proprie finalizare: vt constat ex tract. 1. imo & Vaz. fatetur, in exemplo Aris. potius esse circunstantiam medij, quam finis, quia quod ignoratur, non est ipse finis, sed vis medij ad
23 inferendum talem finem. 7. Arg. ex circunstantia, quomodo, quam ignoratam causare inuoluntarium explicat Arist. exemplo eius, qui volens aliquem leniter manibus tangere vehementer illum tetigerit, ac proinde læserit. Sed certe hæc circunstantia accidentaria est actui, etiam interno: Si enim eundem impetum manui quis velit imprimere, siue putet illū fore vehementē, siue nō vehementem eadem erit actio interna & externa.

Rect ergo Doct. communiter circunstantias positas ab Arist. accidentia actus esse dixerunt, idemque dixerūt de ijs, quæ positæ sunt a Nysse. & Damasc. sup. In quarum tamen enumeratione nōnihil interse & ab Aris. differunt: Nam Nyssen, sub, quis, comprehendit personam agentem & patientem: & ideo enumerat tantum. 7. circunstantias; Damascen. vero 8. quia personam agentem, & patientem in duas circunstantias diuidit, quia persona patiens esse, solet materia; circa quam. Ideo neuter posuit circunstātiam, circa quid, quam tamen Arist. posuit sed vterque locum & tempus posuit, quas circunstantias ob rationem adductam sect. 2, prætermisit Aristo. Cum autem locus & tempus circunstantiæ sint accidentales actioni, & earum ignorantia sæpe faciat actum inuoluntarium, non est asserendum ignorantiā accidentium non posse actum in se inuoluntarium efficere: aut Patres istos cum Aristo. de circunstantijs accidentalibus locutos non fuisse. Addit Vazq. eadem disp. capitulo 4. locum, & tempus vt a Nyssen. & Damasc. numerantur, ad circunstantiā quo instrumento, aut medio res fiat, reduci posse. Nam exemplum loci ponit. Si quis in angusto transitu, vel noctu obuiantem læsit. Sed melius hę ad circunstantiam finis reducerentur: quia videlicet occursum illum vel deambulationem ad lædendum alium, fore ignorabat. An vero ex reliquis quędam ad alias reduci possint, vt ibidem contendit Vaz. parum refert. Id tamen notandum est, quod licet istæ circunstātiæ sint simpliciter accidentales actui, tamen secundum quid, seu secundum aliquam rationem spectatæ, erunt substantiales, vt esse coloratum est essentiale homini, non vt homo est, nec absolute, sed vt albus est. nam accessum esse ad personam cōiugatam, est essentiale fornicationi, vt adulterium est; & furto vt sacrilegium est, substantiale est esse acceptionem rei sacræ, vel de sacro, &c. Et occisioni, vt parricidium est, est essentiale versari circa patrem. An vero facta per ignorantiam valida sint, de quo agit Vazq. eodem. ca. 4. dictum est in calce tractatus. 3.

QVAESTIO

DISPVTATIONVM R. P.

IOANNIS DE SALAS CASTELLANI

GVMIELENSIS E SOCIETATE IESV

In Primam Secundæ Diui Thomæ

TOMI PRIMI SECVNDA PARS.

AD R. ADMODVM PATREM CLAVD. AQVAviuam Præpositum Generalem Societatis IESV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Ex cõmissione illustrissimi D.D. Vitalis Marin, Generalis fidei quæsitoris in Hispaniarũ Regnis expurgatoris iuxta Expurgatorium anni M. DCC. VII. hanc secũdam partem primi Tomi Ioannis de Salas in primã secũdæ D. Thomæ. In Asceterio S. Dominici de Sylos III. cal. Septemb. an. M. DCC. VIII. Frater Ioseph Nuñez



BARCINONE M. DC. VII.

Ex Officina Gabrielis Graells, & Gerardi Dotil.



QVAESTIO OCTAVA DE VOLVNTATE QVORVM SIT vt volitorum.

Art. 1. Vtrum voluntas sit tantum boni.
Art. 2. V. sit tantum finis, an etiam eorum, quæ sunt ad finem.
Art. 3. V. vno actu moueatur in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

QNONA DE MOTIVO VOLVNTATIS.

Art. 1. V. voluntas moueatur ab intellectu.
Art. 2. V. moueatur ab appetitu sensitiuo.
Art. 3. V. moueat se ipsam.
Art. 4. moueatur ab aliquo exteriori principio.

TRACTATVS 5. DE MOTIVO VOLVNTATIS.

Disputatio 1. de obiectis, & de potentijs interni hominis qualiter moueant voluntatem; ab ipsaq. moueantur?

Præfatio ad præsentem disputationem.

1. Quæstio varia. Q. 1.

VLTA hic dicenda essent, nisi tractatu 1. disp. 5. & 6. disputata fuissent. 1. An voluntas possit ferri in malum, vel indifferens, vt sic & nõ tantũ sub ratione boni: de quo late egi in illa disp. 6. sect. 1. & docui voluntatem nihil appetere posse, nisi sub ratione boni, quod de volũtate naturali docet Damasce. 2. fidei. c. 22. quã inquit, rationalem esse, & quod est rationi consonum, appetere, qui autem, inquit, aliorum appetitus est rationalis non existens, minime voluntas dicitur. Vnde non satis explicat Damascen. an possimus potentia voluntatis appetere aliquid non sub ratione boni, id tamẽ clare docet Boetius esse impossibile. 4. de consol. pros. 2. meministi, inquit, superioribus rõbus esse collectũ, intentionẽ omnem uoluntatis humanę, quę diuersis studijs agitur, ad beatitudinẽ festinare? & infra. Omnes igitur homines, boni pariter ac mali indifferenta intentione ad bonũ peruenire nitũtur, sic & Aristo. 1. Ethi. c. 12. in fine ait, cætera eius gratia (hoc est fælicitatis) agimus oẽs. De hac re multa, & optime dicit Q. 2. Fonse. 9. Meta. c. 2. q. 5. sect 4. 2. Est V. volũtas possit ferri in bonum, quod est tantũ apparẽs Q. 3. de quo tract. 1. disp. 6. sect. 1. in fine. 3. V. voluntas non solum moueatur à fine, sed à medijs de Q. 4. quo ead. d. 6. sect. 2. 4. V. voluntas possit habere actũ circa bonum abstrahendo à fine, & medijs, seu moueri à bono abstrahendo à fine, & medijs, sumendoq. bonũ in sua vniuersalissima ratione: de quo eadẽ disp. & sect. ad. 4. arg. diximus, fususq. dicemus trac. 6. dis. 1. sect. 8. q. 8. 5. V. voluntas possit ferri in bonum delectabile, vt sic, de quo trac. 1. disp. 6. sect. 2. Q. 5. 6. An volũtas possit moueri in incognitum, de quo egi tract. 1. disp. 5. sect. 1. & Fonseca. 9. Metaphy. c. 2. q. 5. sect. 6. 7. An cognitio sensitiua Q. 6. sufficiat ad mouendam voluntatem: de quo disput. illa 5 sect. 2. dixi, non sufficere etiã de potentia absoluta, licet Fonse. 9. Met. c. 2. q. 5 sect. 7 dicat, sufficere de potentia absoluta. 8. V. ad Q. 7. mouẽdã voluntatẽ sufficiat simplex apprehensio sine iudicio: de quo ead. sect. & opti ne Fonse. loco citato. vbi etiã tractat, quæ cognitio requiratur ad actũ liberũ. 9. An sufficiat iudiciũ Q. 8. speculatiuũ, an vero requiratur practicum: de quo ead. sect. & Fonse. sup. 10. V. ad motionem Q. 9. voluntatis requiratur imperiũ intellectus distinctũ à iudicio: de quo ead. sect. di i & dicam latius tract. 6. disp. 2. 11. An cogniti sit finis ratio causandi finaliter actũ voluntatis, an cõditio tantũ: de quo tract. 1. disp. 5. sect. 4. dixi esse rationẽ agendi: de quo egregie Fonse. c. cit. q. 6. Q. 10. 12. V. in opinione asserẽte, verbũ distingui realiter ab actu intelligẽdi, intellectus moueat voluntatem inmediate per actũ intelligendi, an vero per verbum: de quo tract. 1. disp. 5. sect. 3. Q. 11. diffi. 1. 13. An intellectus effectiue moueat volũtatẽ. tra. 1. dis. 5. His aũt suppositis, solũ in hoc Q. 12. tractatu supersunt disputãda, quæ sequũtur.

Sectio.1.Vtrum sicut intellectus mouet volũtatem,ita voluntas intellectum.

PArs negatiua his argumentis suaderi potest. 1. omne mouens est prius, ac nobilius moto, sed intellectus est prior, & nobilior voluntate, vt tract. 2.statuimus,docetq. Arist.10. Eth. cap. 7.ergo intellectus non potest à voluntate moueri. Maior probatur, quia quod mouet agit,agere autem præstantius est quã pati teste August. 12.Genes.ad litte. 2.

2. Voluntas nihil appetit nisi ie quod ei ab intellectu repræsentatur, vt docet August. 8. Trin.c.4.nihil volitum nisi prius cognitũ quod & nos ostendimus tract.1. disp.5. sect. 1. igitur,si, vt intellectus actum suum eliciat,& volũtate moueri,dabitur in actionibus voluntatis, & intellectus infinita progressio:siquidem omnem actionem voluntatis antecedet actio intellectus,&omnem actionem intellectus actio voluntatis absq. vllo. 1. actu Si dicas,argumentum conuincere intellectum non in omni actu suo moueri à voluntate,sed tandem consistendum esse in aliquo actu intellectus, ad quem intellectus ab obiecto interuentu phantasmatis moueatur,ac determinetur; qui actus saltẽ in suo.1.ortu nec liber, nec voluntarius est, sed mere naturalis, in alijs vero actibus intellectũ posse à volũtate moueri.Quę doctrina sumpta est ex Maior.1.d.3. q.2.Greg.2.d.11. q vnica. Conimbricen. 1. Phy.c. 1.q.2.ar. 4.& in Ethi. disput.4.q.2 arti.1.con.1. & art.2. ad. 2.& D. Tho.1.p.q. 82. art.4. ad.3. Scot.2.d. 42.q. 4. Henric.quodlib.1.q.15.& alijs citandis,& ex August. 3. de lib.arb.c.25.dicente in potestate nostra nõ esse, quin visis tãgamur. Cõtra hoc insurgo. 3. Nã si volũtas mouet intellectũ ad cognitionẽ alicuius obiecti, debet id præstare per actũ, quo appetat eius cognitionẽ; appetẽs autẽ cognitionẽ cognoscit cognitionẽ ipsam,ac proinde eius obiectũ, quia non potest cognosci actus,quin cognoscatur obiectũ:ergo iam cognoscit obiectum: ergo non est cur appetat eius cognitionem,& ad eã moueat intellectum. Quam difficultatem sensit Boetius agens de desiderio animæ desiderantis intelligere concordiam præscientiæ Dei,& liberi arbitrij.Sic enim ait.5. de consolatione metro.3.

Sed cur tanto flagrat amore.
Veri tectas reperire notas?
Scit ne quod appetit anxia nosse?
Sed quis nota scire laborat?
At,si nescit quid cæca petit?
Quis enim quicquam nescius optet?
Aut quis valeat nescita sequi?
Quo ve inueniat? quis repertum
Quærat ignarus noscere formam.

Quæ carmina explicans D. Tho.ait, quia dictũ fuerat à Boe.animã ignorare cõpatibilitatẽ præscientię,seu prouidẽtiæ, & liberi arbitrij cõtra hoc efficit argumẽtũ:nullus appetit scire quod scit, si anima desiderat scire aliquid, vel ignorat illud,vel scit,si scit: ergo non desiderat ipsum scire:quia nullus appetit scire,quod scit cum omnis appetitus sit ratione carentię:si autem ignorat illud, quod desiderat, quomodo ignotum desideratur? cum voluntas non quærat incognitũ.Ideo si ignorat,nũquam cognosceat,quis enim ignotũ inueniet. Si. n. Pater familias quęrat seruũ fugitiuũ, quẽ ignorat posset sibi multoties occurrere, & ipsum non inueniret:sicut dicit Lynco.1.poste.Hæc D.Th.ibi.

4. Arg. nam intellectus per suam notitiam concurrit effectiue ad actum voluntatis, vt est multorum sententia,quã secuti sumus tract.1. disp.5. sect.3. & in præfatione huius tract. igitur si voluntas mouet effectiue intellectum,& intellectus voluutatem; Idem respectu eiusdẽ hoc est,eadem voluntas comparatione intellectus,simul erit mouens, & motum.

5, Intellectus cum specie, vel alijs formis, & qualitatibus in eo existentibus est integrum, & completum principium effectiuũ sui actus: ergo voluntas non efficit eius actum:ergo nõ mouet intellectum:quidquid enim mouet intellectum, cusat actum intellectus. 6. volũtas non agit nisi actione immanenti, actione autẽ immanenti nihil producitur extra potentiam actiuam:ergo.7. memoria fœcunda speciebus est sufficiens causa intellectionis:ergo superflua est voluntas ad causandam intellectionẽ.

Hanc quęstionem mouent Scotus.2. d.42. q.4.& alij referendi,& licet Caiet.illam parui pendat.q.9.art.1. negligenda tamen non videtur,suas enim difficultates habet.

3. Decisio quæstionis.

Pars autem affirmans certa est,& omnium proculdubio doctorum, quanuis enim Greg. Arimin.2.d.11.q.vnica ad finem dicat, intellectum hominis,& angeli independenter ab omni actu voluntatis posse elicere operationem aliquam libere, & spontanee: non tamen negat,quin ad operationem aliquam possit à voluntate moueri, immo id fatetur, & similiter voluntatis præcepto posse ab operatione cessare,quę est sententia Aris.8.Phy.c.4.t.32.& 3. animę.c.4.tex.8.& c 5.tex.20.& c. 8.in princ. 3.Ethi.c. 5.sed clarius.2.animę.c.5.tex.55.vbi ait,sciens cum voluerit contemplari, potest id ipsum facere,nisi quid externum forte prohibeat, impedimentoq. fiat, & 2. animæ.cap.5. t.60. ait in potestate animę habentis scientiam esse intelligere cũ velit, ex quibus locis Auerroes. lib. 3.t.18. dixisse videtur, habitus esse quibus vtimur cum volumus. Vide etiã. 1. Eth. c.8.& 10. Aug.10.de Tri.c.1.2.& 3.vbi late docet,intellectũ à voluntate adinquirendũ, & sciendũ moueri,& li.11.c 3.& 5.& l.15.c.27 in fine,vbi docet, volũtatis munus esse intellectũ in actũ reducere,& 2.de li.arb.c.19.ait voluntatem

luntatē seipsa,& alijs potentijs bene, & male vti.Hanc etiā sent. late docet Fonseca.9.Metaphy.c.2.q.4.sect.2. Gēnadius de eccleſia ſt. dog.c.82.nō oēs, inquit, cogitationes nostræ malę diaboli instinctu excitantur,sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt,& Damascen.2.fid.c.22,post voluntatem est inquisitio,& consideratio,& inferius. Quoniā autē coniunctæ sunt cognoscitiuæ,& apetitiuæ virtutes in eodem,libera potestate appetit,& libere vult,& libere inquirit, & libere cōsultat, & libere considerat,& libere iudicat. Ansel. 1.lib.de similitud. c.2. mox ad imperium voluntatis aperiūtur omnes animæ, & corporis sensus ad implēdum,quod præcepit Deus, & deconceptu virgi c.4. Deus nos, & potestatē, quę in nobis est,subiecit voluntati,vt ad imperium eius non possimus,non mouere nos ,& facere quod vult. D.Tho.hanc sententiam expresse docet.1.p.q.82.art.4. & 1.2.q.9. art.1. vbi Caie.Conrad. Medi. cæteriq; omnes Valentia,disp.2.q.4.pūcto.1.q.vltima.Conimbricenses in Ethic. disp.4.q.2.& 3.Scot.2.d.42. q.4.Hispalē.1.d.45.q.1.art.3.notab.3.Buridā. 3.Ethi.q.6. Ioan. Antonius Delphinus.lib.4. de salutari progressu,qui est de lib.arbi.c.facile,vbi explicat qualiter malitia voluntatis excæcare valeat intellectum.Capreol.2.d.3.q.2. ad.5.contra.9.conclusionem Ferrar.2. contra gen.c.vlti.cum D.Tho.ibidē,Fonseca.9.Meta. c.2.q.6.sect.3.ad vltimum. q.8.sect.3. & alibi sæpe.Et hæc veritas constat experientia:quādo quidē contemplamur,legimus,scribimus, loco mouemur,præstamusq;cætera, id genus munia ab intellectu,& imaginatione,a potētia loco motiua pendentia, cū volumus: ergo potentiæ istæ subiectæ sunt voluntati.

Ratio autem est,quia voluntas respicit bonum commune,seu totius hominis,immo, & 4. bonum aliorum,& præsertim Dei,quibus bonis sæpe obstare potest exercitium, aut quies aliarum potentiarum, vnde ne voluntas sit inutilis,& illæ sæpissimæ noxiæ, oportuit eas subijci volūtati ex natura rei, & propterea voluntas naturaliter illis dominatur,& illæ volūtati obtemperāt,suo quæq; modo.Et hinc spectat ratio D.Thom.locis cit.& aliorum. Quia omnis potētia agit propter bonum propriū, & voluntas propter bonum cōmune, in quod vt in finem ordinatur bonū cuiuscūq; alterius potentiæ:ergo voluntas debet cæteras potētias in bonum cōmune mouere,semper enim ars,& potentia ad quam spectat finis vniuersalis,mouet,ad agendum,artem,& potentiam ad quam particularis finis, sub illo vniuersali comprehensus pertinet,vti liquet in arte nauigatoria,&nauium confectrice,itemq;induce, & tribunis,atqui omnes fines aliarum potentiarum comprehenduntur sub fine, ac bono, quod est obiectum volūtatis,quia earum bonum ad cōmune bonum ordinatur, vel in eo includitur:ergo ad voluntatem pertinet reliquas potētias ad proprios earum actus mouere. De ratione autem D.Tho q.9.art.1.satis erit videre,quę circa illum ar.notat Vaz.

Quæri autem potest quonām modo,voluntas hanc motionem præstet. 1.Modus dicēdi est, 5. voluntatem mouere intellectum,& alias subiectas potentias non per modum actiui, sed per modum finis cum enim sit superior, aliæ potentiæ gratia voluntatis mouent se actiue ad ea quę ipsa vult. Hoc reijcit Burid. supra. 1. quia multi negant voluntatem esse superiorem intellectu. 2.Quia. quod mouetur ad aliquid contra propriam inclinationem iuxta quam ageret,si esset sibi derelictum,mouetur ab aliquo alio actiue:sed appetitus sensitiuus sibi derelictus, ageret secundum inclinationē quam habet ad prosequendum delectabile sensui,& fugiendum triste,ad cuius oppositum mouet ipsa volūtas in homine studioso : ergo. Tertio quia appetitus sensitiuus, non potest desse suspendere actum suū præsente obiecto, sed per voluntatē potest:ergo ad hoc agit voluntas.Sed hæc nō multū vrgēt,quia posset defendi intellectū esse simpliciter inferiorē volūtate,vel dici, ad hoc sufficere esse inferiorē secundū quid,scilicet quatenus volūtas respicit bonū formaliter,nō vero intellectus:neq; appetitū sensitiuū quādo ad præsentiam volitionis appetit,quod alias nō appeteret rebus sic extantibus,se mouere contra propriam inclinationē immo secundū illā,habet.n.inclinationē ad sequendā voluntatē,sicut heliotropium, siue helioscopion,latine solsequiū,solē,& sicut ferrū à magnete tractū,habet polū aspicere, seu ad ipsum conuerti,& eodē modo exse habet ab actione cessare,stante actu volūtatis,si ab obiecto vehementer non trahatur.Melius forte reijcitur hic modus dicēdi,quia aliæ potētiæ nec appetitu innato,nec elicito appetūt bonū voluntatis, aut voluntate intentū : ergo non mouētur ab illo per modū finis,& multo minus à volūtate ipsa,i.eius actione,quā minime apetūt,vnde hęc motio nō ē tribuēda volū tati,veleius actui,vt causę finali,sed vt efficiēti.

1.Quæstio. 1.Modus dicendi.

Reijcitur

2. Modus dicendi est,voluntatem mouere 6. actiue cæteras potētias,quasi per accidens.s. præsentando eis obiecta ipsarū, quę perse eas mouent,præsentat.n.eis obiecta, in eo q; vult ea.Hoc reijcit Burid.1.quia quādo præsentaret obiectū intellectui,i. illud esset cognitū, & sic iam esset præsens intellectui : vel non esset cognitū,& sic neq; volitū:quomodo igitur ipsum præsentaret voluntas. 2. quia cum intellectus sit potentia æque proprinqua, vel propinquior sensui, & appetitui sensitiuo,sicut voluntas, videtur, obiectum ita debere fieri

2.Modus. Reijcitur

præsens sensui, & appetitui sensitiuo, ex eo quod esset intellectum, sicut ex eo, quod esset volitum, & sic intellectus absq; voluntate moueret ipsum appetitū sensitiuū, sicut voluntas, quod non conceditur. 3. Reijci potest quia obiectū intellectus, & imaginationis est præsens per speciem impressam, aut verbū, vel idolum: appetitus vero sensitiui per cognitionē sensitiuam; potentię vero motus secundum locum per ipsam essentiam realem, & localem: ergo voluntas non præsentat obiectum his potentijs, & maxime, hoc est verū cum suspendit, vel impedit ipsarū actus circa obiecta presentia.

7. 3. Modus. 3. Modus dicendi est voluntatē actiue mouere intellectum, quia sunt idē realiter interse, & cum anima: anima ergo existens sub priori actu mouet, vel mouere potest ad vlteriorem actū. Vnde sicut iudiciū de bonitate obiecti, est actus proximus eius volitioni. ita volitio est actus primus executioni. Ideo sicut anima informata iudicio, potest se mouere ad volitionē, ita ipsa informata volitione potest se mouere ad executionē. v. g. anima volens cōsiderare circa aliquā cōclusionē, vel inuenire medium ad attingēdū finē, mouebit se ad cōsiderandū, & inquirendū, & hoc est voluntatē mouere intellectū, sicut intellectus speculatiuus mouet practicū, quando ex conc. speculatiua ad practicā procedit, & intellectus apprehēsiuus mouet iudicatiuū, quādo intellectus ex aprehēsione procedit ad iudicii. Et eodē modo, inquit, Burid. dici posse, appetitū sensitiuū, & sensum nō distingui interse, & anima, & ab intellectu, & voluntate, sed animā secundum quod in actu cognoscendi vtitur orgāno corporeo dici potentiā sensitiuā, secundū autem quod in actu cognoscendi non vtitur organo corporeo, dici potētiā intellectiuā: & ita etiā dici posse de voluntate, & appetitu sensitiuo, ac proinde animā volentē aliquod obiectum, cū ad executionē indiguerit organo orporeo mouere se ad vtēdū eo, tā in appetitione, quā incognitione, & hoc esse mouere sensū, & appetitum sensitiuum; potest enim anima volēs aliquod obiectū mouere se ad representandū reijcitur. organo sensus, vel organo cogitatiuæ species quas in organo memoratiuę, vel imaginatiuę reseruabit. Hic modus dicēdi probabilis esset, si istæ potētiæ interse nō distinguerētur realiter: quod multis nō erit probabile; aut saltem verū. Ideo aliū modum dicēdi sequi deberent, & licet daremus, has potentias non distingui realiter interse, & ab anima, super esset examinandū, quomodo volitio concurret ad intellectionē, sensationē, corporalem appetitionē, &

8. motum localem effectiue.

4. Modus 4. Modus dicēdi est Conimbricēsiū disp. 4. Ethi. q. 3. art. 1. vbi aiunt, voluntas mouet alias potētias concurrendo cum illis, tanquā causa vniuersalior, ita vt ex potētia, cum qua voluntas concurrit, & ex ipsa voluntate fiat vna integra causa à qua vna eademq; numero actio manat. Huius, inquiūt pronūtiati veritas ostēditur, primum ex analogia, quę est inter alias causas vniuersales, & particulares, præsertim Deum, & causas secundas; quando quidē volūtas, vt fertur in bonum cōmune; aliæ vero potētiæ in bona peculiaria, ita sese habet ad alias potētias, vt vniuersalis causa ad particulares; quare vt causa vniuersalis. v. g. Deus dum cōcurrit cū causis secundis ad agēdum, ex ipso & causa. 2. fit vna causa integra, à qua vna eademq; singularis actio oritur: ita proportione quadam se habebunt voluntas, cæteræq; potētiæ, quas illa mouet. Hic modus dicendi, consonat Sco. 2. d. 42. q. 4. §. respōdeo, & ad. 2. & 3. vbi voluntatem appellat causam superiorem, licet nō necessariā, sed certe Scotus expresse sentit voluntatē non influere perse in intellectum: nam illa solutione ad 3. infine ait, aliter posset dici, quod voluntas habeat immediatā actionem super intellectum, tamē hoc est difficilius. Et hic Conimbricensiū modus, aliquid continet probatu creditu; difficile, nempe voluntatē esse vere, & proprie causam vniuersalem respectu operationū, quę à potētijs illi subiectis emanant, quemadū Deus est vniuersalis causa omnium actionum emanantium à quibuslibet creaturis: quod si ita esset, vtiq; esset nobilior intellectu id quod non credunt Aristot. D. Thom. alijq; communiter. Deinde omnes actiones potentiarum, quæ subsunt voluntati, penderent à voluntate in fieri, & cōseruari, quod falsum est. Multæ enim fiunt sine voluntate; aliæ conseruātur; aliæ, & fiunt, & cōseruantur, & omnes quę ab illa fiunt, vel conseruantur, eædem numero sine illa fieri, & cōseruari possent. Adde, nullam causam vniuersalem, excepto Deo, concurrere perse, & immediate ad actionem causæ particularis, siue sit cælum, siue angelus, vt cum Suarez attingemus disp. 2. agentes de influxu cælestium corporum: ergo, nec voluntas perse, & immediate concurret ad actiones aliarum potentiarū, 9. eiamsi causa vniuersalis dicatur. 5. Modus.

Vnde est. 5. Modus dicendi, cōcurrere effectiue perse, & immediate ad actiones aliarū potentiarum, non per modum causæ vniuersalis, sed per modum causæ particularis ex qua, & potentia subiecta fit vna integra, & completa causa. Sicut ex intellectione, & voluntate fit vna integra, & cōpleta causa volitionis, iuxta asserētes intellectū effectiue cōcurrere ad actū voluntatis. Et existimo nihil aliud voluisse Conimb. & solū vocasse volūtatē causam vniuersalē, quia sua generalitate imitatur causas, quas pioprie appellamus vniuersales. Et hāc sententiā in cæteris potētijs ab intellectu

tenet

tenet Fonseca.9.Metaphy.c.2.q.6.sect.2.ratione.3.& sect.3.ad vltimum,& sect.5. vbi etiam docet, intellectum concurrere effectiue cum voluntate ad actus omnium potentiarum inferiorũ, quę illis subijciuntur,& cum potentia loco motiua, quam ponit realiter distingui ab intellectu, & voluntate, & cæteris viribus apprehensiuis, & appetitiuis. Hæc opinio sic intellecta valde probabilis est: sic enim nõ sequitur, voluntatem esse nobiliorem intellectu. Ad huc tamen difficultatem habet: quia Fonseca plane docet, intellectum non moueri effectiue à voluntate, quanuis aliqua ratione sit domina, vt ipsemet docuit. q.3. sect.4. cum Arist.6.Ethico.c.2.ergo similiter, licet imaginatiua,& appetitus sensitiuus sint vires inferiores intellectu,& voluntate, non sequitur, ad earum potentiarum actiones concurrere per veram efficientiam Physicam. Item, namquę cũq; potẽtia subiecta voluntati, est perse, hoc est, sine volũtate, sufficiens causa suæ operationis, quia ipsã inchoat, vel prosequitur, vel vtrũque præstat sæpe numero sine voluntate: ergo volũtas cum subiectis potentijs, nõ efficit vnã causam integram,& perfectam, vnde non est simile de intellectione, sine qua non potest voluntas quicquam agere. Si dicas potentiam absq; habitu posse elicere operationem, quã efficit cum illo, ergo similiter dici posset, intellectum cum voluntate posse elicere eandem operationem, quam elicit se solo, & absque voluntate; & sic de alijs potentijs. R. non esse simile: nam habitus dant potentiæ facilitus,& intensus operari posse, volũtas autẽ nihil horum præstat alijs potentijs, sed dumtaxat eas determinat ad operandum, vel abstinendum ab operatione: ad quod non opus est cum illis aliquid efficere, & si immediate concurreret, non solum diceretur imperare, sed exequi earum actiones, quod est contra communem modum loquendi. Confirmant aliqui, quia intellectio lapidis, vt intellectio tribuitur intellectui, & vt lapidis, speciei: ergo sub nulla ratione tribuetur voluntati, vt causæ perse efficienti physice. Sed hæc ratio non vrget, quia sicut intellectio lapidis, vt lapidis tribuitur speciei,& scientię, ita potest tribui speciei scientiæ,& volũtati; speciei, vt danti intellectui simpliciter posse, scientiæ, vt danti promptitudinem,& facilitatem, voluntati vero, vt danti determinationem, vel etiã potestatem in casu particulari, in quo, nisi adesset voluntas, non posset intellectus in actum exire, vt in multis apprehensionibus, & in omnibus iudicijs in euidentibus contingere videtur.

10.

6. Modus qui auctori probatur.

6. Modus dicendi quem reiecto præcedẽti, amplectitur Vaz.disp.34.c.3. est voluntatem mouere intellectũ & alias potentias sibi subiectas, non quidẽ efficiendo Physice ipsarum actus, sed per quãdam sympathiam, & mirabilem consensionem, connexionem,& nexum harum potentiarum: ex qua reliquę habent, vt posito actu voluntatis, vt conditione,& dispositione, quasi necessitante illas, ipsæ operẽtur; ita sentit. Grego.2.d.11.q.vnica, ait namq; mouere illas, vtendo illis, & applicando illas ad proprios actus, idem sentit D. Thom. vbicumq; dicit voluntatem mouere,& applicare intellectum appetitum,& reliquas potentias ad operandum vt.q.16.art.1.& art.4.ad.1.& q.17.art.2.ad.1.& 1.p.q.82.ar.4.& eodẽ modo explicari potest Petrus de Soto, lib.de institutione sacerdotum.lect.1.de intellectu, & voluntate, dicens, voluntatem esse causam efficientem operationum intellectus, & aliarũ facultatum. Idem tenent multi iuniores: & in re idem sentiunt auctores primæ.2.& 3. opinionis, licet in modo loquendi differant, vt, & Medina, qui art.1. quæstionis.9. docet, voluntatem mouere potẽtias actiuas sibi subiectas, non quidem producendo perse earum operationes, sed applicando eas, vt operentur: non quidem motu locali, vt cum quis applicat ignem ad comburendum lignũ, sed extrinseca, & vitali determinatione ipsarum ad operandum, & licet in naturalibus applicans actiua passiuis, sit causa per accidens, tamen in moralibus censetur causa perse. Sic applicans ignem ad conbustionem domus, moraliter dicitur, domum comburere, quasi causa perse in genere moris, & quantũ attinet ad communem, & vsitatũ modum loquendi; præsertim quando sciens, & prudens, aut per ignorantiam, vel inaduertentiam culpabilem, ignem applicuit; tũc enim ita imputatur combustio, ac si propria vi,& influxu domum combussisset. Vnde, & incendiarius vocatur. Excipit autem Medina actum potentiæ motiuæ secundum locum, quia censet, motum localem non fieri à potentia aliqua actiua distincta à volũtate,& appetitu sensitiuo, sed fieri à sola volũtate, vel appetitu sẽsitiuo,& in mẽbris dari potentiã motiuã passiuã concurrentem passiuetãtum ad productionẽ motus localis,& placet mihi iste modus dicendi Medinæ, quantum ad explicationem huius motionis, in alijs potentijs, item in potentia motiua quantum ad hoc, quod non sit distincta ab appetitiua, vel cognoscitiua. Sed quia potentia motiua, quã constituo in membris externis, non est passiua per modũ subiecti recipientis, sed per modum dispositionis ad recipiendũ motum (quę dispositio forte nõ est distincta à certo tẽpore mẽto) nõ est dicendũ à volũtate, vel intellectu moueri potentiã illã motiuã passiuã, sed mẽbra,& partes, quibus ineſt: & à fortiori id dicetur, si est potentia pure actiua; non enim moueri proprie dicitur quod in se nullum recipit

motũ,sed tãtũ metaphorice,quatenus excitatur,& determinatur,aplicaturq; extrinsecus ad
11. operãdũ.Neq; huic modo dicẽdi obstat,id q̃ agit aplicãdo aliquid ad agdẽũ,causare in eo aliquid præuiũ actioni,voluntas autẽ nihil præuiũ actionibus ipsarũ causat in potẽtijs subiectis:ergo non applicat eas ad operandũ.R.n. posse rẽ applicari ad operandũ applicatione mere extrinseca,ita vt applicãs nihil ei imprimat,actioni præuium, & sic voluntas applicat potẽtias sibi subiectas,neq; aliter hanc applicationẽ intellexere aliqui, quos recijcit Vaz. sup.c.2. quos merito reijceret, si illi dixissent voluntatẽ suo actu efficere aliquẽ motũ præuiũ actui esset enim cõmẽtitiũ.Vnde recteCo nimbricẽses,supra dicunt.Volutas nõ mouet alias potẽtias, applicando si loquamur de ea applicatione,qua res applicata aliquã prẽuiã motionẽ ab applicante accipit,vt cũ quis applicat securim adcędẽda ligna imprimẽdo illi impulsum.Hoc ex eo ostenditur,quoniã volũtas nullam præuiam motionẽ injicit potẽtijs, tum quia inhoc rerũ genere nõ apparet,quid nam eiusmodi præuia motio sit: tũ quia talis motio superflua omnino est,cũ absq; illa possit voluntas potentias mouere,quod.2.Physi. c.7.q.12.art.2.ex professo tractauimus,cum ostendimus causam primã non excitare agẽtia naturalia ad suas actiones præcedẽte aliqua motione,vt pleriq; D.Thomæ sectatores arbitrati sunt.Est.n. quoad hoc par ratio in Deo,quatenus cumcausis secundis concurrit; & in volũtate,vt cũ potentijs. Hæc illi,ex quibus etiã patet,nõ ita potẽtias impelli à volũtate,vt lapis aproijciente;quia nihil recipiunt à voluntate præuiũ motui,sed dicũtur impelli, quia extrinsecus ad motum determinantur. Quo etiã modo si in brutis darur potẽtia actiua motus distincta ab ipso appetitu,siue ea sit phãtasia,siue alia nõ cognoscitiua, diceretur illam applicare ad efficiendũ motũ localẽ.Si vero non est distincta aseipso,dicetur suo actu appetẽdi se applicare ad efficiẽdũ motũ localem;nõ tamẽ dicetur imperare potẽtiæ motiuæ in eo rigore, quo volũtas imperat reliquis potẽtijs,nam hæc sequitur intellectũ,qui cognoscit,vel potest cognoscere potẽtiã motiuã, & reliquas sibi subiectas,ideo dicitur illis imperare ad modum, quo vnus homo imperat alteri,quẽ cognoscit;appetitus autẽ sensitiuus sequitur sensũ,qui nõcognoscit,nec potest cognoscere potẽtiã effectiuã motus,etiã in cõmuni,siue ea sit appetitus ipse,vel phantasia,siue alia potẽtia. Mẽbris tamẽ externis quę cognoscuntur à phãtasia,imperare proprie dicitur appetitus sensitiuus.Obseruãdũ autẽ est, neq; semper imperio proprie dicto voluntatẽ,
12. & reliquas potẽtias à volũtate moueri.Licet enim cũ volũtas vult intelligere imaginari,& appetere aliquid, proprie imperare dicatur intellectui,phãtasiæ,&appetitui,quãdo tamẽ nõ cogitat de actibus harũ potẽtiarũ, tamen infert illos, non dicitur proprie imperare, vt quãdo volũtas appetit finẽ, eo ipso determinat intellectu ad cogitãdũ de medijs,& inquirendũ,quod nã ex illis sit accõmodatũ ad finẽ,tamen non dicitur formaliter expresse, ac proprie imperare talẽ inquisitionẽ,& cõsultationẽ; eodemq; modo quãdo volũtas aliquid appetit trahit,& quasi impellit appetitũ sensitiuũ,vt idẽ appetat, licet homo non cogitet de actu appetitus sensitiui, & tunc volũtas nõ dicitur proprie,& formaliter imperare appetitiui,sed late tãtũ,& implicite,ac virtute,qua tenus per quãdã Sympathiã determinat appetitũ,vt ipsam sequatur,nisi aliquod sit sufficiens impedimẽtũ:hoc modo,etiã intellectus mouet phantasiã,& hæc intellectũ,& appetitus sensitiuus voluntarẽ,nõ quidẽ semper determinãdo illã quia est libera,sed extrinsecus inclinãdo per istũ Sympathiæ modũ; proprie autẽ imperãdo voluntas mouet intellectũ,sensum internũ,& appetitũ sensitiuũ,& mẽbra illi subiecta. An vero potẽtia motiua secundum locũ,perse actiua,sit distincta à potẽtijs cognoscitiuis,& appetitiuis sect.3. discutiẽdũ est.

Ex dictis autẽ satis cõstat,quomodo intellectus à volũtate moueatur nẽpe volũtate causante eius actum modo dicto,& inde resultat 13.
denominatio quædam extrinseca, seu relatio qua actus ipse denominatur volũtarius, & interdũ liber,vt tract.3.docuimus. Quoniã autẽ libertas nõ est formaliter in intellectu,sed totam suã libertatẽ participat à volũtate,vt eo dẽ tract.osteudimus, nõ est admittendũ quod ait Greg. 2.d.11.q. vnica ad finem, intellectum independenter à volitione, posse libere operari:intellectus enim nõ potest mouere intellectũ,nisi media volitione quãuis Greg.ibi videatur dicere,volũtatẽ inmediate,& nullius actus proprij interuentu, posse vti intellectu, & alijs potentijs,quod est falsum, alioqui voluntas sine vlla volitione sua posset extra se, vel etiã extra totũ hominẽ nõ solũ volũtarie, sed etiã libere operari,nõ solum permittẽdo, & non impediẽdo,sed etiã positiue influẽdo.

Ad.1.argu.R.fieri posse,vt id quod simpliciter deterius est,secũdũ quid, & alia cõsideratione,illo prẽstantius habetur.Nã.v.g.petẽtia vidẽdi nobilior est colore: tamẽ color quatenus in llã agit suã ei speciem imprimẽdo,excellẽtior illa est. Sic ergo tametsi intellectus absolute prẽstantior sit volõtate,nihil mirũ si volũtas spectata prout intellectũ modo explicato,mouethac exparte ipso põstãtior cẽsetur. 14. Ad.1.

Ad.2.bene ibi respõsum,est.Ad.3.vero quidã apud Sco.2.d.24.q.4.§.Sed de.2.cogitatione, Ad.2. Ad.3.
resp̃dent vt volũtas moueat intellectum ad cogitationẽ alicuius nõ este necesse,illud esse cognitũ actualiter,sed satis est esse cognitum

actuali

15. 2. Solut. Reijcitur à Scoto, sed ab authore probatur.

actualiter. Sed hãc resp̃sionẽ reijcit ibi Sco. § contra quia impossibile est, voluntatem velle actu, nisi sit actualis intellectio in intelleu: si. n. sufficeret habitualis, tunc dormiens, vel quantũcumq. distractus posset velle aliquid notũ in habitu. Nos etiã tract. 1. dis. 5 sect. 1. docuimus volitionẽ actualẽ sine intellectione actuali p̃senti esse nõ posse. Alij apud Sco. illo. §. sed de. 2. cogitatione respõdẽt, vt volũtas moueat intellectũ ad cogitãdũ de aliquo sufficere cognitionẽ cõfusã, & remissam de illo. Hoc reijcit Sco. illo §. cõtra quia intellectio rei in vniuersali nõ sufficit ad diligẽdũ eã, vel eius cognitionẽ in particulari: cognitio aũt cõfusa, & remissa ẽ cognitio rei in vniuersali: ergo nõ sufficit ad diligẽdũ illã i. eius cognitionẽ in particulari, q̃ ratio continet. 3. rationes obscurius positas à Scoto, sed nõ vrget cõtra hanc solutionẽ, quæ verissima, & genuina est, & traditur ab Ochã. q 25. ad 15. Gre. d. 11. q vn. & d. 15. q. 1. indefẽsione. 2. con. Capreo. & Hisp. q. vn. ad arg. Gre. contra. 2. con. rursum traditur à Capreo. 2. d. 3 a. 2. ad arg. contra. 9. con. cũ Hen. quodlib. 1. q. 15. & Bernar. de Gannaco in impugnationib. Henrici ad eũ locũ traditur, etiã à Ferrar. 2. contra gen. c. vl. vbi etiã assignat. 1. solutionẽ, & ab Holc. 1. sen. q. 3. & in determi. q. 3. & D. Tho. q. 27. a. 2. ad. 1. & colligitur ex Aug. 10. trin. c. 1. 2. & 3. docente eũ, qui amat scire, quę non scit, non amare in cognita, sed rei incognitæ scientiã. Non inquã vrget obiectio Scoti, nã illa cognitio confusa rei quã scire desidero, quæ est radix talis desiderij, non est cognitio rei oĩno in vniuersali, sed quodã modo in particulari, vt si cognosco, hominẽ fũ, quod est rationalis oritur desideriũ cognoscendi eius causas, & effectus, ac p̃prietates, &c. Dices, si desideras scire causas, p̃prietates, & effectus iã eas cognoscis in vniuersali ergo ex cognitione vniuersali moueris ad desideriũ cognoscendi rẽ in particulari. R. nõ oĩno in vniuersali cognosco causas effectus, & p̃prietates, sed cõtractione quadã ad hominẽ, quia scio proprietates causas, effectus aut sine dubio, aut forte esse in homine, & inquiro quænam illæ, sint, vt si scio esse hominẽ aliquẽ in ecclesia, appeto, scire, & inquiro quis ille sit, & hoc reuera est ex singulari vago, quale est aliquod animal, aliquis homo, aliqua causa, aliquis effectus, aliqua p̃prietas, inquirere, & indagare determinatũ. i. quod nã sit animal, i. quinam hõ, qui adest, quænam causæ, & effectus p̃prietates sint hominis, &c. & licet nõ cognoscamus cognitionẽ p̃fectã, & distinctã, ac propriam alicuius rei, nisi sub rõe comuni cognitionis p̃fectę, & distinctę; possumus tñ eã desiderare in se, quia, vt inquit Hugo sup Dion. volũtas intrat, vbi intellectus foris stat; sic desidero in particulari, & distincte bona, quæ Deus beatis præparauit, licet nõ cognoscã ea in particulari, & distincte, sed sub rõe cõmuni boni p̃parati à Deo, & ideo qã appeto cognitionẽ distinctã rei, quã cõfuse cognosco intellectus à volũtate determinatur ad veniẽdũ in cognitionẽ distin. cogitãdo de ijs, quæ ad ipsam cõducere valeãt, & vnus alio melius cogitat ob ingenij præstãtiã, & corporis dispositionẽ meliorẽ. i. ob meliores habitus, aut species, & similia.

Alij apud Sco. illo. §. de 2. cogitatione. R. 3. volũtatẽ excludẽdo, alias cogitatiões mouere intellectũ ad cogitandũ de hac re; quia remotis alijs statim occurrit. Sed hãc solut. bene reijcit Sco. quia licet volũtas possit expellere alias cogitationes, & tũc casu accidat, vt cogitatio huius rei occurrat, tñ in potestate volũtatis nõ solũ est per accidẽs, & casualiter inducere huius vel illius rei cogitationẽ, sed etiã perse & ex formali intentione. p̃. ad cogitãdũ de hac re nõ sufficit excludere vnã cogitationẽ, sed oẽs alias: ergo lõgo tẽpore opus esset, vt intellectus à volũtate traheretur in huius rei cogitationẽ. 4. Solu. aliorũ apud Sco. est quod intellectus habet actũ collatiuũ, ita quod inquãtũ cognoscit vnũ correlatiuũ cõparando ipsum ad aliud, volũtas mouet ad standũ in cognitione illius: hæc solutio reijcitur et à Sco. sed obscure, ait. n. nõ sufficere, quia nõ semp̃ ad hoc q̃ voluntas auertat intellectũ ab vno, & cõuertat ad aliud oportet cognitionẽ esse cõparatiuã, vnũ. n. obiectũ põt cognosci p̃ se sine cõparatione ad aliud, & ab intellectione illius põt volũtas auertere intellectũ, itẽ quia in cõparatione nõ est intellectio, tñ sed etiã cointellectio alterius. Clar. tñ reijcitur hæc solutio qã. n. voluntas p̃cepit intellectui, vt stet in cognitione rei, vel tñ p̃cipit, vt cõseruet eã cognitionẽ, vel vt eã augeat, i. mutet cognoscendo alia de eadẽ re. Si. 1. quomodo ex vi illius præcepti cognoscetur res p̃fectiori modo, nisi forte casu, & per accidẽs, quia persistẽdo diu in cognitione illius rei, alia de eadẽ re occurrẽt? Si vero p̃cipit, vt alia cognoscãtur de eadem re quomodo ergo cognitio eorũ, quę nõ cognoscitur p̃cipi à volũtate intellectui poterit? Oportebit certe redire ad. 2. Solu. 5 Solu. relata à Sco. est, in potestate volũtatis, nõ esse cognitionẽ simplicẽ, sed discursiuã, sed ex simplici mouere ad discursiuã, ita vt intellectui apprehendẽti cognitione simplici aliqua duo obiecta, volũtas imperet collationẽ vnius ad alterũ. Hãc solutionẽ reijcit Scot. quia si nõ est in potestate nostra simplex cognitio requisita ad discursũ: ergo nec discursus. Sed nõ vrget, quia solũ ponitur discursus in potestate nra, ex suppositiõe simplicis cognitionis. melius ergo reijcit solu. quia si homo nõ cognoscit discursũ: ergo voluntas nõ põt i lũ imp̃are intellectui. Si vero illũ cognoscit, iam cognoscit obiectum discursus quomodo ergo appetit, & desiderat cognitionẽ talis obiecti?

16. 3. Solutio Reijcitur

4. Solu. reijcitur.

17. 5. Solut. reijcitur.

Præ.

Præterea Scotus impugnat oēs solutiones, quia nulla earū potest assignare aliquē actū, in intellectu in eodem instanti cum volitione, qui ad hoc sufficiat. Non. 1. quia nullum ponit actum, sed solam cognitionē habitualem. Nō. 2 quia volitio est in sedistincta, sed cognitio est in vniuersali,& indistincta. Non. 3. quia expressio intellectionis vnius obiecti non ponit intellectionē alterius obiecti, nisi à casu. Non 4. quia quando intelligo lapidem absolute, non habeo comparationem præuiam, nec absoluta intellectio sufficit ad hoc, quod velit cō paratiuam. Deniq. non. 5. quia in instanti, in quo voluntas concurrit, non intelligit extremum a quo discurrit, quia ab intellectione illius auertitur: nec extremū, ad quod discurrit, quia illius intellectio est naturaliter posterior volitione.

18. 6. Solu. Vnde Scotus ead. q. §. Respondeo ergo,& §. ad 1. lit. M. aliter R. argum. nempe intellectione existente in intellectu, licet non cognoscatur ipsa intellectio, posse voluntatem libere in ea complacere, & de ea displicere: voluntate autem complacēte intellectioni, intellectionem firmari,& intendi: voluntate autē displicēte, seu nolente, intellectionem infirmari,& remitti, & ita ex imperio voluntatis cognitionem imperfectam perfici posse; & perfectā remitti. Sed hęc solutio nullo modo admittenda est, quia nihil complacere, aut displicere potest, nisi cognoscatur, nec est maior ratio, quoad hoc de cognitione, quam de alijs obiectis voluntatis, cum non sit magis amabilis, Reijcitur vel detestabilis cognitio, quam alia obiecta, sed interdum minus. Deinde, quid opus est ponere cognitionem amari, etiam si non intelligatur? cum possit intellecta amari, & amata perfici. Deinde non apparet cur cognitio aliqua eo ipso quòd sit amata crescat, siquidem eā amari non est velle illam augere, sed velle illam esse,& permanere. Deinde qui scit rem imperfecte,& vult eam cognoscere perfecte, vt sæpe non cogitat de cognitione, quam habet, sed de ea quā non habet, ita nō amat cognitionē, quam habet, sed quā nō habet,& possibilem reputat: ergo voluntas nō causat cognitionem perfectam amando imperfectam, sed amando,& desiderando ipsam cognitionem perfectam rei, quam confuse cognoscit. Vnde Boëtius. 5. de consol. metro. 4. post verba in argu. citata subiungit responsionem. igitur quisquis vera requirit. Neutro est habitu: nam neq. nouit. Nec penitus tamen omnia nescit: sed quam retinens meminit summam, consulit, alteviſa retractās, vt seruatis queat oblitas addere partes. Quod explicās D. Th. ait, illum esse neutro habitu, quia nec perfecte nec pfecte ignorat quod inquirit cognoscit. n. in vniuersali,& cōfuse; desiderat aūt scire inparticulari,& perfecte, quamuis Boëtius inquisitiue miscet opinionē Platonis dicētis sciri nostrū esse quoddā reminisci, quę opinio ad huius solutionē arg. necessaria est. Retinenda ergo est tertij argu. solutio. 2.

19. Ad. 4. R. licet intellectus moueat effectiue voluntatem ad vnum actum, quo moueatur Ad. 4. ipse effectiue ad alium modo dicto, non tamē esse mouens,& motum respectu eiusdē actus, vel motus, ideo nihil absurdi sequi; sequeretur tamen si aliquis actus intellectus esset causa, & effectus respectu eiusdem actus voluntatis, quia sic idem in eodem genere esset prius, & posterius alio.

Ad. 5. R. probare, voluntatem non efficere actum intellectus influendo perse secus applicando intellectum ad propriam operationem ipsius. Ad. 5.

Ad. 6. R. intellectum, & voluntatem posse habere actiones formaliter transeuntes, quarum principia sunt ipsę actiones immanentes, sic intellectio est principium effectiuum volitionis, seu quo producitur volitio, & productio volitionis est actio transiens ab intellectu in voluntatē, & similitier volitio est prin. effectiuū intellectionis,& quo producitur intellectio, cuius productio est actio transiens à voluntate in intellectum, siue voluntas concurrat perse quod dicunt Cōimbricenses, siue tā tum, vt applicans, quod nos affirmamus. Vn de Cōimbricenses in Ethi. disp. 4. q. 3. ar. 1. in fine, & Burid. 3. Eth. q. 6. ad admittunt voluntatē actione formaliter trāseunte produce re intellectionem, & alia extra se, sicut Deus, & Angelus actione formaliter trānseunte producunt extrase motum,& alia. Ad. 6. Q remittitur in aliam sect.

Ad. 7. R. memoriam fæcundam aliquando esse impeditam, circa aliquod obiectum propter species, vel habitus intellectus, vel aliquas dispositiones partis sensitiuę magis excitātes intellectum ad cognitionē aliorum, & eiusmodi impedimentū vincitur accedēte voluntate cognoscendi tale obiectū, & hoc contingit in inchoactione, & continuatione talis cognitionis. Si vero alioqui inchoanda, vel cō seruanda erat talis cognitio, accessu voluntatis intendatur, vt ait Scot. 2. d. 42. q. 4. §. respondeo.& ad. 3.& an operatio cuiuscunq. potentiæ ex concursu alterius circa idem obiecti, perficiatur, sect. seq. dicetur. Ad. 7.

Sectio. 2. Vtrum voluntas moueat appetitū sensitiuum, & omnes sensus internos, & potentias animæ vegetantis?

20. 1. Concl. DICO. 1. sensus externos, & potē tias animę vegetantis, vt sic, non subdi perse, & immediate voluntati

tati hoc dictum cõmune est, notumq. experiẽtia,& depotentijs animę vegetãtis docet Damas. 2.fid.c.21. Nyssen.de homine lib.4.c.8. & Nemesius.lib. de natu.hom. c.15. mediate autem hæc subdunturvoluntati applicanti materiam,seu obiecta,& remouenti impedimenta, vel apponenti per motum localem alicuius partis corporis,vel etiã alicuius rei externæ,vel per distractionem,aut attentionem mẽtis,aut sensus interni.

2. Concl. Dico.2.aliquem sensum internum subdi voluntati non solum modis illis,quibus subditur sensus externus,& quatenus mouendo intellectum mouet phantasiam, aut cogitatiuam quæ illum sequitur,sed etiam immediate tum per meram sympathiam, qua sensus internivoluntatem,etiã non id operãtẽ sequuntur: tum maxime,& euidentius per imperiũ, quo voluntasimperat talium sensuum actus,quod vt melius intelligatur, sciendum ex Aristo.1. polit.c.3.& 1. Eth. ca.vlt.& ex D. Tho. 1.p. q.81.a.3.ad 2. duplex esse imperium, alterum despoticum,seu dominicum:alterum politicũ seu ciuile, quod etiam regium appellatur, imperium despoticum est, quo dominus imperat seruis,qui facultatem resistendi nõ habẽt, cum nullo modo sui iuris sint.Imperium politicũ est,quo princeps Reip. imperat ciuibus, qui tametsi eius præceptis obediant, tamen cum liberi sint,aliquid suum habent, quo eius imperio resistere valeant. Quærimus:ergo nũ volũtas moueat sensus internos imperio ciuili, an despotico?D.Tho. loco proxime citato videtur docere, cogitatiuam,quæ etiam ratio particularis dicitur, regi moueriq. a ratione, & voluntate imperio despotico, non ita vero reliquos sensus interiores. Nam cur appetitus rationi,& voluntati nõ prompte obediat, causam esse ait, quia appetitus non semper à cogitatiua, sed ab alijs sensibus interdum mouetur.Quę ratio nullius esset momenti,si interni sensus pari obedientia voluntati parerent, vt erit consideranti perspicuum. Cõimbricẽses autem dispu. 4. Ethic. quæst.3. arti. 2. dicunt nullum esse internum sensum, qui voluntati semper ad nutum obediat. Nam sensus communis perseuerante externi sensus apprehensine,necessario rem apprehendit,&vniuersim omnes sensus interni(quippe omnium quoad hoc eadem videtur esse ratio) non nũquam adeo tenaciter res apprehendunt,vt voluntas, eorum cogitationem,aut nullo modo aut difficile compescat, vti docet quotidiana experientia. Prouenit autem ea cogitationũ tenacitas ex multis causis: sed ex his potissimum, nimirum,vel ex reali prẽsentia obiecti se se per externos sensus ingerentis, vel ex interna instigatione dæmonum, qui imagines interius asseruatas huc,illuc transferunt, & ad rerum, quę ijs prẽsentantur, apprehensionẽ acuũt,accommodantq. vel ex affectione organi,siquidem melancholici,qui sicco,& frigido sunt temperamento,in eiusdem rei apprehensione diutius insistunt,vel ex affectu appetitus sensitiui: cum notum sit ijs magis affigi internum sensum,ad quę appetitus maiori impetu fertur. Hactenus Cõimbricenses, quibus concinit Fonseca. 9. Met. c.2.q. 8. sect. 2.& non existimo a duersari.D.Thomam supra:tãtum enim contendit, appetitum sensitiuum ob id non semper obedire rationi,& voluntati,quia sequitur non solum æstimatiuã in brutis,& cogitatiuam in homine, sed etiam imaginationem, & sensum, scilicet communem, quæ duæ vltimæ potentiæ, vehemẽtissime mouent appetitum,& ideo maxime impediunt obedientiam appetitus, alij tamen sensus interni suomodo,licet minus,eãdem impediũt, quia neq. ipsi dispotice obtemperant rationi,& voluntati, præsertim si segniter, & tepide,ac remisse imperet. quo pacto nec intellectus a sensibus separatus fortasse semper obediet,sed habitus, vel sola species alterius obiecti vehementer mouens intellectũ, impediet intellectus ipsius obedientiam, & saltem ex coniunctione ad sensus non obtemperat despotice, sed tantum politice intellectus voluntati,sensus vero communis immediate nõ obtemperat voluntati,quia necessario operatur, quando externus sensus operatur: neq. sensus externus operari potest, nisi quando sunt reliqua omnia requisita, vt sensus communis operetur. 21.

3. Concl. Dico. 3. quod ad appetitum sensitiuum attinet, moueri illum a voluntate imperio politico,non autem despotico, vt communi assensu tradunt Aristo. in calce.libri. 1. Ethic.&.1. polit.c. 3. Damascen.2. fidei.c. 12. Nyssen.4. de homine.c.8.&.9. .seu Nemesius lib. de natu. hominis.c. 15.& 16. D. Thom. infra.q.17. & hic.q.9. ar. 2. ad. 3. Fonseca.9. Met.ca. 2. q.6. sect.5. & q.8. sect.2.ac primum,quod appetitus à voluntate moueatur patet experientia,cum sæpe illius motus arbitrio nostro excitemus,& cohibeamus, confirmaturq. ex illis verbis genes. 4. sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Verũquòd talis subiectionon sit despotica non minus compertum est, cum passim feratur appetitus in bonum sensibile contra iudicium rationis,& inclinationẽ voluntatis. idq. testatur Paulus illis verbis.Rom.7. video aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,&c.

Oritur autem hæc repugnantia,exeo quia appetitus sensitiuus sequitur apprehensionẽ sensus interni,quæ interdum adeo efficax est, vt à ratione,& voluntate cohiberi non possit: tum

tum etiam, quia motio appetitus sensitiui pẽ det ex dispositione organi (vnde ij qui calido sunt temperamento, facile irascuntur) quæ dis positio, siue affectio imperio voluntatis non subiacet. leg. D. Tho. de malo. q. 7. a. 6. ad. 8. & 1. p. q. 81. a 3.

Ordinarius autem modus quo voluntas appetitum mouet est per apprehensionem sensus interni, ideſt mouendo imaginatiuam facultatem. v. c. vt de hac, aut illa re cogitet, quam deinde appetitus amplectatur, aut fugiat.

22. Quæstio. Decisio. Quæri tamen solet vtrum voluntas non hoc dumtaxat modo, sed perse immediate interdum appetitum moueat? Partem neg. tenet Vaz. disp. 37. c. 2. sed D. Tho. de verit. q. 25. ar. 4. & q. 26. a. 3. præsertim ad. 13. & ar. 6. etiã ad 13. & Medi. hic. q. 9. ar. 2. Conrad. q. 22. a. 3. Fonsec. 9. Met. c. 2. q 6. sect. 5. affirmatiuã partem, merito asserunt, eo quod in potentijs inuicem ordinatis, & connexis vehemens motus superioris in inferiorem redundat. Vnde Aristo. 3. animæ. c. 11. tex. 57. ait, appetitum superiorẽ impellere inferiorem, sicuti in cœlesti mundo sphæra superior inferiorem rapit: & recte Fonseca ait, quando ad actum appetitus sensitiui concurrit etiam voluntas, actũ esse intensiorem propter concursum voluntatis (quem ipse putat esse proprie effectiuum, nos vero per solam sympathiam) propterquã ipse bene concedit, actum voluntatis esse intẽsiorem, cum eo modo iuuatur ab appetitu sensitiuo. Docte autem Conimbricenses disp. 4. Ethi. q. 3. ar. 3. Addunt, cum appetitus non feratur in ignotum, tunc solum voluntatem immediate, & perquandam redundantiam mouere appetitum, cum iam insensu interno existit notitia eiusdem obiecti, ita nimirum, vt absq. noua intensione, aut efficacitate notitiæ, appetitus magis accendatur ob affectum voluntatis. Ego autem addo, interdum moueri appetitũ à voluntate, existẽte in sensu interno notitia obiecti, quæ non sufficeret, vt appetitus illud amplecteretur, sed cum ea vel maneret suspensus, vel oppositum actum eliceret, quòd in obiecto magis ratio boni, quam mali cerneretur: addo etiam hanc immediatam appetitus motionem à voluntate, dupliciter fieri. 1. quidem directo imperio voluntatis, vt volo tristari irasci, &c. 2. imperio implicito, & virtuali, quod consistit in solo actu voluntatis circa aliquod obiectum, ex quo actu simili is resultet in appetitu sensitiuo per sympathiam, qua potentiæ interiores animę similes potẽtias ad similes actus trahunt, intellectus imaginatiuam, & e contra; voluntas appetitũ sensitiuum, & econtra, & ex vnius potentiæ operatione perficitur secundum Scotum operatio alterius, sic adeo, vt 2. d. 42. q. 4. §. respõdeo. & ad. 3. arg. dicat, operationem intellectus perfici, si circa idem obiectum versetur voluntas, imaginatiua vel sensus: quia virtus animæ vnita ad idem obiectum fortior est se ipsa dispersa ad varia obiecta, & quia potẽtiæ, istę in suis operationibus se adiuuant, & intendunt, quãdo circa idẽ obiectũ versantur & ex eadem radice ait, prouenire, vt si potẽtiæ istę circa diuersa obiecta operentur, se impediant, & remittant in suis operationibus, & operantibus alijs potentijs circa alia obiecta operatio intellectus remissior, & imperfectior existat, vnde etiam nos inferimus, quod licet voluntas non imperet intellectionem neq. in illa complaceat, actus intellectus perficientur, quamuis Scotus ibi, sola intellectionis cõplacentia videatur docere moueri intellectũ à voluntate. Sequela est manifesta, quia obiectum placere potest, non placẽte eius intellectione: ergo sine vlla complacentia intellectionis perficietur intellectio. Deinde cum possit intellectio placere, displicente obiecto, in quo euentu voluntas, & intellectus non idẽ obiectum habent, non perficietur actio intellectus ex eo quòd voluntas circa idem obiectum versetur: nullum autem alium modum assignat Scotus, quo intellectus à voluntate moueri possit, nisi vnita virtute animæ per cõcursum vtriusq. potentiæ in idem obiectum: ergo Scotus non recte procedit. Præterea si propter dictam rationem aliæ potentiæ parent voluntati: ergo, & voluntas ipsis, & vna alteri, quod est absurdum. Sequela patet, per te tota ratio perfectionis in operationibus aliarum potentiarum, quando voluntas operatur, est, quia ipsa operante circa idem obiectum, virtus animę est magis vnita, sed etiã est magis vnita ad obiectum voluntatis operantibus alijs potentis, circa idem obiectũ: ergo operatio voluntatis, erit perfectior: ergo ipsa parebit alijs potentijs. Præterea si solus intellectus operetur, non minus erit vnita, nec magis dispersa virtus animæ, quàm si ei cooperaretur voluntas: ergo non minus perfecta esset operatio intellectus. Nihilq. ei accederet ex operatione voluntatis, quod non concedetur. Præterea si operatio intellectus perficitur ex concursu voluntatis vel alterius potentiæ, in idem obiectũ, sequitur, ex concursu potentiarum animę vegetantis in obiectum voluntatis, & intellectus, vel sensus perfici operationes istorum: hoc autem & ridiculum est, & cõtra experientiam omniumq. opinionẽ: ergo, Sequitur etiam ex concursu intellectus voluntatis, vel sensus in obiectum alicuius potentiæ vegatatiuę perfici eius operationem: quod ex parte concedit Scotus. ibi. §. ad 3. quæstionem docens, sensus externos, potentiam nutritiuã, & generatiuam dupliciter subdi voluntati. 1. media

23. Reijcitur Scotus. 1.

2.

3.

4.

mediate,& indirecte per motum localē, quo obiecta applicantur his potentijs,vel ipsæ obiectis.2. directe,& immediate in quantum voluntas operatur,circa idem obiectum: patet, inquit,in visu.Nam stante eadem dispositione obiecti,& oculi potest visus imperari a voluntate, vt absq. motu locali intueatur tunc aliquē punctum perfectius, quā prius, & hoc in eadē pyramide,& infra eādem basem propter copulationem voluntatis, quæ tamen doctrina prorsus falsa est,constat enim has potētias non obedire voluntati expresse præcipiēti, & multo minus illam sequi in idem obiectum concurrēte,neq. ex eo concursu aliquā perfectionem accipere.alioqui sic obedirent voluntati,sicut appetitus sensitiuus, sensus interni,& intellectus,cum tamen Damascen. & Nyssenus, ac Nemesius relati concl.1. potentias partis vegetantis doceant non obtemperare rationi,& voluntati,& Aug.11. Trin.c.8. assignet discrimen inter sensum externum,& memoriam:nam externus paret imperio rationis,& voluntatis,quatenusper motum localem conuertimus,& applicamus sensum ad sensibilia, vel illum à sensibilibus auertimus. At vero memoria paret voluntati, quia voluntas ipsam auocat, & auertit ab exterioribus, & ad alia reuocat.Et sane vehemens attentio intellectus,voluntatis,& imaginatiuæ,aut alterius sensus ad quodcunq. obiectum nocet nutritiuæ, & generatiuæ, quia ad organa sensus trahuntur spiritus, contra vero si suauiter intellectus, & voluntas distraherentur in aijs rebus, fortius in eis istæ operarentur:fieri quidē potest,vt oculo medio,& obiecto eodem modo dispositis melius,aut deterius res videatur idtamen nō prouenit ex concursu voluntatis in idem obiectum,sed quia quando sensus cōmunis est impeditus propter distractionem animæ ad alia obiecta,nec potest circa idem obiectū operari, non potest sensus externus suum obiectum percipere, & si parum fuerit attentus sensus cōmunis, remissius operabitur externus:ergo voluntas non ita mouet sensus externos,aut alias potētias,vt putauit Scotus, contra quem bene disputat Vaz.disp.34. c.10.Aduertendum est tamen,quod quamuis saltem naturaliter non possint dari eiusdem effectus duæ causæ, perse integræ, & totales:possunt tamen dari duæ causæ per accidens,seu applicantes,& determinantes potentiam operatiuam, sic enim intellectus ad cogitandum de aliqua re determinari simul potest,& intensa specie illius,& habitu perfectissimo,& phantasmate aliquo,& vnica, vel etiam multiplici volitione, nec superuacaneū est existēte vno determinatiuo aliud etiā sciēter addere, vt si vnum esse desierit, per aliud potentia applicata, & determinata maneat, sicut ad maiorem firmitatem, & securitatem clauum clauo, & vinculum vinculo sufficienti in rebus moralibus, & artificialibus solemus adiungere,& sic bene dixit Sco.2.d.42.q.4.§. respondeo,& ad 3. arg. actione voluntatis actus intellectus,& aliarum potentiarum firmari.

Sectio.3. Vtrum voluntas membra externa moueat?

EXTERNA membra, quibus latio arbitraria exercetur à voluntate moueri imperio seruili,ac citra vllam repugnantiam, nisi aliquo impediantur morbo, vti accidit paralysi laborantibus experimēto compertum est,docetq. Damascenus. 2. fidei.c.12. 24.

Cur autem dispar obtemperandi conditio membris corporis, & appetitui conueniat? rationem reddunt Conimbricen. dispu. 4. Ethi.q. 3.a. 4. quia appetitus sequitur apprehensionem sensus interni,qui non obtemperat despotice voluntati, sed huius etiam ratio quæritur, vnde satius est dicere, hanc esse rerum naturam experimento deprehensam, aut ob id voluntati plene obedire membra, quia perse influit motum, vt nonnulli credūt, dequo postea,non vero sic obedire appetitū, quia voluntas non influit per se in appetitum sed applicat illum ad suam operationem. Deinde quoad resistentiā quodāmodo est par ratio, quoniam sicut quoties potest appetitus obedire, quia non impeditur apprehensione vehementi, obedit, ita obediunt membra,quando nullū habent impedimentum, & ideo nulla libertas proprie est in appetitu sensitiuo magis quam in membris externis, non enim potest omnibus eodem modo se habentibus operari, & non operari, vt tacta.3.docuimus,late autem dicitur libertatem aliquā habere, quia etiam nulla existente infirmitate, potest aliquando obluctari voluntati,quod tamen externis membris non competit.

Quæri tamen potest. 1. v. voluntas absq.interuentu appetitus sensitiui membra mouere possit.Pro parte negatiua facit, quia interdū membrorum motio est contra propriam appetitus inclinationem; quare si in huiusmodi euentis appetitus plerunq.non obedit voluntati,nullomodo posset tunc voluntas mouere membra externa,perseuerante repugnantia appetitus:cuius oppositumdocet experientia in sanctis martyribus, qui membra acerbissimis cruciatibus offerebant.Sed partem affirmatiuam magis verisimilem iudicant Conimbricens. supra, quia voluntas in viribus animæ mouet, vt agens supremum; appetitus; 25. Quæst.1.

petitus,vt agens medium: vltimum autem est virtus motiua membris insidens: petit vero harmonia, & ordo mouentium, vt supremum non nisi interuentu medij moueat extremum.

Ad argumentum, vero pro contraria opinione Respondent,appetitum duo obire munia, quorum alterum est bonum sensu oblatum prosequi, malum declinare:alterum impellere membra corporis ad motum: quoad prius officium posse illum resistere voluntati, quoad posterius non posse. Sed non placet solutio, quoniam secundum munus exercet appetitus dumtaxat mediante.1.si ergo quoad primum potest resistere,etiam poterit resistere quoad secundum. Vnde sentio voluntatē non interueniente appetitu,immo & renitente,posse membra mouere, vt expresse docet D.Thom.q 10.art.3.ad.3.& Conradus.q.22. ar.3. Caie.1.p.q.80.art.2.ad.3. neq; verū est, sensitiuū voluntatē, & appetitū habere se ad motum membrorum, vt agens vniuersale, & particulare,sed vt duo agentia,quorum quod libet perse est sufficiens ad efficiendum talem motum, sicut voluntas cuiuslibet Angeli sufficit ad mouendum corpus quodcumque, & ideo humanum, quod voluntas humana mouere potest. Communiter autem voluntas mouet membra medio appetitu sensitiuo,vt ex D.Thom.1.p.q 80.art.2.ad 3. colligunt Caiet. & Conrad. supra, & ita etiā possent Conimb.exponi.

26. Quæst.2. 2. Quæstio est, num appetitus sensitiuus in homine possit mouere membra sine concursu voluntatis. Quod possit ex eo videtur ostēdi, quia appetitus sensitiuis in homine non est deterioris cōditionis,quam inbelluis,quare si in his vt planum est,perse mouet,cur non etiam in illo mouebit? Contrariam sententiā tenet D.Tho.1.p.q.81.art.3.& Caiet.eodem loco,& Conimbricens. supra, ratio autem nō est,quia in omnibus mouētibus ordinatis secū dū mouens non mouet nisi virtute primi: iam enim diximus appetitum,& voluntatem non se habere per modum causæ vniuersalis, & particularis; sed quia non expedit,vt in præsentia principalis appetitus,& liberi atq; vniuersalis, & respicientis cōmune bonu totius hominis,& aliorum,suspendentis consensum, inferior, & minus principalis, ac necessarius appetitus, & particularis moueat membra, nā id sepe continget cōtra bonum totius hominis,& aliorum quibus homo consulere debet. Nec vero in homine de appetitus sensitiui dignitate quicquam detrahit, quod non perse,ac vi tantum sua sine consensu voluntatis mēbra moueat. Etenim vt Caiet. loco cit. inquit,licet in nobis natura sensitiua nobilitatem capitis, quā inbrutis habet,nō obtineat: id tamen ei compensatur per coniunctionē,& cōmercium cum ratione,& appetitu intellectiuo:siquidem inferius vicinitate sublimioris perficitur;excellentiusq; est moueri à nobiliori,quam mouere inferiora,& Regi in aula subesse,quam intugurio alijs præesse.

Moderantur hanc doctrinam Conimbricēses dicentes,si sermo sit de motione qua appetitus ex vsu rationis mouet,non solere appetitum mouere membra,nisi mouente volūtate:si autem de alijs motionibus loquamur, interdum oppositum accidere,neq; opus esse vt vniuersim in omnibus motionibus,appetitus subordinatio illa seruetur: nec vt respectu omnium dicatur appetitus,mouens secundariam, esto semper ita se habeat respectu illarum,quæ deliberatæ sunt,& homini,quatenus homo est,cōueniunt. Qua limitatione potest etiam intelligi D.Thomę sententia,vt nōnulli ex illius sectatoribus animaduertunt:præsertim,cum non sit admodum verisimile, motus subitos, quibus interdum membra ciemus, semper prouenire à voluntate deliberata,aut indeliberata, sed verisimile sit, nonnunquam prouenire à solo appetitu;vt cum quis natura bilioſius,ex subita appetitione vindictę manū mouet ad inferendum iniuriam. Hæc illi, sed ego iudico nulla opus esse moderatione, nā quoties operatur,sensus internus,operari etiā potest aliqualiter intellectus,ac proinde volūtas, quia semper potest circa obiectum propositum operari,vel ergo tunc potest operari libere,& sic non mouebit appetitus sine illius consensu,& concursu,vt omnes fatētur,vel tātum potest operari naturaliter, & necessario, & sic semper concordat cum appetitu sensitiuo,quia in eo statu se vicissim trahant: ergo simul mouet cum appetitu sensitiuo, & nunquam ille solus, alioqui possent tunc habere contrarios actus, & voluntas sine libertate repugnare appetitui, & tunc esset dubium,cui nam harum potentiarum, membra parerent?

27. Quæst.3. 3. In quæstione versatur,an membra obediant voluntati recipiendo motum à voluntate, an efficiendo illum ad nutum voluntatis per potentiam executiuam à voluntate, & omni facultate cognoscente, & appetente distinctam.

In hac re suntvarij modi dicendi,primus est, talem motum effici à potentia executiua residente in corpere distincta ab anima, & ab omni facultate appetente,& cognoscente,indicant Scotus.2.dist.42.quæst.4.§.ad quæst.2. 3. & Conimbricens. disput. 4. Ethi. quæst.3. artic.4. & clarius Suarez. tom.1. met.disput. 18. sectio.7. num.31. Vazquez disputat.34. cap.2. Idem tenet Fonseca.9. Methaphys. cap.2. quæstio.3. sectione.5. quanuis asserat, talem motum effici perse ab intellectu, & volun-

voluntate in nobis, et à phantasia et appetitu sensitiuo in brutis,ita vt ille motus semper fiat à triplici principio perse efficiente, nẽpe directiuo,impulsiuo, et executiuo. 2. modus dicendi est talem motum effici a potentia existente in anima, vel quę reuera sit ipsa anima,ita tenet Toletus.2.animæ.c.4.q.9.3.autem lib.q.25.dub. 3.solum docet potentiam executiuam actiuã motus esse distinctam ab intellectu,et voluntate,imaginatione et appetitu in quo conuenit cum priori sententia, vt et Caiet.Thien.3.animę tex.54.qu.4.Palac. c.9.disp.1.et 2.Moli.1 p.q.25.a.1.disp.2.ad.3. et Henric.quodlib.13. qu.6. quibus fauet D. Tho.2.contragentes.c.35.dicẽs in nobis præter intellectu voluntatem imaginationem et appetitum dari virtutem motiuam;licet non in Deo,et opusc.43 c.5.ait,appetitũ imperare in brutis motum localem, ęstimatiuã dirigere;potentiam vero motiuam exequi,ergo similiter in nobis datur potentia motiua distincta ab appetitu intellectiuo et sensitiuo, sensu & intellectu,vel iuxta hunc,vel iuxta superiorem dicendi modum.

28. 3.Modus dicendi qui mihi magis placet, est,nullam dari potentiam executiuam actiuam motus localis distinctam à potẽtijs cognoscentibus,& appetentibus in homine. Ita Capreol.2.d.1.q.2.a.3.ad argumenta Aureoli contra.1.concl.Heruæ.1.d.46.q.1.a.3.Ferr. 2.contra gent.c.82. ponunt tñ isti vim quandam in musculis,neruis,& lacertis ordinatam ad susciipiendum motum,& est expressa sententia D.Th.1.p.q.75.a 3.ad.3.vbi ait,vis motiua est duplex, vna quæ imperat motum, s. appetitiua:alia exequẽs motum,per quã mẽbra redduntur habilia ad obediendum appetitui,cuius actus non est mouere,sed moueri, idem docet.1.p.q.78.a.1.ad.4. & sic debet intelligi ipse locis in oppositum citatis,ponens vim executiuã motus distinctam à cognoscẽtibus & appetẽtibus in neruis, musculis et lacertis, ex Aristo.3.de anima.tex.48.vsq. ad. 58.&Nyssen.4.de homine.c.18.seu Nemesio de natura hom.c.25.& 26.Damascen.2.fidei c.16.eodem modo intelliguntur Soncin. 12. met.q.36.Capreol.4.d.50 q.2 & Dur. 2. d.7. q.5.& alijs locis referendis & forte Scotus & Conimbricẽses supra, & expresse ita sentiunt & docent Medina hic.q.9.a.1.Caie.3. animę. c.suo.6. Martinez.c.8.in fine. Peresius in fine illius libri.q.4.de voluntate & vi mouendi,Iauel.epito.3.de anima tract.2.c.2 & colligitur ex Aristo.3.animę.c.9.& 10. vbi ait appetitũ esse potentiam motiuam animalis,idem docet Auerr.ibi t.48.& sequentibus & 9.met.t. 10.& li.de cõmuni ani.motu.& D.T. ibi lect. 4.& 5.& 2.cõtragẽ.c.82.& insinuat.3.ani.t.51.

Prob.1.quia nõ sunt multiplicãda entia sine necessitate,sed potẽtiæ appetitiuæ & cognoscitiuę sufficiũt ad motũ mẽbrorũ:ergo nõ est ponẽda alia potẽtia executiua actiua. Dices necesse esse ponere in mẽbris potẽtiã actiuã motus,alioqui corpus sanũ & infirmũ fatigatũ & nõ fatigatũ,ęque posset moueri ab appetitu quia ęque susceptiuũ est motus,vnde ab Angelo & alio homine ęque moueri põt,sed cõtra nã ppter limitationẽ animæ euenit, vt non possit mouere corpus sibi vnitũ nisi certis dispositionibus affectũ, cũ tñ nihil ad motionẽ corporis nõ vniti sibi,indigeat eius dispositionibus.ergo in corpore ꝓprio sufficit vis motiua,passiua,& dispositiua.

2.Prob.quia cũ in nobis sint tres appetitus, volũtas, cõcupiscibilis, & irascibilis si põa executiua motꝰ est actiua,deberet esse triplex, vna ad exequidũ motũ impatũ àvolũtate,alia ab irascibili& alia à cõcupiscibili,quod nemo admittit.3. Quia nulla pars agit in se ipsã actione trãseunte; ergo nerui,musculi,& lacerti nõse mouẽt localiter p põã actiuã executiuã vt aduersarij docẽt, sed mouẽt à põa cognoscitiua,vel appetitiua nulli organo affixa, vel in alio corporis mẽbro collocata. 4. Quia in Angelis nulla est põa motiua sui;vel corporis ꝓter intellectũ & volũtatẽ: ergo nec in homine aut bruto ꝓter põas cognoscẽtes & appetẽtes erit põa effectiua motus. Cõsequentia tenet ex paritate rõnis,antecedẽs aũt docet D.T.1.p.q.54.a.5.& q.79.a.1.ad.3.& de malo.q.16.a.1.ad.14.& quodlib.7.q.2.Sonci.12. met.q.35.& 36.Caie.1.p.q.54.a.5.Argent.2. d.1.q.2.a.3.con.2.& d.8.a.1.p.2.Aegid.quodlib.3.q.4.Ferra.2.cõtra gẽ.c.82.Bergo.in concordã.dub.136.Capreol.2.d,1.q.2.ad argumẽta Aureoli cõtra.1.con.& d.7.q.2.vbi Dur. q.5.tacite retractãs quod dixerat.1 d.38.& d.45.q.2.in Deo & Angelis esse potentiã executiuam distinctam ab intellectu & voluntate, quod in Angelis tenent Henricus supra & Raym.Lullus 2.senten. capit.51. Aureolus & nonnulli alij nullo certe fundamẽto, maxime cũ si in Angelo potentia executiua est distincta ab intellectu & volũtate,videatur duplex cõstituenda,vna ad motum proprium alia ad motum aliorum siue corporũ siue Angelorũ. 29.

5.Probatur.Nã in Deo nõ est põa executiua distincta ab intellectu & volũtate eo modo quo intellectus et volũtas distinguũtur inter se:ergo neq.in homine, par enim ratio videtur.Anteced.docet Henric,quodlib.3.q.6. Capreol.2.d.1 q.2. ad argumẽta Aureoli cõtra.1.cõcl.Ferra.2.cõtra gẽ.c.16.et li.3.c.1.et 25.Sonci.12.met.q. 34.et 35. Georgius Bustus in suis quæstionib.q.3. de actioni transeũte.Argẽt.1.d.37.a.1.ad.1.Scot.ibi.q.vn.Basso. q.vn.a.3.et d.45.q. 2.a.2.Heruęus.d.46.q.1.a. 3.Molin.initio concordię,& disp.50.& 1.p.q.

25.a.1.disp.2.Siluester in conflato,super eo dē articulo,idem videtur tenere, Valētia ibi imo D.Tho.ibi ad.4 in 2.solut.propendet Caiet.& idem tenent alij recentiores ibi,& 1.p. q.45.a.3.Et probatur in Deo & Angelis & anima separata aut coniuncta nullam esse eiusmodi potentiam,quia omnes potentiæ pure spirituales sunt rationales,potentię autem rationales sunt tantum duæ,scilicet intellectus & voluntas,seu ratio & obediens rationi, vt loquitur Aristo.1.ethi.c.7.ergo.Nec valet dicere,hanc potentiam esse rationalem,quia nō potest operari, nisi directione intellectus & applicatione voluntatis.Nā si hoc cōceda tur,iam erunt tres potentiæ rationales,duę vitales & vna non vitalis.Imo sicut intellectus agens operatur sine directione rationis, & applicatione voluntatis, ita forte operaretur hæc potentia,& ideo non esset inter rationales numeranda,cum eius opus,nec rationem præcedat,vt opus intellectus agentis, nec sequatur,vt opus volūtatis.Secundo natura spiritualis perfectissima est & valde vniuersalis, ac valde illimitata, ergo omnes eius potentiæ erunt perfectissimæ,ac proinde vitales,& perse ordinatæ ad actionem immanentem & valde vniuersales,ita vt cuiusque obiectum sit ens in toto suo ambitu & latitudine, sed potentia executiua distincta ab intellectu,& volnntate non esset huiusmodi, ergo non est in Deo nec alia re spirituali,vt indicat etiam Aristo.9.met.t.3.Deinde 3.si in Deo est talis potentia executiua concedendum est in eo fuisse otiosam tota æternitate ante mundi creationem,& similiter potentia motiua corporis erit in Angelis otiosa post iudicium, quod est absurdum. Quarto potentia executiua generationis & spirationis diuinæ, non est distincta ab intellectu & voluntate, ergo neque executiua creationis.Confir. 1.nam si intellectus & voluntas Dei non possent perse exequi creationem,in has potentias videretur cadere aliqua imbecillitas,neque immediate aut proprie illis obedirent creaturę sed potentię illi executiuæ quod videtur continere nonnihil absurditatis. Confir. 2.nam vt docet Raym.Lullus.1.sent.c.8.potentia generandi & creandi eadem in Deo est,id est diuinus intellectus;nec mirum quod potētia productiua personæ infinitæ,sit etiam productiua creaturæ:ergo non est in Deo potentia vlla distincta ab intellectu & voluntate, ac proinde nec in aliquo spiritu, quod erat intētum. Licet oppositum de Deo teneāt Dur.1.d.38.q. 1.& d.45.q.2.& aliqui iuniores.1.p.q.25.quibus fauet D.Tho.1.p.q 19.a.5.ad.4. dicens, scientiam dirigere,voluntatem imperare,potentiam exequi,& hæc inter se ratione distingui:eodem modo loquitur.1.p.q.25.ar.1.ad. 4.in 1.solut.& a.5.ad.1.Alens.1.p.q.21.m.4. & 5.& q.35.memb.3.Hugo.1.de sacram.p.4. c.vlt.Richar.1 d 38.a.1.q.2.Palac.q.1.Aegi. d.45.a.3.q.vni.ad.4.

Qui tamen exponi possunt, vt non intendant,potentiam Dei ita distingui ab intellectu & voluntate, sicut intellectus & voluntas distinguuntur inter se,sed sicut intellectus speculatiuus & practicus, & sicut in anima nostra distinguuntur esse principium intelligendi,& amandi remotum, neq. est inconueniēs à potentia vitali proficisci actionem transeū tem media immanenti.

Ex quibus patet Arist.3.animę.c.10. tex. 55.dicentem, appetitum mouere corpus me 30.
dio aliquo corporali vt instrumento, nomine hoc non intelligere potentiam corporalē effectiuam motus,sed neruos,musculos,& lacertos,qui immediate recipientes motum locale ab appetitu illum cōmunicant reliquis partibus corporis,vnde eodem.c.intellectum practicum cum voluntate ait,esse principium motus localis.Si obijcias nā in membris experimur vim motiuam,quæ ex labore aut ęgritudine langueſcit, & motum integre perficere nō potest,friuola sane obiectio erit, nā qualitas hæc nullo sensu in se percipi posset, etiā si in membris constitueretur, sed in suis effectibus,quos tamen in voluntatem & appetitum sensitiuum possumus referre,& cō stat vim motiuam in se ipsa non languescere, nec remitti alioqui cessante labore vel ægritudine intēderetur in seipsa & quęrendum esset à quo.Si vrgeas,quoniam Angelus eadem velocitate, & facilitete mouet corpus infirmum & sanum,quia mouet sua voluntate: ergo similiter si anima sua voluntate & non potentia residente in membris externis,moueret proprium corpus,æquali facilitate & velocitate moueret illud infirmum & sanum,robustum ac debile.R.facile, negando conseq. quia anima ob suā imperfectionē pēdet à dispositione corporis in eius motione;non vero Angelus,quāuis & hic maiori velocitate moueresursum possit corpus leue,quam graue, & adeo graue corpus esse poterit, vt ab aliquo Angelo imperfectæ virtutis eleuari nequeat. Sed quæres.4.an potētia;quæ proprio Q.4.
actu mouet mēbra, sit intellectus an volūtas an vtraq.potentia:eademq.quæstio est de potentia,qua Deus & Angelus atq. anima separata operantur ad extra & quā creaturæ istæ spirituales mouent se localiter.

Quidam dicunt,vtramque potentiam per se influere:sic enim optime saluantur scripturæ,& sancti,ac philosophi interdū intellectui, interdum voluntati, interdum vtrique hunc effectum tribuentes, nec est inconueniens eundem effectum ab actu duplicis potentiæ

1.Opinio.

tiæ per se pendere. Hanc opinionem tenet Valent. 1. part. quæst. 25. pu. 1. & quæstio. 14.pun.vlt.& q.19.pun.vlt.Fonseca.9. Metaphy.cap.2.q.6.sect.5.quamuis etiam doceat esse aliam potentiam executiuam,quæ per se influit cum intellectu & voluntate.

Alij dicunt solam voluntatem, vel appetitum perse influere directionem autem esse a potentia cognoscente, ita de Deo sentiunt Scotus & Bassolis supra & alij Scoti Sectatores. Aegid. 1. dist. 38. quæst. 1.Herue. distictio. 46. quæstio. 1.artic. 4. Henri. quodlib. 13. quæst. 6. Soncin. 12. met supra. & Durand. ita dicendum putat. 1. dist. 45. quæstio.2. si potentia executiua non ponatur distincta ab intellectu & voluntate, quod si verum est, etiam si per impossibile daretur actio voluntatis sine actione intellectus, sequeretur effectus. Fauet scriptura, quæ potius actioni voluntatis quam intellectus videtur effectus tribuere vt psal. 113.& 142.omnia quæcumque voluit fecit. Ephæs. 1. operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Anselm. libr. cur Deus homo, non est in Deo vlla necessitas, quia in eo sola operatur voluntas. Hugo. 1. de sacram. part. 4. cap. 1. diuina voluntas est vnde ortum habet quidquid est. Similiter loquitur August. 3. detrin. cap. 4. & libr. de speculo. capit. 7. dicens voluntas tua opus est, cui velle est posse, qui omnia quæ ex nihilo creasti, sola voluntate fecisti, eadem verba habet libr. medit. capit. 29. Arist. 6. ethi. capit. 2. ait, voluntatem esse principium rerum artificialium, & 3. animæ. capit. 9. & 10. appetitum esse potentiam motiuam similia dicit Alexander Aphrod. in paraphrasi de anima. capit. de impulsu & impulsiua vi, & alij citati. quæst. 3. huius sectionis hanc opinionem tenet etiam Marsil. 1. q.44.a.1. conc.8.

2.Opinio

Alij tenent intellectum solum perse influere applicari tamen & determinari à voluntate, vt influat, videtur Molinę initio concordiæ,& disput.50.& 1.p.q.14.art.8.sed quæstio. 25. articul. 1. videtur priorem sent. tenere hanc vero tenet. Palac. 1. distinctio. 38. quæst. 1 Aegid. quodlib. 3. quæst. 14. & libr. de laudibus diuinæ sapientiæ. capit. 16. vbi explicat exemplo sigilli per manum applicati ceræ & sibi assimilantis illam,sic enim idea rei existēs in diuinovel creato intellectu eam sibi similem producit, quod simile confutatur a Dur.Herue.& Marsil.supra quasi necesse esset in omnibus procedere. Huic opinioni fauēt scripturæ, Sācti & philosophi tribuētes sciētiæ,sapiētiæ,arti,& ideis Dei & hominū productionē creaturarū,& variarum rerū,vt referūt Molina initio cōcordię & D.Th. atq.Ferrarie.2.contra gen.c.24 Mag.& alij. 1.d.38.& 1.p.q.14.a.8.vt psal.103. omnia in sapientia fecisti.Prouer.3.dominus sapientia fundauit terram. Ratio etiam fauet:nam illud est ratio agendi, quo agens assimilat sibi passum;sed forma & conceptu mentis agens intellectuale assimilat sibi passum, seu res externas,tales eas producēs quales in conceptu repręsentantur ergo;idea,forma,seu conceptus mentis est ratio agendi, vnde idea definitur,vt sit forma & ratio nō solum cognoscendi,sed agendi,& Ioann. 1. verbum dicitur græce logos,idest ratio,& ibidem dicitur,omnia per ipsum facta sunt,ideo à quibusdam exemplar internum reducitur ad genus causę efficientis,& de arte,& prudentia non est dubium,quin sint habitus effectiui & actiui,non autem efficiunt applicando actiua passiuis, ergo influēdo per se, dices concurrere perse, mediate tū quia dirigendo volūtatē efficiūt eius actū & cōsequēter opus externum,contra quia multi negant, actum volūtatis in nobis esse effectiue ab intellectu,& in Deo certum est non effici proprie nec produci ab intellectu,ergo si intellectus perse non produceret immediate creaturam, non diceretur proprie illam producere nisi identice, quatenus identificatur cum voluntate,quod est absurdum, iuxta hanc opinionē intellectus per id quod sibi est proprium fortassis posset de potētia absoluta influere integre ad opus externum nullo existete actu volūtatis,quia applicationem Deus supplere potest,nisi dicatur de essentia intellectus esse,nō posse operari ad extra nisi applicetur per volūtatē.Scriptura autem & sancti vidētur actiones ad extra tribuere potius diuinæ voluntati,quam intellectui,quia vt obseruat Alēs.1.p.q.35.membro.1.& Moli.supra,in diuina voluntate consummatur omnis causalitas,nā ea posita nihil amplius desideratur.Omneshę opiniones sunt valde probabiles sed,1.mihi magis probatur, quę media est,& aliquid tribuit cæterls,& melius saluat testimonia scripturę,sanctorum,& philosophorum interdum tribuentiū causalitatem horum motuum intellectui interdum voluntati, vel vtrique facultati: sic intelligitur,prudentiam,artem,virtutes morales,cęteroſq.habitus voluntatis, & appetitus perse ad illos influere, si autē verbū distingui tur realiter ab actu intelligendi, & amor, qui est quasi impulsus & impetus ab actu volūtatis,dici potest omnia hęc perse & immediate influere,aut solā intellectionem &dilectionē, aut solum verbum & impulsum, sed satius est non ponere illas qualitates re distinctas ab intellectione, & dilectione.

32.

3.Opinio.

Sectio. 4. An voluntas moueatur ab appetitu sensitiuo, & qualiter.

33. 1. Concl. DICO. 1. negari non potest, appetitu moueri voluntatem. Prob. 1. ex sacræ paginæ testimonijs. Romano. 7. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuant m me &c. Iacobi. 1. vnus quisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus, &c. Quæ verba explicans August. 5. contra Iulian. cap. 5. ait. Pariens est concupiscentia, partus peccatum. sed concupiscentia non parit nisi conceperit, non concipit, nisi illexerit, hoc est, ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis affectum. Consonat Clemens. 2. stroma. dicens. Carnalium cupiditatum vapores malam animę inurunt habitudinem voluptatis; intelligenti loci tenebras offundunt, attrahente anima vapores qui oriuntur ex cupiditate. Alia testimonia afferemus infra.

2. Patet experientia: nemo enim est qui non experiatur, motum appetitus, siue irę, siue doloris, siue lætitiæ inclinare voluntatē ad idem obiectum, quod ipse habet.

3. Patet ratione: nam imaginatiua, seu phantasia motu suo excitat intellectum: ergo & appetitus sensitiuus voluntatem: par enim ratio est. Et eleganter de vtraque potentia, idem probat Fonseca. 9. Metaphys. capitu. 2. quæstio. 6. sectio. 4. dicens, ac de motu excitatiuo non dubia est pars affirmatiua: cum tota sensitiua pars in hac vita sit animæ nostræ quasi suburbium, quo & omnium rerum notitia, & omnium affectuum occasio ad mentem, quasi ad arecm ingreditur. Itaque per has potentias ponit diuina prouidentia superiores facultates in eo statu, vt possunt, suo quæque modo, libertatem exercere. Sic enim per causas naturales omnia extrinsecus disponit, ac prępparat, vt tota sensitiua parte certis temporibus suis muneribus apte fungente, in plena nimirum vigilia adiuncta internorum, externorumque membrorum sanitate mens libero suo dominatu vti possit.

34. 2. Concl. Dico. 2. Appetitus non mouet voluntatem imperando illi, aut influendo directe, & perse in illam. Patet, quia in confesso apud omnes est, facultatem inferiorem, & corporis organo affixam, non habere imperium, aut dominium in potentiam superiorem, & immaterialem, nam cum neque ipsam, neque eius actum cognoscat, non poterit illum imperare: neque decens esset, vt voluntas illi obediret, & si naturaliter obediret iam non esset libera, quod est contra eius perfectionem, & ingenuitatem. Deinde materiale non potest agere in rem spiritualem, neque aliquid spirituale producere: ergo appetitus sensitiuus non potest per se agere in voluntatem, ipsam impellere, aut aliquid directe in ipsa producere. Ita docent Diuus Thom. & alij infra quæstio. 77. articu. 1. & de verita. quæstio. 22. arti. 9. in corpo. & ad 6. Conimbricens. in Ethic. disputa. 4. quæstio. 4 Fonseca supra dicens esse communem Theologorum sententiam Valentia hic disputatio. secunda. quæstio. 4. puncto. 3. Medina. quęst. 9. art. 2. Vazq. disp. 37. cap. 2.

Sed obijcies, nam de phantasia illud est non minus probabile quam vulgatum inter Peripateticos Philosophos, & grauiores Theologos, concurrere illam effectiue cum intellectu agente ad productionem specierum intelligibilium: nec minus etiam probabile, eandem effectiue concurrere cum intellectu possibili, specie aliqua intelligibili informato, ad dererminatam singularium, materialium notitiam, idque in huius mortalis vitæ statu, in quo natura aliquanto parcior phantasmatis, suppleri voluit nostratium specierum intelligibilium in opiam: quæ in opia non erit cum anima fit separata, vel glorioso corpori vnita: ergo similiter dici potest, appetitum sensitiuum efficere aliquid perse, & directe in voluntate Fonseca supra concesso anteceden. negat consequentiam: non enim, inquit, eadem est ratio de appetitu sensitiuo: cum instructa iam parte intellectiua vniuersali, nihil opus sit vlla efficientia appetitus in intellectum, ac voluntatem, siue vt intellectus singularia cognoscat, siue vt voluntas eadem amplectatur, aut reijciat. Sed quia posset quis dicere propter colligantiam, & connexionem harum potentiarum fieri, vt vna possit effectiue aliam impellere, excitare, aut adiuuare suo actu, vt alia similem efficiat, esto id non sit necessarium, tum propter rationem adductam: tum maxime, quia voluntas propter suā libertatem, & quia à ratione regulatur, sæpe habet actum contrarium ei, qui est in appetitu sensitiuo, vt patet experientia, & testimonio Pauli Rom. 7. & alibi. Ideo addit Fonseca Phantasiam nec solam, nec propria virtute agere in intellectum posibilem, sed virtute intellectus agentis, aut etiam ipsius posibilis. Posset tamen quis vrgere: ergo & appetitus sensitiuus virtute intellectus, vel voluntatis, & tanquam instrumentum ipsius ponit aliquid in voluntate. Vnde facilius.

Respon

Respondetur phantasma nunquam concurre re effectiue ad producendā speciē intelligibilē, vel actū intelligendi, sed ministerialiter occasionaliter, & per modum cōditionis sine qua nec intellectus agēs produceret species, nec posibilis vteretur illis ad cognitionem vniuersalium, aut singularium, licet autem cō cederetur, concurrere instrumentaliter cum intellectu agente ad productionem specierū: tamen non esset simile quid asserendum de appetitu sensitiuo respectu voluntatis, quia in ea nihil est antecedens actum sicut in intellectu est species ante intellectionem.

35. 3. Concl. Dico. 3. appetitus mouet voluntatem ex parte obiecti. Non est sensus, quod appetitus sensitiuus moueat volūtatem per notitiā interni sensus excitātis intellectum, & medio intellectu voluntatem: nam appetitus sensitiuus non causat phantasmata, nec facit, vt illa excitent intellectum: ergo non excitat voluntatem excitādo intellectum modo dicto. Sed sensus est appetitū mouere voluntatem ex parte obiecti, quia actus appetitus causa est, vel occasio, vt obiectum voluntatis appareat melius si est bonum, & deterius, si est malū, quo fit vt voluntas vehementius inclinetur ad fugam, vel prosecutionem talis obiecti. Ita explicant Valen. Fonse. & Conimb. supra Caiet. Conrad. Med. & alij. q. 9. a. 1. D. Th. 1. ar. 2. & q. 10. a. 3. & q. 77. a. 1.

Hic motionis modus colligitur ex verbis Clementis Alexandrini citatis, & ex Arist. 3. Ethi. c. 4. asserēte voluptate decipi homines, & c. 5. qualis vnus quisque est, talis ei finis esse videtur & 1. Rhet. ad Theodectem c. in fine. Quæ cupiunt, ea iucunda, & meliora vidē tur, item ea vnus quisque meliora iudicat, quibus maxime afficitur, vt bellicosus victoria, ambitiosus honore, auarus pecunia, eodemq. modo cæteri, & lib. 2. c. 1. ait, non eadem iudicari ab ijs, qui affectu amoris tenentur, & ab ijs, qui perturbatione odij; neque ab ijs, qui ægritudine laborāt, & ab ijs, qui peccato sunt animo: & Daniel. c. 13. concupiscentia subuertit cor tuum, & Sapien. 4. inconstantia cō cupiscentię transuertit sensum sine malitia. Quare & litigator sub Alexandro Macedonum Rege appellaut ab Alexandro irato ad Alexandrum non iratum.

Satis autem patet, hunc modū, quo appetitus mouet intellectum, nō esse directū, sed indirectū: quia appetitus non est potentia apprehensiua, vt possit illud melius aut deterius iudicare.

36. Quæst. 1. Quæres. 1. quanam ratione, aut ex quibus principijs intellectus præsente concupiscentia, iudicat obiectum melius, quam ea absente. Resp. quia vt frustrari appetitum est peculiare malum, ita illum explere est peculiare bonum, & peculiari ratione amabile: quod speciatim est verum in desiderio appetitus sensitiui, quia annexam habet quandam inquietudinem, & corporalem immutationem noxiā, quæ expleto appetitu cessat, ideo explere ab intellectu cōueniēs iudicatur dū friget corpus: quæ tamē aduersa, & fugienda iudicaretur, si illud æstu laboraret: & febre æstuanti bonum apparet bibere, quod illa sublata non appareret tale. Item passione firmatur homo incognitione boni sensibilis, & commoditatum eius, & nimia illa attentione, & corporis ardore distrahitur, & impeditur à consideratione boni honesti, & cō moditatum eius, vnde intellectus obnubilatur, & obcæcatur ideoq. voluntas efrenatius & vehementius fertur in bonum sensibile. Quo circa bene Fonse. ex communi Theologorum ait, appetitum sensitiuum afferre libero arbitrio triplex impedimentum, ligaminis, distractionis, cōtrarietatis. Tunc enim necessario quasi ligatur, & omnino impeditur ratio, quæ radix est libertatis, ne suo munere fungatur, cum passio appetitus sensitiui, ita est vehemens, vt hominem in insaniam vertat, quę nihil est aliud, quàm tanta perturbatio phantasiæ, vt rite ministrare non possit intellectui, siue id fiat læso omnino eius organo, siue confusis phantasmatibus; quod fit tumulantibus sine vllo ordine spiritibus, quibus animalis, seu sensitiua vita administratur. Impedimentū, vero distractionis est, cum appetitus sensitiuus ita intentus est in suum obiectum, vt vel magnam partem vigoris animi, vel etiam totum suffuretur, vt parum, vel nihil sit reliqui, quo tunc pars intellectiua vti possit: cum enim naturalis virtus animi nostri finita sit, suæque habeat potestatis terminum, quanto magis ea vtitur vna potentia, eo minus reliquæ vti possunt. 3. impedimentum est contrarietatis, nimirum cum appetitus sensitiuus aduersatur intellectiuo, & cum eo ex aduerso pugnat, quæ pugna manifesta est in homine continente nec dum perfecte virtute edomito passionum impetu: quam pugnam in se transfigurabat Paul. Roma. 7. cùm dicebat. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

Ita patet, appetitum sensitiuum nihil efficere in intellectu, aut voluntate, sed concurrere obiectiue indirecte, & vt Caiet. Fonse. cæterique iuniores loquuntur, occasionaliter, quia occasio est, vt intellectus cognoscat actū appetitus, & propterea iudicet, obiectū esse aliqua ratione melius subiecto sic affecto, quam subiecto simpliciter in se spectato, &

quia obiectum media cognitione concurrit actiue finaliter,& formaliter instar formæ extrinsecæ, aliqualiter omnes istæ causalitates possunt tribui actui appetitus comparatione actus voluntatis, quamuis perse illum non efficiat, neque quicquam aliud involuntate, aut intellectu.

37. Q.2. Quæres.2. An ex passione possit variari iudicium intellectus circa obiectum, non variato iudicio sensus circa idem obiectum. Resp. affir.cum Medin. quæst.9.ar. 1. alijsq. recentioribus. Et Prob. quia passio appetitus non cognoscitur per sensum sed per intellectum tantum: ergo potest intellectus iudicare aliquid bonum,quia consentaneum concupiscētiæ, non iudicante id sensu. conf. quia intellectus ex alijs principijs iudicat, quàm sensus, vnde & sæpe illum corrigit. ergo potest variari eius iudicium per passionem,vel aliquid aliud, non variato iudicio sensus. Nec obstat Arist. 3.ani.c.7. cuius testimonio ad asserendum oppositum ductus fuit Vaz. disp. 37.c. 2. tantum enim ait. Arist. ibi,non posse intellectum circa obiectum aliquod operari,quin circa illud simul operetur phantasia. Ad hoc enim sufficit, vt quando intellectus aliquid apprehendit,idem,vel aliquid simile, vel proportionale apprehendat phantasia (& forte hoc tantum voluit Vaz. non vero requiritur, vt eodem modo de ipso obiecto iudicet:nam intellectus de Angelo, & de alijs rebus incorporeis, & de vniuersalibus iudicat, non vero sensus. Sed ad motionem voluntatis parum refert,siue hoc, siue alio modo in hac quæst. dicamus. Ex cuius resolutione constat,quid dicendum sit ad dubium, quod attigit Fonseca.9. Met. cap.2.q. 6. sect. 3.ad vltim. an affectus appetitus sensitiui faciat obiectū melius apparere phantasiæ. Fonseca affirmat, sed distingue. Nam secundum se nō facit melius apparere obiectum phantasiæ, cum hęc non cognoscat actum appetitus sensitiui, ideoque iudicare nequeat,bonum esse expleri desiderium ipsius:cognoscit autem aliquē effectum noxium,qui cessaret consecuto obiecto, vt alias experta est, & ideō apprehendit, vt meliorem,obiecti consecutionem.

38. Q 3. Quæres. 3. An appetitus sensitiuus aliquando absque variatione representationis, seu notitiæ intellectiuæ immediate moueat voluntatē per redundantiam connexionem,nexum, cognationem, aut sympathiam harum potentiarum, sicut sectio. 2. diximus,inuariato iudicio sensus, appetitum per qnandam redundantiam à voluntate moueri.

1.opinio Fonseca supra refert quosdā dicentes voluntatem non numquam se accōmodare appetitui sensitiuo nulla mediāte representatione intellectus, qua prius tempore, aut natura obiectum appetitus sensitiui personæ appetenti cōueniēs iudicetur,siue id accidat, quia appetitus effectiue eum motum causet, siue quouis alio modo, quia sæpe euenit, vt cum appetitus intensius afficitur erga rem aliquā cōtinuo ad eādem trahat voluntatem. Deinde quia si nūquam voluntas accōmodaretur appetitui contrarium cupienti nisi variato iudicio intellectus, satis esset ponere virtutes moderatrices passionū in solo intellectu,quia satis esset rectificari intellectum,seu iudicium rationis, vt passionibus moderatio adhiberetur, quo fieret,vt virtus continentię nō in parte appetitiua, sed intellectiua ponenda esset contra omnes Theologos, & pari ratione cæteræ virtutes morales, veraq. esset erronea illa sententia Socratis apud Arist. 6. Eth.c.13. virtutes morales nihil esse aliud, nisi quasdā prudentias. Postremo quia cum phantasia immediate agat in intellectum,nō est cur pari ratione non sit concedendum,appetitū sensitiuū immediate agere in voluntatem. Hanc opinionem si,vt iacet,intelligatur merito refellit Fonsec.tanquā alienā à cōmuni Theologorū sententia,quæ vt ipse ostendit eodem. c.q.5.sect.7. & nos tra. 1. affirmat nihil posse appeti appetitu sensitiuo, nisi pręuio iudicio interni sensus:pręsertim cū indignū sit reginā voluntatem immediate sine vlla ratione sequi affectū mancipij scilicet appetitus sensitiui. Ad. 1. autē arg. R. nihil referre si sæpe accidat, vt sæpe accidit vt voluntas cōtinuo sequatur vehementiorē aliquā passionem: quā docūq. prius tempore aut natura iudicij intellectus accōmodatur iudicio sensus. Ad.2.et si necessaria sit rectificatio iudicij ad rectitudinē moderationemq. passionū efficiendam, non est tamē id satis,vt appetitus suauiter,ac prompte operetur, nisi in eo quoq. sit habitus passionū moderator. Ad.3.esse aliam rationē in phantasia, aliam in appetitu sensitiuo,vt illius actio in intellectū sit necessaria huius autem minime,vt paulo ante ostendimus.

Forte autē authores huius sententiæ solum intendūt,appetitum sensitiuum inuariato iudicio intellectus posse ad sui actus obiectum inclinare voluntatē non effectiue,sed per sympathiam,quod non male probant eorū rationes,& verū esse in 3,opinione ostēdemus. De hoc autem puncto nihil Fons.dicit quāquam in verbis citatis.2.sententiā indicare videtur. Sed eadē.q.sect.3.ad vlt.& sect.5.§.2.loco insinuat nostram opinionem.

39. 2.opinio. 2. opinio est voluntatē non inclinari ab appetitu sentiuo,nisi variato iudicio intellectus, ac proinde appetitū nūquā impellere voluntatē p merā sympathiā,& redūdātiā. Itavidetur sentire Vaz.dis.37 c.2.&multi recētiores. q 9.a.1. suā sententiā tribuētes victorię ibi &

Caiet.

Caiet.tũ ibi,tũ.q.77.art.1.& 1.p.q.111.a.2.& asserẽtes,id esse magis consonum D.Thomę, nam.q.9.art.2.& q.10.art.3.& q.77.art.1.& vbicumq; loquitur de motione voluntatis ab appetitu sensitiuo,solum ponit mouere volũtatem ex parte obiecti,& illa.q.77.art.1.& de verit.q.22.art.9.in corpore,& ad.6.& in hac. q.art.5.& 6.aperte docet,voluntatem, nec ab appetitu sensitiuo,nec ab aliqua creatura corporea,vel spirituali directe moueri posse,sed à solo Deo:motio autem quę contingeret,inuariato iudicio intellectus,esset directa: ergo appetitus sensitiuus, non potest voluntatem mouere,nisi variando iudicium intellectus,& quasi persuadendo.

Confir.nam D.Thom.q.9.art.1.solum ponit duos modos,quibus mouetur volũtas, vel ex parte subiecti quantum ad exercitũ actus, vel ex parte obiecti quantum ad specificationem,si ergo appetitus mouet volũtatem alio modo quam ex parte obiecti, mouebit quantum ad exercitium actus: quod non videtur concedendum,nam aseipsa tantum,& à Deo mouetur voluntas quoad exercitum actus,& D.Thom.1.p.q.82.art.4. docet solam voluntatem mouere alias potentias,quoad exercitum,idem hic.q 9.arti.1.

Confir.2. nam sensus non mouet intellectũ, nisi ex parte obiecti:ergo neq; appetitus voluntatem,nisi ex parte obiecti, & oppositum derogat nobilitati,& excellentiæ voluntatis, sicut derogaret Sphæræ superiori trahi ab inferiori. Hanc oppinionem, tenet Conrad.q.9. art.2.& q.77.art.1.& Cumel ibi (licet probabilem putet oppositam.)

40. 3.Opinio. Auctoris.

3. Opinio, & tenenda est, voluntatem eo etiam modo ab appetitu moueri, ita docet Medina.q.9.art.2.& alij recentiores cum Soto in scriptis ibi. Vbi Valentia.q.4.puncto.3. idem tenet;ait enim. Quo circa non nisi indirecte,& veluti per circuitum mouet voluntatem appetitus. Et continuo subiungit. Ratio autem cur ita voluntas ab appetitu moueatur,alia prior non est,quam ipsa potentiarum Sympathia inde existens, quod omnes illæ sunt perfectiones, & quasi ornamenta vnius, & eiusdem substantiæ.Ecce admittit motionẽ per Sympathiam:talis autem non est exparte obiecti:ergo, &c. Hanc quoq; opinionem tenent Conimbricens.disp.4 Ethi.q.4.arti.2. & Azor.li.1.c.20.q.8.vbi sic ait trifariã appetitus sensitiuus mouet voluntatem. Aut enim imaginationẽ excitat,& deinde imaginatio rationem,& ratio voluntatẽ. Aut primo appetitus corpus ipsum afficit, vt sæpe solet, mox vero corpore, sic aut aliter affecto, ratio res, quę extra nos sunt,varie concipit,quisq; enim vt est ipse affectus,sic solet de rebus iudicare: postea vero ratio quod iudicat,subijcit voluntati. Aut.3. appetitus vehementer cõmotus adse flectit,ac trahit quodãmodo voluntatẽ, cum sint vires interse quodam naturæ nexu,& vinculo colligatæ. Hoc ipsum significat satis Aristot.3.animæ.c.11. t.57.dicens vincit autẽ interdum appetitus mouetq; voluntatem,interdum hæc illum; appetitus inquam appetitum,vt Sphæra,cum in continẽtia sit,atq; sem per superior magis est princeps,mouetq; natura. Vbi eodem modo ait,moueri volũtatem ab appetitu, & econtra, sed voluntas mouet Symphatia:ergo,& appetitus volũtatem, sed magis naturale est,vt voluntas moueat appetitum ad bonum rationis,sicut in cęlis Sphęra superior mouet inferiorem. Vnde peccatum est,si appetitus ad bonũ aduersum rationi trahat voluntatem,ita explicat D.Tho.ibi: ergo appetitus per Sympathiam mouet immediate voluntatem, quopacto intellectus mouet sensum internum,& econtra,etiamsi in vtroq; iam sit species, quę motio non est mediata, sed immediata, nec consistit in præsentatione obiecti,sed in perceptione,exquo sumitur optimum argumentum,nam sensus internus sua cogitatione causat immediate intellectionẽ: ergo & appetitus suo actu causat immediate volitionem, quod satis insinuatur Ro.9.sentio aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuum meducentem in legẽ peccati,& 2.cor.12.datus est mihi stimulus carnis meæ,&c. Iacobi.1. vnusquisque tentatur aconcupiscẽtia sua abstractus,& illustris, & Triden.sessio.5. decreto de peccato origin.§.5. definit, concupiscentiam vocari à Pau.peccatum,quia ex peccato est,& ad peccatum inclinat.Huc etiam spectat Sap.9,corpus quod corrumpitur, agrauat animam,&c. Sic Dãnielis.13.senes exarserunt in concupiscentia Susannæ,&prolapsi sunt in peccatum, & Dauid. 2.Regu.11. exardescens in amore Bersabee,& Bern. lib. de triplici cogitationũ genere,super illud.Rubẽ primogenitus meus non crescas, &c. Ruben, inquit concupiscentia est,quæ tunc cubile nostrum ascendit,cum non solum memoriam cogitatione tangit,sed stratum voluntatis ingreditur,& delectatione polluit.Cæterum,quia hæc possunt exponi de motione obiectiua,vrgeo magis ex D.Tho. 1.p.q.111.art.2.vbi ait,voluntas mouetur ab interiori à solo Deo,ab extrinseco vero mouetur ab angelo per hoc,quod potest esse causa, quod aliquid apprehendatur ab intellectu, & subdit, sed præter hunc modum voluntas mouetur ab extrinseco, scilicet ex passione existente in appetitu sensitiuo, sicut exconcupiscentia, vel ira inclinatur voluntas ad aliquid volendum, sic etiã angeli possunt voluntatem mouere concitando similes passiones,& de verit.q.22.ar.6,ait passionem

se ha-

se habere ad voluntatem tripliciter.1.vt volũtatis obiectum.2.prout passio aliqua excitat voluntatem, vel intendit eam.3.ecõuerso quãdo ex voluntate passio excitatur,quid potest clarius dici?& arti.7.ibidem ait,passiones dupliciter se habere ad voluntatem,scilicet antecedenter,& consequenter,& 1.modo impedire voluntatẽ,scilicet,& obiectiue,& per Symphatiam.Certe experientia esse videtur, sine vllo errore intellectus, sine vlla reflexione ad passiones,vel dispositionem inde resultantem in corpore,sine vlla mentis distractione causata à passione,voluntatem esse promptã ad sequendam passionem,& difficile ei resistere posse, & datis duobus hominibus, æqualiter iudicãtibus, bonum esse sumere vindictam de aliquoiillũ qui natura biliosus,& iracũdus est in quo passio facilius,& vehemẽtius cõcitatur facilius quoq; vindictam,velle quam is qui natura suamitis,& mãsuetus est,& deniq; cęteris paribus,qui habet passionẽ,est magis inclinatus ad eius obiectum:ergo passio per Sympathiam mouet voluntatem,quod etiã insinuat D.Thom. q.9.arti.2.ad.2. docens ex eo ipso, quod appetitus potest moueri contra imperium voluntatis, habere vim quandam mouẽdi ipsã,quod vero adducũt aliqui ex D.Tho. q.77.art.1. ponente duos modos quibus voluntas à passione mouetur,non est ad rẽ,quia vterq; est exparte obiecti.1.quia facit obiectũ melius apparere.2. quia distrahit mentem à consideratione rationum, quibus moueretur ad eliciendum actum contrarium passioni.Sine errore autem potest melius apparere obiectũ,& fieri illa distractio mentis. Vnde etiã si sola motio exparte obiecti amitteretur,nõ sequitur omnem peccantem, ex passione errare,vt ex ea oppinione tanquam absurdum colligit Medina,qui alio etiã leui argumẽto vtitur,scilicet, si voluntas solum mouetur ab appetitu exparte obiecti,continentiam debere potius constitui in intellectu, ad rectificandum iudicium, quam in voluntate postquam passiones nihil agunt nisi mutãdo intellectũ, potest enim dici, continentiam esse ponendã in voluntate,vt contineatur in officio non obstãte pugna passionum ex parte obiecti,rationem vero prudentia esse rectificãdam, in alio etiã decipitur Medina.q.9.art.2.ait enim, ꝙ etiam si sine variatione iudicij volũtas à passione moueri possit,non tamen sine variatione imperij intellectus,quia voluntas non potest operari, nisi præcedente efficaci imperio in intellectu, quę doctrina reijcietur in sequenti tractatu, cum de imperio agemus, & licet voluntas non posset operari sine imperio,tamen sine mutatione, vel augmento imperij (quod non suscipit magis, aut minus) posset vehementius operari propter impetum passionis.Neq; vero illud placet,quod significãt Conimbr. passionem per Sympathiam conducere,vt voluntas vehemẽtius moueatur,non vero vt moueatur simpliciter, nã quoad hoc eædem rationes militant de augmento, & de substantia actus, & D. Thomas de verit.q.22.art.6.ait passione,& excitari,& intendi voluntatem.

Ad argumentum secundę opinionis R.licet D.Thom.illis locis tantum meminerit motionis exparte obiecti,tamen alijs locis adductis meminisse motionis per Sympathiam,consensionem,nexum, & colligationem potentiaru, quę motio dici potest quoad exercitum, non quidem quasi aliquid aliud à Deo possit mouere voluntatem influendo in illam aliquid præuium actui,vel ipsum actum,sed tãtum,vt possit esse conditio,qua posita, voluntas ipsa habeat promptius operari,propter inclinationem,quam habet ad seqeendam passionem, sicut Heliotropium,seu Solsequiũ ad sequendum solem,& hæc motio quodãmodo est obiectiua,quia licet passio non cognoscatur,est inclinatio in voluntate ad sequendum illam non secus,ac si cognosceretur,vnde etiã patet appetitu non moueri voluntatem effectiue directe;immo, nec simpliciter moueri ab illo proprie loquendo, sed late tantum, & si hoc dumtaxat contendit.1.opinio nõ refragamur, & fortasse nihil aliud voluit Caiet. ex quibus patet ad. 1.Confir. ad.2. vero, dicimus intellectum à sensu moueri etiã per Sympathiam, vt ostendimus, & ideo illam rationem à nobis militare. 41. Ad argu. 2. Opini.

Quæstio.4.hic est,num aliquando voluntas, ita ab appetitu trahatur, vt in eius potestate non sit ei resistere.R. si appetitus adeo vehemens sit,vt omnino rationis vsum absorbeat, tunc necessario mouere voluntatẽ alioqui nõ; etenim tandiu motus voluntatis liber est,quãdiu iudicium rationis manet;turbat autem interdumq; absorbet iudicium affectio appetitus cum sensitiua cognitio,quę tali affectione acrior,& importunior fit,adeo vehementer intellectum mouet adcogitandum de obiecto passionis.v.g. de re dolorem, aut delectationem inferente,vt interim ei deliberandi facultatem adimat adiuuante ad id corporis alteratione passione consequente. Inquam sententiam lege,quę scripsit Arist. 7.Ethi.cap.3. Aug.14.Ciuit.c.16.D.Thom.infra.q.10.ar.3. Caiet. & Conrad. q.77.arti.1. Conimbricens. disp.4.Ethi.q.4.arti.2. præsertim vero videndus est D. Thom.q.77.art.2.vbi docet rationem non posse superari à passione contra suam scientiam, idest, dum manet iudicium rationis, cum aduertentia sufficienti alias ad libere operandum. Vide etiã ibi Zumelem, & alios,& quę ibi dicemus,& Fonsecam supra, 42. Quæst.4.

qui de

qui de fide esse docet, dum ratio soluta est, voluntatem à passione nõ determinari ad consensum, ex Genes.4.sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, & ex Trid.sess.6.cã.5. & 6.quanuis possint ex appetitu in voluntatem redundare affectus quidam simplices, extra consensum, quos impedire aut expellere voluntas non posit iuxta id August.3. de lib. arb.c.25.non est in potestate nostra à visis nõ tangi.

Sectio.5. Vtrum voluntas moueat seipsam.

43. 1.Opinio. PRima opinio est, voluntatẽ mere passiue se habere ad actum suum, ipsumq; effici à solo obiecto cognito, seu cognitione aut à phantasmate, hæc sentẽtia tribuitur Gothifredo quodlib.6.q.7.& quolib.8. q.12.& quolib.9.q.19.& quolib.13.q.3. qui vt patet in Scoto.2.d.25.q.vni.§.dicitur hic. Asserebat phantasma irradiatũ ab intellectu agẽte esse integrum principium efficiens ordi- quodam primo intellectionem secundo volitionem. Probatur primo, quia mouens, & motum debent esse distincta subiecto, sed in parte animæ intellectiua, nihil potest esse distinctum subiecto à voluntate: igitur ibi nihil est motiuum ipsius: ergo oportet esse aliquid aliud extra partẽ intellectiuam, & illud ponitur phantasma. Mobile autem, & motum debere esse distincta subiecto, probat alioqui, idem esset simul in actu, & in potentia, quia 3.Phys.t.17.& sequentib. dicitur, tale debere esse mouens actu, quale mobile, in potentia. Vnde.2.Phys.t.70.dicitur, materiam, & efficiens non coincedere in idem numero, & 5. Meta. c.15.tex.20.dicitur, mouens, & mobile referri realiter: idem autem non refertur realiter ad seipsum: ergo non potest esse idẽ mouens, & motum. 2 si voluntas esset totale efficiens, semper ageret, quia agens approxima 2 tum passo, & non impeditum semper agit.9. Meta.t.10.Vnde.2.ani.t.52.dicitur, quod si sensus esset actiuus, semper ageret, sicut ignis semper combureret, si haberet combustibile. Dices nõ esse simile, quia voluntas est libera: nõ vero ignis. Contra, quia saltem poterit semper agere, & velle. Dices cognitionẽ esse causam sine qua non, quia secundum Augu.8. de Trin.c.4,& 9. Trin.c.3.& lib.10.c.1.& alibi in uisa possumus diligere, incognita nequaquã. 3 Contra, quia sic dicã, ignem non esse causam perse, sed sine qua non incombustione, & lignũ ad præsentiam ignis se comburere.3.arg.nam omne agens æquiuocum est nobilius effectu suo: ergo si voluntas est causa sui actus, cum sit alterius rationis, erit nobilior illo, ergo vt causa volitionis esset nobilior quã, vt volẽs formaliter: cõsequẽs videtur falsum: ergo. Aureol. apud Capr.2.d.24.q.vn.a.2.argu.cõtra.2.cõc. ait, voluntatẽ non moueri à se, sed à solo obiecto cognito, & quidẽ ab illo moueri effectiue, docuimus.tract.1.disp.5.sect.3. modoq; addimus: voluntatem actiue cõcurrere, siue etiam concurrat actiue obiectũ media cognitione, siue non, quæ sententia non solũ est vera in actibus liberis voluntatis, sed in omibus, etiam in simplici velle aut nolle, quod est cõtra Burid. 2.Eth.q.3.& 3.Ethi.q.2. asserentem simplices actus volendi, & nolendi finem non elici à vovoluntate, vt voluntas est, & ideo voluntatem in illis non esse liberam; alios vero omnes à voluntate elici, quæ per simplicẽ volitionẽ finis ad reliquos actus se mouet. Idẽ tenet Mar. 2.q.16 ar.3.conc.2.quia tamẽ Burid.& Mar. tenẽt intellectum, & voluntatem esse idem interse, & cum anima, fatentur voluntatem, vt intellectus est, mouere se ad illos simplicies actus volẽdi & nolẽdi finẽ. Nos supponimus volũtatẽ, & intellectũ realiter distingui interse, & ab aĩa. Asserimusq; volũtatẽ in omni suo actu actiue cõcurrere. Quæ sentẽtia probatur late, ab Olcot.1.q.3.art.4.& ab alijs cõmuniter, & 1.quoad actus liberos, quia libertas. 1. & per se, non consistit inpatiendo, sed in agendo: patiens enim, vt patiens, non est liberum, sed vt agens, voluntas autem respectu multorum actuum est libera: ergo multos actus elicit, seu producit: ratio est de sumpta ex Damasc. 2.fid.c.26.& 27. Rũt. aliqui libertatem volũtatis, non attendi primo in efficienda volitione, quia eam non efficit, nec in recipiendo ab obiecto, quia passio, vt passio non est libera, sed necessaria: sed attendi in motione intellectus, seu obiecti ad operandum libere: enim efficit voluntas, vt intellectus intelligat; intellectio autem seu obiectum intellectum efficit volitionẽ, & sic velle aut nolle est liberũ, nõ per se. 1. seu primario, sed cõsecutiue. Hãc solutionem merito reijciunt Scotus, & Burid. supra. Nam voluntas non mouet intellectum, nisi aliquo actu proprio, vel ergo hic est elicitus à voluntate, vel non. Si elicitus, habeo intentum, si non: ergo non est liber, & sic, nec intellectio nec volitio sequens erit libera: ergo nulla datur volitio libera.

44 2.Opinio. Auctoris.

Confir. quia satis magnum absurdum est dicere nullam volitionem esse liberam inse sed in causa, scilicet in intellectione, maxime cum inde sequatur in solo intellectu esse formalẽ libertatẽ, vel à voluntate deriuari libertatem in intellectũ nullius actus voluntatis in teruentu: vtrũq; autem absurdũ est: ergo. Præterea si præsentato obiecto non esset in potestate volũtatis nõ moueri passim moueretur, necessario etiã, cũ plena cõsideratione, quia

sæpe

sæpe possumus cogitationē auertere conse-
ques est falsum:ergo.

45. Quoad actus vero non liberos,siqui sunt, & denig; quoad omnes probat Scotus sentētiā hanc,quia eadem est ratio de omnibus.Dices non esse eandem rationem,quoniam volūtas non est libera in patiendo,sed inagendo,vnde necesse est actus liberos esse ab ipsa; nō tamē necesse est actus necessarios esse ab ipsa. Cō-tra,quia idem actus non solum specie,sed numero potest trāsire delibero in necessariū,&e contra,accedente,vel recedenter deliberatione,easdē autē causas efficientes semper habebit:ergo sicut volūtas effectiue concurrit ad actū liberū, ita etiā adnecessariū Idē probāt aliqui,quia velle non consistit in sola receptione,sed includit effectionem: ergo omne velle est effectiue à volūtate,sed ratio est parui momenti. Nam dici potest, vt aliquid vere dicatur intelligere,& velle,satis esse habere talem qualitatem, siue illa sit producta à potentia, siue nō : propter priorē vero rationem teneo voluntatem in omni suo actu necessario effectiue cōcurrere.Quod tenetur concedere Buridanus quando actus necessarius non est volitio finis,sed medij necessarij ad finē , si enim affectio ad finem est necessaria,necessaria erit affectio ad medium:siquidem tract.seq. videbimus voluntatem suppositā intentione finis, non posse,non eligere medium,quod necessarium iudicatur ad finem. Si respondet Burid. nullam intentionem finis,sed tātum simplicē eius affectionem esse necessariam, & eam solam non effici à voluntate , contra nam sicut datur simplex affectio finis , ita etiam datur simplex affectio medij,vt dicemus,hanc autē elicit voluntas licet non libere: ergo etiā potest dici ipsam elicere licet non libere simplicem affectionem finis.

46 Dices non esse simile,quia si eliceret simplicem affectionem finis, idem secundum idem esset mouens,& motum: id vero non sequitur ex eo , quod voluntas eliciat simplicem affectionem medij,quia hanc recepit voluntas secundum se; efficit autem per simplicem affectionem finis. Contra,quia non repugnat idē secundū idem esse mouēs, & motū totale,vel saltem partiale : ergo dici potest voluntatem in illo primo actu,seu affectione finis esse principium totale,vel saltē partiale,alteramq; partem causæ esse cognitionem obiecti,&frustra, ac sine fundamento fingitur phantasma, vel cognitionem obiecti,vel voluntatē aliam agē temesse totale principium illius primi actus, maxime cum phantasma sit accidens corporeum, quod non potest efficere rem spiritualē præsertim per modum causæ principalis totalis , & in potentia cum qua non habet cognationē qualis est voluntas,licet forte sit instrumentalis causa speciei intelligibilis, voluntas autem agens à nullo vnquam constituta sit.

Et quodcūq; actiuum extrinsecum volūtati cōstituatur, si ipsa voluntas nō agit in. 1.actu, ille non erit vere immanens,quodest absurdū, & sequela patet. Nam actio immanēs debet recipi in suo proximo,& īmediato principio: ille autem actus non reciperetur in suo proximo,& immediato principio:ergo nō esset vere actio immanens;immo nec reliquæ actiones ex ipso ortæ essent actiones immanentes, quia reciperentur in voluntate secundū se;voluntas autem secundūse,non est primū proximū,& immediatum illarū,sed affectio finis.Si dicas, voluntatē in alijs actibus à primo esse causam partialem secundumse, & sic reliquos actus à primo esse actiones immanētes , quia recipiuntur in principio partiali,cur non dicetur,idem de primo actu. Qui etiā est actio immanens?&sane in actibus liberis esse secundū se causam partialem negari nō potest,si enim tantū cōcurreret ad illos per actū.1.vt ille est necessarius,ita sequētes actusessent necessarij quia actus præcise proueniētes exactu necessario, & in quibus voluntas secundū se nō concurrit,necessarij omnino sūt,quia à nullo principio libero secundūse spectato sunt; similiter ergo ad actū.1.concurrit perse volūtas.Quod a simili probatur,nam intellectus in omni suo actu concurrit actiue , vt causa partialis cum specie,& similiter sensus(qui est potētia actiua.2.animæ.c.4.)ergo,& appetitus sensitiuus, & voluntas, quia par ratio est,& oēs actiones harū potētiarū pariter immanentes sunt. De hac re vide plura, apud Scotū supra Gab.2. d.37.q.1.Maio.1.d.1.q.6.Azor.to.1.li.1.c.21. q.1.Capreol.2.d.24.q.vni.art.3.ad arg.contra 5.cōc.& Hisp.d.25.q.vni.art.4. ad arg.quibus aliqui contēdebāt voluntatē mere passiue cō currere ad suos actus.Henr.quodlib.14.q.5. & quolib.9.q.5. Dur. 2.d.24.q.1. Greg.q.1. & Horon.infra , qui omnes docent voluntatē in actibus liberis actiue se habere,vt idē tenēt Marsil.&Burid.supra,qui duo,&Horōtius.11. suæ margaritæ.c.12.recte iuxta dicta tract.1. disp.5.sect.3.docent cognitionē esse principiū effectiuū saltem partiale cuiuscūq; actus volūtatis,& Burid. non esse constituendā voluntatem agentem distinctam apatiente,neq; sensum agentem distinctū à patiente licet detur intellectus agens à patiente distinctus.

47. Ad.1.arg.1.Opini. Ad.1.arg.1.sententiæ. R.idem secundū diuersas entitates posse esse mouens,& motum, sic intellectū voluntatem , & sensum secūdum se esse,quę mouentur;mouentia autē esse alia: quia sunt constituta ex sensu, vel intellectu, & specie,& ex volūtate,& cognitione,totū autē à parte distinguitur realiter. Vnde mouens totale à totali moto realiter distinguitur.

Quare

Quare neq; idem refertur ad seipsum relatione reali, sicut extremũ totale ad totale; neq; est idem omnino simul in actu,& in potentia. Scotus autem,& alij putant,idẽ secundũ idem posse esse mouẽs,& motũ,& simul in actu formali,& in potentia virtuali, & voluntatẽ esse totale principium sui actus;quod dispu.illa.5. sect.3.primi tractatus reiectum est.

Ad.2. Ad.2.R.cognitionem esse causã partialem efficientẽ,vel saltẽ conditionẽ per se requisitã per modum vitalis applicationis obiecti, ad actũ voluntatis,ideo volũtatẽ nõ semper operari posse,sed quando obiectũ fuerit conuenienter præsentatũ per cognitionẽ; de igne autẽ, & alijs huiusmodi,varijs rationibus cõstat nõ esse causas per accidens combustionis,& similium, sed causas per se. Quę rationes non sunt modo adducendæ,potissima, est quã assignat Scotus.2.d.25.q.vni.lit. O, quia cõbustio ligni, est eius corruptio,vnde potius dicendũ est, quod corrumpatur abigne quã aseipso ad prę sentiam ignis:voluntas autẽ,est virtus volendi ideo potius debet ei tribui volutio ad prę sentia,& cognitionem obiecti,quam cognitioni.

Ad.3. Ad.3. R. voluntatem saltẽ cum cognitione esse nobiliorẽ volitione, quia causa æquiuoca totalis debet esse nobilior suo effectu.Sed cõtra prædicta obijcies,quia licet D.Thom.q.9. art.3.docuerit,voluntatẽ mouere se ex volitione finis ad volitionem mediorum,tamen.art. 4.docet volũtatem in. 1.actu moueri ab aliquo exteriori principio, scilicet Deo, in alijs mouere se ex priori actu.Idemq; docet infra q.111. art.2. tertio contra gent.c.89. &.sumi potest ex Ansel.lib.de casu diaboli.c.12. vbi docet voluntatẽ non posse moueri ad aliquid volendũ,nisi ex priori volitione,& ideo angelum non posse habere.1.voluntatem ase:ergo ad.1.actum voluntas mere passiue se habet.

48. Obiectio.

1.Solutio. Propter hoc argu.Capreolus.2.d.24.q.vni. art.3.ad.8.contra.5.con.& d. 25.q. vni. art.3. ad argu.Henrici cõtra.1.conc.& Scoti cõtra.2 existimat,voluntatem in.1.actu circa finẽ moueri ab auctore voluntatis, scilicet Deo ita,vt ipsa mere passiue concurrat adtalem actum: quo etiam modo putat,grauia moueri agente,ipsis mere passiue concurrentibus; neque putat esse miraculũ, quia est secundũ naturæ exigentiã,sicut & animã creari à Deo,& grauia moueri à generãte. Eãdẽ sententiã tenet Hispale.2.d.25.q.vni.ar.4.ad arg.cõtra.2.cõc.

Probant 1. quia primus actus volnntatis non est in eius potestate. 2. quia voluntas, vt moueat se eget tanquam actu.1. volitione finis:sed ad hunc actũ.1. nõ potest se reducere: ergo necesse est reduci ab alio nempe à Deo: non enim potest fingi aliud à quo reducatur.

Sed tenendum est voluntatẽ etiam in.1.actu concurrere effectiue, vt dictum est docentq; Scotus Henric.Dur.Grego.supra Azor.lib.1. c.20.q.11.Conrad.q.9.ar.4.Medina ibi,& alij Caiet.q.111.art.2.& proculdubio esse verum, ait Valen.disp.2.q.4.puncto.2.& 4.Idem docet Fõseca.9.Metaph.c.2.q.5.sect.2.quinimo, & Capreolus nõ omnino negat mouere se in 1.actu,sed ait,vel nõ se mouere,vel ad hoc debere aliquid peculiare à Deo recipere, per q̃ se moueat.

Nostra sententia colligitur ex D.Thom.1. p.q.27.art.4.dicente,voluntatẽ esse in actu.1, ad operandũ non per similitudinẽ,vel aliquid sibi superadditũ, sed perse ipsam:ergo etiã.1. operatio ipsius est elicita ab illa, & 1.2.q.9. art.4.ad.1.& 2.aperte concedit,actũ.1.voluntatis,cum sit voluntarius,&non violentus, esse ab intrinseco, scilicet à voluntate concrente vim,& adiuuante,non quidẽ per aliquid receptum à Deo,id namq; necessariũ non est, sed perse ipsam. Vnde falsa est disiunctiua Capre. supra dicentis voluntatẽ in. 1.actu, vel nullo modo agere, vel tantum agere per aliquid receptũ à Deo.Nam reuera secundũ D.Tho. & veritatẽ dicendũ est,dumtaxat agere perse ipsam,sicut intellectus, & sensus, & appetitus sensitiuus in.1.actu non agũt per aliquid receptum à Deo,sed intellectus,& sensus perse, & speciem;appetitus,vero sensitiuus persetantũ & hoc verũ est etiamsi.1.actus sit necessarius: iam enim docuimus etiã ad actus necessarios concurrere voluntatẽ effectiue perse ipsam,& similiter tract.2.docuimus ad delectationẽ,& dilectionẽ;beatificã concurrere effectiue volũtatẽ,licet isti actus sint necessarij, & in materia de gratia docebimus cõtra Vegã.6.in Tri. c.8.gratiam excitantem non esse actũ supernaturalẽ productũ à solo Deo, sed,si est actus voluntatis,debere esse productũ à voluntate ipsa, licet de potentia absoluta, posset à sola Deo produci. A fortiori autẽ id dicendum de actu.1.si sit liber,nã ad omnẽ actũ liberũ concurrit perse volũtas:esse autẽ sæpe liberũ probant aliqui,nã nomine actus primi D.Thom. intelligit eũ omnem,qui est primus in sua serie, & ordine, ita vt non procedat ex aliqua volitione priori,vt actus,quo sanitatẽ,vel aliũ finem propter seipsum dũtaxat appeto: talis autẽ est liber quoad exercitũ,quãdo fit cum plena aduertẽtia,& cognitione:immo interdũ est liber quoad specificationẽ, nã potest aliquid repræsentari in obiecto,ratione cuius nõ solum non amari, sed etiã odio haberi possit. Sed hæc ratio non vrget.Potest enim dici,nomine primi actus intelligi hic simplicem affectum finis, qui necessarius semper est, etiam quoad exercitum,vt dispu.3. ex multorũ opinione referemus:agendum est ergo alijs rationibus contra Capreolum,& Hispalen.scilicet, quia voluntas simul cum cognitione intellectiua,

ctiua, & concursu Dei generali est sufficiens principiũ primi actus: ergo frustra fingitur speciális motio, vel concursus Dei ad talem actũ. Item, quia actus vitalis, ex nã sua postulat produci à potẽtia: sed amor finis est actus vitalis: ergo.

49 2. Solutio. Ex quibus etiã refellitur Ferra. 3. cõtra gẽt. c. 89. §. ad euidentiã, vbi partim cõuenit cũ Capr. partim discrepat, ait enim. 1. actũ volõtatis esse à Deo, vt à proximo principio, quod, est principale; à volũtate vero, vt à principio effectiuo, quo, & instrumentali. Quia Deus primũ actum voluntatis efficit media voluntate, vt instrumento, vel virtute, seu ratione agendi, sicut aliqui dicunt, grauia moueri à generante media forma ipsorum, vel grauitate, vt instrumento. Idem ait Ferra. de. 1. actu intellectus, & ita D. Thomã interpretatur. Neq; obstat, quod aliqui obijciunt. 1. actum sæpe esse liberum: actum autẽ liberũ semper esse à voluntate, vt à principio quo, & ratione agendi, & ab anima, vel homine, vt ab agẽte principali, nullumq; interuenire instrumentum Dei, aut hominis, vel animæ. Nã vt omittam, quod aliqui docent, actus supernaturales solum procedere instrumẽtaliter à potentia vitali, iam diximus, actum. 1. voluntatis nunquam esse liberum. Confuto ergo Ferrariensem, quia sine vllo fundamento fingit, (si Physice loquamur) voluntatem, & intellectum in. 1. actu non operari, vt veram rationẽ agendi, & causam principalem; sed duntaxat more instrumenti, cur enim ipsa voluntas sola, aut simul cum cognitione obiecti, nõ erit sufficiens principium quo, principale, seu ratio agendi respectu. 1. actus, & similiter intellectus cum specie, maxime cũ sensus, & appetitus sensitiuus in. 1. actu non instrumentaliter, sed principaliter, & vt rationes principales agendi concurrant? neq; cẽseo formam grauis, aut grauitatem ad motum grauis concurrere instrumentaliter, sed vel principaliter, vel per modum fontis ex quo naturaliter fluat, ac dimanet ac resultet motus. Consi. quia ignis calore suo, vt ratione agendi, & nõ, vt instrumẽto calefacit: ergo, & anima volunte, vt ratione agendi, & non vt instrumento efficit. 1. volitionem, sicut efficit sequentes de quibus eadem ratio est. Sidicas non esse simile, quia si voluntas moueret se in. 1. actu non daretur pars perse mouens, distincta à parte perse mota: quod tamen in mouente seipsum requirit Aristotel. 8. Physi. cap. 4. & ideo docet grauia, & leuia non mouere se contra, quia voluntas etiam est perse mouens ad reliquos actus; ipsos enim producit non solum per. 1. actũ, sed etiam perse ipsam: ergo in mouente se motu immanente nõ oportet distinguere partẽ perse mouentem à parte perse mota. Quodsi dicas saltem debere distingui agens totale à patiente totali, id inueniemus, esto. 1. actus sit à voluntate quia non sola, sed cum cognitione producit illum.

Vnde alij respõd. D. Tho loqui nõ, vt Philosophum naturalẽ, sed vt moralẽ; apud naturalẽ. n. seu Physice loquẽdo voluntas mouet se ad actum. 1. quia illum efficit propria virtute, nõ vero apud moralẽ qui considerat actus volũtatis, vt humanos, ac proinde liberos. Quę interpretatio probabilis est, nec contra eam vrget, quod aliqui obijciũt, D. Thom. loqui de quocũq; actu. 1. qui ex alio non procedit, siue versetur circa bonũ in cõmuni siue circa bonũ in particulari; hũc autẽ. 1. actũ liberũ esse quo ad exercitiũ, & specificationẽ, & eũ qui ẽ circa bonũ in cõmuni esse liberũ quoad exercitũ. Nõ inquã vrget ratio hæc, quia iã diximus. 1. actũ volũtatis sẽper esse naturalẽ et necessariũ quo ad specificationem, & exercitiũ, est n. simplex affectio ad finem, quę nõ est in nostra potestate. Hanc interpretationẽ attingit Caiet. q. 9. art. 4. in fine dicens actũ. 1. voluntatis de quo loquitur D. Thom. esse operationẽ naturalẽ, & necessariam Idẽ docet. art. 6. & Capreolus. 2. d. 4. q. 1. ad argu. contra. 4. conc. neq; oppositũ docet Caiet. q. 10. art. 2. sed hoc idem. Ferrar. etiã. 3. contra gent. c. 89. solum ait. 1. actũ esse naturalẽ, & necessariũ quoad exercitium, vel quoad specificationem. Medi. vero eodem arti. 4. docet esse liberum quoad exercitium, & interdum quoad specificationem, si enim habet pro obiecto bonum in comuni, est liber tantum quoad exercitium; si vero habet pro obiecto alium finem est liber etiã quoad specificationem, idem tenet Medi. q. 111. arti. 2. Valentia, & illo puncto. 4. liberum putat. sicut & Caiet. q. 111. art. 2.

50 3. Solutio

Vnde Medi. Caiet. Conrad. supra, & Valentia; illo puncto. 4. aliter interpretantur D. Thomam, vt voluntas dicatur non mouere se ad. 1. actum, quia non se mouet ex præcedenti volitione, neq; se applicat ad illum per consultationem, aut deliberationẽ, sed ex sola inclinatione, quam Deus tribuit ei ad bonũ in cõmuni, & ad fines particulares, qui desé sunt boni, & expetibiles, & ideo nemo consultat, vel deliberat de illis, an sint expetendi, & quærendi, intellige, nisi quatenus alijs finibus consequendis impedimento esse possunt. Itaque nunquam actus. 1. oritur ex volitione, vel ex deliberatione perse ordinata ad ipsum, vel ad ipsius obiectum, secus autem reliqui. Hæc interpretatio sustineri potest, siue. 1. actus sit liber siue non: tamen difficile est cur ex eo, quod voluntas non se moueat cum deliberatione ad finẽ seu in. 1. actu, colligat, simpliciter non se mouere, esset enim colligere quasi ex particulari negatiua, vniuersalem negatiuam,

51 4. Solutio

vt si-

vt siquis ex eo quod equus non sit animal rationale, inferat, non esse animal: dici tamen potest, Di. Thomam non velle quod non se moueat in illo actu, sed quod non se mouet ad illum, & eodem modo potest defendi alia expositio quorundam, vt Diuu. Thom. velit, voluntatem non mouere se ad. 1. volitionem imperando ipsam.

52 5. Solutio. Nam. 1. volitio non potest esse imperatiue a voluntate sed elicitiue tantum, si enim a voluntate imperatur, vtique alia prior volitione, & ideo ipsa non esset prima itaque quia in. 1. actu non se mouet imperando illum, sicut alias potentias imperando ipsarum actus, ideo dicit D. Thom. non mouere se ad. 1. actum. Obijci tamen potest quia iuxta hanc interpretationem quorsum dixit Di. Thom. moueri voluntatem a Deo in. 1. actu, potius debuisset dicere, in. 1. actu moueri a se elicitiue tantum, in alijs vero posse mouere se & pure elicitiue atque imperatiue simul, multi enim sequentium actuum non imperantur sed eliciuntur a voluntate vt cum ex intentione finis eligo medium, electio non est imperata, quia non est volita sed voluntaria. Deinde D. Thom. vult, voluntatem in actu circa quemcunque finem non mouere se, contingit autem actum circa finem esse imperatum electione procedente ex intentione alterius finis, ergo non vult, voluntatem in. 1. actu nō mouere se imperatiue sic vero mouere se in reliquis.

53 6. Solutio. Alij putant D. Thom. velle voluntatem in. 1. volitione non se mouere ex iudicio aliquo profecto ab ipsa sed a Deo medijs causis naturalibus, aut liberis, quæ volente aut permittente Deo, inducunt hanc vel illam cogitationem, in alijs autem actibus interdum & sæpe mouere se ex iudicio profecto ab ipsa voluntate, quæ formali imperio, vel intentione finis applicat intellectum ad inquirendum de medijs, vnde in electione semper se moue, tidest ex iudicio a se causato agit, in intentione vero finis non semper se mouet sed, aliquando, videlicet cum ex affectu vnius finis applicat intellectum ad cogitandum de alijs, & ex hac cogitatione illos appetit.

54 7. Solutio. Alij existimant Diuum. Thomam intendere voluntatem in 1. actu non mouere se excitatiue, quia non ex acquisitis qua si propria industria nec ex aliquo actu, impulsu vel affectu a se elicito, se impellit, excitat, & mouet, sed ex inclinatione naturali collata & ex cogitatione iniecta sibi a Deo, quo pacto etiam intellectus in. 1. actu non se mouet: quia elicit illum nullo a se acquisito & producto iudicio, sed iudicio procedente ex solo lumine naturali recepto a Deo. Et iuxta hanc explicationem (quæ sola est forte de mente Diuu. Thomæ. & parum differt à 4. & traditur a Vazquez disputatione. 38. capitu. 3. Azor. libr. 1. capit. 20. quæstione. 11. Medina. infra. quæstione. 111. articulo. 2. Fonseca. 9. Metaphysi. capit. 2. quæstio. 5. section. 2.) nomine. 1. actus apparet intelligenda sola simplex affectio finis, quæ per se loquendo ex nulla alia voluntatis operatione procedit. Veruntamen dici potest, nomine. 1. actus intelligi intentionem cuiuscunque finis, quæ dicitur. 1. actus, quia non procedit per se loquendo ex aliqua alia efficaci volitione, licet per se loquendo procedat ex simplici affectione voluntatis & per accidens procedere possit ex alia intentione & electione: possum enim ex intentione charitatis applicare me ad eliciendam intentionem misericordiæ. Hanc expositionem esse veram in se, probat Fonseca supra, quia voluntatem mouere se excitatiue, est mouere se ex vi intentionis, ex eaque procedere & progredi ad aliud volendum: hic autem progressus nō cernitur in primis actibus, alioqui necesse esset redire retrorsum in infinitum, quærēdo in qualibet intentione aliā ex qua processerit: quod est absurdum.

Et similiter ad assensum principiorum dicitur intellectus, nō moueri a se sed a Deo quia non ex iudicio a se elicito elicit assensum principiorum per se loquendo, licet eliciat illum ex apprehensione a se elicita & ex virtute recepta a Deo & specie recepta ab intellectu agente, & per accidens ex alio iudicio, quo iudicauit, bonum esse speculari principia.

Hæc solutio facilis est & satis consona Diu. Thomæ, sed tres proximæ etiam sunt probabiles & Conradus iam. 4. iam vltimam innuit quæstione. 9. articulo. 4. similiter Caietanus obscure satis loquitur & has duas solutiones confundit eodem articulo, pro eodem reputans, actum esse ex præuolitione finis & ex consilio & consultatione, imo & esse formaliter aut virtute volitum & imperatum a voluntate, vnde & 5. solutionem tangit & cum prædictis confundit. Scotus autem videns difficultatem doctrinæ Di. Thomæ. eam reijcit & absolute docet, omnem volitionem esse a nobis, quodlib. 21. §. sed quæ est causa, & 2. d. 25: quæstion. vnic. §. contra conclusionem, & d. 7. quæstione vnica. §. de. 2. dico. & Henricus quod-

lib.9.q.5.vbi etiã docet obiectum cognitum, & eius cognitionem nullomodo concurrere effectiue ad actum voluntatis. De intellectione autem quæ antecedit voluntatem primam ſimpliciter,vel primam in aliquo negotio, eſſe reducendam ſpecialiter in Deum docent Vazquez & Azor ſupra & Caietanus, 1. par. quæſtio. 82. articulo. 4. circa ſolutionem 3. argumenti ex D.Thoma ibidem dicente. Non omnem apprehenſionem præcedit actus voluntatis,ſed principium conſiliandi & intelligendi eſt aliquod intellectiuum principium altius intellectu noſtro, quod eſt Deus,vt etiam Ariſt. dicit. 7 Ethico. ad Eudemi, qui liber à quibuſdam liber de bona fortuna appellatur ab aliis diuerſus cẽſetur vt à Sirennio 5. de fato. cap.11. eo igitur lib. prope finem ſeu c.18. inter alia dicit Ariſt. Quæret forſam quiſpiam an fortuna eius ipſius cauſa ſit, vt quid & quando oporteat,concupiſcatur, aut ſic omnium erit,nam & cognoſcendi conſultandiq.
54 Nec enim conſultans & hoc conſultauit, ſed principium eſt quoddam, neque cogitans cogitauit, id prius cogitare atq. in infinitum eiuſmodi fiat progreſsio.Neq. igitur conſiderandi iunctum principium neque conſultandi conſilium,quid igitur aliud, niſi fortuna. quo circa à fortuna omnia proficiſcuntur, & quoddã eſt principiũ, extra quod nullum aliud reperiatur: ipſa autem(quæritur) eiuſmodi facultate inſtructa efficere queat, quod perinde eſt ac ſi principium motus in anima, quid ſit inquiratur. Patet autem ſic eſſe,quemadmodum in vniuerſo eſt Deus & viciſsim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.Rationis autem non ratio ſed præſtãtius quippiam eſt principium; quid autem ſcientiæ præſtantius eſt niſi Deus? virtus enim organum intellectus eſt. quo circa veteres dixerunt fælices ex fortuna, qui irrationales ad recte agendum impellerentur. Nec velle ipſis confert: principium enim habent & intellectu & voluntate præſtantius: alij vero rationem habent: illud vero non habent: & infra. Patet autem quod ſpecies fœlicitatis: duæ ſunt, altera iuina, ideo que qui fælix eſt, numine adiutum aliquid feciſſe dicunt, is autem eſt qui aliquid iuxta impetum diuinum facit. Alter eius eſt qui aliquid prẽter hunc impetum facit; irrationales vero ambo, ac illa frequens magis fælicitas eſt: iſta minus frequens. Hæc Ariſtot, ibi: ex quibus D. Thom: 3. contra Gen. cap. 89. in fine, & de malo. q. 6. art. vnico, & hic. q. 9. art. 4. & Medi. ibi. Caiet. & Siren. ſupra recte colligere potuerunt in quibuſdam cogitationem, & voluntatem operis cui adiunctum aliquid boni ſit, in Deum referendam eſſe tanquam in cauſam particularem quæ dirigit & impellit voluntatem ad aliquid agendum, quod vſui futurum ſit, & horum fẽlicitatem eſſe diuinam; atque hac ratione frequentius, quam ſine diuino impetu & impulſu ſpeciali, homines eſſe fælices, ſed omnem primam voluntatem, aut cogitationem vitæ,aut alicuius negotij in Deum referendam eſſe, tanquam in cauſam particularem,ex his verbis colligi non poteſt, neque verum eſt vt recte Valentia illo punto. 4. neque experientię conſentaneum. Imo expreſſe eſt contra Ariſto. loco citato, & præſertim. 2. Mag. Mor. cap. 8. vbi docet, homines eſſe benefortunatos ab impetu quodam naturæ quæ abſque ratione mouet ad aliquid conueniens proſequendum, vel malum fugiendum: cauſam tamen bonę fortunæ negat eſſe diuinam prouidentiam, quia Deus eſt iuſtus gubernator, & iudex: à iuſto autem gubernatore, & iudice mala malis, bona bonis diſtribuenda ſunt, cum tamen bene fortunati interdum ſint mali, & malefortunati interdum boni.

In 7. autem Ethic. ad Eudemum non longe à fine ſeu cap. 17. etiam concedit aliquos eſſe benefortunatos natura ſua, alios diuino beneficio, & beneuolentia. Et ido 2. Rheto. cap. 17. ait, fortunatos eſſe ſolere erga Deum pios,afficique quodam modo ad ipſum propter bona, quæ ſibi à fortuna prębentur, ſcilicet quę illis fortuito præter ipſorum intentionem, Deo tamen prouidente, eueniunt, vt recte exponit Valentia diſputatio. 2. quæſt. 4. punct. 4. & Fonſeca. 9. Met. cap. 2. quæſt. 5. ſectio. 2. ex his locis Ariſtotiles colligit Deum vt naturæ authorem interdum mouere peculiariter aliquos, vt aliquod magni momenti opus aggrediantur, quod ad felicitatem pertineat. Quod citra iniuſtitiæ vitium fieri à Deo poteſt, non enim tenetur ex iuſtitia bonis bona malis mala tribuere, præſertim temporalia, in bonis autem & malis æternis ordinem iuſtitiæ diſtributiuæ ſeruat, & interdum in temporalibus ac ſæpiſsime. 55

Ex natura autem ſua aliquem eſſe bene, aut male fortunatum dupliciter intelligi poteſt. Primo vt in ſe habeat qualitatem aliquã,quæ illum excitet,& impellat prẽter rationem ad id faciendũ, quod conueniens eſt, & ad id vitandum quod noxiũ eſt,& ita ſit benefortunatus;infortunatusauté a ca-

rentia

rentia eiusmodi qualitatis,vel ab opposita.

2. Vt Sydera illum inclinent,vel impellant ad operandum oppositomodo,aut certe non illum inclinent ad operandum dictomodo. Et sic sydera aliquos efficere fortunatos,aliquos infortunatos, admittunt astrologi multi. Vterque autem modus plane fictitius,vel etiam impossibilis est,præsertim 1.nulla enim experientia cogit aut suadet.vt talem qualitatem admittamus, sed omnia sine illa saluari possunt:idem de.2. patet argumentis illis quibus astrologiam diuinatricem disp. seq. confutabimus: Contra vtrumque vero modū est ratio,quam attigit & insolutam reliquit Aristo. 2.mag.mor.c.8.dicens:semper enim causa naturalis eius vt plurimum eodem modo est effectrix. At fortuna nunquam, verum temere & sine ordine ac vt sors tulerit:quasi dicat. Causam naturalem esse determinatam ad vnū, ergo nulla est causa naturalis quæ aliquē inclinet ad tam varia efficienda,& præsertim rebus eodem modo se habentibus,sicut contingit fortunatos varia agere,nam non semper impellitur quis ad fodiendum vbi forte inueniat thesaurum,esto nullum sit impudimentum ad talem impulsum & res eodem modo sint dispositæ,quibus dispositæ sunt cum forte ab ipso vel alio fodiente thesaurus inuentus est: Quam rationē recte prosequitur Henricus quod lib.6.q.10.per totam, Scotus quod lib. 21. Picus.4.in astrologos.cap.2.& 3.Medin. hic q.9.art.4.Vaz.disp.38. cap.vlt.& Ferrarien.3 contra gen. c. 92. Vbi tamen male oppositum tribuit Pico. eodem tamen loco optime docet, vt & alij communiter,aliquā do ex complexione naturali, & cœli cōstellatione prouenire bonam fortunam:non quia hæ causæ naturales inclinēt sine ratione ad prosequendum id,quod est cōueniens, & fugiendū id quod est disconueniens;sed quia inclinant cum ratione in id quod apparet conueniens, cui accidit tunc esse coniunctum bonum aliquod ignotum, & in illud obiectum inclinarent, etiam si illud bonum non esset re ipsa cum eo coniunctū: quod non est proprie hominē natura sua ex complexione aut constellatione esse fortunatū, sed quia ita sors tulit.

Vnde duplici tantum ratione homo benefortunatus est. scilicet vel ex speciali prouidentia Dei,aut Angeli boni vel mali inducentis ad prosequendū sine ratione id,quod reuera habet aliquod bonum adiunctum:de quo multa Sirenius supra. Vel quia ita accidet ex vario & ignoto causarum cōcursu.

Si autem ex natura vel prouidentia Dei aut angeli quis impellatur ad prosequendū cum ratione id quod conueniens est,non fortunatus est in boni illius prosecutione,sed in talis naturæ aut prouidentię possessione felix,& propter vtrūq. modū dicitur Psal.36. apud dominum gressus hominis diriguntur & ps. 79. qui regis Israel intende,qui deducis velut ouem Ioseph,& Isai.65. innenerunt me qui non quæsierunt me;dixi ecce ego, ecce ego ad gentem,quę non inuocabat nomē meū.Ioannis.15.nō vos me elegistis,sed ego elegi vos.His cōsonat Horōtius 8.suę marg. c. 18, post quā enim dixit,si philosophice loquendū,esset non recedendū à doctrina,qua impetū quendam in esse quibusdā, quo mouentur ad aliquid,quo consequuntur bonū non intentū:& huius impetus duplicemesse causam scilicet intrinsecā dispositionē corporeā ex complexione ortam,et extrinsecā nēpe causarū extrinsecarū concursum quæ propter dictam dispositionē magis hunc, quam alium mouēt, vt bonū non præuisum nec intentum assequatur, subdit. Tale mouens cœlum & intelligentiam dicunt. Hęc autem originē habere vidētur, ex radice cōstellationum natiuitatis quā lib. 7. dictis doctorū catholicorum suspectā ostendimus. Magis igitur huiusmodi causalitatem voluntati & iustitiæ diuinæ tribuimus iuxta Aug.5. ciuit. c.9 dicentem.Nos eas esse causas,quę dicuntur fortuitę,vnde etiam fortuna nomē accepit,non dicimus nullas,sed latentes easq. tribuimus, vel veri Dei,vel quorumlibet spirituū voluntatati,ipsasq. naturales causas nequaquam ab illius voluntate seiungimus, quo loco Augusti.nomine causarū naturaliū nōintelligit aliquas per se ordinatas adeffectus fortuitos,sed ad ordinarios,& naturales, vt ibi explicat Viues;licet autem concederemus aliquam qualitatem, vel constellationē quæ per se inclinaret ad bonam fortunam; non tamen esset admittenda aliqua quæ per se ad malam fortunam inclinaret, sed diceretur ex complexione,vel constellatione male fortunatus qui qualitatem vel constellationem bonæ fortunæ non haberet, natura enim nunquam per se ad malum tendit licet per accidens interdum illud inferat.

Deinde licet diceremus cœlum ad talem volitionem inclinare, minime admittendū esset influere per se in voluntatem, vt bene quodlib. 21. docet Scotus, imo neque in ipsum appetitum sensitiuum, sed in organa harum potentiarum, ex quorum alteratione phantasia proponeret sine cognitione alicuius conuenientiæ id,quod re ipsa talem conuenientiam haberet, nihil enim potest immediate imprimere aliquid in appetitum sensitiuū, vel intellectiuū

nisi Deus vel cognitio quæ actum imprimit ipso appetitu coperante. potentiæ etiam cognoscitiuę nihil immediate imprimitur diuersum ab actu, nisi species quæ imprimitur ab obiecto vel a Deo, aut aliquis habitus acquisitus, aut qualitas fluens, quæ si datur, à solo Deo infunditur.

57 Not. Id denique obseruandum vt hanc sectionem absoluamus, quod licet quidam recentiorum sentiat, volitionem finis non esse causam effectiuam, sed veluti dispositiuam ad volitionem mediorum, idemque asserat in cognitione principij respectu cognitionis cõclusionis: nam sic se habet voluntas erga finem, sicut intellectus erga principia; vt ex Aristo. 6. Ethi. cap. 2. docet D. Tho. quæst. 9. ar. 3. & Scotus. 1. d. 1. q. 3. §. quantum ad primum & alij: tamen veritas communisq. sententia est, cognitionẽ principiorum esse causam efficientẽ cognitionis conclusionis, & volitionem finis volitionis mediorum de quo sect. sequen. in fine plura dicemus.

58 Corol. Ex dictis in hac sectione patet. 1. volitionẽ hominis, aut angeli non potuisse esse peccatum, aut meritum, quia non fuit libera. An vero cum illa 1. volitione potuerit esse alia, quæ fuerit culpabilis, aut meritoria. 1. p. in materia de Angelis. q. 63. ar. 1. discutiendũ est, & infra q. 89. ar. 6.

Addo illam. 1. volitionem esse necessariam in cõtinuatione, non simpliciter, sed ex suppositione cognitionis obiecti, & remotionis impedimentorum, inter quę fortasse est intensissimus amor alterius obiecti numerandus.

Sectio 6. Vtrum voluntas eodem actu in finem & medium moueatur.

59 VBi nõ est quæstio de fine cui sed de fine cuius gratia, qui tamẽ duo fines eodẽ actu semper diliguntur, nam actus quo volo mihi bonum, est actus quo me ipsum amo. De hac re inquirit D. Tho. q. 8. art. 3. & q. 12. art. 4. Respondetque duplici conclusione 1. quãdo voluntas vult finem secundum se & sine ordine ad media, diuerso actu vult finem & media. 2. quando non vult finem secundum se sed tantum vt est ratio volendi media eodẽ actu vult finem & media. De prima conclusione difficultas modica est, constat enim sæpe diligi aliquem finem non vt comparandum per aliqua media, sed vt est bonus secundum se & sine ordine ad aliũ finem vel ad media, qui actus si feratur in bonum abstrahendo apræsenti preterito & futuro est inefficax & appellatur simplex voluntas finis, si vero feratur in obiectum vt futurum, est efficax, & dicitur desiderium finis, & intentio, vt sequenti tractatu latius ostendetur: & ille quidẽ simplex voluntas dicitur, accepto nomine potentiæ: quia est primus eius actus, & naturalis ac necessarius, vt sectio. 5. dicebamus, latius autẽ etiam volitio medij volũtas appellatur, imo volitionis nomen barbarũ aliquanto est & claritatis gratia ab scholasticis vsurpatum, pro quo apud Damascenum 2. fidei. c. 22. in fine volentiam reperies.

Post simplicem autem volitionem vel etiã intentionem finis, cum homo considerat, ad eius consecutionem requiri aliquod mediũ, elicit simplicem voluntatem talis medij, & eius desiderium: qui actus si distinguantur realiter a prioribus, & priores cum illis maneant, plana erit conclu. D. Tho. si autẽ sint priores actus ad media extensi, vel illis aduenientibus priores excludantur, saltem in hoc sensu vera erit. 1 conclusio D. Tho. vt nõ sit necesse, quando appeto finem secundum se, eodem actu explicite, & formaliter ac proprie, appetere medium, sed sic non dicemus proprie diuerso actu appeti medium & finẽ. An vero prior sensus sit verus & a D. Tho. intentus, postea dicemus. De 2. autem cõclusione an vera sit & in quo sensu, difficultas maior est. Nam Grego. 1. d. 1. q. 1. ar. 2. Marsil. 1. q. 4. ar. 1. dub: 2. circa finem art. quos Vazquez disp. 33. & nonnulli alij recentieres sequuntur, dicunt nunquam posse finem & media eodem actu voluntatis appeti. Quod probatur 1, nam causa & effectus distinguũtur realiter, volitio autem finis causat volitionem medij: ergo.

60 1. Opinio. 1. Argum. Confir. 1.

Confi. 1. nam finis est gratia cuius appetitur medium, & qui mouet ad appetendum medium, sed non mouet nisi medio appetitu sui: ergo appetitus finis antecedit & causat appetitum medij, ac proinde distinguitur realiter ab illo. Confirm. 2. quia sicut se habet intellectus ad principia & conclusiones ita voluntas ad finem & medium ex Aristo. 6. Ethi. cap. 2. & D. Thom. q. 8. art. 3. & q. 9. art. 3. & passim ipse alibi, & alij communiter. Sed intellectus nunquam eodem actu assentitur principio & conclusioni eoquòd cognitio principij est causa cognitionis conclusionis: ergo voluntas nunquam eodẽ actu appetit finem, & medium, eo quod amor finis est causa appetendi medium: minor colligitur ex Aristo. 1. post. cap. 1. dicẽte, omnis doctrina & disciplina ex præcedenti fit cognitione. Confirmatur. 3. nam D. Thom. 1. p. q. 19. art. 5. probat diuinæ voluntatis non posse dari causam finalem, quia quoties quis vno & eodem actu vult media & finem, velle finem non est

Confir.

vere

vere causa realis volendi media, ergo si nos eodem actu volumus medium & finē, finis erit causa finalis volendi media. Quod est absurdum & contra D. Tho. eodem loco & in hac parte q.9. ar.3.& 4. vbi docet voluntatem ex amore finis mouerese ad amorem mediorum sicut ex cognitione principij mouet se intellectes ad assensum cōclusionis, & ideo sicut princip. est causa assentiendi conclu.ita & finē esse causam appetendi mediū.

2.Argu. 2. Si quando voluntas vult finem vt est ratio volendi medium,eodem actu appetit finem & medinm,ergo quoties voluntas appetit finem & medium,appetit hęc diuersis actibus nunquam enim appetit hæc duo nisi appetendo finem vt est ratio volendi medium, ego in nullo euentu erit vera. 1.conclusio D. Thomæ.

3. 3. Si idem actus esset circa finem, & medium non posset quis manere in affectu solo lo finis vel solo medij nisi eliciendo alium actum,nam quæ sunt idem realiter nō possunt separari ita vt vnū absque alio maneat. consequens autem videtur falsum & contra experientiam,ergo. 4. Si idem actus potest es

4. se circa finem & medium,ergo intentio potest esse electio,& electio intentio: ac proinde cur non poterit esse idem actus volitio & nolitio,fuga,& prosecutio respectu diuersorū

Confir. sic enim idem actus poterit esse intensus respectu finis & remissus respectu medij.semper enim saltem cæteris paribus, intensius appetimus finem quam medium.

5. Ex Aug. 11. tunit. cap. 6. Vbi ait cum

5. quis vult videre cicatricem vt inde doceat vulnus fuisse,aut videre fenestram vt per fenestram videat transeuntem, voluntas docendi vulnus fuisse, alia voluntas est,quamuis ex illa religetur,cuius item finis est probatio vulneris; & alia voluntas est videndi fenestram, alia vero, quæ ex ista nectitur, voluntas per fenestram videndi transeuntem, cuius item finis est visio transeuntis. Hoc testimonium adducit Magi.2.d.38. ca. vlti. nihil tamen in hac q. determinat.

6. 6. Si eodem actu diligitur medium & finis, ergo dilectio proximi qua ei bonum appetimus propter gloriā Dei,erit perfectior quam dilectio solius Dei,qua ei appetimus gloriam:consequens videtur absurdū:ergo.

7 7. Quia si eodem actu possumus diligere medium & finem,non possemus etiam ratione distinguere ibi intentionem ab electione, quia distinctio rationis deberet sumi ex parte obiectorū: obiecta autem, si non possunt actus realiter distinguere,non poterunt eos distinguere ratione.

1. Opinio. 2. Opinio est voluntatem aliquando appetere eodem actu medium & finem. Ita Caiet. Conrad. Med. & alij iuniores cum D. Tho.locis initio citatis,& de verit. q.22. art. 4. & 2.d. 38. q. 2.ar.4. vbi Bon.in litera dub.4.quod est vltimum.Rich.ar.3. q.4. Dur.q.3.AEgid.q.2.a.3.Palac.q.2.Gab.q.1. ar.3. dub. 2. Ouandus ibi propositione. 4. Holcot. 1. q. 4. ar.3. in principio.Valentia. hic disp. 2: q. 3. puncto.3. & q. 7. puncto. 3. Azor. to. 1.lib.1.c.25.q.7.Capreol.1.d.1.q.1. ar. 3. ad argu.contra. 4.conclusionem.Hispalen. q.1. ar. 3. notab.6.& 7. & ar. 4. ad 2. contra. 2. conclu. & ad argu. contra 3. conclu. Gab.q. 1.ar.1. notab. 2. & ar. 3. dub. 2. Dur.q.1: ar.3.post. solutio. argumentorum contra 4.conclu. Okam. q.1.dub.2. Maior. q. 2. & 10. Aliacensis. 1. q. 3. illatione 4. & (vt supra refert Grego.) idem sentit Aurcolus.q.4. prologi.ar. 1. idem significat Molina.1. p.q.19.art.5. & clare Carthus.opusc. de creaturarum in ordine ad Deum considerationē. art. 26. Angest.in moralib. cap. 8. §.finis non ex entis. Probat D. Tho. q.8.a. 3. arg.1. & eius solutione ex Aristo. 3. Topi. 1.Argu. cap.2. circa principium seu loco. 20. vbi ait duo bona esse eligibiliora seu appetibiliora vno, nisi vnum eligatur gratia alterius:tunc enim non sunt eligibiliora seu appetibiliora duo quā vnum, vt quia sanari precise appetitur propter sanitatem, non est appetibilius quid sanari, & sanitas,quam sola sanitas, quo exemplo vtitur Aristo. aliis vero multis Alex. Aphrodiseus ibi. ex quo loco sumitur cōmune axioma vbi vnum propter aliud,ibi tantū vnū:puta,esse cēsetur:sed quando obiectū est vnū,actus est vnus, ergo eodem actu appetitur, finis, & medium propter finem. Vt Deus eodem actu vult punitionem & bonum iustitiæ, & materia eodē appetitucorruptionē vnius & generationem alterius appetit.

2. Probari potest hęc sententia. Nam si 2.Arg. velle dare eleemosynam propter inanem gloriam est actus diuersus ab amore inanis gloriæ, & terminatus solum ad eleemosynam ergo erit moraliter bonus, siquidem totum eius obiectum est moraliter bonum: consequens est falsum:ergo. 3.Argum.

Tertio Alioqui amor medij indifferentis propter bonum finem esset malus, quia in toto eius obiecto nulla reperitur honestas, imo interdum illud obiectum est de se malum,nisii honestetur ex fine vt exponere se periculo mortis est malum nisi fiat pro Christo vel communi bono, &c. ergo actus quo id fuerit præcise volitū, erit malus.

4. Quia visus eodem actu cognoscit colorem & lucem,quæ est ratio videndi colorem, ergo similiter voluntas eodem actu appetit medium & finem,qui est ratio appeten

di medium,quæ ratio ſumitur ex D. Thom. q. 8. art. 3. ad. 2. dicente, voluntas eodem actu, quo vult ea quæ ſunt ad finem, vult finem, ſicut viſus eodem actu videt colorem & lumen: eodem exemplo id oſtendit, quæſtione. 12. articu. 4. in corpore & ad. 2. 2. autem. d. 38. art. 4. quęſtiuncula. 1. & de verit. quæſt. 22. art. 14. vtitur exemplo imaginis & prototypi. Nam idem eſt motus in imaginem & in rem cuius eſt imago, & exemplo correlatiuorum. Nam eodem actu cognoſcuntur: alij vtuntur exemplo ſenſibilis communis quod cognoſcitur eadem ſenſatione, qua ſenſibile proprium, & exemplo principij,& concluſionis Nam quãdo aſſentior concluſioni propter principium, eodẽ actu aſſenſu aſſentior cõcluſioni & principio, vt docet Soncin. 4. Met. quæ. 10.

Item exemplo finis cuius, & cui. Nam eodem actu amo Petrum & bonum Petri vt docet D. Thom. 1. parte. quæſtione. 20. articulo. 1. ad. 3. Vazquez. diſputatione. 73. capit. 1. & alijs locis quæ ipſe citat. & ſimiliter eodẽ actu quo odio habeo Petrũ, volo malum illius.

5

5. probatur ex Auguſt. 8. trinit. cap. 8. vbi ait in dilectione proximi intelligi Deum ſcilicet quia eadem dilectione diligitur ordinando bonum eius ad bonum Dei, ergo medium & finis eadem dilectione diligũtur. Pro explicatione huius quæſtionis, quæ ſatis eſt difficilis. Dico. 1. bene poſſumus velle formaliter finem non volendo formaliter medium, & e contra 1. pars clara eſt, quia poſſum velle finem non cognoſcendo aut non conſiderando medium, tunc autem volo formaliter & explicite finem ſed medium tantum volo implicite & virtute, & idem euenire poteſt ſi cogitem de medio, tamen quia non iudico eſſe omnino neceſſarium ad finem, ſuſpendo actum circa medium, ſi tamẽ tunc iudico in communi, opus eſſe aliquo medio ad obtinendum finem, neceſſe erit appetere medium in communi explicite & formaliter, ſicut ſi iudicarem aliquod medium in particulari neceſſarium eſſe ad talem finem, neceſſario illud eligerem.

92

1. Conclu.

2. pars probatur, quia ſi iudico præmiſſas aliquas eſſe probabiles & veriſimiles, licet non habeam aſſenſum quo iudicem formaliter eas eſſe veras, poſſum formaliter iudicare concluſionem eſſe veram. ergo ſimiliter, quamuis non velim formaliter & explicite finem poſſum expreſſe & formaliter velle medium quod iudico conducere poſſe ad talem finem. Preterea ex habitu acquiſito per actus præcedentes poſſum eum non cogito de præmiſſis aſſentiri concluſioni, vel ſaltem ſi cæpi aſſentiri concluſioni propter premiſſas, poſſum manere in eodem aſſenſu concluſionis licet non maneat aſſenſus præmiſſarum propter obliuionem aut animi diſtractionem: ergo ſimiliter ex habitu poſſum velle medium propter finem non volendo explicite & formaliter finem, ſaltem ſi ex actuali affectu finis inchoaui volitionem medij & ceſſat affectus actualis ad finem propter animi diſtractionem naturalem aut voluntariam, ſemper tamen quando diligo medium vt medium & dilectione quæ ſit electio, diligo finem virtualiter & vt quo, vt dicunt nonnulli Thomiſtæ quos immerito impugnat Vazq. diſp. 33. in fine. 2. pars huꝰ aſſertionis eſt cõtra Anton. Perez lectione. 11. examinis p. 3. c. 5. &. 6: vbi licet cõcedat, voluntatẽ poſſe ferri in finẽ abſque eo quod feratur in media, ſicut intellectus poteſt cognoſcere principiũ nõ cognita cõcluſione: nõ tñ poſſe ferri in media, vt ſic neq; eligere illa, quin formaliter, & expreſſe feratur in finẽ, ſicut nec intellectus poteſt ferri in cõcluſiones, vt ſic niſi etiã feratur in principia quæ ſunt rões aſsẽtiẽdi, & ait hãc ſentẽtiã ſibi videri luce clariorẽ, quia vt expẽdit D. T. idẽ omnino eſt actꝰ, quo fertur potẽtia in obiectũ, & in rationem obiecti, neq; verũ eſſe putat quod aliqui dicũt finẽ eſſe rationẽ extrinſecã obiecto electionis, vt electionis obiectũ eſt, cũ nullũ poſsit eſſe obiectũ ſufficiẽs mouere ad actũ electionis niſi vt ſubeſt fini, neque ob eſt inquit. Quod aliquis poteſt ire in D. Iacobum abſq. eo q̃ recordetur finis ob quẽ greſſus illos facit cũ nõ ſempe actu contempletur finem ſui itineris: nam in eo caſu potius contingit executio eorũ, quæ tãquã media volita ſũt, quã volitio, vel electio mediorũ, vt, ſic.

Sed hoc nihil valet, quia volitio, qua iter prosequitur, cũ nõ attingat mediũ propterſe attinget propter finẽ, ergo vere erit electio ſine actuali cõſideratione & volitione finis: vt etiã tract. de habitibus dicã, ex habitu poſſe cognoſci concluſionẽ nõ cognitis actu principijs.

63

2. Conclu

Dico. 2. non ſtat velle medium vt medium quin eodem actu velimus finem ſaltem virtute & implicite. ita Valentia ſupra cum Caietan. q. 8. articulo. 3. & putant id tantum voluiſſe D. Thomam cum dixit, quando finis eſt ratio appetendi medium, eodem actu appeti vtrumque, ſcilicet medium formaliter finem vero virtute; velle enim hoc quatenus conducit ad illud, eſt virtute & implicite velle illud vnde Valentia arbitratur argumenta quibus, Grego. contendebat non poſſe eodem actu formaliter & explicite appeti finem & medium non eſſe contra Diuum Tho.

Sed

Sed fortasis plus intendit D. Thom, nã absolute ait quando appetitur finis, vt ratio appetendi medium, eodem actu vtrumque appeti, quod autem solum appetitur implicite, & virtute, non appetitur simpliciter & proprie: ergo non videtur D. Thom. loqui de virtuali appetitu, sed de formali, vt qñdo in. 1. conclu. dicit posse appeti finem nõ appetendo eodem actu medium, plane loquitur de formali appetitu, de virtuali enim falsum est manifestissime: qui enim appetit formaliter finem, eo ipso actu appetit virtute & implicite medium saltem vnicum & singulare aut medium in communi, si enim de his cogitaret, necessario ea formaliter expeteret, aut cessaret ab appetitu finis. Sed admittere eodem actu posse formaliter appeti medium & finem, difficile est propter argumenta primæ opinionis, & alia, quæ postea efficiemus, maxime si dicatur, nunquam posse formaliter appeti simul finem & medium, quin fiat vno & eodẽ actu.

64
3. Conclu. Nihilominus vt maiori cum rigore & proprietate saluemus verba D. Thom. & aliorum. Dicimus. 3. interdum diligi eodem actu medium & finem, non tantum virtualiter & implicite, sed etiã formaliter & explicite, ita indicat Azor, & tenet Perez. & Valentia supra tribuens D. Thomæ, præsertim de verit. q. 22. art. 14. & Caietano. q. 8. art. 3. vnde Valen. notat, indefinite accipi debere quod eodem ait. 3. ait D. Thomas, diuersum esse actum quo volumus finem secundum se, ab eo, quo volumus medium, scilicet aliquando & permissiue, non semper & necessario. At certe D. Tho. præsertim de verit. aperte sentire videtur, semper esse diuersum actũ quando finis diligitur secundum se, non autem videtur pro eodem reputare secundũ se & formaliter seu explicite, sed quando finis diligitur præcise propter bonitatem suam non simul vt medium & finis. Sic exponit Palac. supra quoties vero medium diligitur in ordine ad finem ait Palac. & videtur dicere D. Thom. eodem actu diligi medium & finem formaliter, & explicite. Et sane ego non video cur aliquando simul diligantur, formaliter diuersis actibus aliquando vno, nec enim hoc ex sola voluntate nostra prouenit: raro enim vel nunquam volumus vno actu, vel pluribus medium & finem diligere, & licet vellemus, forte nihil efficeremus: licet enim in nostra potestate situm sit, hoc vel illud velle, aut intelligere aut imaginari, tamen quod in ea re interueniant vel non interueniant plures actus non videtur situm in nostra potestate, sed ex ipsa rei natura prouenire videtur, neque vero dicemus tunc interuenire plures actus quando prius solum finem volebamus & postea media quoque amamus, nam eodẽ modo amamus postea finem & mediũ, quo amaremus si simul vtriusque amorem inchoaremus: hoc autem euentu amaremus formaliter vtrumq. eodem actu: ergo & in illo & præterea si in principio posset voluntas vno motu formaliter moueri in vtrumq.: ergo & postea, superfluus ergo erit prior actus, quo amabatur solus finis & sequitur aliud absurdum nempe eandem rẽ propter se amari formaliter duplici actu. Dicendũ ergo est vel priorem actum qui erat circa solum finem extendi ad medium, vel illo actu destructo, elici aliũ, quo formaliter diligatur medium: & finis: & illum non destrui a contrario sed quia hæc est natura voluntatis, vt non possit formaliter diligere mediũ propter finẽ nisi diligẽdo vtrũq. eodẽ actu & suspẽdẽdo aliũ, si eũ habuerat prius circa solũ finem, & sic dicendum erit hunc actum esse indiuisibilem nec posse manere sine formali extensione ad medium & finem; qua propter si quis postea diligat formaliter solum finem, vel solum medium, id præstabit alio actu; in priori autem modo dicendi, scilicet actũ qui erat circa finẽ extendi ad medium, consequenter dicendum esset, manere eundem actum sed contractum ad solum finem, vel ad solũ medium, sicut visio corporea extensionem & contractionẽ habet & iam extitit tota, iam secundum vnã partem, iam vero secundum aliam, & eam partem quæ est circa finẽ, esse causam efficientem eius quæ est circa medium, siue fuerit prius tempore, siue non: tenendo autem esse actum indiuisibilem, cum quo esse non potest actus circa solum finem, dicendum est, volitionem finis nunquam efficere volitionem medij quia nunquam sunt simul duratione nisi sint idem actus indiuisibilis, tunc autem volitio finis non potest efficere volitionem medij quia inter causam & effectum debet esse realis distinctio Nisi dicas volitionem finis quæ fuit immediate ante, posse efficere volitionem medij, quod pauci admittent. Licet omnes discipuli D Tho. admittant dispositiones, quæ immediate antea fuerũt in corrupto, esse causas materiales dispositiuas ad introductionẽ formæ geniti in materiã & eodẽ modo posset dici, volitionẽ formalẽ finis, quæ immediate ante præcessit volitionẽ medij & finis simul esse tãtũ causã dispositiuã illius secũdę volitionis & ea adueniente destrui Cui dicẽdi modo fauent qui dicũt cognitionẽ principij nõ concurrere effective sed dispositiue aut per modum cõditionis & causæ, sine qua non, ad cognitionẽ

conclu-

conclusionis & similiter volitionem finis ad volitionē medij vt tenet Valentia disp.2.q. 4.puncto.2.Hispalen.1.d.1.q.1.not.7.& ad 1.& 3.contra 3.conclu.Dur.2.d.24.q.2.nu. 25.quia censet voluntatem & intellectū non posse habere si mul distinctos actus, q̄ saltē de subordinatis, quales sunt isti,falsum est amor enim vnius & odium oppositi simul sunt. Imo assensus maioris & minoris simul sunt interse & cum assensu cōclusionis vt colligit ex Aristo.1.post.c.1.& alioqui nō causarent assensum conclusionis: tamē interse nō fuit sub ordinati.Alij vero probant volitionem finis non efficere volitionem medij, quia non quoad exercitium nec quoad specificationem. Sed facile dici potest. quoad exercitium, qualicit voluntas possit fine volitione finis cōseruare electionē medij aut etiam elicere:tamē quādo coniuncta est formalis volitio finis cū electione medij distincta,efficit aut cōseruat illā,sicut habitus causat & efficit actum,qui à sola potentia effici & conseruari posset, & quidam dicunt voluntatē efficere actū potentiæ subiectæ, quē potentia ipsa subiecta efficere posset sine voluntate,licet nos supra docuerimus voluntatē non influere per se ad actus aliarū potentiarū,sed eos efficere per sympathiam vt appetitus sensitiuus mouet voluntatē volitio autem finis efficit proprie & per se cum voluntate electionē medij; colligit ex D.Tho. de malo.q.6.a.vn.in corpore & ad 20. vbi docet voluntatem volitione finis moueresse ad electionem mediorum. q.9.ar.3. vbi ait voluntatem ex intentione moueri ad electionem,vt intellectus ex cognitione principij ad cognitionem conclusionis,quā motionē esse in genere causæ efficientis significat Aristo. 1.post.cap.1.dicens cognitionem conclusionis fieri ex præexistente cognitione, & ita Aristotelem cōmuniter omnes interpretantur.Item D.Tho.q.9.a.3.ad 1.ait quod volūtas in quantum habet intentionem mouet se ad electionem,& ad 2.ait,voluntatem intentione mouere se ad electionē,& ibi Caieta.Conrad.Med.& alij docent intentionē effectiue concurrere. idem tenet Grego.1. d. 1.q.1.ar.2.Gab q.1.ar.3.dub.1.Capreo. q.1.ar.3.ad 1 & 2.Cōfirmat.1.arg.Gregorij. contra 4.conclu.Azor supra.

Existimo ergo probabilius, volitionē finis effectiue concurrere ad volitionē medij ac proinde esse diuersos actus simul existentes, vel certe partes diuersas eiusdē actus & hoc vltimum mihi videtur verisimilius tenendo eodē actu formaliter diligi posse mediū & finē.Dices si con.& principiū possunt cognosci eodem actu, ergo idem actus poterit esse Theologię & fidei,sciētiæ & opinionis,fidei & opinionis, intellectus & scientiæ, &c.potest enim conclusio pertinere ad Theologiam & principium ad fidem, vel conclusio ad opinionem,principium ad scientiam, vel cōclusio ad opinionē & principium ad fidem,vel conclusio ad scientiā & principium ad intellectum seu habitum primorum principiorum.Resp. non esse absurdum,si eidem actiui tribuamus plures eiusmodi partes substantialiter & essentialiter diuersas inter se & pertinentes ad diuersos habitus, quæ propter dependentiam vnius obiecti ab alio in sua cognitione,concurrant ad componendum eundem actū numero,& vniantur quadam veluti continuatione.In voluntate autem non ita contingit, quia volitio medij & finis semper ad eundem habitū voluntatis spectat,vnde nunquam in eodē actu concurrunt partes diuersæ,quæ ad diuersos habitus spectent, licet concurrant tot partes quot fuerint finis & media simul dilecta, à quolibet enim fine & à quolibet medio specifice diuerso ingenere naturæ sumitur pars specifice diuersa ab alijs in genere naturę.

Ex quibus omnibus colligitur varijs modis posse asseri,eodē actu formaliter diligi posse mediū & finē:primus modus est,vt hoc nō sit vniuersaliter verū sed tantū quādo inchoantur simul formales dilectiones medij & finis.2.vt quoties diliguntur simul formaliter mediū & finis,fiat id vnico actu, ita tamē vt simul cū illo maneat actus circa solum finē antea,vel tunc tēporis elicitus. 3.vt quoties diligitur mediū & finis formaliter & explicite,fiat id vnico actu & cū eo nullus alius sit circa solū finē & iste actus sit indiuisibilis in plures partes realiter distinctas. 4. vt iste actus sit diuisibilis in partes realiter diuersas pro numero finium & mediorū.5.vt vnius medij proximi,& omnium aliorū eiusdē ordinis,& finis vltimi in eadē serie & ordine sit vnus actus:totius vero alterius seriei & ordinis mediorū & finis sit alius actus, & ita diuersis actibus diligatur interdū formaliter idē finis & idē mediū propter eundem finem.Sicut cōtingit simul diligi formaliter & explicite variis actibus ob varios fines.Ex his.5.modis.4.videtur magis rationi consentaneus,vt patet ex dictis. Sed sane pro cōclusione nullam video rationem vrgentē vt patet discurrendo per omnes rationes 2. opinionis, quæ hanc conclusionem suadere videntur. Ad 1. enim facile dici potest,moraliter quidē vbi vnū est propter aliud,ibi esse tantū vnum,quia plura nō sunt maioris estimationis quam vnum, physice tamen plura esse & ideo nullam esse rationem propter quam eodem actu formaliter, & explicite appetantur, sed implicite & virtuali-

65

66

tualiter tantum. 2. cum Vazq disp.33. c. 4. respondeti potest, Aristo. tantum voluisse, quando duo sunt volita propter vnum. 3. finem,non esse meliora illo fine, ex qua propositione non potest collegi,medium & finē eodem actu diligi.

Ad. 2. negatur sequela quia ad malitiam moralem actus non requiritur malitia obiecti dilecti eodem actu, sed satis est malitia finis dilecti alio actu, vel alterius circunstantiæ pertinentis ad eundem actum.

Ad.3. similiter respondetur,vt actus in indiuiduo sit malus satis est non habere obiectum honestum hic, & nunc, neque finem honestum:vt autem sit bonus satis est obiectum hic & nunc esse honestum vel saltem ex se hic & nunc non esse malum, & finem esse honestum, siue sit volitus eodem actu,siue non.

Ad. 4. R. probabile quidem esse non solum Lucem & colorem, sed omnia quæ, in prospectu sunt,eodem numero actu videri habente partes numero & specie diuersas:& de sola luce & colore id est probabilius : at probabilius est diuersos specie colores diuersis actibus videri & similiter colorem & lucem ; cum quæque istarum rerum per se emittat speciem & possit terminare visionem & alioqui cū videtur plures colores & lux, eadē lux videbitur varijs actibus vel omnes colores videbūtur eodēactu,quia per te vno actu tantum videtur lux & nullus color videtur, nisi actu, quo videtut lux,vtrumque autem absurdum est, vnde multi discipuli D. Thomæ aiunt non esse de mente D. Thom. eodem actu videri colorem, & lucē,vt quod sed colorem vt quod, lucem vero vt quo; quando vero lux videtur, vt quod, videri alio actu. Simiiiter quando cognoscimus,vel adoramus prototypum vt quod, seu formaliter & explicite, alius actus est, licet eodem actu cognoscamus imaginem vt quod seu explicite & formaliter & expresse, prototypum vero implicite & virtualiter,& sic intelligitur quod D. Thom. Palac. & alij ad rē adducunt ex Aristo. lib. de sensu & sensibili, idem motus est in imaginem, & in id cuius est imago, exemplum autem correlatorum non vrget, quia relatiuum nequit cognosci etiam de potentia absoluta sine termino & ideo per eandem cognitionem necesse est cognosci : at finis potest per se diligi, & similiter medium potest diligi non dilecto tunc formaliter & explicite ipso fine, sed tantum virtute & implicite. Exemplum sensibilis communis & proprij nō vrget:tum quia multi tenent cognosci diuersa sensatione : tum maxime quia sensibile cō mune non potest per se solum & separatim percipi:at finis & medium distinctis actibus per se apperi formaliter seu explicite possunt diligi. Exemplū autē principij & conclusionis easdem, vel maiores habet difficultates :vnde eo vti est probare ignotum per æque aut magis ignotum. Denique exemplum de fine cuius & cui nihil efficit, quia cum amare sit bonū alicui velle necesse est actu quo diligo Petrum velle bonū Petri & quo volo bonum Petro diligere petrum, finis autem cuius,potest appeti siue medio, & medium est sufficiens ad terminandam dilectionem absque formali dilectione finis saltem præsenti & simultanea vnde non est simile.

Ad. 5. Resp. Aug. velle, dilectione formali fratris, virtute & implicite dilegi Deū, & dilectione medij finem,non vero formaliter & explicite. 67 4.Conclu.

Vnde iam Dico. 4. probabilius est medium & finem nunquam diligi formaliter eodem actu,probatur, quia nec D. Thom. id clare dicit,sed potest cum Valentia Caie. & alijs de virtuali dilectione exponi & similiter quod cum, Ocham. Gab.& Maior. ait Azor supra interdū eodē interdum diuersis actibus diligi mediū & finem:neque vlla est ratio,vel alia authoritas vrgens in contrariū vt patet ex ijs quæ proxime dicta sunt, neque facile dissolui possunt nodi & dificultatis emergentes ex opposita opinione in omnibus enim illis quinque modis eam tuendi positis precedenti conclusione,& in diluendis argumentis. 1.opinionis angustiæ aliquę sunt,in quas vltro incidere non videtur prudentię consentaneum.

Si quis tamen.3.conclusionem tueri velit, ad arg. 1. opinionis contra eam militantia sic respondeat.Ad.1.arg.1.opinionis. R. formalem volitionem finis quando existit simul cum formali volitione medij,effectiue concurrere ad eius productionem seu conseruationem,ad hoc autem non opus esse vt sint actus totales realiter diuersi, sed sufficit esse partes realiter diuersas eiusdem actus. Si autem quis dicat,id quod est longe verisimilius, esse vnicū actū indiuisibilem;debet consequenter dicere volitionē formalem finis non concurrere effectiue ad productionem, vel conseruationē formalis volitionis medij,nisi virtualiter propret distinctionem realem virtualem, sicut in Deo assensus principij est virtualis causa assensus conclusionis,& volitio finis volitionis medij, & sicut in Deo non obstante idemtitate volitionis medij & finis,medium causatur a fine vt tractatu. 1. docuimus:ita licet eodem actu velit homo finem & medium, finis est vere & proprie causa medij, vt inquit Caie.q. 8.ar.3.ad 1.Gregorij & Capreolus sup.ad 2. Grego- 68 Ad 1. Argumen. Ad 1.Arg.

Grego. contra: 4. conclusionem Hispal. Palac. Medina; licet autē volitio Dei non sit causata a fine, quia non habet causam efficientē ac proiude nec finalē: actus tamē quo homo diligit medium & finem, sub vtraque ratione causatur a fine: habet enim causam efficiētem, quæ finem diligit propterse & medium propter finem, si autem Deus alio actu diligeret finē & mediū, quia actus eius haberet causam efficientem, haberet etiam finalem, vnde D. Tho. 1. p. q. 19. art. 5. probat respectu diuinæ volitionis non dari causam finalem. quia eodem actu diligit Deus finem & mediū, ita scilicet vt talis dilectiones sint necessario idem actus & interse & cum Deo, & ideo non possint causam efficientem habere: ergo nec finalem.

Ad. 1. Confirm. Ad. 1. Conf. R. 1, concedendo volitiones medij & finis distingui realiter nō vt actus intergos; sed vt partes vnius actus. R. 2. & melius esto non distinguantur realiter, posse nostro modo intelligendi, finem vt intentum seu media intentione sui mouere ad volitionem medij, non vero realiter, nisi virtute, vt in Deo annotauimus, sed realiter mouere immediate ad actum indiuisibilem qui est formalis volitio finis & medij.

Ad. 2. Confirm. Ad. 2. Conf. neganda est minor, idē enim dicendum est de assensu conclusionis & principij quod de volitione medij & finis. Ad. 3. conf. patet ex dictis ad. 1. confirmationem.

Ad. 2. arg. Ad. 2. arg. R. conclusionem D. Tho. veram esse quando medium non appetitur propter finem, sed propter bonitatem propriam tunc enim constat volitionem medij & finis esse distinctos actus, & ita illam conclusionem intellexit Palac. supra & hæc interpretatio colligitur ex D. Tho. de verit. q. 22. art. 14. ponente exemplum in cognitione imaginis secundum se, & in ordine ad prototypum; & aientis tunc esse duos actus, similiterque esse duos actus cum medium & finis amantur sine relatione vnius ad alterum, & hoc idem significat quoties vtitur exemplo principij & conclusionis: cognoscuntur enim diuersis actibus quando conclusio non cognoscitur ex hoc principio sed vt conclusio illata ex alio principio, vel vt principiū, potest enim conclusio aliqua esse aliunde per se nota, eodem, ergo modo, si mediū & finis amentur sine relatione vnius ad alterum, diuersis actibus amantur. Si autem sermo D. T. sit de amore medij vt mediū & est cū relatione ad finē, sensus est, mediū & finem amari diuersis actibus, non simul sed successiue, vt si postquam amo finem secundum se & precise procedo ad volitionem formalem medij & destructa priori volitione finis volo medium & finem quodam actu indiuisibili, vel solum medium. Aut sensus D. Tho. est negatiuus, quando volo finem secundūse & precise diuerso actu, idest non eodem appeti medium & finem. Aut denique sensus conclusionis D. Tho. est, volitionem medij secundum se manere cum volitione, quæ formaliter attingat medium & finem & ita etiam simul diligi diuersis actibus mediū & finem: neque magnū inconueniens reputari debet, quod duplici actu formaliter ametur simul idem finis: si quidē idē medium propter diuersos fines diuersis actibus potest simul formaliter amari.

Ad. 3. R. si actus sit diuisibilis, manifestum esse quomodo non eliciendo nouum actum possit manere in solo affectu finis vel in solo affectu medij, nempe destructa vna parte actus & manente alia: si vero actus est indiuisibilis id fieri nō poterit nisi eliciendo nouum actū, quæ tamen actuum cōmutatio non potest experientia deprehendi 69 Ad. 4. Ad. 3.

Ad, 4. negant aliqui sequelam putantes non omnem actum quo appetitur etiam formaliter finis vt finis, & medium vt medium, esse intentionem neque omnem esse electionem. Sed intentio est quando vtrūque amamus procedendo a fine ad medium, electio quando procedimus a medio ad finem, qui duo motus sunt realiter distincti quia habēt se sicut descensus & ascensus teste D. Tho. q. 12. art. 4 ad. 3. vbi Caiet. Med & alij tenent intentionem & electionem esse actus realiter diuersus idē Capreo. 1. d. 1. q. 1. art. 3. ad. 2. cōtra 4. conclu. Richar. 2. d. 38. ar: q. 4. Alij concessa sequela, negant falsitatē cōsequentis nec reputant absurdum, vt idem actus sit intētio & electio subdiuersis rationibus ita Val. & Palac. supra Dur. 2. d. 38. q. 2. ad. 1. & q. 3. num. 8. & 9.

3. Dici posset intentionem & electionem esse posse partes integrales eiusdem actus, non tamen esse eundem actum neque de eadem reposse affirmari diuisim, quod sit intētio & electio, sed quod sit composita ex intentione & electione, seu intentio & electio copulatim, ad eum modum quo concedimus hominem esse materiam & animam rationalem vnitas: quo tantum modo idem actus est volitio medij & finis: itaque licet ascensus & descēsus corporalis neque idem motus esse possint, neque eundem motum cōstituere, secus ascensus & descensus spiritualis voluntatis & Metaphoricus, possunt enim esse idē motus iuxta sol. præcedētē vel partes eiusdēmotus iuxta hāc 3. Solu. Inter has solutiones. 2. magis placet, vt tractatu seq. disp. 1. sect. 4. repetemus. Licet autem concedamus eundem actum posse esse volitionem medij & finis aliquo ex modis assignatis: tamen volitionem vnius posse esse nolitionem

alterius

alterius negat Medina.q.8.a.3.quia fit sensus formalis:id vero concedit Caiet.ibi ad.3.Gregorij,& Conr.§.aduerte ex his,& Gab. sup. dub.2.Corol.5.Maior.Palac.& alij.Quod verum est in volitione effectus priuatiui: nam velle mori est nolle viuere non solum identice & realiter,sed formalissime;in volitione autē effectus positiui falsum apparet: nec enim velle formaliter vitam, & nolle formaliter mortem sunt idem actus, vt in intellectu nō sunt idem actus iudicare Petrum esse album, & non esse non album,seu esse nigrum: licet enim in eodem motu locali concurrant formalis recessus ab vno loco,& accessus ad oppositum, tamen in eodem motu intellectus & voluntatis non possunt concurrere.At tamen adhuc admittēdum est,volitionē vnius effectus positiui & volitionē alterius effectus priuatiui,vt cū effectus priuatiuus est mediū ad effectū positiuū,sicut mors ad gloriā,abstinentia ad vitā,&c. Ex quo rursum efficitur voluntatē vnius posse esse nolitionem alterius; si enim idem actus potest esse volitio medij & finis:volitio autem medij priuatiui est quædam nolitio consequens est, eundem actum posse esse volitionem & nolitionem diuersorum non habentium intetse oppositionem,sed potius subordinationem medij & finis, vt etiam in intellectu, si idem actus est cognitio principij & conclusionis,cum ex dissensu & negatione sequatur assensus & affirmatio, idem actus erit assensus & dissensus,affirmatio,& negatio propositionum nō quidem oppositarum,sed habentium subordinationem conclusionis & principij. Vnde sequitur nos eodem actu posse amare Deum seu velle eius gloriā;& odisse seu nolle peccatum;quod est velle, non esse peccatum: quia non esse peccati conducit ad Dei gloriam. Vnde recte Vazq. disp. 33.c 4.num.25.cum Capreo.sup ad.4. & cum Caiet hic.q 8.a 3. & cum recētioribus ibi & Maio.sup.cōcedit, eundem actum posse esse odium & amorem, quod probat,quia vt bene docet Caiet odisse peccatū quatenus offensa Dei est,revera est amor ipsius Dei: posset tamen id negari loquendo de amore formali:hic enim esse non potest nisi ametur alius finis,aut medium illi consentaneum: nostra ergo probatio retinenda erit. Sed non ideo erit concedendum in eo euentu Deum diligi odio & peccatum odio haberi dilectione, quia odium & dilectio licet concurrāt in eostem actu, sunt tamē partes eius realiter diuersæ vel saltem formaliter formalitate rationis,& hæc distinctio sufficit,vt falsa sit hæc ptopositio, Deus odio diligitur,vera autem illa Deus amore diligitur, & sic de similibus,vt falsum est, Deum voluntate intelligere,& intellectu amare,licet intellectus & voluntas in Deo sint eadem res,interdum tamen volitio & nolitio sunt formalissime eadem res,vt in volitione effectus priuatiui diximus,v.g.mortis,& tunc verum est dicere volitione mortis nolo vitam, sicut in intellectu, affirmatione huius propositionis Petrus non currit,nego Petrum currere,& similiter, quia formalissime odiū personæ est amor mali ipsius personæ, & amor personæ est odium & nolitio mali eius,vt probe docet Caiet.q.29.art. 1.ideo verum erit dicere ego diligo Petrum odio mali ipsius, & odio habeo Paulum amore mali ipsius, sic potest exponi quod concedit Gab.sup. Deum odio amari,& amore odio haberi. 70

Quod dictū est de volitione & nolitione intelligitur tam de simplici, quam de habente se per modū desiderij & fugæ,timoris & spei quidquid dicat Capr.supra ad.4. Vbi censet repugnare vt idem actus sit gaudium & tristitia;sed vt consequenter loquamur distinguendum est,gaudiū enim,& tristitia non possunt esse idem actus si sint de oppositis pro eodē tempore,quia opposita non possunt simul eidem conuenire,& ita nec gaudium & tristitia de illis possunt esse simul,& multominus de eodem secundum eādem rationem de diuersis autem, vel de eodem secundum diuersas rationes licet possint esse simul,non tamen possunt esse idem,si obiecta sunt disparata, idest non subordinata, vt medium & finis:si autem sint subordinata vt medium & finis, sed non possunt esse simul non possunt pertinere ad eundem actum:si autem possunt esse simul,possunt pertinere ad eundem actum vt si gaudeo de sciētia quatenus medium ad amorem Dei, & deipso amore Dei,quia cognitio & amor Dei possunt esse simul:voluntas desiderium & gaudium non possunt esse idē actus,etiam si sint de obiectis subordinatis quia nō respicuūt obiecta eodē modo:idē de odio fuga & tristitia: timor autē & desideriū possūt esse idē actus vt timor & spes,quia eadem ratio est, idem est de audacia & fuga aliquis autem timor est effectus desiderij, vt docet D.Tho.q.41 art.2.ad 3.& Dam.3.fid. ca. 33.ac proinde distinctus realiter ab illo,vt cum ex amore & desiderio vitę timeo mortem, & quæ mortem inferunt, nec mirum cum aliqua volitio medij sit effectus volitionis finis, & distincta realiter a volitione finis.

Ad Conf. arg. Conrad & Caietan.q.9.ar. 3.& Palac. 2.d. 38.q.2.Dur q.3.ad.1.docent, actū quo volumus finem & medium esse intensionē respectu finis non quia in se habeat duas intensiones, vnā maiorem, aliā minorem,hoc enim est impossibile, nā vna forma nō habet duos effectus formales primarios nec- 71

nec duas vniones cum subiecto seu radicationes: intensio autē in radicatione consistit, sed quod actus maiorem gradum intensionis habet a fine quā à medio, sicut auctor libri de causis propos. 1. ait, causam secundam minus influere in effectum quam primam, sed certe idem effectus est ab vtroq. obiecto, licet non æque principaliter, & primo, siue sit à medio siue à fine; tamen actus cū eadē intensione terminatur ad vtrumq.: ergo æque intense diligitur mediū & finis: q̄ videtur absurdū, maxime cum Arist. 1. potte, dicat propter quod vnū quodq. tale & illud magis, quamuis hoc possit explicari de dilectione maiori appretiatiue, quia eadē dilectione prēferturformaliter vel virtute finis medio. Vnde et Dur. & Med. fatetur, q̄ando eodem actu diligitur mediū & finis, vtrumque æque intense diligi. Et ita dicendum est, si actus est indiuisibilis, sed tenendo, esse diuisibilē, quod dixi probabilius in. R. absoluta dilectione medij & finis eūdē, actum secundū diuersas partes posse esse intensū respectu finis & remissū respectu medij.

Ad 5. Ref. D. Tho. q. 14. ar. 4. ad 1. Capre. supra ad 5. Gregorij. Richard. supra q: 4. ad 1. & Hispalen. atq. alij Aug. loqui de volitione finis secundum se non de volitione finis vt est ratio volendi media sed certe Aug. loquitur de volitione finis, quæ simul est cum volitione medij Hæc autem volitio finis non attingit ipsum secundum se, sed vt est ratio volendi media: ergo volitio finis vt est ratio volendi media, est actus distinctus à volitione medij: vnde mihi videtur dicendum esse de mente Aug. finem & medium nunquam eodem actu attingi, saltē indiuisibili sed volitionem medij & finis esse distinctos actus totales aut saltem partiales. Ad 6. Ref. non esse inconueniens dilectionem, quæ simul est Dei & proximi, esse perfectiorem dilectione solius Dei. Ad 7. Ref. facile, distingui tunc ratione intentionē ab electione, nā actus ille prout refertur precisē ad finem, vel ad finē & media in cōmuni considerata, est intētio, vt vero ad tale mediū in particulari, est electio. Neq. distinctio obiectorū quæ tūc sufficit ad causādā distinctionē rationis, sufficit adcausādādistinctæ realē. quia in potestate nostra est vno, vel diuersis motibus in varia obiecta moueri, & quādo eodē motu mouemur, necesse est ibi distinguere ratione intētionē ab electione, sicut in Deo distinguimus ratione diuersos actus intellectus, & diuersos actus voluntatis, in amore autē finis cui & cuiꝰ nō potest actꝰ ex obiectis distingui ratione, vt recte docet Vaz. disp. 33. n. 12. quia de intrinseca ratione amoris personæ est velle ei aliquod bonū, & de intrinseca ratione actus quo appetimus aliquod bonum, est appetere illud alicui. Dices intentionē finis includere efficaciā: hanc autē habere nō posse nisi respiciat media saltē in cōmuni, ac proinde actū relatū ad solū finē non posse intentionē appellari. R. negando minorē. Nā ex volitione finis absolute cōsiderati potest oriri electio medij si consideretur vt necessariū vel vtile ad talē finē. Sed obserua. 1. cū dixi probabilius esse, volūtatē nō posse formaliter & explicite eodē actu appetere mediū & finē intelligi de absoluta dilectione vtriusq. secꝰ de relatiua, qua diligitur finis, vt cōsequēdus medio: de hac. n. loquēdo proculdubio potest codē actu diligi mediū & finis nō solū implicite sed etiā explicite & formaliter, vt volo sanari ppotionē. l. volo potione sanari & deinde volitione relatiua etiā intelligeq̄ dicit D. T. eo dē actu appetimediū & finē. de absoluta autē cū ait, quādo finis diligit absolute & sm̄ se, nō eodē actu appeti mediū & finē, sed diuerso, & hęc est melior & clarior D. T. expositio & quęst. resol. & saltem exMed. qui q. 8. a. 3. rectē ponit 3. cōclu. 1. volitio medij nō est sēper formaliter volitio finis, vt cū quis manet in volitione medii nō cogitās de fine. 2. Volitio medij sēp includit virtualiter volitionē finis, quia cūquis apetit vnū propter aliud, saltē virtualiter appetit eo dē actu illud aliud 3. aliquādo volumꝰ formaliter eodē actu mediū & finē vt cū volo sumere potionē relatione explicitaeiꝰ adsanitatē. Tripliciter. n. possū velle mediū propter finē. 1. volēdo simul vtrūq. absolute, formaliter tamē & tūc sūt duo actus. 2. volēdo mediū formaliter, & finē virtute & tūc est vnicus actus. 3. volēdo vnū relatiue ad alind & tūc manifeste est vnꝰ actus & indiuisibilis vt volo vti potione ad obtinēdā sanitatē & eodē modo in intellectu: aliquādo. n. intelligo formaliter absolute conclu. & principiū & tūc sūt duo actꝰ. Aliquādo conclu. quā deduxi ex principio, intelligo formaliter princ. vero virtute tātū quia cessaui ab eius cogitatione & tūc est vnus actus. 3 quādo reeatiu intelligo cōclu. & prin. & tūc sūt duo actus vt cū intelligo explicite, ideo hominē esse risibilē quia est admiratium, l. ex eo q̄ sit admiratiuus, cōsequi vt sit risibilis & tūc est vnꝰ actus & indiuisibilis, in quo tamen assensus principij est ratio & virtualis causa assensus conclusionis, sicut in Deo, amor diuinæ bonitatis est ratiodiligēdi creaturas & virtualis causa dilectionis earū. Et hac dilectione possunt amari plura media subordinata eidem fini, & ipse finis vnico actu vt concedit Palacios: tot autem ex his possumus cōplecti vnico actu volūtatis, quot possumus simul intelligere vt cōducentia ad talem finem.

An vero Angelus eodē actu velit mediū, & finē? R. affir. licet de homine negaretur: quia sicut eodē actu intelligit con. & prin. cū nō discurrat: ita eodē vult med. & fin. R. aliqui non esse simile quia non est imperfectio in ang. nō appetere mediū perse, cū nō sit bonum per se

est

est autem imperfectio ineo, vt propositiones quæ absolute, perse, & sine relatione ad alias suam habent veritatem, cognoscantur dependenter ab alijs, & ideo intellectus angeli, qui est perfectus, nõ cognoscit conclusiones depẽdenter à principijs, sed inseipsis, quia inse sunt veræ, licet à suis causis veritatẽ habeant. Etsic anthores isti intelligunt D. Tho. 1. p. q. 60. ar. 2 vbi ait, angelum non intelligere conclusionẽ propter principia, sed simplici intuitu, & sine discursu iudicare, bene tamen media propter finem, & ideo eligere. Sed hic discursus tantũ conducit ad probandũ, angelum sine discursu virtuali posse quãcũq; concl. naturalem cognoscere, quia exse est determinatus adcognoscendã inseipsa omnẽ veritatẽ pure naturalem: non tamen ad probandum non posse, aut non debere vti discursu adcognoscendã conclu vt conclusio est, & ortum habet ex suis causis, & principijs. Sed experfectione speciei prouenit vt simul repræsentet conclusi. & principia, & ideo intellectus simul possit assentiri pricipijs propterse, conc. autẽ, & propterse, & propter principia, quamuis possit si velit discursu vti, immo forte indigeat ad concl. quę vna specie, cum principijs non repræsentantur, intelligẽdas per modum cõclusionũ, & deducendo eas ex suis prinpipijs, an vero sic discurrendo intelligat eodem actu conclu & principia idẽ de angelo, & homine dicẽdum est, & similiter an vno actu velit mediũ, & finẽ, nãin hoc eadẽ ratio de homine, & angelo esse videtur, nisi dicas hominis volũtatẽ esse magis limitatã, ideo non posse vnico actu amplecti mediũ, & finẽ, secus angelicam, quę tamen ratio suadet plura media cum fine posse attingi à voluntate angelica vnico actu, quã ab humana; non vero vnam posse medium, & finem vnico actu attingere, aliam vero minime. Idem igitur de vtraq; volũtate dicendum est, & in vtraq; probabilius existimo non posse mediũ, & finem vnico actu formaliter attingere absolute, sed tantum relatiue, vt exposuimus, nec alienũ est à D. Tho. 1. p. q. 60. art 3. in corpore, & ad. 1. distinguente in angelo dilectionem naturalẽ, & electiuam, quarum vna respicit fines, qui naturaliter appetuntur ab angelo, alia vero media, quę electiue ab eo diligantur, licet possit dici, has dilectiones esse diuersas specie, vel extensione, quia vna formaliter attingit solum finem alia vero formaliter, & finem medium.

An vero appetitus bruti eodem actu velit mediũ, & finẽ aliqua dicta sunt tract. 1. & 3. lã vero de externo motiuo volũtatis dicamus, & 1. de externo motiuo corporeo. sc. q. 10. 2. vero de externo motiuo spirituali, s. Deo, & angelo.

74. Quæstio remittitur

2. Obseruandum est à quibusdam conciliari duas illas sententias relatas, notando. 1. media ea ratione, qua media sunt habere inse propriã bonitatẽ ratione cuius appetantur, nempe, vtilitatem, ad consequendum finẽ quæ bonitas in medio est, licet sit respectiua, & consistat in respectu, & ordine ad finem. 2. rem bonam, quę est finis dupliciter posse considerari. 1. quatenus est res bona honesta, aut delectabilis, nec gratia alterius, nec tanquam aliquid acquirendum per alia. 2. relate quatenus est aliquid acquirendũ permedia confuse, aut per certa, & determinata media. 1. modo non habent expressam, & formalẽ rationẽ causę finalis. 2. autẽ modo habẽt rationem formalem, & expressam causæ finalis; quando finis hoc posteriori modo diligitur, tunc eodẽ actu diligitur medium in confuso, vel in particulari consideratum; non quidẽ directe, & in recto, sed indirecte, & in obliquo, & similiter quoties diligitur medium directe, & in recto, pereundẽ actum amatur, finis indirecte, & in obliquo, & sic debet explicari quod ait D. Tho. q. 8 art. 3. & q. 12. art 4. eodẽ actu diligi mediũ, & finẽ, q̃ patet, quia loquẽdo de actibus quibus directe, & in recto diligũtur finis, & mediũ, ponit eos diuersos. d. a. 4. ad 3. eomodo quo differũt ascẽsio, & descẽsio; cõstat autã ascẽsionẽ, & descensionẽ etiã per eandẽ viã esse motus realiter diuersos, & consequẽter iuxta D Tho. dicendũ est intentionẽ, & electionem nunquã esse eundẽ actũ realiter, quia semper electio fertur directo in mediũ, & intentio in finẽ: quãdo autẽ finis, & mediũ directe amãtur diuersis actibus amantur, & hoc tantũ intẽdit 1. opinio. Hæc ratio conciliãdi duas illas opi. quãuis incæteris placeat: displicet tamẽ. 1. quatenus ait finẽ non exercere expresse, & formaliter causalitatẽ finalẽ, nisi quãdo propter illũ diligitur confuse, aut determinate mediũ. Nã hæc doct. reiecta est tract. 1. & ad decisionem præsentis quæstionis, & conciliandas prę fatas opinio. nullo modo est necessaria. 2. displicet, quia asserit in omni volitione medij, vt mediũ ẽ, oblique, & indirecte appeti ipsũ finẽ: hoc. n. loquẽdo de dilectione formali, falsum est, quia licet non possimus intelligere mediũ, vt mediũ, quin intelligamus finẽ, eo quod relatio fine termino intelligi nõ potest, tamẽ bene potest diligi mediũ, vt medium non dilecto formaliter ipso fine, quia non est necesse dilecto relatiuo diligere eius correlatiuũ, seuterminũ, sed interdũ necesse est odio haberi, vt dilecta paupertate necesse est odio habere diuitias, & dilectis tenebris odisse lucẽ. 3. displicet, quia vniuers. negat eundẽ actũ esse intẽtionẽ, & electionẽ, si. n. ego velĩ deãbulatione cõlequi sanitatem, sane iste actus, vt refertur ad finem intentio vt ad mediũ, electio dici poterit, quoniam est formalis dilectio determinati medij, nec tollit rationem electionis quod medium in directo, & in obliquo tantum diligatur,

75. Modusco ciliandus duas superiores sententias refertur.

quamuis hæc quæst. solum est de nomine, & eodem modo idem assensus potest esse scientiæ, & intellectus, vt quia Petrus est homo ideo est visibilis, vel Petrum esse visibilem in dicat esse hominem. Si obijcias: ergo idem actus poterit esse naturalis, & supernaturalis quoad substētiam, vt si dicam Christus est risibilis, quia rationalis l. Christum esse risibilem indicat esse rationalē, in quibus casibus idem est assensus fidei, & Theologiæ: ergo naturalis & supnaturalis quoad substantiā, nam actus fidei ē supernaturalis quo ad substātia, & actus Theologiæ est naturalis quoad substantiā, & maxime hoc esset dicendū si esset actus opinionis Theologicæ, & nō sciētiæ Theologicę, in quo casu aliud sequitur incōueniēs, scilicet quod actus fidei relatus ad conc. Theologicā probabilē, si esset falsa, falsus esset. R. negādo sequelā, sed actus illi erūt supernaturales quo ad substantiā, quia nullus illorū poterit habere solis naturę viribus, vnde dicēdū est non omnē actū Theologię esse naturalē quoad substātiā, sed illū qui simul non est fidei: & ea parte qua nō est fidei, sub esse illi falsum nihil habet absurditatis, imo si quis diceret, Christus habet duas voluntates, sed vnicū tm̄ intellectū, actus fidei quoad. 2. p., ppositionis esset falsus. Dices quomodo habitus naturalis quoad substātiā nępe Theologiæ scientificæ. l. opinatiuæ pōt cōcurrere ad actū, qui est supernaturalis quo ad substantiā videlicet qui simul est fidei. R. id non esse intellectu difficile, nā sicut potentia, & apprehensio, quæ sunt naturales quoad substantiā concurrunt effectiue ad actū supernaturalē quoad substātiā, ita de habitu Theologico scientifico, vel opinatiuo dici potest, & eodē modo dicā in volūtate habitū vitiosam mēdacij V. G. posse cōcurrere ad actū charitatis supernaturalē quoad substantiā, vt si quis velit mentiri ad vitandas alias offensas Dei, inquo euentu, an idē actus sit dicendus bonus & malus moraliter, meritorius, & demeritorius inseq. discutiendū est, & similiter, an possit dari dilectio Dei super omnia, quæ simul sit mala venialiter ex obiecto aliquo quod intrinsece respiciatur ab actu, vt si quis vellet mentiri aduitandum omnem mortalē offensam Dei, vt grauis offensa Dei est.

76. Obiectio.

77. 3. Obseruandum est, quosdā existimare intentionē finis non esse causam efficientē electionis medij, etiā quando sunt diuersi actus, sed mouere tantum obiectiue, nā ex eo quod intellectus cognoscit voluntatē intendere finē mouetur ad electionē medij, quā sententiam merito impugnat Vaz. disp. cit. c. 4. n. 21. vt enim intentio finis inferat electionē medij nō opus est ipsam intentionem cognosci: experimur enim nos sæpe numero sine eiusmodi reflexione operari. Præterea quāuis Vaz. cū alijs putet actū intellectus effectiue cōcurrere ad actū voluntatis; ego tamen cū alijs semper tenui oppositū, in qua opinione si intentio ad electionē mouet, vt cognita, media sui cognitione effectiue concurrit ad electionē. Deinde falsum est quod aliqui tenent, intentionem solum causare electionē per quandā cōnexionē, & sympathiam admodū quo voluntas, seu appetitus sensitiuus, vt arbitratur Vaz. causat motū localem manus, aut pedis, falsum quoq. est, quod alij dicunt solū esse conditionē sine qua nō seu dispositionē requisitam, vt voluntas se sola, aut cū cognitione efficiat electionē. Pro quasententia ad finē præcedentis sectionis Valē. retulimus: sed verissima efficientia intētio efficit electionē, vt tenet Vaz. n. cit. cū Grego. 1. d. 1. q. 1. a. 2. inconfir. 1. con. quod probat ipse Vaz. quia sola voluntas non potest efficere electionē: ergo intentio cū voluntate concurrit ad efficiendū electionē, sed facile potest respōderi, tū negando cōsequētiā, quia vt voluntas, sine intentione nō posset electionē efficere, satis esset intentionem esse dispositionē, aut cōditionē, sine qua electio a voluntate fieri non potest, tum negando assumptum; nam reuera est falsum; possū enim amare formaliter medium non amato formaliter fine, & simliter eodem actu possum intēdere mediū, & eligere finem, inquibus euentibus constat electionē in nullo genere causari ab intētione, efficique à voluntate, non cooperante illi intētione finis, & conf. nam, quidquid hic autor dicat, sane experimur, nos manere in electione medij pereunte intētione finis, imo & eius cogitatione: ergo tunc electio conseruatur à sola voluntate: verisimile est ergo ab ea sola effici potuisse, nec valet dicere, electionē medij propinqui non posse manere sine intentione finis vltimi, vel saltē medij remoti, q propter propriā bonitatē appetatur, nā tunc medium remotum non amaretur, vt medium sed vt finis vltimus in sua serie, at sæpe non habet bonitatem absolutam qua sic amari possit: ergo amatur tantum, vt vtile, & alioqui non maneret eadem electio, sed alia, nam electio medij ad vnum finem diuersa est specie ab electione medij ad alium finem. Deinde clare experimur, etiam quando medium nullam habet bonitatē præter vtilitatē, amari a nobis postquam euanuit intentio, & cogitatio de fine, item assensus conclusionis potest conseruari, imo & interdum inchoari nullo precedēti formali assensu p̄missæ, sed cognoscēdo dūtaxat eius verisimilitudinē & probabilitatē: similiter ergo amor medij vt mediū est manere, imo & inchoari potest nullo præcedēte amore finis. Dices si volūtas sine intētione est sufficiens causa electionis: ergo intentio non potest cū illa efficere electionē, quia quā

do

do vna causa efficiens est sufficiens, nō potest ab alia iuuari. Respond. hoc esse omnino falsum, nā licet voluntas &, aliæ potentię nō indigeant habitibus ad producendos l. conseruandos actus naturales; pñt tñ ab illis adiuuari, & similiter lux l. calor vnius corporis adiuuat ad l. efficiendū cōseruandū lucē. l. calorē, quem aliud corpus se solo efficere & cōseruare posset, & in eodē calido omnes gradus cōcurrunt ad efficiendum primum gradum caloris in passo; quē tñ quilibet illorū posset efficere. An vero in eo euētu vel alio dicendū esset eiusdē numero effectus dari duas causas totales eiusdem speciei, vel ordinis, in physica disputauimus, in euentu autem de intentione cōstat, id nō esse dicendū, quia licet volūtas sine intentione posit electionem efficere, non tamen intentio sine voluntate; hæc enim in omnes suos actus debet immediare influere; ex quibus patet, non posse dici, intentionē esse conditionē, sine qua non seu dispositionē necessariam ad electionem, si quidem sine intentione electio dari potest, indeq; vlterius colligitur, intentionem effectiue concurrere ad electionem: nullum enim alium modum causalitatis fingere possumus, & in hoc nulla prorsus est difficultas, sicut nec in eo, quod assensus principij efficere dicatur, assensum cōclusionis, & amor vitæ odiū mortis, nisi forte quis dicat vtrobiq; causalitatem esse per modum applicationis, quia assensus premissæ applicat intellectū ad assensum cōclusionis, seu auget eius applicationē, & similiter intētio finis applicat. l. auget applicationē volūtatis ad electionem medij, quod nec probari satis potest: tamē æquali facilitate & maiori cōcursus effectiuus defendi potest, & quando nihil in oppositum vrget, si videmus, ad prę sentiā vnius aliud sequi, ponendus est concursus effectiuus: ergo recte tribuitur intentioni respectu electionis quando sunt actus distincti simul existentes.

Sectio. 7. V. voluntas possit noueri in instanti.

78. DE hac re vide Maio. 1. d. 1. quæst. 6. Almain. q. de libert. volūtatis vbi citat Scotum Grego. & Ochamū. Vide etiam Azorem. tom. 1. lib. 1. c. 21. q. 3. vbi recte docet, quāuis olim inter Philosophos dubitatum fuerit, an res aliqua fieri queat vno temporis puncto. Id tamē negari nulla ratione posse: nam si in instanti producatur luminosū, lux & visio in instāti fierēt; non enim petunt successiue fieri, neq; sic fieri possunt nisi applicatio fiat successiue. Vnde Arist. 10. Eth. cap. 4. ait visio quouis in tempore perfecta est, nihil enim ipsi deest, quod postea factum speciem ipsius perficiat: ergo si applicatio nō fit successiue, lux & visio producitur in instanti: ergo etiam volitio potest fieri in instanti, supposito, vt modo supponimus, quod dentur instantia indiuisibilia in tē pore. Conf. ex Arist. ibidem dicente, delectationē totā posse simul, & sine successione fieri: ergo similiter alij actus appetitus. l. volūtatis in instanti fieri poterunt. Imo aliqui dicunt, non posse fieri in tempore, sed tātum in instanti. Sed ego existimo, hos actus sine vlla successione, sed secundum se totos in tēpore seu subito fieri posse, & idem sentio de Angelo: nulla enim est implicantia incipere per vltimum non esse. Puto etiam, actus voluntatis posse durare per solum instās, nec esse necessarium continuari per tempus designatum. l. indesignatum, & ita posse incipere per primum sui esse, & desinere per vltimum sui esse, ita Azor. lib. 1. cap. 21. quæst. 4. & alij quos referemus infra in hoc tracta. disp. 4. sect. 3. q. 2. incidenti, & in tali euentu necesse esset actum illum non existere per tempus in designatum, quia non potest reparari nisi in instanti, inter quælibet autem duo instantia mediat tempus. Ita sentit Azor. ibi. qui q. 5. sequenti recte cum Med. Maiore, & alijs docet, quāuis non sit necesse actum continuarē per tempus, posse tamen sic continuari. Si obijcias: ergo in hora v. g. meritum erit infinitum, quia sunt infinita instantia, in quorum quolibet merebitur aliquid determinatum, sicut in primo. Respondet Azor, negando cō sequē. quia solū meretur in primo instāti, in quo actū elicit & quādo illū continuat. sin tē pore proximo, instāti. n. nullū est instās proximū: iuxta quā solutionē in instātibus cōtinuatiuis nullū est meritū aut de meritum. Quod verum puto, sed difficilimum est, & alijs locis discutietur, scil. tract. de bonitate & Mal. hu. act. & tract. de peccatis, & de gratia.

Art. 5. Vtrum voluntas moueatur à corpore caelesti.

DISPVTATIO SECVNDA DE INFLVXV ASTRORVM in voluntatem, & in res alias, & de astronomantia, seu diuinatione ex astris.

1. Qui de diuinatione ex astris pro astrologis vel cõtra illos scripserint.

HAEC controuersia celebris est: nã pro diuinatione ex astris scripsere Michael depetra sancta, Lucius Bellantius seu Balancius, Petrus Ciruelus Darocẽsis, Franciscus Iunctinus initio speculi astrologici, & ex Græcis Nicephorus Gregoras. Ioãnes Ganiuetus in epist. proœmiali ad librũ differentiarũ, Astrologię defensiua, Petrus Aliacensis, lib. de cõcordia historiæ, & Astrologiæ, & q. 30. in Genesim, & lib. de legibus disputans de stella quæ Magis apparuit. Lucianus integro quodam libello de Astrologia, & in querimonia de neglecta re cælesti. Sarauallius quidam Theologus apud Sixtũ. 6. Biblioth. annot. 10. citari solet Albertus c. 13. in opusculo Astronomię circa finẽ Paruorũ naturaliũ, q tũ eo loco se non inuenisse ait Nauar. 2. de rest. c. 2. nu. 161. & ibidẽ ait citari Abulensem Leuit. 19. q. 30. sed q. 19. & 29. Astrologis aduersari, & n. 112. nõnullis cõiecturis recte colligit eã partem quęst. 30. in qua Abulen. Astrologis fauet suppositiciam, falsoq; illi attributã esse, vt quidã etiam merito arbitrantur illũ libellũ falso tribui Alberto. Contra Astrologiã autem diuinatricẽ scripsere plures Pererius. 2 in Genesim explicãs illa verba, dixit autẽ Deus fiãt luminaria in firmamẽto cæli &c. vbi eleganter, & eruditam habet disputationẽ multis capitibus cõprehensam, & lib. de magia, recte etiã Coimbricenses. 2. cæli c. 3. q. 9. per plures articulos, Michael Medina, lib. 2. de recta in Deũ fide. c. 1. vbi refert cõtra Astrologos iudiciarios scripsisse Xenophanẽ Collophoniũ, Dicearchum peripateticũ, Cratippum, Zenonẽ, Cleantẽ Diogenẽ lib. vnico, Antipatrum, & Ciceronẽ duobus, Crysippum tribus, Posidoniũ quinq. Franciscum Picũ Mirandulanũ nouẽ, Ioannẽ Peicũ Mirãdulanum duodecim, Conimbricenses autẽ supra Francisco Pico nepoti Ioãnis Pici quinq; tantũ libros tribuunt. Contra eosdẽ recte Hamerus in id Genes. 1. fiãt luminaria &c. Iulius Siren. 9. de fato. c. 29. & sequẽtibus. Horõtius in sua margarita lib. 7 tract. 2. à c. 7. vsq; ad 16. Echius Dom. 1. post Epiph. hom. 2. in fine & tota hom. 3. Basil. hom. 6. Hexam. Columella etiã libros aduersus Astrologos cõposuit, vt ipse refert lib. 11. c. 1. Gerson in trilogio Astrologiæ, & tract. de erroribus artis Magicæ. Mirãdulanus Episcopus lib. 22. 23. 24. de singulari certamine. Cælius Rhodiginus lib. 9. c. 20. Ioannes Horoscius tract. Hispanico de vera & falsa prophetia lib. 2 c. 29. qui in calce illius libri refert totũ motũ Proprium Sixti. V. cõtra Astrologiã iudiciariam, late etiã cõtra Astrologiam istam disputat Nauarra. 2. de rest. c. 2. nu. 87. 88. & 100. vsq; ad 164. & Palacius. 2. d. 15. disp. 1. Situs. V. Biblioth. annot. 15. & lib. 6 annot. 10. Gab. 2 d. 14. q. vn. ar. 3. dub. 3. Sotus 8. iust. q. 3. ar. 2. Alensis. 1. p. q. 43. 164. 165. Viperanus. 2. de prouid. c. 13. Marti. del Rio lib. 4. magic. disquis. c. 3. q. 1. Ioã Blechus lib. đ mysterijs. 1. de iudicijs Astrologorũ & dæmone. Ioannes Torres lib. 1. de principe c. 9. lib. 2. c. 4. lib. 6. c. 6. Phauorinus apud Aul. Gell. lib. 14. c. 1. & Bardesanes Syrus in doct. rerũ cælestiũ excellẽtur versatus Dialogo quẽ rogatu amicorũ de fato, & aduersus Chaldæos scripsit, verba eius referũt Pererius sup. c. 3. ratio. 4. Eusebius. 6. pręparatiõ c. 8. qui ibi Bardasanis doctrinã amplectitur, & c. 9. refert & sequitur Originẽ mire impugnãtẽ Astrologos cõmẽt. in Genesim dũ explicat id, vt sint in signa &c. Nemesius lib. de anima. c. 35. & 36. seu vt alij volunt Nyssen. lib. de fato Astrologos impugnat. extat etiã liber Italice scriptus, & Hispanice translatus, qui dicitur reprobatio Astrologiæ Leonard. Iesius lib. 2. de virt. c. 43. dub. 6.

Sectio. 1. quibus rationibus diuinatrix Astrologia partes suas tueatur.

2. Duplex futurorũ præcognitio.

SVpponendũ est, pręcognitionẽ futurorũ in physicam, & artificiosam primo secari, huius sapientię cultoribus visum fuisse, vt tradit Cicero. 1. & 2. de diuinatione: physicã vocant, quæ à natura seu rerũ naturaliũ consideratione descendit: artificiosam illã, quę non ex naturæ præsagijs, sed ex altioris alicuius & spiritualis substãtiæ traditione deriuatur, quã iuxta duplicẽ naturæ spiritualis rationẽ diuinã, & dæmoniacã distinxerũt, primãq; appellauerũt prophetiã. Secũdã vero, retẽto cõmuni nomine diuinationẽ, aut oraculũ. Physicã in eam quę à natura cælesti, & eã quæ ab inferioribus corporis emanat partiti sunt: illã Astrologiã, seu astronomãtiã vocauerunt, hãc pro varia inferiorũ corporũ appellatione varijs quoq; nominibus appellare instituerũt, vt pyromantiam ab igne, aeromantiã ab aere, hydromantiã ab aqua, Geomantiã à terra; à toto humano corpore physiognomiã, à solo fronte metoposcopiã, à vola manus Chiromantiã, à somno onirocriticã, à cantu & garritu auiũ auguriũ, à motu & volatu aruspicium & artifices augures aruspices, de quibus multa Michael Medin. supra. Præter has autem vaticinandi rationes Pythagorici, qui nihil in natura numeris diuinius putarunt, litterarũ elementis & numeris in illis latentibus, quædam rerum futurarum pręsagia inhærere docuerunt, quod vaticinandi genus hodie apud circulatores quosdam perdurat, qui per propria hominum nomina diuinant, collectis in summam cuiuslibet litteris & collatis inuicem, cuius suma altera excesserit, futurum in bello lite coniugio vita & imperio

imperio victorē superstitēq; pronūciant sed vera sors pythagorica solū in illis linguis locum habere videtur quę numerādi rationem litteris tribuunt vt Greca Hebraica Arabica, & ęteris Asiaticis linguis, in Latina vero lingua licet 1. valeat vnum. v. valeat quinq; x. decē, l. quinquaginta c. cētū nō tū ea omnibus litteris numeros tribuit. Vnde ars hæc vatici nādi quæ nō tā litteras quā numeros in litteris latētes appēdit, nō in omnibus nominib', sed in ijs tm̄ quę his literis cōstarēt locū habere. Quāquā Plinius Pythagoræ in ventis etiā illud attribuit propriorum nominum imparē vocaliū numerum orbitates oculorum, claudicationes cōsimiles ve casus portendere. Sunt & qui ex aleæ iactu vaticinentur quam artem aleatoriam vocarunt, & artifices aleatores. Sunt & in numeræ alię vaticinandi formæ, obscuræ tamē, quas fæminarum superstitiosa curiositas quotidie excogitat, quæ cum neq; artem sequantur nec certam rationem obseruent, ab huius sapientiæ cultoribus sunt prorsus negletę vt sortilegia. Nos de sola astronomātia, quæ vmbrā quādam veritatis & non paucos etiam nunc patronos habet, magisq; ad institutum nostrum spectat, dum taxat disseremus: de alijs vero vide Michaelē Medinam lib. 2. de recta in Deum fide c. 1.

3. Astrologorum argumentū.

Ne autē in proposita cōtrouersia aduersatiorū causam in cognitā, damnasse videamur, potissima eorū argumenta afferemus. Quod ergo ij, quos genethliacos vocant qui videlicet natalitiā diuinationem profitentur, cuusq; hominis mores, furtunā, euētus, actiones etiā quę à libero arbitrio dependent, ac cætera futura contingentia certo prænuntiare valeant,

1. videtur probari posse primo nam, vt à moribus ordiamur, facile est genethliacis notare in quo quisq; Sydere, quo cælesti statu conceptus fuerit, in quo vero natus horoscopo & inde eius temperamentum elicere, si quidem Martis aspectus dicitur efficere bilioſos ac feruidos, Saturni Sydus melancholicos & tetricos, cæteraq; similiter. Quare cū mores animi corporis temperaturā sequantur vt Galenus vno libro in hanc sententiā conscripto, & Aristo initio libelli de physiognomia docēt, cūq; rursus magna ex parte homines appetitui & natiuæ inclinationi, quæ humorum quasi alūna habetur, ob temperent, consequens erit vt ex prædictorū obseruatione mores deprehendant, si nō certa, saltē satis probabili ratione v.g. Socratē futurum grauem & seuerum. Alexādrū bellicosum & liberalē atq; ita de alijs.

2. Secūdo Physiognomia ex lineamētis manuū ex vultu & totius corporis figura tanquā ex signis quibusdam à cęlo impressis cognoscit propensionē & virtutes ac vitia cuiusq; ergo nihil mirū si id quoq; astrologia cōsequi possit. Probatur añs ex Aristo. libello. physiog proxime citat. vbi scribit, animosos esse quibus frōs magna est, & tersa ac lęuis, & facies somnolentior, neq; intenso neq; remisso obtutu. Ingenioſos, quibus caro humidior, & mollior neq; nimiū pinguis, color albus rubore suffusus, cutis subtilis, capilli non admodū duri, vel valde nigri. Moderatos & mansuetos qui in motibus & voce aliquātulū tardi sunt, qui oculos habēt Hilares, nec valde apertos neq; omnino clausos, lente palpebras mouentes. Misericordes, qui colore albo puro sunt, oculis pinguioribus, naribus patulis. Auaros qui tetricā & rugosam frontē prę ferūt, & quæ circa faciem sunt, veluti abrasa habēt &c. quibus similia ex Trogo refert Plinius. 11. Histo. c. 52.

3. Quia obseruatum est ab astrologis, eos, quos Capricornus benigne aspexit, nasci reges, quos Aquarius piscatores, quos Mercvrius Trapezitas, quos Orion, venatores, quos Mars homicidas & gladiocasuros, item ascendente Geminorū Sydere & Saturno Mercurioq; sub Aquario iunctis in nona cęli plaga, nasci vates. Prę terea qui Saturnū in leonē felicitur constitutū in Genesi sortiti fuerint, eos malis calamitatibus ereptum iri & alia eius modi quę ipsi notata habent: quid ni igitur possint, qui totā hanc Syderalem disciplinam longo vsu collectam percalluerint, suas cuiq; sortes fataq; & fortunam distribuere. 3.

4. Nonnunquā dormiētes, qui rationis vsu & iudicio carent, afflatu Sydereo futura quædā præuident, ac diuināt, vt testatur experientia: ergo vigilantissima, subtilissimaq; astrologorū obseruatio ex suę artis prę ceptis multa maiori iure futura prę noscere ac prænuntiare poterit. 4.

5. Esto Sydera nō sint determinatę ac diffinitę futurorū cōtingentiū causæ, saltē sunt eorū signa, estq; cęlū quasi diuinus quidam liber in quo scripta sunt, quę pro gressu temporum eueniēt, igitur qui huiusce libro characteres significationēq; tenuerit, quā se tenere Astrologi profitentur, quęlibet futura licet in se dubia & incerta existāt, certo cognoscet: antecedens ostenditur. Primo quia de huiusmodi libro intelligendū videtur id Isai. 34. complicabūtur sicut liber cæli, & Apoc. 6. cælū recessit, sicut liber inuolutus, quia nimirū cæli qui nūc instar libri explicati, atq; aperti sunt Astrologicę peritis ad legendū, post diem iudicij cōplicādi sunt, quando quidē diuinatrix scientia, prędictarūq; notarū inspectio inde cessabit. Secundo probatur antecedens. Quia id testatum videtur Genes. 1. vbi sacra pagina docet, fuisse astra infixa cęlo vt essent signa, hoc est vt per varios aspectus & coniunctiones, humanarum rerum euentus 5.

indicarent. Sic enim eum locum interpretatus est Origenes Commentarijs in genes. quem refert & sequitur Eusebius.6.prępparat. c.9 Idem tenuit Iulius Sirennius lib.de fato.c. 36.& 37.id tribuens etiam Aug. confirmansq. ex Isai.34.v.4.complicabuntur sicut liber,cæli, vbi per cælum multi intelligũt firmamentũ, dicũtque vocari librum,eo ꝙ in eo tãquã in libro cuius caracteres sunt stellæ, futura legantur signata.In eodemq,sensu putarunt isti explicandum esse id quod legebatur in veteri quodam libro cui titulus erat narratio Iosephi;quiq; apud non nullos Catholicos olim authoritatem habuit vbi Iacob Patriarcha filios suos hisce verbis affatus dicitur:legi in tabulis cæli quęcumq; vẽtura sunt vobis & filijs vestris &c.non videtur ergo negãdum, stellas futurarũ rerũ signa esse.Hoc argumẽtũ presertim quoad locũ genes, mirũ est quãtũ efferat

5. Astrologiam illam diuinatricem profitentes quasi Sacra Scriptura prophetantem illã artem hic predicet Conf.1.ex Iudic.5.ver.20.de cælo dimicatum est contra eos,stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisarã pugnauerunt,scilicet quoniam Iudæis faustus Sisaræ vero infaustus ille astrorũ cursus.Conf. 2.ex Psal.18. opera manuum eius annuntiat firmamentum:hoc est, prenuntiat,quæ Deus facturus est.

6. 6.Dæmones cognoscunt futura contingentia,vt testantur responsa, quę ipsi Appollinẽ consulentibus in delubris gentilium de euentis fortuitis reddebant. Hęc autem futura non præuidebant in se ipsis,vt planũ est,præuidebant ergo intuendo cælorum vim & defluxum, vel certe legendo notas illas indices rerum futurarum.

7. 7.Humana scientia ab experimẽtis originẽ ducit vt 1.met.c. 1.tradit Aristo. atqui experientia testis est,Astrologos multa futura prædixisse,quorũm veritatem euentus comprobauit. Non est ergo quod illis diuinitricem scientiam negemus. Assumptio probatur varijs exemplis.Publius Nigidius figulus nobilis astrologus,vt testatur Suetonius in Aug.c. 94.nato Augusto horam partus accepit,consultisq; Syderibus affirmauit & exclamauit dominũ terrarũ orbi natũ.Cũ Nero,vt in eius vita refert Xiphilinus, nasceretur,prima luce ante ortum solis animaduerso stellarum cursu, atq; earum coniunctione Astrologus pronunciauit, natum imperatorem, qui matrem esset necaturus. Quod cum mater Agrippina audisset,subito exclamauit,occidat, modo imperet, nec defuit presagio veritas.Item cum Vitellius diẽ prædixisset Astrologis, quo excederent Italiã : hi contra prædixerunt ei diẽ, quo ei moriendũ esset, atq; intra illum mortuus est,teste Dione.

Thales Milesius diem cuinsdam prælij in noctem esse vertendam prædixit,itaq; euenit vt refert Herodotus lib. 1. qui inscribitur Clio. Alia his similia refert Dion in Augusto, Volaterranus lib.23. Anti. Egnatius lib. 8. c.11.Iouius in Elogijs. 6.

8.Arguitur authoritate quorundam, qui Astrologię non sine magno fundamento faue re videntur.Petrus Aliacus Cardinalis q.30. in genes.& lib.de legibus & sectis super stella à Magis conspecta disputans,ait illos ex Syderali scientia pręuidere potuisse Christi natiuitatem, quam noua stella prænonstrante cognouerunt, quia licet conceptio & natiuitas Christi omnes cæli & totius naturę vires in multis excedat,in aliquibus tamẽ virtutes cælorum Domino suo famulantes amica lumina & benignos influxus nascenti Christo largissime suppeditarũt. Vnde Magi duobus indicijs ex astris præscire potuisse nasciturum insignem religione,imperio, & gloria virum: primo ex magna quadã coniunctione Iouis & Saturni,qui anno. 6. ante ortum Christi in Cancro conuenerunt, prędicentibus cunctis illius temporis astronomis portendi magnã religionum mutationem. Secundo ex dispositionone in natiuitate Christi quam dispositionem ex ipso Aliaco describit & depingit Sixtus.6.Biblioth.annot.10.addens,hãc fuisse sententiam Alberti Magni in suo speculo dicentis,Albumasar in suo maiori introductorio tract.6. ait. Ascendit in prima facie illius signi virgo pulchra, & honesta habens in manu sua duas spicas,& nutrit puerum, & vocat ipsum puerum quædam gens Iesum, & ascendit cũ ea stella virginis.Hæc Albumasar. Nos autem(inquit Albertus)scimus quod sub asẽdente eiusdem virginis natus fuit dominus Iesus Christus, cum hoc ꝙ æquatio motus octauæ sphęræ in tempore eius fuit.8. graduum & 30.minutorum secundum calculationẽ certissimam & quod ipsa erat tunc minuẽda de locis planetarũ inuentis per canones, non quia subiaceat stellarũ motui,aut earũ Iudicio desideratissimus, qui ipsas stellas fecit,sed quia cum extenderit cęlum sicut pellem formans librum vniuersitatis, noluit literis eiusdem desse ex his quæ secundum prouidentiam suã in libro æterniratis sunt scripta,etiã illud elegantissimum à natura, quod de virgine nascitur,vt profecto per hoc innueretur homo carnalis, & verus,qui non naturaliter nascebatur : non quod cæli figura causa esset, quare nasceretur, sed potius significatio: imo & vero verius ipse erat causa, quare modus admirandæ suę natiuitatis significaretur per cælum. 8.

Hactenus Albertus,seu alius quis piã eius nomine:nam is liber ab eruditis Alberti esse

nega-

negatur, inquit Sixtus, quem tacito authoris nomine ad verbum transcripsit Medina hoc art. 5. vnde patet Albert. non eodem modo posuisse astra significare natiuitatem Christi, quo Aliacen. nam hic causas eius fuisse veluti famulas concessit, ille vero pura signa esse docuit, nullatenus autem causas. Præterea Aliacen. cuius verba refert Sixtus. 5. bibliothi annotat. 81. docuit ex astri diluuium cognosci potuisse, pro eadem sententia citat Sixtus Parisien. 1. de vniuerso & Henri. Micleniũ Alberti discipulum, & Tiberium Balabrum, Aristo. etiam huic arti fauet in problemat. 3. sect. 1. dicens, syderum ortus Orionis, arcturi Virgiliarum & caniculæ, flatus imbresq. exci tant, serenitates, frigora tepores ve affere solent. Si dicas id non intelligi, quia Sydera vim hanc habeant, sed quia Sol suo accessu causat directe calorem, & suo discessu indirecte frigus, vnde omnia hęc procedunt. Vrgeo nam ipsemet Aristo. 1. meteor. ca. 2. ait, necesse est mũdum inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt inde virtus eius gubernetur: ergo cæli sunt causæ omnium quæ sub cælis sunt, per causam autem effectus prę-nosci possunt: ergo qui recte naturam & vim cælestis machinæ tenuerit, poterit quæ sub cę lo futura sunt, prænuntiare.

Et lex. 1. tit. 23. partita. 7. ait diuinationem quæ ex astronomia fit, non esse prohibitam eius artis magistris & vere peritis quia huius modi prædictiones ex naturali cursu planetarum & aliorum Syderum & libris Ptolomæi, & aliorum huius artis doctoribus desumptæ sunt.

7ª 9. 9. Cum tot sint non solum brutis ac plantis, sed etiam lapillis & metallis, tam præclarę q. virtutes, quibus extra se operantur, non videtur credibile Sydera nullam vim habere nisi lucem, eamq. à sole mendicatam, habent igitur alias virtutes, vtiq. ad agendum in inferiora, quoniam cęli non sunt capaces peregrinarum impressionum, & ita multi philosophi egregij non solum motu & lumine in hæc inferiora agere sentiunt, sed etiam occultis virtutibus & influętijs, & alioqui solum essent creata ad quendam vniuersi decorem & tenuem lucem in absentia solis & lunæ, quod non admodum consonat rationi, nec psal. 19. cæli enarrant gloriam Dei, &c. Saltemq. ipsa luce pro varietate loci & aspectus atq. cõiunctionis, oppositionis, vel alterius habitudinis aliarum stellarum varios proferrent effectus: ergo qui vires has intellexerit, vt experientia ipsa intelligere poterit, valebit etiam futuros euentus prænuntiare.

8. Conf. Conf. nam Sol non solum illuminat & calefacit, alioq. effectus causat qui ex calore oriũtur, sed etiam Solsequium, quod vulgo gigantea, græce heliotropium appellatur, in suum quasi aspectum trahit, ortu suo flores aliquos explicat, qui eius occasu contrahũtur, vt flos qui hispane marabilla vocatur. Lupini solem versus aspiciunt vt heliotropium, suoq. circũ actu agricolis horas ostendũt. Et Heliotropium Lunam aspicit vt heliotropium solem, in Arari etiam Gallię fluuio nascitur magnus quidam piscis, Clupea dictus, ab incolis, qui crescente Luna albus est, decrescẽte totus nigrescit, vt refert Stobæus serm. 98. de morbis. Plinius autem libr. 36. de naturæ Historia agens de lapide Selenite inquit. Selenites excandido trãslucet melleo fulgore, imaginem Lunę continens, redditq. eam in dies singulos crescentis, minuẽtisq. numero nasciq. putatur in Arabia. Ad motum etiam Lunæ secreta eius virtus causat fluxum & refluxum Occeani, ad augmentum luminis eius augentur herbarum succi, animaliumq. medullę. Saturnus quia octauo mense præest, partum octi mestrem eneccat, canicula cum sole oriens vehementem calorem causat, & maligne influit, vnde tempore vel coniũctionis lunæ cum sole à flebotomia & purgantibus medi amentis abstinent experti & periti medici: secreta etiam virtus Lunæ & aliorum Syderum, ventos, pluuias, aliasq. impressiones efficit, vel impedit vnde in eisdem diebus, & mensibus eiusdem anni tanta est varietas caloris & frigoris, humiditatis & siccitatis, &c. nisi secretis occultisq. virtutibus Sydera influant.

Deinde Medicina in minuendo sanguine, aut ministranda potione dies criticos seruat, nam Hippocrates non omni tempore pharmaca admisit, testatur etiam Auiceña vnicuique corpori, & omni membro, imo & vni & eidem corpori, vni & eidem membro, in vna hora & non alia, hanc aut illam medicinam cõferre. Et Galenus de diebus criticis, seu decretorijs volumen composuit, & Aug. 5. ciuit. c. 6. fatetur, non vsq. quaq. absurde dici posse ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere Syderos, sicut in solaribus accessibus, & decessibus videmus, etiam ipsius anni tempora variari, & lunaribus incrementis augeri, & minui quędã genera rerum, sicut echinos & conchas & mirabilis æstus Occeani, nõ autẽ & animi volũtates positionibus Syderum subdi, idem ex Aug. ipso docet D. Th. op. 25. desortib. c. 4. & op. 26. de virtutib. actionum: item Aug. epist. ad Ianuarium. Non inquit quisquam sapiens arbitretur obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est, &c. vel si qui forte alij naturales effectus circa motum aëris & humoris ad variandas temporum qualitates ex Syderum ordinatissima conuersione notati sunt, de quibus dictum

9.

tum est cum conderentur, vt sint in signa & tempora,dies & annos genes.1.& Echius.do. 2. Ephipha.hom.3.ait profecto non sine summo consilio optimus ille tam stupendæ machinæ conditor tot cælos suumq.cuilibet planetæ orbem & capacissimum illum stellis fixis omnibus communem fabricatus est. Stellas porro illas,& omnes orbes suo cursu motuq.ordine discreuit elegantissimo, vnde variæ & innumeræ proficiscuntur mutationes non diei tantum,& noctis verum etiam æstatis,hyemis,veris,& autumni,pluuiæ,niuis,humiditatis,& siccitatis, caloris quoq.& frigoris apparēt manifestissime & infra. Profiteor quoq.me inficias non ire, Deum plurimas & varias virtutes,admirandas etiam operationes stellarum simul concreasse illisq.infudisse & infra, vnde patet neq. ipsum Augustinū Syderibus adimere quod illis causa tribuit naturalis,nec scriptura reijcit sacra. Potest ergo aliquis iuxta cæli lunæq.motum proscindere agros, ligna secare ad ædificandum,exhibere cataporia & medicinas., incidere venam, membra morbida resecare, calculum quoq.curare,aut excindere, arbores plantare,seminare vites,amputare,&c. in omnibus illis & huiusmodi quibusdam alijs possunt agricolæ hortulani,& medici,cæteriq.tum signa fæliciora,tum motum attēdere Lunæ,quę fere humidorum domina,corporum quoque imperat incrementis,& infra,cum itaq.ex illis iam assignatis rationibus influentiæ, tam stellarum quam cæli motus operationes naturales multas habeant hic interris,in rebus maxime corporalibus non male fit vtique,si quando quis ex Astrologiæ peritia, vel iudicio rationabili,vel longa experientia aliquid futurum,in commune saltem,prædicere possit,sicut ex ventis nautæ, ex alijs innumeris signis pastores colligunt,& agricolæ,quæ experti sunt ipsi diuinantes,vel aëris,vel immi nētem futurę hyemis temperiem: quomodo Christus Mat.16.facto inquit vespere,dicitis serenum erit,rubicundum est enim cælum, & mane,hodie tempestas;rutilat enim triste cę lum. Huiusmodi sane signa,quorum pleraque descripsere philosophi, nec illicita sunt, nec prohibita,& sic si quatuor anni partes non ex sua naturali proprietate sunt dispositæ, facile fit vt hinc corruptus, & insalubris sequatur aër,vnde morbi prodeunt,defectus & incommoda frugum, pecudum mortes atq. id genus alia mala, vt sic sapientes,& in sua singuli præcellētes arte prædicere quæant quomodo futuris temporibus, & annis res habebūt circa segetes, fructus, tempestates, morbos, &c.hæc Echius.

10. 10. Arg.quia dæmones secundum Lunæ incrementa lunaticos inuadunt,à maleficis certo syderum aspectu euocat promptius accurrunt: quod non videtur aliunde prouenire,nisi quia sydera dæmonibus aliquid imprimunt, quod etiam videntur efficere sublunaria: alliciuntur enim & arcentur dęmones quibusdam herbis lapidibus & animalibus,vt ex Porphy.narrat Aug.10.ciuit.c.11. quod etiā confirmat Michael Psellus lib.de dæmon. aiens,nihil fere nasci sub Luna,quod non ad aliquos alliciendos dęmones valeat,& ad magicam facultatem conferat & Iosephus.8. antiquit. ait compositam fuisse a Salomone artem continentem reconditas herbarum proprietates quarum vi à corporibus dęmones expellerentur: ergo etiam cæli possunt aliquid imprimere voluntati humanę, atq.ita ex astris poterunt voluntatis actus prænosci.

Conf.nam astra influunt in intellectum qui abstractior secretiorq.est:ergo & in voluntatem. Ant.ostenditur,quia non alia videtur esse causa,cur quidam acriori valeant ingenio, nisi quia astris magis propitijs concepti, vel nati sunt. Vnde Ptolomęus in centiloquio cū Mercurius in alicuius natiuitate fuerit in aliqua domorum Saturni,& ipse fortis in suo esse dat bonitatem intelligentiæ medullitus in rebus, & Homærus. Talis est intellectus in dijs & hominibus terrenis, qualem in die inducit pater hominum,Deorumq.ideſt Sol. *Conf.1.*

Conf.2.quia saltem possunt cæli in corpore iram, vel alias passiones excitare ex quibus prænosci potest iudiciū,quia qualis quisque est talis videtur ei finis.3.eth.c.4. iudiciū autem sequitur voluntas,volūtatem opus externum: ergo ex cęlis poterunt actus nostri interni externiq.cognosci. *Conf.2.*

Sectio.2. Quibus argumentis diuinatricem Astrologiam multi reijciant.

CONtra Astrologiam & vniuersas diuinatrices artes sic fere argumentatur.1.Michael.Med.2.decreta in Deum fide. Omnes scire desideramus vehementer.1.met. c.1. Ad eoq.cognitionis amore moueri sentimus,vt conatus,labores,pericula multa nullo inuitati emolumēto sola scientię auiditate subeamus, vnde dicere solitus erat Iulianus Iurisconsultus, & si alterum pedem in sepulchro haberem,adhuc addiscere quidem vellem. Quod cum ita sit,in id tamen magis genus cognitionis ipso naturæ impetu præcipites ferimur,quod res futuras & nondum existentes ob oculos ponit, futura enim nosse, quod difficilius sit,excellentius putamus,futuras etiam res nostras præuidere in humana vita pretiosissimum fore. Est igitur in hoc genus

II. *Argu.cōtra Astrolog.iudiciarios.*

1. Argu.

nus cognitionis sapiẽtium & eruditorum hominum maxime omnium propensissimus animus coleretq. illud, si vllam certam prænidendi rationem in natura cuius erant sagacissimi, inuenire potuissent, cũ igitur vniuersam vaticinandi rationem grauissimi quiq. philosophi Xenophanes, Democrites, Plato, Aristo. Chrysipp. Diogenes, Antipater, Panætius, Carneades, Phauorinus, Plotin. Auicen. Auerro. Hippoc. Galen. Alex. Cicero. Seneca Plutar. &c. prorsus contempserint, consentaneum est putare, eas artes nihil ad parãdam futurarum rerum cognitionem proficere. Id vero maxime apparet cum earum cultores, & inuẽtores expendimus, homines profecto qui cum apud omnes superstitiosissimi sint habiti, nullum tamen in hac materia illustris eruditionis splendorem dederunt (& vt de reliquis artibus taceam, de quibus Michael Medi. supra) & Iulius Syrennius lib. 9. de fato per plura capita. Hi sunt in Astrologia iudiciaria Ptolomæus, Paulus, Dorothæus, Heliodorus, Ioannes à Monte regio, Iunctinus, Michael à petra santa, Lucius, Bellantius, seu Balancius, Ciruelus, Petrus, Apponen. Rogerius Bachoni. Campanus, Guido, Bonastus, Arnoldus Villanoua, Ganiuetus, Ioannes de Indagine.

Et huius farinæ alij apud Christianos, turba Sarracenorum indocta Auenroden, Albumasar, Aomar, Thebit, Zachel, Massahalla, Alchindus, Iudei quidam insani Abraham Auenezrra, &c.

12. Conf. Conf. nam ars hæc omnibus eruditis & sapientibus fuit semper irrisa contraq. ab hominibus superstitiosulis, ac impense credulis, nulloq. eruditionis titulo insignibus culta, à Chaldæis & Aegiptijs omnium mortalium superstitiosissimis orta, nisi potius à Dæmonibus ortam esse credamus vt plane docet Abbas Serenus, apud Cassian. collat. 8. cap. 21. & Eusebius cum Origine lib. 6. præparatio. c. 9. Isidor. 8. ethim. c. 9. Lactanti. lib. 2. diuin. insti. c. 16. qui tñ. ca. 13. docet Aegiptios inter homines esse primos huius artis inuentores, sic enim loquitur. Sed omnium primi qui Aegiptium occupauere cælestia, suspicere atq. adorare cæperunt, & quia nec homicidijs tegebantur propter aëris qualitatem, nec vllis in ea regione nubibus subteritur, cælorum cursus Syderum, & defectus notauerunt, dum ea sæpe venerantes curiosius, atq. liberius intuerentur, Chaldæis tamẽ hoc inuentum tribuit Cicero. 2. de diuinatione Assyrij inquit, propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant cum cælum ex omni parte patens, atq. apertum intuerentur traiectiones motusq. stellarum obseruauerunt, quibus notatis quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt, qua in ratione Chaldæi non ex artis sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obseruatione Syderum, scientiã putantur effeciisse, eandem artem etiam Aegiptij longinquitate temporum, innumerabilibus pœne sęculis consecuti putantur.

Est igitur Astrologia iudiciaria Chaldæorum & Aegiptiorum inuentio, quæ sæpe in Chadęis Babylonijs, & in magis Aegiptia scriptura dãnatur & irridetur, vt Daniel. 2. & 5. Exod. 1. vsque ad. 10. & sapientissimi ex antiquis modeste, & parce de cælis loquebantur adeo, vt vix de ea Astrologiæ parte quam Theoricam vocant, quam tamen ex motionibus astrorum deprehendere vt cumq. poterant, sententiam exprimerẽt, nec ex proprio iudicio, sed ex maiorum traditione, vt Arist. fecit. 3. de cælo. 1. & 2. met. Plato in Epimonide. Quomodo ergo alij multo minoribus ingenij & doctrinæ dotibus ornati, tam multa tam abdita, & mira de virtutibus & effectibus astrorum ingenti fiducia dicunt, quæ nulla ratio sapienti homine digna comprobauit? Quomodo de hominibus, de brutis, de metallis, de plantis, à cedro quę est in Libano, vsq. ad hyssopum qui egreditur de pariete. 3. reg. 4. diuinant?

Enim vero si Astrologia iudiciaria ars vlla esset cæteras philosophiæ partes difficultate præter gredi propter subiecti distantiam & variarum causarum concursum est omnino necesse, si igitur non illa fæcunda ingenia, & quæ omnium sæculorum suffragia comprobarunt, neq. naturę, neq. eruditionis insignis ornamenta honestarunt, tractasse comperimus, quantum, quęso, eorum præceptis confidere, oportet.

Verum ne tantum modo totam hanc disputationem auctorum despectu & injuria pe- 13. 2. Argu. ragere videamur, alia argumenta subijciamus. 2. sit quia hæc ars non modo a viris sapientibus irrisa, sed omnium pene Rerump. suffragio damnata sit: qua tamen si vlla esset nulla profecto fuisset in hac vita mortali ad gubernandas hominum societates, & Resp. vtilior. Si enim priuato homini quid illi sit euenturum in posterum, ad præcauendos fortunę actus scire pretiosum iudicatur, quanto magis regno, ciuitati, prouinciæ, &c. ad precauendas calamitates infortunia, excidia, bella, captiuitates, &c. Cur non si vlla vera fuisset astronomantia in eos diuinæ artis magistros, imo in eorum collegia alenda & ingentibus muneribus comulanda publicos Thesauros profusissime impenderent, vt olim in auguribus. Verum quo loco eam habuerint quantumque eius cultores honorauerint, non est difficile cognoscere. Omitto nunc Reip. Mosaycæ fundatorem Deum, qui forsam astrorũ vel astrologorum gloriæ inuidus videbitur, &

sibi

sibi tantum iudicandi futura potestatem vsurpare iudicabitur, cum tamen nulla ratio esset, vt qui astra in hoc munus creasset præsertim apud eam Remp. quæ eundem cæli, ac terrę conditorem profitebatur, ductus pœnitudine, astra ipsa ea potestate priuaret futura significandi, & homines ea vtilitate, quæ ex eiusmodi significatione prodire posset. Si enim per astra futura cognoscerent, & prædicerent, totum esset Deo tribuendum. Nec erat cur magis hanc artem futura cognoscendi, & prædicendi per astra à sua Rep. fecisset extorrem, quam reliquas. Omitto prophetas eiusdem Reip. cultores Moysem, Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, qui quod essent rerũ futurarũ prænuntiatores, Astrologis forte (inquies) inuidebãt. Faber enim Fabro inuidet. Omitto Iob idumæum, qui eadem forte ratione illis erat infestus. Omitto Ecclesiæ patres Græcos, & Latinos Cyprian. Lactant. Ambros. Seuerian. August. Hieron. Basil. Greg. Nyssen. & Nazian. Chrysost. Euseb. Greg. Mag. qui hanc Astrologiam nunquam non irrident, & scriptis incessunt anathematismis, & maledictis abigunt, vt & Pontifices maximi sacraq. concilia. Omitto demum Christianos Imperatores. Martin. 1. Greg. Iunior. Alex. 3. Concil. Tolet. 1. Constant. Theodo. Valentinian. & Gratia. Iustinian. qui hanc artem quasi superstitiosam, & inanem interdicunt. Ad propitianas gentium Resp. etiam dæmonibus addictissimas contendo. Cur Romani tanto odio Astrologos prosecuti sint? tanto ludibrio habuerunt? tot dicterijs & schomatis impune incessere permissi sunt? Mathematici, inquit, Cornelius Tacitus genus hominum principibus infidum credentibus fallax, a ciuitate nostra semper prohibentur, sed expelluntur nunquam cur Varro inter Romanos scriptores grauissimus, omnium superstitionum vanitates ex Astrologiæ sinu profluxisse testatur? cur Tiberius, Vitellius, & Diocletianus. C. de maleficis & mathem. varijs legibus eandem artem Romana Rep. eliminarunt, fuisse fertur apud Alexandriam vectigal quoddam Blacenominon ab stulticia nuncupatum, eo quod ex ingeniosa stultitia quęstum facerent, Astrologis impositum, quæ cõstitutio eos omnes, qui insanæ huic cælesti fabulæ fidem adhibent, aut aliquid ponderis, nisi ad decipiendos stupidos & stultos homines habere credunt, apertissime taxat.

13. 3. Argu. 3. Nulli magis miseri vitam finierunt, quã ij, quos hanc artem impense coluisse commemorant Zoroastem, Pharaonem, Nabuchodonosorem, Cæsarem, Crassum, Pompeium, Deiotarum, Neronem, Iulianum Apostatam &c. promiserant Astrologi Pompeio, Crasso, & Cæsari, lætissima omnia, vt refert Cicero. 2. de diuinatione, non nisi iam senes domi cum suma gloria, & auctoritate morituros. tamen quisq. eorum infœliciss ime, & immature perijt, nec mirum cum sæpe cõtraria omnia eorum quæ dicunt, eueniant. Narrant de quodam Alphonsi regis Neapolis Astrologo, quod cum inter cæteros quos multos Rex habebat, frequentius veritatem attingeret, rogatusq. à Rege causam, primo quidẽ ne mercedis Astrologiæ iacturam faceret, restitisse; deinde tandem regia magnificentia fretum rem prodidisse, fasumq. fuisse in genue, se nunquam Astrologiæ operam nauasse, sed hanc tantum vaticinandi regulam sibi præfixisse, vt prorsus eorum quę grex Astrologorum auguraretur contraria prædiceret. Regemq. cõtinuo ea superstitione liberatum. Quomodo Astrologis fides ab roganda non erit, qui nũquam sibi præuidere potuerunt, quid in propria domo & persona futurũ sit, imo nec cognoscere quid actu fiat. Huc spectat quod Echius, Dom. 2. post Epiphan. hom. 3. ait, accepta alicuius Astrologi practica, loco pluuiæ serenitatem tu semper ponito & ẽconuerso: & elapso anno totidem, aut plures forte dies videbis te melius assignasse, quam practicum illum.

14. 4. Argu. 4. Si Astrologorum ars vera est, vnde tot tantiq. errores ebulliunt in eorũ prædictionibus? cur qui inter eos cautiores sunt, non nisi obscure pronuntiant, & quæ non possunt non alicubi, & circa aliquos principes, vel aliquas personas non euenire? cur ambigua prognostica, artificiosa versutia confingunt? cur tantũ modo ijs male augurãtur, quibus sunt male propitij, quiq. eos ęferunt: contra vero propitijs fausta omnia prædicunt, an quia illis astra sint infesta, qui eorum cultores & professores contemnãt? an vero quod astrorum malitia, odium quoq. Astrologorum hostibus instillauerit? cur non patiũtur tantisper de principijs huius artis rogari? cur inquirentibus, & examinantibus eorum rationes, irascuntur?

15. 5. Argu. 5. Nam mira est inter Astrologos circa omnia fere dissensio. Aliam Astrologiam probant Iudæi, aliam Chaldæi, aliam Aegiptij, aliam Arabes, aliam Græci, aliam Latini: omnes omnium sæculorum, & prouinciarum auctores Ptolomæus Alexandrinus reiecit, hũc Albumasar, vtrumq. Rabbi, Abraham Auenezra, Paulus Alexandrinus, Dorotheus, Ephestion, Martinus, Aomar, Thebith, Alchindus, Zachel, Messahalla, & fere omnes non solum in dogmatibus, sed etiã in principijs dissident, neq. suas rationes alijs rationibus comprobant, quam sola experientia, quam tamẽ quisq. eorum pro se adducit, nec possumus, vt in alijs facultatibus, quando variæ sunt opiniones, eas examinare, & eam eligere quę

melioribus

melioribus rationibus nitatur, cum hic tota ratio sit experientia, & hæc non possit a nobis haberi, quia diuturna esse debet, rebusq. eodem modo se habentibus, nunquam autẽ eadem est cæli facies, habitudo, & dispositio; quomodo igitur per experiẽtiam poterimus futura prędicere? licet enim existente aliquo trium, vel quatuor planetarum concursu aliquid euenisse videamus, nescimus an præcise propter talem concursum euenerit, an vero aliorum planetarum certa dispositione in otdine ad se, vel stellas fixas, vel certam orbis partem, &c. cum ergo postea non eadem futura sit omnium rerum dispositio, vnde scire poterimus idem euenturum?

Conf. 1. Conf. nam in assequendis domorum proprietatibus, ex quibus prædictiones venantur, est inter Astrologos magna diuersitas. Aliter docent Aegiptij, aliter Arabes, aliter Greci, aliter Latini, aliter Veteres, aliter Recentiores, aliter Ptolomæus, aliter Paulus, aliter Heliodorus, aliter Manilius, aliter Maternus, aliter Auẽragel, aliter Ioãnes à Mõte regio, quam ergo harum veram Astrologiã putabimus? cui ad hęrebimus? nam omnes experientijs niti dicunt, & tanta confidentia loquuntur, vt videantur cum Luciano scrutãdorum astrorum gratia cælos ascendisse.

16. Conf. 2. De cælis variis opiniones. Conf. etiam nam inter Astrologos, imo & inter Philosophos de cælorum, & orbium numero, & magnitudine, situ, positione, & motibus variæ & incertę sunt opiniones, magis ergo incertæ erunt de influxibus syderum qui difficiliores sunt cognitu, & nec sensu, nec ratione deprehẽdi possunt. Antecedens patet, nam Thimæus, Plato, Aristo. Eudoxius, Gnidius Platonis discipulus, Proclus Platonicus, Auerroes, & ipse Astrologiæ, quę nunc floret, parens Ptolomæus, Pelusiensis, vélit nolit Albertus, & demum omnes tum Greci, tum Latini, ante Alphonsi regis Castellæ tempora satis se naturæ, ac cælestibus omnibus quæ apparebant, motionibus, octo orbibus prouidisse putabant: contra Babylonij Hermentem secuti (quorum sententiam etiam Rabbi, Isaac, Alpetragio, Azarcheli, Thebit, & quibusdam alijs probatur) nouem posuere Alphonsus Rex Castellæ cum primitus. R. Isaac cognomento Bazain opinionem secutus nonum cõstituisset, postea ad octonarium numerum sese reuocauit in suarum tabularum correctione. Aboazen, atq. Albategni Sarracenorũ sententiam sequens, eundemq. numerum. R. Abraham Auenezra. R. Abraham Zacutus, & R. Leui comprobarunt. Contra quos vniuersos Alb. & quæ nunc in pretio est, communis Philosophia & Astrologia decimum orbẽ mobilem cogitauit. Neq. vero hi posterioribus sæculis inueniendi alios, atq. alios orbes metam præfixere. Alij tres orbes ad saluandas omnes apparẽtias satis esse putant, neq. ab ea sententia Paulum abhorrere credunt, cum se raptum narrat, vsq. ad tertium cęlum, 2. cor. 11. Alij vnicum cælum circulis tamen quibusdam distinctum planetarum omnium motionibus satis facere putant, sunt etiam qui negent excentricos orbes, & epicyclos, quos alij necessarios putant. Sunt qui nullum cælum agnoscant nisi aëreum, in quo Planetę & astra omnia. Deinde Chaldæi, & Aegiptij, Alpetragius, & Alexander Aquilinas octauum cælum vna tantum latione ferri autumarunt: Contra Hipparcus ac cæteri multiplicem tribuunt: nec tamẽ in assignando numero satis conueniunt, nam cum Iudæi illi cælo duplicem motum assignent: contra Azarcheles, Tebith, & Ioannes à Monte regio motũ, quem dicunt trepidationis seu accessus, & recessus super paruis circulis ad capita arietis, & libræ addiderunt, hoc tamen inter se differentes, quod Azarchelis ait, caput mobile àfixo non plus decem gradibus distare posse, Thebith autem non pluribus quam. 4. gradibus, & 19. ferme minutis: contra Ioãnes à Mõte regio, non plus gradibus. 8. & idem non semper stellas fixas ad eandem mundi partem vergere, sed quandoq. reuerti vnde cæperunt: Contra Ptolomæus, Albategni. R. Leui, R. Abraham Auenezra, Abraham Zacutus, Paulus, Florentin. Augustin. Ricius Neapoli. stellas iuxta signorum successiones semper continuo moueri, constanter affirmant, & qui trepidationis motum admittunt, illum à superiori sphęra fieri volũt, alij motum raptus nõ à superiori sphæra, sed à toto cælo fieri putant, vt Albategni, Albuazen, Alphagranus, Auerroes, R. Leui, R. Abraham Zacutus, Augustinus Ricius, & alij. Arbitratur Ptholomęus stellas fixas centum annorum spacio, vno tãtum gradu moueri, Albategni. 60. annis, cuius sententiam, R. Leui, R. Zacutus, & Alphõsus Rex Castellę in correctione suarum tabularum approbauit. Azarchelus vero maurus, in 75. Hipparcus Nicẽsis Philosophus in 78. R. Iosue, R. Moyses Maymonis Filius, R. Abraham Auenezra Toletanus, & Ali. Benrodan. in 70. R. Abraham Zacutus, vt testatur Augustinus Ricius lib. de motu octauę sphęrę, ex Indorum traditione testatur in cælo esse duas stellas diametraliter oppositas, quę cursum suum contra signorum ordinem non nisi 144. annis absoluant, Alpetragius multos esse motus in cęlo hominibus incognitos arbitratur, quod si sit verũ cur ibi multa astra (inquit Michael Medina) quibus motus illi incogniti cõueniãt, esse non possint, quę aut cernere homines per excessũ altitudinis nequeant, aut ad huc nulla artis obseruatione deprehenderint?

præhenderint? Cui sententiæ Phauorinus oratione aduersus Genethliacos apud Gellium assentit. Martis motum toti Astrologiæ incognitum Ioannes à Monte regio conquæritur: eiusdem motus errorem Guillielmus à Sancto Clodoald, insignis Astrologus in suis obseruation. ep. quadam ad Blanchinum, ante ducentos annos scriptum reliquit. Solis ingressum in puncta æquinoctialia inueniri nõ posse multis & magnis rationibus comprobat. R. Leui, Imagines cæli ac stellarum fixarum figuras aliter Indi, aliter Chaldæi, aliter Aegiptij, aliter Arabes, aliter Hebræi, aliter Timotheus, aliter Hipparcus, aliter Ptolomæus, aliter recentiores tradiderunt, quæ tamen magis, quam cætera omnia vi sui erant expositæ, Aegiptij, Pythagoras, Timæus, Plato, Aristo. Eudoxius, & Theon Ptolomæi cõmentator, ac pene omnes Græci Philosophi solem in 2. sphęra collocarunt, Anaximãder, Metrodorus, Chius, Crates Thebanus eum supremum omnium planetarum constituunt Chaldæi, Archimedes, & Ptolomæus, & communis quartum collocat: Xenocrates omnes planetas, ac cætera astra vna eademq. cæli superficie moueri, neq. apparitionibus, neque Philosophiæ contrarium existimat. Nicolaus Copernicus solem in mundi centro collocat, terram moueri, cælum quiescere putat, & terram à mundi medio protendẽs cælis quasi astrum intorquet, quæ de motu terræ sententia antiquis nonnullis, & Cælio Calcagnino placuit. Omitto maximam solis declinationem, anni mẽsuram, dextrum & sinistrum dextrorsum & sinistrorsum, motum augis solis, & alia multa, circa, quæ maximę sũt Astrologorũ pugnæ & discrepatẽtes sententię. Denique quam multa ex cælestibus lateant Astrologos, vel ob varietatem opinionem incerta sint. Vide Ioannem Picum, Mirand. 8. in Astrologos. c. 1. Hæ & aliæ multę opinionum varietates variare etiam possunt opiniones de astrorum influxu, & Astrologorum iudicia, quam ergo certitudinem habebũt? & si in ea Astrologię parte, quę vtcumq. motibus perspicua erat, tam parum valuit humanum iudicium, quid de Astrologicis illis influxibus, quos nec ratio nec experientia conuincere, aut probabiles reddere valet? Itaque Eudoxus, Archelaus, Cassandrus, Hoychilax, Halicarnasęus peritissimi Mathematici, & ex recentioribus Astrologis cordatissimi quique ingenue fatentur, nihil certi de his influxibus haberi posse, tum propter innumeras cooperantes cum cęlo causas, quas simul attendere oportet, tum quia obstant illis, vt ait Ptolomęus, occasiones quam plurimę, vt consuetudines, mores, educatio, pudor, imperium, locus, genitura sanguis, cibus, animi libertas, disciplinę, &c. quæ Astrologorum sunt certissima refugia quoties res non euenerit, semper enim aliquid horum in causa fuisse testantur, cur vaticinium non responderit. Præcipua autem impedimenta ait Michael Medina esse duo, primum, nullos esse cælestes influxus, nisi Solis & Lunæ, qui planetæ lumine calefaciunt vbi nullum est impedimentum, de quo dicemus postea. Secundum vero quod hucusque certa Astrologię præcepta cum nondum fuerint diuinitus reuelata, mundus non acceperit, sed per gentes, regna, prouincias, & sæcula varia sunt præcepta sine fundamẽto cõficta. Vnde Ptolomæus, & Auenrodã apertissime fatentur hanc scientiam non ex solis astris, sed ex vaticinante constare, quasi ex suo, vt aiunt, aliquid dicere debeat, quod ab astris non acceperit, sed alijs coniecturis, aut certe sine illis, vt aliquid dicere ex astris videatur. Sientia inquit Haly. stellarum ex te & illis est.

6. Quia Chaldęi vim quandam in Zodaico esse aiunt talem, vt eius orbis vnaquęque pars, alia aliomodo moueat, sint similiter partes, quę aliquid habent cum ea coniunctum, atq. consentiens, & Planetę cum ad has vel illas partes deueniunt, quam opinionem post quam retulit Cicero. 2. de diuinatione sic exclamat. O delirationem incredibilem non enim omnis error stultitia est dicenda quibus etiam Diogenes Stoicus concedit, aliquid vt prędicere possint, dumtaxat quali quisq. natura, & ad quam quisq. rem maxime aptus futurus sit. cętera quę profitẽtur, negat vllo modo posse fieri. Etenim genitorũ formas esse similes, vitam atq. fortunam plerumq. disparem. Proclus, & Euristenes, Lacedemoniorum reges gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annis vixerunt, Proclo enim vita breuior fuit, multumq. is fratri rerum gestarum gloria præstitit. At ego id ipsum quod Diogenes Chaldæis, quasi quadam præuaricatione concedit, nego posse intelligi. Hæc Cicero, qui late hanc sententiã impugnat summa rationum eius est, quia Luna vt Chaldæi ipsi dicunt, ortus nascẽtium moderatur, hæc autem à Mercurio, venere, Sole, Marte, Ioue, & Saturno, ac cæloSydereo maxime distãtibus affici non potest, nec vero puer qui in terra est, & magis distat ab alijs. Prętera, quia cũ indiuersis regionibus diuersi sint horizontes, & citius in vna quam in alia Sol oriatur. etiam si duo eodem die adortum solis oriantur non erit idem aspectus stellarum, falso ergo dicũt, omnibus eodem die ad solis ortum nascenti bus eadem euẽtura, easdemque fore naturas & propẽsiones, &c. Præterea, quæ, inquit, tãta dementia est, vt in maximis motibus mutationibusq. cæli nihil interfit, qui ventus, qui imber, 17. 6. Argu.

imber,quæ tempestas vbique sit,quarum rerum in proximis locis tantę dissimilitudines sæpe sunt,vt alia Tusculi, alia Romæ eueniat sæpe tempestas. Hæc igitur cum fit tum sere nitas tum perturbatio cęli:est ne sanorum hominum hoc ad nascentiũ ortus non pertinere dicere,quod certe pertinet? Præterea,illa tenuis influentia Lunæ quæ ab his ponitur sentiri nullo modo, intelligi autem vix potest: qua igitur ratione asseritur. Præterea,si ex astris omnia nascentibus proueniunt,non ex seminibus, aut parentibus: hoc autem non mediocris erroris est. Quis enim non videt, & formas, & mores, & plerosque status ac motus effingere à parentibus liberos. Præterea, quia vno eodemque temporis puncto nati dissimiles, & naturas, & vitas, & casus habent: ergo nihil ad agendum vitam nascendi tempus pertinet, nisi forte putamus neminem eodem ipso tempore conceptum, & natum, quo Aphricanum. Præterea,multi cum in ortu naturã deprauatam haberent,correcti, & restituti sunt, vel ab ipsa natura,vel ab arte, vel à medicina & linguæ quæ loqui non poterant scalpello resectæ,liberatæ sunt, multi etiam naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerũt, vt Demosthenem scribit Phaleræus, cum Rho, dicere nequiret exercitatione feciſſe, vt planissime diceret: ergo ex conditione quam astra tempore natiuitatis inducunt,futuri euentus prædici non possunt. Præterea inquit Cicero, quid si dissimilitudo locorum, nempe sit, nonne dissimiles hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est. Quid inter Indos, & Persas, Aethiopes,& Syros differat corporibus, animis,vt incredibilis varietas dissimilitudoque sit, ex quo intelligitur plus terrarum situs quam Lunæ tractus ad nascendum valere. Præterea quod aiunt quadraginta,& septuaginta millia annorum in perclitandis, & experiendis pueris, quicumque essent nati,Babylonios posuisse fallunt. Si enim esset factitatum non esset desitum, neminem autem legimus auctorem, qui aut fieri dicat, aut factum sciat. Hæc Cicero paucis mutatis, & ad Scholasticam normam redactis. Vltimę autem rationi consonat catholica fides, quæ à creatione mundi, vsque ad Ciceronem, nec quinque annorum millia ponit, & iuxta scripturam sacram ab exordio mundi ad hanc vsque diem nedum sex annorum millia effluxerunt,ab origine vero gentis Chaldæę hoc est post euersionem turris Baby.facta nempe linguarum diuisione,non sunt adhuc quatuor millia annorum completa. Picus libr. 12. capit. 2.ad conueniendũ hac in re Astrologos;testes adhibet Hipparcum, & Ptolomæum principes Astronomiæ,qui vbi pro dogmate aliquo constituendo veterum obseruationes afferunt,nullas asserunt vetustiores ijs,quæ sub Nabuchodonosor Chaldæorum rege apud Aegiptios, & Babylonios fuere,ab initio autem imperij Nabuchonosor vsq.ad præsentem annum.1598. non plus.2242.anni fluxere,& licet Aristo.2. cæli.t.6.& 1.meteor. cap.vlt. Aegiptios omnium hominum vetustissimos dicat, & initio metaphy. asserat eos omnium vetustissimos mathematica studia tractare, & colere cæpisse, tamen eos qui illos antiquiores faciũt quam par est,sic ridet Aug.18.ciuit.cap.40. frustra vanissima presumptione garriunt quidam dicentes,ex quo rationem syderum cõprehendit Aegiptus, amplius quam centum annorum millia numerari. In quibus enim libris istum numerum collegerunt,qui nõ multum ante annorum duo millia literas Magistra isidem didicerunt, non enim paruus est in historia Varro,qui hoc prodidit. Hęc Aug.sed ad Ciceronem reuertamur.

Deinde ergo Cicero cum non modo Carneadis acerrimi Philosophi sententiam, sed & Panetij se proferre dixisset, continuo subiungit,ego autem etiam hoc requiro,omnes ne, qui Canensi pugna ceciderunt, vno astro fuerint?exitus quidem omnium vnus,& idem fuit. Quid qui ingenio, atque animo singulares, num astro quoque vno? Quod enim tempus quo non innumerabiles nascantur? At certe nemo similis Homeri, & si ad rem pertinet, quomodo cælo affecto compositoque syderibus quodque animal oriatur, valeat id necesse est etiam in rebus minimis: quo quid dici potest absurdius? Lucius quidẽ Tarutius Firmanus familiaris noster imprimis Chaldæis rationibus eruditus vrbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab ijs parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romæque cum esset in iugo Luna natalem esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat. O vim maximam erroris etiam ne vrbis natalis dies ad vim stellarum,& Lunæ pertinebat. Fac in puero referre,ex quo,affectione cæli primum spiritum duxerit, num hoc in latere, aut cæmento ex quibus vrbs effecta est? Sed quid plura? quotidie refelluntur. Quam multa ego Pompeio, quã multa Crasso, quam multa huic ipsi Cæsari à Chaldęis dicta memini, neminem eorum nisi senectute,nisi domi,nisi cũ claritate esse moriturum, vt mihi permirum videatur quemquam extare,qui etiam nunc credat ijs, quorum prędicta quotidie videat re,& euentu refelli. Hactenus Cicero.

Quę omnia nobis cũ Michaele Medina,huc trãscribẽda visa sunt, quod summa eloquẽtia 18.

maximo rationum impetu,ac Philosophicę eruditionis Thesauro vim quam Astrologi signifero, & astris tribuunt euertere videtur. Sed illa ratio quæ ex distantia syderum inter se, & à nobis sumpta est,confutari posset,nam ea distantia non obstat quo minus ab illis ad nos species visibiles, & lux perueniat: ergo fieri poterit, vt alios effectus non impediat, & sane si illis essent aliæ virtutes,ita dicendum esset:quorsum enim collata esset virtus ad agendum in hæc inferiora, si in ea distantia in qua semper, & necessario sunt, vires suas explicare non valent? verum dici potest,non habere alias virtutes, vel ex tanta distantia tam remisse agere, vt modica eorum ratio habenda sit, nec mirum quia res lucidę ad maiorem distantiam emittunt lumen, & species,quam possint operari, præsertim intense, per alias virtutes &c.

19. Ciceroni optime consonat Phauorinus apud Aulum Gellium lib. 14.capit. 1.vbi præter alia,quę oportunis locis inferemus,de falsitate Astrologicarum prædictionum sic loquitur.Non enim comprehensa neque difinita, neque percepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa atque vera pedetentim quasi per tenebras ingredientes eunt, & aut multa tentando incidunt repente imprudentes in veritatem, aut ipsorum qui eos consulunt, multa credulitate ducente,perueniunt callide ad ea quæ vera sunt, & idcirco videntur in præteritis rebus,quam futuris veritatem facilius imitari. Ista tamen omnia quæ aut temere, aut astute vera dicunt, præ cæteris quæ mentiuntur, pars ea non sit millesima.Seneca etiam libr. qui inscribitur ludus in mortem Claudij Cæsaris initio introducit Mercurium apud Parcas mortem Claudij procurantem, & vt obiter Chaldæorum illudat vanitati,inter alias rationes, quibus conatur Mercurius Parcas inducere ad necem Claudij,hanc affert, ne toties videlicet miseri Chaldæi mentiantur, Patere, inquit, Mathematicos aliquando verum dicere,qui illum postquam princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensis efferunt. Prædicebant enim eius mortem sæpissime. Vt Astrologi nunc passim prædicunt mortem summorum Pontif. quos Astrologos, ait Pererius, disp. citat. capit. 3. audimus, & ridemus quotidie hæc prænuntiantes.Amb.etiã.4.Hexamer.c. 7. prædictionem imbris in neomenia falsam euasisse refert.Albumasar dixit Christianam legem non duraturam plus mille quadringentis sexaginta annis,tamen pluribus duravit iam, & duratura est vsque ad diem Iudicij:alias prædictiones euentu minime comprobatas refert Pererius cap.3.ratio.6.& Astrologo accomodat quod de Aruuspice Cato dixit apud Ciceronem.2.de diuinatio.Mirari se quod non rideret Aruspex, Aruspicinem cum vidisset,quota enim quæq.res euenit prædicta ab his, aut si euenit quippiam quid afferri potest cur non casu id euenerit?

Sectio.3. Quid Astrologi ex obseruatione Syderum præcognoscere,& prædicere possint, quid non possint.

NE morosi, & inexorabiles omnino videamur, hanc controuersiam sic decidemus, vt neque Astrologis plus tribuamus, quam oportet, neque illi se à nobis suo defraudatos iure conquerantur. 20.

Sit ergo. 1.conclusio syderum planetarum que omnium ortus,obitus,aspectus,& ecclipses,coniunctiones & oppositiones,aliaque id genus ad cæli statum pertinentia possunt Astrologi certo, multoque antea prænoscere, quamuis non omnino exacte.Prior pars probatur,quia hæc omnia tantum pendent à cælestium sphærarum motibus,quos rato, inde flexo,& æquabili ordine fieri cõstat,& si qua est in his motibus difformitas,hęc ipsa vniformis est, & diuturna diligentissimaque experientia,& obseruatione deprehensa, vnde his prædictionibus quotidie videmus euentus respondere de quo Aug.5.confess.c.3. 2.vero pars probatur,quoniam circa motus ipsos syderum defectudiligentis obseruationis,vel instrumentorum, vel fortassis etiam ignorantia quorundam motuum tardissimorum, & imperceptibilium, contingit, astronomos etiam peritissimos varie opinari, & errare, vt patet ex ijs,quæ sectio.præced.Argu.5.dicebantur, vnde in prædictione solaris ecclipsis facile erit errare in vno minuto, vel segundo, & sic in alijs,præsertim si absit diligentia Astrologo; vel adsit Alphonsinis tabulis error, vel Astrologus leges cælestium motuum nõ satis comprehensas habeat.Hæc autem certitudo,physica dumtaxat erit:quia in diuina potestate est, talem ordinem, si libuerit, immutare,vt Iosue.10.Sol diuino imperio constitit,& 4.reg.20.& Isai.38. decem lineis regressus est.De hac con.vide Martin.del Rio. 4.disquisit.magic.c.3.q.1 1. Conclusio

2. Conclusio si in cælis sunt aliquæ virtutes per se ordinatę ad efficiendos morbos, frigora tempestates, sterilitatem, pluuias, siccitatem, terræmotus, aliaque eiusmodi naturalia effecta, aut ea necessario, 1. vt plurimum efficientes,possunt Astrologię 21. 2.Concl.

peritι

periti ad modum probabiliter non tamen certo eius modi enuntiare priorem conclusionis partem cõditionaliter profero; quia in certum valde est, an tales virtutes cælis insint, sine vlla enim secreta influentia solo luminis calefacientis influxu omnes apparentiæ saluari possunt, quæ ab Astrologis in occultas syderum virtutes referuntur, vt postea videbimus, & qui absolute proferunt illam conclusionis partem, fortasse non intendunt eius modi euenta ex astris prædici posse citra falsitatem, sed tantum citra fidei periculum, vel temeritatem, aut improbabilitatem, & ita possunt explicari Conimbricenses. 2. cæli. capit. 3. quæst. 9. ar. 2. Echius. Dom. 2. Epiphan. homil. 3. D. Thom. hoc artic. 3. 1. part. quæstio. 115. art. 4. & 3. contra gent. cap. 84. & 85. & op. 25. capit. 4. & 5. & op. 26. & August. 5. ciuit. capit. 6. cuius verba retuli sectio. 1. argu. 9. Medina in hoc art. 5. & Valentia disput. 2. quæstio. 4. p. 4. & 2. 2. disput. 6. qu. 12. Pun. 3. Martí. del Rio. modo citatus. Conrad. Vuimpina libr. de fato, & libr. 2. de superstitio. capi. 7. & alij qui absolute pronuntiant, huiusmodi effectus ex astris prædici posse non improbabiliter; non enim est improbabile aliquas esse constellationes in cælo ex quibus necessario, aut fere necessario sequantur pluuiæ, venti, aëris corruptiones, aut tales morbi, in tali, vel tali personarum genere in quo maior dispositio, aut minor resistentia inuenitur. Si ergo Astrologi vim harum constellationum recte intelligant, poterunt eiusmodi euentus prædicere, qui interdum per nullas causas inferiores impediri possunt, interdum difficile admodum, & non generatim, sed in hoc, vel illo individuo apponendo V. G. antidota & remedia præseruatiua contra aliquem morbum, quæ si apponantur non sequetur morbus ab Astrologis prædictus. Vnde iam patet. 2. pars conclusionis quam ponunt Conimbricenses supra, & Collumela, libr. 11. capit. 1. ait, se in ijs quos contra Astrologos composuerat ostendisse, patet inquam. 1. quia perdifficile est omnium syderum à quibus eiusmodi euenta inhiberi queunt, vim, & concursum ad amussim tenere, nec poterit non confundi ratio disciplinæ in tanta stellarum multitudine, & influendi varietate, quæ nulli mortalium nota est. Præsertim cum alia, quæ minus difficilia minusq. recondita censentur, nondum satis comperta habeant Astrologi, vt quinam sit numerus orbium, quę inter eos dignitatis differentia, quę motuum varietas, & proportio, quo spectat illud Iob. capit. 38. nunquid nosti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra, & infra, quis enarrabit cælorum rationem, & psa. 146. qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat, & Sap. 9. difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quę in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autẽ in cælis sunt, quis inuestigabit? vt recte animis anus illa domestica cum Thalete egerit, qui cum nimirum ex cælo penderet, futurorum omnium rationes inde colligens, aliquando etiam domum egressus, contempiandorum syderum causa, in subiectam fossam incidisset illa petulanti probro dixit, qua ratione quæ in cælis sunt comprehensurum te arbitraris, qui ea quæ sunt ante oculos videre non vales, vt refert Dioge. Laertius, libr. 1. in vita Thaletis Milesij, & Stobæus infra, Echius supra. De Bione etiam alio ex. 7. Græciæ sapientibus refert Stobęus sermo. 78. de dijs, dixisse maxime ridiculos esse astronomos, qui cum non videant pisces iuxta se nantes in littoribus, illos qui in cælis sunt videre se dicant, & Iosephus. 1. antiquit. capit. 8. quem refert Euseb. 9. præparat. capit. 4. vitam hominum ante diluuium longissimam fuisse dixit, vt res posteris perutiles Astrologiam, geometriamque inuenirent quæ inuenire non potuissent, nisi saltem. 600. solaribus annis, quibus magnus annus resoluitur, vixissent. Cum ergo modo vita sit tam breuis, vt se de morte conqueratur quidam Philosophus apud Philon, libr. de somnijs, tunc aduentare cum discere cæpisset, parum poterimus de astronomia nedum de iudiciaria Astrologia discere. Vnde Echius supra postquam dixit, profiteor me inficias non ire Deum plurimas & varias virtutes, admirandas etiam operationes stellarum simul concreasse, illisque infudisse, addit. Verum ex his pauciſſimæ hominí sunt cognitæ. Deoque auctori potissimum perspectæ de quo Dauid canit, qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnibus eis nomina vocat, vera autem singulis nomina à suis imponũtur proprietatibus, occultasq. illas stellarum proprietates solus qui, & condidit cognoscit Deus; ideoq. ibidem sequitur, ipsmagnus Deus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus, & quamuis naturaliter Philosophi in communi virtutem non ignorarunt cęli, propriam tamen, & peculiariter determinatam cuiusq. stellæ cognitionem, & operationem veram non agnouerunt, & infra postquam dixerat, & sine dubio qui veram haberet Astrologiæ notitiam, huic illa quoq. cognita omnia essent, subiungit; verũ, vt nũc sunt nostri sęculi homines, & Astrologi, pleriq. errãt, accepta. n. alicuius practica & cętera quæ sectio. 2. ex Echio retulimus, vt ostenderemus communiter errare etiam in prædictione pluuię, & serenitatis. Quod nõ so-

lum prouenire existimo ex ignorantia negatiua, aut priuatiua stellarum, & earum quæ illis competunt proprietatum & virtutum, sed etiam ex maximis erroribus, seu ignorantijs prauæ dispositionis, quibus omnes Astrologi tenẽtur fingẽtes in signi fero stellis fixis, atq. planætis ad huiusmodi effecta virtutes, quę minime ipsis conueniunt, vt ostendemus postea.

22. 2. Prob. illa posterior conclusionis pars. Nam, vt Auicenna in sua metaphy. libr. vltimo aduertit, ad eiusmodi effectorum cognitionem non sufficit Astrologo cælum inspicere, sed oportet inferioris mundi naturam, diuersos terrarum situs, aut deniq. omnes proximas causas, quæ ad promouendum, vel impediendum cæli concursum aliquid momenti habent, exploratas habere: quare necesse erit in his etiam naturalibus effectis incertũ esse fallax q. iudicium, id quod monuere præter alios Eudoxus, Aeschelaus, Cassandrus, & Hoychilax, Mathematici peritissimi, vt sectio. præced. referebamus.

3. Prob. 3. Prob. quia sæpe Astrologi in hisce iudicijs toto cælo terraque aberrarunt, ac multa aliter quã prædixerãt euenerũt. Certe Picus. 2. Aduersus Astrologos. capit. 9. ait se positis ante oculos decretis Astrologorum ex diebus supra centum triginta, quos iugi obseruatione notarat, non plus 6. aut septem tales vidisse quales in eorum libris futuros legerat, quam deceptionem frequenter inueniet, qui Astrologorum Ephemerides consuluerit, præsertim cum eorum prædictiones ad certam horam, aut diem pertinent. Nec potest hæc deceptio in huius, aut illius artificis ignorantiam referri, sed in communem Astrologorũ ignorantiam, cum in omnibus deceptio hæc passim deprehendatur.

23. 4. Si huiusce rerum naturalium notitia certa haberi possit, possent facile Astrologi esse omnium ditissimi, & in hac vita fælicissimi, præuidentes enim segetum abundantiam, vel penuriam, vt Ioseph, annis fælicibus ad infelices seruare frumentum vinum oleũ, &c. At videmus illos misserrime vitam agere, nisi instar hæderæ diuitibus, & potentibus, quibus imponunt adhæserint. Signum ergo est hanc notitiam certam apud eos non esse. Huc spectat Hispanum prouerbium, si el hombre fuesse adiuino no moriria mezquino, & quod canit Ennius. Non vicarios à ruspices, non de circo Astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum, non enim sunt ij, aut scientia, aut arte diuini, sed superstitiosi vates, impudentesque aridi, aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat, qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam, quibus diuitias pollicentur: ab ijs dragmam ipsi petunt.

24. 5. Prob. 5. Hæc omnia docte confirmat Echius illa homil. 3. Dom. 2. post epipha. dicens rationes autem cur isti ita plerumque aberrant, ex multis sunt illæ. Prima, quia illam prouinciam sumunt plurimi in arte illa nec exercitati, nec periti. Secunda, quia non intra iustos professionis suæ se limites continent, sed ex temeritate alij, alij etiam per ambitionem plura quam ars complectitur audent, prophetæ iam iam futuri, omnia q. futura anunciaturi, vt ab omnibus laudentur maximiq. habeantur. Tertia de qua optime. D. Thom. op. 25. cap. 4. quia ad particularia descendunt, cum tamen & stellæ, & cælum causæ quædam sint vniuersales, influentias quoque habeant tantum vniuersales, sicut eos merito ob id increpat Augustinus. Plurimæ adhuc restant stellę, quarum influentiæ Astrologis sunt incognitę, fitque vt dum illi iudicium ex signo, aut stella aliqua sibi colligunt, ignorent tamen an influxus ille per aliud signum, vel astrum queat impediri. Quarta, quia ipsi inter se nõ concordant Astrologi; ad eo vt vnius stellæ alij alias ponant significationes, quod vir doctissimus Picus. 12. complexus libris, satis docuit, erroresque eorum, & implicatissimas detexit diuersitates. Quod vniuersus satis expertus est Christianissimus anno gratiæ, 1524. cum in Februario magna illa fieret cõiunctio Saturni, & Martis in signo aquatico piscium, & alias ad huc. 15. coniunctiones pleriq. omnes fore prædixerũt diluuiũ, aut certe aliam aquarum exũdationem immensam adeo, vt iam quosdam plane persuasissent homines ineptos, & stolidos habitationes sibi comparare in montibus, naues conficere, farinam panes, cæteraque asseruare necessaria. Huiusmodi quædam minabantur pleriq. Italiæ, Galliæ Astrologi; verum imminente tempore ne imber quidem exiguus comparuit, taceo diluuium. Et si in re tam generali, in tam magna coniunctione duorum planetarum, in negocio tam apud eos certo, & in dubitato tam insigniter lapsi sunt, colligere quisque potest quid eis dandum sit fidei in alijs rebus, & inferioribus, & particulariori-bus. Hæc Echius: cui consonat Medina in hac quæstio. 9. artic. 5. docens de his naturalibus euentibus incerta esse Astrologorum iudicia, qui ad commemoratas causas aliam addit propter quam Astrologi in prædictis interdum decipiuntur. Deus enim supra naturæ cùrsum aliqua efficit ad malorum punitionem, vel bonorum remunerationem iuxta id psa. 106. posuit terram fructiferam in salsuginem à malitia in habitantium in ea, hac autẽ prouidẽtia supernaturali effecta quę ab

Astrologis

Astrologis præuisa fuerant,impediuntur.

25. In fine huius sectionis inuenies testimoniũ Nazianz. Ecclesiastæ.11.vbi plane videtur docere neq. aëris mutationes posse certe ab Astrologis nostris ex syderibus prædici; imo nec probabiliter,licet Nicetas duobus testimonijs ibi citatis aliquam harum mutationum præcognitionem Astrologis concedere videatur, & ciarius Damascen. 2. fidei. Orthod.c.7.dicens.Gentiles aiunt per astrorum horum,& Solis, & Lunæ ortum, occasum, & commixtiones omnia dispensari,quæ apud nos fiunt,circa hęc enim Astrologia versatur. Nos vero dicimus,signa ex ipsis fieri imbris, serenitatis,frigiditatis,& caliditatis, humiditatis,& siccitatis,ventorum,& similium: nostrorum autẽ actuum nequaquam: nos enim liberæ potestatis à conditore facti,domini nostrarum actionum sumus.Si enim ex astrorũ latione cuncta facimus, ex necessitate ea operamur quæ facimus,& infra.Nos vero dicimus, non astra ipsa causam esse alicuius eorum, quæ fiunt, neque generationis eorum quę gignũtur,neque corruptionis eorum,quę corrumpuntur,sed signa magis imbrium, & mutationis aëris,forsam autem quispiam dixerit non esse bellorum causas,sed signa,qualitas autem aëris à Sole Luna & astris alio, & alio modo facta,diuersas complexiones,& dispositiones sortitur, & earum habitus impressione sq. in nobis fiunt,dominantur enim rationi, & vbi in habitum conuersæ sunt,ducunt. Aggignuntur autem, & frequenter cometæ,& signa quædam interitũ regum, qui quidem non sunt ex his astris, quæ ab initio facta sunt,sed diuina iussione opportuno tempore constituuntur, atque rursum dissoluuntur.Hæc Damascenus: qui tamen cum ait astra esse signa mutationis aëris,non vero causas,minime intendit varios astrorum situs, & aspectus,quos Astrologi cõsiderãt,esse signa mutationũ aëris,sed ea signa quæ ex Meteorologicis impressionibus in astris cernimus, videlicet Sole & Luna,de quibus signis multa erudite Hamerus.Genes.1.& omnes interpretes,sic intellige etiam Nicetam; alioqui non dixisset Damascenus, nos vero dicimus, non astra ipsa causam esse alicuius eorũ,quæ fiunt,neque generationis eorum,quæ gignuntur,&c.

Ad idem est D.Amb.4.Hexam.c.7.cũ ante dies paucos esset sermo de pluuia,quæ fore vtilis diceretur,ait quidam, ecce Neomenia dabit eam,& quamuis cupidi essemus imbrium,tamen huiusmodi assertiones veras esse nolebã,denique delectatus sum,quod nullus imber effusus est,donec precibus Ecclesiæ datus manifestaret, non de initijs Lunæ sperandum esse,sed de prouidentia, & misericordia Creatoris,vbi tamen Ambros.videtur admittere ampotim,seu reciprocationẽ maris Occeani à Luna fieri. Sentit ergo, nec ex Lunæ mutationibus posse certo sciri imbres, multo ergo minus scientur ex alijs astris,quibus experientia minus suffragatur.

Et Picus libr.5.cap.5.docet nec aëris mutationes,morbos, & huiusmodi posse ex astris prædici,cui tamen aduersatur Sirenius.9. de fato.cap.29.afferens Fracastorium, lib.de de contagione.ca.12.qui dixit morbum gallicum(quem siphulidem vocat) ab Astrologis fuisse multo ante prænuntiatum, & Hippocratem,qui initio libri de aëre Astronomiam valde conducere ad medicinam asseruit,quod non raro inculcat Galenus, & auctoritate Dioclis Carystij medici antiquissimi,qui primus de anathome scribere est agressus,medicis obseruationes syderum vsitatas fuisse confirmat, vide alia quæ in hanc sententiam adduximus sectione. 1. argument.9.

Vtraq.pars huius 2.conclusionis,ex sequentibus magis constabit.

26. 3.Concl. CERTIA conclusio cogitationes, affectus cordium,actiones, effectus, & casus ex humana voluntate pendentes non possunt Astrologi prænoscere.Oppositumpręter alios minoris notæ sensisse videtur Origen.in genes, quem refert, & sequitur Eusebius.6.præparation.ca.9.vt sectio. prima. argum.4. referebamus. Vnde hanc sentẽtiam Origini tribuit Pererius diputatione illa contra Astrologos. capit. 4. & Sirenius infra, & Medina in hoc a.5.Martin.del Rio.4.disquis. q.mag.capit.3.quæstio.1. & Sixtus.4.biblio. annotat. 15. vbi etiam refert Procopium Genes. 1. asserentem Origenis opinionem esse minime Catholicam & Christiano indignam. Si quis tamen legat attente,quæ Origenes apud Eusebium supra dicit, videbit non docere hanc sententiam, sed oppositam tantumque velle, id ad summum Astrologis concedi posse,quia non pugnat cum libertate nostra, cælos ex diuina quadam dispositione futura nobis indicare,sicut indicant prophetæ, sed neq.hoc vult illis concedere , ait enim,cũ Deus perutiliter mundum gubernaret, merito futura celauit,quorum cognitio minime hominibus conducit,& infra,nunc ostẽdamus nihil humanarum rerũ à stellis effici,sed tantummodo significari , scilicet ad summum, nã & hoc postea impugnat,vt videbimus,probat ergo humana à stellis nõ fieri,sed ad summũ significari,quia ex cõstellatione pręsenti prædicũtur præterita, vt patris & matris dis

positiones & fortunę,præterita autē à præsenti constellatione non possunt effici,sed vt plurimum significantur.Vnde addit Origenes,si quis igitur nonnihil eam rem præstat continere,certe necesse est, vt concedat nō fecisse id stellas, sed solum modo significasse, & infra.Quare nisi pertinaces sint,nihil humanarum rerum à stellis effici,sed forsam significari concedent,& infra. Idcirco quod in oratione Ioseph à Iacob dicitur,sic intelligi potest, legi,inquit,in tabulis cæli quæcunque contingent vobis, & filijs vestris. Forsam autem etiam illud complicabuntur cæli, &c.Sed addit,hoc modo in signa secundum scripturę vocem stellas factas arbitramur intelligi & dici posse sine præiudicio libertatis, vel forsam errore in fide, vnde subiungit. Ieremias autem,vt homines ad se ipsum conuertat, vtque formidinem,quæ signis impendet auferat, atque vt omnem forsam huius modi opinionem ab hominum animo eijciat,à signis inquit cæli non timeatis,&c.& infra,Concedentes igitur interim posse ab hominibus hanc scientiam comprehendi,quęrimus, quo modo multis natiuitatibus eandem rem contineri contendunt. Nam si patibulo moriturum aliquem dixerint, non à natiuitate tua, id solum modo verum etiam fratrum filiorū, aliorumque attinentium,imo vero etiam interfectorum posse intelligi credunt:stultum mihi certe videtur in vnaquaque multarū natiuitatum mortem vnius esse contentam:nescio autem quomodo respondere poterunt,si quis eos inerrogat,in vna ne vniuersi positione Iudæi omnes in lucem eduntur, vt necesse sit in 8.die omnes circumcidi,& statim hāc vitam ingressi male vulneribus affecti,medico egeant.Ismaelitas autem qui in Abraham degunt, tredecennes cunctos circumcidi, ita enim de ipsis traditum est. Quomodo enim hæc in quibusdam gentibus stellæ perpetuo faciunt,in quibusdam nunquam?nulla profecto ratio verisimilis, vt mihi quidem videtur afferri potest. Verum cum multæ pręuidendi viæ ab hominibus excogitatę sint,vt augurium,aruspicium, somniorum interpretatio, nescio cur alias omnes vias significare tantū, genethialogiam vero efficere putarunt.Si enim futura cognosci possunt,vt hoc sibi gratis concedamus(nota verbum) fiūt autem inde,vnde cognoscuntur,quare à stellis potius quā ab extis,aut auibus,aut somnijs,aut fulguribus, aut tonitruis producuntur? His satis demonstratum esse puto, stellas non esse causas humanarum rerum, in præsentiarum scrutemur,an verum sit,exquisite loca stellarum & domorum posse ab hominibus inueniri,quod superius(nihil enim oberat)dedimus, & statim docte probat Origenes pūctum natiuitatis ab Astrologis percipi nō posse propter celeritatē cælestis motus, & quia stellæ ixę cētū annis vno gradu mouentur & subiungit. At nō ad figurā,sed adintelligibile aiunt, omnia esse signa referenda,quod nescio quo modo cōprehēdere queāt,sed hoc etiam sibi condonemus,vt aut intelligibile signum comprehendi,aut à sensibili veritas haberi possit, quę autem commixtione compositione, ac temperie diuersorum aspectum fieri asserunt, profecto concedent, nullo modo sciri posse, quomodo enim quantum diminuatur à læsione maligni propter inspectionem benigni percipies,& vtrum auferat malignus ꝙ a benigno cōceditur,quādo locū eius aspexerit,aut mutet,aut imminuat, aut mixtura, quædā inde fiat,quis percipiet?quæ omnia si quis altius inspiciat facile credat,non posse ista humano ingenio penitus percipi. Vnde si quis harū rerū periculū fecerit,videbit in pluribus errare,quā veritatē cōsequi genethlialogicos.Quā ob rē Isaias etiā quasi hæc omnibus impossibilia sint ad filiā Chaldęorū qui maxime ista profitētur,ait ad sint, & saluā te faciāt Astrologi,cęli anūciēt tibi quid tibi accidat.His enim verbis docemur, vel diligentissimos in hacre Chaldeos non posse prędicere quæ velit vnicuiq.genti Deus attribuere.

Hæc Origenes quę late retuli, & quia Astrologos optime confutāt,& quia manifeste probāt,nō sensisse ex astris posse quasi ex neris signis futura prædici, quod tamē tenuisse videtur Plotinus Origenis sub Amonio condiscipulus,& perpetuus amicus libr. cui titulus,vtrū stellę aliquid agāt, & lib.de fato.c.6. vbi hæc verba habet.Præstat vero dicere cælestia pro vniuersi salute percurrere, sed interim ad alium quēdam vsum conducere, quo, scilicet,qui illa suspiciant,quasi literas qui videlicet literarum eiusmodi nouerint,futurale gant ex ipsis figuris comparatione quadam Analogica indagantes significatum. 27.

Hęc Plotinus,quā ob rē de ipso Plotino in quit Porphyrius in vita ipsius apud Iuliū Sirē.9.de fato.c.35.Qui mores hominū,errata, euētusq. præsentiebat, cū aliquādo Porphyrius ipse seipsū interficere cogitaret,illud cælitus ille prævidit, atq.eū a tāto facinore prohibuit.Hāc opinionē sequitur Iulius Sirenius eod.ca. & putat ex Aug.& scripturis colligi, nam Marsil.Ficinus in arg.libri Hermetis,seu Mercurij Trismeg.ait Mercurium Trismegistam clare ruinam priscę religionis,ortum nouę fidei,aduentum Christi,futurum iudicium, resurrectionem mortuorum, beatorum gloriam,peccatorum supplicia prædixisse, vt in dubitationem venerit B.Aug.an ista ex peritia syderū Mercurius pręcognouerit.Sed sine dubitatione (inquit Sirenius) August. tantus 28.

Theologus

Theologus non dubitaret, an ex Syderibus Syderumq; cõspectibus, & comparationibus configurationibusq; intot tantarumq; rerum notitiam Hermes deuenerit, si ex Syderum ipsorum intuitu habitudine atq; comparatione nulla futuri euẽtus præcognitio haberi potuisset, vel nulla eius quod euenturũ est incẽlo, extarent signa, & indicia. Illud etiam quod Hieremi. 10. legitur à signis cæli nolite metuere, quę timent gentes, rem istam, vtcumq; indicare videtur: siquidem & propheta incælo signa esse asserit, & portendi ijs idem propheta aliquid innuit. quod manifestius expressit nobis Psal. 59. dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, & liberentur dilecti tui. Vnde Christus Matth. 24. ex cælestibus signis præsignificandum aduentum suũ 2. præmonuit, & Isai. 34. Legitur complicabuntur cæli sicut liber: quia videlicet modo cælum est sicut liber apertus in quo futura legere licet, non vero post iudicium. Hic enim est sensus literalis eius loci, licet alios habeat mysticos, & similiter exponi potest. Id Psal. 18. cæli enarrant gloriam Dei, &c. & Psal. 21. annunciabunt cæli iustitiam eius, & Psalm. 88. confitebuntur cæli mirabilia tua. Psalm. 148. cæli cælorum laudate Deum. Vnde August. præfatione. Psal. 94. inter alia dicit. Sed quòd est incælo in firmamento cæli est: cuius ergo cor infirmamento libri Dei est, ista non curat. Nam cælum ideſt firmamentum intelligitur per figuram libri legis. Hæc August. vbi firmamentum per librum legis figurari voluit. Vnde. Psal. 103. dicitur, extendens cælum sicut pellem, nempe in qua eaquę diutius scripta seruari volumus, scribimus, & Augu. 2. de Genesi contra Manichæos. c. 21. postquam nonnulla decordium mendacium subtunicis pelliceis occultatione dixerat (legimus nãq; Deũ primis parentibus tunicas pellieeas feciſſe) subiungit. Neq; enim in illis corporibus cælestibus sic latere posse cogitationes credendũ est, quemadmodum in his corporibus latent, sed sicut nonnulli motus animorum apparẽt in vultu, & maxime in oculis, sic in illa perspicuitate, ac simplicitate cælestium corporum omnes omnino motus animi latere non arbitror. Sententia (inquit Sirenius) est tam magni catholiciq; Philosophi, vt eam sine aliqua temeritatis nota negare nemo valeat, & ex hoc dicto, & Porphyrij, colligit etiam cogitationes aliorũ per astra sciri posse, & ex Trimegisto, ante aduentũ Christi, eius mysteria prę cognosci potuisse, & per prędicta cessare admirationem de ijs, quę aperitissimis Astrologis prędicta fuere: vt quod refert Suetonius in vita Iulij Cęsaris, quod cum lege Iulia in Coloniã Capuana adductiColoni, ad extruendas villas sepulchra vetustissima disijcerent, idq; eo studiosius facerent, quòd aliquantum vasculorum operis antiqui, scrutãtes reperiebant tabula œnea in monumento, inquo dicebatur Capys conditor Capuæ sepultus, inuenta est conscripta literis verbisq; græcis hæc sententia. Quando ossa Capys detecta essent, fore, vt Iulo prognatus, manu consanguineorum necaretur, magnisq; mox Italię cladibus mors eiusdem vindicaretur. Quam rem nequis fabulosam, aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus familiarissimus cęsaris. Hęc Sueton. mortẽ quoq; Alexandri magni Astro 29.
logos prędixisse, refert Plutarch. in eius vita. Addit autem Sirenius, potuit Capys ille ex astrorũ peritia ista cognouisse, qui annos mille Cæsarem pręcesserat: illud item quod Haly Auenragel, vt refert Cõciliator Problem. 27. sect. 11. ex astrorum notitia prædixit, puerum nuper natum esse Prophetaturum, si tamen illud prędixit, & non potius nuper nati verborum testis fuerit, non per planetarum quatuor in eius horoscopo concurrentium coniunctionem formata, sed à dęmone fortasse probata. Sequenti. cap. 36. Sire. ne ex dictis deceptus quispiam nebulonibus (sic Astrologos nominat) istis diuinantibus, plura quam ijdem exhibere valeant, pollicẽtibus plusquam par sit, adhibeat fidei, duo notat. Primum quod etsi cuncta siue insideribus, siue inisiderum considerationibus, siue in cælestibus corporibus, & eorum, vel motibus, vel Lympida, & diaphana substantia, siue quod magis credendum est in vtrisq; & in siderum comparationibus, & corporum mutationibus, atq; Lympiditatibus cuncta tanquam in aperto volumine descripta, & aperta contineantur, non tamen sunt illis ita explicata, vt quiuis quod voluerit, in eisdem legere vltro, aut conspicere valeat, sed pauciſſimi dumtaxat viri, vel ex vitæ sanctitate, & diuino quodam priuilegio, vel ex maxima veræ Astrologiæ legitimaq; eruditione in illis legere potuerunt, quod hæc lectio difficilima sit, & vt dicebat prius Plotinus, multa egeat indagatione, atq; mentis solertia, itaq; quantum est ex parte cælorum omnes euentus futuri in eis legi posse sensit, nõ tamen simpliciter, quia non habent hanc legendi facultatem nisi pauciſſimi.

Alterum, quod siue perspicaciſſimi fuerit quis ingenij, & incomparabilis in re astronomica eruditionis, siue admirandę extiterit vitæ sanctitatis, nemo hominum vnquam fuit, qui in his rerum, & euentuum omnium signis, & indicijs quę in stellis, & cælestibus corporibus extant, cuncta aliquando prospicere legere, vel indagare potuerit, sed proprium istud est Dei, ita, vt nulli alteri intellectui conueniat (quidquid in Timæo dixerit Philosophus qui dęmonibus etiam hanc notitiam attribuerit)

iuxta

iuxta id. Psal.146. Qui numerat multitudinē stellarum,& omnibus eis nomina vocat, de qua re quidam egregius Poeta,ita cecinit.

Qui stellas numeras quarum,tu nomina solus:
Signa potestates,cursus,loca,tempora,nosti.

Capite autem.37.docet Sirenius sydera,nec posse esse causas horum euētuū,neq; effectus sed mera signa,vel quodam modo effectus,& ideo licet sint signa infalibillia,non præripere nobis libertatem, hæc enim solum tollitur ab eo, quod est causa determinans voluntatem adactum humanum,quod magis explicat Sirenius,& nos explicabimus. Hæc doctrina satis mihi noua visa est,& est Theologi alioqui docti,& eruditi,ideo eam late referre placuit.

30. Cō.*prob.* 1.*ex scri.* Nostra autem conclusio præter argumenta,quibus probata est sect.2.nunc alijs prob.1. ex locis scripturæ. Primus locus est Deut.18. gentes istæ augures,& diuinos audiunt,tu autem à domino Deo tuo aliter institutus es,nec inueniatur inte, qui lustret filium, aut filiam, aut qui ariolos sciscitetur,& obseruet somnia atque auguria,&c. vers.10.& 11. Ibi enim, vt recte docet Hamerus in id Genes.1.vt sint insigna,&c. Pro,augures,habetur verbum quoddam Hebræum,quod significat eum, qui ex nubibus,vel astris responsa dat,& dicit, hunc, vel illum diem cauendum,ad has,vel illas electiones, puta si vxorem duxeris, aut domus fundamenta ieceris sub illa constellatione in auspicatissimā feceris rem,& Achimas maximus doctor Hebræorum,illud verbū ait significare eos,qui tempora supputāt,& fælices horas atq; infælices obseruant:deriuatur enim à verbo horam significante.

31. 2. Locus est.Isai.47.ad Babylonem dicētis.Sta cum incantantoribus tuis,& cum multitudine maleficiorum, inquibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi,aut si possis fieri fortior, defecisti in multitudine consiliorum tuorum,Stent,& saluent te augures cæli,qui contemplabantur sidera,& supputabant menses,vt ex eis annuntiarent ventura tibi,ecce facti sunt quasi stipula,ignis combusit eos,non liberabunt animas suas de manu flammæ. Poterat ne Deus apertius artē istam prohibere, qua tota etiam decepta est Babylonia? Et per augures cæli Echius, Conimb. Homerus,Pererius, & Rius initio disp. citati. Immo, & 70.Interpretes, & Hierony. Astrologos intellexerunt,& merito,nam verbum hæbræum,vt Hamerus docet,prognosticatores, & contemplatores astrorum significat,nec mirum,inquit Hamerus, alicui videri debet si astrologi augures etiam nuncupētur, &varias varijs temporibus superstitio ista appellationes sortita est,olim enim Chaldæi, & Genethliaci, Augustini temporibus Mathematici,& Planetarij,nūc astrologi passim vocitantur. Dicti autem sunt augures, vel quia olim in eadem persona hæc diuinandi genera coniuncta esse solebant, vel quia sunt auguribus valde similes,cum astra considerent, quę instar auium incælo volitare videntur.

Vide etiam, quod eodem.c. præmiserat, Isaias,sapientia, & scientia tua hæc decipit te, veniet superte malum, & nescies ortum eius, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare,& cap.44.vers.25. Ego sum dominus irrita faciens signa diuinorum, & ariolos infurorem vertēs,conuertens sapientes retrorsum,& scientiam eorum stultam faciens. Vnde errauit Salisberiensis.lib.1.c.11.dicens viguit autem ista scientia, donec Deum natum nuntiauit stella de cælo, Magosq; non reprobos, primitias fidei ad eundem adorandum nouo, & inaudito ducatu perduxit, ex inde vero penitus est interdicta. Nam antea interdicta fuit. Vide etiam.c.48.Isaię:prędixi tūc, antequā fierent,indicaui tibi,ne forte diceres, idola mea fecerunt hæc,& Sap.8.signa,& mōstra scit,antequā fiant, ex his enim patet,scire futura sine reuelatione alterius, esse diuinitatis proprium,& ideo diuinitatis argumentum in prędicente:de quo lege etiam Isai.41.vers. 23.Eccles.8.vers.7. & cap.20. vers.14. Vnde ex eo quod euenerint,quę Prophetę prędixerant,intelligimus,diuino spiritu afflatos,& cętera,quę dixerunt credimus à Deo illis reuelata.2.Petri.1.habemus firmiorem propheticum sermonem,&c.& Rom.1. segregatus in euangelum Dei; quod antepromiserat per prophetas suos de filio suo.

32. 3.Locus est.Ierem.10.vers.2.iuxta vias gētium nolite discere,& a signis cæli nolite metuere,quę timent gentes, quia leges populorum varię sunt. Quem locum miror prose adduxisse Sirenium, cum tam manifeste ipsum redarguat,si enim incælis signa sunt certa futurorum euentuum, merito à signis illis timendum esset,saltē gentibus,quibus tot mala imminebant,Deus tamen gentium leges,& prępecta,ac timores vanos esse docet: ergo. Vnde Picus.Hamerus Echius.Conimb.Pererius, sup,Medina.art.5. D.Tho. op.26. de Iudicijs astrorum,Euseb.6.preparat.c.9.cum Origine cōmētarijs in Gene.&alij cōmuniter hoc loco militant in astrologos,& Hieron.ibi dicit, hūc locum aduersus eos loqui,qui venerantur cælestia,& quę in signa sunt posita annorum tēporum mensium, & dierum, ab his æstimant regi genus humanum, & ex causis cælestium terrena moderari.

33. 4. Locus est. Ecclesiast.34.diuinatio erroris,& auguria mendacia.

5. Locus est. Pauli ad Galat.4. dies obseruatis,& menses, & tempora, & annos, timeo vos ne forte, sine causa laborauerim in vobis pro-

propterea etiam dictum existimo. Coloss. 2. Nemo vos decipiat in subblimitate sermonũ, & infra, videte nequis vos seducat per Philolophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa.

6. est Leu. 19. Nõ declinetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminí, vt pollua mini per eos. Vbi nomine Magorum etiam astrologi comprehenduntur.

7. Est. Iob. 38. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ iniquitas est maxima, & negatio contra Deum altissimũ. Qui locus non solum damnat adorationem Solis, & Lunæ, sed nimiam eorum æstimationẽ qua nimrumi aliquid notitia futurorum actuum, cuiuscunq; hominis sibi pollicentur eodem. c. dicitur nunquid nosti ordinem cæli, aut penes rationem eius in terra, & Infra, quis enarrauit cælorum rationem.

8. Locus est. Isai. 41. Annuntiate quę ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos.

9. Est Isai. 45. Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.

34. 10. Est. Actorum. 19. Vbi ad prædicationem apostolorum, multi qui fuerant curiosa, sectati contulerunt libros, & combuserunt coram omnibus. Secundum August. in appendice ad Psal. 61. Chrysost. & Bedam. Actor. 19. Hi libri erant astrologiæ iudiciariæ, sic etiam Gelasius Papa. anno. 469. Genethliacorum libros comburi iussit teste Echio, supra.

11. Locus est. Sophoniæ. 1. Visitabo super eos qui adorant super tecta militiã cæli, idest Solem, Lunam, & cætera astra quę adorare dicuntur astrologi, vel proprie, quia simul erant Idolatræ, & ob idolatriam, & astrologiam dãnantur, vel metaphorice, quia astris tribuunt potestatem efficiendi, vel saltem significandi actus humanos, vtrumq; autem propriũ Dei est, exeoq; forte vera astrorum adoratio ortũ habuit. Vnde. l. vltima de episcopali audientia iudicarij vocantur sacerdotes iuxta interpretationem glos. ibi Montolonij in suo prõptuario, Horoscij. lib. 2. de vera, & falsa proph. cap. 29. & aliorum Iurisp. quia illa colunt more sacerdotum, sic etiam, l. 1. ff. de iust. & iure. Vlpianus consultus vocat sacerdotes iustitiæ.

12. Locus est. Danielis. 2. Vbi astrologorũ scientia, qui ibi Cahaldæi vocantur, vana, vel nulla ostenditur, vt cap. 5.

13. Locus est. Salomonis Ecclesiast. 10. vbi sciẽtiam futurorum denegat homini. Ignorat homo quid ante se fuerit, & quid post se futurũ sit, quis poterit indicare, & cap. 8. homo ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio. 14. Est Coloss. 2. vers. 8. vbi Paulus monet, ne sequamur vanitates Philosophorum secundum elementa vniuersi, quod de Astrologia intellexit ibi Athan. Liquet igitur, diuinationem astrologicam in sacris litteris contemni, derideri, ac reprobari. Speciatim vero contra Sirenium, & alios asserentes, futuras, vel præsentes hominum cogitationes ex Syderibus cognosci posse, sunt loca in quibus id proprium Dei dicitur. 2. Paralipo. 6. Iob. 26. Heb. 4. Hierem. 17. Quibus in materia de angelis docetur, angelos naturaliter, nec præsentes nedum futuras cordiũ cogitationes cognoscere: multo autẽ minus ab hominibus per Sydera cognosci poterunt. Accedit etiam id. 1. cor. 2. nemo nouit, quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, & Prouerb. 27. ignorans, quid superuentura pariat dies.

25. *Proba. 2. ex Patribus.* 2. Probatur Conclusio testimonijs sanctorũ, & decretis Pontificum, ac Conciliorum extãt aduersus astrologos seueriſſima decreta. Eccleſiæ. 26. q. 2. & tribus sequentibus. Vbi. q. 2. cap. forſ. dicitur, quibusdam constellationes, & futurorum signa custodiẽtibus Apostolus ait diem obseruatis, & cæt. Galat. 4. ita; & astronomia, seu astrologia apud catholicos indesuetudinem abijt, quia dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quę saluti animarum erant acommodata, quæ verba sunt Gratiani, qui eodem. c. sentire videtur, ante legem gratiæ licitam fuisse astrologiam diuinatricem, sed in lege gratiæ prohibitam à Paulo propter periculum redeundi ad idolatriam: quod ex Isidoro, paulo post referendo, & Tertul. referendo sectione. 5. ad finem, colligi potest, & iã ex Salisberiensi illud retulimus in. 1. Probatione (qui tamen astrologos damnat. 2. Polycratici. c. 19. 24. & 26.) Sed falsum prorsus est: non enim mala, quia prohibita, sed quia mala, & vana, & fidei derogans prohibita est. Vnde Aug. 1. de doctrina Christiana. c. 21. relatus ead. causa, &. q. c. illud *August.* postquam retulit varias superstitiones subiũgit. Neq; ab hoc genere superstitionis pernicioſæ segregandi sunt, qui olim Genethliaci propter naturalium considerationes dierum, nunc autem Mathemathici vocantur. Nam, & ipsi quãtis verã stellarũ positionẽ, cũquisq; nascitur, consequuntur, & aliquando peruistigant: tamẽ, quia inde conãtur, vel actiones nostras. l. actionũ euẽtus prædicere nimis errant, &c. Et cap. illos ead. causa, &. q. refertur. Aug. 4. confessi. cap. 3. dicens, illos planẽtarios, quos Mathematicos vocant plane consulere non desistebant, quod quasi nullum eis sacrificiũ, nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamen Christiana, & vera pietas consequenter expellit, & damnat, & ead. causa. q. 3. c. igitur refertur August. lib. de

lib.de dæmonum diuinatione dicens, Astrologi dicti sunt, eo quod in astris augurantur: Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum cosiderationes dierum; geneses enim per.12. cæli signa describunt, siderumq; cursus, nascentium mores, actus, & euentus prędicere conãtur, ideſt quis quali signo fuerit natus, aut quẽ effectum habeat vitæ qui nascitur, interpretãtur. Hi sunt qui vulgo Mathematici vocantur, cuius superstitionis genus constellationes latini vocant, ideſt notatio siderum quomodo se habent, cum quisq; nascitur. Primum autem genus, ideſt stellarum interpretes, Magi nuncupabantur, sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annuntiauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt, cuius artis scientia vsq; ad Christum fuit concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatẽ alicuius è cælo interpretetur. Horoscopi dicti ꝙ horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Hæc Aug. si tamen Aug. nam in illo libro, nihil tale apud Augustinum reperio, sed apud Isidorum 8. Ethi. c. 9. qui cũ ait, hanc astrologiam ante aduentum Christi concessam fuisse, solum vult fuisse permissam, seu non prohibitam gentilibus aliquo positiuo præcepto. Vide etiam. c. igitur. 26. q. 3. & ead. causa. q. 5. c. non liceat, refertur Martinus Papa dicens. Non liceat Christianis lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, vel propter segetes, vel arbores plantandas, vel coniugia facienda obseruare, vbi glossa ait, nunquid ergo hic reprehenditur astronomia? nunquid peruentos, & dispositionem lunę illicitum est rusticis considerare tempus seminandi, & medicis tempora potionum, & diminutionum. Carte hæc nõ reprobantur, sed illi reprobantur, qui credunt inesse necessitatem superioribus. Vnde nõ est dicendum, quod superiora sunt causa rerum, licet sint signa rerum. Sed in primis hæc glos. non multum fauet astrologis, apud quos communis opinio est, sidera non solum esse signa, sed & causas rerum. Deinde, vt postea monstrabimus, hæc duo non cohærent, vt sint signa non tamen causæ. Deniq; glossa hæc non assequitur mẽtem Ponti. non enim eo quod sidera necessitatem inducant, eorũ obseruatio prohibita est, sed quia vana eo modo, quo erat in vsu gentilium, qui tribuebant lunæ exconiunctione ad cęteros Planetas, vel ex signo in quo erat, varios effectus, quos tamẽ non habet nisi ex augmẽto, vel diminutione luminis per cõiunctionem cũ sole, vel oppositionem, qui effectus dumtaxat sunt nimia humiditas, & augmentum succi, vel medullę animalium, vel plãtarũ, & huius virtutis cõsideratio, quia per experiẽtiã est notissima, minime prohibetur, sed aliæ carentes omni fundamento, & ead. causa q. 5. c. siquis episcopus, & cap. siquis clericus, eadem ars nomine augurij, aut similium damnata videtur.

Præterea Hierony. relatus. 26. q. 2. c. sed & illud, ait, est & illud opprobriũ Aegipti obseruare auguria, inquirere stellarum cursus, & euentus exijs futurorum rimari cæteriſq; huiusmodi superstitionibus implicari, Idolatriæ namq; mater est Aegiptus, ex qua certum est opprobria huiusmodi pullulare. 36. Hierony.

Et Alexander. 3. c. ex tuarum de sortilegijs, quod est. 2. sacerdotem quendam, qui imprudentia magis, quam impietate, aut dolo per astrolabium constellãtionẽ obseruauit eo animo, vt deprehenderet auctorem furti, à quo res è templo quodam fuerat ablata (nam hoc etiam planętarij se scire inquiunt, vt patet ex ijs quę tradit Hali iudicarius in explicatione. 4. domus. cap. 39. quod inscribitur de thesauris, & rebus terra occultatis) eum in quam sacerdotẽ pœna mulctauit, vt per annũ integrum ne celebraret, monens id factum cũ grauissimo scelere esse coniunctum. Alexã. 3.

Et Sixtus. 5. Litteris Apostolicis statuit, ac præcipit nequis iudiciariæ astrologiæ artẽ præterquam circa agriculturam nauigationem, & rem medicam exerceret, neue iudicia faceret, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisq; casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmaret, etiam si id se non certo affirmare assereret, aut profiteretur, & prȩcepit in quisitoribus eos, vt puniãt. Verba motus pro prij refert Horoscus in fine librorum de vera, & falsa prophetia, licet reclamatum esse à nonnullis Cardinalibus, & non esse in praxi receptum, vt ab inquisitoribus puniantur, aliqui dicant, ignoro an vere. In indice librorum prohibitorum qui iussu Tridentinæ Synodi. Sess. 25. c. sacrosancta, factus editusq; est, sic habet nona regula, vt etiẽ referunt Barth. Medi. hoc arti. 5. & Sixtus lib. 6. annot. 10. Episcopi diligenter prouideãt, ne astrologię iudiciariæ lib. tract. indices legãtur, vel habeãtur, qui de futuris cõtingentibus, successibus, fortuituſq; ijs actionibus, quę ab humana voluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent. Quo decreto non prohibetur formi dolosa, & dubia assertio, sed certa, & firma; secus decreto Sixti, quod magno cum fundamento editum credo, nam nec probabiliter ex astris euentus isti cognosci possunt, vt ostendam, nec parum permisit (non enim concessit) astrologis, cum eis permisit depertinentibus ad nauigationem, agriculturam, & rem medicam prædicere, nam etiam de naturalibus euentibus, nec certum, nec probabile iudicium ex astris ferre possunt, iuxta secundam assertionem, nisi eo modo, quo nautæ, & agricolæ ex mete-

metereologicis impressionibus, aut ex lunæ cursu; quoniam hæc humiditatis causa est, pluuias, tempestates, & similia prænuntiant, quã uis non sit improbabile omnino plus aliquid ex astris prædici posse, vt docet Augu. 5. Ciui. cap. 6. cuius verba retulimus ad calcem sect. 1. eademq; refert, & sequitur D. Thom. op. 26. de iudicijs astrorum ad fratrem Reginaldum, quę libellũ totum transcribit. Med. hoc art. 5. Contra astrologos etiam vide Concil. Bracharense. 1. c. 9. & 10. & Tolet. 1. circa finem in assertione fidei cõtra Priscillianistas sic habet. Siquis astrologiæ, vel Mathesi existimat esse credendum anathema sit.

37. Augustin. August. tracta quodam in Ioannẽ insaniæ nostræ nos admonet, qui ad astrologos liberi intramus, vt exeamus serui, & mendacijs emptis libertatem illis nostram erogamus, hoc testimoniũ citat Hamerus Genes. 1. sed apud Augustinum non reperio. Idem tamen Augu. tom. 4. in expositione epist. ad Galat. explicans id. c. 4. dies obseruatis, &c. Ait vulgatissimus est error gentilium iste vt, vel in agendis rebus, vel inexpectatis euentibus vitæ, aut negotiorum suorũ ab astrologis, & Chaldæis notatos dies, & annos obseruent. Idem Augu. cum super Psalm. 61. ad populum conciona-retur Mathematicum quendam in medium produxit redeuntem ad meliorem frugem, & huic arti tanquam perfidiæ renuntiantẽ, quo item loco eos libros quos. D. Lucas in actus Apostolorum. c. 19. ab Ephesijs. D Pauli concione ad fidem conuersis, conbustos narrat, asserit fuisse de rebus ad astrologiam iudiciariam spectantibus, & 5. Ciuit. c. 1. postquã eos confutauit, qui dicunt, stellas ingenituris infantium effectrices causas esse; & suas cuiq; nascenti sortes fataq; distribuere, demũ eos quoque refellit, qui docent positiones astrorum in natiuitatibus infantium non esse causas, sed signa tantum, quę futuram nascentis vitã, mores, fortunasq; significent, ita scribens. Si dicuntur stellę significare potius ista, quam facere, vt quasi locutio quædam sit illa positio prędicens futura non agens (non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia) vt v. g. Mars ita positus homicidam significat, sed homicidam non facit: qui fit, vt nihil vnquam dicere potuerint Mathematici, cur in via geminorum, in actionibus, ineuentibus, in professionibus, artibus, honoribbs, cæterisq; rebus ad humanam vitam pertinentibus atq; in ipsa morte sit plerumq, tãta diuersitas, vt similioris eis sint, quantum ad hæc attinet, multi extranei, quã ipsi interse gemini per exiguũ temporis interuallum in nascendo separati, in conceptu autem per vnum concubitum, vno etiam momento seminati, & eod. libro. cap. 3. coarguit eos, qui ex responso Nigidij figuli referebant disparitatem illam geminorum aduertiginem cælestis viæ, quę sua pernicitate, vtriusq; infantis Horoscopum, exigui temporis momento mutaret. Verba eius sunt frustra affertur nobis illud cõmentum de figuli rota, quod respondisse ferunt Nigidium, hac quæst. turbatum, vnde, & figulus appellatus est, dum enim rotam figuli vi, quanta posset, intorsisset currente illa bis numero de attramento tamquã vno eius loco summa celeritate percussit, deinde inuenta sunt signa quę fixerat desistẽte motu non paruo interuallo in rotæ illius extremitate distantia, sic inquit in tanta cæli rapacitate, si alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussi, in cęli spacio plurimum interest. Hic sunt inquit, quę cumq; difficillima perhibentur in moribus casibusq; geminorum. Hoc figmentum fragilius est quam vasa, quę illa ratione fingũtur. Nam si tam multũ in cælo interest, quod costellationibus comprehendi non potest; vt alteri geminorum hæreditas obueniat, alteri non obueniat, cur audent cæteri qui gemini non sunt, cum inspexerint eorum constellationes, talia pronuntiare, quę ad illud secretum pertinent, quod nemo potest comprehendere; & momentis annotare nascentium, & eodem lib. c. 7. sic ait. His omnibus consideratis non immerito creditur, cum astrologi mirabiliter multa respondeant, occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas, & raras opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus, atq; firmare non horoscopi notati, & inspecti aliqua arte, quę nulla est.

Vide etiam Augu. 2. de doctrina Christiana. a. c. 21. vsq; ad 29. verba. c. 21. supra retulimus in principio huius probationis, nunc verba. c. 22. referamus, ex hac, inquit, notatione velle nascentium mores, actus, euentus prædicere magnus error, & magna dementia est, & concludit, opiniones istæ quibusdam rerũ signis humana præsumptione institutis, ad eadẽ illa quasi quædam cum dæmonibus pacta, & conuenta referenda sunt, & cap. 23. sic ait, omnes huiusmodi artes, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitiones ex quadam pestifera societate hominum quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano, multa alia eodem lib. dicit Aug. sed ibi non inuenio verba, quę illi tribuit, Nauarra. 2. de rest. c. 1. nu 88. nempe sunt iudicia ex pactis cum dæmonibus, & instinctu eorum occultissimo, quem nescientes humanę montes patiuntur, illeq; est fortunatior in prędicendo, qui fauentiorem habet dæmonẽ, magisq; propitium. Habentur autem hæc verba. 2. Genes. ad lit. c. 17. vbi, & cap. 16. egregie astrologos confutat, & ser. 18. de verb. domi.

& lib.

& lib. 3. quæst. noui, & vete. testam. c. 18. dicit, nihil tã cõtra Christianos, quã si arti Matheseos adhibeant curam, hęc. n. inimica dignoscitur legi Dei, hanc ipsam astutia, & subtilitas inuenit diaboli. Deinde hortatur oẽs homines cauere sibi ab hac arte, quę eos solicitos tantum facit, suspensosq; tenet, vt quæ sunt incerta expectent, & hom. 6. de Epiphania, vocat hanc artem stultitiam sacrilegam, inqua vani homines de genituris hominum, quidquid opinantur, loquuntur, & 7. confess. c. 6. incipit. Iam etiam mathematicorum fallaces diuinationes, & impia deliramenta reieceram. Vbi etiam vtitur argumento illo de geminis fratribus. Quo etiam vtitur Cicero. 2. de diuinatione, & Greg. hom. 10. in euangel in festo Epiphaniæ, & Clemens. lib. 9. recogn. quodq; posthea vrgebimus. Vide etiam Aug. 4. Confess. c. 3. & lib. 5. c. 3. & in enchirid. c. 79.

38. *Epiphan.*

Epiphanius lib. de ponderibus, & mensuris scribit, Aquilam primum diuinæ scripturæ interpretem, non alia de causa fuisse à Patribus ecclesia pulsum, nisi quod genitarum inspectionibus, & natiuitatum horoscopis, seu astrologiæ diuinanti vacaret. *Basil.* Basil. hom. 6. Hexa. late in astrologos scribit, & inuerbis eorũ, ait magnam amentiam, sed maiorem impietatẽ contineri, & serm. in princ. Prouerbiorum, dicit hanc scientiam esse occupatissimam vanitatem, & Isai. 14. ea opinione tolli diuinam pro- *Euseb.* uidentiam mentemq; confundi. Eusebius lib. 14. c. 4. cum Socrate, cuius verba postea referemus, sensit, nullo modo esse curãdũ de astrologia iudiciaria, quod ab hominibus futura *Origenes.* cognosci non possint, & lib. 6. c. 9. Cũ Origene astrologos cõfutat, vt retulimus sect. 3. c. autẽ. 8. cũ Bardesane Syro idem prælliterat. Vnde miror Valentiã disp. 2. q 4. ar. 4. tribuere hanc hæresim Bardesani, vt actus humanos fato stellarum subiecti sint, subijcit quidem eos fato, vt dixit Aug. hæresi. 35. hoc tamen de fato diuinæ prouidentiæ, & voluntatis omnia prædeter- *Chrisost.* minantis intelligendum est, nõ de fato stellarum quod aperte reiecit. Chrysosto. hom. 6. in Math. astrologos reijciens dicit, Christũ artis huius errores, & vanitates omnes, sua tantum *Nissen.* natiuitate dissoluisse. Nyssen. lib. de fato. c. 2. similliter refellit, & confutat eos, qui ex stellis futura nobis intendunt constituere, eosq; vo- *Ambr.* cat Genethliacos. Amb. 4. Hexam. cap. 4. non nulli inquit, natiuitatum tentauerũt exprimere qualitates, qualis futurus sit vnus quisq; qui natus sit: cum hoc non solum vanum sed etiam inutile sit quærentibus, impossibile promitentibus. Probat hoc multis exemplis, inter alia dicit redempti sunt apostoli, & congregati ex peccatoribus non vbiq; natiuitatis suæ hora, sed Christi eos sanctificauit aduentus, & hora dominicæ passionis redemit à morte. Comparat demum sapientiam astronomorum telæ araneæ, inquiens sapientia Chaldeorũ telæ araneæ cõparatur: in quam si culex, aut musca inciderit, exuere se non potest, si verovalidiorum animãtium vllum genus incurrisse visum est per transiuit, & casses rupit, infirmos atq; inanes laqueos dissipauit. Talia sunt retia Chaldęorum, vt in his infirmi hæreant, validiores sensu offensionẽ habere non possint. Itaq; vos qui validiores estis, cum videritis Mathematicos, dicite telam araneæ texunt, quæ, necvsum aliquem potest habere, nec vincula, si nõ tu quasi culex, aut musca lapsu tuę infirmitatis incurras, sed quasipasser, aut columba casses inualidos præpetis volatus celeritate dissoluas, hoc Ambr. sumpsit ex Basil. hom. 6. Hexam. dicente quemadmodum araneorum tela culices, & muscas, ita ipsi indoctos, & imperitos aucupantur. Nota autem Chaldæos initio vocatos, sacerdotes Babyloniorum teste Diodoro siculo. lib. 2. Bibliot. eo quod Chadęinatio in hoc genere antistabat: postea autem receptum esse, vt Chaldæi nomine simpliciter Astrologus significaretur, sicut nomine Arabis latro, & Chananæi Mercator. *Basil.* Sic vsurpant Ambr. & Basil. locis cit. Daniel. c. 2. vers. 2. Iuuenal. Satyra. 6. Gellius. 1. noct. Attic. cap. 9.

39. *Hierony.*

Hierony. in Locum Isai. 47. citatum, ait isti, qui supputant menses annosq; dinumerant, horarum, & momenta librantes, futurorum scientiam pollicẽtur, dicant tibi quid superte Babylon dominus cogitauerit illisq; tacentibus, quid venturum sit prophetarint. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, & qui salutem alijs promittebant, sua ignorabãt supplicia, & super. c. 1. Sophoniæ, hanc scientiã fictitiam erroremq; appellat, quę nec veritatis aliquid habeat, nec solidum fundamẽtum, & sanctissimus Martyr Sebastianus corã Cromacio præfecto Romæ. Vanam illam planetariorum scientiam validissime confutauit, illumq; sanare noluit, nisi cõfracto astrolobio indicaret, quam esset ars ista incertissima, ad uersa Deo, planeq; contraria.

Beatus Petrus Chrysologus serm. 156. de Epiphan. & Magis, Chaldeos Siderum scrutatores, & Magos docet per astra errare, & cæli negotia intenebris perquirere, moriendi, causas stellarum cursibus ascribere, bona mala ve hominum dearbitrio luminarium firmare, & sua arte fallere, & serm. seq. de eisdem, quærit, quare stella apparuit Magis, & Respõ. vt per Christum materia erroris fuerit salutis occasio, quemadmodum per Christũ mortis causa, causa facta est vitæ. Hostẽ ptoprio mucrone turbare singulare est insigne virtutis: Apud Magos inculpa erat ignorantia, nõ voluntas: & erat incrimine, non studium, sed error. &c

ror, &c. Sentit ergo Chaldæorum, & Magorum artem, seu Astrologiam errorem fuisse.

Isidorus. B. Isidorus. lib. 8. Ethimolo. cap. 9. Astrologos damnat, eius verba habentur. 26. q. 3. c. igitur, vt supra retulimus in hac conclusione.

Damasc. Damascenum autem. 2. fidei. cap. 7. retulimus conc. 2. ad finem, idem docet. D. Tho. op. 26. ad Reginaldum de virtutibus Astrorum, & 2. 2. quæstio. 95. art. 5. Tertul. lib. de Idolat.

Clem. Ro Lactant. cuius verba referemus sectio. 5. Clemens. 9. recogn. Lactan. 2. de instit. cap. 16. ait, eorum (scilicet dæmonum) inuenta sunt Astrologia, & aruspicina, & auguratio, & ipsa quę dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quidquid præterea malorum exercent homines palam, vel occulte, quę omnia perse falsa

Sybill. sunt, vt Sybilla Erithrea testatur, his versibus quos Græce, refert Lactantius latine autem sic reddimus. Quoniã hęc omnia falsa sunt quę

40. euq; insipientes homines inueniunt quotidie.

Greg. Nazian. Gregorius Nyssæ. vel vt alij volunt Grego. Nazianz. Eccles. lib. 11. Iam multi quę à cælo euentura sunt præscire gestiunt, nec deest, qui imbres intuens, ventum q; expectãs à messe, & ventilatione abstinuerit re inani confisus, & persuasus, nec eorum quæ diuinitus futura sunt, quicquam cognoscens, quemadmodum, nec quid mulier pregnans paritura sit. Ex quibus verbis patet, nec quæ ad mutationẽ aeris pertinent, ab astrologis ex astris

Gregori. Nazian. sciri: item Grego. Nazian. oratione in laudem Cæsarij dicit, atq; geometria quidem, & astronomia scientia alijs periculosa ita se comparauit, vt cum quidquid ea vtilitatis haberet collegisset, nimirum, vt ex rerum cælestium consensu adq; ordine creatorem suspiceret, quidquid rursus ea noxij cõplectabatur, effugeret, nempe eaquę sunt, ac fiunt ad syderum cursus haudquaquã referens quẽadmodũ faciũt, qui conseruã creaturã aduersus creatorẽ seditiose concitant, &c. Vbi Nizetas Scholio. 4.

Nazian Basilius. ait, aduersus huiusmodi hominũ monstra omnibus eloquentiæ viribus dimicat Basilius homil. 4. Hexam. qui vitam nostram humanam à cælestium corporum motione pendere aiũt (quales erant Chaldæi) atq; in illo scripturæ loco, sint in signa, &c. Signa non eorum quæ accedunt aeri, neq; mutationes temporũ, sed sortis hominum vitæ intelligunt, sicq; sub fati

Nnzian. necessitatem, totam vitam nostram, vitæque actiones includunt. Idem sentit Nazianzen. oratione in laudem, Basilij dicens astronomiã geometriam, numerorumq; proportiones hactenus didicisse contentus, ne ab illis, qui harum artium gloria sibi placent, cõmoueretur, quidquid supererat, vt pietatis cultoribus infrugiferum contempsit, adeo, vt quod elegit magis admirari, & prædicare liceat, quam quod reliquit, & rursus id quod reliquit maiori laude efferre, quam id quod elegit. Quod explicans Nizetas, ibi scholio, 42. ait astrorum enim nexus, & mutuas comparationes, quibus prouidentia tollitur, & syderis natalitij indagationem, & fatum, & genitũrarũ effectus, itemq; certis astris ea quę sunt, & fiunt assignare, omnem, in quam, huiusmodi rerum cognitionem aspernatus est, eam autem partem quę docet, quomodo per cęlestium syderum motum partes anni vicissitudine fiant, ac supernorum corporum apertissimam concinnitatẽ, quæ animos nostros in opificis admirationem rapit, eaq; signa, quibus, vel imbres; vel siccitates, vel motus ventorum, vel aliud quippiam eius generis mediocriter inquirit; non modo non reijciendam, sed amplexandã duxit, &c. Grego. hom. de Epiphania. Alios sanctos sectio. 5. referemus.

Nizet.

Sectione. 4. alijs vijs probans effectus pendentes ex humana voluntate ab Astrologis prænosci non posse.

SVperiori sectione ex sacris literis, ex diffinitionibus pontificũ, & Conciliorum, & ex patribus ostendimus, actus humanos, & alios euentus ex voluntate humana, pendentes ab astrologis prędici non posse, nunc idẽ ex iure Ciuili, ex Philosophis gentilibus ex, Poetis, & alijs prophanis authoribus eandẽ veritatem ostendimus.

Inprimis Senatus Romanus, qui alioqui omniũ pene gentiũ superstitiones sibi assumpserat, diuinatricẽ astrologiam olim damnauit, astrologosq; ex omnibus Italiæ finibus exire præcepit, sub consulibus fausto Siluio, & Siluio Othone, vt refert Cornelius Tacitus. lib. 2. 12. & 18. Annalium. Augustus Cæsar eos Roma expulit, vt refert Dion Casius. lib. 49. & sępe alias à Romanis damnati sunt, vt refert Titus Liuius. lib. 29.

Damnarunt quoq; eandem Astrologiam, permultę leges in Codice Iustiniani li. 9. tit. 5. de maleficis, & Mathematicis. Vbi Constantinus in. l. Nemo quæ est. 5. ait. Nemo aruspicem consulat, aut Mathematicũ, nemo ariolum. Augurum, & vatum: praua confessio conticescat Chaldæi, ac Magi, & cæteri, quos maleficos, ob facinorum magnitudinẽ vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas, etenim supplicio capitis feriet gladio vltore prostratus, quicumque nostris iussis obsequium denegauerit. Et Diocletianus, & Maximianus. l. artem quę est, secunda eodem titulo, dicunt ars autem Mathematica,

damnabilis est, & interdicta omnino: loquūtur autē de astrologia iudiciaria, & Constantinus iterum ibidem in. l. etsi excepta ait, si mathemathicus in comitatu meo, vel Cæsaris fuerit deprehensus, præsidio dignitatis exutus, cruciatus, & tormenta non fugiat, si vero conuictus fuerit, & proprium facinus detegentibus repugnauerit, pernegando, sic eculeo deditus vnguliſq; sulcantibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore, & l, Mathematicos. C. de episc. audiētia. libri Mathematicorū iubentur episcopo vidēte comburi, & Mathematici expellide sacro imperio, &c.

42. Vlpianus. l. item apud Labeonem. §. siquis astrologus. ff. de iniur. & famo. libell. ait, siquis astrologus, vel qui illicitam aliquam diuinationem pollicetur, consultus, aliquem, furē dixisset, qui non erat, iniuriarū cū eo agi nō potest, sed constitutiones eos tenent iniuriarū, quę ex cōuicio nascitur. Alexandrina Respub. astrologos nō admittebat, nisi obnoxios certo tributo soluendo insignū infamiæ, quod tributum, blacenominum, dicebatur, vt ex Suyda refert Horoscius. 2. de vera, & falsa prohetia. c. 29. quia hoc nomen stultitiam significat, & hoc tributum colligebatur ex pecunia, quam stulti astrologis dabāt, idem diximus sect. 2. argum. 2. ex Medina. 2. de recta in Deum fide. c. 1. Alphonso Aragoniæ Regi infensi Astrologi erant, vt refert Aeneas Siluius, qui postea Pius Papa. 2. lib. 4. de rebus gestis Alphonsi, Phauorinus Philosophus late, & optime astrologos iudicarios cōfutat, vt refert Aulus Gellius. lib. 14. c. 1. inter alia autem iste Phauorinus, vt refert etiam Crinitus. lib. 8. de honesta disciplina. c. 9. dicebat, si prospera, & salutaria prædicunt, miser fies frustra expectando. Si aduersa dicunt, & mentiuntur, miser fies frustra timendo, tunc plane duo erunt incommoda, & expectatio te suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorabit. Hoc autem istis cum ariolis commune est de quibus Plautus in pœnalo. actu. 3. scena. 6. Heu heu, quam ego habui ariolos aruspices? qui siquid boni promittūt proh, oppidò euenit: id quod mali promittunt, præsentiarum est. eosdem confutat Cicero. 2. de diuinatione, vt argumento. 6. sectionis. 2. retulimus.

43 De Socrate Eusebius. 14. præparationis. c. 4. ex Xenophonte. lib. 1. de dictis Socratis ita scribit: Astronomiam discendam consulebat, vt dies, ac noctes horas, & annos rectius percipiamus, quæ res ad iter agendum, & nauigationes atque costodias, multaq; alia quæ in die, aut in nocte, aut in mense, aut in anno per agūtur perutilis est. Eo vsq; autē Astronomiā discere, quousque planetarum motus, & distantias eorum à terrra comprehendas vehementer improbat. Nullam enim vtilitatem etiam in hac re videre dicebat, nec erat exprs omnium istorum. Sed cum longa temporum spacia desiderent, non conferre arbitrabatur, vtiliora relinquere, & in his vitam conterere. Omnino autem non esse curandum homini dicebat, vt per cælestia corpora, futurorum, quæ in potestate diuina sunt, cognitionem perquirat. Nec enim posse homines illa cognoscere: nec dijs gratum esse, si quæ illi occultarunt, ea tu diligenter inquiras: posseque facile iram Deorum in insaniam Anaxagoræ cadere, qui cum cælestium scientiam profiteretur, in id amentiæ incidit, vt solem ignem penitus putaret. &c. Hæc Socrates. Ipse etiam Eusebius, ibi eandem sententiam plane probare videtur, & docet Xenophontem ep. quadam ad Aeschinem, & Platonem. lib. de Repub. non multum astronomiæ tribuisse. Columella. lib. 11. capit. 1. traditurus temporum obseruationes, meminit suæ lucubrationis contra Astrologos, dicitque. Vera hæc quæ nos pingui Minerua tractauimus, falsa vero quæ imprudentissime Chaldæi pollicentur, alibi à nobis confutata.

Alboazar nihil dubitat, iter capere non petæsatus, quo die Ptolomæus aquarum eluuiem denuntiauerit. Eudoxius Platonis auditor, & in Aegipto versatus, nihil credendum dixit Astrologis ex genitura prædicentibus, vt refert Cicero. 2. de diuinatione, vbi refert Panetium, Archelaum, Cassandrum, & Hoychilacem Astrologorum scriptores nobilissimos, hanc Astrologiam repudiasse.

Seneca. lib. vltimo suæ Methaphysicæ, negat Astrologis esse credendum indiuinatione futurorum, quia nec puncta cælestia tenent, neque nuturas rerum inferiorum plane necessarias ad ferendum iudicium prospectas habent, nec nituntur demonstrationibus, sed probationibus oratorijs, & poeticis.

Iulius Sirenius. 9. defato. capit. 34. dicit Firmianus, Astrologiam auspicia Oracula, 44.
& auguria ait esse dæmonum inuenta, quorum sit tenebris offundere, & caligne obducere veritatem. Idem Apuleius Ethnicus, & sacris Osiridis initiatus asseruit. cap. autem. 33. Ptolomæum adducit dicentem, primo de iudicijs. capit. 11. non deriuari effectus à cælis iure inuiolabili, & impostores, non Astronomos esse, qui in particulari prædicunt, & sapientem Astris dominari, quod docuit etiam Boetius, primo de consolatione metro. 4. dicens. Quisquis composita serenus æuo. Fatum sub pedibus dedit superbum.

Et Zoroastes dicens, netu augeas fatum, quasi dicat in nostra potestate situm esse fato cedere

cedere, aut nõ cedere. Vnde, & Virg. 2. Geor. fęlix qui potuit rerum cognoscere causas. Atq; metus omnes, & inexorabile fatum subiecit pedibus. Refert, etiã Sirenius Albumasarẽ dicẽtem dediuinatrice Astrologia nõ omnes astrologos idem sentire, sed alios tãtam de necessarijs, alios tantum de vniuersalibus, alios tantum de corporũ mutationibus ex astris posse prædici, & veteres astrologos dixisse nihil certi, ex astris iudicari posse: multa alia ibidem ex Philosophia contra Astrologiam iudiciariam adducit; & in lib. 2. confutationis Astrologiæ. c. 1. refertur Ptolomeus in exemplari Græco, centiloquij (licet non habeatur in latina versione) dicens, sine diuina inspiratione de futuris in particulari prædici non posse. Nicolaus Oresmus magnus Philosophus, & Mathematicus contra hos librum scripsit.

Ioanes Marlianus ætate Pici fumus Mathematicus instituerat scribere de falsitate huiusmodi prædictionum: sed cum esset longęuus, morte præuentus est. Paulus Florentinus tunc in medicina, & Mathematica prudẽtissimus fallacem istam artem asseuerabat, inter aliaq; de seipso referebat, cum quinq; & 80. iam impleßet annos, in sua genitura diligenter examinata nullam vitalẽ costellationẽ reperiisse.

Angelus Politianus Astrologos istos irridebat. Nicolaus Leonicænus, nec arti huic deditos, ipsi credidisse dicebat.

Marsil. Ficinus in argumento libri Plotini, vtrum stellæ aliquid agant, sic scribit. Porphirius in vita Plotini ait, eum cũ diligentem operam Astrologiæ dedisset, deprehendisse, Astrologorum iudicijs non esse credendum, eãq; tũ sermone, tum literis sæpe confutauisse, quod quidem in libro de fato, atq; in libris de prouidentia fecit, sed in hoc deniq; libro vtrum stellę aliquid agãt, di igẽtius effeciße videtur, &c. Porphy. etiam. lib. de oraculis confessus est, exquisitam rerum futurarum sciẽtiam ex inspectione syderum non tantum hominibus, sed multis etiam Deorum incomprehensibilem esse.

45. Plinius. lib. 2. c. 7. irridet astrologos, qui euẽtus hominus astris, & legibus nascẽdi tribuũt. Ridet etiam. lib. 7. c. 50. illos, qui statuta vitæ, spacia stellis tribuunt Aesculapium secuti, & multo magis eos, qui humanos euentus astris tribuunt, & lib. 2. c. 12. ridet eos, qui ex eclipsibus Solis, & Lunæ mortes timent. Seneca. lib. 2. naturalium quæstionum. c. 32. astrologos reijcit, & inutilem, imo & noxiam eorum sciẽtiam esse testatur. lib. 13. ep. 89. cuius, & Phauorini similem sententiã refert Pererius disp. sæpe citata. cap. 3. ratione. 5.

Pindarus Poeta apud Volaterranũ. li. 3. Philologię, quã cęcę, inquit, sũt futurorũ pdictiones. Alciatus Embl. 103. cõparat Astrologos Icaro quia volare ad astracũ Icarovolũt, sed resolutis cereis pẽnis invastũ errorũ mare precipitãtur, vt de Icaro dixit Ouidius. 8. Metamorph. & 2. de arte amandi, pulchre illis conuenit, quod de Diogene refert Stobæus serm. 87. de dijs. Cum astrologus quidam in foro stellas in tabella quadam depictas monstraret, atq; diceret: hen tibi hic stellas errantes. Audiens Diogenes, ne mẽtiaris, inquit, bone vir, stellę enim non errant, sed illi, ostensis, qui assidebant, qui forte astrologi erant. Sed vt ad Alciatũ redeamus, emblem. præced. ideſt. 102. ex fabula Promethei docet, hominis plus ęquo curiosi in occulta philosophia, astrologia ciritica, Magia, omniq; mantia, cor animũq; rodi anxijs curis, ac solicitudinibus, vanisq; timoribus, quibus vexari oportet altius arcanę indagini alligatũ, & altioribus scrutinijs affixum, & emblem. seq. 104. exemplo venatoris incauti a vipera, percussi docet astrologum dũ ad alta, & procul distantia, & vere inscrutabilia oculos intẽtos habet malis imminẽtibus, à quę videre, & cauere poterat, comprehendi.

Ianes, & Mambres alijq; malefici huic, & reliquis prohibitis artibus dediti, Pharaonem perdiderunt, vt ex. c. 7. exod. & 2. Timo. 3. colligitur, & de Eraclio id clarius constat ex Sabellico Aenead. 8. lib. 6. Illescas. lib. 4. Histor. Pontifi. c. 6. De Priscilliano hæretico, qui sanguine, iudicio, & literis clarissimus fuerat; ob iudiciariam astrologiam perijsse, refert Seuerus Sulpicius. 2. Historię Sacræ, & astrologiam esse Priscillianistarum errorem, docet Grego. hom. 10. in euangelia.

Aliqua dictis addit, & dicta cõfirmat elegãter Hamerus in id Gene. 1. vt sint insigna, &c. dicens. Accedunt huc quoq; philosophi ipsi, quorũ eo grauior autoritas esse debet, quod cum in alijs sæpe à veritatis luce alieni fuerũt, in hac tamen astrologię confutatione optime sensisse visi sunt Plato, & Aristo. astrologiã indignam putauerunt, de qua verbũ aliquando facerent, plus eam silendo, quã voce scriptisue condẽnantes; Plato in Timęo astrologię diui natricis nusquam meminit, Aristo. libros suos de cęlo ieiunos sane reliquit, vbi tam multa, & præclara de astrologia dicere potuisset, si eam tanquã sciẽtiã iudicasset, sed cõtra, perpetua obliuione tanquã incertã, & circulatoriãvnam dãnauit. Pithagorã astrologięfidẽ nõpręstitisse tũ auctor est Theodoretus, tũ Laertius, & Plutarchus, indicarunt. Democriti illud fertur, ꝙ antepedes nemo spectat cęli scrutãtur plagas Phauorinus Academicus, & Panætius stoicus ipsam inceſſuerunt. Ridetur eadẽ à Senaca, cõfutatur à Cicerone, & cui nec multa delirans assentiri potuit Epicureus. Iis tot sapiẽtissimorũ hominũ pręiudicijs, & ipsa ratione freti Romani gens tot terrarum orbe prætantissima,

46

nonsemel de Mathematicis vrbe, & tota Italia pellendis serio cogitauit. Quorum ènumero, vel Petranius saxo deiectus est, Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldæos scrutaretur, Tiberius authore in eius vita Suetonio, Mathematicos expulit, sed deprecantibus, ac se artem desituros promittentibus veniam dedit. Vitellius nulla alia re bona clarus, nisi in hac vna quod Mathematicis fuerit infensus. In sequentibus quoq; temporibus sub Diocletiano, sub Constantino, sub Gratiano, sub Valentino, sub Theodosio Astrologi; vel deserere professionem, vel pœnas dare professionis coacti sunt. Ipse fęliciſſimus Iustinianus ita hoc genus hominum horrebat, vt siquis in eius comitatu deprehenderetur Mathematicus, summis ad eculeum vsq; tormentis temeritatis suæ lueret pœnas. Tum demum de hac superstitione loquens pronuntiat imperator, eiusdem esse culpæ affines, & qui docent ista, & qui addiscunt. Hæc, & alia Hamerus, vt hanc astrologiam damnet.

47. Huc etiam pertinet, quod Democritus, & Plato longissimis peregrinationibus susceptis Persarum Magos, Chaldæorum sapientes, Aegiptiorum sacerdotes adierunt, à quibus occultiora quædam ad Mathematicam, vel religionem pertinentia susceperunt: diuinatricem autem Astrologiam, vel discere ab illis neglexerunt, vel si eam quoq; didicerunt, minime crediderunt, vt ex eorum scriptis manifeste prespicitur. Aristo, vero scientiæ auidissimus de hac Astrologia verbum nullum fecit, licet in libris de cælo meteoris de partibus, & generat. animaliũ, & problematis occasio sępe se obtulerit, & in eius doctrina multa aduersantur diuinatrici Astrologiæ, vt propositiones de futuro contingenti non esse diffinitæ veritatis; raro, vel ad vtrumlibet contingentia, non cadere subscientia; in rebus humanis esse casum, & fortunam, quę fugiant certam hominis intelligentiam; ad cognitionem particularium effectuum non sufficere cælestes, & vniuersales causas contemplari: cælum agere tantum motu, & lumine: cælestia principia effectuũ sensibilium per alias causas auerti, & impediri posse. Neq; vnquam significauit, præter solẽ, & lunã agere alia sydera. Immo neque Astrologorum dux Ptolomeus suæ arti multum fidet: nam. lib. 1. de Iudicijs. cap. 3. ait, non est putandum, omnia à supernis causis directo deriuari necessitate quadã inuiolabili, vt nulla alia vis quinita operétur obsistere valeat, & cẽtiloquij prima sententia ait. Soli numine diuino afflati prædicũt futura particularia. Sentẽtia verò 5. Potest inquit, is qui sciẽs est, multos stellarũ effectus auertere, quando naturam earum nouerit, ac seipsum ante eorum euentum rite præparauerit, vnde manauit illa multorum sermonibus trita sentẽtia, sapiens dominabitur astris. Lucianus. lib. de Astrologia quamuis ex professo nitatur astrologiam diuinatricem defendere, magis eam offendit: explicat enim quantum à sapientibus sui temporis despecta fuerit. Illud, inquit, queror, doctos omnes cum in cæteris omnibus exerceãt se se, sciẽtisq; omnibus tradant, Astrologiam, neq; habere in precio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus iustum est, idq; nuper ad nos peruenit, sed inuentum est priscorum regum, quos Dij amabant. At huius ætatis mortales, non solum insciția socordiaq;, verum etiam odio laboris diuersa abillis sentiunt, cumq; forte inciderunt in eos, qui falsa prædicunt, tum & astra culpant, & ipsam astrologiam habent exosam, neq; salutarem eam, neq; veridicam arbitrantes, sed artem magis falsam, ac inanem, haud recte, sicut mihi videtur, sentiẽtes, nec enim ob imperitiam fabri, ars ipsa culpatur. Deinde docet, hanc artem ab Aethiopibus cæpisse qui eam imperfectam finitimis Aegiptijs tradiderunt. Porro Aegiptij diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperunt in maius prouexerunt. Deinde non aliter probat huius artis veritatem quam ei accomodando varias fabulas. Et quia Licurgus Lacedemonijs omnem reipub. administrationem è cælo temperabat, & legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium, non enim existimabat eandem esse ciuitatis administrationẽ, crescẽte luna, atq; euanescente propterea quod omnia ab illa regerentur. Porro, inquit, Arcades soli hæc non receperunt, nec in precio habuerunt astrologiã, & infra huius ætatis homines partim aiunt fieri non posse, vt homines finem inueniant diuinandi scientiæ, propterea quod neq; certa sit neq; vera, &c. Partim quidem dicunt astrologiam non esse quidem mendacem, at inutilem.

Vtrisq; respondere conatur Lucianus, sed 48.
parum fæliciter Rt. nam fatum ineuitabile concedit, dicens. At sane fieri non potest, vt per Astrologiã ex malis bona faciamus, neq; mutari quippiam earum rerum, quæ ab illis, scilicet astris, ad nos dimanant, sed hanc vtilitatem ars affert vtentibus. Bona multo ante delectant, eos qui ventura præscierint, mala vero facile cumnon imprudentibus venerint, accipiuntur, &c.

Ex dictis constat Astrologiam diuinatricẽ damnari à scriptura sacra, concilijs, Pontificibus, & sanctis, & iure Ciuili, eandem damnant tum veteres Theologi. D. Thom. 2. 2. quæstio. 95. artic. 5. Bonau. in centiloq. Antonin. 2. part. titul. 12. capit. 1. §. 6. Petr. de

Taran.

Taran. Rich. Palud. Gab. in. 4. sent. Parisien. tract. de legib. ad longum: tũ recentiores Ioa. Picus, & eius nepos Ioa. Fran. Picus. 5. libris Patruum defendens, Iulius Siren. 9. de fato. à cap. 29. quanuis. cap. 36. & 37. videatur aliquantulum plus æquo fauere astrologis. Circulus. lib. de superstit. p. 2. c. 3. Michael Medin. Pererius Rius, & alij, quos sæpe citauimus. Ioan. And. Abb. Ancarra. & Ananias. c. ex tuarum de sortileg. Turre. cap. illos. 26. q. 2. & in summa Eccles. Alberic. Rosatus in voce sortilegus, Troilus Maluetius trac. de sortil. p. 1. Bald. Salyce. & alij l. 2. & 5. C. de maleficis. Grillandus de sortileg. q. 3. num. 8. & 9. nu. 13. cum seqq. & q. 11. nu. 16. Petrus Leloyherius. 3. de spectris. c. 9. & huius artis peritus ex ipsa experientia, & praxi Horoscoporum. 20. schematibus, & exemplis allatis, Sixtus ab Hemmiga Frisius recenti opere Astrologiæ restitutæ. Ex Medicis Bardesanes Syrus, & Hermogenianus, apud Euseb. 6. præp. c. 6. & 7. & plures alij apud Io. Stob. ser. 78. Georg. Trapezuntius. lib. cur astrologorum iudicia vt plurimum sint falsa. Valles Sacr. Philos. c. 31. & Medicus quidam Iudæus, de quo narrat. Martin. del Rio. 4. disquis. mag. cap. 3. q. 1. ex Mariana. lib. 17. de reb. Hisp. c. 14. & Henricus Cornelius, item Cornel. Tacit. lib. 10. Iuuẽ. Saty. 6. oracula Sibillæ Ennius. Leonidas, Martyr Morus. Quos refert Martin. del Rio. Supra, qui etiam soluit astrologorum argumenta, & reprehẽdit medicos, qui ex astris de morbis iudicant, vt & Conrad. Vuimpina. 3. de superst. ca. 8. & 9. quia stellarum non est tanta vis in hęc inferiora, & dispositio materię astrorũ actiones variat teste Galeno. 2. de diebus criticis. c. 1. Hippoc. passim, & Cels. lib. 4 c. 4. ideo hos maxime Galenus contempsit. 12. lib. Therapeut. & Niphus. lib. 5. de diebus criticis, & multis eorũ patefactis erroribus Ioã. Lãguis impugnauit ep. 37. & Marsil. Ficin. qui in lib. de vita cælitus conseruanda iunior ista defenderat, ea reiecit lib. 12. ep. ad Politianum, & Picum, dicens se prius ea defendisse, non vt probaret, sed vt cum Plotino Astrologorum ineptias rideret. Concludit optime Rius. Tolerantur hi sæpe in Rebusp. sed exẽplo pessimo, & publico malo.

Auic. li. 4. fen. 2. tra.

Sectio. 5. Humanos euentus prædici ex astris non posse, rationibus ostenditur.

49. HActenus auctoritate pugnantum est in Astrologos, humanorum euentum vates, nunc rationibus agendum est, non quidem, vt fecit Picus vniuersa quę quidam Astrologi, vel omnes falso dicunt, impugnando, quia hoc immensum esset, & à nostro instituto alienum, & Astrologiæ ignaris permolestum, sed capita quędam reijciendo, quę sunt veluti vniuersalia principia, & fundamenta totius Astrologicæ doctrinæ, quibus labefactatis, & demolitis tota ruit machina Astrologica, quę modo erecta, & in vsu est. 1. Ratio.

1. Argumentum est illud quo vtuntur Aug. 7. Confessio. cap. 6. 2. Geneſis, ad lit. cap. 17. & 2. de doctrina christiana. cap. 22. 5. Ciuit. c. 1. Gregor. hom. 10. in Euangelica, Cicero. 2. de diuinatione, & Clemens. 9 recognitio. Plini. lib. 7. cap. 50. Mirand. lib. 9. contra Astrologos c. 2. Conimbricenſis. Echius Pererius. sup. c. 3. ex Aulogellio. lib. 14. cap. 1. Argumentum ergo est huiusmodi, quia compertum est multos eodem conceptos tempore, & subeodem aspectu syderum, ac cæli inclinatione natos, deniq; dequorum genitura idem cæli thema describere, eadem denuntiare debet astrologus, nihilominus non eadem accepisse fata, sed alios fuisse piscatores, alios reges, alios nautas, alios solerti ingenio, & dissimiles prorsus vitæ exitu successuq; rerum, quod Cicero ibi illustrat exemplo Euristenis, & Procli geminorum, Iacob, & Esau, quibus constat tam diuersa vitę studia, & mores fuisse, cum nõ solum eodem tempore nati, sed eodem concubitu fati sint, vt dicitur Rom. 9. & posse eodẽ coitu geminos gigni, & non semper ita cõtingere super fætatione contra Eristratum docent Hippon, Empodocles, & Asclepiades, & alij apud Viues. 5. Ciuit. c. 6. Huic argumento occurrunt Planetarij, breuissimam illam moram, quæ inter geminorum ortus cadit, & si apud nos perixigua iudicetur, tamen in cælesti mundo ob eius magnitudinem rapidissimamq; vertiginem, insignem esse, variumq; habere momentum ad varietatem rerum. Huiusmodi effugiũ euertit Aug. 5. Ciuit. c. 1. vt retulimus sect. 3. & his verbis Gregor. supra.

Si propterea Iacob, & Esau non censentur nati sub eadem constellatione, quod non simul nati sunt, sed vnus post alterum, ob eandem causam iudicandum erit, nullum hominem sub eadem constellatione totum nasci, non enim totus simul ex vtero procedit, sed particulatim, & membriatim, quare singulis membris singula erunt fata, quod ridiculum est.

Augustin. etiam. 2. Genes. ad lit. hanc solutionem reijcit, quia Iacob proxime natus est post Esau manu plantam pedis eius tenens, per inde quasi vnus infans instar duorũ, vel vnus longior nascerentur: indiuersis autẽ partibus non ideo diuersa sunt tẽperamẽta: ergo

nec in geminis. Deinde solutio illa euidenter confutatur a Pauorino, & Pererio supra. Sic enim cum Astrologi punctum natiuitatis non exacte obseruauerint, etiam si diem, & horam natiuitatis agnoscant nihil poterunt prædicere, prædicunt tamen, quia exacte nunquam, vel rarissime obseruatur, sed neq; obseruari potest instans natiuitatis: ergo omnes eorum prædictiones, nō solum circa actus humanos, sed etiam circa naturales nascentis qualitates, & propēsiones vanę sunt. Prętera mittamus geminos in quibus eā inter cæptę moræ latebrū astrologi inuenere, cōstat, multos eodē prorsus tēpore, eodē positu Syderū, eadē costellatione in lucē edi, quibus tñ. diuersa omnia invita cōtingūt: cōtrario etiā patet, multis quibus diuersa fuere sydera, pleraq; mire cōueniētia, & similia obtigisse, vt recte adhoc proposītū obseruarūt Phauorinus, & Pererius supra: vana ergo sunt, ac fictitia Sydera illa fatalia, quæ astrologi ponunt. Confirmat hoc Plinius supra dicēs, Homerus eadē nocte natos Hectorē, & Polydamanta, tradit, tam diuersæ sortis viros, Caio Mario, Caio Carbone. 3. cōs. ad. 5. Calen. Iunias Marcus Cælius Rufus, & Cornelius Lucinius Caluus, eadem die geniti sunt, oratores quidē ambo, sed tamen dispari euentu. Hoc etiam ijsdem horis nascētibus in toto mundo quotidie euenit, pariterq; domini, ac serui gignūtur, reges, & inopes. Eodē pertinet, quod adducit Aug. 2. Genes. ad lit. c. 17. & Phauorinus, supra de varijs euentibus herbarum, arbustorum, seminum, & brutorū quæ eodē puncto temporis fata, vel nata sunt. Similiter ergo homines eodē tēporis puncto nati, & concepti diuersos euētus habent ex causis secundis naturalibus, & potissime expropria, & aliorum à quibus pendent libertate, immo licet multi eodē puncto nascāntur, nunquam inuenies omnino similes. Ad hoc etiam argumentum pertinent, quę eleganter Bardesanes Syrus de diuersis moribus hominum, qui eodem tempore nati sunt, scribit apud Euseb. 6. proparationis. d. c. 8. & Pererīū supra. cap. 3. ratione. 4.

50. 2. Ratio. 2. Argumentum est quia stellæ, quas astrologi considerant, continentur certo numero, sunt enim non plures quām mille, & vinginti duæ. De quo vide Conimbric. 2. cæli. c. 12. q. 1. igitur nullo modo fieri potest, vt omnium hominū, qui tunc nascuntur fata, & tot rerū futurarum euentus, & tam dissimiles casus describant; nisi quis dicat eas varie cōponi, & interse cōmisceri, admodum literarum, quæ paucæ cum sint varia coitione, & transpositu efficiūt innumerabilē vocabulor ad rerū significādas multitudinē. At hæc responsio futilis omnino est. Neq; enim stellæ, ita cō funduntur, quoad quidē inerrantes semper eundem aspectū in terse retinent, & errantes interse non singulis horis, & momentis variant aspectus variatione, quę alicuius mométi sit, idemq; est deinerrantibus ad fixas comparatis, ex diuersō, item errantium adinerrantes positu, aspectu ve non potest confirmari distincta significatio ad tantam rerum colluuionem simul iudicandam.

51. 3. Ratio. 3. Argumentū est quia, vel stellæ sunt causę eiusmodi euentuū, vel signa, & non causæ: neutrum dici potest: ergo. Prior pars minoris probatur quia eiusmodi euentus, vel sunt actus eliciti voluntatis, vel pendent ab actibus elicitis voluntatis: ergo non possunt effici à stellis aliqua certitudine, aut infalibilitate, nisi stellæ ipsæ influant directe, & immediate in voluntatem, vel saltem mediate, & indirecte. Directe autem, & immediate influere non possunt, quamuis nonnulli astrologi tenere videantur, non solum in voluntatem humanam, sed etiā in angelicam, & diuinam directe influere, vt bene ostendit Picus. lib. 4. c. 10. adeo, vt Albumasar dixerit, eum, qui orauerit, quando luna coniuncta est Ioui in capite Draconis, impetraturum à Deo, quidquid petierit, & quidam Petrus Hipponensis autumat, setali oratione magnos feciſſe in scientijs progressus, vt petierat, & quidem, quod attinet ad voluntatem diuinam, creatura in creatorem præsertim cogendo, vel ad vnum determinando agere non potest. De voluntate autem humana, & angelica certum videtur, quia corpus nequit directe agere in spiritum, saltem per modum causę principalis, & in eodem supposito, & natura non coniunguntur, vel loco distant, vel corpus est innanimatū, quale est cæleste, & ita cælestia corpora non agere in voluntatem motione directa, tenent D. Thom. 3. contra gent. à cap. 84. & 85. 1. p. q. 115. 1. 2. q. 9. art. 5. 2. 2. q. 95. art. 5. & op. 26. ad fratrem Reginaldum de virtutibus astrorūm, reliqui doctores. 2. d. 15. Picus supra. Conimbricē. 2. cæli. c. 3. q. 8. ar. 2. & q. 9. art. 2. Azor. to. 1. lib. 1. c. 20. q. 10. Camaracensis tract. suo de lege, & sectis, Guilliermus Parisiensis de fide, & legibus. Qui referunt aliquos errores astrologorum in contrarium, ac quod cęlum non possit ita in voluntatem influere, vt astra omnino sequatur, seu ab astris determinetur; definitum est in Conci. 1. Brachar. contra Priscillianum hæreticum. Hoc enim esset tollere libertatem arbitrij, vt argumentatur Damascenus. 2. fidei c. 7. cum enim cælū necessario, ac naturaliter agat, si humanæ actiones cælesti vi administrarentur non essent liberæ, sed naturales, neque homo ageret, sed belluarū more ageretur, nullaque super esset ratio consilij, nulla culpa, aut meritum, quę omnia absurda, & impia sunt à Philosophia, & christiana religione ab horrē-

tia,

tia,maxime si vt multi tenēt, nec Deū salua libertate hominis voluntatem ipsius ad vnū determinare. Si autem dicas cęlum agere in voluntatem immediate, non quidem determinando illam ad vnum, sed inclinando, vt quando Deus voluntatem mouet per gratiā excitantem. In primis id admitti non debet; tum quia cęlum est corpus,& non potest corpus immediate agere in spiritum, tum quia neque spiritus creatus potest immediate agere in voluntatem,vt art.seq.cum D.Thom. ibi,& alibi, & cum alijs docebimus:ergo multo minus poterit corpus sic agere in voluntatem,etiam si ageret virtute intelligentię;imo proprie loquendo nihil existimo producere virtute intelligentiæ, hæc enim solum concurrit applicando actiua passiuis. Sicut quando ego ignem applico ad combustionem ligni. Deinde esto admittamus, cęlum directe agere inclinando voluntatem non poterūt ex astris prędici actus voluntatis,ac proinde,nec euentus ex illis pendentes,cum enim motio immediata ab astro perfecta nō determinet, sed inclinet voluntatem,fieri poterit,vt voluntas non operetur,sicut sæpe mouetur diuina inspiratione,cui tamen ipsa non cooperatur, quia alia sunt motiua in contrarium,eademque ratio procedit si asseramus stellas agere mediate,& indirecte in volūtatem, scilicet agendo in corpus, nam nullus effectus in corpore receptus determinat voluntatem ad vnum. Et ideo Ptolomæus dixit sapiens dominabitur astris,quod Gilbertus Centuria. 3.ad agio. 298. & omnes Christiani Astrologi ex eodem Ptolomæo passim vsurpant,& consonat scripturæ. Genes. 4. sub te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius,quem locum recte expendit Bernard.serm.5.de ieiunio quadragesimæ, vt intelligamus dęmonem,& carnem tentare nos posse, in nostra tamen esse potestate illis resistere,adde verisimile esse,astra nec in appetitum sensitiuum posse immediate influere, & licet influerēt tamen posset appetitus resistere inclinationi procedēti ab astro,sicut canis licet magnam habeat inclinationem ad cibum,metu tamen fustis resistit,& ita obseruat Medina hoc a.5.ergo inspectione astri non potest certo colligi operatio appetitus sensitiui,nedum voluntatis.

52. Et quidem astra non posse immediate in appetitum sensitiuū influere probatur, quia non influunt ipsosmet actus, vt causæ partiales,aut totales,neq.aliquem habitum,neq.aliquam qualitatem fluentem, quæ sit principium actiuum. Siquidem omnes istæ qualitates excelentissimę sunt,nec est in cęlo aliqua qualitas, quæ possit esse ratio agendi respectu harum, & habitus ordinis naturæ à nobis acquiruntur, supernaturales infunduntur à Deo,qualitates fluētes, nec respectu actuum supernaturalium quorumcumq.admittuntur à multis,neq.respectu actuum naturalium ab vllo,actus ipsi à solo appetitu, vel etiam imaginatione fiunt saltem tanquam à causis partialibus:ergo cælum nullius actus appetitus, neq.alicuius qualitatis in eo existentis causa est,sicut nec est causa saltem particularis actuum sensus,neq.vllam qualitatem aliā in sensu efficit,quæ rationes à fortiori in intellectu, & voluntate locum habent,ex astris ergo tanquam ex causis directe influentibus in voluntatem non possunt actus voluntatis prænosci.

Præterea res inanimatæ sunt valde limitatę,quoad varietatem essentialem suarū virtū & actionum,cæli autem sunt inanimati: ergo neq.vnica,neque pluribus virtutibus efficere possunt infinitam varietatem essentialem actuum,quæ reperitur in appetitu sensitiuo, & voluntate, & potentijs cognoscitiuis. Præterea,si astra per se inclinant ad omnes actus: ergo ad furta, homicidia, & reliquos actus malos,quod absurdum merito putat Grego. Nysse.in suaPhilos.lib.5.de fato.c.1.qui liber sub nomine Nemesij de natura hominis habetur tom.7.biblioth.C.autem 35.sic habet. Qui Astrorum circumuectioni causam omnium,quæ fiunt, assignant,non solum communibus rationibus aduersantur, sed etiam omnem Reipublicę administrationem inutilem reddunt, absurdæ enim leges,superuacaneæ iudicia,quę ab his pœnam exigant,in quibus nulla culpa sit,nullus etiam vsus est precum,si omnia fato administrantur, ac præter quam quod instrumentum tantum cælestis circumuectionis homo reperitur,etiam exterminatur cum religione prouidentia: si quidem ex cælorum motibus non solum partes corporis,sed etiam animæ cogitationes ad agendū impelluntur. Deniq.qui ista differunt vna cū animi libertate cōtingentis naturam tollunt, & sic nihil aliud agunt quam cum vniuersa labefactant,iniqua etiam ipsa astra,quod alios mœchos,alios homicidas efficiunt,& præ his architectus eorum Deus si huiusmodi fecit, quæ mala nobis necessario importarent, vt horum insulsitas non modo in Republica vertetur,sed etiam grauissimorum malorū causam Deū efficiat. Quin imo fieri nullo modo posse,quod defendunt ratio conuincit:verum ista ne aures quidem nostræ ferredebent,quę perspicue absurda sunt, & de Dei magestate detrahunt. Hæc Nyssenus,vel Nemesius.

Ex quibus constat astra per se, & directe 53.
in voluntatem non influere præsertim determinando ipsam. Indirecta autem actio licet admittatur non sufficit, vt ex astris actiones voluntatis certa ratione colligi valeant; imo

nec

nec probabili,quod maxime verum erit si astra solo lumine,vel calore non item occultis influentijs agant,quam opinionem tenet Picus lib.3.c.4.5.& 6. Auctor confutationis Astrologiæ lib.2.c.4. vsq.ad.7. & Medina.2.de recta in Deum fide.c. 1. & Pererius.2. in genes.disp.contra Astrologos.c.3.ratione.8. dicens, Astrologi præter lucem alias in cælo & syderibus vires atque facultates & a luce & interse multum diuersas mirandorumquõ operum causas,quas influentias appellãt, cementi sunt . Nouitium sane inuentum nulli veterum,vel philosophorum,vel astrologorũ vnquam probatum,ac si licet ex eorum scriptis coniecturam facere, nec notum quidem illis,postquam vero à recentioribus astrologis influentiæ inuentæ,& palam protectæ ab illis quoque doceri, & defendi cæptæ sunt, qui ex Lycio paulo grauior,& probatior philosophus non eas repudiauit atq.damnauit? Festiue quidam Asylum ignorantiæ eas appellauit:ad influentias quasi ad vnicum perfugium sese recipiunt, & hanc se in latebram conijcunt quicumque mirabilium effectuũ proprias,& naturales causas solerter inuesti gare,& reperire nõ possunt,& vero si admittũtur influẽtiæ,vix dici põt quãdebilitetur robur Philosophiæ,deteratur eius dignitas,auctoritas eleuetur,minuatur æstimatio, deniq. studium eius apud homines cultusque langueſcat.Quid enim attinet in ocultis rerum causis perquirendis,& inueniendis præclara ingenia philosophorum tanto studio & conatu laborare, cum in procliui sit cuiuslibet effectus ex cęlestibus influentijs rationem petere,& afferre; quis enim effectus est, cuius naturalis , & vera causa paulo obscurior, & abstrusior est, quam non per istiusmodi influentias nullo negotio liceat explicare? Cur magnes ferrum ad se rapit?confestim respondebitur,quia propria eius influentia cælestis eam illi virtutem indidit, vnde Remora tantulus piscis vim habet sistendi incitatissimum nauigium? In promptu est responsio,nimirũ à cælesti quadam influẽtia,& sic de alijs.Ita Pererius qui deinde has influentias impugnat , & simul quod dicunt astrologi,cælum virtute esse frigidum Martem siccum,Lunã humidam &c.omnia enim sydera luce à sole mutuata fulgent , lux autẽ solis vim habet calefaciendi: ergo & reliquorum syderum;vnde & Arist.4.de gen.anim.c. 2. & experientia docet, noctes in plenilunio caliidiores esse : absurdum autem est in eodẽ astro duas esse facultates in suis effectibus contrarias,quarum vna effectum alterius impediat,nullum ergo sydus facultatem frigefaciendi habet. Conf. quia in reliquis corporibus etiam animatis nunquam reperiuntur qualitates in effectibus contrariæ, nisi secundum diuersas partes: ergo non poterunt astra quæ vndiq.sunt lucida, ac per consequens caloris effectiua simul habere virtutem frigefaciẽdi. Et alioqui erit in illis qualitas aliqua luce excellentior, nam effectus qui his influẽ tijs tribuuntur,& modi operandi ipsarum excellentiores sunt,operantur enim ad quamcũque distantiam, & non impediuntur terra interiecta,vel alio obstaculo: consequẽs autem absurdum videtur,non ergo sunt admittendę huiusmodi influentiæ, maxime cum omnia, quæ in rerum natura fiũt;tametsi noua singularia,& mirabilia videantur fine his influentijs recte intelligi possint, & ita illas præter citatos negant Georgius Agricola, libr.4.& 5. de causis subterraneorum,Zimara in theoremat is prop.45.Bocafer in suis meteoris,Sirenus libr.9.de fato.ca.10.& 29.quibus accedit Medina.h.ar.5.approbans dictum cuiusdam docti hominis asserentis, duplex esse Astrologiæ genus, scilicet physicum,quod in cælis solum considerat influentiam motus , & luminis , & fictitium à vanitate Astrologorum introductum,vt quod Venus incitet ad libidinem,Mars ad iram,Venus ad insaniam, Capricornus reges afficiat,&c. easdem influentias occultas negat Auerr.2.cæli.c 42. & Plotin.lib.vtrum stellæ aliquid agant,& certe Aristo.1.meteor.c.3.Auerr.1.cæli.t. 32. Solum docent,cælum agere motu,& lumine,exquisite tractantesquomodo in inferiora agant.Solamq.virtutẽ calefaciendi cælis tribuunt, imo ex Astrologis Ciruelus in 1.apologia Astrologiæ fol.3.quamuis Michael Medi.supra dicat ab ipso,& Lucio Balantio,& Nicephoro Gregor.concedi occultas influentias.

Neq.vero probo sententiam Pici libr.3.c. 54.
5.& 6.asserentis omnia astra lumine solo agere,à quo calor proficiscitur distinctæ rationis à nostro,qui per modum causæ vniuersalis calorem elementalem causet cum igne, frigiditatẽ,cum aqua,&c. Lux enim immediate nihil efficit nisi lucem, & calor ille,si frigefacit, non magis calor,quam frigus dici debet, deinde virtus corporea, etiã si à cælo fluat valde limitata est: ergo nõ debet etiam per modum causæ vniuersalis tam varios,imo & contrarios effectus habere.Iste modus causæ vniuersalis,nec cælo, nec Angelis competit , sed soli Deo,vt ostendi in libris de cælo , & recte Suarez.to.1.metaphy.disp.22.sectio.5.& aliquando,vt in nocte obscurissima tenuissimus erit calor iste,tamen eodem modo,vel interdum melius agentia naturalia operantur:ergo non habent ab eo,vt à causa vniuersali virtutem operandi,quod etiam confirmant Conimbricens.2.cæli.c.3.q.3.nam calor cælestis, & elementaris eiusdem speciei sunt cum hic

ab il-

ab illo intendatur, atq. adeo ambo in vnum calorem per se coeant, quo fit, quemadmodum elementaris calor frigori aduersatur, ita & cælesti, & ex consequenti, vt cælestis neque at frigiditatē gignere, alioqui vnum contrarium, aliud produceret: cum tamen contrariorū ea conditio, & natura sit, vt se mutuo interimant. Item quia licet cælestis calor sit generosa lucis soboles, non proinde verisimile est duplicem illam tam dissimilium, ac repugnantium qualitatum coniugationem caloris, & frigoris, humoris, & siccitatis virtute in ea contineri, & sane si contineretur, non esset cur per se Sol luce sua potius aërem calefaciat quā frigefaciat, calorē elemētalē in aëre efficiendo, qui frigitatē elementalē expellat.

55. Neq. etiam placet quod alij contendunt, solam lucem prædictas qualitates parere nō interuentu caloris à se geniti, vt aiebat Picus, sed immediate prout ipsame thuius aut, illius syderis instrumentum sit, vt calor in fœmina facit lac, non in viro, quod placitum est Cirueli supra Niphi. 2. cæli. c. 7. Titel. 7. Philosophię c. 23. videtur. D. Tho. 2. d. 15. qu. 1. a. 2. ad. 5. & de spirit. creat. a. 8. ad. 12. & 1. p. qu. 67. art. 3. & 2. anim. lectio. 14. vt inquit Ferra. 3. contra gen. c. 64. vbi tamen ait, alio modo posse intelligi. D. Th. & quidem iste nunquam mihi placuit, quia potentia actiua in quocū q. subiecto sit, eūdē habet effectū primariū, & per se: ergo si lux, quę ponitur in aëre siue sit à Sole, siue à Luna, est eiusdem rationis, eūdē habebit effectum nempe calefacere. A Conimbr. supra confutatur. 1. quia multa à cælo perficiuntur non intercedente motu, aut luce: igitur cęlum non sola luce motu ve, sed alia etiam occulta vi ad agēdū pollet. Probatur assumptū quia astra procreāt aurū, cæteraq. metalla in terrę gremio, quod neq. motus attingit, neque lux permeat, nec enim bruta illa terræ crassities radio penetratur.

56. Quod autē huic argumento aliqui respondēt in terræ latebras nō posse quidē lucē, posse tñ calorē à luce genitū peruenire, minime satis facit: etenim calor ille in extrema terræ superficie excitatus, certū habet propagationis suæ terminū, eūq. breui spatio conclusum, maxime cū non sit summe intēsus, quare nequaquā tā late fundi poterit obsistēte pręsertim sibi ac viā cōcludēte terræ frigore. 2. quia acus attritu magnetis cōfricata trahitur a cęli partibus polo vicinis (vt 7. phy. c. 2. q. 1. ar. 3. ijdē Conimbri. ostēdūt) non vehi autē lumine huiusmodi attractoriam vim argumento est, quod etiā dēsa caligine, & in quolibet tenebricoso loco acus versus illū cęli tractū obuertitur, negari igitur nō debet id alterius virtutis ope fieri. 3. quia influxus, & refluxus Oceani fit a Luna (vt cōmuni philosophorū cō sensione in meteoris ostendisse se isti putant) fit autem sæpe non apparente Luna in nostro emispherio: nec vllam ad ipsum lucem effundente: igitur Luna aliam obtinet vim, per quā id efficiat. 4. quia experientia compertū est, lunam dum cum sole coit, vehemētius mouere inferiora, & in morbidis corporibus sæpe acriorē doloris vim efficere maioresq. assultus Occeani, & vndarū reciprocationes excitare, & tñ in eo cōgressu multo minorē lucē possidet: habet igitur aliam facultatem a luce distinctam per quam operetur, quæ influētia dicitur, ita sentiunt Conimbric. & hæc, inquiunt, Platonis fuit opinio, vt testatur Damascenus li. de consolatio. medicinæ, estque mathemathicorum communis diuturnę experientiæ magisterio docētium, in esse Saturno vim gignendi frigiditatem, & siccitatē, Ioui efficiēdi temperiem, Marti ardorem, Soli calorem, Veneri, & Mercurio moderatum calorem, Lunæ humiditatem, vt patet apud Alb. li. de quatuor coęquęuis, Ptolomę. in quadripartito, Albumasar in introductorio: cum ergo id in lucem referri non possit, neq. in motum, oportebit reduci in occultas vires, seu influentias, quas ponere inquiunt. D. Tho. 2. cæli. c. 7. lect. 10. quodli. 6. a. 19. Bonau. 2. d. 14. q. penul. Alb. 2. d. 13. a. 1. & 2. cæli tract. 13. Ric. 2. d. 14. a. 3. q. 5. ad. 5. Maio. d. 14. q. 5. Ferrar. 3. contra gen. c. 84. Abul. 3. reg. 17. q. 9. Venetū in summa meteor. c. 1. Saxon. 2. cæli. q. 12. Tolet. 2. de gene. q. 2. circa. 4. conclusionem alios referentem. Timo. 1. meteor. c. 1. q. 1. videtur etiam Rich. 4. d. 48. art. 2. qu. 2. Alb. apud Niphum. 2. cæli. c. 7. q. vlt.

57. Sed quidquid sit de hac opinione (quā nō ita clare docēt omnes hi authores) rationes superiores nō vrgēt ad probādum, has occultas influētias: siquidē ad. 1. dici potest, vel ad omnē locū in quo aurū, & alia metalla generantur, pertingere caloré Solis præsertim quā do per antiparistasim colligitur ad viscera terræ, vel aliorum astrorū. Vnde Michael Medin. sup. ait, est materia auri, argenti, ferri, &c. humorum terrestrium mistorum attemperatio, quę vicē habēt seminis: est vero hic, & nō illic, non fictitio, & fabuloso planetarum dominio, sed ab huius terræ temperamēto, quo terra illa destituitur, est enim in terra diuersi tēperamēti ratio (vt ego existimo ab initio) iuxta Cicero. 1. de diuinat. sunt inquit, varia terrarū genera, ex quibus & mortifera quędā est pars, vt & Ampsancti in Hirpinis, & in Asia, Plutonia quæ videmus, & sunt partes agrorum, aliæ pestilentes, aliæ salubres, aliæ quę acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa. Licet autem statim addat Cicero ex cæli varietate eam terrarum varietatem deriuari: tamen id non ex propria sententia, sed ex Q. fratris opi-

pinione, & stoicorum partes agentis, vt in 2. li. ostendit. Vnde subiungit. Nec mirum, cum sint diuersarum terrarū diuersa temperamenta vt in diuersis hominibus, & partibus eiusdem hominis tam varia sint tēperamēta.

Ad. 2. dici potest magnetē nō moueri à cęlis, sed a seipso per propriā virtutē, alioqui cū in vero Polo mundi nō sit virtus motiua maior, quā in similibus cęteris cęli pūctis, l. partibus, non esset ratio vlla cur polū aspiceret, & aliquis magnes, & alicubi non est referendus motus magnetis in virtutem cęli, sed ipsius magnetis.

58. Ad. 3. Medi. 2. de recta in Deū fide. c. 1. fol. 20. Respōdet, omnia quę Astrologi ad occultas influētias referūt, sine illis saluari posse. Sicut enim heliotropium, lupini, & similes quæ dā herbę nō quodcūq. lumen, sed Solis sequūtur, cōtra heliniotropiū nō solis, sed lunaris luminis cōuersionē insequitur, ita & illa quę sui augmēto, & decremēto lunā crescētē, & decrescētē sequūtur, nō ad occulti alterius influxus, sed ad luminis lunaris, cui sunt adtēperata, alternātur, & muliebria mēstrua, & quædā alia nō ad lunā, sed ad propriā naturā sut referēda, stultū est. n. putare vniuersas mulieres in plenilunio, & nō alio tēpore sanguine mēstruo fluere; maris fluxus, & refluxus a multis lunę tribuitur, à qua sentētia Arist. alienus non fuit. Sed si lunæ certa influentia mare fluit, & refluit, nō solū Oceanus, sed vniuersa maria, imo lacus, & stagna idē paterētur: q̄ est cōtra experientiā. Nec valet dicere, aquas quæ nō sunt in Occeano extra sphērā esse: lunā aūt, nō in quascumq. aquas, aut humida, sed in eas quę humidorū sphera cōcludūtur dominiū sortiri. 1. enim hoc eorū sententiæ, qua lunā humidis certa quadā influētia, dominari cōtēdūt, aperte cōtradicit, nā si luna in aquas dominatur, nō loci, sed humoris ratione dominabitur: ergo si aquæ existētes extra Occeanū sunt humidæ, illis quoq. dominabitur. 2. falsum est, aquas, quæ nō sunt in Occeano nō esse in suo loco, locus. n. naturalis est terra quæcūq. sicut locus ignis est quicūq. aër, quod prę sertim est verū de mari Mediterraneo, quod licet nomine ab Occeano differt, re tn non differt est n. portio, aut excursio Occeani; aqua autē in nullū locū violētū excurrit. 3. Adriaticus sinus portio est maris Mediterranei: cur ergo q̄ canales veneti quotidie tesiāt fluit, ac refluit? 4. si tātū a quis quæ sunt in Occeano luna dominatur: ergo aliæ aquæ, nimirū maris Mediterranei, lacuū, fluuiorū, &c. & cōchilia lunæ impressiones nō sentirent. 5. reliqua humida animalium, videlicet, medullæ, arborumq. succi non sunt in Occeano, & tamen illis lunam dominari vulgariter fertur. 6. in adriatico mari aquæ non eandem motus mēsuram, quam in Occeano seruant: nō enim eodē temporis spatio Venetijs, sed breuiori multo, senis scilicet horis fluxus, & refluxus accidit. Aquo autem sit fluxus & refluxus maris, fortasse nulli mortali notū est, quod vero multis viris doctis placuisse video est esse ab ipsa aquarū natura, suppositā tn loci qualitate, habet. n. ex se aqua circularitur moueri in suo loco, nisi loci angustia prohibeatur, vt in Occeano, & adriatico mari nō prohibetur. Est autē in hoc, aut illo mari circa tēporis spatiū discrimē, quod loci repercutiētes, hoc aut illo interuallo aloco, vnde aquarum motio incæpit, discedatur, de quo multa Picus. Licet autē concedamus lunæ, agere per peculiares influentias, non sequitur, alios planetas similiter influere: quia occultæ influentiæ nō pertingūt, nisi quo pertingit lumē: hoc. n. est veluti influentiæ vehiculū: vnde effectus lunæ in inferioribus ad lunæ lumen coaptari videmus; lumē autē cæterorū astrorum a sole & luna, & vt quidā volunt, a Venere nō pertingit ad terrā: ergo nec eorū influētia occulta, hæc fere Michael Medina: sed melius argumento diceretur, lunā nō efficere fluxū & refluxum Occeani: sed tātū esse cōditionē, sine qua nō fieret; posita tn illa lunæ varietate, fieri reciprocationem a propria aquarū natura cōcurrētibus loci cōditionib⁹, siue fiat aucta aqua maris, quæ sub certis cōditionibus loci, & cursus, & luminis lunæ maiorē habet vim generandi sibi simile ex aëre, & aër minorē resistētiā; siue, quod minus probabile puto, sine augmento, l. rarefactione, aquæ sola eius motione a medio mari vastissimo ad litora. Vel licet demus hoc fieri a luna per virtutē peculiarem, quia nō possumus aliter experiētias saluare, tn nihil cogit, vt idem de alijs astris dicamus, esto vt certū est in venere quę vmbrā facit, & in alijs verisimile, eorū lux nō solū intētionaliter, & per species visibiles, sed realiter, & per se ipsam ad nos vsq. perueniat. Per hæc etiā diluitur. 4. argumētū quāuis nō satis certū puto in cōiūctione solis & lunæ maiores assultus Occeani, & vndarū reciprocationes semper excitari: quod vero de planctarū virtutibus ex Ptolomæo, & alijs refertur, nec sufficiēti experiētia conuincitur, nec verū videtur, sicut mutationes aquæ diximus referri posse in, ppriā aquę naturā sub certa cōditione loci, & cursus lunæ, ita si qua experiētia est ad locū aliorū planetarū mutationes fieri in inferioribus, id referri pōt ad naturā ipsorū corporū inferiorū, quæ sub certa cōditione cursus Martis, aut Veneris, &c. ex se mutatur. Nā certe si Saturnus tantā habet vim efficiēdi frigiditatē, & siccitatē, & Mars caloré, sentiremus eiusmodi effectus, cū nobis apparēt, sicut experimur solis & lunæ effectus, cū ascēdūt super horizōté, & si Iouis tēpe

riem

riem efficit debet interdum calefacere,interdum, frigefacere,vt excedētes qualitates ad temperiem reducat,quod nonvidetur admittendū. Vnde Auerroes.2.cæli.tex.42,& Episcopus Mirādul.li.23.de singulari certamine, & Zimara in theorem.propositi.45. Michael Medi.loco cita.fol.17.asserunt,calorem dum taxat sub lunæ globo lucis interuentu effici: frigus vero ac cætaras qualitates solum effici per accidēs,& indirecte ab astris.Sol enim frigiditatem efficere cēsetur,quia a nobis degrediens,vel non satis radios suos reflectens, frigori nos reliquit, vel quia suo calore adiuuat ad generationem mixtorū,in quibus frigus dominat, idēq.in reliquis astris cōtingit.

59. Sed his nō obstātibus probabilius puto,dari occultas influētias in astris,quibus in elemētis mirabiles alterationes fiūt,nō.n. tāta dierū eiusdē mensis, & anni varietas potest cōmode in alias causas reduci,neq.alię mutationes,quæ in mari,& mixtis fiūt,imo mot' sphęræ ignis,& supremę regionis aëris,&inferiorū cælorum virtuti primi mobilis tribuēda videtur:motus autē vnius corporis nō causat per se motū alterius,nisi impellēdo ipsū,vt eius locū subintret.Primū aūt mobile nō sic mouet inferiores sphęras: ergo nō ꝓprie eas mouet suo motu, sed occulta virtute.Nisi dicas eas ex natura sua seipsas mouere,aut ab intelligētia moueri ad motū primi mobilis. Præterea astra nō differunt tm̄ magnitudine,situ,ordine,& motu,sed substātia:ergo varias habēt ꝓprietates,& virtutes actiuas,& multo excellētiores illis,quas in mixtis saltē inanimatis reperimus:frustra aūt illis datæ fuissent,nisi perfecte posset in inferiora agere,hoc igitur admittēdū est.Nec audiēdus est Picus li.3.c.10. dicēs,reliqua sydera pter solē & lunā ꝓpter eorū paruitatē,& a sub lunaribus distātiā,l.nihil omnino,l.parū efficere.Itaq.nō reclamante(vt ait Michael Medina)sed exigēte experiētia admittimus influētias,licet earū Arist. nō meminerit,de quo in libris de cælo. q.16. latius diximus. Sed illa distributio dominij planetarū in diuersa metalla, diuersas hominis partes ꝓ diuersis diebus,& horis,ille agēdi ordo,& modus quæ ab Astrologis pscribūtur nō experiētia,nec rōne,sed sorte,aut cōdicto ficta vidētur,idē sentio de planetarū,& aliarū stellarū qualitatibus , nec. n.credo vim vrēdi in esse caniculæ.Sed sol ꝓpter directionē,& morā eo tēpore vrit. Vnde Sirenius.9. de fato.c.37.ait,ortū caniculæ nō esse causā, sed indiciū maximi ęstus, & hæc duo mutuo se indicare.Sic aduētus hirūdinis,l.ciconię nō est causa veris,sed indictū,quia hęc animalia instinctu cognoscūt veris aduētū,l.aliquid efficiūt,vnde veris aduētū ꝓnosse videātur.Eo dē modo Halciō nō efficit,sed quasi ꝓnoscit, & ꝓnūtiat maris serenitatē.Sic in delphinis,& alijs huiusmodi. Maiorē autē speciē fictionis habet,quod de signorū virtutibus dicitur, ne dicā hæresis,cū in Cōci.1.Bracha. can.10.ita habeat,siquis.12.signa,idest sydera,quæ mathematici obseruare solēt,per singula animę l.corporis mēbra credit,& nominibus patriarcharū ascripta dicit, vt Priscillianus dixit, anathema sit,& Aug.de hæresib.c.70. de Priscillianistis hæreticis ait.Asserūt etiā fatalibus stellis homines colligatos,ipsūmq.corpus nostrū sm̄ duodecim signa cæli esse cōpositū,sicut hi,qui mathematici vulgo appellātur,cōstituētes in capite arietē,taurū in ceruice,geminos in humeris,cācrū in pectore,& inde cętera nominatim signa percurrētes, ad plātas vsq.perueniūt,quas piscibus tribuūt, quod vltimū signū ab Astrologis nūcupatur. Hæc & alia fabulosa,vana,sacrilega,quę persequi longū est,hæresis ista contexit.

Hactenus Aug.cui cōsonat Nauarra.2. de 60.
rest.c.2.n.107.dicēs.Atuero,vnū est in hac re maxime cauēdū,ne fictitias,& occultas virtutes cælis tribuamus quæ nō efficaci rōne,vel certa experiētia constēt.Astrologi. n.pcipue imperiti,nescio quas defluxiones,& afflatus, & innumeras virtutes, & effectus cōfingunt. Nō nego pter lumē,& motū,quæ sunt cōmunia omnibus stellis,esse ꝓprias virtutes vnicuiq.stellę,vt infra ostēdemus ex S.T.imo&Aug. 5.ciui.ca.6.qui afflatus dicit valere sydereos. Sed has plus iusto multiplicare , & eis varios euētus ascribere,ad quos forsan nullū habent ordinē,aut virtutē,rephēdi debet,vt ꝙ hoc astrū habeat circa hoc mēbrū,illud circa aliud influētiā,& dominium,& alia,quæ ipsi docēt, nec Aug.ꝓbat,nec S.T.neq. vllus Theologorū,aut Philosophorū,neq. vlla est ratio, neq. ꝓbata experiētia,qua credamus causę nāli eosdē effectus esse tribuēdos, vt refutat Grego.ho.10.ante mediū. Hæc Nauarra, & saltē temere,& sine vllo fundamēto dominia signorum distributa sunt,etiā in ordine ad aeris mutationes,effectus.n. quos sol in illis signis ꝓpter morā,l.directionē efficit medio lumine,occultis illorū virtutibus Astrologi tribuūt quasi non oēs partes.1.mobilis, in quo verus est Zodiacus,eiusdem rōnis eiusdēq. virtutis sint,vt in omnibus corporibus omogeneis;licet aūt in 8.sphera suus quodāmodo sit Zodiacus,tm̄ effigies, & figuras stellarū,quas in eo Astrologi assignāt similitudinē reddentes quorūdā animaliū,l.hominū quas in ortu cuiusq.magnā vim habere Astrologi cēsent, cū per se,ac natura sua tales nō sint,sed sola imaginatione cōstēt,ab eisq.eo modo cōfictæ, & figuratæ sint,nō efficiūt eos effectus,quos Astrologi arbitrātur,possunt.n.fingi ad similitudinē aliorū animaliū, domorū,turriū,mensarum,

rum, aliarum ve rerum quare valde friuolũ, & ridiculum putat Pererius, disput.cit.c.3.ratio.8.& confutatio Astrologiæ,li.2.c.5.in eiusmodi figuris quicquam momenti esse existimare,nisi dicas experiẽtia constare planetas in illis signis aliquos habere effectus proportionem habentes cum prædictis figuris,ideo eas esse confictas.Sed de hac experientia dubito,& ea admissa, non statuam in illis signis virtutes,sed in planetis,vel alijs stellis,quæ in tali positu cælorum sic,vel sic habẽt influere.

61. Neq.refert plures in cælo octauo esse stellas,quam a nobis videantur,vel astrologis cõsiderẽtur, cum enim inter se eodẽ modo sem per se habeant.Si planeta sic, vel sic eas respiciente,aut ipse planeta,aut aliqua ipsarum effectum aliquem operatur,id obseruare poterit Astrologus,& in simili dispositione syderũ ex multis præcedentibus experimentis simi lem effectum prænuntiare. Vnde non vrget argumentum Pererij supra. c.2.ex ignorantia,vel in cõsideratione multarum stellarum firmamẽti ductum,licet eodem arg. vsus fuerit Seneca.2.naturalium quæstio.ca.32.alij q. multi,illud etiam arg. quod ibi attigit Seneca,quia non aliter nos,quam cętera animalia prospiciunt,parui momenti est, dicam enim, astra etiam in reliqua animalia pro cuiusque natura, & dispositione agere, sed id non esse tam exacte ab Astrologis obseruatum, ideo ex eorum natiuitate nihil prædicere illis euẽturum, idemq.dici potest de stirpibus. Vnde ratio,quæ ex brutis,& stirpibus a Pererio supra.cap.3.ratio.8.fundamento.2.sumpta est non conuincit Astrologos.Astrologi ergo nõ hac de causa,sed alijs adductis, nihil certi de humanis euentibus ex astris,tanquã ex causis, prædicere valent. Quibus accedit eos ex sola syderum in natiuitate cuiusq. positione omnes vitæ casus,& euentus prædicere, cum tamen non ille tantum temporis punctus obseruandus esset,sed etiam conceptionis, formationis,& alij,si enim ob infantis teneritudinem natiuitatis instans ad impressiones syderum accommodatum censetur,magis erit accommodatum instans conceptionis, & alia instãtia,l.tẽpora ante natiuitatẽ,quãdo infans producitur,& formatur,teneriorq.est & interdũ cõtingit, vt eo tẽpore virtutes cælestes sint valentiores ad immutandum hominem, quam quæ tempore ortus concurrunt, & sicut quotidie aduentu,& recessu solisecũ du caloré,& frigus corpora mutari videmus, ita effectus astrorum reliquorum per tempora variantur:tum actione ipsorũ astrorũ:tũ aliarũ rerũ cõcursu,vt educatione,variaviuẽdi cõsuetudine,& rõnepatrijsq.legibus,quid? q fortasse nihil illius materiæ primogeniæ,quã quisq.in ortu habuit,reliquum sit in extrema ętate.Hoc.n.visũ est, & magnis,& multi philosophis,nec D.Th.refragatur.1.p.q.vlt.ar.1.

Quo cõcesso vis illius primi defluxus cælestis in ortu impressa homini,necessario tandẽ euanescit tota, nisi fingas migrare a subiecto in subiectũ,aut in parte sucedẽte similẽ vicariãq.gignere, & sequẽtes cõstellationes non audere natalitiæ cõstellationis effectus euertere,aut ex illa 1.actione ad reliquas per totã vitã deuinci,& obligari, quę oĩa & per se sunt ridicula,& si vera essẽt,frusta deinceps circa furta,matrimonia,nauigationes,itinera,ædificia,& similia essent stellę cõsulẽdę,nã omnia ex sola natalitia cõstellatione pẽdẽt astrologi, aũt deinceps stellas cõsulũt:sibi ergo aduersãt

Et sane plus,aut nõ minus põderis in con 62.
ceptu,quam in ortu hominis esse Ptolomeus ipse testatur in 3. apoteleſmatũ scribẽs. Qui horã admissi seminis,l.casu,l.obseruatione deprehẽderit,illã potius sequi debet,cũ enim se mel a principio semẽ ipsum aëris affectione circa qualitatẽ disponitur, licet per cõsequentis cõformationis tẽpora varietur;qm tñ propriam cognatã materiã naturaliter sibi ascisscit, magis etiã suæ qualitatis primæ dispositioni assimilabitur, qui autẽ horam ignorant principij seminalis, eos necesse est sequi principium natiuitatis,& Haly.libr.de electionibus fatetur decernendum fatũ hominis hora conceptionis,sed quia hæc nescitur ab Astrologis,ad horã natiuitatis eos fugisse,& Tertu.li.de ani.ca.13.de conceptu animę ait, cur autem, & veteres astrologi genituram hominis ab initio conceptus dirigebant. Si nõ ex inde & anima est &c.Quin & cum Astrologi premuntur argumento geminorum,quorum cũ idẽ sit ortus,dispar tñ euẽtus,& exitus est: respõdere solẽt ex diuersitate cõceptus profiscisci,quod falsum est,cũ eodẽ tẽpore cõcipietiã cõtingat geminos Ro. 9. & nõ geminos passim,& si verũ est,iã ex hora natiuitatis nõ potest diuinari,vnde alij dicũt,horã cõceptionis ex hora natiuitatis deduci, & vtrãq. eos euẽtus significare,at nec astrologi ex hora natiuitatis horã cõceptionis venari solẽt,nec possunt,cũ multis de causis naturalibus,& liberis possit fœtus idẽ varijs temporibus in lucem edi, & alioqui etiam ex aliorum temporum actionibus,& passionibus poterit tempus natiuitatis,& conceptionis deduci:quod falsum est,& præter Astrologorum vsum.

Prętera Astrologi nõ modo euẽtus homi 63.
nũ,sed etiã vrbiũ putãt ex astris cognosci posse obseruata cõstellatione,quę fuit in vrbis cõditione,& veluti natiuitate,quod fecit in vrbe Roma rogatu Varronis Tarutius mathematicus,vt in Romulo tradit Plutarchus,& Cicer. 2.de diuina.exclamãs,& ostẽdẽs, vt retulimꝰ sect.2.hãc esse magnã erroris vim q sic confirmare

firmare possumus: nã ad fælicitatem. l. in fælicitatem vrbis, qualitas hominum, qui eam habitaturi sunt, pertinet: hęc autẽ qualitas ex constellatione, quæ est in vrbis conditione, & fundatione, deprehendi nõ potest: ergo. Deinde si cælum influit in natiuitate hominum. l. aliorum animaliũ. l. stirpium influxu quodam perpetuo, etiã influet in generatione cuiusque lapidis. l. ligni. ergo ex hora generationis partiũ ciuitatis deberent prænosci casus ciuitatis, potius quã ex ea hora, qua sunt effectæ partes ciuitatis. l. domus, aut ad ipsum ædificiũ accõmodatæ, aut quid simile circa illas effectũ. p. cum ciuitas paulatim ædificetur, nec certũ sit quãdo primo ciuitatis rationẽ habet, nisi forte quando priuilegia. l. leges ciuitatis accipit, nescimus à qua hora sint sumenda iudicia, & in manu fundantis ciuitatẽ erit, ciuitatẽ fælicem, aut infælicem, reddere, obseruãdo tẽpus faustum eius inchoationi, aut cõsummationi, & similiter si a conceptione potissimũ pendet fælicita. s. l. infælicitas filiorũ in manu parẽtũ erit filios fælices, aut in felices procreare obseruãdo faustum. l. infaustum tempus exipsis astris.

Quod si inædificijs inutile ęst tẽpora obseruare, similiter inutile erit in coniugijs, nauigationibus, & similibus, nisi quatenus agricolæ, & nautæ faciunt ex ventis, nubibus, & alijs aeris impressionibus. Preterea astrologi prædicere solent aliquem fore Episcopum, Summum Pontif. & similia, denique euentus ab aliorum voluntatibus pendentes: hoc autem prædici non potest tum quia ab humana, & aliena libertate pendet: tum quia ad hoc, opus esset consulere aliorum omnium constellationes, cum ab illis pendeat, quod nec astrologi faciunt nec facere possunt, cum nequeant, quorum voluntate in posterum eligendus est in Pontificem, nec tempus natiuitatis cuiusque. Quare si verum est, quod in Augusto narrat Suetonius, Nigidium figulum in astrologia apud Romanos nobilissimum, accepta hora partus Augusti, & natalitijs eius astris obseruatis, exclamasse dominum orbis natum, existimo non scienter, nec certa ratione, sed temere dixisse, casuque, & fortituito quod dixit, contigisse.

Prętera Porphy. li. de oraculis vt refert Eus. 6. præparatio. c. 1 tradit Deos (seu potius dæmones) ex stellis futura prædicere, quod maxime Appollo multis respõsis aperuit: in his autem oraculis sępe mentitũ testatur idem Porphyrius; Exquisitã enim futurorũ cognitionẽ ait nõ hominibus modo sed multis etiã Deorum incõprehensibilem esse, vnde interrogati, mentiuntur non numquam, sed non sponte, solent enim prænonere, se tunc vera respondere nõ posse, homines tamẽ examentia perseuerant vrgere, & cogere eos vt respõdeant. Appollo igitur Delphicus cũ eiusmodi esset cæli, & continentis affectio, vt verũ prævidere non posset, retine, dicebat per vatem, vim istam, verbaq; hæc potentia ne proferas, falsa enim dicã si coges: & in alio responso. Nihil hodie, inquit Appollo, stella mihi vestra dicendũ præstat. Vnde concludens Porphyrius ait, manifestum iam fecimus, vnde falsitas ad Deorũ oracula subrepat. Hæc Euseb. 6. præparatio. c. 4. ex Porphyrio lib. de oraculis commemorat. Fuit etiam quidã AEnomanus vir apud Græcos Philosophia, & eloquentia nobilis, qui responsis Appollinis Delphici sæpe delusus, diligenter, & curiose collegit quã plurima eius oracula, eaq; vt vana futilia, & falsa cõfutauit, de quo lege Euseb. in sua cosmopeia. c. 3. AElianum variæ histo. lib. 3. Plutarchũ in vita Flaminij Valer. Maxi. li. 1. c. 8. AEgidi, quod lib. 1. q. 10. Sirenium. 9. de fato. c. 12. Cælium Rhodigi. lib. 2. c. 12. Tatian. oratione contra Grękos. 7. to. biblioth. vbi ait Appollinem circa Daphnem puellam deceptũ esse, ergo multo minus poterunt homines ex astris futura contingentia prædicere.

Adde, nec dæmones ex astris prædixisse, sed id finxisse, vt fatum, & astrologiã pectoribus, & mẽtibus hominũ inferrent, cuius auctor dæmon ipse fuit, vt ex auctoribus grauissimis sect. 2. docuimus. Quibus accedit Tert. lib. de idolatria simul astrologos confutans his verbis. De astrologis neloquẽdũ quidem est, sed quoniã quidã iltis diebus prouocauit defendẽs sibi perseuerãtiã professionibus istius vt paucis vtar. Non allego qꝰ idola honoret quorum nomina cæio inscripsit, quibus omnem Dei potestatem addixit, quod propterea non putant homines Deũ requirendũ, præsumentes nos stellarũ immutabili arbitrio agi. Vnũ propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores fæminarũ, proditoris etiã huius curiositatis, propterea quoq; dãnatos à Deo. O diuina sentẽtia vsq ad terrã pertinax cui etiã ignorantes testimonium reddunt. Expelluntur Mathematici sicut angeli eorum, vrbs & Italia interdicitur Mathematicis sicut cælũ & angelis eorum. Eadem pœna est exitij discipulis & magistris. Vide cætera; quod vero ibi dicit, etenim scientia ista vsque ad euangelium sunt concessa, vt Christo edito, nemo natiuitatem alicuius de cælo interpretetur explica, vt nomine concessionis permissio intelligatur: quo pacto simile dictum Isidori & Gratiani sectio. 3. exposuimus.

Postea Tertul. ait si astrologus in astrologos incidisset pœnã referret qua Magus ille qui cum Sergio Paulo, qm̃ ijsdẽ aduersabatur Apostolis, luminum amissione mulctatus est, attamen cum magia punitur cuius spe-

cies est astrologia vtique, & species in genere damnatur. Post Euangeliũ nusquam inuenias aut Sophistas aut Chaldæos, aut incantatores, aut cõiectores, aut magos, nisi plane punitos. Vbi sapiens, vbi literator vbi conquisitor huius sæculi. Nonne infatuauit Deus sapientiam huius sæculi, nihil scis, mathematice, si nesciebas te futurum Christianum. Si ne sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione, ipsate de periculo suo instrueret, quæ aliorum climacterica præmunit, non est tibi pars neq; sors in ista ratione, non potest regna cælorum sperare cuius digitus, aut radium abutitur cælo, &c. Consonat cælius Rhodigi, ququidem lib. 1. c. 31. ait astrologiam esse dæmonũ inuentum & lib. 8. lecto antiq. cap. 9. postquam retulit stultam illam opinionem subijcientium astris diuinam voluntatem, vt Albumasaris dicentis, qui luna ioui coniuncta cum capite Draconis, Deo supplicauerit, quidquid petierit proculdubio impetrabit, & Petri Aponensis, qui hac se hora a Deo scientiã petijsse scribit, & mox insigniter profeciisse (quam sententiã refert & reijcit etiam Pererius disp cit. c. 11. in fine) statim Cælius ex scriptura, decretis, & sanctis astrologos cõfutat, & subiungit. Illud vtique apud me omnẽ admirationẽ excesserit, si vera sint Planetariorum præscripta, qui fieri potuerit, eos potissimum in rebus noscitari per infelices qui deridiculam temporum obseruationem ac momenta singula tam cuigilate miserũt indigytos, quia ediuerso fortunę afflatu benigniore vsos, qui vanitate artis reiecta, prudentię tantum atq; rationis luminibus innitendũ censuere. Zoroastris scientiam inter veteres Theologos quis non nouit? fuit is, & cælestium rerum peritia vsque ad magiam, vt volunt quidam, pernobilis, at eundẽ à Nino victũ, bello & occisum testatũ annalibus est. Pompeiũ his diuinaculis præcipue non tacuit Historia obone Deus, quam miserexitus, quam non populi Ro. dignus princeps: cõtra Cæsar ista exculcabat, ridebatque, læta tamẽ quod ad bellorũ attinet rationem illi affulsere, &c. citat etiam Basiliũ hom. 6. Hexamer. asserentem ridendos esse non mediocriter astrologos cum eorum artem nulla niti ratione cõstet, & c. 10. docet Cælius credendũ constanter esse, stellas fixas in temporum ratione nihil boni, aut mali efficere, vt astrologi ipsi fatentur, quando in cardinibus, non sunt, sed solũ esse signa, quibus etiam ab indoctis, & illiteratis tempora internosci valeant, & lib. 9. c. 20. ex astrologiæ sinu profluxisse superstitionum omnium vanitates, lucuplentissimus (inquit) auctor est varro.

Consonat etiam Tatianus oratione contra Græcos relata, 7. to. biblioth. vbi ait dæmones figuras & positiones syderũ hominibus, ostendentes tamquam intessaræ ludo, fatum rem prorsus iniquam introduxerunt.

Iulius Sirenius li. 9. de fato, c. 29. & sequentibus late probat, exastris tamquam ex causis futura contingentia prædici non posse, licet fateatur tamquam ex signis à paucissimis pauca quædam prædici posse: vnde astrologos, qui aliter prædicunt, vocat nebulones, comparat Icaro qui volare volens, præcipitatus est, obseruat, ab omnibus fere irrisos, & in fabulam versos, alijs artificibus honores decretos, ijs nullos, & eorum neminem præter Zoroastem, aliquo honore positum, probat nullam stellã perse esse maleficam ex Aristo. 1. meteor. c. 2. vbi ait, mundum inferiorem a cælo gubernari: gubernatio autem ad bonum est, & ex Orig. tract. 4. in math. dãnante eos acriter, qui maleficas stellas affirmant. Iambli. lib. de myst. c. 14. dicente, vires cælestes omnes inde bonæ descendunt. Plotin. lib. de fato, c. 6. dicente. Prauitas morum quomodo a cælestibus, qui dij sunt, nobis dari potest. Pierio. 3. hierogliph. c. de Tauro, Platonem commendante, quod a cælo nihil posse nobis demitti mali crediderit. Vnde infert Sirenius male astrologos dicere, venerem marti copulatam ad adulteria nos vocare, &c. Præterea Ioãnes Moner, apud Thomã quendam tract. de pythonico spiritu, q. tractatus habetur. to. 2. mallei maleficarũ, Astrologos reijcit præsertim quod dicũt de dominio speciali signorum in diuersa hominis membra, licet ipse Th. ibi & aliolib. de reuolutionũ veritate astrologos defendere conatur. Theodoretus. q. 15. in Genes. ait, vanam illã de cuiusq; natiuitate disceptationẽ nec Pythagoras nec Socrates. nec Plato nec stoici receperũt quod si qui in fabulis aduocati sunt huius fabulæ impietatẽ execramur; quis diuinis sermonibus credẽs, hãc nõ modo impiã, sed valde etiam fatuã recipiat. Horontius in suaMargarita li. 7 tract. 2. c. 7. & sequentibus vsq; ad 20. refert aliquos dicẽtes, inexordio mundi vitã a Deo longam hominibus concessã, vt astrologiã discerent, quæ longa experiẽtia indiget, & alios dicẽtes Adæ, & alijs Patriachis reuelatã, vnde Magiũ historicũ. dixisse Abrahã docuisse AEgyptios astrologiã: q ait, non esse intelligendũ de astrologia diuinatrice, hãc enim Deus semini Abrahæ specialiter interdixit, deinde ait, experimẽtis astrologiam hãc sciri nõ posse, cum numquam sit reditura vt astrologi fatentur, eadem totalis constellatio, nisi fortẽ post multa annorũ millia, nec sufficiat particulares cõstellationes sępius obseruasse cum nulla stellarum seorsum influat, sed simul cum omnibus, etiam quę astrologis sunt incognitę vnde nec valẽt certo dicere astrologi

65

66

cur

cur magis vni quam alteri experimentalis effectus veniat tribuendus & oportet etiã materiæ dispositionem & alias causas attẽdere: ex quibus & alijs innumeris ait, fidem astrologiæ minui apud eos, qui omnium causas vt æquũ est profundius rimantur & in astrologiæ libris non nisi persuasiones quasdã legũt. Deinde ait, multiplicem virtutẽ & operationẽ cælis inesse: perpaucas vero in hominum noti tiam deuenisse & omnes soli Deo notas esse qui numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat. Psalm. 146. nomina enim a proprietatibus imponũtur, quas solus conditor nouit. Deinde cum Aug. 3. trinit. c. 4. & 5. c. 1. Alen. Soto & aliis fatetur, ad mutationes aeris valere astra, sexus tamẽ diuersitatem nõ esse ab influxu cæleſti vt Aug. de ciuit. sup. ostendit; quia simul possunt concipi gemini diuersi sexus: cælos directe non posse agere in intellectu & multominus inuolũtate, quæ liberior est & suorum actuum domina: astrologos errare sæpe in arte parũ peritos, quia ad particularia descẽdũt & causas secũdas & materię dispositionẽ nõ cõsiderãtes, quia incerta vt certa proferũt. Deinde ait, viros eruditissimos & sanctitatis titulo præfulgidos parum astrologiæ tribuisse: sed Maternum Saturno in Leone constituto tribuere vt lõgæuos homines faciat, & ad cælos post mortem transmittat, & Albumasarem dixisse, qui Deo supplicauerit, quando luna cũ capite Draconis Ioui cõiungitur, impetrare quidquid petierit hãc Horontius stultitiã sacrilegam tidet & subiungit. Cur igitur astrologi nõ obseruarũt talem horã vt semel impetrarent de cætero in iudicijs suis neminẽ fallere & vt tantas diuitias reciperent, ne amplius prę inopia alijs sua mendacia venalia facerent, & alia quæ ad domos pertinent fabulosa arbitratur: deinde producit contra astrologos Aug. Hierony. Ambro. Greg. & ait, ad horom & aliorum sanctorum auctoritates insipienter nonnullos respondere, solum reprehẽdere eos, qui actus humanos stellarũ fato subijciunt, cum constet etiã dãnari totã diuinatricẽ astrologiam de natiuitatibus, præsertim ab Aug. qui non solũ effici, sed etiam significari negat a cõstellationibus, quę eueniũt.

67 Mitto quæ Aug. dicit alijs locis (quia superius ea retulimus) lib. 2. quęstionũ euãg. 5. ciu. c. 5. 6. & 7. & 2. Genes. ad lit. c. 16. & 17. & lib. 83. qq. q. 45. certe noui & veteris testamẽti. q. 16. ait, astrologi inimici sunt veritatis & lib. 3. q. 18. multis argumẽtis philosophos cõfutat, & nihil tã cõtra Christianos mores putat quã si Mathisi curam adhibẽt, quæ legi Dei inimica est, quãq; astutia & subtilitas diaboli inuenit, & fugiẽdã modis omnibus hãc artẽ docet, & ser. 6. de Epiha. eam vocat stultitiã sacrilegam, & indoctã doctrinã, & degenituris ait, vanos hõmines loqui, quæ insipienter opinãtur, & ser. quodã de verbis Do. explicãs, id ego sum vitis vera ait: conuerso tibi indulgentiã Deus promisit, sed crastinum diem nemo promisit, aut si forte promisit. Mathematicus longe aliud est, ò Deus, exclamat, quam multos Mathematici fefellerunt, quia ibi plerumq; lucra promsierunt, & damna inuenerunt, & hom. 13. ait, promisit diem crastinum Mathematicus vt damnet te, & illum, & epist. ad Ianuariũ Mathematicorũ deliramenta cum detestatione irridenda sunt, & 2. de doctrina Christiana, ait, nimis errare, & 26 q 2. c. illud astrologiã vocat genus fornicationis anim ę, & 4. confes. ait multum temporis in ea triuisse, & vix tandem facultate comperta ab hac vanitate desiuisse. Recte etiam narrat Horontius qualiter Polycarpus, & Sebastianus coram Cromatio Astrologiam confutauerint. Sed vt Quantilianus ait, nõ facile quid persuaderi inuitis, & vt ait, August. 6. ciuit. nimiæ stultitiæ, vel pertinacię nuili quanticumque vel innumeri libri satis esse possunt, & ideo non esse in his reijciendis immoderandum, præsertim cum id doctissime præstiterit Picus. Nec obstat aliquando verũ dicere cum sæpius fallant, vnde Petrarcha, ait sine vlla suspitione libere mentiri posse, quia semel potuere non mentiri, & quomodo possunt exastris prædicere, qui non solum in aliis, sed in qualitatibus planetarum nimium dissentiunt? Nam Auenragel, & Alchabicius frigidam venerem existimant Alboasar, & Ptolomæus calidam. Similiter in Mercurio & lunna dissentiunt, super omnia autem ridendi, qui capiti, & caudæ Draconis punctis pure imaginabilibus efficaciam aliquam in esse credunt, ita vt etiã annis nati aliquid addant. De annis Solarijs obnimiã dissonãtiam piget. l. modicũ quid dicere; in duobus. l. pluribus prognosticis annuis quot errata quot cõtraria? Hali Auenrag. lib de iudiciis. Abraham de natiuitatibus aiunt, Ptolomæum Meessahalam, Albumasarẽ, & alios huius artis præcipuos auctores in maximis eius principiis errasse, Figuras quas Albumasar in suis Isagogis maioribus in singulis faucibus signorum ascendere astruit, magis ridiculo quam ueritati accedere dixit Abraham, concordantiam, quam Petrus Aliacen. Cameracẽsis fecit astrologię cum Theologia, & ista discordãtia potius fuit. ridet deinde Horontius, & confutat doctrinam astrologorum de interrogationibus, & delectionibus, & de fabrica imaginũ astronomicarum, quarum effectus non ab illis nec à constellatione, sed adæmone esse docer D. Thom. 2. 2. q. 97. art. 2. & 3. contra gent. cap. 103. & Paris. lib. de fide & legibus

& Auerro.contra Algazalem scribens ineffi-
caces has imagines ait. Hæc ex Horontio su-
pra. Ex dictis non solum constat prior pars
minoris.3.argumenti nempe, ex astris tam-
quam ex causis euentus pendentes a libero
arbitrio nostro prædici non posse, imo &
posterior pars scilicet non posse ex illis co-
gnosci tamquam ex signis, sed ne hæc sectio
modum excedat. alia argum. huius 2. partis
sequenti sectioni reseruamus.

*Sectio VI. non modo astra non esse cau-
sas, sed nec esse signa actuum à vo-
luntate nostra pendentium.*

68 AVG.5.ciuit.c.1.tradit fuisse opi-
nionem quorundam non me-
diocriter doctorum hominum,
astra non esse humanorũ euen
tuum causas, sed vera, & certa
signa. Hanc opinionem Origeni, & Eusebio,
nonnulli tribuunt, quos ab hac nota sectio.3.
concl.3.liberauimus, vbi tamen pro hac sen-
tentia Plotinum, Sirenumque retulimus, vi-
dimus, etiam, Sitenium hanc opinionem
tribuere August.2.lib.contra Manicos. cap.
21. quo loco de glorioſis corporibus Augu-
stinum loqui aperte probat Pererius disp.
contra astrologos.cap.4. tum ex contextu,
tum quia August.5 ciuit. cap.1. ex profesſo
prædictam opinionem impugnat, & pleraque
August.loca illi similia in quibus August. de
corporibus glorioſis loquitur, attulimus tra-
cta.2.disp.14.section.16.

Et Pererius supra censet, non solum alie-
num a vera Philosophia, sed etiã sacris literis
contrarium, astra esse signa euẽtuum humano-
rũ vt Procopius apud Sixtũ 5. bibliot. an-
not.15. cui videtur annuere Sixtus ibi & eod.
li.annot.81. & li.6 annot.10. & clarius Medina
hoc art. in vltimis verbis & Conimb. 2.cæli c.
3.q.9.a.2. & Valentia disp.2.q.4.puncto.4. il-
lam sententiã (quam sub formidine ait, Origi
nem docuisse) erroneã prorsus esse & pugnare
cum scriptura sacra Eccleſiæque sententia
putat. Neque immerito sic censent. 1. quia
omnia fere, quę superius ex scripturis, & Pa-
tribus poetis, & Philosophis, imperatoribus
ac rationibus attulimus, hanc sententiam
impugnant; ars enim hæc diuinandi a scri-
ptura, Eccleſia, & imperatoribus sanctis ac
philosophis, vt vana, & superstitioſa reiecta
est non autem esset reiicienda, si a stellis vt a
signis, licet non vt a causis, futurorum præ
notio sumi posset, vnde & August. supra. &
Diu. Thom.2.2.q.95 art.5. hunc modum di-
69 cendi expresse reiciunt.

2. Quia cum cælorum motus non sint
signa ad placitum vt patet nec naturalia
ex illis humani euentus prædici non pos-
sunt eo quod nullam cum illis habent ne-
cessariam connexionem vt effectus cum cau-
sis nec vt causę cum effectibus, nec vt com-
munes effectus eiusdem causæ, vt risibilitas
flebilitas connexionem interse habent, quia
necessario consequuntur ad concursum va-
riarum causarum naturalium, vt coniunctio-
nes, & oppositiones, & eclypses aspectusque
syderum connexionem habent necessariam
cum eorum motibus. Nullo igitur modo
positus, & motus syderum possunt futuros
euentus hominum certo, & infallibiliter
significare, nisi astra.1.aliæ causæ naturales po-
nantur, quæ necessario inferant, humanos
euentus, & sic homines fatali necessitati sub-
iecti sint.

Confr.1. quia si aliqua ratione syderum,
motus essent signa infallibilia humanorum
actuum, id esset, quia stante tali 1. tali syde-
rum aspectu Deus. 1 Angelus. 1. creatura
corporea determinaret voluntatem ad ope-
randum: vel quia Deus a futuris euentibus
determinatus, esset ad efficiendum talem.
1. talem syderum aspectum, neutrum horum
dici potest, quia ex.1. sequitur fatalis necessi-
tas, & naturalis determinatio voluntatis
diuinæ ab aspectibus stellarum, aut certe An-
gelos agere naturaliter & necessario in uo-
luntatem nostram, & illam determinare,
quod absurdũ est in illis, & absurdius in crea-
tura corporali, quia corpus nequit naturali-
ter agere in spiritum.

Ex 2. autem sequitur voluntatem Dei de-
terminari a nostris actibus, vt eos significet,
& manifestet per syderum aspectus, quod, &
perse est absurdũ, & insuper impossibile quia
non possunt esse simul in cælo propria, &
distincta signa naturalia omnium actuum;
quomodo ergo vnica constellatione sub
qua innumeri homines nascuntur, potest in-
dicare distincte, & clare omnes eorũ omnium
euentus, qui varietate, & multitudine sunt
propemodum infiniti, & maiorem vim habet
argumentum, si non modo hominum, sed
omnium aliarum rerum euentus exastris
prædici posse quis sentiat, ergo dici non po-
test astrorum aspectus esse signa actuum hu-
manorum licet dicatur non esse causas.

Conf.2. quia motus, & aspectus cœlorũ sunt
naturales, & necessarij, ergo futuri essent licet
actus nostri liberi non essent futuri, neque
euentus ab illis pendentes, ergo non habent
necessariam connexionem cum illis, nec pos-
sunt esse signa certa, & infallibilia ipsorum.

Confir tertionam actus multi humani
vel sunt supernaturales, vel ex aliquo su-
pernaturali procedunt, supernaturalia vero

non

non possunt certo significari per ea, quæ naturaliter & necessario sunt in rerum natura quia signum certum naturale dari non potest, quin in ordine naturæ sit, fuerit, vel futurum sit ipsum signatum, ergo.

Cõf.4. quia si ex astris futura cognosci possunt, ea omnia exacte cognoscentur ab Angelis bonis & malis: quod aduersatur scripturis, & ijs quæ superiori sectione adduximus, consequentia autem patet, quia omnes Angeli ordinem vniuersi comprehendunt. Dices cometas multos & magnos euentus futuros portendere, quorũ tamẽ nec causæ sunt nec effectus, ergo idem de astrorum aspectibus dici posset. R. cometas vt ait Pererius supra; certa signa humanorum euentuum non esse, licet hoc tam vulgo persuasum sit, quam est a sapientibus improbatum. Sed interdum significant confuse ex impositione Dei morte principis vel simile quid, quia Deus cum quid eiusmodi futurũ aliquando est, solet cometas præmittere, vt indicat Damasc. lib. 2. c. 7. interdum vero significant naturaliter mortes hominum debilium & delicatorum, quia ex nimio calore causantur qui morbos etã solet efficere, quibus hoc genus hominum extinguitur, in particulari autem mortem principis naturaliter significare, stultum reputo vt cum multis in meteoris docui.

Ex locis autem scripturæ adductis. sect. 3. pro sententia Sirenij, solus ille Isai. 34. cæli sicut liber complicabuntur, difficultatem habet: cuius variæ sunt explicationes, nulla autem, quę probabilis sit, vel authoris probati, Sirenio fauet. Iustinus ad: q. 94. qua orthodoxi quærebant, quomodo hic locus intelligendus esset. R. quemadmodum cæli creationem diuinæ literæ per similitudinem conferunt aliquando cumpellis extensione dicentes qui extendit cælum sicut pellem. (Psal. 103.) aliquando cum firmato furno cælũ inquit cui furnus firmatus est (Isai. 15. iuxta. 70.) aliquando cum rotunditate cameræ, qui extendit, cælum, velut cameram. Ita euerso, cæli dissolutionẽ, per cõparationẽ conferunt cum aliis rebus, vt apud Isa. (40. iuxta 70.) cum volumine inuoluendo, & implicando, sicut apud Dauid. Ps. 101. cum vestimento veteraſcente, & cõmutando. Non tamen satis exponit Iustinus Metaphoram libri. Hier. super illis verbis sic scribit, considerandũ quod nõ dicat interire cælos, sed replicari siue cõplicari quasi librũ, vt postquã omnia peccata aperta fuerint & relecta, complicentur, qui prius aperti fuerãt, vt nequaquã vltra scribãtur in eis delicta multorũ, in scriptura enim dicuntur cæli annuntiare iustitiam Dei, reuelare iram eius, & probare ac testificari hominum scelera. Vide Andre. Cæsari. Aretham, Viegam, Riberam & alios. Apoc. 6. v. 14. cælũ recessit sicut liber inuolutus. Rium. 4. disquis. c. 3. q. 1. S. Tho. & Lyra exponunt, compiicabuntur tãquam liber, hoc est, non exercebunt vltra Ethnici astronomantiam suam: nec posthac exastris diuinare audebunt, euentus futuros. Alij sic, non patebit amplius introitus in regnum cælorum, sed ianua cælestis clausa erit. Alij sic. Ministerium & vsus cælorum atque syderum exhibitus homini ante diem iudicij, postea esse desinet, nam licet non prorsus interibunt cæli, alio tamen statu erunt, & tunc vacabunt à minis teriis quibus nunc homini seruiunt, vt librum quo iam vsi sumus, complicare & claudere solemus. Hanc explicationem amplectitur Pererius supra, pro maiori luce metaphoræ annotans, olim apud Hebræos diuersa forma scribi solere libros, quam nunc apud nos scribantur. Habebant enim vnum dumtaxat folium siuem membrana oblongam, quæ circa Cylindrum siue axem ligneum circumplicabatur instar lineæ telæ radio textorio circumvolutæ: videbantur autem huiusmodi libri aliquam referre cælorum similitudinem, & imaginem, quia sicut axem illum ligneum, qui immedio voluminis est, complures ipsius membranæ seu spiræ alteræ super alteram, ambiunt, & circundant: ita hanc terram quæ medium totius vniuersi axem tenet, cælestes orbes, alter super alterum collocati, inorbem circumplectuntur.

70

Vnde, & alius sensus ervi potest, vt damnatis qui in terra immo intra terram manebunt, cælum complicetur, *porque se les juntara el Cielo con la tierra como dezimos los Hespañoles*, id est, cælo seu cælesti virtute oppressi manebunt, vt etiam Hispane dicimus, *cayo se les el cielo encima*.

Nec in sententia est diuersus alius sensus, qui Pererio non displicet, sea similitudine declarari, tantam fore diuinæ iræ, & vindictæ demonstrationem aduersus gentes, de quibus illic Isaias loquitur, tantam rerum omnium perturbationem, & confusionem vt præ doloris, & mæroris magnitudine, animique perturbatione, & oppressione videantur hominibus cælestia lumina restingui, stellę de cælo cadere, motusque earum conturbari, denique cælum complicari, & recedere, nam quod hic dicitur. complicari in Apocalyp. cap. 6. dicitur, recedere, cælum inquit, recessit sicut liber inuolutus. Conimbrienſ. supra. a. 3. ad. 5. ita interpretantur locum Isai. Locum vero hunc Apocal. significare aiunt, in die iudicij cælum adeo tenebris obducendum, vt quemadmodum literæ in libro inuoluto non videntur, ita nec sol, aut reliqua astra videri queant.

71 Alius sensus cælum vt librum complicandum quia cessabit eius motus nec circa solem. l. lunam fierent in aere impressiones, & sic non erunt insigna temporum seu mutationum.

Ad illud vero quod Origenes refert de oratione seu narratione Ioseph. R. Valentia supra. & si ille liber fuerit olim apud aliquos tamquã sacer habitus; tamen numquam fuit ab ecclesia approbatus, sed potuis iudicatus apocryphus, & fabulosus, vt quidam alij qui in sacro canone librorum ab ecclesia non recensentur. Vnde & Conimbri. supra. a.3. ad.5. dicunt, id quod in eo libro scribitur fictitium esse, i psumque librum inter apocryphos numerari ab Athan. in synop. eumque errorem videri a Concil. Brach. 1. c.9. his verbis damnatum. Si quis duodecim signa, ideſt, sydera, quæ mathematici obseruare solent, per singula animæ vel corporis mẽbra dissipata credit & nominibus patriarcharum ascripta, dicunt, vt Priscillianus dixit, anathema sit.

Potuit autem Iacob dicere se in tabulis cæli legisse quæ cælesti visione & reuelatione a Deo acceperat, illud tamen certum est Iacob astrologia diuinatrice non vsum, sicut nec Abrahamum. ridiculus enim. l. potius amens fuit Iulianus Apostata, qui in libris quos aduersus Christianos effutiuit probare voluit ex Genes. 15. Abrahamum astrologiam, & Auspicinam coluisse; cõtra quem video Cyril. libro contra Iulianum & Pererium disputatione cita. contra Astrologos. c. 1.

Ex superioribus liquet, non posse Planetarios certi alicuius hominis, regni, aut ciuitatis
72 casus, fortunas, aut circumstantias rerum, negotiorum ve prædicere, vt an Alexander veneno periturus, an AEschylus poeta casu testudinis ab aquila demissæ interimendus, an regnum Græcorum regno Persarum diutius durare debeat, aliaque eiusmodi, quæ astrologorum in obseruando supreſtitiosa vanitas, atque in pronuntiando in consulta temeritas se scire profitetur, quibus certe in rebus illi, non tam multa metiuntur quam mentiuntur, neque tam ex cæli quam ex sui cerebri vertigine loquuntur. Ac sane cum hæc effutiunt, artem suam coniuncta vanitate in contemptũ & risum vocant, & quod multo grauius est bonis moribus non parum officiunt, nam & scelerum causas tacite instellas referunt, & excusandę nequitiæ asylum aperiunt, & eos qui se consulunt, eo interdum adducunt, vt nihil nisi auspice cęlo moliri audeant, nec tam in Dei, & diuorum ope, quam inflatu syderum rerum suarum spem collocent, vt elegãter Conimb. supra. a.2. sed de peccatis astrologorum, & eorum qui ipsos consulunt, latius sectione sequenti: nunc prędicta nouis testimoniis confirmo. Suidas in sua Historia verbo Adam ait, Hinc, scilicet ex diabolo, lubiica illa & cruciatu plena Chaldæorum astrologia. Strabon in 10. Asiæ tabula ad finem loquens de Pramnis Philosophis ait, Brachmanas astronomiam exercentes ab illis, vt stultos & ostentatores derideri.

Clemens 9. recogn. pag. 4. igitur astrologi ignorantes huiusmodi mysteria, putant stellarum cursibus ista contingere: vnde, & his qui accedunt ad eos, vt de futuris aliquod consulant respondentes, falluntur in plurimis, nec mirũ, non enim sunt Prophetæ, sed vsu multi temporis, auctores eorũ perfugiũ quoddam in his, quibus decipiebãtur, inueniunt, & climacteras quosdã introducũt, vt de rebus incertis scientiã fingãt. Climacteras enim dicũt, quasi periculi tẽpus, in quo interdũ perimatur quis, interdũ nõ perimatur, ignorantes cp non stellarum cursus gerit hæc sed dæmonum operatio, qui ad astrologiæ errorẽ confirmandum deseruientes calculis matheſis decipiunt homines ad peccandum, &c vbi Lambertus postquam explicuit climactera sic ait, recte eam felicitatem Clemens reiicit etiam ab ipsis Ethnicis irrisam artis instantia declarat, quam incerta sit inquit Plinius.

Epiphan. hæresis. 16. ponit à Pharisæis poni, tot signa quæ a vanitate græcorũ ponuntur, & subiungit, porro hæc non ad turbandos lectores à medicta sunt neque vt vtilitatem doctrinæ eorum, qui inconstantem & insanam astronomiæ stoliditatem mundo inuexerunt confirmem.

Sectio VII. qua ratione astrologi multa vera prædixerint.

GVM dictũ sit exastris nullo modo futura saltem à volũtate nostra pendentia præuideri posse, 73
inquirendum restat, quo pacto astrologi aliqua enuntiauerint, quæ euentu ipso comprobata sunt, imo Pererius. c. vlt. prædictæ disput. credit. aliquos esse l. fuisse astrologos, qui nihil fere prædixerint, quod re ipsa non euenerit, quia sic multi fide digni testantur. varias causas assignant Pererius ibi, Conibri. 2. cæli. c. 3. q. 9. a. 4. Valentia. 1. 2. disp. 2. q. 4. puncto. 4. Medina. q. 9. a. 5. supresso nomine transcribens Sixtum. 6. biblioth. annot. 10. de eadẽ re agit Echius. do. 2. Epiphan. hom. 3. & optime Martinus del Rio. 4. disquisitio mag. c. 3. q. 1.

1. Causa quia cum multa pronũtient, casu ex his aliquid euenit, & vt Hispanũ habet prouerbium, *quien mucho habla en algo acierta*. Quod obseruauit præter alios Phauorinus apud Gellium lib. 14. c. 1. aiens, astrologos non comprehensa neque percepta dicere, sed lubrica

lubrica coniectatione innixos & quasi per tenebras ingredientes nonnũquam in veritatem imprudenter ac raro admodum incidere: ita vt omnia quę temere aut astute vera dicunt, prę cęteris quę mentiuntur, pars millessima non sit: quoniam autẽ quæ falso dicunt, plerumque silentio inuoluuntur, quæ vere, licet casu, in vulgus, hominumque sermonem dimanãt, inde fit vt apud vulgus diuinare existimentur, de hac causa lege Aug. lib. 83. quæst. q. 45. & Rium supra.

74 2. Causa, est occulta diuinæ prouidentiæ permissio. aut dispositio, quæ vt Aug. 4. confess. c. 3. docet, aliquando cæcas hominũ mentes ignoto quodam instinctu sic agit, vt nescientes proferant, quę cõsulentes, l. ex eorum meritis. l. ex abysso iusti iudicij Dei oporteat audire: quo etiam modo fortunæ sortes, quas Ethnici vsurpant, in quibus nullam fidẽ inesse constat, interdum aliquam dabãt futurorum significationem, vt Pererius Sixtus, Rius, Coninbrienſ Medina & alij supra annotarũt. Sic Alexandro seuero (refert id lampridius in eius vita) cum adhuc esset adolescens, & nihil minus, quam imperiũ meditaretur, dum virgilianas sortes puerorum more scrutatur, (nam quia poetas diuino numine afflatos versus canere, sibi Ethnici persuadebant, ex eisdẽ versibus sortito multa vaticinia erui posse existimabant.) Seuero igitur carmina illa ex 6. AEneid obtigere, quę futurum illi imperium portenderent.

Tu regere imperio populos Romane memento
Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem
Parcere subiectis & debellare superbos.

Neque mirum ita euenire Deo volente, ideoque mentem mouente, linguam moderante sortes miscente, ac temperante, qui non solum ex ore Balaam arioli, & falsi vatis sed etiam ex ore asinę, qua vehebatur, verissima futurorum edidit oracula. numer. 23. & 24. quæ referuntur a Pererio supra, vbi Aug. ait, interdum vsu euenire vt homines hisce dediti superstitionibus vera prænuntient, permittente Deo in scelerum pœnam, hinc eis dari occasionem sese magis magisq; inserendi multiplicibus laqueis pernitiosissimi erroris. De sortibus lege. 26. quæ. 5. & D. Thom. 22. q. 95. a. 8. Sed magis ad rem est quod Damascenus in Historia Iosaphat circa principium refert, cum pater in gratiarum actionem pro natiuitate filij solenne sacrificium institueret multiq. astrologi cõuenirent, hos proprius accersitos, ad se Rex rogabat, edicere singulos, quid futurus esset puer, qui sibi natus erat, illi vero plurima perscrutãtes dicebant, illum magnum esse futurũ indiuitijs, & potentia & supergressurum omnes, qui ante eum fuerunt reges, vnus autem de astrologis excellentior cunctis, ait. Sicut ex his quos me docuerunt, astrorum cursibus valeo cõijcere ò Rex pueri huius profectus. qui nunc natus est tibi, non in tuo erit regno, sed in alio meliori & incomparabiliter eminentiori. Existimo vero illam, quam persequeris, Christianorum religionem esse susceptum, nec puto quod sua spe priuetur ipse. Subijcitque Damascen. Hęc quidem astrologus dixit, sicut olim Balaã, astrologia non vera pronuntiante, sed Deo per aduersarios ea, quæ sunt veritatis, significante, vt omnẽ impiis excusationem adimeret. Vide etiam Damascen. 2. fidei. c. 4 Aug. 2. genes. ad lit. c. 17. 2. de doctrin. Christ. c. 22. & 23. & 2. ad simplician. q. 3. D. Thom. 2. 2. q. 172. a. 6. qui docent, nonnumquam dæmones futura quædam contingentia vera prænuntiare, non propriæ naturæ ui, sed diuina reuelatione sibi per sanctos Angelos cõmunicata, ita Deo iubente vel disponente ex occulto suæ sapientiæ ordine, sic Asclepiarion de se dixit breui à canibus lacerandum, quod impletum esse narrat Sueton. in Domitiano & notat Rius supra. vnde Deut. 13. si dixerint nobis, & ita euenerit, ne credamus eis, ideſt, ne credamus, dęmones esse Deos aut scire ex se futura cõtingentia, aut astrologiã diuinatricẽ esse verã scientiam.

3. Causa est quia nonnumquam astrologus ea prædicit, quę ipsi Dæmon ex pacto & societate tacita. l. expressa. l. ex occulto instinctu suggerit vt D. Aug. 5. citit. c. 7. docet hisce verbis. Non immerito creditur, cum astrologi mirabiliter multa vera respondẽt, occulto instinctu fieri spirituũ non bonorũ, quorũ cura est, has falsas & noxais opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus atq. firmare non horoscopi notati atq. inspecti arte, quæ nulla est. Sic Thrasyllus, qui mortẽ sibi instare miranti Tiberio dixit, quã secreto Tyberio ei, re cũ nullo cõmunicata moliebatur, ex dęmone eã didicit, ait enim Dio. li. 55. solitũ affirmare: quæ nuncia lõginquis è regionibus afferrentur. Ideoque Maleficos cum Mathematicis coniungit rubrica in Codice; & Dion. lib. 49. dicens, pulsos vrbe ab Agrippa Astrologos & maleficos. Sic etiã Mathematici Astrologis. & Genethliacis sumũtur C. de Mathematicis & maleficis & a Sueto. Tacito, Ammianõ & alijs historicis. Quod Pythæus conseruatũ edidit bono Reip. collatione Mosaycarum & Rom. legũ. tit. 15. Aliquando hoc nomen Chaldæos & Ariolos complectitur, vt apud Iuuena Saty. 6. &. 14.

75

Dæmon autem suggerit homini, quod ab eo di-

eo diuinetur, vel palam oculis eius aspectabile, & conspicuum offerens eumque futura humanis verbis prædocens, vel formatis in aere vocibus præsignificantibus futura citra vllam corporis speciem, vel figuram, vel immissa scriptura aliqua quæ futurarum rerum prædictiones contineat, vel dormienti per somnia, aut vigilanti commouendo phantasiam, excitandoque hominem ad prædicendum quod phantasiæ obiectum est. Scire autem potest dæmon futura quę prædocet hominem, reuelatione Dei per bonos Angelos ei facta vt dicebamus: nonnunquam Deus ad agendum aliquid, vtitur dæmonis ministerio. Solet etiam dæmon prænuntiare homini futura, quæ ipsemet postea facturus est. Solet ob in comparabilem sui motus celeritatem, quæ in longinquis locis remotisque mundi regionibus geruntur, ea ad homines qui longissime absunt deferre potest: item potest ex clandestinis consilijs, verbis, scriptis, ac signis, quæ in corpore tam exterrius quam interius apparent, occultas hominum cogitationes & deliberationes præsentes & futuras soletissime coniectando deprehendere. Potest etiam ex præparatione causarum conijcere ob in credibilem subtilitatem & solertiam mentis, ob experientiam longissimam, ob rerum naturalium absolutam perfectamque cognitionem. Lege Aug. 2. Gen. ad lit. cap. 27. vbi inter alia sapienter monet, magis cauendos esse eos astrologos qui vera dicunt, quam qui falsa, hi enim vanitatem suam produnt, illi initi cum dæmone fœderis suspicionem dant. Vide D. Tho. 2.2.q. 95. art. 5.

76 4. Causa est, quia non pauci astrologi diuinant, non tam peritia artis, quam singulari quadam sagacis ingenij solertia & multiplici humanarum rerum peritia vsuque, & exquisita eorum hominum, quibus diuinatum sit morum & studiorum & ingeniorum obseruatione atque notitia. Ad hoc genus diuinationis pertinet, siquis principem tyrannice tractantem ciues & crudeli dominatu premẽtem, a suis eum occisum iri prędixerit, & sic de alijs, hoc genere diuinationis vsus est Annibal, qui perspecta imperitia atque temeritate Terentij, varronis jC. flaminij Rom consulum & imperatorum, Aphris victoriam, Romanis insignem cladem prædixit, quæ re ipsa consecuta est.

5. causa est, quia homines, quibus prospera nuntiantur in spem vaticinio euecti, conantur ea assequi, quæ prædicta sunt, voti compotes sæpe euadunt, dignitates, victorias, vel diuitias comparantes, contra vero quibus aduersa nuntiantur, timidi, & negligentes a bonorũ prosecutione desistunt. Luculẽta exẽpla reperimus in Ro. exercitu, cui vt scribit Liuius, cũ auguria, & auspicia secreto inspecta infaustum belli exitum minarentur, auspices, & duces ne militem in arma euntẽ funesto nuncio cõsternarẽt, versis incõtra riam partem auspicijs omnia fausta & triumphalia portendi, a Dijs q. promitti, mẽtiti sunt quo mendacio vtiliter deceptimilites alacriter prælium inierunt, fortiter pugnarunt, & hostes, quos auguria victores fore prænonstrabant, feliciter vicerunt, contra vero cum Nicias dux classis Athenniẽsium incognita sibi lunę defectione portẽdi ratus classis naufragiũ, si ea nocte portum egrederetur, cum stulto motu occupatus oppressusque discessum differt a Siracusanis cum tota classe captus est.

6. Causa quam ex Diui. Thom. hoc art. 5. ad. 3. assignat Valentia supra est, quia 77
ex dispositione corporũ cælestium cognosci possũt inclinationes appetitus sensitiui, cũ sit potentia in organo corporeo, & id circo prædici etiam probabiliter actus voluntarij, eo quod sæpe homines sequuntur inclinationes appetitus sensitiui, quãquam possunt etiam illis resistere & ita frustrare eiusmoni prædictiones, quod probat. D. Thom. ex Ptolomæo incentiloquio, vir sapiens dominabitur astris. Eodemque pertinet id Genes. 4. subte erit appetitus tuus, &c. Quod alius dixit.

Quam falso accusant superos, stultiq. queruntur.
Mortales: etenim nostrorum causa malorum.
Nos sumus & sua quẽque magis væcordia lædit.

Ego vero credo nec probabiliter posse humanos actus prænoscere. Ex astris enim cognoscere non possunt cuiusq. hominis temperamentum, aut innatam propensionem, cum præsens astrologia falsis principijs nitatur, vt ex superioribus constat, neq. Mars neq. Saturnus, aut cæteræ stellę sint integra illarũ rerum causa, sed præcipue materiæ dispositio, & virtus patris & matris: astrologi vero dumtaxat, cælos considerant sed licet causas secundas effectus, matæriaq., dispositionem considerarent & ad astrologiã medicinæ artẽ adiũgerent & nati temperamẽtum ingeniumque deprehenderent, non proinde tamen futuros illius mores & vitæ rationem cognoscerent. quis enim nescit humanam naturam in vtrã que partem flexibilem esse, magnamque habere vim admorum mutationem rerum occasiones, consuetudinem & domesticam disciplinam

plinam, sunt quippe ingenia quasi stirpes & virgulta, quę si arte cultuque domentur vt ait virgil.2.Georg:

Exuerint Syluestrum animum, cultuque frequenti.
In quascumq. voces artes haud tarda sequentur.
Quippe solo natura subest.

Ergo etiam in cognita complexione non possunt ex astris certo aut probabiliter humani actus. Saltem non perspecta complexione exploratum est. Vnde Diu. Thom. 3. contragen. cap. 85. in fine ait Phlomæum incentiloquio recte docere, quod anima sapiens adiuuat opus stellarum, scilicet ad prædicendum & quod non poterit astrologus dare iudicia secundum stellas, nisi vim animæ & complexionem bene cognouerit, & quod astrologus non debet dicere rem specialiter sed generaliter & vniuersaliter, scilicet quia impressio stellarum in pluribus sortitur effectum, qui non resistunt inclinationi quæ est ex corpore, nō autem semper in hoc vel illo qui forte per rationem naturali inclinationi resistit hactenus D. Tho.

Consonat quod de Scilphone seu Alcephone Megarico refert Sirenius.9. de fato. c. 39. ex Cicero. lib. de fato & Picino lib. 9. de immort. animæ. c. 4. fuisse quidem natura sua ad gulam veneremque propensum, sed doctrina naturam vitiosam edomuisse compressisseque. Vt & Xenocrates, Demostenes litera pronuntiare vix poterat sed iugi exercitio vitium emendauit. Cleanthes obtusus erat, ac bardus, sed labore & industria in virū doctissimum euasit.

Sect. 8. Diluuntur argumenta proposita, Sectione Prima.

78 AD. 1. nrgumentum. Sectio.1. propositum patet ex superioribus, quare ex astris non possint astrologi vel probabiliter cognoscere temperamentum & propensionem cuiusque, & licet hęc cognoscerent cur non pnssint homanos actus vel probabiliter prænoscere?

Ad 2. Resp. aliquos esse qui in Physiognomia & chyromantia non minus quam in astrologia iudiciaria hallucinentur. Certum est ex lineis manuum ex vultu alijsque similibus nec voluntatis actiones nec futuros euentus aut fortunam alicuius prouideri posse, nam vt plurimum hæc temperamentum corporis significāt, ex quo cætera prædici non possunt vt patet rationibus superius adductis, vnde vt refert Cicero lib de fato & Alexan. lib. de fato. c. 4. & Sirenius. 9. de fato c. 89. Zopir. Physiognomus cum Socratem vidisset, & vultu stupidum & bardum eum esse iudicauit, mulieribusque deditum, quam propensionem naturalem ex decretis philosophiæ Socrates domuit, frenauit, atque compescuit, ergo ex signis vultus, mores iudicari non possunt. De chyromanticis inuentis ait Cælius lib. 9. capit. 20. esse acuta deliberamenta & vanissimas vanitates potius quam documenta vitæ vsibus concinnata nemini non arbitrior liquere: quomodo autem ex Physiognomia & chyromantia aliqualite mores cognosci possint Siren. c. cit. sed fusius & melius Medina. 2. de recta in Deum fide, c. 1. fol. 26 & deinceps Nauarra. 2. de rest. c 2. num. 159. multos alios referens; de piromantia et ā seu diuinatione per cometas, recte egerat. num. 155. vsq. ad. 158. in cuius fine etiam agit de diuinatione per ecelypses.

Ad. 3. R. illa esse figmenta astrologorum, qui fabulis non minus quam poætæ cælum implenere; commenta esse hominū qui lucrū ex fallaci hominum admiratione quærunt, quique his retibus in doctos & imperitos aucupantur vt ex Amb. & Basilio docuimus sect. 3. & certe in signis cæli nulla est virtus præsertim vt isti finguut, recte enim Grego. hom. 10. in euangelia in hac re aperti mendacij Genethliacos conuincit. Nam Gethulia, vt ferunt, piscatores non habet, quis autem dicat, neminem illic nasci, stella aquarij. Lege quæ in hanc sententiam vberius scripsit Clemens lib. 9. recogn.

Deinde si vates ex astris fieri possunt dici poterit omnia vaticinia prophetarū ex astris processisse, nec eorum vaticinia ad confirmādas veritates fidei conducent quia virtute naturali potest quiuis abuti ad falli testificationem, & præterea si futura contingentia ex astrorum inspectione certo prędici posse fidei aduersatur, a fortiori prædici posse naturaliter sine astrorum inspectione.

Ad. 4. D. Tho. 1. p. q. 86. art. 4. ait accidere nonnumquam dormientibus præsensionem quandam futurorum ex impressione cælorum, qui cū sint futurorum multorum causæ, excitant phantasmata quæ futurum aliquid significent, vt si futura est mox pluuia excitant phantasma pluuię, causando incerebro humiditatem quę ad cogitandum de futura pluuia mouet. Credunt idem Conimb. 2 cæli. c. 3. q. 9. a. 3. ad. 4. ego tamen non video qua ratione id dicatur, vel si in somno fit, cur non in vigilia fiat? 79

Vt cumque sit, id tantum verum esse potest in effectibus mere naturalibus quæ iam incipiunt

incipiũt fieri vt in aere ita incerebre & valent ad sui imaginationem inducendã & exea impressione iudicat homo reflexe & argutiue non vero directe & immediate futurã pluuiã, vel quid simile, neque tale iudicium est certum sed coniecturale, actus tamen humani nec ex somnijs nec ex astris prænosci possunt. Nec etiam sequitur, si astra efficiũt prænotionem futurorum, ergo inspecta indicant futura, vt si ex anditu alicuius futurum ab eo cognosco, non fit ex visu etiam id me intellecturum.

80 Ad. 5. R. falsum assumere astra enim non sunt humanorum euentuum notæ, neque id voluerunt Origenes aut Euseb. vt sectione. 3. conclusione. 3. obseruauimus, & quamuis Martin. del Rio. lib 4. disquis. mag. c. 3 q. 1. eam sent. Origeni tribuat, tamen ait non approbari ab Euseb. & refelli ab Aug. 5. ciuit. subinitium, nec sibi esse contrarium aut Origeni fauere. 2. contra Manich. c. 21. nam hoc ca. 21. per corpora cælestia corpora gloriosa beatorum intelligit. vt contex. manifestat, Ad locum vero Liai. 84. & ad lib. de narratione Ioseph. diximus satis sectione. 6. & R. bene Pater Rius ibidem, & commentario in genesim, qui in lucẽ cito prodibit. Ad locum vero Geneseos dicendum, stellas in cælo positas, vt essent insigna, non actuum humanorum, sed aliarum rerum, quæ ex illis pendent, & temporum, vt explicat Iunilius Beda & Eucherius, quia prius quam stellæ fierent, nõ erant indicia aliqua certa, quibus ordo temporum notaretur, nec vnde meridies, aut diei noctisque horæ signarentur, donec mundus orientium & cadentium astrorum beneficio potiri cœpit, vel referendum est hoc, nõ solum ad substantiam temporis, sed etiam ad qualitatem, nam per motum solis & lunæ in Zodiaco non solum significantur, sed etiam fiunt mutationes in aere, veris, & hyemis, autumni & æstatis, imbres, venti, tempestates aliaque huiusmodi, ad quos effectus alia forte sydera cooperantur. Deinde ex varijs apparentijs, quas nubes & exhalationes in sole & luna causant, multi eiusmodi effectus, licet non fiant, indicantur tamen, & hæc signa obseruant nautæ, agricolę, & medici, atque de his locum illum interpretantur Aug. Chry. Theodo. Appollin. & Hugo victorinus & Hamerus Genes. 1. qui copiose & erudite ponit signa, quæ in sole & luna & alijs syderibus esse solent imbrium, tempestatũ & aliarum aeris mutationum & ex Plinio lib. 18. ait, hac stellarum obseruatione vsum Democritum præuisaque olei caritate ex futuro virgiliarum ortu, magna tunc vilitate, propter spem oliuę coemisse in toto tractu omne oleum & sic ingentes diuitias comparasse, quod pro astrologis nota: si enim eorum ars aliquid certitudinis haberet, saltem in ordine ad aeris mutationes & segetes, facile posset diuitijs affluere, cum tamen omnium pauperrimi esse soleant & infeliciſsimi, vt section. 5. ex Cælio: & sect. 3. conclusione. 1. arg. 4. & ex alijs docuimus, eodem modo illum locum Gene. exponit cælius lib. 14. c. 9. & Martinus del Rio. supra. Ex quo etiam R. ad. 1. Conf. secundum Ioseph in antiquit, illius conflictus tempore magnã procellam exortã fuisse, aquæ etiam & grãdinis multum chananęorũ oculis effudisse & sic arma bellica ipsis vsui esse non potuisse & sic Procopius ibi explicat, de cęlo dimicatũ esse contra Sisaram. Missum autẽ hoc fuit per Angelos Israelitici populi defensores. Stellæ dicũtur in ordine & cursu suo fuisse auxilio Israelitis, propter ordinẽ, militiæ ieuhierarchiæ, & sic ibi per stellas Angelos intellexere Vatab. Vales. & alij cõfirmantes ex Apoc. 12. Vbi cauda Draconis traxit secum. 3. partem stellarum, sed nec Hebræum nomen positum in cantico Deborę. aliud quam stellas significat. nec Apoc. 12. per stellas Angeli, sed viri sancti ex veriori expositione Origę tract. 30. in Math. & Grego. 32. mor. c. 14. intelligendi, vt nec Dauid. 8. Deiecit de fortitudine, & stellis, & conculcauit eos vt explicat And. cæsa, Apoc. 12. Melior ergo cantici Deboræ interpretatio est, quæ Caietano placuit, aerem cæteraque elementa fauisse populo Dei, vt ipsę quoque stellę solitæ imbres ciere, conseãtur contra Sisaram pro Israel pugnasse. Hæc Rius. ex quo etiam R. ad. 2. Conf. non illum esse sensum, sed cæli fabricam visibilem indicare excellentiam operum Dei inuisibilium & cogere nos, vt fateamur, non alium potuisse esse firmamenti architectum vt exponũt Hie. & Euthy. ibi Amb. 12. Hexa. c. 4. Vatab. & Rabbini. Nam de Apostolis procul dubio est allegorica interpretatio.

81 Ad. 6. Nego dęmones aut cæli intuitu, vt ex dictis constat aut aliunde vt D. Tho. 1. p. q. 75. art. 2. communi Theologorum consensu docet, futura contingentia & euentus fortuitos certa notitia pręuidere. quare ipsi, cũ eiusmodi futura enuntiant, oratione indiuersas partes flexibili & ad vtrumque euentum sophistice & ambigue composita, vti consueuerunt, vt si res secus euenerit, non ipsorum falsitati aut ignorantiæ, sed interpretum inscitię ascribatur. Tale fuit oraculum illud quod Cræsso Regi Asiæ reddiderunt, vt ex Herodoto refert Cicero 2. de diuinatione. Cræssus Halym penetrans, magnam peruertet opum vim. Ex quo elici nõ poterat, suam ne an hostium vim esset peruersurus, & illud quod Pytatio AEci ex Achille nepoti imperium orbis agitanti & Romanorum vires pertimescenti

timescenti responderunt, referente Cicerone supra ex Ennio, Aiote Aeacida Romanos vincere posse. Quibus verbis potentia non factū exprimebatur & certo non constabat ipse ne a Rom. an Romani. ab eo superari possent. Sæpe etiam responsa dæmonum palam mendacia anvana deprehensa sunt vt sectione. 5. docuimus: quod maxime accidere potuit quādo omnibus pensatis voluntas nostra esset quasi in æquilibro constituta, non magis aut non multo magis ad vnam, quam ad aliam partem inclinata, tunc enim non nisi temere & cum ingenti falsitatis periculo pars alteta prædici posset.

Porro licet dęmones quia non solum astra perfecte norunt, sed alia multa callent & considerant, futura multa ex humano arbitrio pendentia prædicere possunt non solum probabiliter, sed certitudine quadam morali, Tamen astrologi, nisi ab illo instituti sint, quia sola astra considerant, nec eorum vires perfecte attingunt, falli eos communiter necessum est.

Ad. 7. iam dixi sectio. 7. qua ratione astrologi interdum vera enuntiant, licet sæpius fallantur, præsertim circa humanos euētus quod si interdū vera dicant casu accidit vt in augurijs vel quia Dæmō, Deo permittente, ita res disponit, vt eueniant quæ astrologi & Augures prædicunt,

Ad. 8. R. quamnis astrologi ea quę pertinent ad ordinem naturæ etiam pendentia ab humana voluntate, scire possent (quæ tamen scire non posse ostensum est) tamen ea quę supra naturæ ordinem a Deo fiūt non possent ex astris præscire, quia cum illis sydera nullā necessariam cōnexionem habent. Vnde stultum est putare incarnationem Christi, natiuitatem eius ex virgine aut diluuium ex astris cognosci potuisse: imo illam opinionem de diluuio libro integro confutauit Hiero. Armellinus Dominicamus libro ad hoc edito, & tā quam hareticam eam damnauit, quę censura caudire videtur Sixto locis in arg. cita, & li. 6 ann. 10. Pererio. disp sæpe cit. c. 3, ratione 6. sed præcipue. c. 1. in fine vbi dogmata Aliacē. Albumasar, Apponensis, qeiusmodi effectus supernaturales & miraculosos astris tribuūt vel ex eis prædici potuisse autumant, appellat nefaria detestanda & Christianæ religioni exitialia, in eamque sententiam ait recte scribere Picum. li. 2. c. 5. & lib. 5. c 11. vsque ad finē libri: vide etiam Medinā. 2. directa in Deum fide. capit. 1. vbi optime impugnat eos, qui prophetandi & miracula faciendi dona, & fidei mysteria in astra retulerunt, & diuinam aut Angelicam voluntatem astris subiecerunt.

Locus Aristo. in problematis in ipso argumento. explicatus est, ad alium vero ex meteoris. Respond. Aristotelem tantum velle a motu solis in circulo obliquo dimanare temporum varietates, & vicisitudines ac proinde mundi sublunaris gubernationem nam plantæ, ac proinde animalia, quæ ab illis pendent, exigunt Hyemem, ver, æstatem & autumnum, noctes & dies, &c.

Ad legem adductam expartita. 7. R. recte ibi a Grego. Lopez exponi vt prædictiones astronomicę de ecclipsibus. de tempestate & serenitate & alijs aeris mutationibus nō sint prohibitæ, secus illæ quibus humani euentus contingentes & furtuiti effectus, tamquā certi enuntiantur, quia procedunt ex falsa & vana opinione & dæmonum operationem habent admixtam, quapropter illicitæ sunt & superstitiones damnatę a D. Tho. 22, q. 95, a. 5. & a. 1 item apud Iabeonem. §. siquis astrologus. ff. de iniurijs &c. non liceat. 20 q. 5. & l. multi. c. de malef. & Mathem. quæ tradit Ioann. Andr. c. ex tuarum de sortilegijs.

Vt autem intelligamus, quod ex varijs legibus canonibus sanctis, & doctoribus sæpe diximus, astrologiæ iudiciariæ vsum esse illicitum & malum, ideoque prohibitum, explicandum est hoc paulo fusius.

Caiet in summa verbo astrorum obseruatio ita in sententia scribit. Astrorum obseruatio circa natiuitates hominum & occurrentia humana tripliter peccato subesse potest. 1. si Christianæ fidei mysteria cælis subiecta censeantur. 2. Si futura contingentia ex astris vt certa querantur vel habeantur.

3. Siquis electiones suas cęlo tanquam legi subiiciat, ita vt vitam & actiones iuxta syderū cursusmoderetur. Quodlibet horum trium ex genere suo peccatum mortale est. Quia 1. est contra supernaturalitatem Christianæ religiouis, quæ supra cælos est. 2. contra veritatem fidei catholicæ, quæ arbitrij libertatem astruit. 3. contra dignitatem gratiæ, & legis diuinæ; ac mentis humanæ, quæ propter suam dignitatem non pro regula habet suorum actunm cælestes motus, vt nec passiones, sed naturalem rationem, fidem, legemque diuinam, quibus de rogat, qui dignitatem regulæ astris tribuit.

Doctrinam eandem amplectitur Pererius disput. illa contra astrologos. capit. 1. & Martinus del Rio libr. 4. disquis. magic. capite. 3. quæstione. 1. addens. in 1. peccasse Petrum Alia censem, qui diluuium Noe, Natiuitatem Iesu, religionis fideique mutationes & alia huiusmodi supernaturalia arcana Astrorum disciplinæ subiecit, Firmicum quoque Albumazarem, Aponensem, Machiauellum, & Paulum Iouium libr. 13. histo. Ita eosque complures

plures quos reprehendit Picus 2. contra astrolog. cap. 5. & lib. 5. à c. 11. & merito; nam fides & confessio Dei super cælum, & terram Psalm. 148. vers. 14. In. 2. autem & 3. peccare quotquot plusquam oportet huic astrologiæ tribuunt, vt veteres Chaldæi, & qui in iure vocantur Mathematici, ac planetarij, & ex recentioribus Iulius Gauricus, Leontius, Cardanus, Bellancinus, Ioan: stadius, Iunctinus, & Nostradamus. Eandem Caietani doctrinam sequitur ex summistis Armilla verbo astrologia, vbi tamen addit, non esse errorem existimare, cælos interdum ad virtutes, interdum ad vitia inclinare: quia ita docet, D. Thom. pluribus locis & iudicare de infirmitatibus sanitatibus, pluuijs, & alijs, quæ ex cælesti influetia procedere possunt bonis astrologis permissum esse, quamuis sæpe errent, quia veram astrologiam non habent, ita sentit Caietan. supra D. Thom. 1. par. quæstio. 115. articul. 4. ad. 3. vnde quod Angelus in summa verbo astrologia absolute dicit, astrologiam iudiciariam & diuinatoriam mittere homiens in errorem, intelligendum putat de ea, quæ arte dæmonum habetur, de qua omnia iura per eum allegata interpretanda censet, non de ea quæ vere est scientia. Sed vt ego existimo & probatum habeo, nulla est vere scientia, nec opinio, cum nec de naturalibus euentibus probabiliter dicere possit, quia nulla est quæ dispositionem materiæ consideret, sed astra tantum, quibus & commentitias virtutes & ficta dominia, & chimericos operandi modos tribuit, sed vsus astrologiæ, qualisqualis illa est, ad prædicendas aeris & humani corporis mutationes & hominis naturales inclinationes, prohibitus non est, dummodo debitis circunstantijs ornatus sit, & in ea re licitum est cuique opinari si iudicio suo probabiles rationes se offerant, quamuis apud me & alios sapientiores viros nullæ tales esse possint.

Prædictis consonat Emmanuel Rodriguez in sua summa capit. 7. tria de astrologia dicens. 1. vti astrologia ad cognoscendos motus cælorum & syderum coniunctiones, oppositiones & ecclypses, licitum est & vtile ad prædicendum humiditatem, siccitatem & alias aeris qualitates: adducit D. Thom. 2. 2. quæstione. 95. articulo. 1. & 5. Ciruelum libr. 4. fontis sapientiæ. Picum. 4. contra astrolog. capite. 31. 2. Licitum est ex natiuitate conijcere alicuius physiognomiam, staturam, pulchitudinẽ, complexionem, inclinationem, vel aptitudinem ad vitia, virtutes, artes, sanitatem & infirmitatem: prædicere autem certo, quæ pendent à libero arbitrio, in quo genere multa exempla ponit, peccatum mortale est, vt docent D. Thom. 3. contra gentes capit. 93. Alb. op. astrono. capite. 31. Medina de recta in Deum fide libr. 2. capite. 13. interrogare astrologum de rebus furto sublatis, mortale est, vt ait Gerson de re cęli lib. 1. cap. 1. in apolog. astrolog. non tamẽ tenetur astrologus restituere quod accepit si sua arte, licet dæmonio iuuante, res furtiua comparuit, non casu.

Adde, fortasse post motum proprium Sixti peccatum mortale esse de rebus pendentibus à libero arbitrio aliquid proferre, etiam vt probabile tantum, quia id grauiter inhibetur à Sixto, nec constat, motum illum proprium abrogatum esse aut nõ esse vsu receptum, licet multi eius ptæceptum violent. 80

Ad. 9. iam sectione. 5. visum est, effectus illos, vel in alias causas referendos, vel etiam si in astra referantur, tamen effectus pendentes à libero arbitrio in astra, saltem vt in causas efficientes, referri non posse & ideo neque ex astris prędici.

Ad. 10. R. dæmones & non posse directe & immediate voluntatem immutare, duas autẽ ob causas solere dęmones secundum stellarũ aspectum huiusmodi diuinare. 1. vt res a Deo creatas tanquam maleficij participes de decorent, vt ait Hieron. Mat. 4. Chrysost. homil. quadam in Mat.

2. quia cum non possint qualitatem vllam corporibus imprimere, nisi naturalia actiua passiuis applicando, obseruant ad id temporum opportunitates atque aptitudinem corporum. Sydera autem pro aspectuum & irradiationum varietate humana corpora diuerso modo afficiunt saltem luna dum accrescit humorem cerebri, in quo animales functiones perficiuntur commoue, aut ipsum ad lunæ motum se commouet ideoquam cõsueuere dæmones per id tempus hominis arrepticij phantasiam perturbare, nõ autẽ quia aliquid in eos stellę imprimant. Vide Ianse. in concordia c. 25. & 68. Origin. hom. 4. in Math. Conimb. 2. phy. c. 1. q. 6. a. 2. 2. cęli. c. 3. q. 8. a. 2 qui addunt, id circo dęmones à magis euocatos subcertis cõstellationibus accurre re, quia sciunt, paratiorẽ esse tunc materiã ad effectus, quorum gratia vocantur vel potius quia eiusmodi artificio conãtur homines superstitione imbuere, eisque persuadere aliquod numen in esse astris, vt annotauit D. Th. 1 p. q. 115. ar. 5. Addũt etiam Conimb. dęmones nõ allici herbis, lapidibus, animalibus alijsq; quasi illa quicquã in eos imprimãt. Sed tãquã id genus signis, ad quę ex ini

to

ad quæ ex inito cum maleficis fœdere accurrunt de quo lege Aug.21.ciuit.c.6. Lyram.1. reg.16.Richard.quodlib.3.q.8.

De pisce vero Tobiæ quomodo genus omne dæmoniorũ extricaret, Valles in sua sacra Philoso.& Camera, li.de reptilibus animantibus sacrę scripturę. Illud vero Pselli falsũ est: si militerq.q̃ d̃ libro Salomo. Ioseph. scripsit, licet nõnulli Iudęi Caballistę ita esse crediderũt

86. Ad.1.Cõf.R.oẽs animas rõnis participes esse in se equalis perfectionis, etiã indiuidualis vt docuimus.3.animę cũ Toleto ibi.idẽq.docẽt Cõimbr.2.cęli.c.3.q.8.a.2. & latius.2.ph. Dur.2.d.32.q.3.Argẽti.q.1.Sõci.8.met.q.26.

Idẽq.est de intellectibus, excellẽtia aũt quo ad vsum, referẽda est in sensus internos, & organorũ dispositionem ad quam conducere possunt sydera, sed magis parẽtũ vires, & qualitates vt experiẽtia cõstat, & licet admitterẽ intellectũ posse pati immediate a cælo, nõ tñ admitterẽ in volũtate: quia licet sit minus abstracta sm̃ D.Th.1.p.q.82.a.3.tñ est liberior.

Ad.2.Cõf.R.cõficere, volũtatẽ indirecte moueri aliqualiter a corpore cælesti, sed nõ inde fieri, vt certo actus eius ex solis cælis prædici possint, imo nec probabiliter, nisi melius quã ab Astrologis huius ætatis intelligãtur, cognitæ sint cælorũ vires, & simul dispositiones corporis, & aliarum causarum considerẽtur. Quomodo autem iuxta Aristot. qualis vnusquisq. est talis ei finis esse videatur, explicat D.Tho.de verit.q.22.a.9.

Sectio.9. In qua aliqua alia contra Astrologos iudiciarios afferuntur.

87 Vives. EX quibus omnibus colligitur, recte multos de Astrologia diuinatrice male sensisse inter quos, est Ludouicus Viues, qui in dialogo qui sapientis inquisitio inscribitur, post medium, cum Astrologus dixisset, cum Luna, & caput draconis Ioui coniungitur, quidlibet petas, licet a Deo, consequere, petas diuitias, petas sapientiam, petas celebres nuptias, subiungit. Hæc populo mendacia audes venditare, vt vel teruncium habeas? cur illa hora non precare fieri locupletior netoties mentiri te cogat egestas? & Petrus, Gregorius, Tolazanus in syntaxi artis mirabilis lib.8.ca.52. postquã dixit corpora cælestia in partem rationalem hominis nõ agere immediate, sed in corpus humanum, neq. per se in perniciem influere, vt quidam credunt, a Marte furorem, a Saturno stuporem adduci, subiungit. Astronomi iudicia colligunt ex astris vanissime, & temerarie interdum, commode aliquando circa aëris dispositionem, & tempestates, fertilitates, & sterilitates anni. Sed ea naturæ humanæ præsumptio, & temeritas, vt saluberrimis orta initijs, fere omnia verterit in nimium. Nec opus est me camerinam mouere, & Pici, & aliorum priorum hominum in curiosam astronomiam, & eius iudicia referre censuras, improbationemq. diuinationum de cogitatione quærentis, de natiuitatibus, & alijs nugacissimis, temerarijsq. disquisitionibus, de quibus integrum, & satis magnum coegit opus Haly, Ptolom. Pontan. Firmicus, & alij eiusdem vanitatis asseclæ, vt Iaphar Astrologus dictus Albumasar qui edidit tractatus de magnis coniunctionibus. Hæc Petrus Gregor. & Iamblichus lib.de mysterijs.c.de iudicijs Astrologorũ & dæmone, ait. Porphyrius dicit, siquis cognosceret figurã natiuitatis, dominumq. figuræ, inueniret dæmonem suum, & per ipsum solueretur a fato natiuitatis, sed subdit impossibile est scire illam, & hunc inuenire: & regulas astronomiæ, & astrologiæ esse incomprehensibiles, & incertas, teste etiam Cheremone. Iamblichus dicit dæmonem neq. cognosci, neq. dari ab illa figura, & domino eius &c. Hæc Iamblichus, qui post panca impugnat rationem, qua Porphyrius confutauit Astrologos, nimirum, quod valde inter se dissideãt: nam etiam in alijs scientijs, & artibus sunt diuersæ opiniones, sed nõ aduertit Iamblichus Astrologos in principijs ipsis, nempe experiẽtijs dissidere, vnde nulla põt eis inesse scientia. Bene autẽ subdit Iãblichus in Astrologia esse aliquid veri quãuis exiguũ, & quid veri habeat explicat, id esse quod attinet ad defectus, & eclipses luminariũ, cõiũctiones, oppositiones, & similia. Caput aũt illud absoluit dicẽs. Ergo est impossibile iudicare certos euẽtus, cũ omniũ causarũ cõcursum cõprehẽdere nequeamus, nisi per inspirationẽ diuinã id assequamur. Horoscius lib.2. de vera & falsa prohetia.c.29. etiã quoad euentus naturales Astrologiã incertã arbitratur: cõtingit enim sæpe propter varias terræ dispositiones, & alias occultas causas, ea quæ prædicũtur, nõ euenire. Itẽ hãc occupationẽ Astrologicã esse vanam, & sine fundamento impertinẽtem, periculosam, a prudentibus neglectam.

Petrus Gregor. *Iamblicius.* *Porphyrius.* *Horoscius*

88. Et Nauarra.2.de rest.c.2.n.100.& sequẽtibus licet in aliquibus videatur Astrologiæ fauere; tñ in multis aduersatur. 1.n. ait d̃ fide est tenẽdũ, quod ait D.T.3.cõtra gen.c.83.& Bon.2.d.14.3.p.distinctionis.qu.3. & omnes catholici, cælos nõ esse causas directas actuũ liberorũ. 2. actus liberos ex astris prædici nõ posse in particulari, sed in cõi idq. nõ certo, & necessario, sed fallibiliter, & cõtingẽter, pbat ex D.T.3.cõtra gen.c.85.vbi ait Astrologus non debet iudicare rem specialiter, sed vniuersaliter, quia scilicet impressio stellarum in plurib⁹ sortitur effectum qui non resistũt inclinationi, quæ est ex corpore, & 2.d.15.q.

Nauarra 1. dictum: 2. dictum

1.a.vlt.ad.vl.idem dicit exemplo medicorum & 1.2.quæst.9.art.5.ad.3.ait, vt implurimum verificantur,quæ pronũtiantur de actibus humanis secundum considerationẽ cælestiũ corporum,& 1.p.q.115.a.4. vt plurimum Astrologi vera prædicunt maxime in communi,nõ autem in speciali,& 2.2.q.95.a.5.ad.2.Astrologi ex consideratione astrorũ frequẽter vera prænũtiare possũt,licet nõ per certitudinẽ vt in corpore dixerat, quia plures homines passiones corporales sequũtur, & ideo actus eorũ disponũtur secũdũ inclinationẽ cælestiũ corporũ,& ideo Astrologi frequẽter vera prænũtiãt præcipue in cõmunibus euentibus,qui pẽdẽt ex multitudine.Huic.2.dicto Nauarra adiũgit tres limitationes.1.quod sint actus ad quos passiones inclinant,nã de cæteris,vt de pœnitẽtia,&mortificatione nec in cõmunipossunt iudicare,nisi coniecturis.3.dũmodo natiuitascognoscatur,ignorata.n.natiuitate alicuius nõ possunt eius actus prędicere.3.de actu & euẽtu proximo inclinationi, quæ ex astris cognoscitur,nõ deremoto,nõ.n.ex eo q̃ nati in tali signo sint inclinati ad natãdũ põt prædici morituros cõmuniter in aqua,nã iste effectus est remotus,& raro sequitur ex illa inclinatione,& idẽ est d̃ alijs mortis generibus. Hoc.2.dictũ Nauarra tribuit Scoto.2.d.14.q.1.§.dico ad quæstionẽ.Bon.loco citat.ad.2.& aliud argumentũ,Syluestro verbo superstitio. 1.q.6.Ferra.3 cõtragen.c.85.Caiet.2.2.q.95 in principio,& a.5.& in summa,Lucio Bellãtio in defensione astrologię.q.1.a.1.ad.3.& li. 1.respõsionũ ad Ioãnẽ Picũ.§.videmus quam variæ,& idẽ ait sentiri Dur.2.d.14.qu.2.ad.3. Rossel.verbo sortilegiũ Angel.verbo forę.Anton.2.p.tit.12.c.1.Altisiod.li.2.c.2.§.de operibus,6.dici ad mediũ fol.61.dicũt enim posse prædici,& prœnosci inclinationes nõ actus,sic ait forsam Alex.& Sotus (quos citauimus initio huius disp.)negarũt prędici posse ex astris humanos actus,ait etiã Nauarra cognitionẽ horũ actuũ in cõmuni cõtinere certitudinem moralem,vtquod homines in tali cõstellatione nati,erũt cõmuniter luxuriosi,in particulari vero solũ posse esse cõiecturalẽ,intelligit,si nõ solũ cõstellatio, sed aliæ circũstãtiæ cõsiderẽtur,nã ex sola cõstellatione, nec coniecturalis cognitio actus in particulari haberi põt, secus si omnes circũstãtiæ cõsiderẽtur, vt colligitur ex D.Th.1.p.q.14.a.13.& 2.2.q.95.a. 1,2.& 3.& quidẽ in particulari cognosci non posse ex solis cõstellationibus,patet, quia cũ illis nullã habẽt cõnexionẽ etiã moraliter necessariã,idẽq. intẽdit Richardus Victorinus. 1.exceptionũ.c.12.dicẽs,astrologia astra cõsiderat secũdũ natiuitatis,& mortis, vel aliorũ quorũlibet euẽtuũ obseruãtiã,quę partim naturalis est, partim superstitiosa:nãlis est in cõplexionibus, vt ægritudo,sanitas,sterilitas, fertilitas,tẽpestas,serenitas,quę sm̃ superiorũ cõtẽperãtiã variãt, superstitiosa est in cõtingẽtibus;hæc in cõstellationibus cõstat:& hãc partẽ mathematici qui interpretãt vani, tractãt,&Cicero.2.vel.3.de natura deorũ,sic isti disputãt,qui natalitia defẽdũt,signifero in orbequi grẽceZodiacus dicit &c.Odeliratione incredibilẽ(nõ.n.omnes error stultitia dicẽda est)Quibus certe Diogenes Stoicus cõcedit aliquid, vt prædicere possint,dũtaxat quali quisq.natura,ideſt cõplexione,& ad quãquisq.rẽ maxime aptus futurus sit.Si quid aũt Astrologi d̃ naturalibus, aut humanis euẽtibus prædicere possunt,eã sciẽtiã, nõ tã rõne,quã experiẽtia diuturna collegisse auctor est idẽ Cicero.1 de diuinatione dicẽs.Hęc vt ego arbitror,veteres,rerũ magis euentis docti, quã rõne muniti putauerũt, & probauerunt,& infra:quarũ quidẽ rerũ euenta magis arbitror, quã causas quæri oportere,quod etiã Cicero ibi suadet,quia etiã alię sciẽtię experimentis nitũtur,vt agricultura,& medicina.Sed existimo,nec inclinationes ex astris cognosci posse,vt intendunt citati initio huius disp.contra Astrologos scribentes.

3.Dictũ Nauarrę est, euẽtus casuales,& fortuitos ex astris prędici nõ posse,vt quod quis casu tegulę,ictu fulminis,ęqui deiectione moriturus sit,ita S.Th.2.2.q.95.a.5.(vbiCaie.)& 3.cõtragen.c.92.§.secũda differẽtia Ferra.ibi Alcocer in summa.c.14.Scotus & Abul.supra & probant cõmuniter,quia decente per accidẽs,nõ est sciẽtia,vt docet Aristo.4.metaphy. cõiũctio aũt effectus causalis, & fortuiti cum causa est mere per accidẽs,vt patet.2.physi. ergo nõ põt prænosci in illa, quãuis ergo Astrologus sciat causam ex astris,nõ poterit effectũ scire.Sedhęc ratio nullaest,nisi iuxta modũ procedẽdi,quẽ habẽt Astrologi,nõ.n.cognoscũt, nec cognoscere possunt omniũ causarũ cõcursum, sed solũ vnicã causã cõsiderãt, & invnica causa effect⁹ casualis cognosci nõ põt, secus in cõcursu oĩũ,nisi effectus saltẽ remote pẽdeat ex libero arbitrio,vt pẽdẽtmagna exparte hi effectus casuales,ideo certo ex astris prnosci nõ possũt,vt ea rõne ,pbat Abu. 89. 3.dictum.

4.Dictũ eiusdẽ est,nõ posse ex astris cognosci,an aliquis futurus sit,bene,l.male fortunatus;quia cælũ nõ inclinat aliquẽ ad effectum per se intẽtũ magis quãdo reipsa illi cõiũgetur præter intẽtionẽ bonũ aliquod, vel malũ quã alio tẽpore:ergo a cælo nõ fit bene,l.male fortunatus, sed a cõcursu aliarũ causarum, cũ cęlo:ac proinde ex cęlo põt bona, l.mala fortuna alicuius cognosci, etiã in genere:oppositum deduci potest ex D.Thom.3.contra gent. capit. 92. vbi docet aliquos posse esse bene , vel malefortunatos ex cælo , quod 4.dictum

etiam

etiam admittit Nauarra. Vnde nō videtur loqui cōsequenter, addit tū posse ex cælo cognosci bonam, vel malam fortunā alicuius impropriè dictā, quacumq.n. rōne quis abūdet diuitijs, & bonis tēporalibus, dicitur benefortunatus licet impropriæ, & bona hæc sæpe proficiscūtur ex bonis naturalibus, quæ quia cælum confert, & ex cælo cognosci possunt, consequēter hæc bona fortuna ex cælo cognosci potest, & idem est de mala. Addit autem neq. istū modū fortunæ in particulari cognosci posse, vt puta ꝙ aliquis futurus sit rex, quia hoc nō solū pendet ex cælesti constellatione, sed ex alijs multis quæ Astrologus nec cōsiderare potest, nisi in aliquo casu, videlicet cū regi nascūtur duo aut plures filij, & quidam ex cælo iudicātur valde inepti ad regnū, alius aptissimus, &c. de hoc probabiliter dici poterit fore regē. Eadēm rōne, quia gloria ex multis pendet, gratia ex paucioribus facile ex astris prædici poterit, aliquem inter Christianos natum, qui ex cælo cognoscitur bonę indolis fore communiter, gratum Deo, & iustum, nō tamen fore gloriosum. His consonat Nauarra licet obscurius loquatur.

90. 5. Eiusdē dictū est, respōsiones Astrologorū ad interrogationes d furtis, & alijs eiusmodi futuris in particulari superstitiosissimas esse, & ab omni syncerę pietatis, & religionis ratione alienas, meritoq. dānari a D. T. Bō. Ale. & Altisio. & vnoore ab alijs scholasticis (licet probētur Abul. q. 30. in Leuit. & Alb. li. de Astronomia. c. 13. si tū hæc opera illorū sunt,) & a nemine citra periculū fidei probari posse. Nā Alex. 3. c. ex tuarum de sortilegijs docet grauissime peccasse presbyterū, qui inspectione astrolabij furtū cuiusdā Ecclesię explorare tētauit: ratio huius dicti assignatur a Nauarra; quia euētus pēdētes a volūtate humana ex astris prędici in particulari nō possunt, nec obstat ꝙ verū dicere deprehēdātur, opera. n. dæmonū id potest cōtingere. Addit aūt ex illa decretali rē nō colligi de fide, quia Pōtifex nō loquit̄ definiēdo, & forte loquit̄ d̄ invocāte demonē implicite, & dixit comitē habuisse quēdā infamē, & astrolabio voluisse furtū explorare, quod tū ab astrolabio explorari nō potest, nec solet ab Astrologis, vel propterea illud cēsuisse videtur grauissimū peccatū, quia volebat presbyter ille hominis furtū manifestare. Cæterū vrget decretalis, vt tales prænuntiationes superstitiosas credamus nō de fide catholica, sed certitudine maxima ea ratione, qua humani euētus in particulari ex astris prædicūtur, & hoc siue cōsiderētur astra natiuitatis interrogātis, siue interrogationis, siue comotionis excitātis affectum interrogādi. Præsertim si de victoria exercitus interrogatio fiat, nā cū exercitus sit cōgregatio hominum, qui non eodē die nati sunt, nec coniuncti quomodo ex astris natiuitatis poterit eius victoria, aut interitus deprehendi? minime sane, vt etiā peritissimi Astrologi fatentur, & Nauarra approbat doctrinā Bellantij. q. 14. a. 6. in corpore, & ad 1. & 2. & 7. & 9. dicentis, responsiones veras esse posse de præsentibus, præteritis, & futuris actibus cogitatiuæ, & aliarum potentiarum corporearum secundum se, non de actibus intellectus, & volūtatis, nec de actibus cogitatiuæ, vt imperātur ab intellectu & voluntate, aut pendentibus a motione spirituū, vel humorum, aut causa inferiori extrinseca impellente ad cogitādum. Vnde infert Nauarra raro respōsiones de his veras esse posse, si quidem ferè semper pēdēt a motione spirituum, vel humorum, vel causa extrinseca, vel imperantur a voluntate addit etiam cum Bellantio Astrologos iudicare nō posse de actibus potentiæ sensitiuę internę, nisi in brutis, vel amentibus, vel dormientibus, vel non deliberantibus, imo nec de his, nisi raro, & lōgo studio, & obseruatione. Ego tū existimo, nec longo studio, & obseruatione hæc prædici posse, quomodo. n. ex cōstellatione, cōceptionis, aut natiuitatis, l. interrogationis, aut impulsus ad interrogādū pōt colligi, quid iste cogitet, cogitauerit, aut cogitaturus sit, cum hoc pēdeat ex causis innumeris, quæ ab Astrologo considerari non possunt. Præterea conceptionis tempus, nec ex natiuitate, nec aliunde sciri potest, falso ergo isti asserunt ex eius constellatione iudicia hæc fieri posse.

5. dictum

6. Dictū Nauarræ est, cælū nō posse significare euētus quorū causa nō est, quod, ait, esse cōtra Luciū Bellātiū. q. 14. a. 6. & Damasce. li. 2. fid. c. 7. asserētē, astra esse signa, sed non causas generationū, quæ sententia fuit Origines, vt docuit Sixtus 5. 5. bibliot. annot. 15. ex Aug. 5. ciuit. c. 2. id insinuāte dū ait, quōd cælū non causet, sed significet euēt⁹, doctissimorū fuisse sentētiā. Sed existimo Damascenū id minime docuisse, sed tātum stellas fixas suo ortu non causare generationes, & corruptiones, quæ fiunt in hyeme, vere, autumno, vel ętate, sed eas tātū significare, quod verū est, quia solū fiunt ob motū solis in circulo obliquo, vt in meteoris docuit Arist. Sect. etiā. 3. concl. 3. docuimus prædictā sentētiā falso tribui Origeni, eā aūtē merito impugnat Nauarra loco cit. n. 129. cū D. Tho. 2. 2. q. 95. a. 5. Caie. ibi & alijs, nulla. n. est ratio, cur cælū significet eiusmodi euētus, nisi eos causet, non enim cū cōstellatione est cōiūcta alia causa, ex qua necessario oriātur, neq. ipsa est effectus alicuius causæ, aqua etiā necesse sit eos prodire euentus, de qua re plura diximus sectio. 6.

6. dictum.

91. 7. Ait dies & horas obseruari posse ad electiones contra Picum lib. 1. ca. 2. & alios probat

7. dictum.

bat cum Bellantio.q.illa.14.a.11.quia quædã stellæ sunt noxię,quædam vtiles,pro sanguine minuendo,vinea plantanda,vitibus amputandis,arboribus cedendis,bile sedanda, &c.Sed certe Picus,& sequaces loquuntur de electionibus in ordine ad bona, vel mala,quæ casu, & fortuito possunt longo post tempore cõtingere, & ideo docet ad iudicandum de fælicitate, vel infælicitate ciuitatis nõ oportere cõsiderare tempus, quo eius ędificium inchoatur, quia præsens constellatio nihil lapidibus imprimit,ex quo fælicitas,vel infælicitas ciuitatis sequatur, idem est in inceptione similiũ operum,aut negociorum, de quo etiam optime confutatio Astrologiæ li.3.c.3.in alijs vero negocijs obseruari possunt dies & horæ, si ex illis prenosci posśt effectus naturales ad ea negocia spectantes;quod negant Picus,& Astrologiæ confutatio,& Abul. q.29.in Ieuit. Gab.2.d.14.q.vni.a.3.dub.3.Palac.d.15.disp. 1.Sixtus li.6.annot.10.& li.5.annot.15. vbi citat Procopium, & alij multi, contra quos tenet Nauarra loco cita.n.135.cũ D.Th.Caie. & Ferra.locis cit.Alens.1.p.q.164.m.6.§.dein de quæritur Bon.& Scot.2.d.14.Greg.Lop.l. 1.tit.23.parti.7.Bellantio.q.1.a.1.in corpore, & ad.1.& 2.Aug.5.ciuit.ca.6.& 7 vbi ait,non vsquequaq. absurde dici potest ad solas corporis differentias afflatus quosdam valere sydereos,& Altisiod.§.illo ad quod respondendum,sic habet, dicunt Astrologi quod de cõplexione hominis iudicandum est secundum signũ ascẽdentis in natiuitate illius,&c.quod bene potest esse verum,neq.abhorret a veritate,idem docet D.Th.3 contra gen.c.84.& 85.ex Damascen.2.fidei.c.7.de quo vide dicta sect.3.con.1.vbi diximus,etiam si dentur influentiæ,ex quibus dimanare possunt pluuiæ &c.non posse hos effectus certo ex astris prę nosci, quia pendent ex multis causis,quæ ab Astrologis non possunt cognosci,de bona autem, vel aduersa valetudine non possunt Astrologi recte iudicare, tum hac ratione, tum quia sępe pendet ex aliquo humano actu proximo,vel remoto,proprio,vel alieno, colligitur ex Aug.5.ciuit.a c.1.vsq.ad.6.tenent q.Sixtus,Procopius,& Palacius supra,nec aduersatur D.Th. quidquid dicat Nauarra:tantũ.n. vult,posse in generali prædici hominum infirmitates,aut si in particulari, non omnes,sed quasdã,quæ ita ab astris causantur,vt per causas inferiores impediri nonpossint,in tali,vel tali genere hominum: sæpe enim causæ superiores prævalent,sæpius vero inferiores,vnde recte Aug.5.ciuit.c.2.quem sequuntur Altisiod.& Palac.supra,& Abulen.in Ieuit.q.14. prefer: sententiam Hippocratis,& aliorũ medicorum,qui similitudinem,vel dissimilitudinẽ effectuum ad causas inferiores referunt, opinioni Possidonij stoici,& aliorũ Astrologorum,qui ad cęlos.Nec refert quod ait Nauarra Cardanũ super Philolo.112. genituras obseruasse,quæ secundum positionem syderum euenerunt,& Cypri.Leoui.500.& Lucã Gauricum.200.nam licet id gratis credamus,pro his innumerabiles sunt,quę secundum causas inferiores,non secundũ cælos euenere,& Ptolomæus.3.& 4.quadripertiti præcipit Astrologo,vt omnes causas secundas temperãtes cõsideret:quod cum non faciat,non potest non errare passim,male autem, & contra totam experiẽtiam ait Nauarra.n.149. quod si Astrologus solum causas cælestes,medicus solũ inferiores consideret, certiora erunt Astrologica iudicia,quamuis fateatur plerumq. esse falsa ex ignorantia cælestium virtutũ, & puncti natiuitatis,& ex cõcursũ causarũ secũdarũ aduersantiũ cõstellationi natali, & n.150.nõ credit,quod quidã Astrologiæ, & Theologiæ peritus dixit, quamuis homo ignoret pũctũ suæ natiuitatis,tamen per Animodariũ Ptolomæi,& Trutimen Hormetis,& euẽtus subsecutos sciri posse instans natiuitatis:ignorato autem natiuitatis pũcto,non posse certas esse prædictiones,recte ex principijs Astrologicis argumentatur Aug.5.ciuit.ca.3.cui argumento contra se suam q.artem militanti cum se responsurũ pollicitus fuisset Iulius Firmicus solo silentio satisfeciśse,refert Nauarra eodẽ numero,item numero sequenti refert Bellantium.q.1.a.1.ad.7. asserentem,non ex natiuitate,sed ex conceptione sumẽda esse iudicia, & quod dicitur de Animodario, aliquando deficere,& subdit.Ponit ergo ipse multos modos cognoscendi punctum necessarium, primum inquiens,conceptio,id est casus seminis in matricem,cognosci potest ex functione virgę ad matricem.2. ex accidentibus mulieris puta vomitu,iuxta D.Th.op.de fato dicẽtẽ, propterea esse in geminis varia ingenia,quod in locis maternis,non in eodem momento totum semen recipiatur.Tũ etiã cẽtrũ cordium amborũ geminorũ,cũ nõ sit idẽ,sed variũ,varijsq.in locis; esse quoq.Horizõtes varios necessum est.3.signũ addit Bellãtius ex natiuitate:& ad hãc cognoscẽdam ponit alios modos.1.per astrolabiũ.Cui ego obijcio;quid si natus est nubiloso cælo?2.per horologiũ.Sed quid,si non perfecte mouetur? 3.per directiones,& profectiones.4.per Animodarium,sed certe quãuis Animodariũ,profectiones,horologiũ,&c.perfectã notitiã darẽt illius momẽti nascẽtis; hoc tñ verum esse potest quando Astrologus has figuras leuat tempore natiuitatis,vel conceptionis: hoc autem rariśsimum, atque ita raro iudicia vera, maxime quia vt dicebam, quantula potest esse illa partium seminis mora? quantulum illud

illud interstitium cordium, vt ea res totã naturam hominum mutet. Deniq.nõ satis esset ad Mathematicum attulisse natum esse aliquẽ Toleti,vel Romę,sed a quo patre,in quo momento,in quo cubiculo,in qua parte cubiculi: incerta ergo sunt ista iudicia, imo certe incertissima,nihilq.spei, nihil fidei vanis istis, superstitiosisq.opinionibus est adhibendum. Hæc Nauarra,& bene,sed quod subiungit cõtra Palacium, Agricolarum iudicia non esse Astrologicis certiora,sine fundamento est,vt cum reprehendit Sixtum senensem,quod dicat. Alia est diuinatio Astrologica,quę est fictitia,& imaginaria,vt quæ de afflatibus,& influxibus ignotis tractat: alia physica, quæ de lumine,& motu cęlorum agit.Hanc concederet D.Tho.non illam.Vnde primas illas virtutes dicit esse deliramenta,vt Veneris afflatus ad libidinem;Martis defluxionem ad irã: Lunæ ad insaniæ motũ: Capricornij vim,quæ reges efficiat.

92. *Marsil. Ficinus. Angelus. Politian⁹*

Sine fundamento inquam Sixtus reijcitur, nametsi occultæ influentiæ,ex D.Tho. constitui possint;tamen illæ quas Astrologi asserũt sine fundamento vllo sunt confictæ, vt & pleraq.alia. Vnde Marsil.Ficinus epist.quadam ad Angelum Politianum, quæ habetur inter epistolas Politiani li.9.inter alia scribit.Contra multos Astrologos qui more gigantum eripere cælum Ioui tam frustra, quam impie moliuntur,merito,& Picus alumnus Palladis, & tu miles Herculæus sæpe fæliciterq. certastis,& infra.Ego autem quid? Profecto tãquã in omni vita vobis vnanimis, in hoc quoque studio conspiro vobiscum,& infra ait,se neq. imaginibus cælestibus credere, neq.artefactis confidere,& Astrologica portenta fuisse a Pico singulariter cõfutata.Quæ enim(inquit) ego nusquam affirmo,imo & cum Plotino derideo,explodi a Mirandula gaudeo, superstitiosam præterea vanitatem ab illo tanquam a Phæbo Pythonicum virus,tecum Politiane congratulor,tu enim semper hac in causa, vt vbiq.soles,te Herculem præstitisti:soles profecto iamdiu hæc Astrologorum prodigia,vt alia monstra,passim acriter insequi,&c.

93. *Leonardus.*

Leonard.noster.2.de virt.c.43.dub.8.inter alia ait.Prædictio effectuum naturalium ex astris valde obscura;& omnis experientia,quę de illis potest haberi,valde incerta.1.quia sciri non potest, an talis effectus proueniat a sydere V.G.Iouis, aut Veneris, an aliunde.2. nunquam idem aspectus syderum redit ob motum proprium.8.vel.9.sphæræ,& sic nulla experientia certa capi potuit.3.quia ex alijs causis,vt a ventis,vaporibus æstu,frigore aër potest esse varie affectus, vnde facile actionẽ syderum variabit.4.vt quis aliquid in particulari possit prædicere ex astris, multa scire debet,quæ humanam scientiam longe superant 1.omnium astrorũ proprias virtutes, si enim aliquæ illum latent,non potest scire,an effectus non impedietur.2.non solum quid singula per se possint, sed etiam quid coniunctim, & in quouis aspectu V.G.trigono,tetragono, sexagono,opposito,&c.qui aspectus infinitis modis variari potest.3.simul considerari debet, quid omnibus locis operentur, ne forte alibi quid faciãt,quod effectum hoc loco impediat,sępe videmus,nubes ad pluuiam paratas discuti ventis alibi excitatis,ne hic pluãt. Vnde patet quã vanæ sint prædictiones, quæ quotannis euulgantur: quare raro respondet euẽtus,& Picus.2.cõtra.Astro.c.9.ait ex 130. prædictionibus nobilissimi cuiusdam Mathematici de mutatione cæli, & auræ,se, habita accurata obseruatione.7.tãtum veras deprehendisse,idq.iureiurando confirmat. Quod si de pluuijs ventis,&c. nihil certi possunt dicere,quid de inclinationibus hominum.1.enim istæ inclinationes magis pendent ex temperamento parentum,& alimentis eorum,quã ab astris.2. quia impossibile est notare punctum natiuitatis, &c. vide in authore citato. De Astrologis iudiciarijs,anteneantur damna restituere,quæ ex eorum prædictionibus sequuntur, & quæ proferendis illis iudicijs, vel docenda sua arte receperunt,late Nauarra.2.illo de restitut.capit.2.nume.161.vsque ad. 164. Sed nos deo dante, in materia de restitut.De pœnis autem Astrologorum agitum.164.

Quæstio cui restitutioni obnoxij Astrologi, & quibus pœnis.

Artic.6.Vtrum voluntas moueatur a solo Deo,vt ab exteriori principio.

DISPVTATIO TERTIA DE externo, & spirituali motiuo voluntatis,scilicet Angelo, & Deo.

1. AGIMVS hactenus cũ D. Thom. de motione voluntatis ab interno principio, quo comprehenditur obiectum, quia non mouet,nisi vt cognitum; & de motione voluntatis ab externo principio corporeo, scilicet cælo: & dum inuestigaremus, an voluntas moueat se ipsam,nonnihil diximus de exteriori motiuo spirituali,an videlicet.1.intellectio,vel volitio nostra esset specialiter in Deum referenda: iam vero de externo motiuo spirituali, quo Deus & Angelus cõprehenditur,fusius,& ex professo disseramus.

Sectio.1. Vtrum aliquid externum creatũ, saltem spirituale, possit directe in voluntatem influere.

DE influxu indirecto nõ est dubitatio,iã.n.diximus, eo pacto influere posse corpora cælestia, & clarũ est in sub lunaribus: alterant.n. humanũ corpus,ex eaq.alteratione aliqua sequitur alteratio in nostro intellectu,& volũtate,& similiter potest sequi ex Angelorũ actione:possũt.n.agere in omnia corpora per motũ localẽ,& sic nõ solũ possunt applicare ignem,& alia agentia naturalia corporibus nostris:sed etiam intus commouere humores, disrumpere partes,similia q.efficere, ex quibus alteratio intellectus volũtatisq.sequatur; solum ergo est q.de directo influxu.

2. Arg. pro his affir. 1. Argu. Conf.

Apparet autẽ,Angelũ posse directe influere in volũtatẽ humanã,cũ Angelus natura sit superiorhomine,& excellẽtior in modo intelligẽdi,& diligẽdi. Conf.quia si aliqua ratione id nõ posset,maxime ratione D.T.hoc.ar. 6. quia cũ a solo Deo cõdita sit volũtas nostra, ab eo solo impelli, & inclinari potest:hęc autẽ ratio nullius momẽti videtur:nã motus naturalis cęli causatur ab Angelo,a quo tũ non est causata natura cęlestis;ergo similiter,licet volũtas nostra nõ sit cõdita ab Angelo, pote

2. Argu.

rit ab eo moueri.Præterea multa corpora ab alijs,a quibus nec effecta sunt,nec efficipotuere,mouẽtur:nõ tm̃ motu violẽto, aut neutro: sed etiã naturali,vt cũ ea reducũt ad suas qualitates, aut loca naturalia: ergo similiter,&c. Præterea volũtas interne potest moueri directe ab eo,a quo nõ est cõdita, vt ab intellectione,habitu acquisito,& infuso,& a qualitate fluẽte impressa ipsi a Deo, & deniq.a ꝓprijs actibus,medio vno alterũ efficiẽdo; cur ergo nõ poterit directe moueri ab externo principio creato saltẽ spirituali,scilicet Angelo?Præ

3. Argu.

terea Angelus,& alia possũt mouere volũtatẽ quoad specificationẽ:cur ergo nõ poterũt directe in eã influere? Nihilominus dico, ne

3. Decisio.

Angelũ quidẽ posse directe influere in volũtatẽ,sed hũc modũ influẽdi in volũtatẽ creatã esse propriũ Dei inter omnia externa agẽtia;ita D.T.1.p.q.105.a.4.106.a.2.111.a.2.3. cõtra gen.c.88.& hic.q.9.a.6,vbi Caiet.Cõrra. Med.& alij iuniores Valẽtia.disp.2.q.4.pũct. 4.Cõimbric.2.cęli.c.3.q.9.Auctor mallei maleficarũ.p.1.q.5.vbi tũ male docet, intellectũ posse directe,& immediate moueri ab Angelis,quod indicat Azor.li.1.c.20.q.9.sed in bono sensu explicari põt, vt solũ velit,intellectũ aliquãdo moueri ab Angelo immediate,idest nullo medio ministerioseẽsus externi,sed interni tm̃. Adducũtur a Med.ex D.T.3.cõtra gẽ. c.88.varię rõnes,quę parũvrgẽt,meo iudicio, nisi ad hãc vnã reducãtur;Potẽtia appetitiua pręsertim spiritualis quæ habet Deũ ꝓ immediato authore,& vltimo fine, tãtæ excellẽtiæ est, vt eius operatio solũ fiat per se ab ipsa, l. aliqua qualitate sibi intrinseca, per quã adiuuetur,l.forte etiã a cognitione obiecti,anullo.n.alio pendet in sua operatione, nisi forte per accidẽs,vt experiẽtia ipsa cõstat in nobis & in brutis;ergo Angeli per nihil illis intrinsecũ causant actus volũtatis nostrę immediate, neq.vero per cognitionẽ obiecti,quia nõ causant illã per se,sed per accidẽs excitãdo intellectũ,vt seipso speciebus,& habitibus suis vtatur ad intelligẽdũ. Neq.vero per ipsãmet volũtatẽ,quia ipsã nõ ꝓduxerũt: neq.cõseruãt. Neq. vero per habitus infusos ab ipsis, quia oẽs habitus nãles volũtatis nostrę sũt acquisiti, & si qui asserãtur inditi,l.infusi nãliter, illi sũt infusi a Deo,sicuti habitus primorũ principiorũ in opinione multorũ est infusus intellectui a Deo:habitus vero supernãles volũtatis nostræ,cõstat a solo Deo effici posse:quia sũt ordinis excellẽtissimi & diuini: qualitates vero fluẽtes,quæ vice habituũ adiuuẽt põam, a multis nõ admittũtur,& licet admittãtur,nõ videtur pertinere ad ordinẽ naturę,quia imminuũt libertatem volũtatis,vt dicemus,& licet aliquæ pertineant ad ordinẽ naturæ,nam eas videtur cognouisse Arist.2.mag.mor.c.8. & 7.ethic.ad Eudẽ circã finẽ;docẽs,aliquãdo homines impetu, & impulsũ diuino moueri ad aliquid agẽdũ,vt bonũ aliquod operi coniũctũ adipiscãtur,quod ipsos latet;tũ eas imprimere ad solũ Deũ spectat,Angeli.n.tã sunt inbecilli natura sua, vt solũ motũ localẽ per se,& immediate in corporibus imprimere valeãt,vnde nõ possunt corpora trãsmutare ad formã substãtialẽ,l.accidẽtalem,nisi per accidẽs applicãdo actiua passiuis: nimia.n.subiectio creaturarũ ad ipsos esset, si maior esset: ergo multo minus poterũt spiritibus aliquid præter localẽ motũ immediate imprimere, vnde nõ illi imprimũt species,nec lumẽ, neq. habitus;ergo neq.qualitates fluentes,alioqui multũ derogãretur excellẽtiæ,& libertati spirituũ,qui nimiũ aliquãdo adbona,l.etiã mala ab Angelis bonis,& malis impellerẽtur,& pene cogerẽtur,aut necessitarẽtur, si non physice,saltẽ moraliter,præsertim, si Angeli essent valde perfecti in natura,l.plures ad impellendũ cõcurrerẽt,plures.n. vel excellentiores,vt maiori impetu possunt mouere corpora; ita posset maiori impetu volũtatẽ mouere, quã pauciores,l.minus perfecti,nõ igitur põt volũtas humana qualitatẽ fluẽtẽ,seu impetũ ab Angelo recipere: & alioqui eadẽ rõne volũtas vnius Angeli posset eum recipere ab alio, saltẽ superiori,ꝙ nemo dixerit;maxime cũ volũtas in se ipsa nullum talem impetum cau

set;

set, ac proinde non videatur illũ causare posse in alia voluntate; propterea directã cordis motionẽ scriptura, & sancti Deo soli tribuere videtur, Pro. 21. cor regis in manu Dei, & quo cũq. voluerit, vertet illud. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere, & propterea etiam in materia de angelis ostenditur, angelos nõ posse mentibus nostris illabi, sed id esse proprium Dei, ita vt nulli creaturę cõpetere possit, etiam de potẽtia absoluta, quia nulla potest saltem per modum causæ principalis, imprimere aliquam qualitatem intellectui, aut voluntati, nisi forte intellectui speciẽ sui per modum obiecti. Per modum autem instrumenti. Si angeli possunt efficere gratiã supernaturali eleuatione, similiter quælibet creatura spiritualis, & corporea poterit supernaturaliter eleuari admouendam directe voluntatem.

4. Ad arg.

Ad argumentum initio positum. R. quod sicut homo est superior bruto, in ordine perfectionis, non tamen causalitatis, ideoq; nõ potest directe sensus, vel appetitum eius mouere. Ad confi. licet angelus ordine perfectionis sit superior homine, non tamẽ poterit directe mouere intellectum, aut voluntatẽ ipsius; immo neq; apetitum sensitiuum, aut sensus, subiectione enim hac soli Deo subditur homo, & brutũ.

Ad confi. R. rationem illam D. Tho si bene intelligatur vim habere, sicut enim naturalis motus cuiuscunq; corporis aliquo modo concurrentis actiue, non potest esse directe, & perse ab extrinseco, nisi tribuente naturalia principia, ex quibus resultat, siue ea sint, formæ grauiũ, & leuium, siue grauitas, & leuitas, ita neq; motus seu actus voluntatis potest directe, & perse effici ab extrinseco, nisi tribuẽte principia, ex quibus dimanat: nullum autẽ eorũ tribuit aliquod agens extrinsecum, nisi Deus, vt diximus: ergo solus Deus inter agẽtia extrinseca, potest directe, & perse mouere voluntatem nostram. Instantia autem motus cęlestis nulla est, quoniam, vel cælum mouetur à sua forma, & grauitate, sicut grauia, & leuia, vt nonnulli arbitrantur, vel à solo angelo, & ita motus ille solum est naturalis ex parte principij passiui, ratio autem solum procedit demotu, qui est naturalis mobili, ex parte principij actiui aliquo modo, & similiter nulla est instãtia de motibus violentis, neq; de alijs, naturalibus solum ex parte passi; qualis est frigefactio aquę, quę calorem amiserat, & productio amissę grauitatis in graui, & motus ęius ad centum maiori velocitate, quã exigat eius natura, secundum quam velocitatem motus ille nõ est naturalis à principio actiuo, & ideo instantia non est ad rem, si autem non mouetur maiori velocitate, quam eius grauitas exigat, non mouetur ab extrinseco, sed tantũ à seipso, seu a generante. Angelus enim, vel corpus non mouet graue ad suum locum, nisi imprimendo impetum, eo autem recepto velocius feretur in centrum, quàm sola grauitate. Vnde quod ait Valentia illo puncto. 4. infine, is qui mouet lapidem deorsum, vel efficit ipsius motum velociorem, vel non; si efficit, tunc quidem erit motus violentus, vt ab exteriore principio; si autem non efficit velociorem, tũc non mouetur lapis perse ab illo, sed tantum non impeditur, quo minus ipse lapis suo pondere naturaliter deorsum feratur, motus nimirum à suo generante. Hoc inquam dictum aliqualiter corrigendum est, nam illa maior velocitas non est propriè violenta, cum sit cõsona inclinationi naturali, & ipsi naturalis ex parte principij passiui, sed est nõ naturalis ex parte principij actiui, & ideo potest causari ab extrinseco potente imprimere impetum, nihil autem potest imprimere impetum voluntati, vt ostendimus, nisi Deus, & ideo neq; quantũ ad aliquam perfectionem suam, potest actus voluntatis ab extrinseco agente creato procedere, & multo minus quoad substantiam.

5. Ad aliam obiectionem.

Ad aliam obiectionem de motoribus intrinsecis humanæ voluntatis. R. ab ijs moueri non derogat excellentiæ, & voluntatis, quia subsunt eius potestati, & eam adiuuant, & diriguntur, quando operari velit, & interdum sunt eius effectus: secus Angeli, aut alij motores extrinseci.

Ad vltim. obiecti.

Ad vltimam obiectionem. R. cum Caieta. obiectũ non mouere effectiue perse, sed per speciem causatam non ab ipso, sed ab intellectu à gente, vel à Deo, qua specie producitur intellectio, intellectionẽ autem volitio; hoc autem neq; attestatur perfectioni obiecti, neq; imperfectioni voluntatis, secus moueri posse ab extrinseco à gente creato: obiectiue autẽ terminare, & specificare voluntatis actum, nõ derogat perfectioni, aut libertati voluntatis, quia non est aliquid quasi virtutis immittere in illam, sed potius voluntatem ferri in obiectum tale, vel tale: concurrere vero ad voluntatis actum effectiue est, quasi aliquid inipsam voluntatem immittere, & ideo plus quidã est, vt ait Valentia suprà, & voluntatis perfectioni repugnat.

6.

Sectio. 2. V. Deus directe moueat voluntatem immitendo, aliquid distinctum ab ipso actu voluntatis.

CErtum est, Deum mouere volũtatem media ipsa voluntate, & media cognitione si hæ, vt dicimus, effectiue cõcurrunt ad actũ voluntatis; quia hæ sunt effectus

Dei:

Dei: certum etiam est, moueri voluntatem à Deo, vt à causa prima, & vniuersali operante immediate, & perse ipsam in omni actione creaturæ. Oppositum huius tenuit Dur. 2. d. 1. q. 5. num. 11. & d. 37. q. 1. num. 4. & 5. cuius sententia antiquior est, nam eam referunt Alb. Henricus, & alij, immo videtur esse Aristotelis lib. de mundo ad Alexand. & Lactantij, & Philonis Alexandrini, quos citat Fonseca. 5. Meta. q. 9. sect. 1. tom. 2. eiusq; sententiæ meminit August. 5. Genes. ad lit. cap. 20. his verbis, sunt qui arbitrantur, tantum modo mundum ipsum factum à Deo, cætera iam fieri ab ipso mundo, sicut ipse ordinauit, & iussit: Deum autem ipsum nihil operari. Ita etiam sentit Origenes. 3. Periarchon. cap. 1. quantum attinet ad actus humanos, vt annotauit D. Thom. 3. contra. gent. cap. 89. ita etiam sensere Pelagiani teste Hieronymo, epist. ad Ctesiphontem, & lib. 1. aduersus Pelagianos, & de vtriusq; notauit Bellarmi. 4. de libero arb. cap. 4. & addit D. Thom. hanc videri opinionem asserentium, actus humanos non subesse Diuinæ prouidentiæ, vt Damascen. 2. fidei. cap. 3. & Nyssen. 8. Philosop. cap. 8. & vltimo. Sed tract. de grat. docebimus, tantum abstulisse absolutam præfinitionem actuum humanorum, idemque tantum vult Origen. supra, nam post medium & in fine illius. cap. expresse docet etiã actiones malas, vt actiones sunt, à Deo fieri, licet vt malæ sunt, fiant à sola voluntate, scilicet, tanquam à principio determinante, nam ipsa se, & diuinam voluntatem ad opus determinat vtendo se & voluntate diuina, quasi esset eius qualitas, & habitus, vt recte Bellosillus aduertentijs ad Chrysost. tom. 3. quæst. 2. propos. 5.

1. Opinio.

7.

Hæc opinio suaderi potest primo, quia effectus, quos producunt causæ naturales, non excedunt earum vires: ergo non est necessarius concursus Dei. Antecedens Probatur, quia causæ naturales non sunt instrumenta, sed causæ principales, interdum quidem vniuocæ, ac proinde continentes formaliter totam perfectionem effectus producendi: interdum æquiuocæ, ac proinde continentes eminenter perfectionem effectus: ergo habent se solis vim sufficientem ad producendum suos effectus: ad producendum enim effectum maior, immo & æqualis perfectio sufficit.

1. Argu.

Confirm. Confir. nam etiam si essent instrumenta possent agere sine actuali conuersu Dei, vt semen deiectum ab homine, agit ipso iam defuncto, & minime per se ipsum concurrente.

2. 2. Si creatura operari non potest, nisi Deo operante: ergo operatio creaturæ pendet ab operatione Dei, ac perinde operatio Dei est prior natura, quam operatio creaturę, & prius producitur effectus à Deo, quam à creatura, & sic idem effectus bis producitur, semel à Deo, & semel a creatura: quia creatura inuenit effectum productum iam a solo Deo, & iterum ipsum producit. Hoc autem est absurdum: ergo.

3. Vel ille concursus Dei est, aliud ab actione creaturæ, vel idem cum illa; non. 1. quia neque est aliud in Deo; alioqui aliquid reale ex tempore esset in Deo. Neq; est aliud in creatura: cum enim ignis calefacit aquam, nihil aliud ab actione ignis ponitur in igne, vel aqua, nisi calor, qui tamen non est concursus Dei: ergo concursus Dei non est quid aliud ab actione creaturæ. Non autem esse idem cum illa probatur. Nam creaturam agere non est Deum adiuuare illam ad agẽdum: concursus autem Dei est Deum adiuuare creaturam ad agendum: ergo concursus Dei non est ipsa actio creaturæ, seu creaturam agere. 3.

Confir. 1. Quia secundum eos, qui dicunt, actionem transeuntem esse in agente, procul dubio sunt duæ actiones, & idem forte dicunt, qui ponunt actionem transeuntem in passo: ergo altera illarum est superflua. Quia quælibet illarum, etiam si non esset alia (quod fieri posset si distinctæ sunt) non tantum sufficienter, sed etiam necessario infert effectum: implicat enim dari actionem sine suo termino primario. Confir. 1.

Confir. 2. nam si sunt duæ actiones, & vna attingit effectum prius quam alia, illa alia est superuacanea. Si vero simul attingit effectum, cum vna non pendeat ab alia, neque attingere vnius ab attingere alterius, vna illarum non erit necessaria, sed superflua, & siue eadem sit actio, siue duplex, Deus dicetur agens partiale, & imperfectum: quando enim effectus immediate est à duobus agentibus; vtrũque est agens partiale, & imperfectum: consequens est falsum: ergo. 2.

Confir. 3. quia idem respectu eiusdem effectus non est agens mediatum, & immediatum, Deus autem agit mediantibus causis secundis: ergo non agit immediate cum illis. 3.

4. Quia actus mali possunt fieri, & fiunt reipsa sine concursu Dei, alioqui Deus esset causa, & auctor peccati: ergo, actus boni possent eodem modo fieri: patet consequentia, quia non requiritur maior virtus ad actum bonum, quam ad malum, alioqui stante præcepto non legendi, minor virtus requiretur ad legendum, quam sublato præcepto, quod est absurdum, præsertim cum tale præceptum potius augeat difficultatem legendi, quã minuat. 4. Argu.

Confi. Quoniam aliqui actus boni sunt difficiliores multis malis: ergo si mali possunt fieri sine Confirm.

sine concursu Dei à fortiori & boni.

5. 5. Quia omnes actus liberi videntur fieri, sine concursu Dei. Deus enim non potest concurrere, nisi per intellectum, & voluntatem: ergo si concurrit ad actus nostros liberos, prius eos vult efficere quam illi fiant; voluntati autem Dei non potest creatura resistere: ergo necessario illi cooperatur, & ita non agit libere, hoc autem est falsum: ergo
8. nulli actus liberi fiunt adeo.

6. 6. Actiones creaturarum sunt creaturæ. Tamen non prodncuntur immediate à Deo: ergo similiter aliæ creaturæ possunt produci, sine immediato concursu Dei. Consequentia tenet exparitate rationis. Antecedés vero probatur. Quia actio creaturæ, vt actio creaturæ est, non est à Deo per modum effectus proprie sumpti, neque per modum actionis: ergo nullo modo est à Deo: consequentia est nota: quidquid enim est ab aliqua causa efficienti, est ab ea per modum effectus proprie dicti, vel per modum actionis, Prima vero pars primi antecedentis probatur, quia si esset à Deo per modum effectus proprie dicti, & non per modum actionis, esset à Deo per aliam actionem, at actio creaturæ non est à Deo per aliam actionem, sic enim quoties aliquis effectus producitur à causa secunda, daretur duplex actio Dei; vna qua producit talem effectum, alia qua producit actionem causæ secundæ. Secunda vero pars eiusdem antecedentis probatur, quia si actio creaturę est adeo per modum actionis Dei: ergo intrinsece dicit habitudinem, non solum ad creaturam, vt ad suum principium, sed etiam ad Deum, & sic actio creaturę, vt sic, esset actio Dei, & creaturam agere esset Deũ agere; quod falsum est.

7. 7. Quia relationes reales sunt creaturę; tamen resultant sine concursu Dei immediato, alioqui posset Deus producto fundamento, & termino, negare concursum ad relationem, quod tamen repugnat, & idem argumentum, potest fieri in figura, & raritate, ac
8. densitate, sine quibus quantitatem dari repugnat.

8. Potuit Deus producere creaturam, quę operaretur independenter à Deo: ergo reuera illam produxit, vt essent omnes gradus entium in vniuerso, neque deesset mundo hic nobilissimus gradus, vel saltem si eam potuit facere, vnde constat eam non fecisse, vel non omnes creaturas, ita se habere respectu effectuum suorum naturalium, quorum perfectionem totam formaliter, aut eminenter continent? Antecedens probatur, quia nulla poest afferri ratio repugnantiæ; neque est contra diuinam perfectionem, vel potentiam, sed magis indicat potentiam Dei. Potentissimi enim agentis est, tantam vim effectui comunicare, vt independenter ab ipso agere possit, & plus est dare vim independentem, quam dependentem in agendo: neque creatura, quæ operatur independenter à Deo, censeri deberet infinita.

9. 9. Alij fines non dependent à Deo vt fine, infinalizando, seu causando finaliter, neque causæ materiales, vel formales pendent à Deo vt causa materiali, vel formali in causando materialiter, vel formaliter: ergo neque alia agentia in agendo pendent à Deo, vt agente, & efficiente; par enim ratio est: ac proinde agere possunt, sine concursu Dei.

10. 10. Vt causæ naturales secundæ operentur, non requiritur actualis concursus causarum creatarum vniuersalium, vt cælorum, vel intelligentiarum: ergo, neque actualis concursus Dei, qui est causa vniuersalissima. Par enim ratio videtur.

9. His tamen non obstantibus, tenendum est, nullam creaturam agere, nisi Deo immediate concurrente ad effectum ipsius, ad hanc sententiam tenendam primo, & maxime mouet me communis scholasticorum consensus, qui eam certissimam arbitrantur, de oppositа vero male sentiuent. Vazquez. 1. 2. disputa. 129. cap. 3. Medina, quæstion. 79. articu. 2. vbi Cumel, disputa. 2. conclus. 1. & disput. 3. conclus. 1. Valent. disput. 6. quæst. 9. punct. 1. Azor. to. 1. lib. 1. cap. 29. quæstio. 6. Bell. 2. de amissione gratiæ. cap. 18. vbi sic ait, sententia Durandi merito passim ab omnibus refutatur, vt quę scripturę diuinæ, & sanctis patribus contraria sit, & lib. 4. de libero arbit. cap. 4. opinionem illam errorem appellat scripturæ, patribus, & manifestæ rationi repugnantem. Suarez. tom. 1. Mataphysi. disput. 22. sectio. 1. numer. 7. erroneam infide. Alber. 2. dist. 35. articu. 7. alia inquit, opinio fere cessit ab aula, & à multis modernorum reputatur hæretica. Bonauent. dist. 37. artic. 1. nostram sententiam ait, absque ambiguitate esse tenendam, similia dicunt. Caprol. 2. d. 1. quæst. 2. arti. 3. ad argumen. contra. 11. conc. Hisp. conc. 5. & ad argumenta contra ipsam, Gregor. dist. 35. quæstion. 1. articu. 3. Scotus. dist. 37. quæstione vnica. Bonauent. iterum. 1. dist. 45. quæstio. 2. Heruæus tract. de æternitate mundi. quæst. 1. Valentia. 1. par. disput. 3. quæstio. 1. puncto. 1. (vbi opinionem Durandi temerariam vocat, & deside putat esse, omnia entia produci immediate à Deo) & disputatio. 8. quæstion. 1. puncto. 2. Pererius. 8. Physico. cap. 8. Toletus. 2. Physico. quæst. 4. Conimbricenses. 7. & 8. Fonseca. 5. Metha. quæst. 9. tom 2. Molina in concord. disp. 25.

2. Opinio. Auctoris. Probatio.

super.

super. quæstio. 14. primæ partis. articu. 13. & 1. par. eadem quæstione, & articu. disput. 6. vbi ait plurimi censent sententiam hanc Durandi etroneam esse, & id innuit Sotus. 2. Physico. quæstione. 4. conclu. 1. quod, & mihi placet, vt minimum autem falsam, & minus tutam esse censet. Alexand. 1. par. quæstio. 9. membro. 2. ad. 2. D. Thom. 1. par. quæst. 105. artic. 5. (vbi Caietan.) & 1. 2. quæstio. 105. articu. 1. 2. & 3. & 1. distinct. 37. quæstio. 1. articu. 1. & 2. & 2. distinct. 1. quæstio. 1. arti. 4. & distinct. 37. quæstio. 2. articu. 2. & de potentia. quæstio. 3. articu. 7. & 3. contra gent. cap. 65. vsque ad 70. & cap. 89. vbi Ferrar. Bellosillus aduert. ad 3. tomo. Chrysostomi. quæsito. 2. propos. 5 Bartholom. Camerarius. 2. de gratia, & lib. arbit. per multa capita, & communiter scholastici, cum Mag. 2. dist. 37. & 40. Henricus quodlibet. 14. quæstione. 1. Gabr. 2. distinct. 1. quæst. 2. Okam. 2. quæstione. 4. & 5. Palat. dist. 1. disput. 5. & distin. 37. disput. 1.

10. 2. Proba. Augusti. 2. Mouent me maxime testimonia scripturæ, & patrum. Augustin. 5. Genes. ad litter. cap. 20. potest verba superius relata ait. Contra quos profertur illa sententia Domini. Ioan. 5. pater meus vsque modo operatur, & infra: deinde, quia non solum magna, & præcipua verum etiam ista terrena, & extrema ipse operatur, ita dicit Apostolus. 1 ad Corinth. 15. tu nudum granum seminas, Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuique semini proprium corpus, idem docet August. tract. 17. in Ioan. & lib. de natura boni. cap. 24. explicat id Ioan. 1. sine ipso factum est nihil, id est, sine ipso non est factum aliquid, & lib. de Ciuit. 12. cap 5. Deus summe est, atque ob hoc ab illo facta est omnis essentia, quæ non summa est, & ep. 146. ad Consentium. quæstione. 2. vbi ait, quomodo negare poterimus, Deum nunc etiam operari cuncta, quę fiunt, cum Dominus dicat: pater meus vsque modo operatur, & ibidem alia testimonia scripturæ adducit, vt illud priusquam te formarem inutero noui te. Ierem. 1. & illud si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit Matth 6. & Luc. 12. idem Augustin. 4. Genes. ad litter. cap. 12. adducit id Actor. 17. in ipso viuimus mouemur, & sumus, & lib. 9. cap. 15. adducit id primo Corint. 3. neque qui plantat, est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Idem docet Prosper sent. 277. & 281. & in id Psalm. 118. manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, & Gregor. 16. Mor. cap. 18. dicens omnia, quę creata sunt, per se neque subsistere prævalent. neque moueri, sed tantum subsistunt in quantum, vt esse debeant acceperunt. In tantum mouentur, in quantum instinctu occulto disponuntur. Toletus, etiam in id Ioan. 5. pater meus vsque modo operatur, refert ad hoc testimonia Cyrilli Chrysost. & Nazianzen. ad idem est prima Cor. 10. Deus operatur omnia in omnibus, & Isaiæ. 26. omnia opera nostra operatus es domine, & Iob. 10. pelle, & carnibus vestistime, &c. & cap. 12. quis ignorat, quod manus Domini hæc omnia fecerit, & capit. 38. & 39. omnia opera tribuuntur Deo. Vide etiam. 2. Machabeo. 7. num. 22. Psalm. 144. & 146. Ioan. 15. num. 5. Rom. 11. ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Sap. 8. attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: recte etiam id colligit Molina ex Psam. 138. si ascendero in cælum tu illic es, &c. Etenim manus tua deducit me: ergo motus localis cuiusque à Deo causatur, & ideo quocumque feratur res, ibi erit Deus, quia Deus vbicumque operatur, ibi est.

Toletus. Cyrillus. Chrysost. Nazian.

Ad hæc, & similia respondebat Pelagius teste Augustino. lib. de gratia Christi. cap. 4. Deum omnia operari, quia virtutes operatrices rebus tribuit. Sed refellit hanc responsionem Augustinus. ep. 146. quæst. 2. quia Deus non solum dicitur omnia fecisse, vt Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt, sed omnia operari, & facere, vt patet ex locis citatis; ad hoc autem non satis est virtutes operatrices rebus tribuisse. Vnde Durand. loco notato, ait non ea solum ratione Deum dici omnia operari; sed quia etiam ipsa agentia, & eorum virtutes operatrices immediate conseruat. Sed neque responsio hæc satisfacit, tum quia ex conseruatione deducemus postea productionem: tum quia res non conseruantur in instanti productionis; tamen effectus, qui ab illis fiunt, Deo tribuuntur: ergo non ratione conseruationis: tum quia sic etiam peccata possent Deo tribui, qui dedit, & conseruat liberum arbitrium, & potentiam peccandi; maxime cum Durand. Secundo sent. distinct. 44. quæstio. 1. dicat, potentiam peccandi formaliter esse à Deo: tum quia sic non recte Palus, & Dauid locis citatis colligerent, Deum vbique esse, quoniam vbique operatur ex operatione enim mediata non recte colligitur præsentia operantis: tum quia scripturas intelligere debemus, non pro arbitratu nostro, sed iuxta communem Sanctorum Patrum explicationem; Sancti autem patres ex allegatis scripturis errorem istum communi consensu refellunt.

Prosper. Gregor. Eusebius. Fulgenti.

Vnde Eusebius. 6 præparationis. cap. 5. causa inquit omnium, & quę libertatis nostræ sunt, & quę natura fiunt, Deus est, & Fulgen. ep. 4. ad Probam. cap. 1. ait, neque putemus sic eum auctorem boni operis existimã

ſtimandum, tanquam in ipſo tantum creationis exordio ſic Deus naturæ humanæ boni operis facultatem dederit, vt ipſius adiutorio deſiſtente, ſola perſe ipſam poſſit humana natura quodcumque bonum velle ſeu facere. Si dicas loqui de opere neceſſario ad iuſtificationem, vel de impletione omnium mandatorum; præter quam quod expoſitio iſta voluntaria eſt, vrgeo teſtimonio Athanaſij oratione contra Idola aſſerentis, omnes actiones omnium creaturarum etiam inſenſibilium fieri, & conſeruari per potentiam, voluntatem, & nutum Dei, & Anſel. lib. de concordia prędeſt. & lib. arbit. cap. 10. fecit, inquit, Deus omnia, quę iuſta, vel iniuſta voluntate fiunt, ideſt opera bona, & mala. In bonis quidem fecit, quòd ſunt, & quòd bona ſunt; in malis facit, quòd ſunt, ſed non quòd mala ſunt, & Chryſoſto. hom. 5. in Geneſ. quo circa diuinę ſcripturę veſtigia ſequamur, neque feramus, eos qui aduerſa temere blacterant. Etiam ſi homines terram operentur, & iumentorum auxilio fruantur, & magna ſit cæli temperies, & omnia alia concurrant, niſi nutus Domini accedat, omnia alia fruſtra, & in vanum fierent, & nihil proficeret omnis labor, & deſudatio, niſi manus Domini ſuperne adiuuaret, & perfectionem his, quę fiunt, tribueret. Et Hieronymus. 1. aduerſus Pelagianos refellit Pelagianos, quod dicerent, poſſe ſe abſque Dei auxilio, ſcribere, ſedere, ſtere, curuare digitum, aptare calamum &c. Neque reſponderi poteſt, Hieronymum loqui de auxilio Dei mediato. Nam vt diximus, ex Auguſtino, & patet etiam ex Hieronymo, fatebantur Pelagiani liberum arbitrium eſſe donum Dei, & illo mediante noſtras actiones Deo tribui: tamen Hieronymus Pelagianos, impios, & ſacrilegos nominat, audite, inquit ep. ad Cteſiphontem, ſacrilegum, ſi voluero, curuare digitum, mouere manum, ſedere, ſtare, ambulare, ſemper mihi auxilium Dei neceſſarium erit? audi ingrate, immo ſacrilege apoſtolum prædicantem, ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in nomine domini facite, & Auguſtin. 3. de Trinit. cap. 4. de Deo loquens, inquit, ſe quibuſdam ordinatiſsimis creaturę motibus, primo ſpiritualibus, deinde corporalibus per cuncta diffundit, &c. Et quemadmodum corpora craſſiora, & inferiora per ſubtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per ſpiritum vitæ, & ſpiritus vitæ irrationalis per ſpiritum vitę rationalem, ſpiritus vitę rationalis deſertor, atque peccator per ſpiritum vitę rationalem pium, & iuſtum, & paulo poſt. Nihil fit viſibiliter, & ſenſibiliter, quod non de interiori inuiſibili, atque intelligibili aula ſummi Imperatoris iubeatur, aut permittatur. Dionyſius etiam. cap. 5. di. no. ait Deum omnibus rebus, quę ſunt, ſubſtantiam largiri, & omnibus, quę quomodolibet ſunt, & generantur, eſſe, & generationem largiri, omniumque eſſe opificem, & fundatricem cauſam, & rerum omnium principia participatione Dei eſſe, & principia eſſe, & prius eſſe, & ſubinde principia eſſe, &c.

Athanaſ. *Anſelm.* *Chryſoſt.* *Hieronym.* *Auguſti.* *Dionyſius*

12. 3. Probat. Virgilius Ariſtote. D. Thom. Valentia. Suarez. Proclus. Plato. Triſmeg. Philo. Alexand. Lactan. Pythag. Cicero.

3. Hęc veritas ex profanis auctoribus probatur. Hinc enim Virgilius dixit ſpiritus intus alit, totaque infuſa per artus mens agitat molem, & magno ſe corpori miſcet, & Ariſtotel. 2. Meta. tex. 4. affirmat, id quod eſt maxime ens, & maxime verum, eſſe cauſam omnis entis, & omnis veri. ex quo loco. D. Thom. 1. par. quæſtio. 44. articu. 1. & Valentia, ibi diſputatione. 3. quæſtio. 1. punct. 1. colligunt, ſecundum Ariſtotelem omnia fuiſſe producta, & produci immediate a Deo. Suarez ſupra id etiam colligit ex. 2. Metaphyſi. cap. 2. & 7. Phyſico. cap. 1. & lib. 8. cap. 5. vbi Ariſtotel. docet, in agentibus ſubordinatis inferius non poſſe agere ſine influxu ſuperioris, & lib. de cauſis qui Ariſtotelis, vel Procli. eſſe cenſetur. Vbi variæ ſunt propoſitiones, quibus hæc veritas ſignificatur, & ex Platone, qui ob hanc rationē cauſas ſecundas inſtrumenta primæ appellauit, quod ab eius concurſu in agendo pendeant, vt ſumitur ex Damaſcen. in ſua Philoſop. cap 9. & Simplicio. 2. Phyſico. tex. 29. & alijs. Refertur etiam Triſmeg. in dialogo crater, dicens Deum, vbique ptęſentem ſemper agere omnia, & alia ſimilia, & Philoſ. Alexand. lib. quod mundus ſit incorruptibilis, dicens, Deum omnibus partibus mundi aſſiſtere cooperando. Lactantius etiam. 1. diui. inſtitutio. cap. 4. laudat Pythagoram, & Ciceronem dicentes, Deum omnia regere, mouere, & viuificare.

13. 4. Prob. 1. Ratio.

Et quamuis Valentia. 1. par. diſputario. 3. quæſtin. 1. puncto. 1. exiſtimet, non eſſe facile veritatem hanc ratione conuincere: tamen. 4. probari poteſt, non contemnendis rationibus, & Suarez ſupra ait, ſufficienter probari poſſe ratione naturali. Prima ratio ſumitur ex conſeruatione. Nam omnes res creatæ ita pendent à Deo in ſua conſeruatione, vt ne admomentum quidem per ſe, ac ſine Deo eſſe poſſint, atſi aliquid fieret, & eſſet in primo iſtanti ſine Dei auxilio, etiam abſque illo in reliquis inſtantibus, & in reliquis partibus temporis conſeruari poſſet: nullus enim eſt effectus, qui ab aliquo alio pendeat in conſeruari, à quo non pendeat in fieri, licet aliquid pendeat ab aliquo in fieri, & non in conſeruari: eſt enim dependentia in conſeruatione maior,

quæ

quę nunquam datur sine minori, quæ est in fieri, & nulla res conseruat, per se loquendo, nisi quod produxit. Quemadmodum igitur lumen solis, in aere in primo instanti fit à sole, & toto reliquo tempore ab eodem conseruatur, neque vllo modo esse potest sine præsentia solis continuantis esse, quod antea, illi dedit: sic etiam omnis effectus cuiuscumque causæ Secundæ fit à Deo, & ab eodem conseruatur, neque potest vlla ratiene incipere, vel durare sine actione Dei dantis, vel continuantis esse, & alioqui magis penderet lumen aeris à sole, quam à Deo, quia á Deo solum pendet in conseruari; à sole vero in fieri, & conseruari quod est absurdum. Ponendum ergo est, nullam creaturam posse magis pendere, ab alia quam à Deo, & ita omnes pendere à Deo in fieri, & conseruari: & de conseruatione fatetur ipse Durand. locis prænotatis, & nemo est qui negat, cum Apostolus dicat Hebræ. 1. portans omnia verbo virtutis suæ, & Dauid Psalm. 103. auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & fuse doceatur ab Augusti. 4. Genes. ad lit. c. 12. & lib. 8. cap. 12. Chrysost. hom. 10. in Genes. Grego. 16. Moral. cap. 18. D. Tho. 1. par. quæstio. 104. articu. 1. & 3. contra gen. cap. 65. de potentia. quæstio. 5. articu. 1. ad. 2.

Confir. 1. hæc ratio, nam res, quantumcunque pendeant à creatura in conseruari, in ipso quoque pendent immediate à Deo: ergo similiter, quantumcumque pendeant à creatura in fieri, in eo ipso pendent quoque immediate à Deo. Par enim ratio est, & vtrumque pariter pertinet ad dignitatem Dei, & & imperfectionem creaturæ subiectionemq; ipsius id Deum. 1. Confir.

Confir. 2. quia omnia pendent à Deo in conseruari, eoque sunt entia per participationem, ergo eadem ratione omnia pendent à Deo in fieri. 2. Confir.

Confir. 3. quia actio ipsa causæ secundæ pendet a Deo in conseruari, quanuis etiam pendeat à causa secunda: ergo similiter licet pendeat in fieri à causa secunda, pendet etiam à Deo in fieri, & alioqui in eo momento temporis, quo res antea producta agit magis penderet à Deo, vt existens quam, vt agens, quia, vt agens, non penderet immediate à Deo. Hoc autem est in conueniens; ergo omnis res, vt agens seu in sua actione pendet à Deo: & alioqui vna creatura magis penderet ab alia in sua actione quam à Deo, vt intellectus, qui in sua actione penderet à specie intelligibili, & interdum ab vno actu, ad eliciendum alium non autem à Deo: & similiter aliæ potentiæ cognoscitiuæ, in sua actione penderent à 3. Confir.

speciebus, vel etiam ab alijs, & non à Deo, & voluntas, atque appetitus sensitiuus in sua actione pendent à cognitione sibi proportionata, vel etiam ab alijs, & non á Deo, & sic possent afferri alia multa exempla, hoc autem est absurdum: ergo omnis creatura, in sua operatione essentialiter pendet à Deo.

Confir. 4. Nam sicut pertinet ad dignitatem Dei, vt dupliciter res priuet suo esse, ita vt non conseruentur, scilicet suspensione diuini concursus, & diuinæ voluntatis, negatiue, nolendo, vt conseruentur, & preterea positiua repugnantia, & nolitione, scilicet, volendo, vt deinceps non sint: ita ad dignitatem Dei pertinet, dupliciter posse priuare res creatas actione sua, nempe suspensione concursus; & ptæterea volendo positiue, vt non operentur: ergo cum neuter modus habeat repugnantiam, vterque tribuendus est Deo, primus autem supponit, creaturarum non posse operari sine concursu Dei: ergo hoc admittendum est, & sic, quando Deus Babylonicum ignem impediuit, ne pueros combureret, & oblitus est ignis virtutis suæ. Sapient. 11. Non solum impedita est actio ignis positiua contrarietate, & repugnantia diuinæ voluntatis, sed negatiua suspensione concursus diuini. Immo Molina, Suarez, Sotus, Toletus, & alij putant. Rationes creaturarum, & à Deo impediri non posse, nisi creaturæ perse pendeant à Deo in sua operatione. Quam conditionalem falsam puto; nam sicut corpus meum in motu deorsum, non pendet per se à voluntate mea: potest tamen ab ea impediri: ita, licet ignis in calefaciendo non penderet perse à diuina voluntate, posset ea actio per diuinam voluntatem impediri.

2. Ratio principalis, quam Suarez ait, esse valde probabillem, ego autem plusquam probabilem iudico, est. Quia causa secunda non se determinat, neque potest per se determinare seipsam ad effectum in indiuiduo, & in particulari, nam eius facultas semper est indifferens ad plura indiuidua, neque determinatur à subiecto, tempore, loco, & similibus circustantijs: hæ enim, non magis poscunt hunc numero calorem, verbi gratia, quam alium producat, nec est vlla ratio quare magis in hac parte aeris, vel in hoc tempore: producatur hic numero radius lucis, quam alius numero eiusdem rationis ex infinitis similibus, qui produci possent, & similiter nulla est ratio ob quã hoc tempore, & in hac materia inducatur potius hæc forma, quã alia eiusdẽ speciei, & perfectionis: ergo necessaria est determinatio 14. 2. Ratio.

minatio diuinæ volũtatis, vt potius hoc indiuiduũ, quã aliud prodeat, & est iudiciũ manifestũ dependentiæ intrinsecę, quã quilibet effectus causæ 2. in productione sua habet à Deo. Simili ratione ostendimus trac. 3. libertatẽ diuinæ volũtatis, & de fundamento huius rationis agit Suar. to. 1. met. dis. 5. sec. 6. & 7. vbi agit de indiuiduatione formarũ substãtialiũ & accidentaliũ.

3. Ratio

3. Ratio est quã attigit Molina: nã Angeli & cæli & animæ rationales in sua productione pendẽt immediate à Deo: ergo & cætera entia, quæ minus perfecta sunt, sed potest negari cõsequẽ. quia illa dependẽtia rerũ spiritaliũ à Deo nõ oritur ex imperfectione earũ, sed ex eo q̃ nulla creatura habet vim ad productionẽ earũ, sicut neq. materiæ. 1. ad producendũ vero alios habẽt vim sufficientẽ causæ creatę; vnde nõ videtur necessarius diuinus influx.

4. Ratio.

4. Ratio sumit ex cõcil. Mile. & Arausi. in quibus diffinitur nulla opera operari hominẽ, quæ nõ operet Deꝰ in homine, ex quibus verbis Sot. sup. opi. Dur errorẽ putat. Si quis autẽ dicat Concil. loqui de operibus supernaturalibus. l. meritoriis, redarguetur. nã opera meritoria, vel sunt naturalia, vel supernaturalia. Si naturalia, nõ sunt immediate à Deo in opi. Dur, sed vt plurimũ est à Deo gratia & charitas. l. alia cõditio requisita vt sint meritoria. ergo Deus nõ operatur illa. Si vero sũt supnaturalia & fatearis esse immediate à Deo per cõcursum generalẽ ordinis supernaturalis, similiter concedẽdũ est, opera naturalia esse à Deo per concursũ generalẽ ordinis naturæ & certe de omnibus videtur loqui cõcilia. cũ generaliter & sine vlla restrictione loquãtur & definire intẽdãt cõtra Pelagiũ, qui de omnibꝰ operibus nĩs negauit esse immediate à Deo.

5. Ratio.

5. Ratio quorũdã est quia sicut res se habet ad esse ita ad operari. sed creaturæ immediate dependent à Deo in suo esse, ergo & in operatione. Hæc ratio nõ placet, nã lumẽ & species dependẽt à sole, & obiecto in suo esse, nõ tamẽ in operari ita vt requiratur adeorũ operationẽ immediatus influxꝰ solis, l. obiecti.

6. Ratio.

6. Ratio melior est, quia si vera esset opi. Dur. entia quæ fiunt à causis secundis & à nullis conseruãtur quia sunt entia successiua. l. dutant tantũ per instans, nullã immediatã dependentiã haberent à Deo: quod videtur absurdũ.

15 Ad 1. Ad 1 arg. 1. opi. R. omnẽ effectũ vt fiat sine cõcursu Dei, excedere virtutem cuiuscũq. causæ creatæ: agere nãq. nullo alio iuuãte est proprium Dei excediq. oẽm virtutẽ creatã propter rationes adductas, & ita ad producẽdũ se sola effectum nõ sufficeit æqualis neq. maior perfectio in causa, sed requiritur infinita, infiniti. n. est vocare ea quę non sunt tanquã ea quę sunt & deducere ea ad esse, finitoq. cõpetere id nõ potest, nisi infinitæ virtuti cõiungatur, & sic intelligitur q̃ ait Caiet 1. p. q. 8. a. 1. & q. 45. a. 5. & passim D. T. & auctor lib. de causis propos. 1. quod esse est proprius effectus Dei. Ad cõfirmationẽ R. animal defunctum à quo semẽ decisum est agere per se cum ipso semine: nam id q̃ nõ est in se, si manet in semine, potest per se agere cum semine. Si autẽ hoc nõ admittatur (de quo alibi). R. magis pẽdere causã 2. siue principalẽ siue instrumẽtalẽ à prima, quã q̃cumq. instrumentũ ab agẽte creato, & ideo licet aliquod instrumentum creatum possit agere sine concursu agentis creati, cuius instrumentum est: nulla tamẽ causa secunda siue instrumentalis siue principalis potest agere sine concursu Dei.

Ad. confi.

Ad 2. negatur consequẽtia loquẽdo de operatione Dei trãseunte ab hac. n. nõ pendet actio creaturæ, quia hæc nõ distinguitur ab actione creaturæ vt dicemus: hæc tamẽ actio transiens Dei, quæ etiã est actio creaturæ, pendet ab actione manente in Deo, nimirum à volitione, qua Deus vult effectum producere cum creatura & ideo nunquã potest dari actio creaturæ sine actione trãseunte Dei indistincta ab ipsa actione creaturæ: propterea etiã D. T. 1. p. q. 105. a. 5. & 3. cõtra gen. c. 70. dicit, Deum nõ solum esse causã effectus, sed etiã actionis procedẽtis à creatura & Capre. 2. d. 1. q. 2. a. 3. ad argu. contra. 11. concl. & 4. d. 12. q. 1. ad 1 Scoti. contra. 2. conclusionem ait, actionem causæ 1. pendere ab actione causæ 2. & nõ e contra.

16 Ad. 2.

Ad 3. R. duplicem esse concursum Dei, quidã est per modũ actus primi, seu principij actiui, & talis cõcursus est actio manens in Deo vt volitio. l. quid actu existens formaliter in Deo, alius est concursus Dei per modum actus secundi, seu operationis, & hic est actio transiens, qua Deus producit effectum & connotat eundem effectum prodire simul à causa secunda & est auxilium actuale, quo Deus formaliter dicitur adiuuare causam secundam & in re est ipsum agere causæ. 2 differunt tamen ratione formali & connotatione quadam, sicut quando videntur albedo & nigredo eadem visione indiuisibili spirituali vel corporea, videri albedinem & videri nigredinem, & hominem videre, non sunt idem formaliter neq. secundũ connotata, realiter tamen & in recto eadem entitas est, à qua albedo & nigredo videri dicuntur & cõcursus vtriusq. qualitatis in ratione obiecti terminatiui idem est, neque distinguitur realiter à visione, quę in oculo est à qua oculus dicitur videns; & vtraq. qualitas visa: Ita ergo creaturã agere, & Deũ agere, re vera idẽ sunt. sed Deum agere connotat Deũ, vt subiectum denominationis, creaturã vero agere connotat creaturã similiter vt subiectũ denominationis. aliud ꝯmodatũ exemplum est si eadem albedo esset in duobus subiectis. tunc enim quamuis esse album diceret in vtroq. eandẽ formã; tamen hoc esse albũ, & illud esse albũ distinguerẽtur penes subiecta connotata.

17 Ad. 3.

Ad 1 confi. Ad 1 confirm. R. etiã si sint distin

ęę actiones, nulla earū erit superflua, sed vtra quę erit necessaria ad effectum : tamē qualibet posita ponetur necessario effectus; quia ea quæ sufficiunt & necessaria sunt vt ponatur vna, sufficiunt, & sunt necessaria, vt ponatur alia. Ad vtramq. autē sufficienter & necessariō sequitur effectus. Ad 2. Confir. si ponatur duplex actio, dicendum est effectū ab vtraq simul attingi & non prius ab vna quā ab alia, & neutram esse superfluā, et vnā non pendere ab alia, neq. attingere vnius ab attingere alterius, sed vtramq. esse à Deo & ab homine, ab vno vt à proprio principio, ab alio vero vt à cōprincipio. An vero tunc Deus dicendus sit agens partiale seu causa partialis? Molina & alij affirmant: neq. id est imperfectio quia Deus non vult se solo producere effectū, vt posset, sed cūcausa. 2. Aliis placet nō esse dicendū agens partiale quia id tantum est patiale quod nō potest se solo eque bene producere totū effectum. Q. est de nomine & paruimomēti quisq. vtvolet loquatur. Quod vero obiicit Dur. eiusdē actionis nō posse esse duos fines: ergo neq. duo agentia si sermo sit de actione elicita volūtatis verum est añs. sed neganda est consequentia: quia actio elicita specificatur à fine intrinseco & distinctę finis distinguit actionē numero & specie nō vero distinctum agens. Si vero sermo sit de fine extrinseco, eadem actio potest habere simul fines innumerabiles, similiter ergo potest eadē actio esse apluribus agētibus & certe etiā si creatura posset agere sine concursu Dei, admittendū esset eādēactionē posse esse à Deo & creatura vt si simul vellet Deus effectū illum esse, voluntas Dei poneret illum quia est efficax, ergo idem effectus esset à Deo & creatura, sicut quando duo Angeli volunt eadē velocitate mouere eūdem lapidem simul motus ille ab vtroq. immediate efficitur, quia quilibet posset eodē modo ipsū efficere. Ad 3. conf. Ferra. 3. cōtra gē. c. 70 & aliqui recētiores Thomi. dicūt nōesse incōueniens Deū agere mediate & immediate, mediate quidē meditatione suppositi, immediate autē immeditatione virtutis. Sed hęc opinio prorsus falsum supponit, nēpe Deū nō agere cū causis. 2. per se ipsa sed per virtutē aliquā fluētē ab ipso ęp expresse est cōtra D. T. 1. d. 37. q. 1. a. 1. ad 4. & cōtra oēs fere Doctores, & reiicitur, quia si illa virtus creata potest per se ipsā independenter à Deo operari, cur nō alię virtutes creatæ? Itē, ęp quis efficit mediante virtute dimanāte ab ipso, non dicitur efficere simpliciter, sed Deus dicitur efficere simpliciter effectus causarū secundarū: ergo nō efficit eos tātū media virtute fluēte ab ipso. Conf. quia illa virtus esset creatura ergo per illā diceretur proprie agere creatura, & nō Deus, itē Deus potest se ipso efficere, quod per virtutē à se fluentē, quia potest supplere omne efficiens creatū & tunc rediret difficultas, quomodo immediate, & mediate, mediatione & immediatione suppositi ageret? Respon. ergo nō esse inconueniens idē esse agens mediatū & immediatū diuersa ratione. vt ait D. Tho. 3 cōtra gen. c. 70. & 1. p. q. 105. a. 1. & Suarez supra: potētia. n. quādo habitu vtitur ad producendū actū, vel vno actu ad producendū aliū, agit mediate & immediate, sic Deus quatenus perse proxime cōcurrit dicitur agere immediate quatenus vero cōcurrit per creaturā, dicitur agere mediate, sic etiā Pater & immediate mediante filio producit Spiritum sanctum.

Ad 2. Cōf.

Ad 3. conf.

Ad 4. arg. R. Deū esse auctorē & causā actus mali pro materiali & fm. id ęp positiuū est in actu, nō tamen est causa illius volendo absolute illud, sed prębendo cōcursū per modū actę primi indifferentē ad actū bonū & malū vt bene ex ponūt. Sua. to. 1. met. desp. 22. sec. 4. Bellosi. in aduertentiis ad to. 3. Chrysost. quæsito 2. popo. 5. & alij, et nos alibi ostendemus nullū actū liberū absolute et efficaciter prędiffiniri à Deo: et speciatim de actibus malis docebimus nec materiale peccati cui semper vel hic & nūc & necessario est anexa malitia, causari simpliciter à Deo, sed fm quid, quia licet Deus sit eius causa per se, tamē est causa tantū permissiua, seu per voluntatem permissiuā, à qua necessario pendet talis actus, neq Deus illū præcipit, consulit aut suadet, neq. ad illū impellit, quibus modis concurrit ad actus bonos, vnde licet illos nō prędiffiniat, tamen simpliciter est eorū causa, homo autē simpliciter est causa actus mali, quia illū exequitur, & ad illū sedeterminat, & ideo eius malitiae imputatur, & ab eo denominatur malus. Deū autē simpliciter nō esse causam motus mali, etiā vt motus quidā est seu ratione positiui, aperte docet Aug. 2. de lib. arb. c. 20. et li. 3. c. 1. et 5. de ciuit. c. 8. neq. id retractat, sed potius cōfirmat. 1. retr. ac. c. 9. ex quibus patet ad confir. Ad 5. arg. R. Deū sine absoluta voluntate posse concurrere ad actus nostros per solā voluntatem conditionatā; quæ nullā imponit necessitatē volūtati nostræ quia cōditio est si ipsa velit vt sect. seq. dicetur. Ad 6. R. actiones creaturarū produci immediate à Deo eo modo quo actiones de genere actionis dicūtur produci nēpe nō per alias actiones, sed quia ipsę sunt actiones quibus alia pro ducūtur, & ita actio creaturę est actio qua Deus & creatura producūt vnū cōmunē effectū sicut potentia & habitus eadē actione de prædicamento actionis producūt actionē degenere q̄litatis sicut hęc vtraq. actio pēdet à potētia & habitu ita tā effectus quā actio, qua Deus & creatura producūt effectum pendet à Deo & creatura, & ille effectus, vt pen-

18

4. Arg.

19

Ad conf. 5. Arg.

Ad 6. arg.

vt pendet à Deo, est Dei actio, vt vero acrea tura est actio creaturæ, quæ actio non pendet à Deo. 1. creatura aliqua aliadepēdēria,
20 sed eadē qua effectus pendet ab vtraq. causa.

Ad. 7. Ad 7. Ref varias inuoluere difficultates, quæ non sunt huius loci. s. an relatio sit en titas distincta ex natura rei à fundamento & termino neutrumq. includens, an vero sit tantum aliquid compositum ex fundamen to, & termino importans vnū in recto, aliud i obliquo, quod in multis relationibus reali bus fētit Dur. & alij in omnibus, & supposita ea opinione non procedit argum. sed tenendo oppositam. Ref. vel de potentia absoluta posse dari fundamentum & terminum sine relatione, vel relationem talis esse naturæ vt intrinsece & essentialiter petat non dari in Deo voluntatem producendi fundamentū & terminum, quin detur simul voluntas pro ducendi ipsam, ideo implicare contradictio nem vt producto fundamento & termino, non producatur relatio, quia implicat efficacem voluntatem Dei frustrari. Idem dicendum de figura si est entitas distincta ex natura rei à quantitate, non includens quantitatem, quod tamen fortasis est falsum. Nam eo ipso quod intelligitur quantitas, inteligitur extensio partium in ordine ad se, ac per inde figura aliqua talis qualis sit ordo partium. Raritas vero & densitas destinguūtur à quantitate, & vel de potentia absoluta pos sunt separari ab illa, vel dicitur sicut de relatione dictum est, nempe talis esse naturæ vt petat non dari in Deo voluntatem producendi quantitatem, quin detur in eo voluntas producendi raritatem vel densitatem.

Ad. 8. Ad 8 Ref cum Suarez, repugnare, vt pro ducatur creatura quæ independenter à Deo posit operari; quia est contra essentialē imperfectionem creaturæ & essentialē perfectionem Dei, sicut repugnat produci creaturam, quæ non pendeat à Deo in sua conseruatione, aut cui sit connaturalis gratia, charitas, visio Dei, lumen gloriæ, &c.

Ad. 9. Ad 9. Fōseca. 5. met. q. 12. tribuit Deo rationē causæ. 1. materialis, & formalis proprie loquendo, sed reijcitur a Sua. to: 1. me. disp. 22. sect. 1. nu. 25. & sequentibus, quia esse materiā & formam (nisi extrinsecam exemplarem seu terminatiuam) dicit rationem. & imperfectionem repugnantem Deo, vt late deducit Suarez ibi, & propterea causæ materialis, & formalis non pendēt à Deo vt amateria & forma in materializando, & formalizando: sed vt ab efficiente, hoc enim pertinet ad perfectionē Dei; vt à fine vero pendet omnis finis à Deo quatenus quādo creatura operatur propter aliquem finem necesse est, iuuari a Deo intendente suam gloriam vel honorem, aut suę bonitatis extensionem. Non tamen quia necesse sit nos velle quem libet finem propter Deum, quia sic nullus proprie esset finis prēter Deum, cum nullus sit vltimus simpliciter, vel in sua serie: & præterea id est contra debitam constitutionem creaturæ quæ non potest semper considerare Deum, neque debet carere libertate in amore ipsius Dei, quia sic careret bonitate & merito nobilissimi actus.

Ad 10. R. admittendo, nullam esse causam a qua alia essentialiter pendeat prāter causam primam, ad cuius supremam dignitatem pertinet tantum ea dependentia nō ad 21
causas creatas, de quibus. vide Suarez. to. *Quæstio.*
1. met. disp. 22. sectione. 5.

Vidimus in omni actione voluntatis nostrę & in actione cuiuscunque creaturæ dcū 1. *Opinio.*
immediate agere, explicandum modo est an quādo Deus agit cum voluntate nostra ponat in ea aliquid per modū actus primi, seu virtutis actiuæ, antecedens ipsum actum voluntatis, & eadem quæstio est quando concurrit cum alijs causis. Quidam sentiunt quā do Deus operatur cum voluntate, vel alijs causis secundis ad quemcunq. effectum imprimere illis quandam vim & qualitatem fluentem per modum principij & virtutis actiuæ, quæ solum competit illis dum actu operantur, ita Ferrar. 3. contra gen. c. 70. in principio, & §. ad 2. dubium & c. 7. ratione. 5. Zumel 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 4. conclu. 4. & in appendice ad eandem disputati, & 1. 2. q. 111. a. 3. disp. 1. du 1. couclu. 2 aliq. ex recētioribus Thomistis. Similem qualitatē receptā à principali agente ponit in instrumentis omnibus Ferrar. 4. contra gen. c. 56. Suarez etiam 3. p. to. 1. disput. 31. sect. 5, refert Palud Capreolū & Ferra. qui in humanitate Christi ponebant qualitatem quandam fluentē qua miracula efficeret: quod esse de mente D. Tho. defendit Vincētius lib de gratia Christi q. 6. idemque asserit in sacramentis vt & Capre. 4. d. 1. q. 1. ar. 1. conclu. 4. Sed de sacramentis & de humanitate Christi, & aliis instrumentis supernaturalibus vel etiā naturalibus alibi differemus, nunc de causis secundis cōparatione Dei differamus: in quibus opinio relata antiqua est: eius. n. meminit Hēricus q libt. 14. q 1. quā tamē nō sequitur: sed ipse cō fingit aliā qualitatē ratā, firmā & permanētē distinctā ab essentia & potētia causæ. 2. qua posit cum causa 1 & alia quacumq. superiori & vniuersali causa agere. 22

Hæc 1. opinio fundatur 1. in D. Tho. de potentia. q. 3. ar. 7. ad 7. vbi ait virtus naturalis, 1. *Argu.*
quæ est rebus naturalibus in sua institutione collata, ineſt eis, vt quædā forma habens esse ratum & firmū in natura, sed id quod a Deo

fit in re naturali, quo actualiter agit, est vt intētio solū habens esse quoddā in cōpletū per modū, quo colores sunt in aere & virtus artis in instrumento artificis, &c. Et 1.p.q.105.a.5. in corp. & ad 3. & art. 4. in corp. & ad. arg. ait, Deum nō solū tribuere virtutes voluntati & alijs causis secundis, vt operētur, easq; cōseruare; sed etiā mouere eas ad operādū vt artifex mouet securim ad scindēdum: idem ait. 1. 2.q.10.a.4.in corpore & ad.1. &.3. & q.1.ar.2. ad.3. & a.6.q.109.a.1. &.1.d.38.a.5.3.d.23.q.3. ar. 1. de veritate quæst. 5. art. 9. ad. 10. &. 3. cōtragē c.70. eodemq. modo loquūtur Tolet. & Sotus. 2. phy. q. 4. Perer. 3. phy. c. 8. Bellarm. 4. de gratia & lib. arb. c. 16. Caiet. 1. p. q. 14. a. 13. circa ad. 1. & q. 19. a. 8. in fine Cordu. li. 1. q. 5. dub. 4. Sco. 1. d. 2. q. 2. §. ostenso & d. 8. q. 4. § istis rationibus & d. 39. q. vn. post. 3. opinionem & 2. d. 1. q. 3. Scot. 1. naturæ, c. 16. Medi. 1. 2. q. 109. a. 2. infine Delphin 9. 1. de salutari progressu fo. 14. Iauelus in examine 1. propositionis libri de causis, quę sic habet, causa 2. nō agit in causatum suum, nisi quia causa prima influit virtutē suā super eā. Idem ait Auerroes super eadem propositione, cui consonat propositio 16. quæ ait, virtutem diuinam esse virtutem omniū causarum, quia videlicet, applicat reliquas virtutes ad suas operationes vt exponit Aegidius quodlibet. 5. q. 1. applicare autem est mouere, mouere autem hic non aliud esse potest, nisi alterare & aliquā qualitatem causare, ergo.

23 2. Arg. 2. Fundatur in Arist. 7, phy. c. 1. & lib. 8. c. 5. præsertim tex. 37. & 41. & 2. met. c. 2. tex. 5. quibus locis videtur Aristoteles dicere, in causis essentialiter subordinatis inferiores moueri a superioribus. 3. Fundatur in Aug. 5. Gen. ad

3. Arg. lit. c. 20. vbi sic ait: mouetq; ita occulta potentia vniuersam creaturā suā eoq; motu illa versata, dum angeli iussa præcipiunt, dum circumeunt Sydera, dum alternāt venti, dum abyssus aquarum lapsibus & diuersis etiā per aerem cōglobationibus agitatur, dū vireta pullulant, suaq: semina euoluunt, dum animalia gignuntur, varioque appetitu proprias vitas agunt, dum iniqui iustus exercere permittuntur, explicat secula, quæ illi cum primum condita sunt, tanquā implicita indiderat: quę tamen in suos cursus nō explicarentur, si ea ille qui cōdidit, prouido motu administrare cessaret, & lib. 8. c. 20. ait, spiritū creatū moueri a Deo per tempus sine loco: corpora vero per tēpus & locū & lib. de gratia & Lib. arb. c. 20. & 21. ait Deum mouere & inclinare corda hominum, etiā malorū, ad suas operationes, etiā malas, quod vltimum ait fieri iusto iudicio Dei in pœnā peccatorum. & 5. ciuit. c. 9. & 10. ait, volūtates nostras diuinę subiectas esse &. 3. de tri. c. 4. ait Deū mouere animos hominū & spirituū, & c. 5. ea quę Deus creauit regit atq; agit. 4. Fūdatur in scriptura Iob. 12, qui immutat cor principū Prouerb. 21. cor regis in manu Dei & quocumq; voluerit vertet illud Ierem. 10. nō est hominis via eius, & a Domino gressus hominis diriguntur. 4. Arg.

5. Arg. 5. Fundatur in ratione: nam causę. 2. respectu Dei sunt instrumenta quædā vt ait D. T. 1.p.q.22.a.2.&.q.105.a.5.& 1.2.q.1.a.2.2. cōtra gen. c. 21. ratione. 4. & lib. 3. c. 100. ratione 2. & c. 70. sed instrumetum nō agit nisi motum, ergo causę 2, nō agunt nisi motę a Deo: non autem mouentur nisi motu alterationis, qui esse debet ad qualitatē, ergo imprimitur illis qualitas. Hęc sentētia vt notat Suar. to. 1. met. disputatione 22. sect. 2. dupliciter intelligi potest 1. vt Deus non cōcurrat cum causis secundis perse & immediate, sed tantum mediāte hac virtute fluente & intentionali, & in hoc sensu vt bene docet Suar. est æque erronea atq; opinio Durandi proxime impugnata: quia ex ea sequitur solam virtutem creatā esse per se principium actionis & effectus causę. 2. Deum autem dum taxat esse principium remotum & per accidens, sicut ignis qui calefacit aquā, remote tātum & per accidens cōcurrit ad effectum & actionem caloris impressi in aqua: & intellectus agens, qui producit spciē in intellectu possibili, remote tantū, & per accidens concurrit ad intellectionem, & similiter qui impresit impetum lapidi, &c. Vnde etiā sequitur, improprie dici Deum efficere tales effectus: quod enim tantum mediate causat, non dicitur proprie causa, vt ex Ocham docet Gab. 2. d. 1. q. 2. in principio: in hoc sensu istā sententiam videtur tenere Ferra, illo c. 70 quia docet Deum nō agere cum causis secundis immediate immediatione suppositi sed virtutis, quem propterea alijs rationibus reiecimus in responsioce ad. 3 conf. 3. arg. propositi pro opinione Durādi, & in sequentibus amplius reijciemus. Sua. tñ in 2. sensu Fer. & alios recētiores interpretatur. 2. Intelligi pōt hęc opinio Ferr. & aliorum, vt simul cum hac qualitate Deus immediate & per se operetur, adiuuādo nō solum virtutē aliā permanētē in causa 2. sed etiā hāc fluētē, in hoc sēsu licet opinio hæc nō sit erronea, vel saltē nō cōtineat errorē Durā. falsa tñ est, & improbabilis: fingit, n. virtutē quādā superfluā & impertinentē, aut etiam imposibilem: vnde nō dari in causis secundis eiusmodi qualitates fluētes docet late Suar. sup. & ante illū Molin. in cōcordia disp. 26. 27. & 34. &. 1. p. q. 14. a. 13. disp. 6. & 7. vbi recte docet, causas secundas quando operantur nō moueri proprie a causa prima neq. recipere aliquas qualitates fluētes intētionales quibus agāt; oppositumq; esse plane cōmētitiū & improbabile null aquæ ratione fulciri, &

24 2. opinio. Auctoris.

ser

res frustra multiplicare: idē Fōse.5.met.c.2.q.9.sect.2.&3.& 6.met.c.2.q.5 sec.15. Azor.to.1.li.1.c.21.q.8. Bellar. 4.de gratia & li. arb. ca. 15. & .16. idemq. in sacramentis ait. 2. de sacramentis in genere. cap. 11. & Sua. 3.p. sup. & to. 3. eiusdem. 3. partis late reij cit illas qualitates intentionales, quæ in instrumētis naturalibus. l. supernaturalibus ponūtur; idemq; sentiūt multi alij recētiores & colligitur sententia hæc ex D.Th infra, q.109. a. 1.2.& 3. vbi ad naturales actiones causarū secūdarū, vt intellectus & voluntatis, duo tantum petit, nimirū extrinsecā virtutem cōnaturalē & cōcursum Dei quem ibi vocat motionē seu auxiliū Dei mouētis, cur autē motionis nomine vtatur: infra videbitur, sed eo nihil aliud intelligit, nisi diuinū concursum seu cooperationem, vt patet ex Caiet. ibi a.1. dicente auxiliū Dei mouentis esse cooperationē eius qui eādem sententiā docet. 1 p. q. 14. a. 13. &. quæst. 19. art. 8. vbi exponens illud axioma, causa 2 non agit nisi mota a 1. ait intelligendū non de motione prævia, sed de cooperatione: subdit. Talis autē est cooperatio. 1. causæ de qua scriptū est, quod attingit à fine vsq; ad finē fortiter, disponitque omnia suauiter iuxta modū cuiusque, cooperans vnicuique &. 3. p. q. 13. a. 2. & q. 62. a, 4. & q. 68. a. 4. motionem humanitatis Christi, & motionem sacramēti vel alterius iustrumenti ait, non esse qualitatis alicuius impressionem, sed vsum ipsius instrumenti, neque oppositum sentire D. Tho. quē in eo sensu impugnāt Scot. Dur. & Aure. Hæc etiam est sententia Scoti varijs locis, sed præsertim. 4.d.1.q. 1.ad vlti. vbi ait causam. 2. non dici agere in virtute primæ, quia tūc aliquid recipiat ab illa, sed quia habet ordinem inferioris ad illā, & subdit, ex his patet quod causæ primæ in causam secūdā proprie dictā non est influentia noua, quæ sit creatio alicuius inhærentis causæ secundę, sed influētia ibi est determinatus ordo istarum causarum in agendo effectum cōmunem, idem sentit Almainus 1 mor. c. . docens concursum diuinū non esse de prævijs ad actionem voluntatis alioqui lædi eius libertatem: idem tenet Angestus in moral. c. 1. §. 2. notab. 1. quod suppressis auctorum nominibus tribuit Sotus. 1. naturæ, c. 16. aliquibus Scholasticis, à quibus sine fundamēto recedit, & id ipsum docuit Palac. 2.d.37. disp. 1. vbi docet, concursum Dei esse de prævijs, & prærequisitis secundum considerationē, nō tamen secūdū rem. ideo non lędere libertatē, idem cum Greg. Armi. . d. 28. q. 1 a. 2. tenet Capr. eadem. d. q. . a. 3. ad. 12 cōtra. 2. cōc. docens ad actū malū nullā requiri prævią motionē, sed cōcursum generalem seu cooperationē Dei, & ait cōcordare D. Th. 1. 2. q. 109. fere singulis articulis, vbi Conr. q. 109. a. 1 ait illa motio quæ est necessaria ad omnē vsum cuiuscunq; intellectus creati, nihil aliud est quam generalis influxus conseruatiuus, & applicatiuus luminis intellectualis ad actum suum, qui influxus nunquam desinit vel intercipitur ita quod vt supra dictū fuit. q. 9. de motione intellectus ad actū primū, quod nō est nisi generalis influentia primi intellectus in omnes posteriores: sic & hic intelligimus de motione, de qua loquitur articulus, quoad vsum quemcūq; intellectualis luminis: nam vt ibidem patuit, alia entia naturalia non egent speciali influentia ad actus proportionatos. Hęc Conr. consonat Gab. 2.d.37.q. 1.a. .dub. 2. docēs, Deum non mouere ad actum malū præcepto, consilio vel aliomodo, sed compro ducere, illum cum voluntate, ideo nō dici auctorem peccati, neque eo auctore, hominem malū aut deteriorē fieri. Sed magis fauet q ait. 2.d.3.q. 1.a. 1. §. ad 2. in eadem via, vbi ait causa. 2. non ita mouetur a prima quasi prima aliquid de nouo causet, vel influat in voluntatem, quo voluntas velit, sed quia producit voluntatem liberam ponens actum suum in sua libertate.

Ratione probatur nostra sententia. 1. quia causa. 2. integra & completa sufficienter applicata & non impedita potest cum solo generali concursu agere. sed sine tali qualitate fluēte dantur hæc omnia, ergo ea qualitas nō est necessaria. Si dicas talē qualitatem pertinere ad generalem influxum, contra quia sic duplex esset generalis influxus alter hęc qualitas seu eius productio: alter vero productio effectus dimanantis a virtute propria causæ 2. & ab ista qualitate: nā quod Deus immediate immeditatione suppositi producat effectum eausæ 2, cū ipsa influxus generalis est; consequens videtur absurdum; ergo. 25 1. Prob.

2. Illa qualitas connaturalis vel potest operari nulla qualitate in se recepta, & sic idē poterunt aliæ, contra aduersarios; vel non; & sic illa indigebit alia, & ita procedetur in infinitum; quod est inconueniens. 3. quia generali influxu pariter cōcurrit Deus ad actū bonū & ad malū pro materiali sed ad causandū materiale peccati nō imprimit Deus talē qualitatem, alioqui prædeterminaremur intrinsece ad materiale peccati, quod ipse Zume. & alij merito vt periculosum & erroneū aut errori proximū reijciunt, ergo. Confir. si Deus potest mouere ad peccatum præsertim prędeterminando efficaciter & intrinsece vere esset auctor peccati, imo peccaret, cōsequēs est hæreticū: ergo. 4. alioqui Deus intrinsece prædeterminaret omnes actus nostros naturales & supernaturales, bonos & malos. Nam assertores huius qualitatis existimant, ea posita, non posse non sequi effectum; 2 3 26 4

Sed non est in nostra potestate eam poni, vel non poni, ergo non libere operamur. minorem aduersarij concedunt: & facile probare possumus: quia potentia passiua, vt sic, non est libera, voluntas autem in receptione huius qualitatis, si datur, est potentia mere passiua, ergo non est libera: ac proinde neque respectu actus necessario cõsequẽtis ex tali qualitate. Vt dixit Scotus, 4 d. 49. q. 6 §. ergo. libertatem voluntatis tolli si ab aliquo inhærẽte prædeterminetur ad vnum. Hoc arg. late prosequitur Suarez & Conf. nam talis qualitas est de necessarijs ad actum, ergo in illis, quibus Deus statuit eam non dare, sed oppositam, vel neutram, non est libertas ad operãdum, quia carent principio necessario, neque est in eorũ potestate illud habere, quid enim facturi sunt, vt habeant hanc qualitatẽ? quod si in potestate eorũ est habere illam v.g. orãdo, quia Deus est paratus dare illam orantibus & petentibus: ergo tantum peccabunt voluntarie omittendo hãc orationem, & qui excusantur ab omissione orationis (vt excusãtur certe omnes quia ignorant, vel non aduertũt obligationem petendi hanc qualitatem) non peccabũt, siqui vero non excusantur ab omissione orationis, sed in ea omissione peccãt, nõ contrahent nouam culpam & malitiam omittendo actum qui illa qualitate producendus esset. Deinde de qualitate requisita ad orationem erit eadem quęstio & sic procedetur in infinitum. Neque satis facit Bañes in simili loquens. 1. p. q. 23. art. 3. dub. 3. conc. 3. & 4. dicens, peccare eum qui habet auxilium sufficiens, licet nõ habeat efficax. Certe enim is, in cuius potestate non est habere auxilium efficax, nõ potest peccare, quia nec habet neq. habere potest quod necessario prærequiritur ad operãdũ. Siquis vero dicat omnibus; vltro conferri a Deo qualitatem ad efficiendum vtrumque actum. In primis est contra aduersarios qui dicunt qualitatem fluentẽ ad amandum Deum solum dari in amante ipsum & ea posita non posse non amare & nunquã dari simul qualitates fluentes ad oppositos actus, neque vnã quæ sit indifferẽs ad vtrumque, & certe si ea qualitas esset indifferẽs quo ad exercitiũ & specificationẽ seu ad operãdũ & non operandũ & ad contrarias operationes, potius esset ponenda permanẽs cũ Hẽrico Gand. quam fluens cum illis Thomistis. Gratis etiam finget aliquis in causa libera esse prædeterminantẽ moraliter, non autem physice, & ideo non destruere libertatem, præsertim quia sic eam valde minueret, cum moraliter non possit homo non operari iuxta illã, & simpliciter dicẽdũ esset hominẽ no posse operari: quod enim moraliter est impossibile, si simpliciter dicitur impossibile, in cõmuni modo loquẽdi, vt multi tenẽt, sine gratia posse diu Physice vitari omnia peccata mortalia, nõ tamẽ moraliter, ideo id dici simpliciter impossibile: itẽ omnes actus qui non fiunt, essẽt difficilimi, quia moraliter impossibiles, cum homo non habeat ad illos qualitatem fluentem & gratius fingerẽtur posse hominem etiam moraliter operari sine illa qualitate & cum ea posse efficere oppositum, tamen nunquam id deffecturum: quare enim nunquam sine illa operabitur, nec cũ illa efficiat oppositum, si est liber omnino & habet non solum physicam potentiam sed potentiã moralem seu facilitatem?

5. Nihil potest operari sine influxu Dei generali, etiam de potentia absoluta sed sine ista qualitate potest creatura operari de potentia absoluta, quidquid dicant aduersarij; Deus. n. potest supplere per se ipsum efficientiam cuiuscumque creaturæ, ergo non pertinet ad influxum generalem. Conf. 1. quia omnis causa creata potest saltẽ diuinitus impediria sua operatione: influxus autem generalis impediri non potest, ergo nulla qualitas pertinet ad generalem influxum, vel sic, sed peruos hæc qualitas non potest impediri à sua operatione, ergo non est causa creata. Si dicas impetũ esse causam, creatã tamen non posse impediri ab efficiendo motu R. si impetus distinguitur a motu & ipsum efficit bene potest dari impetus saltẽ de potentia absoluta ad quẽ non sequatur motus. Confir. 2. quia nulla est maior ratio, cur hæc qualitas sit requisita de potentia ordinaria, quam de absoluta: sed de potentia absoluta non requiritur vt ostendimus, ergo neque de ordinaria: si dicas talem qualitatẽ & esse causam seu virtutem actiuam & esse conditionem, & posse a Deo suppleri. 1. ratione non. 2. Contra quia sic posset de potentia absoluta agere creatura non agente hac qualitate quod negant aduersarij: item quia Deus non solum potest supplere actiuitatem creaturæ, sed conditionem & ideo potest efficere vt agat in distans: ergo poterit supplere hanc qualitatem non solũ vt est actiua sed vt est conditio agendi causæ creatæ. Prẽterea sine fundamento rationis, vel auctoritatis cui credere debeamus ponitur hæc qualitas, vt conditio, vt fuse probat Suarez, ergo.

27 5. Confir. 1. Confir. 2.

Conf. 3. quia inauditum est, vt in intellectu, aut voluntate antecedenter ad omnem actum naturalem ponatur aliquid per modum actus primi vel conditionis agendi, licet in ordine ad aliquos actus ponatur habitus antea acquisitus & in ordine ad supernaturales, habitus infusus, vel qualitas fluens, quę illum suppleat; vt in materia de gratia docebimus, ergo impertinenter fingitur dicta qualitas.

6. Talis qualitas non pendet a sua actione

ergo

ergo potest esse nõ cõsequente actione, & manere post actionẽ, saltẽ de potentia absoluta, imo & ordinaria si nõ pẽdet extrinsece a concursu omniũ aliorũ, quę ad actionẽ requiruntur cõsequẽs est cõtra aduersarios ergo. Itẽ si quãdiusũr requisita ad actionẽ, vel actio ipsa, existit talis qualitas, semper aut fere semper erit in igne, v.g. quia semper aut fere semper ignis agit in aliquod passum, & oportet vel pro singulis effectibus poni suam propriam qualitatem, vel vnam & eandem pro omnibus effectibus eiusdẽ speciei; at vtrũque est inconueniens. Si enim 1. dicatur ergo, quot passa possũt calefieri ab igne, tot habebit huiusmodi qualitates solo numero diuersas. Si vero 2. dicatur, ponetur illa qualitas quãdo nõ sunt multi effectus, quos potest producere, & nunquam producet nisi vnum effectum ex infinitis quos potest producere, & concursus generalis non multiplicabitur iuxta numerum effectuum qui producuntur, & rursus non erit facile explicare, an talis qualitas intensionem, vel extensionẽ recipiat, & an ad singulos gradus intensionis, vel extensionis effectus, singulæ qualitates aut extensiones, 1. intensiones ponendæ sint.

7. 7. Ista qualitas penitus est superflua: ergo non datur: natura enim supefluum abhorret 1. cæli cap. 4. & alibi.

28 Rationes, quas nimis prosequitur Suarez in Metaphy. loco citato, ad has fere reduci possunt, quæ ex argumentorum solutionibus confirmabuntur. Omitto vero eas quibus aliqui probare cõtẽdũt nullas posse dari qualitates natura sua fluentes. Iam enim tract 2. agentes de lumine glorię, ostendimus posse dari lumen gloriæ & alias qualitates nã sua fluentes & in materia de gratia ostendemus, omes actus liberos vel necessarios supernaturales, qui non procedunt ab habitu, procedere à qualitatibus supernaturalibus fluentibus & aphilosophis communiter punitur impetus in proiectis & aliis quæ localiter mouẽtur, qui tamen est qualitas fluens seu breuissime durans.

29 Ad 1. ergo argumentum in contrarium R. D. Thomam, intelligendum esse de motione metaphorica causæ 2. nõ de motione proprie dicta. Nam causa. 1. non mouet. 2. motione præuia ad eius actionem, motu alterationis impremendo ei aliquam qualitatẽ vt ostensum est, neque motu locali ad vbi vel locũ vt per se constat, neque alio genere motus: ergo non mouet illam motu proprie dicto ante ipsam actionem. sed motu quodam metaphorico. Vt exponunt Bellar. Azor & Molina locis cit. Fonseca 5. met. cap. 2. quæst. 9. sect. 2. Suarez to. 1. met. disp. 22 sect. 2. nu. 48. metaphora autem in eo consistit, quia videmus hæc sensibilia instrumenta quæ à nobis in agendo pendent, & nobis subordinatur, non agere nisi applicata à nobis per motum localem, ideo ad explicandam subordinationem & essentialem dependentiam in agendo causarum secundarum à. 1. & applicationem qua causæ 2. vt loquitur D. Tho. 1. p. q. 105. a 5. incorpore & ad 3. applicantur à. 1. ad suas operationes per intellectionem & votitionẽ quę causis agentibus coniunguntur, dicuntur causæ 2. non agere nisi motæ à. 1. quæ facit illas operari, vt docent Gab. 4 d. 1. q. 1. a. 1. not. 3. cum Aliacen. & Ruardus. à 7. contra Luther. quos citat, & sequit Azor. supra. pro proprius autem sensus est non agere nisi ad iutas, directas & subordinatas iuxta dictamen & voluntatem ipsius determinatam vel indifferentem absolutam vel conditionatam seu permisiuam & colligitur hac explicatio ex Capreolo. 1. d. 38. q. 1. ad 1. Scoti contra 2. conclu. & 3. d. 1. q. 2. ad 7. Aureoli. & ad 5. Durandi contra 6. conclu. & 4. d. 12. q 1. ad 1. Scoti contra 2. & Soto. 2. Phy. q. 4. Toleto Pererio vt Caiet. supra. docentibus causam 2. moueri à prima nihil aliud esse quam dependere ab ea in operatione sua: & præterea in suo esse: necesse est enim vt causa 2. habeat esse datum & conseruatũ à prima & hic cõtinuas influxus ipsius esse vel virtutis actiuæ potest dici, vt notat Suarez supra, quasi continua quædam premotio ipsius causæ 2. ad operationem, rursus si causa secunda indigeat aliqua noua applicatione locali aut excitatione vitali ad agendum, illam etiam habet à causa 1. vel per causas secundas operante, vel per se solam ex naturali, vel supernaturali prouidentia præter aut secundũ ordinem communem, & rursum si ipsa actio est in causa agente, vt generale est in actione immanenti seu vitali & secundũ aliquos etiã in actione transeunte, quæ si cũdum illos est in agente. Causa 2. dicitur moueri à prima non præuie ad actionẽ, sed quatenus actionem suam recipit a prima Molina illa d. 37. ait aliquos asserentes causam, secundã moueri a prima intelligi de causa 2. vitaliter agẽte. Iuxta hæc etiam explicandi sunt auctor libri de causis & alij citati in 1. arg. & Aristo: 30
Ad 1. Arg. citatis in 2. & D. Tho. 4. d. 8. q. 2. art. 3 dicens creaturam non posse concurrere ad trãs Ad. 2.
substãtiationẽ nisi à Deo moueatur & sæpe docens sacramenta, humanitatem Christi, & alia instrumẽta supernaturalia agere vt mota à Deo. Primus locus Aug. citatus in 3. ar- Ad. 3.
gu. demotione metaphorica exponendus est 2. de propria non quidem præuia ad actionem creaturæ, sed quæ est actio immanens, vel vitalis motus localis receptus in creatura 3. locus est intelligendus vel demotione præ

uia

uia ad actum voluntatis, non quidem inhærente voluntati, sed intellectui, quem permittit Deus decipi vel aliquid vere intelligere vnde peccatum in voluntate resultare possit, non quidem intendendo peccatū sed eius permissionem in pœnam alterius peccati, vel ob alias iustas causas, vel intelligitur. demotione consistente in ipso actu voluntatis, quem cum malus est, Deus causat, nō simpliciter, sed secundum quid, non prædiffinitione absoluta: neque consilio aut præcepto aut speciali auxilio, sed generali, quod in actu. 1. est voluntas eius permissiua & indifferēs ad illum actum & oppositum, seu ad agendum & non agendum: in actu vero. 2. est ipse actus creaturæ vt egrediens ab illa indifferenti & permissiua voluntate Dei. Quartus August. locus nihil efficit, nam licet voluntates creatę subiecte sint diuinæ, tamen comuniter & generaliter non oportet aliquid in se recipere præuiū ad operationem, licet interdum contingat recipere aliquam qualitatē fluentē. 1. aliquem actum, ad quem voluntas concurrit effectiue physice, nō tamē moraliter, seu libere. Ex dictis facile quoq erit alia duo loca Aug. interpretari. Eodē modo explicanda sunt duo loca scripturæ adducta in. 4. arg. 3. autem solum docet necessariam esse directionem & opem diuinam ad exequendum propositū recte viuendi & consequendū intē tam beatitudinē & alios huiusmodi fines arduos ac difficiles.

Ad 5. Resp. causas secundas non esse proprie instrumenta sed illis assimilari in subordinatione & dependentia à superiori causa, & ideo metaphorice dici moueri à causa. 1. vt explicuimus: item neq. omnia instrumēta moneri proprie a causa principali calor. n ignis non mouetur proprie ab igne ad conburendum, sed metaphorice tantū: in instrumentis vero artificialibus externis hominū verum est nō agere nisi motu locali præmoueantur à principali agente.

Alia circa hanc difficultatē habet Suarez, & ex tract. de gra. constabit voluntatem in actibus liberis nec intrinsece neq. extrinsece præterminari à Deo, in materia etiā de gratia docebimus concursum Dei per modū actus. 2. non esse quid præuiū ordine causalitatis ad actionem voluntatis, sed secundū considerationem & eo modo quo prius natura dicitur id à quo non conuertitur subsistendi consequetia.

Hic disputari posset, An Deus ad actus nostros physice vel moraliter prędeterminet voluntatem. Sed hanc disp. ad tracta. de gratia reseruo.

QVAESTIO. X. DE MODO, QVO VOluntas mouetur.

A. 1. V. voluntas ad aliquid naturaliter moueatur.
A. 2. V. voluntas moueatur de necessitate à suo obiecto.
A. 3. V. voluntas moueatur necessario ab inferiori appetitu.
A. 4. V. voluntas moueatur necessario ab exteriori motiuo, scilicet Deo.

DISPVTATIO QVARTA DE MODO QVO VOluntas a rebus mouetur.

Sectio 1. Vtrum aliquis actus voluntatis sit naturalis?

1 1. Opinio. PRIMA opinio est, Scoti. 1. d. 1. q. 4. & 4. d. 49. q. 9. asserentis voluntatem, licet aliqua velit necessario, nihil tamē velle naturaliter, sed omnia velle libere, siue sit voluntas humana, siue diuina, siue angelica. Et propterea Scot. quodlib. 16. ar. 2. & 1. d. 2. q. 7. & d. 10. q. vnica. §. quātum ad primū dubium, & §. quantum ad. 2. dubium, & alibi sentit Spiritum sanctum, tametsi procedat necessario, non tamen procedere naturaliter, sed libere quæ essentialis

tialis est, omnibus actibus volũtatis, quæ cõsi stit in eo q̃ sint spontanei, voluntarij & secun dũ inclinationẽ operãtis & immunes ab omni coactione elicitique præuia cognitione eligibiliter & delectabiliter. Scotum sequitur Basol. & Ouand. 1.d. 10. Marsi. 1. q. 14. ar. 2. Nicolaus Niusse in suis resol. fol. 40. Rada. controuersia 13. Herrera disp. 10. q. 5. Constantius Sarnans in directorio Theologico verbo libertas, Capreol. etiam 1. d. 6. q. vnic. ar. & Molina. 1.p.q. 41. ar. 2 disp. 3. tribuũt D. Tho. de potentia. q. 10. ar. 2. ad. 5. asserenti Deum amare se & Spiritum sanctum producere libere sed necessario. Præterea D. Tho. 1.p. q 82. ar. 1. ad primum ait cum naturali necessitate posse stare libertatem, citatque Aug. 5. de ciuitate, cap. 10. asserentẽ, necessitatẽ, quæ non est coactionis, non tollere libertatem. Aug etiam in enchir. cap. 105. & Anselm. lib. de libero atb. cap. 1. dñt voluntatem quæ nequit peccare seu à rectitudine declinare liberiorem esse, ergo necessitas in euitabilitatis non tollit sed interdũ auget libertatem & ab hac Scoti opinione non multum abhorret Molina: tãtum enim docet, actiones necessarias & ineuitabiles minus proprie liberas dici. Henricus fauet quolib. 3 q. 17. dicens amorem beatificum esse necessarium: liberum tamen, quauis dissentiat, quatenus talem amorem, & amorẽ finis in via, naturalẽ appellat, suã opi. suadẽt Scotus & sequaces leuissimis sane argu. 1. est quia voluntas ex propria ratione & natura est potentia libera, ergo, semper operatur libere & nunquam potest naturaliter operari. 2. Quia vnius potentiæ tantum est vnus modus operandi, sed certum est voluntatem operari libere, ergo non potest operari naturaliter. 3. quia isti modi operandi sunt oppositi, ergo nequeunt eidem potentiæ conuenire. 4. quia 2. phy. cap. 5. & 9. met. ca. 5. distinguitur agens à proposito seu per electionem, ab agenti naturali sed voluntas & agens per electionem & à proposito, ergo, non est, agens naturale.

1 Arg.
2. Arg.
3. Arg.
4. Arg.

2 Opinio. Tenendum tamen est, actus necessarios, liberos proprie non esse, ac proinde si in voluntate nostra sunt actus aliqui necessarij, illos proprie nõ esse liberos sed naturales. Idẽ est de amore, quo Deus se amat, & de spiratione qua Spiritum sanctũ producit: ita agentes de productione Spiritus sancti docent Caiet. Torres, Valentia, Vaz. Hieronymus Perez; Bañes, Zumel, & omnes recentiores, 1.p.q. 41. art. 2. cum D. Tho. ibi ad. 3. idem dñt. Vazquez Valentia. Caiet. Med. Cõrad. & alij omnes in hac, q. ar. 1. cum D. Tho. eod. art. & 1.p.p.q. 19. art. 3. asserente necessaria, libera non esse, ideo Deũ non libere suam bonitatem amare, &, 1. p. q. 60. ar. 1. & 2. in angelis distinguit dilectionem naturalem, & liberam seu electiuam, & q. 82. ar. 1. voluntatem aliqua appetere necessario necessitate naturali & q. 19. ar. 10. ait non pertinere ad liberum arbitrium, quod volum9 esse fælices sed ad naturalem instinctum. Idem significat Arist. 1. met. c. 1. dicens, omnis homo naturaliter scire desiderat, idem sentiunt Angestus in moral. c. 3. fo. 13. 14. & 15. Bon. 4. d. 49. p. 1. q. 2. Richa. ibi. ar. 2. q. 1. vbi adducunt Aristot. li. de bona fortuna asserentem, quod naturales appetitus sunt in nobis primi, idem tenent Cordu. lib. 1. q. 23. dub. 6. Viguer. c. 3. §. 3. vers. 1. & c. 19. §. 3. ver. 2. Anton. 1.p. tit. 4. c. 4. §. 3. Scotus. 4. d. 49. q. 2. ar. 1. con. 2. & sequen. Orontius lib. 11. c. 12. Ocham, & Gab. 1. d. 10. q. 2. Grego. & Heruæus. q. 1. Palac. d. 6. q. 2. Dur. q. 1. & 2. & 2. d. 39. q. 3. licet ibi dicat, voluntatẽ ferri naturaliter in aliquod obiectũ posse intelligi dupliciter. 1. ita vt feratur in incognitũ & sic non ferri naturaliter. 2. cum determinatione ad vnum, & sic in aliqua ferri naturaliter, in alia vero non, sed libere.

Colligitur ex Epiphanio in anchorato vbi expresse ait, patrem non libere generare, nec spirare & ex Aug. lib 3. hipog. & lib. 2. de lib. ero arb. c. 1. & lib. 3. c. 3. & 3. & in enchirid. c . Hieron epi. ad Damas. de filio prodigo circa finem. Damasceno 2. fidei cap. 27. & 28 Bernar. li. de gratia & li. arb. circa principium. Irinæo et aliis patribus, Henrico quolib. 3. q. 17. & aliis schosasticis, & philosophis passim asserentibus, libertatem in indifferentia ad vtrumlibet sitam esse. Quod etiam colligitur ex Trid. ses. 6. cap. 5. et can. 4. docente libertatem conuersionis consistere in potestate consentiendi, & dissentiendi diuinæ gratiæ & inspirationi, & ex illo Eccle. 15. constituit eum in manu consilij sui, apposuit ei ignem & aquam ad quodcumque volueris extendes manum tuam Idque præsefert ipsum nomen liberi arbitrij seu libertatis. liberum enim est, quod alicui astrictum deuinctum alligatumq. non est, sed solutum & in varia flexibile, ideo motum lapidis in centrum, motusque brutorũ liberos nõ dicimus sed naturales, Imo neque motus appetitus nri sensitiui, vel intellectiui liberos appellamus nisi quãdo fieri & nõ fieri possunt, & sane si absq. indifferentia esset libertas, esset quoque meritum & demeritum quod q. 114. reiicitur. Preterea Scotus fatetur operari libere esse operari eligibiliter. atqui operari eligibiliter, est operari cum indifferentia ad vtrũ libet. Aristotelis cap. 2. et 5. & 2. Physic. cap. 5. & 9. Metaphy. c. 5. ergo actus voluntatis, qui non est à voluntate indifferenti, non est proprie

prie liber, sed late tantum, proprie vero est naturalis quia est à voluntate, vt natura non vt voluntas seu libera, & indifferens: Vnde qui cum determinatioue ad vnum libertatē admittunt, late, & improprie loquūtur quoniam non libertas complacentiæ quæ opponitur coactioni est, proprie libertas, sed sola libertas cōtingentiæ, seuindifferētiæ, quæ opponitur necessitati & determinationi ad vnū. Cū vero Aug. & Ansel. liberiorē dñt volūtatē quæ peccare nequit, non sentiunt; tunc proprie carentiam peccati liberā esse, sed opera bona quæ fiunt à tali voluntate liberiora esse idest, absolute minus impedita, magisque expedita prodire, vt patebit legenti Aug. Porro, actum necessarium merito naturalem vocari optime confirmat testimonium Nicetæ lib. 3. thesauri fidei. c. 19. vbi ait naturalis voluntas hominis vt sancti Basilius & Cyrillus auctores sunt: est vitæ amor, omni enim homini vita & eius fruitio cara est. Hæc est cōmunis voluntas. Gnomicæ porro seu sciētes voluntates in nostra natura multæ sunt, alius enim homo priuatim secum agere vult, alius ædificare, &c. Gnomicas voluntates appellat eas, quæ exgnomi seu sententia, arbitrio libero & consultatione nascunrur, non ex ipsa natura, quales sunt liberæ quæ propterea nō sunt omnibus communes.

3 Ad. 1. in contrarium R. voluntatem ex natura sua esse liberam & determinatam respectu diuersi concursus rerum, & ita in vno casu libere, in alio necessario & naturaliter operari.

Ad. 1.

Ad. 2. R. Vnā potentiam posse habere plures modos operandi: intellectus enim & cum discursu, & sine discursu, euidēter & ineuidenter cognoscit, & voluntas etiam secundū Scotum, interdum operatur necessario interdum contingenter & hoc idem esse dicimus interdum operari libere interdum naturaliter.

Ad. 2.

Ad. 3. R. hos modos operandi nō esse oppositos saltem respectu diuersorum obiectorum, vel actuum: sed licet essent oppositi, possent successiue eidem subiecto conuenire.

Ad. 3.

Ad 4. R. Aristot. tantum distinguere agēs per electionem ab agēte non per electionem & hāc distinctionē esse tantum rstionis in ordine ad diuersa officia. nam voluntas & per electionem & sine electione agere potest respectu diuersorum obiectorum, vel circunstantiarum.

Ad. 4.

Sectio. 2. Vtrum in voluntate sint aliqui actus naturales seu necessarij quo ad specificationem

NOTA aliquem actum dupliciter esse necessarium quo ad specificationem. 1. simpliciter & absolute, seu in omni euentu, & talis est actus ille, cuius oppositus nunquam dari potest 2. potest aliquis actus esse necessarius quoad specificationem, secundum quid tātum seu in aliquo euentu videlicet quādo in eo euentu non potest dari actus oppositus. Hoc supp. ad q. R. multi actus sunt necessarij quoad specificationem, patet de actibus respiciētibus bonū in communi, & beatitudinem in communi, & inparticulari, & quodlibet aliud bono inparticulari apprehēsū sine vlla ratione mali: quia talenō potest odio haberi, cū nō possit odio haberi bonū nisi sub ratione mali, ergo eius amor erit necessarius quoad specificationem in illo euentu, idest existente tali apprehensione & similiter malū in communi & miseria in communi, vel in particulari & quodlibet malum in particulari apprehensū sine vlla ratione boni nō poterit amari quia nihil potest amari nisi sub aliqua ratione boni, ergo eius odium erit necessariū quo ad specificationem. Nam si voluntas in hoc casu operatur, necesse est, vt odio habeat in illo vero, vt amet; iuxta hāc cōclusionē Palu. 4. d. 49. q. 7. op. 3. & conc. 2. putat, nec de potentia Dei absoluta beatitudinē in cōmuni repudiari posse, sic etiam multi dicunt appetitum beatitudinis in communi esse necessarium quoad specificationē, vt D. Tho. de malo. q. 6. art. vnico & de verit. q. 22. ar. 6. Conr. Caietan. Valentia & Medina in hac. q: 10. ar. 2. Vazquez. disput. 39. cap. 2. Capreol. 1. d. 1. q. 3. artic. 1. conclu. 1. & 3. Sotus. 4. d. 49. q. 2. art. 1. conclusion. 2. & 3. Scotus ead. d. q. 10. § quantum ad. 2. articulum. Caiet. iterum 1. parte: quæstion. 82. articulo. 1. quod etiam probatur ex D. Thom. articulo. 1. asserente voluntatem naturaliter ferri in bonum in communi, & in vltimum finem, & in esse viuere, & intelligere, & in alia huiusmodi bona particularia, quę respiciunt cōsistentiam naturalem: quæ quidem dicitur homo naturaliter velle tum quia valde consentanea sunt naturæ in quo sensu naturaliter appeti explicat Azor. to. 1. libr. 1. capite. 20. quæstione. 12. iuxta in Arist. proœmio Metaphysic. omnis homo naturaliter scire desiderat; tū quia fere necessario quoad specificationē imo & quoa dexercitiū amantur, quia tam magna bona sunt in se, & vt media ad consequendam beatitudinem, & reliqua bona, & tam clare cognoscuntur, vt violenter rapiant volūtatem. Vnde, Diu. Thom. articulo. 2. ad 3. ait non solum vltimū finē amari necessario, sed tiam illa sine quibus

4 Notab.

Conclu.

quibus haberi non potest, vt esse viuere & huiusmodi. Omne tamen bonum siue vtile siue honestum siue delectabile, si præcise consideretur, vt bonum, vel vt quoddam bonum diligitur necessario quo ad specificationem, quia non potest, stante illa consideratione, odio haberi.

Notab. Obseruandum autem est, a D. Thom. articul. 1. afferri quandam congruentiam ad probandum dari in voluntate motus aliquos naturales, & necessarios, siue quo ad exercitium, siue quo ad specificationem videlicet, quia sicut motus localis progressiuus fundatur in aliquo immobili seu fixo & stabili, & omne per accidens reducitur ad aliquid per se, ita omnis motus voluntatis debet fundari in aliquo fixo, & stabili, & quodammodo necessario, vt in necessitate amandi bonũ, & odio habendi malum hactenus explicata, & in sequentibus explicanda. Et omnis motus liber, & contingens, qui per accidens, accidentaliter, & variabiliter competit voluntati, debet reduci ad aliquid per se, ideſt quod per se naturaliter seu necessario, & inuariabiliter voluntati insit, vt intellectui necessario competit cognitio principiorum, & conclusionum habentium cum illis necessariam conexionem: accidentaliter vero, & contingenter cognitio conclusionum quę non habent necessariam, & euidentem connexionem cum principijs. Idemque in omnibus alijs rebus proportionaliter cernitur, & contra hanc congruentiam sic explicatam qua vtitur etiã D. Thom. 1. parte. quæstion. 82. articul. 1. nullius momenti est responsio Scoti dicentis, licet omnis motus fundetur in aliquo immobili, & omne per accidens reducatur ad aliquid per se conueniens, non tamen opus esse vt illud immobile & per se conueniens habeat se per modum actus secundi seu actualis operationis, sed satis est habere se per modum actus primi: sic omnis actus voluntatis reducitur ad voluntatem, & essentiam quæ est immobilis, & per se conueniens, sed non oportet congruentias, quasi demonstrationes, ad amussim examinare, & satis expediens est, vt operationes mobiles, & variabiles atque per accidens conuenientes subecto reducantur & in aliquã inuariabilem & immobilem, quæ per se, & necessario competat subiecto.

7 Sed vt superiora magis illustrentur
1. Opinio. obijcio. 1. Quia iuxta supra dicta nullum erit discrimen inter beatitudinem, & alia bona particularia, si enim secundum se sumantur, omnia amantur necessario quo ad specificationem, quia non possunt repudiari, aut refutari. Si vero sumantur secundum aliquam rationem mali annexam, refutari possunt, ergo nullum erit discrimen, consequens autem est contra Diu. Thom articulo. 2. afferentem, amorem beatitudinis esse necessarium quo ad specificationem: alia vero particularia bona non amari necessario quo ad specificationem.

Confirm. quia nos diximus, beatitudidinem posse repudiari propter aliquid mali annexum: Diuu. autem Thom. articulo. 2. ait esse bonam secundum omnem consideration em, & ideo repudiari non posse: ergo aduersamur illi.

2. Obiect. Obijcio secundo nam communiter dicitur specialiter de bono in communi, amari necessario quo ad specificationem, nos autem æquare quodammodo videmur bonum in communi bonis particularibus, dicentes sub sola ratione boni spectata repudiari non posse: sub alia tamen repudiari posse, ergo discedimus a communi sententia.

8 Ad. 1. Obiectionem cum sua confirmation. Respondetur ex dictis tract. 2. cum egimus de appetitu elicito beatitudinis beatitudinem posse considerari dupliciter, 1. secundum se, & ea quæ illam comitantur & consequuntur & sic nullum malum habet annexum, quod aliculus sit momenti & considerationis, & propterea moraliter loquendo non potest repudiari. Alia tamen bona spectata secundum ea, quæ ipsa comitantur, & consequuntur, repudiari possunt & sæpe ipsa comitantur, vel consequuntur mala multa magni pensi ac momenti. Vnde repudiari possunt: præsertim si non sunt necessaria ad beatitudinem, si enim sunt necessaria, & vt sic considerentur multo difficilius repudiari possunt, etiam si simul considerentur, quatenus aliqua mala ipsa comitantur, vel consequuntur & in hoc sensu ait Diu. Thom. appetitum beatitudinis esse necessarium quo ad specificationem non vero aliorum bonorum particularium.

Ad 1. obie. & eius cõ fir.

2. Potest considerari beatitudo, quatenus obtinenda per media, quæ labores, & incommoditates adiunctas habent, & hac ratione, licet fortasse beatitudo physice repudiari possit actu positiuo, quo quis velit se non esse beatum; tamen fortasse id est impossibile: cum ex medijs incommodis ipsa minime reddatur mala, aut incommoda, sed difficilis, & licet ea possent repudiari positiue physice, non tamen

mora-

moraliter quamuis moraliter sit possibile, tum velle positiue non tam carò emere illam nec tot ac tantis laboribus, & incommodis ipsam comparate: tum negatiue repudiare illam desistendo ab eius acquisitione etiam absoluto atq. efficaci appetitu: cætera autem bona possunt non tantum physice sed etiam moraliter repudiari propter mala, & incommoda adiuncta concomitanter consequenter, vel etiam antecedenter. Et hoc quoque discrimen, si non intendit, saltem potuit intendere Di. Thom. articulo. 2. Cum autem dicimus appetitum beatitudinis esse naturalem seu necessarium quo ad specificationem intelligimus de beatitudine tam naturali, quam supernaturali, quam in communi, quam imparticulari, vt bene docet Valentia disputatione. 1. quæstione. 5. puncto. 1. & disputatio. 2. quæstio. 5. puncto. 1. & constat ex his quæ à nobis dicta sunt in tract. de beatitudine.

9 *Ad. 2. obiection.*

Ad. 2. obiectionem. Respondetur, necessarium quoad specificationem dici dupliciter. 1. respectu designati obiecti. 2. respectu designati actus, respectu designati obiecti, est quando designatur aliquod obiectum, & dicimus voluntatem, si circa illud operetur, necessario habituram amorem potius quam odium, vel econtra Respectu autem designati actus est, quando designatur actus, videlicet amor, vel odium, & dicimus, voluntatem si amet, amaturam hoc aut illud. Si vero repudiet seu odio habeat, repudiaturam seu odio habiturā hoc aut illud. Hactenus locuti sumus de necessario quo ad specificationem. 1. modo, & sic neque dilectio boni in communi est necessaria quo ad specificationē neque odium mali in communi sed secundum quid vt diximus.

2. autem modo dilectio boni in communi est necessaria quo ad specificationem, & similiter odium mali in communiq: uia si voluntas aliquid amat, necessario amat bonum, vel in sua abstratione, vel contractum, & si aliquid odio habet, necessario odio habet malum vel an sua abstractione, vel contractum. Sic intellige Durand. 2. d. 39. quæstione. 3. dicentem, bonum in communi necessario quo ad specificationem diligi, & Diuu. Thom. art. 1. huius q. asserentem, diligi naturaliter.

10 *Aliæ obiection. 1.*

Ex dictis facile dilui possunt aliæ obiectionis propositæ à Valentia disputatione 2. quæstione. 5. puncto. 1. 1. Obiectio, quia videtur, voluntatem aut omnia aut nihil appetere necessario quo ad specificationem. Nam, vel sic necessario aliquid appeti est non posse illud à voluntate repudiari secundum defectum aliquem annexum, qui in ipso, vel circa ipsum apprehendatur. Si dicatur primum, sequitur omnia omnino necessario appeti quo ad specificationem: nihil enim quatenus bonum, vel quoddam bonum est, repudiari potest à voluntate. Si vero secundum respondeatur, sequitur nihil omnino appetiti necessario quo ad specificationem, nam nihil est in quo, vel circa quod vere aut falso non possit aliquis apprehendere aliquem defectum, adeo vt in ipsa etiam beatitudine possit aliquis falso imaginari aliquid mali inesse, saltem loquendo de beatitudine non concepta sub ratione beatitudinis sed visionis Dei, vel sub aliqua alia ratione. Respodet Valentia nullo modo ex illis duobus, qui in argumento proponuntur satis declarari, quid sit rem aliquam appeti necessario quo ad specificationem, & ita nihil sequi eorum quæ inferuntur. Dicitque eas res appeti necessario quo ad specificationem, in quibus immediate aut est, aut vere cogitari potest defectus, qui nos ad earum odium permouere possit, non sunt autem tales res omnes sed quædam tantum, vt beatitudo & virtus, & aliæ perfectiones hominis naturales. Ita fit, vt nec nihil, nec res quælibet appetatur necessario sic, vt repudiari non possit. Nam & si nihil est, quod non possimus per accidens repudiare, si nimirum aut falso apprehendamus in ipso aliquem defectum, aut etiam vere non in ipso sed circa ipsum: puta apprehendo defectum in re aliqua habente habitudinem ad illud (vt si cogitemus defectum quietis in labore obseruationis mandatorum ad beatitudinem necessario, & eatenus beatitudinem, vt obtentu difficilem repudiemus, & auersemur) tamen quædam sunt res, in quibus non possumus immediate apprehendere aliquem eiusmodi defectum, si vere apprehendimus: eiusmodi res est, beatitudo, & virtus, vt sic, & aliæ perfectiones hominis naturales. Contra autem quædam res sunt, in quibus immediate possumus vere apprehendere aliquem defectum, qui nos ad odium & abominationem illarum mouere, possit, vt actiones praua & res aliquę vitio deformatæ, &c. Atq. ita nō est verum, omnia, vel nihil appeti necessario quoad specificationem, vt in argum. obijciebtur.

Atque

11. Superior. respō. reijcitur.

Atque hoc ipsum recte Caietan. attigit, art. 2. sub finem, vbi notauit, cum quippiam dicitur appeti necessario quoad specificationem, oportere subintelligi, si id debito modo voluntati proponitur, hoc est, sine errore pro vt ipsum obiectum est in se. Hæc Valentia, cuius tamen responsio difficilis est. Nam iuxta illam omne positiuum etiam materiale peccati simpliciter dicitur appeti necessario quo ad specificationem, quia positiuum immediate, & secundum se nullum habet malitiam, vel incommoditatem, ratione cuius repudiari possit: consequens autem absurdum est, & contra communem modum loquendi, & contra ipsummet Valentiam, qui ad secundum argumentum ait, non omnia bona etiam, quę pertinent ad perfectionem naturæ, appeti necessario quo ad specificationem: sed ea quæ pertinent ad perfectionem essentialem naturæ nostræ, vel ad perfectionem præcipuam potentiarum, vt esse, viuere, intelligere, virtus, scientia, valetudo. Alia vero magis particulariter, quæ secundario pertinent ad perfectionem potentiæ, vel naturę, non necessario appeti, vt intelligere hoc, vel illo modo, velle magis aut minus intense, comedere plus, vel minus: similiter, quæ pertinent ad perfectionē aliorū. Deinde falsum videtur quod ait, in beatitudine nullum defectum esse, aut vere apprehendi posse. Nam priuat libertate violandi præcepta Dei, & alijs bonis quę præ ijs, quę adducit, nulius sunt momenti, aut considerationis. Falsumq; forte est quod ait, posse nos positiue repudiare beatitudinem ratione laboris obseruantiæ mandatorum, vt diximus.

12. Vera resp.

Vnde ad obiectionē propositam, respondetur distinguendo, & definiendo necessarium, quoad specificationem, vt initio sectionis, & inresponsione ad secundā obiectionem distinximus & definiuimus. Vnde constat, nihil esse quod simpliciter necessario quo ad specificationem appetatur loquendo de necessitate quo ad specificationem respectu designati obiecti: secus respectu designati actus, secus etiam loquendo de necessitate quo ad specificationem, quę sit necessitas secundum quid, vel necessitas moralis, vt iam expositimus.

13. 2. Obiect.

2. Obiectio est, quia si id quod vere apprehē di potest cūaliquo defectu nō appetitur necessario quo ad specificationē, sequitur beatitudinem, vel scientiā, vel virturem remissam, etiā si præcise consideretur, non appeti necessario quoad specificationem, quia remissio, & carentia altioris gradus, defectus quidam est, respondet Valentia, quando defectus non est talis, vt ad odium mouere possit rem cui inest, appeti necessario quoad specificationem: talem autem non esse defectum, qui in remissione, & carentia altioris gradus consistit, quia hic defectus non mouet ad odium gradus remissioris. Ideo ratione illius virtutem scientiam, & beatitudinem remissam repudiari non posse.

Respons. Volentiæ.

Sed clarius respondetur, rem cui sie est coniunctus defectus, vt illum inferat repudiari ea ratione posse, & ideo non diligi necessario quoad specificationem: virtutem autem scientiam, & beatitudinem remissam non inferre ipsam remissionem, & carentiam altioris gradus, ideo ea ratione repudiari non posse, neque inde fieri, vt non diligatur necessario a quo ad specifictionem. 2. Respō.

3. Obiectio est. Nam quidam se interimunt: ergo odio habent vitam propriam, & omnes eius perfectiones, ergo hæc non diligunt naturaliter, & necessario quoad specificationem. Respondet Caiet. articu. 1. hęc dici diligi naturaliter, & necessario quoad specificationem, non quia nunquam repudientur à voluntate, sed quia vt plurimum non repudiantur, sic naturale, & necessarium dicitur, hominem nasci cum duabus manibus, & in qualibet quinque digitis, & triticum ex tritico nasci non hordeum, vel auenam, licet interdum, sed raro contingat oppositum. 14. 3 Obiect. 1. Respō.

Addit aliam responsionem Valentia, vitam non odio haberi secundum se, & immediate, sed ratione defectus, seu miseriæ coniunctæ, ideo necessario diligi quoad specificationem. Prior solutio iuxta prædicta est intelligenda, licet iuxta vtramque solutionem possit intelligi id Pauli ad Ephes. 5. nemo vnquam carnem suam odio habuit, &c. Et melius iuxta primam, quia subdit, sed nutrit, & fouet eam, quod supponit, communiter reipsa nulla ratione vitam ab homine repudiari, vel odio haberi, sed potius diligi. 2. Respō.

Sectio. 3. Vtrum aliquis actus voluntatis sit necessarius quo ad exercitium necessitate proueniente ab obiecto, vel ab appetitu sensitiuo, vel aliunde siue in via, siue in patria.

IN hoc quæstionis titulo multa inuoluntur, quę magna ex parte ad alia loca pertinent, ideo breuiter discutienda sunt. Proparte negatiua quæstionis videtur primo esse Augu. 1. retract. c. 9. & 22. generaliter docens, nihil magis esse in potestate voluntatis, quam ipsum velle: ergo omne velle est in potestate voluntatis, ac proinde liberum, saltem quo ad

exercitium,& alioqui experientia deprehenderemus actus necessarios: absurdum enim est esse in nobis aliquem actum, vel habitum qui nos lateat, vt testatur Aristotel.2. post, in fine: non autem habemus talem experientiam. Secundo pro eadem parte videtur esse D. Thom. artic.2. dicens nullum obiectum necessitatem inferre voluntati quo ad exercitium, quia voluntas potest alio cogitationem auertere.

Confirm. Confir. quia si aliquis actus esset necessarius quo ad exercitiũ, maxime amor beatificus: sed hic nõ: ergo. Min. probatur, ex D. Th. 1.part.quæst.82.artic.2.vbi ait Deum necessario amari in patria, sicut beatitudo in via: sed beatitudo in via solum amatur necessario quo ad specificationem: ergo, & Deus in patria. Vnde D. Thom. de verit. quæstione.22. articu.6. expresse ait, voluntatem in quocunque statu naturæ esse liberam, quo ad exercitium respectu cuiuslibet obiecti. Vnde sunt Thomistæ, qui putent, ex mente D. Thomæ amorẽ Dei clare visi nõ esse necessarium, quo ad exercitium, sed tantum quo ad specificationem, & ita tenuit Scotus.1.disti.1. quæst.4. §. negatiua istius, & quolibet.16.& 4 dist.49. quæstio 9.vbi supplem. quæst.2.artic.3.dub.5. Ouadrus prop.14.Angles.quæst.de beatitudine. articu.3. diff. 4. Ocham.4. quæstio.vlti. artic.3.

16. Decisio. Nihilominus dicendum est, aliquos esse actus voluntatis necessarios quo ad exercitium. Inprimis enim, actus voluntatis, qui

Concle.1. sunt in pueris, amentibus ebrijs, & somnientibus, sunt necessarij quo ad exercitium, & expertes omnis libertatis, vt docuimus tract.1. & 3. docebimusq; tractatu sequenti, & late Medina in hac, quæst.arti.3.

2. Deinde motus.1.primi, qui egrediuntur à voluntate indeliberata, sunt necessarij quo ad exercitium, vt eisdem locis docuimus, docet que Fonseca, infra Caiet. hic artic.2. § circa doctrinam, secundum expositionem Medinę, qui idem tenet, omnesq; recentiores, Gab.3 distict 23.quæsti.1. dub.3. Ocham.3. quæst.4. qui tamen male simplicis voluntatis (de quibus statim) motus, primo primos vocant, vide etiam Cord.lib.1. quæstio.23.

3. 3. Omnes actus simplicis voluntatis sunt necessarij, quo ad exercitium in se ipsis, licet interdum sint liberi in causa, vt quando voluntas voluntarie, & libere applicat intellectem ad cogitandum de aliquo obiecto, vt est conueniens naturæ, vel voluntarie, & libere non amouet intellectum ab hac cogitatione, cum tamen posset amouere, tunc affectus simplex consurgens ex tali consideratione est liber in causa, licet in se, seu secundum se sit necessarius. Vnde si in causa illa non esset liber, esset omnino necessarius, & hoc intendit August.3. de lib. arb. cap. vlti. in principio. Vbi ait, sed quia voluntatem non allicit ad faciendũ quod libet, nisi aliquod visum: Quid autem quisque, vel sumat, vel respuat, est in potestate; sed, quo viso tangatur, nulla potestas est. Hoc idem intendit Orontius. lib.11. suæ Margaritæ. c.12. dicens, naturalem voluntatem vocant, qua volumus quę non appetere non possumus, vt sunt esse, viuere, scire, & Rationalem, qua non naturalia, quę appetere, & renuere possumus. Apertius idem docet Fons.9.Metaphy.cap.2. quæst.5.sect.5.& lib.5.cap.2. quæst.10.sect.2. vbi in nobis ante actum intentionis liberum, ponit duos actus necessarios, scilicet actum simplicis complacentiæ, & actum desiderij (intellige conditionati) & in Deo ponit simplicem complacentiam necessariam, erga creaturas, vt possibiles. Addit autẽ hos actus, vt postea sequũtur ex intentione libera, liberos reddi, sed in Deo non video, quomodo actus, qui semel est necessarius, possit reddi liber, cũ etiam liber semel positus nõ possit deinceps non esse. Nec video quomodo hi actus in nobis ex intentione postea continuẽtur, nisi quatenus ex illa applicari potest intellectus ad cõsiderationem, ex qua necessario nascuntur, & tunc erunt liberi, quatenus voluntas remouendo illam considerationem posset illos impedire: quod tamen in Deo locum non habet. Deinde etiam desiderium conditionatum credo esse in se liberum, cum intellectus deliberat, & in Deo dari simplicẽ complacentiã nõ liberam diximus cum eodem Fonseca & alijs tract.3.disput.1. differentes de liberis actibus Dei.

Hoc verum est, siue sit simplex voluntas finis siue medij in cõmuni, siue medij necessarij ad finem, immo fortasis medij non necessarij, siue in ordine ad proprium bonum, siue in ordine ad alienum. Simplex enim voluntas, siue complacẽtiæ circa hæc bona, & simplex displicentia, circa quæcumque mala, etiam in voluntate agente ex plena deliberatione rationis, est necessaria quo ad exercicium, secus voluntas efficax seu desiderij absoluta, vel cõditionata. Iuxta hanc conclusionem possunt intelligi Duran.4.dist.49.quæst.8.num.18.& Palud.d.47 nu.37. dicentes velleitatem beatitudinis in generali, quę datur in via non esse actum liberum quo ad exercitium, sed necessarium.

17. 4. 4. Amor Dei clare visi est necessarius quo ad exercitium iuxta communiorem opinionem, quam tenet Duran.4.dist.49.q.8. Caiet. 1.par.quæstio.82.art.2.& in hac.q.arti.2.vbi etiam Conrad.& Medina qui idem latius, docent. quæstio.4. arti.1. Capreolus.1.p.d.1.. quæstione.3. & 4. distinct.49. quæstione.3.

Ferrar

Ferrar. 3. contra gent. cap. 62. ratione. 6. & Palatius ratione. 10. in oppositum citatus, licet enim concedat beatos habere posse, actum aliquem diuinæ dilectionis liberum, qui sequatur cognitionem, non beatificam: nullam tamen libertatem admittit in dilectione consequente visionem beatificam. Hanc sententiam probat Ferrar. quia videns Deum, vt sic non potest cessare ab illo iudicio, Deus est summe diligendus, & super omia: stante autem tali iudicio non potest nõ diligere: ergo dilectio in illo est necessaria quo ad exercitum, cũ qua ratione coincidit illa: voluntas sequitur intellectum, sed beatas non potest suspendere actum intellectus, quo iudicat Deum esse bonum, & diligendum: ergo non potest non diligere Deum. Sed hæc ratio nullius momẽti est, quia posset Deus videri nõ visa ineo vlla creatura, ac proinde nec dilectione, & tũc nõ iudicaret beatus per visionẽ beatificã, Deũ esse sũme diligendũ: ergo, vel nõ necessario diligeret Deũ, vel illa necessitas non oriretur ex tali iudicio, sed aliunde. Deinde iudicium practicum non determinat voluntatem: ergo etiam stante illo iudicio potest voluntas non diligere Deum, nec enim voluntas necessario quo ad exercitium sequitur intellectum, sed quo ad specificationem, quatenus si operatur, necesse est sequi aliquod iudicium intellectus, & alioqui in via, vel in patria tale iudicium quod diligendus sit Deus ortum ex habitu acquisito, vel ex fide, vel scientia infusa, determinaret voluntatem, & si esset necessariũ, dilectio Dei esset simpliciter, & absolute necessaria, quod tamen falsum est, similiter nulla est ratio Medinæ hic artic. 2. necessitatẽ amoris beatifici prouenire ex lumine gloriæ, quo stante non potest ex parte intellectus non esse hoc imperium efficax, ama dilige; quo imperio efficaci rapta voluntas non potest non amare. Hæc inquam ratio nulla est, quia posset Deus videri à beato non visa ipsa dilectione, & tunc non esset necesse in vidente Deum, ex vi visionis dari hoc imperium, ama, dilige, &c. Deinde tale imperium ex se nullam necessitatem inducit, vt tract sequent. disput. 2. dicetur, si ergo determinat voluntatem ad dilectionẽ, id est ratione alicuius actus voluntatis reflexi quo voluntas velit diligere Deum, ostendere autem oportet talem actũ reflexum esse necessarium, vt probetur dilectionem ex eo necessitatem habere. Aliter, etiam probat Medina suam opinionem, quia voluntas actu elicito ita naturaliter fertur in vltimum finem clare visum, sicut lapis in centrum, & brutum in cibum, vel potum, quo indiget: sed opus est id probare vt, & aliud quod assumit. Scilicet natura, & inclinatio volũtatis est, vt quando habuerit præsens bonum secundum omnem rationem boni, sic vt nulla ratio mali in eo aparere possit, perfecte, & euidenter propositum per intellectum, sicut habet in vita beata, ex necessitate moueatur in illud. Melior ratio est illa. Deus necessario se diligit: ergo; etiam creatura clare videns Deum necessario diligit ipsum, discrimen enim, quod assignat Scotus, scilicet voluntatem Dei esse infinitam, non vero voluntatem creaturæ, nullum est. Quia cur in voluntate finita non poterit, & debebit dilectio Dei clare visi esse necessaria, sicut in voluntate infinita? aut cur in hac voluntate dilectio Dei non erit libera, licet immutabilis: in illa vero erit libera? sed adhuc posset discrimen apparens assignari, quia voluntas magis est propensa in bonum proprium quam in alienum, & ideo licet Deus se videns, necessario se diligat: tamen non necessario diligitur à creatura vidente ipsum, maxime cum Deus à se ipso comprehensiue, & infinite videatur, à creatura vero citra comprehensionem; & finite.

Ratio etiam aliorum non vrget, scilicet amor Dei non apprehenditur, vt malus neq; vt impeditiuus maioris boni, ergo voluntas non potest velle non diligere Deum: ergo amor Dei est necessarius quo ad exercitium. Non inquam vrget, primo quia forte (inquit Scotus) volũtas adeo est libera, vt possit velle obiectum cognitum tantum sub ratione mali, aut non coguitum sub ratione boni, & repudiari obiectum cognitum tantum sub ratione boni, vel non cognitũ sub ratione mali: nã & multi hoc tenuerunt. Sed quia id reiecimus, vt parum probabile. tract. 1. & in hoc tractatu. 5. disputatio. 1. ideo melius posset. Secudo responderi, quod licet voluntas videntis Deum non possit velle non amare Deum, tamen potest suspendere talem amorem sine vllo actu reflexo, quo velit illum suspendere, vt in amore Dei non beatifico, & in alijs actibus, quando homo de suspensione nihil cogitat, licet non possit velle supendere actum: tamen libere illum elicit, & continuat, possetque illum suspendere, nec enim ad suspensionem actus oportet velle formaliter, & explicite seu positiue ipsam suspensionem, sed satis est esse voluntariam per modum omissionis. Tertio responderi posset, carentiam diuini amoris, licet in se sit mala, saltem physice: tamen in ordine ad experientiam libertatis habere rationem boni, & esse appetibilem, talis enim experientia ex se bona est, licet non possit libertas experiri amando malum sub ratione mali, vel repudiando bonum sub rationi boni. Et præterea carentia diuini amoris bona est, quatenus re-

linquit voluntatem liberam,& expeditam ad alios actus,quos impediebat amor Dei, & ea ratione potest amari, etsi sub ea ratione non existimetur esse maius bonum,quam diuinu amor :nam tract. sequen. videbimus, voluntatem posse amare minus bonum, etiã cognitũ sub ratione minoris boni,relicto maiori. Nulla ergo ratio vrget cõtra Scotum,& alios asserentes ex vi visionis beatę amorem Dei non esse necessarium quoad exercitium, & ita probabiliter defendi potest ea opinio Scoti, quod etiam docuimus tract.2. disp.7. sect.1. immo ibidem docuimus,non esse omnino improbabile,quod aliqui docuerũt,visionem Dei non inferre voluntati necessitatem quo ad specificationem respectu dilectionis diuinæ,sed Deum clare visum posse saltem in aliquo casu odio haberi, quantum est ex parte diuinæ visionis:ibidem tamẽ docuimus probabilius esse amorẽ Dei ex vi beatificæ visionis esse necessarium quo ad specificationem, & quoad exercitium, & hoc esse magis consentaneum D.Thomæ, licet nõ docuerit euidenter talem amorem esse necessarium quo ad exercitum, & ibidem attulimus alios auctores pro nostra opinione, & respondimus ad loca D. Thomæ in contrarium, de quibus etiam in solutione. 2.argumenti aliquid diximus.

5. Amor seu voluntas visionis beatificæ in videnteDeum est actus necessarius,non solũ, quo ad specificationem sed etiã quo ad exercitium. Ita tenet Ferrar.3.contra gentes.c.62, & aliqui quos retulimus,& secuti sumus tra.2. disp.7.sect.2.vbi late hoc explicuimus,dequo etiam Duran.4.d.49.q.8.nu.16. 5.

An vero in via beatitudinem in cũmuni,vel in particuiari diligamus necessario quo ad exercitium ? Quidam cum Scoto, Soto, & Medina infra citandis,tribuũt Henrico,volũtatem viatoris necessario,etiam quo ad exercitium,appetere beatitudinem in cõmuni,sed Henricus nunquã hoc docuit,vt recte aduertit Vaz. infra,nam quolib.3.q.17.vbi tantum in solutionibus argumẽtorum de hac re agit, solum agit de necessitate quo ad specificationem,inquit enim,quia bonũ simpliciter,quod est vltimum,& summum bonum,est finis vnicus,& solus omnium,in quo solo potest quiescere appetitus humani animi, ideo voluntas rationalis in bonum simpliciter,vel verum,vel apparens fertur necessario, itaq; nullo modo in id in quo species boni nõ apparet.Quæ necessitas tantũ est quo ad specificationẽ, vnde paulo inferius ait. Et licet voluntas. vt dictum est,necessario feratur in bonũ absolutè, & ita non libera determinatione, hoc non est contra rationem libertatis simpliciter.Huius autẽ opinionis fuisse aliquos doctores, refert Palud.4.d.49.q.7.nu.22. & Maior.q.7.immo eam videtur,sequi Palud. eod.n.& n.23.& expresse.n.26.& 37.seu ar.2.cõ.1.collata cũ solutione primi,& 3.argu.vt ait Vaz. dispu.39. c.1. vbi eãdem opinionem tribuit Duran.4. d.49. q.8.nu.18.Cuiuscunq; autem hæc sit sententia, suaderi potest.1.quia sic se habet voluntas circa vltimum finem, sicut intellectus circa prima principia,dicente Arist.2.Phy.cap.9.t.89. finẽ in practicis esse sicut principium in speculatiuis: sed assensus primorum principiorum est necessarius quo ad exercitium suppositapprehensione terminorum:ergo amor vltimi finis suppositaeius cognitione est necessarius quo ad exercitium.2.quoties voluntas cessat, ab amore alicuius obiecti, id prouenit ex eo, quod illud obiectũ iudicatur malum,vel maioris boni impeditiuum,ergo non potest,volũtas ab eius amore cessare, Min.prob.quia deratione beatitudinis, est aggregatio omnis boni & carẽtia omnis mali:in hac autẽ aggregatione,& carentia nõ potest homo iudicare aliquid inesse mali, vel ea impediri maius aliquod bonum.3.quoniam August. 13.Trini.cap.3.referens Mimum quendam dixisse coram populo se nosse omnium voluntates, & crastino die illas dicturum,& postea,cum vniuersis populus conuenisset,dixisse illis:vi'i vultis emere,& caro vẽdere:subdit August. si dixisset ille,omnes beati esse vultis,miseri esse non vultis, dixisset aliquid, quod nullus non agnoscceret in sua voluntate,hoc autem verum non esset,nisi voluntats necessario quo ad exercitium appeteret beatitudinẽ in cõmuni, alioqui enim multi nunquam inse talem veritatem experti fuissent,& cap.8.eiusdem libri ait,omnes beati esse volunt,vt veritas clamat,vt natura compellit. Et simile dicit Ansel. de casu diaboli. cap.4. item August. in Enchir. cap.105. ait. Neq; enim voluntas non est,aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus,vt esse miseri non solum esse nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Et D. Thom. 1.part.quæstio.19. artic.10. ait,non pertinere ad liberum arbitrium, quod volumus esse fælices, sed ad naturalem instinctum: quod non esset verum si illa voluntas esset libera quo ad exercitium , etiam suppositacognitione obiecti. Vnde Ferrar.3.contra gent. cap.6. §.circa.2.Impedimenti remotionem, & ad 3.argumentũ, quorundam,quod non est, longe à fine capitis:ait, si beatitudo in communi proponatur iudicio practico, videlicet, beatitudo est diligenda, suppositotali iudicio non potest voluntas non diligere beatitudinem, quod tamen iudicium extra visionem Dei,nõ est immobile, sed voluntas amouere potest intellectũ ab illo. Vnde absolute potest cessare ab appetitu beatitudinis,& videt,mẽs D.Th. hic

19. Quæstio.

1. Opinio.

2. Argu.

3.

hic artic.2. ea tantum ratione probantis, voluntatem nostram libere quo ad exercitium operari circa quodcumque obiectum, quia potest intellectum diuertere à cogitatione illius: sentit ergo stante iudicio actionem voluntatis esse necessariam quo ad exercitium, & saltem id est tenendum in opinio. asserentium, voluntatem non pose non elicere velle, aut nolle circa quodcumque propositum obiectũ, quia in ea opinione cũ circa beatitudinem non possit voluntas elicere velle, necessario eliciet positiuum nolle. 20.

2. opini. 2. Sententia affirmat, non omnem voluntatem vltimi finis, seu beatitudinis in communi esse necessariã quoad exercitium, sed.1.actũ quem volũtas habet circa vltimum finem, vel circa alia obiecta, in.1.instãti vsus rationis, vel cum à somno surgit, vel cũ negotium aliquod aggreditur. Nam de.1.actu inquiram, an sit liber, vel necessarius, si.2.habeo intetum, si.1. ergo est electio, debet enim procedere ex deliberatione, & consilio, quod non est de fine, sed de medijs. at.1.actus non potest esse electio, cum hæc oriatur ex intentione finis: ergo primus actus nõ potest esse liber quoad exercitium. Hanc opinionem insinuauit Caieta. arti.2.§. circa doctrinam vbi ait voluntarem naturaliter esse determinatam ad eliciendum actum puta primum, &c. Et quanuis, vt ait Medina, hoc possit intelligi de motibus primoprimis, seu indeliberatis, tamen Caietanũ priori modo intellexit Valentia disput.2.q.5. puncto.2. & hanc sententiã probabile n putat Med. q.1.erti.6. licet probabiliorem censeat oppositam. Fundamẽ.

21. 3. Opinio, & probabilior est, apperitum beatitudinis in cõmuni etiã suppositã cognitione obiecti, in via esse liberum quo ad exercitium, licet sit necessarius quo ad specificationem: in hoc sensu. B. Thomam exponit, & sequitur Conradus hic, ar.2. Medina ibidem, & q.5 art.8. Valentia loco nunc citato idem tenet Scotus.1.d.1.q.4.& 4.d.49.q.9.& q.10.§. quantum ad.2.ar.& q.11.& quolibet.16.art.1. qui (vt optime notauit Caiet. 1.p.q.82 arti.1. & in hac.q.ar.2.§. in eiusdem corporis, & Medina hic) non differt a D. Tho. qui ponit necessitatem quo ad specificationẽ, sed nõ quo ad exercitium etiã, suppositã obiecti cognitione in appetitu beatitudiuis. Vnde Caiet. aperte tenet nostram sententiã, eandemq; docet Capreolus.1.d.1.q.3.art.1.conc.1. arti.1. & 3. & partim Ferrar. supra, non enim suppositã quacumq, cognitione beatitudinis, tenet necessario quo ad exercitium ipsum appeti, sed tantum supposito illo iudicio practico diligẽda est beatitudo & quod attinet ad libertatem quo ad exercitiũ, simpliciter idẽ tenet Sotus.4.d.49.q.2.ar.1.conc.2.3.& 5. suppositã autem obiecti cognitione, id videtur negare, vt postea notabo, necessitatẽ vero quo ad specificationem admittit, sed neq; suppositã cognione obiecti, apperitum beatitudinis in communi esse necessarium, quo ad exercitiũ tenet etiã Gab.1.d.1.q.vlt.ar.2.conc.1. supplẽ. 4.d.49.q.2.art.3.dub.5.dicto.3. Maior. q.6. colu.2. Ocham 4.q.vlt.ar.3.dicto.3.& 1.d.1. q.6. de necessitate tamen quo ad specificationẽ hi fere omnes dissentiunt à D. Tho. quia vt in superioribus vidimus omnes isti, excepto, suppl. sentiũt volũtatẽ posse diligere malũ sub ratione mali vel indifferentis, & odisse bonum sub ratione boni, vel indifferẽtis: vnde ad hoc se extendere libertatem voluntatis, vt odisse possit beatitudinem in cõmuni. Sed nos tenemus malum sub ratione mali, vel indifferentis diligi nõ posse, neq; malũ sub ratione mali, l. indifferentis amari, & ideo tenemus appetitũ beatitudinis in cõmuni esse necessariũ quoad specificationẽ, quãdo beatitudo subnulla ratione mali repręsentatur, sed quando mala secũdum aliquã rationẽ iudicaretur, vt per errorẽ iudicari posset iam diximus pręced. sect. odio haberi posse, ac proinde eius appetitum non esse omnino necessariũ quoad specificationẽ. 22.

3. Opinio. Auctoris.

Rationes vero quibus vtũtur Gab. Maior & alij ad probandam libertatem quo ad exercitium, & specificationẽ in appetitu beatitudinis, sunt. Prima, quia volũtas potest nolle omne sibi incõmodũ verum, vel apparẽs: beatitudo autem potest repręsentari, vt incõmoda.2. homo potest credere non esse possibilẽ visionem beatificam: ergo potest illã nolle.3. homo potest velle non esse, vt patet de interimentibus se, vel de damnatis, de quibus doctores id affirmant.4.d.50. & D. Tho.1.p.q.5.art.2.ad.3. ex Apoc.19. desiderabũt homines mori, & mors fugiet ab eis: ergo potest velle non esse beatus, quia hoc consequitur ad non esse simpliciter. 4. multi præstituũt sibi præsentia bona tanquã finem, eligentes præsentibus advota frui plusquã futuris: hi beatitudinẽ nolũt.5. Obstinati in peccatis credẽtes, se nõ posse cõsequi beatitudinẽ, eligũt manere in peccatis & per cõsequẽs carere beatitudine, quia qui vult antecedẽs vlut cõsequẽs & necessario sequitur ex antecedenti.6. ratio est Maioris quia Deus potest alicui reuelare se velle ipsum perpetuo carere beatitudine, sed ille poterit voluntatem suam diuinæ conformare: ergo, & ex osam habere beatitudinem. 1. Ra. Ga. 2. 3. 4. 5. 6. 23.

Ad.1. Ad. 1. Rationẽ aliqui negarent minorẽ. Ego vero dicendũ puto, beatitudinẽ sic repræsentatã posse odio haberi, si autẽ solũ representatur sub ratione boni, amari necessario quo ad specificationẽ, vel etiã quo ad exercitium. Ad.2. dici posset, hominem credentem esse impossibilem beatitudinem, posse illam nolle, id est Ad.2.

non velle appetitu absoluto, non tamen posse illam positiue nolle, seu repudiare, sed forte illam necessario dilecturum dilectione condi-
Ad. 3. tionata. Ad 3. R. Medina. quæsti. 5. articu. 8. damnatos volentes, non esse, velle beatitudinem, quia volunt carere inferia, quę est pars quædam felicitatis. Sed hoc licet sit verum, non soluit argumentum: quia quomodo qui vult antecedens, scilicet non esse, non vult cõsequens, scilicet carere beatitudine totali; licet appetat beatitudinis partem scilicet carentiam miseriæ?

Vnde respondetur, falsam esse illam propositionem, qui vult antecedens, vult consequens. Si sermo sit de voluntate formali, & explicita, secus de indirecta, & implicita. Quo etiã modo dãnati positiue nolũt beatitudinẽ, quãdo Deũ odio habẽt, sine quo beati esse, nõ possunt; simul. tñ. sunt in formali desiderio beatitudinis. Possunt. tñ. dãnati expresse, directe, ac positiue nolle beatitudinem, & velle carẽtiam beatitudinis; tũ propter odium, quo Deũ prosequuntur (nam à Deo vellent nihil existere, ex quo gloria Deo resultare posset) tũ ex superbia, ne voluntatem suam diuinę subijciant. Hoc motiuum esse in sufficiens, primũ vero sufficiens ait Sotus. 4. d. 49. quæst. 2. art. 1. conc. 3. sed fortasse propter alia maiora motiua, si sibi offerretur, beatitudinem acceptarẽt, & eam desiderant sub conditione, quod illã assequi possent, vt ait Palud. 4. d. 49. quæst. 7. nu. 35. Duran q. 8. num. 19. & nunquam illam actu positiuo repudiant, licet Physice possint
Ad. 4. repudiare. Ad. 4. dici potest illos non velle absolute beatitudinem, neq; tñ. velle positiue carere illa:
Ad. 5. sed tantum interpretatiuè virtualiter, & implicite, quia volunt nõ apponere media ad eius consequitionem. Nec enim, qui vult antecedens, vult formaliter, & explicite
Ad. 6. consequens, &c. Vt diximus, & per idem patet ad. 5. rationem. Ad. 6. dico illum posse conformare voluntatem suam diuinæ, non solum negatiue, scilicet, non habendo actum contrarium diuinæ voluntati, sed etiam positiue scilicet volẽdo carere beatitudine, quia Deus id vult. Vel concedo propter hanc rationem, & alias positas in solectione. 1. & 3. rationis, & sectione præcedenti, beatitudinem posse odio haberi apprehensam sub ratione mali, quo pacto apprehendi posse, non dubito, licet id omnino neget. Vaz. disp. 39. c. 2. Patet, quia potest apprehendi, vt contraria diuinæ voluntati voleti negare illam: ergo vt mala per accidẽs. Quãdo tñ. beatitudo non representatur, sub illis rationibus non potest ipsa repudiari, vel eius carentia amari; immo fortasse nõ potest non amari, sed hoc non prouenit ex ratione beatitudinis (quę obscure, vel imperfecte cognita non admodum mouet) sed ex ratione boni, omne enim bonum, quando solũ repræsentatur sub ratione boni, & nec ipsum, nec eius amor repræsentatur sub ratione mali, fortasse determinat voluntatem ad sui amorem, interim dum manet ea cognitio: quæ tamen potest imperio voluntatis suspendi, propter aliquem bonum finem, & consequenter destrui amor, & tenendo hoc, dicendum est, voluntatem illam dici indeliberatam, eo quod deliberatio cõsistat in cognitione vera, vel falsa commoditatum, & incommoditatum aliquarum rerum, quæ dum non aduertuntur, quia non existit deliberatio, neq; manere potest libertas, quo ad specificationem, neque quoad exercitiã nisi mediate, scilicet deliberãdo de cogitatione antecedente illum actum voluntatis, quę cogitatio potest repudiari per spectio in ipsa aliquo incommodo, alias non; immo necessario quo ad exercicium diligitur.

24. 3. Senten. defendit.

Hoc igitur modo sustineri potest prima sententia. Sed. 3. est probabilior, neque enim beatitudo obscure, vel imperfectè cognita (& multo minus alia bona) tantam vim habet, vt & si in ea, vel eius amore nulla incommoditas cerneretur, violentia, & necessitate quadam rapiat ad se voluntatem, secus beatitudo perfecte cognita in alia vita, perclarã visionem Dei, vel aliam perfectissimam cognitionem. Scotus. 4. d. 49. q. 10. & alij apud Duran. 4. d. 49. q. 8. nu. 9. probant voluntatem libere appetere beatitudinẽ in cõmuni, & in particulari 1. quia voluntas est potentia superior intellectu: ergo nõ necessitatur ab intellectu ad appetendam beatitudinem, quia potentia superior non necessitatur ab inferiori, alioqui necessitaretur, etiã ad appetendam cognitionẽ sui obiecti. 2. quia si voluntas actu elicito appeteret necessario beatitudinem sine habitu, & cum habitu: ergo ęqualiter determinatur per habitum, & sine illo, quod videtur falsum. 3. ax Augustin. in Enchir. cap. 105. dicente, neque enim voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati sic esse volumus, vt miseri esse nõ solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Vbi Augustin. affirmare videtur voluntatem beatitudinis liberam esse. Sed quid quid sit de conclusione (inquit merito Duran.) istæ rationes non concludunt, ad. 1. enim facile dicitur, voluntatem nõ esse superiorem intellectu, sed è contra, vel potentiam superiorem posse dispositiue, vel consecutiue, & per modum cuiusdam conditionis necessitari ab inferiori, vt intellectus à sensibus adcogitandũ de hoc, vel illo obiecto, & voluntas in patria necessitatur ad amorem Dei, & beatitudinis, & in alijs multis casibus, neque si intellectus necessitat voluntatem ad amorem beatitudinis, sequitur necessitare ipsam ad appetendam

Referuntur. Scot.

tendam cognitionem beatitudinis, quia potest intellectus dictare de beatitudine, & non de eius cognitione, & quia beatitudo ostensa est magis amabilis quam cognitio beatitudinis. Ad.2.R. sicut intellectus cum habitu principiorum, & sine illo æqualiter est determinatus ad assensum principiorum, ita potest dici voluntatem supposita cognitione beatitudinis æqualiter esse determinatam ad eius amorem sine habitu, & cum habitu. Ad 3. R. Dur. Augu. loqui de libertate a coactione, seu de libertate complacentiæ opposita coactioni, non deliberate indifferentiæ opposita necessitati, & determinationi ad vnum. Sed melius dicitur forte Augustinum potius velle illam voluntatem non esse liberam, vult enim dicendū non esse, illam non esse voluntatem, vel si id dicatur, non esse dicendum, voluntatem illam esse liberam, quia necessario appetimus beatitudinem, vt alijs locis docet.

Ad.2.

Ad.3.

26. Refellitur Durā dus.

Neq. vero resolutio Dur. circa præsentē difficultatē omnino placet nā in illa, q.8.n.16. & sequentibus ait, voluntatem creatam, in patria necessario etiam quo ad exercitium velle beatitudinem, & de ipsa delectari; in via autem distinguendum esse, si enim sermo sit de beatitudine in speciali qualis est visio Dei, ea potest non solum non amari; sed etiam positiue repudiari. 1. patet, quia potest non cognosci. 2. autem, quia omne quod habet rationem mali potest positiue repudiari: Sed beatitudo habet rōnē mali, non secundū se, sed ratione laborum quibus comparanda est: ergo ea ratione potest repudiari. Si autem sermo sit de beatitudine in generali, distinguendum est de appetitu absoluto, & efficaci, & de inefficaci, & de conditionali, seu quadam velleitate, priori appetitu non appetimus necessario beatitudinem in communi, quia desiderium efficax solum est respectu boni habendi, bonum autem solum potest haberi in particulari: ergo appetitus efficax solum est de beatitudine in particulari, posteriori vero appetitu necessario appetimus etiā quoad exercitiū beatitudinē in cōmuni, proposito. n. cuicūq. bonū esse bene habere, & malo carere, nullus est, qui id nō appetat, & hæc videtur intētio Aug. 13. ciuit. c. 8. probātis, quod sicut oēs homines volunt esse beati: ita & immortales: appetitus autem immortalitatis est inefficax: ergo & beatitudinis. Hæc Dur. qui non recte probat beatitudinem in particulari posse positiue repudiari, quia ad eius consecutionem labor est necessarius, nam res non potest repudiari positiue, nisi quia in se est mala, vel causa mali: sub ea autem ratione beatitudo nec est in se mala, nec causa mali, sed præexigēs malū, & difficilis: ergo ea ratione nō potest positiue repudiari, aut si potest, etiam beatitudo in communi, quia ad eius consecutionem necessarij sunt labores, deinde (vt etiam aduertit Vazq. disp. 39.c.1. in fine) falso docet, appetitum beatitudinis in communi, efficacem esse non posse, nā beneficium, & dignitatem, & diuitias abstrahendo abhis, & illis sæpe absolute, & efficaciter, apetimus, & procuramus licet ea nō possimus, nisi contracta ad hæc, vel illa bona obtinere. Similiter ergo beatitudinem in communi possumus absolute, & efficaciter appetere, non minus quam conditionaliter, si esset possibilis, nam ad quodcumq. potest terminari desiderium conditionatum, potest terminari absolutum, si conditio impleta existimetur. Et saltem certum est, quod absolute, & efficaciter appetitur, conditionaliter, & inefficaciter appeti posse: cur ergo sicut Dur. dixit beatitudinem in communi necessario appeti suppositā cognitione obiecti desiderio inefficaci, & velleitate quadam, non idem asseruit de beatitudine in particulari? Præterea videtur confundere vr, velleitatem cum desiderio conditionato, cum tamen velleitas duplex sit, altera quæ est simplex voluntas abstrahens a præsentia, & futuritione obiecti, & hæc velleitas est necessaria, non solum respectu beatitudinis in communi, & in particulari, sed etiam cuiuscumq. boni, vt conc. 3. huius sectionis dicebamus: altera velleitas est conditionata, & hæc respectu cuiuscumq. boni præter Deum clare visum, est libera quo ad exercitium suppositā deliberatione, & plena cognitione obiecti, & minus proprie dicitur inefficax, quam conditionata. Nam posita conditione fortiretur effectum, vnde quantum in se est, efficax est. Vnde in hac velleitate, & similibus peccatum esse potest, non vero in simplici uoluntate, quæ libera non est, nisi in causa, scilicet propositione obiecti, quæ propositio obiecti mala esset, si prohibita esset simplex ipsa volūtas: nulla tñ simplex volūtas prohibita est, neq. vlla simplex displicentia, quia illa semper attingit bonū, vt bonū, hæc malū, vt malū, & neutra est efficax absolute, vel cōditionaliter, sicut velleitas in desiderio consistēs & fuga ei opposita. Posset etiam simplex voluntas repudiari propter malum aliquod, quod ei annexum iudicaretur, sed non suspenderetur, nisi cessante obiecti cognitione, vel ad imperium voluntatis, vel alio modo. Vnde illa simplex voluntas licet nunquam sit libera in se, sæpe tamen est libera in sua causa, scilicet cognitione, quam sæpe potest homo pro libito remouere.

Vnde patet quam male probat Scotus, 1. d. 1. q. 4. §. contra 1. artic. voluntatem in appetitu beatitudinis, etiam suppositā eius cognitione, esse liberam quo ad exercitium, quia scilicet qui necessario aliquid appetit, necessario vult auferre impedimenta ad illud, & ea

27. Scotusite rum refellitur.

aufert

aufert si potest,& ita videmus in igne, & omnibus naturalibus agentibus.Sed voluntas potest auferre impedimenta beatitudinis : ergo si necessario appetit beatitudinẽ,etiã appetit auferre talia impedimẽta, quorũ vnum est in consideratio beatitudinis.Hęc ratio nulla est, quia inconsideratio, licet sit impedimentum ad amorem beatitudinis,non tamen ad consecutionem beatitudinis,& vt recte docet Ochã 1.d.1.qu.6.eidem argumento respondens,bene potest aliquis actus esse necessarius ex suppositione actus liberi, sic est suppositione libere intentionis finis est necessaria voluntas medij iudicati vnici, vel simpliciter necessarij ad talẽ finem,vt docet D.T.q.13.a.6.ad.1. & in hac q.a.2.ad.3.& 1.p.q.82.a.1.ad.2. & nos docebimus tract.sequent. Et suppositio libero amore obiecti prętsentis necessario sequitur delectatio,& suppositio libero odio mali præsentis necessario sequitur tristitia,& suppositia cognitione libera boni, l.mali,necessario sequitur simplex cõplacẽtia,aut displicẽtia,& licet visio Dei esset libera,necessario inferret amorem Dei : eodem ergo modo posset,non obstãte illa ratione,dici, ex libera cognitione beatitudinis necessario resultare appetitum ipsius.

28 *Capreolus & alij refellũtur.*

Vnde alij hanc necessitatem quo ad exercitium suppositia obiecti cognitione, impugnare nituntur cum Capreolo.1.d.1.qu.1.ar.1. dub.1.post.3.cõclusionẽ,quem sequitur Vaz. disp.39.c.4.quia vt voluntas necessario quoad exercitium aliquid appetat,non solum oportet in ipso apparere omnem rationem boni, sed in eius appetitu nullam apparere rationẽ mali : in appetitu autem beatitudinis potest apparere aliqua ratio mali, vt si iudicetur saluti noxius:ergo etiamstante cognitione obiecti,potest homo non appetere beatitudinem. Sed hæc ratio neq.vniuersalis, neq.solida est, primum patet,quia tantum procedit,quando homo reflexionem facit in proprium actum appetendi, & eum malum seu noxium iudicat.2.autem probatur, quia licet forte possit homo in eo casu suspendere appetitum beatitudinis mediate, nimirum suspendendo cognitionem necessariam ad talem appetitum: hoc tamen non probat, manente cognitione beatitudinis,posse tolli eius appetitum, quãuis enim,quia illum apprehendit, vt noxium possit velle illum suspendere, tamen fortassis huic imperio voluntas non poterit obedire, quia necessario videtur trahi a summa bonitate cognita euidenter,vel probabiliter in beatitudine vniuerse concepta.

29. *Solida ratio cõclusionis adducitur.*

Quare ad probandum,suppositia cognitione obiecti,nõ necessario resultare in nobis appetitum beatitudinis,vtendum est ratione superius posita;nimirum,quia beatitudo obscure,vel imperfecte proposita, vt proponitur in via,modicã vim habet mouendi voluntatem, vnde non eam determinat, sed liberam relinquit quo ad exercitium,vt ipsa experiẽtia cõprobare videtur,sępe enim de beatitudine nostra disputamus; eam tamen non appetimus actu desiderij, quam rationem attigit Sotus. 4.d.49.q.2.a.1.conclu.3.& 5.deficit autem.1. quia putat,cognitionem obscuram, & imperfectam beatitudinis,ideo tantum non necessitare quo ad exercitium,quia est mutabilis ad nutum voluntatis, quod si ita est, sequitur ex cognitione obscura, & imperfecta beatitudinis necessario resultare eius appetitũ, ac proinde,si talis cognitio non sit in facultate voluntatis,vt interdum non est, appetitum beatitudinis nullatenus esse liberum. 2.deficit, quia cum Dur.contra Scotum putat,beatitudinem in communi cognitam in via,imponere voluntati necessitatem quo ad specificationem:nõ vero beatitudinem in particulari,& rationem discriminis esse ait, quia cum beatitudine in communi non repręsentantur labores,quibus ad eam perueniendum est,secus cum beatitudine in particulari,q̃ discrimẽ nullius est momenti, quia in communi possunt apprehendi isti labores,& cum beatitudine in particulari possunt non apprehendi. Et prætere a iam diximus,ratione horum laborum neutram beatitudinem repudiari posse positiue,& formaliter, secus negatiue, vel virtualiter, quia his laboribus neutra redditur mala,vel incommoda,sed difficilis, & ardua, & recte Scotus.4.d. 49.q.10.probat,si beatitudo in communi appetitur necessario quo ad specificationem,idẽ quoq.dicendum esse de beatitudine in particulari, quia eadem ratio est de vtraq. neutra enim habet quid quã mali, vel incommodi ratione cuius repudiari possit.De necessitateveto quo ad exercitium non est par ratio, quid quid dicant aliqui, quia rationes communes sæpe sunt magis necessariæ,& amabiles,quam particulares, vt equus est magis necessarius ad iter agendum,quam hic equus,& medium est magis necessariũ ad cõsecutionẽ finis, quã hoc mediũ, & ad perfectionem hominis magis necessaria est visio Dei,quam hæc visio, & beatitudo in communi,quam supernaturalis. Vnde posset quis dicere,voluntatem hominis esse determinatam ad appetitum beatitudinis in communi,& non in particulari. Ferrara autem.3.contra gent.c.62.post.10.rationem ad 3.argum. quorundam,concedit in ordine ad vtramque beatitudinem, scilicet in communi , & in particulari determinari voluntatem illo iudicio practico; diligenda est beatitudo ,secluso autem eo iudicio ad neutram appetendã determinari.Sed veritas est, eo iudicio ad nullam determinari.

Ad

30. Ad.1.argu.1.opinion. R. esse nullius momenti, alioqui probaret non tantum finē simpliciter vltimum necessario appeti quoad exercitium, sed etiam quemlibet vltimū in sua serie; quilibet enim in agilibus est sicut primum principium in speculabilibus: similitudo ergo illa consistit in hoc, quod sicut primo principio propter se assentimur, & conclusioni propter principium: ita finem propter se amamus, & medium propter finem: non tamen tā necessaria est volitio finis, supposita eius cognitione, sicut assensus principij, supposita principij apprehensione, sicut nec tam necessaria est electio medij, sicut assensus conclusionis, an vero assensus principij sit omnino idē cum eius apprehensione, & similiter assensus cuius libet propositionis claræ, vel obscuræ, vt aliqui contra omnium, aut fere omnium opinionem arbitrantur, non est præsentis loci, mihi tū cōmunis certissima videtur.

Ad.2. Ad.2.arg.neg.maior, satis enim est obiectū repræsentari, vt impedimentum alicuius boni licet non maioris, vel non representari, vt summum bonum, vel repræsentari, vt summum bonum, obscure tamen, & imperfecte, nam imperfecta cognitio quanticumq. obiecti non infert vim, neque imponit necessitatem voluntati.

Ad.3. Ad.3.arg.R.Aug.in duobus primis locis tā tum docere, appetitum beatitudinis in communi esse necessarium quoad specificationem modo explicato in præsenti, & præcedenti sectione, itē esse moraliter necessariam quoad exercitium, præsertim in ordine ad totam vitam, quis enim est qui in tota vita non audiat sæpe fælicitatem, sæpeque illam appetat appetitu absoluto, vel saltem conditionato? imo appetitus simplicis complacentiæ erga beatitudinem necessarjo simpliciter inest omnibus, supposita obiecti cognitione, omnes item etiā si nihil audierint de beatitudine habent interpretatiuam voluntatem illius, quia si illis proponeretur, eam explicite desiderarent: per idem patet ad auctoritatem Anselmi, merito autem Dur.4.dist.49.quæst.8.nu.15. & Sotus.quæst.2.art.1.conclu.2.& 3. reprehendunt Scotum.1.dist.1.quæst.4. & alios qui illa Augusti.& Anselmi testimonia de appetitu innato, & non de elicito interpretantur. 3. vero locus Augusti. potius probat appetitum beatitudinis esse liberum, vnde ad hoc adducitur a quibusdam apud Durand.supra. Sed Duran. ait debere intelligi de libertate a coactione, vt retulimus. Concedendo autem Augusti. negare libertatem appetitibus beatitudinis explicari potest de simplici voluntate, seu complacentiæ, vel negat libertatem communi more loquendi, qua id quod parum, est nihil appellamus, sic dicimus, hominem qui modicas vires habet, vires non habere, &c. Itaque solum vult Augusti. illam voluntatem vix esse liberam; & altero ex his duobus vltimis modis exponendus est locus D. Thom. ibi adductus. Ferrar. autem ibi citatus non est audiēdus, quia iudiciū practicū, nec circa alia obiecta, nec circa beatitudinē in cōmuni, aut in particulari necessitatē affert. Et quāuis D.T. hic a.2. probet, voluntatem liberam esse quoad exercitium circa quodcumque obiectum, quia potest cogitationem eius impedire: tamen non negat esse aliam huius rei rationem magis vniuersalem, quantum ad voluntatem desiderij, quæ ratio probat quoties datur in intellectu deliberatio, desiderium beatitudinis liberum esse quoad exercitium, posseque non esse etiam supposita cognitione obiecti, adduxit vero aliam rationem D. Thom. quia complectitur voluntatem simplicem, quæ quidem eatenus tantum libera est quatenus voluntas potest obiecti cognitionem impedire, aut interrumpere. Illa vero opinio, quæ ait, voluntatem circa quodcumq. propositum obiectum necessario elicere velle, aut nolle, minime recipienda est.

Ad fundamentum. 2. opinion. R. primum actum posse esse electionem puram, vel electionem, & intentionem simul, & ideo ex consilio, & deliberatione procedere, ac proinde liberum esse. Item licet. 1. actus sit intentio, posse illum esse liberum, quia ad libertatem actus non requiritur consilium, vel deliberatio in summo rigore sumpta, sed satis est consiliū, & deliberatio virtualis, & late dicta, quæ de fine esse potest, vt tractatu sequenti videbimus. 31. Ad.fund.2.opis.

Ad arg. initio sectionis posita respondeamus; ad 1.arg.R.Aug. loqui de deliberato vel le huius vitæ habente modum desiderij, & nō simplicis complacentiæ, quod velle semper est liberum, saltem quoad exercitium. 32. Ad argū. initio fact. ad.1.

Ad conf.R. omnes actus sub experientiam cadere, non tamen eorum necessitatem, aut libertatem, licet quia cernimus, actus aliquos in certa rerum dispositione semper nobis inesse colligimus probabiliter, eos vel nullo modo, vel vix liberos esse, vt de simplicibus, vel etiā conditionatis voluntatibus beatitudinis, & similium patet. Ad Conf.

Ad.2.R.cum Caie.& Medina.a.2. D.Tho. ibi docere nullum actum ex vi solius obiecti esse necessarium quo ad exercitium, quia de quolibet obiecto possumus in via aliquando non cogitare: imo quantum est ex parte obiecti semper in via & patria possumus de quolibet obiecto non cogitare, licet aliunde necesse sit in patria, & aliquādo in via de aliquibus obiectis cogitare. Idem docet Valentia disp. 2.q.5.puncto.2.R.2.cum Conrado & Vazq.n. Ad.2.

2.&

2.& Capreol.1.d.1.q.3.a.1.concl.3.D.Thom. velle, voluntatem nostram in via quandiu est plena aduertentia in intellectu,a nullo obiecto posse quoad exercitium necessitari,saltem communiter loquendo,quia communiter,existente illa aduertentia intellectus,libera est voluntas ad remouendam cuiuslibet obiecti cogitationem.

Ad Conf. Ad Conf. R. similitudinem illam assignatã a D.Tho.1.p.procedere quantum ad necessitatẽ,non quantum admodum necessitatis,sed necessitas amoris Dei in patria est quoad exercitium, necessitas vero amoris beatitudinis in via est tantum quoad specificationem, quauis non sit improbabile, vt diximus, etiam hunc, supposita obiecti cognitione, esse necessarium quo ad exercitium, vel vult D. Thom.amorem Dei,quantum ex parte obiecti,non esse necessarium quoad exercitium in patria,sed id prouenire ex perfecta applicatione obiecti per visionem beatificam, vt docet Caieta. Alius vero locus D. Thom. in quæstio.de verita. varias habet explicationes 1.est Capreol.1.distin.1. quæst.3. mentem D. Thom.esse,quod voluntas respectu cuiuscumque obiecti potest suspendere actum in quocumque statu, in quo sibi potest sub ratione boni proponi,& actus,& cessatio ab actu,in patria autem non potest proponi sub ratione boni cessare a dilectione Dei: ideo hic actus in patria est necessarius quoad exercitium.Hęc explicatio non placet Ferrarienſi. 3.contra gent.capit.62.in fine,nam D.Thom. loquitur de omni statu naturæ, inter status autem naturæ connumerat statum beatorum:ergo sentit in illo statu dari amorem Dei liberum quo ad exercitium.Aliter etiam potest impugnari Capreolus, quia cessatio a dilectione Dei etiam in patria proponi potest sub ratione alicuius boni, licet nullius momenti comparatione bonorum, quæ cum dilectione Dei coniuncta sunt, item quia necessitas diligendi Deum in patria non inde prouenit: alioqui cum in via carentia dilectionis Dei non proponatur sub ratione boni nõ posset homo cessare a dilectione Dei per voluntatem suam, quod est falsum. Secunda explicatio est Ferrarien. loco citato D. Thom. solum velle, voluntatem nostram etiam in patria habere posse liberam dilectionem Dei,non quæ sequatur visionem beatificam. Sed alias cognitiones, scilicet scientiæ infusæ, & acquisitæ. Sed neque ista expositio placet, nam vt alibi ostendemus,probabilius est in beatis vnicam tantum esse dilectionem Dei supernaturalem, quæ consequitur ad scientiam beatam, & infusam,& vnicam dilectionem naturalem quæ consequitur scientiam beatam, & infusam, & acquisitam. Vnde R. vel D. Thom. alijs locis mutasse sententiam,quam ibi tenuit, vel tantum velle voluntatem etiã in statu beatifico saltem naturali elicere posse actus aliquos liberos circa Deum siue,sint dilectionis Dei, siue alij, & ipsam dilectionem Dei partim esse liberam,nimirum,quatenus se extendit ad aliqua extrinseca bona Dei, vt ad externum honorem, & cultum exhibendum sibi ab hominibus, talia enim bona non necessario,sed libere per dilectionem beatificam beatus Deo appetit,vt dixi tract.2.disput.7.sectio.1. cum Bañes. 2. 2. quæstio. 24. artic.3.aut velle in omni statu,quantum est ex parte obiecti, voluntatem esse liberam quoad exercitium respectu cuiuscumque obiecti. Vide quæ de hac re diximus disput. illa. 7. sectio. 1.

33. Sed est alia quæstio, an in actibus voluntatis detur tempus naturalis, & necessariæ continuationis.Quidam dicunt,necessario continuari per certum aliquod, & determinatum tempus Gregor. 2. distinctio. 3. quæstio. 1. artic. 2. ad. 4.Maior. 4. distinctio. 49. quæst. 2. artic. 4. contra Ocham, & plerique, vt refert Almain. de senten. Olcot de libertate voluntatis, quæstio. 3. artic. 7. opin. 2. argu. 7. & eius solutione fol. 10. & 2. moral. capit. 9. idem tenet Angest. in moralib. ca. 3. §. 6. fol. 14. & 15.

2.q. incidens.

1.opinio.

Alij censent hanc opinionem parum consonam fidei, quia ex illa sequitur,peccantem necessario debere manere in peccato per aliquod certum tempus, atque adeo dari certum tempus in quo peccator non possit saluari quod videtur manifestus error in fide. Vnde dicunt dari quidam tempus naturalis, & necessariæ continuationis, sed non certum, & designabile. Itaque omnis actus necessario durat per tempus, sed non per hoc, vel illud tempus determinate, quod probabile putant Medina in hac quæstio.ar.4.& Çumel.1.p.q.14.

2.opinio

34 3.opinio. 3.opinio,est actionis intellectus,& voluntatis per se loquendo posse durare per solum instans:habent enim totum suum esse simul,nec requirunt tempus, sed idem instans potest esse primum,& vltimum eorum:quia non corrũpuntur a contrario cum resistentia passi, sed per simplicem cessationem agentis,& suspensionem concursus. Pro hoc tamen statu (ait hæc opinio)non possunt huiusmodi actus durare persolum instans,sed per accidens requirunt tempus, quia dependent ab operatione sensuum,quæ cum corporea sit,tempus exigit iuxta D.T.q.113.a.7.ad.5. asserentem, mentem nostram in suis operationibus subditem pori per accidens ratione phantasmatum,atque adeo non esse assignare vltimum instans culpæ, sed eam desinere per 1. non esse,quod est

est primum esse gratiæ.Neq.isti inconueniens reputant,necessario hominem manere in peccato per aliquod tempus,quia non potest exire a peccato,nisi per infusionem gratiæ,sed in ter instans,quod est primum gratiæ,& instans quod fuit primum peccati perpetrati necessario intercedit tempus,alias darentur duo inf. instantia immediata:ergo.

Neq.obstat inquiunt, quod sancti cõmuniter,dicunt nullum esse momentum,quo peccator non possit ad Deum conuerti,& constitui in statu salutis iuxta id Ezech. 18. in quacumq.hora ingemuerit peccator,&c.Per hoc enim solum intendunt sancti nullum posse designari instans determinatum,in quo non possit peccator conuerti ad Deum simpliciter & & absolute,sed in sensu composito, & ex suppositione,quod in aliquo instanti peccat,certum est non posse peccatorem pro eodem instanti esse in gratia,atq adeo inter illud instãs in quo peccat,& aliud,in quo gratiam consequitur,necessario mediare tempus non certũ, & determinatum, sed indeterminatum, & ita in quolibet instanti consequente peccatum potest peccator conuerti.

35. *4.opinio. auctoris.* 4.Opinio & tenenda est,nec per se,nec per accidens dari tempus determinatum,vel indeterminatum naturalis,& necessariæ continuationis,vt latius docebimus tract.7.disp.2.sect. 12.& q.114.de merito,& qu.113.vbi docebimus gratiam nõ solũ instantaneam esse,sed etiam subito in tempore produci,& infundipose,& hominem immediate post instans quod fuit primum peccati commissionis, vel omissionis,posse ad Deum conuerti & iustificari.

Hanc.4.opinionem tenet Azor.to. 1.li.1.c. 2.q.4.Almain.1.moral.c.9.cum Adam.1.d.1. & ait hanc opinionem a maiori parte doctorum defendi, & probabiliorem esse opinione Gregorij,& tract.illo de libert.voluntatis recedit etiam a Gregorio similiter Olcot in determi.q.2.a.3.tenet nullã dari necessariã cõtinuationẽ.Gumel.1.2.q.113.a.7.disp.vni.& q.114 a.8.disp.5.in principio,& 1.p.q.14.a.13.dispu. 3.cõc.4.cẽset nõ dari tẽpus necessariæ cõtinuationis, & hoc arbitratur certissimũ, Medina etiã 1.2.q.6.a.4.ad finẽ,& q.10.ar.4.post me diũ ait,doctrinã Gregorij sanã nõ esse,sed absurdam & erroneã,ex eaq.sequi dogmata pestifera,similia dicit Aragõ.2.2.q.24.a.6.Bañes ibi & relectione de charitate fol.75.& 76.vbi etiã reijcit opinionẽ asserẽtẽ,dari tẽpus indeterminatũ nãlis,& necessarię cõtinuationis.

36. *Q.3.incidens.* Q.3.Incidens,vtrum actus alioqui liber eliciatur interdum necessario propter vehementem passionem appetitus sensitiui, vel intensum habitum.Quod attinet ad passionem quidam tenent in voluntate etiam deliberata dari aliquos actus causatos naturaliter,& necessario,& a passione,saltem si voluntas positiue renitatur, quod videtur tenere Cordoba li. 1.q.23.dub.6. & probabile ait Argent. in moral.c.3.§.6.licet probabile quoq.censeat oppositum.Aitq. tales actus non esse effectiue, sed per sympathiam, seu ordine naturæ causatos ab appetitu sensitiuo, & ait cum actu amoris sic causato,esse posse actum odij libere elicitum,& sic de alijs,sed hoc sine fundamento dicitur,quia voluntas deliberata non potest necessitari a passione:& alioqui non posset elicere actum odij circa obiectum,quod naturaliter,& necessario amat,quia odium liberũ eandẽ oppositionẽ,& repugnãtiã habet cũ amore naturali, quam habet odium necessarium.

Sed hoc intellige de amore,& odio per modum desiderij,& fugæ oppositæ,nam simplex amor,vel odium,& delectatio,atq. odium inde sequens possunt ex præsentia sensibilis vehementer læsiui,aut suauis necessario causari in voluntate quantumcumq.deliberata,& sic verum est quod dicit Gregorius.1.d.1.q.2.a.2. ad quandam.3.probationem contra secũdam conclusionem, nam omnẽ actum volendi volũtas elicit volũtarie,idest libere libertate cõtradictionis, quia non actum nolendi, qui sequitur experientiam alicuius intensi sensibilis lesiui.Vnde non puto,quod absq.miraculo aliquis possit vri ab igne,& non dolere,& per cõsequens nolle,& odire illud,quamuis fortepos set non velle nolitione deliberata, & tali tristitia non tristari.Hæc Gregorius,quẽ male impugnat Caie.in hac.q.a.2.Medina ibidem,Valentia disp.2.q.5.puncto.3.loquendo autẽ de amore,& odio per modum desiderij sentio cũ istis,& cum D.Tho.in eod.art.non causari necessario ex passione,quandiu passio non obruit iudicium rationis,neq.impedit deliberationem,idem tenent Conimbri. in ethicis disp.4. q.4.a.2.& colligitur ex Genes.4.subter te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius, & ex Arist.7.eth.c.3.Aug.14.ciuit.c.16.conf.2.nam voluntas deliberata,si sequatur passiones peccat,& ideo,Ro.7.passiones appetitus, passiones peccatorum appellantur,& Galat.5.dicitur,caro concupiscit aduersus spiritũ, & 1.Io. 2.quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis,aut concupiscẽtia oculorum, aut superbia vitæ,& Iacobi. 1.vnusquisq.tentatur a concupiscentia sua,&c. Sed voluntatem sequi passiones est elicere actus conformes illis:ergo tales actus elicit libere:non igitur tales actus sunt naturales,nec valet dicere quosdã esse liberos,alios naturales,nam in volutate nõ possunt esse duo actus circa idem obiectum ex eodem motiuo, cũ tales necessario sint eiusdem speciei,& duo accidentia eiusdem speciei non possint esse simul in eodem subiecto præsertim si idem obiectum,eundem ve ter-

minum

minum respiciãt. Cõf. 2. quia tales actus sunt efficaces, & naturales: ergo ex illis necessario sequerentur furta, adulteria, &c. Neq. posset illa impedire volũtas deliberata, quia nec pót tolere illos actus eliciẽdo oppositos, neq. reddere illos inefficaces: cõsequẽs aduersatur fidei, & philosophiæ ergo. Si obijcias id Ro. 7. nõ q̃ volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio: ergo voluntas superatur ab appetitu. Nego consequẽtiam, sensus enim est nõ facio appetitu sensitiuo, quod voluntate desidero, ècontra vero facio appetitu sensitiuo quod voluntate odi. Quod vero attinet ad habitus, Olchot. 1. q. 2. putat ex magnitudine habitus necessario causari actum in voluntate, quod probabile putat Angest. supra, & tenet Gabri. 3. d. 23. q. vnic. dub. 3. Ocham. 3. q. 4. Sed dicendum est, stante deliberatione, quantumcumq. crescat habitus, voluntatem non necessario elicere actum desiderij absoluti, vel conditionati, neq. fugam mali oppositi, quia voluntas deliberata est superior omni habitu, & illo vtitur, vt vult, in ordine ad huiusmodi actus, secus non existente deliberatione, vel in ordine ad actus simplicis cõplacentiæ, vel displacentiæ, de qua re latius alibi disseremus.

QVAESTIO. VNDECIMA DE FRVITIONE.

Artic. 1. Vtrum frui sit actus appetitiuæ potentiæ.

Arti. 2. Vtrum soli rationali naturæ conueniat, an etiam brutis

Artic. 3. Vtrum frui sit tantum vltimi finis.

Artic. 4. Vtrum sit solum finis habiti.

QVAESTIO. DVODECIMA DE INTENTIONE.

Artic. 1. Vtrum intentio sit actus intellectus, vel voluntatis.

Artic. 2. Vtrum sit tantum finis vltimi.

Artic. 3. Vtrum aliquis possit simul duo intendere.

Artic. 4. Vtrum intentio finis sit idem actus cum volũtate eius quod est ad finem.

Artic. 5. Vtrum intentio conueniat brutis.

QVAESTIO. DECIMA TERTIA DE ELECTIONE.

Artic. 1. Vtrum electio sit actus voluntatis, vel rationis.

Artic. 2 Vtrum electio conueniat brutis.

Artic. 3. Vtrum electio sit tantum eorum quæ sunt ad finem.

Artic.

A. 4. V. sit tantum eorum quæ per nos aguntur,
A. 5. V. electio sit tantum possibilium.
A. 6. V. homo ex necessitate eligat, vel libere.

QVAEST. 14. DE CONSILIO.

A 1. V. consilium sit inquisitio.
A. 2. V. consilium sit tantum de ijs quæ sunt ad ad finem.
A. 3. V. sit tantum de ijs quæ à nobis aguntur.
A. 4. V. sit de omnibus quæ à nobis aguntur.
A. 5. V. consilium procedat ordine resolutorio.
A. 6. V. consilium proceda t in infinitum.

QVAEST. 15. DE CONSENSV.

A. 1. V. consensus sit actus appetitiuæ, vel apprehensiuæ virtutis.
A: 2. V. conueniat brutis.
A. 3. V. sit de fine, an eorum tantum, quæ sunt ad finem.
A. 4. V. consensus in actum pertineat solum ad superiorem ani mæ partem.

QVAEST. 16. DE VSV.

A. 1. V. vti sit actus voluntatis.
A. 2. V. conueniat brutis.
A. 3. V. sit tantum eorum quæ sunt ad finem, vel etiam finis.
A. 4 V. vsus præcedat electionem.

QVAEST 17. DE IMPERIO, SEV ACTIbus imperatis à voluntate.

A. 1. V. imperare sit actus voluntatis, vel rationis.
A. 2. v. imperare pertineat ad bruta.
A. 3. v. vsus præcedat imperium.
A. 4. v. impertum & actus imperatus sint vnus actus, vel diuersi.
A. 5. v. actus voluntatis imperetur.
A. 6. v. actus rationis imperetur.
A. 7. v. actus appe titus sensitiui imperetur.
A. 8. v. actus animæ vegeta bilis imperetur.
A. 9. v. actus exteriorum m embrorum imperetur.

TRACTATVS VI. DE NVMERO ET NATVra actuum voluntatis.

Disputatio. 1. De numero actuum elicitorum voluntatis, & eorum distinctione interse.

Sectio 1. Vtrum omnes actus eliciti voluntatis ad 6. reducantur, qui sunt simplex voluntas, desiderium, delectatio; simplex nolitio, fuga & tristitia.

1. Opinio. 1. Arg.

QVAESTIO hæc à nullo disputatur: quæ tamē omniū quę de actibꝰ humanis in genere et specie & de passionibus dicuntur, basis & fundamentum est. Pro parte autem negante est. 1. quia in appetitu sensitiuo præter hos. 6. actus quinque alij ponuntur, nempè spes, & desperatio, timor, audacia & ira. Sed omnibus actibus appeti tus sensitiui similes respondent in voluntate, vt patet ex D: Thoma quæst. 22. artic. 3. ergo præter illos. 6.

actus quinque alij in voluntate poni debẽt. Maior constat ex D.Tho.q.23. a. vltimo. & ex Hadriano quod lib.10.& ex aliis referendis tract. 9. de passionibus, qui. 11. passiones numerant. Conf. quia in voluntate est

Confir. distinctio realis vel rationis inter appetitum irascibilem & concupiscibilem sicut in appetitu sensitiuo,ergo sicut in appetitu sensitiuo irascibili dantur illi. 5. actus distincti ab actibus appetitus sensitiui concupiscibilis, ita in voluntate irascibili debent dari quinque illi actus distincti ab aliis sex,qui sunt in voluntate concupiscibili, & alioqui in voluntate nõ essent propriè spes,desperatio,timor, audacia, & ira.

2. Argum. Secundo argum. quia nonnulli sunt actus in voluntate,qui ad illos vndecim reduci nõ possunt: ergo constituendi sunt plures quã 11. illi actus in voluntate. Consequentia nota est,& antecedens probatur, quia consensus & vsus qui inter actus elicitos voluntatis a diuo Tho. numerantur q.15.&16. si ad aliquem illorum pertinerent,maxime ad desiderium,ad hoc vero non pertinent,quia desiderium est de obiecto absenti & futuro, vsus autem de præsenti, non sicut delectatio,quę supponit præsentiam obiecti,sed alio modo, quia scilicet causat & infert in eodẽ instanti vel tempore prę sentiam obiecti. Similiter consensus non videtur esse desiderium.

3. Argum. Tertio quia Caiet. in dubijs circa q. 46. 47. & 48. motis,in vltimo docet, reduci ad 8. omnes actus voluntatis, scilicet ad velle, nolle,frui,intendere,eligere, consentire, vti & tristari, quorum 7. priores ponit D.Tho. expresse in hoc tractatu,vltimum autem,scilicet tristari insinuauit ponendo fruitionem, cui opponitur: quia oppositorum eadem est disciplina.Hanc autem Caietani doctrinam approbat Medina tractatu de passionibus in fine,nempe post q. 48. & Valentia in fine eiusdem tractatus seu disput. 3.q 11. puncto 3. addens nolitionem non esse expresse positam à D Thoma in hoc tractatu, sed in volitione insinuatam, sicut Caietanus dixit,tristitiam in fruitione insinuatam fuisse.

2. Opinio autoris. Pro parte autem affirmante, quam verã puto, in primis est,valde probabile esse, vt videbimus tractatu 9.omnes passiones irascibilis reduci ad illas .6. passiones appetitus concupiscibilis, neque ab illis realiter distingui,neque appetitũ sensitiuũ irascibilẽ à concupiscibili. Deinde est,quia esto admittamus distinctionẽ realẽ appetitus sensitiui irascibilis & cõcupiscibilis,tamẽ hæc distinctio realis non est in voluntate admittenda iuxta communem, veramque sententiã ;quia quæ sunt in inferioribus dispersa possunt & debent in superioribus vniri:ergo eadem ratione actus appetitus irascibilis,& concupiscibilis,qui in sensitiuo appetitu sunt realiter distincti,debent esse in voluntate indistincti. & ita omnes actus irascibilis in voluntate, reducentur ad actus concupiscibilis,vt hoc argumento tenent Caieta. Medina & Valentia proximè citati. Et exemplis atque inductione manifestari hoc potest,nam ira in voluntate nihil aliud est,vt inquit .Caiet.& cum eo Medina & Valentia, nisi velle & desiderare vindictam, spes desiderium boni ardui; Desperatio vero vel est carentia spei ex consideratione nimiæ difficultatis,aut impossibilitatis orta. Vel fuga opposita desiderio,qua fugit voluntas bonum ab eoque desistit propter eius ingentem difficultatem, vel etiam impossibilitatem.Timor etiam fuga quędã est mali ardui imminentis desiderio absoluto opposita & quandam corporis perturbationem ex sensibili timore ortam, coniunctam habens. Audacia vero est desiderium absolutum aggrediendi præsens periculum sine vlla cunctatione & detentione,sine vlla corporis perturbatione, quę turbatio ex periculi contemptu excluditur: ergo quinque actus irascibilis in voluntate ad.6. actus concupiscibilis reducuntur, & sic in voluntate tantum debent sex prædicti actus numerari, nec enim plures aut pauciores ad concupiscibilem pertinent,vt ex solutionibus argumentorum & ex sequentibus sectionibus patebit. Neque multiplicandæ sunt entitates sine necessitate frustraque fiunt per plura,quę possunt fieri per pauciora: cum ergo omnia illis sex actibus saluentur frustra alij ponuntur.

3 Solut. arg. 1.opinio. Ad 1. ergo argum. R. vel in appetitu sensitiuo solum poni 6. illos actus, vel etiam si in eo plures ponantur,non esse ponendos in voluntate quia ob suam excellentiam paucioribus motibus omnia præstat & attingit,quam appetitus sensitiuus. Ad confirmationem Resp. in appetitu sensitiuo realiter distingui irascibilem &, concupiscibilem, vt tenent plures sapientum, atque grauiores, quos tractatu 9. referemns: non in voluntate: sæpe enim ea quæ in superioribus vnita sunt,spargi atque in plura membra secari videmus in inferioribus, vt patet in potentia cognoscitiua immateriali & in potentijs cognoscitiuis organicis, quare nihil mirum, si appetitus intellectiuus sit vnus,& sensitiuus duo, præsertim cum hi hęreant in corpore & in eo diuersam exigant dispositionem.Et esto in appetitu sensitiuo irascibilis & cuncupiscibilis sola ratione distin-

distinguerētur, plures haberent actus, quam voluntas, hæc enim ob suam præstantiam paucioribus actibus omnia bona & mala melius attingit, quam appetitus sensitiuus sua obiecta.

Ad 2. respon. vsum passiuum & formaliter actiuum non esse actum elicitum voluntatis, sed quid aliud (vt in sequentibus videbimus) vsum vero virtualiter actiuū, seu virtualem actionem vtendi non distingui à desiderio, nisi per aliquam connotationem. De consensu etiam sola connotatione quadam à desiderio distingui, patebit suo loco. Vnde ad 3. R. non esse numerandos illos. 8. actus cum Caiet. & aliis, quasi realiter distinctos, nam vsus & consensus ab aliis non distinguū tur. Electio item & intentio sub desiderio cō prehenduntur. Velle, & nolle quoddam est simplex, & inefficax; quoddā efficax, & ideo quatuor actus distinguendi sunt, velle simplex, & nolle simplex velle efficax & nolle efficax, quibus addiri actus tristitiæ & lætitiæ sex actus constituunt: qui tamen, diuisione facta in membra vniuersaliora ad quatuor reduci possent velle, nolle lætari, & tristari. Imo quia nolle aliquid est velle, illud non esse aut non habere, omnes actus reduci possent ad tres scilicet velle, delectari & tristari: cęterum quia velle aliquid non esse, aut non habere, non est proprie illud velle, sed illud nolle; ideo cum doctoribus de velle, & nolle tanquam de actibus non sub alternatim positis loquemur, & similiter de amore & odio abominationis, quod respectu mali est nolitio & fuga, sed respectu carentiæ ipsius mali est volitio, affimatio & prosecutio, in odio autem inimicitiæ existit volitio mala & nolitio boni respectu personæ, quam odio isto prosequor: vellem enim ei deesse bonū & inesse malum, de quibus bene Vazquez disp. 23. cap. 2. nu. 7. & 8. Caiet. q: 29. art. 1. & 2. distinguit actus odij & amoris, odio que tribuit malum pro obiecto. q. verò. 6. ar. 3. ad 2. plane fatetur, nolle legere esse velle non lege. Sed de hac re plura dicemus tract. 9.

Sectio 2. v. volitio simplex ab efficaci distingatur & quo pacto.

4 QVamuis late loquendo voluntas efficax finis, quæ non inoluit nec connotat voluntatem mediorum in communi, nec in particulari, simplex à nonnullis appelletur, proprie tamen voluntas, seu volitio, seu complacentia simplex est actus quidam prior illa, ab ipsaque realiter distinctus. Qui simplex voluntas vocatur; quia nec formaliter nec virtute continet, supponit, aut infert alium actum; siquidem hic est primus actus voluntatis, qui nullum aliū præsupponit; est etiā inefficax, quoniā nō necessario infert actum aliquē externum aut internum efficacem, licet inferat necessario delectationem, aut tristitiam, si res volita præsens vel absens consideretur: dicitur etiam simplex, quoniam abstrahit à præsentia & absentia rei, & ad vtramque est indifferens, ita vt possit esse, & elici siue re absenti, siue præsenti & ex eo modo respiciendi obiectum habeat suam inefficaciam: desiderium autem respicit obiectum vt absens, & non habitum, & ideo est efficax, determinatque voluntatem ad habendum, si potest, obiectum eo tempore & modo, quo desideratum est. De simplici voluntate agunt Fōsec. 9. Met. cap. 2. q. 5. sect. 5. Caiet. Conra Medina, Valen. & alij hac q. 8 ar. 1. & 2. vbi etiam D. Thom. expresse hunc actum ponit, & ait esse tantum circa finem, vt & Sayr. lib. 1. c. 1. nu. 5. non quod circa media non sint etiam quidam actus inefficaces priores desiderio, & distincti realiter ab illo, sed q̄ non ita proprie voluntatis simplicis nomē merentur, quia non sunt primi actus potentiæ, nec sine alijs prioribus esse possunt, nam amor & voluntas inefficax medij supponit simplicem voluntatem finis, & interdum efficacem. Sic solus 1. actus intellectus, qui versatur circa principia, intellectus, seu intelligentia vocatur. Sed quatenus in volitione inefficaci medij continetur virtute voluntas simplex finis, ea quodam modo etiam voluntas simplex dicitur, vt patet ex D. Thoma de verit. q. 22. ar. 13. ad 9. & 1. 2. q. 8. art. 2. vbi Caiet. Conrad. & Medina. Et licet Caiet. in fine tractatus de passionibus, cuius doctrinam generaliter ibi approbant Medina & Valentia, videatur in voluntate non distinguere simplicem amorem à desiderio, sicut in appetitu sensitiuo, in quo aperte hos actus distinguit D. Thom. tracta. de passionibus: tamen sine fundamento id dicit Caietanus & contra se ipsum. & D. Thom. qui quæst. 8. art. 1. & 2. & alibi ex Arist. 3. Ethic. cap. 2. ponunt simplicem voluntatem tanquam actum distinctum ab intentione & electione & omni actu desiderij, (vt & Sayr. & Fonseca supra) & fere omnes, asserunt versari etiam circa res impossibiles: circa quas tamen nullum absolutum desiderium versatur, de quo infra. Deinde voluntas simplex est actus naturalis, & necessarius quoad exercitium, non solum respectu bea-

titudinis, sed cuiuslibet finis vt docet Fonse. supra & tract. 5. disput. 4. sect. 3. & aliis locis ostensum est: omne autem desiderium voluntatis deliberatæ, est liberū quoad exercitium: ergo isti actus in voluntate sunt dinersi, non secus atque in appetitu sensitiuo, vt expresse docet Hadrian. quolib. 10. Neq. obstat quod Caietan. obiicit, se in voluntate non alium amorem cognoscere, nisi velle alicui bonum, qui actus à desiderio non distinguitur, sed semper est desiderium. Nam neque ego in appetitu sensitiuo alium amorem cognosco, nisi quo animal sibi vel alteri bonum appetit; hic autem actus aliquando est simplex amor; aliquando desiderium: ergo idem in voluntate dicendum est. Vnde recte Grego. 1. d. 46. q. 1. sæpe non solū in nobis, sed etiam in Deo distinguit aliquo modo voluntatem simplicis complacentiæ à voluntate prosecutionis, & similiter distinguit nolitionem simplicis displicentiæ & fugæ. Vnde & excluditur opinio asserentium, amorem simplicem in voluntate vel appetitu sensitiuo non respicere bonum suppositi, sed ipsum suppositum, certe enim nullus est amor, quo non appetatur alicui bonum, ergo omnis amor respicit bonū suppositi, de quo fusius alibi dicetur.

Soluitur quædam obiectio.

3 Falsa quoque est sententia asserentium, amorem simplicem non dicere ordinem ad ipsam executionem: sed id esse proprium amoris & voluntatis efficacis, nam certe ipsa executio, cum bonum quoddam sit, etiā est obiectum simplicis voluntatis & amoris, imo nemo amat rem, nisi à se vel alio obtinendam aut possidendam; ergo omnis amor respicit intrinsece executionem, licet nō omnis media respiciat, quibus finis vel media subalterna executioni mandanda sint.

Sicut autem circa bonum quod nondū intelligitur habitum, & possessum, aut possidendum, versantur duo actus prosecutiui distincti realiter, nempe simplex voluntas & complexa, seu efficax, quæ dicitur desiderium. Ita circa malum duo alij dantur auersatiui, & reiectiui, nempe simplex odium, nolitio & displicentia: & odium complexum siue nolitio, & displicentia efficax, qui 2. actus ob penuriam nominum fuga vel abominatio dici solet. quamuis hæc nomina actū simplicem interdum significent. Aliqui etiā fugam boni ponunt, quando apprehenditur, vt impossibile, quem actum nominant desperationem, de quo an ponendus sit, tractatu de passionibus discutietur, si autē ponatur, iam absolutum desiderium boni duas habebit fugas contrarias, nempe, fugam mali oppositi, & fugam eiusdem boni apprehensi vt impossibile: ista tamen fuga efficax boni non orietur ex simplici eius displicentia, quia nullum bonum, qua parte est bonum, displicere potest, si autē displiceat, qua parte malum est, non inde manat desperatio, quia solum bonum respicit. Deinde sicut in superioribus sepæ diximus & docet late Fonseca 9. Met. cap. 2. q. 5. sect. 4. & Sayr. 1. Thesauri. cap. 2. nu. 5. volntatem non posse motu prosecutiuo respicere nisi bonum: ita dicendum est motu auersatiuo non posse respicere nisi malū: ergo cum impossibile bonum non sit malū, non poterit illud respicere actu auersatiuo.

Sectio. 3. De actibus voluntatis sub desiderio comprehensis præsertim de conditionatis

DEsideriū à doctoribus cōmuniter in absolutū & cōditionatū; diuiditur. quę diuisio nec in simplici voluntate seu amore, nec in delectatione, nec in actibus, qui istis opponuntur, locum habet: sed tantū in desiderio boni, & in fuga mali, quę illi opponitur, imo & in istis actibus à quibusdam non admittitur, dicentibus, cum quis ait, vellem si possem aut esset licitum, hoc aut illud efficere, nō esse in eius voluntate aliquē actum, quo illud obiectum attingat: sed tantum in eius intellectu esse assensum, quo iudicat se habiturum actum voluntatis, si tale obiectū esset possibile aut expediens, &c. vnde in voluntate nullum velle conditionatū admittunt. Et Gregor. 1. d. 46. q. 1. post mediū ait, posse esse dubium, an cum dico vellē hoc aliquis actus in voluntate existat. 6

Nihilominus certum puto dari actus conditionatos in voluntate: ita Angestus in moral. c. 3. d. 3. in fine: Scotus 1. d. 47. q vni. 2. d. 6. q. 1. Gab. q. vnica. a. 3. dub. 2. Maior. q. vnic. Fonseca. 9. Met. c. 2. q. 5. sect. 5. D. Tho. hic q. 13. a. 1. Caiet. Conrad. Medina, & alij codē ar. & multi alij referendi sect. 5. q. 6. 7 *Dantur actus conditionati.*

Et patet ipsa euidentissima experientia qua experimur huiusmodi actus conditionatos, non minus in voluntate quam in intellectu, vnde & de consensu conditionato in materia matrimonij, & aliorum contractum, & negotiorum humanorum multa dicunt leges, et sacri canones & Doctores atque Philosophi & omne genus hominum. Neque est maior ratio cur intellectus possit conditionaliter attingere obiectum seu aliquid affirmare aut negare, quam voluntas velle. *Probat.*

Angestus supra duplicem ponit actum conditionatum in voluntate his verbis: dupli-

dupliciter aliquid velle potest conditionale nuncupari, vno modo obiectiue videlicet quia in totali eius obiecto implicetur conditio, cuiusmodi est totius conditionalis volitio. Alio modo, quia gratia alicuius conditionis inest actus ille, sine qua conditione haberetur efficax & absolutus. Cognito enim operis impedimento, dicitur volitio operis inefficax, loco cuius sine tali impedimento elicita fuisset alia efficax. Illa igitur non incongrue conditionata, atque etiam æquivalenter imperatiua diceretur, quoniam volitionis efficacis, quæ impedimento secluso in esse gerit vicem & locum tenet. Hæc Angelus, sed ego non percipio istam distinctionē actus conditionati: nam. 2. actus cum 1. coincidit & vterque est conditionatus ex parte obiecti, quoniam in vtroq. apponitur conditio obiecto, sub qua sola est volitum, quando autem conditio se tenet tantum ex parte subiecti, actus est absolutus, vt si ob ignorātiam, passionem, vel habitum vult aliquid quod alias non vellet. Rursum licet Angelus volitionem conditionatam merito appellet inefficacem, quia ex ea non sequitur effectus, nisi posita conditione, ex absoluta autem sola effectus sequitur, tamen etiam conditionata ad differentiam simplicis complacentiæ efficax dicitur, quatenus ex ea sequetur effectus posita conditione Scotus tamen 1. d. 47 q. 1. volitionem conditionatam, remissam et inefficacem appellat ratione dicta.

8 *Dantur etiā in Deo conditionati actus.*

Neque solum in nobis sunt volitiones cōditionatæ, sed etiam in Deo, vult enim omnes homines saluos fieri, si per eos non stetetit Scotus quidem 1. d. 47. q. 1. sub dubio relinquit an dentur isti actus conditionales in Deo & propendet in partem negatiuam. Si enim in Deo esset nolitio conditionata & inefficax de damnatione Iudę, tristitiā haberet quia tristitia est de iis quæ nolentibus accidunt. Vnde d. 46. q. 1. illud testimonium Pauli 1. Thim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, non explicat de volitione cōditionata sed alio modo, & similiter Ocham Palac. ead. d. 46. q. vnica, & Grego. ead. d. q. vn. expresse docens, illud dictum Pauli nō esse exponendum de volitione conditionata, quia talis non explicatur per verbum indicatiui, volo, sed subiunctiui, veloptaui, vellem, et quia non potest intelligi sub qua conditione velit Deus, omnes homines saluos fieri, cum aliquos ex se & ante præuisionem operum voluerit excludere à regno suo, atq. adeo non voluit eos saluari, si per ipsos non stitisset, sed absolute voluit eos damnare ante preuisionem operum, præsertim in pueris videtur id verum, quia non voluit dare eis necessaria ad salutem, ergo non voluit eos saluari nisi per eos stetisset. similibus rationibus Marsilius, 1. q. 45. art. 1. significat, dictum Pauli non posse commode exponi de voluntate conditionali.

Cæterum Molina in concord. & 1. p. q. 19. art. 6. disp. 1. & articulo 10. disputatione vnica exponit de vero actu conditionalis voluntatis existentis in Deo. Idem docet Fōse. supra Maior. 1. d. 45. q. vnic. ad finem, D. Thom. 1. p q. 19. arti 6. ad 1. vbi Bañes, Hieron. Perez & alij: Sotus Ro. 9. disput. de prædesti. Bartholo. Camararius dialogo catholico c. 7. §. 1. Cordoua. lib. 1. q. 51. & 56. vbi citat Ioannem Medinam Carthus. 1. dist. 49. q. 1. Bon. q. 1. Duran. AEgid. Rich. Alber. & alij eadem d. Driedo. de concord. prædestin. p. 1. cap. 4. Gab. Lect. 68. in canonem. Alens. 1. p. q. 36. m. 2. Altisiod. 1. summæ, c. 13. q. 1. qui omnes ita interpretantur quod ait Damascenus 2. fidei c. penul. Deū voluntate antecedenti velle omnes homines saluos fieri & testimonium Pauli. 1 Thim. 2. ꝙ sic etiam interpretantur ibi Ambro. Hieron Chrysost. Theophi. Oecū & glosa ordinaria ibi. Prosper resp. ad 1. obiectionem Vincentianam Chrysost. 1. de prouiden Idem docet homi. 1. in epi. ad Ephe. vbi distinguit in Deo voluntatem primariam, qua vult omnes homines saluos fieri, quam vocat vehementem, & præcipuam, aitque esse ingentem ipsius atque propensam erga nos cum flagrantissimo desiderio coniunctam benignitatem, & ait similem fuisse in Paulo dicente volo omnes homines esse sicut meipsum volo iuniores nubere, filios procreate, &c. Hac, ergo voluntate eudoxias & beneplaciti ait Deum velle omnium salutem, secundaria autem velle aliquos perire quia in sceleribus persistunt. Similia habent Chrysost. homi. 2. in id Ioannis 1. illuminat omnem hominem, &c & Theophil. ibi, Athanas. 3. de assūptione hominis, Augustinus de spiritu & litera c. 3. & lib. ad articulos falso sibi impositos art. 2. & eodem modo intelligenda sunt verba illa. Lucæ 13. quoties volui cōgregare filios tuos & noluisti, & Ezechiel. 24. mundare te volui & non es mandata, & 2. Petei, 3. nolens aliquos perire. Quam voluntatem Driedo supra optatiuam appellat. Neque argumentum quo Scotus illam impugnabat vrget, quia ex eo quod voluntas conditionata non impleatur, non sequitur semper tristitia aut dolor in nobis, & nunquam in Deo, qui est tristitiæ incapax, & cuius voluntas conditionata non ob impotentiam vel difficultatem caret effectu, sed precise quia Deus non vult effectum sequi, nisi supposita conditione: & licet Grego. neget verba Pauli intelligi

9

de volitione conditionata, non tamen negat esse alias volitiones conditionatas in Deo, male impugnat communem illam expositionem Pauli, nam sepe voluntas conditionata verbo indicatiuo significatur: neq. difficile est intelligere sub quacõditione Deus velit omnes homines saluos fieri, nempe si per eos non steterit, si eius auxiliis cooperati fuerint adulti pro se & pro paruulis, quibus quantum patitur ordo, & lex naturæ, non desunt necessaria ad salutem, licet per accidens alicui desint, quia non est facultas in natura, vt in lucẽ edatur, & aquã Baptismi recipiat. Tyriis autem & Sidonijs non defuerunt auxilia necessaria, sed ea quibus positis magna ipsorum multitudo infallibiliter saltem infabilitate morali conuerteretur. Sed an in Deo sint illi actus conditionati & de conditionali volunate intelligatur locus ille Pauli plura dicta sunt. 1. par. quæst. 19. art. 6.

Id autem certum est, nomine intentionis & consensus simpliciter sumpto actus absolutos & non conditionatos designari, licet interdum late loquendo desideria conditionata intentionis & electionis nomine designentur, vt si quis intendat sanari, nisi eius infirmitas ad gloriam Dei necessaria aut expediens videatur: & si quis ad iter agendum equum eligat, si bonus est, & si consentiat in matrimonium cum Anna, si nobilis est.

10 Obiectio Soluit. Dices in Deo nullum est desiderium, tamen est intentio, electio & consensus, ergo illi actus sub desiderio non comprehenduntur. Resp. imo in Deo desiderium est non affligens & crucians, sed pacatum & tranquillum sine vlla prorsus inquietudine. Dices desiderium est per se de bono absenti, nullus autem actus est in Deo, qui per se respiciat bonum absens, alioqui bono illo aduenìente cessaret actus, & mutaretur Deus, ergo in Deo non est desiderium: ergo vel intentio electio & consensus nõ sunt in Deo, vel nomine desiderij non comprehenduntur. R. in Deo sunt multi actus nomine desiderij comprehensi et respicientes bonum absens respectu ipsorum actuum in suo elici & in tota sua duratione: quo pacto salus verbi gratia desiderata homini à Deo est futura respectu ipsius actus diuini, & totius durationis eius, quia est ęterna & tota simul, & de cursu temporis nihil nouę durationis est in actu diuino: secus in nostro & ideo in nobis actus desiderij non manet aduenìente bono desiderato, quia de ratione eius est habere pro obiecto rem absentem actui secundum totam durationem, si autem permaneret iam aliqua eius duratio esset posterior bono desiderato, & ideo maneret actus sine propria & essentiali ratione sui obiecti: quamuis autem actus, qui dicitur, desiderium, maneat in Deo, aduenìente bono desiderato, tamen non denominat Deum desiderantem, sed manentem in actu qui antea appellabatur, desiderium, & modo dicitur complacentia, non quidem simplex omnino: cum sit actus aliquando respicens rem absentem, sed simplex aliqualiter, quia potest manere in præsentia, pręteritione & futuritione obiecti: idem est de intentione & electione: manet enim post quam media mandata sunt executioni, & finis obtentus, sed non denominant Deum intendentem aut eligentem, sicut antea, consentientem autem denominant, quia hoc nomen nõ cõnotat futuritionem obiecti vt intentio electio & desiderium & significat non solum actum desiderij sed simplicem voluntatem. De vsu autem an sub desiderio comprehẽdatur & quo modo denominet dicemus sect. 7. An vero intẽtio & desiderium interse & à spe, differãt, & quomodo, grauis quæstio est tract. 9. disp. 3. sect. 1. discutiẽda. Hic tamẽ nota, à Fõseca supra cõstitui duplicem actum cõditionatũ: alterũ omnino cõditionatũ vt si quis vellet habere potestatẽ infinitã si posset, etsi intelligat, id fieri nõ posse. Alterũ vero partim absolutũ partim cõditionatũ. Vt cũ pius iudex vult absoluere huminẽ suo tribunali oblatũ. si iuridice intelligat esse innocẽtem: & Deus vult omnes homines saluos fieri, modo ipsi obicem peccati diuinæ gratię nõ opponãt. Sed credo omnes hos actus esse in se mere conditionatos, licet posteriores habeãt alios absolutos adiũctos; nam iudex absolute vult & ponit media aliqua ad liberandum reum, & Deus ad saluandum hominem.

Sectio quarta de intentione.

11 Quædam obseruãda. SVpponimus ex superioribus & ex Duran. 1. d. 8. q. 2. Caiet. d. q. 12. art. 1, Vaz. disp. 40. in fine triplicem esse actũ circa finem, nempe circa finem adeptum fruitionem, circa finem simpliciter voluntatem simplicem, quæ cum non respiciat futurum vt futurũ nõ potest dici proprie spes, nec desiderũ. Supponim9 etiã apud Arist. Gre. Nysse. seu Nemesiũ in sua philosophia, Damascenũq. nõ reperiri nomen intentionis; sed affectus, quẽ Theologi Scholastici vocant intẽtionẽ Arist. vero. 3. eth c. 2 Nysse. 5. philos. c. 4 & Damasc. 2. fidei. c. 22. appellant voluntatem. Idemque Aristot. 6. eth. cap. 9. 12. & 13. nuncupauit propo-

propositum. Supponimus etiam intentionem proprie non esse nisi, & de eo quod proprie est finis, siue vltimus simpliciter, siue secūdū quid & in suo ordine: quare voluntas medij remoti non dicetur proprie & simpliciter intentio, vt recte Vazquez. q. 12. art. 2. Sed late & secundum quid, quatenus medium remotum comparatione primi habet quodāmodo seu aliqualiter rationē finis, & sic debent intelligi D. Tho. q. 12. art. 2. & 3. Aegidius 2. d. 38. q. 2 art. 2. dicentes medij remoti esse intentionem. Cur autem nō sic etiam de medio sub alterno seu remoto fruitio dicatur, rationem reddit Sanctus Thom. dicto. art. 2. ad. 3. Supponimus præterea. Intentio iuxta D. Thom. de veri. quæst. 22. arti. 13. dupliciter accipi posse. 1. pro simplici tendentia in finem, seu certum aliquem scopum seu terminum, & sic omnes res creatæ dicuntur intendere suos fines, quia in illos tendunt, & & attentio atque applicatio intellectus, vel sensus vel appetitus in quodlibet obiectū intētio quædam vitalis est, præsertim autem vitalis appetitus, quo bruta finem aliquem appetunt supposita eius cognitione, & ad eius cōsecutionem nonnullis medijs vtuntur. Diximus enim tract. primo & 3. interdum bruta cognoscere finem, & media notissima quibus ad illum peruenire possunt: inter quæ, & finē est per se nota, & euidentissima connexio fine discursu attingibilis, licet communiter bruta non cognoscant fines, in quos tendunt, neque proportionem mediorum ad ipsos, sed dirigantur ab authore naturæ, & tunc multo latius dicuntur fines suos intendere; ideo autem proprie nunquam finem intendunt, quia nullam habent libertatem, & ideo non tam tēdunt seu mouent se in finem, quam ab illo mouētur, & trahūtur, Lādulp. 2. d. 38. q. 2. Alij aliā rationē assignāt sect. seq. q 2. examinandam.

2. Strictius sumitur intentio pro actu quo natura rationalis vel intellectualis tendit, & ordinat se in finem ex propria intellectuali cognitione.

Hæc autem tendentia in finem ex intellectuali cognitione varijs modis contingere potest. 1. appetendo media in cōmuni vel in particulari in ordine ad aliquem finem intellectū, & in posteriori euentu includit electionē, quæ est appetitus medij vnius in particulari, maxime quando alia etiam se offerunt, in posteriori autem euentu includit appetitum medij in cōmuni, qui proprie nō est electio; neq. in strictissima, significatione est intētio, eo q nō attingit formaliter finē. Sed tantum in lata significatione Itē in priori, euentu virtualiter ipsa electio dicitur intentio quatenus denominat finem virtualiter intentum, & hominem tendētem virtualiter in finem: electio vero dicitur quatenus de nominat mediū electum, & volitum propter finem, seu quatenus de nominat hominem eligentem, & volentē medium propter finem implicite & virtualiter intentum.

2. potest cōtingere ista tendentia in finem intellectum, appetendo formaliter eo actu solum finem, seu desiderando ipsum solum appetitu absoluto, & iste actus dū est in hoc statu est vere intentio vt dicit Angestus in moralib. c. 8. §. finis nō exentis bonitate, &c. Sicut volitio solius medij est electio. Cęterū volitio solius finis non est electio formaliter & explicite sed virtute tātum, forte tamen potest extendi ad medium in particulari & sic fieri electio licet probabilius sit, non esse capacē huius extensionis, vt diximus tractatu præced. disp. 1. sectione. 6. vt neque electio medij ob finem non formaliter desideratum, potest extendi ad finem ita vt per eā formaliter finem appetamus. 3. potest contingere ita, vt eodē actu appetamus formaliter finem, & media in communi, volendo finem assequi per aliqua media, vel medijs vti ad assequendum finem, & isti actus, siue distinguātur realiter, siue nō verisimile habent rationem intentionis, & nō electionis, quia attingunt formaliter, & explicite finem & media in communi & nō in particulari: de ratione autē electionis est attingere mediū in particulari. Imo Vaz. in solo appetitu finis cum ordine ad media cōfuse spectata cognoscit rationem intētionis, vt patet disp. 40. c. 2. & disp. 41. in fine. 4. Potest cōtingere, quidquid dicat Land. sup. ita vt eodē actu formaliter intendātur finis & mediū in particulari; siue volēdo assequi finē p tale mediū, siue volēdo vti tali medio ad assequēdū finē. In primo casu certū est actū esse propriissime intētionē, in 2. videtur esse propiissime electionē: tamēest difficultas 1. an in vtroq. casu actus sit vere & proprie intentio, & electio, an in vno tātū sit proprie intētio, in alio vero tantum sit proprie electio, quæ 2. quæstio, solū habet locum, si in illo duplici casu actus est diuersus. nam si est idem omnino non potest esse in vno casu sola electio, & in alio intētio: esse autem diuersos actus suadetur ex D. Th. q. 12. art. 4. ad 3. vbi videtur dicere actus hos differre ratione sicut ascensus, & descensus in motu locali, nam vnus actus est a fine ad media & dicitur intentio, alius a medio ad finē & dicitur electio; primus est veluti descensus, quia finis est quasi superior medijs. 2. vero ascensus quia mediū est infra finem. Sed ascensus, & descensus in motu locali differunt realiter, & specifice, ergo & isti duo actus. 12

1. Dissicu. 2

Cæterū existimo in vtroq; casu re & ratione eūdē actū esse realiter & formaliter, & solum esse

esse differentiam in verbis, vt quando dico, ego amo Deum & Deus amatur a me idem est actus intellectus & voluntatis. & tota diuersitas est in modo significandi, & loquendi gramaticæ. Probatur quia omnino idem est velle peruenire ad finem tali medio et vel le per tale medium assequi finem, neuter actus est ascensus aut descensus cum neutro actu prius tempore, natura, vel ratione appetatur medium quam finis, vel econtra, sed simul vtrumque obiectum: si autem attendamus ordinem perfectionis, vterque actus est ascensus, quoniam cum eodem appetatur formaliter medium & finis, & hic principalius appetetur: quare non est verum, quod aliqui dicunt, vno actu directe & principaliter attingi finem, & oblique ac minus principaliter medium: altero vero è cõtra, sed vtroq. actu appetitur directe & in recto finis indirecte vero & in obliquo mediũ. Conf. quia in intellectu isti actus nõ differũt Petrus assequetur finẽ tali medio, & Petrus per tale mediũ perueniet ad talẽ finẽ, ergo nec in voluntate hi actus sunt diuersi, volo assequi finem tali medio; volo tali medio, vel per tale medium assequi talem finem, vel ad talem finem peruenire, vt nec in intellectu differunt, Petrus est risibilis quia rationalis, Petrus quia rationalis est risibilis, nomina enim & verba transposita non solum eandem rem, sed eumdem mentis conceptum, & assensum significant. Quare vterque actus est intentio, & electio formaliter & proprie, & ratio intentionis & electionis in vtroque casu eadem res sunt, & solum differunt nostro modo intelligendi, nã actus vt terminatur ad finem est intentio, vt vero ad medium electio, & ita sentit Ant. Perez lect. 1. exam. p. 3. c. 5. & 6. & Duran. 2. d. 38. q. 2. docens, eumdem actum posse esse intentionem & electionem sicut idem motus est actio & passio; idem docet Angelus in moralib, c. 8. §. finis non ex entis, &c. Neque in casibus istis loquitur D. Tho. quando intentionem & electionem comparat descensui, & ascensui: sed loquitur in eo euentu quo vnus actus versatur circa finem non appetendo medium, saltem in particulari, alius vero circa mediũ in particulari non appetendo formaliter finem, & sentit hos actus ratione differre, sicut ascensus & descensus differunt, ideſt specifice & realiter, esto sint in eodem subiecto siue successiue siue etiam simul, & ex mente D. Tho. vnus dicitur descensus, quia primario, & principaliter attingit finem, nimirum formaliter & explicite, secundario autem, & minus principaliter medium particulare, scilicet virtualiter & implicite tantum: alius vero dicitur ascensus quia principaliter seu formaliter & explicite attingit medium: secundario autem, virtute, & implicite attingit finem & ita intentionem, & electionem esse actus realiter diuersos docẽt Capreol. 1. d. 1. q. 1. art. 3. ad arg. contra. 4. concluſ. & Hispalen. ibi art. 4. Caiet. & Conrad. q. 12. art. 4. Medin. art. 4. qui tamen obscure admodum loquitur & pugnantes statuit concluſiones, aut quæ vix cohærere possunt. 1. enim eius concluſio est Intentionem & electionem differre realiter & specifice. 4. vero, esse eũdem motum licet realiter, differant. 5. vero quando quis vult medium propter finem esse eadem actum realiter sed differre formaliter. Certe quoties sunt idẽ motꝰ sunt idẽ actus, & non differunt, realiter sed tantũ formaliter: ergo sibi, & veritati aduersatur. Sicut autem actus quo simul appetimus formaliter medium in particulari, & finem, non diuiditur in ascensum & descensum; sed semper est veluti descensus, quia primario ordine perfectionis attingit finem qui superior est, ita actus quo simul formaliter appetimus medium in communi & finem, non diuiditur in ascensum & descensum, sed semper est descensus quidam a fine principaliter desiderato, ad media in communi, licet non ita proprie sit discensus, quia cum valeat consequentia a fine ad media in communi & ecõtra sunt veluti in gradu æquali sicut; rationale risibile. quando vero vno actu appetitur formaliter solus finis, & alio sola media in communi, prior actus assimilatur descensui, secundus ascensui, sed minusquã 3. cum vno actu appetitur formaliter solus finis, alio solum particulare medium.

Sed aduersus prædicta obijcies primo nã consilium antecedit electionem & subsequitur intentionem, ergo intentio, & electio non possunt esse idem actus, alioqui idem actus esset prior, & posterior consilio. Resp. 1. aliquando consilium esse prius intentione, licet communiter intentio sit prior consilio Resp. 2. consilium esse posterius aliqua intentione, nempe illa qua solus fiuis appetitur, vel finis & media in communi: tamen interdum est prior intentione aliqua, nempe quando intentio est electio, tunc enim sicut est prius electione ita intentione, quæ identificatur electioni. Prior solutio mihi magis placet: non enim video cur consilium fieri non potest antequam finis sit simpliciter & absolute volitus & desideratus, vt magis constabit sequẽti disputatione. 13

1. Obiect.

Ad 2. obi. petens an intẽtio sit actus voluntatis.

2. Obijcies Bonauenturam 2. d. 38. artic. 2. q. 2. qui, ait intendere in aliquid pertinere ad potentiam cognoscentem & denotare conuersionem eius super obiectum: intendere vero aliquid, vnde sumptum est nomen intentionis apud philosophos, & Thelogos, duo

duo importare, videlicet quandam conuersionem cum collatione, & quandam tendentiã cum quietatione, & vnũ istorũ esse rationis alterum voluntatis, & ita in nomine intentionis claudi simul actum rationis & voluntatis qui necessarij sunt ad vnum perficiendum.

Solut. Quæ doctrina si vera est, falso nos diximus intentionem esse actum solius voluntatis. R. doctrinam Bona. quam sequitur Landul. 2. d. 38. falsam esse, licet enim intentio, sicut omnes alij actus voluntatis, supponat actum intellectus, & dicat ordinem ad illum, tamen illum non includit, sed solũ actũ voluntatis, vt patet ex D. Thom. tota q. 12. præsertim a. 1. vbi Caie. Conra. Med. Valen. Vaz. & omnes recentiores. Say. infra. Azor. to. 1. lib. 1. c. 25. q. 3 & Magister, & alij. 2. d. 38. vbi Scotus. q. vn. Gab. q. vnic. art. 3. dub. 1. Richarda. 3. q. 1 Dur. q. 2 Patet ex Aug. Psalm. 7. & 9. vbi intentionem vocat amorem, & ait esse qua ad vitã sic peruenire volumus, id est hoc, vel illo medio, & 11. trin. c. 6. distinguit voluntatẽ finis, & medij, per voluntatẽ finis intentionem intelligens, & c. 3 4. & 5. & lib 10. c. 7. intentionem tribuit voluntati & Ambr. apud Aug. lib. de spiritu & litera cap. 4. ait, affectus id est intentio, operi tuo nomen imponit, ergo intentio est affectus & Bernard. lib. de præcepto & dispens. post medium, vt oculus sit simplex, duo sunt necessaria videlicet charitas in intentione, & veritas in electione, & Ep. 69. ad Guidonem, intentionem propositum appellat, & ratio est quia tendere in aliquid magis pertinet ad voluntatem quam ad intellectum, eo quod voluntas omnino fertur in res, intellectus vero sic tendit in illas, vt etiam trahat illas ad se, ideo nomen intentionis accommodatũ est actui voluntatis, & non intellectus, & præterea quia voluntas non solum tendit in finem sed etiã facit alias potentias in illum tendere, & vt homo ad illum perueniat, non solum affectu, sed effectu. Exemplum etiam quod adducit Bona. de motu locali contra ipsum est, sicut enim motus localis qui est ab animali non includit, sed supponit cognitionem dirigentem, ita motus animi, qui est intentio, & licet liberum arbitrium ad intellectum, & voluntatem pertineret, non propterea intentio ad vtramque pertineret potentiam, vt falso docuit Scotus supra, prob. rationibus modo adductis, & ratione D. Thom. 2. d. 38. q 1. art. 3. quia eius facultatis est intendere, cuius est prosequi & fugere; prosequi autem & fugere est voluntatis, non intellectus, hic enim solum

Coro 1. iudicat, fugiendum & prosequendũ esse, ergo.

Ex quibus etiam facile reijcitur Aureol: apud Capreol. 1. d. 1. q 2. dicens intentionem non esse actum voluntatis, sed circunstãtiam electionis, nempe quod electio habeat hunc finem, sed hoc sine fundamento dicitur: nam certe intendere & intentio significat actum voluntatis, sine electionis siue alium, vt iam vidimus. Deinde licet intendere esset habere in electione hunc aut illum finem, hoc non esset circũstantia, sed essentia electionis quia speciem essentialem in esse naturæ a fine capit, propter quem eligitur medium: & ea ratione nec ipse finis in communi opinione, & modo loquendi est circunstantia electionis, & multo minus habere talem finem. 14.

3. Obiect. Sed Obijcies tertio quia Mat. 6. intentio dicitur oculus, & lumen, vt interpretatur August. 2. de serm. dõ in monte c. 21. & 4. contra Iulian. c. 3. hæc autem pertinent ad intellectum, ergo & intentio. Resp. D. Thom. q. 12. art 1. ad. 1. & 2. intentionem dici oculum, quia supponit oculũ mentis quo ducitur: dici autẽ lumẽ & opera dici tenebras (vt inquit August. ibi) quia intentio est manifesta operanti, qui facile cognoscit, quale sit quod intendit vt v. g. si bonum intendit scit se bonum intẽdere: opus autẽ occultũ est ipsi operanti sępissime, quia non facile cognoscet quale sit opus quod facit nempe an sit bonum vel malũ ex obiecto, vel circunstantijs. Eandem responsionem quantum ad. . . argumenti partẽ habet Gab. 2 d. 38. q. vni. art. 3. dub. 3. quam tamen Vazq. ait se non intelligere disp. 40. ca. 1 existimatque intentionem vocari oculũ & lumen Metaphorice, eo quod sicut oculus corporalis & lumen viam demonstrat, sic etiam via nostratum operationum intentione ipsa sternitur, & aperitur: eademque ratione lucerna vocatur. Ego credo intentionem vocari oculum; quia finis, vt scopus, semper præ oculis habetur, in eoque mens & voluntas quasi oculi in scopo fixæ sunt. Oculũ item lumen, ac lucernam appellari: quia reuera ducit nos in vijs, & operationibus nostris: raro enim errat saltem culpabiliter in opere suo, qui omnino puram & rectam intentionem habet. Gab. etiam supra, oculum dici putat, quia sæpe discernit opus bonum a malo: sæpe enim opus bonum & malum sola intentione differunt. Azor. autem illo. ca. 25. q. 4. oculum & lumen dici, quia electiones nostras dirigit, vtcumque fit, illa dicitur oculus. Metaphorice, vt notauit etiam Sayr. lib. 1. c. 11. n. 5.

4. Obiect. Obijcies 4. Nam intentio ordinat media ad finem ordinare autem pertinet ad intellectum: ergo & intentio. D. Thom. q. 12. art. 1. ad. 3. & de veritate. q. 22. art 13. ad. 4. respondet intentionem non ordinare, sed sequi ordinem constitutũ a ratione, sed Scotus. 2. d 38. q. vni. ad. 1. & d. 6. q. 1. & quodlibet. 17. respondet ordinare quoque ad voluntatem pertine-

Solutio. re. Quæ

re;quæ responsiones cum longe diuersæ sint, immerito a nonnullis confunduntur.

15 *Obiect. 5. Soluti.* Obijcies quinto,nam intentio non est actus circa finem nec circa media, ergo non est actus voluntatis; consequentia patet, quia omnis actus voluntatis est circa finem, aut circa media.Respondet D.Tho.q.12.art. 1.ad. 4. circa finem posse esse tres actus voluntatis. Primus appetere finem absolute, & hic actus dicitur voluntas. Secundus appetere finem,vt est terminus,in quem ordinatur medium, & hic actus est intentio. 3. quiescere in fine, & hic est fruitio. Circa quam solutionem nota. 1. argumenti formam nullam esse, quia datur actus qui fertur in bonum abstrahendo a fine, & medio vt tractatu. 1. disputatione sexta sectio. 2. ostendimus, qui tamen actus quodammodo etiam versatur circa finem, non solum virtualiter, siquidem eo actu appetitur disjunctum, ex fine, & medio, in qualibet autem parte huius obiecti continetur finis: vel vt obiectum vel vt ratio diligendi obiectum, & ideo tali actu virtualiter diligitur finis,sed etiam, quia abstractum a fine, & medio habet se vt finis, quia in eo fistit formaliter ipsa motio operantis.cum non velit formaliter tale obiectum propter aliud,sed propter se negatiue, & ideo talis actus quodammodo etiam dici potest intentio licet minus proprie, quam cum aliquid amatur propter propriam bonitatem. Secundo nota, non esse mentem Diu. Thomæ,quod nullus actus respiciens finem abstrahendo à medijs, sit intentio, sed quod nullus talis in summo rigore sermonis sit intentio; est tamenintentio, satis proprie, si sit actus respiciens solum finem; per modum tamen absoluti, & efficacis desiderij,qui actus accedit maxime ad simplicem voluntatem,quæ in summo rigore dicitur voluntas. Vnde nomen intentionis apud Aristotel. Nyssen. & Nemesium non inuenitur:sed actum, quem nos intentionem dicimus, isti appellant voluntatem, vt videre licet apud Aristot. 3. ethi. capit. 2. Nyssen 5. philosophiæ. capite. 4. Nemesium libr. de natura hom. capite. 33. de electione: quod circa initium sectionis notauimus.

16 *Quæstio.* Quæres an simul possimus duos fines intendere Respondet. D. Thom. quæstione. 12. artic. 3. & Azor. tom. 1: lib. 1. capite, 25. quæstione. 6. voluntatem posse duos fines simul intendere,siue inuicem ordinatos siue nullum inter se habentes ordinem. Sed Obijcies, quia intellectus non potest intelligere simul plura per modũ plurium,vt docet Arist. 2.topico c. 4.loco.33.D.Th.hic.q.12.a.3. arg. 3.& eius Solut.&.1.p.q.85.a.4. ergo.nec volũtas amare plura per modũ pluriũ, amare autem simul duos fines non subordinatos interse est amare plura, per modum plurium ergo,&c. Prima consequentia patet:tum ex paritate rationis, tum quia voluntas sequitur intellectum, ergo si ille non potest intelligere plura per modum plurium, neque voluntas poterit amare plura per modum plurium. Huic argum. Respondet Caietan. q. 12. articul. 3, intellectum non posse attingere plura per modum plurium, secus vero voluntatem; quia intellectus attingit plura vt vnum tantum, sed voluntas attingit, vt plura.verb.grat. intellectus attingit gustum & loquelam, vt in lingua, & ideo intelligit tria hæc per modum vnius, voluntas autem amat organum seu linguam, vt medium ad gustum & loquelam, & ideo amat plures fines vt vnum. Sed fateor me non comprehendere hanc rationem disparatatis, cur enim potest voluntas amare idem medium ad duos fines, & intellectus non poterit intelligere eandem conclusionem ex diuersis principijs; & si primum est amare plura, vt plura,cur. 2. non erit intelligere plura, vt plura. Adde, intellectum posse cognoscere conclusionem ex diuersis principijs: sic autem intelligere est intelligere plura principia non subordinata interse nec vni. 3. ergo est intelligere plura per modum plurium, sicut per te amare idem medium ob duos fines, est amare plura per modum plurium. p. D: Thom. quæst.12.art.3.ad.3.expresse sentit,voluntatem non posse amare plura,sicut intellectus non potest intelligere plura, vt plura. Et ideoConradus ibi ait,amare plures fines non subordinatos interse, si subordinentur. 3. vel ad eos ordinetur idem medium, non esse amare plura, vt plura, sed per modum vnius, & ideo id posse voluntatem,vt docet D.Tho.ad.2.& 3.& sane sicut Caietan. ait intelligere duo officia in eodem organo, esse intelligere plura per modum vnius, cur velle idem medium ad duos fines non erit amare plura per modum vnius; vniendo scilicet ea in eodem medio. Sed posset dici, fines illos amari posse simul independenter a medio, & prius natura, vel tempore, quam ametur medium, quia facilius est amare duos fines propter se ipsos, quam amare illos propter se,& idem medium propter illos; & ideo voluntatem posse diligere plura, vt plura,si idem medium ob duos fines non subordinatos interse nec cum alio.3. amari possunt: & idem sequi,si duos fines in sua serie vltimi amentur propter se, & vnus simul diligatur, vt medium ad alterum, Vnde Richard. 2. d. 38. articulo. 3. quæstione. 3. & Aegidius eadem

eadem d, quæstione. 2. Vazquez hic: q. 12. articulo. 3. fatentur voluntatem posse intendere plura, vt plura; idque saltem concedere debet, qui dicat, posse simul appetere duos fines non subordinatos interse, nec cum tertio, nec quæsitos per idem medium, nec intentos, vt conuenientes in aliqua ratione cõmuni scientiæ, vel virtutis, vel alia simili, quod ego cum Vazq. possibile existimo, & similiter intellectum iutelligere plura per modum plurium, sic tamen vt in eo euentu quẽadmodum fatentur Rich. & Aegid. supra, pluribus intentus minor sit ad singula sensus; & intellectio, ac dilectio vnius ex alterius contortio extenuetur & remittatur, de quo optime Vazq. supra. & 1. p. disp. 219. & nos cum alijs doctoribus. in. 3. lib. de anima: Medina vero hic. q. 12. a. 3. non est constans aut resolutus in doctrina sua, nam defendit, intellectum nõ posse intelligere plura, & voluntatem posse diligere plura vt plura: defendit etiam nec intellectum nec voluntatem posse attingere plura vt plura, neutramque opinionem alteri præfert. Valentia vero disp 2. q. 7. puncto. 2. ait, voluntatẽ nõ posse diligere plura, vt plura quia nõ potest diligere duos fines nõ subordinatos interse, nec cum 3. quare quod Aug. 2. de sermo. dom. in monte ca. 21. & 22. ait nõ posse hominem simul iutendere Deum, & commodum temporale, explicat Valentia de intentione, quæ siterga vtrumque, vt erga finem vltimum. Mens tamen Aug. est, sæpissime non posse lucrum seu commodam temporale cum obsequio seu gloria Dei intendi: quia id quod conducit ad bonum temporale, aduersatur obsequio & gloriæ Dei.

Sed superestdiffic. an eodem actu possint partes finales intendi. Vazq. disp. 51. cap. 3. nu-
17 mero. 19. tribuit D. Thomæ. q. 12. artic. 3. in corp. & ad 3. posse eundem actum intentionis adplures fines gratia ipsorum terminari, quãdo fines comparantur per modum vnius, vel integrantes vnum totum finem, vel conuenientes in vna ratione communi, & hoc verũ censeo, quia possunt vno actu amari plures partiales sanitates corporis constituẽtes vnã integram sanitatem & omnes virtutes vt conueniunt in ratione virtutis, vel honestatis: tamen id non asserit D. Tho. loco cit. sed tantum, posse simul plures finis intendi: ex eo tñ colligitur, posse simul eodẽ actu virtualiter intẽdi plures fines: docetenim illo articulo in corpore posse eligi vnũ mediũ præ alio, quia ad plures fines conducit, sed electio illa est vnus actus, & virtualiter est intenrio illorum finium: ergo secundum D. Thom. possunt plures fines eodem actu virtualiter intendi: ex quo sequitur, actum non differre substantialiter specie nec numeroex diuerso motiuo formali intr inseco inadæquato: sedtã tum ex adæquato; item eũdem actum, secundum diuersas rationes consideratum, posse elici aduersis virtutibus: quod esse valde probile videbimus tractat. de virtutibus sed an eodem actu velimus medium, & finem late tractaui tractatu. 5. disputatione. 1. sectione. 6.

Sectio. 5. De electione.

QVERITVR primo an electio sit actus voluntatis. De hac re dubius fuisse videtur 18
Aristot. 6. ethi. capit. 2. vbi ait, Q. 1.
electionem aut esse appetitum intellectiuum, aut intellectum appetitiuum. Vbi tamen paulo ante dixerat absolute: electio appetitus deliberatiuus est, idem sensisse videtur 3. ethi. capit. 2. vbi docuit, non esse voluntatem ideſt affectum simplicem, sed esse affinem voluntati, & diuersam ab opinione; nam in opinione attenditur veritas, & falsitas, in electione bonitas & & malitia, rectitudo. & prauitas nimirum, quia opinio ad intellectum spectat, electio vero ad voluntatem, & ibidem ait electione, & non opinione esse hominem bonum, aut malum: actibus autem voluntatis, & non intellectus, dicimur boni, aut mali: ergo electio est actus voluntatis, & ibidem in fine capite postquam ostenderat electionem non esse opinionem nec voluntatem nec alia huiusmodi, ait quid igitur aut quale quid sit electio, cum nihil sit eorum quæ diximus. Videtur itaque sponte quidem a nobis fieri, attamen non omne quod sponte agimus, est eligibile, sed id cuius consultatio antecesit: electio namque cum ratione est atque mente. Sentit ergo Aristo. supponere rationem & consultationem, non tamen esse rationem aut consultationem & eodem. capit. de finiens electionem, ait esse appetitum præconsiliati. & c. 3, ad finem ait, quod cæteris ex consultatione prætulimus, id eligibile est, sentit ergo non esse actum intellectus, quo vnumalteri prefertur, sed aliquid consequens, nimirum actum aliquem voluntatis. Vnde concludit, ipsa electio deliberatiua appetitio rerum erit: alij vertunt, desiderium preconsiliati, sed appetitio & desiderium est actus voluntatis, ergo electio secundum Aristotel. est actus voluntatis, quod etiam docet D. Thomas quæstione. 13. articulo. 1. (vbi Conradus & alij) & de verit. quæstione. 22. a. 15. & 3. ethi. lect. 5. & 6. & libr. 6. lect. 2. Valentia. hic disputatione. 2. quæstione. 8.

puncto.

puncto. 1. Vazq. disp. 41. c. 2. Alen. 1. p. q. 30. memb. 1. Alb. 2. d. 24. art. 7. vbi Aegid. parte. 1. dub. 6. Richard. art. 2. q. 3. Bon. 1. d. 40. parte. 2. q. 1. Azor. tom. 1. libr: 1. cap: 25. de electione. q. 1. Capreol. 1. d. 1. q. 2. art. 1. conclu. 3. & artic. 3. ad argumenta contra illam Hispalensis. art. 4. Durand. 1. d. 41. q. 1. & 2. d. 25. quæ. 1. & 2. Iauellus. 3. ethi. tracta. 1. c. 3. Buridan. 3. ethi. q. 13. vbi merito pro sententia asserente, electionem includere actum voluntatis intellectus & citat Eustratium. 3. ethi. cap. 2. nam reuera in ea opinione est vt patebit attente legenti: eandemque tenuit 6. ethic. capite. 2, Nyssen. 5. Philoso. capit. 4. seu Nemesius. libr. de natura hominis cap. 33. Damasce. 2. fidei cap. 22. ponit enim electionē post voluntatē finis & consultationē mediorū & affectionem, scilicet simplicē, circa media, & hoc est quod dicit: iam vero post affectionem existit electio, nihil enim aliud electio est quam è duabus rebus propositis scilicet per intellectū, alterius præ altera susceptio & Bellarm. 3. de gratia & libr. arb. c. 9. ad. 4. confirm. 8. argumenti, vbi putat esse opinionem Arist. quia. 3. ethi cap. 2. dixit, electionem esse consultatiuam appetitionem, & libro. 6. capite. 2. esse appetitum inrellectiuum, vel intellectum appetitiuum, & libr. 6. capite. 8. esse quasi conclusionem syllogismi, practici, quę vltima verba apud Aristotel. non inuenio, tamen. 2. ethi. ad Eudem. longe post medium videtur expresse hanc sententiam tenere: postquam enim ostendit, non esse appetitum quia non est voluntas nec cupiditas, nec ira, neque esse opinionem, quod late ibi prosequitur, concludit quoniam igitur neque opinio, neque voluntas est electio, est certè velut vtrumque, & non ambo, & sæpe postea idem repetit: vult ergo esse aggregatum ex opinione, & voluntate: quod plane etiam videtur docere Nyssen. seu Nemesius supra: est, inquit, electio mixtum quid ex consilio & iudicio, & appetitu: neque vero appetitus est secundū se ipsā, neq, cōsiliū solū sed exhis quid cōpositū. Arbitratur etiam Bellar. hanc esse mentem D. Tho. q. 13. art. 1. asserentis, esse actum elicitum voluntatis: tamen importare actum rationis Quod non videtur intelligendum præsuppositiue tantum, sic enim etiam intentio & voluntas importat actum rationis, ergo intelligitur formaliter, ita vt electio in obliquo formaliter, & intrinsece connotet actum rationis, licet in recto solum dicat actum voluntatis. Quare Medina. q. 13. art. 1. ait, quamquam electio sit voluntatis secundum substantiam suam: præcipue vero, & formaliter pertinet ad intellectum, vt explicat D. Thom. in art. Et sane probabile est secundum veritatem & opinionem Aristote. & D. Thom. nomine electionis intrinsece significari in recto actum voluntatis, qui sequitur consultationem & deliberationem: in obliquo autem aliquid rationis, nempe ipsam deliberationem & conclusionem consilijs: nam si absque deliberatione idem actus voluntatis fieret, electio non diceretur, ergo aliquid deesset ad essentiam, nihil vero aliud nisi deliberatio vel conclusio consilij, ergo hæc est de eius essentia, si non præcipue: vt ait Medina. saltem secundario vt dicunt alij, nam id præcipue pertinet ad essentiam, quod significatur in recto per terminum substantiuum, non quod significatur in obliquo, Neque absurdum est, actum quendam compositum ex vna ratione importata in recto, & alia in obliquo pertinere intrinsece partim ad intellectum partim ad voluntatem,

19 Decisio. Auctoris

Cæterum quia communiter doctores D. Thom. & Aristot. interpretantur & sequuntur in eo sensu, vt tota electionis essentia in voluntate sita sit, id defendamus: quod etiam his rationibus suadetur. Prima, quia volitio medijex deliberatione procedens sine quocūque alio meretur nomē aliquod peculiare: non aliud nisi electionis, ergo in electione nihil essentialiter includitur ad intellectum pertinens, sed tantum ordo ad intellectum. Secunda, quia virtus moraiis est habitus electiuus 6. ethi. cap. 2 ideſt eliciens totam electionem; nihil autem elicit virtus moralis, quod ad intellectum pertineat, ergo nihil intellectus est de essentia electionis. tertia quia totale obiectum electionis est bonum nempe medium, vt conducens ad finem, & vt est bonum vtile, ergo nihil includit intellectus: si enim aliquid intellectus includeret, ex eo capite haberet pro obiecto verum & nō bonum. 4. Quia electio se tota reddit hominē bonū aut malum, sed nullo pertinente ad intellectum redditur homo bonus aut malus: ergo nihil eiusmodi est pars electionis. Quare licet iudicare, hoc vel illud mediū esse melius, pertineat ad intellectū, & late dicatur electio quædā, tamen id proprie non est electio tū quia iudicante id intellectu potest nō sequi actus in volūtate circa id quod melius iudicatur, sed circa minus bonum; tū quia intellectu nullū mediū præferēte, homo dicetur eligere si hoc potius quam illud efficere velit, & est simile in Episcopo, qui committit examinatoribus, vt precedente examine, iudicent, quis sit dignior ad præbendam inter candidatos, & postea ipse eligit volūtate sua eum, qui dignior, aut æque, aut minus dignus iudicatus est.

Ad

20. Ad Arist.autē Nyssen.& Nemes.dici potest,tantum voluisse,electionē importare aliquid rationis præsuppositiue, & extrinsece, aut virtualiter,vt exponit Cōradus supra,& eodem modo Iauel.supra interpretatur Eustratiū,& quāuis D.T.q.13.a.1.dicat importare formaliter aliquid rōnis,intelligitur tm̄ de forma extrinseca,& ideo cōcludit substātialiter nō esse actū rōnis,sed voluntatis, & forte id tm̄ voluit Medina,sed cur speciatim Arist.Nyssen.Nemesius & D.T. dixerūt,ad electionē pertinere aliquid rōnis, & non ad alios actus volūtatis? Respōdēt aliqui,rōnē huius sumēdā ex Damasceno.2.fid.c.22.vbi ait,electionē esse actū volūtatis circa media cū ordine ad rōnē deliberātē perdiscursum, & proponētē mediū eligibile,vnde colligit, voluntatē proprie esse in Deo,quia de rōne volūtatis solū est esse actū,quiversatur circa obiectū cognitū intellectu,electionē aūt negat,proprie esse in Deo,quia electio,inquit, cum sit ex deliberatione,ignorātis est. Electio ergo sm̄ Damascen.dicit ordinē ad rōnē deliberātē,qualis est humana intētio aūt,& volūtas,& alij actus dicūt ordinē ad intellectū tm̄.Ideo Arist.& alij in definitione electionis rōnē posuerūt,& nō in definitionibus aliorū actuū.Sed hęc solutio nō placet,quia saltē in definitione aliorū actuū debuissent ponere intellectū,itē quia Arist.6.ethic.c.2. ait,electionē esse intellectū appetitiuum,vel appetitū intellectiuū, vbi nō vtitur nomine rōnis,sed intellectus,sed Respōdet Vaz.qui illius solutionis auctor est, grecā vocē, Nus, mentem rationalem significare. Sed certe vox illa communis est ad mentes rationales,seu intelligentes cum discursu,& ad intelligentes sine discursu,vt ex vsu omnium græcorum patet. Medina cum Capreol. supra Conradus, & Hispalensis aliam rationem reddūt,quā insinuat D.T. de veritate q.22. a.3.nēpe quia volūtas ex propria natura afficitur fini,ad media aūt determinatur ex deliberatione rōnis, ideo specialiter electio, quę est circa media,rōni tribuitur,sed ista ratio nullius momēti est,quia volūtas liberior est in ordine ad media, quā in ordine ad finē: ergo,potius debet ei tribui electio medij,quā intētio,aut volūtas finis,hæ aūt magis debēt tribui intellectui,cū magis ad illas determinet volūtatē,quā ad electionem mediorū. Vaz. aliter hāc solutionē impugnat. Valētia respōdet causam cur electio specialiter tribuatur rōni,esse qm̄ electio non qualēcūq.rōnis actū præsupponit,sed quendā,qui peculiariter ad rōnē pertinet,nēpe illū,quo media inter se, & cū fine cōferūtur, id quod in primis ad rōnē spectat,cuius est nimirū ordinare,& cōferre.Sed ni fallor,ratio huius rei est,quā attingit etiā Medina,scilicet,de ratione electionis esse duplicem ordinem ad rationem, quidam est essentialis actui,qui est electio,vt quędā volitio est;alius est essentialis illi in ratione electionis,non in ratione talis volitionis,potest enim eadē volitio specie,& numero manere sine tali ordine,& hic est ordo ad deliberationem, nempe procedere ex deliberatione,& ideo talis ordo non est respectus transcendentalis, vt putat Conradus,sed prædicamentalis, qualis est relatio effectus ad causam, & alioqui esset de essentia talis actus,sicut ordo potentiæ ad obiectum est de essentia potentiæ, quod falsum est. De ratione autem intentionis, & voluntatis non est aliquis ordo accidentarius actui,qui dicitur intentio,aut voluntas,sed tantum ille ordo, qui est substantialis ipsi actui, qui appellatur intentio, vel voluntas, & propterea specialiter ordo ad rationem positus est in definitione electionis,& ita de eius ratione est nō solum,quod sit volitio absoluta,& efficax vnius medij ex pluribus,sed quod ea volitio procedat ex deliberatione,vnde cū non processerit ex deliberatione, licet eadem numero volitio sit, non erit electio.Hoc autem intellige de deliberatione formali, vel virtuali, quæ vltima in Deo est,& propterea in eo est electio proprie dicta,sed forte secundum primęuam impositionem huius nominis non esset in eo electio proprie,quoniam videtur hoc nomen primario impositum ad designandum actū ortum ex formali deliberatione, & hoc videtur intendisse Damascenus;iam vero extensum est hoc nomen, vt designet etiam actū ortum ex deliberatione implicita,& virtuali,qualis est in Deo,vnde in Deo est proprie electio. Vt recte Durand.1.distinct.41. quæstio.1. Clictouæus super Damascenum supra. Porro licet duplex ordo ad rationem sit de essentia electionis; tamen iste duplex ordo in volūtate est,vnde non fit,vt aliquid existens in intellectu sit de essentia electionis, & multo minus admittendum est, quod dicit Aureolus apud Capreolum supra artic. 2. electionem omni ex parte esse in intellectu, quoniam electione confertur medium cum medio, & vnum alteri præfertur, & in finem ordinatur: conferre autem præferre, & ordinare ad intellectum pertinent. Renamq.electione non conferri vnum alteri, sed appeti vnum omisso alio, & si hoc est præferre vnum alteri,non est negādum, munę preferēdi volūtati cōuenire.Ordinare etiā volūtati tribui potest secūdū Scotū superiori sectione citatum, ibidem autem retulimus D.Tho.varijs locis affirmantem,volūtatem non ordinare,sed ordinari,& sequi or-

dinationem actiuam elicitam ab intellectu, quando appetit medium propter finē, seu in ordine ad finem. Quando vero Bern. lib.de præcepto, & dispensatione post medium ait,veritatem debere esse in electione, non sentit,electionem debere esse veram,ac proinde pertinere ad intellectum,sed debere sequi verum iudicium prudentiæ,alioqui recta non erit, quo sensu prudentia electionem facit,vt docet Arist.6.ethicor.c.12.vt explicat Medina.q.13.a.3.circa ad primum & optime Conradus ibidem. Aduertendum autem est cum Azor.illo c.25. de electione.q. 1.& 9.electionem trifariam sumi. 1.vt est actus,quo absolute inter pluravnum medium alio neglecto appetimus,& sic est in Deo. 2. vt est actus,quo præuia consultatione rei ignotæ,vnum medium præ alio appetimus, & sic non est in Deo. Vnde Damascen.2.fidei ca.22.in Deo voluntatem esse dicimus,non aūt electionē.3.pro appetitione vnius finis præ alio,siue vterq. sit honestus, siue vterq. iucundus,siue vnus honestus,alter iucundus, ista acceptio minus propria est, electio enim proprie tantum est de ijs,de quibus est consultatio, consultatio autem non est de fine,sed de medijs.3.ethic.c.3.ergo & electio, & ita tenet Azor.supra q. 2.sed de hoc plura dicam.q.3. omnibus autem dictis modis electio in nobis,& in Angelis esse potest.

21. Q.2. Decisio. Secunda quæstio. Vtrum electio conueniat brutis. R.electionem nō conuenire brutis,ita docet D.Thom.& sequaces q.13.a.2. ex Arist.3.ethic.cap.2.& lib.2.Ethic.ad Eudem. post medium. Quibus locis idem de pueris docet Aristot.& Nemesius lib.de natura hominis c.33.seu Nyssen.5.philosophię c.4.quem citat,& sequitur D.Tho.dicto.art. 2.in 2.arg.sed cōtra,& ratio prima est,quia electio est appetitus præconsiliati, vt vidimus:in brutis autem & pueris consiliū non est,videlicet nec formale, nec virtuale, quia in eis non est discursus formalis, nec virtualis,vt tractatu.1.& 3.docuimus.Secunda vero, quia electio est libera acceptatio vnius præ alio:bruta autem, & pueri nullam habent libertatem,sed sunt agentia determinata ad vnum positis his, aut illis circunstantijs, vt locis citatis contra aliquos ostendimus:ergo,&c.Hac ratione in brutis vtuntur D.Tho.Medina, Conradus,Vazq.& Caiet. q.13.a.2.Angelus in moral.c.1.§.2. eaq. sumitur ex Aristo.3.ethic.ca.2.3.& 5.& lib.2. ethic.ad Eudem.dicente,electionem esse eorum,quæ sunt in nostra potestate, idest quæ possumus facere,& non facere. Qui vero tribuūt brutis,aut pueris libertatem aliquam, priori tantum ratione excludunt ab illis electionem,& idem dicunt de furiosis, & somniantibus,& de subito, repente, ac sine deliberatione agentibus. Nos tamen his omnibus vtraq. ratione electionem negamus, & de operantibus repentinis Arist. expresse.3.ethic.ca.2.& 3.& li.2.Ethic.ad Eudem. post medium.

Ponuntur quædam obiectiones.

Sed obijcies. 1. brutis quibusdam inesse prudentiam.1.met.c.1.prudentiæ autem comitem esse consultationem, & electionem, 6.ethic.c.12.ac proinde brutis inesse electionem. Conf.quia quædam sunt capacia disciplinæ,& nonnulla addiscunt:ergo habent cōsilium, & electionem; siquidem hæc comitantur disciplinam. Secundo quia appetitus sensitiuus est eiusdē rationis in nobis & brutis,sed in nobis eligit:ergo,& in brutis. Tertio alioqui duabus æqualibus hordei mensuris eodem modo propositis, brutum maneret suspensum,quia non esset maior ratio, quare ad vnam quam ad alterā accederet, & similiter positis in æquali distantia,cibo, & potu, & cum æquali apprehensione,non moueretur ad cibū,nec ad potum, quia non est maior ratio de vno,quam de altero. 1. 2. 3.

22. *Soluūtur prædictæ obiectiones.* Ad primam obiectionem respondetur,in nullo bruto esse veram prudentiam, sed metaphoricam, seu quandam prudentiæ vmbram,similitudinem,aut imaginem, quæ ad consilium,et electionem non sufficit,de quo late Anto.Perez certam.7. ex positiuo, vbi c.6.n.60.docet ideo in brutis non esse intentionem,aut electionem proprie,quia intentio est voluntas assequendi finem per media proportionata, electio vero selectio rationabilis q.discretio,et prælatio inter ea,quę ad conceptum finem conducunt, bruta autem non cognoscunt proportionem mediorum cum fine,imo nec finem,vt finem,sed vt bonum seu conuenientem. Nec obest,inquit,q bruta vere appetant media, vt canis vinculorum sciſurā ad capiendā prædā, & auis cōstructionē nidi ad procreādā prolē. Nō.n.appetūt hęc vt duo obiecta habētia inter se ordinē finis,& medij,sed vt obiectūvnicū,quod est carnis rapina,sicut nos finē,& eius adeptionē,rē vtēdā, & eius vsum nō appetimus, vt duo obiecta,sed vt vnum & idem:appetitio autem vnius obiecti electio esse nequit, quia hæc est volitio vnius propter aliud;nec intentio,quia intentio est volitio finis,vt consequendi per media. Sed contra, quia nos quando eodem actu appetimus medium & finem,dicimur intendere finē,& eligere medium,licet velimus ea per modum vnius, & vnum per aliud,seu propter aliud:sed in illis casibus eodē modo se habet brutum: ergo intēdit finē,& eligit mediū. Recurrēdū ergo ad rōnes,quibus in hac quæstione probātū est nō eligere,& sect.præced.nō intēdere

Ad.

Ad. conf. R. eam disciplinam imperfectam improprie & metaphorice dictam, quia nō habet adiunctam deliberationem formalē, nec virtualem, ad electionem non sufficere.

Ad secūdā obiectionē, quidquid sit de maiori propositione, negatur minor, quia noster appetitus sensitiuus antecedēter ad actū volūtatis nō agit libere, vt tract. 1. & 3. diximus cōtra Caiet. & fusius dicemus in materia de peccatis, cōsequēter vero ad actū, vel permissionē volūtatis, licet efficiat actū, qui est liber volūtati, nō tn qui est liber sibi, quoniā ipse non potest, omnibus eodē modo se habētibus, etiā ex parte volūtatis, operari, & nō operari, seu operari hoc, l. illud. Vnde D. Th. q. 12. a. 2. etiā appetitui nostro sensitiuo negat electionē, quia est determinatus ad vnū. Et licet cōcederemus ei libertatē, nō tn esset ei cōcedēda electio, quia non agit per se, & immediate ex deliberatione formali aut virtuali, sed vt subest volūtati. Deinde licet ei tribueretur electio aliqua propter aliquā libertatē ortā ex cōiūctione ad rōnem: tn brutis negāda esset omnis libertas, ac proinde & electio, vt ait Medi. q. 13. a. 2. docens etiam, illam opinionem Caietani falsam, & improbabilem esse.

Ad. 3. obiectionē, quātū attinet ad casum decibo & potu, quidā dicūt, brutū in eo casu nō esse mouēdum, vt refert, nec reprobat Arist. 2. cæli. c. 13. ex quibusdā qui eādē causam assignabāt quietis terræ: nā in mūdi medio cōstituta, nō est cur magis ad hāc quam ad illā partē moueatur. Sed hęc sentētia, quātū attinet ad quietē terræ, falsa est, tum quia terra ex parte aliqua magis appropinquat cælo, tū quia ratio quietis terræ est, ipsius loco nāle esse mūdi mediū, vt & ignis cōcauū lunæ, tū quia inclinatio terræ tm est ad defcēsum, si aūt a medio moueretur, ascēderet. Quod vero attinet ad motū bruti D. T. 2. cęli lect. 25. putat quod in tali casu potius moueretur ad potū, quā ad cibū, quia naturaliter magis affligit sitis, quā fames, idē Simplicius, sed quid si fames esset maior, & ideo ęqualiter cū siti affligeret? Quid etiā in duobus pabulis eiusdē rōnis qualitatis, & quātitatis, ac distātiæ, &c? Dicunt aliqui quod in eo casu brutū moueretur ad alterū, nō ex electione, aut libertate propria, sed ex determinatione causæ superioris nempe cęli, aut Dei. Similiter dicūt, ignē positum in medio mūdi, ascēsurū potius per hanc quā per illā partē ex determinatione causæ superioris, & de filo vndiq. vniformi, quod diuideturpotius ex vna parte quā ex alia, & de vitro vniformi perfecte plano, & posito super planū, quod frangeretur potius ex vna parte, quā ex alia, lapide plano super ipsum decidēte. Sed isti gratis & volūtarie loquūtur, & si credimus Medinæ supra, errāt toto cælo, nā effectus particulares in causas particulares referēdi sunt, neq. esse vlla cōstellatio cæli pōt, quæ efficiat, vt hic potius quam ille effectus fiat, quādo eadē est ratio, & materiæ dispositio ad illū, maxime cū alię influētiæ cęli (quę minus pugnare cum natura vidētur) fictitiæ sint, vt superiori tractatu ostēdimus, & in exēplis positis, l. nō fieret ascēsio, scisio, & fractio, l. causæ particulares reddi possent, vt ꝙ cæteris paribus res diuidatur potius per medū, quā per aliū locum, &c. Sed in casu bruti qui metaphysicus, aut logicus est, physice autē cōtingere nō pōt. R. quod brutū durāte eadē apprehensione, & rerū dispositione nō moueretur, sed maneret suspēsum, donec aliqua mutatio fieret, quæ ad determinādū appetitū bruti ad hūc motū potius, quā ad illū posset cōducere, cito tn ea mutatio fieret, & interim æqualiter appeteret vtrumq. pabulū, & æqualiter ad vtrumq. moueretur per eādē viā, tm. n. requiritur mutatio dispositionis rerū ad arripiēdā viā potius ad vnū pabulū, quā ad aliud, & similiter si ignis vniformis, & spheric' esset in cētro, nō moueret potius ad hāc cęli partē quā ad aliā, & magnete trahēte, & grauitate ferri æqualiter resistēte, nō moueretur ferrū, sed in medio aëre cōsisteret, idē forte cōtingeret in corpore qui esset in medio cētri, & cōcaui lunę, in quo esset æqualis grauitas, & leuitas, & ꝙ ad brutū pertinet, a se expertū dicit Burid. & simile quid expertū a se in amēte quodā ait Medina, qui & Valētia hāc solutionē probāt, & satis cōsonat D. T. qui a. 6. ad. 3. etiam volūtatē nostrā quæ libera est, ait nō flecti, scilicet, cōmuniter, in vnā partē potius quā in aliā, niti ex inæquali bonitate, aut malitia apprehēsa in obiecto. Cęterū Medina, & Valētia adducūt aliā solutionem, quā magis ꝓbat Valētia, vt brutum quādo omnia essent paria determinaretur instinctu naturæ, sed certe instinctus in apprehensione causata a Deo consistit, vnde hoc est ad Deum recurrere, licet non sine causa particulari a se adhibita, determinantem brutum: hoc autem voluntarie quoque assertum alicui videbitur, & perperam aliqui ponunt, cōmuniter brutum ex instinctu determinari ad hæc, aut illa hordei, vel auenæ grana, potius quā ad alia, talis enim determinatio prouenit ex inæqualitate rei apprehensæ, vel apprehensionis, vel alicuius dispositionis sine peculiari instinctu contingentis. De hoc casu bruti aliqua diximus tractatu primo, de alijs vero exemplis physicis Sotus. 4. phy. q. 2. & 3.

Q. 3. Vtrum electio sit tantum medij, an etiam finis. Arist. 3. ethi. capit. 2. & 3. & 2. ethi. 23. Q. 3.

ethi.ad Eudem.post medium,& Nemes.lib. de natura hominum capit. 33. & Nyssen. 5. philos.capit.4.D.Thom.quæstio.13.artic. 3. Azor.lib.1.capit.20.quæstio.2.& alij omnes docent electionem esse tantum medij,quia electio est appetitus præconsiliati, vt ostenditur. 3.ethi.capit.3.consilium autem,& consultatio non est de fine, vt ibidem ostenditur: ergo.Sed Valentia distinct.2.quæstio.8.puncto.2. putat, assertionem hanc non tam in ratione fundari,quam in communi vsu,& acceptione huius vocis electio,non enim quid quid ab intellectu concluditur appetendum, & a voluntate appetitur, dicitur in materia morali,eligi,sed quod appetendum concluditur,quia magis conducit ad finem,ac proinde tanquam medium, recte enim Aristoteles.3.ethic.2.ait,voluntas,finis magis est,electio vero eorum,quę ad finem spectant,vt sani esse volumus, eligimus vero ea,quibus sani esse valeamus, fælices quoque esse volumus,atq. ita dicimus: dicere vero, eligimus fælices esse, minime conuenit. Eodē modo loquitur.2.ethi.ad Eudem.Addit autem Valentia.Quod si quis velit contendere, omne illud in electionem cadere,quod per intellectum potest quacumque ratione cæteris anteponi, contentio erit solum de nomine, est autem nominibus vtendum prout communiter vsurpari consueuerunt.

24. *Decisio auctoris. 1. Concl.* Ego autem dico primo de fine, vt finis est,seu de fine secundum se,& præcisse spectato non esse electionem, electio enim est vnius ex pluribus inter se collatis vsurpatio cum alterius omissione aliqualiter incompatibilis, vt nomen ipsum sonat, quare nec quando vnicum tantum medium se offert, aut cum alijs non confertur, eius volitio est electio proprie: multo ergo minus finis secundum se consideratus dicitur eligi.Vnde male Medina illo artic. 3. ait beatitudinem in particulari,vt in ea continetur beatitudo in communi,posse eligi,quia,inquit,beatitudo particularis medium est ad beatitudinem in communi. Hoc enim falsum est,cum medium & finis debeant realiter distingui, & ideo inferior ratio ad superiorem non possit,vt medium ad finem comparari, & propterea nec medij vnici,& singularis,aut secundum se spectati,nec cum alijs collati,electio sit,vt diximus.

2. Concl. Dico.2.cum Medi.q.13.a.3.de fine collato alteri fini electio aliquo modo esse potest,vt siquis præferat voluntate,(nam prælatio intellectus ad hoc nihil refert) sanitatē corporis,integritati, pulchritudini, viribus, scientiæ,virtuti,obsequio,& gloriæ Dei, &c. Quia hæc simul habere non potest,saltem æque bene,sane in communi vsu dicitur,vnū præ altero eligere,& sic de vltimo fine,præsertim in particulari,est electio: item si velit videre Deum, & beatitudinem naturalem, aut supernaturalem alterius vitæ habere,potius quam in præsenti vita voluptates honores scientias,&c.Similiter si velit Deo obedire,potius quam dęmonibus, vel mundo, aut carni,&c.Dicitur Deum eligere,vt patet ex Deut.26. Tu dominum elegisti hodie,& ex innumeris alijs scripturę,& sanctorum testimonijs, & Deus dicitur eligere aliquem, cum ei vult dare finem,videlicet gloriā, aut quid simile,potius quam alteri.Cōf.quia de fine collato cum altero fine aliqualiter incompatibili potest esse consilium,electio autem,& consilium circa idem versantur,vt docent Aristot. & alijs loci citatis: ergo de tali fine potest esse electio,neque mirum,siquidem,vt potest obstare, vel non obstare alteri fini,quodammodo habet rationem medij non adiuuantis,sed impedientis:de fine autem,vt medium est, electio secundum D.T. illo a.3.& secūdum omnes esse potest, in eo autem euentu idem actus erit intentio & electio,intentio quidem, vt respicit finem secundum se,electio, vt respicit finem collatū cum alio fine,ad quem se habet,vt medium non conducens,sed obstans, non adiuuans, sed impediens, sicut diximus sectione precedenti, quando eodem actu appetitur, medium & finis (quod esse possibile, prēter citatos ibi tenet Fonse.9.met.cap.2.q.5. sect.5.§.hinc patet)eūdē actū esse intētionē & electionē.Et similiter Angelus in moral. c.8.§.finis non ex entis,docet,quando fines sunt subordinati,volitionē finis & medij esse simul intentionem & electionem.Exquibus patet,electionē per se, & formaliter esse de medio, per accidens autem & materialiter esse posse de fine,vt ait D.Tho.supra, & alij communiter.Sed obijcit Vazqu.q.13.art.3. quia electio est appetitus præconsiliati: prudētia autē nō consultat,vtrum sit bonum videre Deū,an nō: ergo de visione Dei nō est electio:eodē modo probat, de fine virtutes moralis abstracte cōcepto nō esse electionē quia de illo nō est cōsultatio,licet sit electio de fine virtutis moralis contracto ad certas cōditiones in sua propria materia,quia de illo,vt sic,est cōsultatio,vt an sit sumēduscibus inhac quātitate,&c.R.tū licet nulla sit cōsultatio,an omnibus pensatis melius sit videre Deum,eoq. frui,quam carere visione,& fruitione Dei: tamen est consultatio, an melius sit intendere efficaciter visionem,& fruitionem Dei, quæ solum cognoscuntur obscure, quā frui bonis presentis vitæ,quæ illis aduersantur, & cognoscuntur clare, & ea ratione potest esse electio de visione Dei,& a fortiori

de

de fine cuiusc umque virtutis abstracte concepto, maxime quod licet communiter electio ex consultatione rei dubiæ oriri soleat, non tamen hoc est de eius essentia, sed tantum oriri ex iudicio, & collatione quadam rerum diuersarum incompatibilium, quarũ vna libere sumitur, alia relinquitur. Bene autem docet Vazq. ibi. & disput. 41. capit. 1. cum Aristot. 6. ethi. capit. 12. & D. Thom. 2. 2. quæstio. 47. art. 6. electionem esse posse de fine contracto ad conditiones particulares in sua materia, quia de hoc potest esse consultatio. Idemq. docuit Scotus. 3. distinct. 36. quæst. vnica. §. licet istud videatur; neq. puto hanc electionis acceptionem impropriam esse.

25. Q. 4. Decisio. Quæritur. 4. an electio sit tantum eorum quæ per nos aguntur. R. affirmatiue cum Aristot. 3. ethi. capit. 2. & 3. & libr. 6. capit. 2. & 2. ethic. de Eudem. post medium, Nyssen. & Nemes. supra citatis, & D. Thom. atque alijs quæst. 13. artic. 4. & hanc esse huius vocis significationem, ex vsu ipso patet, quæ enim per alios agenda sunt, velle, & desiderare dicimus, non vero eligere, & ita tenet Valentia disput. 2. quæstio. 8. puncto. 2. addit tamen. Quanquam si electionis nomen volumus latius vsurpare, vt nimirum eligi dicatur omne illud quod ratio concludit esse alijs quomodocumque anteponendum, sic etiam actiones per alios exercendę, possunt cadere in electionem: imo etiam res aliqua absolute considerata, abstrahendo ab actione, cæterum non opus est additione hac, talis enim vocis vsurpatio valde impropria esset. Sed obijcies contra, nam etiam eligimus res, quas non facimus, vt hunc cibum præ alio, vitam præ morte, Episcopum, amicum &c. R. cum Vazq. illo artic. 4. & cum Azor. lib. 1. ca. 25. de electione quæst. 4. & cum alijs, nunquam eligi rem, nisi vt ab eligẽte effigiẽda, vel cõseruãda, aut aliqua alia actione. quasi actione attingenda est. Sic qui eligit Episcopũ, vult eum nominare, aut præsentare, autius illi cõferre, & qui eligit amicũ, vult ei benefacere, aut beneuolẽtiã eius cõparare, aut signa illi exhibere beneuolẽtiæ, & qui eligit pecunias, vult per se vel per alios illas comparare, & suas facere, &c. ita D. Thom. supra ad. 3. & cum eo reliqui. Et similiter intentio solum est de ijs, quæ a nobis effici, vel cõseruari, comparari, aut procurari possunt, vel nobis, vel alijs, voluntas autem simplex vt docet Aristot. 3. ethi. cap. 2. & desiderium etiam est respectu eorum, quæ ab alijs fieri, vel procurari possũt, quamuis si desiderium esset efficax, efficiet homo, si posit, vt effectus actione ipsius desiderantis, vel alterius sequatur.

26. Q. 5. Quæritur. 5. vtrum electio sit tantum possibilium. R. affirmatiue cum D. Thom. quæstio. 13. artic. 5. & de malo. quæstio. 16. artic. 3. ad. 9. Capre. 2. distinct. 41. artic. 3. Aristot. Nyssen. Nemesio supra, Damas. 2. fidei. capit. 22. Dur. 2. distinct. 5. quæstio. 1. num. 13. & distinctio. 2. quæstio. 1. Azor. lib. 1. cap. 20. quæstio. 13. & cap. 25. de electione. quæstio. 3. Fonse. 9. met. cap. 2. quæstio. 5. sect. 5. & fundatur in communi vsu nominum. Intelligitur autem, vt electio non sit rei, quę omnino & certo iudicatur impossibilis, nam de hac non potest esse electio, secus de re impossibili iudicata possibili, vel de re quæ iudicatur quidem impossibilis, sed cum dubitatione, & formidine, ita vt etiam iudicet intellectus, fortasis esse possibilem, vt siquis dubitet. an possit ambulare, potest eligere ambulationem, licet simpliciter iudicet, se ambulare non posse. Simile est de intentione, nemo enim potest intendere finem, quem omnino, & certo iudicat impossibilem, sed si iudicat forte esse possibilem, potest ipsum intendere, & media eligere quibus forte finem obtineat. Imo Valentia disput. 2. quæstio. 8. puncto. 2. arbitratur, posse eligi id quod nunquã actu explicito, & formali iudicatum est possibile, sed bonum tantum, & Angelus. ca. 2. moralium docuit voluntatem versari posse circa obiectũ aliquod abstractũ a possibili & impossibili. Sed obijcit Vaz. disp. 42. c. 2. in fine, quia nihil potest cõcipi, nisi vt possibile, vel impossibile. Facile tamen respõdetur sæpe dubitari de re, an sit possibilis, vel impossibilis, & tunc, experientia teste, hominẽ id appetere, & ad id efficiendum conari, vt paulo ante dicebamus, sed de hoc dicemus plura. q. seq. concl. 2.

Electio ergo debet esse de actionibus nostris nõ impossibilibus: primũ determinauit D. T. a. 4. & secũdũa. 5. quia cõtingere põt, vt actio apprehensa, vt nostra sit impossibilis, & ideo quanuis electio tantum versari dicatur circa actiones nostras, dubium erat, an oporteat esse eas possibiles, vt cadant sub electione, quare superfluo aliqui interrogant, cur postquam D. Thom. & alij docuerunt, electionem esse de actionibus nostris, interrogent, aut doceant, electionem nõ posse esse rerum impossibilium, cum tamen Aristo. Nyssen. & Nemesius prius docuerint electionem esse rerũ possibiliũ, postea vero circa actiones eligentis versari. Distinctæ enim sunt quæstiones, & neutra ab alia pendet, & ideo æque bene quælibet potuit prius quã alia tractari. Sed quæstio hæc quinta ex sequenti melius intelligetur.

27. Q. 6. 1. opinio. Quæritur. 6. vtrum saltem voluntas possit esse rei impossibilis? Prima opinio Ca-

ietan. 1. part. quæstio. 63. artic. 3. asserentis, duplex esse impossibile, alterum simpliciter, & per se quod implicat contradictionem, etiam nulla facta suppositione, vt creaturam esse æqualem Deo, alterum per accidens & ex suppositione, vt hominem non peccasse, qui iam peccauit. De impossibili simpliciter, & per se si apprehendatur, vt tale, siue vere, siue falsè, ait non posse esse voluntatem secundum se, hoc est ratione sui, bene tamen posse esse voluntatem illius per accidens, hoc est ratione alicuius boni per accidens coniuncti, quo pacto damnati appetunt Deum non esse, licet cognoscant, id esse impossibile, non autem appetunt illud secundum se, sed ratione alicuius boni proprij coniuncti cum non esse Dei, quod bonum est carentia miseriæ propriæ ipsorum. Potest tamen esse voluntas rei impossibilis per accidens, secundum se, & ratione ipsius. Fundamentum huius sententiæ est primum, quia obiectum voluntatis est bonum cognitum: bonum autem alicuius nec esse, nec intelligi potest, nisi possit ei competere, cum ergo æqualitas cum Deo non possit creaturæ inesse, non erit secundum se bonum illius, & sic non poterit ab illa appeti secundum se, sed ratione alicuius boni adiuncti. Impossibile autem per accidens, licet hic, & nunc intelligi non possit, vt competens rei, tamen cum ex se, & simpliciter possit ei competere, poterit ab illa appeti, vnde gentilles qui existimant, resurrectionem esse impossibilem, appetere sibi, & alijs eam possunt. Secundum fundamentum est, quia omnis amor, vel est concupiscentiæ, vel amicitię, si concupiscentiæ respicit rem, quam volumus nobis, vel alijs habere, ac proinde possibilem, si vero amicitiæ respicit rem, cui debet bonum inesse: ergo rem possibilem: ergo nullus amor potest versari circa impossibile. Sententiam Caietani per omnia sequitur Conrad. hic quæstio. 3. artic. 3. Eiusdem sententiæ videtur Ferrar. 3. contra gent. capit. 109. §. pro horum solutione, quanuis Vazq. disput. 42. capit. 2. sequentem opinionem ei tribuat. Probat autem Ferrar. impossibile per se appeti non posse, quia non potest apprehendi, vt conueniens, & perfectiuum subiecti, aut suppositi. Secus impossibile per accidens, vnde etiam pleno consensu, & deliberatione potest quis desiderare sanitatem, quam hic, & nunc iudicat sibi impossibilem, simpliciter autem, & absolute possibilem, proportionatam, & conuenientem humanæ naturæ.

Secunda opinio est Caietani hic quæstio. 13. artic. 5. vbi priorem videtur retractari, aut moderari, dicens, actu imperfecto, scilicet voluntate simplici, etiam plene deliberata, nimirum deliberatione sufficienti ad peccatum mortale, posse appeti impossibile per se, vt excludere Deum a regno suo, si hoc esset possibile; voluntate autem perfecta conditionata simplici voluntati, appeti non posse impossibile per se, aut per accidens, & ita interpretatur D. Thom. eodem a. ad. 1. asserentem, voluntate perfecta, & completa non posse appeti impossibile, secus imperfecta, & incompleta. 28. 2. opinio.

Tertia opinio huic affinis est Medinæ eodem a. asserentis 1. ex ignorantia posse appeti impossibile 2. impossibile per accidens etiam si sit cognitum, appeti posse actu conditionato. 3. idem ait, de impossibili per se. 4. ait, voluntate perfecta, & efficaci, cuiusmodi est electio, non posse appeti impossibile, siue per se, siue per accidens. 5. volitiones conditionatas imperfectas, & inefficaces rerum impossibilium, licet non sint electiones, esse tamen operationes morales, & liberas capaces meriti, & demeriti, laudis, & vituperij. Non autem explicat Medina, an istæ actiones ad simplicem voluntatem pertineant, vt Caiet. eodem artic. Medinæ sententia fere est Capreoli. 2. distinct. 4. quæstio. vnic. artic. 3. ad arg. contra secundam conclusionem Soti. 4. distinctio. 17. quęstio. 2. artic. 1. ad. 2. & distinctio. 14. quæstio. 2. ar. 1. ad finem, & videtur D. Thom. quæstio. 13. artic. 5. ad. 1. & de malo. quæstio. 16. artic. 3. ad. 9. iuxta quam opinionē facile isti explicant Aristo. Nysse. & Damas. dicentes, voluntatē esse impossibilium, non vero electionem. 3. opinio.

4. Opinio est Scoti. 2. distinct. 6. qu. 1. non solum voluntatem, sed etiam electionem, simplicem tamen, inefficacem, & conditionatam posse esse impossibilium, tam per accidens, quam per se, non solum ratione boni adiuncti rei impossibili, sed etiam ratione bonitatis, quæ apprehenditur intrinsece in re, quæ iudicatur impossibilis, & ita Angelum potuisse appetere æqualitatem Dei propter se ipsam: absolutam autem, & efficacem voluntatem, aut electionem ait, esse non posse rei impossibilis, nisi iudicando esse possibilem. Illam voluntatem inefficacem, simplicem, & conditionatam appellat voluntatem complacentiæ. Ad Arist. autem 3. ethi. c. 2. & alijs locis asserentem, electionem non esse impossibilium. Respondet primo, q electio equiuoce accipitur, vno modo pro actu simplici volūtatis cōsequēte plenā apprehēsionē intellectus, quomodo dicitur ignorantia. 29. 4. opinio.

ignorantia. Alio modo pro actu voluntatis cõsequente conclusionem Syllogismi practici, quæ electio non est, nisi volitio efficax obiecti quę est ad inquirendum medium, per quod possit obiectum attingi. Primo modo electio, est impossibilium sicut dicit Philos. 3. Ethic. quod voluntas est impossibilium, non tamen voluntas errans, sed voluntas prępsupposita plena apprehensione intellectus. 2. modo electio non est impossibilium, quia nullus de impossibilibus Syllogizat pratice. Syllogismus enim practicus ex fine concludit, id quod est ad finẽ, vt per illud quod est ad finem, deueniatur ad finem, & talis discursus nunquam habetur de impossibili. Respondet secundo, & planius, quod electio vno modo præcisse dicit volitionem consequentem plenam apprehensionẽ: alio modo volitionem efficacem sequentem Syllogismum practicum. 1. modo potest esse cuiuscunque, cui præsupponitur perfecta notitia obiecti. 2. modo non potest esse alicuius, nisi ad cuius esse operatur voluntas quantum potest, quia nihil vult efficaciter, nisi ad quod disponit media, per quæ potest deduci. Et talis volitio efficax nunquam est alicuius impossibilis: nullus enim consiliatur de impossibilibus, nec præcipit intellectui pratico, vt inquirat media ad illud, & hoc modo debet intelligi verbum philosophi, electio non est impossibilium. Hoc etiam modo Angeli non peccauerunt ex electione, hoc est ex volitione efficaci, per quam vellent niti ad consequendum propositum impugnando, & surripiendo sibi eminenciam Dei: potuerunt tamẽ ex electione, hoc est ex non surreptione, sed ex perfecta volitione illius æqualitatis. Hæc Scotus quem sequuntur. Gab. 2. d. 6. q. vni. ar. 3. dub. 2. Maior eadem d. q. vni. Melchior Flauius. q. 1. Molina. 1. p. q. 63. art. 2. & art. 3. membro 3. Herrera. 2. sent. disp. 17. q. 4.

30. 1. Concl. Dico primo, illam distinctionem de impossibili per se, & per accidens positam à Caietano, & Ferrarie. nullius momenti esse ad explicandam quæstionem præsentem, vt parebit ex sequentibus, vnde nec Aristo. nec Nyssen. Nemesius, Damasce. D. Thomas Bon. aut alij Theologi, vel Philosophi ea distinctione in hac controuersia vsi sunt, licet eam probandam existiment aliqui recentiores. Sed nobis cũ sentit Azor. lib. 1. c. 20. q. 3. & c. 25. de elect. q. 3. cum quo etiam.

2. Concl. Dico secundo absoluta voluntate simplici conditionata desiderio, (quę sola dicitur proprijsime, & in summo rigore simplex voluntas, simplexq; cõplacentia, seu simplex amor) potest appeti, id quod euidenter impossibile iudicatur, siue sit impossibile per se, siue per accidens, dummodo id habere, bonum, & conueniens iudicetur, sicut mihi esset bonum non peccasse, & esse Angelum, vel Deum, quamuis. 1. sit impossibile per accidens. 2. vero per se, quod autem mihi esset bonum, probatur, quia si essem Angelus, vel Deus proculdubio essem melior, & si non peccassem, caruissem magna imperfectione, & defectu. Hanc conclusionem videtur negare Fonseca. Infra, quia simpliciter negat impossibile omnino, posse appeti actu absoluto. Sed exponi potest de efficaci. Probatur conclusio, quia voluntas potest ferri in omne, quod iudicatur bonum, sed impossibile iudicatum impossibile, potest iudicari bonum: ergo in id ferri potest voluntas. Primus autem actus est simplex amor, & cõplacentia: ergo saltem hunc habere potest, & sane quisq; in se talem actum experitur.

Confir. quia circa vtrumq; impossibile voluntas potest habere actum conditionatum, vt statim dicemus, actus autem conditionatus supponit simplicem voluntatem, quę nunquam est actus conditionatus, sed semper absolutus, vt sectione secunda dicebamus. Vnde improprie, vel satis late loquuntur Scotus, Caietanus, & alij, qui actum conditionatum, simplicem voluntatem appellant, vt in secunda, & quarta, opinione retulimus. Falso etiam dicunt aliqui, simplicem volũtatem ex sola apprehensione sine iudicio bonitatis dari posse; oppositum enim late docuimus tractu primo: potest tamen dari sine iudicio possibilitatis, vel impossibilitatis, quo sensu verum est quod ait, Angestus in Moralib. cap. 2. §. 2. notab. 1. conc. 4. probabile esse, voluntatem posse velle impossibile ostensum, non tanquam possibile, nec tanquam impossibile: exempli gratia, ex solis apprehẽsionibus simplicibus sui, & ęqualitatis Dei potest voluntas velle æqualitatem Dei, quod in Lucifero fuisse asserunt. Ita sentit Gregor. 1. d. 1. q. 3. Maior. q. 1. prologi. & q. præced. retulimus, & defendimus sententiã Angesti, cui consonat Valent. disp. 2. q. 8. punct. 2. asserentes bonũ, licet nõ iudicetur possibile eligi posse, quod vero dixerat Angestus, voluntatem posse esse non solum de impossibili, quod ex vna parte apparet possibile, ex alia vero impossibile, sed etiã de impossibili, quod nulla ratione apparet possibile, verum est, si intelligatur de voluntate simplici, vel de voluntate conditionata, de qua dicemus statim, modo solum aduerto cum Azor, conclusionẽ esse contra Capreol. Ferra. & Sotũ supra, qui docẽt impossibile nõ posse appeti voluntate absoluta, sed conditionata tantum. Aduerto etiam opinionem esse Adriani. q. 1. de pœnitentia. §. sed dubium videtur, non solum de impossibi per accidens, sed etiam de impossibi perse, posse esse absolutã voluntatem simplicem, seu complacentiæ, ac proinde deceptum fuisse Alensem. 4. p. q. 54. memb.

memb.2.art.2.§.3.dicentem, de solo impossibili per accidens posse esse voluntatē absolutam.

31. 3. Concl. Dico tertio, cum eodem Azor supra, & Fōseca. 9. Met. cap. 2. q. 5. sect. 5. Voluntas actu conditionato desiderij potest appetere vtrūque impossibile propter bonitatem propriā. In hac conueniunt tres posteriores sententiæ, & partim prima: nam id fatetur de impossibili per se, de quo tamen concedit, actu conditionato appeti posse propter bonitatem extrinsecam, & accidentariam, vt damnati vellent Deum non esse, ne eos puniret, &c. Hanc cōclusionem docet etiam D. Thom. q. 13. art. 5. ad. 1. & de malo. q. 16. art. 3. ad. 9. & in primis contra Caiet. Ferrar. & alios qui quantum ad hoc differentiam constituūt inter impossibile per se, & per accidens, quia vnum potest iudicari bonum, rei cui appetitur aliud vero non, est efficax ratio, quia cū vtrūq; hic, & nūc sit impossibile huic subiecto non magis respicit existentiā, vel inexistentiam hic, & nunc vnumquam aliud: ergo non magis est bonum honestum vtile, vel delectabile vnū quā aliud: ergo si vnum potest appeti actu conditionato etiam aliud, & hinc quoque patet si impossibile per se potest appeti propter aliud, etiam posse appeti propter se, scilicet actu condicionato. Par enim ratio est de vtroq; modo appetendi illud si enim, impossibile per accidens potest appeti, vt vtile ad aliud, quia si esset possibile, conduceret ad illud: ergo etiam potest appeti vt honestum, vel delectabile, quia si esset possibile, honeste fieret, vel delectaret. Iam vero conclusio simpliciter probatur, quia de quocunq; quod appareat bonum, potest, voluntas habere actum conditionatum sub ea conditione, quod sit possibile: sed impossibile per se, & per accidens potest apparere bonum: ergo de illo sub conditione possibilis potest voluntas habere actum condicionatū, quod est ipsa experientia manifestissimum, licet repugnent non nulli iuniores, in vniuersum negantes in voluntate actus conditionatos, vt section. 2. referebamus, quorum fundamenta leuissima sunt, primum quod omnis actus voluntatis verbo indicatiuo significatur scilicet, volo, vt omnis actus intellectus verbo indicatiuo, intelligo, & omnis actus visus verbo indicatiuo video, sed omnis actus voluntatis verbo indicatiuo significatus, est absolutus ergo in vniuersum omnis actus voluntatis est absolutus. Secundū est, quia sicut se habet verū ad intellectum; ita bonum ad voluntatem; sed non sufficit verum sub conditione ad actum intellectus; ergo nec bonum sub cōditione ad actum voluntatis. Ad primum fundamentum negatur minor, nā volo dare tibi. 100. aureos, si dederis equum, actus conditionalis est, tamen verbo indicatiuo significatur, idemq; *in* omnibus alijs: sæpius tamen optatiuo modo actus conditionales exprimuntur, de qua re fusius postea differemus. Ad secundum respondetur bonum subconditione boni, non posse attingi à voluntate secus sub alijs conditionibus vt si est, possibile, sinō est prohibitum, &c. Possibile ergo fuit angelis appetere æqualitatem Dei actu conditionato, in quo actu, & similibus, quia vere sunt liberi, culpam, vel metum esse, posse recte docent Scotus, Gab. Maior. Medina supra, & Caietanus. q. 13. art. 5.

Quibus consentit Fonseca supra, dicens. In hoc sensu recte aiunt, qui dicunt, angelos apostatas potuisse appetere Dei æqualitatē, quasi dicentes, si possibile esset, vellemus nō subijci diuinæ potestati, in qua velleitate persistūt, licet postea Fōse. verisimile esse dicat lucifērū diuinam subsistentiam absoluto actu appetiuisse, atq; ea de causa in peccatū inuidiæ lapsum, adorare Christum futurum hominem renuisse. Addit etiam Fonseca, actus circa obiecta mala subcōditione, quod nō essent mala seu prohibita, nō esse peccat. mort. licet raro excusentur a culpa veniali: quia necessitate, & vtilitate carent: sed de hoc alias. Nunc solū dico, actu cōditionali appeti posse etiam per se impossibile.

Neque oppositum sentit D. Thom. de malo. q. 16. art. 3. ad 9. dicens, voluntas, quæ dicitur esse impossibilium, est quædam imperfecta voluntas, quę dicitur velleitas, qua scilicet aliquis vellet quod existimat impossibile, sed sub conditione si possibile esset talis autem, non est voluntas auersionis, & conuersionis, in qua peccatum, & meritum consistit. His enim verbis solum indicat D. Thom. ex affectu bonorum, quę impossibilia iudicantur, non solere homines aut Angelos grauiter Deū offendere, cum hæc peccata nullam afferant vtilitatem, ideoq; non esse verisimile, hoc fuisse peccatum angelorum, ac proinde, nec fuisse appetitum æqualitatis cum Deo, quia absolutus erat impossibilis, conditionatus vero ille erat prorsus inutilis, & sic intelligi debet quod. 1. p. q. 63. ar. 3. docuit, angelos non peccasse appetendo Dei æqualitatem. Vult etiam D. Tho. in similibus actibus modicum meritum esse, quia facillimi sunt, facile pauper dicit, darem magnas eleemosynas, si dives essem. in simplici autem voluntate illius æqualitatis nullum poterat esse peccatum; quia simplex complacētia est actus naturalis, & necessarius quoad specificationem, & exercitium, vt in superioribus diximus, & non est prohibita; quia non est efficax, neq; in nostra potestate. 32. 4. Concl.

Dico. 4. absoluta voluntas per modum desiderij de nulla re iudicata impossibili perse, vel per accidens, esse potest, *in* hoc conueniunt,

Capreol.

Capreol. Scotus, Adrianus supra, & omnes, & patet experientia ipsa, quę fundatur in natura appetitus vitalis nam velle absolute id efficere, quod est impossibile, est conari ad impossibile, nullas autem vires Deus dedit, quibus scienter ad impossibile conemur, quoniam frustra, & impertinenter datæ fuissent: solum ergo per accidens, & ex ignorãtia possumus ad impossibile conari, actuque absoluto efficaci, seu prosecutiuo ipsum attingere. Quando: ergo Alensis supra, ait impossibile per accidens, posse appeti actu absoluto, vt volo non peccasse, si loquatur de actu absoluto prosecutiuo, & eficaci, fallitur, si vero de simplici cõplacentia, verum dicit, iuxta. 2. conc. nostram, quam tenet etiam, Vaz disp. 42. cap. 3. & sequentibus similiter quando Herrera, supra dixit in. 2. prabatione. 2. concl. impossibile perse, posse appeti actu absoluto, & efficaci, quantum est ex parte ipsius volũtatis, licet conditionato, & in efficaci ex parte obiecti, si proprie loquamur, falsum est: secus si per actum absolutũ, & efficacem ex parte voluntatis, intelligamus eum, qui simpliciter, & absolute est in voluntate, licet non velit obiectum, nisi sub conditione: in quo sensu dixit Vaz. Sotum, & Capreolum sensisse de impossibi posse esse actum absolutum ex parte voluntatis, licet conditionatum ex parte obiecti & nota, nõ solũ posse esse peccatũ in actu conditionato prosecutiuo, & efficaci: sed etiam in actu absoluto simplicis cõplecẽtiæ. Ita Vaz. & Fõs. supra, & Azor illo. c. 20. q. 4. patet exemplo illius, qui sic appeteret non esse Dei, vel delectationẽ veneream sibi impossibilem: de hac re fusius dixi in materiade Angelis disputando, an Angelus peccauerit, vel peccare potuerit appetendo absolutam Dei æqualitatem.

33. 3. Conclu. Dico. 5. licet conditionata voluntas finis, & medij dari possit de euidenter impossibili, siue sit impossibile perse, siue per accidẽs; tamen nulla talis erit proprie electio, aut intentio. Ratio est, quia de ratione intentionis, & electionis est posse habere effectum, saltem fortasis, quantum est ex modo se habendi ipsius operantis, & hoc est, quod aliqui dicunt, hos actus esse efficaces, id est, fortasse, secundum opinionem operantis, effectum habituros: hoc autem contingere non potest, si operans euidenter aut certitudine excludente formidinem, iudicet, rem esse impossibilem, & certe de electione hæc est expressa sententia Aristotel. Nyssen. Nemes. Damascen. Fonse. D. Thom. & aliorum, quos retulimus sine vlla distinctione, vel moderatione negantium, electionem posse esse rei iudicatæ impossibilis, & distinctio Scoti, & sequacium de duplici electione, quarum altera possit esse de re impossibili, altera vero nõ, fictitia est, sola enim illa, quam ipse dicit esse non posse de re impossibili, vera electio est, nimirum, volitio absoluta, medij, aut si est cõditionata, quę nõ apponit conditionẽ possibilitatis, sed aliam, vel si ponit conditionem possibilitatis, non habet adiunctũ iudicium certum de impossibilitate, sed vel nullum, vel formidolosum, vt quæst. 5. dicebamus. Hic etiam obseruandum est, desiderium conditionatum de rebus præteritis, quia secundum opinionem, & modum se habendi operantis efficax esse non potest, eo quod ad præteritum non est potentia, neq; intentionem, neq; electionem esse posse, vt vellẽ non pecasse, vellem non ascendisse scalas ad furandum, &c.

Ex dictis patere potest, quod ait Bona. 2. d. 5 artic. 1. quæst. 2. Dei æqualitatem secundum rem, appetibilem non esse, quia sub ratione boni in intellectum cadere non potest, vel esse falsum, vel intelligi de voluntate absoluta, vel de voluntate conditionata efficaci fortasis habitura effectũ in opinione operantis, vel de voluntate vtili, & fructuosa. 34. Cnrol. 1.

Sequitur etiam ex dictis, non esse verum in opinione nostra, quod aiunt aliqui recentiores, vt videre licet apud Valẽ. 1. p. disp. 4. quæst. 14. punct. 2. & 1. 2. disp. 2. q. 8. punct. 2. Impossibile perse, non posse cadere in simplicem voluntatem, secus impossibile per accidens, & ex suppositione: iam enim ostendimus cum Azor, impossibile per se posse appeti simplici voluntate. Et multo minus, quod dicunt ijdem recentiores impugnatiã Fonseca. 9. Metaphy. cap. 2. q. 5. sect. 5. con. 1. nullum dari actum conditionatum in voluntate, proquo notant, nomine, velleitas, seu vellem, si possem, hoc aut illud efficere, &c. tres actus significari siue cõnotari, primus est rationis, & est iudicium, quo affirmamus quid essemus facturi, & expetituri in tali, vel tali casu: atq; hunc quidem actum tunc aliquis exercet, cum dicitur conditionaliter velle aliquid, & sane potest actus hic præcipue significari verbo illo, vellem: vnde Caiet. 1. 2. q. 62. ar. 5. §. ad. 2. non dubitanter scribit, per actum velleitas deliberare aliquem, sic electurum, & facturum, si sibi ita conueniret, &c. Quam deliberationem constat, esse rationis actum. Alter actus est voluntatis, non qui tunc temporis exerceatur ab illo eodem, qui dicitur conditionaliter velle aliquid impossibile, sed qui posset elici circa ipsum impossibile ab aliquo saltem, qui impossibile apprehẽderet falso, tanquam possibile, atque hic actus voluntatis secundum

ratio-

rationem suam est obiectum illius iudicij prioris, quo dicebamus affirmare eum, qui conditionaliter vult, quid ipse esset expeturus in tali, vel tali casu, si hæc aut illa conditio subesset, tunc enim is affirmat fore posita, tali conditione, vt ipse etiam velit absolute illud obiectum, quod nũc quidem actu non vult, eo quod videt esse impossibile. Tertius actus est quidam alius voluntatis actus absolutus, quem tunc quidem aliquis exercet, cum velle dicitur conditionaliter: & habet hic etiam actus pro obiecto alterum illum voluntatis actum, quem diximus esse obiectum illius prioris iudicij: approbat enim quis hoc tertio voluntatis actu absoluto volitionem illam possibilem, quam diximus exerceri posse circa impossibile obiectum ab aliquo saltem, qui obiectum impossibile faso conciperet vt possibile. Atq; ex hac parte, scilicet ratione huius tertij actus, contingit interdum comitti peccatũ mortale ab eo, qui vult aliquid conditionaliter, etiam si id sit impossibile, non enim est dumtaxat peccatum mortale, immediate velle obiectũ impossibile, quod apprehẽsum vt possibile habeat deformitem grauem, sed etiã actu approbare volitionẽ posibilẽ de eiusmodi obiecto grauem habente deformitatem, id quod fit per tertium illum actum dictum, vt contingit in illo exemplo Caietani, nempe cum quis conditionaliter vellet Deum è cælo, si posset, deturbare. Hæc & alia illi recentiores.

In quibus annotandum est, illa particula, vellem, significari quidem posse iudicium illud de actu voluntatis, qui esset posita tali conditione, id tamen solum contingit, quãdo aliquid subiungitur, quo extrahitur à modo optatiuo ad subiunctiuum, vt si quis dicat: ego vellem bonum Petro, illumque diligerem, si ille me amaret. Aliquando etiam illa vox significat actum quẽdam, reflexum voluntatis, vt cum dico, vtinam vellẽ bonũ Petro, qua oratione significatur affectus quidam ad amorẽ Petri, si vero nõ addatur particula, vtinam, vel alia similis, significat affectum circa materiam subiectam, vt vellem legere, significat affectum legendi, cætera autem verba similia, nisi aliquid illis addatur, quo ad optatiuum, vel subiunctiuum pertineãt, nihil significant secus aliquo addito. Si enim dico vtinam legerem significatur affectus legendi, si autẽ dico legerem, si sanus essem, significatur iudiciũ, vel propositum conditionale lectionis futuræ ex suppositione sanitatis. Itaq; dicimus hac particula, vellem simpliciter, & sine illo addito prolata, signi ficari affectum quendam voluntatis, qui i nterdum est cum iudicio contrario, vt si quis proponat, mortem subire pro Christo, si se occasio offerat, iudicans tamen propter sui animi debilitatem, & inconstantiam, oblata occasione mortẽ recusaturum. Notandum quoq; est, in illis verbis nunquam, vel raro significari actum absolutũ, qui habeat pro obiecto aliũ actũ absolutũ qui esse possit in iudicante, obiectũ illud modo iudicatum impossibile, esse possibile, nec enim cum quis dicitur conditionaliter aliquid velle, reflexionem facit intellectu, & voluntate in actum volũtatis, qui à se, vel ab alio aliter iudicãte, haberi posset, sed totum obiectum intellectus, & voluntatis est id, quod impossibile iudicatur. Deinde si tũc est aliquis actus absolutus habens pro immediato obiecto alium actũ volũtatis: ergo volũtas vult, oblata occasione, absolute exercere aliũ actum: ergo reputat id quid possibile, hoc autem falsum est, quia sæpe iudicat se nunquã posse esse in tali occasione: ergo solũvult elicere illum actum subconditione, quod se offerat ocasio, & ita ille actus nõ est absolutus, sed conditionalis. Et certe si absolutus esset, poneret homo media ad efficiendum illum alium actum, atque ita procuraret talem ocasionem, & omnia alia ad talem actum requisita. Hoc autem est contrà experientiam, non ergo, cum quis dicitur velle conditionaliter obiectum impossibile, habet actum voluntatis absolutum, qui habeat pro obiecto alium actum absolutum voluntatis. Quod clarius ostenditur, quando voluntas conditionata dicitur esse de præteritis, vel præsentibus iudicatis impossibilibus, tunc enim homo, nouit non futuram talem ocasionem: ergo non potest absolute velle elicere actum in tali ocasione, sed tantum conditionaliter, & eodem modo potest velle obiectum talis actus; si enim actum impossibilem potest conditionaliter velle: ergo, & alia obiecta impossibilia.

3. Ex dictis sequitur, deceptum quoque fuisse Adrianum quodli. 10. a. 2. Asserentem, posse quidem elici à voluntate actus conditionatos, interim dum non scitur, deesse conditionem, secus quando deesse scitur. Verba eius sunt, dum volo aliquid solum subcõditione; cum primum intellexero, non extare conditionem, desino illud velle, vt si volo Petro dare eleemosynam, si est pauper, cum primum intellexero, eum non esse pauperem, non volo ei dare, & cum desidero aliquid sub conditione, si Deo, vel patri meo placet, redditus certior quod Deo, vel patri meo non placet, statim defino optare illud, secus, si optem, vt Deo placeat, quia est absolutum, & non conditionatum desiderium, & est primi generis velle, scilicet complacentiæ. 35. 3. Corol.

centiæ. Ex quibus patet, qui vult, vel optat aliquid, si est iustum, vel si licet, quam primũ intelligit, non esse iustum, vel non licere, desinit optare illud, & velle. Exemplum est in mercatore, qui vult, & desiderat merces seruare, si absq; earũ eiectione possit periculũ euadere, sed cum primum intelligit, se absq; mercium eiectione vitam seruare non posse desinit velle eas seruare. Sic ergo impossibiie est, aliquem velle quicquam sub conditione, si licet, dum scit, ipsum non licere. Hæc Hadrianus, qui idem docet in. 4. q. 1. de pœnitentia. §. sed videtur. Cæterũ dicendum est, licet sæpe cognito conditionis defectu cesset actus conditionatus, tamen ipsum continuari posse, vt & ipsa experientia testatur, sæpe enim qui scit, fornicationem, & furtum esse peccatum, elicit actum conditionatum, quo id optat, si non esset peccatũ, & sic angelus potuit appetere æqualitatem Dei subconditione, si esset possibilis, quamuis sciret, esse impossibilem, ac proinde non extare conditionem, recte tamen Hadrian. quolib. cit. & quodlibet. 3. docet neque electionem medij, neq; voluntatem efficacem finis, si medium, & finis impossibilia esse sciãtur, esse posse.

4. Ex dictis iudiciũ ferendum est de ijs, quę dicit, quidã Neothe. nõnulla. n. opini. nostræ aduersantur. 1. ait nullum actũ præsentẽ esse conditionatum, sed omnem huiusmodi esse absolutum. Probat, quia omnis actus prẽsens significatur per verbum, volo, & nullus præsens per verbũ vellem, sicut omnis cognitio prẽsens significatur per verbũ cognosco, & nulla cognitio præsens significatur per verbum, cognoscerem. 2. ait, non posse esse actum prẽsentem circa obiectum subconditione bonitatis, vel malitię: nam voluntas nõ potest amare, nisi quod iudicatur bonũ, nec odisse, nisi quod iudicatur malum, sicut, nec visus potest attingere, nisi colorem, vel lumen, nec reliquæ potentiæ possunt vagari extra suum adæquatum obiectum, & ideo, nec intellectus assentitur alicui propositioni, nisi appareat vera. 3. ait duplicem esse affectum voluntatis; vnum qui tendit in rem, vt consequendam, vel executioni mandandam, & hunc esse absolutum, & efficacem; alterum qui tendit in rem secundum se spectatam, & non vt consequendam, vel exequendam, & hunc esse voluntatẽ inefficacem, seu simplicem, aut complacentiæ. 4. ait, circa impossibile cuiuscumque generis posse esse voluntatẽ, etiam si impossibilitas ipsa cognoscatur, nam delectamur de euitatione peccati apprehensa, cũ sciamus nõ vitasse illud, neque possibile iam esse vt vitatum sit. ergo delectamur de impossibili per accidens, ac proinde etiam possumus lætari de impossibili perse, quia eadem ratio est vnde experimur lætari nos, quando cogitamus, nos esse angelos, vel vt aues volare, &c. Licet id iudicemus impossibile, & damnati, & interdum alij desiderant, Deum non esse, ne eos puniat. 5. ait, hanc voluntatem impossibilium esse absolutam: inefficacem tamen, & simplicis complacentiæ, quod sit absoluta probat ex. 1. dicto, quia scilicet nullus actus præsens est conditionatus, iste autem est prẽsens: ergo non est conditionatus, sed absolutus, & confirmat, quia cum iste actus sit simplicis complacentiæ, fertur in rem secundum se: ergo non subconditione. Vnde pœnitentem habere voluntatẽ absolutam, sed inefficacem circa id quod est nõ peccasse, docent Adrianus in. 4. quæstio. 1. de pœnit. post tract. de restit. §. Sed dubium videtur, & §. pro huius clariori, & Alex. 4. p. quæst. 54. membro. 2. art. 2. §. 3. in dub. post solut. argument. cum ait pœnitentem non solum posse dicere vellem, sed etiam volo non peccasse, & Med. C. de pœnit. trac. 1. q. 1. §. ad rationes autem, docet, circa quodcumque impossibile posse esse affectum absolutum, licet male addat etiam posse esse conditionatum. Male etiam Adrianus probet, de impossibile perse nõ posse esse affectum conditionatum, cognita impossibilitate, eo quod cognita impossibilitate statim necesse sit affectum cessare. 6. ait, hunc affectum simplicẽ absolutum, esse virtute conditionatũ, quia si iudicaretur obiectũ possibile, statim ex illo prodiret affectus efficax. Hoc tribuit Scoto. 3. d. 15. quæst. 1. §. Tertio videndum. Addit quando hic affectus simplex ad iunctam habet consultationem, æquiualere affectui efficaci, quantum ad bonitatem, vel malitiam. 7. ait electionẽ non posse esse impossibilium, quia sonat affectum efficacem Octauo ait, nullum affectum simplicem posse esse in Deo circa rem impossibilem perse, quia Deus non potest illud apprehendere, vt bonum, & possibile, secus impossibile per accidens. Vnde Deus potest simplici affectu velle, Petrum non peccasse. Hæc sunt quę prẽcipue dicit Neothericus ille supra, de quibus iudicium ferendum est. 1. dictum opinioni nostræ, communique aduersatur, quę facile probatur. 1. quoniam angeli, vel peccauerunt, vel saltem potuerunt peccare appetendo æqualitatẽ Dei; & damnati peccant appetendo Deum non esse, & alij in alijs affectibus rerum impossibilium, vt fatetur: sed non peccant in affectu simplici absoluto, vt falso existimauit Scotus. 2. dist. 6. quæst. 1. quoniam talis affectus non est liber, sed omnino naturalis, etiamsi habeat cõ

36. 4. Cocol.

iunctam

iunctam plenam cognitionem impossibilitatis, & malitiæ obiecti: ergo peccant in affectu conditionato efficaci ex parte potétiæ, quo nimirum efficaciter appetunt æqualitaté, l. destructionē Dei, si posibilis esset. 2. quia in intellectu dātur actus conditionati, quibus assentitur propositionibus conditionatis veris, vel habentibus apparentiam veritatis: ergo & in voluntate, quibus amamus res bonas, vel habentes apparentiam bonitatis, & ideo omnia iura, & doctores in materia de matrimonio, & alijs contractibus ponunt consensus conditionatos, & in materia de sacramētis intētiones cōditionatas, quæ exprimuntur illis verbis, si non es absolutus, vel baptizatus, ego te absoluo, vel baptizo, &c. Nec valet dicere in propositione conditionali dari veritatem actu, & ideo posse ei præstare assensum, in impossibili autem non esse actu bonitatem, ideo diligi non posse actu conditionato, quia sic multo minus posset diligi actu absoluto, quod tamen ipse affirmat, esse posibile, & merito, intelligendo de simplici affectu absoluto, nam vt voluntas ad aliquid afficiatur, satis est, rem cum illo, si esset, bene habituram, seu conueniens fore rei, si ponatur, nam voluntas non solum se potest extendere ad bonum præsens, sed etiam ad futurum posibile, vel apprehensum quasi posibile, vel subconditione posibilitatis. 3. quia Deus non solum affectu simplicis complacentiæ amat salutem reproborum, sed etiam affectu efficaci conditionato, ita vt velit eos perducere in beatitudinē, si perseuerent in gratia, & malos nō punire, si in peccato mort. nō decesserint: ergo habet actus vere conditionatos, antecedens probatur, quia si solū haberet simplicem complacentiam, etiam si illi decederent in gratia, non esset certum dare illis gloriam, potest enim Deus non efficere multa, quæ vult affectu simplicis cō placentiæ, cum sit naturalis, & necessarius in Deo, efficere autem, quę placent sit liberum, etiam posita gratia, vel alia conditione in hominibius, nisi determinatus sit ad operandum suppositā tali conditione.

Confirm. quia quod Deus promisit subconditione, vult subconditione, sed reprobos illos saluere promisit subconditione, quod decederent in gratia: ergo idipsum voluit sub ea conditione. Argumento, vero contrariæ opinionis in tertia conclusione satisfecimus, & ibidem secundum dictum admisimus, loquendo de bonitate in communi; loquendo vero de bonitate in particulari, puta honestate, recte potest quis velle aliquid subconditione bonitatis, videlicet, si sit honestum, etiamsi non iudicet esse honestum, vt volo nubere, si mihi licet. Tertium etiam dictum approbamus quantum ad distinctionē illius duplicis affectus, vtrumq; tamē existimamus versari circa rem, vt cōsequendam: nemo enim amat aliquid simplici affectu, nisi inordine ad eius consecutione, seu possessionem, quamuis simplex affectus abstrahat à præsentia præteritione, & futuritione possessionis, non vero cæteri affectus.

4. Dictum omnino approbamus. Quintum dictum etiam amplectimur, licet non propter illas rationes, quæ pugnant cum notatis circa primū, & secundū dictum: negamus autem sine addito posse pœnitentem dicere, volo non peccasse, quia vt fatetur ipse, verbum, volo, sic prolatum, magis significat affectum absolutum efficacē, quā simplicis complacitiæ, quem magis significat verbum, placet, delectat, vellem, & alia eiusmodi, sed præter affectum absolutum simplicis complacentiæ admitendi sunt cum Adriano actus conditionati circa impossibilia, non solū ignorata impossibilitate cōditionis, vt putat Adrianus, sed etiā illa cognita, vt in. 3. Corol. contra Adrianū diximus.

6. Dictum in alio sensu admittimus, nam affectus simplex absolutus, est virtute conditionatus, quia ad actum conditionatum inclinat, & illum sæpe producit, idque voluit Scotus, non tamen id semper accidit, vt patet in Deo, qui simplici affectu necessariò amat omnia bona posibilia. Vt his verbis docet Fonseca tomo. 3 Metaphy. lib. 7. capit. 8. quæstion. 4. sectio. 5. §. Tertia pars. Altero modo actus simplicissimus diuinæ voluntatis terminatur ad ea, quæ virtute in ipsa continentur, hoc est, ad omnia factibilia, quatenus secundum suas naturas sunt participationes quædam, siue imitationes diuinæ essentiæ: quo etiam pacto idem actus est necessarius: quia Deus non po est non amare amore complacentiæ ea omnia, quæ quauis ratione ipsi similia sunt, quatenus suis quæque gradibus, diuinam perfectionem imitantur, vt etiam superius tetigimus, scilicet ead. quæstione. sectio. 4. §. Deinde. Quod repetit. quæstio. 5. section. 4. §. sunt qui respondent.

Non tamen illa omnia vult affectu efficaci absoluto, immo forte nec conditionato, cum autem affectus simplex, sit naturalis, & necessarius, etiam posita plena cognitione, etiamsi versetur circa rem alioqui malam, & prohibitam, non erit malus, nec æquiualebit in malitia actui absoluto, & efficaci: eadem ratione, licet vterque versetur circa honestum vt sic, non

erunt

erunt æquales in bonitate morali, imo alter nullam moralem bonitatē habebit. 7. dictum omnino placet. 8. displicet, quia Deus potest apprehendere vt bonum hominis esse angelum: sicut ergo ea ratione potest homo sibi appetere simplici affectu esse angelicum ita & Deus homini & idem est de affectu efficaci sub conditione possibilitatis, recte enim Medina supra dixit, impossibile cuiuscunque generis posse amari affectu simplici absoluto & efficaci conditionato. In confirmationē eorum, quæ dicta sunt vide Molinam in concordia quæst. 19. art. 6. disp. 1. vbi non solum in nobis, sed etiam in Deo cum D. Thom. Soto, & allis constituit actus conditionatos vt velle omnes saluos fieri & hos actus ait cum D. Thom. dici velleitates licet aliquādo verbo indicatiuo significētur, vt patet ex Paulo dicente Deus vult omnes homines saluos fieri.

Quæst. 7. 1. Argum. Quæritur 7. vtrum actus electionis sit semper liber. Dico 1. electionem semper esse actum liberum quoad exercitium vel specificationem D. Thom. & eius discipuli q. 13. art. 6 Valen. disp. 2. q. 8. puncto 3. Bellarmin. 3. de gratia & lib. arb. c. 3.

Et probatur quia eo ipso quod appetitus alicuius rei non sit liber, caret nomine electionis & ideo hac sectione. quæst. 2. docuimus in brutis, pueris, amentibus & somniantibus & agentibus indeliberate & sine formali aut virtuali consilio, non esse electionem proprie loquendo.

2. conclu. Dico 3. non omnis electio est libera quoad specificationem, ita vt medium, quod eligitur, possit actu positiuo, rebus sic dispositis, repudiari. Probatur quia potest contingere, vt in eo nulla mali ratio tunc occurrat, sed tantum ratio boni per se vel in ordine ad finem: nihil autem potest repudiari, nisi sub ratione mali: ergo tale medium repudiari positiue non potest, licet posset ommitti acceptando aliud medium, quod sufficiens reputatur ad finem. Dices, hoc solo titulo quod non sit necessarium, repudiari positiue poterit. Negatur assumptum, quia, hoc non est esse malum sed esse minus bonum in ratione vtilis quam si esset necessarium ad finem. Confirma. conclusio quia aliqua sunt bona particularia, quæ secundum se considerata non possunt repudiari, quia nihil mali habent vt vita, scientia & similia teste D. Tho. quæst. 10. art. primo. In his autem si simul consideratur esse apta ad consequendum aliquem finem, licet non necessaria, non ob id consideratur aliqua ratio mali tamen possunt eligi: ergo eorum electio erit necessaria quoad specificationem quatenus ita eliguntur, vt non poterint positiue repudiari. Neque ista conclusio est contra D. Tho. quæst. 13. art. 6 asserentem omne obiectum electionis posse eligi & repudiari. Hoc enim intelligitur in aliquo casu, & non in omni, itaque sensus est nihil eligi, quod in aliquo euentu repudiari non possit actu positiuo, quia electio est circa bona particularia quæ sunt media ad beatitudinem vel alios fines, in omni autem bono particulari concipi aliquando potest aliquis defectus positiuus seu ratio aliqua mali, & ideo nullum eligibile est quod aliquando non possit positiue, repudiari, atque ad eo nulla electio est quæ non possit interdum esse libera quoad specificationem, quia etiam, si initio fuerit necessaria quoad specificationem, adueniente notitia vel consideratione alicuius malitiæ existentis in obiecto poterit ipsum repudiari, & ipsa electio manebit libera quoad specificationem, & hæc proculdubio est mens D. Thom. si quidem ratione adducta probat voluntatem libere quoad specificationem eligere: dum ait in omnibus particularibus bonis potest considerare rationem boni alicuius, & defectum alicuius boni, qui habeat rationē mali, &c male ergo Caieta. in eodem articulo actionem semper esse liberam quoad exercitium & specificationē. Et bene Valentia illo punto. 3. affirmat electionem mediorum quæ secundum se sunt expetibilia & bona sine vlla ratione mali esse necessariam quoad specificationem. Si obiicias quia omnis electio proprie dicta est acceptio vnius ex duobus, aut pluribus propositis: sed omnis talis est libera quoad specificationem: ergo. Respondemus maiorem in opinione Bellarmini esse falsam, minorem autem veram, nam lib. 3. de gratia & lib. arbit. cap. 3. ait electio duobus modis fieri potest, vel seligendo vnum ex duobus aut pluribus propositis, que dici solet libertas contrarietatis siue specificationis: vel vno tantum proposito illud acceptando vel reiiciendo, quæ dicitur libertas contradictionis siue exercitij. In mea autem opinione maior propositio est vera, quia vt dixi & nomen ipsum electionis sonat & Vazquez quæstoi. 14. articu. 4. & disputa. 43. num. 11. docet cum D. Thom. quæstio. 15. art. 3. ad 5. electio semper est inter plura: minor vero est falsa, quia cum ex duobus medijs id, quod eligitur refutari non potest,

eo quod in eo nulla aduertitur ratio mali, electio eius est necessaria quoad specificationem. Id autem obseruandum est, in mediis rationem aliquam mali esse, si cum alijs bonis, siue mediis, siue finibus aliquam incompatibilitatem habeant.

Dico 3. supposita intentione finis non potest voluntas non velle medium quod necessarium iudicatur ad talem finem, & sic electio improprie dicta erit in eo euentu necessaria ex suppositione talis intentionis. Oppositum huius conclusionis viris doctissimis tribuit Medina quæst. 13. arti. 6. nullum autem nominat. Fundamenta eorum sunt. 1. quia inuita est libera quoad exercitium circa omne obiectum, præsertim in quo non reperiatur omnis ratio boni, sed etiam suppositâ intentione finis, in medio non necessario non reperitur omnis ratio boni, imo interdum reperitur aliqua aut multiplex ratio mali: ergo tale medium nõ appetitur necessario quoad exercitium. 2. quia intentio illa non est causa effectiua electionis, quo modo ergo poterit necessitatem inducere voluntati? Vnde nam habet illam vim. Certe si ratione causæ effectiuæ illam habet, cum eamdem efficientiam concedatis quando medium non est necessarium, electio eius tunc erit necessaria, quod falsum est. 3. Quia infirmus licet absolute intendat sanitatem, tamen si iudicat potionem amaram, abscisionem manus, vel pedis aut aliud quid asperum, & difficile esse necessarium ad eius consecutionem, id recusabit: ergo suppositâ intentione finis potest voluntas non eligere medium, quod necessarium iudicatur.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

4. Nam interdum appetit quis absolute beatitudinem in communi, vel in particulari: tamen non eligit obseruantiam mandatorum in communi, nec in particulari, licet iudicet eam esse necessariam ad beatitudinem in communi & in particulari, iuxta id, si vis ad vitam ingredi serua mandata: ergo. 5. alias quando intentio est necessaria, electio talis medij non esset meritoria, quia esset simpliciter necessaria, cum vero intentio esset libera, electio non esset meritoria in se, sed in causa; quia tantum esset libera in causa: item non esset meritoria nouo merito, sicut non est libera noua libertate: consequens est falsum, cum enim quis iudicat, martyrium esse necessarium ad vitam æternam, aut defensionem fidei, & illud subit, magis meretur, quam ipse, vel alius absolute volens vitam æternam, & defensionem fidei, non patiens martyrium: quia non iudicat esse necessarium ad salutem vel defensionem fidei, & idem argumentum fit in pœnitentia, & in obseruantia aliorum mandatorum.

4. Argu.

5. Argum.

Confir. 1. nam qui ex superbia ambit dignitatem, licet ad obtinendam dignitatem videat necessariam esse proximi infamationem vel occisionem, in ea de nouo peccat & amplius demeretur quam in sola ambitiosa intentione: ergo in ea est noua libertas distincta ab ea, quæ erat in intentione. Si enim non esset noua libertas, non esset nouum meritum, vel demeritum in electione, sicut in actu externo non est nouum meritum vel demeritum, quia non est in eo noua libertas distincta ab ea, quæ est in actu interno.

1. Confir.

Confir. 2. nam si quis efficaciter vellet dare pauperi eleemosynam, & videat furtum esse medium necessarium, peccat volendo furari, non est autem peccatum in ipsa intentione, quæ de se est bona, & non vitiatur ex electione, quæ posterior est: ergo tota malitia est in electione secundum se: ergo secundum se est libera; ac proinde non sequitur necessario ex prædicta intentione simul cum iudicio de necessitate illius medij ad finem intentum. In hanc sententiam videtur inclinare Cordo. lib. 1. quæst. 38. ad 1. sed lib. 2. quæst. 12. ait, ex volitione finis necessario sequi volitionem medij necessarij, nisi voluntas positiue renitatur, vt Angestus infra referendus docet tanquam probabile.

Confir. 2.

Oppositam sententiam tenet D. Thom. 1. par. quæst. 19. art. 3. quæst. 82. art. 2. 1. 2. quæst. 10. art. 2. ad 3. & quæst 13. art. 6. ad. 1. & 2. Caiet. Medina, & Conrad ibidem Valentia disput. 2. quæst. 8. puncto. 3. Okam. 1. distin. 1. quæst. 6. ad medium litera f. & g. Ferrarien. 1. contragentes cap. 88. Vazquez disput. 43. cap. 3. num. 18. & toto. cap. 4. Azor. tom. 1. lib. 1. cap. 25. de electione. quæst. 8

2. Opinio.

Vtramque opinionem probabilem putat Angestus in moralib. cap. 3. §. 6 vbi addit aliam etiam vt probabilem, ex intentione finis necessario sequi electionem medij, quod iudicatur necessarium, nisi voluntas positiue repugnet, & resistat: vnde sequitur, voluntatem necessario eligere si intellectus non cogitet de actu voluntatis: quia si de illo non cogitat, non poterit voluntas positiue velle impedire illum, quæ reflexiones raro fiunt, ideo raro, posita intentione, impedietur electio medij quod necessarium reputatur. Sed ego existimo istam reflexionem non habere vim impe-

3. Opinio.

vim impediendi actum, qui alioqui neceſſario inſurgeret, nam nec ratio nec experientia vim talem probat, & ideo prima vel ſecunda opinio defendenda eſt tanquam probabilior. Inter has autem 2. ſententia præferenda videtur cum moderationibus poſtea adhibendis. Quoniã. 2. opinio graues pro ſe habet authores, prima vero nullum, quem adhuc viderim. 2. etiam fauet experientia ipſa, patet enim, quod ſi quis velit omnino flumen tranſire, & non poſsit, niſi per pontem neceſſario volet tranſire per pontem, & qui vult domum egredi ſi videat non poſſe egredi niſi per talem portam, neceſſario per illam egredietur, & ſic in aliis exemplis videre licet: fauet etiam Ioan. 14. qui diligit me mandata mea ſeruabit, ſimilia habẽtur 1. Ioan. 2. 3. & 4. Ratione alii qui probant, quia quoties in obiecto apparet ratio boni, & in electione nulla apparet ratio mali, actus eſt neceſſarius quoad exercitium ſed ſuppoſita efficaci voluntate finis apparet ratio boni vtilis in medio neceſſario, & nulla ratio mali in eius electione, quia medium neceſſarium & eius volitio ex omni parte vtilia ſunt ad conſecutionem finis: ergo ſuppoſita efficaci voluntate finis, neceſſario ſequitur electio talis medij. Sed hæc ratio non vrget, quia maior facile poteſt negari, & minor eſt plane falſa: multa enim mala poſſunt repræſentari in medio neceſſario ad finem & eius volitione; propter quæ etiam ſuppoſita intentione finis contendet quis non ſequi electionem. Alij probant, quia finis in voluntate ſe habet, vt principium in intellectu, ſed qui adhæret principiis neceſſario adhæret concluſioni, quam videt neceſſario inferri ex illis, ita vt nec voluntas nec quippiam aliud poſsit aſſenſum concluſionis impedire; ergo qui vult finem, neceſſario vult mediam, quod videt eſſe neceſſarium ad conſecutionem finis. Hęc ratio probabilior eſt, poſſet tamen negari minor, nam ſi quis aſſentiatur maiori & minori, inter quas ſit aliqua falſa, quę vera exiſtimatur, ſi videat ſequi abſurdum, nõ aſſentietur concluſioni, ſed deſiſtet ab aſſenſu alicuius præmiſſæ, non in eodem inſtanti, quia impoſsibile eſt in eodem inſtanti eſſe & non eſſe aliquid, ſed poſtea, & ita erit in eo inſtanti aſſenſus vtriuſq. præmiſſæ cum euidentia conſequentiæ ſine aſſenſu concluſionis, quod expreſſe docet Ariſto. 7. Ethi. cap. 2. inquiens, captio mentis dubitatio eſt, quia namque admirabilia præterque opinionem ſophiſtę inferre volunt redarguendo, vt cum attingerint, videãtur acuti, ratiocinatio facta dubitatio eſt. Ligatur enim mens, cum manere quidem nõ vult, quia cõcluſio non placet, procedere autem non poteſt, quia rationem ſoluere nequit: ergo ſimiliter in voluntate ex intentione efficaci finis & cognitione neceſsitatis medij non ſequitur neceſſario volitio medij in eodem inſtanti, ſed interdum ſuſpendet voluntas volitionem medij inuenta in eo vel eius electione aliqua malitia vel incommoditate, vt ſi voluit homo dare eleemoſynam pauperi, & videat id fieri non poſſe ſine furto, quod eſt contra legem & rationem, volitio medij non ſequetur.

39 *Deciſio quæſtionis*

Propter quæ & alia moderandam cenſeo concluſionem. 1. vt quando neceſsitas medij & inconueniens, quod eſt in eo, vel eius electione conſpecta ſint poſt intentionem efficacem finis, poſsit non ſequi electio, imo & tale medium poſitiue repudiari, ſic tamen, vt etiam ceſſet intentio immediate poſt tale inſtans, eo quod voluntas in tali caſu determinata ſit ad eligendum in eodem inſtanti tale medium, vel ceſſandũ poſt tale inſtans ab intentione, ſecus ſi neceſsitas medij, & incommoditas, quæ eſt in eo, vel eius electione conſpecta fuit ante intentionem, tunc enim voluntas, quæ ſatis inſtructa circa media, intendit finem, neceſſario eliget medium, quod neceſſarium iudicatum eſt. Et ſimiliter licet homo connexionem medij cum fine poſt intentionem finis cognoſcat, ſi tamen in medio vel eius electione nullum inconueniens cernat, neceſſario eliget. Si autem cernat, ſæpe non eliget ne inconueniens ſequatur, ſed deſiſtet ab intentione, vt etiã deſiſterent ſi cerneret medium eſſe impoſsibile, & ſic dicit Ariſto. 3. Ethic. cap. 3. ſi conſultantes in aliquid inciderint, quod quidem fieri nequeat, deſiſtunt, vt ſi pecuniis opus eſt, has autem habere non poſſunt, & iuxta hanc moderationem intelligi poteſt quod ait Vazquez illo cap. 4. ad 2. eum, qui cernerit, ſe non poſſe conſequi ſanitatem niſi abſciſione membri, vt eo ipſo quod nollet medio vti illo ceſſaturũ neceſſario ab intentione efficaci finis. 2. Moderanda eſt concluſio, vt quando non ſit euidens, ſed tantum probabilis connexio medij & finis, etiam ſi homo iudicet, medium eſſe neceſſarium, non ſequatur neceſſario eius electio, ſed aliud medium tentari poſsit, quod forte exiſtimatur effectum habiturum, ſic enim poſito aſſenſu maioris & minoris, ſi conſequentia non eſt euidens, nõ ſequetur neceſſario aſſenſus concluſionis. 3. Moderanda concluſio eſt, vt ex intentione finis cum cognitione neceſsitatis medij ſe

40 *Moderatur cõcl.*

quatur necessario eius electio pro instanti vel tempore, quo est mandandum executioni & non antea. Verbi gratia volo ego, cras domum exire, ad quod video necessarium esse per tale ostium egredi, non est nec esse modo eligere seu velle hoc medium, sed perseuerante intentione & apprehensione, necesse erit cras medium hoc eligere: quia pro tunc tantum iudicatur necessarium & mandandum executioni & hoc sufficit vt intentio sit efficax & necessario pro suo tempore sortiatur effectum, quod suo tempore medium eligatur, nempe quando est mandandum executioni. Et hinc sumitur ratio conclusionis cum prædictis moderationibus intellectæ, nam cum voluntas sit, cuius imperio mouentur aliæ potentiæ, & interdum ipsamet, debuit habere actus efficaces, ex quibus, si non sit aliquod impedimentum in potentiis subiectis, necessario sequatur motio: Hi autem efficaces sunt in duplici genere, quidam enim versantur circa finem, cuiusmodi est intentio seu volitio efficax finis, quidam circa media, cuiusmodi est electio proximi medij vel remoti, & cum intentio & volitio finis non inferat immediate ipsum finem, sed per electionem vel electiones, si est efficax, debet necessario inferre electionem: alioqui, etiam si nullum sit impedimentum, vel defectus in potentiis exequentibus, non sequetur necessario earum motio & finis consecutio, & sic ea voluntas non dicetur efficax.

41 *Variæ sententiæ de efficacia voluntatis*

Et hinc explicatur quid sit volitionem esse efficacem, quam robustam vocat Augsti. & à parua distinguit. lib. de gratia & lib. arbit. cap. 7. quidam enim videntur dicere, efficacem esse quæ fuerit intensa, inefficacem vero, quæ fuerit remissa, quod esse falsum merito docet Angestus in moralib. cap. 3. §. 3. notab. 2. & Vazquez illo cap. 4. sæpe enim volitio efficax est remissa, & inefficax intensa, vt patet in infirmo, qui desperans salutem, vel videns sine vstione obtineri non posse, eam intensissime amat & desiderat inefficaciter tamen, & in eo qui efficit aliquid inuitus repugnans & metu coactus, non enim ardēter, sed remisse id amat & desiderat, Christus intense nolebat mori cum tristabatur de morte; non tamen voluntate efficaci. idem accidit proicienti merces in mare qui intensam, sed inefficacem habet voluntatem non proiiciendi & recte Angestus docet, voluntatem efficacem non posse fieri inefficacem aut è contra, quod tamen falsum esset, si voluntas efficax & inefficax sola intensione differrent, similiter docet omnem gradum efficacis voluntatis esse efficacem, & inefficacis inefficacem: ergo nō in intensione efficacia consistit, quod cōfirmat Medina quæst 13. art: 6. nam remissus actus charitatis & contritionis est efficax ad seruanda omnia præcepta obligantia sub mortali, & vitanda omnia peccata mortalia, & intensus actus, quo volumus non spoliari., sed superuestiri vt ait Paulus, est inefficax. Alij dicunt, voluntatem efficacem esse quæ est absoluta, inefficacē, quæ conditionata; sed dicipiuntur, quia simplex voluntas est inefficax: tamen absoluta, & hæc voluntas, volo, si aliquod medium ad id est, mortem vitare, est voluntas efficax; tamen conditionata Idē est de volūtate rei impossibilis sub conditione, q̄ esset possibilis, nā ex parte sua est efficax, licet nō sit efficax ex parte obiecti. Alij dicunt efficacē esse, quę explicatur per verbum, volo, in efficacem per vellem. Med. hoc tribuit Soto. Id autem reiicit, quia hoc potius est signum efficacis voluntatis, quam eius definitio, seu est dicere, quod nomen habeat, non quid sit. Deinde sępe voluntas efficax explicatur per vellem, vt vellem obtinere dignitatem, si possem, & voluntas inefficax per volo, vt Christus, non quod ego volo, & Paulus, nolumus spoliari, sed superuestiri, & Deus vult omnes homines saluos fieri. Alij dicunt, voluntatem efficacem esse, quæ tendit in rem prout in executione, qua non solum placet res secundum se, sed etiam eius executio: inefficacem vero, qua placet res sed non eius executio, aut si placet executio, tamē per aliā cogitationē volūtas retrahitur ab executione. Ita Vazquez supra. Sed certe vt ipsemet tandem fatetur, voluntas inefficax executionē respicit & hoc est verū, etiam si sit simplex voluntas: nihil enim amatur, nisi in ordine ad eius possessionē, vt scilicet obtineatur vel conseruetur, & ipsa possessio idem obiectum constituit cum re possessa, simpliciq. voluntate amari potest: quod vero voluntas per cogitationē aliquam retrahatur ab executione, & non per impotentiam ad inefficacem voluntatē per tinere fateor, vt statum dicam.

42 *Explicatur quid sit voluntatem esse efficacem.*

Est ergo efficax voluntas, vt Medina, Angestus & alij dicūt, quæ pro suo tēpore si perseuerat, necessario inducit effectū, si homo possit illum efficere, qualis est omnis absoluta voluntas per modum desiderij & interdum conditionata, nimirum quando sola potestas ponitur sub conditione, & si voluntas finis sit efficax, necessario inferet electionem medij necessarij, vel si nullum

si nullum sit necessarium, necessario inferet pro suo tempore volitionem alicuius medij sufficientis in particulari: similiterque volitio efficax medij in communi, necessario inferet suo tempore volitionem medij in particulari, & si esset volitio omnium mediorum, quæ conducere possunt ad finem, necessario inferet pro suo tempore volitionem huius, & illius inparticulari, & sic de singulis, vt expresse docet Aristot. 7. Ethicorum. capite. 3. dicens, nam si omne dulce gustare oportet, & hoc est dulce, vt vnum quid singularium: is hoc simul & agat, qui potest, nec prohibetur, necesse est. Idem docent Eustratius Donatus, D. Tho. Burlæus & alij expositores ibi: & colligitur etiam ex Aristo. lib. de communi animalium motione circa medium. Quod in dubium reuocat Angestus in moralibus c. 3. §. 6. sed colligitur ex ipsa experientia, nam qui vult omni pauperi benefacere, si intelligit hunc esse pauperem, vult huic quoque benefacere, si in tali volitione permanet. Hoc autem limitandum & moderandum est sicut conclusio & non ea moderatione, qua Angestus ibi ait, moderari posse, vt necessario sequatur volitio obiecti singularis ex volitio obiecti vniuersalis, nisi voluntas positiue resistat, & repugnet, velitq. talem con secutionem impedire. Et similiter ait, dici posse, ex motu appetitus sensitiui necessario sequi motum in voluntate, & ex volitione antecedentis volitionem consequentis necessario illati, vel probabiliter tantum, sed voluntate inclinante intellectum in assensum bonitatis consequentiæ: & ex habitu valde intenso, & ex magna bonitate obiecti ostensi. In quibus casibus ipse ait probabile, esse necessario sequi actum in voluntate non repugnante nec contradicente positiue.

Quædam limitatio ex Angest.

Reiicitur Angesti limitatio.

Hos tamen omnes casus censeo sine vlla limitatione falsos, & sine fundamento confictos, licet illum casum de volitione consequentiæ ponat Okam. 1. d. 1. quæst. 6. & Almain. tract. de sententiis Holcot. q. 3. ponat quatuor, quę necessitare possunt voluntatem. 1. volitio antecedentis cum volitione bonitatis consequentiæ. 2. motus appetitus sensitiui. 3. apprehensio excessiui delectabilis aut tristabilis. 4. habitus cum certa apprehensione. Casum etiam de appetitu sensitiuo ponit Cordoua lib. 1. quæstio. 23. dub. 6. & 7. & lib. 2. quæst. 12. ait Caiet. 1. par. quæst. 63. artic. 3. & Hadrianum quodlibet. 4. & tractatu de pœnitentia ponere tres conclusiones. 1. est, volitio finis efficax causat necessario volitionem omnium mediorum, quæ necessaria esse sciuntur ad talem finem. 2. volitio propositionis vniuersalis cum iudicio minoris particularis necessario causat volitionem conclusionis, quæ necessario sequi cognoscitur ex præmissis, vt si quis vult omnem furem suspendi, & scit Sortem esse furem, necessceria vult illum suspendi. 3. volitio efficax antecedentis cum iudicio euidenti, vel volitione consequentiæ necessario causat volitionem consequentis, vt volo esse Episcopus: ergo sacerdos, volo accedere ad non meam, ergo & fornicari, &c. quod fallit secundum Hadria. quando in consequente includitur aliquid nolitum. Et ideo non valet, volo pœnitere de peccatis, ergo volo consequens, scilicet peccare. Contrarium autem huius tertiæ propositionis tenere Scotum 2. d. 6. quæst. 1. ad 4. ait, Cordoua supra, sed falso, nam ibidem Scotus concedit, volitionem antecedētis cum volitione bonitatis consequentiæ necessario inferre volitionē consequentis. Ait etiam Cordoua Angestum cap. 3. moral. tenere, quod licet in his tribus casibus vna volitio necessario aliam inferat, nisi voluntas renitatur, tamen potest voluntas reniti, quod tamen regulariter non efficit, vnde regulariter in his casibus vna volitio aliam infert. Neque Holcot. lib. 1. quæst. 3. artic. 3. ponit illos. 4. casus relatos ab Almaino vt certos, quin potius in fine illius articuli expresse ait, se in eo non assertiue, sed recitatiue locutum esse. Et quidem casum de appetitu sensitiuo iam recimus tractatu præcedenti. ostendentes, voluntatem deliberatam nunquam ab appetitu sensitiuo necessitari, neque ab vllo habitu, vel excellenti obiecto. Ex volitione autem antecedentis non sequi necessario volitionem consequentis apertissimum est non solum in exemplo Hadriani, sed in omnibus alijs quando in consequenti non includitur antecedens: vel consequens non est medium necessarium ad antecedens, secus quando includitur in antecedenti vt ex mē te aliquorum, sacerdotium in episcopatu, & suspensio huius latronis in suspensione omnis latronis. Volitio etiam antecedentis est virtualis & interpretatiua volitio consequentis, cum consequens est necessarius effectus antecedentis, vt humanitas risibilitas, vnde bene valet, volo formaliter esse hominem, & scio ex humanitate necessario sequi risibilitatem: ergo volo virtualiter & interpretatiue, me esse risibilem & hoc voluit Caieta. 1. p. q. 63. art. 3 §. ad obiectiones Scoti dicens, voluntatem non posse

In quibus casibus necessitetur volūtas ex Almainno.

Sententia Cordouæ.

velle antecedens, quin velit consequens, si necessaria sequela est cognita, & loquor, inquit, de velle siue principaliter, siue ex consequenti, siue per se; siue per accidens, vt implicat, quod quis velit Episcopatum, & sciat, necessario ei esse annexum sacerdotiũ, & saltem ex consequenti nõ velle illud. Vide Conrad. qui toto quodlibeto. 9. fuse explicat hanc propositionem, qui vult antecedens, vult consequens. Alios autem casus non ponit Caiet. ibi. Hadrianus vero quod
44 libe. 4. expresse ait, illam maximam qui vult antecedens, vult consequens, quod scit, vel credit necessario sequi ex illo antecedenti, limitandam esse, quando consequens est medium necessarium ad consequendum id quod volitũ dicitur in antecedenti: alias vero esse falsam. Deus enim vult cooperari ad actum, qui habet annexam malitiam, quam tamen non vult, & homo vult mori in peccato, non tamen pœnam æternam, quę inde necessario consequetur. Et quodlibe. 10. ait, loquendo de velle efficaci, quod non est velle simplicis complacentiæ, sed efficientiæ & desiderij absoluti, qui vult antecedens, vult consequens, quod sciatur vel creditur mediũ necessarium ad id, quod est volitum in antecedenti, vnde Bonauen. 2. d. 5. ait bene appetitur antecedens sine consequenti, appetitu desideratiuo, sed non electiuo; nullus enim nisi stultus vult esse abbas, quin vellit esse monachus, ait etiam, qui vult efficaciter antecedens velle cõsequens quando antecedens est causa necessaria consequentis, vel cum consequens importat idem cum antecedente, saltem particulariter, ita vt quod in antecedenti vniuersaliter pronuntiatur, pronuntietur singulariter, vel particulariter in cõsequẽti iuxta id q̃ retulimus ex Aristotile 7. Ethic. cap. 3. limitationem vero illam, quam ex nonnullis retulimus & tradit Hæreticus Vuicleph. ab eo citatus & Scotus 2. d. 9. quando consequentia est volita, nulla est, nisi forte intellecta de consequentia ineuidenti, & de volitione eius, ideſt voluntario assensu ipsius, non enim possumus assentiri consequentiæ vel propositioni ineuidenti, nisi cum quadam pia affectione vel voluntate. Multa alia possent dici ad reiiciendos vel explicandos casus, in quibus ex vna volitione necessario sequitur alia, sed dicta pro nunc sufficiant.

45 Ad 1. ergo argumentum primæ opinio-
Soluuntur. nis aduersantis. 3. conclusioni respondet.
arg. 1. opi. voluntatem supposita deliberatione & plena cognitione, semper esse liberam in via
Ad. 1. quoad exercitium, & sic libere eligere medium, quod iudicatur necessarium ad finem, neque obstat libertati electionis, quod necessario sequatur ex intentione & efficaci voluntate finis, nam necessitas ex suppositione pendente a nostra voluntate libera (sicut pendet illa intentio) non tollit libertatem, licet quando actus sunt diuersi, & vnus necessario sequitur ex alio, secundus non sit liber in se, sed in causa, & ita fatemur electionem medij, quod euidenter iudicatur necessarium ad finem efficaciter volitum, non esse liberam in se, sed in causa, scilicet intentione: loquimur autem in casibus, in quibus ex intentione efficaci necessario sequitur electio medij, quod scitur necessarium ad finem. Iam enim diximus, aliquos esse casus, in quibus non sequitur electio talis medij ex illa intentione.

Ad 2. respondemus, verius esse vt dixi tractatu præcedenti, intentionem esse efficientem causam electionis vt assensus prin. Ad 2.
cipij secundum veriorem opinionem efficit assensum conclusionis. Cæterum licet non esset causa efficiens, necesitas illa proueniet ex natura voluntatis, quæ per talem volitionem simul cum illo iudicio determinatur ad electionem, & ex se habet necessario eligere suppositа illa intentione & iudicio.

Ad 3. Respondemus, si infirmus habet efficacem voluntatem sanitatis, non recusat Ad. 3.
vsiionẽ, neq. aliquid aliud, quod sciat esse necessarium ad sanitatem, nisi suspendendo illam ietentionem, secus si voluntas sanitatis fuerit inefficax; tunc enim poterit media necessaria recusare & repudiare.

Ad 4. Respondemus, si quis permaneat in appetitu efficaci beatitudinis in communi, vel in particulari, & non tantum opinetur vel credat fide humana, sed sciat vel fide diuina certo credat, non posse illam assequi sine obseruantia huius vel alterius precepti, necessario cum occurrerit, licet non ante, electurum obseruantiam talis præcepti. Ad 4.

46 Ad quintum Respondemus, nihil absurdi
Ad 5. esse, electionem medij necessarij iudicati, esse necessariam, cum intentio est necessaria: cum verò intentio est libera, electio quoque est libera non in se, sed in causa, loquendo in casibus, in quibus intentio necessario infert electionem medij necessarij; interdum vero; vt diximus, electio medij necessarij non sequitur necessario ex intentione, & tunc est libera in seipsa, & consequenter meritoria vel de meritoria nouo merito, & distincto a merito, quod est in intentione. Vnde quia electio medij ante tempus quod est necessarium, & mandandũ executioni, non

ni, non sequitur necessario ex intentione, eo quod voluntas non patitur necessitatem in electione, nisi pro modo necessitatis medij, ideo electio tunc poterit esse magis meritoria & de meritoria, quam intentio, & ita accidit in electione martyrij, & pœnitentiæ, & aliorum quæ sunt necessaria ad salutem, vel defensionem fidei, non pro omni tempore, in quo eliguntur; sed pro certis temporibus, & præterea ipsum martyrium, melius moraliter & magis meritorium est quam volitio salutis eternæ, & defensionis fidei, quia est volitum, non tantum propter dictos fines, sed propter gloriam Dei & vtilitatem atque ædificationem proximi & alios huiusmodi fines. Aliqui etiam, vt Vazq. illo. ca. 4. nu. 24. & 25. & Azor. illa q. 8, sentiunt, & est satis probabile, actus internos habentes per se aliquam bonitationem, licet non habeant nouam libertatem habere nouum meritum, vt si intentione salutis eligam necessario actum habentem formale motiuum charitatis, fortitudinis &c. Isti actus electi, qui habent per se bonitationem, habēt etiam nouum meritum, & illud communicant actibus externis, etiam si isti actus interni non habeant nouam libertatem, actus vero externi ideo internis non addunt nouum meritum vel demeritum, quia nō habeant nouam bonitatem. Eodem modo si medium vnicum electum in ordine ad malum, habet per se malitiam, eius electio, etiam si non habeat nouam libertatem, habebit nouum de meritum, vt inquit Azor. exemplū ponens in eo qui ad homicidiū ꝙ intendit, necessariū iudicaret furtum, & propterea illud eligeret: secus, inquit quādo in medio non est per se vitiositas seu malitia. Hanc sententiam tenet Geruasius titulo de necessitate voluntatis: ad. 8 vbi ait, quando ex vno actu sequitur necessario alius, si ille alius sit talis, quod omni alio actu secluso est bonus, vel malus, sicut est de omni actu elicito voluntatis, est meritorius, vel demeritorius noui præmij vel supplicij, secus si omni alio actu secluso, non esset bonus vel malus, vt est de actu externo. Et quoniam actus interni in amente non solum carent noua libertate sed est noua bonitate, & malitia ob defectum cognitionis: ideo & nouo merito, aut de merito: vnde qui inebriatus fecit homicidium non habet nouum de meritum, cum occidit: sed totum eius demeritum fuit quando vtens ratione voluit se inebriare aduertendo vel nō aduertendo futurum homicidium. Id autem obseruandum est, cum martyrium dicitur necessarium ad defensionem fidei, vel salutem, non esse necessarium aliquid facere sed pati, quando autem medium necessariū ad aliquem finem non est agere, sed pati, electio illius medij non consequitur necessario intentionem, quia passio illa, quæ est ad finē necessaria, sine electione vel alio actu intendentis finem dari potest: vnde si talis electio fiat, in ea poterit esse noua libertas, atque adeo defectus libertatis non impediet eius meritum nouum & distinctum à merito intentionis Obseruandum etiam est, fieri posse vt electione alicuius medij existente necessaria, sit alia volitio non necessaria circa tale medium qua sit volitum propter se, vel propter alium finem, & actus imperatus ex tali volitione libera, erit liber & meritorius aut demeritorius. Obseruandum etiam, quoties post intentionem eligitur medium, cuius malitia, & incommoditas antea non occurrebat, si in eodem instanti, quo occurrit, sequatur electio, illam esse liberam in se, & noua libertate, quia iam diximus; tunc hominem non necessitari ad eligendum medium, quod iudicatur necessarium, sed ad eligendum tale medium, vel cessandum statim ab intentione finis: idem est si, antea occurrisset malitia sed non necessitas medij. Obseruandum denique est, in casibus in quibus intentio non necessario infert electionem, non vitiari intentionem ex electione obiecti habentis nouam malitiam, nisi prius aduertatur, vel aduerti debuerit, & potuerit periculum notabile male eligendi: in casibus autem, in quibus necessario sequitur electio, semper vitiari, si antecedenter ad intentionem aduertatur vel aduerti debuerit & potuerit talis necessitas aut periculum mali eligendi. Et hoc notabile procedit, quando intentio manet in sola ratione intentionis: si autem mutetur, & fiat simul electio, ita, vt sit electio eiusdem finis per malum medium, non dubium quin in homine sit noua malitia, nouumque de meritum, quia in eo est noua intentio, quæ simul est electio, & tota ipsa est libera, & vitiosa siue medium electum reputetur necessarium ad finem siue, non. Ex quibus omnibus rectè ponderatis, & applicatis facile diluentur. 1. & 2 Conf. vltimi huius argum. 47

Obserua.

Sed rogas, quid si diligens Deum, iudicaret erronee, odium Dei vel cessationem à dilectione Dei esse medium necessarium ad consecutionem talis finis. R. bene Geruasius supra ad. 1. hominem in eo casu necessario velle tale medium, non tamen illud exequi, quia dilectio finis impedit executionem talis medij. Sed quid, si quis diligens aliquid meritorie. iudicaret ad eius consecutionem esse necessarium odium Dei, nunquid licite odio haberet Deum? Resp. Geruasius supra additione. 3. necessario habiturum odium Dei, tamen peccaturum; quia ea necessitas tantum erit ex suppositione iudicij de necessitate

sitate odij Dei,quod iudicium sine peccato habere non potest,sed iam diximus inuenta malitia vel difficultate in medio, non sequi necessario eius volitionem, sed necesse esse velle medium, aut cessare statim ab intentione finis. Vide alia apud Ochā. 3.q.13.& Geruasium supra,qui etiam docet hominem priuatum vsu rationis,ex habitu fornicandi necessitari posse ad volendam fornicationem, si habitus sit valde intensus. Rogas an in sola electione libertas sit R. cum Azor. lib:1.ca: 25. de electione q.1.si electio proprie,stricte, & presse sumatur non in ea sola libertatem esse,nam cum ex duobus finibus vnus intenditur,alio relicto, libertas est non tamen electio proprie, & stricte sumpta,& vno tantum fine oblato, libere quoad exercitium illum amamus, & in eo euentu nulla est proprie electio.

48 Q.8. 1.opinio. 1.Argum.

Quæritur 8. an possit eligi æquale aut etiā minus bonum cognitum vt tale? Quidā censent,minus bonum, aut æquale cognitum vt tale,eligi non posse,suadetur. 1: quia tota libertas voluntatis oritur ex intellectu, nimirum, quatenus voluntas id tantum præferre potest, quod prętulerit intellectus,ergo cum intellectus non præfert vnum medium alteri, sed iudicat esse æqualia, non potest voluntas. eligere vnum spreto alio, seu præferre, vnum alteri;& cum intellectus vnum præfert idem etiam preferat voluntas Conf. 1. nam D. Tho. q.13. ar.6.totam libertatem quoad specificationem, de qua sola videtur esse præsens quæstio, posuit radicaliter in intellectu, quatenus in quocumque medio intellectus potest inuenire rationem eligendi & repudiā di:ergo cum in minori aut æquali bono nullam videat rationem repudiandi, non poterit voluntas illud repudiare.

1.Confir.

Confir.2.

Confirma. 2. nam ibidem ad. 3. cum in arg. obiecisset casum de duobus bonis æqualibus propositis voluntati,inter quæ non videtur posse esse electio Resp.inter ipsa posse esse electionem,quatenus vnum vt alio melius ratione aliqua apprehendi potest, licet alterum sub alia ratione melius iudicetur, ergo sentit,inter ea quæ vndequaque æqualia apparent,seu iudicantur,electionē esse non posse. Et quamnis Caiet. ibi notet tantum voluisse D. Tho. satisfacere arg. sentiatque electionem inter vndique æqualia esse posse,tamen D. Thom.existimare videtur,ad electionem necesse esse vt quod eligitur, aliqua ratione melius iudicetur; alioqui argumento satisfeciisset dicendo, inter vndique æqualia electionem esse posse.

2. Argum.

2. Suadetur ex Aristo. 2. cæli ca. 15. t. 93. vbi refert sententiam quorundam,quam non impugnat,sed approbare videtur,si capillus omnino vniformis vtrinque æqualiter distendatur,non rumpetur,quia nulla est maior ratio,quare per vnam partem, quam per aliam rūpatur;per omnes autē rumpi nō poterit,& ꝙmiliter si famelicū & sitiens animal potū, cibumque in æquali distantia videat, non mouebitur,quia non est maior ratio, quare ad cibum, quam ad potum moueatur vel econtra, ad vtrumque autem moueri non potest:ergo secundū Ari.nū potest appetitus inter æqualia bona vnum alteri pręoptare. Si dicas,id esse verum ex sententia aliorū, & in apperitu sensitiuo bruti.Cōtra Nam.3.animę ca.11.t.58: de voluntate sic ex propria sententia loquitur.At deliberatiua his inest tātum, in quibus ratio est, nam vtrum hoc agat,aut hoc,rationis est iam opus,atque officium,atque necesse est vnum quoddam metiri maius enim prosequitur.Ergo ex sentētia Arist. voluntas non potest nisi maius prosequi seu eligere. Conf.1.quia electio est appetitus prę consiliati vt dicitur. 3. ethi. ca. 2. & 3.& 6. ethi.c.2:& lib.1.eth. ad Eudem. Si autem æquale aut minus bonum, iudicatum tale, eligi potest, non erit ad electionem necessarium consilium,ergo definitio electionis tradita ab Aristo erit nulla Conf. 2. nam Arist. 3. ethi.c. 2.ait, eligimus quę maxime,scimus esse bona,& ca 3. definiens eligibile,ait,quod enim cæteris ex consultatione prætulimus,id eligibile est, vbi licet alia translatio habeat, quod enim ex consilio præiudicatum est,vbi particula,præ,videtur significare prioritatem durationis vel naturæ seu causalitatis & sic explicatur a D. Tho, tamen reuera prioritatem dignitatis & perfectionis ac bonitatis significare debet: verbum enim græcum significat anteponere, præferre,in primisque censere, in quo sensu vocem græcamsumpsit Damasc.2.fid,c.24.ergo eligibile secundum Aristotilem id tantum est, quod iudicatur melius.

3. Arg.

3. Suadetur ex Damasceno. 2. fidei c. 22. vbi ait,consultat enim quispiam,si iuuat rem aggredi vel non, deinde iudicat,quid melius & vocatur iudicium, consequenter affectat, & amat,quod consilio iudicatum est,& vocatur sententia, mox post affectionem dicitur electio ideſt delectus. Ergo secundum Damascenum electio semper est eius quod melius iudicatum est.vnde Nyssen. 5. philos, ca. 4.seu Nemesius lib. de natura hominis c. 33. ait eligi dicitur,quod per consultationem antepositum est, quare planum fit, consultationem esse in his,quæ inquiruntur, electionem in his quę iam sunt antepositā.Similia dicit Estrat.6 eth.c.2.

4. Arg.

4. Suadetur,quia hæc est opinio Durand. 2. d.24.quæst. 3. qui consequenter, vt videbimus

bimus & vidimus tract. 3.disp.1.sect.10.male tamen ait, libertatem non esse formaliter in voluntate: sed in intellectu,quia voluntas omnino determinatur ab intellectu. Huius etiam sententiæ est aperte Conradus.q.13.a. 6. ad. 3. dicens,si aliqua, vt æqualiter bona apprehendantur, interim voluntatem neutrum eorum velie posse,si vero vnum iudicatur melius, posse neutrum eligi:si tamen alterum eligatur; necessario eligi, quod melius iudicatur, alioqui voluntas tenderet in defectum boni per se,quod est impossibile, & hanc necessitatem eligendi,quod melius iudicatur, appellat Conradus conditionatam, & quoad specificationem, quia sub conditione quod eligit aliquid, necessario eligit quod iudicatur melius, & ita illud eligit, vt non possit illud repudiare; licet possit absolute illud uon eligere, & Burid.3. ethic.q.4.& 5. ait voluntatem non posse eligere minus bonum iudicatum tale,sed si eligit, necessario eligere maius, posse tamen neutrum eligere sed differre electionē donec maior inquisitio fiat,nam simaius bonum solum offerretur,posset volitionem differre,ergo multo magis, quando præsentatur cum altero in composibili bono,& hoc vltimum ait Burid. esse necessarium ad saluandum libertatem voluntatis & dominium,&lib.7.q. 8. probat non esse libertatem amplectendi minus bonum, quia talis libertas ipsi operāti noxia esset,& Orontius in Margarita philosophica lib.11. c.15. ait,voluntatem eligere quod intellectu prælatum fuerit: idem expresse tenet Azor: lib. 1. c.25. de electione. q. 6. & 7. quia voluntas non potest eligere nisi quod efficacius fuerit sibi propsitum:minus autem aut æqualebonum nunquam efficacius proponitur.

5.Arg. 5. Quia malum sub ratione male eligi non potest : minus autem bonum, vt minus est,habet rationem mali, ergo eligi non potest.

6.Arg. 6. Quia vt voluntas eligat alterum mediū è duobus,indiget imperio rationis dicentis, elige hoc:cum autem adest tale imperium in alteram partem,etiam si illa sit medij secundum se minus vtilis, iam per imperium efficitur pars illa melior, & ita electio

7.Arg. est maioris boni. 7. electio non potest esse nisi exiudicioconsultationis:hoc autē nequit esse de minori aut æquali bono, nec enim intellectus concludit,æquale aut minus bonum esse sequendū,ergo electio nequit esse

49 de minori,vel æquali bono.

2.Opinio authoris. Tenendum tamen,non solum æquale;sed minus bonum iudicatum tale,eligi posse. Hæc est Medinæ. Caietani & aliorum communiter.q.13.art. 6. idem tenet Caiet.q. 77. art.2. Valentia disp.2.q.8.puncto.3, ad finē Suarez in tabula lib 9. Metaphy. c. 5. q.3. & disp.19.sectione 6. præsertim num. 13. Vazq. disp.43.c. 2.& 1.p.disp. 98.cap.7.Henricus. quodlib. 1. q. 16. Richard. 2. d.38.articulo. 2. q. 4. in corp.& ad 3. Maior. q. vni.Gab. Flauius Scotus & alij communiter 3.d.36.dicentes,cum recto dictamine intellectus posse esse prauam electionem in volūrate,Ocham. 3. q. 12. propositione 2. Marsil.2.q.16.art.4. Auerro. 6. eth. c. 11. & quamuis aliqui pro sententia opposita referant Grego. 1.d. 40. q.1. a.2.ad 1. post 5. conclusio. tamen mihi videturhāc tenere & probare,ait enim de electione possumus loqui dupliciter,vno modo specialiter prout sequitur deliberationē,& sententiam consilij,quemadmodum definitur,3.eth.quod electio est desiderium consiliabile,& talis electio nō cadit inter penitus æqualia,ante consilium scita esse æqualia,sed nec consilium nec prędestinatio includit aut exigit huiusmodi electionē:quinimo taliselectio nullatenus competit Deo, vt dicit Damascen. lib.2. c.23. Aliomodo possumus loqui de electione communiter & large prout quælibet libera præacceptatio vnius ante alterum dicitur electio,&c. Et talis potest esse inter æquales,sicut patet in exemplo de figulo,qui ex eadem massa penitus vniformi pro libito partem vnam eligit, vt perfectam recipiat formam & reliquā dimittit informē. Hæc ille. Vbi non negat omnem electionem interæqualia,sedelectionē,de quaputat loqui Aristot. nimirum quæ sequitur deliberatione rei prius ignotæ, & hanc non negat omnino esse inter æqualia,sed inter æqualia,quæ ante consilium sciretur esse æqualia: sic enim de ipsis non esset consilium & ita electio illa non esset appetitus præconsiliabilis ideſt rei de qua propter dubietatem oportteret esse consilium, & consultationem.

1. Probat. Probatur. 1. ex Ber. lib. de gratia & libero arb.non longe à principio,vbi sic ait.Porro voluntas est motus rationalis præsidens sensui, & appetitui. Habet sane quocunque se verterit,semper rationem comitem & quodammodo pedissequam,non quod semper ex ratione, sed quod nunquam absque ratione moueatur,ita, vt multa faciat per ipsam contra ipsam, hoc est per eius ministerium contra eius iudicium, siue consilium. Quasi dicat voluntatem nunquam ferri in incognitum, nec libere appetere aliquid sine rationis consilio, posse tamen operari contra consilium intellectus, eligendo quod minus bonum iudicatum est, & subiungit. Est vero ratio data voluntati, vt instruat illam,non vt destruet:destrueret autem si necessitatem imponeret, quo minus

pro

pro arbitrio sese volueret, siue in malum, consentiens appetitui, aut spiritui nequam, vt sit animalis non percipiens, vel certe non prosequens ea, quæ sunt spiritus Dei, siue ad bonum gratiam sequens, vt fiat spiritualis, quæ omnia iudicans ipsa, a nemine iudicatur. Si inquam horum quodlibet, prohibente ratione, voluntas non posset, voluntas iam non esset. Ergo ex mente Bernardi voluntas potest non sequi dictamen rationis iudicantis, vnum esse melius alio, sed quod minus bonum iudicatur, eligere (& a fortiori quod æquale) in hoc enim nihil efficit voluntas contra rationem, imo illi se conformat, eligens quod vt bonm, & eligibile proponit, licet non, vt magis bonum aut magis diligibile. Neq; obstat quod Bernard. loquatur de electione inter fines: nam eadem est ratio de electione inter media. & sane si ex duobus æqualibus neutrum eligi posset, dari posset volitio efficax finis, quæ ostensis medijs possibilibus & proportionatis, non fortiretur effectum, consequens videtur absurdum, & contra rationem efficacis intentionis, ergo potest dari electio inter æqualia proposita, vt talia: quod maxime habet verum, si ex meliori cognitione, vel ex habitu aut auxilio Dei aut passione voluntas esset magis inclinata in vnum quam in aliud, tunc enim procul dubio posset id saltem eligere, in quo esset magis propensa, imo ista maior propensio posset præponderare excessui bonitatis, ergo saltem propter illam posset interdum eligi minus bonum.

50 2. Prob. 2. Probatur hæc sententia ex Aug. 12 ciuit. c. 6. post medium, vbi inquirens causam malæ voluntatis, ait, si duo æqualiter affecti animo, & corpore, videant vnius corporis pulchritudinem qua visa vnus eorum ad illicite fruendum moueatur, alter in voluntate pudica perseueret, quid putamus esse causæ, vt in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala quam illa res fecit, in qua facta est. Nec enim pulchritudo corporis, nam eam non fecit in ambobus: quandoquidem non dispariliter occurrit aspectibus. An caro intuētis in causa est? Cur non illius? An vero animus? Cur non vtriusque? Ambos enim & corpore, & animo æqualiter esse affectos prædiximus. An dicendum est alterum illorum occulta maligni spiritus suggestione tentatum quasi non eidem suggestioni, & qualicumque suasiononi propria voluntate consenserit? Et paulo inferius subiūgit causam dicens. Quid aliud apparet, nisi alium voluisse, alium vero noluisse a castitate deficere: vnde, nisi propria voluntate, vbi eadem fuerat in vtroque corporis & animæ affectio, amborum oculis visa est eadem pulchritudo, amborum pariter instituit occulta tentatio? Hæc Aug. potest ergo voluntas non solum cum eodem iudicio, sed omnibus æqualiter se habentibus inæqualiter velle & eligere, non ergo intentio vel electio vnius præ alio semper proueniet ex eo quod vnum alio melius iudicetur. Nec valet dicere Aug. non loqui de electione inter media ad eundem finem, sed de electione inter duos fines, nam prorsus eadē ratio est de vtraque electione, siue vtraque dicatur proprie electio, siue altera tantum Nec etiam valet dicere August. loqui de potestate eligendi & non eligendi non vero de potestate eligendi hoc aut illud prohibito: nam certe Aug. loquitur in eo euentu, quo vnus sequitur virtutem, alius vitium, omnibus eodem modo se habentibus, & sic loquitur de potestate eligendi hoc aut illud prohibito.

3. Probatur ex Aristotele. nam 3. animę. c 11. textu. 8. docet voluntatem aliquādo vinci ab appetitu sensitiuo, nec semper sequi deliberationem rationis, ideſt non semper amplectiid quod melius iudicatur ab intellectu, terdum id quod deterius: ergo saltem, quando cætera non sunt paria, non est necesse, voluntatem velle quod melius iudicatur, & 9. met. ca. 5. ait, potentias rationales esse ad oppositа, & determinari ad hoc potius qua ad illud ex electione proposito & desiderio, & non inquirit vnde determinetur ad electionem, vt ait, Suarez in indice super eo. c. 5. quia cum sit potentia libera, à nullo debet prędeterminari ad suum actum elicitum: quam sententiam attigit Sonci. 9. Metaphy. q. 14. eamque non improbat, sed defendit, putatque esse consentaneam doctrinæ Aristotelis eo. c. 5. ergo iuxta Aristotelem ante electionem ipsam nulla est determinatio voluntatis ad vnum: potest ergo eligere & non eligere maius ac minus bonum, & æqualia Vnde. 3. ethicorum. c. 2. ait opinamur quidem melius (ideſt communiter sequimur opiniones quæ probabiliores apparent,) sed propter malitiam seu vitium (ideſt prauum habitum, vel etiam passionem aut tenuem cognitionem) eligimus quæ non oportet, ideſt quæ minus bona apparent, & 3. ani. t. 47. docet, præcipiente intellectu & intelligētia, fugere aliquid aut prosequi, non moueri hominem, sed potius oppositum appetere, vt patet in incontinenti: vbi Di. Thom. lectio. 14. per præceptum intelligit cognitionem practicam, ergo quamuis intellectus iudicet, aliquid esse melius, potest voluntas oppositum velle.

51 3. Prob.

52 4. Prob. 4. Probatur ex D. Thom. quæstione. 13. art. 6. ad. 1, vbi ait sicut conclusio non semper

per sequitur necessario ex præmissis, ita neque volitio medij semper sequitur necessario ex volitione finis, & hoc vel quia non semper medium est necessarium, vel si sit, quia non semper consideratur, vt necessarium quibus verbis satis insinuat D. Thomas, nullam electionem esse necessariam nisi medij quod iudicatur necessarium, semperq. ex volitione finis necessario sequi electionem aliculus medij, ac proinde, si media æqualia iudicetur, adhuc aliquod eorum eligi posse.

5. Prob. 5. Probatur ex articulis parisien. relatis à Burid. 3. eth. q. 5. Scoto. Cordoua & alijs supra, vnus enim est. Si ratio recta est, & voluntas recta est, error. Alius, existente maiori vniuersali, & minori particulari, quod voluntas non possit in oppositum, error. Alius articulus est, existente voluntate in vltima dispositione, quod non possit velle appositum, error. Istæ autem duæ propositiones manifeste sequuntur ex opinione aduersariorum, vt quilibet potest facile deducere, ergo.

6. Prob. 6. Probatur, alias tota libertas electionis erit sita in intentione, consequens est falsum, ergo. Sequela patet, quia secundum istam opinionem nulla electio erit libera, siquidem si bona apprehendantur vt æqualia, nullum eligetur, si vero, vt inæqualia, necessario eligetur quod melius, apparet. Si dicas non eligendum necessario necessitate absoluta, sed suppositõ quod aliquod eorum eligatur seu necessitate conditionata, & specificationis, vt explicabat Conradus. Contra, quia ex voluntate efficaci finis non potest non sequi electio aliqua, ergo cũ impossibilis sit electio boni, quod minus iudicatur, vt ait, necesse erit eligi, quod iudicatur maius, quæ necessitas absoluta est, & quoad exercitium. Si dicas, stante illo iudicio, necessariam esse electionem talis medij, tamen simpliciter & absolute esse liberam; quia potest voluntas impedire tale iudicium. Contra quia electio tãtum erit libera in causa, scilicet, in tali iudicio & non in se, & præterea cum intellectus nullam facit reflexionem circa tale iudicium, nõ potest voluntas libere illud impedire, ergo electio tunc neque in causa erit libera. Idem erit si facta reflexione iudicet intellectus æque melius esse non impedire tale iudiciũ; idem quoque erit si iudicet melius impedire tale iudicium, voluntas autem illud impedire non valeat, quia est euidens, & non potest ipsa impedire apprehensionem, vel alias causas, ex quibus necessario resultat, tunc ergo, quia iudicium non erit liberum, nulla erit libertas in electione. Dices ad huc posse esse liberam in causa, nempe in intentione. Contra quia absurdum est dicere, nullam electionem esse liberam in se. Deinde aliquando intentio erit necessaria: ergo tunc electio non erit libera, sed quia forte non reputabis id tunc absurdum, argumentor sic. Nam si ex duobus medijs apprehensis, vt æqualibus, nullum potest eligi: ex apprehensis vero vt inæqualibus neeesse est maius eligi: ergo similiter ex duebus finibus incompatibilibus apprehensis, vt æqualibus, necesse erit neutrum intendi, ex inæqualibus vero meliorem; ergo quoties occurrunt duo fines incompatibiles, nulla intentio erit libera, ac proinde nulla erit electio libera in se aut in causa, quod est plane absurdum, & pene tollit omnem libertatem. Neque valet solutio Buridani, voluntatem esse liberam, eo quod differri omnis electio potest, donec fiat inquisitio, sic enim quando creditur facta iam omnis possibilis inquisitio, vel de inquisitione non cogitatur nulla esset libertas in voluntate, sed necessario eligeretur maius bonum, quod est falsum, licet ipse Buridanus 7. eth. q. 8. conclusione. 8. & 11. doceat, voluntatem necessario acceptare, & efficaciter velle, quod omnibus pensatis certo creditur esse melius, quam oppositũ, seu esse prosequendum. Neque demum valet solutio Dur. vt libertas non sit formaliter in voluntate, sed in intellectu, nam hoc reiectũ est tractatu 3. & licet verum esset, tamen non omne iudicium, ex quo electio sequitur, esset liberũ, sed multa essent necessaria propter necessitatem apprehensionis, & euidentiam, ergo magna ex parte electiones 7. Prob. essent necessariæ, quod absurdissimum est.

7. Quia si voluntas non potest eligere nisi quod melius iudicatur, pene totum negotium virtutis in iudicio consisteret: cuius oppositum docet Arist. secundo eth. c. 2. & 4. dicens, quod scire parum, aut nihil valet ad 8. Prob. virtutem.

8. Alioqui nihil differret homo à bruto quantum ad libertatem appetitus, quia tam homo, quam brutum id tantum appetere potest, quod melius apparet, nec valet dicere bruto deesse iudicium liberum, quod tamen habet homo, nam vt diximus in iudicio hominis fere nulla est libertas, præsertim si voluntas non potest velle, nisi quod melius apparet, eo quod magna pars iudiciorum voluntatem, (quæ sola est formaliter libera) antecedens, necessaria est. 9. Prob.

9. libertas creaturæ est participatio quædam & imitatio diuinæ libertatis: Deus autem potest ex bonis incompatibilibus eligere æquale, aut minus iudicatum, ergo, & creatura, scilicet homo, & Angelus. Minor patet, alioqui nulla esset libertas in Deo, quia inter incom-

incompatibilia,quæ iudicat æqualia,non posset vno spreto, aliud velle, inter ea vero,quæ iudicat inæqualia,non potest non velle alterum, idque est quod melius iudicatur,& de omnibus necessario iudicat quodnam oppositorum contrarie vel contradictorie, seu incompatibilium sit melius, vel minus bonum vel æquale, nullumque iudicium in eo est liberum ante omnem actum voluntatis,& supposito actu voluntatis producendi,aut permittendi hoc aut illud,omne iudicium est necessarium, in quo ergo erit sita libertas Dei, si non potest æquale & minus,aut maius bonum pro innata libertate eligere.

Confir.1. Conf.1.nam vel Deus prius ratione quam vellet mũdum producere,iudicauit id melius vel minus bonum vel æquale;si melius: ergo non potuit non producere,si minus bonum: ergo non potuit producere,si æquale nec potuit velle producere,nec velle nõ producere; iudicium autem illud quodcũque fuerit,fuit necessarium:ergo nulla fuit libertas in Deo nisi æquale aut minus bonum potuit eligere seu velle,ergo eodem modo potest Angelus, & homo eligere:quod enim in Deo non sit consultatio aut etiã electio propri dicta iuxta Damascenũ 2.fid.c.22.& li.3.c.14.in Angelo vero aut homine sit,nihil ad ppositũ refert.

Confir.2. Conf.2.nam voluntas diuina inter hanc materiã,& aliam omnino æqualem & similẽ, & inter hos cœlos,& alios omnino æquales, & similes(& sic de alijs)hoc elegit creare præ alijs,quod nõ potest referri in iudiciũ inæquale,quia nec exparte Dei nec exparte ipsorũ potuit fundari inæquale iudiciũ verũ.Diuina etiã volũtas potuit meliora facere, quã fecit, & tñ noluit,& quãuis Deus iudicaret mediũ conueniẽtius ad salutẽ humani generis incarnatioẽ Dei,potuit voluntas diuina ex sententia omnium Theologorum hoc mediũ non eligere : ergo cum voluntas diuina sit exemplar nostræ, nostra poterit, eligere quod æquale aut minus bonum iudicatur.

Confir.3. Cõf.3.Nã cur in materia sic disposita producat ignis potius hunc calorẽ numero,quã illum,nulla prorsus videtur esse ratio,nisi mera libertas Dei:ergo Deus potest eligere inter omnino æqualia,ac proinde etiãcreatura

Confir.4. Conf.4.ex Aug.li.1.de genesi contra manichæos vbi in solam Dei voluntatem refert, cur Deus creauit cælum,& terram,et non in hoc iudicium.Melius est mũdum creare,quã non creare,non quia non concurrerit hoc iudicium,sed quia non erat sufficiens neque necessarium,cum Deus possit inter inæqualia libere quodlibet eligere : ergo & nos. Vnde figulus ex eadem massa,vt inquit Paulus facit vnum vas in honorem,aliud in contumeliam nulla existente ratione obiectiua intrinseca, illius diuersæ electionis;similiter si quis ab aliquo audiat,& credat vias æque bonas,& rectas esse, non sistet in biuio; idem in alijs exẽplis euidentissima experientia cõfirmat.

Decimo, intellectus ex impulsu voluntatis aliquando amplectitur opiniones minus probabiles,ergo & voluntas ex propria libertate potest appetere quæ minus bona apparent,& alioqui quando iudicat homo virtutem esse simpliciter meliorem vitio,non poterit amplecti illud,quod est contra experientiam, licet Burid.sentiat supra,facta eiusmodi comparatione,hominẽ peccare non posse, secus si præferatur vitiũ,vel nulla cõparatio fiat;de quo in materia de peccat.Cõf.si enim repugnat eligere quod iudicatũ est minus bonum,maxime quia minus bonum habet rationem mali: in malum autem,vt sic, non potest ferri voluntas,sed hæc ratio est nulla,ergo:minor probatur, quia minus bonum, vt sic, habet rationem mali, in malum autem vt sic non potest ferri voluntas, sed hæc ratio est nulla, ergo : minor probatur, quia minus bonum vt sic nullam inuoluit rationem mali, sed boni imperfecti seu minus perfecti,vt patet ex Aug.lib. de natura boni c.13 to.6.ostẽdẽte omnia bona parua & magna a Deo esse & cap.14. subiungente parua bona contrarijs nominibus appellari, licet contraria seu mala nõ sint,sicut in hominis forma quia maior est pulchritudo in eius cõparatione simiæpulchritudo deformitas dicitur , & fallitur, inquit, imprudens tanquam illud sit bonum , & hoc malum. Pro hac etiam nostra sententia faciunt quæ tract.3.disp.1.sectione 10. ad arg. dicta sunt vt ostenderemus voluntatẽ a iudicio intellectus non determinari,pro eadem faciunt quę docet Vaz.disp.43.c.2.& 1.p disp.98.ca.7.ex duobus bonis æqualibus, vel inæqualibus, quorum vnum sit honestum, alterum delectabile, vel vtrumque honestum,vel vtrumq. delectabile,sumi posse,quod minus bonum, vel æquale iudicatur, dummodo efficacius proponatur ab intellectu,vt si intellectus iudicet,id esse delectabilius,licet oppositum sit honestius,vel in solo illo sit honestas:ergo pari ratione poterit voluntas sumere materiã, in qua minus reperiatur ratio tẽperantię,vel medium,quod minus vtile iudicetur, saltem si efficacius proponatur,nimirum,euidentius vel secundum aliquam rationem boni qua excedat aliud, licet simpliciter ab eo excedatur. Conf.quia Vazq.fatetur creaturas diligi à Deo,vt media ad suæ bonitatis manifestę & nihilominus elegisse hunc mundum reiecto meliori,quẽ posset ad manifestationẽ sųbonitatis producere,ergo similiter homo, Angelus potest medium minus bonum eligere

10.Prob.

gere, nec enim ad hoc propositũ refert quod creatura eligat ex indigentia, Deus autẽ nõ: nam sicut indigentia non tollit libertatẽ ad eligendum, & non eligendum, ita nec ad eligendum prolibito alterutrum ex bonis propositis, ita Vaz eadẽ disp. 43. c. 3. n. 18. vbi ait quod si Angelus, aut homo eligat medium absolute, quia vtile est, non quia alteri prælatum, tunc sine potest eligere, quod minus est, sed de hoc, inquit, non est controuersia. At certe de nullo alio potest esse controuersia, cum manifestum nõ sit posse eligi tanquam medium prælatum, seu quia prælatum, quod prælatum non esse constat: sicut ergo fatetur, Deum quia absolute eligit, posse minus eligere, ita de homine, & Angelo, sensit & sane de potentia Dei absoluta, potest homo minus eligere cur ergo non de ordinaria? si enim dicas, de ordinaria non posse, quia esset eligere bonum sub ratione mali, etiam de absoluta idem est dicendum, quia voluntas nec de potentia absoluta potest velle malum sub ratione mali.

An vero voluntas possit eligere, quod æque, vel etiã minus efficaciter ab intellectu propositum sit, in materia de peccatis tractabimus: modo satis sit scire, voluntatem posse eligere, quod ab intellectu minus, vel æquale bonum iudicatum est.

54. Ad. 1. ar. 1. Opin. Deniq; argumenta primæ opinionis nullius momenti sunt. Ad. 1. R. licet libertas voluntatis oriatur ex intellectu, & sit in eo radicaliter, non tamen hoc ita intelligitur, vt tantum possit præferre voluntas, quod intellectus præfert, sed quia sine formali, vel virtuali deliberatione præuia non habet voluntas facultatẽ libere operandi, vt tract. 1. & 3. abunde explicauimus.

Ad. 1. Cõ. Ad. 1. Confi. R. D. Tho. recte reduxisse libertatem quoad specificationem in intellectum ostendentem rationem boni mixtam cum ratione mali, quod sufficit, vt medium eligi, & repudiari possit. Præsens autem quæstio non est de libertate quoad specificationem, sed quoad exercitium, nẽpe an minus, vel æquale bonum possit eligi, & hanc libertatem concedimus voluntati contra aduersarios.

Ad. 2. Cõ. Ad. 2. Confir. R. D. Thom. non posuisse libertatem electionis in iudicio bonitatis absolute excedentis, sed excedentis in aliquo, & secundum aliquam rationem, cum quo stat, eligi posse, quod absolute non excedit, sed vel æquale, vel minus absolute est.

Deinde neque D. Thom. docet, voluntatem solum inter æqualia posse eligere, quod aliqualiter melius apparet, sed fic eligere posse asseruit, an vero aliter possit eligere tacuit, & forte, quia de hac quæstione vel non cogitauerat, vel resolutionem non habebat, vel quia iam generatim dixerat ad primum, solam electionem medij, quod iudicatum sit necessariam, necessariam esse, vel quia communiter loquendo, nunquam eligitur, nisi quod absolute, vel secundum aliquam rationem maius apparet.

55. Ad. 2. ar. Ad. 2. argu. R. Aristot. in. 1. loco loqui ex aliena sententia, quam licet non reprobet, tamen reprobanda est quoad dictum exẽplum de animali famelico, & sitiente, si de homine loquatur, si vero de bruto, vera est quanquam à D. Thom. & alijs ibi reprobetur, vt in hac sectio. quæstione. 2. vidimus in secundo autem loco vult Aristotels voluntatem, si cætera sint paria, nempe passio, habitus, & similia, id prosequi quod secundum se, vel in ordine ad eundem, aut alium finem melius iudicatum est, non semper omnino, sed communiter, & regulariter.

Ad. 1. Cõ. Ad. 1. Confi. R. consilium esse necessariũ ad electionem, non quia semper, & necessario voluntas eligat, quod melius iudicatur, sed quia regulariter, & communiter id eligit voluntas, si cęterea sint paria, & ideo nã, quę ad maius bonum respicit, non concessit libertatem, nisi præmisso consilio, non tamẽ adstringit subditum, vt consilium sequatur, sed vt audiat, quia sic communiter melius operabitur, vnde suffragium intellectus nõ deciffiuum, sed mere consultiuum dici potest, esto sit necessarium omnino ad libertatem electionis.

Ad. 2. Cõ. Ad. 2. Confir. & ad. 3. Argument. Dicendum est, sicut dixi ad Secundum locum Aristotelis in secundo argumento citatum.

Ad. 3. ar. Ad. 4. ar. Ad. 4. Argumentum, Respondeo. Orontium, eodem modo explicari posse, Duran. vero, & Conrad. & Buridanum deceptos fuisse; nec verum esse, quod inquit, Burid. talem libertatem prosequendi minus bonum, noxiam omnino fore, si ponatur, quia ad merendum præmium, & laudem apud Deum, & homines conducit.

56. Ad. 5. Respond. minus bonum comparatione maioris boni incompatibilis, habere rationem mali, & sub ea diligi non posse: secus tamen sub ratione boni, quam habet, vt manifestum est, & colligi potest ex Augustin. lib. de natura boni. cap. 13. & 14. eademque ratione maius bonum comparatione minoris boni incõpatibilis, idest quatenus illud excludit,

malum aliqualiter est, ideo positiue repudiari potest, si vero vnum bonum non excludat alterũ, neutrũ cõparatione alterius, proprie loquẽdo, sed solum metaphorice malũ est, & ideo neutrum positiue reijci potest, nisi alia ratio mali in eo reperiatur.

Ad.6. merito Vaz disp.43.nu.14. ait esse friuolum, quia imperium non præcedit electionem, nisi sit reflexum, & ex alia electione ortum, quae ligatur ipsa imperata electio, & in eo euentu rediret eadem difficultas, an volũtas moueri posset in partẽ minus vtilẽ per electionẽ, non manantem ex imperio. Præterea, quia non apparet, quo modo imperium reddat vtilius, aut melius ipsum medium eligendũ, præsertim loquendo de meliori, non tantũ secundũ quid, sed etiam simpliciter. An vero imperiũ intellectus requiratur omnino ad electionẽ, & illam necessario inferat, vt ait Med.q.13.a.6.& Caie.q 77. a.2. dicetur disp.seq. cum de imperio agemus.

Ad.7. Respon. esse valde infirmum, quia etiam per consultationem concludi potest, duo bona esse æqualia, & alterum eorum prolibito sequendum esse, & tunc electio poterit esse inter æqualia, si vero per cõsultationẽ cõcludatur alterũ esse melius, & absolute prosequendũ, ad huc poterit aliud eligi, quia per cõsultationẽ cõstat esse bonũ, & cõducere posse ad finem, & eligendũ, ac sumẽdum, si aliud spernatur.

Quæst.9. Quæst.9. An voluntas eligere possit, quod æque, aut minus efficaciter ei ab intellectu propositum est.

57. *Opin.quorũdam recentiorũ.* Quidam recentiores, vt quæstione præced. vidimus, & refert Fonseca.6.Methaphysi. cap.2.q.5. sectio.15. dicunt. Quandocumq; voluntas nostra aliquid de facto complectitur, semper intellectum efficacius considerasse, illud vt amplectendum, quam oppositum, prius, nimirum, vel tempore, vel natura. Ex quo pronũtiato duo cõsectaria colligũt. Alterũ fieri nõposse, vt intellectu æque efficaciter nobis proponente duas res quaslibet, vt amplectendas, seu eligibiles, voluntas alterã amplectatur, alterã reijciat: tametsi possit ab electione facienda se cohibere, sicque neutram amplecti, aut refutare. Alterum, si intellectus, æque efficaciter proponat duobus hominibus idem obiectum, vt amplectẽdũ impossibile esse, vt alter illud amplectatur, alter vero reijciat, tametsi vterq; possit ab actu illo, siue amplectendi, siue reijciendi se cohibere. Quam sententiã probãt.1.quia experientia quotidiana compertũ est, quãdocũq; duæ res se nobis offerunt, vt ex æquo eligibiles, semper volũtatẽ hærere, nec se ad alterã eligendã determinare.2.Quia si volũtas ex se sola absq; diuersitate vlla cognitionis oppositorum, qua ex parte eligibilia, vel refutabilia sunt alterũ plena cognitione amplecteretur, alterũ refutaretur, non semper præcederet in intellectu defectus aliquis ignorantiæ, & inconsiderationis, cũ voluntas amplectitur opus vitiosum neglecta operatione virtutis; quod pugnat cũ Arist. grauiorũq; theologorũ, & philosophorũ sententia, asserentium, nunquã dari peccatum in volũtate, quin præcedat in intellectu aliqua ignorantia, aut inconsideratio.3. Quia cũ semper intellectus concurrat cũ voluntate ad actũ eligendi, seu determinandi sese ad alterum oppositorũ (quocũq; modo id fiat) volũtas autem vnũ tantũ ex oppositis sit electura: necesse est, vt ea consideratio, qua intellectus iudicat, illud esse amplectendum semper sit efficacior, quam consideratio, seu iudicium de oppositio amplectendo.

58. *A Fonse. reijcitur, & bene.* Hos autem non recte loqui, recte probat Fonse. supra, quia si efficacius aliquid cõsiderari, vt amplectũ idem apud eos significat, atq; considerari, vt melius, non est vera eorũ sententia, nam vt aliquid amplectamur, satis est, si illud consideremus, vt bonum siue propterse, siue propter aliud: nec enim obiectum adæquatum volũtatis est melius, sed bonum, vnde cum nobis proponuntur duæ res, vt æque bonæ, libera relinquitur voluntas, vt vtramlibet indifferenter amplectatur, immo vero liberior, quã cum proponuntur, vt non æque bonæ: cum enim indifferentia intellectus sit radix libertatis in voluntate, non dubium, quin maior indifferentia, siue indeterminatio in intellectu viam aperiat, ad vsum maioris libertatis in voluntate. Adde, quod si voluntas potest amplecti minus bonum, cognitum, vt tale non tamen illud eligere, vt minus bonum (sic enim habet ratio nem mali) sed vt bonum: cur non poterit eligere æque bonum repræsentatũ, vt tale est: tametsi illud non amplectatur, vt æque bonum (si ita placet) sed vt bonum, veluti alterum è duobus iumentis æque commodis ad iter faciendum, vel alterum è duobus panibus æqualis magnitudinis, & similium omnino qualitatum ad sedandam famem. Inopinabile igitur videtur, quod hi dicunt, stante, scilicet ea æqualitate rerum, & cognitionis, etsi voluntas potest, neutrum eligere, non tamen posse eligere alterutrum.

Neque vero experientia, quam in.1.argumen. afferunt, vera semper est, sed solum cum proponuntur duæ res æque eligibiles, dum ad huc non clare, & expresse cognoscuntur, vt æque tales: hinc enim fit, vt sæpe sortibus dubium tollamus, ne quis

ex D.Thom.quæst.16.a.1.& Damasce.2.fi dei.cap.22.sed non est actus imperatus: ergo elicitus.consequentia patet,quia non est medium inter actus elicitos, & imperatos voluntatis; minor vero probatur,quia si esset actus imperatus,esset executio voluntatis,& propositi; hoc autem est contra D.T. q.16.a.4.ad.1.vbi ait,esse actum medium inter electionem,& executionem, & esse priorem executione, deinde voluntas, quando non reflectitur supra se,non dicitur imperare sibi ipsum vti,tamen tunc dicitur vti;ergo vti non est actus imperatus ipsius.

4.Probatur ex August.10. de trinit. cap. 11.dicente, vsum esse in voluntate pertractante illa, quæ in memoria, & intelligentia continentur: ergo est in voluntate,vt in subiecto.

5.Fruise habet ad finem,sicut vti ad medium: sed frui est actus elicitus voluntatis circa finem:ergo vti est actus elicitus voluntatis circa medium.

73. Alij dicunt, esse actum imperatum non secundum se, sed vt procedentem ex imperio voluntatis; & ideo non esse in voluntate tanquam in subiecto, sed tanquam in principio denominato, sicut calefactio est in igne calefaciente,non vt in subiecto,sedvt in principio denominato, & ita potentiæ subiectæ voluntati non dicuntur vti seipsis, sed a voluntate exerceri, voluntas autem dicitur illis vti,& illas exercere,quod idem est, vt tenet Vazq.disp.48.c.2.suadetur primo, quia D.Th.q.16.a.1.vsum tribuit voluntati,vt primo mouenti, & rationi tanquam dirigenti,nunquam tamen ibi,aut alibi tribuit eum voluntati, vt subiecto;quinimo infra ex eodem.a.ostendemus iuxta D.Tho. vsum esse actum elicitum aliarum potentiarum. Similiter Damascen. 2.fidei.cap.22. licet ponat vsum inter actus humanos seu voluntatis;nũquam tamen ait,esse in voluntate; solum enim ait:Demum post electionem ad actionem se confert,& dicitur Hormi,idest impetus,deinceps in ipsa actione versatur,eaq.vtitur,& tunc vsus appellatur:vbi impetum putat Vazq.appellari inchoationẽ principalis medij electi,seu prępparationẽ ad illud, vt si elegimus audire Missam, & incipimus præparari, vt ecclesiam adeamus. Fortassis tamẽ Damasce.loquitur de impetu,quẽ multi ponunt imprimi membris,antequam moueantur localiter, & ita mediat impetus inter electionẽ, & totam executionẽ mediorũ,postquã sequitur consecutio finis, quę,vt est effectiue a medijs adhibitis per voluntatem,appellatur vsus mediorum, & similiter executio vnius medij, vt procedit ab alio,dicitur vsus illius alterius medij. Aug.libr.83.quæstiones.q.30. solum docet vti esse proprium creaturæ rationalis,quæ licite vtitur,quando assumit creaturas ad gloriam Dei,idemq.docet.10.trinit.capit.11.& libr. 11.cap.25.nunquam vero dicit,vti esse in voluntate tanquam in subiecto. Nyssenus autem Nemesius,& Arist.nihil de hoc actu dicunt:ergo signum est,non esse actum elicitũ, sed actum ipsum imperatum, vt procedit a voluntate impellente potentiam executiuã ad opus.Et hæc videtur esse opinio Caiet.a. 4.q.16.dicentis,ex D.Tho.ibi habitudinem voluntatis ad volitum, secundum quod est in voluntate per quandam proportionem, & ordinem, seu inclinationem, & affectum ad ipsum,concludi,& terminari in electione: nam per eam perfecte est volitum medium & perfecta volitio medij supponit perfectã volitionem finis,deinde vero,quando voluntas vtitur,incipere secundam habitudinem voluntatis ad volitum,qua incipit ipsum realiter habere: ergo vti non importat affectũ aliquem voluntatis,sed aliquid aliud,quo obiectum voluntatis habetur in re,& non in solo affectu,ac proinde non est proprie actus elicitus, solus namq. affectus voluntatis est actus elicitus a voluntate. Vnde arguitur.2. quia omnis actus elicitus a voluntate antecedens executionem potest dari sine executione,& exterioris potentiæ operatione, & exercitio,propter aliquod impedimentum tenens se ex parte potentiæ executiuę; sed vti non potest dari sine executione,& exercitio, atq. operatione potentiæ executiuæ,etiam de potentia absoluta;ergo non est actus elicitus voluntatis.Conf.1.nam si esset actus inhærens voluntati, cum non sit simplex voluntas,vel delectatio,& sit actus prosecutiuus,debet esse desiderium;hoc autem sine re desiderata esse potest, & illam antecedit tempore, vel natura; vsus autem actiuus non potest esse sine executione, nec illã antecedere tempore,imo nec natura,sed executionem includit:ergo.Conf.2.nam si esset actus voluntatis prosecutiuus,esset velle: non autem est velle:ergo.

3.Actio,& passio in eodem subiecto sunt; 74.
quia sunt idem motus,licet non idem denominẽt:sed vsus passiuus est in ipsis potentijs exequentibus, quæ dicuntur assumi ad aliquid,& exerceri:ergo & vsus actiuus,siue ipsum vti,qui vsus est idem motus cum vsu passiuo,licet ab eo dicatur voluntas vtens; potentię vero vsę,vel vsitatę,& exercitę,non enim est alia latina vox,qua vsus passiuus melius exprimatur:de quo Arist.3.ethic.ait;quę runtur aliquando instrumenta,aliquando instrumentorum vsus.

4.Quia nullus vsus,quo vna res dicitur vti

alia

alia est actus, vel quid aliud existens in ipso vtente: ergo vsus moralis, quo voluntas dicitur vti alijs potentijs, vel medijs ad consequendum finem, non est actus elicitus voluntatis, nec aliquid existens in ipsa, sed aliquid existens in re, qua voluntas vti dicitur, consequentia tenet ex paritate rationis: antecedens autem manifestum est; cum enim Aristo. & alij passim dicunt ignem, vel animam vti calore ad calefaciendum, vel aliquid aliud efficiendum, & naturam vti semine ad generandum, & sic de alijs, non importatur aliquid existens realiter in vtente, sed in re, qua vti dicitur.

5. Quia si esset actus elicitus a voluntate, & ei inhærens, non esset actus distinctus ab electione, vt videbimus, at esse distinctum videtur de mente D. T. in toto hoc tractatu, qui ponit illū quasi actū distinctū ab electione, & Damasc. 2. fidei. ca. 22. vbi ponit electionē esse priorē prosecutione, & hanc vsu, & post vsum quiescere voluntatem: ergo.

6. Quia D. T. q. 8. in principio nō putat omnes actus volūtatis de quibus loquitur vsq. ad. q. 17. exclusiue, esse elicitos; sed tantum ait, esse immediate a voluntate, & quasi elicitos, quod certe dixisse videtur propter vsū, quem censuit non esse vere actū elicitū, sed quasi elicitum, eo quod immediate prodeat a voluntate. & ipsam solā denominet agētē; cū tñ actus imperati secūdū se accepti solam potentiam executiuam, agentem, denominent, vt videntem, audientem, &c.

75. Propter hæc ergo mihi dicendum videtur, vsum actiuum formaliter, & proprie dictum, non esse actum elicitum volūtatis, sed quasi elicitum, & reducendum ad actus elicitos, nec esse in voluntate tanquam in subiecto inhæsionis, sed illi competere, vt subiecto denominationis, & hanc esse opinionem D. Tho. Antonini, & Caiet.

Ad. 1. argum. 1. opinio. Ad. 1. ergo argumentum primæ opinionis Respondetur D. Tho. & Caie. solum velle, esse actū quasi elicitū priorē executione cōsiderata in facto esse. nō infieri, sicut calefactio est prior calore in facto esse, & nō infieri: siquidē intrinsece dicit calorē, vt egreditur ab agente, sic vsus intrinsece dicit actionem potētiæ executiuæ, quatenus egreditur a volūtate, vt applicāte; applicare autē proprie nō est vsus, sed est principiū vsus; vsus autem potētię est facere, vt operetur potētia, seu exercere potētiā, quādo autē D. Th. Capreo. Anton. Caie. Med. & alij vsum appellāt, applicationē potētiæ, nomine causæ proximæ, effectū, seu actionē inde proueniētē intelligūt: quod manifeste patet ex D. T. q. 16. a. 1. vbi ait, vsus rei importat applicationē eius ad aliquā operationem, vnde & operatio ad quā applicamus rē aliquā, dicitur vsus, sicut equitare est vsus equi, & percutere est vsus baculi, & infra ait, vsum esse aliarū potētiarū ab intellectu & volūtate, tāquā exequētiū: ergo sentit, esse actū elicitū ipsarū, & eodem modo loquitur Antoni. illo. c. 11. Cōrad. aut & alij qui putant vsum formaliter esse applicationem, & volitionem efficacem, non sunt audiendi, nec Dur. aut alij eodem modo intelligentes, ex quo patet ad secundum. *Ad. 2.*

Ad. 3. Respondetur identice, & realiter esse actum imperatum, sicut calefactio est calor; formaliter vero formalitate rei distingui, & formaliter dari medium inter actum elicitum, & imperatum, & hoc medium esse actum quasi elicitum, cuiusmodi est vsus, & formaliter loquendo recte D. Thom. Caiet. & alij constituunt hunc actum medium inter executionem, & electionem. Hæc etiam videtur mens Soti, & aliorum, nam Sotus (vt refert Medina. q. 16. artic. 1.) asserebat, quod quemadmodum fruitio est actus intellectus, & per illum voluntas dicitur frui, sic vsus est actus proprius alterius potentiæ, & per illum voluntas dicitur vti, vt vti oculis nihil aliud est quam voluntatem videre oculis, & vti intellectu intelligere per intellectum. Alij vero, eodem Medina referente, dixerunt, vsum esse actum exteriorem: quod colligebant, ex D. Tho. q. 16. a. 1. dicente, vsum esse actionem voluntatis, vt principalis agentis, alterius vero potentiæ, vt instrumenti, quod de nullo actu vere elicito, & inhærente volūtati dici potest, secus de vsu, qui, qua parte dicit actum imperatum, denominat potentiam exequentem, quæ est velut instrumentum voluntatis, quæ sola dicitur proprie vti, nec in re forte differt Medina, quia nunquam vsum actiuum dixit esse elicitum a voluntate, sed id insinuat, quia est actus quasi elicitus, & certe si putaret, esse actum vere elicitum, & inhærentem voluntati, non dixisset. art. 4. certissimum sibi esse, quod electio distnguatur a vsu. Sed dimittamus hūc obscure loquentem, certe nostra sententia est D. Tho. 1. d. 1. q. 1. a. 2. vbi ait, quod quamuis in vsu interueniat operatio rationis, & operatio voluntatis; tamen vti nominat executionem eius, quod ad finem ordinatum est, non secundū actum proprium alicuius motiuarum virium; sed communiter præsuppositā ordinatione in finem, vnde est actus voluntatis, quæ est vniuersalis motor virium secūdū ordinē ad rōnem, quod referens, & explicans opusculo. 72. q. 3. ait, quod diximus 1. d. 1. q. 1. a. 2. vti esse actum voluntatis cum tamē, vt ibidem dictum est, eius essentia magis in executione sit, quam in imperio, ideo dictum est, quia voluntas nō solū est imperans

Ad. 3. 76.

Opinio tamen vera est D.Thomæ, & aliorum. quæst.13.arti.1. consensum esse actum voluntatis,cum relatione conformitatis ad intellectum,quę est expressa opinio Damasceni illo.cap.22.vbi ait,consultat quispiam, si iuuat rem aggredi,an non. Deinde iudicat,quid melius,& vocatur iudicium(Græce crisis,) consequenter affectat,& amat,quod consilio iudicatum est, & vocatur sententia (Græce gnomi) nam si iudicetur, & non sit affectatio ad id,quod iudicatum est,idest nõ ametur illud, non vocatur sententia.Hæc Damascenus,qui similia dicit.lib.3.cap.14. nomine sententiæ, actum quendam voluntatis intelligens,quẽ D. Thom. & alij consensum vocant, licet sententiam ad intellectum in alia acceptione referat Aristotel.6. Ethi.cap. 11. dicens. Iam vero quę vocatur sententia,qua bene sentientes homines dicimus,sententiamque habere,iudicium est rectum æqui,& boni viri.

64. Pro intelligentia huius rei, & solutione argumẽtorum aduerte,hoc nomen, consensus,esse analogum, & primæua significatione dicere verum actum sentiendi cum alio simul sentiente, deinde translatum esse ad varia significanda.

1. Enim significat aggregatum variorum iudiciorum, sic dicimus hunc esse communem Doctorum consensum.

2. Significat iudicium vnius cum conformitate ad iudicium alterius, sic sentire cum alijs, & minus vsitate illis consentire dicimur, quando idem cum illis iudicamus.

3. Significat aggregatum voluntatum, idem habentium obiectum,quod aggregatum concordia dicitur,vt.1.Cor.7. nisi ex consensu ad tempus.

4. Voluntatem vnius cum conformitate ad voluntatem alterius, sic dicitur anima Deo, aut dæmoni suadenti, vel incitanti ad bonum, vel ad malum consentire. Sic etiam Rom.1.digni sunt morte non solum qui talia agunt,sed etiam qui consentiunt facientibus.

5.Significat actum voluntatis cum conformitate ad actum appetitus sensitiui, vel eius naturalem inclinationem, sic dicimur desiderijs aut tentationibus carnis,aut carni ipsi cõsentire,vt videre licet in August.12. Trini.cap.12.

6. Significat aggregatum iudicij, & voluntatis illi conformis,sed vsurpatio hæc minus est in vsu.

7. Significat actum voluntatis cum conformitate ad iudicium intellectus, quo actu voluntas id amat, aut optat, quod intellectus dictat esse bonum amandum,aut optandum,vel faciendum, & sic Azor. tom.1. lib.1.cap.26.q.1. Ait consensum esse actum voluntatis approbãtis quod à ratione fuit iudicatum,& sic interpretatur Bonauẽturã.

Ratio autem cur iste actus voluntatis,consensus dicitur,assignatur à D. Thom. supra, quia sicut sensu experimur res,ita voluntate, quę ad res ipsas fertur,ipsas quodam modo experimur, & quasi tangimus. Sed certe consensus dicitur, quia sicut duo homines quando idem volunt,idem sentire solent, & iudicare, & ideo vnus alteri consentire dicitur, maxime si alio suadente, vel rogante idem velit, ita quando voluntas intellectui suadenti conformatur, consentire illi dicitur, quia ex eius persuasione idem iudicare videtur. Vnde Damascenus.2.fid.cap. 22.ait postea afficitur, atque id quod consilium censuit, comprobat, & amplectitur, & tunc gnomi, hoc est sententia vocatur, quod tamen nomen magis conuenit iudicio intellectus, & apud nos raro, vel nunquam tribuitur voluntati; denique valde æquiuocum est, præsertim secundum vocem Græcam, quę est, gnomi. Vnde Damascenus. 3. fidei. cap.14. postquam dixit, gnomi est post inquisitionem, quę est de re ignota, & deliberationem, idest consilium, & iudicium, ad id quod iudicatum fuerit affectus,quẽ sequitur electio sic dicta,quod aliud præ alio eligat; subiungit in fine capitis. Sciendum etiam, quod gnome multimodum, & multi significatiuum est, quandoque enim ostendit exhortationem, vt dicit diuinus Apostolus.1.Cor.7.de virginibus præceptum domini non habeo, gnomem autem do. Quandoque consilium, vt quando inquit Propheta Dauid. Psal.82. Super populum tuum malignati sunt gnomem.Quandoque suffragium,vt Danielis.2. á quo exiuit gnome inuerecunda?Et quandoque pro fide, opinione, aut prudentia, & simpliciter dicendo, secundum plura significata sumitur gnomes nomen.Hæc ille.August. etiam de spiritu,& anima.cap.34.sensum, & sententiam intellectui tribuit non voluntati.

65. Grauior autem quæstio est, an consensus ab electione distinguatur, pars affirmans 2.Quæst. suadetur ex Damasce.2.fidei.c.22. &.lib.3. cap.14.post medium. Vbi ait post sententiam (hoc est consensum, vt diximus) esse electionem. Vnde D. Thom. quęst.13. & 15.de electione, & consensu agit tanquam de diuersis actibus voluntatis, & aliqui dicunt, consensum esse simplicem quandam voluntatem medij, ideoque differre ab electione, quę est efficax volitio medij, sicut simplex voluntas finis dif-

fert ab eius intentione, seu efficaci voluntate. Addūt simplicem affectum circa mediū, quod ex pluribus non est iudicatum vtilius, quia vnicum erat, non dici consensum iuxta primariam vocis significationem, quia teste Damescen. 2. fid. c. 22. consensus est post iudiciū, quo medium aliquod præfert. Qurui modus dicendi à quibusdam reijcitur, quia circa medium nulla datur voluntas, quę non sit efficax: omnis autem efficax voluntas medij electio est, saltem quando occurrunt plura media incompatibilia, interquę vnum tā tum acceptatur. Sed iam in superioribus diximus, etiam circa media dari simplicem voluntatem distinctam realiter à desiderio medij, sicut erga finem datur simplex volūtas realiter distincta ab eius intentione, & desiderio. Alia tamen ratione displicet iste modus dicendi, videlicet, quia sicut conformitas in simplici voluntate non sufficit, vt vnus homo alteri consentire dicatur, sed requiritur voluntas efficax, ait, vt voluntas intellectui, vel carni, aut eius tentationi consentire dicatur, requiritur volitio efficax, & iste est communis modus loquendi, & alioqui cum simplex voluntas ex omni boni cogitatione statim naturaliter oriatur, semper homo intellectui consentire diceretur. Deinde id quod addebatur, scilicet consensum nō dici, quando vnicum tantum medium inuentum est, mihi non placet, quia consensus a conformitate, cum iudicio dicitur: eadē autem conformitas est, aut maior quando vnicum medium inuentum est, illudq; amatur: cōmuniter autem multa se offerunt media, & ideo Damascen. ait, consensum esse post iudicium, quo vnum medium alteri prælatum est.

67. 2. Modus dicendi est, aliquem consensum differre realiter ab electione, aliquem vero differe tantum ratione. Si enim vnum tantum medium inuentū est, volitio illius quatenus conformatur iudicio est consensus, sed non electio: quia vnum medium præ alio nō sumitur. Si vero plura media inuenta sunt, & placent, illud placere est consensus, & nō electio; at si postea, vt fieri solet, vel à principio vnum alijs præfertur, electio est, necnon etiam consensus. Hæc est sententia D. Tho. quæst. 15. art. 3. ad. 3. iuxta quam explicatur facile Damascenus supra, vt purum consensum, qui communiter antecedit electionem distinguat realiter ab electione, quamuis & ipsa electio consensus quidam sit, præsertim quando eam non precedit consensus, quo plura media placeant. Sed obijciunt quidam, quia media sunt incompatibilia: homo autem non vult simul media incompatibilia. nunquam ergo habet actum distinctum ab electione, qui dicatur consensus. Sed obiectio hæc nullius momenti est, sæpe enim media sunt compatibilia, & vno, vel pluribus actibus volita, & tunc volitio, vel volitiones illorum consensus rationem habent, & non electionis. Deinde quando sunt incompatibilia, & disiunctim homo vult aliquod eorum executioni mandare, vel vnum eorum subconditione, quod aliud non esset, eorum volitio consensus est, non electio; postmodum vero electio sequi solet, qua determinate vnum eorum est volitum, spreto alio, & reiecto. Et hæc est mens D. Thomæ, & Damasceni. Late autem volitio finis consensus quoque dicitur, immo stricte volitio finis, si simul sit volitio mediorum, præsertim in particulari, siue vage, siue determinate, consensus appellatur. Appetitus autem siue finis, siue medij consensus proprie non dicitur, nisi sit liber, & ex consilio saltem virtuali procedat. Vnde in brutis pueris, & amentibus, quæ non libere, nec ex consilio operantur, sed naturæ impetu ducuntur, eo quod suorum actuum dominium non habent, consensus non est, sicut nec intentio aut electio, vt in superioribus dictum est, & tenet Azor lib. 1. cap. 26. quæst. 2. Hæc etiam sumuntur ex D. Thom. nam quæst. 15. art. 2. docet, in brutis non esse proprie consensum, & ar. 3. non esse proprie desine; quę magis fundari in communi modo loquendi, quam in ratione, docet Valen. disp. 2. quæst. 10. puncto. 2. & 3. Vnde siquis contendat, consensum esse etiam de fine, vt tenet Azorillo. c. 26. q. 2. quęstionē ait etenim esse de nomine, & cōmunē consuetudinem loquēdi inter theologos obtinuisse, vt de solis medijs esse dicatur. Puncto autē. 2. docet Valentia probabile esse etiam, cum plura media placent consensum, & electionem ait, esse eundem actum realiter, quod est contra Diuum Thom. & contra rationem electionis videtur, quæ est acceptio vnius dimisso alio.

Dices, si consensus sæpe antecedit electionem, & nunquam electio consensum, prius a nobis cum D. Tho. agendum esset de electione, quod contra factum est.

Respondetur de electione, vt de re notiori merito prius actum esse. Si inquiras, an in Christo, sit proprie consensus? Damasc. 3. fidei. c. 14. negat dicens, at vero sententiā, & electionē in domino docere nō possum*, siquidē proprie loqui studemus sentētiam, post ignotæ rei inuestigationē est, & deliberationem, hoc est, consilium, ac iudicium, affectionē adid, quod decretū est. Similiter. 2. fid. c. 22. dixerat in Christo nō esse proprie electionē, cęterū sicut superius diximus in Christo,

sto, esse proprie electionē ita de cōsensu dicēdū est cū Vaz.q.15.a.1.non enim est de ratione sententiæ, seu consensus, nisi præsissime sumpti supponere ignotæ, aut dubiæ rei inquisitionem, sed esse affectum iudicio de agendis consonum, saltem si affectus sit vnius, è pluribus medijs occurrentibus, vt vult Vazq.

Difficultas. Sed supereſt difficultas, quomodo verum sit, consensum in actum pertinere ad voluntatem, vt regitur superiori ratione, quod docet D.Tho.q.15.ar.4. & omnes alij ibi. Falsum autem apparet; quia ratio superior diuinis, & æternis attendit: sæpe autem cōsensum in actum præstamus consideratis tantum corporalibus, temporalibus, & humanis, quia sæpe peccamus, aut bene moraliter agimus nulla habita ratione rerum diuinarum, & æternarum, sed humanarum corporalium & temporalium; ergo. Conf. nam ipse D.Tho. ex Aug.12.trinitatis.c.12.eodē articulo ad primum ait, consensum in delectationem cogitationis pertinere ad rationem inferiorem: non ergo omnis consensus pertinet ad rationem superiorem.

Propter hæc doctrina D.Tho.a.4. difficilis est, introducta tamen est ad explicādum
68. Aug.12.de trinit.c.12.vbi ait, consensum in opus externum malum, pertinere ad rationem superiorem, in delectationem vero cogitationis de illo malo obiecto pertinere ad rationem inferiorem, quod vltimū explicat D.T. illa solutione ad.1.si delectatio cogitationis cōsideretur, vt est via quędā ad opus externum, si autem vt est quidam terminus, in quo quodammodo sistit ipse operans, cōsensum in talem delectationem ait pertinere ad rationem superiorem. Caie. Med. Conradus eodem articulo, & Valentia illo puncto.2.vt D.Tho. & August. explicent, multa dicunt, quæ non possunt recte intelligi, nec commode disputari, vsque ad materiam de peccatis.q.74.a.3. & sequentibus, vbi inuestiganda sunt aliqua maxime dubia, & difficilia, nempe an consensus in delectationem mali operis, l. cogitationis sit peccatū mortale, aut veniale, & hoc non solum in materia veneris, sed in alijs; & siue consensus sit formalis expressus, & directus, vt quādo homo vult actu positiuo, & formali delectari in tali cogitatione; siue sit tantum virtualis indirectus, & implicitus, atque interprætatiuus, vt cum ratio aduertit se posse, & debere impedire talem delectationem, & illam nō impedit. Et an qui ignorat inuincibiliter Deum, & eius legem, & solum agnoscit peccatum, vt est contra rationem, possit peccare non solum venialiter; sed mortaliter; & an in sensualitate possit esse peccatum mortale, aut saltem in ratione inferiori, videlicet, cum ipsa non solum vult, aut permitit delectationem appetitus sensitiui; sed etiam delectatur de cogitatione mali obiecti.

Quæ quæstiones sunt grauissimæ, & de re. Quæstio autem an consensus in opus externum malum, vel in delectationem cogitationis pertineat ad rationem superiorem, vel inferiorem, est quæstio de nomine, quæ breuiter modo expedienda est, prænotando. Quod quando Aug.12.trinit.c.4. & 7. & ex eo D.Tho.1.p.q.79.ar.9. & alij.2.d.24.pœnes omnes offitia distingunt rationem superiorem, & inferiorem, ita vt ratio superior sit intellectus, quatenus æterna conspicit, aut consulit ex ipsis sumens regulas agēdorū; inferior vero sit idem intellectus, quatenus temporalia, & inferiora conspicit, non sunt ita intelligēdi, vt ratio superior formaliter aspiciat, & consulat semper æterna, seu diuina, & spiritualia, satis est illa aspicere, & consulere virtute, nempe, aspitiendo, & consulendo aliqua ex quibus sumantur regulæ bene, & male operandi moraliter; talia enim quodam modo æterna, diuina, & spiritualia dicuntur, quia ad Deum, & vitam spiritualem, & æternam conducunt, ratio vero inferior est, quæ non attendit bonitatem, aut malitiam moralem; sed tantum corporalia, aut temporalia commoda. Ita rationem superiorem, & inferiorem explicant Medina, & alij. Itē ratio superior duplex est, prima simpliciter superior, & hæc attendit bonitatem, & malitiam moralem actus externi, & tractat de eius executione, ipsamque dirigit, quę vero tractat solum de delectatione voluntatis, vel appetitus sensitiui in cogitatione operis externi, quia attendit ad id, quod inferius est, scilicet, minus malum, aut minus bonum, & quid imperfectum in suo ordine, & genere; & ad aliud per se, & ex natura rei ordinatū, & non profert vltimam sententiam, sed præambulam, est ratio superior secundū quid, & quodam modo dicitur inferior; & ita inquit Caieta. ad rationem inferiorem, prout participat aliquid de ratione superiori, ideſt, vt est ratio superior secundum quid, & inferior secundum quid, seu mixtum quodam ex ratione simpliciter superiori, & simpliciter inferiori, spectare consensum in delectationem cogitationis, scilicet, siue formalem, siue interprætatiuum. Et sic intelliguntur D.Tho. & alij.q.15.a.4. & q.74.ar.7. & Valentia supra cum Augu. asserentes, consensum in delectationem cogitationis pertinere ad rationem inferiorem, & probātes, quoniam ratio illa, quæ non profert vltimam sententiam, sed præambulam non est simpliciter, seu proprie superior, sed est inferior, videli-

69 Expenditur quædā quæst.

cet;

cet saltem secundum quid.

70. Dub. Dubium autem esse potest, an consensus in delectationem de opere V.G. de fornicatione absq. voluntate fornicandi, spectet ad rationem superiorem vel ad inferiorem. Nã D.Tho.q.15.ar.4.ad.1.Medi. & alij ibi simpliciter, & absolute docent, pertinere ad superiorem rationem, quia illa delectatio habet pro obiecto ipsum opus; & ideo cum eodem computatur; ergo sicut opus pertinet ad rationem superiorem; ita delectatio de opere. Cęterum ipse D.Tho.q.79.a.7. absq. vlla distinctione docet, consensum in delectationem pertinere ad rationem inferiorem, & ratio esse potest, quia probatio sententiæ non vltimæ spectat ad rationem inferiorẽ; sed sententia de delectatione operis est nó vltima; ergo spectat ad rationem inferiorẽ, qua ratione D.Tho.vtroq. loco consensum in delectationem cogitationis tribuit inferiori rõni. Cóf. nã Aug.12.trinit.c.12.nõ tantum consensum in delectationem cogitationis, sed etiam in delectationem operis reducit ad rationem inferiorem; siquidem ait, propter consensum in delectationem hominem posse damnari; docet autem D.Tho.q.79.art.8. propter consensum in delectationem cogitationis hominem damnari non posse, sed solum propter consensum in delectationem operis, de quo intelligit August. ergo consensus in delectationem operis secundum Augustinum, & D.Thom. pertinet ad rationem inferiorem aliquo modo, & nõ ad solam rationem superiorem. Propterea mihi videtur aliquo modo pertinere ad inferiorem rationem, sed parum, & multo minus, quam consensus in delectationem cogitationis; & propterea D.Tho.q.15.ar.4.ad.1. simpliciter, & absolute dixit pertinere ad rationem superiorem; quod enim parum est pro nihilo reputauit; vidit autem parum de ratione inferioris participare, q. autem 79. re altius considerata; quia vidit aliquid participare de ratione inferiori, absolute, & sine distinctione dixit, consensum in delectationem pertinere aliquomodo ad rationem inferiorem.

Sectio.7. De Vsu.

71. PRIMA quæstio est an vsus sit actus elicitus voluntatis, quidam dicunt, esse actum elicitum voluntatis. Primo quia D.Tho.q.8.in principio ait, se prius acturũ de actibus, qui sunt immediate a voluntate, quasi ab ea eliciti; deinde de actibus imperatis; inter actus prioris generis cardinẽ ponit velle, frui, & intendere. q. autem 13. in principio circa media ponit, eligere, consentire, vti & q.16.a.1. simpliciter docet, vsum esse actum voluntatis, & videtur intelligere de actu elicito, quoniam q.17. aggredi. ur de actibus imperatis tractare. Et esse actum elicitum existentem in voluntate tã quam in subiecto docet expresse Conra. q. 16.a.1.in principio, & Med. ibidem ait, vsum actiuum sine dubio esse voluntatis, passiuum vero esse actum elicitum ab alijs animæ potentijs, & Valentia disp.2.q.11.puncto.1.expresse ait, vsum esse volitionem efficacem. Idem videtur tenere Caiet.q.16.a.4.quatenus ponit actum vtendi, esse actum voluntatis priorem executione. Holcot etiam.1.sen ten. quæst.4.art.1. vbi ait, vti esse amare aliquid propter aliud, & Dur.d.1.q.3.n.6. ait vti esse actum voluntatis, vt elicientis, & esse volitionem quandam. Durandum citat, & sequitur Capreol. eadem d.q.2.art.1.concl.1. idem videtur tenere Aureol. apud Capreol. ibi.a.2.in argumentis contra primam conclusionem dicens, vti esse motum quendam voluntatis. Idem tenet expresse Hispal. 1.d. 1.q.2.a.3.notabili.1. & deinceps, & Scot.q.3 & 2.d.38.q vnica Antonin. etiam.1.p.tit.4. c.4.in principio vsum ponit inter actus immediate elicitos a voluntate, & c.11.in principio ait, vsum esse actum voluntatis tanquã primi mouentis, & rationis tanquam dirigẽtis, aliarum vero potentiarum, vt exequentium, & Bon.1.d.1.a.1.q.1. quem sequuntur Rich.a.1.q.1. Gab.q.1.a.1.not.1. inquit multis modis vsurpari vsum. 1. communiter pro operatione cuiuscumq. facultatis, & sic esse exercitiũ facultatis, quod ab otio distinguitur. 2. p exercitio cuiuscũq. facultatis cũ assiduitate, & frequentia. 3. pro actu voluntatis, & hoc dupliciter, aut pro quocumq. actu voluntatis assumentis aliquid sub potestate sua, & facultate, aut pro actu voluntatis, quo diligitur creatura non propter se, sed propter Deũ. Vnde prædicti sentiunt vsum in. 3. acceptione esse actũ elicitũ voluntatis, idemque tenent Marsil.1.q.4.ar.1. Gregor.1.d.1. q.1.a.1. Dur.q.1. addens, nulli alteri potentiæ conuenire vsum, nisi per attributionẽ ad voluntatẽ, cui proprie conuenit applicare alias facultates ad opus, Conrad. etiam.q.16. art.4.ad.1. vti vocat actum elicitum voluntatis.

2. Quia vsus actiuus, nomine vti significatus, est applicatio non quęcumq. sed actiua; hæc autem est actus elicitus voluntatis: nam voluntas non potest applicare potentias ad operandum, nisi medio actu elicito abipsa: ergo. 72.

3. Probatur, quia vti est actus voluntatis, ex

ne quis ægre ferat, si ei res minus bona obtingat. Quod si sublata iam est omnis dubitatio, liberrime fit electio: quia vtraq; res æque commoda esse cognoscitur ad finem electioni propositum, vt vtralibet, si non vt æque commoda, certe vt cõmoda ad illũ obtinendum eligi possit. Nec eadẽ ratio est in brutis, si quãdo ad huiusmodi iudicij æquilibrium veniunt, cum libertate careant, & ad alteram partem à prima causa in eo euentu determinentur, vt superius ostensum est.

Si vero efficacius aliquid considerari, idẽ esse volunt, atque intẽsius, vel clarius, seu expressius, distinctiusue, aut ex maiori conatu intellectus, vel maiori affectu voluntatis (nec enim alius comparatiuus sensus horum verborum occurrit diuersus ab eo, qui iam exclusus est de consideratione maioris bonitatis rei eligendæ) non est etiam hoc pacto verum eorum pronũtiatum, nam quod ad maiorem intensionem considerationis attinet, ipsi etiam plane fatentur, non esse necesse, vt intellectus intensius id considerauerit, quod defacto eligimus. Et merito quidem, cum sæpe eligamus ea, quorum opposita ex valde intenso habitu iudicabamus esse eligenda: vt patet in his, qui peccant repugnante iudicio prudentiæ, longa virtutũ consuetudine acquisito. Quod autẽ idẽ dicendũ sit de maiori claritate, siue expressione, distinctione considerationis, ex eo patet, quia nihil repugnat, æque clare, expresse, & distincte, vtramq; rem propositam considerare, siue vtroque sit æque bona, seu conducens ad finem propositum, siue altera melior, altera minus bona: siue altera bona moraliter, altera vitiosa. Stante auem hac æquali considerationis claritate, nihil est cur volũtas indifferenter alteram amplecti non possit, alterã reijcere; ad huc enim in vtraq; vel in alterutra inuenire potest aliquam rationẽ boni, ob quam alteram amplectatur, alteram prætereat: nam etiam in peccato reperitur aliqua ratio boni. Itaque intellectu æque clare cõsiderante malitiam peccati, & præstantiam virtutis, potest voluntas eligere peccatum, vt patet in Angelis cum essent viatores, & in Adam, qui deceptus in præuaricatione non fuit, vt ait Paul. ad Heb. 5. & nunc etiam in natura lapsa idem contingere potest, cum quis pro consuetudine exercitatos habet sensus, & mentem ad discretionem boni, & mali, & passionibus vacuus est.

Quòd vero non sit necesse, vt quis maiori conatu intellectus, aut affectu voluntatis iudicauerit eam rem esse eligibilem, quam voluntas defacto elegit, patet; quia sæpe viceuersa contingit, vt in coniugijs parum voluntarijs, & in alijs plerisque vitæ institutis, ad quæ multi se addicunt, repugnante conatui intellectus, & affectui volũtatis inclinãtium in opposita. Nec obscurum est, sæpe intellectum ex imperio voluntatis pugnare cum suamet propensione ad reprobandum oppositum, & ipsa etiam voluntate, cum suo ipsius affectu ad oppositum propendente: vt minus mirandum sit, si intellectu ex æquali conatu suo, vel æquali affectu voluntatis, iudicante, duas res, inter quas faciendа est electio, esse æque eligibiles, voluntas nihilominus alterutram indifferenter amplectatur: vt cum alicui proponuntur duæ viuẽdi rationes, ad quas ille æque affectus est, & iudicio, & voluntate, vel certe ad quas nullã habet repugnantiam, veluti militia honorũ gratia, & mercatura diuitiarum causa. Adde pro impugnatione huius. 2. sensus, quod nihil eorum, quę antecedunt determinationem voluntatis, siue illa in intellectu, siue in voluntate sint, impedit, quominus voluntas, se vertere possit in vtramlibet oppositionis partem, vt patebit lib. 9. Hinc enim fit, vt nec maior considerationis claritas, nec maior conatus intellectus, nec maior affectus voluntatis pro vna parte, impedimento sit, ne ipsa voluntas libere oppositam amplectatur.

Vnde quod. 2. Argu. proponebatur, si intellectus posset plena cognitione considerare malitiam peccati, fore vt non semper præcederet peccatum ignorantia, aut inconsideratio, concedendum est, si de ignorantia, & inconsideratione formali, siue expressa sit sermo: sed negandum, si de interpretatiua: quo pacto Aristot. & alios veteres, qui contra videntur sentire. lib. 9. exponemus. Ad.2.Ar.

Si denique accipiunt efficaciorem considerationem, non iam comparatiue, sed absolute, nempe pro ea sola, quę habitura est effectum, vt illud iudicium de eligenda re dicatur efficacius, quod voluntas de facto sequutura est. Primum quidem non sibi constant: si enim eam considerationem intelligunt esse efficaciorem, quam futurum est, vt voluntas sequatur, quomodo intellectus potest æque efficaciter illi proponere duo oppositа, cum futurum non sit, vt voluntas vtrumque amplectatur, sed alterum tantum? Quo etiam pacto fieri potest, vt voluntas in eo euentu neutrum oppositorum defacto amplectatur, si vtriusque consideratio in hoc sensu supponitur æque efficax? Qua etiã ratione fieri potest, vt intellectu æque efficaciter proponẽte duobus hominibus idem obiectũ, vt eligendũ, neuter illud amplectatur? Deinde, si illi notã æquiuocationis minime veriti, sumunt cõsectaria in sensu cõparatiuo, accepto pronun-

nuntiato in absoluto, neutrum etiam consectarium eo modo veritatem continet. Quãquam enim intellectus æque efficaciter in alterutro duorum comparatiuorum sensuum proponat eidem homini opposita obiecta, vt æque amplectenda, aut idem obiectum diuersis, vt æque abvtroque amplectendum, non dubium, quin idem homo possit vtrũuis oppositorum indifferenter amplecti, & ex duobus alter idem amplecti, alter refutare vt ex dictis patet.

61. Ad. 3. Ar. Quia propter ad 3. Arg. quod huic absoluto sensui nitebatur, dicendũ est, neutram considerationem oppositorũ, quatenus præcedit determinationem voluntatis, esse exse absolute efficacem, sed fieri efficacẽ per ipsam voluntatis determinationẽ ad alteram oppositionis partem, posse tamen exse esse efficacẽ cõparatiue in altero priorũ sensuũ, quam in alterã, ratione scilicet maioris bonitatis rei propositæ, aut maioris intensionis, vel claritatis iudicij, conatusue ipsius intellectus aut affectus voluntatis: verum plurima eligi à voluntate, quę non sunt hoc modo efficacius cõsiderata, vt eligibilia, sed, vel æque efficaciter, vel minus etiam, quã quod reijcitur, vel denique, quę sunt iudicata simpliciter non eligibilia, idque quatenus ineis aliqua bonitatis ratio cernitur in ordine ad finem intentum vt patet ex dictis, & plenius patebit. lib. 9. Hæc Fonseca.

62. Author. Quę quia recte dicta, trãscripsi, vt à lectore hic videantur interim, dum tractatus noster de peccatis, lucem non videt in quo fusius recẽtiores illos reijcio iuxta sensum proprium ipsorum, qui non ponunt illam maiorem efficaciam, nisi in ostẽsione maioris bonitatis obiecti, vel in distinctiori, seu expressiori, & clariori cognitione æqualis, aut minoris bonitatis, in quo sensu euidenter refelluntur: quia data æqualis bonitatis æquali cognitione, voluntas ex habitu proprio, auxilio Dei, vel passione appetitus propendebit magis in vnam partem, quam in aliam: ergo poterit illam amplecti, & sic non erit necessario suspensa, vt illi recentiores affirmabant: & tanta poterit esse ex illis capitibus ad eam partem, quę vt minus bona, vel minus bene cognoscitur, propensio, vt etiã in illam inclinare possit, illa propensione, præponderante maiori cognitioni, aut bonitati obiecti. Sed si omnia essent paria, posse amplecti quodlibet ipsorum obiectorũ, non adeo facile ostendi potest, & multominus, posse id amplecti, ad quod simpliciter, & omnibus pensatis minus propensionis habet. Id tamen suadent aliquæ rationes factæ in hac quæst. à Fonseca, & à nobis in præcedenti: & efficacius ostendam tract. de peccatis, vbi videbimus quantũ illa sententia derogeret libertati nostræ imo angelicæ, ac diuinæ.

Decimo quæritur, an mutata intentione mutetur electio, & sit alia. Respondet Azorto. 1. lib. 2. c. 5. q. 6. electionẽ esse aliam, quia mutato obiecto formali, seu motiuo intrinseco electio non potest eadem esse, sed mutata intentione, mutatur obiectum formale, & motiuum intrinsecum: ergo electio est alia sicut etiam assensus conclu. est alius quãdo ex alijs præmissis procedit. Hæc sententia verissima est, quãdo intentio illa habet pro obiecto finem intrinsecum electionis: secus quando finem extrinsecum, vt cum quis ob gloriam Dei, vult elicere actum internum, qui habeat pro fine intrinseco bonitatẽ misericordiæ, in quo casu electio est imperata ab illa intẽtione, sicut actus externi ab internis, & ideo sicut mutatis actibus internis imperãtibus, idem manet actus externus imperatus, ita mutata intentione imperante, eadem manet electio imperata.

Sed an mutata electione, mutetur intentio? Azor eodem. c. q. 7. affirmat, quia si reijcio medium, quod elegeram, & eligo aliud, iam non volo consequi finem per idem medium: ergo non est eadẽ intentio cum priori, qua volebam consequi finem per tale medium. Hæc sententia est vera, quando intentio prior se extendebat ad mediũ, quod reijcitur: secus quando solum finem, vel finem cum medio generatim, nõ specialim volito, attingebat.

Sectio. 6. De consensu.

BOnauent. 2. d. 38. q. vltima ait, consensum licet importare videatur vnicum actum, tamen necessario duos includere: nam consensus, non est aliud, quam concordia voluntatis, & rationis ad vnum aliquid faciendum; vnius, vt arbitrantis, & iudicantis; alterius, vt prẽoptantis, & propterea sic recte nominatur, & respicit liberum arbitrium, quod simul consistit circa voluntatem, & rationem. Hæc Bonauent. qui ibidem docet, intentionem substantialiter etiam pertinere ad intellectum, & voluntatem.

Aliunde autem videtur consensus ad solum intellectum pertinere; nam Damascenus. 2. fid. cap. 22. consensum vocat gnomin, idest sententiã: sententia autem ad solum intellectum pertinet, qui dicitur sentire, quia res cognoscit sicut sensus.

Confirm. nam sicut sentire est cognoscere, ita consentire est cum alio cognoscere: ergo non pertinet ad voluntatem.

Opi-

rans,sed etiam est exequens, vt patet in actionibus,quas per seipsam facit, & sic vti est actus eius,vel hoc ideo dictum est; quia coniungitur cuilibet virium inferiorum,quarum est exequi sicut motor coniungitur mobili. Eodem modo ex his locis rem explicat Bergom.in concordia D.Tho.dub.1210. Sic etiam potest intelligi D.Bonau.1.d.1.q.1.dicens,vti esse actum volantatis,& Antonin.1.p.tit.4.ca.4. in principio numerans vti inter actus elicitos voluntatis. Nec obstet quod D.Tho.q.16.a.1.ad.2. ait,Damascenum loqui de vsu,secundum quod pertinet ad exercitiuas potentias,quibus verbis insinuat se aliter loqui de vsu,nempe sumendo illū pro actu existente in ipsa volūtate. Solum enim velle videtur,vt explicat Vazq.disp.cit.n.4. Damascenū precipue explicuisse vsum, qua parte pertinet ad potentias executiuas, licet etiam voluerit,esse actum voluntatis tanquam primi mouentis,quod ipse D.Thom. magis explicuit, & iuxta hæc optime D.T. q.16.a.4.docuit,vsum non pertinere ad vnionem affectiuam, sed ad vnionem realem obiecti cum ipsa voluntate,nam per executionē,& vsum mediorum incipit voluntas habere obiectum sibi realiter vnitum,quia realiter ponit medium,& quodammodo, ac virtualiter consequitur finem, imo & simpliciter,quando ex medio statim consequitur.

76 Ad.4.Respondetur August. ibi non velle
Ad.4. quod vti sit in voluntate tanquam in subiecto; sed esse in ea tanquam in principio proprio libere applicante potentias ad operandum,& vtēte illis,vt cum dicimus in manu, potestate, & voluntate alicuius esse moueri,& quiescere,&c.Et ideo ibidem dicit,vti esse assumere aliquid in facultatē voluntatis,idest aliquid efficere circa illud ad nutū voluntatis.

Ad.5. Ad.5.argumentum potest negari maior & minor,vt patebit sectione sequenti;multi enim dicunt,frui non esse actum elicitum voluntatis, sed habere aliquem fructum in intellectu,vel alia potentia ad nutum,seu iuxta affectum voluntatis, esto autem sit actus elicitus voluntatis,non sequitur, vti esse actum elicitum eiusdem, nec enim isti actus sunt contrarij,vt versari debeant circa idem subiectum,nec similes in ratione actus elicti voluntatis, sed in hoc tantū quod frui versatur circa finem, & vti circa medium, & vterq.actus solum competit voluntati,vt subiecto denominationis.

77. 2.Autem hic quæri potest an vti sit actus
2.Quæst. voluntatis distinctus realiter ab electione. Hæc quæstio iuxta sentētiam, quam modo defendimus nullam habet difficultatem:si enim vti est actus non existens in voluntate, sed extra ipsam,manifestū est distingui realiter ab electione,quæ voluntati inhæret, & ita videtur tenere Azor.tom.1.libr.1.ca.27. q.3.docens,iuxta D.Thom.& veritatem vsum esse actum voluntatis distinctum ab electione,idq.certum esse,quando vsus est alicuius extrinseci, nam vti igne ad comburendum,nihil aliud est,quam illum admouere, vt comburat, admouere autem ignem, quid distinctū est ab electione.Sic etiam videtur sentire Rich.1.d.1.ar.1.q.4. nam vsum in ipsa executione ponit post electionē. Tenendo autem esse actum elicitum a voluntate ipsiq. inhærentem,supereſt difficultas an realiter ab ipsa distinguatur.

1. Opinio est semper realiter distingui insinuat Med.q.16.a.4.nam significat esse actum elicitum,& sine vlla limitatione ait,procul dubio esse actum distinctum ab electione,& 1.fauent D.Tho.eodem.a.4.& Damasce.2.fidei.cap.22.dicentes,esse actum priorem electione:imo Damasce. ibi inter electionem,& vsum ponit actum prosecutionis. 2.Ratio suffragatur,nam electio sæpe præcedit tempore executionem,vsus vero nec de potentia absoluta potest esse sine executione,item electio antecedit imperium,vsus vero sequitur:ergo sunt actus diuersi.3.Quia electio versatur proprie circa media,vsus autem proprie non versatur circa illa, sed circa potentiam exequentem, quam ad opus impellit.& applicat:ergo habent obiecta diuersa,ac proinde sunt diuersi actus. *1. opinio.*

2.Opinio ait,aliquando esse idem cum electione; aliquādo esse actum diuersum omnino ab electione,ita Valentia disp.2.q.11. 78.
punct.3.qui aliquando actus istos realiter distingui,& electionem esse priorē vsu,probat.1.nam electionem nonsemper consequitur executio, vsum vero semper consequitur:ergo electio est actus minus efficax,atq.minus perfectus,& realiter prior,eo quod natura procedit ab imperfecto ad perfectū, antecedens probatur,nam sæpe fit, vt eligamus,nec tamen exequamur,nunquam vero vtimur potentia executiua, quin opus ipsum consequatur. Nec enim dicor voluntate vti oculo, nisi videam oculo, & sic de alijs. 2. probat hos actus interdum distingui realiter,quia electio solum fertur directe in mediū,seu executionē eius ratione præcise, qua valet ad finē, vsus vero præter hoc directe potius tendit in ipsam potentiā impellendo eam, vt eliciat operationem, per quam medium executioni mandetur: ergo actus isti ex objectis differunt re,& prior est electio, quia prius ordine naturæ est appetere rem,quatenus est vtilis ad finem,quā impellere potentiam ad rem actu exequendā sicut *2.opinio.*

ſicut prius eſt obiectum,quam potentia.Interdum vero electionem ſolum diſtingui ratione ab vſu,& ſola ratione ipſum antecedere probat,nam ſi intellectus ſucceſſiue proponat voluntati primo medium quatenus eſt vtile ad finem, & ſecundo executionem eiuſdem medij per potentiam executiuam, tunc pari modo poteſt voluntas elicere primo electionem,& ſecundo vſum,ac proinde iſti duo actus realiter erunt diſtincti, & electio prior ſecundum rem,quam vſus. Sin autem intellectus, vtrumq. ſimul puta mediũ, & executionem eius proponat voluntati(vt ſine etiam poteſt)tunc pari modo voluntas eodem actu realiter tendet in vtrumque, qui actus diuerſa ratione erit,& electio,& vſus,electio vt tendit in medium,quatenus vtile ad finem;vſus,vt tendit efficaciter in executionem medij,ac ſecũdum rationẽ prior erit etiam tunc electio,quam vſus,quod nihil aliud eſt,quam actum illum eundem prius conſiderari ſub ratione electionis, quam ſub ratione vſus,eo quod prius quidem eſt medium eſſe vtile ad finem,quam illud executioni mandare.

79. 3.opinio. 3. Opinio eſt,omnem vſum actiuum eſſe electionẽ nó ècõtra,ſi enim electio determinet quidẽ mediũ;ſed nõ omnes circũſtãtias eius nẽpe hic, & nũc, & hoc modo,nõ eſt vſus,quia ex vi huius electionis potentia non ſufficiẽter applicatur ad opus, vſus autẽ eſt actus,quo ſufficiẽter applicatur:ergo talis electio nõ eſt vſus,& de ea intelligẽdus eſt D. Th.q.16.a.4.dicẽs,electionem eſſe priorem vſu;moraliter enim, & fere ſemper ita fit, vt prius fiat cõſiliũ,& iudicium, atq. electio de medio ſecũdũ ſe,quã ad executionem deueniatur:quãuis interdũ accidat adeo eſſe breue tẽpus,quod inter electionẽ, & vſum intercedit,vt appareat nullum,& cũ quis perſiſtit in electione,dicitur proſequi,& ideo Damaſce.2.fidei.22. proſecutionẽ ponit mediã inter electionẽ, & vſum.Si vero electio determinet medium cum omnibus circunſtãtijs eadẽ eſt vſus,quia per eã ſufficiẽter applicatur potẽtia executiua ad operationẽ ſuam. Vſus autem eſt actus,quo potentia executiua ſufficiẽter ad opus applicatur:ergo.Quãdo autem electio,& vſus differũt realiter,dicunt iſti non differre eſſentialiter; ſed accidentaliter ſecundum maiorem & minorem determinationem circunſtantiarum, quia vſus determinat omnes:electio vero diſtincta ab vſu non omnes determinat.

80. 4.opinio. Hæc.3. ſententia placet addendo tamen 1.electionem,quę determinat omnes circunſtãtias neceſſarias,vt actio fiat, nõ eſſe vſum actiuum, ſi præciſe ſecũdum ſe ſumatur: ſed cõnotando,quod inferat effectum,quem tũ Deo,vel quopiam alio prohibẽte,poſſet nõ inferre,ſæpe enim potentia executiua nõpareret voluntati propter aliquod impedimẽtũ intrinſecũ,vel extrinſecũ potẽtiæ,aut homini,& tũc nec electio, nec vllus alius volũtatis actus poteſt vſus dici,qui enim intellectu vtitur,intelligit,& ſic de alijs.2. electionem abſtracte, & contracte factam fortaſſe differre eſſentialiter,& ſpecifice propter diuerſitatẽ obiecti,nã velle obiectũ cũ aliqua circũſtãtia, & ſine illa videtur ſuffitiẽs ad differẽtiã ſpecificã,vt actus quo iudico Petrum eſſe animal, & quo iudico eſſe animal rationale,vel animal albũ,videtur ſpecie differre, & alioqui electio abſtracta poſſet fieri contracta,& ècõtra.res enim poteſt variari accidẽtaliter manẽte eadẽ ſubſtantia.Si dicas nõ differre tãtũ accidẽtaliter,ſed ſubſtãtialiter ſicut Petrus & Paulus,& ideo nõ poſſe eſſe trãſitũ ab vna in aliã:cõtra quia differẽtia hęc nẽpe cõtractio ad omnes circũſtantias, eſt cõmunis multis electionibus,differentia autem intrinſeca,ſi eſt communis, eſt eſſentialis.Item iſtę electiones poſſunt eſſe,& manere ſimul,quia non aduerſantur: ergo differunt eſſentialiter,nam plura accidentia ſolo numero differentia non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto.Vnde dicendum eſt has electiones,vel differre eſſentialiter, vel poſſe eundem actum modo eſſe electionem in abſtracto,& poſtea contractam, & ècontra.Id autem quod præcipue aſſerit hæc ſententia contra præcedẽtes,nullum dari vſum,qui nõ ſit electio, ſuppoſito ꝙ ſit vnius medij præ alijs;probatur,quia ad rationem electionis ſufficit eſſe acceptionem vnius medij relicto alio. 2.quia electio efficax medij cũ omnibus circunſtantijs ſufficit per ſe ad operãdum ſi permaneat,nec opus eſt alio actu elicito voluntatis ad operandum: ergo fruſtra ponitur alius actus elicitus volũtatis,fruſtra enim fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora: antecedẽs patet,quia in brutis, vt moueãtur localiter,ſufficit appetitus ſtatim operandi:ergo,& in nobis electio ſtatim operandi,nec enim refert,quod homines liberę,bruta neceſſario operentur:nã ſicut in opin. aduerſariorum non derogat libertati quod homo ſuppoſito vſu, neceſſario operetur, ita nec quod ſuppoſita electione medij ſtatim ponendi, & alioqui plures actus requirentur in voluntate ad operandum libere,quam ad operandum neceſſario.Confir.nam ſi hic,& nunc volo mouere manum ad ſcribendum,continuo ſequitur opus. Sed velle hoc eſt electio; nã omnis volitio vnius medij prę alio electio eſt;ergo.3.quia vſus nõ eſt ſimplex volũtas,nec electio:ergo eſt deſiderių; nã oĩs motus erga bonũ eſt ſimplex

voluntas

voluntas delectatio vel deſiderium: omne autem deſideriũ, ſi vnius medij præ alio eſt, electio eſt vt patet ex diffinitione electionis. ergo.

Confir. Cõf. nã omnis actus qui verſatur circa mediũ & poteſt eſſe ſine executione, electio eſt, ſed omnis actus, quo eſt volitũ vnũ medium præ alio, eſt huiuſmodi: ergo. Mi. prob. quia omnis actus huiuſmodi eſt deſideriũ: omne autẽ deſideriũ poteſt eſſe ſine executione. Itẽ omi actui volũtatis nĩæ poteſt apponi impedimẽtũ intrinſecũ vel extrinſecũ: ergo omnis poteſt eſſe ſine executione cũ ergo vnus actus accipiẽs vnũ mediũ præ alio, & potens eſſe ſine executione, ſit electio, vſus quo voluntas voluerit vnum mediũ præ alio, erit electio. 4. quia Ariſt. Nyſſen. &

4. Nemes. inter actus elicitos voluntatis nullam de vſu mentionem fecerunt: cuius ratio eſſe videtur vel quia nõ putauerunt eſſe actum elicitum. l. quia nõ diſtinguitur ab electione, cum reſpici at idem obiectum nempe medium.

81 Ad 1. argum. 1. opin. Reſp. auctores illos

1. Argum. 1. Opinio poſuiſſe electionẽ priorẽ vſu, vel quia vſum extimauerunt, nõ eſſe actũ vere elicitum à volũtate, ſed quid conſequens, vel quia cõmuniter electio abſtracta, quæ nõ eſt vſus, præcedit electionem cõtractã, quæ ſola eſt vſus. Ad 2. R. ac

Ad. 2. tũ electionis cõtractæ, eſſe poſſe ſine executione, ſi exiſtat impedimẽtum, & tunc nõ habebit rationem vſus: ſecus ſi nullũ ſit impedimentũ & inferat effectũ. Ad. 3. R. vsũ propriſsime verſari circa mediũ & nõ circa potentiã niſi quatenus ipſa p ſuũ exercitium eſt mediũ ad cõſequendũ aliquẽ finẽ: nullus eſt enim actus volũtatis reſpiciens bonũ, qui nõ verſetur proprie circa finẽ vel medium (niſi forte aliquis reſpiciens bonum abſtrahẽdo à fine & medio) itaq. vſus nõ differt ab electione eo q nõ reſpiciat mediũ, ſicut electio: nam vterq. actus medium formaliſsime reſpicit, pro quo obſeruãdum eſt large loquẽdo quoties aliquis operatur, vti potentia ſua ad operãdum ſiue cognoſcat opus & potẽtiã & velit eã exercere, ſiue nõ, ſic Ariſt. & alij ſæpe dñt, animã vti calore ad nutritionẽ pedibus adgreſſum, &c. ſed vſus potentiæ de quo agimus in præſenti, eſt actus, quo volũtas vult operari media aliqua potẽtia; l. actus ipſe quo formaliter operatur per talẽ potẽtiã ſuppoſita volitione operãdi per illã. & iſte modo vtẽdi potẽtia nõ reperitur formaliter, quoties operamur; quia nõ opus eſt intellectum. l. voluntatem reflecti in potentiã executiuã, vt ipſa applicetur ad operãdũ: ſed ſatis eſt velle videre, mouere manũ, &c. vt opus ſequatur: virtute autẽ in omni operereperitur: quia perinde eſt velle mouere manũ & velle, q potẽtia executiua moueat manũ: cũ autẽ datur formalis vſus potẽtiæ ſtricte ſũpto, eo modo, quo à nobis & aliis theologis vſurpatur, eligitur potẽtia. l. amatur vt medium ad operationẽ & ita vſus pro-

82 prie dictus eſt idẽ cũ electione. l. volitione medij vt mediũ eſt: ergo idẽ eſt obiectum electionis & vſus; q magis ſtatim patebit. Ad arg. qui

Ad Argu. 2. opinio. bus 2. opin. probabat, electionem interdũ diſtingui ab vſu R. cõcedendo intentũ propter 1. arg. (quia electio abſtracta & inſufficiẽs ad effectum aut nõ inferens illũ actu, nõ poteſt dici vſus) nõ vero propter. 2. arg. quia iã diximus idẽ prorſus eſſe obiectũ electionis & vſus proprie & ſtricte accepti, vtriuſq. n. obiectũ eſt mediũ, vt mediũ; ſiue ſit mediũ effectũ vt lectio eſt mediũ ad ſcientiã, ſiue mediũ aſſumptũ vt potentię & inſtrumenta ſunt media ad operationes, quæ interdũ ſunt fines vltimi & interdũ ſunt media quę eliguntur & aſſumuntur, quibuſq. vtimur ad alios fines. Propterea Aug. 10. tri. c. 11. in diffinitione vſus ponit alsũptionẽ rei qua vtimur & li. 83. qq. q. 30. ait rationẽ (ideſt voluntatem quæ ratione ducitur) tũ ſe ipſa tũ omnibus ſenſis & nõ ſenſis vti: item omnia quæ facta ſunt, eſſe facta in vſum hominis: vtitur autem voluntas ſe ipſa vel alia potentia ſtricte loquendo de vſu, quando vult per talem potentiã operari & re ipſa operatur & ſic de aliis rebus externis, quibus voluntas vti dicit, nõ efficiens illa, ſed aliquid per illa.

Ad arg. autẽ, quo 2. opinio probabat, electio 83
nũ interdũ eſſe idẽ cũ vſu, R. cõcedendo intentum, ſuppoſito q vſus ſit actus elicitus voluntatis, licet nõ ſatis probet arg. illo quoniã quo modocumq. intellectus proponat obiecta, quoties eſt electio medij cũ omnibus circunſtãtiis & ſequitur opus, eſt vſus ipſius medij, quod interdum eſt potentia interdum vero opus ipſius potentiæ in quo vltimo caſu nõ dicimur vti potentia, niſi loquẽdo late de vſu. Pro quo obſerua ex Bon. 1. d. 1. q. 1. cui conſonat D. T. eadem. d. q 1. a. 2. vti accipi 1. comuniſsime vt diuiditur cõtra otium velotioſitatem ſic cuiuſlibet rei operatio dicitur vſus. 2. communiter, vt diuiditur cõtra deſuetudinem & ſic definitur à Victorino, vſus eſt actus frequenter elicitus à potentia & ſic vſus ſupra actum potentię ſolum addit frequentiã. 3. proprie, vt diuiditur cõtra actum intellectus & cõprehendit efficacem actum voluntatis, qui ſortitur effectum circa medium. l. circa finem & ſic definitur ab Aug. 10. trin. c. 11. vti eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis, ſiue propter ſe ſiue propter aliud, vt idem dicit; quo pacto vti cõprehendit frui & vſus fruitionem, vt ibidem docet Aug. 4. magis pprie & ſic eſt aſſumere aliquid in facultatẽ voluntatis propter aliud, imo hãc ſolãeſſe propiã acceptionẽ ſignificat Au. 10. de tri. c. 10. & 15. de ciui. c. 7. & li. 15. c. 25. & 1. de doctrina Chriſtia. c. 4. & 33. imo his locis Auſt. contendit ſolo fine ſimpliciter vltimo fruẽdũ eſſe, reliquis vero vtẽdũ. Sed certe fruitio etiã de aliis finibus dicitur ſecundũ cõmunem modum loquendi vt fatetur ipſe Aug. 11. ciuit. c. 25. & vſus non dicitur de fine vltimo in ſua ſerie licet non ſit vltimus ſimpliciter, quãuis omnibus bonis operibus & creaturis, quatenus non formaliter, ſed virtute ſunt volita ptopter beatitudinem & gloriam Dei ad quam ex ſua

natura tendunt & conducunt dicamur vti, & non frui vt bene Holcot.1.q.4. a. 2. qui probat,quia non datur actus medius inter vsum & fruitionē exAug.1.de doct.christia.c.31.Sed nōillis fruimur vtvltimis finibus:ergo vtimur quatenus habitu, vel virtute ea referimus in Deum:qui vero peccat saltē mortaliter dicitur non vti creatura,sed frui & illā constituere vltimū finem de quo agit Medin q.16. a.3. nos vero tractat.1. disp. 8.sectio.3. peccatorē autem frui hoc modo creatura & constituere eā vltimū finem,colligitur ex Aug li.83.q.30. 1.de doctri.Christia.c.33. 11.ciuit.c.25.6. trini. c.10.libr.10.c.11. & alibi.Debet autē explicari eomodo quo sectione citata explicatū est, & quo explicat Vaz.disp. 48. vt etiam intelligatur de peccato veniali,nā Aug lib.83.quęstio. q. 30. ait omnis humana peruersio, quæ vitiū etiā vocatur est fruēdis vti velle,ac vtēdis frui. 5. accipitur vsus structisime vt distingui tur cōtra abusū,quo pacto male vti re aliqua siue malitia sit moralis siue Physica siue artificialis,non ram est vti,quā ab vti ex Aug.1.de doctrina Christiana.c.4.

Ex quibus explicatur alia.q. an posibile aut licitum sit vti Deo R. proprie possumus 84
vti Deo precibus illū inclinando vt aliquid ef Q.3.
ficiat,in quo casu Deus est mediū quo moraliter, vtimur ad aliquid efficiendū,interdum licite,vt cum petimus bona,interdū illicite vt cū petimus mala & tunc abuti Deo dicimur. Large etiam quoties male agimus abutimur Deo,quia licet nō sumamus illū vt mediū ad aliquid maliefficiendū,tamē perinde nos habemus ac si illū vt mediū adhiberemus,& tūc maxime quādo peccamus mortaliter & constituimus quodāmodo vltimum finē in creatura:& ideo Mag.& alij 1.d. 1. ex Aug. li. 83. quæstionū.q.30.& 10.tri.c.10.dicunt omnē humanā peruersitatē esse vti fruendis & frui vtēdis & dicūt peccatorē vti fruendis, ideſt vti Deo , seu abuti ad suas delectationes honores & alia consequēda,propter quæ Deū offendit,qui modi loquendi potius sunt pie exponendi quā extēdendi,licet sint inter Theologos receptisimi propter Aug.authoritatē. Si obiicias,quādo vtimur malo medio ad bonum finem,volitionem finis non esse malam, volitionē autem medij,quę sola est mala,non esse fruitionem:ergo nō in omni peccato frui mur creatura.

Resp. illa fruitio creaturæ ob quā Deū of- 85
fendimus est peccatum,nō formaliter,sed cau Decisio.
saliter & ita nō solum in omni peccato interue nit fruitio creaturæ:sed etiā inuenitur fruitio creaturę,quæ saltē causaliter sit peccatum , & præterea vsus ipse creaturæ,qui formaliter est peccatū,est virtute fruitio creaturæ quia causat ipsam creaturā,qua fruimur.Ex his intelligitur verum esse quod ait D.Tho.q.16.a.3. vsum Dei seu finis vltimi simpliciter,dari posse,quod ait Med.ibi dupliciter intelligi posse 1. vt referamus Deum ad alium finem simpliciter vltimum & hoc existimat fieri non posse sine sensu hæretico,quo putemus esse posse alium finem simpliciter vltimum. 2. vt diligamus Deū non solum propterse , sed ptopter cōmodum nostrū & sic in via & patria possumus licite Deo vti:in quo sensu loquuntur(inquit Med.) Aug. & Hilar.quos citat & sequitur D.Tho.arg.1.2.3. & eorum solutionibus. Sed fallitur Medina,quia expresse loquuntur de vsu sumpto in 2. acceptione posita à Bona. supra, prout vsus comprehendit fruitionem vt Conrad. exponit in solutionibus argumentorum:in corpore autē intendit D. T. vltimum finem simpliciter,hoc est Deū,posse, etiam licite, amari propter beatitudinem formalē seu possesionem ipsius,eaq. ratione possibilē & licitū esse vsum Dei. Et optime explicat Conrad.in corpore & adargumenta hunc vsum Dei esse improprie & secundum quid, neq. differre à fruitione,nā eodem actu amatur Deus & eius possesio,resq. & eius possessio pro eodem fine reputantur.

Et omnino cum illo in re conuenit Vaz. q. 16.a.3.quamuis illum impugnet,quia nō eodē modo eius sententiam retulit:merito autem reiicit eos qui dixerūt hocsufficere vt creatura proprie & stricte dicatur, vti Deo:merito etiā docet alia ratione licitū esse vti Deo proprie vt medio ad obtinendū aliquod bonū creatū quod aliqua ratione referatur in ipsum Deū, vt si velim Deum esse,vt det mihi scientiā salutem,& alia quæ ex natura sua,l.etiā ex intētione mea referantur in gloria Dei. l.in adeptionem Dei, aut Deū à me credi vt videatur in patria vel vt ametur:adē docuit Dur. 1.d. 1. q.1.. q. vero ait Bon.eadē d.a. 1.q.2.esse peccatum.m.vti Deo ad alium finē quā ad ipsum intelligi debet de vsu Dei cum delibertatione ad rēq.grauē prohibitā.recte deniq. docet Vaz. Dei vt dilecti esse proprie vsum,quatenus ipse vt sic seu eius dilectio ordinatur ad consequendam gratiam vel gloriam.

Sed an omnibus rebus creatisvti possimus 86
etiā licicite & in ordine ad finē simpliciter vl- Q.4.
timū R.affirmatiue ex Aug.li. 83. quæstionū. q.30.ita Dur.1.d.1.q.1.n.6.& seq. Ric.a.1. q.2. ad 4.Bo.a.1.q.2.à quibus parū dissidet Vaz. disp.48.c.1.qui dicunt quocunque obiecto in Deum referibili nos vti posse actu prosecutionis,si autem non sit referibile in Deum quia est peccatū,vti eo possum, actu detestationis nimirum quia peccato cogitato,vtmedio possumus iuuari ad eliciendum actū detestationis eius,& per eam obtinere vltimum finem: voluntate tamen & aliis potentiis & habitibus atq. organis corporis & instrumētis extrinsecis artificialib, & moralibus potissimū

vt

vti poſſumus ad conſequendum vltimum finem & alios:imo actibus,& habitibus vitioſis poſſumus vti,licet male moraliter,habiti b9 quidē vitioſis eliciēdo actus malos,& acti b9 malis efficiēdo aliqua ex ſe bona,quib9 cō ſequamur finem etiam ſimpliciter vltimum vt ſi quis vtatur mēdacio ad ingreſſum religionis,quem appetit vt conſequatur gloriā: materia etiam circa quā bene vel male operamur, dicimur vti,vt tabula ad pingendū, papyro ad ſcribendum,cælis ad videndū, cibo ad nutritionem, obiecto ad ipſius & aliorum cognitionem & amorem:dicimur etiam vti veſtibus & locis ad propulſandas tē poris iniurias,fouendum corpus,&c. & omnibus cauſis ad recipiendos earū effectus.

87 Q.5 an vti dicamur fine & pars affirmās
Qæ.5. ſuadet,quia applicatio facultatis exequētis nō tantū verſatur circa media ſed etiā circa finē:ergo vſus non tantū eſt circa media,ſed etiā circa finē,puta redditionē pecuniæ depoſitæ quatenus ea redditio eſt iuſta. Reſpon. aliqui,eam redditionem eſſe vſum quatenus per eam ſumitur potentia, vt inſtrumentum & medium ad actum iuſtitiæ: hanc ſolutionē reiicit Vaz.diſp.47.n.7. quia potentia non eſt medium ad aliquid efficiendū, niſi quatenus operatur: ergo quando vnica tantum eſt operatio vt in caſu propoſito, non erit medium ad ipſam:item exercitium potentiæ vt egrediens à voluntate, eſt vſus potentiæ:ergo potentia non erit mediū quo vtamur ad talem operationem,alioqui vſus medij ad finem confunderetur cum ipſo fine.2. ſol. eſt,cum voluntas vult applicare potentiam exequentē ad operationē quæ eſt finis,vſum verſari circa actum ipſum voluntatis tanquam circa medium. Hanc reiicit ibi Vaz. tum quia actus voluntatis inepte dicitur medium: tum quia vſus non poteſt verſari circa actum voluntatis, niſi actu reflexo, quo voluntas velit ſe ipſa vti, vt habeat actum, quo moueat potentiā exequētem: quare ipſe Vaz. Reſp. 3. de fine abſtracte ſumpto nō eſſe vſum vt de bonitate iuſtitię vel miſericordię abſtrahēdo à certa & determinata materia & circūſtātiis,ſecus de fine contracto ad certam materiam: nam ponere illam eſt quodammodo medium ad inferendā bonitatē iuſtitiæ vel miſericordiæ, &c. & ſic de fine contracto eſſe conſultationē & electionē dictū eſt ſupra: idē ergo de vſu dici poteſt. 4. Reſponderi poſſet, in prædicto euētu non dari vſum ſtricte & preſſe ſumptum ſed large & late.

88 Alia quæſtio eſt an vti conueniat brutis
Quæſt.6. R.vti proprie deſignat liberā acceptionem, medij preconſiliati ad finē efficiendum, obtinendū,conſeruandū vel poſsidendū,& ideo non conuenit brutis neq.pueris,amentibus, ebriis,ſomniantibus vel repentine agētibus, quæ non operantur libere,nec ex cōulio, ita ſentiūt D.Tho & alij omnes. q.16. a.2. Valent.diſp.2.q.11.punct.4.ex Aug.lib.83.quæſtionum.q 30,dicente.vti non poteſt niſi animal,quod rationis eſt particeps, præſertim hoc eſt verum,quando bruta operantur propter finem non ab eis cognitum,ſed à Deo dirigente ipſa.

Sectio. 8. De fruitione.

89 PRima quæſtio eſt,cuius potentiæ actus ſit fruitio. 1. ſententia
1. Opinio eſt non ſemper eſſe actū elicitū à voluntate,nec in ea eſſe tanquā in ſubiecto: ſed interdū eſſe actū elicitū ab intellectu & in eo eſſe tāquā in ſubiecto,vt fruitio beatifica eſt viſio Dei, quę eſt in intellectu beati.Ita Sotus 4.d.49. 1. Argum. q.1.a.4.conclu.2.idē tenuit Sotus & Victo. in ſcriptis.1.2.q.11.a.1.ſuadetur.1. quia videtur eſſe opinio D.Th.nā hic q.11 a.4.ad 1.ſignificat viſionē Dei,quatenus obtinetur à voluntate,eſſe fruitionem & a.3. ad 3. fruitionē eſſe adeptionē vltimi finis:ſed viſio Dei eſt adeptio vltimi finis:ergo ipſa eſt fruitio,& 1. p.q.26. a 2.argu.ſed contra probat Deū eſſe beatum ſecundū intellectū quia Greg.32. mor.c.5 ait Deū eſſe glorioſum,ideſt beatū, dum ſe ipſo per fruitur,Deo autē frulmur ſecundum intellectum,quia viſio eſt tota merces. Vt dicit Aug.22.ciuit.c.29.ergo Deus eſt beatus ſecūdū intellectū.& 2.2.q.17.a 2.ait vi 2. Argum. tā æternā & beatitudinē infruitione Dei cō ſiſtere,beatitudo autem conſiſtit in actu intellectus ſecūdū D.Tho.ergo eius opinione fruitio eſt actus intellectus.2.Eadē videtur ſē tētia Aug.nā lib.de morib.eccle c.3.ait. quid eſt frui,niſi præſto habere quod diligitur,ſed pręſto habere rē dilectā,nō eſt actus elicitus voluntatis,ergo Itē. 1.de doctri Chriſtia. c. 30.fine & c.32.& 33.ait ſummā mercedē eſſe vt Deo perfruamur:ſumma autē merces eſt 3. Argum. viſio·ergo viſio eſt fruitio.3 frui ex ipſa nominis ethimologia eſt fructum capere,ſeu habere: hoc autem non eſt actus elicitus voluntatis,ſed interdum pertinet ad intellectū.l. ad aliam potentiam & ſic pupillus dicitur frui bonis, quæ conſumuntur in eius vtilitatem licet de illis non delectetur,nec cogitet:ergo frui non ſemper eſt actus elicitus voluntatis 4.vti non eſt actus elicitus voluntatis iuxta 4. Argum. ptobabiliorem ſententiam quam defendimus ſectione præcedenti: ergo nec frui, nam hi actus eodem modo videntur pertinere ad voluntatem maxime cū ipſum frui ſit vti quoddam,late loquēdo,vt ex Aug.Bonauent. & D.Th.& aliis præcedenti ſectione 5. Argum. dictum eſt.5. quia Bendictus12.in extrauag.

quam refert Castro verbo beatitudo, hæresi. 4. diffiniuit animas visione & fruitione Dei esse beatas pro eodem sumens visionem & fruitionem. & Conci. Vienn. Clem. ad nostrum de hæreticis damnat Beguardos dicẽtes, animã non indigere lumine gloriæ ad visionem & fruitionem Dei, pro eodẽ sumens visionem & fruitionem: alioqui non satis formaliter loqueretur dicens, non esse necessarium ad fruitionẽ, quia habitus intellectus non est per se & formaliter necessarius ad actum voluntatis.

5. Argum.

2. opinio est, fruitionem esse actum elicitũ voluntatis ipsiq. in hærere vt subiecto, hunc autem actum esse amorem & non delectationem. Ita Scotus 1 d. 1. q. 3. Richar a. 2. q. 1. Gab. q. 2. a 2. conclu. 1. Holcot. q. 4. a. 1 idem tenet Scotus. 4. d. 49. q. 7.

90

2. Opinio.

Suadetur 1. ex Aug. 1. de doctri. Christia. c. 4. dicente, frui esse amore inhærere alicui rei propter se ipsam: inhærere autem amore est amare ergo 2. quia frui & vti sunt actus eliciti voluntatis hoc solo diuersi, quod fruitio versatur circa finem, vsus circa media vt

1. Argum.

tenent de vsu omnes, qui dicunt, actum esse elicitũ voluntatis vt vidimus præced. sectione q. 2. sed vti est amor medij: ergo frui est

6. Argum

amor finis.

Conf. quia frui est vti quoddã vt superiori sectione ex Aug. & aliis retulimus: vti autem secũdum tenentes esse actum elicitum, est quidam amor: ergo & frui. 3. quia fruitio est nobilissimus actus, voluntatis, delectatio autem non est actus sed passio & est imper-

Confir.

fectior amore: ergo. 4 quia D. Th. 1. d. 1. q. 1. a. 1. ad penult ait quãuis tria concurãt ad fruitionẽ, tamẽ in amore pficitur. 5. quia de lectatio habet visionẽ, pobiecto, fruitio nõ: ergo.

3

3. Opinio esse delectationem & amorem; quia delectatio est quidam amor, vel

4

quia hi actus esto sint diuersi, in fruitione includuntur, hoc 2. modo hanc opinionem te-

5

net Alphonsus Toletanus. 1. d. 1. q. 2. a 2. cõclu. 3. & 4. vel q. 3. ar. 1. & 2. (vt citat. Vaz. q. 11. ar. 1. ait tamen fruitionem præcipue consistere in actu delectationis. Priore autem modo hanc opinionem tenet Aureolus a-

91

pud Capreolũ. 1. d. 1. q. 1. ar. 2. arg. contra 3.

3. Opinio.

conclu. docens, omnem amorem esse desiderium vel delectationem, & omnem delectationem esse amorem, eandẽ tenet Adamus. 1. d. 1. q. 4. dicens omnem amorem esse delectationem & probabile putans, quod omnis delectatio sit amor, fundamẽta huius opinionis referemus postea. fauet Grego. 1. d. 1 q. 2. docens omnem delectationem esse dilectionem, licet non è contra: quia desideriũ est dilectio & non delectatio & à. docet nõ omnem fruitionem esse delectationẽ: quia desiderium finis est fruitio, & non delectatio: neque omnem delectationem esse fruitionẽ; quia delectatio medij non est fruitio, aliquã tamen delectationem esse fruitionem, nimirum delectationem de fine, quam etiã censet esse eius amorem & dilectionem.

4. Opinio proprie esse solam delectationẽ de fine adepto seu adeptione finis, ita tenent Caiet. Vaz. Med. & Conrad. q. 1. a. 1. Valentia disputatio. 2. q. 6. punct 1. Ferrar. 4. contra gen. c. 117. Capreol. 1. d. 1. q. 1. conclu. 3. & ad argumenta contra illam Hispalen. a. 1 cõ 92

clu. 1. & a. 3. & 4. Dur. 1. d. 1. q. 1. Bona. a. 2. q 4. Opinio:

1. Argen. q. 1. a. 2. Azor. to. 1. lib. 1. c. 20. q. 2 referens Magistrum. 1. d 1. & alios.

Suadent 1. ex D. Tho. qui q. 11. ar 1. conclu dit frui esse actum appetitiæ potentiæ, quia pertinere videtur ad amorem & delectationem & ad 1 nõ ait visionem esse fruitionem, sed ipsius esse fruitionem; & voluntatem esse

1. Argum.

quę & finem consequitur & fruitur fine adepto, & q. 8. in principio numerat fruitionem inter actus quasi elecitos, qui sunt immediate à voluntate, est ergo actus voluntatis contra 1. opinionem: esse autem delectationem contra 2. opinionem colligitur ex D. Tho. q. 11. ar. 1. ad 2. vbi cum in arg. sumpsisset, fruitionem importare delectationem, hac autem ad potentiam cognoscitiuam pertinere, ad missa maiori. R. delectationem ratione complacentiæ pertinere ad appetitiuam potentiam & in ea compleri rationem delectationis, quibus etiam verbis insinuat in ea compleri rationem fruitionis & proinde non solo amore contineri, vt 2. opinio asserebat, itẽ q. 11. a 3. ait fructum, vnde fruitio dicitur, esse vltimum, quod cum quadam suauitate & delectatione percipitur: vnde colligit a. 1. ad amorem, et delectationem pertinere. s. ad amorem inobliquo illũ importãdo, ad delectationem in recto: vnde. a. 3. totum negotiũ reducit ad delectationẽ, qua aliquis de re aliqua propter se ipsã delectatur: eodẽmodo loquitur ibi ad 1. & secundũ & q. 3. a. 4. ad 3. & q. 4. a. 3. delectationẽ, et fruitionem pro eodem accipit & ait, importare quietationẽ amãtis in re amata et q. 25. ar. 2. ait, delectatio est fruitio et quies in re amata et obtẽta et. 1. p. q. 12. a. 7. ad 1. ait fruitionẽ nõ respõderechari tatiquia nõ omnibus, quę habem9 fruimur, l. quia non delectamur in eis. l. quia non sunt vltimus finis desiderij nostri vt desideriũ nostrum impleant et quietent, &c et 1. d. 1. q. 1. a. 1. ad ante penulti. ait fruitionem esse actum voluntatis qui cõsequitur apertã Dei visionẽ ergo non est visio, et in toto articulo docet dicere delectationem. 2. Suadetur ex Aug. num. 1. de doctrina Christia. cap. 3. 4. & 5. ait frui esse amore in hærere alicuis rei propter

pter se ipsã, vbi nõ dicit esse amorẽ,nec particula,amore,dicit causam formalem, sed efficientem, vel dispositiuam,quasi dicat frui esse inhærere idest delectari in re propter se ipsam dilecta & talem inhæsionem, atque delectationem ex amore ipso procedere & c. 33.ait frui est lætari vel gaudere de re aliqua & 11 de ciuitat. cap. 25.frui dicimur re, quæ nos per se ipsam delectat, & lib. 83. quæstionum.q.30. frui dicimur ea re de qua capimus voluptatem & libro 10.de Trinit. c. 10. voluntas adest per quã fruamur rebus vel vtamur, fruimur enim cognitis, in quibus voluntas propter se ipsa delectata conquiescit, vtimur vero eis,quæ ad illud referimus, quo fruendum est & 1. de doctri. Christia. ca. 33. verisime inquit dicitur, frui esse cum delectatione vti,quãdo enim adest,quod diligitur,etiam delectationem secum necesse est gerat.

3. Ad idem est Terẽtius in Phormione, frui mihi quod amo liceat, certe nõ desideraret frui re amata,si amare esset frui. Donatus etiã ait,frui esse proprie voluptatẽ capere ex vsu & delectari. Et Laurẽtius 5.elegãt .c. 5. frui ait essecapere delectationẽseu voluptatẽ.

4. præterea ad idẽ est vsus loquẽdi scripturæ. Nam cum mulier illa prouer. 7. inquit veni fruamur concupitis amplexibus,nõ vtiq. inuitat ad amorẽ, sed ad delectationem si quidẽ amor iã præcesit percõcupiscentiãexplicatus. Et cũ Paulus Ro. 15. dicit, àvobis deducar illuc,si primũ vobis ex parte fruitus fuero:nõ significat amorẽ,quo iam Paulus Romanos prosequebatur,sed iucunditatem honeste delectationis, quam optabat ex illorũ consuetudine capere: similiter cũ scribit ad Philemonem, ego te fruar in domino, de delectatione loquitur si quidẽ iam antea illũ amabat. & 1. Timoth. 6. qui dat omnia abũde ad fruendum vide ecclesiast. 2. 5. & 7. & Sap. 2. idẽ significat, Aug. 8. ciuit. c. 9. dicens, nemo beatus est qui eo non fruitur quod amat.

5. 5. Amor Dei est in via, imo est eiusdẽ rationis in via & in patria, fruitio autẽ non est proprie in via, neq. est eiusdẽ rationis in via & patria: ergo fruitio nõ est amor & si est actus voluntatis, erit delectatio. Conf. quia amor simplex abstrahit à præsentia obiecti, amor autẽ per modũ desiderij est de obiecto absenti: fruitio autem tantũ est de obiecto præsente: ergo non est amor.

94 De ciſio. 1. Conclu. In hac quæstione quæ magis est de nomine quã de re (vt obseruãt Scot. 1.d.1.q. 3. Caiet. Conrad. Med. Val. & Vaz.q.11.a.1.) sentio. 1. probabile esse in opinione D.T. fruitionẽ nõ semper esse actũ proprie elicitũ à voluntate; sed possessionẽ vel adeptionẽ fructus amati & cõcupiti, & quia sola volũtas dicitur amare & concupiscere, ideo illa sola dicitur adipisci consequi & obtinere rẽ concupitã & ea frui & consequẽter est actus quasi elicitus illius, sicut diximus de vti & ita exponi potest D. Th. q. 8. in principio ponens vti & frui inter actus volũtatis immediatos, & quasi elicitos, & hãc conclu. probãt auctores & rationes. 1. opinionis. & vt melius defendatur, dici potest 1. in fruitione nõ solũ connotari, quod bonũ presens sit prædilectũ & prẽintentũ actu vel potentia, formaliter vel virtute. Sed etiã q; possideatur cũ quadã delectatione & voluptate, nam si quis rẽ dilectã amet & obtineat non autẽ de ea delectetur, nõ dicitur proprie frui illa. Vnde D. Tho. 1.d.1.q.1.a.1. ad vnionẽ maxime cõuenientis sequitur delectatio sũma & in hac perficitur nostra felicitas, quã fruitio nominat ex parte sui cõplementi magis quã ex parte principij, cum in se includat quãdã delectationẽ & ideo dicitur, quod est actus volũtatis, & ad 1. ait fruitio nominat altissimã operationẽ quãtum ad sui perfectionem. 2. dici potest, ipsam etiã delectationẽ de cõsecutione rei consideratæ dici posse fruitionẽ, sed minus proprie & inusitate. Hoc enim nomẽ est æquiuocũ. l. analogum & vtrũque horum signãt nẽpe cõsecutionẽ aut possessionem iucundã rei optatæ & iucunditatẽ quæ percipitur quasi vltimũ & fructus, de re optata iã obtẽta & possessa, & hæ duæ significationes pro eadẽ reputãtur nã in vtraq. significatione eadem res importatur licet non eodẽ modo: nã quæ in vna significatione importantur in recto, in alia importantur in obliquo, seu connotãtur.

95 2. Concl. Dico 2. probabilius est vtrãq. significationem esse æque principalẽ, aut eã esse principaliorẽ, in qua recto in importat delectatioi quæ intrinsece dicit ordinẽ ad possessionem, realem præsentem ipsius rei concupitæ & amatæ. Hanc conclu. probant argu. facta pro 4. opinionẽm.

96 3. Conclu. Dico 3. nullatenus fruitio supponit pro amore; nũquam enim supponit, nisi pro possessione iucunda rei amatæ vel voluptate, quæ percipitur de perfecta possessione rei amatę: nihil autem horũ est amor cõcupiscentiæ vel amicitię: ergo & conf. quia nõ esse purũ amorem, vt dicebat Scotus, probant aliqua arg. 4. opinionis, & non esse amorem, qui simul sit delectatio, probãt ea, quibus tract. 2 disp. 7. sect. 5. ostendimus, gaudiũ beatificum esse actũ realiiter distinctũ ab amore beatifico. Idẽ tenet Caprol. 1.d.1.q.1.a.1.conclu. 3. & à 3. adargumenta cõtra illã & cum 1. arguit Aureolus. 1. d. 1. quæst. 2. quia omnis complacentia est delectatio: sed omnis amor distinctus à desiderio est complacentia: ergo

97 1. Argum. Aureo.

delectatio. Cpreol. concedit minorem cum
Solutio. cum S. Tho. 1. 2. q. 26. art. 2. & negat maiorem: nam bonū ante quā sit præsens amanti vel rei ab eo amatæ placet quidē & amatur, non tamen delectat, nisi sit præsens vel actu vel potentia vel inmemoria vel alio modo & sic delectatio non est nisi boni præsentis vt præsens est, complacentia autem hoc non requirit, vt D. Tho. dicit. 3. d. 27. q. 1. ar. 3. & 1. 2. q. 32. ar: 3. ibi enim loquitur de gaudio, & ex consequenti de delectatione, quia gaudium est delectatio, sed nō e contra quia sola delectatio voluntatis est gaudiū, & nō dele
2. Argum. ctatio appetitus sensitiui. 1. 2. q. 31. a. 3. Et cū 2. arguit Aureolus, quia omnis amor vel est amor cōcupiscentiæ vel amicitiæ, sed amor cō cupiscentię est desiderium & amor amicitiæ est delectatio: ergo omnis amor est desideriū vel delectatio. Capreolus dicit duo. 1. quod
Solutio. amor cōcupiscentiæ & cōcupiscētia ipsa sunt actus specie distincti, vt dicitur 1. 2. q. 30. ar. 2. habent enim distincta obiecta formalia, licet nō materialia: nam obiectū amoris cōcupiscentiæ est bonū vt est bonū alicui, obiectum autem concupiscentiæ est bonum vt absens est, amor igitur concupiscentię non est ipsa concupiscentia vel desiderium, nec dicitur cō cupiscentiæ, quæ est desiderium, sed quæ dici tur generaliter motus appetitus in id quod est bonum alicui, siue illud bonum sit ei præsens, siue non: similiter amor amicitię non est amicitia: quia vel amor est passio vel actus, cō cupiscentia autem & amicitia sunt habitus, 1. 2. q. 26. ar. 4. Secundū est quod idē actus est amor amicitiæ respectu amici, cui volo bonum, & amor concupiscentiæ respectu bo ni, quod volo amico. Nam amor concupiscentię respicit ipsum bonum & eum cui volo bonum vt ait D. Tho. 1. contra gen. c. 91. sed ipse amicus prius & per se amatur, bonū autem quod volo amico, amatur alteri & secū dario, & sic diuisio amoris in amorem amicitiæ & concupiscentię non est in actus reali
3. Argum. ter distinctos, sed secundū prius & posterius cum autem. 3 arguit Aureolus, quia amor &
Solutio, delectatio habent eosdem effectus, scilicet vnire & intendere actum, quia quæ fiunt ex amore, & delectatione, intensius fiunt. Ergo amor & delectatio sunt idem actus. Negat antecedens Capreolus, quia amor vnit formaliter, cum aliquis amor sit ipsa vnio & aliquis sit causa vnionis, & aliquis sit vnionis effectus 1. 2 q. 28. art. 1. ad 2. delectatio autem nec vnit formaliter nec effectiue, sed est effectus vnionis. 1. 2. q. 25. ar. 3. ad 2. Effectus autem amoris sunt extasis inhæsio Zelus 3. d. 27. q. 1. ar. 1. vbi etiam dicit quod amor vnit per modum cōuersionis, in quantum amans, secundū affectum fit ipsa res amata; delectatio autem vnit per participationem rei præsentis, item delectatio intendit actum per modum finis, & amor per modū principij, vnde amor non perficit operationem sed elicit, delectatio autem proprie perficit & si alicubi inuenitur, quod amor sit delectatio, exponendum est causaliter, idest causa delectationis. 1. 2. q. 26. artic. 1. Et-
4. Argum. cum 4. arguit Aureolus, quod amor & delectatio sunt in eadē potentia respectu eiusdem obiecti (secundum rem, quod est mul-
Solutio. tiplex secundum virtutem) scilicet Dei præsentis: ergo sunt idem actus, negat Capreolus conf. quia respectu eiusdē obiecti secundum rem, quod est multiplex secundum virtutem actiuam, cuiusmodi est bonum diuersi mode apprehēsum, possunt esse actus specie distincti. Nam tale obiectum est multiplex in ratione obiecti. Sic in proposito, respectu boni absolute est amor, respectu eiusdē vt præsentis est delectatio, respectu eiusdē vt absentis est desideriū. 1. 2. q. 30. ar. 2. q. 27. ar. 4. vib dicit quod isti. 3. actus differūt sicut leuitas, motus sursum, & quies, quę differunt in igne: idem patet ex 1. 2. q. 31. art. 1. ad 2. q.
5. Argum. 26. art. 2. ad 3. Et cum 5. arguit Aureolus secundū D. Tho. delectatio & amor se habēt sicut visio: & cōprehēsio in beatitudine: sed visio & cōprehensio secundū Tho. non sunt actus realiter distincti: ergo nec delectatio &
Solutio. amor. Capreol. negat conseq. quia D. Tho. non cōparat ea quoad realem distinctionem sed quo ad sequelam: quia comprehensio non addit supra visionem nisi respectū fundatum super operatione, qua Deus habetur & tenetur præsens, fruitio autem dicit actū distinctum ab amore. Et cū 6. arguit Greg.
6. Argum. 1. d 1. q. 2. ex quibusdā dictis Aug. 14 ciuit & 11. de trinit. qui videtur dicere, quod delectatio sit desiderium & desiderium amor: ergo delectatio est amor. Resp Caprolus, Au-
Solutio. gustinum loqui causaliter quia amor causat desiderium, & desiderium consecutionē & delectationem. In omnibus his quę ex Carolo. adducta sunt consonat Hispalensis. 1. d. 1. q. 1. a. 3. notabili 1: vsque ad 5. & a 4. ad arg. contra 1. conclu. 98

Ex quibus etiā patet, falsum esse, quod ait
Corol. Adamus. 1 d. 1. q. 4. ad argu. omnē amorē & omne desideriū esse delectationē: immediateq oriri ex cognitione boni præsētis & fruitionē beatificā esse delectationē & amorē si mul, licet magis sit fruitio in quantum delectatio, quā in quātū amor, probabile autē putat, fruitionē & delectationē beatificam esse actum distinctum ab amore & ab eo procedentem, quod quidem verum est iuxta superiora. Eadem autem & præcedent. 1. q. ait, vt probabile omnem actum voluntatis esse

eſſe cognitionem quod tamen nullo modo admittendum eſt, & merito impugnatur a Grego. 1. d. 1. quæſt. 2. articul. 3. Gab. q 2. ar. 2. concluſione. 1. licet idē teuuerit Holcot. 1. q. 3. art. 5.

99 Ad argu. 1. Opinio. Ad. 1. & 2.

Ad Argumenta autē. 1. opinionis tenendo fruitionem eſſe delectationem, reſponderi poteſt ad. 1. & 2. fruitionem appellari beatitudinem, quia eſt eius complementum & proprius atque inſeparabilis effectus beatitudinis, & ſimiliter beatitudo dicitur eſſe fruitio non ſecundum ſe, ſed ſecundum ſuum complementum, quia delectatio eſt beatitudinis complementum, quæ explicatio colligitur ex D. Tho. 1. d. 1. q. 1. art. 1. Ad 3. Reſp. frui non tam eſſe fructum capere cum gaudio, quam de percepto & præſenti fructu gaudere. Ad. 4. R. eſto vti non ſit actus vere elicitus voluntatis, tamen frui eſt actus quidam voluntatis elicitus circa finem ſicut vti eſt actus quaſi elicitus circa media, vnde non eodem prorſus modo ſe habet frui circa finem, quo vti circa media. Neque frui eſt proprie vti, ſed late. & vti late bene poteſt eſſe actus vere elicitus voluntatis. Ad. 5. Reſp. cum Benedictus ait beatitudinem in viſione, & fruitione conſiſtere, vel loquitur defruitione late dicta ſumpta pro poſſeſſione iucundā obiecti amati, vel intendit in fruitione ideſt delectatione tāquā in parte ſaltem integrali conſiſtere felicitatem, vt tract. 2. latius diximus, cum vero Conciliū vienienſe ait, lumen gloriæ neceſſarium eſſe ad fruitionem, intelligit ſaltem mediate, quia eſt neceſſarium ad viſionem, quæ vel eſt fruitio, vel infert fruitionem, ſcilicet delectationem,

Ad. 3. Ad. 4. Ad 5.

100 Ad argu. 2. Opinio. Ad. 1. Ad. 2.

Ad. 1. arg. 2. ſententiæ Reſp. inhærere amore eſſe delectari, quia delectatio eſt quies in re amata.

Ad. 2. Reſp. vel vſum non eſſe actum elicitum voluntatis vel differre a fruitione non ſolum quia vti verſetur circa media, & frui circa finem: ſed etiam quia vti eſt deſiderium, & frui delectatio.

Ad. Confir.

Ad. Confir. Reſp. frui eſſe vti quoddam ſumendo large vti, videlicet, vt ſe extendit ad delectationem, quæ ex finis poſſeſſione percipitur.

Ad. 3.

Ad. 3. Capreolus. 1. d. 1. art. 3. ad. 1. contra 3. concluſionē ita delectationē eſſe nobiliorem amore, quia eſt eius finis, & finis eſt nobilior ijs, quæ ſunt ad finem, vt ait D. Thom. 1. 2. q. 25. art. 2. & q. 34. art. 4. ad. 1. & priora generatione ſunt poſteriora perfectione. Neque obſtat, quod amor ſit cauſa delectationis, quia non oportet cauſam inſtrumentalem eſſe perfectiorem effectu: amor autem eſt talis cauſa delectationis, voluntas vero eſt cauſa principalis, ſed hæc ſolutio multa falſa continet, nēpe delectationē eſſe nobiliorē amore, & hunc ordinari ad ipſā vt ad finē & delectationē præcedere & priora generatione eſſe poſteriora perfectione, quæ omnia tract. 1. & 2. & alibi reiſtea ſūt. Vnde melius dicitur, amorē eſſe ſimpliciter nobiliorē delectatione ex eo orta, quia eſt cauſa efficiens principalis ipſius & aliorum multorum actuum, & delectatio eſt quaſi decor, & ornatus, & paſsio amoris, & non eſt in ſe libera, ſicut amor eſſe ſolet. Vnde & odium Dei, quod opponitur amori, deterius eſt accidia, quæ opponitur gaudio de diuinis bonis. 2. 2. q. 34. & 35. ſuppoſito: ergo q̄ omnis amor ſit nobilior delectatione ex eo orta (de aliis enim comparationibus modo non agimus quia extra regulas ſunt.) Reſp. ad. 3. arg. fruitionem non eſſe nobiliorem ſimpliciter inter omnes operationes beati, ſed tātum ſecundum quid, quatenus eſt quaſi vltimum complementum ſtatus beatifici. Ita Hiſpalen. 1. d. 1. q. 1. art. 4. ad. 1. contra. 1. concluſionem ex D. Thom. 1. d. 1. q. 1. art. 1. corp. & ad. 1. delectationem autem non eſſe paſsionem, ad quam pure paſsiue ſe habeat voluntas, ſed actum elicitum a voluntate, vidimus tract. 2, diſp. 7, ſect. 4.

Ad. 4.

Ad. 4. Reſp. D. Thomā in eodem art. ſatis explicare, quomodo fruitio perficiatur in amore non ſecundum ſe, ſed ſecundum delectationem, quam infert, hanc enim potiſsime importat fruitio.

Ad. 5. R. Capreol. ſupra & Hiſpalen. ſupra ad 3. contra. 1. concluſionem, duplicem delectationem eſſe in beato, vnam de Deo in ſe conſiderato, aliam de Deo, vt habetur, & videtur 1. eſt dignior quam. 2. vt docet D. Thom. 1. 2. q. 28 art. 1. ad. 3. Reſp. 2. eumdem actum eſſe, quo beati delectantur de Deo, & de viſione Dei, & vtroque obiecto fruuntur. Sed cenſeo has delectationes eſſe diuerſas realiter, vtramque autem poſſe dici fruitionem beatificam, licet 1. ſit dignior. qua delectamur de bonis Dei, vt Dei ſunt: in neutra autem conſiſtit beatitudo eſſentialiter, aut ſaltem neutra eſt tota eſſeentia beatitudinis: quamuis Adamus. 1. d. 1. q. 4. ad. 1. exiſtimet, in delectione directa habēte Deū pro obiecto conſiſtere eſſentialiter beatitudinem; & non in delectatione reflexa, quæ pro obiecto habet viſionem, aut beatificam operationem.

Ad argu. 3. opin.

3. Opinionis fundamenta confutata ſunt in 3. concluſione: fundamenta autem 4. opinionis probant. 2. concluſionē. Ex quibus omnibus patet, in fruente 4. eſſe, cognoſcere, amare, poſsidere, & gaudere: priora non mereri nomen fruitionis: ſed tantum 4. vel etiam

etiam.3 connotando tamen 4.

101 2. Quæstio est cur D. Thom. prius egerit
Q.2. de fruitione quam de intentione, siquidem fruitio vt dictum est, est delectatio, delectatio autem est vltimus actus voluntatis, & longe posterior intentione R. aliqui D. Tho. inuertisse ordinē, quia fruitio licet sit vltima in executione, tamē est prior in intentione. Sed hoc nihil valet, quia in alijs seruat D. Thom, ordinem executionis & non intentionis: item quia fruitio sumpta pro delectatione, non intenditur cōmuniter, & per se, sed tantū per accidens quatenus ipsa etiam potest esse finis, Alij Resp. fruitionem imperfectam esse priorem in executione quam sit intentio finis, vt tradit Caietanus. q.16, art. 4. & insinuatur a D. Thom. q. 11. art. 4. & ideo prius actum est de fruitione in genere. Neque difficile est intelligere, quomodo fruitio imperfecta antecedat reipsa finis intentionem nā antequā illum intendamus, consideramus illum, vt bonum, & simplici apprehensione cognoscimus illum quasi iam obtineretur, & sic de illo delectamur: item aliquando considerando illum ut facilem, & possibilem de ista possibilitate & facilitate lætamur, & postea illum efficaciter volumus seu intendimus: hæc tamen delectatio non est fruitio proprie prior autem est proprie fruitio, sed imperfecta. Alij dicunt de illa egisse D. Tho prius quam de intentione quia est simplicior, & hac ratione propinquior simplici voluntati finis, ideo autem simplicior est intentione quia hæc importat affectum finis cum habitudine ad media non vero fruitio, sed certe intentio sine habitudine formali ad media reperiri potest cum solo efficaci desiderio finis vnde prior solutio magis placet. 4. autem dici posset D. Tho. prius de fruitione egisse, quia voluit se expedire ab actibus non ducentibus efficaciter in finem, quales sunt simplex voluntas, & fruitio, vt explicaret late actus, quibus efficaciter ad finem peruenitur sed de ratione ordinis non ad eo curandum est.

102 3. Quæstio est an fruitio proprie conueniat brutis D. T. q. 11. art. 2. docet rebus nō
Q.3. cognoscentibus non competere frui proprie sed tantū metaphorice, brutis vero cōpetere imperfecte tantum quia non cognoscunt perfecte finem, rationem vero participantibus, quia cognoscunt perfecte finem, competere perfecte vnde sentit, brutis quoque proprie competere, vt deducit, & concedit Valentia. disp. 2. q. 6 puncto. 3 qui eodem modo intelligit Augustinum lib. 83. quæstionum. q. 30. cum ait frui cibo, & alijs voluptatibus non absurde existimantur & bestiæ. At vero Medina in illo art. 2. ait proprie brutis non competere fruitionem, quia fruitio importat gaudium, hoc autem brutis non competit, vt patet ex D. Tho. q. 31. art. 3. & fauet communis modus loquendi, ex quo pendet tota hæc quæstio. & D. Thom. 1. d. 1. q. 3. aperte docet frui non competere proprie brutis. Hoc censeo probabilius, neque oppositum censet D. Thom. q. 11. art. 2. sed minus improprie competere brutis, quam expertibus cognitionis. Scotus autem 1. d. 1. q. 5. solum docet naturalia nullo modo frui, quoniam finibus suis non inhærent, sed à natura finibus suis affinguntur, putat autem amorem finis esse fruitionem vt dictum est q. 1. delectationem autem non esse actum elicitum, sed certe licet id esset verum, non esset excludenda a ratione fruitionis, sed delectatio impressa a solo Deo, vel a solo obiecto cognito esset vera fruitio, similiter siue delectatio sit amor siue dilectio, eo quod sit necessaria, & naturalis non excluditur a ratione fruitionis, vt patet in Deo & beatis: ergo hac ratione non est brutis neganda fruitio, sed quia non cognoscunt perfecte finem vel quia ita habet nominum vsus, & impositio. 103

Q. 4. est an fruitio sit proprie de medijs Q.4.
vel de fine non simpliciter vltimo D. Thom. q. 11. art. 3. docet proprie solum dici de fine quia solus finis secundum se delectat, & habet rationē vltimi. Itē de solo fine simpliciter vltimo dici poprie & secūdū perfectam rationem, quibus verbis non negat dici proprie de fine non simpliciter vltimo, sed solum negat dici vtroque modo de tali fine vnde quando D. Aug. 1. de doctrina Christia. c. 4. & 33. & 10. trinit. c. 10. & 11. lib. 83. quæstionum q. 30 & 15. ciui. c. 7. vt retulimus sectione precedēt. q. 2. videtur docere, fruitionē esse esse de solo fine simpliciter vltimo, intelligendum est perfecte, nam imperfecte, proprie tamen est etiam de alijs finibus, vt ex communi modo loquendi patet, imo & probat ipse Aug. 11. de ciuit. ca. 25: & certe qui primò imposuerunt nomen fruitionis, vel non cognoscebant vel non considerabant finem simpliciter vltimum, ergo hoc nomine non solum delectationem in vltimo fine, sed etiam in alijs significare voluerunt. Imo etiam: re ex qua veluti ex arbore pendet finis seu fructus, dicitur aliquid frui cum fructum ex ea capite. Nam frui arbore dicimus & ita forte intelligitur id Pauli ad philemonem, ita te fruarin domino id est vtinam ex te cum delectatione capiam fructum spiritualem, nō mihi tantum, sed, & domino gratum. Sed quando causa non nisi amaritudine, & insuauitate quadam fructum perfert, vt potio amara, non dicitur quis ea frui & hoc tantum

tũ vult D.T.q.11.a.3.docẽs, rebus quæ per se nó delectãt non, frui nos. Vazquez.q. 11. art.3. ait, de solo vltimo fine simpliciter, esse fruitionem simpliciter, quia solus finis simpliciter vltimus est simpliciter fructus, eo quod post illum nihil speratur, post alios vero finis aliud speratur. Valentia, etiã disp.2, q.6. puncto. 2. putat, secundum D. Thom. & Aug. fruitionem proprie tantum esse de fine simpliciter vltimo. Idem Conradus, addens esse de fine simpliciter vltimo vero & naturali, vel etiam arbitrario: nam, & peccatores fruũtur creatura constituentes in illa suum finem simpliciter vltimum: sed iam tracta. 1. vidimus, peccatores non constituere formaliter finem simpliciter vltimum in creatura, sed virtute, vere tamen fruuntur creatura iuxta id prou. 7. fruamur cupitis amplexibus & eccles. 2. 5. & 7. & sap. 2, venite ergo, & fruamur bonis: gaudium vero non dubium quin sit de medio, vt medium est, etiam si ex se sit amarum, molestum & insuaue, & à
104 fortiori de fine non simpliciter vltimo.

Q. 4. Q. 5. an finis, qui, sit obiectum fruitionis an vero finis, quo, seu consecutio finis, qui, Dur. 1.d. 1.q. 2. de fruitione beata loquens ait obiectum eius non esse Deum, sed eius consecu tionem seu visionem. 1. quia fruitio pertinet ad amorem concupiscentiæ, cuius obiectum est bonum amantis, Deus autem secundum se non est bonus beato, sed secundũ quod videtur, 2. quia obiectum fruitionis est quod secundumse delectat, Deus autem non delectat secundum se, sed, vt consecutus per visionem, vt cibus ac potus non delectat nisi sumptus. 3. Quia Deus eodem modo est obiectũ fruitionis & spei, sed secundumse non est obiectum spei, sed, vt visus, ergo non secundumse, sed vt vĩsus est obiectum fruitionis. 4: quia Deus secundumse non contristat nec est obiectum tristitiæ damnatorum, sed, vt non visus, ergo non secundũse, sed, vt visus, obiectũ est delectationis, & fruitionis beatorũ. 5. quia secundum Arist. 10. ethi. c. 5. delectatio est laudabilis, vel vituperabilis ex operatione, quam respicit, ergo ipsa est obiectum delectationis, nam ex obiecto sumitur bonitas, & malitia delectationis. Sed 1. videtur deficere Dur. non agnoscens fruitionem aliquam, quæ pertineat ad amorem amicitiæ cum Deo, certum est enim nos gaudere posse de bonis amici, vt sic, vnde tract. 2. dixi in beatis dari delectationem perfectissimam de bonis Dei, vt Dei, ortam ex amore amicitiæ erga Deum. Verum est tamen, nomen fruitionis magis tribui delectationi ortę ex amore concupiscentiæ, quo quis sibi bonum appetit, nam frui est fructum sibi lætanter capere, vel lætari de fructu sibi percepto. 2. deficit, quia negare videtur primum & principale obiectum fruitionis ortæ ex amore concupiscentiæ, esse Deum. Nam contra sententiam communẽ est, Medin. q. 11. art. 3. Caiet. 2.2. q. 17. art. 5. Capreol. & Hispal. 3.d. 26. q. vnic. omitto Scotum. 1.d. 1.q. 3. & Gab. q. 4. Henricum de Oyta. q. 2. Grego, q. 5. & alios, qui obiectum fruitionis putant, esse Deum, nomine tamen fruitionis amorem, & non delectationem intelligunt. Probaturque quia quod secundumse est bonum habenti, & possidenti, secundumse est obiectum spei & delectationis; & alioqui spes non esset virtus Theologica. Conf. quia non solum delectamur in possessione diuitiarum sed in diuitijs ergo similiter non solum delectamur in visione, & possessione Dei, sed in ipso Deo, simile est in appetitu & delectatione cibi, & potus: non solum enim habent pro obiecto comestionem, & potationem, sed cibum, & potum iuxta Aristote. 2. animæ. tex. 28. qui ait, sitim esse appetitum frigidi, & humidi, famem vero calidi, & sicci idem est in appetitu, & delectatione Episcopatus & dignitatis, & sanitatis, quia non solũ horum possessio appetitur, & delectat, sed ipsa etiam appetuntur, & delectant, vt possessa: tamen eodem actu, quo appetitur, & delectat bonum, appetitur, & delectat eius possessio. Medina adducit alia exempla de rebus amœnis & consonantia musicę quæ delectant secundum se, & non tantũ eorum visio, vel auditio, & insinuat delectare præscindendo a visione & auditione, & omni alia actione, & passione. Sed fallitur: nam solũ delectant, vt visa, vel audita, vel ratione realis immutationis conuenientis, quæ cõsequitur in organo visus, vel auditus & percepta per tactum est obiectũ delectationis: innsiuuat etiam delectationes de his obiectis esse in his sensibus, vt in auditu, visu, tactu, &c. Quod expressius alij docuerunt: falsum autem esse docent Henricus quodlibet. 11. q. 9. & alij, quia delectatio attingit bonum, vt sic: solus autem appetitus intellectiuus, & sensitiuus elicit actum circa bonum, vt sic, ex communi autem opinione sensus realiter distinguũtur ab appetitu sensitiuo, ergo non eliciunt delectationem.

Ad argumenta pro Durand. facta Resp. Medina supra, & nos respondimus tracta. 2. tantum probare, delectationem ortam ex amore concupiscentiæ non habere pro obiecto præcise Deum, vel aliam eiusmodi rem sed simul cum sua possessione reali, vel intelligibili aut forte alterius generis, & forte nihil aliud voluit Durandus.

Q. 6. est an de fine non habito in re, possit esse fruitio Resp. D. Thom. affirmatiue 105 Q. 5. q. 11.

q. 11. artic. 4. & ibi Vazquez. & omnes alij. Valent. disp. 1. q. 6. puncto. 2. gaudium enim de bono habito non in re, sed in spe, dicitur etiam fruitio, & aduertit Valen ex D. Tho. ibi ad 2. vbi idem notat Conrradus, fruitionē vltimi finis habiti nō in rei, sed in spe, esse proprie fruitionem, licet imperfecte. Cæterum distinguendū puto, nam de fine non habito in re tripliciter gaudere possumus. 1. iudicando, nos illud possidere, & hæc forte est vere, & proprie fruitio, nisi dicamus, ad veram, & propriam fruitionem requiri, quod sit iucunda possessio finis, vel iucunditas de vera possessione, & non tantū de possessione, quæ apprehendatur, vel iudicetur iam existere, 2. apprehendendo possessionem, vt existentem, vel futuram, aut certe iudicando, esse futuram, & tale gaudium, saltem si id quod apprehenditur, vel iudicatur futurum, vere erit, est vere & proprie fruitio, & de hoc potissime loquitur D. Tho. & forte Paulus dicens, spe gaudentes. 3. iudicando esse possibile, vel etiā facile consequi finē, & gaudium de hac facilitate, & possibilitate, quia non est de fine in se, sed in causa aut medijs, non est vere & proprie fruitio, & multominus, si esset gaudium de ipso actu, vel habitu spei, & de hoc certū est differre realiter, & specifice a fruitione seu gaudio patriæ: de primo autem gaudio, si forte in aliquo esset, qui falso putaret se videre, vel possidere Deum vt possidetur in patria, certū est non differreā fruitione, quia idē est actus voluntatis circa rem verā, & existimatā de 2. autem est difficultas. Nam actus vo. luntatis, qui versantur circa bonū præsens, & apprehensum præsens videntur specie differre, & similiter qui versantur circa bonum iudicatum præsens, & iudicatum futurum, sed ita se habent fruitiones viæ & patriæ, ergo. Conf. quia si fruitiones Dei, vt præsentis & futuri non differunt specie, ergo vel differunt substantialiter solo numero, vel accidentaliter, & vna potest in aliam transire mutata cognitione obiecti fruibilis. Conseq. est falsum, ergo mi. quoad. 1. membrū, patet quia illa differentia est cōmunis multis actib9, ergo si est intrinseca & substātialis, erit specifica, & essenutialis, non autem numerica: hæc enim nunquam est communis multis. Quo ad. 2. vero probatur quia differentia illa sumitur ex parte obiecti præsentis, & futuri, differentia autem sumpta ex parte
106 obiecti non est accidentalis. Nihilominus aliqui tenent, fruitionem Dei in re, & in spe seu patriæ, & viæ esse eiusdem speciei. & est valde probabile, idque significat D Thom. illo art. 4. ad 2. dicens, frutionem finis non vltimi deficere à specie fruitionis, & ideo esse impropriam: quæ vero est finis vltimi obtenti in spe, & non in re, esse propriam, videlicet, quia est eiusdem speciei cum fruitione finis obtenti in re, & probatur, quia habet idem obiectum, cui impertinens est esse iudicatum præsens, vel tantum esse apprehensu vt præsens, & similiter iudicati prēlens, & futurum: nam semper gaudium est de eadem re secundum quod habet, vel habitura iam apprehenditur & iudicatur existentiam, & sic patet ad arguēmtum in contrarium. Ad confirm. autem concedo fruitiones istas solum differre accidentaliter & vnam posse transire in aliam, itaque actus quo fruor bono apprehenso, vt præsens, potest fieri fruitio rei iudicatæ præsentis, & fruitio rei iudicatæ præsentis potest fieri fruitio rei iudicatæ futuræ, & ècōtra, sed accidentaliter est perfectior fruitio, quæ sequitur iudicium, quam quæ apprehēsionē; & quæ iudiciū præsentialitatis quā quæ iudicium futuritionis. Si quis autem reputet hoc absurdum, amplectatur priorem opinionem, quæ facilior est intellectu, & rationi conformior nec D. Thom. aut alicui graui Doctori plane aduersatur. Et hæc dicta sunt de fruitione sumpta pro delectatione orta ex amore concupiscentiæ quo nobis beatitudinem amamus. Si vero sermo sit de fruitione sumpta pro delectatione de bonis Dei, multo probabilius est, eiusdem speciei esse in via & in patria, quia habet idem obiectum æquæ perfecte habitum & consecutum, & iudicatum tale, licet inæquali iudicio specieque diuerso, nam in via est iudicium fidei, in patria vero visionis claræ, idemque est de amore, ex quo talis delectatio consequitur, de quo probabile īd iudicat Scotus. 4. d 49. q. 7. licet propendeat in oppositam partem, quæ negat. Hos actus esse eiusdem speciei, tenet Medin. q. 11. art. 4. & idem ait de fruitione, & nos idem docuimus sæpe tract. 1. & 2. neque obstat hos actus hic esse liberos, & impatria necessarios: nam idem actvs specie imo & numero propter diuersitatem cognitionis potest esse nunc liber, nunc necessarius. Similiter non obstat hic esse remissos & in patria intensos, nam propter diuersitatem status, seu cognitionis quantumcumque crescat dilectio, & delectatio in via, non potest pertingere ad dilectionem & delectationem patriæ vt cum D. Thom. & Caietan. 2. 2. q. 24. art. 7. & 3. par. quæst. 7. art. 11. eisdem locis docuimus, docetque Medina supra. magis enim mouent, & iuuant ad delectationem Dei visio ipsius & beneficiorum, quæ iam ab illo recepta sunt & carentia passionū & similia, quæ sunt in patria, quam quæcumque possunt coniungi in via: de potentia tamen absoluta posset Deus infundere maiorem

rem dilectionem sui in via quam impatria de quo dicetur.2.2. loco citato.

107 Q. 7. vtrum beatus possit frui essentia sine personis aut vna persona sine alia Med.& Q.7. Conrrad.q.11. ar.4. putant non posse de potentia absoluta videri vnam personam sine alia nec beatum posse frui vna persona sine alia siue sumatur fruitio pro amore siue pro delectatione.Sed oppositam quoad hæc omnia docuimus tract.2.disp.4.sect.3.cum Scoto & alijs & speciatim de fruitione agimusin fine illius sectionis. Vide Scotum.1.d.1.q.2. Gab.q.5.

108 Q. 8. V. dari possit actus medius inter Q.8. vsum,& fruitionem sumendo fruitionem pro affectu erga finem,vsum vero pro affectu erga ea quæ sunt ad finem.

1. Opinio. 1.Opin.asserit dari actū medium seu neutrum inter affectum finis & medij.Ita docent Scotus.1.d.1.q.3.§ quantum ad 1.Ochā. q. 1. dub.1. post. 3. conclusionē. Maior.3.q 1. con.3 & in arg.contra ipsam Aureol.q.3.ar.1. Petrus Aliacēsis 1.q. 1.ar. 1. illat. 3.

2.opinio. Quam opinionem reijciunt Med. q.1. art. 1.& quæst 8 art.1.Caiet ibidem Grego.1.d. 1. q. 1. art. 1.Holcot 1.q.4.art 2. Vazquez. disp.32. Valentia disp.2. quæstio. 3.puncto 2. In diuerso tamen sensu eam opinionem intelligentes. Nam Gab. Holcot. & Vazq. opinionem illā Scoti, & aliorum intelligunt de fruitione sumpta pro affectu finis simpliciter vltimi respectu totius humanæ vitæ & de vsu oppositi e usmodi fruitioni , & in eo sensu intellectam Scoti opinio. confutant Greg. & Holcot 1.quia frui est velle aliquid propter ipsum,ita vt nec actu nec habitu propter aliud appetatur: vti vero est velle aliquid propter finem,ita vt vel actu vel habitu relatum sit in talē finē,mi probatur nam vel homo in suo actu peccat, & sic fruitur creatura, quia secūdū Aug lib. 83. qq. q. 3. peccatum est frui vtendis vel non peccat in suo actu , & sic,vel fruitur Deo diligando ipsum propterse,vel vtitur creatura diligēdo ipsam actu,vel habitu propter Deum,& sic dari nō poterit affectus medius interfruitionem , & vsum,inter hæc autem duo non est medius aliquis affectus.2.quoniam Aug 1.de doctr. Christiana c.37.ita de Deo scribit, non igitur friutur nobis, sed vtitur:nam si neque vtitur neque fruitur,non inuenio quemadmodum diligat. Putat igitur Aug. non esse medium inter vsum & fruitionem.

3. Opinio. 3. Opinio est Gab. 1.d.1.q 1.ar. 1. notab, 2.& 3.qui Scotum in priori sensu intellectum cum alijs in eodem sensu illum impugnantibus conciliat,supponendo ex Scoto.2. d. 41. q.vn.Bo.a.1.q.3.corp & in solut.vltimi tribus modis aliquid posse referri infinē,scilicet actu virtute , & habitu , vt docet etiam Rich.2.d. 41. ar.1.q.2. & Vaz. disp.cit.c.2. qui relationem habitualem cum Bon.& Gab.distinguit in eam,quæ pertinet ad veram habitum existentem in animo ; & eam,quæ in eo solum consistit,quod actus ex natura sua feratur in vltimum finem: quia est iuxta voluntatē & præceptum seu consilium Dei:quoniam igitur nullus actus potest esse bonus,quin hac saltem ratione sit relatus in Deum ,& hoc sufficit vt homo non dicatur frui creatura , sed vti , sequitur vt actus omnis,qui circa creaturā versetur,sit fruitio,vel vsus:vsus quidem si actus sit honestus , fruitio,si turpis qui vero circa Deum versatur,est eius fruitio & sic nondabitur medius actus inter vsum & fruitionē:quod bene probat arg. 2. opinionis nisi fruitio sumatur pro actu,quo aliquid diligitur propterse,ita vt non diligatur actu nec virtute neq habitu proprie nec late sumpto, propter aliud,vsus vero pro actu,quo aliquid actu virtute, vel habitu proprie sūpto diligit propter aliud,in qua acceptione datur actus medius quo ſ.voluntas fertur in obiectū creatū honestum vt sic:nā tale obiectum neq actu neque virtute neque habitu proprie dicto refertur in Deum,& ita homo non vtitur eiusmodi obiecto Neque vero fruitur , quia habitu improprie sumpto refertur obiectum in 109
Deum ergo datur actus medius & sic intellexit Scotus suam opinio. sm Gab.& Vazquez 4. Opinio.
& sane si sic intellexit,non dubium est vt etiā docet Vazquez quin eius opin. verisima sit , reuera tamen differt ab opinione Gre. qui existimauit ad bonitatē moralem actus requiri alium modum relationis in Deum, nempe per verum actū, vel habitum dilectionis Dei super omnia, vnde colligit neminem posse aliquem actum moraliter bonum effi cere sine auxilio supernaturali concurrente actualem,vel saltem habitualem dilectionē Dei super omnia Cæterum existimo amplius aliquid voluisse Scotum nempe dari actum medium inter affectum finis , vt finis est,& medij, vt medium est, vt patet ex eius ratione, scilicet quia voluntati potest ostendi obiectū, vt bonum abstrahendo ab hoc quod sit bonumpropterse,vel propter aliud:ergo potest habere actum,quo nec diligat illud propterse nec propter aliud,& ita nec vtfinē neq.vt medium,intellectus vero nulli propositioni assentiri potest,nisi,vt cōclusioni,vel vt principio, quia si propositionē aliquā ex nulla propositione deducit assētiturilli principio,si vero deducit,assentitur illi vt conclusioni & Scotum ac reliquos eius sequaces in hoc sensu intelligunt Caiet. & Med.& Valen supra illosque reijciunt,Alij vero,licet negent hanc opinionem fuisse Scoti,& sequacium,tñ eam manifeste

feste falsam esse docent 1. quia appetibile propterse & appetibile propter aliud, sine vllo medio opponuntur, quia vnũ importat appeti propter aliud: alterum vero non appeti propter aliud, ergo nihil potest appeti nisi propterse, l. propter aliud, & sic nihil potest appeti nisi, vt finis, vel vt medium. 2. quia nullũ est aliud bonum nisi honestum delectabile, & vtile: priora sic cõsiderata non possũt appeti nisi, pptерse, &, vt finis, vlt. autẽ nõ põt appeti nisi propterse, &, vt medium: ergo nullũ bonum põt appeti nisi vt finis, l. vt mediũ. Propter quæ etiam arg. putãt Scoti opinionẽ improbabilem esse, mihi tñ (quæ est iudiciorũ diuersitas) euidẽs apparet propter illud arg. Scoti. Cui tñ dupliciter quidã respondent. 1. quidem intellectum nõ posse concipere rõnẽ quandam cõem bono, & diligibili propterse quale est honestum & delectabile, & bono ac diligibile propter aliud, quale est bonum vtile, quia hæc solum cõueniunt analogice in bonitate, in analogis vero nulla datur ratio cõmunis. 2. Rñt, etiã si talis ratio communis cõcipi posset, nihilominus fore, vt nõ esset actus medius inter duos assignatos quia si ratio illa boni moueret, & non relate ad aliud, moueret gratia sui: si autẽ relate ad aliud, moueret gratia alterius: inter relateautẽ & nõ relate nõ est mediũ, ergo nec est medius ille actus. Sed nifallor, neutra solutio vim argumenti euacuat, & contra 1. arg. 1 quia nec est certũ tria illa bona analogice tantum cõuenire, neq. verũ est in omnibus analogis nullã dari rationem præcisam & abstractã analogo nomine significatam ipsis analogatis cõem; neq. si id quoque admitteretur, vi carceret argum. quia saltem posset bonum cõcipi conceptu distincto, videlicet cognoscendo aliquid esse bonũ & appetibile, quia id dicit Scriptura, aut homo aut Angelus, vel quia ratio id suadet, nõ cognoscendo determinate: an sit vnũ bonũ vtile vel delectabile, vel honestũ, aut esse bonũ & diligibile propter se, vel propter aliud: in eo autem euentu nec diligeretur relate, idest propter aliud, & sic non diligeretur, vt mediũ, nec appeteretur tanquã bonum per se, ergo re vera non appeteretur, vt finis. Daretur ergo actus medius inter affectum finis, vt finis, & medij, vt medij. Vnde etiam confutata videtur. 2. Solut. & facillime diluuntur arg. in cõtrariũ: nã licet verũ sit nihil posse esse bonũ, & appetibile quin sit bonũ, & appetibile aut propterse aut propter aliud, tñ bene põt in exercitio aliquid appeti nec propterse nec propter aliud, idest exiudicio indifferẽti ad propterse, & propter aliud, & neutrum horum determinãte, sed sub quadã rõne cõmuni, vel disiuncta vtrumque cõplectente, sicut nullũ animal potest esse nisi rationale, l. irrationale, tñ aliquid põt cõcipi cõceptu nõ determinãte esse rationale nec esse irrationale, sed animal, aut animal rationale, vel irrationale, in eo autẽ euẽtu illud nõ appeteretur, vt finis, nec, vt mediũ, ergo dabitur affectus medius seu neuter: qui erit absolutus negatiue non vero positiue, sicut etiam datur cõceptus entis abstrahens ab absoluto & respectiuo. vel neutrũ determinãs, qui conceptus dicitur absolutus negatiue idest nõ includens relationẽ, nõ tñ absolutus positiue idest includens aliquid de genere absoluto, & excludens positiue relationẽ a propria, & intrinseca ratione, quemodo autẽ prædictus actus, qui formaliter est neuter & medius, virtualiter & implicite sit affectus finis, dixi tract. 1. sect. 2. ad 4. Ex dictis patet, quod licet omne bonum sit appetibile propter se, vel propter aliud, tñ etiã põt appeti nec propterse nec propter aliud sed abstrahendo. Neque multũ dissidet. Val. supra, ait. n. qnæstionẽ esse de nomine & formaliter seu in actu signato posse aliquid appeti, nec propterse nec propter aliud, in actu tamen exercito, quidquid appetitur propter aliud, censeri appeti propterse, & ideo simpliciter sequẽdum modum loquẽdi Caietani. Ego vero in hoc modo loquendi potius sequendum existimo Scotum propter rationem adductam.

DISPVTATIO SECVNDA DE ACTIBVS INTELLECTVS requisitis ad praedictos actus voluntatis, & speciatim de consilio & imperio.

Sect. 1. V. Ad omnes dictos actus voluntatis requiratur consilium intellectus vbi omnia quæ ad consilium pertinent explicantur.

1 Supp. 1. SVpponimus. 1. ex dictis tract. 1. disp. 5. Sect. 1. & 2. ad omnẽ actũ voluntatis prærequiri cognitionẽ intellectiuã, iudicatiuã & practicã nec sufficere cognitionem sensitiuã, habitualem, virtualem, apprehensiuã. aut speculatiuã: eodem q; loco disputauimus, an detur in nobis iudicium, quo nihil affirmetur aut nege-

tur, & partem negantem resoluimus; si tamen detur, non dubitamus, quin sufficiat ad actum voluntatis, modo sit practicum, seu dictans de re, vt bona, vel mala facienda, aut omittenda, in quo nobiscum sentit Azor. to. 1. li. 1. c. 28. q. 6. Talem autem cognitionem concurrere actiue ad actum voluntatis, diximus ibi sect. 3. & colligitur ex Arist. 1. Rheto. ca. 11. vbi ait, obiectū esse effectiuū delectationis, & tristitiæ, scilicet media cognitione.

2.Suppo. 2. Supponimus de consilio agere Aristo. 3. eth. c. 3. Nyssen. 5. philosoph. c. 5. Nemesiū lib. de natura hominis. ca. 34. D. Tho. & eius interpretes. q. 14. præsertim Vazq. Valentia disp. 2. q. 9. Sayr. lib. 1. c. 1. n. 7. nonnihil dicit, Damasc. 2. fidei. ca. 22. scholastici theologi fere nihil, multa Azor. to. 1. li. 1. c. 28.

2. 3.Suppo. 3. Supponimus, consilium omne proprie dictum, esse actum elicitū intellectus, vt docent D. Th. & alij. q. 14. a. 1. Valent. supra pūcto. 1. Vaz. disp. 44. c. 1. n. 3. Azor. c. cit. q. 2. Sayr. illo. n. 7. ex Nysseno, & Nemesio supra docentibus, omne consilium, seu consultationē esse quæstionem, seu inquisitionem; inquisitio enim, seu quæstio interrogatio quædam est. Interrogatio autē interior (omitto enim exteriorem, quæ non est de ratione consilij, quo secum quisq. consultat) est quædam interna locutio, ac proinde actus intellectus, sicut orare, imperare, &c. Idēq. significat Arist. 3. eth. c. 3. dicens, electionē esse appetitū prę consiliati, ideſt appetitū rei ortū exconsilio, & inquisitione intellectus, & ibidem ait, atq. si per plura posse fieri videtur, per quod illorū facilime, optimeq. fiet perquirunt: sin per vnū quo nā modo per illud fiet. Ecce consilium explicat, & definit per inquisitionem. Neq. obstat Damasc. 2. fidei. c. 22. dicens, consilium esse appetitum inquisitiuum, intelligitur enim causaliter, nomine causæ effectum explicans, nam ex voluntate, & intentione finis, vt docet Vaz. disp. 43. n. 18. & Azor supra procedere cōmuniter solet inquisitio, & interrogatio de medijs, aut an talis finis possit aliquibus medijs, obtineri, & quibus, & q eorum sit præstantius? &c. Vnde dicto. ar. 1. ad. 1, D. Th. explicat Damascenum, vt dicat cōsilium esse appetitum inquisitiuum, quia appetitus finis præbet materiā consilio, & mouet intellectum ad cōsiliādum, seu inquirēdum de rebus agēdis ad cōsecutionē talis finis: aliquādo tū nulla præcedēte intētione finis, aut alio actu voluntatis erga finē, habēte modum desiderij (qui omnis est liber) homo inquirit, & cōsultat ex mera volūtate inquirēdi, aut ex habitu, vel ex alia dispositione corporis determināte imaginatiuā, & cōsequēter intellectū ad eiusmodi inquisitionē. Vnde hæc inquisitio nō semper est actus imperatus voluntatis, licet communiter sit imperatus formaliter, & expresse, vt cum homo formaliter, & expresse vult inquirere, l. virtute & implicite, vt cū homo sine aliqua volitione formali, inquirit ex vi volūtatis, & intētionis finis absoluta, l. cōditionali, quę sufficit determinare intellectū ad inquirendū.

3. 4.Suppo. 4. Supponimus nō quamcumq. inquisitionem esse consilium; sed debere esse practicā seu de rebus agendis a consultante, scilicet per se, l. per alios expresse docēt Arist. Nyssen. Nemes. & Damasc. locis citatis Sayr. supra, Azor. c. cit. q. 1. Vaz. disp. 44. ca. 1. & ipse cū D. Th. Caiet. & alijs. q. 14. a. 3. imo. Caiet. initio. q. 14. notat, quod consilium significat inquisitionem completam, ideſt vsq. ad iudicium inclusiue, non enim, inquit, ipsa inquisitio absq iudicio consilium est, nisi inchoatiue, vt manifeste patet ex D. Th. ar. 1. ad. 2. & 3. & ex vsu loquendi. Idem docet Sayr. supr. & Valent. sup. puncto. 1. & probat ex Arist. 3. eth. c. 3. dicente illum qui consultat videri quęrere, & resoluere; sed hoc reijcit Vaz. quia D. Th. q. 14. ar. 1. in corpore expresse asserit, iudiciū esse post cōsiliū, idēq. ait Damas. 2. fidei. c. 22. idēq. sentit Nysse. 5. philo. c. 4. dicēs, cōsultationē esse in ijs, quę ad huc quęrūtur, hoc est de quibus adhuc nō est lata sentētia & iudiciū, & clarissime Arist. 6. eth. c. 9. vnde nomina græca quibus Arist. Nyss. & Damas. vtūt ad significādū cōsiliū valde sunt diuersa ab eo, quo significāt sentētiā, & iudiciū solāq. ipsam inquisitionē designāt, & ita tenēt Medi. q. 14. a. 1. Azor. sup. q. 3. cæterū cōsiliū, vt Vaz. ipse fatetur, nō raro vsurpatur a latinis, pro iudicio ipso elicito per cōsultationē, definitur enim a Cicero. 1. de inuentione c. de confirmatione, consilium est aliquid faciendi, non faciendi ve excogitata ratio. Alij ergo melius dicunt consilium esse nomē ęquiuocum, seu analogum, variasq. significationes habere: interdum enim significat solā, & nudā inquisitionē de agendis, vt Ps. 12. quādiu ponā cōsilia in anima mea? & sic aiunt loqui D. Th. tota q. 14. cum Arist. 3. eth. c. 3. quia dicunt, iudicium sequi post consiliū, interdum significat solum iudicium de agēdis, quāuis ex vera, & formali inquisitione, aut discursu non procedat, quo pacto tribuitur Deo, Ephe. 1. operatur omnia secūdū cōsiliū volūtatis suæ, & Heb. 6. immobilitatem cōsilij sui: nō autē, vt dicit, includit, vel supponit inquisitionē, aut discursum, vt ex Damasc. 2. fid. ca. 22. docet D. Th. q. 14. a. 1. ad. 2. quia inquirere, & interrogare, ignorātiā presupponit, quæ Deo repugnat. In hoc sensu dicimur consiliū dare, petere, & accipere, vt 1. Cor. 7. de virginibus preceptū domini nō habeo; cōsiliū aūt do. Sic etiā dicimus, bonū aut malū

consilium esse,sic etiam Cicero.1.de inuentione c.de cõfirmatione ait,consilium est alicuius rei faciendæ,vel non faciendæ ex cogitata ratio:interdum complectitur iudicium & inquisitionem,seu consultationem, vt Ps. 32.ipse dissipat consilia gentium, & Genes. 43.in consilium eorũ non intret anima mea, omnibus his modis est etiam apud Angelos consilium,vt ait Medina.q.14.ar.1.quia saltem circa supernaturalia dubitare, & inquirere possunt,& discurrere.

4. 5.Suppono, consilium non esse de necessarijs;sed de contingentibus Aristo.1.de interpret.c.6.

5.Suppo

6.Suppo. 6.Suppono,actum,quo concludimus consilium,& resoluimus, quid agendum sit, aliquando cadere formaliter super præmissas & consequẽtiam,vt generatim in omni materia docet Fonseca late.to.3. Metaphy.lib. 6.c.1. q.4.imo omnem assensum conclusionis cadere formaliter super præmissas,& cõsequentiam videtur tenere Geruasius,de notitijs.2.dub.fine,& Anto.Perez.lect.1.exam. p.3.c.5.& 6.& similiter ait,semper electionẽ medij cadere formaliter super finem, & sic esse intentionem.Per aliud autem extremũ Landulph.2.d.38.q.2. censet,nunquam eodem actu attingi formaliter medium, & finem,conclusionem,& præmissas; sed diuersis.Recte autem media via incedit Fonseca supra docens,interdum eodem,interdumdiuersis actibus formaliter attingi;& ideo cõcedit,eundem actum posse esse intẽtionem, & electionem,qui si respiciat bonum finem, & malum medium, erit simpliciter malus, quia vt ait Diog.c.4.diuin,no. bonum ex integra causa,&c.Et nulla ratione erit bonus. Admittit etiam,eundem actum posse esse amorem finis, & odium eorum quæ repugnãt fini, quæ omnia nos præced.disp. docuimus.Ibidem etiam contra quosdam recentiores,cum D.Th.Scot.Dur.& Henr.docet, voluntatem non posse suspendere actũ circa conclusionem post assensum præmissarũ recte dispositarum,nec actum circa mediũ, scilicet iudicatum necessarium,post intẽtionẽ finis. Quod etiã nos superius docuimus.

1.Concl. His ita constitutis Dico.1. consilium aliquo ex his tribus modis acceptum, est necessarium ad electionem, nam electio proprie dicta inter plura fit,quorum vnum alteri,vel alijs præfertur volũtate:hoc autem fit præuia inquisitione, & examine,discursu,inuentione, ac resolutione, seu determinatione,atq.iudicio &c.Et ideo Arist.3.ethi.ca.3. ait,electionem esse appetitum præconsiliati,idẽ docet D.Th.q.14.a.1.& oẽs ibi, & colligitur ex Damas.Nemesio,& Nyssen.supra.

Et nõ solũ electionẽ proprie dictã præcedit cõsiliũ;sed etiã late dictã,qualis ea est,in qua vnicũ tãtum mediũ occurrit: nam licet tunc non sit inquisitio, quod medium inter sufficientia sit magis accõmodatum:tamen sunt aliæ quæstiones, vt an hoc sit mediũ accommodatum?& similes.

Dico.2.non in omni electione est formale consilium,loquendo de consilio includente, vel supponente inquisitionem, nam de rebus minimis non solemus consultare, aut inquirere,idẽ est de rebus,in quibus perse notum est parum referre,sic,vel sic fieri,idem est in rebus non dubijs;sed manifestis, quia sunt per se notæ,vel iam scitæ,aut per artem cognitæ, & ideo de illis nulla fit interrogatio,& inquisitio, ita docent D.Th.q.14.a.4. in corpore,& ad.1.& alij ibi, Valentia supra puncto.2.Azor.supra.q.5.Vazq.disp.45.c.2. ex Arist.3.eth.c.3.vbi ait,atq.circa exactas, quidem scientias,& sufficientes non est consultatio,non enim ambigimus,quomodo literæ scribendæ sint, & infra consultatio autem in ijs versatur,quæ plerumq.quidem fieri possunt, incerta tamen sunt,quo nam eueniant modo,& inquibus est indeterminatio. Idẽ sumitur ex Nysseno, & Nemesio supra; semper tamen in his interuenit consiliũ virtuale,& implicitum,nam ipsa intellectus dispositio ad facile iudicandum, æquiualet inquisitioni, & discursui,quibus ad iudiciũ peruenire solet, & sic electio est appetitus præconsiliati,vt definit Arist.3.eth.c.2.& 3.Damasc.2.fid.c.22.Nyssen.5.philosoph.c.4. vel intendunt,communiter,non tamen semper, electionẽ fieri præuia consultatione, quãuis aliqui contendant electionẽ nunquam esse sine consultatione proprie, aut remote præcedente,quod non cohæret cũ eo,quod Vaz. q.14.a.4. recte docet,consultationẽ formalẽ & proprie dictam non esse sine dubitatione; & electionem proprie dictã esse in Deo, & humanitate Christi,& Angelis nulla præuia consultatione.Recte etiam ibidem explicat quomodo intelligatur,quod ait Arist.3.eth. c.3.nos aliquando consultare de instrumentis,aliquando de vsu instrumentorum.

5. 2.Concl.

6. 3.Concl.

Dico.3.de fine,vt finis est,formale consilium esse non solet,sed tãtum de medijs,vel de fine,vt medium est D.Tho.Conrad.& alij a.2.Vaz.disp.45.c.1.Azor.supraq.4.Valẽtia illo puncto.2.Arist.3.eth.ca.3.Nyssenus, & Nemesius supra,Damasce.2.fidei.c.22.dicens, ad finem spectat id, de quo consilium capitur.Rich.3.d.38.ar.2.q.1.Dur.2.d.25.q.1.qui tamen duo,vt notat Vaz.disp.45.c.3. male asserunt,circa finem non esse liberum arbitriũ,nã libere,& cũ meritopossumus velle honestatẽ,etiã in cõmuni,& cũ demerito turpẽ delectationẽ,nisi intelligãt desimplici

voluntate

voluntate, vel de efficaci quidem; sed indeliberata, in quibus nullum est meritum, aut peccatum. Ratio est, quia finis, vt sic, est per se bonus, & conueniens, & ideo bonitas finis vt finis est, solet esse per se, aut omnibus nota: de ijs aũt quæ sunt nota, & non dubia nõ solet esse inquisitio, aut consultatio: ergo de finibus, vt fines sunt, non solet esse consilium, & quia simplex voluntas, & intentio versantur circa finem, vt sic; ideo actus isti non solent dirigi per consilium, sed alia simpliciori cognitione. Vnde non solet homo consultare, an beatitudo, vel sanitas sit inquirenda, sed quibus medijs? Cæterum, quia non semper bonitas, & conuenientia, quæ competit fini, vt finis est, est secundum se manifesta, & indubitata, oportet aliquando inquerere, & consiliari de fine, id tamen rarum est.

7. De fine autem, vt medium ad consequendum alium finem, aut quatenus nocere potest ad consecutionem alterius finis, qui forte est melior secundum se, & conducibilior, sæpe est consilium, & consultatio, vt & electio iuxta sectio. 5. disp. præced. & probatur, nam de fine sub hac ratione frequenter est dubium: ergo, & consilium, & per hæc facile intelligetur vis rationis D. Thom. quam sine fundamento sufficienti reijcit Valentia, & recurrit advsum, quo tantum, inquisitionem de medijs dici putat consilium. Intelligitur etiam solutio D. Tho. illo a. 2. ad. 1. quam veluti clarissimam sine declaratione transcripsit Medina: cum tamen sit difficilis, & declaratione indigeat, nec enim vult D. Tho. de fine, vt sic, non esse consilium, quia quamdiu est dubium, non accipitur a voluntate, vt finis, nam similiter cõstat, medium, quamdiu est dubium, non sumi a voluntate, vt medium, sed tantum vult D. Tho. finem, vt sic solere habere bonitatem fixam, & determinatam, id est exploratam, & ideo de illo, vt sic, nõ solere esse inquisitionem, ac proinde, nec formale consilium, quod explicat sic Aristo. 3. eth. c. 3. consultamus nõ de finibus, sed de ijs, quæ ad finẽ tẽdũt. Nã neq. Medicus, an sanare, neq. orator, an persuadere, neq. politicus, an bene legibus institutã patriã reddere debeat, neq. ex alijs quispiam de fine consultat, sed omnes cum finem quendam statuerint, quomodo, aut per quæ euenire is possit, deliberant. Vbi per ea, quæ ad finem perducunt, recte Vazq. disp. 45. n. 6. intelligit non solum media proprie dicta; sed etiam finem contractum ad certam, determinatãq. materiam, neq. mirum videri debet, cum hęc aliqualiter sit medium in ordine ad rationẽ cõmunem, eo quod ponẽdo rationem finis in particulari, ponitur etiam ratio communis eiusdem, vt si quis comedat in tanta quãtitate, & qualitate, erit temperatus, & si reddat debita, erit iustus, &c. Quoniam autem sæpe dubitamus de fine contracto ad certã materiam, & certas circunstantias, sæpe etiam de illo est consultatio, vt docet Scot. 3. d. 36. q. vn. §. licet istud videatur, & sic potest intelligi quod ait D. Tho. q. 6. a. 1. dicens, homines deliberare de fine, & de ijs, quæ sunt ad finem, nisi nomine deliberationis de fine, intelligat, non consilium, sed iudicium, vel voluntatem de amplectendo fine, vel intendat de fine, etiam in communi, posse esse consilium, quando dubium est, an sit magis expediens, illum finem amplecti, quã non amplecti, vt fieri, quam non fieri religiosum, vel clericum, vel coniugatum, vel exercere vitã actiuam, aut contemplatiuam, vel an hoc sit honestius, aut delectabilius illo, aut deniq. tantum vult D. Tho. intellectum deliberare de fine, id est cognoscere illum, quãtum satis est, vt voluntas libere operetur, sic enim dicere solemus, actus deliberatos esse liberos; indeliberatos vero libertate carere, quę cumq. autem cognitio de agendis in particulari, quando per discursum habetur, pertinet ad prudentiam, & ideo interdum dicitur præstituere finem virtutibus moralibus, licet communiter solum versetur circa media presse, aut latedicta, qua ratione finis cõtractus ad certam materiam, & circunstantias proprias, dicitur medium ad seipsum abstracte consideratum, & sic intelligẽdum est quod ait D. Tho. 2. 2. q. 47. 2. 6. finem nõ præstitui a prudentia, & quod ait Arist. prudentiam versari circa ea, quæ perducunt ad finem.

8. 4. Concl. Dico. 4. in consilio procedimus ordine resolutorio D. Tho. q. 14. a. 5. & alij ibi ex Aristo. 3. ethi. ca. 3. quæ res facile explicari posset metaphora sumpta a resolutione mixti in elementa, in qua resolutione solidæ partes manent, reliquæ abeunt, dilabuntur, & euanescunt: sic in consilio, cum multa occurrant, separacio, & discretio quædã fit, in qua futilia, & vana euanescunt, relinquũtur, & omittuntur, reliqua retinentur: & ideo resolutorie procedere dicimur, & hanc, vel illam esse totius consilij resolutionem, & substantiam, vt hoc, vel illud ad finem assequendum fiat, & sic proculdubio explicanda res est, imo & ab eadem metaphora in syllogismis prior, & posterior resolucio ab Aristo. ponitur, quia in syllogismis solemus præmissas relinquere, & sumpta conclusione in de aliam deducere. Sed D. Thom. quæst. 14. a. 5. alio modo, qui omnibus negotium facessit, metaphoram resolutionis in consilio deducit, qui modus, vt quo ad fieri possit meli⁹ intelligatur, obserua; resolutionẽ, & cõpositionem

sitionem proprie ad totum, & partes ordinem dicere: componere enim est partes cõ iungere; dissoluere autem, aut resoluere est partes seiungere, aut separare; ex illisq.com poni,& in illas resolui totum dicitur. Vnde processus in illas est resolutorius; ex illis autem compositiuus,aut compositorius, si sic loqui licet, & quia partes habent rationem causæ respectu totius,ideo processus a causa ad effectum dici potest metaphorice cõpositiuus; processus autẽ ab effectu ad causam dici potest metaphorice resolutiuus, quia igitur in consilio procedimus ab effectu ad causam, nempe a fine,qui licet secundum proprium esse intẽtionale sit causa medij:tamen secundum suum propriũ esse reale est eius effectus,ideo processus in consilio metaphorice loquendo resolutiuus, & non compositiuus est, nisi considerando finem, vt causa est,sic enim processus consilij compositiuus appellari posset, hanc metaphoræ deductionem attigerunt, sed non plene explicarunt Caiet.Conrad. & Medina illo a.5. Vazq.tota disp.46.Valent.q.cit. puncto.3. & alij interpretes D.Tho.vt legentibus constabit.Res autem,vt inquit Valentia nõ est magni momenti.

9. 5. Concl. Dico.5. consilium non procedit in infinitum, posset tamen procedere. Vtraq. pars est D.Tho.& aliorum q.14.a.6. & prior quidem nota est,si enim consilium procederet in infinitum,nunquam perueniretur ad executionem,quia infinitum nõ est pertransire; quamdiu autem non est finitum, & peractum consilium,non est executio medij, nec consecutio finis,vt enim inquit Arist.3.ethi. c.3.quod extremum est in resolutione,in generatione esse primũ videtur, id vero quod ibidem ait Arist. iuxta translationẽ.Lambini. Nam quemadmodum sit quisq. acturus, tunc quærendi finem facit,cum principium ad seipsum, & ad eam sui partem,quæ præest atq.imperat,reuocauerit, recte explicat Vazq.q.14.a.6.Posteriorem autem partem sic explicat Valentia disput. 2.qu.9.puncto 3.vt D.Tho. velit,processum consilij esse infinitum in potentia, quia plura, & plura media,absq.vllo termino possunt in consultationem venire, hoc tamen potest dupliciter intelligi,primo de medijs disparatis, seu non subordinatis inter se.2.de medijs subordinatis, & subalternatis, quorum vnum ad aliud conferat, & vtroq. modo vera est posterior pars conclusionis: potest enim de infinitis medijs disparatis inquiri,an apta sint ad finem, & de subordinatis, an B. conducat ad A.& C.ad B.& D.ad C.& sic in infinitũ,quo pacto si procederetur, nunquam veniretur ad executionem,sed electiones in infinitum procederent,sicut quæstiones,& conclusiones consilij.

10. 6.Concl. Dico. 6. in sensu interno præsertim bruti nullum est consilium,vt de brutis asserit Damascen.2.fidei.c.22. probatur, quia licet in eo sit apprehensio, & iudicium:non tamen alius distinctus actus,qui est locutio, & expressio cognitionis,inquirendo,orando,imperando,in quo maxime differt ab intellectu,item nec in eo est discursus,aut inuentio, aut discussio, aut collatio mediorum cum fine,& inter se, ad quas ordinatur inquisitio, & a quibus pendet resolutio,& iudicium, in intellectibus autem puerorum, amentium, & somniantium,licet fortassis sit inquisitio, & interior locutio expressiua apprehensionis,aut iudicij:tamen,quia non est discursus, non est perfecta collatio mediorum interse, & cum fine;ideo neq. perfectum consilium, sed vt plurimum erit tantum consilium inchoatum,& imperfectum valde.

An vero possit quis carere vsu rationis in aliqua materia,& non in reliquis.Dicunt aliqui vsum rationis dupliciter impediri posse.1.permanenter,& quasi in habitu, vt quãdo læsio, vel indispositio prouenit ex infirmitate,somno, vel ebrietate. 2.transeunter, vt in eo qui agitatur ira, quæ breuis insania est.1.modo non potest(inquiunt) contingere,vt aliquis ratione vtatur in vna materia, & non possit in alijs, quia facultas ratiocinandi potius pendet ex forma,& intelligentia principiorum,quam ex materia.Principia autem, & modus ratiocinandi eiusdem rationis,& ordinis sunt,precipue in materia morali,ideo qui propter impedimentũ corporis non potest recte iudicare de aliquo principio, vel conuenienter ex eo colligere in aliqua materia,eadem ratione nec poterit in reliquis,quia nec indispositio corporis potest esse talis, vt de se magis impediat in vna materia,quam in alia.Quod si aliquando videãtur in aliqua materia isti homines, vt cordati loqui id casu,vel consuetudine accidit. Contingere autem potest,hominem, alias recte dispositum ad vtendum ratione, ita esse affectum in aliquo negotio,vel materia,vt illa proposita statim vehemẽter cõmoueatur,& organum phantasiæ alteretur; & propterea nõ possit eo tempore vti ratione, tamen reuera pro tunc indispositus etiã erit in quacũq.materia. Sed de hac re dicemus in materia de peccatis ad articulũ vltimũ, in quo loco cõmuniter disputatur, & a Victoria relectione de puero veniẽte ad vsum rõnis, & ibidẽ explicare conatur,quid sit deliberatio requisita, vt actus dicatur humanus, moralis, & deliberatus, seu a libero arbitrio,& consilio procedere, de quo vide etiam

etiã D.Th.q.6.a.2.ad.2.Caiet.2.2.q.88.a.1. & nonnihil diximus tract.3.disp.1.Aristo.etiam.1.mag.moral.c.18.docet,ad agendum ex proposito,& electione necesse esse ex cõsilio agere,& multa a nobis nõ hoc modo fieri,vt sedẽdo,surgẽdo,& alia id genꝰ faciẽdo

11. De consensu autẽ in actũ,aut delectationẽde cogitatione,aut recogitata,quomodo pertinet ad superiorẽrõnẽ,dictũ est disp.præced.sectio.6.Ex dictis patet,cõsiliũ pro sola inquisitione,seu quæstione sumptũ,esse actũ distinctũ ab omni iudicio: est cõtra Almain. 3.mor.c.2.in fine,vbi ait,idem esse cum hoc iudicio,inquirendũ est de bonitate, vel malitia actus,licet D.Th.1.2.q.57.a.6.distinguat realiter eubuliã,seu cõsiliũ ab omni iudicio, & a cõsilio,& a iudicio imperiũ,seu ꝓceptũ. Sed certe fallitur Almainus,nã aliud est quærere,seu interrogare,aliud vero iudicare esse inquirẽdũ. Cõsiliũ autẽ est quærere,inquirere,seu interrogare,vt dictũ est ex Arist.Damasce.Nysse.& Nemes. idẽq.docet Arist.6. eth.c.9.ergo cõsiliũ nõ est iudiciũ, & sectione sequenti,videbimus contra Almain. nec imperium esse iudicium.

Q. Corol.

12. Sed quæris an volẽti cõmitere aliquod è duobus malis,licite possim cõsulere minus malũ,quãdo ab vtroq.illũ auertere nõ possum,& supponimus,simpliciter cõsulere malũ alteri,esse illicitũ. Nã si dicã,id esse bonũ est contra veritatẽ, & fortasse de huiusmodi cõsilijs dicitur Prou.12.cõsilia impiorũ fraudulẽta, & interdũ est cõtra iustitiã, vel alterius charitatẽ,vtcũ cõsiliũdo alteri,vt occidat vt nõ subueniat extreme indigẽti,&c. Et aliqui dicũt,quãdo cõsulo alicui luxuriam cõsiliũ esse malũ malitia luxurię Sed melius Medi.q.14.a.6.ait,esse malũsola malitia scãdali cõtra charitatẽ proximi. Vnde Aug.in id psal. 56.dẽtes eorũ arma,& sagittæ ait, occisorẽ fratris esse,qui illi peccatũ suadet;ꝙ vero cõsiliũ homicidij malitiã,& iniustitiãhomicidij participet colligit ex Aug.li.3.de cõsensu Euãg.c.13.vbi ait,magis crucifixisse dominũ cõsultores, quam executores crucifixionis Christi,licet autẽ omnia cõsilia,quæ ꝓcisse sunt contra consulentẽ,essent eiusdẽ speciei, quãtũ ad malitiã,vt docet Medina,fatẽdum cũ eodẽ esset,explicãdã eorũ materiã in cõfessione, quia vna est notabiliter grauior alia,& secũdũ verã opinionẽ circũstãtiæ notabiliter aggrauãtes,sunt necessario cõfitẽdæ: fortassis tũ (& hoc est mihi probabilius) species scãdali nõ est infima,sed ex materia speciẽ vltimã sortitur,& ideo materia cõsilij erit necessario in confessione explicãda,etiã iuxta tenẽtes,circũstãtias nõ mutãtes,speciẽ nõ esse necessario cõfitẽdas. An vero ignorãti inuincibiliter aliquẽ actũ,qui nulli nocet, malũ esse,licite possim cõsulere talẽ actũ,tractat Adrian.in.4.& in qli.& Soto.4.d. 18.& Medi.hic.q.14.a.6.illos referẽs,qui docẽt esse peccatũ,quia est ap,pbare,persuadere,& docere falsũ,sed cõtra quia sine falsitate possim cõsulere alteri malũ. Dico ergo malũ esse,quia aduersatur volũtati,& fini legislatoris. Vnde fortassis actus ille habet malitiã inobediẽtiæ, qui impedit obediẽtiã,neq.aliud habet,vnde malitiã cõtrahat. Res sane est difficilis,& alibi latius discutiẽda. Ad quę stionẽ propositã veniamus,multi tenẽt in tali euẽtu illicitũ esse cõsulere minus malũ, vt Cõrad.q.26.de cõtractib.corol.1.& 2. post. 2 cõcl. Valẽt.2.2.disp.5.q.21.pũcto.4. & alij male pro se citãtes Syl.matrim.7.§.5.ad finẽ Caie.2.2.q.78.art.4.Gab.4.d.15.q.11.art.3. dub.14.Couar.despõsalib. p.1.c.4.n.9. ad finẽ. Fũdamẽta horũ sunt,quia D.Tho.2.2. q. 78.art.4.ait,nullo modo esse licitũ,inducere aliquẽ ad mutuãdũ sub vsuris,& Paul.Ro.3. nõ esse faciẽda mala,vt inde veniãt bona, & quia cõsulere minus malũ,est cõsentire in illud. Fatetur tñ Caie. licitũ esse offere materiã minoris mali ad impediẽdum maius, vt Loth Genes. 19. obtulit filias Sodomitis, vt non abuterentur viris, qui non peccauit, vt patet.2.Petri.2,

Sed probabilius est in illo euẽtu licitũ esse cõsulere minus malũ conditionaliter, vt si alterutrũ facturus es potius fornicationem simplicẽ,quã adulteriũ cõmittas. Med. illo a.6.Adrianus quodli.1.a.3.& quodli.9. patlo ante solutionem.5.arg.principalis, vbi opin.contrariam friuolam esse dicit. Sotus.6. iust.q.1.a.5.Vilaguta.q.12.de vsuris,Pan. & alij c.super eo de vsuris,imo & Caie.to.1.op. 31.resp.13.dub.3.& 2.2.q.95.a.8.ad finẽ, & in sũma verbo tyrannus, & colligit ex Aug. c.si quod verius.33.q.2. vbi ait, si de creuisti homicidiũ,aut adulteriũ facere,adulteriũ cõmittas,nõ homicidiũ,adducitur Chrysost. ho.22.ho.26.& 27.ad popu.vbi assueto iuramẽtis cõsulẽdum esse ait, vt iuret per caput suũ(quod etiã prohibẽtur.mat.5.vers.36.)ne iuret per Deũ,sed ego hæc verba in Chrysosto.nõ inuenio,sed Grego.c.nerui.d.13.eãdẽ sentẽtiã tenet dicẽs,Paulũ incõtinẽtibus minora cõcessisse(id est cõsuluisse)vt maiora declinarẽt. Nauar.c.17.n.263. Angel.vsura.2.§. 2.Syl.vsura.7.q.1.ratio est, quia nõ est cõsulere malũ simpliciter,sed sub cõditione, imo non tam est consulere malũ,quã eius minoritatẽ,seu diminutionẽꝙ est Angelorũ officiũ; nec ẽ cõsẽtire in peccatũ alterius,sed ab illo alterũ ꝑ sua facultate retrahere. Vnde patet ad argumẽta,ad quę tñ latius respõdet Medi.& Vilaguta;qui,& Sotus disputãt,an Loth peccauerit,offerẽdo filias,cũ posset ad alias

mittere,& suas filias præ hospitibus seruare teneretur,vide illos,& quę diximus dub.vlt. de vsuris,vbi copiosè,& diligenter de hac.q. disseruimus.

Sectio.2.Vtrum imperium sit actus elicitus intellectus.

13. NOmen imperij in materia morali analogum est,& primo significat actũ externum,quo superior imperat subdito, vt aliquid faciat, cum voluntate obligandi illum ad culpam, aut pœnam: De quo imperio agetur in materia de legibus, vbi explicabitur, in quo sensu dicatur actus rationis a D.Tho.& alijs. Potestas sic imperandi,imperium a Iurisp.appellatur.

2.Significat actum,quo quis exterius sibi imperat fac hoc.

3 Sumitur pro actu interno, quo quis interius secum,aut cum aliqua suapotentia loquens,dicit,fac hoc;& de hoc actu, quem in nobis experimur, difficultas est, quid nam proprie sit,& cuius potentiæ actus?

14. Quidam dicunt,esse actum elicitum vo-
1.opinio. luntatis,ita sentit Burid.6.ethi. q.18. vbi ait, imperare esse actum voluntatis,& esse velle facere,quod intellectus iudicat esse faciẽdũ, & de hoc imperio loqui Arist.6.ethi.c.8. dũ ait,prudentiam œconomicam,& politicam leges,& præcepta ferre,& c.10. actum prudentiæ esse præcipere, idem tribui solet Almaino:sed quid dicat,dicam postea. Hoc tamen tenet Ioan.Medina. C.de oratione.ca.
15. 2.& Castro.1. de lege pœnali. c.1.& 2. An-
1 arg. gestus in moralib.cap.1.§.3.corol.3.Henric. quodlib.9.q.6.Okan.3.q.12.a.4.concl.3.& fauet Bonau.3.d.17.a.1.q.1.n.12.ad.3.Henric.quodlib.9.q.6.Cordube.lib.2.q.10.idem tribuit Scoto,falso tamen,quia Scotus. 2. d. 38.q.vn.ad vltimum solum docet,ad voluntatem quoq.pertinere vnum in aliud ordinare:quod verum esse, neq.ex eo recte inferri imperium esse actum voluntatis, merito docet Vaz.disp.49.c.1. Cuiuscumq.tamen hęc sententia sit suadetur.1. quia imperare est superioris,cuius nutu cæteri mouẽtur:in nobis autem cæterę facultates mouentur nutu voluntatis tanquam superioris,& ipsa non mouetur nutu alterius:ergo imperare est actus voluntatis. Vnde Themistius 3.animæ.c.59. quod est super tex.46.ex Aristo.ibidem ait non intellectum practicum, sed appetitum, esse dominum motus. Conf.1. nam qui imperat compellere subditum potest;intellectus vero compellere non potestvoluntatem nec alias potentias, volũtas autem ceteras potentias compellere potest: ergo eius est imperare.Conf.2.quia imperium nõ potest dirigi ad eum,qui se solo non potest operari:at voluntas se sola non potest operari, indiget enim concursu obiecti,seu intellectionis, vt præter alios tenet Henri. putans esse opinionem D. Tho. quod & nos late docuimus tract.1.ergo intellectus nõ imperat voluntati.

2. Eiusdem potentiæ est imperare subdi- 2.
tis,petere ab æqualibus,& orare superiores: sed petere,& obsecrare pertinet ad voluntatem:ergo & imperare:mi patet,quia orare, & petere interius,est actus elicitus latrię,duliæ, aut hiperduliæ; quæ virtutes pertinent ad voluntatem.Item quia imperare immediate est in potestate voluntatis,voluntas autem immediate solum habet potestatem in actus suos elicitos. Conf.quia cum sola volũ Conf.
tate dicamur domini nostrarum actionum, ei soli conuenire potest imperandi actus, a quo actus aliarum potentiarum imperati dicuntur.

3.Omnis actus elicitus intellectus est ap- 3.
prehensio,vel iudicium:imperium nõ est apprehensio,nec iudicium; quia, qui imperat, non plus apprehendit,nc iudicat, quã si non imperaret:ergo non est actus intellectus,& conf.quia non est simplex apprehensio, cõ- Conf.
positio, diuisio, aut ratiocinatio: alium autẽ actum intellectus non numerat Aristo. 1.de interpret.c.1.

4.Potẽtia quæ per alias exequitur quod 4.
intendit,& alias mouet,& applicat,imperat illis;sed voluntas est huiusmodi:ergo ipsa imperat,& non intellectus.

5.Imperium est actus præstantissimus in 5.
ter eos,qui pertinent ad executionem operis:ergo præstantissimæ potentiæ, qualis est volũtas:cui soli tribuitur meritum: quęq.est sedes reginæ virtutum omniũ charitatis,vnde & apud Theologos charitas omnibus virtutibus imperare dicitur.

6.Quia non sunt multiplicandi actus sine 6.
necessitate:sed ad opus sufficit electio: ergo post ipsam non est ponendus actus intellectus,qui dicatur imperium.

7.Quia Aug.8.confess.c.9. imperium tri- 7.
buit voluntati,& D.Tho.q.71.a.6.ad.2. ait, voluntatem imperare alijs potentijs,& q.8. in principio & 71.& alibi distinguit actus elicitos, & imperatos voluntatis: ergo sentit voluntatem imperare:quod tract.5. late docuimus:ergo imperiũ nõ est actus intellectus,& hãc opinionẽ aliqui tribuunt Scoto.2. d.6.& quodlib.17.& Marsilio.2.q.16. art.1. concl.1.& 2.sed Scotus in illo quodlib.nihil ad rẽ dicit.2.autem d 6.q.1.ad.3.solũ ait, volũtatẽ posse moueri ex sola apprehẽsione sine iudicio de rei impossibilitate:nõ explicat

sine

sive imperio distincto à iudicio,& hoc ipsum tantum docet Marsilius supra.

15. 2. Opinio est imperium esse actum intel-
2. Opini. lectus, non tamen distinctum a iudicio. Ita tenet Almain. 3. Moral. cap. 2. vbi etiam docet, voluntatem non tantum ex iudicio, sed etiam ex sola apprehensione rei, vt possibilis moueri posse absque alio imperio. Medina autem. q. 13. ar. 4. ait, imperium hoc nō esse iudicū, quo iudicamus aliquid esse bonum, & conueniens, sed hoc hic, & nunc esse eligendum idem ait. q 9. ar. 1. & Suarez. to. 1. Methaphy disp. 19. sect. 6. num. 8. & sect 7. nu. 12. & 13. vbi maxime laborat in explicāda eius iudicij, quiditate, & necessitate. Similiter, licet Vaz. dispu. 49. c. 2. & 3 doceat, imperium esse actum intellectus, tamen eodem. c. 3. nu. 14. docet, esse iudicium compositionis, aut diuisionis, quo intellectus in se; exprimit affectum suæ voluntatis de obligando inferiori, quem actum vocat propositionem, explicationem, insinuationem, & intimationem suæ voluntatis. Quod repetit. tom. 2. disp. 150. c. 3. & 4. idem tenet Fonseca. to. 3. Met. lib. 9. c. 2. q. 7. sect. 2. & Azor. to. 1. lib. 1. c. 29. q. 1. & 2. quod etiam docuit Vaz. 1. p. dispu. 87. cap. 3. & 1. 2. tom. 2. dispu. 150. cap. 3. & 4. Fundamentum est, quia in intellectu non est alius actus, nisi simplex apprehensio, vel iudicium; imperium autem est in intellectu, & non est simplex apprehensio:
Fundamē tum. 1.
2. ergo iudicium. 2. Quia in intellectu omnis alius actus distinctus ab apprehensione, & iudicio superuacaneus est: ergo non est ponendus. Antecedens probatur, quia si alius esset necessarius maxime imperium, hic autem non est necessarius, quia ex iudicio immo ex simplici apprehensione potest volūtas moueri, voluntate autem mota, mouentur aliæ potentiæ: ergo præcipiendi actus distinctus à iudicio, & apprehensione non est constituendus in intellectu.

Confirm. Confir. nam si actus imperij est necessarius ad volitionem, & necessario illam infert: ergo vel est liber ipse, vel non: si est liber in se: ergo libertas, ac proinde bonitas, & malitia moralis primario, & per se est in intellectu, non in voluntate: si vero non est liber in se: ergo actus volūtatis, qui necessario sequitur ad illum, erit omnino necessarius. 3. Quia
3. eo ipso, quod voluntas sequatur dictamen, & iudicium intellectus, dicitur illi obtemperare: ergo imperium intellectus respectu voluntatis, ac proinde aliarum potentiarum nihil aliud est, quam iudicium.

17. 3. Opinio tenenda est, imperiū esse actū
3. Opini. intellectus distinctum à iudicio, ita sentiunt. D. Thom. q. 17. ar. 1. Caiet. Conrad. ibi Valētia disp. 2. quæst. 10. puncto. 1. Cordubensis. lib. 2. quæst. 10. Scotus. 1. Iust. q. 1. art. 1. idem, D. Thom. quodlib. 9. art. 12. & 1. 2. q. 57. ar. 6. Caiet. q. 58. art 4. & q 60. art. 1. & 22. q. 83. Hadrianus quodlib. 4. ad principium litera. A. in fine. Ferrar. 3. contra gent. c. 95. Capr. 1. d. 1. q. 2. conc. 9. & 3. d. 36. Molina in concordia, & 1. p. q. 23. art. 1. disp. 2. Richardus. 3. d. 33. art. 2. q. 6. ad 3. q. vlt. art. 3. ad argumenta. contra. 1. conc. Medin. q. 17. art. 1. ad 2. ait, imperium non esse iudicium, licet simul dicat, posse probabiliter ad iudicium reduci, quia est veluti conclusio, & vltima sententia iudicij, & quæst. 17. art. 3. ait, imperium non esse iudicium, idem tenet Carth. in summa fidei. lib. 3 c. 141. Viguerus. cap. 3. §. 6. in principio Anton. 1. p. titu. 4. c. 10. in principio. Faciunt, & pro hac sent. Rich. 4. d. 15. a. 4. q. 1. & Gab. in canon. lect. 61. lit. H. & sequentib. qui cum D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 1. & Caiet. ibi affirmant, orationem internam esse actum elicitum intellectus: eadem autem ratio est de oratione interna, & de imperio interno.

Hæc sententia. Probari. 1. solet ex Aristo. 18.
1. Ethicorum. cap. vlti. vbi de appetitu sen- 1. Prob.
sitiuo loquens ait. Parere quodam modo rationi irrationalem hanc partem, admonitio, & omnis increpatio, & exhortatio indicat. Eodem fere modo loquitur Nyssen. 4. suæ Philos. c. 8. & 9. seu Nemesius. lib. de natura hominis. c. 16. & 17. Sed hæc facile explicari possunt de imperio late dicto, quod est idē cum iudicio, cui quando se conformat appetitus sensitiuus, vel intellectus, dicitur obedire rationi, & quādo discordat, dicitur repugnare, resistere, & nō obedire. Quo sensu Aug. 1. delib. arb. c. 8. dixit, malum nostrum esse cum appetitus non obtemperat rationi, & Arist. 1. Ethi. c. 3. infine, ijs, qui suas rationi subijciunt appetitiones, cum ratione q; agunt, magnam afferre potest vtilitatem, & 1. poli. cap. 13. imperantem oportere esse prædituū virtute morali, quoniam ratio est, quę præcipit, ac præsidet. Sic etiam Cicero. 1. offic. inter alia inquit, ita fit, vt ratio præsit, & appetitus obtemperet. Sic etiam potest exponi, quod ait Arist. 6. Ethi. cap. 10. Prudentia præceptiua est, finis enim ipsius est, quidnā sit agendum, aut non agendum præcipere. Neq; obstat sagacem bene iudicare, & tamē à prudente ibi distingui; quia prudens non solum bene iudicat, sed bene etiam præcipit. Non enim hoc dicit, quia prudens habeat actū distinctū à iudicio, sed quia prudens iudicat de rebus agēdis, in particulari, & sic præcipit: sagax autem dicitur, qui bene iudicat, etiam de rebus iam factis, & de rebus agendis in vniuersali, & ita non semper præcipit. Sed quod imperium distinctum à iudicio, (quod imperium, est imperium proprie dictum,

ctum, & includitur in illis verbis internis, fac hoc) detur in intellectu probat Valentia ex Arist.3.animæ.c.46. vbi de intellectu ita scribit.

Sed neque cum speculatur aliquid huiusmodi, nempe, quid sit prosequendum, aut fugiendum iam præcepit, aut prosequi, aut fugere. Sed imprimis Aristo. ibi, vt explicat D. Thom. & ibidem Themistius. c. suo. 59. & alij, non procedit assertiue, sed disputatiue, nec nomine præcepti intelligit, fac hoc, sed iudicium practicum de agibili in particulari, & ait, quod cum intellectus agendum, & prosequendum considerat speculatiue, id est non in particulari, nō mouetur homo. & t.47. subiungit, nec moueri cum intellectus præcipit, id est pratice, & in particulari considerat. Verba Aristo. sunt. Amplius, & præcipiente intellectu, & intelligentia fugere aliquid, aut prosequi, non mouentur, sed secūdum concupiscentiam agit, vt incontinens. Ex quo patet non posse Arist. explicari de præcepto proprie dicto, tenendo, ex eo sequi necessario effectum, si nullum sit impedimentum incorpore: nam hoc loco docet Arist. etiam posito præcepto intellectus, nō moueri hominem: loquitur ergo de præcepto late dicto, quale est, iudicium practicum de re agenda in particulari, & cum omnibus circunstantijs. Similiter neque vrget aliud testimonium Aristo. 1. polit. cap. 3. dicentis, in sapientibus, & bonis animi in corpus esse imperium despoticum, & dominicum; mentis vero, & partis rationalis in appetitum, & partem irrationalem perturbationibus subiectā, imperium esse politicū, ciuile, & regiū: in malis autem animum, & rationem subiectam esse corpori, & parti irrationali, ipsiq; imperare. Eodem modo loquitur August. 1. deliber. arb. c. 9. & 14. ciuit. c. 19. & lib. 15. c. 7 D. Tho. infra. q. 56. art. 4. ad 3 Nihilominus possunt omnia hæc loca exponi de imperio proprie dicto, scilicet fac hoc, dummodo teneamus ex illo non sequi necessario opus, etiamsi nullum sit, impedimentum ex parte corporis, vel potentiæ exequentis, nisi ad sit voluntas efficax operandi.

Quod plane docet Aug. 8. confessionum. c. 9. imperat, inquit, animus, vt velit animus, nec alter est: nec facit tamē. Vnde hoc mōstrum, & quare istud? Imperat, inquam, vt velit, qui non imperaret, nisi vellet, & non fit, quod imperat. De quo postea, & fortassis hic actus est, quem, prosecutionem, vocat Damascen. 2. fidei. c. 22. mediumq; ponit inter electionem, & vsum. Neq; obstat, quòd. lib. de duabus naturis in vna persona Christi, ait, dicimus ipsum rationalem appetitum, rationis, quia liberi arbitrij est subpotestate habens irrationales passiones, & iudicans, & gubernans, & fræno ducens has, nam & concupiscentiam, & metū, & secundum progressum motum; hæ enim obedientes, & suasibiles ratione sunt irrationabiles passiones, natæ enim suaderi à ratione, & subordinari; & mouet vtique, & iubet ratio in ijs, quę secundum naturam hominibus. Et infra. Coniunguntur itaque intelligentia, & appetitus in homine, vt non inuoluntarie patiamur, quę irrationalium, rationales existentes. Nam licet Damascenus in his verbis imperium tribuat voluntati, tamen loquitur de imperio per modum inclinationis, non per modū dictaminis, & intimationis; hoc enim potius videtur intellectui tribuere, cum ait mouet vtique, vt ratio iubet. 19.

2. Probat. 2. Sotus, & alij ratione probant, hanc opinionem: quia multi habent iudicium, & voluntatem operis; illud tamen non exequuntur, eo quod non imperant: ergo imperium est actus distinctus à iudicio, & volūtate. Sed hæc ratio nullius est momenti, quia certum est posita absoluta voluntate operandi, dari omnem actum elicitum intellectus, & voluntatis requisitum ad executionem: ergo si imperium est de actibus requisitis ad operationem, dabitur, posita absoluta voluntate operandi.

3 Probat. Vnde melius 3. Probatur, cum D. Tho. Soto, Medi. Valent. & omnibus alijs auctoribus. 3 opinionis: nam dicere interius, fac hoc, est loqui. Velle autem non est interne loqui, quāquam autem iudicare sit interne loqui, tamen non est dicere, fac hoc, sed faciendum est, vel bonum est fieri hoc, &c. Ergo imperium proprie dictū, scilicet, fac hoc, non est iudicium, neque volitio, sed actus intellectus distinctus à iudicio.

Confirm. Confir. 1. Quia iudicium exprimitur per verbum indicatiui modi, scilicet dicendo, hoc est bonum, hoc est faciendum: imperiū autem per verbum imperatiui modi, scilicet, fac hoc: ergo est actus distinctus. Vnde in eo non est proprie veritas, neque falsitas, aut certe non sumetur per conformitatem ad res, sed ad appetitum rectum, ita vt sit verum imperium, quod appetitui recto consentaneum est, vt inquit Arist. 6. Ethi. c. 2. actiuæ virtutis veritas est, quę appetitui recto consentanea est.

Confirm. Confir. 2. Quia intimare declarare, & præscribere non pertinet ad voluntatem: sed imperium continet prædicta: ergo non pertiner ad voluntatem: Deinde iudicium est assensus, vel dissensus: imperium autem tem, nec est assensus, nec dissensus; ergo imperium non est iudicium: sed actus intellectus distinctus à iudicio.

Confi. 3.

Confi. 3. quia si esset iudicium, maxime illud, quo quis exprimit affectum efficacem imponendi necessitatem, vel obligationem inferiori: sed hoc, non quia sæpe imperamus nobis, seu potētijs nostris, sine vlla reflexione inactus nostrę volūtatis, & sępe iudicamus, nos habere talē actū involuntate, tamen nihil imperamus: ergo imperium non est iudicium, vt affirmabant authores. 2. Opinionis; sed nec est velle, vt affirmabāt, authores primę: ergo est actus intellectus omnino distinctus à iudicio.

20. 4. Probatur, quia oratio seu petitio interna est actus elicitus intellectus distinctus à iudicio: ergo & imperium internum. Consequentia est nota, quia vt inquit. D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 1. & 4. d. 15. q. 4. artic. 1. quæst. 1. argum. 3. & eius solutione: oratio, & imperium hoc solo differunt, quod oratio ad superiores, imperium ad inferiores refertur, & in vtroque interne homo dicit, fac hoc, in oratione cum submissione, in imperio cum quadam superioritate. mi. vero probatur, qui eā tenet. D. Thom. 2. 2. loco nunc citato, & 4. d. 15. q. 4. art. 1. q. 1. Rich. art 4. q. 1. Carthus. in summa fidei. lib. 3. cap. 14. Ferrar. 3. contra gent. c. 95. Ledesma. 2. p. 4. q. 16. art. 1. Gab. lect. 61. in canonem. Parisien. in sua Rethorica diuina. Naua. cap. quando, seu de ortatione. c. 1. nu. 13. & cap. 2. num. 2. & colligitur ex Cassiodoro. Psalm. 85. & Isidoro. 10. Ethimolog. lit. O. dicentibus, orationem esse locutionem quandam, vt & nomē significat, oratio enim dicitur quasi oris ratio, os autem, & lingua animæ nostrę intellectus est, est igitur oratio actus intellectus, sic etiā Auicē. 1. Methaphy. c. 3. ait oratione hominem loqui Deo. Arist. 1. Eth. c. penul. dicit ad optima deprecatur oratio, & cum non sit apprehensio, nec iudicium, vt recte Richar. supra, erit alius actus, & vt de consilio, seu inquisitione dictum est sect. 1.

Confi. ratione D. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 1. quia oratio mentalis non est desiderium, cū multa desideremus, quæ non audemus petere à Deo, vt miracula a dcōuersionem infideliū, & similia, & quę efficaciter, & actu absoluto desideramus, & volumus, non dicimur petere à Deo, donec ei denuntiamus voluntatē nostram dicendo, da nobis, &c. ergo oratio neq; est desiderium, neque alius actus volūtatis: ergo est actus intellectus: & vt ostendimus nō est apprehensio, nec iudicium: ergo alius actus; similiter ergo & imperium.

5. Probā. 5. Alij probant ex prober. 8. vbi sapientia dicit, perme reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, perme principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Sed locus hic non vrget. 1. quia in eo solum est sermo de imperio externo. 2. quia licet sermo esset de imperio interno posset facile dici, esse actum elicitum voluntatis, qui tribuitur sapienti, vt dirigenti quemadmodum, & iustitiā seruare, vt ait Vaz. dis. 49. c. 2. 3. Quia dici posset, esse actum intellectus, non tamē distingui à iudicio.

6. Probā. 6. Alij probant, quia si imperiū esset actus voluntatis, eo ipso, quod alicui esset nota voluntas superioris, deberet ei parere: quod falsum est. Sed hoc argu. etiā est friuolum, quia homo eo ipso, quod cognoscat voluntatem obligandi ipsum declaratam à superiori, tenetur ei parere, & nihil refert, quod interius dicat, aut non dicat, fac hoc, aut quod subditus id sciat, maxime si externum imperium audiat, quod sine interno dari potest, vt infra videbimus.

7. Probā. 7. Probāt alij, quia imperare est proponere insinuare, intimare volūtatē superioris inferiori: sed proponere, intimare, & insinuare pertinet ad intellectū: ergo, &c. Sed posset dici, maiorē solū esse verā: de imperio externo, aut insinuationē, & intimationē internā, in qua consistit imperiū, esse voluntatē efficacem, qua homo vult potentiā aliquam exerceri, quæ volūtas perse ipsam insinuatur potētiæ exercendæ, & est directiue tantum ab intellectu, aut deniq; imperium esse actum intellectus; non tamen distingui à iudicio.

8. Probā. 8. Probant alij, qui si imperiū esset affectus efficax, quo volūtas mouet inferiores potētias, Angelus quando mouet lapidem, diceretur proprie imperare, & lapis diceretur proprie obedire, & similiter creaturæ, quando ex volūtate Dei aliquid recipiūt, vel efficiunt. Consl. est falsum, qu ia sola creatura rationalis dicitur proprie obedire: ergo. Sed dici merito potest, consequens esse veri simū, licet sola creatura rationis capax dicatur obedire studiose, aut vitiose, aut intelligendo id, quod præcipitur. Et sane si imperium solū dirigi posset ad rē rationis capacē, solus intellectus, inter potētias hominis diceretur proprie obedire, quod est absurdissimū. Vnde Fonse. 9. Met. c. 2. q. 6. sect. 3. ait illam opinionē (quā tenet Molina in concord. & 1. p. q. 23. a. 1. dis. 2. Vaz. disp. 8. c. 3. & 1. 2. dis. 49. c. 2. & Azor. to. 1. li. 1. c. 29. 2. q. 1. & 2.) quę ait denūtiatiuū & intimatiuū imperiū, ꝙ est actus intellectus, nō exerceri à prudētia monastica, & cōparatione propriarū actionū, sed tantū à politica, & æconomica respicientibus actiones aliorum, esse contra D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 1. q. 47. art. 8. & q. 51. & Adrian. quodlib. 8. art. 1. & omnes Peripateticos, & priuare prudentiam monesticā potiori actu, scilicet imperio.

Ad. 1. Argu. 1. opinionis. R. voluntatis esse 21. impe-

Ad.1.ar. imperare applicando seipsam,&reliquas potentias ad suas operationes, per affectũ,quo pacto etiã charitas imperat alijsvirtutibus, & vna virtus moralis alteri: intellectus tamẽ esse imperare intimando,& dirigẽdo,& primus modus imperij intellectualis est magis proprius,nec consistit in iudicio, sed in alio actu distincto.2.autem modus in iudicio cõsistit,& iuxta illũ vna scientia imperare potest alteri,vt D.Tho.1.p.q.1.a.5.arg. sed cõtra,& ad 2.& 3.cont.gent.c.50.in fine,& initio Met.& 1.Cor.4.

22. Confirm. Ad.1.Confi. R.expediens esse,vt persona quæ imperat,possit subditũ cõpellere: tamẽ imperio ipso non cõpellere:eodẽque modo hominẽ non cõpellere potẽtias imperio,sed actu voluntatis; intellectũ vero nec iudicio, nec imperio volũtatẽ cõpellere,sed inclinare tantũ,&sic intellige,quod ait D.Tho.2.2.q.83.a.1.de ratione imperij,quo vnus homo imperat alteri, vel suis viribus,esse inducere aliquam necessitatem.

n. Ad.2.Cõfi.negat. ma. alioqui,nec volũtati propriæ,nec aliæ naturæ posset aliquid imperari,nec alicui potẽtię creatæ,quia omnis indiget saltẽ concursu Dei ad suã operationẽ, ita respõdet Vaz.d.49.c.3.ad 3. suppositio, quod actus intellectus efficiat actum voluntatis, quod tamen ipse negat.

Ad.2.ar. Ad.2.R.orationem esse actũ elicitũ intellectus,cõtra Ioannẽ Med.sup.&cũprobat,quia est actus elicitus latriæ,&c.R. Cai.2.2.q.18.a.4.ad.2.Vi&.Sot.& alij ibi,&,q.83.a.1.religionẽtametsi sitinvolũtate,vt ait D.T.2.2.q.38.a.3.elicere actus intellectus,&aliarũ virtũ quãdo in illis nõ requirit.alia virtus,vt prõpte,& delectabiliter operẽtur,sed hoc difficile est;nã elicere actũ,esse esse imediatũ principiũ illius: nulla autẽ virtus existens in vna potẽtia, producit immediate actũ alterius potẽtię,sed mediante actu potẽtiæ inqua residet: ergo nulla virtus existẽs in vna potẽtia elicit actũ alterius.Qua etiã ratione in materia de fide docuimus,nec piam affectionẽ credẽdi, nec confessionem fidei esse actũ elicitũ fidei. Deinde si quoties non requiritur alia virtus in potentia subiecta,vt prõpte,& delectabiliter operetur, actus vnius potẽtiæ est elicitus ab habitu alterius: ergo actus externi erũt elicĩti ab habitibus volũtatis,quia in potẽtia exequẽte,nulla alia virtus requiritur,vt prõpre fiant.Consequẽs est falsum;ergo.Præterea ad prȩcipiendũ in materia morali ponitur habitus prudentiæ, & in materia artis ars,& adinquirendũ habitus eubuliæ,seu cõsilij: ergo, & adorandũ ponitur habitus aliquis in intellectu, aquo prompte eliciantur actus orandi,qui actus erit adiunctus virtuti latrię existenti in volũtate:vnde oratio est actus imperatus latriæ, sed maxime proprius,ideoq; lato sermone actus elicitus latriæ vocatur à D.Tho.4.d.15.a.1.q.2.siquis vero,voluerit defendere,orationem proprie esse actũ elicitũ latriæ, dicat in actu imperij esse propiã difficultatẽ,ad quã superandam nõ sufficit virtus moralis, sed requiritur habitus prudentiæ,ideo talis actus nõ dicit elicitus à virtute morali; difficultatẽ tamẽ orationis totã vinci à latria,& ideo nõ esse constituẽdũ habitũ in intellectu,aquo eliciatur oratio,ideoq; eã actũ elicitũ latriæ,appellari,sic etiã actus externus,qui exse habet bonitatẽ obiectiuã alicuius virtutis dicitur elicitus illius,vt dare eleemosynã dicitur actus elicitus misericordiæ,& non iustitiæ etiãsi interdũ,pcedat àiustitia,vt cũ datur eleemosyna vni,vt deferat alteri inrestitutionẽ.Observa tamẽ, quod licet oratio interior formalis sit actus intellectus,tamẽ virtualis est actus voluntatis,iuxta id Psal.9.desiderĩũ pauperum exaudiuit dominus.

Ad.3.ar. Ad.3.R. in intellectu dari plures actus, qui non sunt intellectiones,apprehensiones, aut iudicia,cuiusmodi sunt inquisitio,seu interrogatio votũ,&promissio petitio,seu oratio,& imperiũ,vt dictũ est Ad confir.R.potest.1.Arist.ibi nõ numerare omnes actus intellectus,sed eos tantũ,qui sunt cõmunes intellectui practico,&speculatiuo prȩterquos datur imperiũ in solo intellectu practico.Ita dicere videtur Sotus,supra.2.R.Cord.li.2.q.10.præceptũ esse cõpositionẽ nõ quidẽ ostẽsiuã,sed præceptiuã,de qua fatetur esse notitiã iudicatiuã. Priorẽ solutionẽ reijcit Vaz. disp.49.c.3.nu.13.& 14.quia intellectus practicus,& speculatiuus,licet differãt in materia,& fine;nõ tamẽ in modo cognoscẽdi,eodẽ enim modo apprehẽdunt,cõponunt,diuidunt, & discurrunt: ergo nõ est fingendus in intellectu practico aliquis actus cui similis nõinueniatur inintellectu,speculatiuo,&cõs. quia talis actus,nec intelligi,nec explicari potest.Posteriorẽ vero reijcit,quia licetverũ sit quod ait Cord.imperiũ esse cõpositionẽ;aut diuisionẽ:tamẽ nõ satis explicat discrimẽ inter iudiciũ cõpositionis,seu diuisionis ostensiuũ,& præceptiuũ.Vnde.3.R.Vaz.n.14.imperiũ esse iudiciũ, quo intellectus exprimit desideriũvolũtatis,vt aliquid fiat ab inferiori, orationẽ vero quo exprimit desiderium, vt aliquid, fiat à superiori; suasionem vero, seu consilium,quo exprimit desideriũ, vt aliquid fiat ab amico, & hanc distinct. putat se colligere ex D.Tho.2.2.q.83.ar.1. Sed quia tenemus,imperiũ nõ esse apprehẽsionẽ, nec iudiciũ,nec cognitionẽ, sed aliũ actũ ab his omnibus distictũ,retinenda est prima respõsio. & ad argu. & confir. R.facile intellectũ practi-

practicum, præter actus apprehẽdendi, & iudicandi, qui sunt cognitiones, habere alios, qui sunt tãtũ locutiones, vt sunt imperiũ, oratio, p missio, persuasio seu consiliũ. Sicut. n. cũ dicimus exterius, fac hoc, nihil affirmamus, aut negamus: ita neq; cũ interius dicimus, & ita præceptũ non est iudiciũ, quo affirmamus nos aliquid desiderare, sed alius actus, quẽ in mente esse experimur, etiã cũ supra desideriũ nostrũ nullam reflexionẽ facimus, & certe nõ video, quomodo prædictũ iudiciũ possit proprie imperiũ dici, cũ sit actus mere speculatiuus, nihil faciendũ iubens, præcipiens aut præscribens, sed de materia. 3. arg. princip. cũ sua confirmatione, plura dicam sectio. 4. notab. 5.

Ad. 4. Ad. 4. cõcedo potentiã, quę alias mouet, & applicat ad exequendũ id, quod appetit, imperare illis inclinãdo, & sic volũtatẽ imperare alijs potentijs, nõ vero intimãdo, & dicendo, fac hoc. Sed hic modus imperandi est proprius intellectus.

Ad. 5. Ad. 5. R. Imperiũ proprijssime dictũ, includens intimationẽ, & merã locutionẽ non esse præstantissimũ actũ inter eos, qui requirũtur ad executionem operis, sed præstantiorẽ esse electionẽ, intentionẽ, & iudiciũ: esse tamẽ actũ præstantissimæ potentię, nẽpe intellectus, quẽ esse præstantiorẽ volũtate late cõtra Scotum Henricum, & alios docuimus tract. 2.

Ad. 6. Ad. 6. R. Esto admitamus, imperiũ hoc non esse necessariũ simpliciter ad electionẽ, neque ad executionẽ (de quo tũ. statim) esse valde vtile, & experiẽtia cõpertũ, ideo cõcedẽdũ esse.

25. Ad. 7. Ad. 7. concedo, voluntatẽ etiã perse proprie imperare inclinãdo (& sic imperiũ tribuit voluntati. D. Tho. locis citatis in arg. & 2. 2. q. 4. ar. 2. ad. 2. & q. 10. a. 2. & q. 58. a. 8. ad. 1 & alijs innumeris locis, & Scot. 3. d. 39. q. 1. a. 2. §. quã tũ ad istũ articulũ, infine. Imo Ansel. de cõcepi virg. c. 4. & Aug. 8. cõfe. c. 9. dicens, intantũ homo imperat, in quantũ vult, &c.) Sed magis proprie intellectũ intimãdo, & loquẽdo, an vero vtraq; potẽtia imperet ordinãdo, seu referendo mediũ infinẽ. R. etiã voluntatẽ suo modo ordinare, & referre, vt cũ Scoto. 2 d. 6. q. 1. ad. 3. & d. 38. q. vni. in corpore, & advltimũ alibi diximus. Ex quibus patet merito Dur. 2. d. 24. q. 2. & d. 37. q. 2. dixisse, actus externos imperari ab intellectu, & voluntate, recte etiam Gab. 2. d. 39. q. vni. a. 1. not. 3. imperiũ, aliquod tribuisse volũtati, & optime Rich. 3. d. 33. a. 2. q. 6. ad. 3. licet imperiũ, & regnũ tribuerit volũtati, tñ imperium, quo anima dicit interius fac hoc, dicit esse actũ intellectus, quia interior locutio ad vim cognoscẽtẽ pertinet. Vide Maiorẽ ead. d. q. 7.

Solu. arg. 2. Opinio. Ad. 1. arg. 2. opini. ex dictis patet in intellectu, esse alios actus præter aprehẽsionẽ, & iudiciũ. Ad. 2. R. volũtatẽ ex sola aprehẽsione moueri nõ posse, vt tract. 1. docuimus, an vero ex iudicio sine imperio moueri possit, & alias potentias mouere statim disseremus, id autẽ certũ est, actũ imperij esse valde vtilẽ admouẽdã voluntatẽ, & reliquas potentias. Vnde nõ est superuacaneus. Ad confi. R. actum imperij, vt dicemus non esse necessariũ omnino, sed vtilẽ ad electionẽ, & vsum, seu executionẽ. Si autẽ poneretur necessarius omnino advsum, & executionẽ dicendũ esset, nõ esse inse liberũ, sed in causa nẽpe electione, & intẽtione, à quibus procederet, vel esse necessariũ advsum, & executionẽ; non tamẽ ex illo sequi necessario electionẽ, sed adhuc posito imperio in intellectu, liberũ esse voluntati obedire, & non obedire. Ad. 3. R. illũ modũ imperãdi directiue nõ esse satis proprie dictũ, aut certe minus proprie dictũ esse, quã sit dictus modus imperãdi per intimationẽ dicẽdo, fac hoc. Vnde imperium intellectus strictissime, & propijssime dictum est distinctũ à iudicio.

Sect. 3. An imperiũ intellectus, sit necessariũ ad omnes actus voluntatis elicitos & imperatos.

REsp. imperiũ intellectus, nõ esse simpliciter necessariũ ad eiusm. actus, vt late dicit Vaz. dis. 49. c. 4 cũ. Had. ql. 4. a. 1. dit. A. circa finẽ Azor. to. 1. lib. 1. c. 29. q. 2. citans Maiorẽ. 3. d. 33. q. 7. Fonse. 9. Met. c. 2. q. 6. sect. 3 Suarez. to. 1. Met. d. 19. sect. 6. a. n. 7. & sect. 7. & in hoc recte dicit Almain. 3. moral. c. 2. affirmans, esse sententiã omniũ doctorũ, & certe ex antiquis neminẽ video, qui oppositũ sentiat, loquẽdo de actu intellectus, qui nec sit inditiũ, nec supponatur necessario ad iudiciũ, & exiunioribus etiã thomistis multi idẽ sentiũt, sed aliqui refragantur dicẽtes, esse necessariũ ad executionẽ, & vsum: alij vero, esse necessariũ etiã ad electionẽ. Quæ opinio omissis alijs quæ de hac re diximus tract. 1. disp. 5. sect. 2. n. 20. & sequent. Confutatur. 1. nã bruta absq; imperio proprie dicto, pertinente ad potentiã cognoscitiuã, operãtur, vt docet. D. Tho. q. 17. ar. 2. in corpo. & ad. 3. Vaz. & omnes D. Tho. discipuli, ibidẽ, & Valẽ. disp. 2. q. 12. puncto. 2. Vigue. c. 3. §. 6. in princip. Anto. 1. p. tit. 4. c. 10. in principio. Nõ enim habent actũ, quo interius secũ, vel cũ suis potẽtijs loquãtur, nec intimationẽ, qua se impellant dicendo, fac hoc, nec expressionẽ internam, sui desiderij in qua Vaz. Fonse. & Azor, constituit rationẽ imperij, nec directionẽ sui iudicij ad rẽ aliquã, quę est necessaria ad locutionẽ quã directionẽ includit imperiũ iuxta opini. aliorũ: ergo eodẽ modo potest operari homo sine huiusmodi imperio per appetitũ sensitiuũ, & cognitionẽ sensitiuã; quæ non sunt in eo deterioris conditionis, vel saltem 26.

saltem per volũtatẽ,& intellectionẽ,quę sunt cõditionis nobilioris.Conf.quia in pueris,fatuis,ebrijs,& amẽtibus,& in operãtibus subito,& sine deliberatione,nõ est necessariũ imperiũ,vt multi ex aduersarijs fatẽtur;quia nõ operãtur ex proprio impetu, & impulsu,sed naturæ:ergo,neq; in reliquis.Sine fundamẽto enim dicitur, plures actus intellectus esse necessarios ad operandũ libere,quã ad operadũ necessario,& naturaliter.Vnde Hadria.quod lib.4.circa principiũ lit.A.in fine expresse dicit,nos sæpe operari etiã deliberate & humane vtendo solum in mente verbis indicatiui modiatq; sine illo imperio sac hoc.

27. 2. Quia experiẽtia cõpertũ est, nõ quoties operamur adextra,reflecti in nos ipsos,vel in aliquã potẽtiã,dicẽdo interius,fac hoc,nec ex primẽdo intellectu desideriũ volũtatis,inquacxpressioneimperiũ cõstituit Vaz.quia D.Th. q.17.a.3.incorpore.& ad.1.aperte ait,inperiũ esse posterius electione, nec solũ loquitur de imperio,qđest causa externę motionis,sed absolute:ergo sentit perse comuniter loquendo nullum imperiũ esse prius electione,sed raro, & per accidens, ac proinde non esse omnino necessariũ ad electionẽ. Idẽq; videtur sentire Capr.1.d.1.q.1.a.1.cõc.9.Conr.in hoc.li.q.17 a.3.q. eodẽ modo loquũtur quo D.T.qui etiã idẽ significat.a.1.q.citatæ,dicens imperiũ intellectus ꝓcedere ex motione volũtatis.s.per electionẽ,vt exponit Conr.ibi:ergo comuniter, & perse loquẽdo nõ præcedit electionẽ. Conf.1.nã sufficit apprehẽsio, & iudicium ad amãdũ,& intendẽdũ finẽ:ergo,& ad amãdũ, & eligẽdũ mediũ,etiã in particulari,& cũ omnibus circũstãtijs,qui actus est vsus actiuus .l. infert statĩ necessario vsum actiuũ,exquo immediate sequitur actio externa:ergo non est necessarium ad illam eiusmodi imperium. Conf 2.quia,vel huiusmodi imperiũ ꝓcedit, ex aliquo actu valũtatis,vel nõ:si procedit ex aliquo actu volũtatis:ergo, vel devenietur ad actũvolũtatis,qui ex nullo imperio procedat, atq; adeo omnes actus possunt esse sine imperio,quia eadẽ est ratio de omnibus,vel procedetur in infinitũ,quod est absurdũ, si vero ex nullo actu volũtatis procedit:ergo nõ erit volũtariũ,& à fortiori,nec liberũ:ergo,neq; effectus necessario resultans ex illo erit liber,nã quod necessario sequitur,ex actu necessario, est necessariũ:cõsequẽs est cõtra aduersarios aliquos asserẽtes,eximperio sequi necessario actũ inperatũ,& hũc esse liberũ:ergo. Deinde experimur nos rarissime dicere interius, fac hoc,nisi libere: ergo iste actus cõmuniter est volũtarius,& liber,& ex electione,aut saltẽintẽtione ortus. Et sic nõ est necessarius ad omnẽ actũ elicitũvoluntatis,ac proinde,neq; ad imperatum,quia eadẽ ratio est,præsertim quando idem actus volũtatis est elicitus,& imperatus à voluntate,vt sæpe contingit.

4. Posita electione medij in particulari,& cũ 28.
omnibus circunstãtijs,& nõ interrũpta,sequitur necessario vsus,& executio,nõ autẽ imperiũ:ergo imperiũ nõ est necessariũ ad executionẽ. Maior patet. mi. autẽ probatur. Quia volũtas nõ infert necessario actũ intellectus, saltẽ imperiũ,nisi volẽdo talẽ actũ:stat autem velle mediũ,& nõ imperiũ medij,quia potest homo cogitare de medio,nõ cogitãdo de imperio medij:ergo electio nõ necessario infert imperiũ medij,& ita experiẽtia cõpertũ videtur.Si dicas imperiũ esse necessariũ ad executionẽ,nõ quia necessario consequatur electionẽ,sed quia ipsam necessario antecedit:hoc iã reiectũest:ergo nulla rõe est necessariũ ad executionẽ, quoniã per iudiciũ sufficiẽter dirigitur,& mouetur voluntas:voluntatẽ autẽ naturaliter,& immediate sequũtur vires exequẽtes,quæcumque illæ sint.

5. Prob. Quia imperiũ nõ est necessariũ ad mouẽdas reliquas potẽtias, quoad exercitiũ, nec quod specificationẽ:ergo nullo modo;añs prob.quia quoad specificatione suficiẽter mouẽtur ab intellectu, & sensu cognoscẽte obiectũ,& dirigẽte voluntatẽ,&appetitũ sensitiuũ: quoad exercitiũ autẽ à volũtate,quę est.1.mouens quoad exercitiũ,vt ait D.Tho.q.9.a.1.& vt recte ait Vaz.cõmẽtitiũ est asserere à volũtate deriuari in intellectũ,vim mouẽdi quoad exercitiũ per imperiũ;nã ex volũtate nihil deriuatur,in alias potẽtias,vel earũ actus,neccũ illis,effectiue concurrit ad ipsarum actus.

6. In opin.ipsius Vaz docẽtis imperiũ esse 29.
expressionẽ desiderij manifestũ, videtur,non esse necessariũ ad actus aliarũ potẽtiarũ,nam affirmare interius,quid volũtas desideret,nullo modo cõducere põt ad actionẽ volũtatis, aut alterius potentiæ. Nã volũtas solũ mouetur iudicio bonitatis obiecti, aliæ vero potẽtię,solo impulsuvolũtatis mouẽtur in obiecta sibi proposita,vel ad suas operationes determinãtur:conf.quia solus appetitus intellectiuus operatur ĩmediate ex intellectione:ergo inperiũ intellectus;si intellectio ẽ,solã volũtatẽ pse,& ĩmediatemouere põt,hãc vero imperiũ eiusmodi nõ mouet perse loquẽdo, sed motã supponit, quia expressio desiderij supponit desideriũ:ergo tale imperiũ ad nullius potentiæ motionẽ est necessariũ,licet quodãmodo cõducere possit,nã ex eo quod intellectus iudicat:volũtatẽ aliquid appetere,& bonũ esse desiderio satisfacere,volũtas põt velle satisfacere suo desiderio, & ita ad operationẽ alterius põæ existo nouo effectu procedere,& similiter expressio desiderij define potest cõducere ad electionẽ medij.Sienim intellectus iudicat à volũtate desiderari finẽ,& bonũ esse

eligere

eligere mediũ vt ſatis fiat deſiderio finis, vo lũtas appetet electionẽ cæterũ iſtę reflexionis nullo modo ſũt neceſſarię adeligẽda l. exequenda media, quia ex intẽtione finis ſtatim ſequitur inquiſitio de mediis, concluſio, electio, atq. executio. In opi. autẽ aſſerente, imperiũ eſſe iudicũ quo intellectus dictar, quãdo, quo ordine & modo res faciẽda ſit, nõ dubiũ quin ſit neceſſariũ ad executionẽ. Sed nos tenemus, eſſe actũ diſtinctũ ab omni iudicio, ex qua hipotheſi affirmamus nõ eſſe neceſſariũ ad actus volũtatis, l. aliarum virium. Alias rationes ponit Azor libro. 1. capitu. 29. quæſt. 2.

Oppoſit. huius concl. tenẽt Sot. Caiet. Med. & alij. Nã, licet Caie. q. 16. a. 4. & tota, q. 17. ſimplicẽ volũtatẽ finis, imperfectã eius fruitionẽ, intẽtionẽ, vſũ, actũ volũtatis, quo mouet intellectũ ad cõſiliãdũ, cõſenſũ & electionẽ doceat eſſe ante imperiũ; tamen imperiũ ponit priu s vſu & execntione tãquã neceſſariũ ad eiuſmodi actus. Imo q. 58. a. 4. & q. 66. a. 3. & 2. 2. q. 47. a. 6. & 7. docet imperiũ eſſe neceſſariũ ad electionẽ & Med. q. 13. a. vlti. ait, eſſe neceſſariũ anteelectionẽ, & q. 16. a. 4. imperiũ eſſe prius vſu, ſed poſterius aliis actibus volũtatis, vt Caiet. eod. art. docuerat & q. 17. a. 3. ait, vſum, quo volũtas applicat intellectũ ad conſultandũ. eſſe priorẽ imperio, hoc autem prius vſu potentię exequentis, & ſemper ante electionẽ dari imperiũ electionis; ſed poſt electionẽ eſſe imperiũ motus externi. Sotus autem 1. iuſt. q. 1. a. 1. tenet, electionẽ eſſe priorem imperio, ſed hoc prius executione, quam opin. tribuit ei Medina. d. ar. 3. licet Valentia. diſputa. 2. quæſt. 12. punt. 1. 3. & 5. & queæſt. 4. pun. 1. putet, ex Soto imperium aliquod neceſſario præcedere electionem, probatque alioqui non erit cur voluntas potius eligat hoc, quã illud; nã ſub iudicio indifferens eſt ad eligendum hoc & illud, qua etiam ratione vtitur Medina quæſt. 13. arti. vltim. ſed nulla eſt, nõ enim oportet ponere aliquid ex parte intellectus, quare volũtas vnũ præ alio eligat quia ex innata libertate habet eligere prohibito, etiam inter inæqualia.

31 1. Obiect. Sed arguit Medina illo arti. 3. quæſt. 17. nam actus prudentiæ eſt præcipere, vt docet Ariſt. 6. Ethic. cap. 10. & D. Thom. 2. 2. q. 47. a. 8. ſed actus prudẽtiæ præcedit electionẽ: ergo & pręcipere. R nõ omnẽ actũ prudentię prędere neceſſario electionẽ: ſufficit ſi electionẽ cõſiliũ & iudiciũ prędedãt, quiſũt actus prudẽtiæ. Dices iſti act, pertinẽt ad euliã, ſyniſim, & gnomim, quæ ſunt virtutes adiunctæ prudẽtiæ: ergo nõ ad prudentiã ſecũdũ ſe: ergo actus prudẽtiæ nõ præcedit neceſſario bonã elelectionẽ ac proinde nec bonã executionẽ, ſi vt dixi bona electio perſeuerãs vſq. ad executionẽ neceſſario illã inferat. R. de prudentia, eubulia, ſyneſi, & gnomi aliquos exiſtimare eſſe eundẽ habitu, alios vero, eſſe diuerſos; quorũ quilibet eſt prudẽtia alios vero, eſſe diuerſos & ſyneſim, ac gnomem eſſe habitus adiũctos prudẽtiæ, cuius proprius actus eſt præcipere. Secundum, vel tertium modum dicendi amplectitur Iauelus. 6. Ethico. tract. 3. cap. 2. quos ſi amplectamur, nulla eſt difficultas arg. quia iã ponimus aliquem actũ prudentiæ ante omnem bonã electionem & executionem. Si autem 3. modum amplectamur maior eſt difficultas & concedendũ eſt non ante omnem bonã electionem & executionẽ eſſe actũ proprium prudentiæ ſed interdum eſſe tantũ aliquem actum quaſi propriũ illius: nam actus illarum virtutum cenſentur proprij prudentiæ, cõmuniter autem ante vſum & executionem datur imperium, quo voluntas impellitur ad volendum, nondiffere vltra executionem medij, ideo D. Tho. q. 17. ar. 3. dixit, prius eſſe imperium vſu, vt autem dicta melius intelligãtur. Aduerte D. Tho. q. 57. a. 6. in corpore & ad 3. & 2. 2. q. 47 a. 8. & q. 51. per totã quem ſequitur Caiet. Cõra. Med. & alij recentiores docere ſolum actum præcipiendi eſſe ipſius prudentiæ ſecundũſe: cõſultationẽ autem pertinere ad habitũ Eubulię, iudicare vero ſiñleges cõmunes de ſyneſim iudicare veroſiñ particulares rationes quãdo deſunt leges cõmunes, ad gnomem quã cũ epiikia quæ cõiter epicheia appellatur, cõfundit D. T. Haſq. 3. virtutes putat eſſe comites prudentiæ, cuius ſit tantũ præcipere q pet eubuliã cõſultatũ & per ſyneſim & gnomen indicatum eſt. Putat hãc eſſe mente Ariſto. 6. Ethi. c. 9. 10. & 11. in quibus locis etiã Euſtrati, & Donatus & idem D. T. illos tres habitus ſtatuit inter ſe & à prudentia realiter diſtinctos. Vazquez autem diſputa. 49. cap. 5. Hanc ſententiam impugnans tria dicit, primum prudentiæ ſecundum ſe eſt conſultare & iudicare, Probat ex Ariſto. 6. Ethic. cap. 9. vbi ait, quod ſi bene conſultare prudentium eſt, conſultatio bona rectitudo eſt; qua, ratione conferentis (hoc eſt medij) ad aliquam pergeitur finem, cuius (ſcilicet medi ipſa) prudentia eſt exiſtimatio vera: ex quo infert Vazquez eubuliam, cuius eſt conſultare, non eſſe habitum diſtinctum à prudentia iudicante quia Ariſtotel. prudentiæ tribuit conſultare, & iudicare: prudentia autem vnus tantum habitus eſt. 2. Eſt ſyneſim eſſe habitum diſtinctum à prudentia: probat quia vt ait Ariſtotiles. 6. Ethicorum capit. 10. & exponit Euſtratius & Dona-

tus officium synesis, quę latine est sagacitas est bona perspicere & intelligere quę per prudentiã inuenta sũt. Habet enim se ipsa synesis, sicut perspicacitas indiscipulo ad recte intelligendum, quæ magister docet & opponitur tarditati seu hebetudini: ergo synesis est habitus, distinctꝰ à Prudẽtia cũ supponat eiꝰ actũ. 3. Est esse habitum distinctum à synesi et prudentia & epiikia, inuoluntate situm. Est enim consensio quædam ęqui & boni viri ad ignoscendum aliquando & præter iuris seueritatem iudicandũ vt patet ex Arist. 6. Ethic. c. 11. dicente bonum & ęquum virum ad ignoscendum procliuẽ esse dicimus: & veniã in aliquibus dare bonum & æquum est: at cõsẽsio sentẽtia (Græce gnomi) quædã est iudicatiua recta boni & ęqui viri. Cõsensio autẽ cũ volũtate delinquentis, quæ Græce syngnomi vocatur, est in voluntate: ergo gnomi est in voluntate, ac proinde est diuersus habitus à Synesi & prudentia existentibus in intellectu. Et similiter ab epiikiia, quæ etiam est in intellectu. Ego vero sentio. 1. cum Vaz: contra alios, iudicare esse actũ elicitũ abhabitu prudentiæ probatur alioqui nõ recte dixisset Arist. 6. ethi. c. 9. prudentiam esse existimatione veram, & prudẽtia: non esset necessaria ad electionẽ imoneq ad executionẽ. Quia hæ vt ostendimus sine imperio presse sumpto, quod solũ prudentiæ tribuit D. Tho. fieri possũt: consequens est contra Arist. 6. ethi. c. 12. asserentem prudẽtiam facere rectam electionẽ circa media & materiã virtutis, & contra omnes docentes, actus virtutũ moralium regulari per prudentiam; & contra rationẽ sic enim prudẽtia esset ignobilior synesi & gnome: nam imperium presse sumptum ignobilius est iudicio, cum nõ sit cognitio neq. sit necessariũ simpliciter, neq. valde conducens ad actiones humanas. 2. sentio. Eubuliam esse habitũ à prudẽtia distinctũ quia vt recte pbat Vaz: in Arist illo c. 9. Eubulia est consultatio & inquisitio. Inquisitio autem est actus alterius generis à iudicio & ita ad habitum iudicatiuum referri nõ debet, nisi prę suppositiue vel consecutiue. Nã ante iudicium prudentię datur consultatio aliqua orta ex intentione finis & mediorum in cõmuni, & prudẽtia interdum iudicat, opus esse alia consultatione & illã dirigit & infert, & ita intelligi debet Arist. dicẽs cõsultare prudẽtium esse. 3. sentio ad actum imperandi presse sumptũ cõstitui debere habitũ ab eubulia & à prudẽtia iudicatiua diuersũ. Quia iste actus valde diuersus est à cõsultatione & iudicio. Hũc verohabitũ ego prudentiã dicẽdũ cẽseo, quia nõ habet aliud speciale nomẽ & quia D. Th. & alij cum eo illũ tribuũt prudẽtiæ vt elicienti ex Arist. 6. ethi. c. 10. dicente synesis esse iudicare, prudentiæ præcipere, quamuis ibi vt benedocet Vaz. forte percipere sumatur pro eo quod est agendorum præcepta seu regulas tradere quod nõ est presse imperare sed iudicare 4. sẽtio, synesimet gnomem esse habitus iudicatiuos interse & à prudentia iudicatiua diuersos, nõ re sed ratione tantũ, licet à Prudẽtia præceptiua re ipsa distinguãtur. Prob. quia D. Tho. aliiq. omnes præter Vazquez gnomi tribuunt iudicare & est consentaneum Arist. dicenti esse iudicatiuã recti & boni. Itẽ si esset cõsensus pertinens ad voluntatẽ, nõ tam gnomi ideſt sensus seu sententia quã syngnomi ideſt consensio ab Arist. appellaretur, quod tamen falsum est. Igitur gnomi nõ ad voluntatem spectat, sed ad intellectum iudicatiuum sicut & synesis, & quia iudicat interpretando benigne leges & temperãdo earum seueritatẽ à sono literę in casibus non nullis iuxta mentẽ tacitã legislatoris recedẽdo, recte a D. Th. cum epiikia confunditur. Porro re nõ differre à synesi nec à Prudẽtia, patet quia iudicare deagẽdis cũsola ea diuersitate quæ ponitur à D. T. & aliis, nõ videt sufficere ad distinguẽdos eiusmodi habitus: cur n. nõ poterit idẽ habitus iudicare secũdũ leges cõmunes & particulares, & propter diuersitatẽ institutionis, vel ingenij in quibusdã velociter in alijs tardẽ itẽq; tradere regulas mediorũ exequẽdorũ in cõmuni & magis in particulari. Itẽ iudicare nõ solũ de externis, sed etiam de eorum opinione, iudicando euidenter an vera sit, l. probabilis? 5. sentio, sicut ponit vna phisyca opinatiua altera demõstratiua, ita ponendã esse vnã prudentiã euidentẽ altera probabilẽ & opinatiuam. & de hac 2. forte loquitur Arist. 6. ethi. c. 9. dicẽs, cõsultationẽ deficere à diania seu mẽte, quia nõ est enuntiatio, sicut est mẽs & opinatio, quas distinguit Damascen. 2. fidei c. 22. dicens, ex phantasia rursus oritur opinio, tunc iudiciũ opinionẽ expendit, veraq. an falsa sit, explorat, atq. ita demũ ꝙ verũ est, decernit, obidque diania dicitur.

32

Se obiicias Deus ad extra nõ potest operari sine huiusmodi imperio: ergo à fortiori neque homo. R. 1. negãdo antecedẽs. Deus, n. solo imperio intellectus latius dicto nẽpe iudicio vna cũ imperio voluntatis. s. electione potest ad extra operari R. 2. negãdo cõsequẽtiã. Nã, licet Deus, eo ꝙ est agens perfectissimũ, quoties operatur ad extra, necessario habeat imperium intellectus vna cũ imperio voluntatis vt perfectissime vtatur vtraq. potentia: Tamẽ homo est agẽs imperfectũ ideo potest in sua operatione nõ ita perfecte vtrãq. potentiã applicare vnde nihil fit a Deo, nisi ipso formaliter dicente, fiat, seu secum loquente, fac hoc, secus tamen ab homine. Si obiicias quia cuilibet actui voluntatis respondet prior alius in intellectu, vsui autem

33

nullus

nullus alius respondet nisi imperium; ergo necessario ponendum est imperiū antevsum. R. vsum vel non esse actum elicitum voluntatis, vel non esse distinctum ab electione rei in particulari, & cum omnibus circunstātiis, & ideo sicut ad electionem sufficit iudicium aliquando cum consilio; aliquando sine illo, ita & ad vsum ac proinde ad executionem

Sectio. 4. An electio necessario inferat imperium sumptum pro iudicio denuntiatiuo ipsius.

34 VIdimus in superioribus, Vazquez, Azor Suarez, & Fonsecā, non agnoscere in intellectu imperium, quod non sit iudicium, hos autē oēs cōuenire in hoc q̄ imperiū intellectus nō sit necessariū ad intentionem, electionē, vel alios actus elicitos voluntatis: modo videndum de necessitate huius imperij in ordine ad actus imperatos voluntatis. Nam Fōseca. 9 Metaphy. c. 2. q. 7. sect. 3. contendit, imperiū eiusmodi intimatiuum seu denuntiatiuum voluntatis aut electionis iam factæ necessarium esse ad omnes actus imperatos voluntatis; sequi autem necessario ex ipsa electione & ideo quamuis ipsi necessario fiant supposita electione, non posse inferri, fieri absque prædicto imperio. Quod his verbis explicat & probat. Addimus etiam (quod notandū est) omnes actus, qui imperantur, necessitate quadam naturæ imperari hoc ipso intimatiuo imperio. Nā efficax voluntatis actus de re agenda, aut nō agenda, qui necessario supponitur in omni imperio trahit secum intellectum ad approbandum, & imperandum illum eundem actum quem voluntas efficaciter elicit, idque non tractu effectiuo, sed consensionis cuiusdam naturalis, qua potentiæ apprehensiuæ naturaliter propensæ sunt ad adiuuandum executionem potentiarum appetentium, cum earum appetitiones efficaces sunt, vt diximus q. 5. sect. 3. & 4. Nec refert quod sæpe intellectus retinet apud se iudicium oppositum ei iudicio, quod includitur in ipso imperio, vt patet in incontinente; potest enim illud esse vniuersale, aut habituale, existente hoc particulari & actuali: quæ duo iudicia, vt Arist. ait. 7. Ethic. cap. 3. simul esse possunt in eodem intellectu: quod intelligendum est ex diuersis motiuis. Hæc ille contra quem prædicta obiectio nullam difficultatem ingerit; nam cum hoc iudicium nihil aliud affirmet, quam voluntatem efficaciter velle vt homo legat vel ambulet, &c. clarum est non habere tunc oppositum iudicium, quamuis iudicet aliqua rationemalum, aut incommodum ambulare, & vt sic non esse faciendum. Ingerit tamen magnam difficultatem primo quod voluntas nunquam ex eo solum quod agat trahit intellectum naturali necessitate ad iudicandum de aliis actibus speculatiuis vel practicis, quos ipse habet, imo nec ad apprehendē dum ipsos, vt experientia constat, & ipse met author fatetur: ergo neque ad iudicandum de prædicto actu efficaci. Eadem namque ratio videtur & experientia ipsa suffragatur; non enim quoties volumus ambulare, experimur in nobis iudicium hoc reflexum, voluntas vult, te ambulare.

1. Modus diuidendi.

Diffic. contra illum. Prima.

Secundo quia bruta ambulant & alia ex appetitu faciunt sine vlla reflexione sensus interni in actus elicitos efficaces ipsius appetitus: ergo similiter voluntas Dei, angeli, & hominis potest extra se operari & actus proprios imperatos efficere independenter à tali reflexione intellectus in actus efficaces elicitos voluntatis: & oppositum videtur sine vlla necessitate vel fundamento confictum. Conf. quia eiusmodi iudiciū est mere speculatiuum sicut alia quibus intellectus iudicat se ipsum, voluntatem, vel alias potentias operari: ergo nō est necessarium per se ad actus imperatos; maxime cum ad illos concurrat directiue & effectiue iudicium de conuenientia, seu bonitate ipsorum & nō ad omnes actus imperatos necesse sit intellectum pluribus actibus concurrere. 2.

Tertio quia voluntas non mouet intellectum ad operandum nisi volēdo vt operetur, non autem quoties voluntas operatur vult vt intellect̄ circa volūtatis operationē operet̄ iudicando ipsam habere talem actum: ergo non quoties voluntas vult aliquid efficaciter, datur tale iudiciū intimatiuū, seu denuntiatiuum, affirmans esse in voluntate talē volitionē. Quod præsertim videtur verum in duplicicasu; alter est quādo voluntas nō vult efficaciter statim legere. &c. Sed in futurum, quorsum enim tunc intimetur illa volitio efficax quæ non est tunc executioni mandāda: alter est quādo esset in euidens intellectui in voluntate esse talē actum, licet enim possim̄ euidenter nosse nos aliquid velle, tamē de efficacia nostræ volitionis non semper possumus euidentiā habere; & cum illā habemus, intellectus absq̄ voluntate necessitatur ad assensum: cum autē illā nō habemus, voluntas non potest intellectū necessitare ad assensū nisi directe volēdo vt assētiatur, sicut quādo necessitat ad assensum fidei: ergo voluntas per sympathiā & consensionē non trahit intellectum ad iudicandum quod ipsa velit hominem legere, ambulare, &c. Quarto quod voluntas nō indiget illo imperio intellectus ad 3. 4.

actus, quos ipsa vult producere per se & sibi ipsi imperat: ergo nec ad actus, quos vult producere p intellectū velalias potētias & quos illis imperat: par enim ratio videt. Nimirū q̄ oēs sine tali imperio habent sufficientia principia & eorum applicationem ad operandū.

35 2. modus dicendi.

Vnde Azor & Vaz. locis cit. initio sectionis præcedentis docent, eiusmodi imperium seu iudicium intimatiuum, non esse necessarium ad actus imperatos voluntatis. Suarez autem to. 1. Metaphy disp. 19. sect. 7. nu. 12. & 13. modum illum dicendi Fonsecę aut aliū similimum vt probabilem defendit: ait enim. Addo probabile esse, ex consensu libero voluntatis circa res agendas necessario sequi in intellectu iudicium illud practicum de eisdē rebus, quo simpliciter iudicatur hoc esse agēdum in 3. vel 4. sensu supra declarato. Quod si verum est, ratione talis iudicij merito dici possunt errare, etiam secundum intellectū, qui operantur malum, non errore speculatiuo, sed practico neque errore, qui liberū consensum antecedat sed qui ex illo sequatur. Dices, si tale iudicium nullo modo antecedit consensum liberum: ergo non ponitur vt repræsentet voluntati obiectum, neq. vt inducat illam ad consensum: ad quid ergo est necessarius talis actus? Respondetur videri necessariū primo ex naturali sympathia, & consensione harum potentiarum, quę necessaria fuit, vt homo posset melius exequi quod faciendum decernit. Deinde quia prius tēpore vel natura, quam homo consentiat, nō scit se esse consensurum; & ideo necessariū est, vt statim ac consentit, sciat, & (vt ita dicā) sibimet notificet, seu promulget suū consensum hoc autē fit per illud iudiciū. Et hinc fit vlterius, vt si ille liber consensus sit de aliqua re agenda; & ideo per aliquam actionē sit executioni mandandus, statim intellectus omnino practice iudicet, id esse agēdū; & hoc est imperiū, quod D Th. ponit in intellectu post efficacem electionē voluntatis, si autē cōsensus voluntatis sit per simplicē amorē vel delectationem sine ordine ad aliā actionē exequendā, tūc in intellectu nō sequitur iudiciū de aliqua re agēda, q̄ sit quasi impulsiuū ad opus, sequitur tamē iudiciū de tali consensu vt iā exhibito, & dici potest quasi quędā scientia approbationis, qua homo ex vi praui cōsensus liberi, quasi approbādo illū cōsensum, practice iudicat, id sibi esse diligēdū. Illud tamen nō potest dici imperiū respectu talis cōsensus voluntatis, quia imperiū, vt sic respicit actū subsequentē: non enim imperatur quod iam factū est, sed quod faciendū est, vt recte notat D. Th. 1. 2. q. 17. a. 3. Hactenus Suarez. Sed hæc doctrina, quam ipse non tradit, vt veram, sed vt probabilē, mihi est valde difficilis vt tract. de peccatis, latius constabit, discutiē do, an positi esse peccatū in volūtate sine errore intellectus. Breuiter hic difficultatem insinuabo. Illud iudiciū practicū de quo loquitur Suarez est duplex vt cōstat ibi n. 7. & 8. alterū de futuritione rei volitæ, vt si quis decreuit occidere inimicū, & iudicet, illum fore occidēdū: & iudiciū hoc cōstat esse mere speculatiuū, nō practicū; cū nullo modo possit causare operationē. Constat etiā, nō cōsequi necessario operationē, quia est de futuro cōtingenti, q̄ etiā supposita illa volūtate potest non euenire vel quia voluntas mutabitur, vel quia impedietur, vnde sæpe homo dubitat an eius voluntas sit executioni mādāda aut nō; imo interdum iudicat non esse mandandam. Imo potest non cogitare de hoc, an sit vel non sit mandanda executioni eius voluntas: ergo tale iudiciū nō sequitur necessario ex electione: & licet interdū sequatur: tamē potest esse verū, vnde ratione illius peccator nō dicetur errare. Alterum iudiciū est significans absolutā hominis resolutionē, & hoc etiā manifeste est speculatiuū quia nō est causa illius resolutionis neq operis, quod postea fortasis ex illa prodibit, quomodo ergo est impulsiuū? quomodo est imperiū? Itē semper est verū: quomodo ergo erroneū practice? Itē vnde possumus intelligere quod necessario statim sequatur ex electione? cur ponem⁹ sequi necessario ex sympathia intellectus & volūtatis? Quę necessitas est hui⁹ cōnexionis. Dices, vt sciat homo se cōsēsisse. Hoc sane neque necessariū est. neq. experimur in nobis: sæpe enim in nostros actus voluntatis reflexionē nullā facimus. Ad opus autē externū neq. iste actus est necessarius neq. iuuat, nisi coniunctis aliis nēpe simul iudicando specialiter esse conueniens perpetrare homicidiū ne frustretur voluntas efficax illi⁹, quæ ratio conuenientiæ sępe nō occurrit, & cum occurrit, iudiciū de faciendo opere propter illam conuenientiam est verū. Nō ergo ex electione sequitur sēper iudiciū falsū, nec verū q̄ sit imperiū, magis quā iudicia de alijs conuenientiis. Quod si tale iudiciū est imperiū, etiā illud q̄ sequitur sm̄ istū modū dicēdi ex simplici cōplacētia & electione à fortiori erit imperiū respectu actus interni cōtinuādi, cū sit quasi approbatio illius & dicet diligendū esse obiectū, idest cōtinuādā eius dilectionem.

Probabilius ergo existimo, ex electione nō sequi necessario vllū actum, qui ratione imperij habere possit, aut qui ad opus ipsū necessari⁹ sit, aut perse & immediate cōducat, & vehementer propendeo in quendā modū dicendi relatū à Fonse illa sect. 3. quorūdā iuniorū asserentiū imperiū intimatiuū exerceri inter intellectū & alias potētias eiusdē suppositi et vtile esse, vt alacrius, & facilius subiectæ facultates operentur, sed non esse necessarium dari

36 3. modus, qui probatur Authori.

Dari autem in nobis aliquas huiusmodi intimationes intellectus, probant. Quia non raro experimur quasdam exhortationes intimas, præsertim conscientiæ, quæ est quasi bonorum, & malorũ actuũ tribunal, quibus nobis ipsis præcipimus. Fac hoc, ne facias, quẽ admodum & illas reprehẽsiones. Cur feciſti? cur non feciſti? Cuiusmodi erant locutiones illæ, quibus regius Propheta se exitabat ad bene operandum aut aut suarum operationum cursum dirigendum, quare tristis es anima mea, &c. Spera in Deo. Conuertere anima mea in requiem tuam, &c. Quod autem huiusmodi imperia sint vtilia ad alacrius, & facilius operandum, ex ipsa quoq. experientia confirmant, præsertim cum res difficiles & arduę nobis obiiciuntur itẽq. ea ratione. Quia cũ alienæ exhortationes nos sæpe moueant, non est cur eandem vim negemus proprijs & speculiaribus nostris, præsertim cum nobis ipsis simus amiciores.

Psal. 41. 42. & 114.

37 De hoc placito sic Fonseca loquitur. Tolerabilius est quod posteriores dicunt, non esse huiusmodi imperiũ necessariũ, sed vtile. Potest enim ea negatio intelligi quo ad omnes actus liberos, vt si dicerent, non omnes imperari posse, quod verum est iuxta vtramq. opinionem: actus enim primi liberi, non possunt esse imperati, ne aut procedatur in infinitum inquærendis prioribus imperantibus, aut ijdem dicantur à se ipsis imperati. Verũ non est hic eorum sensus: sed nullum actum liberum esse necessario imperatum imperio intimatiuo intellectus, tametsi sentiunt, eius intimationem, cum in aliquem alium actum cadit, faciliorem & perfectionem in suo genere illum reddere. Hęc Fons.

Hunc 3. modum dicendi non solum existimo verum esse loquendo de imperio consistente in iudicio alicuius conuenientiæ obiecti, de hoc enim planum est conducere posse ad actũ externum, medio interno seu elicito voluntatis. Sed etiã de imperio, quod nos ponimus, distincto penitus à iudicio: iuuat enim per se & immediate ad electionem & media illa ad actum externum vt sequenti sectione dicemus.

Sectio. 5. Vtrum ex imperio necessariò sequatur electio vsus & executio.

38 1. Opinio. CApreol. 3. d. 36. q. vni. a. 3. ad arg. contra. 1. conclu. docet licet ex consilio & iudicio de agẽdis etiã in particulari hic & nunc, & cũ omnibus circunstantiis, nõ necessario sequatur electio; sequi tamen necessario ex præcepto de particulari agibili secundum quod agendum est hic & nunc & cum omnibus circunstantiis. Idem tenet Valentia disp. 2. q. 4. punct. 1. & q. 12. punct. 1. Med. q. 17. art. 3. in fine & quidam alij iuniores ibi: idem tenuit Med. q. 13. a. 4. seu vlt. & q. 9. a. 1. vbi male actum præcepti, quo intellectus dicit, fac hoc, appellat iudicium. Suadetur quia voluntas est potentia cęca; ideo ab intellectu debet determinari: non autẽ determinatur ab eo per apprehẽsionẽ vel iudiciũ vt trac. 3. dis. 1. sec. 10. ostẽdimus: ergo per præceptum.

39 2. Opinio.

Alij tenent ex imperio operis in particulari cum omnibus circunstantiis necessario sequi vsum & executionem, non tamen electionem, quia imperium supponit electionem, ex electione autem medij in particulari & cum omnibus circunstantiis necessario sequitur vsus & executio. Fauet Carthus. in summa fidei. c. 141. dicens imperium inferioribus viribus necessitatem imponere & Viguer. c. 3. §. 6. in principio dicens, imperium necessitare voluntatẽ ad aliquid imparticulari faciendũ eodem modo loquitur D. Tho. 1. 2 q. 83. a. 1.

Sed tenendum est ex imperio etiã in particulari & cum omnibus circunstantiis nõ necessario sequi electionem, vsum vel executionem: insinuat Hadrianus quolib. 4. circa principium lit. A. in fine: idẽ tenent multi recẽtiores. De electione q. idẽ tenet Sua. to. 1. metaphy. dispu. 19. sect. 6.

De qua quidem probatur, quia si electio sequitur necessario eximperio, quo intellectus dicit, elige hoc vel fac hoc vel fiat hoc: ergo nõ erit in se libera, sed vt plurimũ in causa, nẽpe in imperio, si ipsũ fuerit liberũ; si autẽ fuerit necessariũ, nullo modo erit libera: quia effectus qui necessario sequitur ex causa necessaria, semper est necessarius & nõ liber & suppositio ex qua necessario sequitur actus voluntatis si nõ est in potestate voluntatis, tollit libertatẽ ipsius: quia determinat ipsam ad vnã partem, nec relinquit eam indifferentẽ. Si dicas imperiũ semper esse liberũ, ideo electionẽ ex eo consecutam semper esse liberã, saltem in causa videlicet in ipso imperio. Cõtra, nam imperium cum sit actus intellectus, qui non est formormaliter liber, sed radicaliter, nõ potest esse liberum in se, & sic l. nullomodo est liberum, ac proinde nec electio inde secuta erit libera, l. tantũ erit libera in causa: aut ergo ista causa est alia electio, & sic de illa erit eadẽ quæstio, quomodo sit libera & venietur ad electionẽ, quæ nõ sequatur necessario ex imperio, vel procedetur in infinitum. aut ista causa est intentio, & sic sequitur, in electione nullam esse libertatem nouam & distinctam ab ea quæ fuit in intentione: quod est absurdum: nã posita intentione finis liberum est eligere hoc vel illud medium vt omnes docent & constat experientia & ratione; quia intentio finis

40 3. Opinio auctoris.

potest per varia media executioni mandari: ergo non determinat voluntatem ad electionem huius medij,presertim si est minus bonum vel æquale. Deinde si tota libertas electionis sumitur ab intentione:ergo quando intentio est necessaria omnino, etiam electio erit necessaria omnino:quando autem intentio est necessaria quoad specificationem,etiã electio erit necessaria quoad specificationem:quod falsum est. Relinquitur: ergo imperiũ nõ inferre necessario electionem: est enim velut lex quã sibi animus imponit,quæ nõ imponit illinecesitatẽ,vtquãdo aliisleges imponimus nõ imponimus illis necesitatẽ.

41 De vsu vero & executione,non sequi necessario ex imperio,probatur ex D.Tho. q. 17.a. 3. & a. 4. ad 3.vbi ait,imperium aliquã do esse prius tempore respectu vsus & executionis & posse ab eis separari: idẽ docet Anton. 1. p.tit.4. c.10.§.1 sed actus qui tempore precedit vsum & executionem,potest interrumpi,ac proinde non habere effectum:ergo ex imperio non necessario sequitur vsus, & executio. Nec valet dicere cum Valentia. q.illa.12. punct.3. D. Thom. loqui de imperio, quo alijs imperamus:nam aperte loquitur de imperio,quo quisque imperat suis potentijs exequentibus. Si dicas, vt insinuant Capreolus,& alij aduersarij, omne imperiũ de opere statim faciendo inferte executionem,& vsum,nisi adsit impedimentum;item omne imperium de opere postea faciendo inferre necessario executionem,& vsum pro tempore determinato in ipso imperio, vel postea determinando, & cum alijs circunstantijs iam determinatis, vel postea determinandis, secus si imperium sit de re postea efficienda, & interrumpatur actus,vel adsit impedimentum intrinsecum,aut extrinsecum homini. Cõtra,quia intellectus non habet vim efficacem mouendi potentias,aut partes quibus imperat, nisi electione voluntatis,vt patet ex D. Tho. q.17.art.1.& 3. & ex alijs ibidem,& alibi:electio autem non semper est cõiuncta cum imperio.sicut enim sæpe promittimus externe, & interne Deo,& hominibus sine voluntate obligandi nos,& sæpe interne,& externe aliquid alijs iniungimus,dicendo facite hoc, sine animo illos obligandi, ita sæpe interius nobiscum loquimur dicendo, fac hoc, sine animo,& voluntate id efficiendi, in quo casu imperium est inefficax: ergo qua parte præcise pertinet ad intellectum, non sequitur ex eo necessario vsus,& executio. Vnde Arist.3. animę.text.46.& sequentibus,nec iudicio practico, nec imperio, aut quopiam alio docet,moueri necessario,& infallibiliter membra,sed ex solo appetitu,seu voluntate.

Obseruandum autem est primo,imperium,quod non habuerit adiunctam electionem.non solum non esse efficax, & necessario inferens executionem, sed neque imperium proprie,& simpliciter, quamuis enim conducat ad mouendam voluntatem, vt superiori sectione ostensum est, tamen non est efficax, nec tantam vim habet,quantam iudicium practicum de obiecti conuenientia, & non est necessarium ad opus internũ aut externum voluntatis. De completa autem ratione imperij est habere magnã vim impulsiuam & imponere quodammodo necesitatẽ naturalem.l,moralẽ,& hac de causa D.Tho.q. 17.art.1. ait.imperium esse actum voluntatis vt mouentis,& art. 5.ad 1.imperium,si plenum,ac perfectum sit,semper esse cum actu imperato coniunctum. Et in hoc sensu vera est.2.opinio;& ideo Viguer,supra. vers. 1. ait imperium virtute tantum voluntatis imponere necesitatem;& imperium directiuum pertinere ad intellectum; motiuũ vero ad voluntatem.2.Obser.imperiũ,quod 43
antecedit electionem,vt elige vel fac hoc, licet non inferat necessario electionem;tamen esse veluti impetum,& impulsum,quo intellectus voluntatem impellit ad eligendum;quã do vero sequitur electionẽ,iuuat ad permanendum & perseuerandũ in ipsa, conducitq. ad eius intensionem: patet ex dictis sect. præced.& quia alioqui frustra omnino essent eiusmodi verba interna. Colligitur ex D. T. q.17.a.1.& 2.& aliis dicente, imperio impelli hominem ad operationem,nimirum,quia facilius eligit,ac proinde facilius operatur,quã si non haberet imperiũ. Et si dicat,fac statim,mouet maxime, vt homo statim faciat, quod decreuerat facere, sed non statim, seu quod in aliud tempus differebat. Vnde recte quidam dixit;licet hic actus non sit necessarius,tamen vtilis est, vt voluntas magis moueatur & vel citius aggrediatur executionem vel constantius in volunrate exequendi perseueret, quia dum homo sibi ita imperat,quasi super se ipsum reflectitur, & sibi fit superior,& ipsa locutio interna vim,& energiam quandam habet mouendi, & excitandi animum;& licet imperium externum frustra dirigatur ad creaturas non cognoscentes significationem vocum vel aliorum externorum signorum; tamen imperium vtiliter dirigitur ad voluntatem, quæ licet non cognoscat; tamen iudicio, & imperio intellectus naturaliter subijcitur. Et quod diximus imperiũ,quo voluntas medio intellectu imperat sibi ipsi mouere;non tamen efficaciter, colligitur ex Augustin. lib. 8. confess. cap. 9. imperat, inquit,animus, vt velit animus,nec alter est, nec facit tamen,

vnde

vnde hoc monſtrum? & quare iſtud? imperat inquam vt velit, quia non imperaret niſi vellet, & non fit, quod imperat.

44 3. Obſerua ad obligandum alios non eſſe neceſſe, interius, vel exterius formaliter dicere, fac hoc, ſed ſatis eſt habere, & exprimere animum, & voluntatem obligandi alterum; quod eſt vittute dicere, fac hoc, cum animo, & voluntate obligandi, vt nec iudicare, aliquid eſſe faciendum, aut formaliter dicere, fac hoc, ſine animo obligandi obligat, de quo in materia de legibus late dicemus.

45 4. Obſerua imperium, vt non infert neceſſario electionem medij, ita neque ex illa ſola poſſe neceſſario inferri, ſed ex electione imperandi, vel forte ex electione medij ſimul cum cogitatione, & apprehenſione ipſius imperij (in quo caſu voluntas medij videtur virtualis volitio imperandi illud) vel ex vehementi apprehenſione medij, & magna perſuaſione conuenientiæ ipſius, & ſimplici voluntate eiuſdem, licet homo non cogitet de ipſo imperio, ſicut enim alij actus poſſunt eſſe in intellectu non cogitante de illis, ita imperium; vel denique ex voluntate Dei determinantis ad imperium medij per iudicium de conuenientia ipſius. & iſte eſt vnus modus, quo Deus mouet, & iuuat voluntatem ad operandum, & ſicut de iudicio diximus tract. 1. concurrere effectiue per modum cauſæ principalis ad volitionem, ita de imprrio dici poteſt, licet hoc non ſit neceſſarium ad volitionem, ſicut iudicium. Communiter autem voluntas libere poteſt non inchoare imperium, aut inchoatum ſuſpendere iuxta, verba Aug. modo relata, non imperaret, niſi vellet.

46 5. Obſerua imperium non eſſe ſignum volitionis per modum imaginis naturalis; ſed argutiue, quia ex illo poſſumus, tanquam ex effectu, colligere voluntatem ſaltem ſimplicem operandi, ex qua ſæpe numero oriri ſolet & eodem modo imperium ſignificat apprehenſionem, & iudicium ex quibus oriri ſolet; non vero vt naturalis ſimilitudo. Neque per modum imaginis naturalis ſignificat voces; vt conceptus non vltimatus. qui eſt apprehenſio vocis impoſitæ ad aliquid ſignificandum, vel qualitas per talem apprehenſionem producta, non ſignificat naturaliter per modum naturalis imaginis vocem ipſam: nam ſine vlla impoſitione vocum, vel aliarum rerum ad ſignificandum, poteſt homo ſibi interius imperare: ſignificat tamen per modum imaginis naturalis opus, quod imperatur: vel ſaltem producit naturalem quandam imaginem illius, aut certe impellit ad appetendum opus, quod apprehenſione, aut imagine producta per apprehenſionem naturaliter ſignificatur: ſimile eſt de interno voto & promiſsione, de inquiſitione, ſeu interrogatione, de oratione, ſeu petitione, & de optatiua interna locutione, cum quis interius dicit, interdum ſine deſiderio, vtinam facerem, vel haberem hoc vel illud. Vnde præter apprehenſionē, & iudicium (quo nomine intelligitur etiam diſcurſus, in quo multa iudicia coniunguntur) ſunt alij actus in intellectu: colligitur plane ex Ariſto. 1. periherm. c. 4. vbi ait, præter orationem enuntiatiuam, quæ vera eſt, aut falſa, quia nimirum eſt iudicium quoddam, eſſe orationem optatiuam, quæ fit cum quiſpiam optat, non tamen vera eſt, aut falſa, & Richard. 4. d. 15. art. 4. q. 1. orationem internam ſumptam pro petitione ait non eſſe iudicium & Sotus. 1. iuſt. q. 1. art. 1 & Capreo. 1. d. 36. q. vni. art 3. ad arg. contra. 1 concluſionem, Hadrianus quodlib. 4. circa principium lit. A. in fine & alij citati ſect. 2. op 3. idem ſentiunt de imperio: quamuis Medina. q. 17. art. 3. ad 2 defendat, præceptū hoc ad iudiciū reduci poſſe, & Cordob lib. 2, q. 16. dicat appellari poſſe iudicium, non declaratiuum ſeu oſtenſiuum, ſed præceptiuum, quem loquendi modum improprium puto, enuntiationis etiam nomen licet imperio tribuat D. Tho. q. 17. art. 1 tamen non competit ei proprie, ſed metaphorice, quatenus qui dicit, fac hoc, enunciare, ſeu annuntiare, aut nouum aliquid aſſerre videtur, licet nihil affirmet, aut falſum dicat. Proprie tamen, vt ex Ariſtote. adduximus, enuntiatiua oratio tantum eſt, in qua verum, vel falſum reperitur. Cum autem ab Ariſto. aut alijs diuiduntur actus intellectus in ſimplicē in apprehenſionem, cōpoſitionē diuiſionem, & ratiocinationem, bone eſt diuiſio, ſi de illis actibus intelligatur, qui intellectiones ſunt, ſecus de alijs, qui non ſunt intellectiones.

6. Obſerua, imperium ſemper eſſe prius 47
actu imperato per illum, ac proinde executione & vſu, quo voluntas vtitur potentia exequente, eo tamen imperio prior eſt communiter vſus, quo voluntas vtitur ſeipſa ad intentionem, & electionem, & intellectu ad inquiſitionem, ſeu conſilium, & ad iudicium, & ita docet D. Thom. q. 17. art 3. & alij ibi Valentia, diſputat. 2. quæſt. 14. puncto. 3. Viguer & alij

Sed notandum eſt. 7. iſtum vſum non ne- 48
ceſſario fieri per actum formalem, & expreſ- 7
ſum, quo voluntas velit imperare ſibi & intellectui, ſed frequenter fieri ſola virtuali, & implicita volitione vtendi ſeipſa, & intellectu ad eiuſmodi actus, nam poſita efficaci intentione finis, ſæpe ex vi illius applicatur intelle-

tellectus ad inquirenda media,& consequē. ter ad electionem ex vi intētionis,aut alia vi causarum, quas notab. 4. indicauimus,applicatur intellectus ad imperium; quamuis interdum præcedit formalis volitio inquirendi eligendi,vel imperandi,& hanc volitionem debet præcedere, vel comitari voluntas virtualis vtendi potentia; non autem formalis, ne in infinitum procedatur,si non in virtuali aliquo vsu sistamus, & recte D. Tho q.17.art.3.indicat,imperium esse prius vsu secundum ordinem naturæ, & interdum temporaris, vsum vero non esse priorem executione etiā sola prioritate naturæ: quia vel dicit actum elicitum voluntatis connotando ipsam executionem, quam infert, vt docet Valentia illo puncto 3. vel est ipsa executio, vt egreditur a voluntate, q probabilius esse, dictū est disput.1.sect7.

49. 8. Aduerte intellectū omnibus potenijs imperare posse,vt faciant, vel recipiant aliquid, quia interne cum omnibus animatis & in animatis loqui potest.neque quidquid dicant aliqui recentiores hoc imperium erit inutile omnino: quamuis enim non moueat nec applicet proxime & per se reliquas potentias ad operandum:tamen inclinat,& mouet ipsam voluntatem ad appetendum id,quod imperatur,& ideo mediante voluntate mouere poterit, vel applicare potentias subiectas voluntati ad suas ipsarum operationes,& ad hoc non est necesse voluntatē,aut reliquas potentias imperium ipsum cognoscere:sicut enim voluntas, licet cognitionem obiecti non intelligat,ab ea tamen mouetur, ita licet imperium non intelligat ab eo moveri poterit, & sic mota reliquas potentias mouere, vel applicare ad suas ipsarum functiones,& hoc colligitur ex D. Thom. q. 17.art.1.vbi imperium numerat inter actus humanos,& art. 3. in corpore & ad 1. vbi ait, esse prius vsu. & 2. 2. q. 83.art. 1. vbi sic scribit. Ratio dupliciter est causa aliquorum,vno qlidem modo sicut necessitatem imponens,& hoc modo ad rationem pertinet imperare non solum inferioribus potentijs, & membris corporis, sed etiam hominibus ei subiectis.vult autem imperium imponere necessitatē media voluntate,quam ad operandum inclinat,qua operante necessario operātur, si possunt,potenpotentiæ illi subiectæ, sic docet D. Thom. imperium efficaciam mouendi a volntate sumere:ipse enim nullam vim habet ad mouendum reliquas potentias, & voluntas nō necessitat, sed inclinat: vnde D.Tho. 2. 2. q. 47.art.8.& q.51 per totā & Arist.6.ethi.c.12. imperium putat esse actum prudentiæ sed actus prudentię vtilis est ad actiones humanas, ergo & imperium,videlicet, quia inclinat voluntatem ad tales operationes. Dices neminē legem posse sibi imponere vt ait D. T. q 93. art. 5.ergo intellectus non potest imperare volūtati,vel alijs potentijs proprijs R. legem esse præceptum obligans,& tale non posse hominem sibi imponere,bene tamen præceptum naturale nullam inducens obligationem moralem. Aduerte tamen quod si nomine imperij intelligamus cum Vazq. expressionē desiderij, inutile asseren dū est ad humanos actus.nam ex eo quod intellectus iudicet voluntatē desiderare & vel le aliquid,non mouetur voluntas ad illud volendū, aut efficiendum. Deinde aduerte,in eadem opinione Vazquez verum esse quod cum Soto.1.iust.q.1. art.1. ait q.17.a.3.imperium nunquam esse prius efficaci voluntate circa illud obiectum,sed in nostra opinione asserente,imperium non esse iudicium sed locutionem quandam vtilem non tamen sufficientem ad mouēdam voluntatē,imperium esse posse prius voluntate efficaci circa idem obiectum, sed tunc dicetur imperium simplex, & inefficax, quia non inuolvit affectum efficacem.

Sectio. 6. Qui nam actus hominis imperentur.

50. Suppositio

OBseruandum est,aliud esse, aliquem actum imperari seu cadere sub imperium per modum obiecti,aliud procedere ex imperio,seu cadere sub imperium per modum effectus.vt aliud est, aliquid esse volitum, aliud, esse a voluntate profectum: nam actum imperari,solum dicit in actu imperato denominationem extrinsecam sumptam ab Imperio, actum vero procedere ex imperio, dicit in actu imperato relationem effectus ad imperium, vt ad causam. Vt igitur absolute actus sit imperatus ab intellectu, in primis videtur requiri, ipsum actum iudicari simpliciter, vel forte possibilem: nam quod certo iudicatur impossibile, sicut non potest esse absolute volitum voluntate efficaci,& habente modum desiderij ita neque absolute imperatum,homine interius sibi dicente,fac hoc: sicut autem potest esse volitum sub ea conditione,quod sit possibile,ita & sub eadem conditione imperatum, dicente sibi homine,fac hoc si potes, sed, si id quod re vera est impossibile, apprehendatur possibile,bene poterit esse absolute imperatum; sed ex imperio non fiet,quod vero alioqui est necessarium,non solum poterit imperari, sed interdum ex imperio fieri: quia ipsum imperium vim habebit aliquādo

ad

ad influendnm in ipſum, & ſic forte beatus imperans ſibi, vt videat, vel amet Deum, ſuo imperio influet conſiſtentiam, & permanentiam eiuſmodi actibus, quæ alioqui eſt in illis neceſſaria, neque actus brutorum ideo ab ipſis non imperantur, neque ipſorum imperio fiunt, quod neceſſarij ſint, ſed quia brutum non habet internam locutionem, qua ſibi dicat, fac hoc, vt ſectione. 3. docuimus. Si quis tamen imperet ſibi augmentum, vel nutritionem, quæ alioqui in ipſo ſit neceſſaria, nihil ſuo imperio efficiet: vnde tale augmentum imperatum quidem dicetur, non vero ab imperio profectum, & ideo neq; vtiliter imperatum. Qui autem hominis actus poſsint vtiliter imperari, ſeu ab imperio hominis proficiſci explicandum reſtat, per facile autem erit ex ijs quæ de imperio voluntatis, tract. 1. diſp. 1. dicta ſunt. Nam ijdem actus, qui poſſunt ab imperio voluntatis oriri, poſſunt etiam oriri ab imperio intellectus, nam hæc imperia ſimilia ſunt, et quodammodo ſubordinaria, ita, vt quod ratio imperat, voluntas ſuo modo poſsit imperare, & e contra, quod bene notauit Valentia, diſp. 2. q. 12. puncto. 5. adducens Auguſtinum, qui 8 confeſſ. c. 9. imperium tribuit voluntati dicens, voluntas in tantum imperat in quantum vult.

Hoc igitur conſtituto. Dico. 1. intellectũ
51 poſſe vtiliter imperare voluntati, ita docent
1. Conclu: D. Thom. & alij q. 17. art. 5. Valentia diſp. 2. q. 12. puncto. 5. Viguer. c. 3. §. 6. verſ. 1. Antõ. 1. p. tit. 4. c. 10. §. 2. Fonſec. infra, & probatur. Nã voluntas poteſt imperare ſibi, vt bene docet Aug. 8. confeſſ. c. 9. ergo & intellectus voluntati ex fundamento iacto, nempe, actum qui imperatur a voluntate, poſſe imperari ab intellectu; imo Aug ibi videtur loqui de imperio, quo voluntas per intellectum ſibi ipſi imperat, vt ſectione. 2. & 5. tetigimus & Fonſeca. 9. Metaphy. cap. 2. q. 7. ſection. 2. in fine & quæſtione. 8. ſection. 3. in princ.

52 Sed Obijcies ergo erit proceſſus in infinitum in actibus voluntatis, & intellectus, ita vt ante quemlibet actum voluntatis detur actus intellectus, quo imperetur & ante quodlibet imperium intellectus detur actus volũtatis, ex quo dimanet, vt enim dixit, D. Thom. q. 17. art. 1. & 3. imperium ex aliquo actu voluntatis procedere debet. R. D. Tho. ead. q. art. 5. ad 3. ſiſtendum eſſe, in 1. actu voluntatis, qui non ex imperio rationis, ſed ex inſtinctu naturæ aut ſuperioris cauſæ procedit, vt q. 9. art. 4. dictum eſt, idem docet Viguer. c. 3 §. 6. verſ. 1. Sed Valentia loco cit aliter reſpondet, non opus eſſe, vt omne imperium ex aliquo actu voluntatis procedat, ſed ſatis eſt procedere potuiſſe, & eatenus in virtute voluntatis eſſe vt ead. q. puncto. 1. docuerat, ſed hoc certe non ſufficit, vt virtute volũtatis fieri dicatur, vnde eandẽ ſolutinem aliter proſequendo dico, regulariter, & vt in plurimum, omne imperium eſſe poſterius aliquo actu voluntatis, id vero nõ eſſe omnino neceſſarium, quoniam ex aliijs cauſis procedere poteſt. Vnde regulariter in aliquo actu voluntatis ſiſtendum eſt, qui non ſit ab imperio, ſed aliunde, vt recte docet D. Tho. cui aduerſatur quidam putans, omnem actum volũtatis præſertim liberum qualem putat eſſe primum, qui verſatur circa finem ex aliquo intellectus imperio procedere debere, & ſic in aliquo imperio ſiſtendum eſſe. Nos contra docuimus ſectione. 3. iuxta D. Thom. & veritatem, multos actus voluntatis à nullo intellectus imperio procedere: ergo aliquando ſiſtitur in imperio, nullum actu voluntatis ſupponente, aliquando vero in actum voluntatis nullum imperium ſupponẽte. Dices, actus. 1. voluntatis nõ poteſt ab ipſa imperari, ergo neq. ab intellectu, iam enim diximus omnẽ actum, qui imperatur ab intellectu, poſſe imperari a voluntati & contra. Reſp. 1. actu voluntatis in ſenſu diuiſo poſſe imperari à voluntate, ſcilicet ſi non eſſet primus; non tamen in ſenſu compoſito ſcilicet ipſo actu manente primo; vnde nullus eſt actus, qui imperetur ab intellectu, qui non poſsit ſimpliciter a voluntate imperari. Ex quibus patet eundem actum elicitũ voluntatis poſſe eſſe imperatum non ſolum ab intellectu, ſed etiam a voluntate; & ſic recte Almaynum tract. 1. mor. c. 2. & alios diſtinguere actus voluntatis in elicitos & imperatos, atque elicitos & imperatos ſimul.

Obiectio.

Solutio.

Hinc ſoluitur alia obiectio. Imperans & id, quod imperium ſuſcipit, duo ſint oportet; vnum vt agat; alterum vt patiatur ſeu actioni ſubſit. Reſpondet Fonſec. illa quæſtio. 8. ſectio. 3. Hac in re illud ſit certum ſemper aliquam diſtinctionem eſſe oportere inter id quod imperat, & id, cui imperatur quemadmodum inter id, quod natura, vel lege ſuperius eſt, & id quod inferius, vnde cũ rationalis pars duas potentias complectatur, intellectum, & voluntatem, perſpicuum, eſt, intellectum ad quem imperium pertinere diximus, poſſe imperare voluntati. Nec obeſt quod imperium habet radicem in voluntate: poteſt enim voluntas velle, vt ſibi imperetur, ſicut priuati homines principem, aut prælatum eligunt, vt ipſis imperet. Sed hęc reſponſio ſufficiens eſt ad intelligendum, quomodo intellectus poſsit voluntari imperare, quaſi rogatu voluntatis. At voluntas & imme-

immediate potest imperare proprios actus suos imperio proprio,& imperare intellectui vt illos imperet:non ergo requiritur distinctio potentiarum, vt imperium intellectus, vel voluntatis exerceri possit;sed sufficit distinctio rationis, vt in intellectu statim Fonseca declarat dicens.Et quanquam ratio seu intellectus vna tantum potentia est: tamen quia ratio distingui solet in superiorem & inferiorem (quarum prior de actibus humanis iudicat ex consideratione rerum æternarū: posterior autem,ex considratione temporalium) intellectusque distinguitur ab Arist. 3. ani. c. 7. à.tex.29. & 6.Ethi. c.2. in speculatiuum, qui solam veritatem spectat,& practicum, qui præcipue respicit actionem; non est contra rationem imperantis & obedientis,quod ratio superior imperet inferiori,& practicus intellectus speculatiuo:quia etsi intellectus, vt est speculatiuus sit nobilioris conditionis,quam,vt practicus, vt potest sua ipsius operatione contentus; tamen vt est practicvs & liberas actiones dirigit,superior est speculatiuo,cuius operationes non exercentur libere,nisi quatenus practico subijciūtur. Hæc ille. Sed neque tanta distinctio ad imperium necessaria est,quanta est inter intellectum practicum,& speculatiuum,portionem inferiorem & superiorem,cum portio superior possit sibi imperare, similiterque intellectus practicus sibi & portio inferior & charitas sibi.Satis ergo est hæc distinctio, vt potentia, vel habitus quatenus habens aliquem actum sit imperans,& quatenus caret aliquo actu sit imperata.

53
2. Conclu. Dico.2. actum intellectus vtiliter imperari posse ab ipso intellectu ita D. Tho. & alij q: 17. art. 6. Valentia disp.2.q.12.puncto.5. Viguer c.3.§ 6.vers.2.Anton 1.p.tit.4.c.10. §.2. Fonseca proxime citatus,probatur quia actus intellectus potest vtiliter & cum effectu imperari a voluntate, ergo & ab intellectu ex præiacto fundamento. Item voluntas potest in se reflecti & imperare sibi ex Aug 8.confess c.9.ergo & intellectus potest sibi met imperare. Sicut autem ibidem docet Aug. interdum non fieri quod voluntas sibi imperat,quia scilicet non vult illud efficaciter aut perseuerantur,ita sæpe non fit quod intellectus sibi imperat maxime cum imperiū intellectus nō inferat necessario vel infallibiliter actum imperatum etiam seclusis impedimetis,secus imperiumn voluntatis,& cum maiora possint esse impedimenta ad actum imperatum intellectus, quam ad actum imperatum voluntatis, siquidem proposito obiecto sub aliqua ratione boni voluntas potest illud amare, intellectus vero non possit assentiri propositioni habenti speciem veri,si aliunde est euidenter falsa, vnde etiam si tunc intellectus & voluntas assensum imperent,necesse erit dari dissensum, nec intellectus sibi ipsi aut voluntati ebediet, quando vero propositio non est euidenter vera nec euidenter falsa, sed vtrimque sunt rationes probabiles potest sine vlla noua ratione intellectus ex imperio voluntis assentiri,vel dissentiri etiam contra rationes probabiliores,nisi existimentur euidentes, interim enim dum tales existimantur non potest intellectus assensum, vel dissensum præbere. Ita Valentia illo puncto. 5. cæterum si propositio nec pro se, nec contra se rationes habet,vt quod stellæ,vel arenę maris sint pares aut impares,non poterit intellect ex suo,vel voluntatis imperio assētiri aut dissentiri.Præterea nulli ppositioni quę non sit euidens assentiri valet sine imperio seu pia affectione voluntatis vt in materia de fide vberius docuimus & in hac parte aliquando forte docebimus, docent quæ Valent.& Viguer. supra.Sæpe etiā propter impedimenta sensuum etiam ex proprio & voluntatis imperio non poterit intellectus de hac, vel illa re cogitare, aut cogitationem auertere, præsertim si imperium sit remissum.Primus etiam actus intellectus imperatus esse non potest in sensu composito,quia eo ipso quod sit imperatus, erit alius illo prior nempe imperans,præterea si intellectio imperetur,vt rem in se,& distincte cognoscat,cuius speciem pro ea cognitione sufficientem,non habet plane nō obediet,quia non poterit; quamuis varias habens species poterit eas commiscere,& monstra confingere, vt chimæras, montes aureos,&c.Item quando sensus suum obiectum percipit,si imperetur intellectui, vt illud non apprehendat obtempare non poterit. Ex quibus patet ad illā quęstionē nū oēis actus intellectus & voluntatis imperari possint. R. Fonseca supra negatiue. Nam neque vllus actum intellectus præcedens omnem actum voluntatis imperari potest, vt ex ipsa imperij ratione superius tradita intelligitur;neque vllus etiam actus voluntatis omnino indeliberatus, siquidem omne imperatum cadit sub aliquam deliberationem imperantis, vel formalem, vel virtualem; neque demum vllus actus voluntatis, quo intellectus mouetur ad imperandum, alioqui si is etiam actus esset imperatus,oportet præcessisse illum infinitos alios,aut ipsam se ipsum præcessisse. Vnde concludit Fonseca, illum tantum actum esse imperatum, quem præcedit aliquis actus complete electiuus ideſt electio, & absoluta resolutio voluntatis de aliquo agendo inspectis circunstantijs. Hæc doctrina

doctrina vera est loquendo de imperio (vt ipse loquitur) sumpto pro iudicio de electione facta seu de voluntate aliquid faciendi. Sed loquendo de imperio condistincto omni iudicio (vt nos loquimur) dicendum est posse antecedere electionem & intentionem, & generatim omnem actum liberum voluntatis, vt si Deus in corde meo loquatur, & dicat, elige hoc vel intende hoc, & simile imperium pullulat aliquando naturaliter ex vi euidentium, & vehementium rationum, quæ se offerunt ad aliquid efficiendum.

54 Dico. 3 appetitum sensitiuum interdum obedire imperio rationis & voluntatis, interdum non quod est obedire ciuiliter despotice seu seruiliter: ita docent D. Thom. & alij q. 17. art. 7. Valentia disp. 2. q. 12. punct. 5. Viguer. cap. 3. § 9. vers. 3. Antoninus illo. § 2. Hadrian. quodlibet. 4. art. 1 ad medium D. Tho 1. p. q 81. art. 3. Azor. to 1 lib. 1. c. 29. q. 4. Fonsec. 9. Met. c. 2 q. 8. sect. 2. Hoc ipsum docuit, & aptissimo exemplo declarauit Phi. 1. eth. c vlt. comparans appetitum sensitiuum membro paralitico, quod non semper ex hominis voluntate, sed aliquando per se & contra illam mouetur. Quemadmodum, inquit, resoluta corporis membra si addexteram mouere volueris, econtrario in sinistram deferuntur, sic quoque in anima cõtingit; incontrarias enim in partes incõtinentium appetitiones feruntur: idem docuit Arist. 1. polit. c. 3 & hoc ipsum est, quod Apostolus ad Rom. 7. inquit, non quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, & ideo Arist. 1. polit. ca. 3. appetitum sensitiuum ait subijci rationi vt imperanti non imperio despotico seu dominico, sed regio, & ciuili Nã appetitus non ad nutum paret, vt mancipium domino, sed vt ciuis Regi detrectans aliquando eius imperium, & in primis si nõ existente iudicio sensus interni de bonitate obiecti, ratio aut voluntas imperet appetitui sensitiuo, vt ipsum appetat, non obtemperabit, quia ferri non potest nisi in bonum sic cognitum, vt nec voluntas ferri potest in obiectum, quod non fuerit bonum iudicio intellectus vt tract, 1. ostendimus,

57 2. si appetitui sensitiuo imperetur vt prosequatur bonum quod perfectissime repræsentatur sub ratione maximi mali, non obtemperabit, præsertim si imperiũ intellectus & voluntatis remissum sit quia efficacius mouebitur ab obiecto ad fugam, quam ab obiecto & imperio simul ad prosecutionẽ. secus si tale bonum melius a sensu interno iudicetur, vel minor eius bonitas melius quã malitia cognoscatur, vel imperium intellectus, & voluntatis sit vehemens, ac denique quando appetitus sensitiuus in tali rerum concursu fuerit quasi anceps, & non multo magis in alterã partẽ perpendeat, facile imperio rationis, & voluntatis inconti ariã moueri, & inflecti poterit etiam si iudicium sensus prorsus idem maneat: idemque poterit ratio, & voluntas efficere variando imperio suo apprehensionem & iudicium sensus interni, vel immediate, vel media vehementi attentione ad alia obiecta, vel media varia applicatione sensuum externorum & partium corporis, vel humorum, ve spirituum vitalium, quam tamen variationem interdum efficere non poterit, impediente causa intrinseca, vel extrinseca, Deo scilicet, Angelo aut dæmone, & interdum ratio & voluntas, licet non possint omnino impedire, abijcere, repellere & cohibere motus appetitus, poterunt tamen eosdẽ remittere & moderari. & hæc subordinatio appetitus ad rationẽ necessaria fuit, quia multitudo sine ordine confusionem parit & appetitus sensitiuus habet naturalem inclinationem ad obediendũ illi & illa naturalem vim mouendi illum propter vnionem in eadem essentia animæ, idque toti homini est valde vtile: rebellio autem illa appetitus contra rationem & voluntatem, non solum in pœnam peccati originalis sed ob multa alia inducta est. Vnde male quidam dicunt quoties ratio, et voluntas actu absoluto imperant appetitui sensitiuo ipsum necessario obedire.

3. appetitus sensitiuus quoad simplices actus odij & amoris nunquam immediate rationi vel voluntati obtẽperat sed necessario amat quodcumque propositum sub ratione boni, detestatur autem quod ei proponitur sub ratione mali; nec mirum cum hos actus simplices nec voluntas libere eliciat, sed naturaliter & necessario, vt superius dictum est, ex illis autem in præsentia, & externa apprehensione obiecti necessario sequitur dolor aut voluptas, non enim potest appetitus sensitiuus non dolere quando homo comburitur nec cohibere voluptatem in exercitio veneris, vel sumptione potus aut cibi delectabilis, fames etiam & sitis, quæ desideria quædam sunt, quando naturaliter insurgunt, immediate cohiberi a voluntate & ratione non possunt: quod à natura propter necessitatem animalis salubriter institutum est. 58

Quod dictum est de appetitu sensitiuo dicendum est de Phanthasia, seu imaginatiua, vt citati docent ex Aristot. 3. ani. cap. 3. tex. 153. dum ait, nos imaginari cum volumus, imo & quæ volumus, vt montem aureum, aut chimæram, & eadem rationem ab imaginatione cessare. Hoc tamen discrimen inter appetitum & phantasiam docet Fon- 59

cet Fonseca supra, quod actus appetitus sensitiui effectiue procedunt ab intellectu imperãte; quoniam vis cognoscitiua potest ad actus appetitiuæ effectiue, concurrere: actus tamẽ phantasiæ non sunt effectiue, sed determinatiue tantum ab intellectu imperante seu eius imperio, quia sua habent propria principia & similiter non sunt effectiue à voluntate quia potentiæ apprehensiuæ non sunt subordinatæ appetitiuis, sed econtra. Sed hoc non caret difficultate. Nam potentiæ appetitiuæ non sunt per se subordinatæ apprehensiuis diuersi ordinis, nec earum ductum immediate & per se sequuntur; appetitus sensitiuus non potest ferri in rem cognitam solo intellectu, nec voluntas in rẽ cognitam solo sensu: cur ergo imperium intellectus effectiue concurret ad actum imperatum in appetitu sensitiuo? & Confir. quia phantasia & appetitus sensitiuus, & intellectus immediate subordinantur & subijciuntur voluntati, tamen non ideo actus ipsorum sunt effectiue à voluntate; ergo multominus actus appetitus sensitiui erunt effectiue abintellectu, cui appetitus sensitiuus immediate & perse nõ subordinatur sed media voluntate,

Sed Obijcies quia actus appetitus sensitiui & phantasiæ imperati ab intellectu & voluntate accipiunt libertatem ab aliquo concurrente effectiue, & non nisi ab intellectu, & voluntate: ergo saltem quantum ad modum libertatis sunt effectiue ab intellectu & voluntate. Ad hoc recte R. Fonseca, actus liberos quatenus liberi sunt, nullam entitatem addere ipsorum substantiæ, sed respectum quendam, & extrinsecam de nominationem fundatam in quodam modo se habendi ad voluntatem, vt diximus disput. 1. & alibi & ideo tract. 3. intellectum & voluntatẽ dixi nihil reale efficere in illis actiised per quandam sympathiam illos causare nam potentiæ illæ naturaliter sunt subiectæ intellectui & voluntati.

Dub. tamen est, quoniã pacto intellectus & voluntas suo imperio possint in appetitu sensitiuo excitare dolorẽ de peccatis propter Deum, aut affectũ exultationis in Deũ, iuxta id 2. Cor. 7. gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiã & Psal. 83. cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum,

R. cum Fonseca eiusmodi actus proprie esse in voluntate, sed aliquos illis proportionales esse in appetitu sensitiuo: quia naturaliter impossibile est intelligentem in hac vita phanthasmata non contemplari, ideo simul aliquid corporale per phanthasiam cernere debet & cum intellectus aliquid apud se cogitat, phatasia quoque aliquam imginem sibi fingit, in quam appetitus sensitiuus fertur, & propterea dicitur Deum amare, & dolere de peccato, vt est contra Deum. 60

Dico. 4. actus animæ vegetatiuæ non subduntur per se & immediate imperio rationis sed tantũ mediate & per accidens D. Tho. Caiet. Medina, Conrad. & alij. q. 17. art. 8. Valentia supra Nyssen. 4. philosophiæ. cap. 15. Nemesius lib. de natura hominis, Viguer. ca. 3. §. 6. vers. 1. Fonseca. 9 Met. q. 8. sect. 1. Prima pars patet experientia ipsa, ratio autem est, quia actiones partis vegetatiuæ fiũt medijs qualitatibus primis, quæ valde materiales sunt, ideo per se & immediate non parent imperio appetitus sensitiui, vel intellectiui vel rationis. Aliam rationem assignat D. Tho. illo. art. 8. ad. 1, quia potentiæ vegetatiuæ sunt minus perfectæ, minusque similes & propinquæ rationi quam appetitus sensitiuus & ideo licet hic obediat rationi, nõ tamen illæ, cur autem membra externa ad nutum obediant, cum sint minus similia rationi, quam potentiæ vegetatiuę, dicetur postea, mediate tamen & per accidens subdi imperio rationis, vt 2. pars conclusionis dicebat. Prob. quia per motum localem applicantur alimentum & alia, ex quibus circa actus vegetatiuæ partis magna varietas prouenire potest. Experimur etiam cum aliquid intentius contemplamur, vires vegetatiuas suo munere aut ægre aut nullo modo fungi posse: quia virtus animæ nostræ finita est, nec potest multis actionibus impensius intendere. Idem est de actibus externorum sensuum vt dicit Fonsec. sect. 2. & Viguerius loco cit. vers. 4. etiam de actibus sensus communis. similiter neque quoad qualitates. 1. & corporis dispositionem corpus subditur per se imperio rationis, vel voluntatis, aut imaginationi, & appetitui sensitiuo, secus per accidens ob quandam symphatiam, imaginatioenim & appetitus sensitiuus per sympathiam commouent spiritus, sanguinem & alios humores aut partes corporis, vnde in dispositione corporis magna variatio resultat, de quo Valentia supra & Caiet. q. 17. art. 6. & 7. Quamuis actiones potentiæ vegetatiuæ & sensuũ externorũ non subdantur per se imperio nostro, tamen possunt per se intendi & cũ merito aut demerito, vt notat Fonseca. 5. Con.

Dico. 5. facultas vitalis quoad pulsum nõ obtemperat rationi & voluntati; secus quoad respirationẽ. Azor illa. q. 4. & patet experientia; respirare tamen possumus sine vllo imperio, imo & sine vlla cognitione, vt ibidem ait Azor. quod vero aliqui apud eundem dicunt posse nos incedere & loqui sine vlla cogitatione, falsum puto, de quo alibi. 61

Dico

61. 6. Concl. Dico.6.membra ordinata ad motũ organicũ(inquibus residet potẽtia motiua ex appetitu & cognitione)quãdo nõ sunt præter naturam male affecta,obediũt rationi,& voluntati ad nutũ.Hoc docẽt D.Tho.& alij.q. 17.ar.9.Valẽ.& Anto.sup.Vig.c.3.§.6.vers. 6.D.Tho.1.p.q.81.ar.3.ad 2.Fonſ.9.Met.c. 2.q.8.& Aug.8.confeſſ.c.9.dicẽs.*Imperat animus, vt moueatur manus, & tanta eſt facilitas, vt vix à ſeruicio diſcernatur imperium.* Et Ariſt.1. polit.c.3.vbi docet,animũ corpori imperare deſpotice;appetitui vero ſenſitiuo nõ niſi politice. Patet experientia. Ratio autẽ cur facultas exequens ad nutũ, & ſine reſiſtẽtia obediat:appetitus autẽ ſenſitiuus,qui perfectior eſt,& volũtati ſimilior,ac propinquior, ſæpe reſiſtat eſt, quia mẽbra nõ ab obiecto pprio excitãt,aut maduerſum trahũt,ſed nõ nihil à grauitate,aut præternaturali diſpoſi. Item appetitus ſenſitiuus obſuã nobilitatẽ, quodãmodo eſt ſui iuris,& reſiſtere interdũ poteſt propter inclinationẽ ad bonũ ſenſibile,licet,ppter ſimilitudinẽ,&affinitatẽ cũ volũtate,ei perſe obtẽperet,nõvero ſenſus externi,nec potẽtiæ vegetatiuæ,quæ valde ſunt voluntati diſſimiles. Vide Caiet.ar.8. Valen. ſupra,& Fonſ. illa ſect.1.vbi ex alijs rationẽ reddit,quia potẽtiæ loco motiuæ nõ habent certũ obiectũ ſeu terminũ,ſed in illud ferũtur ad quod eas appetitus impellit, appetitus autem habet obiectũ proprium à quo trahitur.

62. Mẽbra etiã quædã per Symphatiã ex imaginatione interdũ mouẽtur localiter præter, & cõtra imperiũ rationis,& volũtatis,imo,& cõtra appetitũ ſenſitiuũ,vt pudẽda. De quo D.Tho.q.17.art.9.ad 3. Aug.14. Ciui.c.16. 17.&.20.Ariſt.lib.de cõm.ani.motu.c.8. vbi etiã,vt ſup.refert,D Tho.motũ cordis in voluntariũ cenſet,ideſt nõ ſubiectũ voluntati: quod experiẽria teſtatur, & animalis bonũ poſuit.Idemq; docet Nemeſ.de nat.hom. cap.2. & Nyſſe.5.Phil.cap.15.Vigu.cap 3. §.6. verſic.6. Antonin. 1.par. tit.4. cap.10. §.2.

63. *Quæſt. Vide alia tract.1.ſ. diſ.1.ſe.3. num.26.* Sed quæſtio hic eſt cũ in homine duplex ſit appetitus;vnus rationalis,alter ſẽſitiuus, & vterq; vim habeat mouẽdi mẽbra corporis,an poſſit quilibet ſine alio mẽbra hominis mouere,& interdũ moueat?

1. Concl. Dico.1.ſi in pueris eſt aliquis ſtatus in quo ſenſibus vti poſſint, non autẽ intellectu,ſiue dũ ſunt extra vterũ,ſiue in vtero,appetitus ſenſitiuus,ſine intellectiuo mẽbra mouebit, quia volũtas nõ poteſt ſequi ſolã cognitionem ſenſus, ſed indiget cognitione intellectus, quæ tunc nõ eſt; & ideo voluntas tunc nõ eſt in ſtatu imperandi,ſicut hæres quãdo paruulus eſt,nihil differt à ſeruo cũ ſit dominus omniũ ideo deillis diſponere nõ poteſt. Ita ſentit Fonſ. 9.Met.c.2.q.8.ſect.1.idemq; de ſomniantibus dicendũ eſt,ſi quando cõtingat mouere membra ſine vllo vſu intellectus.

2. Concl. Dico.2. aliquando volũtas mouet mẽbra ſine appetitu ſenſitiuo.Hoc probat Fonſeca ibidem, experimento. Nam etiam tunc cũ pars ſenſitiua repugnat motui,ipſæ motiuæ potentiæ ad nutũ obediunt rationis imperio,ſeu recto,ſeu peruerſo,vt patet in ijs,qui aut nequid turpe admittent, ſeipſos cruciãdos offerunt,aut deſperationis cauſa,inanis ve gloriæ aucupandæ cupiditate ſibi metipſis violentas manus inferunt. Quod tamen ita intelligendum arbitratur Fonſeca,vt imperante parte intellectiua motu n corporis quatumcũque ſenſibus moleſtum,nunquã appetitus ſenſitiuus habeat actum contrariu n abſolutum,ſed ſolum per modum paſſionis renitentem. Voluntas enim efficax, quę imperio includitur,etſi admittit reſiſtẽtiam appetitus ſenſitiui, & eo repugnante, mouet membra,non ſinit tamen illum elicere actum abſolute refutandi eiuſmodi motum,ſed neceſſitat illum,vt etiam eo pacto abſolute obediat. Quia in re ſimilis eſt motus appetitus ſenſitiui motui ſecundi mobilis in cœlo, quod ita mouetur in oppoſitas partes primi mobilis,vt tamen nunquã abſolute moueatur in partem contrariam reſpectu ſpatij imaginarij, quod complectitur Orientalem,& Occidentalẽ eius ſpatij partem.Semper enim.1.mobile ſecum trahit inferiores orbes ab Orientali, in Occidentalem ſpatij partem.

Atque hoc pacto accipiendum id, quod Ariſto.docet. 3.de anima. cap.11. tex.17. cum ſcribit ſuperiorem appetitum trahere inferiorem, ſicut Sphæra ſuperior trahit inferiorem Spheram; quandoquidem appetitus ſenſitiuus, quod attinet ad motum localem, non ſolum cum ſe accommodat imperio rationis, vt in ijs, quæ ſibi grata ſunt, ſed etiam cum ei contra nititur, ſemper à rationis efficia ſuperatur, & ad abſolutum conſenſum trahitur.

Ex quibus patet, ad motũ localem eorum membrorum, quæ rationis imperio ſubiecta ſunt, non ſolum intellectum, & voluntatem, dum ratione vtimur,ſed etiam Phantaſiam, & appetitum ſenſitiuum effectiue concurrere. Nec ſolum cum hic appetitus ſe voluntati omnino accommodat, ſed etiam cum ei repugnat: quippe cum etiam tunc abſolute motui conſentiat,itaq; cum omnino conſentit, vnum tãtum actum elicit,motuſque inde ſecutus expeditus fit, quia nullatenus appetitus ſẽſitiuus obſiſtit:

cum autem repugnat,duos simul elicit, vnũ resistendi per modum passionis renuentis motum,alterum absolute consentientis:qui quidem propterea non sunt actus cõtrarij, quia respiciunt diuersa obiecta formalia,seu motiua vnum molestum parti sensitiuæ,alterum gratum parti intellectiuæ. Nec mirum cum intra ipsam partẽ intellectiuam id non rare cernatur.Sæpe enim pars,inferior rationis simul refugit imperium rationis,quod in parte superiori est(per modum scilicet passionis, seu actus incompleti,& non consummati,& simul absolutam voluntatem sequitur,atque absolute,& omnibus inspectis illi obtemperat. Quin etiam in brutis animantibus,vbi proprie nullum est imperium,ijdẽ actus, vnus per modum passionis, alter per modum absoluti consensus,sępe simul cernũtur,nempe cum in re obiecta duo sunt motiua,alterum incõmodum pręsentatũ in Phãtasia,alterum cõmodum, quod repræsentatur amplectendum. Veluti cum canis herbam gustui ingratam capit euomendi causa,aut cũ feroci lupo pugnat. Itaq; appetitus sensitiuus cõcurrit effectiue ad motũ per absolutũ consensum,quo in nobis se accommodat rationis imperio,in brutis autẽ instinctu naturæ,qui æstimatione Phantasię administratur.Diximus mẽbrorũ,quę rationi subiecta sunt)vt excluderemus duo illa iam sæpius cõmemorata,quę sicut perse nõ sequũtur formam in esse apprehenso,sed reali,ita nec potentijs rationabilibus, nec sensitiuis absolute obediunt. Tametsi per accidens (quod etiam de vegetatiuis dictũ est)rationalium,& sensitiuarum potentiarum operationes nõ parum faciunt ad eorum motus. Sed plus potius,quam ad motum vegetatiuarum facultatum, vt patet in ijs,in quibus motus cordis præ vehementi mærore, aut lætitia,ita perturbatur, vt nonnunquam interimat,& in ijs qui diuertendis,aut euocãdis turpibus aspectibus,aut cogitationibus, continentes sunt,aut incontinentes.

64. Hæc Fonseca. Circa quæ aduerte. 1.non semper voluntatem trahere appetitum ad absolutum consensum: sæpe enim inclinatio adobiectum contrarium voluntati,siue mere naturalis sit; siue habitu adiuta tanta est, vt prævaleat vigori voluntatis,& tunc motus membrorum fiet à sola voluntate non concurrente cũ illa appetitu sensitiuo, quia tunc appetitus nullũ habet actum,quo possit cooperari voluntati. Hoc patet tum experientia,tum ex Arist.D.Tho.& alijs asserentibus, appetitũ sensitiuum ciuiliter tantum moueri à ratione,& volũtate, quia potest resistere aliquando, & ex Paulo dicẽte, caro concupiscit aduersus spiritum.

2. Nunquã in voluntate, aut appetitu dari duos actus absolutos amplectendi, & refutandi idem obiectum materiale, etiam subdiuersis rationibus, nam velle absolute legere,& non legere semper sunt actus contrarij,& alioqui nunquam essent cõtrarij in eodem,nec in diuersis,quia semper velle,& nolle eiusdem obiecti respiciunt illud sub diuersis rationibus,alterum enim respicit obiectum, vt bonum alterum vero vt malum. Deinde assensus,& dissensus eiusdem propositionis semper sunt contrarij, & incompatibiles:ergo,& velle,& nolle absoluta eiusdẽ obiecti semper sunt contraria,& incompatibilia:an vero in cœlis, qui mouentur motu raptus ad motũ primi mobilis,sint duo motus realiter diuersi, & contrarij,in libris de cœlo discussimus.

Sectio.6. Vtrum imperium, & actus imperatus sint idem actus.

REspondet. D. Tho.q.17.ar.4. 65.
Caie. Vaz. Conrad. Medina,& alij ibi. Valen.disp.2.q.12.punct.4. Antonin.1.p. tit.4.c.10. §.1.& Viguer. c.3.§.6.in principio Fonsec.2.9.Meta.c.2.q.8.sect.vlti.infine,esse eundẽ actum ingenere moris,diuersum tamen ingenere naturæ.1.quidem manifestum est,quia actus imperatus est obiectum,& effectus imperantis: ergo illi actus sunt diuersi ingenere naturę.1.autem probatur,quia in actu imperato nõ est noua libertas,nec noua affectio ad obiectum bonum. Vnde nec in eo est propria,& formalis bonitas,aut malitia moralis,nec propriũ meritum, aut demeritum,laus, aut vituperium, vnde tota forma,& substantia moralis reperitur in actu imperante,& inesse moris,vterque actus pro eodem reputatur,& sic verũ habet in hoc genere causæ formalis, & non tãtũ ingenere causę finalis q̃ ait, Ari.2.top. c.2.& refertur à D.Thom art.cita.argu.sed contra,vbi vnũ propter aliud, ibi tantũ vnũ. 66.

Hæc autem ratio procedit tantũ in imperio volũtatis,vel imperio intellectus,quatenus includit,vel supponit imperium voluntatis;nã imperiũ intellectus,quatenus præcise pertinet ad intellectũ,nullã habet libertatẽ, vel bonitatem,aut malitiã moralẽ propriã. Procedit etiã ratio in actu mere imperato: nã qui est à voluntate elicitus,& imperatus simul,habet suã propriã bonitatẽ, licet non libertatẽ,& ideo fortasse adducit nouũ meritum,& demeritum,declaratur hoc,volo ego examore Dei,elicere actum misericodię sub motiuo misericordiæ, scilicet volo habere affectum, quo velim subleuare miseriam proximi,quia miseria proximi est,istumque actum

actum elicere volo propter gloriã Dei. Hic actus,qui est simul elicitiue,&imperatiue à voluntate, nullam habet propriam libertatem,quia necessario sequitur ex actu imperante elicito àcharitate,tamen multi dicũt, & satis probabile est habere suam bonitatem,&suum proprium meritum distinctum ab actu charitatis imperante, quia habet propriũ motiuum bonum distinctum à motiuo charitatis. Alij vero negant. Vtra autem harum opinionum verior sit,discutietur in materia de merito circa. quæst.vltimã huius partis D. Thomæ. Sicut etiam cum de electione ageremus, diximus, electionẽ medij necessarij, tametsi non habeat libertatem distinctam à libertate intentionis, fortassis habere distinctam bonitatem, aut malitiam moralem,meritum, aut demeritum. Actus vero imperans,& imperatus in diuersis hominibus existentes, non solum differunt in esse naturæ, sed etiam in esse moris,quia distinctam libertatem habent.

Sectio. 7. Qui actus concurrant in aliquo negotio humano, & quo ordine.

67. DE hac re differunt Caie.& Med. q.16.art.vlti. Valen. disp.2.q.12. punct.5. Vaz.q.17.art 3. Fonse. 9.Met. cap.2.q.8.sect.3.infine. Antonin.1.p.tit.4.c.10.§.1. Viguer.c.3.§.6.in principio,& vnusquisq; ordinem statuit iuxta suam opinionem,nos iuxta ea, quæ in superioribus docuimus hunc ordinem & numerum actuum statuimus.1.actus est apprehensio debonitate finis. 2. iudicium de eadem.3.simplex voluntas finis.4.imperfecta fruitio finis. 5. est apprehensio de possibilitate finis.6.iudiciũ depossibilitate eiusdem. 7.intentio finis 8.intentio mediorum in cõmuni.9.inquisitio mediorum in particulari. 10.consensus inmedium,vel media inuenta. 11.electio medij particularis, sed non cum omnibus circunstantijs particularibus.12. imperium.13.electio cum omnibus circunstantijs particularibus.14.vsus potentiæ exequentis, nam vsus potentæ dirigentis, vel imperantis,intendentis, vel eligentis anterior est & idẽ cũ actione potentiæ dirigentis,imperantis,intendentis, vel eligentis.15. executio medij. 16.consecutio finis.17.fruitio perfecta, seu delectatio de consecutione finis.

Fonse.autẽ sup.inSũma hæc dicit.1.Loco se offert notitia rei propterse,autaliud expetendæ,aut fugiendę.2.loco si notitia nõ est, plena,hoc est,cum cognitione oppositi coniucta, sequitur in voluntate naturalis actus odij,vel amoris, non dum tamẽ completus per modum amplectentis absolute aut reijcientis,sed per modum passionis cuiusdam. Quòd si notitia sit plena,voluntas libere rẽ amplectitur,aut reijcit,si quod amplectitur, propterse amatur,actus est intentio,& propositum, si propter aliud, electio virtualis, quia semper est inter opposita saltem contradictorie: actus circa mala nomine caret, potest tamẽ reiectio,&refutatio dici.3.loco intellectus à voluntate permotus, vel interdum naturali propensione suę sagacitatis incitatus, mediũ aliquãdo suggerit,si illud sit certum,& determinatum,vt cibus ad famẽ sedandam:si autem tale non sit, inquirit intellectus,quæ nam ad id apposita videãtur, & ex ijs,quę nam aptiora: inquisitio ad eubuliam,iudiciũ,ad synesim spectat, quę sunt partes prudentiæ.4.loco,si vnum,ac necessarium oblatum est medium, voluntasq; persistit in proposito rei obtinendę,succedit in ea consensus, quo se accomodat iudicio intellectus. Est enim consentire,cum alio sentire,aut illi quouis alio modo accõmodari. Quòd si ab intellectu plura sunt oblata media,tanquam plus minus ve accommodata ad rem obtinendam, tunc adhibetur formalis electio, quę est vnius præ alio approbatio, propriaq; volũtatis determinatio circa media adfinem,siue accommodatiora, siue minus accommodata sint: hoc enim integrum , ac liberum voluntati relinquitur. Quam electionem cum completa est, per cõsiderationem omnium circunstantiarum, quę necessariæ sunt ad agendum, sequitur imperium, non quod voluntas per efficacẽ electionem non possit mouere potentiam, quę operatura est, sed quia à natura est institutum,vtintellectus voluntatem complete determinatam adiuuet in permouendo ad executionem operis omnes animę vires imperio subiectas. Quę intellectus operatio est vltimus,& præcipuus actus prudẽtię. 5.loco sequitur executio mediorum,in qua duplex actus admiscetur, alter dicitur vsus actiuus,qui pertinet ad facultates imperantes(interquas estvolũtas)alter passiuus,qui spectat ad facultates exequentes,nec distinguitur ab ipsis actibus imperãdi,& exequẽdi,nisi cõsideratione,quatenus imperare est superioris ; exequi vero est inferioris agẽtis,& quasi instrumẽtalis,ducta similitudine à fabro vtente instrumentis.6.loco succedit adeptio rei intẽtę, quę adeptio interdũ est actus distinctus ab actione, quę illius obtinendæ causa exercebatur, veluti contemplatio Dei ab operibus bonis, quibus obtinetur : interdum vero est complementum ipsius actionis, vt sanitas acquisita,

quæ non est distincta à completo temperamento qualitatum,& humorum.

7. Sequitur finis adepti fruitio, quæ est quies in bono acquisito, hoc est actus quidam vitalis à voluntate per modum passionis de præsentia finis acquisiti naturaliter elicitus,nõ âfine,qua finis est,causatus,vt putat Scot.1.d.1.q 3.(vide.lib.5. cap.2. q.10. sect.2.)Fruitioni autem similis est alius quidam actus de malo declinato,vt declinatus est,seu potius de ipsa mali declinatione,qua tenus bonum est quoddam,in quo voluntas conquiescit infine actionis, qua malum declinatur.

Hæc dicta Fonsecæ maiori ex parte consonant ijs,quę in hoc tractatu dicta sunt.

QVAEST. 18. DE BONITATE, ET MALITIA humanorum actuum in genere.

POstquam D. Thom. superioribus quæstionibus disputauit de humanis actibus in esse naturæ, iam nũc incipit disserere de illis inesse moris,seu de attributis,& affectionibus actuum humanorum,de bonitate scilicet,& malitia morali, & de ratione meriti,atq; demeriti,quæ consequuntur bonitatem, & malitiam moralem. Vniuersa autem hæc disputatio a D.Tho. distribuitur in quatuor partes. 1.loco agit de bonitate, & malitia actus ingenere,&in cõmuni,abstraẽdo ab actu interno,& externo,q præstat hac.q.18.deinde.q.seq.agit. debonitate, & malitia actus interni.3.agit.q.20. debonitate,& malitia actus externi.q.21.Decõsequẽtibus bonitatẽ, & malitiã scilicet dedignitate Laudis,& vituperationis præmij,& pœnę.

Distributio huius Disputationis secundum D.Thom.

Ar.1. Vtrum omnis humana actio sit bona,an aliqua sit mala.
Ar 2 Vtrum actio hominis habeat bonitatem, vel malitiam ex obiecto.
Ar.3. Vtrum actio hominis sit bona,vel mala ex circunstantia.
Ar.4. Vtrum actio hominis sit bona,vel mala exfine.
Ar.5. Vtrum aliqua actio humana sit bona; vel mala in suâ specie.
Ar.6. Vtrum actus habeat speciem boni,vel mali ex fine.
Ar.7. Vtrum species,quæ est ex fine contineatur sub specie,ex obiecto sicut sub genere,vel econuerso.

Tractatus.7.de bonitate,& malitia humanorum actuum.

DISPVTATIO PRIMA,DE esse morali in communi.

Sectio.1. Quidnam sit actum esse moralem.

I.

1.*Opinio.* PRima opinio est, moralitatem actus in libertate consistere. Suadetur 1.quoniam actus humanus, & actus moralis idem sunt,vt docet. D.Thom.quęst.1.art.3.infine corp. & ad.2.& qnæst.18.art.5.& 8.&.q 19. art.1.ad.3.& Medi.quæst.1.art.3. Naua.præludio.6.nu.2.Anton.1.par.tit.4.cap.12.§.1. Sed actus humanus, & actus liber idẽ sunt, vt tract.1.disp.4.sect.1.dixi:ergo actus moralis,& liber idem sunt.

2.Suadetur,nam morale à more dicitur, quasi ad mores pertinens, notant Durandus.2. distinctione.38. quæstione.1. numero.5. Sayr. lib.2. capit.4. numero.1. & constat

constat ex Cicer. lib. de fato; mos autem amora, vt docet Aristot. 1. mag. mor. capi. 6. his verbis. *Virtus porro moralis hinc cognomen habet; si modo velimus ex litteris veritatem excutere dicendum erit, morem à mora habuisse cognomen, breuis in longam literæ factæ mutatione, moralis siquidem appellatur, quod ex mora assuescat:* (Ethos enim Græce dicitur apo tu, ethus, mos à mora) idem habet. D. Thom. 3. d. 23. q. 1. art. 4. q. 2. Deinde apud D. Tho. eisdem locis, mos significat interdum consuetudinem, repetitionem, & frequentiam similis operationis, vt Act. 15. *Nisi circundamini secundum morem Moysi non poteritis salui fieri;* Interdum inclinationem quandam naturalem, vel quasi naturalem ad aliquid agendum, & sic mos non solum tribuitur habentibus vsum rationis, sed etiam pueris, & insensatis, immo, & brutis, & rebus inanimatis. Dicitur enim. 2. Machab. 10. *In speluncis more bestiarum*, &c. Et cap. 11. *Leonum more irruentes*, & Sap. 12. *infantium. & insensatorum more viuentes*, & *mores cæli*, dicit Plin. lib. 29. sed hæc metaphorica, aut minus propria esse videntur: nam proprie in solis hominibus ratione vtentibus, & habentibus suorum actuum potestatem, mores sunt, vt ex Ambros. præfatione in Lucam non procul à fine notauit. D. Thom. q. 1. art. 3. infine. & 3. d. 23. q. 1. art. 4. q. 2. Sotus. 1. iustitiæ. q. 7. art. 2. itaq; mos est humana consuetudo, aut frequentia, & repetitio similium actuũ, simi liſq; modi operãdi, vt Psl. 67. *Qui habitare facit vnius moris*, & Heb. 13. *Sint mores sine auaritia*; Vnde, & Isidorus. 5. Ethim. cap. 3. ait, *morem esse vetustate probatam consuetudinem*, nec circulum committit postea eod. cap. definiens consuetudinem, vt sit, *ius quoddam moribus institutum*; Nam consuetudinem non sumit postea pro licita frequentia actuum, vt prius sumpserat, sed pro iure inde orto, quod vim habet legis. A more autem sumpto profrequentia actuum dicitur, mos, ipsa inclinatio naturalis, quæ huius frequentiæ causa est, & aduentitia, quę repetitione similium actum oritur, & ad eandem frequentiam repetitio nemq; inclinat: & hinc virtutes morales dicuntur, vt docet. D. Thom. q. 58. art. 1. Actus etiam morales à more, & consuetudine propria hominis dicuntur: propria autem consuetudo hominis est, vt operetur libere, quoniam sic frequenter, & vt plurimum operatur; ergo actum esse moralem, & esse liberum idem sunt, vt tenet Sotus. 1. iust. q. 7. art. 2. & colligitur ex D. Thom. 2. distinct. 24. quæst. 3. art. 2. vbi ait, *genus moris incipit, vbi primo dominium voluntatis inuenitur*: dominium autem in libertate consistit; ergo secundum. D. Thom. moralitas actus in libertate consistit. Et. 3. distinct. 24. quæst. 1. artic. 4. quæstio. 2. ait, *morem esse frequentiam operum, quæ in nostra potestate sita sunt, & ideo actum moralem esse, qui a voluntate, vt voluntas est, oritur*, & propterea. quæst. 2. de malo. art. 2. ad. 13. ait, *actus externos non pertinere ad genus moris, nisi quatenus voluntarij sunt*, & art. 6. *actus moralis est actus à ratione procedens, voluntarius, & liber*, & quoniam libertas ex ratione oritur, ideo in hoc libro. quęs. 19. art. 1. ad 3. ait, *bonum repræsentatum voluntati, vt obiectum, in quantum cadit subordine rationis, pertinere ad genus moris, & causare bonitatem in actu voluntatis, quia ratio est principium humanorum, & moralium actuum*, & quęs. 18. arti. 5. *dicuntur aliqui actus humani, vel morales secundum quod sunt a ratione*, & de malo. quæst. 2. artic. 4. infine corporis ait, *actus esse humanos, & morales, inquantum sunt actus rationis*. Et. 3. contra gentes. cap. 10. vltra mediũ ait, *ex hoc actus moralis dicitur, quia voluntarius est*, vbi voluntarium sumit. D. Thom. vt sæpe alias pro voluntario libero, & perfecto, quod est à voluntate, non vt natura, sed vt voluntas est, & eod. sensu ait, ibidem. c. 9. *moralia a voluntate dependent, secundum hoc enim aliquid ad genus moris pertinet, quod est voluntarium*, & quæst. 18. art. 6. *aliqui actus dicuntur humani, in quantum sunt voluntarij, vt supra dictum est*, scilicet. quæst. 1. artic. 1. item. quæst. 18. art. 9. ait, *actum esse moralem, vel humanum a ratione deliberante*, & quæst. 71. ar. 6. *quod aliquis actus sit humanus habet ex hoc quod sit voluntarius*, & quæst. 21. ar. 2. ait, *actum inquantum est liber imputari*, sed actus imputatur propter moralitatem: ergo ex D. Tho. moralitas actus in libertate consistit, sicut, & voluntatem esse agens morale, consistit in hoc, quod sit agens liberum. Sic etiam Sco. 2. distinct. 40. quæst. vni. §. de. 2. ait, *actum moralem dici, eo quod sit libere elicitus*, idemq; insinuat, quodlib. 18. §. de. 2. principali dicẽs, *actum esse imputabilem, quatenus est liber*, sed idem est actum esse moralem, & imputabilem: ergo, & Durand. 2. d. 38. quæst. 1. nu. 5. ait, *moralis dicitur qui est in potestate voluntatis, siue sit ab ea elicitus, siue imperatus*, & *dicitur moralis a more, seu consuetudine, quia per morem, seu consuetudinem possumus nos habere diuersimode circa tales actus, inquantum assuescimus sic, vel aliter operari*, &c. Idem docet Henricus quodlib. 13. quæst. 13. litera. L. paulo ante sol. argumentorum. Nauar. præludio. 6. numero. 2. & 3. Bellarmin. tomo 3. lib. 2. de amissione gratiæ. cap. 18.

Confi. Hæc opinio. quoniam omnes actus liberi, eo ipso sunt morales, & ècontra: ergo *Confirm.*

moralitas in libertate consistit. Ant. prob. quia omnes actus liberi sunt boni, vel mali moraliter, & nullus est indifferens in individuo, vt inferius docebimus: igitur omnes actus liberi sunt actus morales, siquidem omnis actus, qui est bonus, vel malus moraliter, moralis est. Item omnis actus liber est humanus: omnis humanus est moralis: ergo omnis liber est moralis. Omnem autem moralem esse liberum patet: propterea enim nõ solum actus rerum cognitione carentium, & brutorum, puerorum, amentium, atq; ebriorum, & agentium repente, & absq; deliberatione, sed etiã actus necessarij in beatis, orti expleniſſima cognitione, morales nõ sunt, quia liberi non sunt: ergo omnis actus moralis debet esse liber, & propterea, etiam si Deus plene deliberãti necessitatẽ operandi imponeret, illa operatio non esset moralis, nec moraliter bona, aut mala, sed tantũ naturaliter, aut exparte obiecti: ergo omnis actus moralis est liber.

2.Opinio. 2. Opinio est, moralitatem actus non in libertate consistere, sed ineo, quod actus, siue libere, siue necessario, explena cognitione procedat. Quia in hoc consistit actũ esse humanum: esse autem humanum, & esse moralem, idem sunt, vt arg. 1. superioris sententiæ ostendebamus.

Fundam.

3. 3. Opinio est, ad moralitatem duo intrinsece, & essentialiter requiri. 1. vt actus sit liber. 2. vt ex perfecta deliberatione procedat, qua cognoscatur obiectum sub ratione honesti, vel turpis. Si enim ad rationẽ actus moralis non requireretur prędicta deliberatio, & cognitio honestatis, aut turpitudinis, sequeretur iuxta opin. probabilem, concedentem pueris, amentibus, & alijs eiusmodi libertatem, concedendum esse, quod eorum actus sint morales. Consequens est falsum: ergo.

3. Opini.

Fundam.

Conf. Nam multi doctores citati tract. 1. disp. 4. sect. 1. opin. 2. putãt, in pueris, & amẽtibus, & aliis huiusmodi esse actus liberos, non tamen deliberatos, neq; humanos, aut morales defectu cognitionis: ergo præter libertatem requiritur perfecta cognitio, seu deliberatio, vt actus sit moralis.

4. 4. Opinio ait, omnem actum liberum esse moralem, & ècontra: tamen moralitatem non consistere intrinsece, & essentialiter in libertate, sed in aliquo alio consequẽte libertatem per modum propriæ passionis, quod vocant regulationem, seu regulabilitatem, seu habitudinem ad rationem, vt ad regulam.

4. Opini.

Fundam. Fund. est, quoniam actus moralis, vt sic, diuiditur, qua si genus in species, in actum bonum, & malũ moraliter: ergo ratio actus moralis, vt sic, importat aliquid essentialiter contrahibile per bonũ, & malum moraliter: libertas autem actus non est essentialiter contrahibilis per bonitatem, & malitiam moralem: ergo actus moralis, vt sic, non dicit libertatem, sed quid aliud essentialiter cõmune bonitati. & malitiæ morali, nempe habitudinem ad rationem, vt ad regulam: si enim datur habitudo conformitatis, eo ipso actus est bonus moraliter. Si vero datur habitudo defformatis, eo ipso actus est malus moraliter.

Confir. Nam actus habentes eundẽ modum libertatis, possunt differre specie ingenere moris, si vnus fiat propter bonum finẽ, & alius propter malum, vt patet ex D. Tho. q. 1. a. 3. ad vlti. ergo moralitas non consistit in libertate, sed inaliquo alio. Et ita Zumel. 1. 2. q. 71. ar. 6. disp. 1 conc. 1. & disp 2. con. 1. & 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 2. in append conc. 3. ait, esse morale formaliter consistere in hoc quod est, actum nostrum procedere àvolũtate libera, vt subordinata rationi, habenti rationem regulæ dirigentis eam ingenere moris. Quod ait, insinuari à Conrado. 1. 2. q. 18. ar. 5. & 8. Sed fere nihil ad rem dicit ibi Conrad. & Zumel idem per idem explicat. Nam esse morale deffinit per directionem, qua ratio dirigit voluntatem ingenere moris, & ita deffinit morale per morale.

Confirm.

Deinde probat. suam sent. quia voluntas est causa moralis, vt subordinata rationi dirigenti ingenere moris: ergo, & actus dicitur moralis, quia procedit à volũtate, vt subordinata rationi secũdum modum dictum, sicut effectus dicitur, artificialis, quia est à ratione, vt subordinata regulis artis, docetque talem subordinationem voluntatis ad rationem seu legem, esse quid antecedens ipsum actum voluntatis, nempe, rationem dictare de agendis. & 1. 2. q. 71. ar. 6. disp. 1. conc. 2. stultum, & contra omnium opinionem esse putat, asserere, moralitatem in sola libertate consistere. Quod potissime probat ex falso illo fund. quod. 1. p. q. 14. ar. 13. disp. 2. iecerat, nempe pueris, & amẽtis inesse libertatem, quod repetit. 1 2. q. 71. art. 6. disp. 2. conc. 2. proquo, citat Victoriam relectione depuero ven. ad vsum rat. p. 1. prop. 3. nu. 5. Mihi imprimis reijcienda videtur. 2. sententia, quia tract. 1. disp. 4. sect 1. ostendi, libertatem esse de ratione actus humani, quod cũ Conrad. q. 1. ar. 1. & Vict. relect. de veni. ad vsum rat. p. 1. nu. 6. docet Anto. Perez lect. 1. examinis. Idem autem est actum esse humanum, & esse liberum, quod etiam insinuat Say. lib. 2. capit. 4. numer. 1. cum Durand. 2. distinct. 38. quæstione. 2. numer. 5. & 6.

5. Refutat. 2. Opini.

Deinde

Deinde.3.opinio displicet,quia eodem loco ostendi, libertatem sufficere, vt actus sit humanus,quamuis hęc nequeat sine deliberatione formali, vel virtuali consistere; ergo libertas sufficiet, vt actus sit moralis. Item quia hæc quæstio magis est de nomine, quã de re;in vlu autem nominum communi cõsensui standum est. Communis porro cõsensus est,vt nomine actus humani, & moralis, actus quicumq.liber significetur,vt patet ex adductis pro 1.opi.ergo frustra,& sine causa fingitur præter libertatem alia conditio essentialis actui morali. Cõf.quia ex eo præcise,quod actus sit liber sufficiens est ad constituendum morem,si repetatur;ergo libertas sufficit ad actum moralem, & sine fundamento exigitur alia cõditio. Item omnis actus liber est moralis, quia moraliter bonus vel malus:multi autem actus liberi non sunt illo modo deliberati; ergo ille modus deliberationis non est essentialiter,aut per se requisitus ad actum moralem,min.prob.quia potest esse libertas orta ex deliberatione per rationes temporales conuenientiæ,attẽdendo dumtaxat, quid est delectabilius, vel adtuendum honorem,famam, aut vitam cõueniẽtius; & inferius videbimus, vt actus sit honestus,non oportere considerari obiectũ formaliter, & explicite sub ratione honesti, aut conformis rationi,vel legi Dei, sed satis esse si consideretur, vt bonum operanti, vel alteri sine vlla cõtrarietate ad rationem,vel legem: ergo multi actus liberi non sunt deliberati deliberatione formaliter attendente honestatem obiecti.Nec valet dicere, hominem teneri ad deliberandum formaliter de honestate obiecti,ac posse semper deliberare, ac proinde peccare si non deliberet. Nã gratis fingitur hoc præceptum, & esto detur potest inuincibiliter ignorari,aut non cõsiderari,& tunc homo agens libere sine prædicta deliberatione,non peccaret: ergo bene moraliter ageret, quia nullus actus liber est,qui in indiuiduo non sit bonus,vel malus moraliter; etiam si ignorantia, vel inconsideratio interueniat,vt inferius ostendemus: ergo ad moralitatem actus non requiritur illa deliberatio.Conf.quia,per te,sine illa datur actus moraliter malus;ergo actus moralis;ergo non est necessaria,vt actus sit moralis, licet gratis daremus esse necessariam, vt actus sit moraliter bonus.Neq.valet.2.dicere,esse posse actum liberum cum aduertentia mere naturali,& inculpabili,ad honestatem,vel turpitudinem obiecti,tamen adhuc illum actum non posse dici perfecte, & simpliciter moralem. 1.Quia non est natus ita eliici,vt ex illo possit mos fieri, eo quod modus ille operandi sit rariſſimus, & casualis, & præter voluntatem humanam, quare omnibus pensatis pro vt hic,& nunc fit, non est ex intrinseca determinatione operantis. 2. Quia actus moralis proprie dictus, est in ordine ad rectitudinem, vel obliquitatem morum:ille autem actus est incapax rectitudinis,& obliquitatis moralis,ideo non est moralis dicendus,sed indeliberatus. Nõ in quã valet hæc solutio, qui falso dicitur illum modum operandi esse rariſſimum,& casualem, est enim frequentiſſimus,præsertim in ignorantibus,vel raro attendentibus legem Dei; non enim communiter reflectũtur in suam rationem aduertentes, actum esse illi cõformem, aut difformem, & licet modus ille operandi esset rariſſimus, tamen actus esset moralis,quia si sæpe repeteretur, morẽ proprie dictum constitueret: item ille actus reuera esset bonus moraliter, quia non esset malus moraliter,nec datur medium inter actum liberum bonum,& malum moraliter: ergo esset vere moralis.Deniq.omnis actus vere deliberatus, est moralis: ille esset vere deliberatus,quamuis per rationes attendẽtes dumtaxat bonum naturæ intrinsecũ, aut extrinsecum:ergo moralis.

Resp. fundam. 3. opinio.

Ad fund. 3. opin.cum sua conf.R.falsam, & singularẽ esse illam sententiam,quæ pueris,& amentibus, alijsq. huiusmodi libertatem tribuit. Vnde non opus esse ex ea aliquam conditionem morali actui essentialẽ fingere præter libertatem.

6. *Eligitur 1.opinio.*

Ex quibus patet,eligendam esse 1. opin. quæ in sola libertate actus moralitatem eius constituit,cum qua posset conciliari.4.asserendo,dupliciter actum moralem vere, & proprie dici.1.a libertate.2. ab aliqua communi affectione actus liberi, abstrahente directe, & essentialiter a bonitate, & malitia morali,quod facilius intelligeretur, si malitia moralis in aliquo positiuo consisteret, a duobus enim positiuis facile est abstrahere aliquam rationem essentialem communem vt a similitudine, & dissimilitudine relatio fundata in qualitate.Si autem malitia moralis,vt opinamur,in priuatione consistit, difficilior res est, quia nihil videtur abstrahi posse cõmune soli habitui,& priuationi, vt morti,& vitæ,tenebris,& luci,&c. Sed adhuc potest dici, abstrahi posse quid commune soli habitui,& priuationi,siue illud sit innominatum quid,siue dicatur regulatum a ratione, siue aliqualiter se habens ad rationem,vt ad regulam. Sicut ratio entis abstracta est ab omni ente reali,& rationis positiuo,& priuatiuo:aut saltem datur conceptus disiunctus communis bonitati,& malitiæ morali,scilicet conformitas,vel difformitas ad rationẽ, & hunc conceptum disiunctum significat actus

tus moralis; sicut quidam dicunt, ens commune Deo,& creaturis;substantiæ,& accidẽti,vel saltem enti reali, & rationis significare conceptum obiectiuũ disiunctum. Et sumendo morale hoc modo,diuisio actus moralis in bonum,& malum moraliter, est analogi in analogata: sumendo autem morale, pro vt dicit solam libertatem,diuisio est subiecti in accidentia, quia actus moralis idem manens,etiam in sua moralitate, & libertate,transire potest de bono in malum moraliter,& ècontra, vt in sequent. constabit: & licet non admitteretur, in omni actu morali transitus iste,adhuc bonitas,& malitia moralis esset extra essentiam actus moralis, vt sit, sicut relatio ad Deum licet non possit non inesse creaturæ, tamen extra essentiam illius est.

7. *Soluitur. fundamentum. 4.opinio*

Ex quibus patet ad fundamentum. 4. opinionis,& eius confirmationem quatenus. 1.opinioni aduersari possent; Ad rationem autem,qua Zumel probabat.4. opin. facile. R.moralitatem.2.modo acceptam consistere in habitudine ad rationem, vt ad regulã, & recte ait,esse certum in omni opin. talem moralitatem non consistere in sola libertate, & a nemine nisi stulto negari posse. Tamensapientes alium moralitatis modum in sola libertate actus merito constituunt, quẽ modum negant pueris, & amentibus, quia negant eis omnem libertatem:neq.agere libere pertinet ad genus naturæ, vt condistinctum generi moris,sed vt naturale diuiditur contra supernatule, eo quod absq. supernaturali auxilio libere operari possumus, nec ens morale hoc modo dictum diuiditur quasi per differentias essentiales in bonum, & malum, sed quasi per differentias accidentales, vt corpus album diuiditur per musicum, & non musicum, morale autem alio modo diuiditur per bonum, & malum moraliter,'vt per differentias essentiales, quod communiter docetur.q.19.ar.1. Quod vero Zumel.1.2.loco citato,concl.3.subiungit, esse morale ad naturale addere aliquid intrinsecum actui,sect.seq.cõfutabo.Patet etiam, non loqui consequenter Durandum;nã post quam.2.d.38.q.1.n.5.Recte docuerat,moralitatem in libertate consistere,addit n.6.esse morale nihil addere ad nãle : tñ diuersum esse iudiciũ de actu in esse naturæ}, & in esse moris;nã actus tẽperãtię & intẽperãtiæ sunt eiusdem rationis,& speciei inesse naturę,sed inesse moris sunt oppositi. Certe enim loquendo de moralitate, quæ in libertate consistit, actus temperantiæ, & intemperantiæ eiusdem rationis sunt;quia eodẽ modo sunt liberi,secus inesse moris, quod dicit habitudinem ad rationem, vt ad regulam. Deinde quod ait, esse morale ad esse naturale nihil addere,intelligi debet de intrinseco;nã quo modocumq.sumatur morale,aliquid extrinsecum addit ad naturale: actus enim liber ad non liberum addit indifferentiam voluntatis ad vtrumlibet, quæ est intrinseca volũtati,vel homini,sed extrinseca actui. Similiter actus respiciens rationem,vt regulam,dicit aliquamdispositionem intellectus extrinsecam actui,sed intrinsecam rationi,vel homini,qua dispositione constituitur actus moralis secundum acceptionem supra positã. Patet etiam ex dictis,non satis quẽdam explicuisse,in quo consistat esse morale in cõmuni:dixit enim, actum elicitum volũtatis, vt procedit a voluntate,esse naturalem,vt vero procedit a ratione dirigente esse moralem; actum vero elicitum ab intellectu, vel alia potentia esse naturalem,vt est ab ea elicitus,moralem autem, vt est a volũtate mouente,quoad exercitium.Hoc autem nisi aliquid addatur,non sufficit ad explicandum esse morale: siquidem naturalis actus elicitus voluntatis etiam a ratione dirigitur . Et actus naturalis elicitus a ratione,vel alia potentia potest esse a voluntate mouente,quo ad exercitium.

8. *Obiectio.*

Sed contra dicta insurges.Nam actus moralis est,qui fit more humano, idest,proprio hominis,modus autem libere operandi non est proprius hominis,quia est communis illi cum Deo,& Angelis. R. actum moralem dici,qui fit more humano, & proprio hominis inter omnia, quæ sub aspectum cadunt, licet non fiat more proprio hominis inter omnia simpliciter, & ideo liberæ actiones Dei, & Angelorum, quia more humano, & sic propriohominis,fiũt,vere & proprie morales sunt,licet minus stricte,quam actiones liberæ hominum.Instabis quia actio humana,& moralis eadem est,vt ex D.Tho.in varijs locis diximus:sed actiones Dei,& Angelorum non sunt humanæ:ergo nec morales. R.ad actionem moralem non requiri, vt sit simpliciter,& in toto rigore humana,sed satis est,vt sit humana,idest,facta modo proprio hominis inter cuncta visibilia, quo sensu actiones liberę Dei,& Angelorum humanæ sunt,ideo vere, & proprie sunt morales. Dices,liber actus Dei nõ est conformis,nec defformis legi. Quia Deo nulla lex imposita est:ergo liber actus Dei nõ est bonus,nec malus moraliter: ergo nec moralis. Confir. quia quidem actus liber Dei non est præceptus,nec prohibitus: ergo nec consonus, nec dissonus legi:ergo nec bonus,nec malus moraliter,ac proinde nec moralis, idemq. arg. fit in homine, & Angelo. Ad obiect. R. ad rationem actus moralis satis est, esse consonum

Solutio. *Replica.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

num,vel dissonum legi,vel rationi,seu intellectui operantis, & ideo, licet Deo nulla sit lex ab eo distincta, nec a superiore imposita,tamẽ forte,vt tract.de legib.dicam,ei inest lex imposita ab ipsa eius natura, vel ab intellectu,qui est potentia,secundum nostrũ modum concipiendi,superior voluntate,nõ tamen ipsa,vel eius lex est distincta realiter a voluntate Dei,vel eius actu:homo autem licet non existeret Deus in mundo,haberet internam legem realiter distinctam a propria voluntate, & actu ipsius. Ad conf. R.in indiuiduo omnis actus liber est consonus legi prohibenti malum fieri,vel contra illam; cum in indiuiduo omnis sit bonus, vel malus moraliter,vt inferius videbimus.

Ad conf.

Sectio.2.An esse morale sit aliquid reale,vel rationis absolutum l. relatiuum superadditum substantiæ actus.

9. PRIMA opinio esse posset, vt moralitas actus sit ipsa essentia, vel substantia physica actus.Sed generaliter loquendo hæc opinio defendi nõ potest, quia constat,actus externos,& multos inter nos eosdem specie physica, & naturali; imo eosdem numero manẽtes, posse transire ab vna moralitate in aliam, scilicet a bonitate in malitiam,& econtra,& a moralitate in carentiam moralitatis, & econtra, vt si actus, qui cæpit cum libertate,& deliberatione,sine illis cõtinuetur,vel econuerso;imo in progressu constabit,nullum esse actum imperatum,aut elicitum voluntatis, qui has mutationes,manente eadem specifica,& numerica entitate,subire non possit, homine consequente,vel amittente transeunter, aut permanenter vsum rationis,aut similes patiente in intellectu mutationes : ergo nullus actus est essentialiter,aut intrinsece moralis,licet omnis actus voluntatis sit intrinsece susceptiuus moralitatis. 2.Opinio esse potest, moralitatem addere ad substantiam actus modum absolutum intrinsece inhærentem actui.Suadetur. 1. quia vitalitas est quidam modus absolutus intrinsece inhærens actui; ergo,& moralitas, quæ est species quædam vitalitatis.2.quia moralitas ex superiori sectio.idem est,quod libertas, libertas autem est modus absolutus intrinsecus, atq. inhærens ipsi actui;est enim perfectio quædã intrinsece illum denominans;ergo.

1.opinio. reijcitur.

2.opinio.

1.arg.

2.arg.

Reijcitur

Sed neq. ista opinio defendi potest; nullus siquidem absolutus,& accidentarius modus in actu fingi valet præter intensionem, aut extensionem:atqui moralitas neq.intẽsio,nec extẽsio est,quia sicut potest tota substantia actus moralis reperiri sine moralitate,ita tota intensio,& extensio, nam in obiecta numero,& quantitate eadem potest idẽ actus cum eadem intensione nunc libere, & deliberate;nunc sine libertate,& deliberatione tendere;& similiter idem actus cum eadem intensione,& extensione fieri de bono malus,&econtra;moralitas ergo in intẽsione aut extensione actus minime consistit, nec est aliquid reale absolutum actui super additũ,quo sensu Sayr.li.2.c.4.n.1.ait, *Esse morale nihil reale addere super naturalem actuum entitatem.* Ad.1.& 2.arg.in oppositum.R. vitalitatem,& libertatem nullum modum realem absolutum addere ad substantiam actus,vt statim videmus.

10. 3.Opinio est, moralitatem supra substantiam actus addere respectum realem depẽdentiæ a volũtate,vt a causa, quæ sub his circunstantijs constituta, libera est, & indifferens ad vtrumlibet,sicut vitalitas ad substantiam actus, qui vitalis dicitur, addit respectum dependentiæ,a potentia in qua est,vt a causa efficiente. Hæc opinio vera est,sed explicanda.nam,vt diximus sect.præced. moralitas actus nomen analogum est,& significat præcipue actum, qui more proprio hominis fit,nempe libere, & ita significat modum operandi libere, non secundum vltimã rationem,scilicet,vt est modus operandi libere,sed vt est modus operãdi proprius homini inter cuncta visibilia,& sensibilia;& cõnotat,eo modo frequenter, & communiter homines operari:in eo autem operandi modo non solum includitur relatio dependentiæ a causa efficiente;sed aliquid aliud: nam eadem relatio dependentiæ est a voluntate, siue ipsa operetur libere,siue necessario,igitur in libertate, quæ includitur in moralitate,non solum continetur relatio dependentiæ a voluntate,sed connotatur, voluntatem sub tali dispositione esse, vt possit actum elicere, & non elicere . Deinde ad libertatem in moralitate inclusam non est necessaria relatio dependentiæ formaliter sumpta, sed satis est dependentia fundamentalis. Si enim fingamus Deum suspendere concursum suũ, vt relatio dependentiæ ex actu a voluntate producto non resultet,adhuc ille dicetur liber & moralis,si taliter a voluntate producatur,vt ab ipsa potuerit non produci. Formalis ergo dependentia a voluntate potente agere,& non agere,non est de essentia libertatis,nec moralitatis actus,sed dependẽtia abstrahendo a formali,& fundamentali, seu disiunctum ex vtraq.dependentia.Sic de ratione dominij non est relatio realis,aut rationis ad seruum, sed disiunctum ex relatio

3.opinio. Auctoris.

Hẽ

ne huiusmodi, & relatione formali, vel fundamentali seruitutis; & dextera columna dicitur a relatione in se, vel in homine existente. Vnde D.Tho.q.7.2.2.ad.1. *In ijs, quæ ad aliquid dicuntur, denominatur aliquid non solum ab eo, quod ineſt, ſed etiam ab eo quod extrinſecus adiacet, vt patet in dextro, & ſiniſtro; æquali, & inæquali, & ſimilibus*, Similia dicit. 1.d. 40.q.1.a.1.ad.2.

II *Quæſtio.* Quoniam vero moralitas actus secundario, & minus principaliter significat aliquid essentialiter commune bonitati, & malitiæ morali, quod necessario consequitur ad actū liberum in opinione D.Tho. & aliorum asserentium, nullum dari actum liberum, seu humanum, & moralem modo prius expositio, qui non sit bonus, vel malus moraliter; ideo explicare oportet, quid nam sit commune illud, quod nomine moralitatis secundario significatur. *Decisio quorundā* Quidam dicunt, id commune esse respectum ad rationem, vt regulam humani actus, qui respectus abstrahit a conformitate, & difformitate ad rationem; quemadmodum relatio fundata in qualitate abstrahit a similitudine, & dissimilitudine, & potest respectus ille in communi sumptus regulatio dici, quia non est aliud nomen magis accommodatum ad hunc respectum cōmunem explicandum. *Reijcitur ab alijs.* Alij hunc dicēdi modum reijciunt. 1. quia supponit bonitatē moralem consistere in respectu conformitatis ad rationem, quod valde dubium est, & magna indiget explicatione. 2. Quia supponit malitiam moralem in respectu difformitatis ad rationem consistere, cum tamē in priuatione consistat, vt videbimus, quod si ita est, falsum quoq. videtur quod ille modus dicendi supponit, a bonitate, & malitia posse abstrahi aliquem conceptum communē relationum; nam a priuatione & habitu non potest abstrahi conceptus communis, præsertim relatiuus, tametsi habitus relatiuus sit. 3. quia respectus ad rectam rationem, vt regulam potest intelligi dupliciter. 1. vt ratio ipsa habeat veram rationem legis, respectu voluntatis, & hoc esse non potest: quia homo nō potest obligare se per legem suā, cum non sit superior seipso, sed dūtaxat per votum, & promissionem factam animo se obligandi. 2. vt ratio sit applicans legem superioris, vel iudicans de ipsis obiectis secundum eorum naturas, vt quod mentiri sit malum, & discoueniens naturæ rationali, vt sic, etiam si a nullo superiore sit prohibitum. Si loquamur de respectu ad rationem, vt proponentem præceptum superioris, nō potest in eo respectu moralitas cōsistere. 1. quia ratio diuina nō potest proponere Deo legem superioris, tū actus per illā directus, est moraliter bonus bonitate iustitiæ, misericordię &c. 2. quia recte intelligi pōt esse morale si ne respectu ad legem, quia hæc conditionalis vera est, *Si homo nō haberet ſuperiorem, vel ab eo non gubernaretur per legem, nihilominus iudicando dare elemoſynam per ſe eſſe conueniēs humanæ naturæ, & homicidium eſſe diſconueniens*, Operando quæ iuxta *hæc dictamina, recta eſſet hominis operatio*; operando vero contra *illa, eſſet prava*; ergo moralitas operationis humanæ non est sumenda per se. 1. ex respectu ad legem. 3. etiam nunc posita lege non ideo actus est moralis, quia regulatus per legē; sed econtra, quia homo est morale agens, & non habet voluntatem, quæ a bono declinare non possit, indiget lege superioris inclinantis illum ad bonum, & auertentis a malo; ergo regulatio per legem nō cōstituit, sed supponit moralitatem, & ideo nullus actus necessarius potest vere, ac proprie per legem regulari, quia non est moralis, sed naturalis: de naturalibus autem non dantur præcepta. 4. quia regulatio nihil addit actui præter denominationem extrinsecam sumptam a lege; in hac autem denominatione non potest moralitas consistere: tū quia hæc nihil ponit in actu, esse autem morale est aliquo modo intrinsecum actui; tum quia quod actus ita sit regulatus, non prouenit ex potestate hominis, sed Dei, & superioris: esse autem morale debet esse in actu humano ex potestate hominis, ideo enim per hoc esse morale meremur laudem, vel vituperium. 5. quia si in hoc respectu moralitas consisteret, conueniret æqualiter actibus internis, & externis contra communem consensum. Prob. sequela: nam lex æque regulat actus externos, & internos, imo interdū nō præcipit nec prohibet internos nisi propter externos, vt patet de lege non furandi, &c. Si vero ratio solum consideretur, vt iudicans, quid sit humanæ naturæ consentaneū, vel non, ad hunc triplex respectus ad illā considerari potest. 1. est ex parte ipsius obiecti, in quod tendit voluntas; quia est consonum rationi; vel a quo auertitur, quia dissonum rationi. 2. est volitionis ad tale obiectum. 3. est volitionis ad rationem cui conformatur, vel dissonat: in 1. respectu non cōsistit moralitas, quia ille potest sine omni actu morali esse, vt si intellectus iudicet eleemosynam hic, & nunc, esse faciendam, & voluntas non moueatur. 12.

De. 2. vero respectu prob. 1. quia est de substantia actus in esse physico, & naturali: moralitas autem est extra substantiam actus. 2. qui in amore beatifico est respectus ad obiectum consonum rationi, tamē non est moralitas. De. 3. respectu probatur. 1. quia etiam

etiam inuenitur in dilectione beatifica ad visionem beatificam, dilectio autem beatifica non est actus moralis. 2.quia hic respectus supponit actum productum a voluntate,& ratione, vt respectus similitudinis supponit fundamentum & terminum: sed eo ipso quod actus sit productus, intelligitur in eo moralitas, nam eo ipso quod actus fiat, dignus est laude,vel vituperio, non expecto illo respectu,qui per accidēs,& præter intentionem consequitur:ergo. 3.quia hic respectus est rationis. moralitas autem nō est rationis.Nec potest dici,esse quidem respectum, non tamen conformitatis ad rationē, sed emanationis,a volūtate,& ratione: quia hic respectus inuenitur etiam in actu necessario,qui tamen moralis non est:ergo aliud oportet addere. Hæc illi, qui,vt rem explicent.

13. Decisio et opinio aliorum.

Dicunt.1.moralitatem esse emanationē, & dependentiam a ratione aduertente, & voluntate libera. Probant.1.quia suppositis ijs, quæ exclusa sunt, nihil aliud excogitari potest.2.quia posito solo illo modo operandi in voluntate, ponitur moralitas, & sublato,aufertur; ergo in illo consistit essentialiter moralitas. 3. quia ex illo modo consequuntur proprietates moralitatis,vt dignitas laudis, vel vituperij, meritum, vel demeritum: ergo in illo modo sita est moralitas,proprietates enim manifestant essentiā. 2.Dicunt,hunc modum non esse aliquid omnino physice,& intrinsece inhærēs actui morali, sed in actu externo esse denominationem extrinsecam sumptam ab actu elicito voluntatis,in actuvero elicito esse emanationem a voluntate potente operari, & non operari,& a ratione aduertente, in quo includitur denominatio intrinseca, nempe emanatio a voluntate, & denominatio extrinseca, nempe, voluntatem tunc posse operari, & non operari.1,pars patet, quia moralitas non est modus absolutus, vt contra. 2. opinionem ostensum est,neque relatio realis,vt in 3.opinione dictum est:ergo non est omnino aliquid intrinsece,& physice inhærens actui.2.autem pars sumitur ex D.Tho.art.5. vbi hac ratione docet,non esse aliam moralitatem in actu externo,quam in interno: & q.20.art.3.& 4.actum externum per se non augere bonitatem,vel malitiam actus interni.Et ratio est,quia actus exterior,si sit a voluntate libera,& ratione aduertente,est moralis,& aliter:non ergo signum est, totā moralitatem eius consistere in denominatione a voluntate sic operante.Præterea,actus exterior habet totam suam substantiam a potentia executiua: sed illa non dat moralitatem:ergo ea sumitur a voluntate sic operante.3.vero pars insinuatur a Dur.2. distin.38. quæst.1.num.5.& 6.& probatur, quia de ratione actus moralis eliciti est esse immediate productum a voluntate,& quod illa sit libera, & sub perfecta aduertentia rationis: quorum.1.est intrinsecum actui.2.vero non, sed est libertas voluntatis, & directio rationis, a qua actus extrinseca denominatione dicitur elicitus cum plena aduertentia rationis, sed intrinsece nihil plus habet, quam si eliceretur absque tali aduertentia. Vt cum quis vult pingere monstrum, & ex directione artis illud pingit, actio est artificiosa. Si vero volens pingere hominem,pingat monstrum, actio est inartificiosa, licet intrinsece nihil minus habeat, quam artificiosa,sic ergo moralitas præter emanationem, quæ est intrinseca denominatio,dicit denominationem extrinsecam a ratione aduertente, & a voluntate libera potente operari, & nō operari, a qua voluntate ipse actus extrinsece denominatur liber: dari autem multas denominationes extrinsecas,patet:nam denominatione extrinseca Deus dicitur visus, & dilectus,&c.Patet etiam ex D.Tho.quæst. 7.art.2.ad.1.& 1.part.quæst.37.artic.2.& 1. dist.32.quæst.2.art.1.& dist.40. quæst.1. ad. 2.Sed Cumel.1.2.quæst.71.art.6.disp.1.concl.3.tenet,libertatem esse intrinsecam actui. Et probat. 1. quia libertas est modus quidam vitalitatis;sed vitalitas est intrinseca actui:ergo,& libertas.2.Quia voluntas intrinseca denominatione dicitur libere agere,& non nisi ratione actus: ergo in ipso actu intrinsece est libertas.3.Alias non magis intrinseca esset libertas actui voluntatis,quā creationi, & alijs actionibus Dei ad extra. 4. a. Alias nec bonitas,nec malitia moralis esset intrinseca actui elicito voluntatis, quia ad has requiritur libertas, quæ per te est extrinseca actui: consequens est falsum : ergo.

Libertas in actu est denominatio extrinseca.

Sed istæ rationes facile diluuntur. Ad. 1. dicitur,actum dupliciter posse appellari,vitalem.1.quia ex natura sua postulat produci a subiecto,cui inest, & ista vitalitas est eius essentia.2.quia reuera sic producitur, & hæc vitalitas est intrinsecum accidens ipsius actus, & supra hanc addit actus liber indifferentiam quæ est extrinseca ipsi actui. Ad.2.R.nec libertatem voluntatis esse omnino ei intrinsecam,quia ex varia dispositione intellectus sine aliqua reali mutatione voluntatis,nunc ipsa agit libere, nunc necessario; quoniam accedente deliberatione rationis,quæ agebat necessario,agit libere; recedente vero deliberatione, quæ agebat libere,agit necessario.Ad.3.R.libertatem esse minus extrinsecam actui elicito voluntatis;

tis,quam creationi,& alijs actionibus externis:quia his non est coniuncta in eadem natura,nec in eodem supposito,secus actui elicito.Ad 4.R. primo,consequentiam esse nullam: quia bene potest aliquid extrinsecum requiri ad aliquid intrinsecum, vt generatio actiua, quæ est in passo, est requisita ad paternitatem,quæ est in agente.R.2.bonitatem,& malitiam moralem non solum esse extrinsecam actibus externis ex D.Thom. q.20.ar.3.ad.3.sed magna ex parte actibus internis voluntatis,vt magis in hac sectio.& tract.constabit; in actu autem externo, nec est libertas noua, nec intrinseca, nec noua aut intrinseca habitudo ad obiectum, vt obiectum est;ideo nec noua bonitas,aut malitia moralis,præsertim si loquamur de nouitate morali; nam cum id, quod additur ad actum externum,non sit noua habitudo ad obiectum, vt honestum est, nec noua libertas,non est nouæ æstimationis moralis;& esto sit noua moralitas physice loquendo; non tamen moraliter loquendo. Itaque contra præcedentem discursum rationes Çumelis vim non habent, in eo tamen aliqua continentur, quæ minime placent. 1. in moralitate præter libertatem includi plenam aduertentiam rationis, & hanc debere esse ad obiectum, vt honestum, vel turpe; & alioqui actum non fore moralem: quod tamen reiectum est sectione præcedenti.2.est moralitatem actus externi nihil in voluere intrinsecum actui externo, sed totam consistere in extrinseca denominatione sumpta ab actu elicito voluntatis; nam de ratione actus externi, vt est moralis, est mediate procedere a voluntate, scilicet interuentu actus eliciti, vel etiam potentiæ executiuæ; quam quidam putant distingui a potentia cognoscente,& appetente;alij non; sic autem a voluntate procedere quid intrinsecum est, sicut filium mediate procedere ab auo interuentu parentis,denominatio intrinseca est. Vnde non sequitur, aliam esse bonitatem & malitiam actus externi & interni; quia moralitas nō est bonitas,aut malitia,sed ejus fundamentum; nec variat, aut addit bonitatem & malitiam ratione emanationis,quæ est intrinseca actus externi;sed ratione nouæ libertatis,& indifferentiæ quæ est aliquid extrinsecum ipsi actui.

14. *Censura autoris circa præcedentem opinionē.*

Tertium est non distinguere acceptiones moralitatis. Nam, vt diximus, moralitas aliquando sumitur pro libertate;aliquando pro aliquo essentialiter communi ad bonitatem, & malitiam moralem, consequente actum moralem, idest liberum, & prima moralitas consistit in emanatione a voluntate, vt libera, ac proinde in relatione formali, vel fundamentali dependentiæ a voluntate libera. Secunda autem in respectu formali vel aptitudinali actus ad rationem, vt regula est actionum nostrarum, siue tatio regulet actus, vt vera lex, siue vt applicans legem, siue alio modo, de quo differemus disput. 3.sectio. 1. & tract. de peccat. & de legib. Neque dicimus, actum esse moralem, quia est regulatus per legem, aut rationem, sed quia est contra, vel iuxta legem, aut rationem, quæ solum regulat communiter actus morales, primo modo dictos, idest, actus liberos, nam regulat actus voluntatis, qui communiter sunt liberi; interdum autem regulat actum necessario eliciendum, vt visio beatifica regulat amorem beatificum, qui necessario eliciendus est a voluntate beati. Itaque moralitas secundo modo dicta, idest, sumpta pro aliquo essentialiter communi ad bonitatem, & malitiam moralem suppo nit rationem, vt regulam; imo moralitas, primo modo dicta, idest, libertas actus eliciendi,semper supponit regulam rationis.

Porro iam diximus,esto bonitas moralis consistat in positiuo, & malitia in priuatione, abstrahi posse vnum conceptum vtrique communem, siue præcisum, siue disiunctum, qui nomine actus moralis in communi significetur. Et quidem Çumel quæst.71.art.6.disput.1.post.3.concl.aperte docet, talem conceptum esse præcisum, & innuit clare esse vniuocum; imo, & genericum: quod falsum est, si malitia in priuatione, & bonitas in positiuo consistit, quia a priuatiuo, & positiuo nihil essentiale vniuocum abstrahi potest; secus accidentale, vel analogum.

Sed obijcit, quia procedere a voluntate, vt subordinata racioni tanquam regulæ dirigenti, eodem modo dicitur de actu bono, & malo; sed in hoc consistit moralitas:ergo eadem ratione competit actui bono & malo esse moralem. *Obiectio.*

R.neg. min. quia procedere a voluntate non est eiusdem rationis in positiuo, & priuatione; siquidem in vno est ens reale, in alio ens rationis, quibus nihil est commune essentiale vniuocum. Male etiam Çumel Durandum impugnat,quia. 2.dist.38.quæstio. 1. numer. 6. dixerit, esse morale nihil reale addere actui in esse naturæ. Nam Durand. de reali intrinseco loquitur, de hoc autem verissimum est, licet oppositum doceat ibi Çumel; primo quia moralitas actus consistit in habitudine ad obiectum: hæc autem habitudo est intrinseca actui. *Solutio.*

2.Quia

2. Quia nihil denominatur extrinsece ab aliquo, quin illud denominet aliud intrinsece, sed moralitas non denominat aliud intrinsece: ergo. Quę rationes facile diluuntur, 1. quia moralitas actꝰ nõ cõsistit in sola habitudine actus ad obiectum secundum se, sed ad circunstantias & ad prohibitionem vel non prohibitionem, cognitionem vel ignorantiã qualitatis obiect, & talis habitudo non est intrinseca actui, sed est extrinseca illi, nempe obiectum esse prohibitum vel nõ prohibitum, habere tales vel tales circunstantias, cognosci sic vel sic, &c. item de ratione actus moralis, vt sit, est libertas, quæ ad substantiam actus nihil intrinsecum addit: nam idem actus cum eadem relatione dependentiæ potest elici à voluntate, nunc libere, nunc necessario. 2. vero ratio diluitur, quia illa omnia, à quibus actus moralis extrinsece denominatur, denominant intrinsece ea, in quibus sunt, videlicet voluntatem, hominem vel obiectum vel quid aliud, non tamen denominant ea, moralia, eodem modo, quo actum, sed alio modo minus proprie dicto, sicut visio denominat parietem visum, oculum vero videntem, sic ego illa indifferentia intrinseca voluntati denominat ipsam, moralem, intrinsece, vt causam; actum vero extrinsece, & sic de aliis.

Sectio. 3. Quomodo alia à moralibus actibus, moralia, dicantur.

15 AD quinque capita reuocare possumus omnia, quæ præter actus humanos per quandam analogiam ad illos moralia dicuntur. Huiusmodi sunt causæ, effectus, accidentia, circunstantiæ, obiecta actuum moralium, & denique habitus, & actus, & quę circa actus morales, & eorum obiecta versantur; & de singulis breuiter est dicendum.

1. Ergo causa moralis dicitur, quæ agit eo modo, quo necesse est agere, vt actus eius moralis dicatur, sic voluntas nostra, quando agit libere, dicitur moralis causa actus, licet physica quoque sit, similiter Deus ad extra moraliter agere dicitur, quia libere, licet physice quoque agat, quia influit per se in effectum: causa autem pure moralis dicitur quæ non influit perse in effectum, sed applicando more hominum causam physicam consilio, præcepto, aut precibus; & propterea imputaretur illi effectus instar actus humani ad meritum vel demeritum, laudem vel vituperium. Si autem inducat effectum, vt conditio constituta à causa morali principali, & quodam modo illam moueat, aut excitet ex vi pacti, aut voluntatis præcedentis ad conferendum effectum, erit causa moralis instrumentalis, vt sacramenta, & humanitas Christi sunt causæ morales gratiæ, siue simul sint physica, siue non, quod probabilius existimo; vt Molina Vazquez, Canus, & Martinus Ledesma, & alij tenuerunt, etiam secundum mentem D. Thomæ. Sic etiam ignis inferni, & purgatorij dicitur moraliter detinere, & cruciare animas. De quibus rebus alio loco dicemus.

Sacramenta & humanitas Christi non sunt physicæ causæ gratiæ, sed morales similiter ignis inferni moraliter tantũ cruciat spiritus.

2. Effectus actus moralis dicitur moralis ex modo emanationis propriæ, quando non procedit physice ab actu, eoquod actus per se non influit, seu inducit causam physicam per se influentem, sic præmium est moralis effectus meriti, licet in se respectu conferentis præmium sæpe sit effectus physicus, & tunc res dicitur denominatiue & accidentaliter non intrinsece, & essentialiter moralis. Quidam tamen effectus sunt totaliter & essentialiter morales, quia consistunt in respectibus rationis vel denominationibus extrinsecis sumptis ab actibus moralibus, vt obligationes ortæ ex voto vel simplici promissione vel contractu matrimonij, sponsalium, aut similibus, & dominium, quod voluntate vnius confertur alteri vel in alterum confertur; valor rei ortus ex lege taxante pretium vel ex vsu hominum: ens item essentialiter morale est valor infinitus operum Christi, dignitas pœnæ, & præmij, laudis, & vituperij, vis chirographi, quo quis compelli potest ad solutionem. Et sicut entia hæc moralia ex actibus humanis procedunt; ita per eosdem destruuntur, vt obligatio orta ex promissione, tollitur per alterius remissionem, obligatio voti, per dispensationem, irritationem, & commutationem.

3. Circunstantiæ actuum moralium morales dicuntur, & interdum sunt entia physica, vt intensio, & extensio, & solum dicuntur moralia ex modo, quo fiunt vel quia terminant, aut terminare possunt, instar obiectorum, habitudinem actus moralis. Interdum vero hæ circunstantię, seu accidentia sunt in toto suo esse moralia, vt quod res sit propria vel aliena, quod agens vel patiens sit indignitate ecclesiastica vel sæculari constitutus, &c. Et hæ circunstantiæ semper sunt effectus alterius actus moralis, licet sint circunstantię huius.

4. Obiecta dicuntur moralia, quia sunt obiecta actuum moralium, & ad eorum moralem bonitatem vel malitiam conducunt ingenere causæ formalis extrinsecæ, vel finalis, vel efficientis, & materialis, nam obiectum est materia, circa quam actus versatur. Vnde D. Thom. q. 19. ar. 1. ad 3. ait, bonum quod per rationem repræsatur voluntati, vt obiectum, in quãtum cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris, & causat bonitatem moralem in actu voluntatis.

5. Quia actus, & habitus sumunt nomina ab obiectis, actus & habitus morales dicuntur, qui habent entia moralia pro obiectis. Sic dicitur moralis philosophia, quæ de moribus tractat, vt patet ex Cicerone lib. de fato. & Aug. 8 ciuit. c. 4. & 8. Hinc etiam dicuntur morales virtutes quę mores hominũ respiciunt, vt docet Durand. 2. d. 38. q. 1. n. 5 quæ etiam morales dicuntur, quia moribus hominum generantur, eosdemque efficiunt, licet D. Tho. q. 58. ar. 1 & q. 1. de virtutib. ar. 10 ad 1. & 3. d. 33. q. 1. ar. 4. q. 2. dicat, illam de nominationem moralis virtutis magis esse à more, vt significat inclinationem naturæ, quam vt significat consuetudinem. Obiciunt aliqui quia omnes virtutes quasi naturaliter inclinant; ergo si morales dicuntur à naturali inclinatione, omnes virtutes dicuntur morales, quod est falsum: ergo morales dicuntur aliquæ à more, idest consuetude tanquam a causa, quod satis significauit Aristo. 2. etn. c. 1 dicens, *virtus moralis ex more fit, vnde & nomen accepit*, & clarius idem docuit in verbis sectio 1. citatis ex 1. mag. moral. cap. 7. vel morales dicuntur à more, seu consuetudine tãquam ab effectu vel obiecto seu materia circa quam, sic prudẽtia, iustitia, temperantia, & fortitudo infusæ, morales virtutes dicuntur; Theologicę vero presertim existentes in voluntate, morales dici possunt, quia morales actus efficiunt, & vt obiecta secundaria respiciunt, fides enim dirigit & considerat quosdam humanos actus, spes illos appetit ad consequendam beatitudinem, charitas ad promouendam gloriã Dei, &c. Stricte autem solæ virtutes acquisitæ, quarum obiecta sunt mores hominum, morales dicuntur, vt ait Valen. disp. 2. q. 13. puncto. 1.

17 Obiect.

Ens autem morale in tota sua latitudine est, quod ad mores pertinet, & hæc ratio non est generica, sed analoga & primario cõpetens actioni morali, vt docet Valen. quãuis ratio actus moralis, *id est* liberi vniuoce conueniat omnibus actibus moralibus, & ratio bonitatis, & malitiæ moralis, omnibus suis inferioribus, vt ratio substantiæ analogice dicitur de creata, & diuina, sed ratio substantiæ creatæ vniuoce dicitur de homine, & Leone, &c.

Disputatio. 2. de bonitate morali actus interni voluntatis.

DIuus Thomas, prius disputat de bonitate & malitia actus humani seu moralis in communi, abstrahendo ab interno, & externo, deinde de bonitate & malitia actus interni, deinde vero de bonitate & malitia actus externi, tamen quia actus internus in bonitate, & malitia solum analogice conueniunt, & in paucissimis, ideo D. Thom. in hac q. 18. inquirens de bonitate & malitia humani actus in communi, multa dicit, quæ soli actui interno proprie conueniunt, vt sumere bonitatem vel malitiam ex obiecto; externi enim, vt occisio hominis, combustio domus & similes, proprie obiectum non habẽt; sed materiam circa quam et terminum productum vt attigit Anto. Perez lect. 1. examin. num. 1. & 23. & quia explicata bonitate, & malitia actus interni & externi, nullo negocio intelligetur bonitas & malitia actus humani in cõmuni, ideo placuit, non inquirere de actu humano in communi, sed prius de actu interno, & deinde de externo. Similiter bonitas & malitia actus humani interni, cum habeant se sicut habitus, et priuatio, & hic fere nihil habeant commune; & priuatio per habitum cognoscatur, ideo operæ pretium duximus, prius de bonitate actus interni, postea de malitia disputare, postea de indifferentia, quę est medium quoddam inter bonitatem & malitiam. Neq acturi de bonitate formali actus interni, agemus prius de obiectiua seu de bonitate, quæ in obiecto est, ne multa repetere cogamur, si quidem bonitatem formalem explicando necesse erit obiectiuam, vnde formalis sumitur, explanare. 1

Sectio. 1. Vtrum aliquis actus voluntatis sit simpliciter, & absolute bonus moraliter.

IOANNI Hus relatus in Concil. Constan. s. 15. errore 16. ait, *quod nulla sint opera indifferentia, sed hæc sit diuisio immediata humanorum operum, quod sint vel virtuosa vel vitiosa, nam si homo est vitiosus, & agat quicquam tunc agit vitiose, & si est virtuosus & agat quicquam, tunc agit* 2 Quid senserint hæretici.

agit virtuose: quia sicut peccatum inficit vniuersaliter omnes actus hominis vitiosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi. Lutherus etiam ar. 36. relato in bulla Leonis 10. & Caluinus 2. instit. c. 3. kemnitius in exa mine Concil. Trid. sess. 6. ar. 7. & alij huius temporis sectarij senserunt, omnia opera infi delium, & peccatorum antecedentia iustifica tionem, esse mala & peccata mortalia. Imo omnia opera iusti ex natura sua esse peccata mortalia, licet ex misericordia Dei propter Christum iustis non imputentur. Quod late ex illis ostendit Bellarm. lib. 4. de iustifi. c. 1. & 10. & Valen. 1. 2. disp. 8. q. 1. puncto. 5. Fund. Lutheri & sequacium est, quia omnia præcep ta sunt nobis impossibilia, maxime illa duo, *diliges Dominum, &c. & non concupisces*, quę in omni opere violantur, nam in nullo Deũ perfectte diligimus, vt debemus diligere, & in omni concupiscimus, quod tenebamur nõ concupiscere: itaque concludũt, omnes actus hominis etiam iusti esse peccata, quia non procedunt ex perfecto amore Dei, & quia in surgente concupiscentia, inficiuntur, fauet il lis id Isai. 64. *Sicut pannus menstruatæ, vniuer sæ iustitiæ nostræ*, & Iob 9. *scio quod non iusti ficabitur homo compositus Deo*, vbi Greg. 9. moral. c. 2. ait, *sanctus vir, omne virtutis no strę meritum esse vitium conspicit, si ab interno arbitrio districte iudicetur.* Quæ fere verba transcribit Bernard. ser. 1. omnium sanctorũ, similia habet Aug. serm. 49. de tempore explicans id. Psal. 142. *Non iustificabitur incon spectu tuo omnis viuens.* Vnde & Greg. 35. mo ral. c. vlt. *mala nostra pura mala sunt, bona autem, quæ nos habere credimus, bona esse ne quaquam possunt*; fauet id Psal. 13. *non est qui faciat bonum*, & Gen. 6. *omnis caro corruperat viam suam & non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Eccle. 7. *non est iustus, qui faciat bonum & non peccet.*

Fundamẽ. eorum.

3 Non tamen negant hæretici in patria esse, & in statu innocentiæ fuisse actus omnino carentes malitia, & certum est hominem esse capacem virtutis propter libertatem arbitrij, ac proinde in illis statibus efficere, aut effeciſſe aliquos bonos actus. Solum loquuntur hæretici de homine viatore post lapsum in originale peccatum. Impugnantur late in materia de fide & de gratia: nunc breuiter 1. ex scriptura Philip. 1. *qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet.* & cap. 2. *Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona voluntate.* & 1. Corint. 7. *qui vxorem bona producit, non peccat, qui autem non ducit, me lius facit*, & Marci. 14. *bonum opus ope rata est inme.* Genes. 4. *nonne, si bene egeris, recipies, sin autem male, in foribus peccatum tuum aderit?* & Roma. 2. *Tri bulatio & angustia in omnem animam homi nis operantis malum: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum.* Ecclesiast. 15. *Posuit Deus hominem in manu consilij sui; si volueris mandata seruare, conseruabunt te appposuit tibi ignem & aquam, ad quod vo lueris porrige manum tuam, ante hominem vita & mors, bonum, & malum, quod pla cuerit ei dabitur illi.* Iob. 1. *vir erat interra Hus nomine Iob, vir simplex & rectus & timens Deum & recedens à malo* & infra. *in omnibus his non peccauit Iob labijs suis, nec stultum aliquid contra Deum locutus est.* Et nequis Rabbinos imitatus, dicat, non peccasse labiis, corde tamen peccasse, audiamus Deum ipsum cap. 2. ita loquentem, *nunquid consideraſti seruum meum Iob, quod non sit illi similis in terra, vir simplem & rectus & recedens à malo & ad huc retinens innocentiam?* quæ verba absque vltimo dixerat etiam cap. 1. & optime Greg. 2. moral. cap. 13. explicans id *non peccauit Iob la bijs suis, ait, nec corde pecasse.* Itẽ. Psal. 7. *iudi ca me secundũ iustitiã meã & secũdũ innocẽtiã meã superme* Et Psa. 16. *exaudi domine iusti tiã meam, de vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem.* Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti & non est Inuenta in me iniquitas. Psalm. 17. *re tribuet mihi dominum secundum iustitiam meam &c.* Mat. 5. *sic luceat lux vestra, &c. vt vi deant opera vestra bona.* 2. Petri. 1. *hæc facien tes, non peccabitis aliquando.* Ioanni. 5. *noli peccare ne de terius tibi aliquid contingat:* de quo loco vide Cyril. 2. in Ioann. cap. 130. & Bernard. lib. de præcepto. & dispen satione, ideo multi laudantur Hæb. 11. Ec clesiast. 44. & alibi vide etiam Trid. ses. 6. canon 7, 25. & 26. & Bullam Leonis 10. contra Lutherum. Constantiense sessio 15. contra Ioãnem Hus. & licet antiqua con cilia non expresse hoc diffiniant, quia non dum contraria hæresis exorta erat, tamen aperte id supponunt, diffinuint enim, hominem non posse bene operari sine auxilio gratiæ contra Pelag. vt patet in Milcuit. cap. 3. Arausi. 2. præsertim cap. 21. 22. & 23. Vide alia multa testimonia scripturæ & Patrum & rationes apud Bellarmi. supra & præsertim cap. 15. 16. & 17. Valentia supra. Roffens. ar. 31. & 32. contra Lutherum Vega. 11. in Trid. 24. & 26. Medi. quæst. 9. ar. 1. Viguer. c. 3. §. 7. in principio. Staple tum de iustifi. & alios.

Nec oportet in re manifesta & quæ ad a lium locum præcipue pertinet, diutius im- 4

morari,cur enim homo etiam in hoc statu, in quo vere est liberi arbitrij,non poterit bene moraliter agere,præsertim quando ratio est vigil,& passiones non insurgunt,& gratia adiuuat.Aduersa fundamenta nullius momenti sunt,nam illo præcepto;*diliges dominũ Deum tuum*, tantũ præcipitur, vt homo Deũ super omnia diligat aliquando,& qua libuerit intensione,non vt semper & summa, aut etiam aliqua sibi impossili intẽsione diligat, aut omnia ex hac dilectione faciat, & licet hæc omnia caderẽt sub hoc pręcepto, posset eius vis inuincibiliter ignorari, aut nõ aduerti, & licet semper homo violaret scienter vel ex ignorantia culpali tale præceptũ posset alia præcepta seruare,& alios actus moraliter bonos efficere,& hoc pręceptum aliaq. seruari posse patet ex 1. Ioan. 2. *Qui seruat præcepta eius, vere in hoc charitas perfecta est.* Et Dauid Psal. 118. ait,*se quæsiuisse Deũ in toto corde suo*: in illo vero præcepto *non concupisces*,&c. non prohibentur actus appetitus sensitiui,sed voluntatis,neque necessarij, sed liberi, ideſt, qui subsunt libero arbitrio & vitari possunt, vnde tale præceptum impleri potest, & blasphemum est, dicere, Deum præcipere aliquid impossibile; maxime,cum inde sequatur,vel hominem saluari posse sine obseruantia mandatorũ contra id Mat. 19. *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, licet autem hoc præceptum nec semper,nec semel seruari posset, possent tamen alia seruari, & multa opera supererogationis fieri: nõ ergo omnia opera hominis sunt peccata mortalia,aut venialia.

5 Ad testimonia scripturæ.R. 1. frequenter illis locis sermonum esse de personis,& earũ vita non de singulis actibus; quia homines, quantum vis iusti,bonis operibus tot peccata interponunt, vt merito vita eorum dicatur, *sicut pannus menstruatæ*,in quo,licet plures sint maculę, aliquid potest esse mundũ. Hoc significauit Iob dicens, *si innocẽtem me ostendero,prauum me comprobabis* & Ioann. *si dixerimus,quod peccatum non habemus*,&c. eodem sensu loquitur Grego. vt colligitur ex eodem lib.cap.3.6. & 8.

2. Etiam loquendo de personis,sæpe scriptura loquitur per quandã exaggerationem, præsertim quãdo loquitur deprauis & corruptis hominibus, in quibus tot sunt mala, vt licet interdũ aliquid faciant boni,quasi nihil reputetur,maxime in iis,qui de suis viribus & meritis præsumunt,de quibus potissime videtur esse sermo in prædictis locis Iob, & de illis maxime loquitur Grego. Similisque ratio est de hominibus carnalibus, de quibus fit sermo Genes. 6.& sic de aliis. Adde ex Aug. lib.de vnitate ecclesiæ c. 12. *interdum tantã esse multitudinem prauorum hominũ vt scriptura ita loquatur de tota communitate, ac si in ea nullus esset iustus. Vnde iustis in medio impiorũ constitutis, non ob est quidquid in ipsos populos propter multitudinem impiorum dicitur,plerumq. enim sermo diuinus hominum impiorum turbas ita arguit,ac si omnes tales essent.* Similem regulam tradit Hierony. epi. 114. ad Damasum de filio prodigo.

3. Loquendo de singulis actibus, intelligi potest,non esse bonos & puros à malitia,cõparatione diuinæ bonitatis & iustitiæ, vt angelus collatus Deo materialis dicitur, & Mat. 19 habetur,*nemo bonus, nisi solus Deus*: quem locum bene ad rem tractat Orig. ho. 8. in Mat. sic licet Ioannes Baptista & Apostoli lux dicantur:tamen de Baptista dicitur Ioann. 1. *Non erat ille lux*,vt bene ibi Theophyl. ponderauit. Vide plura apud auctores citatos,si placuerit.

Sectio 2. An bonitas moralis actus interni ab obiecto petenda sit.

6 Ratio dub.

RAtio dub. est,quia si moralis bonitas ab obiecto sumenda esset vtiq. sumenda esset ab obiecto bono:ergo per prius conueniret bonitas obiecto,quam actui;quę stio ergo est,quæ nã sit hęc bonitas obiecti, vnde sumitur bonitas actus, vel enim est bonitas naturalis vel moralis;& neutrum horũ dici posse videtur.Probatur de naturali: nã tam actus bonus,quam malus habet pro obiecto bonum naturale: ergo ex bonitate naturali obiecti nõ sumitur moralis bonitas actus. De morali autẽ probatur. 1. quia nõ oportet conditiones actuum in obiectis reperiri,vt si actus est spiritualis non est necesse obiectum esse spirituale:nam in causa æquiuoca,qualis est obiectum respectu bonitatis actus,non oportet reperiri eandẽ rationem, quę est in effectu,& est simile in actibus intellectus,qui sunt veri;in rebus autem nõ est veritas dicente Aristotele,veritatem esse in intellectu non in rebus.2.Probatur quoniã obiectum actus interni interdum est actus humanus;interdũ vero aliquid aliud:quãdo aliquid aliud, vt quando homo vel Deus est obiectum dilectionis,certe obiectum nõ est bonum moraliter per se loquendo:quia licet aliquando per se contingat esse bonũ moraliter. eo quod sit virtutibus præditum: tamen non terminat actum ratione bonitatis moralis:quãdo vero est actus humanus, vt quã do volo dare eleemosynam,tota bonitas talis obiecti sumitur actu interno,ergo in obiecto secundum se nulla est bonitas.

3. Quia vt actus voluntatis sit malus non

non requiritur malitia in obiecto: ergo nec bonitas vt actus sit bonus. Antecedens patet. Nam odium Dei est malum: tamen in obiecto nulla est malitia: & ex sola circunstantia obiecti potest actus esse malus: ergo vt sit malus non requiritur malitia obiecti. 4. Quia velle malum aliis sæpe bonũ est vt cum iudex vult malefactorem punire aut nos volumus eum puniri à iudice: ergo bonitas actus pendet ex bonitate obiecti.

7 Confir. Dico tamẽ. Bonitas humanarũ actionũ sumitur & pẽdet ab obiecto, D.T.a.2. & passim hac q. & sequenti vbi.ar.1.ad 3. ait. *Bonũ præsentatum voluntati, est obiectum & in quantũ cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus mores & causat bonitatem moralem in actu voluntatis*, quibus verbis aperte docet, obiectum moraliter bonum requiri & supponi ad actum moraliter bonum, quo obiectum propter se appetitur, quæ bonitas non dicitur moralis, quia sit bonitas morũ, sed quia est bonitas ad bonos mores conducens; & quia se tenet ex parte obiecti, obiectiua dicitur. Vnde D.Tho.infra q.20.ar.1.& 2.ait, *Actum externum, prout est prior in ratione & apprehensione, habere inse bonitatem & non ab actu interno, sed potius quæ sit fundamentum internæ bonitatis, & ait, habere illam in ratione*, quia ratio iudicat actum externum esse bonum, & hoc iudicium requiritur ad bonitatẽ actus interni, & aliquando est verum, aliquãdo falsum, idem ait de malo.q.2.ar.3.in corpore & ad 6. vbi hanc bonitatem vocat primordialem: idem docuit 2.d.40.q.1.a.3. Et hanc bonitatem moralem obiectis actuum internorum, seu externis actibus aperte tribuunt Conrad. Medina. & alij q.20. ar.1. & 2. Carthus. opusc. de consid. creaturarum. a.131. Cõimbricen. in ethicis disp.5.q.1.ar.1. Valen. hic disp.2.q.13.puncto 1. Azor.to.1.lib.2. c.1.q.5. & in re idem vult Ferrar.3.contra gẽtes.c.10. licet eiusmodi bonitatem dicat, *non esse moralem sed naturalem*, quia non est moralis formalis, sed obiectiua, quæ secundario & minus principaliter per analogiam ad bonitatem formalem, moralis bonitas nuncupatur, vt recte Valen. supra. Medina. q.20 art.1. appellat hanc bonitatẽ in essendo, Cõrad. vero eod. art. vocat eam bonitatem in choatam & apprehensam & eam non distingui à bonitate, quam actus externus postea habet in executione, & ideo ait, actum externum non esse moraliter bonum, nisi dum actu existit, sed apprehenditur vt bonus, quẽadmodum homo non est albus ante quã existat, sed tantum apprehenditur vt albus.

8 Neq. Almain.3. moral.c.18. Okam. q.lib. 1.q.20. Gre.2.d.42. Gab.ibi q.1.& alij multi. dicentes, nullam bonitatem moralem competere ex se ipsis actibus externis, sed totam ab internis in eos deriuari, negant, ex se habere moralẽ bonitatẽ obiectiuã, sed bonitatẽ morum, qua in se sint boni mores, & propter se digni aliquo præmio. l. supplicio laude vel vituperio, quam bonitatẽ morũ quidam formalem appellant, obiectiuam autem formalem esse negant vt Cõimbri. & Medi. supra, & cõmuniter recentiores. Non autẽ negant, esse formalẽ, quia putent bonitatẽ hanc obiectiuã non esse formaliter in actu externo; sed quia nõ cõpetit illi moralitas nisi extrinseca denominatione & vtcausę bonitatis moralis, quæ est in actu interno & quia propria bonitas non competit illi quasi formæ, à qua homo efficiatur bonus. Vnde recte Cõimbri. notant, actionẽ humanã externã dupliciter sumi posse, vno modo secundũ se, prout obiectũ quoddam est actionis internę voluntatis cõsentaneũ rectæ rationis & diuinæ legi; l. ab ea disẽtaneũ, & si talis actio à nullo exerceatur, quo pacto dicitur bona vel mala obiectiue solũ ex prędicta conformitate, vel deformitate non autẽ formaliter per bonitatẽ vel malitiã à voluntate deriuatam. Aliomodo quatenus versatur in executione, sicq. est effectus voluntatis, ita dicitur bona vel mala formaliter, nõ quidẽ intrinseca denominatione à bonitate vel malitia sibi in hærente; sed appellatione extrinseca à bonitate. l. malitia existente in voluntate; vt enim actus à voluntate imperatus, prout in executione est, non habet à se, vt humanus sit, sed à voluntate deliberata à qua imperatur, ita nec bonitatem vel malitiam formaliter habet nisi à voluntate. Itaque ab eadem singulari bonitate vel malitiã à qua volitio interna nuncupatur bona vel mala formaliter & intrinsece, vocatur etiam externa actio, quæ est obiectũ volitionis, bona vel mala formaliter per externam appellationem, quo fit, vt altera alteri bonitatem & malitiam vicissim tribuat, nam externa actio vt est in apprehensione, in se quidem bona est vel mala obiectiue, & hac consideratione est causa bonitatis vel malitiæ formalis existentis in interna volitione: rursusque volitio interna prout denominatione intrinseca est bona vel mala formaliter, in causa est, cur actio externa posita in executione sit bona vel mala formaliter denominatione extrinseca. Hæc illi, sed an actio externa sit bona vel mala formaliter propria bonitate non desumpta ex actione interna q.20. Id nunc obserua, aliquando, *formaliter*, sumi, vt distinguitur contra denominationẽ extrinsecã, & hac ratione actio externa non est formaliter bona. l. mala: quia tantũ est talis extrinseca appellatione: aliquãdo vero significat

aliquid alicui competere, quaſi formæ, & ſit actio externa, vt in executione eſt formaliter bona vel mala, quia eſt forma à qua homo dicitur bonus aut malus moraliter, ſeu habe bere bonos aut malos mores, vt autem eſt in apprehenſione, & ſecundū ſe eſt bona, aut mala obiectiue; quia eſt obiectum tribuens formalem bonitatem actui interno, cuius eſt obiectū: & vt bonitatem moralem ab eo ſecundumſe & ſine ordine ad alium finem ſumat, conſtat illud debere apprehendi, vt bonum, ſi quidem nec vt malum, nec vt indif ferens, poteſt bonitatem moralem conferre, nam vt malum potius conferet malitiam, vt autem indifferens, quoniam ea ratione eſt impertinens, nec bonitatem nec malitiam conferet. Vt autē hoc magis eluceſcat, aduer te vt obiectum bonitatem moralem confe rat, non opus eſſe, vt formaliter, & explicite conſideretur, quatenus eſt bonum morale, id eſt ad bonos mores conducens: raro enim homines ſupra ſuos mores reflexionem faciunt: non tamen raro actiones internas mo raliter bonas habent. Et eadem ratione nō opus eſt, obiectum conſiderari formaliter, & explicite, quatenus eſt honeſtum, ſeu hono re & laude dignum, nec vt legi vel rationi cō ſentaneum, ſic enim multæ actiones humanæ, in quibus obiectum propter ſe appetitur, nō eſſent moraliter malæ, nec bonæ ex obiecto, nimirum, in quibus obiecta nec conſiderantur, vt prohibita à lege vel ratione, nec vt non prohibita: ſed vt perfectiones propriæ vel alienæ: conſequens eſt falſum, ergo eiuſmodi conſideratio non eſt requiſita ad boni tatem actus interni ex obiecto: ſed ſatis eſt ſi bonitas moralis & honeſtas implicite con ſideretur (vt latius oſtendemus ſect. 7. contra Scot. Okamum & Gab. id quod fiet, homine attendente in obiecto aliquam conuenientiam erga ſe vel alterum, nulla apparente prohibitione legis vel rationis, in quo euentu voluntas appetens tale obiectum, dicetur in illud ferri in actu exercito, & virtute, quaſi in bonum honeſtū & quaſi in obiectum moraliter bonum & actio interna erit moraliter bona ex obiecto. Quādo vero prohibitio legis vel rationis in obiecto reſplendet, volitio eſt moraliter mala, tunc autem prohibitio legis vel rationis in obiecto reſplendet, quando homo iudicat, actionem externam ex lege Dei vel hominum aut ipſa rei natura eſſe hic & nunc vituperio, aut ſupplicio dignam, meritoque illum vitupe rari & in illum animaduerti, qui eam exerceat, aut eſſe turpem & indecoram naturæ rationali.

9 Quo circa ſi quis inculpate ignorans aut non aduerteus prohibitionem deliberate appetat aliquod bonum, qualecumque illud ſit, actio eſt bona moraliter: vt ſi appetat ſalutem corporis, & vitam, quæ ſane per ſe eſt expetibilis, & cum laude, etiam ſi in nullum aliud bonum referatur; & ideo quā do Ariſt. 3. polit. cap. 4. dixit, *Forſam ineſt vitæ aliqua particula honeſti*, vocem illam, *forſam*, melius ſuppreſsiſſet, & philoſophi qui dam apud Ciceronem. 3. de finibus, non recte bonum naturæ à bono honeſto diſtinxere; niſi nomine honeſti id intelligant, quod nunquam poteſt inhoneſte & turpiter appeti, aut fieri, eo quod omnes circunſtantias re ctæ actionis includat, vt velle recte agere, iuſte, temperate, &c. quo pacto vita & alia naturæ bona, quæ aliquando poſſunt male appeti, honeſta non ſunt. Dices, ſi quis ergo de lectationem corporis à Deo & natura prohi bitam appetat, inculpate ignorans, aut non aduertens prohibitionem, non ſolum non peccabit, excuſante illum ignorantia, aut in aduertentia, ſed etiam bene aget moraliter, dignusque erit laude & præmio. Admitto, quia voluntas implicite, & virtute amplectitur tale obiectum vt honeſtum & moraliter bonum. Poſtremo nec illud præteriri debet. Hanc bonitatem moralem obiectiuam non ſolum in actibus externis reperiri poſſe, ſed etiam in actibus internis quatenus poſſunt eſſe obiecta aliorum actuum internorum, & ab illis imperari, vt ſi quis velit Deum diligere talis dilectio, vt poſsibilis, & vt in apprehenſione, ante quam ſit exercita, aut volita, habet ſuam bonitatem obiectiuam, quæ volitioni diligendi Deum tribuit bonitatem moralem formalem. Reperitur quoque bonitas hæc obiectiua in obiectis, quæ non ſunt actus humani, aut morales, ſed recte, atque honeſte amantur, non tamen eam habent ſine vllo reſpectu ad aliquem humanum actum, veluti pecunia, quatenus vſu hominis ad vitā tuendā conducere poteſt, eſt bona obiectiue, & proximus etiam malus quatenus illi poſſumus bene facere eſt bonus moraliter obiectiue, tribuitque bonitatem formalem moralem huic actui, *volo benefacere proximo peccatori*: & Deus quatenus poteſt ei honor aut gloria tribui, eſt bonus bonitate morali obiectiua & tribuit bonitatem moralem formalem huic actui dilectionis, *volo Deo gloriam, & honorem, quia bonum eius eſt.*

Obiectio.

Solutio.

10

Ad rationem ergo dubitandi initio poſitā. R. formalē bonitatē actus ſumi amorali obiectiua. Ad, 1. eius impuguationem. R. non opus eſſe, vt obiectum formaliter habeat conditionē, quæ eſt in actu, vnde nec po nimus in obiecto honeſtatem eiuſdem ratio-

nis

nis cum ea,quæ est in actu, sed aliam,ratione cuius obiectum amabile est actu moraliter,& formaliter bono. Et hæc bonitas consistit in conuenientia obiecti ad aliquam naturam absque vlla prohibitione, & dici potest formalis respectu obiecti, absolute tamen non est formalis,sed obiectiua,quia non competit obiecto, vt est forma hominis in ipso existens, vel ipsum de nominans, sed vt est obiectum cognoscibile, & amabile ab homine.

Ad. 2. Resp. triplex esse obiectum internũ. 1. Est cui volo bonum, & tale,præsertim si sit suppositum distinctum ab amante,dicitur amari amore amicitiæ. 2. est ipsum bo
11 num, quod illi volo, puta sanitatem, diuitias, &c. Et hoc dicitur amari amore concupiscentię,præsertim si ametur amanti. 3. Est possessio, aut consecutio talis, boni,quod obiectum idem cum 2. obiecto reputatur,& omnia hæc obiecta, quando actus est bonus moraliter, debent esse bona moraliter, per modum obiectorum; non per modum subiectorum, eo modo, quo homo bene operans,dicitur bonus moraliter: hoc enim est per accidens:nec eo modo, quo actus in exe cutione positus & denominans hominem, dicitur moraliter bonus; ista enim bonitas moralis,quam appellauimus formalem,non competit obiecto, nisi sit actus positus iam in executione, & hominem operantem de nominans, & hæc bonitas deriuatur ab actu interno in externum, & causatur a bonitate obiectiua actus externi.

Si Obiicias hic esse circulvm,nam bonitatem actus externi sumimus ab interno, & econtra. Admittunt aliqui circulum;negant tamen esse vitiosum. quia idem potest esse
Obiectio. causa,& effectus eiusdem in diuerso genere, Sed melius dicitur, hic nullum esse circulum quia vna bonitas non est causa & effectus alterius sed bonitas obiectiua est causa bonita-
Solutio. tis formalis quæ primario competit actui interno: & eadem numero post modum in ex ternum actum deriuatur extrinseca quadam de nominatione.

Ad 3.R. in voluntate esse actus quosdam prosecutionis, alios vero fugæ: primi, vt
12 boni sint, debet obiectum eorum bonum esse modo explicato:posteriores vero,vt boni sint, debet obiectum eorum esse malum, quia fuga mali bona est,& quia odium inter posteriores computatur,odium Dei, qui bonus est;bonum non erit,eo vel maxime quod in odio inimicitiæ,quamuis fuga sit & auersio quædam ab inimico, quædam prosecutio continetur:appetitur enim non esse,& destructio Dei, & quia hæc non est bona,sed prohibita, ideo odium Dei non est bonum moraliter,sed malum.

Ad. 4. R. ad bonitatem moralem actus prosecutiui satis esse velle bonum vtile non prohibitum, tale autem est in iudice punire latrones, quoniam hoc conducit ad 13
exercendam iusticiam; vnde licite ille vult eos punire,& nos licite volumus,vt ab eo puniantur,& vterque actus suam formalem bonitatem moralem a bonitate morali obiectiua externi actus capit. Sic etiam malitia actus à malitia obiecti sumitur, iuxta id Oseæ.9. facti sunt abominabiles sicut ea quę dilexerunt.

Sed inquires,an tota bonitas moralis ab obiecto sumatur. R. affirmatiue cum Azor. to. 1. lib. 2. c. 5. q. 3. & sumitur ex D. Thom. q. 19. art 2. Dur. 2. d. 38. q. 1. num. 8. Ocham. 3. quæst. 10. dub. vltimo. & quodlib. 3. q. 16. Gab. 2. d. 41. q. 1 art 2. in probatione. 4 conclusionis &. 3. d. 23. q. 1. art. 1. post medium Vazq. disp. 57. Ratio est, quia licet aliqua bonitas sumatur ex circunstantijs, tamen quædam circunstantiæ sunt obiecta motiua, vt fines, aliæ verò sunt partes obiecti, quia, vt conferant suam bonitatem, debent esse cognitæ & volitæ, vt, quis, quid, vbi,quando, &c. aliæ vero respicunt obiectum,vt modus intensionis,& extensionis,ergo tandem omnis bonitas sumitur ab obiecto, & idem est de malitia propter eandem rationem: recte ergo D. Tho. q. 19. art. 2. postquam in 1. docuerat,bonitatẽ actus sumi ab obiecto, docuit bonitatem actus pendere ab obiecto quia nulla est bonitas actus,quæ ab obiecto non pendeat. & ita explicant Vazq. supra Conrad. & Caiet. eodem art. 1. & male Med. cum Victoria & nonnulli alij explicant pendere ab obiecto,ideſt,sumi aliquam ab obiecto,non tamen omnem, hæc enim expositio est directe contra tex. vt probat Vazq. Rogas tamen quid sibi velit D. Tho. illo art. 2. dicens, *quantum ad actum voluntatis bonitas, quæ est ex obiecto,non differt à bonitate, quæ est ex fine, nisi forte per accidens, sicut finis pendet ex fine & voluntas ex voluntate.* Conrad. R. Thomam, velle,solum finem esse per se obiectum voluntatis, & sic bonitatem sumi ex obiecto per se & ex fine idem esse, sed hoc non est ad rem: quia sic non recte adhiberet D. T. illam limitationem,nisi (forte per accidens) item D. Tho. non distinguit obiectum per se & per accidens;sed ait bonitatem aliquam per accidens sumi ex alio,quam ex, obiecto. Item male Conradus medium vocat obiectum per accidens: nam electio intrinsece & essentialiter respicit medium, licet intrinsece quoque respiciat finem,vt docet Vazq. disp. 51. c. 2. & 3. & disp. 57. ca. 3. cum Caiet. q. 8. art. 6. Vnde est alia interpre

tatio

tatio Medinæ & aliorum in eodem art. in actu voluntatis bonitatem, quæ est ex fine non differre ab ea,quæ est ex obiecto proprio, & per se, quia tale obiectum est finis, nisi forte per accidens contingat obiectum, quod non est finis, sed medium in tali actu habere suam propriam honestatem, quam possit conferre actui vt cum eligo eleemosynam obcultum Dei. Sed non placet, quia tale medium nullam confert bonitatem illi actui vt interpretes illi fatentur.at vero D. Th.expresse vult in actu esse posse bonitatē aliquā quæ non sumatur ab eius obiecto, sed ab obiecto & fine alterius actus, cui ille subordinatur. Vnde est,3.Et legitima expositio vt sensus D. Tho. sit per se loquendo bonitatem actus sumi ab ipsius obiecto, saltem motiuo, quale est finis,per accidens tamen sumi aliquando ab obiecto alterius actus imperātis istū propter finē actus ipsius imperā tis, vt cum charitas imperat actum elicitum misericordiæ, hic ab actu & fine atque obiecto charitatis capit bonitatem charitatis quæ accidentaliter illi conuenit per se autem à proprio obiecto & fine habet bonitatem misericordiæ. Expositio est Caie.& Medinæ. Hinc etiam patet finem aliquando esse circunstantiam respectu actus, vt quando reflexe actus internus imperatur propter aliquem finem,& ita docuere Ocham & Gab. paulo ante citati, quando actus interior vt illi putant,esse posibile,est indifferens in indiuiduo, quod autem ipsi & Dur. supra dicunt, tempus & locum & similia nunquam esse circunstantias respectu actus interni, falsum est,vt sæpe docuimus & docet Vazq. illa disp.57.

Sectio. 3. Quid nam sit bonitas moralis obiectiua, ex qua internus actus formalem bonitatem moralem capit.

14 RATIO dub. est quia hæc bonitas reperitur in entibus realibus,quæ non sunt actus humani,vt in Deo eleemosina,&c.Et in entibus rationis, vt in priuatione,& negatione, & similibus., nam velle non occidere hominem est formaliter moraliter bonum,quia non occiderre est moraliter obiectiue bonum. Item in actibus humanis externis, qui sunt mali,quando sunt prohibiti, & boni quando non sunt prohibiti. Vnde bonitas hęc in communi non potest esse realis denominatio intrinseca, siquidem in entibus rationis nulla entitas realis esse potest. Neque vero ens rationis erit, quia entia ficta nihil conferunt ad mores, neque potest esse aliquid commune enti reali & rationis;quia nihil tale fingi potest, & præsertim, quia tale commune ratione vnius partis subiectiuæ erit ens rationis, & sic aliqua bonitas moralis erit ens rationis, & quid fictum. Neque demum erit denominatio extrinseca, à quo enim desumetur? Quid:ergo erit si nihil horum est?

Prima Opinio & communis est, hanc bonitatem obiectiuam esse conformitatem, & conuenientiam obiecti cum recta ratione & lege diuina: malitiam vero obiectiuam esse difformitatem & deflexionem ab eisdem,ita Cōimbricenses illa disp.5.q.1.arr.1.Medi. q 20.art,1 & q.18 art.2.Conrad.q.19.art.1. Ad 3 D. Thom. de malo. q. 2. art. 4. & in hac,q.art.5.in corp & ad argum. vbi ait,bonum & malum in obiecto considerari secundum quod obiectum est conueniens, vel nó conueniens rationi, idem docet Caietan. q. 34. art. 2. Ferrar. 3. contra gent. cap. 26 ratione. 6. Valentia hic. disp. 2. q. 13. puncto. 3. Quæ opinio intelligi potest vel de conformitate,quæ sit respectus realis, vel rationis, vel de conformitate, quæ sit fundamentum talis respectus; intelligi etiam potest de cōformitate cum recta ratione, & lege diuina copulatim, vel disiunctim, & de conformitate cum recta ratione quasi cum lege, aut quasi cum ostendente, & proponente, aut etiam promulgante legem. Et.1.si intelligatur de conformitate, quæ sit relatio rationis,crediderim in ea non consistere bonitatem hanc: quia relatio rationis est impertinens ad mores,& quia intelligi potest bonitas obiectiua non intellecta ipsa ratione;si autem ea bonitas esset relatio ad rationem non posset intelligi non intellecta ratione, siquidem relatio non potest intelligi nó cor intellecto termino; & quia bonitas hæc est in obiecto, nihil fingente intellectu; relatio autem rationis solum est, dum fingitur.& quia propter bonitatem obiectiuam res est digna amore:quis autem dicat Deum,vel aliam rem esse amabilem propter relationem rationis? & quia obiecta virtutum moralium realia sunt omnino: bonitas autem moralis est ratio, secundum quam attinguntur a virtutibus moralibus ergo talis bonitas debet esse omnino realis. 1.Opinio.

2. Si intelligatur opinio de conformitate, quæ sit relatio realis probatur esse falsam; quia obiectum dicitur bonum obiectiue,cuā do non existit, & interdum est ens rationis; in ente autem rationis vel non dum existente nonest relatio realis ergo.Prēterea in Deo est bonitas moralis obiecciua non tamen relatio realis ad rationem diuinam,vel creatam 15

creatam; ergo. Præterea bonitas hæc est in obiecto, etiã quando non existit ratio; ergo nõ est relatio realis ad rationem. nam relatio realis absque termino existente esse non potest.

16 3. Si opinio intelligatur de conformitate fundamentali ad rationem proculdubio vera est, quia nihil ex se bonum est, quod recta, & vera ratione non potest iudicari ex se bonum, & nihil recta, & vera ratione iudicari potest ex se bonũ, ꝙ reipsa nõ sit ex se bonũ, etenim vera, & recta ratio est, quæ honestum à turpi discernit. Cæterum explicandum est quid nam sit hęc fundamentalis conformitas obiecti cum recta ratione, vnde ipsum dicitur moraliter bonum taleque a recta ratione iudicari potest, quæ vere id ex se bonum iudicat, quod ex se bonum est.

Resp. obiectum esse decens seu conueniẽs naturæ rationali in ratione obiecti, seu vt illud amplectatur.

17

Pro explicatione autem, et probatione huius sententiæ notant aliqui ex Aug. 8. trin. c. 3. & D. Tho. 2. d. 27. q. 1. art. 2. ad 1. & de verita. q. 1. a. 2. ad 1. & alijs locis referendis & ex Scoto. quodlib. 18. dupliciter aliquid dici bonũ vno modo inse, aliomodo respectu alterius. Bonũ. 1. modo idem est, quod perfectum. teste. D. Thom. 1. p. q. 5. art. 1. & sequentibus & in eodem sensu videtur hac q. 18. art. 1. nomine bonitatis vsus dicens, *in re tantum esse bonitatis, quantum entitatis*, & q. 55. art. 4. ad. 1. *virtutes ipsas non esse aliqua bona, sed bonitates quasdam*, quod intellige in eo sensu, quo accidentia non dicuntur entia, sed entis entia. per hoc enim non negatur habere entitatem sibi intrinsecam, sed affirmatur, illam esse imperfectam, totamque ad substantiam ordinari, sic ergo, vt ex D. Tho. patet. 3. p. q. 11. art. 5. ad 3. dicitur, accidentia, seu virtutes non esse bonas, non quia in se nullam habeant intrinsecã perfectionem: sed quia totam illam habent ad perficiendã substantiam, quæ accidentia tunc absolute, & simpliciter bona dicuntur, quando habent perfectionem sibi debitam iuxta naturam suam, vt D. Tho. docuit. Vt autem. 2. modo aliquid sit bonum, præter perfectionem suam requirit quandam proportionem, & cõuenientiam cum alio, sic ait Aristot. *Amabile bonum vnicuique autem proprium*. Sic calor bonus est igni, non aquæ, quia licet in se habeat eandem perfectionem, quam vtrique tribuit, tamen non habet respectu vtriusque eandem proportionem, & conuenientiam, vnde D. Tho. q. 26. art. 4. dicit, *quod in se est absolute bonum, esse bonum simpliciter: quod vero est bonum alteri, sub ea ratione esse bonũ secundũ quid*. Imprimis ergo bonitas obiectiua non potest consistere in sola perfectione rei in se. Nam perfectio obiectiua reddit bonum obiectum respectu hominis, cui proponitur amandum. requirit ergo aliquam conuenientiam cum natura ipsius. Bonitas ergo obiectiua requirit conuenientiam, & proportionem cum natura rationali, vt rationalis est, & recta ratione gubernari potest, quia hęc bonitas obiectiua est suprema bonitas, quæ in eo genere conuenientiæ esse potest respectu hominis: ergo debet esse secundum perfectissimum gradum, & supremam perfectionem, quæ homini inest: ergo debet attendi penes naturam rationalem, vt sic, & cum ratio bonitatis respectu alterius, in communi sumpta, consistat in aliqua cõueniẽtia: in hac cõueniãtia ad naturã rationalẽ posita erit aliqua bonitas: illa autẽ nõ est vtilitas aut delectabilitas absq. honestate: ergo est honestas. Vnde etiã in alijs rebus inferioribus bonitas, quæ est per conuenientiã ad naturam, est distincta à delectabili & vtili, & late vocatur honestas: ergo honestas proprie dicta erit conuenientia respectu naturæ rationalis.

Dices ergo bonum honestum amatur amore concupiscentiæ, quia amatur, vt conueniens naturæ rationali, cõsequens est falsum: quia amor commodi distinguitur ab amore iustitiæ apud Anselmũ de casu diaboli. c. 12. *Obiectio.*

Resp. æquiuocationem esse inuocabulo conuenientiæ: interdum enim dicitur conueniẽs, quod affert rei perfectionem, vel vtilitatem aliquam, interdum quod est consentaneum inclinationi naturali: sic incarnatio, miseratio, & liberalis communicatio sui est conueniens Deo, & eius bonitati: quia est proportionata eius magnitudini, perfectioni, & inclinationi naturali, & in tali conuenientia consistit bonitas obiectiua, tale enim debet esse obiectum. vt considerata dignitate naturæ rationalis, sit illi consentaneum, amare illud, & multa sunt huiusmodi obiecta, quæ vel nullam commoditatem afferunt præter honestatem virtutis, vel non propterea intenduntur, imo ipsa naturæ perfectio, nisi hac posteriori ratione conformetur, & conueniens censeatur, nõ constituit obiectum honestum, nec dabit actui honestatem formaliter. Addunt illi. Hęc bonitas obiectiua interdum fundatur imperfectionibus realibus physicis, & intrinsecis rerum; interdum vlterius requirit proprietates ex actibus humanis, seu liberis procedentes. 1. Pars prob. 1. exemplis: nam Deus per se est maximum bonum hominis & subleuare miseriam pauperum est consentaneum naturæ rationali, &c. 2. Ratione quia quædam sunt, quæ secundum se sunt consentanea naturæ humanæ eo quòd sunt vltimus finis, vt Deus *Solutio.*

18

& eius

& eius viſio, fruitio, & poſſeſsio, vel diſponunt ad vltimum finem, vt iuſtitia, miſericordia, &c. Et inde fit, vt ſint obiectiue bona.

2. autem pars prob. 1. exemplis, quia reſtituere alienum eſt bonum, & eius bonitas non fundatur in ſola entitate phyſica, nam rem eſſe propriam, vel alienam eſt proprietas moralis, & non phyſica, in illaque fundatur prædicta bonitas, idemeſt de alijs 2. prob. ratione, quia licet iſtę proprietates nihil phyſicũ ponãt in rebus, ſed ſint extrinſecæ denominationes: tamen in ordine ad humanos actus, vſus, & actiones, ſunt magni momenti quatenus manent in eſtimatione hominum, & iuxta illas variatur ordo ad rectã rationẽ, Prob. 3. nam in obiecto voluntatis non requiritur maior entitas: nam eius obiectum mouet media cognitione ſatisq. eſt denominatio extrinſeca habens fundamentum in re ad variandum hominum æſtimationem & actionem.

Addunt præterea conuenientiam illam,
19 in qua conſiſtit bonitas obiectiua ad entitatem ſolam obiecti, vel cum morali proprietate iam explicata nihil addere, niſi naturalem quandam capacitatem & inclinationem eſſe in homine reſpectu talis entitatis, quam capacitatem & inclinationem connotat nomen conuenientiæ obiectiuæ: itaque conuenientia hæc dicit denominationem extrinſecam obiecti ſumptam ab inclinatione, & capacitate humana & ab aliis rebus. Sic Dur. 2. d. 34. q. 1. num. 26. docet, Deum eſſe bonum, & conuenientem creaturæ per denominationem extrinſecam ſumptam à creatura ſimul cum denominatione extrinſeca ſumpta à perfectione, quã Deus habet in ſe, & has denominationes ait, ſufficere, vt relatio conuenientiæ ad creaturam ſit aliquomodo realis in Deo: prob. autem conuenientiam illam conſiſtere in illa capacitate & inclinatione, quia non poteſt addere aliquid reale abſolutum intrinſecum; eadem enim res cum eiſdem proprietatibus abſolutis intrinſecis poteſt eſſe conueniens vni, & non alteri, nec poteſt explicari, quid ſit illud reale abſolutum intrinſecum. Neque poteſt addere aliquam relationem realem, quia aliquod eſt bonum honeſtum, quod non eſt capax talis relationis, vt Deus, & ſubſiſtentia verbi, quæ eſt bona humanitati Chriſti. & res dicitur mihi conueniens antequam illam habeam, tamen non habet relationem realem, quia quod non exiſtit, non non habet relationem realem. Neque vero eſt relatio rationis, iam enim oſtenſum eſt de ratione bonitatis obiectiuæ in communi vel imparticulari non eſſe relationem rationis ſeu fictam: ergo conuenientia vltra rem, quæ dicitur conueniens, ſolum addit denominationem extrinſecam ſumptam a re, cui conueniens dicitur, quæ aliquid habet, ratione cuius dicitur alia res illi conueniens, & non alteri, vt calor eſt conueniens igni, & non aquæ, ſic ergo aliquid eſt reale in natura humana ratione cuius, bonum, quod honeſtum ſeu morale dicitur, eſt ei conueniens & illud reale connotat nomen conuenientiæ vltra rem, quæ homini cõuenire dicitur, ſumptam cum iis aut illis circunſtantijs realibus intrinſecis, aut extrinſecis.

Dices conuenientia incluſa in ratione boni, quod alteri bonum eſt, eſt relatio, & non rationis; ergo realis R. licet Caiet. infra q. 32. art. 1. & alijcum Scoto. 3. d. 15 dicant, eſſe relationem, tamen falſum eſt, vel exponendum de relatione fundamentali, ita vt hæc ſit de ratione boni non vero ipſa relatio; aut dicendum erit cum Durand. ſupra relationem realem non addere aliquid intrinſecũ rei relatæ, ſed connotare aliquid extrinſecum, & ideo in Deo poſſe poni relationes reales ad creaturas, quod an verum aut probabile ſit, non eſt in præſenti diſputandum; ſatis nobis eſt conuenientiã quæ eſt de ratione boni ſolum addere ad rem, quæ conuenire dicitur de nominationem extrinſecam, quia circunſcripto omni alio concipitur res, vt bona, & appetitur. Et obſerua. quãdo res cõueniẽs, appetitur, nõ appeti cõueniẽtiã; ſed rẽ cõuenientẽ & ſic nõ appeti totum, quod eſt de ratione boni, ſed aliquid eius pro quo tantum ſupponit bonum. Dein de obſerua. in agentibus inſtinctu naturæ, vt in brutis, rem quæ eſt conueniens appeti; licet non ſit cognita ratio conuenientiæ, nec enim reflexionem faciunt ſupra propriam naturam, ſine qua reflexione conuenientia cognoſci non poteſt, in ijs vero agentibus, quæ ratione ducuntur, appetitus rei, quæ bona dicitur non datur, niſi cognita ratione conuenientiæ; & ſic diffiniri poteſt lis illa, quæ eſt inter Caiet. & Scot ſupra, quorum hic quidem aſſerit, conuenientiam eſſe conditionem, vt res delecter, & ſolam rem quæ conueniens dicitur eſſe rationem agendi, & delectandi, quia nimirum ſola eius cognitio eſt requiſita ad delectationem, ille vero, *ſcilicet Caiet.* ait conuenientiam eſſe rationem agendi, & delectandi: quia conueniens non delectat nec appetitur, niſi cognita conuenientia, quod in hominibus ratione vtentibus videtur experientia compertum: in brutis autem videtur falſum, licet nõ ſit innopinabile, cognoſcere p ſpecies a Deo acceptas rationem conuenientiæ, ſiue ea ſit abſoluta, ſiue relatiua. Sed mihi probabilius eſt non opus eſſe vt bruta rationem conueni-

20 Obiectio, Solutio.

uenientiæ cognoscant, sed rem, quæ sub hac vel illa dispositione, & concursu rerum, quæ apprehenduntur subest rationi cõuenientię,

Probabilius tamen iudico bonitatem moralem obiectiuam non consistere in conue-
21 nięticia cum natura rationali, seu in hoc quod sit aliquid illam decens; sed in hoc quod sit obiectum rationi & legi consentaneum, idest à ratione, & lege approbabile, malitiam autẽ in hoc q obiectum sit rationi & legi dissentaneũ, idest, à ratione lege & reprobabile siue ratio, & lex approbans aut reprobans modo sit siue non. quæ est. 1. Opinio D. Tho, & communis & probatur, quia formalis bonitas & malitia consistunt in conformitate & difformitate cum ratione & lege, vt in hac materia & in tract. de peccatis costabit. ergo & obiectiua; mutuo enim sibi respondent, & sicut formalis inuoluit approbationem vel reprobationem actualem: ita obiectiua approbabilitatem. Approbatio autem aut reprobatio actualis supponit verã vel apparentem conuenientiam cum natura rationali, quia approbare est dicere rem esse conuenientem homini nulla turpitudine inspecta; reprobare vero est iudicare esse dissonam naturæ rationali, & indignam seu turpem & indecoram illi, & ad bonitatem vel malitiam formalem non oportet considerare obiectum formaliter, vt bonum, vel malum obiectiue sed vt tale fundamẽtaliter, vt in progressu constabit. Et existis argumeuta, 2. opinionis euanescunt,

Sectio. 4. Vtrum Bonitas Moralis obiectiua sumatur ex obiecto, & circunstantijs.

22 OBserua obiecta actuum, qui a voluntate eliciuntur, aliquando esse actus potentiæ cognoscentis, vel appetentis & talia obiecta etiam habere propria obiecta, quæ proprijssime eorũ obiecta dicuntur, vt cum volo intelligere, videre, &c. intelligere, & videre & est obiectum, & habet proprijssime obiectum: aliquando vero non esse actus potentiæ cognoscentis, nec appetentis: & tunc non habere proprie obiecta, sed materiam aliquam circa quam, vt occisio hominis habet hominem pro obiecto, & sic de alijs, vt docet D Thom. art. 6. & de malo. q. 2. art. 4. & præter hæc obiecta habent hi actus, qui sunt obiecta actuum elicitorum, suas circunstantias, vt tract. 4. docuimus, inter has autem circunstantias circũstantia finis habet peculiarem modum afficiendi actum, quem circunstat, quia non conuenit actui, nisi per ordinem ad voluntatem; vnde nec potest cõsiderari in obiecto nisi facta reflexione supra ipsam voluntatem; alię vero circunstantiæ non competunt actui per ordinem ad voluntatem, vnde & apprehendi possunt in obiecto sine vlla reflexione supra ipsam voluntatem.

Et propterea D. Thom. in hac materia semper loquitur specialiter de fine, distinguẽs illum ab alijs circunstantijs, & cõstat actum, 23
qui est obiectum actus eliciti voluntatis, per se ex suo obiecto, seu materia circa quam & ex fine, & alijs circunstantijs sumere bonitatem, vel malitiam: quæ tota si comparetur ad actũ elicitũ, obiectiua dicitur, potissima tamẽ est, quæ sumitur ex materia circa quã, & ex circunstantijs proprijs, quæ ad eandem materiam, idemque motiuum pertinent, in quibus non numeratur circunstantia finis, hæc enim aliud motiuum est, nec cognoscitur directe in actu externo, sed reflexione facta supra internum, & ideo non ita propie dicitur obiectiua, neque bonitas eius, bonitas obiectiua, sed bonitas ex fine, vt q. 2. huius sectionis latius dicemus; nec etiam in circunstantijs proprijs numerantur, quæ ad aliud motiuum, alium ve finem pertinent; vt siquis ieiunet, vt satisfaciat pro peccatis, iste effectus circunstantia extrinseca est, quia non pertinet ad materiam, & motiuum proprium temperantiæ: secus comedere rem in ea quantitate, aut qualitate, tempore, loco, & modo, quem leges præscribunt.

Quæritur autem. 1. Vtrum ex materia, & ex circunstantijs proprijs, seu intrinsecis, & *Quæsti. 1.*
ad idem motiuum pertinentibus diuersæ bonitates obiectiuæ sumantur,

Quidam absolute, & sine distinctione affirmant, Prob. 1. ex D. Thoma. 4. dicente, *in* 24
actione humana bonitas quadruplex considerari potest, vna quidem secundum genus, prout scilicet est actio; quia quantum habet de actione & entitate, tantum habet de bonitate, vt dictũ est a. 1. Alia vero secũdũ speciem, quæ accipitur secundum obiectum conueniens. 3. secundum circunstantias quasi secundum accidentia quædam. 4. autem secundũ finem, quasi secundum habitudinem ad bonitatis causam. Vbi loquitur tam de actione interna, quam de externa tã de bonitate formali, quam de obiectiua ergo bonitas obiectiua ex obiecto & ex circunstãtijs sumpta diuersa est secundũ D. Th. 1 Opinio. 1. Arg.

2. Probatur quia licet ad completam perfectionẽ rei requirãtur forma substantialis, & 2. Arg.
accidentales, tamẽ alia est bonitas, quam dat forma substãtialis & aliæ, quas conferũt formæ accidẽtales, ita ergo obiectum, quod est quasi substantialis forma, dat substantialem bonitatẽ; circunstãtiæ vero, cũ sint accidẽtia, dabunt alias bonitates, & accidentales.

2. San-

2.Sētētia tenēda est,nō semper circūstātias proprias,cōferētes quidē ad bonitatē actus, sed non mutātes speciē moris,cōferre actui externo vt obiectum est, nouam bonitatem.

25 2.Sent Auctoris.

Procuius explicatione Dico.1.bonitatem obiectiuā actus externi prēcipue sumi ex materia,circa quā versatur,& effectu,quē primo & perse in illa ponit.Prob.1.ex D.T.a.2.vbi ait,*primā bonitatē moralē sumi ex obiecto conuenienti,& primam malitiam moralem ex obiecto disconuenienti*,& art.6.*actum externum sumere speciē ex obiecto*,& q.19.a.1.& 2.*posse esse bonū & malū dupliciter* primo ex genere & secundum circunstantias,secundo vero in ordine ad finē Quibus locis semper primam bonitatem, & malitiā actus externi sumit ex eius obiecto,seu materia circa quam.

1.Con.

2.Prob. inductione:nā comestio potest esse bona, & hoc habet primo & perse,quia versatur,approbante lege Dei & ratione, circa materiam,qua potest subueniri necessitati naturę;& eleemosyna,quia,versatur circa materiā,qua leuari potest miseria proximi & ècōtrario homicidium est per se primo malum, quia versatur circa hominem priuans eum, vita,& sic de alijs.

3.Patet quia bonitas obiectiua fundatur in perfectione actus externi:hæc autē primo, & perse sumitur ab obiecto seu materia, circa quā ille versarur,vt actus a terminis sumunt speciem substantialē in esse naturæ & ita plurimum conferūt termini istorū actuū ad esse moris ipsorū,& vt approbētur,& reprobētur à ratione & à lege Dei.

26 Dico.2.materia sola nō sufficit ad bonitatē obiectiuā moralē specificā actus externi. Prob. quia actio externa,vt sit obiectū honestū & moraliter bonū requirit mediocritatē quādā,quæ mediocritas nō attēditur ex sola materia,sed ex alijs circunstantijs, & conditionibus, vt in comestione,ex quantitate,& qualitate materiæ,& ex modo,& tēpore comestionis, quę omnia debent esse accōmodata ad conseruationem indiuidui: nec comestio nuda ab his circunstātijs approbatur à ratione sed est indifferens, nā cum certis circunstantijs proderit & erit approbata, cum alijs oberit,eritque reprobata à ratione qua propter honestas specifica obiectiua actus externi consurgit exmateria & cōditionibus omnibus,quæ necessariæ sunt vt actus à lege Dei & ratione approbetur,sicut pulchritudo cōsurgit ex omnibus cōditionibus requisitis vt res visa,grata sit aspectui. Colligitur ex D.Tho.a.5.vbi ait,*obiectum non dicit bonum vel malū moraliter,nisi vt est conueniēs, vel disconueniens rationi*, sed actus externus nō est conueniens rationi,nisi cum prædictis circūstātijs ergo nec bonus.Idē colligitur ex D.T.q.19.a.2.vbi ait,*bonitatē,& malitiā actus externi secundum diuersa attendi, nimirum secundum obiectum & circunstantias*,& Dur.2.d.33.q.1.nu.3.ait,*in obiecto voluntatis honestæ necessario includi circunstantias*,& Sco.2,d.40.& quodlib.18.ait,*bonitatem actus humani consistere in quadam integritate materię & omnium circunstantiarum.*

Conf.quia eiusmodi circunstantiæ nullam supponūt bonitatē moralē obiectiuā in actu externo,accessu autē illarū ipse fit bonus moraliter:ergo sunt essētialiter requisitæ ad bonitatem illius,& quasi principia essentialiter integrātia eius obiectiuam bonitatē, & ideo D.Th.a.5.ad.4.ait,*circunstantiam quandoque sumi,vt differentiā essentialem obiecti secūdū quod ad rationem cōparatur, & tūc posse dare speciem actui morali*,& hoc,inquit,*oportet esse quandocunque circunstantia trāsmutat actum a bonitate in malitiā,nō .n. circūstantia faceret actū malū nisi per hoc quod rationi repugnat*, similia dicit.a.10.in corp.&.ad 1.& 2.& de malo.q.2.a 6.& 7.patet ergo ex dictis,materiā & circunstātiā eius propriā,quę nō trahit actum in aliā speciē,nō semper tribuere actui bonitates distinctas. Aliquando tamen eas tribuunt,vt si eleemosyna,quæ in parua est quantitate,bona est, detur in magna quantitate,melior erit & ita actusvnā bonitatē habebit ex materia,& aliā ex circunstātia propria relinquente actum in eadē specie moris.

27 Ad.1.arg.1.Opi.R D.Th.distinxisse bonitatē ex obiecto à bonitate ex circunstantijs, nō quod semper,sed quod interdum diuersa sit:vel sicut duæ rationes concurrentes in eadē materia.vt quādo circūstantiæ variāt speciem,vt siquis pecuniā amico, & bene factori pauperi debitā restituat,in ea materia cōcurrūt bonitates morales specie diuersæ,scilicet iustitiæ,misericordiæ,amicitiæ, gratitudinis,& istæ honestates dicunt actū externū, connotando eum,cui aliquid datur,esse creditorē,pauperē, benefactorem, amicum:ob quas personæ conditiones est naturæ consentaneus.Vnde omnes eiusmodi bonitates sūt compositæ ex diuersis partibus essentialibus & in eas sunt diuisibiles vt sentit D Th.2.d.36.3.5.ad.1.Scot.2.d.40.prēsertim ad 3.& patet,quia in qualibet bonitate cōcurrunt plures res ad constituendā vnā,vt in homine,sanitate,pulchritudine,domo,&c. Imo quamuis entia naturalia & artificialia ex rebus saltem loco coniunctis & simul ex antibus constituātur,tamē hæ bonitates,quia entia moralia sunt,ex rebusisuppostto,loco,& tēpore disiunctis constant,& quemadmodum in homine nō quælibet pars est homo & in sanitate,pulchritudine,& domo non quælibet pars est sanitas,pulchritudo, domus;ita in eiusmodi boni-

di bonitatibus,partes.n.essentiales nō cōtinent totā essentiam,secus integrales,quales sunt datio huius, & alterius nūmi: nā quælibet harū partiū cōtinere pōt bonitatē iustitiæ,& misericordiæ.Idē in abstinētia a varijs cibis,l. tēperata eorū comestione,eodē modo in malitia dicendū:potest enim idem actus habere diuersas malitias ad eādem, vel diuersā speciē pertinētes, & cōpositionē ex partibus essentialibus,l.integralib⁹ habētes.

28. Si obijcias malitia consistit in priuatione bonitatis;in actu malo nulla est bonitas:ergo in eo est priuatio omnis bonitatis, & sic in eo nō poterit esse nūc maior,nunc minor malitia, quia in priuatione totali non datur, magis,& minus,vt inpriuatione totius lucis: totius scientiæ,&c.Respōdēt aliqui. 1.licet priuatio totalis in se nō suscipiat magis,& minus,suspicit tn ex parte causæ secūdū D.T. 4.d.16.q.3.ar.2.q.1.ad.3.quando.n.priuatio oritur ex maiori causa magis elōgatur subiectū a forma,quā,cū oritur ex alia.Sed hęc solutio nulla est,quia si malitia cōsistit in priuatione bonitatis,& hęc priuatio nō est maior in se,sed in causa:ergo nō erit inse maior malitia:si dicas,malitiā nō cōsistere p̄cise in priuatione bonitatis,sed in priuatione bonitatis,cōnotādo causam,& ideofore maiorē malitiā,si causa priuationis sit maior.Cōtra quia inferius videbimus malitiā nō cōsistere in priuatione bonitatis debitæ actui, sed subiecto.2.R.licet ablata vna circūstātia honesta,id q̄ manet,non sit simpliciter honestū,retinet tn eā cōueniētiā,quā habet,rōne cuius potest cū alijs cōcurrere ad honestatē cōponēdā,& sic verū est,quod ait D.Th. 2.d.36.a.5.ad.1. ablata bonitate circūstātiarū manere bonitatē ex genere, quāuis illa nō sit bonitas simpliciter,(vt addit ad.2.)sed dici pōt inchoata honestas,seu initiū honestatis,ideo,quo pluribus circūstātijs partialibus actus fuerit priuatus eo erit deterior: quia pl⁹ destruet de bonitate,vtlicet ablata vnica vnitate auferatur species ternarij; tn magis destruitur ablatis duabus. Vrges:nā si malitia est priuatio bonitatis,vtiq; est priuatio bonitatis ꝑprie dictæ, qualis nō est in choatiobonitatis,sicut materia,l.forma,quę est inchoatio hominis, nō est homo: ergo si in omni actu est totalis priuatio bonitatis ꝑprie dictæ,in quolibet actu erit æqualis malitia,licet nō æqualis priuatio bonitatis im ꝑprie dictæ.R.malitiā moralē tn esse priuationē bonitatis moralis late dictæ.s.conformitatis negatiuæ ad legē,quæ est nō violasse eā:in qua priuatione potest esse latitudo. Priuatio.n.conformitatis ad legē maior est, quādo plura lege p̄cepta omittūtur,l.,phibita ponūtur,& licet obiecta,& circūstātia differāt,in esse nāæ:tn eiusdē rōnis possunt esse in genere moris, & ideo bonitatē, l.malitiā eiusdē rōnis cōstituere, & interdū eiusdem gradus,vt abstinere,l.nō abstinere ab hoc, l. illo genere carnis ad eādē speciē tēperātiæ, l.intēperātiæ pertinet, eūdēq.gradū bonitatis, & malitiæ habere pōt; similiter si dives det.100.in elemosynā,& pauper duo: actus erit æquæ bonus in eadē specie,eadēq. speciesidēq.gradus bonitatis sumitur ex materia & circūstātia,seu ex quātitate absoluta,,pportionali,seu respectiua rei datæ.Simile exēplū esse pōt in ,pdigalitate;excessus.n. cōsurgere pōt ex persona dāte,quia est supra eius facultatē,& ex recipiēte, quæ nō indiget; tn malitia est eiusdē rōnis, & interdū dare. 100. erit æqualis ,pdigalitatis, ac dare mille,quia respectu personæ dātis;l.recipiētis ęqualis excessus est;& rāo vniuersalis est, quia oēs circūstātiæ afferūt bonitatē, l.malitiā,quatenus adducūt.l.auferūt mediocritatē;eodē aūt modo adducere, l.demere possunt mediocritatē, licet differāt in esse nāæ: ergo licet sic differāt,possūt eodē modo bonitatē,ac malitiā cōferre,& sic cōpositio,quę est ex partibus eterogeneis in esse nāę, est ex partibus omogeneis in esse moris, quia oēs pertinēt ad idē formale motiuū miseri cordię,iustitiæ,liberalitatis,vel gratitudinis, &c.Sic Cōr. ex partibus eterogeneis bonitatē,& malitiā formalē cōponit ad modum, quo eadē domus ex materialibus,& ex figuris partialibus specie diuersis cōstruitur,oēs q.partes pertinētes ad eandē speciē moris, augēt bonitatē, l.malitiā intēsiue in esse moris. Vnde D.T.q.73.a.7.in corpore, & ad.2. ait,circūstātias,quæ nō mutāt speciē,vt quātitas obiecti,interdū aggrauare augēdo eandē deformitatē;& multiplicando eādē rōnē peccati;sicut si ,pdigus det quādo, & cui nō debet,multiplicius peccat eodē genere peccati,& hoc augmētū fieri per modū intēsionis,docet.4.d.16.q.3.a.2.q.1.ad.2.& de malo q.2.a.7.ad.4.& 7.sed licet circūstātiæ non differāt specie in esse moris,tn si quælibet p se sufficit ad malitiā moralē,oēs erūt necessario cōfitēdæ, vt siquis cōsecret infermētato,in domo priuata, & absq.vestibus sacris, oēs has circūstātias cōfiteri debet.Si aūt circūstātia nō addat malitiā moralē, tametsi trahat in aliā speciē nō est necessario cōfitēda,vt in ,pdiga donatione rei furtiuæ circūstātia ,pdigalitatis nō est necessario cōfitenda.Nota etiā ex D.T.a.10.& 11.interdū circūstātias,quæ in suo esse differūt rōne, nō esse diuersas in ordine ad mores; quia vna nō p se,& immediate,sed p accidēs,& mediāte alia afficit actū,vt moralis est V.G.comedere quādo homo nō indiget cibo,& comedere plusquāsit necessariū licet in esse nāę sint diuersę rōnis;tn in ordine ad mores nō differunt

runt:quia comedere quando homo non indiget,ideo malũ est,quia cõmeditur superfluũ,& plusquã oportet; secus comedere in die ieiunij, circũstãtia.n. tẽporis per sedebita,& requisita ptermittit. Cõsidera etiam interdũ circũstãtiã,quę trahit in aliã speciem, aggrauare inter priorẽ,quia reddit actũ vitatu facilioré,quo aũt actus vitatu facilior,maius peccatũ in eadẽ specie est,ipsum nõ vitare,sic licet, habere rẽ cũ nupta trahat actũ fornicationis in aliã speciẽ,scilicet in iustitię tñ aggrauat speciẽ fornicationis, & intẽperãtiæ: quia facilius esset abstinere a fornicatione cõsiderãdo,accessum illũ esse ad nuptã,& nõ ad solutã, & ideo in eo violari nõ solũ leges tẽperãtiæ,sed iustitiæ cõtractãdo alienã in vito domino,ita docebimus cum D. Tho.& alijs disp.3.sect.6.& docet Anto. Perez.lect.1.examin.p.3.c.14.

Circunstãtia mutãs speciẽ aggrauat peccatum intra propriam speciẽ sumptam ex obiecto.

29. Ad.2.arg.R.circũstãtias necessarias ad bonitatẽ actus licet sint accidẽtia actus in essẽnãæ,nõ tñ in esse moris, & ideo nõ opus esse,vt cõferãt diuersã bonitatẽ,sed tũc a materia,& circũstãtijs eadẽ omnino bonitas,ꝓuenit,eo ꝙ materia per se nõ est cõsentanea naturæ, & rõni,nisi sub talibus circũstantijs.

Q.2. Quæres.2.An ex circũstãtia finis resultet in obiecto,seu medio,vt medium est,aliqua bonitas,l.malitia,quæ dici possit malitia obietiua ex fine? Quidã dicũt,nullã eius modi bonitatẽ,l.malitiã ex fine in obiecto resultare.Suadetur.1.quia bonitas,l.malitia obiecti ua cõsiderat in obiecto antequã appetat,& executioni mãdetur:sed bonitas, & malitia ex fine nõ cõsiderat in obiecto,antequã appetat,& executioni mãdet,vt patet ex D.T. q.20.a.1.& 2.vbi ait, *Bonitatẽ quæ est ex obieto,& circũstãtijs prius esse in actu externo, quã in interno,bonitatẽ autẽ ex fine prius esse in interno,quã in externo actu*, Ergo talis bonitas nõ est obiectiua,neq.ab ea obiectũ volũtatis,vt

1.opinio. 1.arg.

2. obiectũ eius est,denominat bonũ. 2. Suadet quia id,vnde sumit bonitas obiectiua, attingit a potẽtia executiua: sed finis nõ attingit a põa executiua;quia finis est ꝓpriũ obiectũ interni actus volũtatis:ergo ex fine nõ sumit bonitas obiectiua actus. 3. Quia mediũ

3. ante oẽm actũ volũtatis nõ magis est sub vno fine,quã sub alijs:ergo non magis habet ꝓ circũstãtia vnũ finẽ,quã aliũ,& sic, l.nullũ habet finẽ,l.infinitos;dicere,ꝙ habet infinitos,absurdũ est;si autẽ nullũ finem habet,ex nullo sumit bonitatẽ,aut malitiã: ergo nulla est malitia obiectiua sumpta ex fine.

30. Censeo tñ dari bonitatẽ & malitiã obiectiuã ex parte finis.Prob.quia bonitas,& malitia obiectiua est,quæ ꝓsupponit ex parte obiecti ante actũ volũtatis,nõ quidẽ in exe cutione;sic.n. nec ea,quã habet actus externus ex ꝓprio obiecto,& circũstãtijs,erit bonitas obiectiua,cũ nõ supponat in executiõne ante actũ volũtatis;sed in põa,& in apphẽsione;bonitas aũt,& malitia ex fine ꝓsupponit ex parte obiecti in põa,& in apphensione ante oẽm actũ volũtatis:ergo est bonitas obiectiua. Cõf.nã sicut volũtas bona ex obiecto, supponit in eo honestatẽ sũptã ex ꝓprio obiecto,& circũstãtijs, ita volũtas bona ex fine supponit,bonũ esse ordinare hoc mediũ ad talẽ finẽ:ergo supponit in obiecto bonitatẽ ex fine, nã talis ordinatio solũ est bona ex fine.Neq.valet respõsio aduersariorũ dicẽtiũ, si ordinare sumitur actualiter, vt vox sonat,nõ est bonũ,vt obiectũ,sed vt actus volũtatis,cuius est propriũ ordinare medium ad finem,si vero aptitudinaliter.s. esse ordinabile;sic nullã bonitatẽ moralẽ dicit in medio,vt sic,sed tm denominationẽ extrinsecã in rõne appetibilis a volũtate potẽte vnũ ꝓpter aliud amare,& supponit in medio entitatẽ,& vim quã habet,l.æstimatur habẽte ad inferẽdũ finẽ; ergo mediũ nõ capit ex bono fine bonitatẽ obiectiuã.Hęc tñ solutio nulla est:quia ordinatio actualis põt sumi p modũ obiecti,seu in actu signato, & cõcepto,& sic antequã eliciatur actus cõsiderari põt in eo bonitas ex fine,nẽpe illã ordinatio nẽ medij in finẽ esse cõueniẽtẽ,& nõ ꝓhibitã,aut reꝓbatã lege Dei, l.iusta rõne: ergo datur in medio bonitas obiectiua sũpta ex fine. Ad.1.autẽ arg.R.D.T. solũ velle finẽ,vt finẽ,nõ cõsiderari in actu externo, nisi reflexione quadã supra internũ,& ea quidẽ minime necessaria, vt actus internus habeat suã bonitatẽ formalẽ ex fine: ad hãc.n.sufficit velle vnum ex affectu alterius,& vt cõdu cẽs ad alterũ,etiã si in altero nõ cõsideretur rão finis:aliæ vero circũstãtiæ cognoscuntur sub ꝓpria rõne in actu externo antequã appetatur,& cognitio hæc est necessaria,vt actus internus ex illis sumat suam bonitatẽ & malitiã,in hoc autẽ finis,& aliæ circunstãtiæ æquales sunt,ꝙ sicut actus ex sola voluntate habet hoc,l.illo loco,hoc,l.illo tempore,aut modo fieri;ita hoc, l.illo fine fieri: in eo etiã est æqualitas, ꝙ sicut moralis bonitas ex fine nõ põt cognosci formaliter,& explicite, nisi reflectẽdo supra legẽ, l.rõnẽ,cui cõsonũ est agere ꝓpter illũ finẽ, ita nec moralis bonitas ex obiecto,& alijs circunstãtijs. Ad.2. neg.maior.l.dicitur,finẽ attingi a põa executiua,vt sic,nõ quia ꝓ illã ametur; sed.quia ꝓ illã executioni mãdatur, aut in executione ponitur;nam ponendo medium infert finem. Ad.3.R.ante actum voluntatis obiectum non habere hũc, vel illum finem, sed tamẽ habere bonitatẽ & malitiam ex hoc, & illo fine,quatenus potest fieri hoc, aut illo fine,& id est cõsentaneũ,l.dissentaneũ legi,& rõni,sicut licet actus externus ante internũ,

Conf.

Ad.1.

Ad.2.

Ad.3.

2.opinio. Auctoris probatur

non

nō fiat hoc,l.illo modo,aut tēpore,aut loco &c. Tū cū vna ex his circūstātijs habet bonitatē obiectiuā,cū alia vero malitiā:cū vna bonitatē, l.malitiā vnius rōnis, aut gradus, cū alia vero alterius:possunt.n. eidē actui in esse cōtrariæ qualitates morales obiectiuæ, seu denominationes extrinsecæ,nempe prohibitio,& approbatio,& similes,prout cum diuersis circunstantijs concipitur.

31. Quæres.3. An sicut dātur circūstātiæ augētes bonitatē,l.malitiā obiectiuā, ita dētur circūstātiæ minuētes bonitatē,& malitiā obiectiuam? Quidam dicunt, proprie ex parte obiecti nullas esse circūstātias minuentes bonitatē,aut malitiā;sed tantū minuere negatiue:quia illis positis non erunt oppositæ quæ in oppositū augeāt.Nā,l.circūstātia minuēs bonitatē,tollit aliquid necessariū simpliciter ad bonitatē,& hęc nō minuit ꝓprie; sed tollit bonitatē, & ponit malitiā, si vero tollit aliquid nō necessariū ad bonū,sed conferēs ad melius esse, nullā bonitatem tollit, sed solū nō dat,quā cōferre posset,& re ipsa cōferret,si adhiberetur. Vnde potius illa est negatio circūstātiæ,l.si est circūstātia, est impertinēs,quia nō cōfert bonitatē, aut malitiā, & idē est ꝓportionaliter de circūstātia, quæ dicitur minuere malitiā; quia si est circūstātia indifferēs,nec auget,necminuit malitiā,sivero est mala semper affert secum aliquā malitiā, vnde quātū est de se auget malitiā;si vero est bona,non dat malitiā,& fortasse impedit circūstantiā, quæ illā daret;tū nō tollit aliquā malitiā,quā obiectū,& aliæ circūstātiæ darēt,illa nō existēte, quia quilibet defectus cōfert suā malitiā. Etiā si aliæ circūstātiæ malæ nō sint. Sed opinio hæc falsa est,& cōtra cōmunē modū loquēdi, & in hac materia,& de peccatis,&de cōfessione, vbi oēs ponūt circūstātias minuētes,& extenuantes malitiā,alias vero extenuātes, & minuētes bonitatē: extenuāt.n.malitiā met⁹,minæ,pces,,pmissiones,passiones pueniētes, ignorātia,& inaduertētia culpabilis, & alia huiusmodi, quæ peccatum reddunt vitatu difficilius,ꝙ semper fit excludendo oppositas circunstātias,quę malitiā augerent, quia peccatū redderent vitatu facilius;verū hoc nō obstat quo minus per se, & simpliciter,ac positiue dicantur extenuare malitiā, quia per se excludūt oppositas, & nō min⁹ per se adducūt difficultatē in vitādo peccato,quā oppositę afferūt facilitatē;minus autē peccatis,cui vitare peccatū dificilius est. Eadēq.rōne,siquis bene operetur cū circūstātijs oppositis adducētibus facilitatē bene operādi, minus bona erit eius operatio; & ideo tales circūstātię minuere bonitatē dicūtur,similiter remissio operis,tarditas implēdi ꝓmissum, paruitas eleemosinæ plane sunt circūstātiæ minuētes bonitatē operis, & similes cōditiones in malo opere minuūt eius malitiā,nec refert si id ꝓstēt tollēdo circūstantias,quæ malitiā augeret, quia per se eas tollūt,& per se cōcurrūt,vt minor sit malitia in opere,quam si ipsæ non existerent.

Multa alia de bonitate,& malitia obiectiua hic dici possent, sed quia similia magis solēt disputari in bonitate & malitia formali,& quæ de his dicētur facile illis accōmodabūtur, supersedemus modò ab his disputationibus. Vnū autē obseruādū hic est, aliquādo formalē bonitatē, quæ ex obiecto se cūdū se nudo a fine,& alijs circūstātijs sumitur,obiectiuā, seu obiectalē appellari, vt apud Ant.1.p.tit.4 c.12.§.1. sed nos obiectiuā semper appellamus,quę in ipso obiecto consideratur.

Sectio.5. In quo consistat moralis & formalis bonitas actus interni.

32. SVpponimus ex dictis in actu interno esse formalem bonitatem moralem, quid quid dicāt Caie.q.20 a.2.& alij, contra quos ibi. 1 Sentētia est,bonitatē, & malitiā moralē esse relationē quā dā trāscēdētalē ad obiectū consonū legi,& rōni,nō solū secūdū se,sed & secundū finē,& reliquas circūstātias,& hāc relationē esse superadditā,& distinctam ab entitate nāli actus;ipsiq.inhærere,ita late Cumel infra.q.71 a.6.disp.2.& putat magna ex parte secū cōuenire Caie.1.2.q.18.a.5.& q.71.a.6.&q.72 a.1.existimat.n.Caietanū his locis sētire,bonitatē,& malitiā moralē esse entitatē penitus positiuā, & absolutā superadditā actui, ab ipsoq.distinctā,ipsiq. inhærētē per modū qualitatis,solūq.ab eo dissentire se,ait,quia ipse ponit esse relationē trāscēdētē; cum tū Caie.putarit esse quid penitus absolutū,sed certe Caie.relationē trāscēdētē esse,nūquā negauit;& distinctā esse ab entitate nāli actus,eiq.inhęrētē nūquā asseruit,imo.q.20.a. 2.videtur sentire,non esse formaliter,sed tū denominatione extrinseca in actu interno, in externo autē,credo,nec somniare potuisse,esse qualitatē inhęrētē realiter ab eo distinctā. Hæc sentētia defendi nulla rōne pōt 1.quia relatio quę nō est ꝓdicamētalis, sed trāscēdētalis re vera est quid absolutum, & quę inhęret,vt qualitati, vel quātitati qualitas est;actibus autem vitalibus,& immanentibus nulla qualitas inhęret, neq. quisquam vllam in eis finxit qualitatem: ergo bonitas,l.malitia non est relatio trāscēdētalis superaddita actui ab eo distincta,eiq.inhęrēs.

1.Sentent. refutatur

2. 2. Si daretur hæc entitas superaddita actui proculdubio a nobis dephēderetur per experiētiā eius aduētus,& recessus,augmentū, & decremētū,quia esset qualitas,vt ostēsum est,esset q. actualior,& formalior in ipso actu; ergo vt experimur p̄sentiā,& absentiā intentionē,& remissionē actus, ita & eius qualitatis:at hoc falsum est:nihil.n.nouū experimur in volūtate,cū actus volūtatis ex mutatione intellectus trāsit a libero in necessariū,l.ecōtra,a bono in malū,l.ecōtra a magis bono,l. malo in minus bonū,l.malū,vel ecōtra:ergo bonitas,& malitia moralis nō est relatio trā
3. scēdētalis. 3. Ad bonitatē,l.malitiā actus interni satis est velle obiectū,cognoscēdo illud esse consonū aut dissonū rōni,& legi, in hoc autē nihil ad volūtatē pertinēs cōtinetur p̄ter subst̄tiā actus volūtatis:ergo frustra fingitur illa alia relatio trāscēdētalis ad obiec
Conf.1. tū in volūtate. Conf. nā in actu volūtatis ad obiectū est relatio trāscēdētalis essentialis ipsi actui:ergo si in eo est relatio trāscēdētalis accidētalis ipsi actui,in eo erūt duæ relationes trāscēdētales ad obiectū realiter distinctę:q̄ est fictitiū,superfluū,& inauditum.
2. Cōf.2.nā si hęc entitas est distincta ab actu, & ei super addita,poterit Deus prę̄stare suū cōcursum ad p̄ductionē actus, & non huius entitatis, & tunc manebit actus liber attingēs obiectū cognitū,vt cōsentaneū,l.dissentaneū rōni, & legi, &c. Tū in actu nulla erit moralis bonitas,l.malitia:quod inopinabile est.Nec valet dicere,vt Deus nō potest præbere cōcursum ad quātitatem,quin cōferat ad figurā raritatē,l.dēsitatē, & relationē æqualitatis,l.inæqualitatis cū alia quātitate: ita nō posse præbere cōcursum ad subst̄tiā actus volūtatis sub his circūstātijs,quin præbeat cōcursum ad hāc entitatē. Non inquā valet hoc dicere; quia , quidquid sit de illis exēplis,tū non sunt similia,quia hæc relatio nō est purus modus,vt relatio prędicamēta lis,figura,raritas,& dēsitas: sed est quædam qualitas perfecta,mirūq.in modū perficiens hominē, & sic est realiter distincta ab actu, sicut res a re, atq.adeo actus potest dari sine illa,l.alia simili;imo & ipsa posset dari sine actu:q̄ esset absurdius.Cōf.3.quia saltem
33. Deus posset entitatē bonitatis ponere in ac
3. tu nō libero,nā eadē est subst̄tia actus liberi,& nō liberi, & actus liber nō secūdū libertatē, sed secundū subst̄tiā est eius subiectū: cōsequēs autē est falsum, & multo esset absurdius in malitia,tū admittēdū esset; nā sicut bonitas nō p̄ducitur per se,& immediate a nobis;imo nec mediate,quādo quidem nos solū p̄ducimus immediate actū, mediate autē q̄ p̄ducitur per ipsum actū. Bonitas autē nō p̄ducitur per actū, sed in actu ipso: ergo a solo Deo p̄ducitur:& eadē rāo est de malitia:ergo Deus posset homine idē p̄rsus efficiēte,aut nō efficiēte,ponere in eius actu necessario,aut saltē libero nūc bonitatē, nūc malitiā,& a fortiori augere, & minuere illā, quæ oīa sunt absurda. Omitto nūc alia quibus ostēdi solet,malitiā moralē non posse in positiuo cōsistere;Omitto etiā quod Cumel indistincte videtur loqui de bonitate,& malitia morali actus interni,& externi,in externo autē quis dicat esse qualitatē inhærentē, atq. distinctā? Quæ obsecro qualitas inerit motui locali,l.percussioni bonę,l.malę? Quo modo variata volūtate, cōtinuo variabitur, etiā si motus vniformiter omnino continuetur? Deniq.sexcentę aliæ erunt difficultates, quæ etiam procedent in omnibus alijs actibus imperatis volūtatis,elicitis vero ab appetitu sensitiuo,sēsu,intellectu,ipsaq. volūtate.

2. Opinio est bonitatē esse collectionē eo 34.
2. Opinio rū omniū,quæ recta ratio iudicat deberi actui in hoc agente,nēpe,vt sit talis obiecti,& sub talibus circūstantijs finis,loci,temporis, &c. Hoc videtur tenere Scot.quodli.18.§.de 1. & 2.d.40.q. vnica. §.de.2.dico & 2.d.7.q. vnica.§.de primo dico,& Gab.2.d.7.q.vnica a.1.in princ.& 3.d.36.q.vni.a.1.in princ.&d. 40.q.vnica in principio Greg.2.d.26.q.1.a. 1.Dur.d.38.q.1.licet enim.n.7.dicat, moralem bonitatem cōsistere in cōformitate actus ad rectā rationem;tñ n. 8. explicat eam cōformitatem nō esse aliud,quā actū ipsum habere id,quod postulat recta ratio ex obiecto,fine,& circunstantijs,vnde non intelligit de conformitate, quæ sit relatio; de quatamen conformitate expresse loquitur Scotus.1.d.17.q.2.§. quantum ad istum articulum. Almain.autem.1.mor.c.13.& 14.aperte affirmat, conformitatem illam , quæ est bonitas moralis non esse aliud, quam actū, qui habet debitū obiectū,& debitas circūstātias,quas recta rāo postulat; eadēq.est opinio D.T.nā in hac.q.18.a.1.affirmat,*Bonitatē moralē actus cōsistere in plenitudine eorum* 35.
omniū,quæ recta ratio in illo petit, sicut naturalis rerū bonitas cōsistit in plenitudine,& aggregatione eorū quæ cuiusq.natura petit,vt docuit 1.p.q.5.a.1.ad.1.vnde hac.q.18.a.1.2.3.&4. Ad bonitatē actus petit bonitatē obiecti, finis,& reliquarū circūstātiarū:eodē modo loquūtur Antonin.1.p.tit.4.c.12.in principio, & §.1.ac.2.Viguer.c.3.§.7.ver.1.2.& 3.& de illa cōueniētia, & cōformitate fundamētali intelligēdū est,quod ait D.Th.in hac.q.a.5. *Bonū,& malū morale attēdi,ex hoc,quod obiectū sit cōueniēs,l.nō cōueniēs rōni.* Sic etiā intelligitur Dionis.c.4.diui.no.dicens,*Bonū hominis est secūdū rōnē esse, malum autem præter illam*: hanc opi. videtur etiam tenere Medina hac

q.18.a.1.& Conimb.in Ethi.disp.5.q.1.ar.1. & 2.& q.2.a.2.

36. 3.opinio. 3.Opinio est bonitatem moralē esse realē,& prædicamentalē relationē actus ad obiectū cōsonū rectæ rationi dictāti de obiecto,fine,& omnibus alijs circūstātijs,ita Scot. 1.d.17.q.2.§.quātū ad istū art.illū sequit Cōrad.hac.q.18.ar.1.& 5.vbi appobat sentētiā Scoti quodli.18.§.de primo,asserētis bonitatem,& malitiam moralem consistere in vna vel pluribus relationibus denominantibus per modum qualitatum; ac proinde bonitatem moralem non esse quid absolutum.

37. 4.opinio. 4.Opinio est,bonitatem & malitiam moralem esse relationes conformitatis,& difformitatis ad rationē, hasq.relationes non esse reales:sed rationis.Hanc opinionē Cano.infra.q.71.a.6. tribuūt Çumel.supra,& alij cōmuniter, & Medina infra.q.71.ar.6.opin.4. proposi.3. Sed de malitia,in quo cōsistat dicam disput.3 sectione.1.Huic.4. opin. fauet Azor.to.1.li.2.c.1.q.4.dicēs bonitatē, & pravitatē moralē includere respectū conformitatis, vel difformitatis ad naturā rationalē; seu ad rationē.Aduersatur tū huic opinioni quia putat includere etiā id,quod talē respectū habet.Huic etiā opinioni fauet Sayr.lib. 2.c.4.n.2.dicens, *Bonitatem moralem consistere in conuenientia cum ratione;malitiam vero in hoc quod deficiat a perfectione debita.*

38. 5.opinio. 5.Opinio est bonitatem moralem consistere partim indenominatione intrinseca,scilicet essentiali,& trāscēdētali habitudine actus ad obiectum;partim vero in denominatione extrinseca sumpta a circunstantijs obiecti,vt sunt cognitæ per intellectum.

1.Conclu. Pro eius explicatione. Hęc opinio vera est,nec cōtraria.2.sed cū ea cōueniēs eāq.explicās,vt tū melius vtraq.intelligatur,subijcio sequētes assertiones.

1.Bonitas moralis ad substātiā,seu essentiā actus elicitivolūtatis addit aliquid intrinsecū,vel extrinsecū actui reale, vel rationis, probatur quia,vt inferius sect.8. & alibi docebimus,nō solū actus exterior manens idē in sua essētia, & substātia,potest fieri de bono nō bonus,& malus,& ecōtra,sed etiam idē actus interior,mutata lege,tēpore,fine,l. cognitione:ergo bonitas, & malitia nō cōsistit in sola substātia actus, pīsertim cū substātia actus sit quid naturale: bonitas aūt hęc quid morale.

2.Conclu. 2. Bonitas moralis supra substātiā actus nō addit respectū rōnis formaliter sumptū.

Prob.1. Prob.1. quia relatio rōnis nō est nisi quādo ab intellectu fingitur: actus aūt humani sūt: boni moraliter sine vlla fictione.2. Rōne bonitatis res est amabilis: sed rōne relationis rōnis nō est res amabilis;ergo ipsa nō est bonitas.Eadē ratione probatur,nec constitue re bonitatē,quia res est amabilis rōne illius, q̄ constituit eius bonitatē.3. Quia perfectio rei est eius bonitas;sed perfectio rei nō cōsistit in relatione rōnis:ergo nec eius bonitas. 3.

3.cōcl.Bonitas moralis nō addit ad substātiā actꝰ aliquā relationē realē p̄dicamētalē. 39. 3.Conclu.

Probatur.1.quia non ad obiectū,vt est in re sub certis circūstātijs:si quidē prius quā obiectū sit in re,sub circūstātijs,datur actus elicitus volūtatis cū sua bonitate:relatio autē realis prædicamētalis nō antecedit existentiā sui termini;ergo. Neq. vero relatio hæc est ad obiectū, & circunstātias, vt cognitas; nam respectus ad res,vt cognitas,potius est ad cognitionē ipsam,quā ad res cognitas:in respectu aūte reali ad cognitionem nō cōsistit bonitas moralis.Nā eadem existente cognitione, & volitione, si cognitio in vno sit culpabilis,& in alio inculpabilis,idē erit respectus realis inter volitionē, & cognitionē: tū volitio vnius erit culpabilis, & nō volitio alterius:ergo in illo respectu nō cōsistit bonitas Itē circūscripto per intellectū quocūq.respectu reali p̄dicamētali ad obiectū, & circūstātias;& intellecta substātia actus liberi terminati ad obiectū sub circūstātijs certo modo cognitis, habetur bonitas moralis:ergo relatio p̄dicamētalis,si quę forte resultat, nō est de rōne bonitatis moralis,sed illi accidētario aduenit.Necvero dici potest respectū realē,in quo cōsistit bonitas actus, esse ad legē Dei,l.rectā rōnē,quia,si per impossibile nō esset Deus,aut nullā legē tulisset, adhuc actus esset moraliter bonus, imo etiā si nulla esset recta rāo.Nā ex conscientia erronea,quę quidē minime est recta rāo,potest quis bene agere moraliter:ad rē aūte nō existētē nō pōt esse relatio realis:ergo relatio realis ad legē Dei,l.rectā rōnē nullaten⁹ est de rōne bonitatis moralis.Dices quomodo nulla existēte lege Dei,aut recta rōne act⁹ esset bonus.R.quia esset secūdū legē, quā tulisset Deus si existeret:& secūdū rectā rōnē, quæ approbaret talē actū, si circa illū versaretur,& quæ duceret laude, & p̄mio dignū hominē,a quo fieret;aut p̄ciperet,sic,l.sic,& nō aliter hominē operari,si operari velit,& ita nō est de rōne actus boni esse sic p̄ceptū,vel approbatū,sed habere fundamētū sufficiēs,vt a lege Dei, & recta ratione approbari possit, seu esse approbabilem a lege, & ratione: q̄ fundamentum non est vnum, & idē pro omni actu,sed in vna est vnum,in alio aliud iuxta variū concursum circunstātiarū,quę in humanis actibus,& eorū obiectis reperiūtur.

4.cōcl. Bonitas moralis nō addit actui vitali aliquā relationē realem transcendentalem inhærentem actui distinctam ab eius extensione,patet argumentis factis contra.1.opi. 4.Concl.

quæ huic assertioni aduersatur.

40 5. Concl. 5. Bonitas moralis non addit substantiæ actus solam intrinsecam aliquam extensionem: posset enim quis imaginari, ad bonitatem actus requiri. 1. volitionem obiecti boni, & inde sumi eius substantiam, & essentiã. 2. volitionem bonarum circunstantiarum, & hanc esse extensionem quandam eiusdẽ actus ad tales circunstantias. Quæ imaginatio facile confutatur. 1. quia quando finis est intrinsecus, habitudo ad illum est de substantia actus interni, & non extensio accidentaria ipsius; quando autem est extrinsecus cõpetit ei per alium actum imperantem, vt cũ charitas imperat actum internũ misericordiæ: ergo nec tunc extẽditur actus ad finem extensione intrinseca accidentali. 2. Quia licet eodem actu possit quis velle obiectum V.G. commestionem carnis, & circũstãtias temporis, loci, modi, &c. Tamẽ ille actus videtur simplex, & indiuisibilis non prius respiciens obiectũ, quã circunstantias, & tũc extensio ad circunstantias non erit actui accidẽtalis, sed intrinseca, & essentialis; ergo actus nõ erit bonus per extẽsionẽ accidẽtalẽ, & inhærẽtẽ substãtię actus. 3. Tota substãtia actus cũ quacũq. extẽsione ad circũstãtias, potest esse naturalis, seu necessaria: tunc actus nõ erit bonus moraliter; quia ad bonitatẽ moralẽ, imo & ad moralitatẽ in cõmuni necessaria est libertas: ergo in tota substantia actus cũ extẽsione ad circũstãtias nõ cõsistit bonitas moralis, sed aliquid aliud super addere oportet. 4. Tota substãtia, & extẽsio actus esse potest, variata cognitione prohibitionis obiecti, & circũstãtiarũ secundũ se, vel secũdũ qualitates suas, aut materiæ circa quã: variata autẽ tali cognitione variabitur bonitas, & malitia actus: ergo non consistit in sola substantia, & extẽsione actus. Maior probatur, si quis enim antea putabat obiectum esse prohibitum, & cõtrarium rationi, aut aliquam eius circunstantiam, & postea credat obiectum, vel materiam esse prohibitam, actus manet cum eadem substantia, & extensione; de bono autem fit malus, & sic in multis alijs exemplis, vt sect. 8. constabit: ergo.

41 6. Concl. 6. Bonitas moralis interni actus volũtatis in cõmuni sũpta, cõsistit in hoc, ꝙ actus habeat obiectũ de se bonũ, l. indifferẽs, bonũ finẽ, & bonas circũstãtias, ita vt nulla debita circũstãtia desit, & nulla ꝓhibita adsit, sed actus sit talis, qualẽ lex rectaq. ratio petit, hæc est. 2. opi. a qua, vt diximus, vltima nõ differt. Nã in hoc toto includitur tũ denominatio intrinseca, nẽpe volũtatẽ ferri in obiectũ aliquod, aut etiã in aliquã, l. omnes, aut plures circũstãtias. Tũ denominatio extrinseca vt obiectũ actus interni, l. ipsum actũ internũ esse sub tali, l. tali circũstantia extrinseca loci, tẽporis, &c. habere, l. nõ habere adiũctã prohibitionẽ, seu cognitionẽ prohibitionis, & deliberationẽ, rõne cuius voluntas sit indifferẽs in eliciẽdo actu, & sic de alijs denominationibus extrinsecis, quę sępe ad bonitatẽ, l. malitiã moralẽ actus cõcurrũt, ipsãq. cõstituunt, in quibus numerari potest alia denominatio extrinseca, quę est exigẽtia naturæ rõnalis postulãtis, actũ habẽtẽ talẽ, vel tale obiectũ, tales, l. tales conditiones, a qua denominatione extrinseca actus dicitur bonus, & cõueniẽs naturę rõnali, vt rõnalis est, in qua quidã cõsistere putãt bonitatẽ moralẽ, formalẽ, seclusa omni denominatione sumpta a lege, l. rõne, nisi quatenus lex, l. ratio variare potest ipsam cõueniẽtiã. Et probãt. 1. quia bonitas obiectiua nihil addit ad obiectũ sub talibus circũstãtijs, & cõditionibus, nisi vt sub illis est, esse secũdũ exigẽtiã naturæ rõnalis; ergo idẽ est de bonitate formali, patet in rãone est. Et cõf. quia bonitas nãlis, qua aliquid dicitur bonum alteri, nihil addit ad rẽ, quę alteri bona dicitur, nisi, esse secũdũ exigẽtiã, & inclinationẽ ipsius rei cui bona dicitur. Ergo similiter bonitas moralis cõsistit in hoc, ꝙ actus habẽs tale obiectũ, & tales circũstãtias conueniat cũ natura rõnali, idest sit iuxta eius exigẽtiã. 2. Quia bonitas moralis nõ cõsistit in relatione reali, l. rõnis, nec in sola denominatione intrinseca ab aliquo absoluto, vt ostẽsum est, nec in denominatione extrinseca a lege, l. rõne, Prętęr hęc autẽ nihil aliud est, in quo possit cõsistere, nisi in tali exigẽtia nãli: ergo in illa cõsistit. Maior, quo ad vltimã partẽ de lege, probatur, quia multi sunt actus boni, qui nõ sunt præcepti a lege Dei, l. rõne: ergo eorũ bonitas nõ cõsistit in cõformitate fũdamẽtali, seu denominatione extrinseca a lege, & rõne præcipiẽte. Si dicas illos actus ꝓcipi a lege, & rõne nõ determinate, sed disiũctim, quia lex, & recta ratio præcipit homini, vt sic, l. sic operetur: aut actus illos cadere sub lege, & rõne cõsulẽte, & approbãte illos, licet nõ sub lege, & rõne præcipiẽte. Cõtra quia lex, l. ratio nõ præcipit, nec cõsulit, nec approbat actus, nisi vere iudicãdo esse bonos: vere autẽ iudicat esse bonos, quia re ipsa boni sunt, sicut Deus, l. homo iudicat hominẽ esse albũ, quia in re est albus: ergo bonitas nõ cõsistit in tali ꝓceptione, consilio, l. approbatione, sed ad illã supponit, nimirũ, quia cõsistit in eo ꝙ actus sit talis, qualis exigitur a natura rõnali hic, & nũc, seu in eo, quod sit consentaneus naturali inclinationi naturæ rõnalis, & appetitui recto. Sic. n. videtur intelligẽdũ ꝙ dicũt Arist. 6. eth. c. 2. & D. Tho. infra. q. 57. art. 5. ad. 3.

Obiectio.

Fit satis obiectioni

ad.3. veritatem intellectus speculatiui sumi ex conformitate ad res ipsas; practici vero ad appetitum rectum. Quãuis Azor.to.1.li. 2.c.5.q.2.duplici alio modo Aristot. exponat.1.vt solum velit actionẽ externam bonã esse,si sit profecta a bona electione, seu appetitu recto.2.vt velit electionem esse bonã si sit consentanea rectæ intẽtioni:nam ex recta intentione recta consultatio,& electio sequi solet. Et.3.quia duplex est conformitas ad legẽ. 1. quidẽ veluti materialis, eo quod est incognita,ac proinde in voluntaria negatiue,seu non voluntaria,& hæc nõ sufficit ad bonitatem actus; nam actus indifferẽs, imo & malus potest esse cõformis legi,vt siquis faciat quod præcipitur,malo tamẽ fine, aut cum alia mala circunstantia; 2. est conformitas veluti formalis,eo ꝙ est ad legem cognitam,quæ conformitas potest esse varijs mo
42. dis. 1. Ex parte finis,quia fit quod præcipitur,& propter finem præcipientis,nam licet interdum superior præcipiat actum indifferentem ex obiecto, & propter bonum finẽ, actus poterit quidem esse bonus extendentia ad talem finem, ex qua resultat relatio conformitatis ad legẽ ex parte finis: tamen hæc conformitas non est necessaria ad bonitatem moralem actus,quia exequendo præceptum ex alio fine bono, actus erit bonus. 2.potest accidere ex parte obiecti proximi habentis honestatem in aliqua specie virtutis propter conformitatem ad legem, vt quando lex determinat in ipsa materia virtutis medium V.G.iustitiæ,vel temperantię; & tũc actus,si versetur circa tale obiectum, poterit esse bonus,sed bonitate consistente in habitudine ad obiectum,nõ ad legem, nisi quatenus aliquo modo se tenet ex parte obiecti immutãdo illud moraliter,indeq.potest resultare alia conformitas relatiua, seu relatio conformitatis ad legem: quæ adhuc potest dici aliquo modo materialis,quia licet sit ad legem cognitam;nõ tamen est cõformitas volita,& intenta. 3.ergo potest esse conformitas ab legem omnino formalis,eo quod propter se sit ab operante intenta, vt siquis vult operari,vt se subijciat legi; & tũc voluntas poterit esse bona ex motiuo; quæ bonitas pertinet ad virtutem obedientiæ: sine hac autem conformitate potest actus habere honestatem aliarum virtutũ,ergo nulla datur conformitas ad legem,quę sit necessaria,& sufficiẽs ad bonitatem moralem actus in communi, in qua proinde conformi
43. tate moralis bonitas actus in communi potest cõsistere.4.Quia habitus virtutis est moraliter bonus sine vlla habitudine ad legem vel rectam rationem:ergo & actus eius; par enim ratio est.Duo posteriora argumẽta,vt

Censura præcedentis opinionis.

videbimus nullam vim habẽt,sed propter.1 & 2. teneri posset,bonitatem moralem non cõsistere in denominatione extrinseca sumpta a lege,vel recta ratione:sed in fundamẽto talis denominationis, quod est actum esse conuenientem naturæ rationali ad modũ explicatum,nempe,vt nomine conuenientię propter actum ipsum, & eius circunstantias intelligatur exigẽtia quædam naturæ rationalis exigentis,vt si homo operetur,tali,vel tali modo operetur:quæ exigentia potest dici lex naturæ, imo & Dei, quia est impressa a Deo: & in eo sensu bonitas actus consistet in conformitate ad legem naturæ,& Dei;etiam cum præceptum supernaturale impletur, quia natura exigit, vt omnia præcepta Dei, & aliorum superiorum impleãtur. Et si inquiras,quid nã sit hæc exigentia? Eadem quæstio esse poterit in exigẽtia cuiuscumq. perfectionis naturalis.Et respondẽdum est, esse ipsam naturam rationalẽ connotando, quod hæc,vel illa entitas sit quasi eius cõsumatio, & complementum,& ornatus necessarius,sine quo erit incompleta,& inconsummata,& deformis,veluti abominabilis, & odibilis:nec enim dici potest ipsam exigentiã esse capacitatem,vel inclinationem naturalem,quia etiam sumus malorum capaces,& inclinatio naturalis ad multa est,quæ non exigit ipsa natura,eo ꝙnõ sunt illi necessaria, sed tantum bona,& conuenientia.Et præterea inclinatio supponit bonitatẽ rei ad quã inclinamur:ergo ex ea non recte sumitur bonitas rei,ad quam inclinamur; sed aliũde nẽpe ex eo,quod res ita sit proportionata alteri,& eius cõplementũ cõsummatio parsq. pulchritudinis ipsius,vt sine illa res ipsa deformis,& mutila,imperfecta,& in cosummata maneat;& quamuis hæc bonitas actus videatur obiectiua,quia ratione illius,vt est in apprehensione potest appeti ipse actus, tamen etiam est formalis,quia dum est in executione denominat hominem moraliter bonum. Neq. ista opinio aperte repugnat D. Tho.aut alijs constituentibus bonitatem,& malitiam moralem in conformitate ad rationem, & legem Dei, dici enim potest D. Tho.& alios recte sentientes non loqui de conformitate relatiua,nec de conformitate quæ sit denominatio extrinseca, sed de fundamento talis conformitatis relatiuæ,& talis denominationis extrinsecę,per quas sæpe numero describitur,& declaratur ipsum fundamentum, in quo essentialiter bonitas moralis consistit. Quia tamẽ magis videtur 44
consentaneum D. Tho.& alijs recte sentiẽtibus,vt in conformitate sumpta pro denominatione extrinseca a lege, & recta ratione bonitas moralis sita sit. Ad.1. argumentum

Quæstio.

1. argum. præcedentis opinionis resp.

præcedentis opinionis. R. etiam bonitatem moralem obiectiuam includere extrinsecã denominationẽ a lege, & rõne desumptam, vt superius docuimus. Bonitas autem naturalis duplex est, altera, qua aliquid dicitur bonum in se, & hæc nõ cõsistit in cõueniẽtia eius ad alterum, sed in possessione eorũ, quæ sibi conueniunt: altera, qua aliquid dicitur bonum alteri, & hæc sumitur ex conuenientia eius ad alterum, eodemq. modo potest dici de bonitate morali actus, scilicet, dupliciter ipsum dici bonum. 1. in se, & sic bonus actus moralis est, qui habet ea quæ ratio & lex postulat in actu humano, nẽpe tale, vel tale obiectum tales, vel tales circunstantias: ratione quorũ omnium sit conueniens nãæ rationali, & iuxta eius nãm indeq. habeat, vt sit etiam bonus moraliter. 2. modo, idest bonus homini, & constituat hominem bonum moraliter, seu bonis moribus præditũ: quo pacto D. Th. q. 55. a. 4. ad. 1. docuit, virtutem esse bonam, non tam quia inse bona sit, quã quia bonum facit habentem; sicut accidens est ens, non tam quia ipsum sit, quam quia eo est substãtia, subiectumq. ipsius, neq. si bonitas naturalis sumitur ex sola habitudine ad naturam, consequens est, moralem eodẽ modo sumi debere, & non ex habitudine ad legem & rationem, siquidem diuersę bonitates sunt, & nominũ impositores nomẽ bonitatis moralis ad significandum dictam conformitatem ad legem imponere, & eius fundamentum nomine bonitatis naturalis comprehendere potuerunt.

45. Solutio. Ad. 2. Ad. 2. R. bonitatem moralem consistere in conformitate ad legem, vel rationẽ, quæ eo modo operari præcipit, cõsulit, vel approbat, vel præcipere, consulere, aut approbare posset, quantum est ex parte actus consulendi, vel approbandi. Et cum obijcitur, quia prius intelligitur bonitas moralis in actu, quã actus possit sic præcipi, cõsuli, vel approbari. R. verũ esse de bonitate nãli, quę fũdamẽtaliter sit moralis, cõsistatq. in explicata nãli exigẽtia; bonitas autẽ cõplete, & formaliter moralis nõ intelligitur, donec intelligatur vera approbatio, qua actus vere dicatur, vel dici possit hic, & nũc, & sub his circũstãtijs iuxta exigẽtiãnaturę rõnalis, admodũ, quo superius explicuimus. Et quoniã actus, qui sic est iuxta exigẽtiã nãæ rõnalis illq. cõsentaneus, eo ipso est cõsentaneus appetitui recto, & inclinationi virtutis, ideo veritatẽ intellectus practici in ordine ad quẽ sumitur bonitas moralis, explicare potuerũt Arist. & D. T. quasi per proprietatẽ quã dã, per cõformitatẽ ad rectũ appetitũ, quãuis sensus Arist. & D. T. nõ hic sit, sed vt cõstat ex D. T. q. 19. a. 3. ad. 2. & Vaz. disp. 58. n. 2. veritatẽ practicã prudẽtialẽ non dici, nisi quæ ostẽdit mediũ vtile ad finẽ, qui appetitu recto desideratur, l. desiderari potest: rectitudo autẽ huius appetus finis sumẽda est in ordine ad rectã rõnẽ in moralibus. Et hęc est qua aliquis actus cũ suis circũstãtijs vere enũtiatur cõsentaneus rõni nãli, & iuxta exigẽtiã ipsius, sunt vero multæ aliæ Arist. & D. T. interptationes pter eas, quas in 2. illo arg. retulimus. 1. est veritatẽ practicã solũ esse in imperio, & veritatem imperij sitã esse in cõformitate cũ recto appetitu medij, & finis. Sed hæc interpretatio merito reijcitur a Vaz. disp. cit. n. 5. qm falsum est in solo imperio esse veritatẽ practicã: est. n. etiã in iudicio imo in solo iudicio est, & in vera opinione imperiũ distinguitur ab omni iudicio: ergo in imperio nulla est, pprie veritas practica, & in op. Vaz. imperiũ est iudiciũ, quo quis enũtiat se velle, vt hoc, l. illud fiat, hoc autẽ iudiciũ verũ est, etiãsi intentio & electio mala sit: ergo veritas imperij nõ cõsistit in cõformitate cũ appetitu recto. 2. interptatio est, quã assignat Vaz. disp. cit. n. 11. Arist. solũ dicere q̃ veritas practica semper enuntiat aliquid cõsentaneũ appetitu recto, nõ q̃ in eã cõformitate ad appetitũ rectũ cõsistat, cõsistit. n. in conformitate ad res ipsas, scilicet in eo q̃ id q̃ affirmat, esse cõsentaneũ nãæ rõnal, sit illi cõsentaneũ, & eadẽ disp. recte p̃bat Vaz. vitiosum circulũ cõmittere eos, qui rõnẽ rectã definiũt in ordine ad appetitũ rectũ & ecõtra, si de eadẽ rõne recta, & appetitu recto loquãtur. Sicut D. T. 1. p. q. 25. existimauit, vitiosum esse circulum, si omnipõs definiatur per possibile & econtra, & similiter, vitiosum esse circulum putat Vaz. si vnũ correlatiuum per aliud definiatur.

Ad. 3. R. ad actũ moraliter bonũ satis esse materialẽ cõformitatẽ ad legẽ, l. rectã rõnẽ; & cũ dicitur, hãc conformitatẽ esse posse in actu malo, l. indifferẽti. Nego id, nam actus ex sua specie indifferẽs, nõ habet ex se finẽ, quẽ lex, & ratio petit, & si absq. illo det, malẽ erit in individuo: & oĩs actus malus, caret aliquo, quod ratio petit, vt bonus sit, vt autem sit malus, non oportet operãtem nosse, quid ratio postulet, sed satis est id non inueniri in actu; & in obiecto, vel eius circunstantijs certi aliquam turpitudinem. 46. Ad. 3.

Ad. 4. R. habitum virtutis esse bonũ moraliter per analogiam ad actum moraliter bonũ, in quo per prius reperitur bonitas, quã in actu, vt notat Gab. 3. d. 23. q. 1. a. 1. notab. 4. ex Aristote. 2. ethi. cap. 1. dicente, *secũdum differentias operationum sequi habitus.* Ad quẽ actum moraliter bonum dicit intrinsece ordinem ipse habitus, nõ quia de eius intrinseca rõne sit elicere solũ actũ, quilit moraliter bonus 47. Ad. 4.

bonus formaliter,sed tantum fundamentaliter,nimirum quisit iuxta exigentiam naturæ rationalis,& mediocritatem attingat, vt petit Arist.2.Ethi.c.6.post mediũ,siue actus eius sit liber,siue necessarius:charitas enim, & aliæ virtutes residentes in voluntate imo, & habitus vitiosi sępe eliciunt actus necessarios, qui non sunt formaliter boni, aut mali moraliter,sed habent sufficiens fundamentum,vt accedente liberrate, sint formaliter boni, vel mali moraliter. Et sic intelligitur.

48. Arist.2.Ethi.c.6.dicens. *Virtutem esse,quæ bonum facit habentem, & eius opus bonum reddit* Et D.Thom. q.55.ar.3.dicens: *habitum virtutis esse essentialiter bonum*,& ar.4.ad.1.*virtutem esse bonam non alia bonitate a se distincta; sed quia est forma,qua homo est bonus*: & Aug. 2.de lib.arb.c.18.& 19.& 1.rectrata.c.9.dicens,*virtutem esse bonam mentis qualitatem*,& 2.demorib.eccles.c.6.*virtutem facere animam optimam*,& D.Tho.q.71.a.1.vbi ait,*bonitatẽ consequi ad essentiam virtutis*,de cuius loci expositione multa dicemus trac.de virt.& tra. de peccat. habet enim varias interpretationes.Forte voluit D.Tho.bonitatem nõ esse de essentia actus virtutis,quia actus elicitus à virtute potest esse non bonus formaliter, vt quando nõ est liber,& forte idem voluit Henr. quodlib.13.q.10. infine dicens, *actum virtutis moralis ab vno habere substantiam, ab alio moralitatem,nempe a libero arbitrio*: nam actus qui non est liber,licet possit esse virtutis, non tamen bonus moraliter. Dissonat autẽ Zumel infra.q.71.ar.6.disp.2.suppos.3. dicens,*esse liberum non peraccidens, sed per se requiri ad actum virtutis*, quod simpliciter est falsum;sivero intelligatur de actu virtutis,vt est bonus moraliter, dessentia illius est esse liberum, & hæc libertas in denominatione extrinseca consistit.

49. Sed obijcit Zumel, quia si libertas actus esset denominatio extrinseca, sequeretur, ita liberos esse actus externos, sicut sunt actus elicit i à voluntate. Sed hæc obiectio nulla est,quia actus eliciti sunt per se,& immediate liberi;actus vero externi sunt liberi peraccidens, seu mediate, & interuentu actuum elicitorum à voluntate, item actus externi sępissime non subsunt voluntati propter aliquod impedimentum extrinsecum,aut intrinsecum corpori, sed actus eliciti nullum impedimentũ habere solẽt. Fal-

50. sum etiam est, quod eadem disp. conc.2. ait Zumel, *actus humanos intrinsece, & essentialiter esse morales*:nam omnes sunt liberi accidentaliter,qui enim insunt libere,possunt ex miraculo,vel etiam naturaliter inesse necessario:ergo sunt accidentaliter humani;siquidem libertas est tota essentia actus humani, vt sic,aut magna pars essentiæ.Deinde cadẽ disp.conc.3.multas rationes adducit,vt probet,bonitatem moraleni actus non consistere in aliqua extrinseca denominatione,quę tamen,si contendãt,nihil extrinsecum actui voluntatis esse de ratione bonitatis ipsius; nihil efficiunt.

1. Est quoniam sic nulla bonitas esset formaliter in actibus internis,quod tamen fal- 51.
sum est, & contra comunem. 2.Quia actus eliciti sunt formaliter boni, non à bonitate, quę est in intellectu,vel alibi;ergo a bonitate existente in ipsis 3.Quando aliquid est tale denominatione extrinseca,aliud est, q ab eadem forma intrinsece denominatur; sed à bonitate morali non denominatur aliquid aliud prẹter actumvoluntatis:ergo hic non est bonus denominatione extrinseca. 4. Alioqui per solam variationem intellectus possent mutari actus voluntatis de bonis in malos; & similiter voluntas,& homo: Confi. quia sententia asserens,bonitatẽ formalem tantum esse denominati nem extrinsecam, in modo loquendi multum fauere videtur hæretici dicentibus,nos esse bonos, & iustos tamtũ denominatione extrinseca,& non aliquo absoluto nobis inherẽte. 5. Quia denominatio non competit secluſa operatione intellectus;sed nos summus boni secluſa operatione intellectus denominãtis:ergo non sumus boni denominatione extrinseca.6.Quia bonitas moralis est magna perfectio actus, sed denominatio extrinseca nõ est magna perfectio,imo nec vera perfectio, sicut nec in pariete esse visum : ergo. 7. Quia veritas est intrinseca actui intellectus:ergo,&bonitas actui volũtatis. 8.Quia bonitas naturalis non consistit in denominatione extrinseca,cũ sit passio entis. Item neq; bonitas supernaturalis, nam in gratia charitate,& alijs virtutibus infusis consistit; & ideo est aliquid inhærens,vt patet in Trident. Sessione 6.c. 7.ergo neque bonitas moralis consistit indenominatione extrinseca.

Ad.1. R.bonitatem moralem esse formaliter in actibus internis, nõ quia denominat 52.
omnino intrinsece:sed quia non sumitur ab actu externo, & quia,licet non sit omnino intrinseca,tñ est ei intrinseca ex parte maxima,quæ est ipsa substantia actus cũ sua intrinseca extensione;&intensione:in externis vero dicitur esse extrinseca denominatione, quia ipsamet, quæ primario dicitur de actu interno,denominat secundario externum.

Ad.2. R. actus voluntatis dici formaliter bonos,non quidem à bonitate,quę sit in intellectu,sed quæ partim est in voluntate, & partim

partim in intellectu; & ea pars, quę est in intellectu nō denominat,bonum,intellectū, sed denominat, sic vel fic intelligētem:sicut visio non denominat potentiam,in qua est, visam,sed papyrum; potentiam vero denominat,videntem.Ex quo patet. Ad.3. Ad.4. vero dico,consequens esse verissimum,vt in sequentibus patebit.Ad conf.R.non esse ad rem,quia hæretici dicunt, homines iustificari per aliquid extrinsecum toti homini, nos vero dicimus,bonitatem moralem esse omnino intrinsecam homini,& animæ,& magna ex parte volūtati,& actui ipsius,licet aliqua ex parte solum sit intrinseca intellectui: quitamen non denominatur bonus moraliter ab ea parte,sed intelligens.

Ad.5.R.loquendo de denominatione,formaliter,nihil secluſa operatione intellectus denominari intrinsece, aut extrinsece, secus fundamentaliter.

Ad.6. R. bonitatem moralem esse perfectionem magnam actus, ratione partis intrinsecæ ipsi,imo,& ratione extrinsecæ, quæ est libertas: inde enim redditur meritorius, & laude dignus.

Ad.7. R. etiam in veritate importari aliquid extrinsecum, nempe rem ita se habere,sicut intellectus affirmat.

Ad.8.R.quidquid sit de bonitate transcēdēte,bonitatē,qua aliquid dicitur bonū alteri,in denominatione extrinseca cōsistere, vt dixi.Sect.3.nec verum putamus, quod ait, Zumel,q.71.art.6.disp.2.*Bonitatem, qua vnū dicitur bonum alteri, consistere in relatione conuenientiæ*,nisi intelligat defundamentali,quā nos putamus,partim consistere indenominatione extrinseca. Et sic verum est, quod dicunt Fonse. 4.Met.c.2.q.7.sect.5.& Dur. 2.d.34.q.1.bonitatem inconuenientia, seu relatione conuenientiæ consistere Nec placet,quod ait Capreol.2.d.34.q.vni. bonitatem formaliter includere respectum rationis,quamuis,non dicat illum in recto,sed in obliquo: qui in alio quoque fallitur,nam interdum ait,in bonitate importari respectum ad appetitum quo respectu aliquid dicitur appetibile:interdum vero, in bonitate importari respectū cōuenientię ad naturā:interdū respectū perfectiui,& hæc oīa falsa sunt: nam in bonitate nullus respectus formaliter significatur sed entitas rei cum denominatione extrinseca iam exposita. Et similiter gratiam, charitatē, cæteroſque habitus supernaturales nō censemus esse bonos animæ,nisi quatenus sunt iuxta exigentiā naturæ rationalis,& proportionati illi, & in hoc inuoluitur cum ipsorum essentia denominatio extrinseca sumpta à natura humana, & propterea etiam si in lapide ponerentur,nō essent boni ipsi lapidi:quia non essent iuxta eius exigentiam; attributa etiā diuina sunt bona Deo: quia iuxta exigentiānaturæ diuinæ. Deniq; obserua,vt actus internus sit bonus moraliter, non satis esse, si obiectū eius cū omnibus suis circunstātijs sit rationi consentaneum:sed requiritur,vt neque actus internus,neque aliqua eius circunstantia propria sit prohibita. Vnde falso Zumel supra. conc.5.docet,bonitatem moralem non cōsistere in conformitate actus ad rationem, vel legem,sed ad obiectum consonū rationi: debet enim actus internus, vt sit bonus, non solum esse consentaneus rationi ex parte obiecti & circunstantiarum eius:sed etiā ex parte sua, & suarum propiarum circunstātiarum. Sed cum dicimus bonitatē moralem cōsistere in conformitate ad rectam rationem, nomine rectæ rationis intellige veram,vel verisimilem, seu probabilem,cū enim Iacob accessit ad Lyam falso iudicauit ad illam esse accedendum, vel licitū esse ad illam accedere:tamen,quia probabiliter id iudicauit,actus fuit bonus.Dequa re multa optime Vaz. disp.58.quanuis difficile sit, quod ait,à virtute artis,& prudētiæ proficisci falsa iudicia,& aliqui putant,cum ex iudicio probabili falso aliquod bonum morale, vel artificiosum fit,iudicia illa à virtute non elici,& generatim omne iudicium probale, siue verū,siue falsum,ab alijs habitibus esse, nō ab habitibus virtutum.De qua re tract. de virtutibus differemus.

Sectio.6. Quotuplex bonitas sit in actu elicito voluntatis.

53.

54. Diu. Thom. artic.4. ait, *in actu humano quatuor esse bonitates, vna inquit est, secundum genus prout est actio, alia secundum speciem, prout ad tale obiectum tendit. 3. ex circunstantijs. 4. ex fine.* Idem fere haber de malo.q.2. arti.4. & 2.d.36.art.5.incorpore,& ad.3.quamuis in modo loquendi non nihil differt, nam bonitatem ex obiecto vocat quasi genericam, ex circunstantijs vero, & fine,quasi specificam. D.Thomam imitatur Scotus.2.d.40. q.vnica.§.de.2.dico, & quodlib.18.§. de.1. circa medium,& 2.d.7. de 1.dico.Gab.ibi. q.vnica.in prin. & d.40.q.vni.in prin.Anto. 1.p.tit.4.c.12.§.2. Vigue. in institu.c.3.§.7. verti.3.Caiet.in hac.q.18.art.2.& 4. Conra. Medi.& alij eisdem arti.Henri. quodlib.13. q.10. paulo ante solutionē argumentorum Valen.disp.2.q.13 puncto.2. Vaz. disp.50. c.1.& q.18.a.4.qui recte cōtra Caie. Conra. Medi.& alios art.2.docet Scotū D.Thomę in eo.ar.2.aut veritati minime aduersari, & hi qui-

hi quidem omnes in cõmuni loquuntur de actu interno,& externo,nam in vtroq; qua druplex ista bonitas considerari potest, & prima quidem bonitas,licet in actu morali, idest libero,sit,vt ait Scotus.2.d.40.non tamen dicitur moralis proprie, & in comuni acceptione, vt recte Cont. dicto art.2. cum D.Tho.ibi,& Scot.quodlibet.18.dicẽtibus primã bonitatẽ moralem esse ex obiecto, quod etiam docuit Scotus.2 d.7.q.vnica,& Almain.1.mor.c.14.solum ponens tres bonitates morales,scilicet ex obiecto,fine, & alijs circunstantijs:idem sentiunt Anto.Vig. & Valen. supra. Idem docet Vaz. disp.50. c.2.ex D.Thom.q.2.de malo.art.4.in.corp. Mag.2.d.36.& Bon.ibi dub.4.literali.qui dicunt, eam bonitatẽ esse actionis in genere naturæ,non in genere moris consideratæ:ratio autem huius rei est, quia bonitas moralis non vsurpatur communiter, pro bonitate libera admodum, quo actus ex sola libertate, moralis dicitur, sed pro conformitate actus liberi cum sua regula,eam autem bonitatem aiunt D.Tho.& Scotus sumi in ordine ad principium,quatenus in ea consideratur libertas, quæ solum cõpetit actui per ordinem ad voluntatem indifferentem ad agendum,& non agendum; tamen secundũ substantiam suam illa bonitas sumitur in ordine ad suum obiectum;sicut bonitas cuiuscunq; actus.Imo Melchior Flauius.2.d.40. q.vnica eam sumit ex obiecto, & circunstãtijs,vt pulchritudo consurgit ex conuenientĩ quãtitate,proportione,colore,& figura.Ea etiam bonitas naturalis fundat moralem,& comunis est veluti generice ad actum bonũ, & malum, vt explicant D.Thom. Vaz. & Conrad.q.18.a.4 item ea bonitas naturalis est sæpe eiusdem speciei atomæ in actu libero,& non libero & separabilis ab omni bonitate morali,& dari potest in actu,qui nulla ex parte moraliter bonus sit.

55. Id quoque certum est,bonitatem ex obiecto,& proprijs circunstantijs absq; bonitate ex fine extrinseco,& alijs circunstantijs extrinsecis dari posse,vt si quis vellet comedere quod,quale,quantũ,& quomodo,loco, & tempore expedit ad salutem, & non est prohibitum,actus erit bonus ex obiecto, & proprijs circunstantijs, etiam si homo neq; actum externum ,neque internum ordinet
56. ad aliud bonum finem.

Dubium tamen est,an cum actus est bonus ex proprio obiecto motiuo, proprijsq; talis obiecti circunstantijs,& accedit bonitas ex fine,seu alia circunstantia extrinseca, vt cum quis ex motiuo charitatis se applicat ad eliciendum actum misericordiæ, vel ex charitate,& misericordia dat æleemosynam,ex vtraq; bonitate cõstituatur vna bonitas specie,& numero Caie.q.18.art.2.putat Scotum quodlibeto citato sentire,determinationem ex obiecto ita constituere bonitatem actus moralis,vt nullam specificam tricam,ea p[illegible]citatem omnis bonitatis specificę in genere moris;eãdemque opinionem Scoto tribuit Medi. eodem.art.2.& Valen. disp.2.q.13.pun.2.& merito,vt patebit legẽti Scotum,quem non intellexit Conrad.a.2. putans secundum Scotum;imo & D.Tho.2. d.36.a.5.corp.& ad 3.bonitatem sumptam ex obiecto dici bonitatem ex genere, non quia vere sit generica,& essentialiter determinabilis per bonitatem ex fine,& alijs circunstantijs;sed quia est determinabilis accidentaliter,ad modum,quo genus est determinabile essentialiter,& quia sicut valet, est homo:ergo animal,non econtra;ita valet,est pascere esurientem propter Deum;ergo est pascere esurientem; non tamen ecõtra,qua ratione bonitatem ex obiecto esse generi-cam explicat D.Thom.de malo.q.2.art.4. in corpore,&.2.d.36.ar.5.incorp.& ad.3imo & ipse Scotus.2.d 7.q.1.§.de.1.dico, & Gabriel.d.40.q.vnica notab.1.Henricus,quod libet.13.quæstion.10.ante solut. argumentorum.

Sed D.Tho.hac.q.18.art.2.quem imitantur Valen.disp.2.q.13.pun.2. Vaz. dict.c.1. Vigue.c.3.§.7.versi.3. Anton.1.p.tit.4. c.12. §.2.& alij & Gabr.2.d.40.q.vnica.notab.1. cira.ait, bonitatem ex genere appellari sumendo genus pro specie. Vor plane sentit speciem atomam bonitatis moralis, non contrahibilem directe &essentialiter per aliquam specificam bonitatis differentiam,sumi ex obiecto.Quod ita esse probatur,nam secluſa bonitate adueniente ex alia circunstantia, verbi gratia, finis, habetur species atoma bonitatis ex obiecto, vt dare eleemosynam ex motiuo misericordiæ,& manente eodem actu cum eodem motiuo extrinseco potest superuenire aliud motiuum extrinsecum,seu finis,verbi gratia,gloria Dei ex qua volo elicere actũ misericordiæ,seu in eo permanere:ergo cum hoc motiuum sit extrinsecum,& ad aliam virtutem pertinens, non tollit priorem actum; nec eius bonitatem, sed contrahit accidentaliter actum, vt habeat speciẽ charitatis,in quo casu actus misericordiæ, etiam internus,habet bonitatem charitatis per extrinsecam denominationẽ. Vnde recte dixit Caie.a.6.explicãs D.Tho. ibi in corpore,& ad.2. ordinem actus infinẽ posse accidere actui elicito,& reipsa accidere,quando est imperatus propter finem distinctum a proprio eius motiuo, vt in casu

dicto

dicto de affectu misericordię,& in similibus, siue actus habeant promotiuo particulare honestatem,siue communem, vt,inquit, Aug. 1.delibero arbitrio.cap.12. *Voluntas bona est qua appetimus,recte honesteque viuere.* Quomodo autem ex obiecto generatim sumpto sumatur bonitas generica: ex obiecto autem secundum specialem honestatem bonitas specifica non contrahibilis directe,& essentialiter per bonitatem ex fine,& circunstantijs late,& bene Valen.sup. Aduerte autem non solum primariam bonitatem interni, actus sumi ab obiecto,sed quodāmodo etiā totā bonitatem ipsius. Nam circunstantiæ obiecti quodāmodo, etiam habent rationē obiecti, debent, enim esse cognitæ, & volitiæ,vt possint bonitate da actui interno rare,imo& bonitas,quādā circunstantiæ propriæ actus interni,sumitur ab obiecto: quia intensio,& extensio, ac libertas,& difficultas actus interni conferunt ei bonitatē quatenus respiciunt actum externum,seu obiectum,& ita bene Duran.2.d.38.q.1.num.8. docuit,totā bonitatē actus sumi ex obiecto, licet impugnetur à Vaz.dis.50.c.1. in fine: quia in alio sensu eius dictum accepit.

Sectio.7. Vtrum actus bonus internus sumat specificam bonitatem ex obiecto, & quomodo debeat esse volitum, vt conferat propriam bonitatem.

57. 1. Argu. PRo parte neg. arguitur, nam actus humanus sumit speciem ex fine,vt ait D.Tho.q.1.ar.3. & q.18.ar.6.ergo non ex obiecto:sæpe enim obiectum,& finis differunt. 2. Quia iste actus, *volo honeste viuere*,non sumit bonitatem specificam ex obiecto:ergo generatim non sumit actus bonitatē specificā ex obiecto. Anecedens probatur, quia obiectum non habens specialem bonitatem obiectiuam non potest tribuere specialem bonitatem formalem;sed honeste viuere,vt sic,non habet specialem bonitatē obiectiuam:ergo non potest tribuere specialem bonitatem formalem. 3. Quia sæpe obiectū est indifferens:ergo non semper actus sumit bonitatem ex obiecto. Dices illam sumere ex obiecto, quando obiectum sit ex se bonum. Contra,nam etiamsi sit de se bonum,non tribuit bonitatē actui,si nō propterse appetatur:ergo nō semper ex obiecto bono sumit actus bonitatem, ac proinde, nec specificam bonitatem.

2. 3.

Decisio. quæstion. Nihilominus dico, actum bonum internū sumere bonitatē ex obiecto, ita D.Tho q.18.ar.5.& q.19.ar.1.2.& 3.& passim ipse, & omnes alij. Qui tamen non intendunt quē libet actum habere bonitatem ex obiecto terminatiuo, hoc enim falsum est, siquidem fieri potest,vt sit indifferens &tale non cōfert bonitatem, aut malitiam actui interno: fieri etiam potest,vt non propterse expetatur, sed tantum propter aliud; & tunc non confert bonitatem actui interno, licet aliunde possit actus internus bonitatem habere; patet ex Arist.2.Ethi.c.4.asserēte, *vt aliquis sit temperatus, to iustus; temperateque, ac iuste agere dicatur, non satis esse si iusta, & temperata agat sed oportere, vt sit eligens propteripsa,* & ideo lib.6.c.12. ait. *Nam vt, & iusta agentes quos tam non dum dicimus esse iustos, vt eos qui faciunt ea, quæ legibus sunt instituta: Inuiti, vel ob ignorantionem, vel ob aliquid aliud, & non ob ipsa;& si agunt ea, quæ oportet, & quod virum oportet agere studiosum*(sic vt videtur) *agere singula vnum quemque oportet modo quodam affectum, vt sit homo bonus, ob electionē inquam,& ipsorum gratia quæ aguntur.* Priorē Arist.locum citat,sequiturq; D.Tho.q.100. art.9. Vnde.q.19.art.7.ad.3 ait. *Ad actum malum satis esse, si obiectum sit malum, ad actū autē bonum non satis esse si obiectum sit bonum, sed opus esse, vt sit de obiecto bono,qua ratione bonū est.* & in eodem sensu ait,eadem.q.ar.1.ad.3. *bonum in quantum cadit sub ordine rationis pertinere ad genus moris,& causare bonitatem moralem in actu voluntatis,* Præterea *ad bonitatem actus eligendum esse bonum, quia bonum est,* docent etiā Ocham 3.q.12.art.2.distinct.3.& a.3.p.1.conc.2.& quodlib.4.q.6.Scotus.2.d. 41.q.1.Vaz.dis.51.c.3 & dis.73.c.7.(quē immerito reijcit Ant.Perez.lec.1.exami.p.3.c. 19.20.& 21.dicens eius opinionem esse contra D.Thom.q.18.art.3.& contra vniuersos Thologos,maleq respōdens ad locū Arist. citatum.) Henri quodlib.13.q.10.Gab.2.d. 41.ar.1.& 3.d.23.q.1.ar.1.notab.4.litera.I.& sequentibus, Almai. cad. d.23.q.1.Ferra.3. contra gent.cap.138.§.secundo arguitur in fine. Azor.to.1.lib.2.c.5.q.4.

58. Ratio est,quia actus non specificatur ex solo obiecto materiali;sed etiam ex formali,quale est motiuum, quod si varietur,etiā si idem obiectum materiale maneat, actus voluntatis est diuersus in substantia.& entitate naturali. Vnde nihil mirum si etiam varietur in specie moris, prælertim cum in bonis,& laude dignis maxime soleat attendi motiuum, qui enim beneficium recepit, si non est ipsi collatum,quia bonum eius est, minime obstrictum se alteri arbitratur,neq; opus esse amici censet, eodem igitur modo qui præter intentionem iusta opera facit, non censetur iuste facere, & hoc est forte quod

quod dicit Ocham apud Alma in.2.moral. c.3.in fine sicut non sufficit actum fieri ignoranter, vt quis excusetur; sed opus est fieri ex ignorantia:ita vt operatio sit bona, non sufficit eam fieri scienter ab operante; sed opus est fieri ex scientia,idest moueri hominem à bonitate cogita in obiecta: quamuis Almainus ibi ex Scoto putet,ad bonitatem actus nō opus esse,vt actus fiat ex scientia, seu prudentia;sed satis esse prudentiam assistere.

Conf. nostra sententia, quia infra ostendemus,circunstantias non conferre bonitatē actui,nisi habeant rationem obiecti motiui.ergo neque obiectum conferet bonitatem actui, nisi sit motiuum. Et hoc verum est,etiam si honestas obiecti ametur propter bonitatem finis, quod esse possibile non dubito,cum vna honestas possit esse vtilis ad aiterā habendam,& verissime id dixerunt quidam apud Vaz disp.51.c.3.nu.15. Nec obstat quod ait D. Thom.2.2. q.124. art.2.ad 2.martyrum elici à fortitudine, & imperari à charitate:non enim,vult cum precise substinetur ob gloriā Dei,habere vtriusque virtutis honestatem. Sed cum amatur ob propriam honestatem pertinere ad fortitudinē,cum propter Deum,ad charitatē,& hoc vltimum sufficit,& requiritur ad aureolam.Nec vero quia medium malum quamuis non propterse ametur,confert propriā malitiam,etiam medium bonum, licet non propterse ametur,conferet propriam bonitatem,quia iuxta Dio.c.4. di.no.bonum ex integra causa vt notat Vaz. illo.c.3.nu.20. Probabile tamen est eodem actu posse attingi propterse diuersas honestates,vt volo restituere Petro,vt faciam æqualitatem, & vt leuem eius miseriam,& talis actus habebit honestates diuersarū virtutū sicut Vaz. eodem.c.nu.18.& 19.concedit,eodem affectu posse adorari humanitatem Christi ob gratiam vnionis,& habitualem;quorum vnū ad duliam; alterum ad latriam spectat,& D.Thom.q.12.art.3.corp.& ad 3. concedit aliquando eandem intentionem ad plures fines gratia ipsorum terminari posse.

59. Quæstio incidens. 1.Opinio. 1. Argu. 2.Argu.

Petes,sub qua ratione obiectum cognoscidebeat,vt actus sit moraliter bonus R.alii qui,sub formali,& explicita ratione honesti, idque probāt.1.Quia malum nisi cognoscatur sub ratione mali moralis,& turpis,nō inficit actum:ergo à fortiori neque bonū obiectum honestat actum, nisi cognoscatur sub ratione honesti:plus enim requiritur ad bonitatem,quam ad malitiam, siquidem bonum ex integra causa consurgit;malum autem ex particulari defectu. 2.Quia D.Tho. q.19.art.1.ad 3.ait,bonum nō conferre bonitatem moralem actui,nisi quatenus cadit subordine rationis,idest,sub consideratione rationis:ergo nisi eius bonitas moralis consideretur,non honestabit actum.

Conf. nam actus voluntatis nequit esse bonus moraliter, nisi in obiecto consideretur bonitas moralis: ergo neque potest esse bonus bonitate morali determinata, nisi in obiecto cōsideretur moralis bonitas determinata.3.Quia non sufficit cognitio obiecti materialis, cum in eo interdum sint plures rationes boni,ac proinde si solum materiale proponatur,non magis specificabit secūdum vnam rationem, quam secundum aliā: imo interdum illud materiale indifferens est, vt sub honesta, vel turpi ratione amari possit:ergo sola consideratio obiecti materialis nec sufficit ad dandam actui speciem honestatis, nec bonitatem simpliciter, sed oportet ad dandam specialem bonitatem, sub determinata honesti ratione cognosci. Huic sententiæ fauent Arist.& D.Tho.citati in hac eadem sectione, eidem suffragātur Scotus Ocham,&Gab.ibidem citati,qui ad bonitatem moralem actus petunt obiectū cognosci,vt secundum se, & circunstantias consentaneum rectæ rationi,ita vt agens supra iudicium prudentiæ reflexionē faciat. Conf. 3. Argu.

Sentio tamen,eiusmodi considerationem obiecti ad actus interni moralem bonitatē minime requiri, & oppositum esse durum, crediuq; difficille,&ita tenet expresse Med. in hac.q.18.art.9.& q.19.ar.3. vbi male oppositum tribuit Almaino in moralib.tract.1. c.6.nam ibi ad medium capitis expresse nostram sententiam docet contra Ocham, & ait,eandem quæstionem tractari ab Andrea de Castronouo,infine.1.sent.non tamen explicat,quid Andreas sentiat,&tract.3.c.3. in fine iterum reijcit Ochanum nostramque sententiam (quam Scoti esse putat) amplectitur,vt & Palacios.2.d.40.disp.vni. & 3.d. 36.disp.vni.conc.8.& egregie Azor.to.1.li.2 c.5.q.4.Probatur:nam moralis bonitas obiecti importat conformitatem ad rationē, & legem:ac proinde adcognoscendū eiusmodi bonitarem obiectiuam necesse esset, homines reflexionem facere supra rationē, & legem: quæ reflexio rara est, præsertim in rusticis:raro ergo homines bene moraliter operarentur:quod absurdum est. 60.

Conf. quia vt voluntas dandi eleemosynam sit bona,& actus misericordiæ,satis est cognoscere,hunc esse pauperem, & egenū, & velle dare ei aliquid,vt eius miseria subleuetur,&vt voluntas amplificādi honorē Dei sit bona,& actus charitatis,satis est, ex pulchritudine Dei,aut beneficijs à Deo acceptis moueri hominem ad quærendam Dei gloriam;

riam,quatenus bonum quoddã Dei est: ergo non requiritur cognitio bonitatis moralis,seu honestatis obiecti, imo aliqui constituentes bonitatem moralem obiectiuam in conueniẽtia cum natura rationali,vt sic, dicunt,nõ opus esse, vt consideratio bonitatis moralis obiectiuæ sit omnino directa,& sub formali conceptu conuenientiæ ad naturũ rationalẽ,sed satis esse cognoscere obiectum esse conueniens operanti,vel alteri: erga quem habeat amicitiam,aut beneuolentiam,non aduertendo in obiecto,aut circunstantijs prohibitionem,vel contrarietatem cum lege,aut ratione,nullamque dignitatẽ vituperationis, vel supplicij, nullamq; deformitatem,aut turpidinem,& hinc colligemus in sequentibus, nullum actum posse esse indifferentem in indiuiduo,nam si obiectũ sic apprehẽdatur,actus erit bonus:si vero nõ ita apprehendatur,erit malus:in priori autem opinione euidens est,actum indifferentem in indiuiduo dari posse,videlicet,cũ obiectum neque sub ratione honesti,neque sub ratione turpis apprehẽditur. Vide dis.4. sectione.3.

61. *Soluũtur. arg. posita pro.1. opinione, huiusquæ sitiũculæ.* Ad.1.argu R.neq; ad malitiam actus necesse esse, vt obiectum apprehendatur sub ratione cõtrarij ad rationem,& legem Dei: nam sine cognitione Dei,aut legis diuinæ,& sine reflexione supra rationem potest actus esse moraliter malus per hoc solum, quod opus apprehendatur cum aliqua turpitudine,cum enim inclinatio naturalis sit ad bonum agentis,vel alterius,quoties in obiecto nulla apprehenditur malitia,homo agit iuxta inclinationem naturalem,atque ad eo,si libere agit,bene agit moraliter, & ideo vt male agat moraliter,opus est apprehẽdi in obiecto malitiam,quæ secũdum rectam rationem præponderet bonitati, ita vt agens, nisi propter malitiam illam opus omittat, turpe,imperfectum,indecorum,&deficiens manere,censeatur: quod est fundamentum malitiæ moralis, non ipsa moralis malitia. Vnde cognitio bonitatis,& malitiæ moralis formaliter sumptę,nec ad actum bonũ,neq; ad malum requiritur.

62. *Ad.2.* Ad.2. R. *Cadere sub ordine rationis*: In illo testimonio D. Tho.non est apprehendi bonum morale sub formali rationi boni maralis,sed re vera esse consentaneum rationi,in ratione obiecti;quod habetur,si apprehendatur,vt bonum alicui,non apprehensa malitia,ob quam,vel dimittendũ sit,vel necesse sit operantem manere turpem,deficiẽtem, *Ad.conf.* imperfectum,& deformem. Ad confir.neg. ant.iuxta dicta.

Ad.3. Ad.3.R. quando in obiecto materiali sunt plures bonitates morales,vt vna earum,potius quam alia conferat bonitatem moralẽ actui,debet apprehendi proximum,& proprium fundamentum ipsius,& propter illud appeti; non tamen debet apprehendi ipsa moralis bonitas sumpta formaliter, V. G. do,quod suum est,indigenti,si solum apprehendo,illud eius esse, & propterea do illi, actus est iustitiæ:si vero do illi,quia indigẽs, non quia suum est, est actus misericordiæ;si vtraque ratione,est ibi vnus actus iusticiæ in ternus,alter misericordiæ: externus autem vnus,& idem est misericordiæ,& iustitiæ sub ratione diuersa.

63. *Ad.1. Princip.* Ad.1.argu.initio sectionis factum.R.aliud est actum humanum sumere speciem ab aliquo;aliudvero sumere ab aliquo specificam bonitatem moralem,siquidem bonitas moralis est aliquid accidẽtario coniunctum cũ materiali specie,&substantia actus,& iã circa quæstionis.1.artic.3.vidimus ex obiecto nautrali, simul cum fine intrinseco debere sumi speciem naturalem actus, modo autẽ diximus,speciem bonitatis moralis ex obiecto terminatiuo nunquam sumi,sed ex obiecto motiuo, seu fine, & late,terminatiuum, etiam potest dici finis, vt docet Vaz.q.18. ar.4.ex D.Tho.& Conrad.Ideo species naturalis,quę sumitur ex obiecto motiuo, & terminatiuo dici potest ex solo fine sumi,& iuxta hæc intelligitur.D.Tho.q.1.a.3.q.10. ar.6.q.72.ar.3.ad.2.q.73.ar.3.dicens,*actum specificari a fine, & obiecto, neque mirum id esse; quia finis, & obiectum actus voluntatis idẽ sunt*, eodem modo loquitur Dur.2.d.38.q.1.

64. *Ad.2. Principa.* Argu.2.principale postulat, ad quã speciem pertineat, volo honeste viuere, quem ctũ constat esse honestũ, & in determinata specie honestatis:primũ ex se patet,quia est consenteneus rationi, & legi Dei, & habet bonum obiectum,beneq; disponit hominẽ. 2. Vero Probatur, quia est qualitas realis moraliter bona existẽs in rerũ natura; ergo est in determinata specie boni moralis: non enim potest dari indiuiduum alicuius generis, quin existat in aliqua determinata specie illius. Hanc autem specificam bonitatẽ sumit actus iste ab obiecto,nempe ab honestate in cõmuni:quamuis enim hæc ratio obiecti sit cõmunis;tamen sumitur,vt particularis quia præcise sumitur,& est obiectũ adæquatũ motiuum,& terminatiuũ talis actus; (quod Anto.Perez.lect.1.exam.p.3.c.10.ait, rationẽ illam esse vnã specie in esse obiecti, licet non in esse rei)& ideo vt sic, sufficit ad dandam actui specificam,& determinatam bonitatẽ,qui modus specificationis frequẽs est in actibus,& habitibus voluntatis, & intellectus,attingentibus rationes vniuersales præcisas ab inferioribus,sic Mataphysica est in deter-

in determinata specie scientiæ,licet habeat pro obiecto adæquato ens, *vt ens*, & actus, quo adæquate cognoscitur entitas in communi,ẽ in specie determinata,& sic de alijs; licet ergo ratio honesti,quando non est secũ dum se obiectum adæquatum motiuum, & terminatiuum, sed contracta, & determinata per specificas rationes, nondet speciẽ determinatam bonitatis moralis,sed generícam rationem actus studiosi, & moraliter boni:tamen vt præcise intenta dat speciem determinatam boni moralis. Ad quã autẽ speciem virtutis actus iste pertineat; quidam dicunt ad actum qui versatur circa bonum honestum in cõmuni, non dari habitũ, quia voluntas est satis propensa in illud ita expresse docet D.Tho.de veri.q.16.a.1.ad 7.sicut etiã de virtutib. q.1.ar.5.&.1.2.q.56. ar.6. Ait,*ad bonum propriũ naturale nullũ dari habitum,quia est proportionatum ipsi voluntati, quoniam hæc ad illud habet esse sufficientem inclinationem*,&.3.d.27.q.2.ar.3.ad.5.*in ordine ad beatitudinem naturalem nullum dari virtutẽ, quia voluntas ex se est satis determinata,& inclinata ad illam*, & Zumel infra.q.71.a.6.disp.2. solutione.3.ad.4.cõtra.6.cõc.putat ex mẽte D Tho.nullum dari habitum ad beatitudinem. Eademq; ratione nullam dari virtutẽ, ad bonum honestum in cõmuni,neq; vitium ad turpe in cõmuni, licet isti actus habeant propriam bonitatem,& malitiam moralem in specie quadã morali actus innominata. Idem docet Azor.to.1 lib.2.c.1.q.5 &quod non detur habitus ad honestum in cõmuni, docet etiã Vaz.d.50.c.2.& Ant.Per. lect.1. exam.p.3.c.11. quanuis.c.12. ponat habitũ peculiarem vitij innominatum ad turpe in cõmuni.Rationẽ discriminis assignat, quia ad honestum in cõmuni, voluntas habet ex se sufficientem inclinationem; non vero ad turpe in cõmuni,& ideo ad illud debet habitus poni,non vero ad hoc.Sed contra primo, quia si daretur habitus circa turpe in cõmuni,destrueretur peractus circa honestũ in cõmuni:nulli autem actus distruunt habitũ nisi producant,vel valeant producere oppositũ:ergo.2.Quia sicut Arist.& alij philosophi nõ ponũt habitum bonũ specialẽ circa honestum in cõmuni,ita nec malum specialem circa turpe in cõmuni. 3 Quia habitus non ponuntur ad solos actus rarissimos, circa quos cõsuetudo esse nõ potest: sed actus circa turpe incõmuni rarissimi sũt,quia circa turpe in cõmuni nulla fere cõmoditas annexa iudicari põt.ergo.4.Quia sicut voluntas ad honestũ incõmuni nõ recipit habitũ,ppter magnã inclinationẽ ad illud: ita nec ad turpe in cõmuni propter magnã repugnantiam,quæ reddit voluntatem incapacem facilitatis, & promptitudinis ad illud, & ita credo ad eiusmodi actus, siue bonos, siue malos nullum dari habitum.

65. 2.Opinio.

Alij tamen dicunt, proculdubio esse ponendũ in volũtate aliquem habitũ virtutis, quo prædictus actus bonus eliciatur;& quãdo est supernaturalis probant;quia:ad actũ supernaturalẽ necessarius est habitus supernaturalis,&infusus;quando autem naturalis probant.1.Quia experientia patet,his actibus acquiri habitum,non minus quam reliquis. 2.Quia hi actus si sunt efficaces,sunt difficiles,& ex parte voluntatis est capacitas,& modica propensio,ratione cuius indiget habitu;aliæ enim propẽsiones, quæ sunt ad obiecta non honesta,voluntatẽ retardãt à prosecutione honesti, & in particulari, & in cõmuni.Vnde,& D.Tho.2.2.q.17.art.1. &.q.18.ar.2.docet. *Omnem actum bonum, & honestum ad aliquã virtutem pertinere*. Ex quo prædicti etiam concludunt, ad beatitudinẽ naturalem in cõmuni, & particulari, & ad alia bona hominis propia esse constituendã virtutem aliquam involuntate.Quod magis est vero simile in ordine ad bonum honestũ in cõmuni: hoc enim complectitur bonum proprium,& alienum:ad bonum autem cõprehendens proprium, & alienum bonum, non est in voluntate sufficiens inclinatio:ergo respectu talis boni debet voluntas per habitum aliquem perfici,cui erit alius contrarius, habens pro obiecto malum contrarium bono honesto in cõmuni, vt siquis velit peccare,si ei fuerit vtile, vel delectabile, vel quoniam tale esse censet.Sed hoc falsum puto, vt fusius dicetur in tract. de habitibus,& virtutibus.

66. 2. Quæstio incidens.

Supposita autem opi. asserente,dari virtutem in ordine ad bonum, & honestum in cõmuni,est alia quæstio,an omnis virtus talem actum eliciat;an vero aliqua specialis, & si est specialis,quæ nam illa sit? Medina in hac.q.18.art.2.post medium,ait,actum istũ, volo esse studiosus,reduci ad iustitiam legalem,& istum actum, *volo esse nequum*,reduci ad iniustitiam legalem. Sed hoc Zumel, infra.q.71.ar.6. solutione.1.ad.4.cõtra.5.cõc. Anto.Perez.lect.1.examin.n.38.& sequenti. 3.p.lectionis. c.7. & alij quidam reijciunt, quoniam legalis Iustitia bifariam sumitur: vno modo generaliter pro omnibus virtutibus, & hoc sensu constat, hunc actum non esse adæquate iustitiæ legalis; sic enim esset omnium virtutum, quod falsum est. 2.Pro speciali virtute habente pro motiuo reddere ius suum Reipub. seu communitati, vt D.Tho.2.2.q.58.& ar.5.& 6.&.q.89. art.1. actus autem dictus non habet tale motiuũ, sed honestatem abstrahendo ab illo motiuo,

uo, & alijs: ergo, &c. Et ideo isti dicunt, eiusmodi actum, pertinere ad specialem habitum distinctum à iustitia legali,& alijs, qui cõmuniter nominantur;sicut est specialis habitus in intellectu circa hæc principia practica;bonum est faciendum: malum est vitandum,scilicet habitus Synderesis,sed an sint inquiũt,diuersi habitus iuxta varias rationes honestatis, quas intellectus potest abstrahere,& voluntati proponere magis, vel minus vniuersales,parum refert ad præsens institutum,& facile definiri potest per principia generalia de distinctione habituũ per actus,& obiecta.

67. Sentio tamen id esse difficilimum,si enim ad honestatem in cõmuni datur aliqua specialis virtus; ergo etiam ad honestatem tẽperantiæ incõmuni,prout includit castitatẽ, abstinentiam,& sobrietatem,& ad honestatem iustitiæ in comuni,prout includit iustitiam distributiuam,cõmutatiuam &legalẽ, item iustitiam ad Deum, qualis est pœnitentia,religio,&c. Et denique quoties obiecta aliqua in esse moris habent aliquam bonitatem,inqua essentialiter conueniunt, esset ponenda pro illis sic spectatis specialis virtus: quod inauditum est. Deinde inconueniens est, constituere aliquas virtutes nunquam Philosophis,aut Theologis cognitas. Præterea siquis habeat virtutes omnes habentes specialia motiua promptus,& expeditus erit ad prædictum actum: habitus autem specialis non est ponendus, nisi ad superandam difficultatem, quæ reliquis habitibus superari non possit:ergo ad prædictum actum non est specialis habitus constituendus. Hoc autem dupliciter intelligi potest. 1.Ita vt actus circa bonum honestum in cõmuni à nullo habitu eliciatur,sed si est naturalis,a sola potentia simul cum cognitione obiecti,si vero supernaturalis à potentia cũ auxilio supplente naturalem potentiæ defectum,&imperfectionem:iuuent autem ad hunc actum omnes virtutes,non elicitiue, aut effectiue,sed dispositiue.Quemadmodũ quando in eleemosyna concurrit debitum iustitiæ,actus internus misericordiæ dispositiue iuuat,& conducit, promptamque reddit voluntatem ad actum internum iustitiæ: non tamen elicitiue,aut effectiue. 2. Potest intelligi ita, vt singulæ virtutes, & quęcumque earum omnium, vel aliquarũ collectio effectiue, & elicitiue concurrere possit ad hunc actum,volo honeste agere,si propositio sit indefinita si vero vniuersalis,vt volo in omnibus honeste agere,oporteat omnes virtutes concurrere,neutraq; seorsum sufficiat. Idemq; proportionaliter dicendum est de actibus, qui versantur circa malũ morale in cõmuni. Neq; absurdũ est eiusdem speciei actum elici à pluribus virtutibus,quãdo ille versatur circa motiuum abstractum à proprijs motiuis talium virtutum, cur vero in intellectu simile quid non concedamus,ratio esse potest, quia habitus intellectus ex abstractione obiecti,& principiorũ, & modo precedendi distinguũtur:quoties autem aliquid horum diuersum est,etiam actus diuersus est:virtutes autem voluntatis ex motiuo speciali distinguuntur, & ex varia difficultate,quã vincũt,vnde quãdo motiuũ non est omnino diuersum,& ipsa difficultas pót alijs habitibus vinci,non ponitur alia virtus; sed actus boni ab illis eliciuntur, qui prõptitudinem ad eiusmodi actus conferunt voluntati. Et vtroque ex his modis defendi potest,actusversantes circa bonum honestũ in cõmuni, pertinere ad iustitiam legalem sumptam indifferenter, & indiscriminatim pro omnibus,& singulis virtutibus,quo pacto accipi posse iustitiã legalẽ,docet expresse D. Tho.2.2.q.58.a.5.&.q.79.a.1.quibus locis duo notatu digna satis aperte insinuat.

68. Primum est, actus qui versantur circa bonum honestum, seu contentaneum legi, & rationi in communi, habentesque promotiuo eiusmodi, & conformitatem,pertinere ad omnes virtutes, videlicet aliquo ex illis modis iam indicatis,& non ad aliquã specialem virtutem. 2. Est,ratione huius actus omnem virtutem nomine iustitiæ legalis appellari, non quatenus actus ille ad bonum priuatum conducere potest, sed quatenus conducit ad bonum cõmune, quod leges, præsertim humanæ,primario intendunt. Illa autem. quæst. 58. artic.5. & clarius. artic.6. constituit D. Thomas virtutem specialem in substantia;generalem autem in efficacia, & in amplitudine,& extensione obiecti,quę perse respicit bonum communitatis, & ad illud ordinat actus reliquarum virtutum, & D. Thomam sequitur Molina.to.1. de Iust. disput.1. quod tamen difficile est creditu. Nam sicut eadem amicitia, & gratitudo est erga communitatem,& erga personam priuatam;ita & eadem iustitia, vnde per iustitiam commutatiuam celebrantur emptiones venditiones,& alij contractus inter personas priuatas,& communitates:&inter cõmunitatem,& personam priuatam, idemq; est de iustitia distributiua,vindicatiua,& remuneratiua,& de alijs virtutibus, quæ erga priuatas personas,vel cõmunitates exerceri possunt. Vnde Atist.5.Eth.c.1.& 2.iustitiã legalẽ appellat omnẽ virtutẽ, quę appellatio non esset propria,sed impropria figurata,& metaphorica,si iustitia legalis esset specialis virtus à reliquis distincta, vt charitas à virtutibus

tutib9,quib9 imperat.Sed de hac re alibi dili gẽtius disserem⁹.Iis vero quæ hactenꝰ dicta sut consonat Vaz.disp.50.c.22. docẽs. 1. hos actꝰvolo,honeste viuere;volo,turpiter viuere nõ spectare ad habitũ iustitiæ & in iustitiæ legalis:nã iustitia legalis sñ Arist.5.eth c.1.& 2 est cõmunis ratio uirtutis, & iniustitia legalis est cõmunis ratio vitij, nullus autẽ actus in particulari pertinet ad habitũ virtutis. l. vitij in communi. Iuxta,D.Th.autem 2.2.q. 58.ar.5.&6.iustitia legalis est quæ reliqua bona ordinat ad bonum cõmunitatis, ad hanc vero non potest pertinere iste actus,volo honeste viuere,quia iste actus non respiciat bonum cõmune. 2. docet ad tales actus nõ poni virtutem aut vitium acquisitũ, quia sunt per faciles, eo quod noncernunt materiam determinatã,exqua sola oritur difficultas.Et confirmat .1. quia mirabile esset dari huiusmodi habitus,tamen illorum non meminisse Arist. D.Tho. aut alios philosophos & Theologos, qui exacte de habitibus disserunt,& ne imperfectos quidẽ præterierũt, quare etiam si isti essent imperfecti,non essẽt ab eis prætermissi. 2. confirmat ex D. Tho. locis cita. 3. insinuat dari virtutem infusam ad actum supernaturalem, quo volumus in cõmuni honeste agere, dicit enim hoc pendere ex illa. q. an dentur virtutes morales infusæ.Cum igitur postea doceat eas dari, videtur sentire ad aliquã earũ pertinere, debuisset autem explicare ad quam ex illis. 4.Ad argu. quo aliqui contendebant, dari debere habitũ ad bonũ honestũ in cõmuni apptendum,licet hic actus sit facilis, quia assensus principiorum suppositа apprehensione conuenientiæ extremorum facilis est, tamen ad illũ ponitur habitus. Rt. nullũ dari ibi assensum præter ipsam apprehensionẽ prim. principiorũ à iudicio maxime differre:& cur etiã suppositа apprehensione necessarius sit habitus ad assentiendum prompte, & facile primis principiis.

69 Obiectio. Sed contra id quod diximus defendi posse,nempe hunc actũ,volo studiose viuere posse elici ab omnibus virtutibus arguitur:sic enim habebit plures species moris ex æquo illi cõueniẽtes:q⁹ repugnat ideo enim D. T. q.1.a.3.ad 3.dixit,eundẽ actũ interũ nõ posse simul duos fines proximos habere:quia esset æque primo in duplici specie.In hac obiectione examinãda se offert quædã difficultas an actus iste habeat speciales bonitates omniũ virtutũ,& ille,volo turpiter agere,habeat Respon. malitias speciales omniũ vitiorũ.Quidã affirmãt,quia isti actus implicite terminãtur ad obiecta omniũ virtutum.l.vitiorum,quæ cõfuse cõtinẽtur inhonesta & turpi vita.Addũt autẽ isti,quod quia isti actus cõfuse tãtum & imperfecte attingũt particularia obiecta virtutũ.l.vitiorũ omniũ: ideo remisse & imperfecte participãt ipsorũ bonitates & malitias. Hãc opin. reiciiunt Zumel & Anto. Perez supra:quia actus nõ potest esse æque. 1. in pluribus,speciebus.Sed impugnatio hęc nulla est quia id verũ est de speciebus naturæ.l. despeciebus moris fundatis in diuersis specieb⁹ naturæ,vt in exẽplo adducto ex D.T.de specieb⁹ sumptis ex fine proximo:potest autẽ dici, species moris sumptas ex obiectis particulariũ virtutũ vel vitiorum nõ esse huiusmodi.l. certe in nulla illarum esse per se 1. sed in specie cõmuni sumpta ex obiecto abstrahẽte ab obiectis particularibus virtutum, & vitiorũ omnium. Vnde aliter impugno illã opinionẽ. Quia potest homo inculpate ignorare. l. nõ cogitare de obiectis vitiorum in particulari: ergo tunc nõ imputabit specialis eorũ malitia,maxime cum neq sit volita in se ipsa neq. in aliquo, ex quo necessario cõsequatur, qñ vero necessario infert hoc.l. illud malum sub disiunctione;ideo inde contrahetur ad malitiã minim ẽspecieciei:si tamẽ quis vniuerse vellet,in omni vitiorũ genere exerceri,actus participaret, licet remisse malitias omniũ vitiorũ implicite in ea vniuersali ratione volitas ; ex obiectis autẽ bonis particularibus confuse et indefinite volitis nulla sumitur bonitas: quia vt bonum aliquod det actui bonitatẽ, debet nõ implicite sed formaliter esse in se & propter se volitnm. Ille ergo actus ad nullam pertinebit virtutẽ quæ per se respiciat particularia bona:quod confirmat Anto.Perez sup.c. 8.nu.40. quia nullus per repetitionẽ talis actus sentit se promptiorẽ ad particularia obiecti secũdũ se.ergo ille actus ad nullam specialem virtutẽ pertinet,quæ specialẽ honestatem respiciat,neque habebit bonitatem ex particulari materia desumptã,sed habebit speciẽ vnam moralem communem omnibus virtutibus,sumptam ex obiecto communi omnibus,quod est bonum honestum.Idem est de hoc actu, *volo in omnibus honeste viuere propter ipsam honestatem in communi*,si enim motiua sunt varia erunt varij actus . Vnde bene Anto.Perez sup c.10.& 12.docet actus respiciẽtes vniuersaliter vel indefinite honestũ in cõmuni,l. indefinite turpe in cõmuni,nõ cõtrahere bonitatẽ vel malitiã obiectorũ particulariũ.Velle autẽ in omnibus turpiter viuere,cõtinet accidẽtaliter malitias omniũ vitiorũ,quæ sub illa vniuersali contineri posse,offertur ipsi operãti;malitia autẽ quasi essẽtialis huic actui , sumitur exturpi in communi. Porro actus isti communes omnibus virtutibus & vitiis non habent tantã vim,vt omnes habitus studiosos vel virtuosos generare possint.Licet actus ab ipsis possint generari:vndede solis actibus propriis verum est,habitibus produci similes actus illis,à quibus producti sunt;& actus posse generare habitus eosdem speciei cum illis,à quibus eliciti sunt

Angeſtus tamẽ in moral.c.3.§.8.fo.16. tenet genericos actus verſantes circa bonũ, & turpe in communi, habere ſuam ſpecificam bonitatem, & malitiam, & producere habitus genericos inclinantes ad ſimiles actus genericos. Qui generici dicuntur: quia bonũ & malum morale in genere reſpiciunt. Sed mirũ eſt, nullam apud Philoſophos vel Theologos eſſe de habitibus genericis mentionem.

Ad 3. Arg. princip. Ad 3. arg. initio ſectionis propoſitũ R. mẽtem noſtram & aliorũ aſſerentium, ſpecificã bonitatem actus ex obiecto ſumi, non eſſe vt ſemper obiectũ terminatiuũ ſufficiat ad conferendam interno actui bonitatem, ſed quoties ex ſe bonum fuerit, & propterſe expetatur: alioqui enim vel actus internus bonitate carebit vel illã ex obiecto motiuo & non ex terminatiuo ſumet.

Sectio.8. Vtrum aliquis actus internus ſit eſſentialiter bonus bonitate morali.

70

1. Opinio.

QVidam generatim affirmãt bonitatem actus interni ſumptã ex obiecto eſſe tali actui eſſentialẽ in eſſe naturæ; ac proinde tale actũ eſſe eſſentialiter bonũ bonitate morali: fauent Cõimbricen. in ethi. diſp. 5. q. 1. a. 1. aſſerentes *bonũ & malum eſſe differentias humanarũ actionũ*, & Antoninus 1. p. tit. 4. c. 12. §. 1. dicens, *bonũ & malum eſſe differentias per ſe in actibus*, loquẽdo de bono & malo ex obiecto D. Th. q. 19. a. 1. aſſerens, *bonũ & malum eſſe per ſe differentias actus voluntatis*, vbi & q. 20 ar. 6. Conrad. explicat, eſſe differentias per ſe actus eliciti voluntatis, *ideſt*, eſſentialis & adducit D. Th. 2. d. 40. a. 1. aſſerentẽ, *bonũ & malum eſſe differentias eſſentiales actus voluntatis*, & q. 54. a. 3. ait D. Th. *bonũ & malũ ſpecifice diſtinguere habitus voluntatis, eãdẽq. eſſe rationẽ quantũ adhoc de actibus & habitibus* Et 1. p. q. 48. a. 1. ad 2. ait, *bonũ & malũ eſſe differẽtias conſtitutiuas in moralibus, quæ recipiunt ſpecies ex fine, qui eſt obiectũ voluntatis à quo moralia depẽdent*, & infra, *malũ, quod eſt differentia conſtitutiua in moralibus, &c.* Pro hac 1. ſẽtẽtia facit Richar. 2. d. 40. a. 2. q. 1. vbi ſolũ quærit de actib⁹ externis, an eorũ differẽtiæ ſint bonũ & malũ & R. illis accidere gen⁹ moris; ac proinde bonũ & malũ, quæ ſunt differentiæ huius generis: de actibus tamẽ internis id nõ quærit, ſupponẽs eſſe per ſe differentias ipſorum, & ideo q. 2. eiuſdẽ arti. ſolũ quærit ſicut D. T. *an idẽ actus externus poſſit eſſe ſucceſſiue bonus, aut malus*, de interiori autẽ id nõ quærit; & ob eãdẽ rationẽ eadẽ opinio tribui poteſt Capreo. 2 d. 40. q. vni. a. 1. conc. 3. & a. 3. ad arg. cont illã, & Ferrar. 3 cõtra gen. c. 10. §. circa tertium. Aliqui etiã Thomiſtæ licet dicant, vel omnem malitiã moralem eſſe accidentalẽ actui interno, quia eſt priuatio aut extrinſeca denominatio, vel ſaltẽ malitiã actus, quo malum ſit indirecte tãtũ volitum ſecus directe, vt in odio Dei, vel voluntate agendi contra conſcientiã. Bonitatẽ tamen omnem eſſe eſſentialẽ alicui actui: quia omnis ſumitur ab obiecto quod directe reſpicitur per aliquem actum. Vnde & Gabriel omnem actum elicitum bonum, putat eſſentialiter eſſe bonum 3. d. 23. q. 1. a. 1. notab. 4. lit. k. & ſequentibus; ait enim. Actũ ſtudioſum eſſe in duplici differentia, quidã enim eſt ſtudioſus intrinſece vel eſſentialiter, vt quidã loquũtur, id eſt nõ denominatione extrinſeca, l. vt alij dicunt, formaliter: quidã vero eſt ſtudioſus contingenter ſiue de nominatione extrinſeca, vel ſecundũ alios actus formaliter intrinſice & eſſentialiter ſtudioſus eſt, qui manens idem numero nõ poteſt naturaliter fieri vitioſus, ſeu nõ ſtudioſus exẽplũ primi ponit in omnibus actibus elicitis ſtudioſis. Exemplũ uero ſecundi in omnibus actibus imperatis ſtudioſis, eãdemq. diſtinctionẽ ponit in actibus vitioſis, vt quidã ſint eſſentialiter vitioſi ſcilicet omnes vitioſi eliciti: alij vero cõtingenter ſcilicet omnes vitioſi imperati; fatetur tamen, omnẽ actum ſtudioſum elicitũ poſſe fieri ſupernaturaliter nõ ſtudioſum, eo q⁹ poteſt produci à ſolo Deo in voluntate; & tunc non erit eſtudioſus: quoniã nõ erit elicitus libere, imo neq. neceſſario à voluntate: actus autem nõ liber, nõ eſt ſtudioſus. Sumpſit Gabriel hãc doctrinã ex Okã variis locis potiſsime quod libeto. 4. q. 6. & quodlib. 3. q. 13. & 3. ſent. q. 12 & 13. aliqui idem tribuũt Almaino. 1. moral. c. 13 quia dicit, bonitas actus nihil aliud eſt quã actus bonus. Sed male hic locus inducitur ſolum enim vult ibi, cõformitatem ad rationem, quã cum Scoto putat eſſe bonitatem moralem, nõ eſſe aliquid inhærens actui; nec diſtinctum realiter ab ipſo; ſed ipſum actum cõnotãdo aliquid aliud. & c. 6. ex profeſſo & late diſputat, an aliquis act⁹ ſit intrinſice bon⁹, & refert prædictã opinionẽ Ochami, & oppoſitã Andreæ de Caſtronouo aſſerentis, nullum actum eſſe intrinſece bonum, ſed omnẽ poſſe fieri malum, & ait Almainus, hanc opinionẽ Andreæ eſſe valde probalilem; defendi tamen poſſe, ſolum actum dilectionis Dei ſuper omnia eſſe intrinſice bonum, tenendo eã dilectionem à Deo prohiberi non poſſe; & tãdẽ nihil reſoluit. Azor. autẽ to. 1. li. 2. c. 3. q. 5. & c. 5. q. 1. & 2. expreſſe tenet, omnem actum internum bonum, eſſe per ſe & eſſentialiter bonũ; neq. poſſe fieri malũ vlla ratione. Okam & Gab. his rationibus ſuam fulciunt opinionem. Prima probat dari aliquẽ actũ, intrinſece bonũ, quod probatur ſic. Capio aliquem actum virtutis, & quæro an ille ſit ſtudioſus intrinſece vel extrinſece: ſi intrinſice habetur propoſitum. Si extrinſece: ergo

1. Ratio Oham.

eſt

est studiosus ab alio actu propter illius assistentiam. Iam quæro iterum de illo vel est studiosus intrinsece vel extrinsece. Si intrinsece ergo propositũ: si extrinsece: ergo ab alio: ergo erit processus in infinitũ in actibus studiosis, vel tandem deueniemus ad vnum intrinsece bonum, quod erat probandum. 2. vero ratio probat, omnem actum elicitum esse intrinsece bonum: quia si aliquis non esset intrinsece bonus, esset ille qui non haberet obiectum bonum, & omnes circunstantias bonas; talis autem non esset bonus, quia bonus actus non solum habet bonum obiectũ principale; sed etiam habet pro obiecto partiali omnes circunstantias debitas, quarum si aliqua desit, desinit omnino ille actus, eo quod essentialiter pendet à suo obiecto & à qualibet eius parte, ergo omnis actus elicitus bonus, est essentialiter & intrisece bonus. 3. ratio ad idem est, quia si aliquis actus elicitus bonus, non esset intrinsece bonus, sed extrinsece, verbi gratia ex aliqua dispositione intellectus, quæ manente eodem actu voluntatis posset variari; sequeretur aliquem actũ de non bono effici bonum, & de non meritorio meritorium; per positionem alicuius actus mere naturalis, qui non esset in potestate operantis; quod videtur absurdum: quia noua bonitas moralis & nouum meritũ sine nouo concursu libero voluntatis haberi non potest. Sequela autem probatur, quia sine vlla dependentia à voluntate potest actione Dei vel accessu rationis euidentis mutari iudicium intellectus, iudicando esse malũ & prohibitum aliquid, quod antea iudicabatur licitum vel e contra: ergo actus voluntatis sola illa accessione cognitionis non existentis in potestate libera operantis, fieret de nõ bono bonus & meritorius, vel e contra de bono non bonus seu malus & de meritorius.

2. 3.

71

1. Ratio aliorum.

Alij autem probant bonitatem ex obiecto esse essentialem actui bono elicito etiã spectato in solo esse naturæ. 1. quia quando actus est bonus ex obiecto, honestas obiecti est 1. ratio volẽdi illud, manẽs autẽ actus nõ potest nõ retinere primã rationẽ, primum q. motiuũ volendi obiectũ: quia à tali motiuo capit suã speciẽ in esse naturæ: ergo non potest nõ manere in eo bonitas moralis ex obiecto sumpta, quia ad hãc sufficit, obiectũ motiuũ esse bonũ, licet finis extrinsecus, aut alia circũstantia malitiã contineat. 2. quia bonitas est essentialis habitui virtutis infusæ & acquisitæ pertinenti ad volũtatẽ: ergo & actui, cõseq. tenet quia pro differẽtia actionũ ex habitib⁹ procedẽtiũ, est differ. habituũ, vt docet Arist. 2. ethi. c. 1. cũ similes habitus pro ducant similes actus. Ant. vero prob. quia habitus bonus & malus, vt liberalitatis distingũtur specie

2. Eorundẽ

interse; imo & cõtrarietate mutua sibi repugnant, vt constat ex doctrina Arist. c de oppositis & 2. Ethi. c. 8. & 1. cæli c. 4. distinguũtur autẽ & pugnant interse bonitate, & malitia vnde bonitas ponitur in definitione virtutis; qua virtus dicitur bona qualitas mentis, eodẽq. modo malũ in definitione vitij, quia vitiũ dicitur qualitas secundũ quã animus malus est, &c. nõ est igitur negãdũ bonũ & malum esse differentias essentiales habituũ pro indeque humanarũ actionũ. 3. Quia veritas est essentialis actui virtutis intellectualis. ergo & bonitas actui virtutis apetitiuæ seu voluntatis. 4. Si bonitas est accidentalis alicui actui elicito voluntatis ille potest trãsire de bono in malũ, ergo idẽ numero actus erit elicitus nunc à virtute, nunc à vitio, nunc generare habitum virtutis, nunc vitij, & à fortiori poterit nunc pertinere ad vnã virtutẽ, nunc ad aliam, nunc ad vnũ vitiũ, nunc ad aliud: hæc autẽ non videntur admittenda: ergo 5. Actiones humanæ sumunt bonitatẽ & malitiã ab obiectis, adquæ respectu transcendenti sibi intrinseco & essentiali referuntur. ergo per bonitatẽ & malitiam quã ab his accipiũt, intrinsece cõstituũtur. 6. Genus moris cõsistit in ratione volũtarij, hęc autẽ est intrinseca actibus ergo genus moris, ac pro inde eius differentiæ sunt intrinsecæ actibus.

3. Eorundẽ

4. Eorundẽ

5. Eorundẽ

72

2. Opinio Autoris.

2. Opinio & tenenda est nullũ actũ elicitũ voluntatis esse essentialiter bonũ proprie loquẽdo (de imperatis nõ loquimur, quia res est certa, nullũ talẽ esse essentialiter bonũ) ita tenet Andreas de Gastronouo supra Bon. 2. d. 41. a. 1. q. 2. Scot. 1. d. 17. q. 2. §. quantũ ad istũ Caiet. & Med. q. 19. a. 1. & q. 20. ar. 6. & insinuat Vaz. disp. 51. c. 2. nu. 10. dicens, *bonitatẽ l. malitiã quã actꝰ internus capit, ex fine intrinseco, esse quasi substantialem, quia videlicet nihil illa est vere substãtialis*, sed expresius id tenet disp. 55. c. 2. & sequentibus, & disp. 56. c. 2. & inidem propendet Almai. supra, imo ex Gab. & Okã ostendemus, ita loquendũ esse: sumitur etiã hęc sentẽtia ex Dur. 2. d. 40. q 3. Maiore. d. 41. q. 1. p. 2 & 1. d. 17. q. 8. & aliis referendis disp. 3. sect. 12. asserentibus, eundẽ actũ internũ trãsire posse à bono in malũ & cõtra. Proquo Nota duob⁹ modis aliquid dici posse essentialiter tale, vno modo proprie, ita vt esse tale sit de eius essentia, seu cõceptu & ratione intrinseca, & sic nulla bonitas, aut malitia moralis est essentialis alicui actui voluntatis, si quidẽ omnis illa est vel includit aliquid superadditũ essentiæ, vt bonitas transcẽdens est vel includit aliquid entitati superadditũ, & similiter malitia naturalis. Neq quãtũ ad hoc est discrimẽ inter bonitatẽ, & malitiã moralẽ, & alias bonitates aut malitias. Neq. inter bonitatẽ simpliciter & ex obiecto ita. f.

vt bonitas, simpliciter, dicat aliquid accidentale actui spectato in esse naturæ, secus autem bonitas ex obiecto; sed vtraque dicit aliquid accidentale actui, imo & separabile ab illo vt dicemus. 2. Ergo potest intelligi, aliquid esse essentiale actui, idest consequens eius essentiam necessario, & hoc vel in ordine ad potentiam ordinariam, vel in ordine ad absolutam, & quidem si sermo sit de necessaria consecutione in ordine ad potentiam absolutam, etiam in opinione Ochami & Gabrielis tenendum est, bonitatem moralem non esse essentialem actui moraliter bono considerato in esse naturæ, si quidem de potentia absoluta patest idem actus in specie & individuo produci, vel conseruari in voluntate à solo Deo, & tunc non erit bonus moraliter: ergo in ordine ad potentiam Dei absolutam nullum actum elicitum voluntatis consequitur necessario bonitas moralis. Si vero sermo sit de necessaria consecutione in ordine ad potentiam ordinariam, idem dicendum est: nam idem actus bonus, qui fit cum deliberatione, poterit fieri vel continuari sine illa: ergo bonitas moralis non consequitur eius essentiam necessario in ordine ad potentiam ordinariam. Si dicas, mutata deliberatione aliud amari, vel non amari in obiecto principali & mutari actum, ac proinde non esse eundem actum illum, qui antea erat bonus, & nūc non est bonus. Contra, nam licet demus, accedente deliberatione, aliud cognosci, non sequitur aliud amari; si quidem fieri potest, vt id, quod cognoscitur, sit omnino malum, aut ipsa malitia: malum autem, vt malum, aut ipsa malitia licet de nouo cognoscatur, non diligetur in se ipso: imo etiam si bonitas aliqua in obiecto detegatur, non oportet ipsam in se amari: ergo actus voluntatis idem obiectum habebit, quod antea: non igitur opus est accessu, vel recessu deliberationis mutari substantiam actus. Si dicas saltem actus bonus elicitus humanus manens humanus seu liber, non potest bonitatem moralem exuere, & sic actus bonus elicitus, vt humanus, & liber, erit essentialiter bonus, idest, bonitas moralis necessario ipsum consequetur, id quod fortasse intendūt Ocham Gabriel & alij. R. 73 verisimile est, id tantum eos intendisse: nam de hoc sunt opiniones. Quidem enim concedunt vnū numero actum internum, eundem in genere naturę posse alio, & alio tempore subire diuersas formalitates in genere moris, ita vt nunc bonus, & meritorius, postea malus & demeritorius sit, ita Caiet. & Med. q. 19 a 1. Alij negant, posse id fieri, asserētes, vbi primū actui superuenit aliqua circunstantia mutans speciē, nō manere eundē numero actum internū, etiā in genere naturæ; sed elici iā alīū, & re & specie distinctū. Tamē hæc posterior opinio vera nō est: nā actus bonus elicitus manens humanus, seu liber, potest variis modis bonitatē exuere 1. quidē nō recipiendo malitiā in opinione asserente, dari posse actū humanū indifferentem in individuo, vt 1. Modus. si actus aliquis indifferēs in specie erat bonus in individuo ex accidentali circunstātia finis extrinseci, ille ipse manens humanus, ablata relatione in talē finē, exuet bonitatē, nullā induēs malitiā. Potest autē actus elicitus indifferens in specie habere finē, & motiuū extrinsecum, quo reddatur bonus accidentaliter, si homo ad volēdam delectationem sensibilem vel honorem in se nō prohibitum se applicet ex motiuo charitatis, misericordiæ, vel alio simili. Item si talē honorem & delectationem alio actu velit propter motiuum honestū, volitio delectationis vel honoris propter se ipsum, reddetur accidentaliter bona ex concursu alterius actus, referentis eius obiectum in honestū finem; in his ergo casibus auferri poterit ille finis honestans actū indifferentē in specie, & tunc in opinione asserente, posse dari actū indifferentem individuo ille actus manebit indifferens individuo. In opinione autē negante, dari posse actum indifferētē in individuo, ille actus idē, & humanus manēs, exuet bonitatē & induet malitiā. quod erit verū in vtraq. opinione, si actus ipse elicitus in malū finē extrinsece referatur applicando se volūtate ad eius pductionē ex malo fine, & hic est. 2. modus quo actus elicitus manens 2. humanus exuet bonitatē. 3. Autē modus est 3. si actus bonus propter ignorantiā inuincibilē deinde fiat malus ex ignorātia vincibili superueniente, manente eodē actu. Vt si quis inuincibiliter putabat rē esse suā, & ideo illa volebat vti, propria auctoritate, postea vero id putet vincibiliter & culpabiliter, quia nō fecit diligentiā, inquirendo veritatē, sicut tenebatur idem actus est, cū habeat idē obiectū, & easdē circunstantias, ex bono autem fit malus: idemq. erit si erat ignorantia inuincibilis, & superueniat scientia, & cognitio vera de malitia obiecti vel circunstantiæ. Idē si in uencibili ignorātiæ superueniat vincibilis aliqua ignorantia, vt si quis in culpate nō cogitans de malitia obiecti, l. circunstantiæ, postea culpabiliter putet, in esse malitiā obiecto vel circunstantiæ, aut culpabiliter nō cogitet de tali malitia neq. illā animaduertat. 4. Mo 4. dus est si quis videat aliquid in esse obiecto quod reddit illud malum & prohibitum, antea vero illud non videbat: quia in eo non erat, vel alia de causa: tunc enim actus humanus, qui erat bonus, manens humanus, fit malus. Quintus si actus elici- 5. tus, qui

Obiectio.

Solutio.

tus qui habebat bonum obiectum bonaſque circunſtantias, imperetur ab alio actu elicito, referaturque per illum extrinſece in malum finem. 6. modus eſt ſi ipſemet actus elicitus de nouo prohibeatur, aut prohibitus iudicetur & tamen continuetur ab homine: idemque erit, ſi prohibeatur, aut prohibita cenſeatur eius intenſio, aut extenſio, & cum eadem intenſione continuetur, quæ prohibitio etiam in dilectionem Dei ſuper omnia vel eius intenſionem cadere poteſt, ſaltem de potentia abſoluta: poteſt enim Deus aliquid huiuſmodi prohibere ne impediat aliquod aliud bonum corporis aut animæ, proprium vel alienum: ſimiliter Deus poſſet prohibere vt ait Andreas De caſtronouo apud Almain. illo cap. 6. ne detur eleemoſyna pauperi propter Deum, imo præcipere, vt occidatur pauper: ſic etiam poſſet prohiberi à Deo hic actus, nolo contrauenire diuino præcepto, ſed ſe cluſa ignorantia, qua quis ignoraret, præceptum eſſe de non exercendo hoc actu, non poſſet ille haberi. Quia ſi ſcienter aduerſatur diuino præcepto, non vult illud implere; ſiquidem volitio efficax diuini præcepti neceſſario implet illud. Ex ignorantia autem huius præcepti poſſet hic actus haberi, & eſſet malus, ſi iguorantia huius præcepti eſſet culpabilis, vt Almainus ſupra cõcedere videtur, licet confuſe admodum, & ſine reſolutione in toto illo cap. loquatur: denique qnemcumque actum humanum externum & internum poteſt Deus prohibere ſaltem de potentia abſoluta, ideo omnis actus humanus poteſt eſſe malus ſaltem in ordine ad potentiam Dei abſolutam: ergo ad nullius actus humani eſſentiam conſequitur neceſſario bonitas moralis. 7. modus poſitus à quibuſdam eſt, ſi actus habens aliquid honeſtum pro obiecto motiuo, poſtea habeat pro obiecto motiuo aliquid non honeſtum, vt ſi velim pauperis miſeriam ſubleuare, non alio motiuo, niſi vt ſubleuem eius miſeriam, vel aliquod medium ſumere velim præciſe ad eius miſeriam ſublenandam; iſti actus ſunt boni, & in hac opinione iidem manebunt mutato motiuo, & tunc erunt mali. Iſte. 7 modus diſplicet quia variato proprio motiuo variatur eſſentialiter actus, quoniam de eſſentia actus eſt ordo ad obiectum formale, & motiuum, & non ad ſolum materiale & terminatiuum; ſicut de eſſentia actus fidei diuinæ non eſt ſolus ordo ad obiectum terminatiuum; & materiale, verbi gratia ad hanc propoſitionem, Deus eſt homo; ſed etiam ad formale & motiuum, quod eſt diuina reuelatio obſcura. Et Confir. quia cum quis efficaciter amat finem propter ſe, verbi gratia ſanitatem, vnicum, & ſimplicem habet actum, qui eſt eſt intentio reſpiciens ſanitatem, vt obiectum terminatiuum, & motiuum ſine dependentia ab alio actu, qui verſetur vel circa aliud obiectum vel efficaciter circa idem. Itaque in tali actu non eſt diſtinguere realiter habitudinem tranſcendentem ad ſantitatem, vt ad obiectum motiuum, & vt terminatiuum. Quod ex eo liquet quia alioqui oporteret dari actum vel realem partem eius, quæ ad nullum obiectum terminetur; & partem quæ in ſe ſub nulla ratione diligat obiectum: quod eſt abſurdum; eo vel maxime, quod hæc pars eſſet prius natura imo naturaliter vel ſupetnaturaliter poſſet eſſe prius tempore, quam alia habens ſanitatem pro obiecto tantum motiuo, & interim ea parte diligeretur ſanitas nec propter ſe nec propter aliquid aliud; hoc autem repugnat: ergo ordo ad obiectum motiuum eſt eſſentialis actui, quo ſanitas tunc diligitur. Et eadem ratione, ſi diligeretur, vt mediũ ad aliquod aliud, habitudo ad illud, quaſi ad diligendi motiuum, eſſet eſſentialis tali actui; nec enim dici poteſt, habitudinem ad tale motiuum eſſe denominationem extrinſecam ſumptam ab actu circa finem, cauſante dilectionem huius medij, contingit namque velle medium propter finem, nulla exiſtente, aut præcedente formali dilectione finis, tunc ergo vnus erit ſimplex actus, qui habebit finem pro motiuo formali & non pro obiecto terminatiuo; medium vero pro obiecto terminatiuo & non pro formali motiuo. Neque vero dici poteſt, habitudinem ad formale motiuum eſſe intenſionem vel extenſionem inhærentem actui, nam actus intenditur in ordine ad idem obiectũ terminatiuum, & motiuum, & nõ affert nouũ motiuũ: cum vero extenditur, attingit aliquid, quod antea non attingebat, ideo habet nouum obiectum terminatiuum. Neque item dici poteſt, habitudinem ad obiectum motiuum eſſe aliquam formam realem abſolutam, quę afficiat habitudinem ad obiectum terminatiuum, & cũ eo conſtituat vnam eſſentiam, vt materia, & forma hominis conſtituunt vnam eſſentiam hominis; vt dixerunt aliqui, contra quos Vaz quez diſp. 51. c. 1. 2. & 3. nam in habitibus intellectus & voluntatis & in actibus intellectus non datur talis compoſitio: ergo neque in actibus voluntatis. Præterea ſi iſtæ habitudines eſſent realiter diſtinctæ, poſſet ſaltem de potentia abſoluta vna quæque ſeruari ſine alia in ſubicto, vel extra ſubiectum, ſicut poteſt ſeruari cor-

pus sine anima, & e contra hoc autem est ab surdissimum. Preterea iste modus compositionis inauditus est in aliis qualitatibus, & formis: ergo non est concedendus in actibus voluntatis, & alioqui etiam dici posset, in actu supernaturali fidei esse eiusmodi cōpositionem ex parte materiali & naturali, respiciente obiectum formale, nempe diuinam reuelationem obscuram. & in hæretico errante circa alia obiecta manere illam priorem partem materialem & naturalem, & proficisci ex parte materiali habitus manente similiter in ipso hæretico. Similiter que dici posset, in peccatore manere partem materialem actus, & habitus charitatis, & in via dari partem materialem visionis beatificæ, & luminis gloriæ, & sic de alijs, quæ omnia sunt penitus absurda. Non igitur admittendus est modus ille. 7. quo actus moraliter bonus possit bonitatem exuere, nempe manente eodem actu totali vel partiali & variato eius motiuo. Alij vero 75
modi admittendi sunt, ac proinde dicendū est, nulli actui esse essentialē bonitatē moralem, siue tanquā partem essentiæ siue tanquā proprietatem quæ necessario consequatur essentiam. Quæ opinio est expresse Caietani. q. 19 ar 1. dicentis, *bonum & malum non esse differentias per se actuum in genere naturæ*, quia D. Tho. 1. p. q. 48. ar. 1. ad 2. ait, *bonum, & malum non esse differentias per se, & essentiales, nisi in genere moris* Item alioqui idem actus elicitus voluntatis non esset essentialiter in diuersis speciebus naturæ, quod repugnat, vt docet D. Tho. q. 1. a. 3. ad 3. & q. 18. a. 7. ad 1. item alioqui nullus daretur actus indifferens secundum suam speciem, quia omne contentum sub genere debet habere vnam ex essentialibus differentijs: ergo si bonum & malum sunt differentiæ essentiales diuidentes actum humanum, altera earum debet esse essentialis cuilibet actui quod si neutra est essentialis: alicui actui; est accidentale, esse bonum, aut malum. Item quia esse verum & falsum accidit actui opinionis & ideo iste actus, Socrates sedet, successiue transit de vero in falsum, Socrate primum sedente, & deinde de ambulante vt etiam docet Vaz. disp. 55. c. 2. ex Aristi. in prædicam. substantiæ & Azor. to. 1. lib. 1. c. 5. q. 1. ergo similiter actus potest transire de bono in malum, & sic nec bonitas neque malitia est illi essentialis. Hę sunt rationes Caietani. Quomodo autem intelligat D. Thom. ibi dicentem, *bonum & malum esse per se differentias actuum* voluntatis, statim referemus, eisdem rationibus vtitur Medina, & Vazquez qui addit alias, nempe quod omnis actus bonus potest transire in non bonum & omnis malus in non malum; & quod licet non omnis actus bonus possit fieri malus: tamen alicui id potest contingere, quod sufficit vt intelligamus omnem bonitatem & malitiam esse accidentariam actui, & quod voluntas occidendi in sciente & in ignorante vincibiliter habet eadē speciē malitiæ, in ignorrante autē vincibiliter, quia malum obiectum non est directe volitum malitia non est essentialis: ergo neque in sciente, & directe obiectum malum volente, q̄ clarius est quando obiectū est malū, quia prohibitum iure positiuo: sub lata enim illa prohibitione actus voluntatis idem numero manens non erit malus, idemque erit sublata libertate, potest enim omnis actus transire delibero in necessarium & e contra idem numero manens, eo quod libertas accidit actui ex maiori, vel minori attentione intellectus. Sic amor Dei in via poterit idem numero manere in patria, tamen quia ibi erit necessarius, non erit bonus moraliter: quia secundum Aristo. 2 Ethico. cap. 4. ad bonitatem moralem requiritur vt actus fiat ex electione seu libere, sicut idem requiritur ad moralem malitiam. Itē D. Thom. eodem modo locutus est de bonitate & malitia & de omnibus actibus: ergo si malitia nulli actui est essentialis neq. bonitas, vel si alicui actui est essentialis bonitas, & malitia, idem de omnibus dicendum erit: vide latius has rationes in ipso Vazquez, qui etiam docet, ex eo quod D. Tho. de actu in terno non definierit, sicut de externo, posse esse successiue bonum & malum, non recte colligi, aliter de interno sentire: nam argu. ab auctoritate negatiue nihil valet. Et D. Bon. 2. d. 41. a. 1. q. 2. ait, *bonitatem, & malitiam non esse differentias essentiales, & intrinsecas in actibus humanis*, & ad 76
hoc adducit multas rationes; concedit autē aliquibus actibus necessario esse annexā malitiā scilicet, si scienter, & libere fiant, & similiter cōcedendū est, aliquibus actibus voluntatis necessario esse annexam bonitatem: quia nimirum, si scienter et libere fiāt, nec aliqua circunstantia inficiantur, erunt boni moraliter; quia intrinsece habēt obiectum motiuū ex se honestū; terminatiuū autē vel ex se honestum. l. indifferens, in quo sensu vere D. Tho, Anton. Cōimb. & alij pro 1 opin. cit. dicebāt, bonum & malum esse per se & essentiales differentias humanorum actuum, licet Cai. interpretetur D. Tho. 1. vt per se sumpserit, quatenus distinguitur contra, per aliud, & non contra per accidens, in quo ait, distingui actus elicitos ab imperatis; hi enim per alios sunt boni, aut mali: illi vero per se ipsos

Probātes Caieta.

ipsos & non mediantibus aliis hanc interpretionē approbat Vazq. 2. vt per se sumatur quatenus distinguitur contra, per accidens, ita tamen vt sermo sit de actibus humanis, non in genere naturæ, sed in genere moris, quæ explicatio videtur D. Thomæ, qui 2. d. 40. q 1. expresse docet, bonum, & malum non esse differentias essentiales actus voluntatis in genere naturæ sed in genere moris. Vnde nostram sententiam tenet ibi, & eandem docet q. 2. de malo ar. 6. ad 3. vbi ait, *Species peccati non est species actus secundum naturam suam, vt dictum est ar. 5. sed secundum esse morale, quod comparatur ad naturam actus sicut quale ad substantiam. l. potius sicut de formitas qualis ad subiectum, &c.* hanc etiam opinionem tenet Albert. 2. d. 40. a. 1 dicens, *bonitatem & malitiam non esse essentiales differentias genericas vel specificas actionis moralis, sed potius illius accidentia*. Idem tenet Valentia. disputatione 2. q. 13. puncto. 1. tribuens Bon. & Albe. & putans, significatum esse ad Tho. q. 18. ar. 1. cum ait, *de bono & malo in moralibus sentiēdum esse, sicut de bono & malo in naturalibus*, sed bonitas, & malitia in naturalibus sunt prædicata accidentalia (quia bonum est passio, ac proinde accidens entis) ergo similiter bonitas, & malitia moralis. Idem tenet Valen. eadem disp. q. 14. puncto 1. vbi quod ait, D. Tho. q. 19. a. 1. *bonum & malum esse differentias per se actus interni voluntatis*, explicat quia per se consequitur ad actum aliquem voluntatis, vt sit bonus & ad aliquem, vt sit malus ex obiecto, licet nō ad omnem, quia aliquis est indifferens ex obiecto.

77 Ad 1 argu. Ocham. & Gab Resp. ex Alm. illo cap. 6. libri. 1. moral. nullius esse momenti, actus enim aliqui sunt extrinsece, *id est*. accidentaliter & non essentialiter boni, non quia ab alio actu sumant bonitatem, sed quia illa est extra essentiam, & potest ab illis separari aliquo ex modis superis adductis, idemq. est de actibus malis.

Ad 1. arg. Ochami. et Gab.

Ad 2. Respon. nullum actum elicitum esse intrinsece bonum, quia communiter omnis ille, qui habet obiectum bonum, & bonas circunstantias, posset habere obiectum malum vel malas circunstantias se tenentes ex parte sui vel obiecti, saltem in apprehensione: nec si mutarentur circunstantiæ in re, aut apprehensione, ideo mutaretur actus secundum substantiam: nam idem actus est, quo appeto scire aliquid, siue apprehendā id prohibitum, siue non, & quo appeto sumere aliquid ex aliquo loco, siue sciam, id esse propriū siue alienum, siue locum esse sacrum siue profanū, &c saltem omnis actus transire potest de libero in necessariū vel econtra & sic de bono in non bonum vel de malo in nō malū aut e contra.

Ad 2.

Ad 3. R. verissimum esse quod infertur nempe actum voluntatis sola mutatione, siue necessaria, siue libera facta in intellectu, posse fieri de bono, & meritorio non bonum & non meritorium, vel etiam malum & demeritoriū, & e contra. quia ex sola mutatione intellectus potest variari libertas actus, & fieri potest, vt scienter ametur vel nō ametur res prohibita, & sic erit nouum meritum vel demeritum sine nouo concursu voluntatis; non tamē sine nouo modo, saltem extrinseco cōcurrendi, & operandi voluntatis.

Ad 3.

78 Ad 1. arg. aliorū R. actum ex obiecto bonū nō solū posse fieri non bonum ex obiecto, si absq. libertate fiat; sed etiā malum ex obiecto, si obiectum, quod ex se est bonum, prohibeatur, & fiat malum. aut certe opprehendatur, vt prohibitum, & malum tunc enim etiā si maneat proprium, & intrinsececū motiuū actus ac proinde actus idem specie, & numero in esse naturæ; nihilominus exuet bonitatem ex obiecto, induetq malitiam ex obiecto: si autē actus ex fine extrinseco inficiatur, vt cum homo ex malo fine se applicat ad eliciendū actū circa obiectū ex se bonum. l. inficiatur ex alia circunstātia extrinseca obiecti vt si quis in loco interdicto sacrū faciat, vel inficiatur eo q in se ipso sit prohibitus pro illo tēpore aut in eo loco, aut secundū talēmodū, actus non erit malus ex obiecto, sed ex circūstātiis propriis vel obiecti, aut ex se ipso, quia in se est prohibitus. An vero in eo euentu in actu maneat bonitas aliqua moralis dicā dispu. 3. sec. 11.

Aliorum.

Ad 2. R. plura requiri ad bonitatē actus, quā habitus, nam ad bonitatem habitus satis est inclinare ad actus habentes aliquod honestum motiuū: quod tamen non sufficit ad bonitatem actus: ideo nō mirū, si detur aliquis habitus intrinsece bonus, non vero aliquis actus. An vero detur aliquis actus vel saltē habitus essentialiter malus, suis locis diputabo, breuiter dico, nullū actū esse intrinsece malū, quia omnis potest ex ignorantia inuincibili, aut alia ratione honestari, aut certe ex indeliberatione elici, & tunc nō erit malus moraliter, habitus autē aliquis forte est intrinsece malus, quia ex se habet nō cōcurrere ad actū, nisi sit malus, saltē in eo, qui deliberate, & scienter operatur. Neq. proportio inter actus, & habitus exigit, vt si habitus sit essentialiter bonus, etiā actus sit essētialiter bonus, et si habitus est essentialiter malus, etiā actus sit essentialiter malus: sed vt si habitus est essentialiter bonus, actus etiā sit bonus modo dicto, si vero habitus sit essētialiter malus, actus quoque sit malus modo dicto.

Ad 3.

Ad 3. Reſpond. actum virtutis intellectualis non vt eſt ab illa, ſed aliunde poſſe eſſe falſam, vt ſi concludo, hoc eſſe agendum tali tempore & loco: actus quoad vnam partem obiecti poterit eſſe verus & enidens; quoad aliam autem in euidens & falſus. Sic forte virtus moralis poterit elicere actum, qui non vt ab illa ſed aliunde ſit malus.

Ad 3.

Ad 4. Reſpon. actum, qui habet obiectum motiuum honeſtum ex natura rei. & ſimul obiectum terminatiuum ex natura rei bonum vel indifferens, quanuis aliunde ſit malus, generare habitum virtutis; ſi vero id non habeat, generare habitum vitij, nec eſt inconueniens actu accidentaliter malo generari interdum bonum habitum; malo autem non generari malum habitum, quando habuerit obiectum terminatiuum bonum vel indifferens, vna cum bono obiecto motiuo proprio, & intrinſeco: ſi autem ſolutio non placeat. dici poteſt, eundem actum in eſſe naturæ pro diuerſo ſtatu in eſſe moris cauſare nunc habitum vitij, nunc virtutis, nunc elici ab habitu vitij, nunc ab habitu virtutis. Sed de hoc latius tract. de virt.

Ad 4.

Ad 5. neg. conſequentia, quia illa bonitas & malitia, quam obiecta conferunt actibus, eſt illis extrinſeca, imo & ſeparabilis, vt oſtendimus, eo quod non pendet a ſolis obiectis motiuis & terminatiuis, ſed à multis aliis, quæ manentibus eiſdem actibus poſſunt deeſſe, quo fiet vt actus qui erant boni, reddantur mali vel non boni.

Ad 5.

Ad 6. Bene Vazq diſp 55. nu. 19. & 20. voluntariũ. ſumptum pro eo q̃ eſt ab intrinſeco cum cognitione, eſſe eſſentiale actui, non tamen ſufficere ad bonitatem vel malitiam moralem; ſed vlterius requiri voluntarium ſumptum pro libero; & quia libertas accidit omni actui, ideo bonitatem vel malitiam moralem nulli actui eſſentialem eſſe poſſe: tametſi alicui ſit eſſentiale ferri in bonum honeſtum, quod non ſufficit, vt ſit moraliter bonus, ſed oportet ferri in illud libere, & ſub bonis circunſtantiis, &c. quod nõ erit ei eſſentiale. Dices dilectio Dei non poteſt non iuſtificare: ergo non poteſt eſſe non bona moraliter, ac proinde bonitas moralis eſt ipſi eſſentialis. Vazquez in calce illius diſputationis conceſſo antecedenti negat conſequentiam, quia ad iuſtificãdum formaliter non requiritur libertas, ſecus ad bonitatem moralem, dilectio autem Dei, licet formaliter iuſtificet, poteſt eſſe nõ libera & ideo non bona moraliter. Cõmunis tamẽ & vera opinio ait, nõ iuſtificare formaliter, ſed diſpoſitiue, ad quod oportet liberam eſſe

Ad 6.

Sectio 9. Vtrum idem actus interior poſſit ex obiecto ſuo plures bonitates accipere.

VEl obiectum eſt materialiter, & formaliter vnicum: vel vtroq. modo multiplex. Vel materialiter vnum, & formaliter, multiplex? vt ſi ſit vnares quæ plũribus motiuis, & rationibus amari poſsit, ſcilicet propter ſe & propter alium finẽ; aut propter duos fines à ſe diſtinctos; vel tãdem materialiter multiplex, et formaliter vnum, vt quãdo ſũt plures res eadẽ ratione amabiles. 79

In 1. caſu conſtat actum internum vnicã tantum bonitatem ex obiecto ſumere poſſe, cum obiectum materiale, & formale vnum & idem ſit, vt cum quis ob id iuſtũ vult, quia iuſtum eſt. An vero ex fine extrinſeco, & aliis circunſtantiis alias bonitates ſummere valeat, poſtea dicemus. Probatur aſſertũ, quia quando obiectum eſt omnino vnum, non habet vnde poſsit plures bonitates conferre.

In 2. autem caſu videtur plures eſſe actus cum pluribus bonitatibus, quia cum obiecta ſint plura materialiter, & formaliter, nõ appareat, vnde vnus ſit actus, vt cum quis vult vnũ opus iuſtum, quia iuſtum, & aliud opus miſericordiæ, quia miſericordiæ eſt. 80

1. Conclu.

In 3. caſu vnus actus ſecundũ opinionem communiorẽ vnam tantũ bonitatem ex obiecto habere poteſt: quia obiectum terminatiuum, non dat bonitatem ſuã, niſi ſimul ſit finis, ſeu motiuum propriũ talis actus: vnus autem actus vnum tantum formale motiuũ habere poteſt, & ideo D. Tho. q. 19. a. 2. ad 1 ait, *quantum ad actum voluntatis non differt bonitas, quæ eſt ex obiecto à bonitate, quæ eſt ex fine, niſi forte per accidens:* nihil autẽ ſub pluribus rationibus eſt proprium motiuum, ſiue finis eiuſdẽ actus: quia eo ipſo quod varietur formale motiuum varietur actus in eſſe naturæ, ergo idẽ actus nõ habebit ex eodem obiecto plures bonitates, ſed vnicã tantũ ſpecie, & numero, ex vnico motiuo formali & proprio, idq. indicat D. T. q. 1. a. 3. ad 3. dicẽs, *vnum actũ ſolũ ordinari ad vnũ finẽ proximũ, à quo habet ſpeciem*; & potiſsime videtur intelligendus de vno fine formaliter: ergo non poteſt idẽ actus ferri in aliquod obiectum, vel in aliquem finẽ attingendo ipſum ſub diuerſis rationibus finalizandi ſeu ſub diuerſis motiuis formalibus. Probabile tamen eſt eãdẽ rẽ eodẽ actu amari poſſe obvaria motiua vt dixi ſect. 7. ſicut etiam eſt probabile intellectum eodem actu poſſe aſſentiri alicui propoſitioni ex medio geometrico & phyſico, ſcientifico & probabili, fidei humanæ & diuinæ. Nec erit inconueniens ad actum elicitum

2. Conclu.

81

citum à virtute infusa, qui erit supernaturalis, concurrere etiam virtutem vel alium habitum acquisitum.

82 Idem tamen actus imperatus potest diuersas species bonitatis habere, vt subesse diuersis actibus elicitis, respicientibus ipsum actum imperatum sub diuersis rationibus, sic idem actus exterior potest esse misericordiæ, gratitudinis, charitatis, &c. Imo & actus elicitus, si simul sit imperatus poterit bonitates morales specie diuersas habere, vnam ex proprio motiuo: aliam vero vel alias ex vnico vel varijs motiuis actuũ imperãtium, vt si quis pactum elicitum charitatis imperet affectum misericordiæ, iustitiæ, pœnitentiæ, &c. vel econtra. Ita Conrad. & Caiet. q. 18. ar. 6. Azor. to. 1. lib. 2. c. 1. q. . de quo vide sect. 16 Idem tamen actus mere elicitus poterit ex propio obiecto plures malitias sortiri, quia, vt actus interior sit malus ex obiecto, non oportet malitiam formalem, neque fundamentalem obiecti haberi pro obiecto motiuo, & formali, sed satis est ferre scienter in obiectum varijs rationibus malum, & ita idem actus vt apparet potest esse elicitus ab iniustitia, crudelitate, & in gratitudine, &c. de quo in tract. de hab. & virtutibus. Vnde bene dixit D. Thom. quæ. 1. ar. 3. ad. 3. *Eundem actum in esse naturæ. Varias species moris suscipere, vt cõtra diuersi actus in esse naturæ possunt, eandem speciẽ moris accipere.*

83 Quæstio. Dices, cur quemadmodum Deus eodem actu fertur in plura obiecta propter varia motiua, non subordinata, non poterit ferri creatura saltem excellens, nimirum angelus siue naturaliter, siue saltem supernaturaliter, maxime cum ea, quæ in inferioribus sunt dispersa, in superioribus vniri soleant, & ita, quæ homo vel inferior Angelus intelligit, pluribus actibus & speciebus, superior Angelus vnico actu, & vnica specie. Quid ergo mirum si dicamus, eundẽ actum, quò sit superioris Angeli, vel habitus, posse plures fines plura que motiua complecti.

84 Decisio. quorundã. Respondent aliqui voluntatem creatam, etiam Angeli excellentissimi non posse vno actu plura attingere, nisi vt conueniunt in vno motiuo aut illud integrant; licet quo voluntas fuerit superior, possit plura sub eodem motiuo attingere diuersis actibus vel eodem, & ex pluribus vnum motiuum constituere, & vno actu illud totum attingere, sicut enim ex pluribus humoribus constituitur vna sanitas & ex pluribus conditionibus vna corporis pulchritudo: ita ex multis motiuis vnum motiuum integrum. Quando autem plura motiua vnum possint vel non possint constituere, ipsi non explicant, solum docent motiua naturalia, & supernaturalia aut pertinentia ad diuersas virtutes intellectus aut voluntatis vnum motiuum constituere non posse, propter nimiam eorum diuersitatem, id tamen minime probant, nec ego probari posse existimo; vt neque confutari, quod aliqui sentiunt, eodem actu intellectus, & voluntatis, posse cognosci, aut amari idem obiectum diuersis rationibus, & motiuis ad diuersos habitus intellectuales, vel morales pertinentibus. & ita eundem assensum in esse naturæ posse elici a fide humana, & diuina, scientia, & opinione, eandemque volitionem à charitate, misericordia iustitia, & gratitudine, religione &c. Sic etiã Vazq. disp. 11. c. . & q. 18. a. 6. circa ad. 1. concedit, eundẽ affectũ adorationis pertinere posse ad latriã, & duliã quę sũt diuersę virtutes, vt cũ volo adorare humanitatẽ Christi propter gratiam vnionis & propter gratiam habitualẽ, quod retulimus sect. 7. circa finem, sed quia hæc negantur a communi opin. iuxta eam dicendum erit, nunquam ex bonitatibus diuersarum virtutum vnam constitui, aut etiam si constituatur, non posse ob omnes eius bonitatis partes obiectum vnico actu diligi, sed tantum diuersis actibus; quoniam ad realem distinctionem actus sufficit quæuis distinctio motiui. Et ita Vazq. in illa solut. d. 1. ait, idem medium in ordine ad plures fines non posse eodem actu eligi: potest tamen quis ad volendum obiectum vnico actu & sub vno motiuo moueri, apponendo aliud motiuum pro conditione, vt si quis vellet sanitatem sub conditione: quod scientiæ vel virtuti non obstet sed prosit &c. immo probabile puto, eodem actu posse diligi medium aliquod propter propriam honestatem; & quia est vtile ad aliud bonum honestum, & tunc actus, vt intentio habebit vnam bonitatem ex obiecto proximo, vt electio vero habebit, aliam bonitatem ex fine, ab quem obiectum proximum vlterius ordinatur Ita docet expresse Azor. to. 1. lib. . c. 2. q. 1. In 4. casu, scilicet quando sunt plura obiecta materialia, & vnicum obiectum formale seu motiuum, aut vnica ratio finalis, siue generica, siue specifica potest idem actus voluntatis ex illo motiuo habere vnicam bonitatem moralem, Obseruanda sunt huius assertionis verba; non enim dicimus in eo euentu necessario esse vnum actum cum vnica bonitate morali, sed esse posse vnicum actum cum vnica bonitate morali, nam liberum homini est velle quodlibet illorum obiectorum suo peculari actu, siue simul, siue saltem successiue, & tunc diuersæ erunt bonitates, quia quilibet actus suam habebit propriam bonitatem, & licet contingat, ac-

85 Vide dicta sect. 7. nu. 58.

86 4. Conc.

tus esse diuersæ speciei in esse naturæ, bonitas moralis eorum non est diuersæ speciei, vt velle abstinere alacte, & velle abstinere ab ouis, sunt actus diuersæ speciei in esse naturæ sed in esse moris sūt eiusdem speciei infimæ, esse autem diuersæ speciei in esse naturæ, tenent nominales, imo & dicunt producere habitus specie diuersos, & alium esse habitum abstinentiæ alacte, alium ab ouis, &c. de habitibus dicetur suo loco Nunc de actibus probatur, quia de essentia cuiuslibet actus est ordo ad obiectum materiale sumptum secundum suam rationem specificam: quidquid autem est essentiale, & commune multis, distinguit essentialiter, & specifice ab alijs, quibus illud non competit; ergo actus habētes obiecta materialia eiusdē speciei differunt specie ab actibus habētibus obiecta materialia diuersæ speciei: quia conueniunt essentialiter inter se in aliquo, in quo non cōueniunt essentialiter cum alijs. Conf. quia amores hominis & Angeli magis differunt inter se, quam amores diuersorum hominum sed hi differunt numero, ergo illi plusquam numero, ac proinde specie: patet conseq. quia indifferentijs intrinsecis non est medium inter diuersitatem numericam, & specificam; sed quæcumque differunt plusquam numero, differunt etiam specie; hæ autem differentiæ sunt intrinsece; non enim extrinsece & accididentaliter tantum differunt amores illi inter se: ergo. Vnde si amores diuersorum hominum magis differunt intrinsece inter se quam amores eiusdem hominis existentes in diuersis temporibus, vel subiectis, crederem differre essentialiter & specifice. Idē dico de speciebus vel visionibus duorū alborū si intrinsece magis differūt quam vniones eiusdem albi in diuersis temporibus vel subiectis. De visionibus tamē fē tio solum differre magis accidentaliter: nam visio vnius albi potest se extendere ad aliud, si adiungatur priori. Licet autem concederemus actus, qui versantur circa obiecta numero tantum distincta intrinsece differre solo numero, non esset simile de habentibus obiecta specie diuersa, quia obiecta videntur refundere in actus totam distinctionem quam habent & non maiorem; ergo qui habent obiecta specie diuersa, differunt specie qui vero eiusdem speciei, differunt solo numero. Diximus tamen in con. contingere posse, vt eodem actu propter idem motiuū plura obiecta appetantur, etiam specie diuersa & tunc in vno actu vnam tantum bonitatem futuram.

87

Prob. quia potest quis vno actu velle gerere se temperate in toto prandio ex varijs cibis constante, & sigillatim temperate se gerere in sumptione huius & illius cibi, & sic de alijs numero, vel specie diuersis, quia obiecta materialia inadæquata non distinguūt actus specie nec numero: hic obiecta materialia sunt, inadæquata: ergo nec numero, nec specie distinguunt actus. Rogas vnde nam determinatur voluntas, vt interdum vno actu, interdum pluribus feratur in plura obiecta materialia sub eadem ratione & propter idem motiuum? Resp. voluntatem ex innata libertate interdum velle illa plura, vt sunt partes alicuius numeri vel multitudinis, & tunc necesse esse velle illa eodem actu, vt volo tria, vel quatuor, vel omnia hæc, aliquando vero voluntatem ex eadem libertate velle omnia illa, non vt partes alicuius numeri, vel multitudinis, sed quodlibet seorsum, & tunc necesse esse circa quodlibet esse suum proprium actum. 88

Licet fortasse si simul ea attingit, non sit in eius potestate illa attingere vno aut diuersis actibus, sed necessario ea attingat vnico actu vt appetitus sensitiuus omnia, quæ attingit simul sub eodem motiuo, attingit eodem actu.

Id autem hic præteriri non debet, actum qui habet plura obiecta materialia specie diuersa, ipsum quoque specie naturali diuersum esse ab eo, qui obiectū materiale vnius tantum speciei sortitur, quia vt diximus, omnes actus habentes obiecta materialia adæquata diuersa specie differunt specie. In casu autem proposito obiecta materialia ad æquata differunt specie, nempe sicut includens, & inclusum: quia obiectum adæquatum vnius actus, est tota aliqua multitudo retum specie diuersarum, alterius vero vna pars illius multitudinis, ergo actus ipsi differunt specie. 89 Obiectio.

Sed insurges, nam D. Tho. 2. 2. q. 25. art. 1. docet, speciem actus sumi ex ratione formali obiecti, ideoque eundem actum specie esse, qui fertur in rationem obiecti, & qui fertur in obiectū sub tali ratione, indeq. colligit eū dē actum specie esse; quo diligimus Deū, & proximum propter Deum, & ideo eodem habitu charitatis diligi Deum & proximum propter Deum, ergo species actus in esse naturæ, nō sumitur ex obiecto materiali, & ita actus habentes diuersa obiecta materialia, & idem formale, non differrent specie. Conf. 1.

Conf. 1. Nam D. Thom. ar. 5. specis e actuū humanorum summit ex obiectis formalibus nempe ex obiectis, non secundum suum esse materiale, sed secundum quod bona vel mala, sunt, & art. 6. ait, speciem actus interni voluntatis sumi ex obiecto formali, quod est finis. ergo ab obiecto materiali non sumitur species in actibus humanis. Conf. 2.

Con-

Conf, 2.nã actus interior voluntatis non habet speciem suam ab obiecto materiali voluntatis per se & præcisso à formali,sed habet vnicam simplicem speciem ab obiecto sub tali,ratione formali intento; ergo vbi in obiecto est eadem ratio formalis, erit in actibus eadem species.

Con.2.

Conf.3. obiectum formale, vt sic,quasi contrahit materiale, & ideo sola materialis diuersitas non sufficit ad distinctionem specificam actus.

Conf.3.

90

Ad obiectionem respondetur posset D. T. ibi loqui de specie moris; sed hæc solutio nulla est, tum quia dilectio Dei, & proximi re vera differunt specie in esse moris,licet ad eandem virtutem pertineant,vt adoratio absoluta,qua Deus adoratur, propterse & respectiua, qua crux & imago Christi adoratur propter Deum sunt diuersæ speciei in esse moris, licet ad eandem virtutem latriæ spectent; tum quia D. Thom ibi ponit exemplum in visione luminis & coloris propter lumen, quas visiones D. Thom. ait, esse eiusdem speciei; non in esse moris, quia non sunt entia moralia;ergo in esse naturæ

1. Dilutio obiectionis confutatur.

Vnde. R.2. D.Thom. ibi loqui de specie actus non in esse naturæ, sed in esse attingibilis,seu cognoscibilis, & appetibilis, in quo genere omnia obiecta conuenientia in eadẽ ratione formali, sub qua dicuntur esse eiusdem speciei & similiter omnes actus, qui attingunt illa obiecta sub illa ratione, quamuis in se valde diuersi sint specie;sic visio coloris & luminis, & dilectio Dei,& proximi sunt actus eiusdem speciei,in se tamen differunt specie,alioqui non essent simul in eadẽ potentia, quia duo accidentia solo numero differentia,non possunt esse simul in eodem subiecto iuxta D Tho.

2. Dilutio obiectionis ex mente authoris.

Ad.1 Conf.R. D. Thomam illo.art.5.loqui de specie moris, art.autem.6,velle speciem moris, quæ sumitur ex fine esse formalem, respectu eius, quæ sumitur ex obiecto, quando ab his summuntur diuersæ species moris, vt cum quis furatur propter mechiam, ex obiecto & fine sumuntur diuersæ species moris,sed quæ est ex fine est formaliter,& ideo homo ille magis dicetur mæchus,quam fur.

Ad.1. cõf.

Ad. 2. Conf R. speciem naturalem actus sumi adæquate ab obiecto & fine, & non à solo fine,ideo electio quæ est de medio,& intentio,quæ est de fine, sunt in esse naturæ actus specie diuersi,& similiter electiones diuersorum mediorum ad eundem finem.

Ad.2.

Ad.3 Conf. Negatur conseq.quia etiã rationale contrahit animal, tamen actus quo cognoscо animal rationale, est diuersus specie,ab eo, quo cognosco animal præcise,vel irrationale,vel solum rationale, similiter ergo actus,quo diligo obiectum materiale propter formale,& quo diligo solum formale, vel aliud materiale propter idem formale, erunt specie distincti in esse naturæ, vnde aperte colligitur verum esse, quod diximus sect.8.bonitatem moralem sumptam ex obiecto motiuo non esse essentialem actui in esse naturæ, si enim esset essentialis in esse naturæ quoties actꝰ boni ex obiecto motiuo, differrent essentialiter inesse naturæ,differrẽt etiã essentialiter in esse moris,ꝙ est falsũ, nã in esse moris eiusdẽ rationis est,seruare mediũ tẽperãtiæ circa carnes pisces, oua, &c. & seruare medium iustitiæ,vel misericordiæ tribuendo aurum, argentum, & vestes,&c.

Ad.3.

91

Quæstio.

Sed inquires,an quando eodem actu ex eodem motiuo volumus plura obiecta,in illo actu sit aliqua partium compositio, suppono autem bonitatem eius simpliciter esse vnicam, quis enim dicet actum, quo volo tres argenteos vni vel tribus pauperibus tribuere, tres bonitates habere, quod in actibus malis certo certius est, non enim centum peccata committit,nec. 100. malitias in actu ponit, qui vnico actu vult furari. 100. Sunt tamen qui dicant huiusmodi actus ex tot partibus componi, quot obiecta materialia habuerint, sed non video quomodo istæ entitates si sint realiter diuersæ, vniri possint, ad componendum vnum actum specie & numero, non enim coniunguntur per modum materiæ & formæ, vel actus & potentiæ, siquidem vna aliam non afficit, neque per continuationem, cum sint specie distinctæ,& quælibet earum sit indiuisibilis; ex indiuisibilibus autem non fiat aliquid cõtinuũ,aut veluti cõtinuũ.Sentio ergo quãdo eodẽ actu plura materialia obiecta sub eodẽ motiuo diliguntur, actum esse simplicem & indiuisibilem in ordine ad totum illum numerum, & multitudinem obiectorum,quia voluntas quasi vno impetu inclinatione & motu fertur in illa omnia. Vnde siquis desinat aliquid eorum amare, actus ipse alius numero imo specie manet, nam sufficit distinctio obiecti materialis ad distinctionem specificam actus.vt diximus, an vero quando res diuisibilis in partes infinitas, amatur,actus sit compositus similiter ex infinitis partibus,& in eas diuisibilis dicetur agẽdo de circunstantia magnitudinis obiecti, alia etiam quæ lucem afferre possent dictis in 4. conclusione, & deinceps,vide tracta. 1.disp.7.sect.2.

Decisio. querundã.

Sect.10. An bonitas interni actus volũtatis pendeat ex circunstantijs.

CIR-

92 GIrcũſtãtias hic fini cõdiſtingui mus, imitantes D. Thomam art.3. 4.6. & 10. non quia finis circunſtantia proprie non ſit, iam enim.q. 7.cum D. Thom. ibi.art 3.& 4. & Ariſto.3.eth. c.1.& cum alijs vidimus,finẽ merito in circunſtantijs numerari;& non ſolum eſſe circunſtantiam actus externi,ſed etiam interni,conſtabit in ſequẽtibus:ſed primo quia finis eſt potiſſima circũſtãtia vt q.7.art.4.docet D.T.2.quia modo quodam peculiari confert actui bonitatem, aut malitiam,aliæ vero circunſtantiæ eodem modo actum afficiunt,comferuntque illi malitiam aut bonitatem. 3. quia, finis non ſolum eſt circunſtantia actus interioris;ſed etiã obiectum vt docet D.Thom.q.18. art.6 eſt enim finis obiectum motiuum & terminatiuum intẽtionis;motiuumque electionis. Hãc rationem aſſignat Caiet q.18. art.4.& Vaz. ibi addens. 4.quia finis non tantum eſt circunſtantia ſeu accidens actionis; ſed etiam cauſa. Merito igitur D.Thom.ſupra & Mag. 2.d.36.& 40 & cum eo reliqui ſcholaſtici peculiarem mentionem faciunt de fine, & illũ condiſtinguunt reliquis circunſtantijs & in hoc ſenſu dixit D. Thom. q 18. art.4.ad.3. actionẽ bonam ex obiecto & circunſtantijs poſſe eſſe malam ex fine,vtexplicat ibi Vaz. quamuis Caiet. exponat actionem bonam ex obiecto & circunſtantijs, includendo in eis aliquẽ finẽ, poſſe eſſe malã ex alio fine. Omiſſo ergo fine,de reliquis circũſtãtijs dubitamus, an ex illis pendeat bonitas actꝰ. Pars neg.ſuadetur.1,quia D,T.q.19.art.2. ait,bonitatem actus interni voluntatis pendere ex ſolo obiecto,& nõ excircunſtantijs, licet bonitas actus externi voluntatis ex circunſtantijs quoque pendeat. 2. quia aliqua bonitas ſumitur ex ſolo obiecto,nimirum.1.& veluti ſubſtantialis; ergo in illa non pendet actus à circunſtantijs, illa autem ſufficit ad bonitatem actus,niſi hic aliunde inficiatur; ergo ſimpliciter actus in ſua bonitate non pendet à circunſtantijs, ſed ſecundum quid, nempe in aliqua peculiari bonitate, quæ ex circunſtantijs ſumitur. Si dicas, bonitatem illam primam ſumi ab obiecto; augmentum vero eius a circũſtantijs. In primis hoc non eſt pẽdere in bonitate a circunſtantijs,ſed in augmento. Deinde augmentum illius primæ bonitatis, eſt ab obiecto:ergo non a circunſtantijs. Præterea tale augmentum non eſt extenſiuum,quia hoc non habet locum in actibus internis, ſunt enim indiuiſibiles ſecundum extenſionem, neque vero eſt intenſinum,quia acceſſu vel receſſu multarum circunſtantiarum non variatur intenſio actus. Neque de neque tale augmentum eſſe poteſt per ſolam denominationem extrinſecam & moralem æſtimationem,quia principalis bonitas obiecti, niſi propter ſe appetatur,non confert bonitatem actui interno: ergo nec bona circunſtantia obiecti; ſi autem bona circunſtantia propterſe appetatur, iam habet rationem obiecti & finis intrinſeci, & nõ pertinet ad actum, quo appetitur propterſe bonitas obiecti,ſed ad alium:ergo volitio obiecti ex ea circunſtantia nullam bonitatem recipiet.

Dico.1. bonitatem actus ex circunſtantia 93
pendere, ita vt actus non ſit ſimpliciter bo- 1. Conc.
nus,ſi habeat aliquam malam circunſtantiã, vel careat debita aliqua circunſtantia, in qua aſſertione omnes conueniunt D. Tho. &alij ſup.Scot quodlib.18.ar.1.Gab.2.d.40. q.1.art.1.not.1.Angeſt.c.8.moral.quia bonũ ex integra cauſa, malum vero ex particulari defectu, vt inquit Dion. 4. c.diuin. nom. Imo bonitas ex obiecto hac etiam ratione pendet ex circunſtantijs: quæcunque enim circunſtantia debita actui,deſit,vel mala adſit,nulla prorſus bonitas moralis in actu manet,alioqui idem actus eſſet ſimul bonus, & malus meritorius, & demeritorius,"quod eſt falſum iuxta comunem & veram opinionẽ, vnde ad bonitatẽ ex obiecto, nõ ſatis eſt obiectum de ſe eſſe rationi conſonũ, ſed etiam requiritur,vt actus nulla ex parte inficiatur Si obijcias Boetium.3. topi.c. 1. aſſerentem, cuius finis eſt bonus, ipſum quoque bonum eſſe:ergo bonitas actus non pendet ex alijs circunſtantijs,ſed ex ſola bonitate finis Reſp. Vazq.q.18.art. 4. num.17.cum Conrad.ibi Boetiũ,quem ibi citat D. Tho.arg. Sed contra,non loqui de fine operantis, qui eſt circunſtantia quædam ſed de fine ipſius operis,quod bonum erit ex ſe,ſi habeat ex ſe bonum finem quamuis propter malum finem ab operante malum reddi poſſet. Sed cum D. Thom. aperte loquatur de fine operantis,veriſimilius eſt de eodem loqui Boetium, quem adducit,& patet, quia Boetius addit cuius finis malus,ipſum malum eſſe, vbi ſermo eſt de fine operantis,nam nullum opus ordinat in malũ finẽ niſi ex intentione operantis: ergo cum dicit,bonum eſſe,cuius finis eſt bonus,etiam loquitur de fine operantis.

Reſp. ergo 2. Boetium velle opus cuius finis eſt bonus,bonum eſſe, ſi aliunde non inficiatur,vel ex ſe ſit malum,vel intendit Boetius,quando intentio eſt generaliter recta, qualis eſt intentio in omnibns placendi Deo,opus eſſe bonũ quia cũ ea intẽtione nõ ſtat eligere malum obiectum,neque apponere

nere malam circunstantiam, secus quando intentio solum habet particularem quandam rectitudinē. Obijcies rursum quia malitia moralis in priuatione consistit: ergo nulla malitia sumitur ex circunstantiæ, quam actus deberet non habere; sed ex defectu circunstantiæ quam deberet habere: cuius contrarium proxime diximus, & docuere Scotus & Gab sup. quos sequitur Conrad. q. 18. art. 3. Resp. neg. conseq. quia ex eo quod actus habeat circunstantiam, quam deberet non habere, sequitur carentia obedientiæ, in qua carentia consistit malitia moralis vnde male aliqui imponunt Scot. Gab. & Conrad. quod posuerint aliquam positiuā malitiam ex circunstantijs.

94 1. Conc. 2. assertio vt actus voluntatis habeat moralem bonitatem ex obiecto, imo simpliciter sit bonus, non requirit circunstantias, a quibus moralem bonitatem accidentalem accipiat. Pro quo obserua, aliud esse actum non habere circunstantias malas, aliud vero habere omnes circunstantias, seu conditiones debitas, aliud habere circunstantias bonas nō debitas, a quib9 accipiat bonitatis augmētū Primū est simpliciter necessarium vt actus sit simpliciter bonus, imo vt sit bonus ex genere seu ex obiecto, vt superiori assertione docuimus, non quia inde præcise actus habeat aliquam bonitatem, nam præcise ex negatione malæ circunstantiæ, nulla bonitas actui accrescit, sed quia bonum non solum simpliciter, sed etiam bonum ex obiecto, connotat carentiam cuiuscumque malitiæ, & defectus: eademque ratione. 2. est simpliciter necessarium, vt actus sit bonus, siue simpliciter, siue ex genere: nullo enim modo est bonum moraliter, cui aliquid deest eorum, quæ illi debentur iuxta rectam rationem: & ideo actus indifferens ex obiecto, malus est, si non referatur in finem ex se honestum, quia deest ei aliquid debitum, similiter si quis comedere vellet panem, vel aliquid aliud, quod alioqui posset nutrire, tamen illum cibum vellet comedere in tēpore, loco vel modo, quo nutrire nō posset, sed nocere, actus voluntatis, erit malus ex carentia debitarum circunstantiarum, imo erit malus ex obiecto, quia sicut circunstantiæ necessariæ, vt cibus nutrire possit, sunt essentialiter requisitæ, vt actus sit bonus ex obiecto, ita circunstantiæ, in quibus nocere posset, sufficiunt vt actus sit malus ex obiecto, vnde non solum velle comedere venenum vel argillam est malum ex obiecto, sed etiam velle comedere panem vel alium cibum eo tempore, loco, vel modo, quo venenum quodammodo esset, quia noceret, & ideo perperam Gab. 2. d. 7. q. vnica art. 1. ait bonitatem ex circunstantijs condistinctā bonitati ex genere, esse quòd actus habeat omnes circunstantias debitas secundum rectam rationem: nam certe, si circunstantiæ pertinent ad proprium motiuum actus, & sunt necessario requisitæ ad eius bonitatem, bonitas ex illis sumpta, est bonitas ex obiecto, si vero pertinent ad aliud motiuum & sunt necessariæ, actus erit bonus ex circustantia, & non ex obiecto, vt quando ex proprio obiecto motiuo est indifferens, & adiuncto alio honesto fine redditur bonus; & similiter actus erit bonus proprie ex circunstantijs, & obiecto vt sic, quando habuerit circunstantias, non quidem necessarias, ad bonitatem actus, sed augentes eius bonitatem intra eandem speciem vel extra illam, & de his circunstantijs loquitur conclusio. quam quidem intendit D. Thom. q. 19. art. 2. cum ait, bonitatem actus non pendere ex circunstantijs, sed ex obiecto tātum, quia videlicet sine his circunstantijs poterit actus esse bonus, eo ipso quod habeat bonum obiectum motiuum cum circuustantijs ad idem motiuum pertinentibus, & necessarijs, nullamque habeat malam circunstantiam: bonitas vero actus externi pendet iuxta D. Thom. non solum ex proprio obiecto, sed ex eius circunstantijs, quia proprium eius obiectum non sufficit ad bonitatem actus interni, ac proinde nec ad bonitatem ipsius actus externi, vt ad bonitatem comestionis non satis est comedere carnem, quæ est obiectum illius actus, sed opus est eam comedi loco, tempore, modo, & quantitate accommodata ad nutritionem & salutem hominis: obiectum ergo actus interni, in quo obiecto hæ circunstantię includuntur, sufficit ad bonitatem actus, non vero obiectum actus externi, quod has circunstantias minime comprehendit, ita D. Thomam interpretatur Medina. q. 19. art. 2. neque in re aliud vult Conr. (quem reprehendit) aut Victoria, cuius explicationem ipse reprobans, aliam inducit: cum tamē vnica tantum, eaq. vera, & admentem omnium sit explicatio varijs expressa verbis, atque illam esse de mente D. Thomæ. recte a Conrad. & alijs comprehensa, ex solutionibus argumentorum colligit Valen. disp. 2. q. 19. pu. 2. cum vero D. Thom. eodem loco ait, bonitatem actus interni ab obiecto pendere, sensus est, actum internum bonum esse non posse, nisi obiectum sit ex se bonum vel indifferens; aut, solum bonum obiectum esse necessariū vt actus sit bonus, nomine obiecti intelligendo finem, qui est obiectum motiuum. & aliquando etiam terminatiuum, vnde ibidem ad. 1. ait, *finis est obiectum voluntatis, non autem*

tem aliarum virium, vnde quantum ad actum voluntatis, non differt bonitas, quæ est ex obiecto à bonitate, quæ est ex fine &c.

Ex quo patet ad bonum actum internum non opus esse, vt ex tempore, loco, modo, instrumentis, vel auxilijs, persona agente vel patiente materia, aut quantitate, habeat specialem aliquam conformitatem cum ratione, sed satis est habere bonum obiectum motiuum & nullam aliunde deformitatem.

95
3. Con. 3. Assertio actus interior vltra bonitatem sumptam ex obiecto motiuo, siue fine intrinseco, potest habere aliquam bonitatem ex circunstantijs proprie dictis, quę non includuntur in motiuo intrinseco: hæc est D. Thom. q. 18. ar. 3. & 4. Magistri 2. d. 7. Bonauen. ibi dub. 5. litteræ, Scoti ibi & d. 40. & quodlibeto 18. ar. 1. fine. Gab. 2. d. 40. q. 1. ar. 1. notab. 1: & 3. d. 23. Henrrico quodlibeto 13. q. 10. Ant. 1. p. ti. 4. c. 12. §. 1. & 2. Viguer. c. 3. §. 7. vers. 3. Almain. 1. moral. c. 14. Angest. c. 8. moral. Vaz. q. 18. ar. 3. Conimbricen. in eticis disp. 7. q. 2. a. 2. & omnium: qui quidem asserunt, non solum ex obiecto, sed etiam ex circunstantijs posse actum etiam internum bonitatem, ac
Not. 1. malicium summere. Pro quo nota ad rationem circustantiæ nō sufficere semper meram concomitantiam, si enim ego volo dare elee mosynam Petro propter inanem gloriam, & Paulo propter Deum inanis gloria non est circunstantia moralis respectu actus, 2. quia finis non est circunstantia moralis respectu actus, quem non afficit. Idem est de intentione, facilitate, & aliis eiusmodi. Ita no
Not. 2. tāt Angest. & Vaz. sup. 2. Nota aliquādo actū internum esse indifferentem ex propio obiecto motiuo, seu fine intrinseco, & tunc capere bonitatem ex circunstantia finis, & motiui extrinseci, de quo postea. Modo enim de circunstantia finis ex professo non agimus, licet obiter de illa interdum loquamur: aliquādo vero actum esse bonum ex propio obiecto motiuo, siue illud fit idem cum terminatiuo, siue nō; & tūc dicimus, ex circunstantijs posse esse meliorē, siue intra eandem speciem siue extra. Ad hoc autem oportet eundem numero manere, si enim non maneret idem numero non diceretur idem melior esse, sed alius melior produci. Manere autem idem potest dupliciter, vel in toto vel in parte: in toto, quādo in idem adæquatum obiectum fertur, in parte autem, quando retinet partem obiecti; sed non totum, potest enim actus voluntatis latitudinem habere, non solum intensiuam, sed etiam extensiuam, quod exemplo visionis externæ probatur, & explicatur: nam si in hoc instanti producatur lumen in aere, & ego apertos habeam oculos, videbo statim parietem v. g. visione quadā diuisibili cuius partes paulatim destrui possent, operto paulatim pariete, per recessum parietis, vel accessum obstaculi. Nec enim dici potest, in quolibet inf tanti talis motus esse aliam, & aliam numero visionem, quia sic breuissimo quoque tempore essent infinitæ succesiue, & eadem ratione, si paulatim paries appareat, crescet visio, nec enim dici potest, infinitas visiones breuissimo illo tempore dari: eodem ergo modo visio intellectus & operatio voluntatis respiciens obiectum diuisibile, erit diuisibilis in suas partes, & sic poterit eadem manere in toto vel in parte, si totum obiectum vel partem eius retineat, quod verum est si partes obiecti non accipiantur, vt partes quantitatis discretę, seu alicuius numeri vel multitudinis sed vt partes quantitatis continuæ. Si enim vt partes alicuius numeri vel multitudinis accipiantur, facta qualibet additione vel diminutione variabitur actus numero & specie ex varietate specifica obiecti, non in esse continui, sed in esse numeri vel multitudinis, vnde velle tres vlnas, panni & velle 4. & 5. &c. sunt actus nō solum numero sed specie diuersi, etiam si vlnæ illę sint continuæ, secus velle illam quantitatem panni, non considerando de numero Vlnarum, vel aliarum mensurarum qui in ea cōtinetur; tunc enim actus est vnus numero, & diuisibilis in partes, si vero sint vel concipiantur, vt discontinuæ & diuisæ, nulla habita ratione numeri vel multitudinis, actus ipse intellectus & voluntatis diuersus est numero, non tamen specie, quā do ergo actus manet idem numero in toto vel in parte, & augetur quantitas obiecti, crescit eius bonitas intra eandem speciem sicut ipse in suo esse naturali crescit, intra eā dem speciem, quando vero non crescit ipse sed alius actus fit, nō augetur eius bonitas, sed alius actus producitur diuersus numero vel specie in esse naturæ. Cuius bonitas intra eandem speciem maior est. Hanc doctrinam obseruare oportet contra aliquos, qui putant, variata quantitate obiecti semper succedere actum omnino distinctum numero, ac proinde quantitatem obiecti nō esse proprie circunstantiam, vnde actus interni bonitas vel malitia augeri possit, contra quos latius inferius agemus, et loquimur de qualibet qualitate continua obiecti; siue permanenti qualis est magnitudo, siue successiua, qualis est motus vel tempus, & quęuis duratio, quę in se vel secundū coexistētiam ad tempus nostrum latitudinem habeat, ex ea enim potest augeri bonitas actus intra eandem speciem, ex aliis vero circūstantiis personæ, modi, loci, temporis, &c. clarius est quomodo bonitatem actus interni saltem intra eādē speciem augere possint Nam manente eodem numero actu humano possunt de nouo aduenire, & esse volun-

tariæ

tariæ modo ſufficient ad augendam bonitatẽ, vt inſeq. videbimus: prius autem agemus de circunſtantijs. Quæ actum internum circunſtant, ex parte obiecti, deinde de illis, quæ circunſtant illum ſecundum ſe, Ad argumenta initio facta patet ex dictis, & ad argumenta contra ſolutionem, 2. ibi aſſignatam patebit inſequentibus.

Sectio. 11. quo modo circunſtantiæ tenentes ſe ex parte obiecti debeant eſſe voluntariæ, vt conferant bonitatem actui interno, & quid ſit illa bonitas.

96 Con. 1. DIco. 1. vt conferant bonitatem actui, debent eſſe aliquo modo voluntarię. Conclu. eſt comunis & certa, quia tota honeſtas pendet a voluntate, ideo quod voluntarium non eſt, non poteſt dare neque augere bonitatem; item malæ circunſtantię, tenentes ſe ex parte obiecti, non conferunt malitiam actui voluntatis, niſi ſint voluntariæ. Et ideo ſi inuincibiliter fuerint ignoratæ, excuſatur homo a culpa, vt D. Tho. & omnes paſsim docent, ergo ſimiliter bonæ circũſtantiæ, tenentes ſe ex parte obiecti, non cõferunt bonitatem moralem, niſi ſint voluntariæ, vnde niſi ſint cognitæ aboperante, nõ ſolet ille propter illas laudari, aut remunerari, neque gratias referre ſolent homines hominibus, à quibus ignorantibus beneficia receperunt: oportet ergo huiuſmodi circunſtãtias & omnes rationes boni, tenẽtes ſe ex parte obiecti, cognoſci ab intellectu, ipſi quæ voluntati proponi, vt ei conferant bonitatem Confir. quia nec obiectum, nec circunſtantiæ eius habent bonitatem per modum formarũ, ſed per modum obiectorum, quæ dum obiiciuntur, & amantur, conferunt actibus internis formalẽ bonitatem.

97 1. Opin. Tota diffic. eſt de modo, quo hæ circunſtantiæ debent eſſe voluntariæ, vt conferant bonitatem. 1. opinio eſt bonam circunſtantiã conferre bonitatẽ actui, etiam ſi nõ ſit propter ſe, nec in ſe volita, dunmodo ſit cognita vt coniuncta cum obiecto in ſe volito, quod ſufficit, vt indirecte, & in illo obiecto volita eſſe dicatur, quemadmodum cũ volo obiectũ, cui annexa cernitur malitia dicor indirecte, & in ipſo obiecto velle talem, malitiam, licet illa nec propter ſe, nec in ſe amem. Iſtam ſententiam tenent docti quidam, licet recentiores Theologi, & oppoſitam nimis rigidam arbitrantur. Suadetur 1. quia ſi quis det pecuniam pauperi ſciens eſſe pauperem, & det, non, vt leuet eius miſeriam, ſed præciſe, vt debitum reddat, exercet quidem actum internum cum bonitate iuſtitiæ, ex obiecto motiuo, & cum bonitate miſericordiæ ex bona circunſtantia, licet hæc non ſit directe & in ſe volita: ergo ſufficit eſſe volitam indirecte, & in alio vt cõferat actui ſpecialem bonitatem, & confirmatur. Quia ex vi illius volitionis ſequitur exterior ſubleuatio, habens ſpecialem conformitatem cum ratione, ergo ea volitio exeo bono effectu præuiſo, & indirecte volito, cõtrahit ſpecialem bonitatem, & laudẽ: nam velle ſcienter bonum aliquod, laudabile eſt, ſi aliunde non vicietur.

2. Argum. 2. Quia ſiquis ſciens magnum fructum ex ſua doctrina, lectione, vel concione conſequendum eſſe, licet non eo fine, ſed alio honeſto doceat, voluntas erit melior, quã ſi nullus fructus præuiſus eſſet, quia tunc homo ſciens, & prudens & indirecte ſeu in alio volens fructum facit, & moraliter fructus ille tribuitur actioni internæ, vt cauſæ: ergo illa voluntas ratione illius effectus erit melior, & laude dignior per ſolum voluntarium in alio, quia vnumquodque bonum eo modo quo eſt voluntarium confert ad laudem, & honeſtatem, vt ſi ex aliqua volitione ſequeretur aliquis effectus malus præuiſus, & virtualiter intẽtus in opere, quod eſt obiectum talis volitionis, ea volitio eſſet deterior, eo quod eſſet cauſa & virtualis volitio illius mali effectus; in vtroque enim caſu par ratio eſſe videtur.

3. Argum. 3. Alias nunquam poſſet actus internus ex circunſtãtijs obiecti, mutantibus ſpeciem, melior fieri, quia ſi ſunt directe in ſe & propter ſe intentæ, nondabunt bonitatem priori actui, ſed nouum conſtituent, iam enim diximus, variato ſpecifice & eſſentialiter obiecto motiuo, imo & terminatiuo, variari ſubſtantiam & eſſentiam actus interni in eſſe naturę: ſi autem tantum ſint volita indirecte, neque priori actui, neque alij bonitatem conferent: ergo nunquam ex his circunſtantijs actus erit melior, conſequens videtur falſum, & contra communem ſententiam doctorum, præſertim D. Tho. q. 19. ar. 3. vbi ait, ſicut bonitas naturalis augetur ex figura, colore, & alijs accidentibus, ita bonitas moralis actionis augetur ex circunſtantijs, quæ ſunt accidentię, idem docet ibi ad argumenta præcipue ad. 3. & ar. 12. ad. 3. concedit, circunſtantias poſſe dare actui plures ſpecies moris, diſparatas, nec diſtinguit de actu interno & externo.

4. Argum. 4. Circunſtantiæ malę tenentes ſe ex parte obiecti, eo ipſo, quod ſint præuiſæ, licet nõ ſint intentæ, dant malitiam actui interno, ergo & bonitatem, quia par ratio eſt, & priuatiue oppoſita circa idem verſantur.

5. Si

5. Siquis sciens & prudens omittat actum, vel circunstantiam cadentem subpræcepto, licet voluntas nullam actum eliciat, peccat peccato omisionis: ergo similiter recte & laudabiliter se habet, & præmio dignus est, qui sciens & prudens omittit actum vel circunstantiam prohibitam, quod exemplis illustrari potest. Qui enim lacesitus iniuria se continet permeram suspensionem actus interni patiens reputatur, & martyr esse potest, ac proinde laude dignus videtur, quia potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala & non fecit, & qui bonum facit, vnde laudem humanam captare posset, si absque intentione inanis gloriæ & laudis operetur, ex sola & pura omisione illius malæ circunstantiæ laudem meretur, ergo similiter, qui opus bonum facit, cui annexam esse cernit honestan circunstantiam, esto illam in se non velit, est laude dignus. Confirmatur. 1. alioqui qui in loco publico alicui exhibet signa honoris, & reuerentię, licet inde sciat magnum honorē & gloriā illi obuenturam, si tamen illā, non vult in se & propter se, sed solum honoris causa id efficere intendit, non erit laude dignior, quam si in loco priuato eundem cultum exhibere vellet, similiter qui ieiunat, precise, vt obediat, non habet bonitatem & laudem temperantiæ, sed obedientię, & qui seruat castitatem, quia vouit, non habet laudem & voluntatem castitatis, sed religionis, ad quam pertinet vota implere, & qui tribuit eleemosynam sacerdoti, ea solum ratione, quia sacerdos est, non efficit actum misericordiæ, sed religionis: quæ omnia creditu dificilia, dura & absurda videntur. Confir. 2. alias actus non esset bonus, nisi in se, & propter se volita esset conformatio ad legem, vel rationem, neque bonus speciali bonitate huius aut illius virtutis, nisi in se & propter se esset volita specialis conformitas ad legem, vel rationem, quia honestas incomuni consistit in conformitate, & talis honestas in tali conformitate: per te autem ad specialem bonitatem actus requiritur, vt specialis bonitas non solum insesit cognita, sedetiam in se & propter se volita consequens est valde rigidum & incredibile: ergo.

98

2. Opinio. 2. Sententia aliorum recentiorum est (nam antiquiores de hacre non disputant) eius modi circunstātias debere esse in se & propter se volitas, vt conferant interno actui bonitatem, explicant autem, debere esse in se volitas, non vtcunque, sed vt honestæ sunt, vel aliquo modo ad honestatem conferunt, ac proinde qua ratione sunt honestæ, cognosci debent, & hoc etiam in priori opinione dicendum putant, quia si non cognoscantur, vt honestæ, non erunt voluntariæ vt honestæ: nihil enim volitum quin præcognitum, ergo non poterunt dare honestatem actui interno. Iam enim in prima assertione docuimus, non posse honestatem conferre nisi sint voluntariæ, idemque nunc probatur, quia circunstantiæ non possunt conferre honestatem, nisi cum obiecto, & admodum obiectorum. Si dicas satis esse considerari potuisse, licet non sint consideratæ, vt in malis dici solet. Contra, quia non laudamur obea, quæ possumus, sed obea quæ facimus, & non considerare bonum, quod considerare possumus, potius pertinet ad defectum, quam ad bonitatem, & omisio malæ actionis præcise sumpta, non est bona, ergo multo minus omisio bonæ considerationis de bona circunstantia: ergo inde bona circunstantia non habebit vim conferendi actui interno propriam bonitatem. Confir. malitia enim interdum imputatur propter inconsiderationem, quia hæc est culpabilis: inconsideratio autem bonæ circunstantiæ, non est laudabilis; sed mala, vel ad summum est indifferens: ergo inconsideratio non potest ad bonitatem actus sufficere, sicut ad malitiam; maxime cum bonum ex integra causa, malum autem ex quocunque defectu contingat, vt Dion. affirmat. Itaque secundum hanc opinionem, vt circunstantiæ conferant bonitatem actui interno, præcognitæ esse debent, non tantum meterialiter, sed formaliter, vt honestæ sūnt, has vero debere esse positiue, directe, in se, & propter se volitas, vt honestæ sint, ostendit hæc opinio. 1. ex D. Thom. & Aristo. & alijs citatis sectio. 7. ad probandum honestatem obiecti non conferre ad honestatem actus, nisi sit cognita, & in se & propter se intenta: eadem enim est ratio de circunstantia obiecti, maxime cum hæc non conferat bonitatem actui, nisi quatenus auget bonitatem obiecti.

2. Quia actus internus dupliciter intelliquitur habere bonitatem vel malitiam a circunstantia obiecti. 1. per physicam tendentiam in illam 2. per moralem imputationem, sed bonitas non potest conuenire per moralem imputationem, ergo per realem tendentiam, qua feratur positiue voluntas in ipsam circumstantiam, propter propriam ipsius bonitatem: minor probatur, duo enim sunt quæ possunt imputari, silicet carentia actus, & positiuus effectus. 1. non sufficit ad bonitatem, quia in sola negatione aut priuatione non consistit bonitas, negatio enim & priuatio, vt sic, nullam perfectionem affert. 2. vero non imputatur, nec tribuitur moraliter voluntati, nisi interueniente præcepto agendi, vel omittendi aliquid, ne effectus se

quatur

quatur,vt quæst.6.dictum est,quod tantum habet locum in malis, ideo mali effectus imputantur homini,non autem boni, sed hi vt bonitatem actui conferant, debent esse in se voliti, & similiter circunstantiæ obiecti.

3. Quia in his circunstantijs non sufficit, voluntarium mere indirectum, quod est per negationem actus voluntatis,quam habere posset,quia hęc carentia actus,vt sic non ponit perfectionem inuoluntate,neque est voluntaria, nisi materialiter sumpta, hoc autē non sufficit ad bonitatem, quia circa talem carentiam, potest esse voluntarium indifferens,aut etiam malum : declaratur exemplo,qua licet non occidere proximum desit obiectum honestum,tamen materialiter sumptum potest amari actu indifferenti, & malo, vt siquis ex solo timore infamiæ velit non occidere proximum , est actus desse indifferens,si vero,vt possit ab eo vsuras accipere est actus desse malus:ergo nō velle hoc obiectum,non est magis determinatum ad hocquam illud motiuum,sed solum respicit materialem carentiā externæ actionis malæ: ergo non sufficit ad honestatem actus interni.

Vnde egregie D. Thom. 2. 2. quæst.79. art.1.ad.2.dixit,illam partem iustitiæ, quæ est declinare à malo, non esse mere negatiue,aut priuatiue intelligendam,sed prout includit actum , quoquis vult non facere malum, *quia per solam* , inquit, *negationem mali actus vitabit quis pœnam,non tamen merebitur, nec vitutem,aut boitatem habebit*: ergo voluntariū indirectum per modum puræ omissionis non conducit ad bonitatem actus interni.

100. De alio vero voluntario indirecto , quod scilicet est voluntarium in alio. Probatur, quia neque hoc voluntarium imputatur, nisi ratione alicuius omissionis,quia videlicet voluntas deberet abstinere ab aliquo actu, ne effectus quispiam sequeretur , hoc autem non habet locum in bonis,quia velle obiectumaliquod inse habens honestatem, non propter honestatem,sed propter delectationem,non sufficit adhonestatem actus, & tamen ibi maxime videtur honestas volita in alio , scilicet in obiecto materiali secundumse honesto : ergo si ibi non sufficit, multo minus sufficit in effectibus,vel circūstantijs.Conf.& explicatur exēplo. Si enim coniugatus opus matrimonij,quod desse est honestum, exerceat propter delectationē, non aget honeste honestate castitatis, aut alia,quia nihil honestum appetit propterse. Ergo similiter cum circunstantiæ honestæ, non propterse appetuntur, nō tribuunt pro priam honestatem. Dices non esse simile: quia coniugatus exercens matrimonium, propter solam delectationem,peccaret venialiter; ideo redderet actum pro tunc inca pacem honestatis; secus si ob solum alium finem honestum fieret:tunc enim obiectum conferret honestatem castitatis. Contra, quia siquis aliquid faceret sibi, & amico vti le videns,non tamen intendens commoditatem amici,reuera ille actus non esset amicitiæ, nec amicus teneretur pro illo gratias referre,aut agere : ergo illa honestas obiectiua non confert honestatem amicitiæ actui , quia non est propterse intenta. Ergo idem in bonitate circunstantiarum.

Præterea voluntas hæc indirecta in alio, tantum materialiter attingit effectum , qui desse est indifferens vt attingatur bono , vel malo motiuo:ergo non sufficit ad honestatem:præterea , vel effectus iste est inse præuisus,vel non:si non;ergo non dat honestatem,vt ostensum est:si sic,interrogo,cur non sit insevolitus,nulla certe ratio reddi potest, nisi quia voluntas non vult:cur ergo in hoc dicetur voluntas bene facere?aut cur deseruiet illi ad bonitatis incrementum? Præterea permissio boni effectus , vel circunstantiæ non facit bonum permittentem , vt nec permissio mali malum,nisi interueniat præceptum prohibens talem permissionem, vel iubens impedire effectum , aut circunstantiam , quod non habet locum in bonis, sed nullo actu existente circa effectum, vel circunstantiam bonam, solum datur permissio talis effectus , vel circunstantiæ:ergo non afferet bonitatem homini. 101.

Dico. 2. contra hanc. 2. Opinio. vt circunstantia obiecti det bonitatem actui interno, non oportet eam esse cognitam , vel volitam formaliter , & explicite , vt est honesta , & moraliter bona ; sed satis est cognosci , & appeti implicite , & virtute, vt honesta est , nimirum considerando in ea conuenientiam aliquam respectu alicuius subiecti , nulla considerata prohibitione , aut difformitate ad rationem , vel legem , aut dignitate pœnæ , aut vituperij. Probatur , quia id sufficit ex parte obiecti , vt conferat bonitatem suam , vt sectio.7. ostendimus:ergo sufficiet , vt circunstantia suam bonitatem conferat, par enim ratio est. 2. Concl.

Et alioqui multa , & magna sequerentur absurda:nam , vt diximus in superioribus bonitas moralis tam obiectiua , quam formalis consistit formaliter in conformitate ad legem , seu regulam rationis , ac proinde,si ad hoc,vt circunstantia conferat suam bonitatem moralem, seu honestatem actui

necessarium est eam honestatem, & bonitatem moralem obiecti formaliter, & explicite considerari, sequeretur manifeste raro, ac fere nunquam actus hominum ex tali bonitate, & honestate obiecti bonitatem, & honestatem accipere, quia raro, aut fere nunquam reflexionem faciunt in regulam rationis animaduertentes, circunstantiam illam esse rationi, & legi consentaneam. Sed solum vident eam circunstantiam esse absolute conuenientem sibi, aut alijs, & ideo illam volunt. Sic concionator, confessarius, aut lector concionatur, legit, aut confessiones audit attendens ad fructum sui ministerij, illumque propter bonum animarum, vel Dei gloriam amat, non iudicans reflexe, quòd sit rationi, & legi Dei consentaneus, quis autem dicat horum ministeria ex illa circunstantia fructus propter Dei gloriam, vel animarum spirituale commodum intentam non dare peculiarem honestatem charitatis actui alioqui honesto ex obiecto. Idem est, cum quis suo exemplo vult alios incitare ad fidem, cultum Dei, & similes virtutes. Quis. n. dicat opera illius ex obiecto nata, non capere peculiarem bonitatem? ex illo euentu, sic cognito, & amato. Sane id est incredibile, & absurdum: ergo vt circunstãtia conferat propriam honestatem actui, nõ opus est cognosci, vt consentaneã legi, vel rationi formaliter, & explicite.

101. 2. Concl. Dico. 3. contra. 1. opin. cum hac. 2. vt circunstantia aliqua obiecti bonitatem conferat actui interno, opus esse, vt ipsa circunstãtia sit inse volita, & cognita, quatenus est alicui bona, & conueniens, & vt propter hoc ipsum volita sit, ita vt ea habeat rationem obiecti motiui, & terminatiui. Hoc satis probant rationes adductæ pro. 2. opinione, quę cõf. 1. Alioqui actus iustitię, verbi gra. nulla additione reali sibi facta fieret potens producere habitum misericordię, vel alterius virtutis, ad quam bona circunstantia pertineret consequens est absurdũ: ergo. 2. Quia sic idem actus internus, vnicum habens motiuum, producere posset varios virtutum habitus, quod est absurdũ: sequela patet, quia actus internus bonitatem alicuius virtutis habens, producit habitum illius.

102. 4. Concl. Dico. 4. quando circunstantiæ istæ differunt specie in esse moris, vel naturæ, ab ipso obiecto; nõ sunt circunstantię respectu actus interni, quo ipsum obiectum appetitur, sed tantũ sunt circũstantię respectu actus externi, vnde actus internus nõ dicitur tunc bonitatẽ accipere ex circunstantia, vt est eius circunstantia, sed vt est circunstãtia obiecti, & externi actu. Prob. quia, l. circũstãtia eiusmodi est volita eodem actu, quo ipsum obiectũ, vel alio; si alio, iam tali actui tribuit bonitatem, & non actui, quo amatur obiectum, neque adipsum vllo modo pertinebit: si vero eodem actu, iam erit partiale obiectũ eiusdem actus, & simul cum principali obiecto ipsum specificabit, ac proinde respectu eius non erit circunstantia, sed specificatiuum. Iã enim dixi sect. 9. obiecta differentia specie inesse naturæ non attingi actu eiusdem speciei cum eo, quo singula, vel alia specie differentia, attingerentur, quia diuersitas specifica obiecti adæquati, sufficit addifferentiam specificam interni actus in esse naturæ; Siue illa obiecta specie diuersa, sint totaliter diuersa, siue vnũ includatur in alio, & ideo ibi dixi, quãdo, licet inse sint entia eiusdẽ speciei, cõtinua, l. discreta: tũ. sumũtur, vt partes alicuius numeri, vel multitudinis, actũ esse specie diuersum, non enim est idem actus, quo volo emere duas vlnas pãni, & quo tres. Vnde tũc quantitas illa obiecti, quę est vere discreta, vel quasi discreta, concipitur, & appetitur; non est circunstantia actus interni sed dat illi naturalem speciem, respectu autem externæ emptionis, est vera circunstantia, potest enim, quod comparatione actus externi est circunstantia, non esse circunstantia, sed dare speciem actui interno, veluti cũ quis occidit, vt furtum commitat, finis ille est circunstantia respectu externi homicidij, non tamen respectu actus interni, quo vult occidere, quia dat illi speciem in esse naturæ; si quis vero nihil cogitãs de vlnarum numero, velit pannum emere, qui tres vlnas habet, efficiet actum internũ, cui quælibet vlnarum est circunstantia, nam idem actus manebit, si voluntas ad quantitatem duarum vlnarũ se contrahat, vel ad quãtitatem quatuor vlnarum se extendat. Sicut eadem visione nunc plures, nunc pauciores partes aliquotæ parietis videntur, idem est siquis maiori, vel minori tempore de ambulare, orare aut legere velit. In ordine vero admores nihil refert, quod vno actu inesse naturę vel pluribus eadẽ continua quantitas orationis, aut alterius rei appetatur, nec quodvno, vel pluribus actibus, plura obiecta eiusdem speciei attingãtur, nam in vtroque casu æqualis bonitas, vel malitia est in volũtate, licet in vno casu illã habeat medio vnico actu, in alio vero medijs pluribus actibus.

103. Quæst. in condi. Vnde patet ad aliam quæst. in tit. sect. pro posita; quid sit bonitas sumpta ex circunstantia obiecti: nam qui putant, ad hanc bonitatem sufficere voluntarium indirectũ, debent dicere, solum consistere in omissione voluntaria, & libera malæ circunstantiæ, quæ posset poni, scienter autem omittitur, vel in sequela boni effectus cognita;

cognita: qui ex argumentis. 2. opnionis precedentis confutati manent, alij vero tenentes, ad bonitatem ex circunstantia obiecti requiri, vt ipsa circunstantia inse & propterse sit volita, dicunt, eam bonitatem esse tendentiã positiuam voluntatis in omissionẽ malę circũstantię, vel incõsecutionem boni effectus propter se volitam. Et hactenus quidem bene. Male autem addunt huiusmodi tendentiam nunquam variare speciem actus in esse naturæ, & semper variare indiuiduum, ac proinde eiusmodi circunstantias esse quidam circunstantias respectu speciei, quia illi accidunt, non vero respectu indiuidui, quia illi non accidunt, sed potius illi conferunt suam intrinsecam rationem indiuidualem.

Hi autem reiiciuntur, quia iam diximus sæpe, circunstantias obiecti, si differant specie ab illo, vel sumantur, vt partes numeri, aut multitudinis diuersæ speciei variare actum in esse naturæ specifice, & essentialiter, cum vero non sic sumuntur, non variare actũ in esse nãæ, siue specifice, siue numerice, sed addere, l. detrahere aliquid de eius integritate, & latitudine, quoniam est vere diuisibilis in partes extensiuas realiter distinctas. Et sane si actus, qui attingit obiectum, & circunstantias, semper esset simplex, & indiuisibilis, & variaretur numero per quancumque detractionem, vel additionem, nunquam circunstantia obiecti esset vere circunstantia respectu actus interni, quia id quod intrinsece respicitur ab actu interno, siue secundum rationem numericam, siue specificam, non est proprie illius circunstantia, sed quasi forma extrinseca constitutiua. Vt si amo Petrum differẽtia eius intrinseca, ex qua actus meus sumit intrinsecam differentiam indiuidualem, non est proprie circunstantia talis amoris. Respondeo ergo ad quæstionem propositam, bonitatem ex circunstantia obiecti esse extensionem quandam realem rationi conformem, positiuam, & absolutam actus interni ad aliquam obiecti quantitatem permanentem, vel successiuam.

104. Ad. 1. argum. opinionis. R. 1. in illa pecuniæ datione facta pauperi, & creditori habitudinem ad pauperem, quę est bonitas misericordiæ, non esse circunstantiam habitudinis ad creditorem, quæ est bonitas iustitiæ: sed vtraquę est principalis bonitas obiecti, nam vna non est magis intrinseca obiecto, quam alia, & vtraque accidit obiecto materiali, & nulla alteri accidit; sed vera circunstantia obiecti est extensio eius, siue permanens, & modus aliquis accidentalis ipsi actui; qui reddat meliorem materiam, vt figura, vel splendor in lapide prætioso, &c. Item effectus, bonus consequens ad actum externum, vt fructus concionis, item locus, & tempus, in quo fit actus externus, quatenus reddere possunt ipsum cõuenientiorem alicui, &c. R. 2. transeat bonitatem misericordiæ in illo obiecto, esse circunstantiam bonitatis iustitiæ, & econtra: negatur tamen, quando actus internus est elicitus ex solo motiuo iustitiæ, habere vllam bonitatem ex illa circunstantia misericordiæ propter rationes. 2. opin. & 3. conc.

Ad. 1. ar. 1. Opini.

Ad conf. neg. consq. quia ad bonitatem actus non sufficit velle obiectum bonum; sed oportet velle illud in se, & propter se.

Ad. 2. negatur ant. propter eandem rationem, & ideo effectus ille, licet referatur in voluntatem, vt in causam moralem, idest more humano, seu libere operantem, non tamen, vt in causam moralem, idest operantem eo modo, quo necesse est ad contrahendam bonitatem, vel malitiam moralem, neque est simile de malo effectu, nam quia bonum est ex integra causa, & malum ex partitulari defectu, sufficit interdum malus effectus præuisus, vt imputetur homini ad malum, & non sufficit bonus effectus præuisus, vt imputetur ad bonum, non enim sufficit ad bonitatem actus facere bona, aut implere præcepta, nisi bono fine fiant. Nec ad specialem bonitatem sufficiunt obiecta, vel circunstantiæ habentes specialem bonitatem, nisi speciali affectu fiant, vel apponantur. 105.

Ad. 3. R. circunstantias, quatenus tales sunt, nũquã conferre speciem moris actui interno, quia illam conferre non possunt, nisi moueant ratione propriæ bonitatis specie distinctæ à bonitate obiecti, quando vero sic mouent, constituunt actum specie distinctum ab eo, quo obiectum propter se amatur, & sic aliqui interpretantur, quod ait D. Thom. articu. 10. præcipue, ad Secundum circunstantiam non dare speciem actui, si maneat in ratione circunstantiæ; sed opus esse, vt transeat in rationem obiecti. Cæterum non est hæc mens D. Thomę ibi: nam loquitur de omni specie moris, tam mala, quam bona, & de actu interno, & externo, constat autem actibus malis internis competere multas species malitię moralis ex circunstantijs quę sunt verę circunstantiæ, & non obiecta motiua comparatione eorum; & bonis competere species moris ex circuntantijs, quę vere, & proprie sunt circunstantię 106.

respectu ipsorum, ergo non sic intelligitur D. Thom. Sed sensus eius est, nullam circunstantiam conferre speciem moralem, bonam, aut malam actui, nisi teneat se exparte obiecti, & suam habeat specialem conformitatem, aut difformitatem ad rationem, ac proinde sit quasi principalis conditio obiecti, & quasi alterum obiectum, & non quasi mera circunstantia, qualis est illa, quæ non tenet se ex parte obiecti, aut non addit illi specialem conformitatem, vel difformitatem ad rationem, quæst. autem. 18. articu.5. solum docet D. Thom. aliquos actus in sua specie esse bonos, vel malos propter obiectum, & quæsti. 19. articu.2 actum internum in sua bonitate, & malitia a solo obiecto pendere, quod sect.10. explicatum est. Quid autem sibi velit, quæstio.72. artic 9. & 2. 2. quæsti. 53. artic. 2. corp. & ad 3. & quæsti.92. articu. 2. & de malo, quæstio.2. artic.6. vbi ait, circunstantiam non dare speciem malam actui malo, nisi ex motiuo, intelligitur de specie in esse naturæ, & certum est ad speciem mali ex obiecto, vel circunstantia sumptam, non opus esse, vt malum obiectum, vel mala circunstantia propter se ametur, quod tamen est requisitum, vt actus ex bona circunstantia speciem accipiat. Verum ergo est, licet præter mentem D. Thom. illis locis, circunstatiam manentem in ratione circunstantiæ, non dare speciem bonitatis moralis actui interno, quod intelligitur de actu interno mere elicito; nam si fuerit simul imperatus, poterit habere speciem bonitatis moralis ex fine extrinseco, & accidentali, quem habeat mutuatum ab actu imperante, qui finis manet in ratione circunstantiæ, quoniam vere accidit actui interno elicito ordinari in talem finem. Loquendo, vero de alijs circunstantijs, vt nunc loquimur, sine vlla exceptione verum est, nunquam actum internum habere speciem bonitatis moralis ex circunstantia habente rationem circunstantiæ respectu ipsius, ob rationem adductam, qua etiam moti sectio.9. docuimus, actum internum non posse ex obiecto duas species moralis bonitatis habere; videlicet, quia ad quamlibet speciem moralis bonitatis requiritur proprium motiuum vnus autem actus in esse naturæ non potest duo habere motiua, ideo nec duas species bonitatis moralis,

Ad D.Thom.in eodem argum. citatum. Resp. loqui de bonitate, & malitia formali, vel obiectiua abstrahendo ab actu interno, & externo, & interdum à circunstantia dante, & non dante speciem. Ideo non opus esse, omnia, quę docet. verificari de actibus internis, quoad bonitatem formalem. Sed singulis rebus applicari debent, iuxta earum capacitatem. Et certum est in actibus malis inueniri circunstantias mutantes speciem, vt patet ex Tride. sess.14. c.4. & can.7. quod intelligendum est, manente eodem actu, etiam interno, & manente circunstantia in ratione circunstantiæ; in bonis autem actibus circunstantia manens in ratione circunstantiæ, non potest dare speciem, loquendo de circunstantijs alijs à fine, vt exposuimus, vnde quamuis species bonitatis, & malitiæ interdum sumantur ex circunstantijs, non tamen eodem modo.

107.

Vnde ad. 4, neg. conseq. quia cum bonum ex integra causa, & malum ex particulari defectu, plus requiritur, vt actus ex aliqua circunstantia accipiat boniratem, quam, vt accipiat malitiam; ad hoc sufficit, malam circunstantiam esse præuisam; ad illud autem oportet, etiã esse intentam; quod non potest fieri sine alio actu, neque bonitas ex circunstantia, & malitia ex circunstantia sunt priuatiuè oppositæ, vt ideo in eodem subiecto dari possint, & ita actus, qui est malus ex circunstantia, idem ipse possit esse bonus, & ècontra, quod nihil refert ad propositum, sed sunt habitudines ad circunstantias habentes oppositas rationes, quia bonitas ex circunstantia est, habere certo modo habitudinem adcircunstantiam rationi consonam: malitia verò ex circunstantia est habere certo modo ordinem ad circunstantiã rationi dissonam. Ad.4.

108.

Ad. 5. iam dixi, cur neganda sit conseq. & consequens falsum sit. Quamuis, licet verum esset, non ideo esset directe cotra præsentem resolutionem; quia negatio malæ circunstantiæ non est proprie bona circunstantia. Nos autem modo non inquirimus, an negatio maliæ circunstantiæ possit conferre bonitatem actui interno, tametsi non sit inse, & propterse volita, & intenta. Ad.5.

Ad exempla ibi posita Respon. falsum esse, quod bonitas actus, exomissione malæ circunstantiæ crescat, nisi ea omissio sit propterse volita, & intenta.

Ad.1. Conf. R. omnia, quę in ea referuntur verissima esse. Ad.1. & 2. Conf.

Ad.2. Conf. Resp. solum procedere contra. 2. Opin. quatenus asserebat, circunstantiam non dare actui bonitatem, nisi sit cognita, vt bona, & honesta formaliter, quod nos reiecimus.conc.2.

109.

Dubit. 1.

Posset autem hic dubitari. 1. An quando circun-

circumstantia obiecti potens est dare speciem bonitatis moralis alicui actui voluntatis, tamen nullam confert, quia non est directe in se, & propter se volita saltem augeat intra eandem speciem bonitatem actus, quo obiectum amatur.

Dubit. 2. 2. An saltem quando per alium actum amatur in se, & propter se, augeat bonitatem actus, quo amatur obiectum, intra eandem speciem? Quidam sine fundamento affirmant in vtroque casu.

Vtriusq. dubi. resolutio. Cum tamen in vtroque dicendum sit, partim augeri, partim minui bonitatem, nam quatenus consideratione, aut etiam affectu illius bonæ circunstantiæ voluntas promptior, & expeditior fit ad operandum, ac proinde intensius sæpe operatur, ac magis voluntarie, augetur intra propiam speciem bonitas sumpta ex obiecto, quatenus vero minus libere operatur, minuitur ea bonitas: minus autem libere tunc operari constat; quia consideratione, & affectu bonæ circunstantiæ magis inclinatur homo ad amorem obiecti: ergo minus libere illud amat. De mala autem circunstantia vnus speciei, an augeat malitiam alterius speciei eiusdem, vel diuersi actus dicam disputat. 3. sectio. 6. Quomodo infinita multitudo tenens se ex parte obiecti, non conferat actui infinitam bonitatem, aut malitiam, tracta. de peccatis, & ibidem examinabitur, quantum crescat bonitas, aut malitia actus in quantitate incerta obiecti, vt cum quis vult dare in eleemosynam, vel furari totum quod est in archa ignorans quantum illud sit.

Alie dubitationes in alia loco remisse. II.

II. 4. Dubium hic esse potest quando circunstantia apta sit conferre speciem bonitatis, vel malitiæ actui morali, vel tantum augere intra eandem speciem. Respondetur, regulam traditam à D. Thom. artic. 10. & 11. & de malo quæstio. 2. art. 7. hanc esse: si circunstantia talis est, vt per se considerata habeat specialem conformitatem, vel repugnantiam cum ratione, ac proinde per se sumpta, & non adiuncta alteri posset reddere actum bonum, vel malum, apta est dare speciem moralem actui humano, si autem ex se non habeat specialem conformitatem, vel repugnantiam cum ratione, ac proinde se sola non possit reddere actum bonum, vel malum, non potest conferre nouam speciem, sed augere intra eadem. Contra hanc regulam est. 1. Quia iniustitia, quę interuenit in adulterio, semper supponit intemperantiam: ergo quamuis aliqua circunstantia per se non valeat reddere actum malum, potest dare speciem malitiæ.

4. Dubit.

Idem argumentum fieri potest in furto, vel homicidio sacrilego, vbi circunstantia loci sacri, vel personæ sactæ dat speciem sacrilegij supponendo malitiam furti, vel homicidij.

Ad hoc argumentum quantum pertinet ad sacrilegum. Respondet Conrad. quæstio. 18. artic. 11. perse loquendo speciem sacrilegij sine vlla alia malitia reperiri posse, vt contingere putat D. Thom. 2. 2. quæstio. 99. articu. 2. ad. 3. quando iudex aliquem extrahit de loco sacro. Vazq. disputa. 54. c. 2. hanc solutionem impugnat, nam eo ipso, quod immunitas conceditur loco sacro, delinquens gaudet iure manendi in templo, & ita iniuriam patitur, si inde extrahatur, & iudex tenebitur restituere damna, siquę sequantur ex tali iniuria. 2 Quia quamuis malitia sacrilegij possit sine alia dari, vt in transgressione voti circa materiã alias omnino liberam, & in accessu ad propriam coniugem in loco sacro; & in profano vsu vasorum sacrorum, vel propriorum, vel alienorum quidem, sed domino non repugnante: tamen sacrilegium in personam sacram (quod specie distinctum est, ab eo quod est in locum, & res alias sacras iuxta D. Thom. 2. 2. quæst. 99. artic. 3.) reperiri non potest sine alia specie malitiæ, vt sine iniustitia homicidij, vel percussionis, &cæt. 3. Quia prædicta solutio saltem in adulterio locum non habet, nam ea species iniuriæ, quę reperitur in adulterio, sine malitia fornicationis, & in temperantiæ reperiri non potest.

III.

Vnde ad argumentum Respdon. Vaz. cum D. Thom, aut illam circunstantiam dari speciem, quę non supponit bonitatem, vel malitiam in actu, intelligere de suppositione secundum nostrum modum intelligendi, & non à parte rei, illam vero non dare speciem, quę ex propria ratione, & conceptu supponit bonitatem, vel malitiam in actu, & quia iniuscitia, quę est in adulterio intelligi potest sine malitia fornicationis, & malitia sacrilegij sine malitia furti, vel homicidij: ideo circunstantias matrimonij, loci sacri, ac personæ sacræ conferre speciem. Quę expositio vera, & acuta est, sed non multum diuersa ab opinione Conr. quæ etiam defendi potest, respondendo ad. 1. obiectionẽ, malitiam illius sacrilegij sine iniuria dari posse, stando in solo iure naturæ. Nam si principes ius manendi in templo non concessissent delinquentibus, iudex sine necessitate illos extrahens à templo, irreligiosus, & sacrilegus esset: non tamen iniustus, & saltem id cõtingeret si ignoraret inuincibiliter malitiam

iniustitię,& non sacrilegij. Ad secundam vero,sacrilegium in personã sacrã,sine malitia iniustitiæ reperiri posse, non solum propter ignor. inuincibilem iniustitiæ, vt notum est: sed etiam sine vlla ignor. vt principes nullum priuilegium sacerdotibus concessissent, puniri eodem modo quo sæculares, & nullam rationẽ habere sacerdotij,irreligiosum, & sacrilegum esse,non tamen iniustum.

Ad 3.vero, saltem ratione ignorantiæ,aut inaduertentiæ inuincibilis, & dispensationis diuinę circa fornicationem simplicem, posse dari a parte rei iniustitiam adulterij, sine malitia fornicationis, & intemperantiæ. Vnde ad. 1.argu. propositum contra regulam D. Thom. coniungendo fere Conra.& Vaz.solutiones.

III. Respondeo, circunstantiam illam mulieris,scilicet esse nuptam, seu alienam, dare speciem, quia si per possibile, vel impossibile fornicatio simplex non esset peccatum, vel ex natura rei, vel ex dispensatione Dei proprie, aut improprie dicta in precepto temperantiæ,& non iustitię,vel ex ignorantia inuincibili excusante a peccato intemperantiæ. Adhuc tamen accessus ad talem mulierem esset malus, & contra Iustitiam, quia esset contrectare scienter rem alienam inuito domino. Similiter, & si furtum simplex non esset prohibitum,vel per ignorantiam,aut dispensationẽ diuinã excusaretur, tamen furtum de loco sacro, seu de rebus commissis custodię loci sacri, esset malum, & contra religionem, & ideo circunstantia sacrilegij dat speciem actus.Sed contra eãdem regulam D.Thomæ argu. 2.quia multũ,& parum magis,&minus sunt circũstãtię non dantes speciem, tamen aliquando nullam supponunt malitiã,sed dant.1.malitiam vt cum quis tantum peccat, quia multum comedit, vel quia celerius commedit,l.intẽsius agit.R.bene Vaz.multũ,& parũ in quãtitate cibi non esse circũstãtiã,sed pertinere ad eius substantiam:multum vero,& parum in excessu a termino prefixo per rationẽ,aut legẽ,aut naturã esse circũstantiã, & hanc nõ posse intelligi sine alia malitia præsuppositа, quę est excedere in quãtitate cibi.De modo, & festinationis, vel intensionis dicendum eum eodem,solum esse circuastantiam,quando auget intensionem, l.celeritatem,& festinationem lege prefixam inquo euentu manifestum est malitiam supponere, & propterea hæ circunstantiæ non dant speciem,sed augent presuppositam malitiam.

Ad complementum autem huius dubij aduertendum est, quod quamuis ad vnicam bonitatem actus requirantur multæ circunstantię, nulla earum per se dat speciem, quia non habet perse sufficientem conformitatem cum ratione,eo quod si alia desit non erit actus rationi cõsonus,& ideo defectus cuiusque earum dare potest malitiam actui, ac proinde speciem, vt siquis commedat plusquam oportet,vel tempore aut loco, quo non oportet adnutritionem, erit intemperatus, ita docet D. Thom.4.d. 16.artic.2.quæstio.3.ad.2.Et similiter si det cui,quando, vel quantum non oportet, erit prodigus,& eadem specie prodigalitatis secundum multos, licet aliqui dicant ab his circunstantijs prouenire diuersas prodigalitatis species:de qua re differemus tract. de pecca.cum Vaz. & alijs,quæstio.73.artic.7. quanuis Conrad.id disputet.quæst.18.ar.11. similiter in materia de pecca. examinabo, an verum sit quod dicit Vaz. disp.54. c.1. infine,& disp.102.c.4.& 5.eum qui tribuit occasionem fornicandi peccare contra castitatem,& sic in alijs peccatis.

Sectio.12. quo modo circunstantiæ immediate afficientes actum internũ voluntatis debeant esse voluntariæ,vt cõferant actui bonitatem, & quidnam sit illa bonitas.

IN hac contrauersia ommittimus circunstantias quid, & circa quid, quia continent ipsum obiectum,semperque se tenent ex parte obiecti. Omittimus etiam circunstantiam loci, quia actus interior nunquam fit melior, aut deterior ex eo quod fiat in hoc, vel illo loco, nisi forte quando locus transit in rationem obiecti, vt siquis interius peccet, quocunque genere peccati in loco sacro, inculpate non considerando, se esse in loco sacro, certum est,non augere eius malitiam, & similiter certum est, etiam siquis consideret, se esse in loco sacro, non augeri notabiliter malitiam, probabile tamen est augeri leuiter, quia est aliqualis irreuerentia loci sacri. Eodemque modo dicendum est de tempore sacro, licet in hoc sit minus probabile, augeri, vel leuiter malitiam, ex eo quod quis in eo peccet interius, aut exterius, quia hæc circunstantia est magis extrinseca, & locus sacer magis est deputatus ad obsequium, & cultum Dei, maiorique reuerentia dignus est, præsertim quando euchariſtiam continet, quam tempus sacrum, seu dies festi: qualitas vero temporis, seu durationis intrinsecæ, aut extrinsecæ, quę nunc pro eodem reputatur,

tatur,auget bonitatem,& malitiam,etiam si non transeant in rationem obiecti, & similiter circunstantia intensionis, & extensionis, & libertatis, actus enim quo extensior, intensior, aut liberior, eo melior est, vel deterior; quanuis circunstantia extensionis, quia sumitur à quantitate obiecti, quæ non auget, nisi vt volita, eadem circunstantia quantum ad hoc censetur cum quantitate obiecti, circunstantia autem,*quibus modis seu auxilis*,est in actu interno perse impertinens adaugendam eius bonitatem,aut malitiam, sed per accidens potest conducere, conducendo ad intensionem,extensionem,aut libertatem actus, & eodem modo cognitio, aut passio impellens aut retrahens solum conferunt, vel auferunt aliquid bonitatis, augendo, vel minuendo intensionem,extensionem,aut libertatem.

His ita constitutis tres quæstiones in præsentiarum agitandæ sunt, Prima de circunstantia personæ; quæ habet specialem difficultatem.2. de circunstantia modi,subquo comprehenditur intensio, & libertas actus. 3. De circunstantia durationis, seu temporis,in quo durat actus interior.

113. Quæstio igitur prima est, an circunstan-
Quæst.1. tia, seu dignitas personæ operantis augeat bonitatem actus, etiamsi nullo modo sit voluntaria. Pars affirmans suadetur. Nam quælibet actio Christi esset infinite meritoria, & satisfactoria ratione gratiæ vnionis, etiam si anima ignoraret, omnino se fuisse vnitam hypostatice verbo, sed tunc illa circunstantia nullo modo esset voluntaria. Ergo dignitas personę auget meritum, & satisfactionem, ac proinde bonitatem actus, inqua hæc fundatur, licet nullo modo sit voluntaria. Idem argumentum fit in gratia iustificante, nam qui maiorem habet gratiam, licet statum suum omnino ignoret, magis meretur,cæteris paribus, quam, qui minorem gratiam habet.

114. In hac quæstione Dico.1. Hanc circun-
1. Concl. stantiam non augere honestatem, seu valorem moralem actus, nisi transeat in rationem obiecti, & sit directe in se, & propter se volita, admodum, quo de circunstantijs obiecti diximus sectione præcedenti. Probatur, quia tantum pertinet ad bonitatem moralem, seu honestatem actus, quod pertinet ad liberam conformitatem cum ratione, ad hanc autem conformitatem tantum pertinet libertas, & intensio actus, & substantia, quantitas, qualitas obiecti, cum alijs eius conditionibus, quæ à ratione considerantur, secundum quę obiectum est conueniens, aut magis conueniens, ac proinde bonum, ac melius. Cum ergo circunstantia dignitatis personę, non spectet ad libertatem,aut intensionem actus,si non sumatur ex parte obiecti, nec consideretur; quatenus illud reddit conueniens,aut conuenientius, non poterit eius honestatem,aut bonitatem augere.

Conf.1. quia hæc circunstantia non est intrinseca actui, nec spectat admodum operandi humanum, nisi summatur ex parte obiecti, quia modus operandi humanus est, & intelligendo, & volendo. Ergo non dat honestatem actui nisi per modum obiecti voliti.

Conf.2. quia quod confert honestatem, aut rectitudinem, debet esse voluntarium per modum actus, vel obiecti, sed dignitas personæ non est voluntaria per modum actus: ergo vt conferat honestatem actui, debet esse voluntaria per modum obiecti, & reddere illud conueniens, vel conuenientius; sic augetur bonitas humilitatis, & patientiæ, & charitatis ex dignitate personę, in quo casu operans habet pro obiecto suam personam, & dignitatem, quam ad vilia obsequia demittit, vt sic demittens se magis honoret eum, cui obsequium præstat, & tolerans iniurias sibi illatas, quę ob dignitatem suæ personæ maiores sunt, plus tolerare censetur.

Dico.2. actum internum posse habere 115.
aliquem valorem moralem ex dignitate 2. Concl.
personæ etiam si tali circunstantia nullatenus voluntarie apponatur actui. Quia existens in peccato mortali, aut originali, imo & citra culpam carens gratia, per actus fidei, & spei supernaturalis, nihil gloriæ meretur, vt quæstio.114. iuxta communem opinionem docebimus, iustus autem per tales actus aliquid gloriæ meretur, & si ignoret, se esse in gratia, imo & putet, patet se esse in peccato originali, vel mortali: ergo tales actus ex consortio gratię valorem meriti accipiunt, & si circunstantia illa nullatenus, sit voluntaria operanti, videlicet neque instar actus,quia non est eius modus; neque instar obiecti, quia non consideratur ex parte obiecti, sed prorsus ignorari potest, quando meritum confert.

Conf. 1. nam probabile est, maiorem gratiam augere meritum, etiam si cætera sint paria, & ipsa sit proprius ignorata, vt quæstio.114. videbimus: in ea ergo opinio. dignitas hæc confert aliquem valorem, etiam si non sit voluntaria, & probabilius hoc est in gratia vnionis hypostaticæ. Communior enim, & forte probabilior opinio contra Scotum, &

& alios est,opera Christi fuisse infinite meritoria, & satisfactoria ex infinita dignitate personæ, quæ perse ipsam moraliter informabat,& dignificabat opera.Et non vt erat cognita, & volita in actu. Si enim contulisset valorem permodum obiecti voliti, non contulisset valorem infinitum: actus enim ex habitudine ad obiectum infinitum, non habet valorem infinitum, quia ipsa habitudo finita est, vt patet in amore Dei, & in actibus, quibus Beata Virgo offerebat filium suum, & totam dignitatem personæ eius pro salute hominum:opera ergo Christi, si infinitatem habuerunt, illam habuerunt ex persona, non vt ex obiecto, sed vt ex forma perse ipsam immediate informante, & dignificante, non quia voluntaria est, sed quia talis est. Et alioqui si anima Christi non cogitaret de dignitate suæ personæ, opera eius non fuissent infiniti valoris: quod est falsum,eundem ergo valorem meriti, & satisfactionis habuissent, anima Christi sciente, & ignorante,aut non aduertente suam dignitatem, & vnionem hypostaticam,quia tunc etiam opera ipsa essent Dei, & Dei ficata per vnionem personalem. Hoc enim non pendet ex cognitione operantis.Ratio etiam à priori sumi potest ex dignitatæ gratiæ vnionis,& iustificantis,nam gratia vnionis,quia coniungit animæ subsistentiam, & naturam infinitam,adeo eleuat animam,vt non solum eam ignaram sui status reddat donis supernaturalibus dignam,sed dignam quoque, vt eius opera infinite acceptentur ad cõferendũ hominibus gloriam,& remissionẽ peccatorũ quoad culpam,& pœnam. Gratia etiam iustificans, quia est participatio diuinæ naturæ, eleuat opera animæ etiam ignorantis statum suum, vt sint satisfactoria,& gloriæ meritoria,eo magis, quo gratia maior fuerit.

2.Potest ratio sumi ex differentia inter hunc valorem moralem, & rectitudinem, seu honestatem actus,quia per rectitudinem fit homo honestus, & studiosus, quod intrinsece pendet ex cognitione, & voluntate, ea enim efficimur boni, aut mali:at valor iste formaliter non constituit hominem studiosum, & rectum, sed ex rectitudine resultat, adiuncta dignitate personæ, ideo non pendet à cognitione, & voluntate illius circunstantiæ, & solum pendet à vovoluntate, quatenus honestas actus, in qua fundatur, à voluntate pendet, & exigit obiectum, & eius circunstantias subcognitione, & voluntate cadere.Neque difficile intellectu est, quomodo ex actu honesto cum aliqua conditione non cognita,nec volita, valor aliquis moralis resultare potest, nam secundum leges humanas pœnæ,præmia, valores contractuum, & alia multa variantur ex conditionibus personarum, etiam quę ab operantibus minime cognoscuntur, sed licet probabile sit meritum ex gratia vnionis, vel etiam iustificationis, augeri, etiam si hæc circunstantia ignota fuerit operanti, tamen certum est apud omnes nullam aliam dignitatem operantis ignotam conducere ad meritum, vel demeritum, & idem est certissimum de dignitate personæ,circa quam est operatio, solum ergo augent meritum, vel dimeritum, augendo bonitatem, vel malitiam, & has augere non possunt, si inuincibiliter omnino ignorentur,aut non considerentur, an vero actus magis bonus possit esse magis satisfactorius,non est huius loci, sed ad materiã de pœnitentia pertinet.

2.Quæstio est de intensione, & libertate, an augeant bonitatem actus, etiamsi voluntariæ non sint. Dico primo intensio auget bonitatem actus. Probatur quia licet ad bonitatem moralem non sufficiat ipsa substantia actus, vt superius vidimus,tamen ipsa est magna, & præcipua pars bonitatis moralis: ergo idem de intensione dicendum est, vel quia in intensione additur pars formę iuxta tenentes intensionem fieri per additionem gradus, seu partis formæ; vel quia in intensione additur pars vnionis, seu inhærentiæ, quę est effectus formalis ipsius formæ, quę intenditur, vt tenent dicentes, intensionem fieri sola maiori radicatione formę in eadem parte subiecti:quia ergo pars formę, vel effectus formalis materię cũducit ad bonitatem actus, etiam intensio conducet maxime ad eandem bonitatem. 116. Quæst.2.

Rogas,an actus ex obiecto bonus possit fieri malus ex sola intensionis magnitudine,videtur enim accidere posse, quia sicut in alijs circunstantijs;ita in intẽsione requiritur mediocritas: ergo ex sola nimia intensione potest actus fieri malus, vt si proximus tanta intensione diligatur, quanta Deus, & ratio esse potest, quia melius obiectum melius amari debet: ergo si minus bonum magis, seu intensius ametur, actus erit inordinatus.R. per sequidem non posse contingere, vt actus ex sola intensione magna malus sit,quia quoties actus est bonus ex obiecto,intensio eius est bona etiam ex obiecto,affectus enim ad bonum, quanto maior, tanto melior, & summo, ac toto conatu diligere, quodcunque bonum perse est bonum,& laudabile,vnde in materia de charitate ex comuni opinione docuimus,nõ esse peccatũ diligere creaturã maiori intensione 117. Dubita.1. Solutio.

sione, quã Deũ. Per accidẽs tñ posset actus exsola intẽsione magna malus esse, vt si magna aliqua intensio impediret aliũ actũ, quẽ eo instanti elicere tenemur, vel saluti corporis noceret, propter redundantiam voluntatis in appetitum sensitiuum, & inde in corpus. Similiter posset Deus propter hos, vel alios honestos fines aliquam intensionẽ actus prohibere, & tunc actus eam attingens malus esset, & citra illam intensionem esset bonus. Hactenus tamen tale Dei præceptũ inauditum est: contingere potest ex magno affectu alicuius finis boni, & honesti eligi medium malum, vel omitti aliquod præceptũ, quod hic, & nũc illi fini obstare possit, & tũc an intentio vitietur ex electione medij adiuuantis, vel omissione obstantis, quæstio est postea discutienda, & licet demus partem affirmantem, tamen intentio finis nõ est tũc mala ex intensione, nam etiam si esset remissa, idem in eodem casu censendum esset, sed ex electione, vel alio malo effectu consequẽte, præuiso in ipsa intẽsione, tãquã in causa.

118. *Remittitur ad alia loca.* Rogas etiam, an eadem proportione augeatur bonitas actus, qua intensio, ita vt actus quatuor graduum æquiualeat quatuor actibus, vt vnum. Hæc. q. cõmunis est bonis actibus, & peccatis, & fusè disputabitur in materia de peccatis, & de merito, & de charitate, vbi ab alijs disputari solet.

119. *2. Concl.* Iã in quæstione illa proposita dico. 2. vt bonitas actus augeatur ex intensione, non opus est intensionem esse voluntariam per modum obiecti, sed satis est esse voluntariã per modum actus, vt enim voluntas intensius, vel remissius operetur, non oportet intellectum cogitare de intensione, quin potius stante eadem propositione obiecti, potest voluntas intensius, & remissius operari: si enim sine reflectione intellectus ad intensionem actus, potest voluntas operari, quia operatio sine intensione esse non potest: ergo, & potest operari cum maiori, vel minori intensione pro libertate, vel habitu, & alijs: potest ergo intensio esse in actu, & augeri, & si non sit directe volita, vel voluntaria per modum obiecti, vel effectus formalis ipsius, sed tunc augebit bonitatem actus; ergo. Minor probatur, quia in illo actu aucta est entitas, vel effectus formalis ipsius voluntarie, & libere, in ordine ad idem obiectum honestum: ergo, & bonitas. 2. Probatur euidenter, quia vt actus voluntatis absolute, & quoad substantiam sit bonus ex obiecto, nõ est necessarium, vt sit voluntarius per modũ obiecti reflexe cogniti, & amati, alioqui procederetur in infinitum, & nullus actus internus esset per se bonus sed tantum per denominationem ab alio actu exteriori, quod est impossibile, ergo idem dicendum est de tota intensione actus quæ pertinet ad integritatem actus, vel effectus formalis ipsius, vnde in actu intenso non potest assignari aliquid, quod sit voluntarium per se, & aliquid quod sit volũtarium per aliud, sed quælibet pars actus, & effectus formalis ipsius, quodlibetq. indiuisibile conectens partes formæ, vel effectus formalis, est per se voluntarium instar actus eliciti. Ex quo colligitur discrimen inter intensionem, & alias circunstantias, nimirum tenentes se ex parte obiecti, illæ enim non conferunt per se ipsas ad bonitatem actus, sed per modum termini, & obiecti, ideo debent esse cognitæ, & volitæ, seu voluntariæ obiectiue, & quemadmodum ipsum obiectum. Colligitur etiam nihil diuersum ab hac sententia docuisse D. Iho. q. 19. a. 2. Asserentem, bonitatem actus a solo obiecto pẽdere, solum enim voluit sufficere bonum obiectum ab bonitatem actus, dummodo circunstantiæ malæ non apponantur, quamuis autem diceret, a solo obiecto sumi, non esset contra hãc resolutionem, quia etiã bonitas intẽsionis ab obiecto sumitur, quoniam sicut actus est bonus ex obiecto, ita intensio, neq. quia bonũ ex integra causa, malum vero ex particulari defectu consurgit, ideo ad bonitatem, quæ oritur ex intensione, requiritur esse volitam, seu voluntariam per modũ obiecti, sed satis erit esse voluntariam per modum actus, seu effectus voluntarie, & libere procedentis a volũtate dũ modo obiectum sit bonum, & nulla apponatur praua circunstantia, nec requiritur maius volũtarium in actu elicito, vt actus sit bonus, quam vt sit malus.

120. *3. Concl.* 3. Dico libertas actus auget eius bonitatem moralem. Probatur, libertas est de ratione actus moraliter boni, vt moraliter bonus est; ergo maior libertas, si cætera sint paria, reddet actum meliorem, sicut enim simpliciter, ad simpliciter, ita magis, ad magis: male ergo aliqui docent, maiorem libertatem actus conducere ad meritum, & moralitatem; sed non ad honestatem actus, neq. ad bonitatem, quæ moralis dicitur; & ita actum liberiorem, dici, *magis moralem*, non tamen magis bonum moraliter. Si licas, ergo gratia habitualis, & excitans, quo maior fuerit, minor erit non solum dignitas laudis, & præmij; sed etiam bonitas, & honestas actus, quia cum ea actus est minus liber in nobis, & in anima Christi, in qua etiam erat minus libertatis ratione vnionis, & beatitudinis, ex quibus reddebatur impeccabilis. R. simpliciter gratiam potius augere, quã minuere has proprietates, quia præstat, vt multi actus, vel eliciantur, vel diutius conseruentur,

tur, quam alioqui elicerentur, vel conseruarentur, secundum quid autem minuit has proprietates, quia minuit libertatem & dominium actus, & proprietatem ipsius, nam quando actus magis est agratia, minus est proprius, & minus tribuitur operanti, iuxta id Pauli, *Quid habes quod non acceperis? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Et in anima Christi gratia vnionis, & beatitudo minuebant laudem, quia reddebat illam incapacem illius laudis, *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, &c.*

121. 4. Concl. Dico.4. Vt libertas maior augeat honestatem, laudem, & meritum, non opus est volitam esse, seu esse voluntariam per modum obiecti, sed satis est esse volũtariam per modum actus. Probatur, quia maior libertas oriri potest ex maiori cognitione obiecti, vel maiori habitu, vel impulsu voluntatis, hæc autem contingere possunt, nulla facta reflexione in actum voluntatis, vel eius libertatem: ergo haberi potest maior libertas, licet ea non cognoscatur, si autem & libertas, & maior libertas incognita esse potest; ergo, & non volita directe, & in se, & alioqui procedendum esset in infinitum, volẽdo actum liberũ vno actu, & hunc alio, & sic deinceps; satis ergo est ad actum liberum, & magis liberum si sit voluntarius, & magis volũtarius per modũ actus, voco autem hic magis voluntarium, non magis intensum, sed magis referendum in voluntatẽ, eo quod in ipsum maius habeat dominium, quatenus liberius illum elicit.

122 3.Q. 3. Quæstio est de circunstantia, quando, quantum ad maiorem, vel minorem durationem actus, non vero quantum ad temporis qualitatem, de hac enim iam dictum est in exordio sectionis. Hac in re docent aliqui 1. ex maiori duratione non augeri realẽ, & intrinsecam bonitatem actus, nõ enim quia magis duret entitas actus, erit maior tendẽtia eius in obiectum, supponimus enim non variari intensionem, sed totum actum cum sua intensione durare. Neq. vero, inquiunt, ipsa duratio totius actus in se est maior, siquidem est indiuisibilis, & tota simul, ac sine vlla successione: ergo ex vi eius nullum fit augmentum actus Physicum, & intrinsecũ, hoc enim, sine mutatione actus in se ipso fieri non potest.

2. Docent, maiorem durationem per coexistentiam ad nostrum tempus aliquid cõferre ad ꝓprietates, & dignitates morales meriti, satisfactionis, & laudis, quanto enim actus magis durat, & perseuerat, & ab operante conseruatur, magis tribuitur operanti, & ideo licet eius bonitas non augeatur, augetur tamen laudabilitas, & satisfactio, ꝙ videtur manifestum ex omni iuditio hominum prudentium, quia melius putant longiori tempore in eodem actu amoris Dei, l. orationis durare, quam breuiori, vel per instans, sicut maius Dei beneficiũ est producere, & conseruare rẽ, quã producere tm̃, licet nihil noui addat conseruãdo, & rão est, quia in conseruatione actus est quædam moralis continuatio, & successio, quia simpliciter potest voluntas suspendere actũ, quẽ cõseruat.

Sed credo. 1. assertum esse falsum, & cum 2. pugnare, & quæ in secundo continẽtur, minime inter se cohærere, & quidem primum assertum. 1. p. q. 10. de æternitate Dei, late est confutandum, vbi ostendemus omnem durationem creaturę esse successiuam, & ex diuersis partibus compositam. Quomodo autem hinc non inferatur, actum durantẽ certo aliquo tempore habere tandem infinitã bonitatem aut malitiam, meritum, aut demeritum in tractibus de peccat. de gratia, & de charitate dicetur. 1. opinio. Auctoris.

Sectio. 13. Vtrum ad bonitatem actus interni voluntatis requiratur bonitas finis.

123 Postquam egimus de bonitate ex obiecto, & alijs circunstantijs reliquum est, vt de fine ipso disseramus, nõ quatenus est obiectum actus interni, quo finẽ in se, & propter se appetimus: sic enim ea quæ de bonitate ex obiecto dicta sunt, in illum conueniunt; sed quatenus est finis, non quod sub ratione finis sit semper circunstantia actus interni voluntatis; sed quod aliquãdo sub ea ratione sit circunstantia actus interni, vt videbimus, & semper sit circunstantia actus externi, quia omni externo actui accidit ordinari in hunc, vel illum finẽ. Supponendum autem est, duplicem esse posse finem interni actus, 1. quidem proprium, & intrinsecum, quem scilicet essentialiter respicit, vt obiectum motiuum, vel & terminatiuum, vt quando volo salutem propter scientiam, vel propter se ipsam. 2. Est finis extrinsecus, & quasi alienus, nempe quasi mutuo acceptus ab alio actu imperante (*Potest enim vnus elicitus ab alio imperari*) & ad hunc finem nõ dicit actus imperatus ordinem essentialem, sed accidit huic actui referre, & ordinari in talem finem, qui ea de causa accidentarius dici potest, & est vera circũstãtia actus interni, vt cũ charitas imperat volũtati, vt eliciat internũ actũ misericordiæ, & ex ꝓprio, & intrinseco fine, ac motiuo misericordiæ. Hic finis ad differẽtiã prioris dicitur remotus, Suppositio.

remotus,& prior dicitur ꝓximus:quo pacto loquitur D.T.de malo.q.2.a.7.ad 8.Quãuis interdũ finis ꝓximus dicatur ipsum obiectũ terminatiuũ, remotus vero prius obiectũ motiuũ, quia tũ obiectũ pure terminatiuũ nõ est ꝓprie finis,sed latissime; cũ neq. ipsum sit volitũ ꝓpter se,nec alia ꝓpter ipsum; ideo finis ꝓximus appellatur obiectũ, quod proxime, & immediate mouet ad amorẽ medij primi in executione,seu obiecti terminatiui, & respectu huius finis proximi,remotus est alius finis,propter quẽ ipse sit volitus,remotissimus autẽ ille finis,qui in sua serie,& ordine est vere vltimus in executione,& primus in intẽtione, & omnes fines qui eadẽ serie cõtinẽtur,sunt proprij intrinseci,& essentiales,& nullus eorũ est circũstãtia actus interni, & affectus vnius nõ imperatur proprie, & formaliter ab affectu alterius:quia nullus est obiectũ actus, quo alius amatur:actusvero proprie,& formaliter imperatus, est obiectũ actus imperantis, vt cũ volo amare Deũ,amor Dei est actus imperatus ab illa volitione, & obiectũ ipsius, vnde est vere,proprie, & formaliter actus imperatus ab illa. Atvero cũ appeto medicinã proptersanitatẽ,affectus medicinę nõ est imperatus vere,proprie, & formaliter ab affectu sanitatis, quia affectus medicinæ non est obiectum affectus sanitatis; sed improprie, virtute, atq.implicite tantum,eo quod affectus sanitatis causat affectum medicinæ.

His cõstitutis,quædã in hac q.certa sunt. 124
1.Est intẽtionẽ,vt bona sit, bonũ & honestũ 1.certo tenendum.
finẽ requirere,quia respectu talis actus finis & obiectũ terminatiuũ coincidũt; sed ad bonitatẽ actus interni requiritur bonitas obiecti terminatiui, vt ex D.Th.q.19.a.1.2.& 7. in superioribus ostensum est:ergo finis eius immediatus debet esse bonus in re,l.apprehẽsione,vt actus ipse bonus sit. Neq.tũ debet apprehẽdi formaliter,vthonestus,&moraliter bonus;sed satis est si apprehendatur, qua rõne fundatproxime honestatẽ,& bonitatẽ moralẽ,vt sæpe expositũ fuit.2.Certum
2. est actũ puræ electionis,vt bonus sit, requirere honestũ finẽ (scilicet apprehẽsum modo dicto)ita docet D.T.q.19.a.7. & omnes doctores & sancti,qui ad bonitatẽ nostrarũ operationũ rectã intẽtionẽ requirũt.Et probatur quia bonitas actus nõ solũ pendet ex bonitate obiecti terminatiui;sed etiã motiui saltẽ intrinseci, sed obiectũ motiuũ intrinsecum est finis proprius,& intrinsecus ipsius actus:ergo nisi huiusmodi bonussit,actus ipse bonus nõ erit.Cõf.1.quia bonitas eiusmodi actus nõ sumitur a bonitate obiecti terminatiui,eo quod ipsum,l.nõ est de se bonũ, l.nõ amatur propter se, quod autẽ nõ propter se amatur, nõ cõfert actui propriã bonitatem:ergo si actus est bonus,debet sumere bonitatem a fine, qui est in eo casu obiectũ motiuum tantum.Conf.2.quia si finis ille est malus,actus est malus,si vero indifferens,saltem ex illo fine actus non est bonus:ergo,vt ipse sit bonus,necesse est habere bonum finem.3.Certum est,actum,qui versatur circa 3.
obiectum terminatiuum indifferens, vt bonus sit, debere habere finem aliquem ex se bonum, & honestum modo superius explicato,quia tunc non habet aliud caput, vnde bonitatem sumere possit.Hæc omnia intelligenda sunt,nisi actui indifferenti ex obiecto motiuo intrinseco,seu fini proprio adiungatur honestus finis,propter quem appetatur alio actu ille finis indifferens: quod dupliciter contingere potest. 1.Ita vt actus respiciens intrinsece finem honestum, vere & proprie sit imperans respectu actus, propter quem appetitur finis indifferens, aut aliud quoddam propter ipsum finẽ indifferẽtem,vt si ex amore Dei me applicem ad volendum aliquid propter delectationem gustus,vel advolẽdam ipsam delectationẽ ꝓpter se. 2 Si varijs actibus appeto delectationem gustus propter se,& proptersanitatem non me applicando ex affectu sanitatis ad affectum illius delectationis,neq.vnum affectum alio imperando,sed vtrumq. copulando in eodem obiecto. Et in vtroq.casu affectus illius delectationis est honestus, quia actus indifferens secundum speciem suam fit bonus in induiduo,& accidentaliter ex actu imperante ipsum propter honestum finem est exconsortio actus amãtis idem obiectum indifferens propter honestum finẽ, vt magis constabit disp.4.

4.Certum est,quacumq.ratione finis actus interni sit malus, actũ ipsum esse malũ: 125.
ita tenent D.T.q.19.a.7.& alibi sæpe,& omnes scholastici,& Sancti Ambr.2. de Iacob, & vita beata.c.4.Aug.2. de morib. Eccles.c. 13.& præfatione in Ps.31.& li.de opere monach.c.26.vbi ita exponit illud Math.6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis,&c.* Et infra,*lucerna corporis tui est oculus tuus*, Vbi nomine oculi intẽtionem finis intelligit, quod etiam significat Cassian.collat.1.c.22.quãuis collat.2.c.2.per oculum discretionem intelligat, ad hoc etiam propositum Greg.1. mor.c.27.ca.37.& 38. Exponit id Eccles.2. *Væ peccatori ingredienti terram duabus vijs*,cui simile est c.3.*Cor ingrediens duas vias*,& idPs. 77.*Cor autem eorum nõ erat rectum cum eo*, de quo videri potest Chrys.ho.13.ad pop.concinit Arist.2.ethi. ad Eudem.in fine dicens, *Qualis vnusquisq.est, ex electione iudicamus,nõ quid,sed cuius gratia faciat expendentes*, idem late.7.

late.7.ethi.c.13.& 15. Vbi ait, *Cursum appetitus suscipere oportet gratia mentis, & curã corporis gratia animæ.* Ratio.1.huius sumitur ex Dion.c.4.diui.nomi.dicẽte,bonũ ex integra causa,malũ ex particulari defectu.2. Quia finis,& motiuũ formale est aliquo modo forma actus voluntatis,dans illi speciem in genere moris,Et interdum etiã in genere naturæ: ergo si finis est malus moraliter vitiabit,& inficiet actum reddetq.illum simpliciter malum moraliter.

125 *Quæstio 1.opinio.*

In controuersia tamen positum est vtrum ad honestatẽ actus interni requiratur relatio eius in vltimum finẽ simpliciter,qualis est Deus,& beatitudo. Quidã dicunt actũ sine huiusmodi relatione esse malum,alij indifferentem, quod vltimum tribuitur Scoto.2.d.41.q.vnica,sed male:tantum enim docet ad bonitatem meritoriam gloriæ requiri relationem actualem, vel virtualẽ in Deũ ex charitate.3. Vero d.37.q.vn.§.ad quæstionem igitur,solum ait,non posse dari bonum velle in ordine ad ea,quæ sunt circa finẽ vltimum,nempe Deum, scilicet vt sunt circa talem finem,quin detur aliquod bonum velle circa ipsum finem vltimum. Sed Greg. Arimin.2.d.26.q.1.& d.38.q.1.ar.1.concl.2.corol.1, aperte docet,omnẽ actum qui non sit relatus in Deum ex dilectione Dei actuali, vel habituali infusa,vel acquisita, non solum non esse bonum;sed etiam esse malum. Et referri habitualiter secundum Greg. est,actum causari ex habitu dilectionis Dei, vt explicat Almain.1.moral.c.11. Vbi expresse reijcit Grego. vt patet ad finem capitis. Dur. etiam.2.d.38.q.4.n.8. Ad bonitatem moralẽ putat sufficere, & videtur exigere, quod a principio intẽdat homo ea quę cõducũt ad virtutem perfectam quæ intentio(*inquit*)manet habitu in omnibus actibus sequẽtibus. Bon.autem.2.d.41.art.1. q.3. Docet actum qui non habet malum obiectum,nec finem, aut alias circunstantias malas, neq.refertur formaliter,vel virtute in Deum,(*Quam relationem virtualem, habitualem quoq; ipse appellat*)non esse bonum nec malum,sed indifferentem,& loqui videtur non solum de bonitate meritoria;sed etiam de bonitate moali simpliciter,& absolute dicta. Suaderi potest opinio Greg. ex Paulo.1. Cor.10. *Quæcunq. facitis omnia in gloriam Dei facite*, Ergo tenetur homo omnia opera sua in Deum referre, quæ si non referat, eo ipso peccabit, quia non impiet præceptum: ergo ad bonitatem moralem actus,& carentiam malitię necessaria est relatio in Deum. 2. Quia frui creaturis peccatum est;sed amare creaturas, non referendo eas in Deum finem vltimum, est frui creaturis:ergo peccatum est.

1. Arg.

2.

Dico tamen ad bonitatem, & honestatẽ actus interni non oportere ipsum actum referri in vltimum finem,sed satis esse, vt obiectum motiuum, & terminatiuum honestũ sit. Ita omnes Thomistæ præcipue Sotus. 1.nat.c.20.& li.3.c.4. Almain.vbi supra, August.infra,Dur.2.d.41.q.2.passim;sed præsertim n.7.& 11.Gab.2.d.41.q.1.a.3.dub.1. Vega de iustificatione.q.14. Decanus.a.7.cõtra Caluinum,Capreol.2.d.41.q.vnica,& cõmuniter omnes doctores,& sumitur ex D.T.q. 19.a.10.ad 1.dicente,quicumq. vult aliquid sub quacũq.ratione boni honesti habet voluntatem suam conformem diuinæ in ratione volendi, & ideo bene operatur.

127 *2.opinio. Auctoris.*

Probatur quia bonitas moralis sumitur ex cõformitate ad rõnẽ:sed absq. relatione in vltimũ finẽ actus est cõformis rectæ rõni: ergo,& moraliter bonus, & alioqui in ignorãtibus Deũ etiã inuincibiliter, aut nõ cogitantibus de illo nullus actus erit moraliter bonus,quod absurdũ est,maxime cũ etiã in istis sint aliqui actus moraliter mali, quorũ malitia nõ sumitur per ordinẽ ad Deũ cognitum, vt vltimũ finẽ, ac proinde cur in illis nõ erit bonitas formalis,sine ordine ad Deũ cognitũ,vt vltimũ finẽ? Præterea ad bonitatem actus sufficit bonitas obiecti motiui,& terminatiui, modo nulla adsit mala circũstãtia,sed carẽtia relationis in vltimũ finem nõ est mala circũstãtia: quia nec est circũstãtia finis, nec aliqua alia: ergo. &c. Si dicas ad bonitatẽ actus vltra bonitatẽ obiecti motiui,& terminatiui requiri bonã,& debitã circũstãtiã finis simpliciter vltimi. Cõtra quia nullũ est præceptũ,ex quo teneamur in actibus nostris apponere hãc circũstãtiã vltimi finis,referẽdo eos actu virtute, vel habitu in Deũ,nec enim de hoc est nãle p̃ceptũ,quod rõne nãli probari possit,sat enim est homini stãdo in solo iure nãæ operari secũdũ rectã rõnẽ ,ppter alios honestos fines:supernaturale autẽ p̃ceptũ de hoc nullũ exitit,siue in lege Euãgelica,siue scripta,præcipue quod omnes homines astringat;nã nec in lege euãgelica p̃ter nãlia p̃cepta sunt aliqua p̃cepta,nisi fidei,& sacramẽtorũ;& multo minus extat de hoc p̃ceptũ aliquod humanũ,p̃sertim quod omnes obliget,& ab ipsis hominibus reuocari non possit, & esto esset de hoc p̃ceptũ aliquod posset inuincibiliter ignorari,aut nõ aduerti:ergo cũ homo excusaretur ab eius impletione,bene moraliter ageret, etiã si non referret opus suum in vltimũ finẽ. Præterea Deus est vltimus finis cui,& cuius gratia:neutro autem modo necesse est in ipsum referri, vt boni sint: ergo ad bonitatẽ actuũ nostrorũ nõ est necesse referre eos in Deũ,vt vltimũ finẽ Min.,p̃batur,nã in Deũ,vt finẽ,

finẽ,cui,referimus actus nostros amore amicitiæ:in Deũ vero vt finem,cuius gratia,referũtur amore cõcupiscẽtiæ, nõ aũt tenemur in omnibus ꝓcedere ex amore amicitię erga Deũ,quia sic purus amor cõcupiscentiæ ipsius esset malus: Neq.ex amore cõcupiscẽtiæ,sic.n.esset malus purus amor amicitię: nec vero ex vno aut altero,quia id sine fundaméto fingitur:ergo nullo modo est requisita eiusmodi relatio. Et hoc colligitur ex cõmuni doctrina asserẽtẽ cõtra Grego. Arimin.nõ omnia opera infediliũ etiã colentiũ idola,& ignorãtiũ verũ Deũ,esse peccata:& puerũ veniẽtẽ ad vsum rõnis nõ teneri Deũ in se ipso diligere, sed in his quæ sibi occurrunt,bene moraliter se gerere, aut non male,quia nullum est præceptum referendi actus nostros explicite in Deum.

128 Ad.1.ergo arg.R. illa verba Pauli cõsiliũ continere non præceptũ: vel si præceptũ, eo tantum præcipi,vt omnia opera nostra nata sint cedere in gloriã Dei,& apta, vt referantur in Deũ,& sic tenemur omnia referre in Deũ,ideſt nihil facere, quod in ipsum nõ sit referibile,& tẽdat de se,vt tendit quoties habet obiectũ honestũ, sine vlla prohibitione,vel mala circũstãtia:sic intelligit D.T.2. d.40.q.1.a.5.ad.4. Vbi ait esse præceptũ referẽdi omnia in Deũ nõ quidẽ actu; sed virtute tãtũ quia virtus. 1. ordinationis manet in omnibus actionibus sequẽtibus. Vult D. Th.omnia opera nostra ex se debere tẽdere in gloriã Dei perinde, ac si fuisset ab operãte directa in illã,vel præceptũ est referẽdi omnia in Deũ secũdũ dilectionẽ,qua saltem proponamus seruare omnia mandata obligantia, sub mortali, & nullum mortale committere.

Ad.1.argum. 1.opinio.

Ad.2.R.ex dictis tract.præcedenti, cũ ageremus de fruitione,& tract.1.disp.8. sect. 3.non esse peccatum frui vtcumq. creatura; sed frui creatura tãquã vltimo fine præferẽdo ipsam creatori,ideſt præceptis diuinis.

129 Vide Angestũ in moralib.c.8.§.16.vbi late agit cõtra Ariminẽsem eiusq.opinionẽ dura falsamq.censet,tũ quoniã non extat præceptũ referẽdi omnia opera in Deũ, & si esset, male ecclesia faceret non illud generatim omnibus proponendo,tum quia sic omnis actus liber absq. amore Dei actuali elicitus,esset culpabilis, quia nullũ talẽ actũ coefficit habitus sine suo actu.Cõsequẽs est absurdissimũ,quia nõ tenemur quoties operamur de Deo cogitare:ergo.3.quia adultus in fidelis negatiue,faciẽs,quod in se est ad cognoscẽda virtuti necessaria, quærens institui, quẽ Deus illuminet;in eiusmodi actibus antecedẽtibus illuminationẽ,qui nõ fuerũt actu,vel habitu in Deũ relati,nõ male; sed bene moraliter operatur, quia tales sunt præcepti,& Deũ inducũt,ac mouẽt, vt ipsum illuminet, & nõ erat ei possibile eiusmodi actus in Deũ referre:ergo ad bonitatem moralẽ,seu carẽtiã malitiæ nõ requiritur illa relatio in Deũ.Scotus etiã quodlib.17.a.2. expresse tenet nõ esse præceptũ, sed cõsiliũ referendi omnes actus in Deum, & ideo dari posse actum,qui nec sit peccatum,nec actu; aut virtute sit relatus in Deum.

Sectio.14. Vtrum bonitas, quam actus habet ex fine honesto, sit ei essentialis.

Vidã dicunt bonitatẽ,quã actus sumit ex fine, nõ esse ei essentialẽ:quia ordo ad finem nõ est essentialis actui; sed tãtũ ordo ad obiectũ, nisi quãdo finis & obiectũ idẽ sunt:sed sæpe docuimus, etiã quãdo finis ab obiecto distinguitur, ordinẽ actus ad finẽ propriũ esse ei essentialẽ,tract. 1.disp.7.sect.1.& 2.& tract.4.disp.vn. sect.1. & 2.& in ꝑsenti disp.sect.8.& disp.seq.sectione etiã.8.de quo etiam vide Vaz.disp.51.vbi ex professo docet, finẽ quẽ respicit actus internus,nõ esse talis actus circunstãtiã;sed dare ille speciẽ physicã substantialẽ,quoniã nõ solũ intẽtio respicit intrinsece, & essentialiter finẽ intẽtũ;sed etiã electio medij in ordine ad talẽ finẽ,siue actus electionis sit idẽ cũ actu intẽtionis,vt cẽsetCaie.siue diuersus vt putat ipse Vaz.siue sit pars quędã quę cũ intẽtione finis vnũ totalẽ integrũq. actũ cõstituat,quod tenuerũt nõnulli, quos ibi.c.1. reijcit ipse Vaz.de qua re vide sectio.7.& 9. similiter ordinẽ ad finẽ intrinsecũ esse essentialẽ actui interno,ordinẽvero ad finẽ extrinsecũ esse ei accidẽtalẽ,& ideo priorẽ finẽ nõ esse circũstãtiã actus interni,secus vero posteriorẽ docet Ant.Perez. lect.1.exam.p.3. c.3.a n.27.& ca.13.n.53.& 55.idem Caie.q. 18.a.6.ad.3.Ex quo fundaméto alij dicunt, bonitatẽ sumptã ex fine proprio esse essentialẽ actui.Et suadẽt ex D.T.q.18.a.6.ad.2. Vbi sic ait ordinari talẽ finẽ licet accidat exteriori actui:nõ tñ accidit interiori actui volũtatis, qui cõparatur ad exteriorẽ sicut formale ad materiale,& ad.3. dicit quãdo multi actus specie differẽtes ordinãtur ad vnũ finẽ,est quidẽ diuersitas speciei ex parte exteriorũ actuũ,sed vnitas speciei ex parte actus interioris.Et 1.cõtra gen.c.76.ratione. 1.dicit finẽ cõparari ad mediũ, sicut rationẽ formalẽ obiecti ad materialẽ,& ideo vnã esse tẽdẽtiã volũtatis,quia idẽ est actus in obiectũ.& in rationẽ formalẽ obiecti:quã doctrinã sæpe repetit applicãdo illã ad finẽ, & mediũ vt sic. Vt videre licet supra.q 12.a.4.

130 *1.opinio reijcitur.*

131 *2.opinio.*

& de

& de malo.q.2.a.2.præsertim ad 4.& 5.& 2. d.38.q.1.a 4.ad.1.deniq. hac 1.2.q.19.ar.2. ad.1.dicit, *Actũ volũtatis nũquã habere accidẽ talẽ speciẽ a fine, nisi quatenus vnus finis est sub alio, & intẽtio sub intẽtione.* Ideſt quãdo actus habet duos fines,vnũ propriũ:aliũ vero mutuo acceptũ ab actu imperãte,vt cũ ad actũ internũ dãdi eleemoſynã,vel aliud faciẽdi propter honeſtatẽ eleemoſynæ me applico ex affectu charitatis imperãtis eiuſmodi actũ miſericordiæ:ergo ex proprio fine ſumit actus internus eſſentialẽ bonitatẽ ſecundũ D.T.Cui etiã hæ rõnes accedũt. 1.Quia actus volũtatis nullã ſpeciẽ ſumit ab obiecto,niſi ſub aliqua ratione boni, vt ſupra latẽ oſtẽſum eſt:vel ergo volũtas amat rẽ illam, quæ dũtaxat eſt mediũ, ſolũ ſub ea ratione boni quæ eſt in fine,vel ſub aliqua alia, quæ eſt in ipſo medio. Si detur. 1.ergo ille actus tantum habet vnã ſpeciem ſumptam ex bonitate finis:ergo illa neceſſario erit eſſentialis,quia neceſſe eſt aliquam ſpeciẽ boni eſſe eſſentialem cuilibet actui,ac proindevbi nõ eſt niſi vna,illa erit ei eſſentialis.Si vero dicatur.2. ergo idem actus ex diuerſis motiuis, & finibus intrinſecis tendet in idem materiale obiectũ, quod eſt impoſſibile: nam ad varietatem actus ſufficit diuerſitas motiui, ſeu finis proximi,aut proprij, ſeu intrinſeci 2.Ratio ſumpta ex D.Tho.locis citatis, & quia medium et finis comparantur, vt obiectum materiale,& formale; ſed eodem motu tendit volũtas in obiectum materiale, & formale: ergo talis actus vnicam habet ſpeciẽ:ſpecies autẽ vnica actus eſt ei eſſentialis: ergo bonitas ex fine eſt eſſentialis tali actui, ſicut in actibus intellectus ex motiuo ſumitur ſpecies eſſentialis, & ideo eſſentiale eſt actui fidei niti reuelationi diuinę.3.Quia hęc bonitas ex fine nõ cõſiſtit in denominatione extrinſeca,nec in aliquo accidẽte afficiẽte intrinſece ipſum actũ; quemadmodũ albedo hominẽ:nec in aliqua parte,quę ſit de integritate,& nõ de eſſentia actus,ſicut manus eſt de integritate,& non de eſſentia hominis:ergo hæc bonitas ex fine reuera eſt eſſentialis actui.4. Quia actus elicitus ab aliqua virtute habet eſſentialiter bonitatem illius:ſed actus,quo volo mediũ in ordine ad ſubleuationẽ miſeriæ pauperis,V.G.eſt elicitus a miſericordia,vt colligitur ex Ariſt.6. eth.c.2.& 2.eth.adEudẽ.circa finẽ.Et patet, quia eiuſdẽ virtutis eſt intẽdere finẽ,& eligere media ad illum:ergobonitas miſericordię eſt eſſentialis eiuſmodi actui.

132. *2.opinio. reijcitur. & 3. opinio auctor. ſtatuitur.*

Cæterum auctores huius. 2. opinionis in æquiuoco laborant, & pro eodem accipiũt, ordinem actus ad proprium finem non deſumptum ab aliquo actu imperante,eſſe eſſentialem actui, & bonitatem moralem ex fine ſumptam eſſe actui eſſentialem. 1. eſt verum.2.vero falſum,nam vt ſect.8. oſtendimus,nulla bonitas eſt eſſentialis actui in eſſe naturæ,ſiue vt eſſentia, ſiue vt pars eſſentiæ, ſiue vt aliquid neceſſario omnino conſequens eſſentiam, quodammodo aũt poteſt bonitas ex obiecto motiuo, ſeu fine proprio eſſentialis dici actui in eſſe naturę, quia ſi ſit liber, & humanus non prohibitus per ſe ſecundum ſuam ſubſtantiam,vel modum, nec ex parte ſua, vel obiecti affectus mala circunſtantia ex eius eſſentia reſultat moralis bonitas,quia obiectum motiuũ, ſeu finis ad quem dicit ordinem eſſentialem tribuit ei neceſſario, bonitatem ſi dicta impedimenta remoueantur. Præterea tali actui conſiderato in eſſe moris eſſentialis eſt eiuſmodi bonitas moralis,quia implicat,talem actum eſſe moraliter bonum, quin habeat hanc bonitatem, ea tamen retenta poteſt alias induere,& exuere exvarijs finibus extrinſecis,vnde aliæ bonitates morales ſũt ei accidentales,& in prædicta bonitate fundantur,vt accidentia in ſubſtantia.Vnde ad teſtimoniaD.T.adducta pro.2.opinione.R. ſolum,probare,actum internumſumere ſpeciem naturæ a fine proprio, & ideo variato illo,licet idem ſit obiectum terminatiuum: actum tamen eſſe diuerſum,ſimiliter ſi varietur ſolus finis proprius, iam diximus in ſuperiobus, diuerſum eſſe actum in eſſe naturæ;ſed non in eſſe moris,& propterea D.Th. in q.hac 18.a.6.ad.3. ait,quãdo multi actus ſpecie differentes ordinantur ad eundem finẽ,eſt quidem diuerſitas ſpeciei ex parte exteriorum actuum, (ſcilicet interdũ etiam in eſſe moris,quia contingit actus ipſos haberebonitates morales obiectiuasſpecie diuerſas habere)ſedvnitas ſpeciei ex parte actus interioris:intellige de vnitate ſpeciei in eſſe moris.

Ad.1.vero arg.2.opinio. R.quando quis rẽm aliquam amat præciſe, vt medium ad aliquem honeſtum finem,ibi eſſe tantum vnicam ſpeciem naturę,& aliam ſpeciem moris, quæ priorem includit,& 1. quidem eſſe eſſentialem actui in eſſe naturæ, & moris.2. vero eſſe eſſentialem actui in eſſe moris; non tamen in eſſe naturæ, quia poſſet idem actus in eſſe naturæ manere nõ bonus; imo etiam malus,vt ſupra oſtenſum eſt.Nec verum eſt,omni habenti vnicam ſpeciem bonitatis illam eſſe ei eſſentialem in genere naturæ,ſecus in eſſe moris, quia ſemper debet actus habere vnam ſpeciem,quę ſi varietur, non manebit actus idem in eſſe moris. 133 Ad arg.

Ad.2.R.negando vltimam conſequentiã: quia licet ſpecies naturalis competẽs actui

ex

ex fine sit ei essentialis: non tamen species, seu bonitas moralis, siquidem potest actus dari sine illa, vt diximus.

Ad.3. R. bonitatē moralē ex fine passim cōsistere in denominatione intrinseca, scilicet trāscēdētali ordine actus ad finē, partim in denominatione extrinseca, scilicet quod talis finis nō apprehendatur, vt prohibitus, nec cū circūstātia prohibita, & similiter quod medium, aut eius circūstātia, aut deniq. ipse met actus internus, aut eius circūstātia minime apprehendatur cum prohibitione, quæ apprehensiones variari possunt manente eodem actu, & ideo actus manere potest; sine bonitate morali, & cum malitia, recedente etiam deliberatione, seu libertate, ideo.n. manent sine bonitate: quamuis non cū malitia.

Ad.4. R. maiorem esse falsam, nisi actus ipse consideretur in esse moris, & vt studiosus, quia vt diximus de essentia actus in esse moris est bonitas ex proprio fine, non vero de essentia actus in esse naturæ.

Sectio. 15. Vtrum actus interni in ordine ad eundem finem proprium possint habere inæqualem bonitatem moralem.

134. Concl. 1. Proba.

RESpondet partē affirmātē esse verā, probatur. 1. nā amor finis est moraliter melior amore medij: isti autē actus respiciūt ūdē propriū finē: ergo actus respicientes eūdē propriū finē, possunt habere inæqualē bonitatē moralē, eo quod vnus respicit finē, vt obiectū: alius vero medium. Cons. cū minori est nota, maior vero probatur, quia propter quod vnū quodq. tale, & illud magis. 1. potest. Sed electio medij sumit totā suā bonitatē ex intētione finis: ergo ipse amor finis est melior; vnde dilectio Dei melior est dilectione proximi, qua proximus diligitur propter Deū, & volūtas adorādi prototypū melior est volūtate adorandi imaginē propter prototypū; quāuis vtrū q. pertineat ad eādē virtutē charitatis. 22. q. 25. a. 1. vel latriæ, aut duliæ, vt 3. p. q. 25.

2. 2. Existente eodē fine vna electio potest esse liberior alia: actus autē quo liberior, eo melior est, si cætera sunt paria: ergo vna electio potest esse melior alia, licet ambæ respiciāt eundē finē, minorē docuimus sect. 12. q. 2. cōcl. 4. maior vero probatur, quia aliquādo electio tātū est libera in causa, nimirū in intētione, vt cōtingit quādo eligitur mediū, quod omnino necessariū iudicatur ad finē, vt tract. præced. disp. 1. docuimus: aliquādo autē electio, licet nō sit medij, quod simpliciter iudicatur necessariū, tñ est medij, quod moraliter iudicatur necessariū iuditio euidēti, & interdū hæc necessitas moralis, aut euidētia est maior, interdū minor; aliquādo vero nulla est talis euidētia; sed probabilitas, neq. moralis necessitas; sed maior, aut minor, aut æqualis vtilitas huiusmodi, & alterius: & maiora, aut minora cōueniētia, aut inconueniētia in eo medio: maiorq. aut minor proportio ipsius ad finē: seu maior, aut minor certitudo assequēdi finē, maior, aut minor inclinatio ad illū orta ex passione, habitu, auxilio, vel cognitione, aut medij bonitate, quæ omnia variāt libertatem actus: ergo potest, vna electio esse liberior alia existente eodem fine, ac proinde etiam potest esse vna moraliter melior alia.

3. Quia electio medij facilioris, aut iucundioris, l. magis efficacis, aut magis proportionati, aut habētis maiora cōuenientia, & minora inconueniētia proculdubio est melior, aut eligibilior: ergo actus respicientes eūdem proprium finem ex inæqualitate mediorum possunt esse inæqualiter boni. 3

4. Quia D. T. q. 19. a. 8. ait quod ex parte obiecti quātitas bonitatis, & malitiæ in electione nō sequitur quātitatē bonitatis, & malitiæ in intētione, vt quādo eligitur mediū improportionatū fini intēto, vt si quis intēdens emere rē valētē 100. libras solum velit dare 10. libras: ergo in eo casu melior est intētio, quā electio. Cōf. nā ibidē ait S. Th. quātitatē bonitatis, & malitiæ in electione ex parte intētionis posse esse minorem quantitate intentionis, quia potest quis minus intense vel le medecinam, quam sanitatem: ergo tunc melior erit intentio, quam electio. 135. 4. Confir. 5

5. Quia moraliter melior electio est, quādo mediū certius, l. breuius infert finē, vel in maiori quātitate, vt si quis pro ædificatione ecclesiæ offerat. 100. aureos melior erit eius electio, quā si solum offerret. 10. quia sic certius, breuius, l. melior ecclesia fiet: ergo vna electio potest esse alia præstātior, etiā si eiusdē finis sit. Vnde recte Vazq. disp. 51. c. 3. n. 15. ait, electionē medij ex quo resultat maior gloria Deo esse meliorē, & maiorē bonitatē charitatis habere, nec mirū, quia per eā virtualiter maius bonum Deo volumus, s. maiorē gloriā, sic dare eleemosynā, vel pati martyriū propter Deū maius bonū est, quā ieiunare propter Deū. Hinc patet quod finis maiorē bonitatē, cæteris paribus communicat intētioni, quā electioni, & vni electioni, quā alteri, & diuersam numero esse bonitatē intētionis, electionis, & vnius electionis, atq. alterius; licet omnes isti actus a fine bonitatem accipiant, & electio ab intentione formali, vel virtuali.

Præ-

136 Prędictis cõsonat Vaz.disp.73.c.7.& disp. 51.c.3.dicẽs melius esse eligere opus melioris virtutis,quia est opus magis idoneũ ad finẽ intẽtũ,charitatis.V.G.vel pœnitẽtiæ: in quo cũ illo cõuenit Anto. Perez.lect.1.exa.p.3.c.20. Sed non recte putat id prouenire ex eo quod obiectum conferat propriã honestatẽ,etiã si nõ sit propter se amatũ: nã in tali euẽtu licet electio operis melioris virtutis sit melior nõ habet honestatẽ illius virtutis electæ;sed charitatis,vel pœnitẽtiæ cuius intentione opus alterius virtutis eligitur,& imperatur,quod ex proprio,& intrinseco fine suã quoq.habet bonitatẽ misericordiæ, iustitiæ,vel alterius virtutis. Vnde nõ est verũ quod idẽ Anto.Perez eadẽ.p.n.84.& 85. ait,cũ quis eligit eleemosynã intuitu religionis eã electionẽ habere bonitatẽ moralẽ religionis,& misericordię. Nã hãc.2.nõ habet.

137. Vt autẽ res ista melius intelligatur,expli cãdũ est,quid sibi velit D.Th.q.19.a.8.Vbi inquirens,an quãtitas bonitatis,vel malitiæ in volũtate,sequatur quãtitatẽ,boni vel mali in electionẽ.R.duplici cõcl.1.est.Quãtitas bonitas, vel malitiæ,quæ attẽditur ex parte obiecti,nõ semper in actu exteriori,& interiori volũtatis sequitur quãtitatẽ bonitatis & malitiæ,quæ est in intẽtione.2.est. Quantitas bonitatis,aut malitiæ, quæ est in intẽtione redũdat,& deriuatur in volũtatẽ,seu electionẽ,& eodẽ modo,vt ait Vazq.ibi,dicere debuit,in opus ipsum externũ.Quæ duæ cõclusiones in specie pugnare inter se vidẽtur, quia si tota bonitas intẽtionis cõmunicatur electioni,& operi electo,nũquam in his erit minor bonitas,quã in intẽtione,sed l.æqualis,si electio,& opus electũ nullã addũt bonitatẽ intẽtioni,l.maior,si illã addũt,idemq. est de malitia.Propter hoc fuat variæ explicationes D.T.1.est duplicẽ esse electionẽ: alterã formaliter,& ꝓprie dictã,scilicet quãdo mediũ amatur,vt vtile, & cõducẽs ad finẽ,& hãc causari ab intẽtione finis,& accipere totã eius bonitatẽ,l.malitiã, & ita nũquã minus bonã,aut malã esse quã intẽtio, & id velle D.T.in 2.concl. Alterã materialiter,& imꝓprie dictã,quia non est vere electio;sed hoc habet cõmune cũ electione, vt habeat idẽ materiale obiectũ,hãc nõ causari ab intẽtione,& ideo neq.capere eius bonitatem aut malitiã,ac ꝓinde posse ab intẽtione excedi in bonitate,& malitia.Hãc expositionẽ manifeste tradidit Medina in illo art.sed postea eã manifeste reiecit:eãdẽ aliquos tribuisse Caie.sed nõ esse ad mẽtẽ Caie.aut D. T.recte docuit Vaz.in eundẽ art.disp.71.c. 1.ꝓbatur,quia D.T.licet nõ vtatur termino electionis;tñ nomine volũtatis,quã cõdistinguit intẽtioni,electionẽ intelligit,vt oẽs docẽt eo ꝙ loquit devolũtate efficaci,nulla autẽ est volũtas efficax cõdistincta intẽtioni, nisi electio;sed nulla electio est condistincta intẽtioni,nisi electio ꝓprie dicta, & formaliter talis, nã imꝓpriæ dicta est vera intẽtio licet obiecti eligibilis in ordine ad finẽ intẽtũ alia intẽtione:ergo loquit d̃ electione ꝓprie dicta,& alioqui,& imꝓprie loqueretur,& in eodẽ cõtextu sine vlla distinctione vteretur ęquiuocatione. Deinde ex toto cõtextu articuli,& solutionibus argumẽtorũ,cõstat sẽper loqui de volũtate,seu electione,& opere externo causatis ab intẽtione,& eius bonitatẽ,l.malitiã participãtibus:ergo nõ loquit d̃ electione imꝓprie dicta,sed de ꝓprie dicta, alioqui nõ oporteret cõparare electionẽ cũ intẽtione in bonitate,& malitia, quia hoc solũ esset cõparare vnã intentionem cum alia. 139 2.Expos.

2.Expositio est Medinæ in.1.cõcl.nõ cõparari electionẽ cũ intẽtione,sed cũ bono intẽto,& D. T. velle nõ semper electionẽ habere tãtã bonitatẽ,quãtã sit bonũ intẽtũ. In 2.vero cõcl.cõparari electionẽ cũ ipsa intentione,& D.T.velle ꝙ intẽtio cõmunicat totã suã bonitatẽ electioni. Sed hãc interꝑtatione merito,etiã reijcit Vaz.quia D.T.semper facit cõparationẽ cũ intẽtione,& nõ cũ ipso bono intẽto. Si dicas in 1.concl.fieri cõparationẽ,cũ intẽtione nõ secũdũ se,sed secũdũ bonũ intẽtũ,cõtra quia sic imꝓprie,& ęquiuoce loqueretur. Itẽ etiã posset dicere,in tẽtionẽ nõ semper ęquari in bonitate fini, intẽto;quia sicut ꝓbat ipse Medina,sæpe intẽtio est minoris bonitatis,quã bonũ ipsum intẽtũ,nec semper obiectũ tribuit actui totã suã bonitatẽ,dilectio.n. Dei minus bona est quã ipse Deus. Deinde D.T.cõparationẽ facit quãtũ ad bonitatẽ,& malitiãformalẽ moralẽ: hæc aũt nõ cõpetit bono intẽto, ꝙ cõsequi optamus:ergo non cõparat electionẽ in bonitate cũ ipso bono intento, sed cũ intẽtione ipsa. 3.Expositio est Caie.& Cõradi eodẽ art. D.T.velle,bonitatẽ,& malitiã quæ cõpetit electioni, & operi electo exhonestate,l.turpitudine ipsius obiecti, nõ semper esse ęqualẽ cũ bonitate,l.malitia intẽtionis,licet quæ sumitur ex ipsa intẽtione, semper sit æqualis,& eadẽ in electione,& intentione. Nã intẽtio totã suã bonitatẽ, l. malitiã cõmunicat electioni,& operi electo, & ꝙ malitia,quã electio habet ex obiecto,aliquãdo sit minor malitia intẽtionis,patet,cũ quis eligit furtũ ꝓpter homicidiũ, l.adulteriũ. Hãc quoq. interꝑtatione reijcit Vazq. qm̃ bonitas,l.malitia,quã habet electio, & opꝰ electũ ex ꝓpria materia, & obiecto,nõ dimanat ab intẽtione:qua ergo rõne dubitari possit,an semper sit ęqualis cũ bonitate intẽtionis,satis.n.cõstabat interdũ esse maio- 140 3 Expos.

ſorem interdum minorem. 2. & fortius reijci poteſt. Quia electio à qualitate morali obiecti electi licet interdum capiat malitiam, nunquam tamen bonitatem: honeſtas enim obiecti nunquam communicatur actui niſi obiectum propter illam diligatur: obiectum autē electionis nō amatur propter ſe: ſed propter aliud: ergo electio numquam capit bonitatē ab honeſtate obiecti. 3. Quia ſic probationes 1. concluſionis adductæ à D. Tho de improportione medij electi ad finem intentum & de eius impedibilitate non eſſent ad rem.

4. Ergo & legitima interpretatio quā tradit Vaz. eadem diſp. c. 2. D. Tho. in 1. concl. lo
141 qui de bonitate quam capit electio, nō ex ho
4. Expo. neſtate obiecti, ſed ex eius vtilitate; ac proinde ex fine intento, ad quē eſt vtile, & ex eius intentione, quæ facit vt eligatur: hęc enim nō ſemper tanta eſt, quanta eſt bonitas ipſius intentionis, idemq. eſt de malitia ex obiecto, & bonitate & malitia operis electi. Quod recte probat D. Tho. quia vt electio eſſet tantæ bonitatis, quantæ eſt intentio, deberet eligere homo medium ſufficiens ad inferendum finem intentum: ſed non ſemper tale eligitur medium, vt ſi quis intendat emere rem, quæ valet centū aureos, & ſolum offert per illa 10. non ſumit medium ſufficiens et ſatis proportionatum ad finem intentum conſequēdum: ergo electio illa ex obiecto, vt vtili, nō attingit bonitatem intentionis. De opere autem electo probat D. Thom. quia vt ęquaretur intentioni in bonitate, deberet efficere, quod intenditur; non autem ſemper id efficit. vel quia non eſt ſufficiens ex ſe, vel quia impeditur: ergo, &c. Potuiſſet addere D. T. nūquā electionē eſſe parē intentioni in iſta ſua bonitate vel malitia propria, & ſuper addita intentioni, ſumptaque ex efficacite & vtilitate medij electi: quoniam tota bonitas intentionis & electionis ſumitur reuera ex fine & ex modo illum attingendi: ſed electio ſemper minus bene illum attingit: quia non attingit illum in ſe formaliter, ſed in medio & virtualiter: ergo nunquam habet tantam bonitatem ex obiecto quantam intentio. Et eadem ratione nec medium electum: quia totam ſuam bonitatē capit ab electione, ita vt nullā electioni ſuper addat: actus enim exterior nulla bonitatem vel malitiam addit interiori. Tota autem bonitas & malitia intentionis cōmunicatur electioni, & operi electo per quandā extenſionem, ſicut tota bonitas & malitia actus interni per extenſionē, & denominationē quaſi extrinſecā cōmunicatur actui externo, & hoc vult B. Th. in. 2. conclu. & in hoc conueniunt Conrad. Caiet.
142 Medi. Vaz. & alij. Addit vero D. Tho. intenſionē intētionis deriuari in electionē & exter nā operationē, quoniā qui intenſe amat finē, intēſe quoq. amat mediū. Sed notandū eſt cum D. T. Vaz. & alijs, fieri poſſe, vt electio ſit remiſsior, quā intētio. Poteſt enim quis intenſius amare ſanitatē, vt finē, cū in ea nullā videat rationē mali, quā medicinā propter ſanitatem, cum in ea videat aliquid mali: deinde quando eligitur medium, quod non eſt neceſſarium ad finem, aut non certo illum inferens, conſtat remiſsiue diligi: imo fere ſemper ita accidit, quia propter quod vnum quodque tale & illud magis dixi, fere ſemper, quia aliquando contingit, æquæ intenſe vel intenſius diligi, eo ꝙ in medio nulla cernitur malitia vel difficultas, finis autem ipſe aliquas habet annexas incōmoditates.

Addit inſuper D. T. nō ſemper hoc ſua electione vel actione efficere poſſe totam intenſionem, quam intendit, vt finē, vt ſi vult tā intenſe amare Deū, ſicut Chriſtus, vel B. virgo, nullū mediū apponere vel eligere poteſt, quo tam intenſe Deum amet. Ita docent omnes Thomiſtæ eodem ar. Vaz. ſupra Bon. 2. d. 40 ar. 1. q. 2. Rich. ar. 1. q. 2. Gab. q. 1. ar. 3. dub. 1. Idem eſt, ſi intendat, odio habere Deū tāta intenſione, quāta Lucifer. Diſcrimen autem eſt, quod mala intentio ſufficit vt tota eius malitia deriuetur in electionē & opus electum, non tamen ſufficit bonitas intentionis, vt tota eius bonitas deriuetur in ipſam, vt notat D. Thom. dicto art. 8. ad 3. & ibi Caieta. Conrad. Medina. Vaz quez & alij iuniores. Bon. & Gab. ſupra. neque mirum quia poteſt eſſe intentio bona, electione & opere electo nullam habenti 143
bus bonitatē Ex quibus omnibus patet, elec Difficul.
tionem, & opus electum addere aliquam bonitatem vel malitiam intentioni, & operi intento. Vnde inſurgit grauis difficultas; quia ſi ita eſt, ergo in cōfeſſione nō ſatis erit explicare malā intentionē & malū opus intētum verbi gratia homicidiū; ſed etiam erunt explicandæ omnes electiones & media quæ electa & aſſumpta ſunt ad perpetrandum homicidiū, vt quod quæſiuit, & conſcendit equū, parauit arma, iter arripuit, &c. quod eſt contra omnes Nauar. c. 6. nu. 15. & c. conſideret de pœnit. d. 5. num. 48. Soto 4. d. 18. quæſt. 2. art. 4. conclu. 7. argum. 8. Caieta. tom. 1. opuſ. 31. 17. reſponſionum in 15. dubio 2. Tolet lib. 3. cap. 7. Graff. lib. 1. c. 20. num. 13. Henr. 2. de pœnit. cap. 5. §. 5. Sylueſt. peccatum 1. §. 2. D. Thom. 2. d. 42. quæſt. 1. art. 1. Canus de pœnit. parte 5. Medina 1. ſummæ cap. 9. §. 1. Lopez 1. par. inſtructo. cap. 31. Vazquez diſpu. 75. cap. 2. & 3. Suarez 3. parte to. 4. diſput. 22. ſectione 5. Zumel 1. 2. quæſt. 73. ar. 7. dub 1.

144 Solutio. Resp. negan. consequen. quia licet electiones & opera electa addant malitiam intentioni & operi intento, tamen malitia illa est eiusdem speciei, & constituit idem numero peccatum cum alia, & non aggrauat illam notabiliter, nisi multo tempore duret: in quo euentu necessario explicanda est in confessione secundum opinionem asserentium, circunstãtias aggrauãtes notabiliter, esse necessario confitendas. Ratio autem quare cum opere intento idem peccatum constituant, assignatur ab auctoribus citatis, quia sunt viæ ad illud; vbi autem vnum propter aliud, ibi est tantum vnum: quod vero non aggrauent notabiliter, nisi duratio sit magna, ratio est quia intẽtio finis virtute cõtinet electionem mediorũ: quod autẽ media sint hæc vel illa, si aliunde quam ex fine malitiam non habẽt parum refert. Aduertit autem Henri. Si nimia sit inter hos actus distantia, diuersa peccata constituere, & eorum numerũ esse in cõfessione explicandũ. Suarez etiam sect. cit. n. 29. ait, eum qui habuit intentionem mali finis & electionẽ mediorum ad ipsum fine executione, nõ satisfacere, si dicat, desiderauiocci dere hominẽ, sed oportere dicere decreui, & deliberaui, & de mediis ad id perficiendum mecum statui. Hoc nõ caret difficultate: fundari tamẽ potest in hoc, quod electio nõ est via ad intentionẽ, nec e contra, licet sit via ad actum externum homicidij: ergo non facit per se vnum cum intentione homicidij; ac proinde tanquam peccatum distinctum cõfitendum erit. Eadem sect. nu. 28. sub dubio reliquit, an electio medij non mali de se, sed in ordine ad finem, habeat aliquam malitiã præter malitiam finis, sed iam vidimus secundum D. Tho. Caiet. & omnes alios q. 19. a. 8. illam habere, cum habeant nouam libertatẽ & sit quasi repetitio prauæ intentionis, nam electio virtute attingit finem & sic est virtualis volitio ipsius.

Sectio 16. Vtrum actus bonus ex proprio obiecto, vel fine possit habere bonitatẽ aliquam ex fine extrinseco?

145 Notab. 1. NOta 1. duobus modis contingere posse, actum voluntatis versari circa proprium honestũ finẽ 1. ita vt ipse proprius finis sit etiam proprium obiectum terminatiuũ 2. ita vt finis proprius non sit proprium obiectum terminatiuum, sed motiuũ tantum. Hoc autem 2. adhuc potest 4. modis contingere. 1. si obiectum terminatiuum sit malum. 2. si indifferens, 3. si ex se ipso bonum: tamen non ametur propria eius bonitas formalis, nec fundamentalis. 4. vt eius bonitas ametur: non tamen propter se (quia hoc requirit alium actum) sed propter proprium seu intrinsecum finem honestum, potest vnum, & plures fines alienos, seu intrinsecos habere ab vno vel pluribus actibus ipsum imperantibus, vt si actus elicitus à misericordia imperetur à charitate, iustitia, religione, &c. 2. Nota. obiectum non conferre actui honestitatem, nisi ipsa obiectiua honestas formalis aut fundamentalis propter se ametur. Hoc in superioribus ex Arist. D. Thom. & aliis sæpe docuimus. & colligitur ex D. T. art. 6. Conrad. ibidem & Caiet. ibi. & art. 4. asserentibus obiectum formale seu motiuum voluntatis esse finem: si ergo à solo obiecto formali & motiuo sumitur bonitas moralis: sequitur obiectum honestũ quando nõ est motiuum, sed terminatiuum, licet terminet propria honestate, non conferre honestatem actui. Idẽ sentit Ferrar. 3. contra Gen. c. 138 dicens, posse aliquem operari materialiter opera iustitiæ, castitatis & abstinentiæ, ita tamen vt opera ipsa non habeãt bonitatem harum virtutum, neq. ab illis fiant & ita interpretatur quod ait D. Tho. ibidem. *Erit actus continentiæ, vel abstinentiæ laudabilior in eo, qui ex voto facit etiam, si non ita delectetur in abstinentia vel continentia, ex eo quod delectatur in potiori virtute, quæ est religio.* Sed sane Ferrar. nec in illa interpretatione, nec in alis duabus, quas attulit asse quutus est mentem D. Thomæ, qui plane intendit, cum quis ex pluribus virtutibus actum eundem efficit externum, remissius operari solere circa aliquam ipsarum, & ideo tunc actum eius, vt eius, esse minus laudabilem, tamen simpliciter esse posse laudabilem, quia procedit ex pluribus virtutibus, quarum vna interdum nobilior est ea, cuius actus remittitur, vt religio est potior castitate, aut temperantia: remissio autem hæc dupliciter intelligi potest, scilicet Physice & moraliter: physice quidem quia cum in voluntate sunt plures actus habentes plura obiecta motiua, quisque solet esse remissior, quam si solus esset. 2. moraliter tantum, & sic actus vnius virtutis ex consortio alterius est remissior, quia facilior & minus liber, eo quod obiectum alterius actus, & alter actus promptiorem reddit voluntatem ad talem actum: actus autẽ minus liber & magis facilis, est minus laudabilis & meritorius: ergo & ille actus internus & similiter externus, quãuis aliunde

Notab. 2.

aliunde sit magis laudabilis & meritorius, quia ad plures, l. etiã pauciores virtutes pertinent. Cũ doctrina tamẽ superiori cõuenit Almain. 3. d. 23. quæst. 1. Ocham 3. quæst. 12. art. 2. dub. 3. p. 1. conclu. 2. & Mart. de Magistris tractatu de temperantia quæst. 1. asserentes, eum qui præcise propter castitatem vult mortem pati, non elicere actum fortitudinis, sed castitatis, seu temperantiæ, & ratio est quia obiectum non confert propriam honestatem, nisi simul sit formale motiuum seu finis. Et confir. nam volitio alicuius obiecti propter aliquem finem, est elicita à virtute habente pro obiecto proprio motiuo & terminatiuo talem finem: sed in casu proposito virtus respiciens finem est castitas: ergo eadem & non alia elicit volitionem medij, nempe patiendi mortem propter externam castitatem seruandam. Sic detestatio peccati & dolor ipsius vt fuit offensa Dei, est actus elicitus charitatis, velle autem vti eo actu tanquam medio ad delendum peccatum seu satisfaciendum pro peccato, est actus elicitus pœnitentiæ vt docet D. Thom. 3. p. q. 85. art. 2. ad 1. quia velle satisfacere pro peccatis propter propriam honestatem satisfactionis spectat primario & per se ad specialem virtutem pœnitentiæ, ac proinde vel le vti dolore & detestatione peccati ad prædictam satisfactionem est actus elicitus virtutis pœnitentiæ, quo hæc ipsa virtus imperat charitati, seu ipsam applicat, vt eliciat actum detestationis & doloris, vna enim virtus non imperat alteri, nisi medio proprio actu elicito.

His suppositis tota quæstio est de fine extrinseco, an conferat bonitatem actui interno habenti proprium obiectum seu finem honestum, & imperato ab actu, cui ille alius finis est proprius & intrinsecus, vt quando ex imperio pœnitentiæ, vel spei prorum po in actum elicitum charitatis.

146 1. Conclu. Dico primo, talem actum habere bonitatem aliquam ex proprio obiecto, vel fine: patet quia actus quo honestus finis appetitur propter se, vel aliquid propter honestum finem, capit honestatem ex illo fine: sed ille actus est huiusmodi: ergo capit honestatem ab honesto fine, tanquam ex proprio, formali & intrinseco motiuo. Confir. quia si ille solus finis eodem modo ad actum concurreret, daret honestatem propriam actui; sed ordinatio actus in finem vlteriorem & extrinsecum non tollit causalitatem finis proprij & intrinseci: ergo hic suam honestatem confert actui, etiam si adiungatur ei finis extrinsecus.

147 2. Conclu. Dico 2. talem actum etiam capere bonitatem aliquam ex fine extrinseco & alieno seu remoto, quem accipit ab actu imperante: hoc male colligunt aliqui ex D. Thom. hac quæst. 18. art. 4. vbi docet, in humano actu esse posse distinctas bonitates, scilicet ex obiecto, ex fine, &c. nam etiam docet, in actu humano esse posse bonitatem ex circunstantiis: at non potest idem actus internus habere tres has bonitates, quia circũstantiæ, quæ non habent rationem obiecti motiui aut finis intrinseci vel extrinseci non possunt bonitatem conferre actui, quæ vero habent rationem obiecti motiui, variant actum internum in esse naturæ secundum communiorem opinionem. quamuis opposita quoque sit vade probabilis, & consentanea D. Thomæ vt patet ex dictis trac. 6. disp. 1. sect. 4. in fine: ergo non est illa mens D. Thomæ; sed videtur loqui de diuersis actibus, vel de eodem actu externo, seu de actu indefinite, abstrahendo ab interno & externo; ita vt sensus sit, in aliquo actu interno vel externo reperiri posse tres illas bonitates morales. Melius forte colligitur ex D. Tho. eadem quæst. 18. art. 6. asserente eundem actum externum posse simul esse bonum ex proprio obiecto & ex fine, nam, vt bene Medina & Caiet. ibi & Azor. lib. 2. c. 1. quæst. 2. notant, doctrina illius articuli extendenda est ad actum elicitum voluntatis, qui simul est imperatus: nam ea ratione, qua imperatus est cum externo computatur, & quod de externo dicitur, illi applicandum est. Vnde D. Thom. 2. 2. quæst. 85. art. 3. docet, actum etiam elicitum vnius virtutis ordinatum ad finem alterius, participare speciem & bonitatem illius, idem quæst. 147. art. 10. & 3. par. quæst. 85. art. 2. ad. 1. idem Alex. 2. part. quæst. 96. m. 2. art. 1. & propterea D. Thom. quæst. 13. ar. 1. quem citat & sequitur Medina quæsti. 18. art. 4. dixit, si quis exercet actum fortitudinis propter charitatem Dei, ille actus materialiter est fortitudinis; formaliter vero charitatis. Prob. quia actus imperans communicat actui imperato suam bonitatem vel malitiam, si eius est capax, nec ad hoc refert, quod sit internus vel externus. Vnde & actus internus alioquĩ bonus, si imperetur ab actu malo redditur malus, & actus etiam internus ex specie sua indifferens, si imperetur ab actu bono redditur bonus, si à malo malus: ergo etiãm bonus vna bonitate, si imperetur ab actu, habente aliam bonitatem, redditur bonus illa alia bonitate. Si vero actus malus imperetur à bono, non redditur bonus; quia propria malitia impedit alienam bonitatẽ, eo quod bonũ consurgit ex integra

causa, & malum ex particulari de defectu.

148 3. Concluſ. Dico 3. tali actu bonitas ex fine ſeu obiecto motiuo proprio et intrinſeco eſt eſſentialis, non proprie in eſſe naturę, ſed in eſſe moris vt docuimus ſectione. 14. altera vero ex fine extrinſeco eſt ei accidentalis. Hoc intendit D. Tho. quæſt. 19. art. 2. ad 1. nam cū in corpore docuiſſet bonitatem actus interni voluntatis à ſolo obiecto pendere, & argumentum propoſuiſſet; quia etiam pendet à fine. Reſpondet, Ad 1. *dicendum eſt quod finis eſt obiectum voluntatis, non autem aliarum virium, vnde quantum ad actum voluntatis non differt bonitas, quæ eſt ex obiecto, à bonitate, quæ eſt ex fine, ſicut in actibus aliarum virium, niſi forte per accidens*, id eſt in accidentalibus, *pro vt finis dependet ex fine, & voluntas ex voluntate*, id eſt, quando actus reſpiciens intrinſece vnum proprium finē extrinſece & accidentario ordinatur ad alium: tunc enim finis acceptus ab actu imperante, non eſt obiectum motiuum, nec terminatiuum actus imperati; tamen tribuit ei ſuam bonitatem quæ eſt accidentalis actui imperato. Vnde finis ille extrinſecus & accidentalis eſt vera circunſtantia reſpectu actus interni voluntatis. Quare falſo Caieta. quæſt. hac 18. ar. 3. docet, finem nunquam eſſe circunſtantiā reſpectu actus interni, niſi nomine actus interni intelligat mere, elicitum, vt vere intelligit & explicat eadem quæſt. ar 6. vbi D. Thom. ad 2. & 3. & Conrad in eodem ſenſu docent, ordinationem actus interni ſcilicet mere eliciti in finem, non eſſe accidentariam illi, ſed eſſentialem, quia videlicet, talis actus ſolum habet finem proprium & intrinſecum, quem eſſentialiter & intrinſice reſpicit. Si vero actus eſt elicitus & imperatus ſimul, ordinatio in aliquem finem, nempe acceptum ab actu imperante, eſt ei accidentalis: idque intendit D. Thom. q. 13. art. 1. dicens, ſi quis exerceat actum fortitudinis propter amorem Dei, illum actum materialiter quidem eſſe fortitudinis, formaliter vero charitatis: ſtatim autem explicat illud, materialiter, id eſt ſubſtantialiter, quia nimirum actus ille ſubſtantialem ſpeciem, naturalem & moralem capit à proprio fine & ſecundum eam ſpeciem, quaſi materia, ſubſternitur ſpeciei accidentariæ, quam illi confert finis acceptus ab actu imperante, qui in eo exemplo, eſt actus elicitus charitatis. Idem conſtat ex eodem D. Tho. 2. 2. quæſt 32. art 1. ad 2. & 4. d. 14. q. 1. art. 1. quæſt. 3. & d. 15. quæſt 3. art. 1. quæſtiūcula 3. & d. 16. q. 3. a. 1. quæſtiūcula. 2. ad 3. vbi diſſerte tradit, actum ex fine operantis non accipere propriam & ſubſtantialem ſpeciem, ſed communem & accidentariam, prout actus imperatus induit ſpeciem virtutis imperantis præter eam, quam per ordinem ad proprium & intrinſecum finem habet à virtute eliciente, quæ ſpecies eſt ei ſubſtantialis, inuariabilis, altera vero eſt accidentalis. Et prob. quia relatio in finem extrinſecum accidit actui & poteſt ineſſe & abeſſe. Item quia imperium reſpectu ſubſtantię actus imperati eſt quid extrinſecum & accidentale per modum cuiuſdam dependentiæ à cauſa extrinſeca, ſine qua poſſet actus fieri, & conſeruari à cauſa eliciente, nempe à voluntate: hoc enim cum ſola obiecti, & finis inſtrinſeci cognitione ſine actu imperante poteſt actum imperatum internum elicere.

Finèm aliquando eſſe circunſtantiā actus interni conferreque ei accidentariā bonitatem, aut malitiā, habes infra diſputa. 3. ſect. 8.

149 1. Obiectio. Sed contra prædicta obicitur primo quia actus imperatus non habet diſtinctam libertatem à libertate actus imperantis: ergo neque diſtinctam bonitatem: falſo ergo dicimus, actum elicitum voluntatis habere vnā bonitatem ex proprio obiecto & fine: aliam vero ex fine extrinſeco communicato ſibi ab actu imperante. Reſpon. aliqui ad propriam bonitatem non requiri propriam libertatem, ſed ſatis eſſe proprium voluntarium circa obiectum & finem proprium honeſtum ſimul cum libertate actus imperantis, & ideo magis meretur qui ex intentione charitatis circa aliquid bonum extrinſecum Dei, vt Dei, eligit elicere actum miſericordiæ vel iuſtitiæ, & illum elicit, quam qui habet illam intentionem vel etiam electionem: & tamen ex aliquo impedimento vel negatione diuini concurſus, aut alia ratione non elicit talem actum, ſed quidquid ſit de hoc: de quo diſputabimus ex profeſſo in materia de gratia circa quæſt. 114. de merito. Certum eſt eum qui, vt magis promoueat gloriā Dei, maiora & difficiliora præſtare vult, licet non maiori intenſione, amplius mereri, quoniam intentio ipſa maiorem habet extenſionem obiectiuam, vel libertatem; ſiue illa maior quantitas obiecti ſit abſoluta ſiue proportionalis. Nam hæc etiam multum auget valorem operis, vt patet de muliere paupere, quæ duo ęra minuta miſit in Gazophilacium, quamuis etiam internus actus charitatis ipſius fortaſſe fuerit extenſior vel intenſior, quam diuitum: & ideo etiam plus meruit. Sic etiam poteſt intelligi quod ait Auguſtinus lib. de bono coniugali cap. 19. & 23. coniugium antiquorum patrum fuiſſe æque bonum, ac virginitas in noua lege, quia videlicet illi in affectu habuere etiam virginitatem, & ideo æquæ merebantur, ac modo virgines; vel quia tunc erat coniugiū ita conſentaneū volūtati Dei propter multiplicationē

Hebraici

Hebraici populi, sicut modo est virginitas, vel quia illi ex intentione procreandi Christum, & ex affectu obedientię ad Deum, qui præcipiebat coniugia, operabantur: qui affectus compensare, aut superare possunt proprium bonum virginitatis, præcipue si sint intensiores affectu virginitatis.

150 2. Obiectio

Obijcitur 2. quod D. Thom. hac q. 18. art. 7. ait, *obiectum voluntatis dupliciter se posse habere ad finem voluntatis, vno modo per se, sicut bene pugnare per se ordinatur ad victoriam; alio modo per accidens, sicut accipere rem alienam, per accidens ordinatur ad dandam eleemosynam: & quando obiectum non est per se ordinatum ad finem, differentiam specificam, quæ est ex obiecto, non esse per se determinatiuam eius, quæ est ex fine, tunc q. vnam harum specierum non esse sub alia, sed tunc actum moralem esse sub duabus speciebus quasi disparatis vnde ille qui furatur, vt mœchetur, committit duas malitias in vno actu. Si vero*, inquit, *obiectum per se ordinetur ad finem, vna dictarũ differentiarum est per se determinatiua alterius, vnde vna istarum specierum continebitur sub altera; nempe differentia, quæ est ex obiecto, sub differentia quæ est ex fine, quia quæ est ex fine, generaliter est & per se continet sub se varias differentias ex obiecto, per se respicientes talem finem.* Sequitur ergo etiã quando medium appetitur præcise, vt medium, aliam speciem bonitatis sumi ex medio, aliam ex fine contra dicta notab. 2.

Explicatur locus D. Tho.

Obiectio hæc petit interpretationem illius loci D. Thom. qui obscurissimus est, & in eius interpretatione mallem discere, quam docere, nihil enim inuenio quod mihi satisfaciat, sed dicam quod magis ad mentem D. Thom. & veritatem accedere videatur. In primis autem videtur D. Tho. non loqui de speciebus actus in genere naturæ: quia actus in genere naturæ vnicam tantum habet speciem, sed de speciebus in genere moris, vnde mentionem facit duplicis malitiæ moralis specie diuersæ, quando quis furatur propter mœchiam, & idem patet ex simili loco 2. 2. quæst. 11. art. 1. ad. 2. vbi ad locum illum alludit, & sic ait, *Vitia habent speciem ex fine proximo, sed ex fine remoto habent genus, & causam, sicut cum aliquis mœchatur vt furetur, est quidem ibi species mœchiæ ex proprio fine & obiecto, sed ex fine vltimo ostenditur, quod mœchia ex furto oritur & sub eo continetur, sicut effectus sub causa, vel sicut species sub genere, vt patet ex ijs quæ de actibus supra dicta sunt in communi. Vnde & similiter in proposito finis proximus hæresis, est adhærere falsæ sententiæ propriæ, & ex hoc speciem habet, sed ex fine remoto ostenditur causa eius, scilicet quod oritur ex superbia vel cupiditate.* Hæc ille, ex quibus patet vtroque loco esse sermonem de speciebus moris. Adde vtrobique sermonem esse de actibus externis præsertim malis, voco autem nunc actus externos non solum actus, qui sunt tantum imperati à voluntate sed etiam actus, qui sunt à voluntate eliciti & imperati iuxta obseruationem Caiet. q. 18. art. 6. iam relatam. Vult ergo D. Tho. actum imperatum voluntatis, siue simul sit elicitus, siue non, habere posse duas species bonitatis & malitiæ moralis, vnã ex obiecto aut fine proprio, & intrinseco, aliã ex fine extrinseco & alieno vt cũ quis furatur propter moechiã: finis & obiectũ proprium actus furandi est res aliena, & cum quis moechatur propter furtum: finis intrinsecus moechiæ est mulier aliena, seu non propria. Ab hoc autem fine intrinseco & proximo seu ab hoc obiecto sumitur species quædam malitię moralis, etiã si nec obiectũ actus externi, nec ipse actus externus propter se expetatur. Similiter cum voluntas ex charitate elicit actum misericordiæ, ille actus elicitus, ex obiecto suo motiuo seu ex fine intrinseco proprer se amato à voluntate, accipit speciem bonitatis moralis. Si autem isti actus imperati voluntatis, siue simul sint eliciti, siue non, ordinentur in vlteriorem, finem quem D. Thom. 2. 2. loco citato, remotum, alij extrinsecum & accidentalem vocant, accipiunt inde aliam speciem moralis, quarum vna nunquam continetur essentialiter sub alia, sed semper accidentaliter. Species tamen sumpta ex fine semper generaliorr & communior est; quia propter vnum finem remotum multa media appeti solent, quæ omnia communicant in specie morali sumpta ex fine illo remoto. Sic quando homo diuiditur in album & nigrum, quamuis vere sit diuisio subiecti in accidentia, quodã modo dicitur etiam generis in species non essentialiter contentas sub homine: sed accidentaliter. Vt autem in accidentibus latitudo quædã est: nã quædã per se insunt subiecto, vt risibilitas homini; quædã per accidens, vt albedo. Ita speciei morali sumptę ex fine remoto seu extrinseco & accidentali aliqua species moralis sumpta ex obiecto & fine proprio & intrinseco aduenit, quasi per se: & alia quasi per accidens. Quasi per se quidem, quando finis non potest moraliter obtineri sine tali medio, aut tale medium non potest moraliter loquendo appeti, nisi propter talem finem, vt non potest obtineri gloria sine actibus charitatis, neque moraliter loquendo, possibile est, hominem ingredi religionem sine spe, & affectu gloriæ.

Vnde cumquis ex appetitu gloriæ exercet actum charitatis, actus iste charitatis præter speciem infimam bonitatis moralis, quã habet ex proprio obiecto, habet aliam speciem infimam bonitatis moralis ex fine per se requirente tale medium. Et ingressus religionis quando, & propter se & propter gloriã appetitur, habet duplicẽ speciẽ moris, vnam ex proprio obiecto & fine, aliam ex fine extrinseco, ad quem per se ordinatur.

151 Aliæ interpretationes D. Tho. si dicta in hac sectione & in tota hac disputatione, considerentur vel falsæ, vel alienæ à mente D. Thomæ proculdubio reperientur. Nam vel exponunt S. Thomam de speciebus actus etiã mere eliciti, & in esse naturæ, & essentialiter sub ordinatis vt homo & animal, & de fine intrinseco & proprio talis actus eliciti; 1. De obiecto & fine improprie sumptis, ita vt ratio communis dicatur finis respectu rationis particularis, verbi gratia, religio particularis respectu religionis in communi, quæ duo quando eodem actu appetuntur, ex fine sumitur species sub alterna & generica, ex obiecto vero sumitur species ima, & sic species, inquiunt, quæ sumitur ex fine, comparatur ad eam quæ sumitur ex obiecto, vt genus ad speciem, in quo casu ombiectum non ab operante, sed ex se refertur in finem, quia homo non vult rationem specificam religionis, vt consequatur rationem genericã religionis, sed ex natura rei specifica genericam infert, Quæ omnia vt inspicienti patebit, sunt omnino aliena à mente D. Thom. non enim loquitur de speciebus essentialiter subordinatis, sed de speciebus infimis distinctis, non in esse naturæ, sed moris, non in actibus mere elicitis, sed imperatis.

Sectio 17. Quæsti bonitas sumpta ex fine extrinseco in actu elicito et simul imperato voluntatis.

152 1. Obiec. HAEC difficultas communis est actibus voluntatis mere imperatis & actibus eius, qui simul sunt eliciti & imperati. Quidam dicunt in actu simul elicito & imperato voluntatis bonitatem sumptam ex fine extrinseco consistere in sola quadam denominatione extrinseca procedente ex actu elicito imperante. Hanc opinionem tribuũt Caietano, quia 2. 2. quæst. 44. art. 4. dixit, hanc bonitatem esse extrinsecum modum actus, & infra quæst. 20. tribus primis articulis omnem bonitatem ex fine, per se primo esse in actu interiori, in exteriori vero per denominationem ab illo, & nomine actus exterioris videtur etiam intelligere actũ, qui simul est elicitus & imperatus à voluntate iuxta ea, quæ dicit quæst. 18. art. 6. nempe, hos actus elicitos, cum pure externis & imperatis numerandos esse. Dicunt etiã colligi posse ex D. Thom. quæst. 13. art. 1. & clarius de malo quæst. 2. art. 4. ad 9. & ex omnibus locis, in quibus dicit, huiusmodi finem non esse obiectum, sed circunstantiam, etiam respectu interioris actus voluntatis, vt significat hac quęst. 18. art. 4. ad 3. & ar. 8. ad 3. & hinc sumitur, inquiunt isti. 1. ratio à priori huius opinionis, quia huiusmodi finis nullo modo est obiectum materiale, nec formale actus imperati; ergo in actu imperato nulla est intrinseca tẽdentia vel habitudo ad talem finem: patet consequentia, quia interior actus solum habet intrinsecam habitudinem & tendentiam ad obiectum. Item, nam si hoc modo tenderet in illum finem, esset volendo illũ, vel propter illũ vt rationẽ obiectiuam, si ergo finis non est obiectum neque in actu est intrinseca tendentia in illũ ergo bonitas illa ex fine non potest esse aliquid intrinsecum in tali actu, quia necessario diceret habitudinem & tendentiam in illum finem. 1. Autem antecedens probandum supereſt, quod. 1. declaratur exemplo: nam quando aliquis vult amare Deum propter meritum, licet illa prior voluntas habeat pro obiecto amorem Dei. tamen ipse amor, qui ex vi illius exercetur, solum habet Deum pro materiali obiecto: quia solius Dei amor est, & similiter quamuis bonitas meriti sit formalis ratio obiectiua prioris voluntatis: non tamen ipsius amoris Dei. Nam si est verus amor charitatis, solum amat Deum propter bonitatem ipsius: ergo respectu huius actus ille finis non se habet vt obiectum; sed vt causa mouens remote, vt significauit D. Thom. hac quæst. 18. art. 4. vbi bonitatem ex fine condistinctam bonitati ex obiecto & circunstantiis, ait, sumi ex habitudine ad finem, vt ad causam bonitatis. Ratio autem est, quia vnus actus tantum habet vnum materiale obiectum, & vnum formale: quando ergo hoc est intrinsecum, totum id quod extrinsecum est, non habet rationem obiecti formalis. 2. Ratio principalis est, quia id quod additur actui imperato ex fine extrinseco, nec est partialis entitas, nec modus realis intrinsice illi inhærens: ergo est quid extrinsecum. Prima pars antecedentis probatur, nam si in eo actu sunt duæ entitates v. g. vna pœnitentiæ imperantis, alia vero misericordiæ elicientis: ergo non erunt duæ partiales

1. Argum.

2. Argum.

partiales entitatas, sed duo actus stistincti: cur enim aut in quo vnirẽtur? aut cur nõ generarent vnum habitum similiter compositum ex duplici virtute? ita reuera illa entitas quæ specificaretur ex fine pœnitentiæ, non esset imperata, sed elicita à virtute pœnitentiæ: esset ergo ille actus elicitus à duplici virtute secundum partes diuersas: quæ omnia absurda sunt. 2. Vero pars antecedentis probatur, quia si daretur talis modus, ille haberet propriam speciem à fine, quem respiceret, vt obiectum proprium finis autem, quẽ ita respiceret, haberet proprie rationem obiecti, & per se esset sufficiens ad constituendum proprium actum distinctum ab omni alio. ergo non daret accidẽ talem modum alteri actui. Quod ita etiam intelligi potest, quia si ille esset modus intrinsecus accidentalis actui, supponeret substantiam eius & superueniret illi: hoc autem esse non potest respectu finis; quia omnis tendentia intrinseca voluntatis in finem, est prior quocunque actu imperato ex tali fine.

1 Argum. 3. Ratio quia hæc denominatio extrinseca, vna cum substantia actus, sufficit ad omnia quæ possunt conuenire actui ex vi imperij voluntatis, & absolute: ergo nihil aliud fingendum est. Añs proba. quia hoc ipso quod intelligatur actus ex obiecto bonus, & imperatus ab alio etiã bono, tendenteque in bonum finem extrinsecum, & ordinante actum imperatum in illum, intelligitur sufficiẽter bonitas intrinseca vtriusque actus, & extrinseca informatio vel denominatio vnius ab alio, ratione cuius actus interior imperatus dicitur bonus ab imperio voluntatis, nihil ponente in actu externo, præter eius substantiam, & ratio est quia hoc imperium non cõsistit nisi in quadam efficientia forte nõ physica; sed morali per quandam consensionem & subordinationem potentiarum eiusdem animæ Hęc ergo ratio imperij nihil ponit in actu imperato, nisi dependentiam quãdam & quasi applicationem ad opus, ratione cuius vnus actus denominatur ab alio relatus & effectus propter talẽ finem; atque idẽ est iudicium de bonitate fundata in hoc solo imperio.

153 2. Opinio Auctoris. Dicendum tamen est hanc bonitatem partim consistere in denominatione intrinseca, partim vero in extrinseca: consistit enim in hoc quod actus voluntatis elicitus liber in se vel saltim in causa, scilicet imperio ipsius, & bonus vel indifferens ex proprio obiecto, vel fine, imperetur, & fiat vel conseruetur alio actu bono. In qua re denominatio extrinseca est imperari ab alio actu bono: & esse liberum, vel in se, vel in causa; nam libertas actus, præsertim in sola causa, denominationem actui libero extrinsecam importat. At vero talem actum esse effectum imperij, denominatio quædam intrinseca est, siue nomine effectus formaliter importetur relatio realis ad imperium vt ad causam suo modo efficientem vel conseruantem; siue passio vel aliquid aliud, in quo fundetur ille respectus: ergo in tali bonitate sumpta ex imperio includitur denominatio intrinseca actui imperato. Neque contra hanc resolutionem vim habent argu. 1. opin. solum enim probant, hanc bonitatem præter substantiam actus imperati, & prædictam relationem vel eius fundamentum, nihil importare intrinsecum actui imperato præsertim absolutum: id enim falso & frustra fingeretur, & à nemine fortasse hactenus connectum est. Et nota, cum dicimus actum imperatum ex vi actus imperantis referri in finẽ extrinsecum actui imperato, duplicem sensum esse posse, 1. ex vi talis actus esse volitũ propter talem finem, & hoc est pura denominatio extrinseca. 2. Ex vi talis actus esse volitum, & effectum propter talem finem, & hæc est denominatio partim intrinseca & partim extrinseca. Relatio enim actus in proprium & intrinsecum finem est illi intrinseca omnino, & de hac loquitur D. Tho. q. 18. art. 4. ad 2. dicens, *licet finis sit ex causa intrinseca; tamen debita proportio ad finem, & relatio in ipsum inhæret actui.* Ex hac autem relatione in finem proprium potest actus elicitus habere aliam bonitatem distinctam à bonitate, quam habet ex actu imperante, & in hoc differt ab actu mere imperato, & vere externo, hic enim non potest habere bonitatem, nisi vt subest imperio voluntatis. Nota etiam, eodem actu, quo imperatur actus interior, imperari interdum exteriorem; interdum vero alio: potest enim quis ex affectu charitatis velle simul & eodem actu efficere actum internuum & exterternum misericordiæ; communiter autem alio imperio imperatur actus exterior, alio vero interior. Item exterior aliquando imperatur immediate à charitate, & misericordia simul: aliquando immediate à sola charitate, aliquando immediate à sola misericordia, licet mediate imperetur a charitate. Sed siue mediate siue immediate imperetur à duplici à virtute, bonitatem vtri usque participat: raro autem actus interiores imperantur: quia raro homo reflectitur in proprios actus, & rarius animaduertit talem reflexionem quia hæc esset duplicata reflexio.

(?)

Sectio. 18. Qualis relatio in finem extrinſecum requiratur ad bonitatem, quam internus actus ex eo fine ſumit.

154 RATIO dubitandi eſt, quia ſolent diſtingui variæ relationes actus in finem vltimum ſimpliciter & idem eſt de aliis finibus. 1. eſt interpretatiua, quando ſcilicet homo ita eſt affectus, vt ſi in mentem veniret cogitatio de referendo actu in talem finem, ipſum referret, quæ voluntas interpretatiua ad multa moralia valet, poſſum enim ego ex voluntate interpretatiua prælati, vel domini de rebus aliquibus diſponere & aliquo fine facere, quæ alias non poſſem. Cur ergo, nõ dicemus hanc relationem & voluntatem interpretatiuam ſufficere, vt actus ex fine extrinſeco bonitatem habeat? 2. Relatio eſt habitualis proprie loquendo, ſcilicet habitus inclinans ad referendum in talem finem. Et hanc dicunt aliqui ſufficere ad meritum, nimirum, quod homo ſit in gratia & charitate, per quam ſit propenſus directe ad referendum ſupernaturaliter actum in Deum, cur autem hæc non ſufficient ad bonitatem actus ex fine extrinſeco? 3. Eſt virtualis, ad quam in operatione quorundam ſatis eſt, hominem aliquando retuliſſe ſuum actum in finem, & nunquam reuocaſſe eiuſmodi voluntatem & relationem: nam voluntas quamdiu non retractatur cenſetur manere: alij vero melius dũt virtualem proprie non eſſe, niſi cuius virtute poſtea fit actus, vtramque nomine habitualis aliqui cõprehendunt, ſed improprie. Eam ad meritum ſufficere multi arbitrantur, & bene; ſi nomine virtualis illam intelligant, cuius virtute actus fit, vnde apparet eam ſufficere ad bonitatem, quam actus ex fine extrinſeco habere poteſt. 3. Eſt actualis quæ eſt præſens imperium cuius virtute actus, ipſe fit. Hanc aliqui ad meritum requirunt, vnde non mirũ ſi eam quoque requirant ad bonitatẽ, quæ ex fine extrinſeco deſumi poteſt,

155 Vt autem in propoſita quæſtione mentem noſtram aperiamus. 1. aſſerimus re-
1. Conclu. lationem illam interpretatiuam ad bonitatem ex fine extrinſeco minime ſufficere. Proba. 1. quia huiuſmodi relatio non ſufficeret ad malitiam actus ex fine extrinſeco; ergo nec ad bonitatem, ad hanc enim non minus, ſed fortaſſe plus requiritur: quia bonum ex integra cauſa, &c. 2. Quia conditionalis illa nihil ponit in eſſe niſi hominem ita diſpoſitum, vt probabile aut certum moraliter ſit, ſi ei in mentem veniret cogitatio de referendo actu, illum relaturum: ergo talis conditionalis non tribuit actui bonitatem. 3. Quoniam vt D. Auguſtinus variis locis, qui referuntur in materia de prædeſtinatione, docet, Deus non iudicabit nos ex iis quæ faceremus, ſi hæ vel illæ occaſiones occurrerent, aut tales cogitationes in nobis excitarentur, ſed ex his quæ re ipſa facimus, fecimus, vel faciemus; ea ergo diſpoſitio, qua hoc vel illud facturi eſſemus, non conducit ad bonitatem & meritum, vel malitiam & demeritum, & alio qui ſine vllis actibus poſſemus eſſe boni moraliter & mereri. 4. Quia actus ſic tantum relatus in Deum, non habet bonitatem finis extrinſeci per extrinſecam denominationem, ſed per intrinſecam ſumptam ab imperio. Imperium autem interpretatiuum nõ eſt verum imperium: ergo ex illo non habet actus bonitatem finis extrinſici. Voluntas autem interpretatiua ſuperioris vel domini ad iuſtificanda multa opera ſufficit, quia lex non prohibet omnem diſpoſitionem, ſed quæ non conſentiat cum voluntate expreſſa, vel interpretatiua domini aut ſuperioris. Vnde illa voluntas interpretatiua ſolũ dat vim vt conditio ſine qua homini non eſſet licitum hæc aut illa facere, non tamen influit directe in actum humanum: eodem igitur modo non poteſt directe influere in actum humanum, ac proinde nec conferre illi bonitatem finis extrinſeci: quia conferre illam eſt directe influere.

156 2. Aſſerimus. relationem vere & proprie
2. Conclu. habitualem non ſufficere ad bonitatem moralem ex fine extrinſeco: hanc concluſionem docet D. Thom. 2. diſt. 38. quæſt. 1. art. 1. ad. 4. & diſt. 40. quæſt. 1. art. 5. ad. 6. Durandus quæſt. 2. num. 11. Scotus. diſtin. 41. quæſtio vnica, Caietanus. 1. par. quæſt. 63. art. 6. Adrianus. quodlibeto. 10. art. 3. ad 4. Et probatur, quia habitus non confert bonitatem actui, niſi eliciendo, aut vere imperando. Sed habitus reſpiciens finem, in iſto caſu non elicit, nec vere imperat actum humanum: ergo nullam illi confert bonitatem: mi. patet, quia nullus actus humanus tunc exiſtit, niſi elicitus ab alia virtute, iſtum autem non elicit ipſe habitus reſpiciens finem, vt de ſe conſtat. Quod autem nec vere illum imperet, patet, quia habitus ſola cõcommitantia & coexiſtentia vere non imperat, ſed dumtaxat medio actu à ſe elicito: tunc autem

autem nullum actum elicit: ergo nullum imperat. quo argumento Angest. Almain. & alij relati sectione. 13. vrgebant Gregor. asserentem, relationem habitualem actus in finem vltimum tribuere illi moralem bonitatem. Confirmatur. 1. quia habitu, vt sic, nec meremur, nec demeremur, nisi influat in opus. non potest autem intelligi alias modus influxus præter dictos ergo. Conf. 2 alias in homine iusto quilibet actus haberet bonitates omnium virtutum ad quarum fines ille actus conducere potest re vel apprehensione, quia in illo homine sunt actus omnium virtutum: consequens est absurdum: ergo. 2. probatur quia quanuis in fidelis peccator imo & iustus habeat plurimos habitus vitiorum, quibus habitualiter refert opera sua in prauos fines, non ideo illa redduntur mala, ergo nec ex relatione habituali in finem bonum cõtrahunt aliquam bonitatem 3. Quia nec ad meritum sufficit relatio habitualis in Deum finem super naturalem vt. q. 114. constabit. Nec obstat quod aliqui dicunt, omnia opera existentis in gratia esse meritoria vitæ æternæ etiã si nullo actu præsenti, vel præterito sint vnquam formaliter relata in Deum. Nam hæc opinio falsa est & quanuis vera esset, id non proueniret ex eo quod illa opera habitualiter relata sint ex charitate in finem supernaturalem, sed quia quodlibet opus bonum ex se est virtute relatum in Deum, id est quantum est ex parte sua conducens ad gloriam, & aliunde subiectum est Deo acceptum per gratiam, siue hæc sit distincta realiter, vel formaliter a charitate, siue non: in quo sensu docuit Sotus 3. naturæ. c. 4. conc. 2. omne opus existentis in gratia esse meritorium vitæ æternæ, quanuis simul confugiat ad relationem virtualem, putans hoc ipso quod homo bene moraliter operetur in gratia, bene moraliter opari ex gratia, & sic opus esse virtute relatum in Deum: quod est falsum est: nam gratia in opinione illius distincta est realiter à charitate, nec est habitus per se operatiuus, ergo per se non refert opera in Deum, & per charitatem, dum nihil operatur, neque operata est, non refert virtualiter: & similiter licet operata sit, si ex vi operationis eius non sequitur actus, non dicetur virtute relatus in Deum, seu fieri propter Deum, ergo non erit meritorius, maxime cum possit homo existens in gratia multa bona opera facere nullo præcedente actu charitatis, quo omnia sua retulerit in Deum. Quibus & alijs rationibus etiam concluditur, falsum esse quod Caieta. q. 21. artic. 4. significat, omne opus bonum existentis in gratia esse meritorium vitę æternæ, & quod ait q. 109. artic. 9. non requiri speciale auxilium supernaturale ad singula opera meritoria. Nisi velit non requiri auxilium, quod non sit annexum ipsi gratiæ iustificanti, aut non requiri auxilium præsens sed satis esse præteritum, quo Deus dilectus sit dilectione inferente opus moraliter bonum; quod meritorium dicimus.

Tertio asserimus. non satis esse vt præcesserit & non sit reuocatus actus elicitus à virtute imperante, quo actus virtutis imperatæ sit relatus in finem proprium virtutis imperantis, prob. quia vt bonitas actus imperati communicetur actui imperato, debet hic ex illo pendere, sed etiam si ille præcesserit, & non sit retractatus, potest hic ex illo non pendere: ergo potest hic non participare bonitatem illius: mi. patet, nam ex eo quod quis initio diei, vel anni, aut vitæ voluerit bene moraliter in omnibus operari, & non retractauerit hanc voluntatem, non sequitur vt hic & nunc bene moraliter operetur, nec ex vi illius voluntatis excitatur homo ad præsentem actum pietatis naturalis, vel alium similem: quia nec in se, nec in effectu, nec in memoria manet, nec alio simili modo sufficienti ad causandum talem actum, ergo talis actus non procedit ex illa relatione. Ma. vero prob. quia si hic ex illo non procedit, non dicetur fieri propter finem illius, sed tantum volitus propter finem illius, quo pacto actus alieni possunt à nobis referri in varios fines bonos, ex quibus tamen nullam bonitatem capient, ergo similiter actus meus ex illa relatione, quæ non est eius causa, nullam bonitatem capit, & propter similem relationem in Deum ex charitate non sufficere ad meritum vitæ æternæ, docebimus. quæstio. 114. docentque Bonauent. 2. distin. 41. articulo, 1. quæstio. 3. Gabr. quest. vnica. artic 3. quæstio. 2. AEgidius quæstio. 1. artic. 2. Scotus quæstione vnica, & quodlib. 17. articulo. 2. & alij multi. Atque hoc ipsum confirmat vulgatum exemplum de eo, qui omnia opera sua retulit in idolum, vel prauum aliquem finem, & non reuocauit talem relationem: quia non est necesse malitiam illius relationis refundi in omnia opera sequentia: ita videlicet vt siue restituat debita & iustos contractus faciat ex affectu iustitiæ, siue honoret parentes ex affectu pietatis, siue alat pauperes, & recipiat peregrinos ex affectu misericordiæ, in omnibus his peccet: ergo nec similis relatio in bonum finem refundit bonitatem suam in omnia opera sequentia, siue illa sint moraliter bona ex propio fine, vel obiecto, siue in di-

157
3. Conclus.

indifferentia ex obiecto propio. Eisdē rationibus probatur, non sufficere ralationē præsentem, si sit posterior natura, aut eius virtute non fiat actus.

158 4. Asserimus non requiri præsentem relā-
4. Conclio tionem in finem propium virtutis imperantis, sed sufficere relationem virtualē, cuius virtute opus imperatum fiat. Quam etiam Scotus. Gab. Bon. AEgi. modo citati & alij ad meritum sufficere arbitrātur. Assertio est D. Thomæ. 3. contra gen. c. 138. ratione 3. vbi ait, *voluntas præcedens actum, virtute manet in tota consecutione actus, & ita ipsum laudabilem reddit, etiam cum de proposito voluntatis propter quod actus incœpit, in executione operis non cogitatur.* Idem de malo, q. 2. ar. 5. arg. 11. cum eius solutione, 1. & q. 2. de virtutibus, ar. 11. ad 2. & sumitur ex 2. 2. q. 83. ar. 13. vbi agens de oratione dicit, posse esse meritoriam & impetratoriam sine actuali attentione, quando distractio fit sine culpa neque huic assertioni aduersatur Dur. 2. d. 40. q. 2. num 7. & 11. qui à nonnullis in contrarium citatur.

Ratio est quia in primis negari non potest quin hic modus operandi non solum sit homini possibilis, sed etiam valde frequens. Sic enim mercenarius tota die laborat propter mercedem, quanuis non tota die aut semper cogitet de mercede. Et qui iter agit, vere dicitur ambulare vt ad terminum viæ perueniat, licet de illo nō cogitet, & peregrinari dicitur religionis causa, licet d fine religionis in viæ prosecutione non cogitet. Et in materia de sacramentis nihil est certius quā intentionem virtualem eiusmodi sufficere ad conficiendum sacramentum, etiā si formalis non adsit. Item qui ex mandato licentia, vel potestate alterius operatur, dicitur virtute eius operari: similiter ergo qui per electionē relictam ex intentione alicuius finis operatur actum electum internum, vel externum, dicitur virtute illius intentionis ac proinde ex illo fine operari, maxime cum electio ipsa, quæ est causa actus intrinsece respiciat finem illum extrinsecum actui. Et quando actus electus est internus & elicitus non solum sine intentione illius extrinseci finis manere potest, sed etiā sine electione facta in ordine ad talem finem, quia ad actum elicitum voluntatis sufficit volūtas cū cognitione sine actu imperāte & ideo sine actu imperante dicitur actus cōtinuari ex illo fine, nam id quod rem fecit, mediante ipsa re effecta, quæ necessaria est & inclinat ad suam conseruationem dicitur aliqualiter eam conseruare. Sic pater mortuus est causa vt modo viuat filius quia dedit ei vitam, qua se conseruat, & quam si non accepisset, non conseruaret. Quod autem hic modus operandi ad prædictam bonitatem sufficiat, patet in primis ex communi modo sentiendi omnium hominum & quia plus ab homine exigere, est exigere aliquid plus quam humanum. Item quia longe diuerso modo operatur moraliter, qui ex intentione honesta se applicuit ad opus de se indifferens & postea in illo perseuerat stante actuali cogitatione illius finis, quā alius qui per voluntatem omnino indifferentem ad illud opus se applicuit. Nam hic sepæ censebitur otiose loqui & operari, ille autem studiose: item quia ad bonitatem & malitiam moralem sufficit, actum procedere ex imperio virtutis, vel vitij. Sed quando relatio est dicto modo virtualis, id reperitur: ergo actus est bonus, si imperium fuit bonum & aliunde in actu nulla est malitia.

Sed Nota tribus modis posse actū impe- 159
ratum, ex præterita finis intentione procedere .1. manente electione illius actus ob Nota.
illum finem, electio.n, licet in fieri pendeat ab intentione & finis intenti cognitione; non tamen in conseruari: illa autem conseruata sufficit ad continuationem & inceptionem actus imperati. 2. destructa omni electione talis actus ob illū finē facta, quia sunt multi actus imperati qui ab actibus imperantibus, à quibus re ipsa prodierunt, non pendent huiusmodi sunt actus eliciti à voluntate & intellectu, appetitu sensitiuo, & sensu, nam vt potuere effici sine imperio voluntatis, ita & manere seu conseruari, vnde oratio mentalis, quæ est actus intellectus, licet cæpta fuerit ex imperio voluntatis, verbi gratia ad religionem pertinente, potest nullo manente voluntatis imperio & affectu manere: actus vero mere externi, vt motus manus, linguæ pedis, &c. sine affectu & imperio voluntatis inchoari non potest, ita nec continuari aut conseruari, licet talis affectus & intellectio ad illum requisita, sit tam simplex & remissa, vt nulla animaduersione & reflexione sit perceptibilis. 3. destructa non solum intentione finis, sed etiam omni electione quę immediate processerit exprędicta intentione & ipso met actu electo, vt quando intercedit somnus & postea incipit homo de nouo operari. Est vulgare exemplum in eo, qui intentione implendi votum multis diebus peregrinatur, qui tamen non quotiescunque euigilat, recordatur voti sui, nec repetit intentionem implendi illud. In quo casu existimo virtute prioris intentionis applicari, media apprehensione & iudicio causatis ex illo religioso affectu, & hoc sufficere vt actus ipse religiosus sit. Nam in prędicto casu statim atque homo euigilat, apprę-

prehendit & iudicat sibi esse conueniens iter agere nec inquirit rationem bonitatis & conuenientiæ,sed ex vi prioris deliberationis ortæ ex intentione illius finis,& relinquentis habitum apprehensiuum,seu memoratiuum & iudicatiuum, iudicat, obiectum vtile esse ad aliquem bonum finem, vel esse bonum abstrahendo ab honesto vtili & delectabili, & ita illud appetit, & tunc merito dicitur operari virtute prioris intentionis,quia tota efficacia inde oritur ratione dicta. Hæc autem actio tanto erit melior & moraliter laudabilior, quanto in obiecto proposito considerata,& iudicata fuerit aliqua maior ratio boni, fieri enim potest,vt illa prima apprehensio, per quam incipit progredi in opere interrupto, sit tantum de aliquo obiecto agendo sub communi ratione conuenientiæ,aut expedientis, & tunc actus imperatus ex ordine ad bonum honestum in communi, vt obiecto motiuũ, vel etiam terminatiuum accipit quandam valde genericam & imperfectam bonitatem, ex vi autem prioris intentionis aliam habet posteriorem,& magis specialem bonitatem interdum vero obiectum repręsentatur sub alia magis speciali ratione boni,& tunc actus imperatus accipit quandam magis specialem bonitatem ex obiecto seu fine tunc repræsentato;aliam vero ex vi prioris intentionis à qua procedit modo prius explicato.

DISPVTATIO TERTIA, DE MALITIA humanorum actuum internorum.

DE hac re multa obiter dixi disp. 2.& plura dicam in materia de peccatis, ideo multa hic perstringam.

Sectio.1.Vtrum malitia internorum actuum incontrarietate ad legem Dei consistat.

1 1. Opinio. EADEM est difficultas de externis, & de ommissionibus. Quidam recentiores negant in quibus aliqui numerant Zumelem.q.73.ar.1.dub.1.sed postea videbimus oppositum docuisse : numerãt etiam Vazq.sed hic quanuis neget,malitiam moralem,& formale peccati consistere in contrarietate ad rationem, aut ad legem sumptam pro præcepto,fatetur consistere in contrarietate ad naturam rationalem, quã ipse ait esse legem naturalem primariam, licet ratio ipsa sit lex naturæ secundaria,& cõtra illam secundario, & accidentarie fit omne peccatum.Hæc docet Vazq.disp.52. c.2. 90.c.3.95.c.9.96.c.2.n.6.97.c.3.n.9.101. c.4. n.12.150 c.3.n.11.& incommentario.q.90. a. 3.& 4.& 94.a.1.& 4.& alibi,Sed tract.de legib.docebo cum communi primariam legem naturalem esse rationem.

2 2. Opinio. 2.Et vera senten.est, consistere in contrarietate ad legem Dei,saltem comprehendendo hoc nomine etiam rationem, quæ lex Dei est,quoniam est à Deo nobis impressa, & est participatio legis æternæ.Ocham.2. q. 19.a.1.& 4.dub.Almai.3.mor.cap.15.& 16. Beuxam.in vocab.Theol.verb.peccatũ Bellar.1.de amiss.grat.c.1.Salmeron tract. 1. in Paul.disp.13.initio.& tract.seu parte.3. disp. 45.ad.4. Gerson de vita spir. lect.1. Corol. 10 alphab.61.lit. E. Molin.1 p.q.5. disp vni. Victo.relect. de venie. ad vsũ ratio. Viguer. c.18.in prin.Arim.2.d 34.q.1.a.2.Corolario 2.Bonauent 2.d.35.dub,4.litterę.Aquar. d. 36.con.6.Sayr.2.Thesau.c.5.à nu. 1. Vega. 6.in Trid.c.39.& lib.14. c.15. Perez cert. 8. Schol.p.2.Aliac.1.senten.q.1.con.1. corol. 6. Cordub.lib.3.q.10,ad.2.D.Thom q.71.a.6 ad.4. Valen.disputa. 6.quæst.1.pun.1.Tolet.lib.de peccatis,c.1.n.1.Sotus, Med. Zumel, infra citandi & cæteri communiter,vt videre licebit in ijs quos citabo. sect. seq.Prob.1.ex Ro.4.*Vbi non est lex, nec præuaricatio*;vbi licet consone ad Ansel.cũ Vaz. disp.97. cap.4. possemus exponere non futura illa peccata, quæ fuere contra legem Moysi,nisi ipsa fuissent;tamen cum Paulus generatim loquatur,recte exponitur communiter,vbi non est lex,nullũ esse posse peccatum. Vnde.1.Cor.15.*virtus peccati lex*, &.1. Ioan.3.*peccatum est iniquitas*.Græce *anomia*, ideſt deuiatio à lege.2.Prob.exS.Aug.22.cõtra Faust.c.27.*peccatum est dictum, &c. contra legem Dei*, quã definitionẽ amplectuntur Doct.cum Mag.2.d.35. & D. Thom. infra. q.71. art.6. Item Aug.2.de consen.Euang.c. 4. *peccatum est transgressio legis*.& 1. de lib. arb.c.3.& sequen.cũ Euodius diceret,*aliqua non esse mala,quia vetita,sed vetita, quia mala*,probat Aug.*nihil esse malum,nisi quia prohibitum lege Dei æterna*, &.1.de duab. ani.c. 11.& 1.retract.c.1.ait,*peccatum est voluntas retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat.* & 2.de pecca.mer cap.16. *Nam nec peccatum erit, siquid erit, si non diuinitus iubeatur, vt non sit*,& de fide contra Manich.c.6. *Malum non est natura, sed auersio à Dei præceptis.* Ambros. de paradiso cap. 8. *Quid est peccatum, nisi diuinæ legis præuaricatio, & cælestium inobedientia præceptorum?non enim consisteret peccatum, si inter dictio non fuisset.*

3 Prob.1.

4 Prob.2.

5 Cicero.1.offic.*peccatum est quidquid fit contra officium*.Secundo,probatur:nam peccatũ naturæ,& artis est declinatio à sua lege & regula:ergo & peccatum moris. Conf.nam aliqui ex aduersarijs fatentur, rationem culpę consistere in deuiatione à lege, vt refert Vazq.d.97.c.3.ergo & ratio peccati: quia peccatũ morale & culpa idẽ sunt,vt ait Vaz. & alij ex D. Tho. q.21.ar.1.

3.Prob.

6 Obijcies.1.quia aliqui actus sunt intrinsece mali,vt mendacium, odium Dei, &c. tamen non sunt intrinsece contrarij legi: ergo eorum malitia non consistit in ea contrarietate.Minor probatur,quia etiam si nulla esset lex Dei,adhuc mentiri, & similia essent mala.Resp.nullum actum dici intrinsece malum,quia sit de intrinseca eius ratione malitia: nullus enim est, qui non possit à malitia denudari, vt vidimus disputat. præcedenti sectione.8.& videbimus hac disp.se. 12. & 13. Et licet aliquis nec de potentia absoluta posset esse sine malitia; tamen de eius essentia non esset malitia, cum sit priuatio, quæ non est de ratione positiui;sed dicuntur intrinsece mala; quia in vtentibus ratione per se,& secluſa ignorantia,& inaduertentia necessario habent adiunctã malitiam, quæ est deuiatio à lege.Secundo obijcies, quia si nulla esset lex Dei adhuc mentiri, & similia essent mala:ergo eorum malitia non consistit in oppositione ad legem Dei.R. Med.q. 18.ar.1.in fine.q.19.ar.4.quæst.90.in principio,& quęst.100.a.8.ex illo impossibili sequi quodlibet, vt si homo esset irrationalis esset homo,& non esset homo.Sed hæc solutio nulla est:quia quando non est implicatio in adiecto,seu ex terminis,& formaliter, ex impossibili tantum sequitur alterum, vt ex eo quod Deus non sit,tantum sequitur creaturam non esse.& ex eo quod Deus ageret de necessitate naturæ, non sequeretur auferri contingentiam à nobis:& ex eo quod Spiritus sanctus non procederet à Filio, non sequeretur;quod distingueretur,& non distingueretur ab illo.Secundo alij respondent. si non esset lex Dei & homo mentiretur,mendacium esset malum morale non tamen peccatum.Hoc Zumel.q.71.ar.6.disp.10.tribuit Soto,in id Romanor.4. *vbi non est lex*, &c. & ait male à Medina tribui Diuo Th.illo ar. 6.ad.4.Sed hęc solutio non placet;quia peccatum, culpa & malum morale idem sunt; et quia male agens esset dignus pœna: ergo haberet peccatum,& culpã.Vnde Respon.3.ad peccatum satis esse agere contra rationem naturalem,quæ modo est lex Dei; licet,si non esset Deus,vel homo non esset à Deo productus,non esset lex Dei;& ita non est de ratione peccati esse contra legem Dei formaliter,& vt sic,sed esse contra legem naturalem,quę re ipsa est,& non potest non esse lex Dei,vt patet ex Hugone. 1. de Sacramentis.c.7.cum ait.*Præceptum naturæ nos nihil aliud intelligimus, quam ipsam discretionẽ naturalem,quæ intrinsecus inspirata est,vt per eam homo erudiretur de ijs,quæ sibi appetenda,vel fugienda fuerant*.Et Aug. Epist.89. ad Hilar.Syracusanum ait,*Lege naturæ præuaricata,quæ est in vsu rationis animæ rationalis in ætate hominis iam ratione vtentis, præuaricatores fiunt omnes peccatores terræ, præuaricata etiam lege illa, quæ data est per Moysem,multo magis abundat delictum*.Vnde colligit Gab.2.d.35.q.vni. ar.1. *Quod si quis ageret contra solam legem naturæ, seu rationem peccaret; licet si super hoc additum præceptum haberet,amplius peccaret*, &.D.Tho. a. 6. ad 4. ait, *ad peccatum sufficere esse contra legem naturæ, quæ primario est in iudicio æterno Dei;secundario vero in iudicio rationis creatæ*.Consonat Scot.quodlib.18.& Burid. 7 ethico.q.19.qui bonum & malum morale definit per conformitatem ad rationem, & Aquarius.2.d.36.concl.6. dicens, rationẽ peccati non esse sumendam ex sola differmitate ad legem ęternam, vt dicebat Aureol. sed etiam ad rationem Quarto respondetur de ratione peccati,& mali moralis non esse contrarietatem ad legem Dei existentem, aut possibilem; sed futuram sub conditione, quod Deus esset in rerum natura, & legem positiuam sanciret, vel produceret hominẽ rõe vtentem:nam eo ipso ratio humana esset lex Dei;ac proinde peccatum & malum morale,quod esset contra rationem,etiam esset contra legem Dei, & si Deus legem positiuam faceret circa mendacium,illiud prohiberet.Hanc solut.indicauit Zumel supra,dicens,prohibitionem Dei circa mendacium, & similia esse necessarium quo ad specificationem,licet non quo ad exercitium, idque sufficere, vt sint peccata seu mala moralia, scilicet esse talia,quæ necessario essent prohibenda à Deo,si legem aliquam ferre vellet circa illa.

7 2. Obiect.

1.Solut.

8 2. Solut.

9 3.Solut.

10 4.Solut.

Tertio obijcies,quia quædam sunt mala, quia prohibita,alia prohibita,quia mala: ergo aliqua sunt mala secluſa lege prohibente. Resp.ex D.Tho.q.71.ar 6.ad.4.Bonau.2.d. 35.dub.4.litteræ,cum dicitur,aliqua esse mala,quia prohibita,&c. Intelligendum esse de prohibitione per legem positiuam: nihil autem esse malum,quin saltem sit prosibitum lege Dei naturali,tum æterna existente formaliter in Deo;tum temporali diuinitus impressa menti creatæ,quod iam etiam retulimus ex Aug.

11 3.Obiect. Solutio.

12

Quarto obijcies, quia aliqua peccata solum

4. Obiect.

lum sunt contra conscientiam erroneam; illa autem non est lex: ergo non sunt contra legem. Resp. de hoc, an conscientia erronea sit lex, varias esse opiniones, de quibus tract. de conscientia, & tract. de legibus dicemus; & tenendo, esse legem, argumentum non procedit; si vero teneamus, nõ esse legem Resp. esse legem apparentem, seu quasi legem; & ad rationem peccati sufficere esse contra legem veram, vel apparentem, seu quasi legẽ. Deinde, etiam si conscientia non sit lex, tamen generalis Dei, & rationis lex est, vt quãcumque conscientiam sequamur, & contra hanc peccat, qui agit contra conscientiam erroneam.

Solut.

13

Quinto obijcies, quia possunt dari actus boni sine ordine ad legem Dei ergo & mali: par enim ratio est, & oppositorum eadem est disciplina antecedens prob. quia etiam si nõ esset lex nec Deus, bonum esset diligere proximos, honorare parẽtes, &c. & Deus nulli legi subijcitur, vt ait Victo. relect. de ven. ad vsum rat. p. 2. n. 9. quia nullum habet superiorem, tamẽ bene operatur. Conf. quia si Deus mentiretur, violaret promissum, inclinaret ad malum, &c. peccaret: tamen contra nullã legem ageret: ergo non est de ratione peccati esse contra legem. Ad arg. R. de ratione boni operis esse ordinem negatiuum ad legem. Idest nulla lege esse prohibitum, saltem in apprehensione. Item positiuum, idest esse cõsentaneum rationi operantis, quę est lex approbatiua etiam in Deo, esto demus, in eo nullam esse veram legem imperatiuam, vel prohibitiuam comparatione propriorum actuum. Item de ratione omnis actus boni est esse approbabilem per legem seu iudiciũ Dei, & esse præceptibilem vera lege Dei, vel etiam aliorum, & non posse vlla lege prohiberi per se, quamuis possit prohiberi ratione alicuius incommodi. Vnde disp. præced. sect. 5. defendimus omnem bonitatem moralem sumi per ordinem ad legem Dei. Ad conf. R. aliquos existimare rationem Dei esse veram legem comparatione voluntatis ipsius, sicut ratio nostra est vera lex comparatione voluntatis nostræ: & ad legem internam non requiri, quod sit à superiori suppositio, sed à superiori potentia, siue distinguatur realiter à voluntate, vt in nobis, vere proprie & in rigore esse legẽ (de quo disputabimus tract. de legibus) dicendum, ad rationem peccati sufficere quod sit contra legem vel quasi legem, qualis est ratio propria respectu operantis, siue habeat superiorem, siue non: nam vere per propriam rationem quisque ad aliquid agendum vel omittendum obligari potest, sic ratio Dei obligat ipsum sub culpa & peccato ad non mentiendum & similia. Item si mentiretur, faceret actum reprobabilem & per se prohibilem à superiori, si per impossibile illum haberet, & hoc sufficeret, vt quodã modo diceretur agere contra legem & peccare. Vnde recte Vict relect. de homic. nu. 3. excommuni Docto sent. docuit, si Deus ad malum inclinaret, peccaturum: male autem & inconstanter relect. de puero ven. ad vsum rationis. p. 2. n. 9. dixit, licet Deus non possit peieiare, non seruare promissum, & similia: tamen male concedi, quod si ea faceret, peccaret: quia cum non habeat superiorem, nullam legem vel obligationem habet, siue ex lege, siue ex promissione ortam. Male etiam eod. num. 9. Victo. impugnat Grego. Arimin. 2. d. 34. dicentem, etiam si non esset Deus, aut lex eius prohibitiua fore peccatum, & malum morale; quia si non esset Deus, inquit Victoria homo non haberet superiorem: ergo nec legem: ergo non peccaret. Sed iam vidimus, sine superiori suppositio esse posse legẽ naturalem, quantum est ex vi propriæ rationis formalis, & actualem existentiam formalis legis Dei non esse de ratione peccati. Recte autem Vict. ibi num. 10. docet, cum ignorantia inuincibili Dei, & diuinæ legis in se ipsa posse dari peccatum: quia, vt inquit D. Thom. q. 19. ar. 4. ad. 3. ad peccatum sufficit cognoscere legem diuinam, prout nobis innotescit per lumen naturale, vel diuinam reuelationem. Et ad hoc satis est rationem dictare aliquid esse turpe, indecens, atque in decorum homini, nam tale dictamen vere est lex nec oportet, vt cognoscatur in se ipso per actum reflexum; sed satis est cognosci obiectum sub ratione dicta; quia sic cognitio obligat voluntatem. Falso tamen addit Victo. si ignorantia inuincibilis Dei excusaret ab omni peccato, excusaturam quoque à cæteris peccatis præter ipsam Dei ignorationem. Sed non possumus modo singula perse qui Id vero clarum est, etiam si Deus posset committere alia peccata, non posse committere peccatum inobẽdientiæ: quia hoc veram legem extrinsecam, & superioris suppositi exigit.

14. Conf.

15. Solutio.

16. Ad conf.

17.

18.

19.

20.

Sexto obijcies, quia si de ratione peccati, & mali moralis esset aduersari legi, nullus est actus, qui non possit fieri sine peccato de potentia absoluta siquidem in omni lege, siue propria, siue creaturæ ipse potest dispensare, quisque enim princeps potest dispensare in suis, & inferiorum legibus. Consequens autem est falsum; quia mendacium & similia nunquam possunt esse licita: ergo. Respondent aliqui, non nullos actus ita esse malos, vt per nullam dispensationem à malitia denudari possint: sed quia Deus in lege, qua prohibiti sunt, dispensare non potest; neque

21. 6. obiect.

22. Solutio aliquorum.

que illam mutare. Quod ita isti intelligunt, vt in Deo lex naturalis sit voluntas, vel coniunctam habeat voluntatem formalem obligandi homines ad nunquam mentiendum, & ad similia, qua voluntate sublata nullum esset peccatum, ea tamen, nec potuit non esse in Deo, nec postquam posita est, potuit auferri; & ideo hæc non possunt, non esse peccata. Sic intelliguut, quod ait D. Th. q. 100. a. 8. ad. 2. in præceptis naturalibus Deū dispēsare non posse, quia fidelis est, & seipsum negare non potest. Sed hanc opinionem late impugnabo tract. de legibus: quia absurdū est, Deū etiā ex suppositione volendi producere creaturā ratione vtētē, esse determinatum ad volendum formaliter, & explicite ipsum obligare ad nunquam mentiendum, &c. et ad promulgādum illi eiusmodi legem, quæ sine promulgatione inutilis & impertinens esset, tum in se, tum ad obligandum nos, quia nemo potest ignota & incognoscibili alterius voluntate obligari, quasi à lege. Deinde si ex tali voluntate & eius promulgatione & notitia penderet tota ratio peccati & mali moralis: cū experientia notum sit, harum dari ignorantiam inuincibilem, non solum apud idiotas, sed etiam apud sapientes, qui hanc voluntatem in Deo fuisse, eiusq. sufficientē promulgationem nobis esse factam, omnino negant, fere omnes in suis peccatis haberent excusationem, & sic non peccarent, nisi materialiter; hoc autem est hæreticum: ergo. Tertio, quia etiam si fingamus in Deo non fuisse talem voluntatem aut non esse sufficienter promulgatam, quod non est fictio sed ipsissima veritas, adhuc agere contra rationem dictantem turpe esse mentiri, &c. esset malum morale, & supplicio dignum, ergo esset peccatū & culpa: ergo malitia moralis & ratio peccati non pendet ex illa voluntate eius ve promulgatione aut noticia sed aliunde. Quare ad arg. aliter R. aliqua opera ita esse mala, vt non possint malitia expoliari in homine agente libere & absque ignorantia inuincibili, quia in nullo euentu possunt non esse contra rectam rationem nostram, ac proinde nec possunt non esse contra diuinam, vt mentiri, odio habere Deum & similia, & hæc dicuntur omnino indispensabilia, quia nulla esse potest causa ob quam Deus facultatem concedat vt fiant. Alia vero sunt quæ ex concessione Dei possunt aliquando esse licita, vt occidere innocentem, accedere ad eam quæ nō est vxor, & similia, in quibus dicitur dispēsare improprie, & late; quia pōt mutare materiā, nō tāquā legislator, sed tāquā Dñs supremus & absolutus, qui vt posset per se sine vlla iniustitia destruere hominem à se conditum, quantumcumque sit innocens, ita potest dare alijs facultatem vt id faciāt. Quod non est dispensare proprie in lege naturæ, quæ solum prohibet occidere innocentem sine authoritate supremi Domini. Sic etiam potest dare sine matrimonio ius, quod confert ipsum matrimonium: sed neque hoc est dispensare in lege naturæ, quia lex naturæ solum prohibet accessum ad non suam sine authoritate Dei potentis dare ius in ipsam, vel temporale, vel perpetuum, prout sibi placuerit: & sic intellige D. Tho. quæst. 100. a. 8. Caie. ibi Sotum. 2. iust. q. 3. ar. 8. Rich. 3. d. 37. ar. 1. q. 5. Gab. q. 1. ar. 2. Scot. q. 1. Greg. d. 34. & sequentibus. Duran. 1. d. 47. q. 4. nu. 16. & 17. aliosq. multos dicentes, omnia vel aliqua naturæ præcepta esse indispensabilia. Et ratio D. Thom. de omnibus est, quia Deus negaret se ipsum, ideſt, nō esset summe sapiens, iustus, & bonus, si ea, quę omnibus pēsatis recta ratio cōdemnat ipse concederet, & approbaret. Et bene Vict. relect. de homi. n. 4. ait dispēsare proprie in præceptis naturalibus, esse naturas seu essentias rerū inuertere, quod repugnat: esset enī facere, vt quod est dissentaneum rationi, non mutatis circunstantijs, sit illi consentaneum. Quę autem sint indispensabilia etiam improprie, seu per mutationem circunstantiarum, dicam tract. de legibus.

23. Vide Ant. Perez cert. 8. Schol, n. 69

24

25

26 Solutio authoris.

27

28

29

7. Obiect.

30

31

Septimo obijcies, nam actus sumit suam malitiam ab obiecto: obiectum autem non est malum quia ratio, quam diximus esse legem naturalem, dictat esse malum, quin potius quia illud est malum, ratio dictat esse malum: ergo malitia actus non sumitur à ratione seu lege naturali, sed aliunde, & ita remota omni lege etiam naturali actus nostri possunt esse mali & peccata. R. obiectum nō esse malum moraliter, nisi quia dissentaneū rationi & legi naturali, siue immediate, siue media aliqua lege positiua, vt autem obiectum conferat actui suam malitiam, non opus esse in illo cognosci quòd sit dissentaneus rationi, sed id in quo immediate fundatur esse dissentaneum rationi, quia eo conspecto statim à recta ratione damnatur, & ita voluntas obligatur ad illud fugiendum, ita vt si illud amplectatur, malefaciat, & sit supplicio digna. Ex quibus patet. 1. hunc actum non esse malum ex obiecto, si mendacium non esset prohibitum, non illud vitarem, quia si obiectum non esset prohibitum non esset malum: ergo actus non esset malus ex obiecto licet posset esse malus ex circūstantijs prohibitis, aut ex eo quod ipse secundum se esset prohibitus, quod tamē nunquā accidit, quia actus interni non solent prohiberi, nisi ratione externorum. Imo Anto. Perez. cert. 8. Schol. p. 2. n. 68. ait, eiusmodi actū interdum esse laudabilem & meritorium, vt

cum

cum quis maxima furandi,vel fornicandi occasione pressus,dicit,Furarer, nisi esset prohibitum:tunc enim non solum non violat,verũ veneratur,& reueretur legem. Quod saltem est verum, si habeat honestum aliud motiuum:de quo plura tract.de peccatis.

32. Patet.2.male à Zumel supra & nõnullis aliis recentioribus impugnari Gre 2.d.34.q.1.a. 2.Gab.d.35.q.V a.1.Alm.3.mor. c.16. Cord lib.3.q.10.ad.2.dicentes,in Deo duplicem esse legem,vnã indicantem,vt Ro.5. *digni sunt morte,&c.* alteram proprie imperantem,quę dicit,vel inuoluit voluntatem obligandi subditum,& hanc esse liberam in Deo, respectu cuiuscumque obiecti:potest enim Deus non velle formaliter & expresse ad quidquã obligare:priorem vero esse necessariam est enim iudicium quo Deus iudicat indecens & turpe homini esse fornicari,mentiri,&c.

Sectio.2. An malum morale & peccatum consistat in priuatione.

33. 1.Opi. varie explicata.

DE hac re late hic differuerã, sed ne opus sit repetere quę ad hãc q.pertinent,cuius propria sedes est tract. de peccatis, sũmatim dicam quidquid ad hanc rem pertinet.Quidam quos suppressis nominibus referunt Maior.2.d.37.q 1.a.1. Altisiod. 2.sum tract.26.c 3.sensere peccatum formaliter in positiuo consistere.Quod postea docuere Ioan.Roa.2.de prædest.q.4.sect.5. nu. 84.Vaz.disp.95.c.9.& 10.Angles.2.d.37.q.1. a.2 diffic. 1. Anto. Perez. cert.8.Schol p 1. Med.q.71.a.6.vbi Zumel disp.5.& 7. & plerique recentiores citantes Canum in scriptis eiusdẽ art. & Caiet.q. 18.a.5.71.a.6.72.art.1. 79.a.4.sed in modo id explicandi non conueniunt.Nam Zumel fingit relationem quãdam realem transcendentalem distinctã realiter ab actu eiq inhærentem, vt retuli disp. 2.sect.5.Angles relationem realem prædicamentalem extrinsecus aduenientem cũ Scoto & Tartar to(quamuis Scot & Tart. non in ea posuerint formale peccati) Canus & Perez relationem rationis, nempe conformitatis, ad legem. Vaz.ad naturam rationalẽ, & addit relationem rationis esse denominationem extrinsecam.Caiet.Med. & Roa non in relatione,sed in absoluto positiuo formale peccati & mali moralis constituisse videntur Quod min9 improbabile est,modo illud absolutum non dicamus esse solum actũ, sed adiunctis denominationibus extrinsecis sumptis à cognitione intellectus & libertate voluntatis, quæ non sunt entia rationis, sicut nec dominationes extrinsecæ, quibus res dicitur visa,audita,intellecta,&c. Et vltra illas non oportet ponere illam Zumelicam relationem transcendentem additã:quia sine fundamento fingitur,& superuacanea est,cum sine illa intelligatur ratio mali moralis, & peccati.Nec minus absurdum est ad legem, quæ vel non est nisi in actuali vel habituali, memoria vel libris,ponere realem respectum in omni humano opere. Et cum realiter peccemus & male agamus, non potest dici peccatum & malum morale consistere formaliter in ente rationis seu ficto: vt nec Deus est realiter dominus à relatione rationis ficta in illo,sed ab eius fundamẽto, quod etiam dominium dicitur,vel à seruitute existente in creatura.nam habere realiter seruũ, seu esse illi aliquem seruum,est vere & realiter esse dominum extrinseca denominatione, Quare frustra aliqui ab his & similibus exemplis subsidium petunt, vt astruant nos realiter dici peccãtes à relationibus rationis.

37 38 39

Cum.1.illa opinione duę aliæ affinitatem habere videntur. Altera est quæ Victoriæ, & Sot.in manu scriptis ad.q.71 a.6. tribuitur, asseritq. peccatũ & malũ morale in aggregato ex priuatione & positiuo consistere:quæ si per positiuũ intelligat subsistãtiã actus, merito reijcitur illis rationibus,quibus ostenditur consistere in priuatione: non autem bene reijcitur,quia ex priuatione et positiuo nõ potest constitui vnum per se:multa enim præsertim moralia hanc compositionem admittunt.Imo omnis priuatio connotat intrinsece positiuum,nempe quod sit in subiecto apto nato,& quædam priuationes inuoluũt peculiare subiectum,vt simitas dicit priuationem rectitudinis in naso,& priuatio moralis inuoluit quod fundetur in actione vel omissione voluntaria & libera,& quod subiectum ex lege aliqua debeat habere formam oppositam. Vnde defensuri formale peccati esse priuationem non affirmabimus esse puram, sed includentem,aut connotantem absoluta quę modo diximus Nunquam vero admittemus,quod altera opinio dicit,malum morale in positiuo consistere peccatum vero in priuatione.Nam, vt sæpe cum multis monuimus,& monebimus in progressu,culpa,peccatum,& malum morale in actibus vel omissionibus humanis penitus idem sunt.

40 41

Veritas est,malum morale & peccatum formaliter in priuatione consistere. Pro hac sent.in materia de peccatis referã Magistrũ, D. Tho. Bo. Scot Dur. Gab. Ocam. Mai. AEgi.Alb. Marsi.Alen.Henr Moli. Vellar. Tolet.Salmer. Azor Peltan Suar.Conimb. Valen.Dion.Agust.Basi. Hiero. & alios Scholasticos & Patres. Præcipuæ rationes sunt duæ.1. Nihil est alteri malum nisi quia illi nocet: nihil nocet, nisi quia aliquid boni tollit

41 42

lit ſumitur ex Aug.2.de morib.Manich. ca.
43 3.to.1. vbi ait. *Percontor vos iterum, quid ſit malum? ſi dixeritis, id quod nocet, neque hic mentiemini*,& infra. *Quidquid nocet, bono ali-*
44 *quo priuat eam rem, cui nocet. Nam ſi nullum bonum adimit, nihil prorſus nocet. Quid hoc apertius obſecro vos? quid planius. Quid tam ex*
45 *poſitum mediocri intellectori, modo non pertinaci.* Hæc Aug. 2. Ratio eſt quia voluntaria & libera carentia obedientiæ, ſeu huius perfectionis negatiuæ, quæ eſt non violare præceptum, per ſe eſt diſconueniens homini & mala moraliter, ſicut cæcitas oculo, &c. & hanc infert omnis actus, qui hic & nunc eſt contra præceptum, ergo hoc ipſo eſt malus moraliter, & peccatum, alio qui oporteret duas ponere malitias vnam priorem prædicta priuatione aliam conſiſtentem in
46 hac priuatione & ex qualibet conſtitui ſufficienter rationem peccati, & ſic carere libere obedientia & conformitate ad legē nec eſſe de ratione peccati nec ad illud ſufficere: q̄ eſt faiſū. Nō excludimus à ratione peccati & mali moralis diſconuenientiam in ordine ad naturam rationale, nā clarum eſt nihil eſſe malum alicui, niſi quia illi diſſonum, ſed dicimus
47 hanc diſſonantiam non eſſe relationem realem nec rationis, ſed rem eſſe contra inclinationem naturæ, quia illi nocet ſeu illā priuat
48 aliquo bono: nempe hac perfectione negatiua, quæ eſt non violaſſe legem. Nec cōtra hoc quicquam valet, quod quidam obijciunt vnius negationis non dari aliam negationem Nam in aere non eſſe vmbram vel tenebras,
49 in oculo non eſſe cæcitatem, dicit negationem: & certum eſt quod lux aut viſus non eſt negatio, ergo vni negationi datur alia oppoſita, & hinc ſoluitur præcipuum arg. aduerſariorum videlicet, formale peccati non
50 eſt priuatio gratiæ, nec charitatis nec alterius perfectionis ſeu rectitudinis debitæ voluntati; nec perfectionis debitæ actui; quia actus vel ſimpliciter vel hic & nunc eſt incapax rectitudinis, & conformitatis ad legem:
51 priuatio autem eſt in ſubiecto, cui eſt poſſibilis & debita forma: ergo. Hoc arg. male torſit multos: ſunt, qui reſpondeant rectitudinem deberi actui humano in genere: quia homo
52 tenetur ſemper bene operari, licet non huic, & ideo comparatione huius poſſe eſſe priuationē. Ita videntur ſentire Scot. Tartare. Maior. Rubius. Aquar. Hiſpale. Vale. Salm.
53 Lādulph. & alij, quos reijciunt Vaz. diſp. 95. c. 6. Perez & alij. Melius R. eſſe priuationem rectitudinis illius negatiuæ debitæ voluntati, vt
54 optime Molin. 1. p. q. 5. diſp. vn. col. 175. Ouād. 2. d. 35. prop. 4. Ocham. quodlib. 3. q. 14. ad. 2. dubium Gab. 2. d. 35. q. vn. a. 2. con. 6. in fine Alm. 1. moral. c. 13. & videtur Toleti tract. de peccatis. c. 1. in prin. dicentis, peccatum conſiſtere in voluntario receſſu hominis à regula ſuæ operationis, non dicit in receſſu actus ſed hominis. *Quando homo*, inquit, *non facit ſecundum regulam ſuæ operationis, recedit ab ea, & talis receſſus dicitur peccatum.* Idem ſumitur ex Amb. lib. de paradiſo. c. 8. dū inquit. *Quid aliud eſt peccatum, niſi diuinę legis tranſgreſſio, & cœleſtium inobedientia mādatorū.* Ideſt non obedire mandatis, & 1. Ioan. 3. *peccatum eſt iniquitas* ideſt non æquari regulæ, vt ex Græco Bell. Salmer Val. & multi alij colligūt vbi pro, iniquitas, eſt, anomia, ideſt deuiatio
56 ſeu declinatio à lege. Vnde etiam cōſtat, quo modo eidem virtuti poſſunt aduerſari plura peccata vnū per exceſſum aliud per defectū, nā ſi declinetur à legibus pertinētibus ad materiā illius virtutis prohibentibus in ea exceſſum, eſt vnū vitiū, ſi à prohibētibus defectum
57 eſt aliud; ſic auaritia & prodigalitas opponūtur liberalitati. Cōſtat etiam, quomodo vnū peccatum poſsit eſſe maius alio, quia declinatio a lege magis obligāte deterior eſt, ſic ma-
58 ius peccatū eſt odiſſe Deum, quā nō amare illū tēpore, quo amare tenemur, quia magis obligat præceptū nō habēdi odio, quā amādi, ſic etiam peius eſt errare culpabiliter contra
59 fidē, quā nō credere, quādo deberes credere. Et in naturalibus maius malū eſt errare quā neſcire, quia intellectui magis eſt debitū carere errore, quā habere ſciētiā, ſic etiā deterius
60 eſt cuilibet potētię habere malū habitū, quā carere bono. Quia magis debitū illi eſt carere malo habitu, quā habere bonū. Sic etiā peius
61 eſt triſtari et dolere, q̄ nō lætari, delectari & gaudere: naturę.n. magis eſt debitū carere dolore & triſtitia, q̄ habere gaudiū, & delectatio nē. ſic etiā deterior eſt calor aquæ, quā carere
62 frigiditate, quia calor & frigiditatē excludit, & aquæ iñ aliis nocet. Vnde deterius ſe haberet aqua cū calore, & frigiditatate, quam ſine vtraq. qualitate; quia cum vtraq eſſet magis
63 in capax frigiditatis à ſe ipſa vel ab aliis cauſandæ, quā nuda ab vtraq. forma; & cū vtraque forma cogeretur interdū iuuare ſua contraria, nēpe calida, nō vero neutram qualitatē habens. Eodem modo deterius ſe haberet
64 intellectus cū habitu ſciētiæ & erroris, quā nudus ab vtroq. habitu; nudus nāq. eſſet minus impeditus ad attingēdā veritatē, & magis ex
65 peditus ad falſitatē, quā affectus vtroq. habitu; habitus enim erroris illū inclinaret ad falſitatē. Similiter volūtas vel appetitus ſenſitiuus deterius ſe haberet cū habitu virtutis
66 & vitij, quā vtroq. ſpoliatus; quia in priori ſtatu minus eſſet diſpoſitus ad opera ſtudioſa, & magis diſpoſitus ad vitioſa, habitu vitioſo in illa inclinātę, quā in poſteriori ſtatu. Cætera dicemus in materia de peccatis.

Sect. 3.

Sectio. 3. Vnde actus mali speciem sumant.

67 *Articul. 1. 1.Opin. circa 1.art.*

HIC distinguere oportet de actu malo secũdum ipsam malitiam, quam diximus in priuatione consistere,& de actu malo secundum positiuum,ex quo consequitur ipsa priuatio, & in quo alij malitiam constituunt. De ipsa ergo malitia in priuatione consistente, est. 1. opinio asserens,sumere suam distinctionem & vnitatem specificam ex actu positiuo, ad quem sequitur,quia est proprietas fluens ab illo:proprietates autẽ omnes sumunt rationẽ suá ex essentia,vnde habẽt originem. Sed hæc sententia falsa est, quia ex eodem actu possunt sequi multæ malitiæ, & inordinationes diuersarum rationum, vt quãdo actus est malus ex fine,obiecto & varijs circunstantijs. Et econtrario,quamuis actus positiui sint specie distincti ex obiectis motiuis, vel terminatiuis, possunt habere malitiam eiusdem rationis, vt siquis velit furari pecuniam, vel vestem in loco sacro ob hunc aut illum finem, omnes hi actus conueniunt in ratione specifica furti, & sacrilegij. Neque illud fundamentum firmum est, quod proprietates sumant speciem & distinctionem ex essentia, àqua dimanant:nam idem specie actus dimanat à pluribus essentijs animalium, & sic eadem specie malitia potest dimanare à pluribus essentijs actuum humanorum. Et præterea,malitia non dimanat ad modum propriæ passionis ex actu:quia non inest ei,sed voluntati,neque datur vllus actus ad cuius essentiã necessario consequatur moralis malitia, vt patet, si fiat absque deliberatione.Licet autem substantia malitiæ non sumat speciem ex actu,à quo procedit:tamen moralitas eius inde speciem sumere videtur; quoniam ex actu habet malitia,vt sit voluntaria, & libera,ac proinde,vt sit moralis,& ex diuersa substantia,& libertate actus *(si qua tamen est in actibus diuersitas libertatis)* sumit malitia diuersam rationem voluntarij, vel liberi, ac proinde moralis.Dices moralitati accidit malitia: ergo non malitiæ moralitas. Negatur consequentiá:sic enim albedo accidit quantitati, quoniam quantitas dicitur alba,& quantitas accidit albedini denominans eam quantam, vt bicubitam vel tricubitam,&c.

Reijcitur.

68 *2. Opinio.*

Secunda opinio est,malitiam sumere speciem ex honestate & bonitate morali, qua priuat,quia priuatio ex forma & habitu, quo priuat, speciem sumit. Hæc opinio videtur Scoti 2.d.37.q.vn.§. ex ista solutione,in respõsione ad 2.& 3.& deinceps,docet enim,malitiam actus esse carentiam rectitudinis, non quæ deberet ei inesse, sed voluntati mediantibus actibus bonis, quos deberet voluntas elicere,supposito quod operaretur in tali materia,& ex illa bonitatem,vel malitiam contraheret.Sed hæc opinio in se, & in suo fundaméto reiecta est in calce sectionis præced. & in responsionibus ad argumenta.1.opinionis,vbi ostensum est,malitiam actus nõ posse consistere in priuatione rectitudinis, quæ medio actu oppositio deberet in esse voluntati sub conditione quòd speraretur,& alioqui peccata prodigalitatis,& auaritiæ, & vniuersim omnia peccata opposita eidẽ actui virtutis,habitura esset eadẽ specie malitię.quod absurdũ est. Nec valet dicere,peccatũ auaritiæ, & prodigalitatis nõ priuare rectitudine eiusdẽ actus,quia peccatum prodigalitatis priuat rectitudine huius actus, volo retinere qñ, & vbioportet;peccatũ vero auaritiæ priuat rectitudine huius actus,volo dare quibus, qñ, & vbi oportet:nã ad vtrũq. actũ inclinat liberalitas & vtrumq. elicit eodẽ tempore. Contra hanc solutionẽ est,quia vnus & idem actus liberalitatis,& cum eadem rectitudine,esse potes,oppositus vtriq. peccato,vt,volo dare qñ, & quibus,& vbi oportet,& non aliter, nec alijs:tunc ergo malitiæ prodigalitatis, & auaritiæ non erunt distinctæ specie. *Reijcitur.*

Tertia opinio & tenenda,est,peccatum, vt peccatum,& malum morale,seu eius malitiã specificari à rectitudine, ordine, seu ordinatione,seu conformitate ad legem, & rationẽ: quæ nõ est proprie honestas, seu bonitas moralis;sed conditio cõcomitans,vt ex Molin. 1. p.q.5.disp.vnica; docuimus sect. præced. & sic intelligitur D.Th.q.72.a.2.ad.2.& a.6. & a.9. ad.1.*peccatũ,vt malũ est,specificari ab eo,quo priuet, sicut cæteræ priuationes.* Idé ait,2.2.q.10.a.5. ad. 1. & q.118.a.5.constat autẽ secundũ D.Tho. peccatum,vt malum,importare priuationẽ conformitatis ad legẽ:ergo ab hac conformitate specificatur,& quoniã hæc cõformitas ad legẽ ex ipsa lege specificatur; ideo multi dicũt, peccata formaliter sumpta,ex ipsis legib. seu præceptis specificari :quod confirmant, quia peccatũ est dictũ vel factum vel concupitum cõtra legẽ Dei:ergo si est diuersa lex Dei,peccatũ erit formaliter diuersum;si autẽ est eadẽ lex,erit formaliter idẽ.Si obijcias,quia interdũ vnus actus v.g.furti, est cõtra diuersa præcepta legis naturæ,diuinæ,& humanæ, & nõ propterea habet multiplicem malitiam: ergo,&c. Respondent isti, illa præcepta materialiter tantum multiplicari, scilicet,quatenus à diuersis personis, vel diuerso tempore, aut modo feruntur, & non formaliter: se vero loqui de formali multitudine, & distinctione præceptorum. Vnde idem actus habebit plures malitias, si sit cõtra præceptũ tẽperantiæ,& religionis,&c. vt rẽ habere cum fœmina Deo sacra.neq. cũ D. Tho.q.72. ar.6.

69 *3.Opin. tenenda.*

ar.6.ad.2.& de malo.q.2.a.6.ait, *peccata non distingui specie ex præceptis*, loquitur de peccatis non formaliter,sed materialiter sumptis (*vt late Zumel.q.72.a.6.dub.3.*)neq.de specie priuatiua, sed positiua;quæ solũ est in peccato cõmissionis:& ideo D.Tho.ibidem docet, peccatum commissionis & omissionis non distingui specie.Cæterum quis negare poterit, loquendo de specie abstrahendo à positiua& priuatiua,peccata commissionis & omissionis distingui specie?

70 *Dub.* Si Roges,quando præcepta sunt formaliter diuersa,vt inde intelligamus,conformitates,quibus peccata priuant,esse diuersas?Respondetur, quando vnum est affirmatiuum, aliud negatiuum,& quando vnum præcipit, vel prohibet substãtiá actus vel obiecti(aliud vero eius circunstantiam, vel conditionem; vel vnum vnam circunstãtiá,aut conditioné, aliud vero aliam:item quando, licet prohibeant eandem rem,tamen vnũ prohibet sub vna ratione & vno motiuo, aliud vero sub alia, & ex alio motiuo. Ita Zumel.q. 72.ar.6. dub.3.vnde in accessu ad virginem Deo sacrã est triplex malitia,vna contra præceptũ prohibens accessum ad non suam, aliud specialiter ad virginem, aliud specialiter ad Deo sacram,& in hoc sensu ait D.Tho. q.72.a.1.ad.2. *peccata distingui secundum oppositas virtutes*, ideſt communiter ex priuatione conformitatis ad præcepta diuersarum virtutum, licet interdũ distinguantur ex priuatione cõformitatis ad diuersa præcepta eiusdem virtutis, quãuis etiá possit illud dictũ.D.Tho. intelligi de specie positiua,quæ sumitur ex obiecto & fine & communiter ex oppositione cum actibus diuersarũ virtutum & interdum eiusdem, ná actus boni & mali habentes diuersa obiecta vel diuersos fines,sæpe etiam opponuntur inter se contrarie.Notandum autem est,quæ diximus de specificatione malitiæ moralis, intelligi de malitia morali secundum suam substantiam,vel essentiam,non secundum moralitatem : nam cũ moralitas malitiæ inuoluat actum ipsum,malitia, vt moralis, variabitur, vt superius dictum est,secundum actus,& cõsequenter secundũ obiecta vel fines,ex quib⁹ variãtur actus secũdũ substãtiá,vt statim dicemus.Notandũ quoq. est, secũdũ asserẽtes bonitatẽ & malitiam moralẽ non consistere inconformitate & difformitate ad legẽ vel rationẽ,sed ad naturam rationalẽ, malitiá moralẽ non specificari ex cõformitate ad legem, vel rationẽ;sed ad naturã rationalẽ,quoniam priuatio ex habitu, quo priuat ,specificatur: sed illam opinionem sæpe reiecimus.

Not. 1. *Not. 2.*

71 *Articul.2.* Loquendo vero de specie positiua actus mali,seu peccati commissionis(*quæ magis proprie dicitur species actus mali,vt docet D.Tho.q.72. a.1.ad.2.& a.6.& 2.2.q.10.a.5.ad.1.*) verum est,eã sumi ex obiecto terminatiuo,& ex motiuo,q, est finis, quia ad vnitatem specificã actus mali pro materiali,requiritur vnitas vtriusq. obiecti:ad distinctionẽ vero sufficit diuersitas vnius vel alterius,sicut in actib.bonis dictum est:& in hoc sensu loquitur.D.Tho.q.72.a.1.2. 3.& 6.& 2.2.q.10.a.5.ad.1.& 3.p.q.88.ar.4.& de veri.q.23.a.7.ad.2.& 2.d.42.q. 2. art.1.& hac.q. 18. art.2. & 5.quibus locis ait,*speciem actus sumi ex obiecto,aut fine, ad quem quis conuertitur.* & loquendo quidem de fine intrinseco nõ sumitur vna species positiua essentialis actui malo ex fine,alia ex obiecto; sed vna & eadem sumitur ex vtroq. ex fine autem extrinseco sumitur alia extrinseca & accidentalis,etiam positiua, quæ species positiua,nõ formaliter, sed fundamentaliter tantum,est moralis, ideſt bona vel mala:est tamen formaliter moralis,ideſt libera: morale enim, vt vidimus. 1. disp.interdum sumitur pro libero, interdum vero pro bono vel malo humano & morali.

Sed de distinctione specifica peccatorum secundum malitiam moralem,per quam cõstituuntur,plura dicenda sunt infra. q. 72. vbi ex professo à D.Th.& alijs disputatur,tanquá in opportuniori loco, nunc enim tantum in genere de bonitate & malitia humanorum actuum differimus.

Sectio. 4. V. Actus non solum ex obiecto, sed etiam ex circunstãtijs aliquam speciem malitiæ sumat: & an ad hoc necesse sit,eas esse in se ipsis volitas?

IN hac re omnes conueniunt, actum voluntatis nõ solum ex obiecto malitiam sumere;sed etiam sumere posse malitiá vel augmẽtũ malitiæ ex circunstantijs;idq. duobus modis vt notauit Scot.quodlib.18. scilicet addendo positiuas circunstantias rationi repugnantes,vel omittendo conditiones actui debitas secundũ rectam rationem:quod late etiá docuit Aug.15.Trinit.c.7.Basil.lib. de baptismo, qui sic explicat id Genesis. 4. *Si recte offeras non autem recte diuidas,peccasti. Nam ille, inquit, recte offert,qui Deo offert:non autẽ recte diuidit, si prudenter*,non discernat circunstantias, quid, & loci & temporis,&c. ratio autem est, quia malitia sumitur ex contrarietate ad legem vel rationem, aut naturam rationalem:non solum autem obiectum, sed etiam circunstantiæ habere possunt specialem repugnantiam cum lege , ratione , seu natura rationali : ergo & dare malitiam , vel eius augmentum, & quæcunq. circunstantia mala sufficit, vt actus simpliciter dicatur malus; quia *bonum ex integra causa, malum autem*

71

ex particulari defectu, iuxta Dion. sæpe citatum. Hæ autem circunstantiæ interdum augent intra eandem speciem, quatenus magis rationi repugnant intra latitudinē eiusdē honestatis, interdū vero afferunt nouā speciem ex Trid. sess. 14. c. 5. & canone. 6. quia habent specialē nouāq. repugnantiam cum lege & ratione. Ad cuius intelligentiā ea conducent, quæ de bonitate formali & obiectiua ex circunstātijs sumpta, in superiorib. dicta sunt, in particulari autē, quomodo augeant, tractabimus in materia de peccatis, vbi fusè D. Tho. q. 72. & 73. Non est autē prætermittēda generalis quædā quæstio, quale volūtariū requiratur, vt circūstantia conferat malitiā actui volūtatis? & præcipuè est dubitatio de illis, quæ se tenēt ex parte obiecti nā quæ se tenent ex parte actus, vt intētio, vel extensio, duratio, & maior libertas illius, non dubiū quin, licet nō sint in se volitæ, nec cognitæ, sed tantū voluntariæ per modū actus, augeant malitiā, vt de eisdē circunstātijs in actu bono, diximꝰ, augere bonitatē quāuis, quādo actus alioqui bonꝰ, vel certa eius intentio, aut extensio, aut duratio prohiberetur specialiter, & directe, etiam dubitatio esset quomodo actus, vel propria eius circūstātia deberet esse voluntaria, vt actus cōtrahæret malitiā ex illa prohibitione?

73 *Quæstio.*

1. Opinio esse posset malitiam obiectiuam circunstantiæ tenentis se ex parte obiecti, & dantis speciem, vt suam speciem malitiæ formalis conferat, debere esse in se, & propter se volitam. Huius opinionis nullus, vt credo, auctor est & merito, nam tendere formaliter & propter se in malitiam circunstantiæ, impossibile est: nemo quippe respiciens ad malū, operatur, aut appetere potest malum sub ratione mali, vt ex Diony. Boët. & alijs ostendimus in superiorib. Rarissime etiam ipsa malitia in se appetitur propter aliud, quoniam ipsa non solet per se esse necessaria, vel vtilis ad assequendum finem, sed ratione positiui, aut alterius priuationis, cui est cōiuncta: circunstantia autem frequentissime confert suā speciem malitiæ: ergo vt illam conferat, non opus est, malitiam obiectiuam circunstantiæ esse propter se, aut in se volitam.

1. Opinio.

74 2. Opinio esse potest, non quidem malitiā circunstantiæ, sed ipsam circunstantiam debere esse in se, & propter se volitam, vt conferat actui propriam speciem malitiæ. Fauet D. Tho. q. 72. a. 9. & 2. 2. q. 53. a. 2. ad 3. & q. 148. a. 4. ad. 1. dicens, circunstantias malas, quæ amātur ex eodem motiuo, non afferre distinctas species, sed eandem, vt cum quis accipit alienum, qñ non oportet, & vbi non oportet, & plusquam oportet, totum pertinet ad eandē speciē peccati, quia hic non sunt diuersa motiua: sed si essent diuersa motiua, essent diuersæ species, puta si vnus acciperet, vbi non deberet, vt faceret iniuriam loco sacro: quod faceret speciem sacrilegij: alius qñ nō deberet, propter solum appetitū habendi superfluum, quod esset simplex auaritia. Sed huiꝰ opinionis merito etiam, vt credo, nullus est auctor. Constat enim, eum, qui mæchari vult, non velle propterse cōmuniter damnum alterius: malitiam tñ iniustitiæ contrahere. idem est de eo, qui vult percutere cum periculo homicidij, & ď eo, qui furatur ex loco sacro, vel occidit propter furtum, & in alijs multis: & & aperte hoc docet D. Th. de malo. q. 2. a. 6. ad 6. & colligitur ex eodē, q. 20. a. 5. & 73. a. 8. & 4. d. 16. q. 3. a. 2. q. 3. vbi, vt obiectum vel circunstātia conferat suam speciē malitiæ, non petit propter se appeti, sed satis esse iudicat appeti obiectū cognita prohibitione, & malitia obiecti vel circunstātiæ, seu speciali eius repugnantia cū lege vel ratione. Qñ autem D. Tho. q. 72. a. 9. & 2. 2. q. 53. a. 2. ad 3. & q. 148. a. 4. ad. 1. dicit, circunstantias non afferentes distinctū motiuū, non afferre distinctā speciē peccati. Inprimis est interpretandus de specie peccati, non vt peccatum; vel actus malus est, sed vt actus est, & de specie formali, non de materiali: nā species formalis à fine sumit, nō ab obiecto, vt ex D. Tho. q. 18. a. 6. & alibi cōstat. Sed ea species formalis, quæ à fine sumitur, subalterna est, & sub se comprehendit diuersas species actuum tendētium in diuersa obiecta propter eundem finē: vel si intelligatur D. Th. de specie peccati, vt peccatū est, intelligitur, qñ circunstantiæ non habent distincta motiua, habentia distinctam repugnantiā cū motiuo legis, & rationis, tunc enim non cōferunt distinctā speciē; secus si habent distinctā & specialem repugnantiā cū motiuo legis & rationis, vt in exēplis. D. Th. siquis accipiat pecuniā, qñ, & vbi non oportet, vel plusquā oportet, eandē speciē malitiæ contrahet. v. g. furti, vel auaritiæ: quia accipere alienam pecuniam, in vito dño, qñ & vbi nō oportet, & plus pecuniæ quā oportet, eandem habet repugnantiam cum motiuo legis, & rationis. Similiterq. congregare, vel retinere pecunias sine iniuria alterius, quando, & vbi non oportet, & plusquā oportet. Idemq. est in materia tēperantiæ, comedere qñ, vbi, quale, & quantū nō oportet &c. nā idem omnino motiuū, idēq. est finis ipsius prohibitionis, nēpe remouere iniuriā proximi, vel miseriā eius, vel infirmitatē egentis, &c. & vt cessante fine legis cessat eius obligatio, ita non variato fine proprio, nō variat eius obligatio, variato autē, variat: vt si quis propter comedat, cōtra modestiam, vel solius delectationis causa, quod est otiosum, vel quando, & vbi, & quale, aut quantum non oportet; quod est contra sa-

Reijcitur.

75

lutem: vel coram quibus non oportet, quod est contra charitatem, & ędificationem, & cum scandalo &c. sed quia quando sunt diuersi fines, legis solent esse diuersi fines operantis, ex vno fine violantis vnam legem ex alio aliam; ideo. D. Thom. in peccatorum distinctione videtur recurrisse ad motiuum operantis, quod tamen est impertinens ad malitiam, nisi quatenus aduersatur, vel non aduersatur proprio fini & motiuo legis, & rationis, propter quod reprobat actum.

Aliam explicationem eisdem locis affert
75 Caietanus multis alijs merito reiectis vt circunstantia illa det speciem actui, quæ sit directe in se volita, licet non propter se dummodo, quátum est ex se, possit esse motiuum: quæ expositio partim videtur aliena à mente D. Thom. eo quod videtur loqui de motiuo peccantis: partim etiam continet falsum, nam vt statim videbimus, etiam si circunstantia non sit in se volita, potest dare suam speciem malitiæ. Alij exponunt etiam de specie malitiæ: sed de intentione formali, vel virtuali directa vel indirecta: de qua in q. 76. art. 3. ad. 2. ait, quantum remanet in ignorante de volũtario, tantum remanet de intentione peccati, sic fere explicat Zumel, q. 72. a. 9. conclus. 1. dicens, per motiuum intellexisse obiectum ipsum, quatenus induit diuersam rationem difformitatis ad regulam rationis. At certe D. Tho. videtur loqui de intentione & motiuo formali, nam intentio virtualis, & implicita atq. indirecta semper existit, quando circunstantia cognoscitur ex parte obiecti: tamen vult D. Tho. circunstãtias non habẽtes diuersa motiua, non cõferre distinctas species peccati. Fateor loca illa D. Tho. adeo esse difficilia vt in eorũ expositione difficile sit vel veritati, vel D. Tho. vel vtriq. non aduersari.

3. Opinio est, requiri saltim, vt circunstãtia
76 dans speciẽ sit volita, vt materiale obiectũ, ita
3. Opinio. Caie. q. 72. a. 9. sic explicans, quod ait D. Tho. ibi, *circunstantiam, quæ nõ habet diuersum motiuũ, non dare diuersam speciẽ actui.* Vbi nomine motiui intelligit ipse obiectũ in se volitum, siue propter aliud. Sed certe quod præcise amatur propter aliud, non dicitur obiectũ motiuum: ergo hæc explicatio nó est ad mentẽ D. Tho. præter quá, quod doctrina Caiet. vera nó est, vt videbimus. Et præterea speciẽ positiuã, speciem malitiæ moralis esse arbitratur, contra dicta sect. præced. eandẽ tñ opinionem docet Caie. q. 73. a. 8. & 76. a. 9. & 2. 2. q. 43. a. 1. 2. & 3. & q. 53. a. 2. circa solutionẽ ad. 3. quibus locis varijs modis explicat hanc sententiam, & in illa solutione ad 3. dubius manet, an vt circunstãtia det speciẽ, debeat esse directe, & p se volita, & cupit in hac re magis doceri, q̃ docere.

77 Suadetur. 1. quia species positiua actus sumitur à solo obiecto motiuo, vel terminatiuo: ergo circunstantiæ non habentes rationẽ obiecti motiui, vel terminatiui, non dant speciẽ positiuã actui, ac proinde nec speciẽ mali moralis, si hæc est positiua. 2. quia circunstantiæ generales nõ dant speciẽ, nisi sint in se volitæ, ergo idẽ est de alijs: cõsequentia patet ex paritate rationis, antecedens verò probatur, quia circunstãtia offensæ diuinæ, quæ est cõtra charitatẽ, & circũstantia ingratitudinis ad Deũ, & circunstantia inobedientiæ, & aliæ, si quæ forte sunt generales circunstantiæ, non semper dãt speciẽ suã actui: alias quilibet actus peccati haberet saltẽ ex his circunstantijs 78
generalib. plures species malitiæ, quod videtur absurdũ. Hæc tñ sententia generaliter sustineri nõ potest, vt late probat Adria. in 4. in materia de Eucharistia. q. 3. & oppositã videtur tenere D. Tho. locis contra. 2. opin. & alijs locis nuper citatis, & 2. 2. q. 99. a. 2. & 3. & 154. a. 1. ad. 2. Alens. 4. p. q. 77. memb. 3. Dur. 4. d. 17. q. 3. Zumel in fin. q. 72. a. 9. disp. 1. concl. 1. & 2. Valen. disp. 2. q. 13. punct. 4. Medi. q. 18. a. 3. in fine, & a. 11. in fine, & q. 72. a. 9. in princip. Azor, to. 1. lib. 1. c. 4. q. 1. Prob. 1. quia peccatum factũ ex ignorãtia culpabili est eiusdẽ speciei cũ peccato ex scientia: ergo non requiritur ad cõtrahendã speciẽ malitiæ, directa voluntas: nam, interueniente ignorantia, nõ potest esse talis voluntas. Resp. Caie. antecedẽs esse verum de ignorantia culpabili iuris, quia hæc non occultat circunstãtiam obiecti, & ideo cum ea esse potest directa voluntas talis circunstantiæ: non vero procedere de ignorantia facti, quæ ipsam malitiam occultat, vt cum quis accedit ad fœminam, quã vincibiliter ignorat, esse nuptam. Sed hoc inprimis est contra omnes auctores: deinde nulli rationi nititur, quia quod dat actui malitiã, non est obiectũ materiale, vt sic, sed deordinatio, & turpitudo eius, hæc autem absconditur per ignorantiam iuris, tunc enim non iudicat aliquis, obiectum esse turpe, & indecorum, sed potius id ignorat, aut etiã putat, esse pulchrum, decorum, & honestum. Ergo si ignorantia facti obstat, ne obiectum, vel circunstantia obiectiua conferat actui malitiam, similiter, obstabit ignorantia iuris: item, qui in venatione in caute, & absq. diligentia sufficienti sagittã mittit, & occidit hominẽ, re vera est homicida: ibi tamẽ interuenit ignorantia culpabilis facti, quæ tollit voluntarium directum, quia tamen non tollit indirectum, non tollit malitiam: ergo. Respondet Caie. illud proprie non esse peccatum homicidij, sed in cautæ venationis. Sed cõtra, nam si quis sic occideret, maneret irregularis, vt late Nauar. c. 27. n. 230. irregularitas autẽ respõdet peccato homicidij, & nõ incautæ venationis, ergo, item

ille

ille teneretur restituere damna: ergo peccauit contra iustitiam, & non nisi in specie homicidij, ergo. item quia in illo actu venationis, quando non est per se prohibitus, nulla est alia malitia, nisi homicidij, cuius periculum vitari debet & non vitatur: ergo cum ille actus sit malus, habet malitiam homicidij. Præterea cum est prohibita venatio grauius peccatum est venari cum illa ignorantia vincibili, quã si non esset eius modi ignorantia, quia in vno casu est præuisum periculum homicidij, aut certe præuideri debuit & potuit; in alio nõ: ergo ille actus habet malitiam homicidij & ideo illa circunstantia periculi, imo & ipsa occisio consecuta, est necessario confitenda, etiam iuxta opinionem asserentem, circunstantias aggrauantes intra eandem speciem, non esse necessario confitendas: ergo non solum interueniente ignorantia iuris, sed etiam facti, peccata ex scientia & ignorãtia violãtium eandẽ legẽ, sunt eiusdẽ speciei, vt plane docet D. Tho. q. 76. a. 3. & 4. in corp. & ad. 2. vbi ponit exẽplum de ebrio, qui inebriandose, contrahit malitiam, non solum ebrietatis, sed etiã homidij: quod præuisum est, vel præuideri potuit & debuit: alioqui subsequens homicidium & præsens periculum ipsius non imputaretur, quia periculum & homicidium nunquam est volitum in se ab ebrio: ergo hoc non est necessarium.

78 Idem colligitur ex Arist. 3. ethi. c. 5. & 6. & ratione probatur quia homo sæpe & specialiter tenetur actus malos vitare, ex quibus videt, sequi mortem temporalem vel spiritualem, vel alia damna proximi, vel Christianæ fidei, vel religionis: ergo si ciusmodi actus exerceat contra diuinum præceptum, peccat; sed non peccato omissionis, quoniam operatur: ergo peccato commissionis, ex quo in voluntate resultat duplex malitia, altera, quæ ineset, etiam si illud damnum non timeretur: altera, quæ inest ex eo quod damnum illud timetur, tunc enim est in voluntate priuatio conformitatis ad duplicem legem. Idem est, quando quis in Ecclesia fornicatur, vel hominem occidit, quia tunc est in voluntate violatio legis diuinæ prohibentis furtum, & homicidium & alterius legis, quæ saltem humana est, prohibentis specialiter huiusmodi actus in Ecclesia propter reuerentiam Ecclesiæ: ergo actus vere cõtrahẽt speciẽ sacrilegij. Conf. quia priuatio conformitatis ad legem sine actu sufficit ad peccatum omissionis: ergo & cum actu ad peccatum commissionis: maxime cum ex superius dictis peteat, in sola priuatione consistere, & Caietanus in quolibet peccato commissionis, præter malitiam positiuam, admittat priuatiuam. Confirm. nam siquis accedat ad mulierem, quam existimabat suam, vel solutam & postea sciat, non esse suam, sed alteri nuptam, voluntate manente sine mutatione positiua, est in voluntate vnica vel duplex malitia noua: ergo circunstantia cõfert malitiam, etiam si non sit in se volita. Idẽ est de eo, qui volebat accipere, cõsumere, vel retinere rem, putans esse propriã & postea sciẽs, esse alienã, non mutata volũtate. Idẽ deco qui occidit in loco, quem inuincibiliter ignorabat esse sacrum & postea persenerat in eodem actu omnino, sciens locum esse sacrum. Vnde Caieta. argumẽtis coactus tandem videtur descendere in nostram sententiam: ita tamen, vt dicat, malitiam illam, quæ sumitur ex circunstantia tantum indirecte voluntaria, non esse simpliciter in tali specie, sed reductiue; sed hoc magis spectat ad quæstionem de nomine, quam de re & non videtur verum, etiam quantum ad modum loquendi: nam ille est transgressor duplicis legis: ergo vere & proprie, & in toto rigore habet duplicem malitiam in duplici specie constitutam, & ideo incurrit pœnas homicidij, & sacrilegij, non secus, ac si voluisset directe illam circunstantiam: si autem quis ignorãtia vincibili deliquisset, & lex diceret, præsumpserit, temerarie attentauerit vel similia, non incurret pœnas, vt bene Nauarr. cap. 29. num. 74. Caie. verbo excommunicatio. c. 28. & 81.

Quarta ergo sententia, eaque receptissima, tenenda est, satis esse circunstantiam esse indirecte voluntariam, vt det malitiam speciei distinctam; patet ex dictis contra præcedentem & ex differentia inter bonitatem & malitiam sæpe tradita: quia cum malum contingat ex quocumque defectu, quomodo cumque voluntas illud amet, satis est vt inficiat & maculet voluntatem. Neque intelligi potest, quod voluntas quacumque ratione velit malum, quin malefaciat volendo, aut quod voluntarie, libere & scienter transgrediantur legem, quin malefaciat trãsgrediendo. Ex quibus sequitur quamuis circunstantia vt conferat speciem malitiæ, debeat esse aliquo modo cognita & volita ac proinde transire in rationem obiecti, vt docet Ochã quod lib. 3. quæst. 15. Gab. 3. dist. 23. quæst. 1. art. 1. Caiet. 1. 2. q. 18. a. 10. Azor to. 1. lib. 2. ca. 3. q. 1. & ca. 4. q. 4. tamen non oportere, vt sit propter se aut in se volita: excipiũtur aliquæ circunstãtiæ, quæ non dant propriam speciem nisi sint in se, & propter se volitæ vt ad 2. dicemus. 79 *4. opinio. auctoris.*

Ad. 1. autem argumentũ 3. opinionis Resp. nullam esse speciem malitiæ positiuæ in actu morali, sed tantũ priuatiuæ, & hãc non sumi ex obiecto motiuo, vel terminatiuo, sed ex rectitudine & conformitate ad legẽ, cuius cõformitatis priuatio est. & licet teneremus, *Ad. 1. arg. 3. opinionis*

malitiam actus esse positiuam. Responderi posset argumento, eam non semper sumi ex obiecto motiuo, vel terminatiuo secundū se; sed secundum aliquam cōditionem, vel circunstātiam propter quam dumtaxat vel saltem specialiter est prohibitum, quæ circunstantia, tametsi non attingatur inse à voluntate, dum modo intelligatur, vel vincibiliter tantum ignoretur coniuncta obiecto, inficit actum: quia præstat, vt sit positiuè cōtra legē, licet non sit de essentia actus; sed ad denominationem extrinsecam pertineat, attingere obiectum sub tali conditione aut circunstantia, propter quam, vel solū, vel speciatim est prohibitum. An vero ille actus, qui nō attingit circunstantiā, vel cōditionē, propter quā obiectum est hac vel illa lege prohibitū, generet habitum vitiosum contrarium illi legi? alia quæstio est, nec facilis, quæ suo loco elucidanda est.

80 *Ad. 2. Opinio auctoris, & communis de generalibus circunstātijs.*

Ad. 2. Respondetur communem doctrinā esse dari aliquas circunstātias generales, quæ sunt communes omnib. vel pluribus peccatis, vt inimicitia, & quasi odium Dei. De qua D. Tho. 2. 2. q. 23. a. 4. ad. 3. imprudentia, de qua q. 53. a. 2. inobedientia. De qua q. 104. a. 2. ad. 1. & q. 105. a. 1. ad. 1. ingratitudo. q. 107. a. 2. ad. 1. & 2. & 3. p. q. 88. a. 4. & superbia cuius meminit. q. 162. a. 2. & 8. & scādalum, quod comitatur omnia peccata publica, vt odium proximi omnia peccata, quæ fiunt contra proximum, de qua scandali circunstātia. 2. 2. q. 43. a. 3. in corpore. Eisdemq. locis D. Thom. quem merito alij communiter sequuntur, aperte docet, has circunstantias generales nō dare speciem actui, nisi sint directè, & in se volitæ. Vnde D. Tho. q. 72. a. 4. ait, licet peccata, quæ sunt contra proximum, etiam sint contra operantem, inde tamen specialem malitiam non habere, quia hoc est commune vtiisq. & similiter licet peccata, quæ sunt contra Deum, & proximum, sint quoq. contra Deū; tamen hinc specialem malitiā nō habere, quia hoc est commune omnibus peccatis: fatetur tamen, quæ specialiter sunt contra Deum, vel cōtra operantem, inde habere specialem malitiam, seu distinctam speciem malitiæ. Sed non est facile rationem huius differentiæ inter generales, & speciales circunstantias reddere: nam rationes factæ pro. 4. opinione cōtra tertiam videntur etiam in generalibus circunstantijs vrgere: nam voluntarium indirectum sufficit ad malitiam, vbi sufficit directum: sed in generalibus circunstantijs sufficit ad malitiam voluntarium directum: ergo, & in directum. Item malitia consistit in priuatione conformitatis ad legem, vel in contrarietate ad illā: sed vna est lex, quæ præcipit nō inferre damnum proximo, alia, quæ sibi, alia quæ Deo, qui autem violat legem, quæ prohibet damnum proximi, violat etiam legem, quæ prohibet damnum proprium: quia quocūq. peccato quisq. sibi nocet: ergo peccat duplici malitia, altera contra iustitiam inferendo damnum proximo, altera contra charitatem inferēdo damnum sibi, & similiter cum peccat contra se. v.g. agendo intemperate, violat legem, quæ prohibet damnum Dei, scilicet inobedientiam erga ipsum, & irreuerentiam: ergo violat duplicem legem, & sic contrahit duplicem malitiam, altera contra temperantiam, alteram contra charitatem & gratitudinem, ex quibus tenetur ad vitandum eius damnum etiam in bonis extrinsecis obediētiæ, reuerentiæ, honoris, &c. Vnde falsum est, quod quidam dicunt, ab his circunstantijs sumi malitiam quasi genericam, quia sic malitia ex obiecto, vel circunstantia particulari, & malitia ex circunstantia generali, essent subordinatæ, & non pertinerent ad diuersas virtutes; sed ad eandem sub ratione speciali, vel communi: quod est falsum, quia vna malitia pertinet ad temperantiam, alia ad charitatem, vel gratitudinem erga Deum, &c. Et vna potest deesse actui cum inest alia; nam qui ignoraret invincibiliter Deum, non ageret cōtra charitatem & gratitudinem ipsius agendo contra temperantiam.

81 *Opinio cōtraria.*

Propterea aliqui cōcedunt, generales circunstantias, quomodocunq. voluntariæ sint, dare propriam malitiam, quæ speculatiue loquendo distincta est à malitia sumpta ex obiecto; moraliter autem non distinguitur, sed eadem reputatur, quia inseparabiliter, & necessario vna est alteri anexa in eo, qui non laborat ignorantia, vel in aduertentia inculpabili, & constituit vnum peccatum: quod secus est quando hæ circunstantiæ sunt directe volitæ, seu intentæ: tunc enim illa intentio cōstituit peccatum omnino distinctum: quia illa intentio directa separabilis est à prima malitia, etiam in eo qui nulla laborat ignorantia. Hunc modum dicendi aliqui probabilem putant, limitari autem adhuc posse affirmant, distinguendo, & dicendo, dupliciter posse circunstantiam dici generalem, primo per modum genetis, vt quod sit aliquo modo auersio ab vltimo fine, quòd sit disconueniens, & spirituale nocumentū inferens operanti, quod sit aliquo modo contra legē & de his est verū, nō dare specialē malitiā, nisi sint specialiter intentæ, quia tunc sumuntur, vt obiecta specialia, & alijs modis sunt solum voluntariæ, per modū rationis genericæ, aliæ vero sunt circunstantis generales & vniuersales solum per quandam concomitantiam: quia scilicet vel semper vel vt plurimum comitantur aliam malitian obiectiuam: vt fortè

est

est malitia scandali: & in his conceditur dari propriam malitiam, etiam si tantum sint in directe voluntariæ. In quo tamen vltimo addunt prædicti, in his circunstantijs generalibus considerandum esse, an ex vi illarum oriatur specialis obligatio ad vitandum actũ, vel operandum sic: nam interdum & sæpe nõ oritur, quia sufficit obligatio, quæ ex obiecto oritur, & tunc illa non conferunt malitiam, non tantum quia non sunt directe intentæ: sed etiam quia non censentur in directe voluntariæ, moraliter & formaliter loquendo, sed tantum materialiter. v. g. si quis ex præcepto tenetur ieiunare, lex illa ponit illũ actũ intra virtutem temperantiæ, & illa est, quæ proxime obligat, non autem virtus obedientiæ; & ideo, qui violat illam legem, non vult etiam indirecte formalem malitiam in obedientiæ, sed solum materialiter dicitur inobediens, vnde illa lex tunc solum aggrauat constituendo maiorem necessitatem in illo actu intra virtutem temperantiæ, & ita facile est, inquiunt, respõdere ad omnia obiecta.

Sed hæc omnia minimè satisfaciunt: nam

82 *Reijcitur.* præterquam, quod sunt contra opinionẽ D. Thomæ, & communem, si circunstantiæ generales per concomitantiam conferunt propriam speciem in eo, qui non laborat ignorãtia inuincibili, vel inaduertentia inculpabili, in alio vero non: ergo erit in confessione exprimendum, quando actus fuerit elicitus cum hac ignorantia, seu in aduertentia, vel sine illa, alioqui non intelliget confessarius omnem malitiam grauem & mutantem speciem in actu. Nec valet dicere, semper intelligi hanc malitiam: nam cum sæpissime detur hæc ignorantia aut in aduertẽtia, sæpe deerit hæc malitia: ergo sæpe falletur confessarius, & quãdo erit malitia non eam certo cognoscet, & quãdo deerit, eam esse existimabit. Durum etiam videtur cõcedere, cum quis fœminam, v. g. solicitat, ibi esse non solum malitiam luxuriæ & scandali (quas admitto) sed etiam malitiam contra amorem sui, & Dei, & contra gratitudinem erga Deum, & contra humilitatem, qua deberet Deo se subijcere, & contra religionem, qua deberet nihil efficere, quod sit contra honorem Dei, & si placet, contra obedientiam, ex qua quisque tenetur parere diuinis præceptis: cur enim nõ potius ex illa teneatur quam ex temperãtia, aut alia virtute: nam temperantia non videtur obligare, nisi ratione præcepti, aut obedientiæ: ergo hæc magis obligare videtur.

83 *Opi. Auct. defenditur.* Propter hæc ergo dici potest, inobedientiam esse essentialem omni malitiæ morali, & ideo non esse circunstantiam generalem per concomitantiam, sed per prædicationem: parum autem referre, & non aggrauare notabiliter, sed leuiter tantum, quod inobediẽtia sit contra præceptum Dei, nõ solum naturale, sed positiuum, aut etiam cõtra præceptũ humanum vt aliquãdo esse solet, & ideo hoc speciale non est exprimendum in confessione, sed satis esse dicere, se peccasse in hac vel illa materia, cum hac vel illa circunstantia specialiter prohibita, ex quibus sumitur omnis malitia specifica. Ex amore autem erga nos non tenemur specialiter abstinere à peccatis, quia nocere nobis peccando essentiale est omni peccato: nam priuatio conformitatis ad legem, in qua consistit formale peccati non est malum: morale, nisi vt est nocumentum nostrum, & quid disconueniens naturæ nostræ. Neque ex amore erga nos tenemur vitare hoc nocumentum quando præuidetur, & vigilare, vt prꝛeuideatur. dura enim esset hæc obligatio, & parum necessaria cum semper habeat coniunctam aliam aliunde ortam, & hoc dãnum facile reparari queat per pœnitentiam. Eadem ratione durum esset, & parũ necessarium obligari nos saltem grauiter ad omnia præcepta seruanda ex charitate Dei vel ex gratitudine & humilitate erga ipsum vel ex religione. Neque cum regibus aut parentibus in obedientes sumus, agimus, saltem grauiter, contra eorum amorem, aut gratitudinem, etiam si sint insignes benefactores, aut contra humilitatem, quare, cum scriptores vel concionatores arguunt omnes peccatores ingratitudinis & superbiæ, & carentiæ debiti amoris, & debitæ humilitatis, minus proprie, & per quãdam exaggerationem loquũtur, solumque significant, esse in omni peccato quandam superbiæ & ingratitudinis atque inimicitiæ effigiem, aut vmbram, vel, vt alij loquũtur, superbiam, contemptũ odiũ, & ingratitudinem virtualia, & implicita, quæ non trahunt peccata in aliam speciem, sed includuntur intime in quolibet peccato, quæ omnia cõfirmantur, quia peccata distinguuntur ex præceptis secundum D. Tho. q. 72. a. 6. neque mirum, siquidem peccatum pro formali consistit in difformitate ad legem, & ideo qñ leges specie distinguuntur, etiã malitiæ specie distinguũtur: sed respectu illarum circunstantiarum non sunt plura præcepta specie distincta: ergo corruptio earum circunstantiarum non potest variare speciem peccati: mi. prob. quoniam eodem præcepto tenemur esse temperati & obedientes in materia temperantiæ, & non inferre Deo nocumentum extrinsecum, quod est priuatio obediẽtiæ passiuæ, & intrinsecũ nobis quod est priuatio obedientiæ actiuæ seu conformitatis ad legem Dei; tenemur autem speciali præcepto non committere peccata animo offendendi Deum, aut nocendi nobis: neque ex

affectu contrarietatis ad legem Dei,neq. ex detestatione subiectionis ad Deum, & eius legem:ideo. 1. horum haberet specialem malitiam contra amorem Dei.2.contra amorem nostrum.3.contra obedientiam, contra gratitudinem vero erga Deum peccamus, si acceperimus ingentia beneficia proueniētia notissime ex speciali Dei prouidentia, & non aliquid speciale agamus,quo ostēdamus, nos gratos,vt abstinere à peccatis hac ratione,vel promouere diuinum cultum, aut obedientiā aliorum erga diuina præcepta,aut quid simile Deo gratum efficiamus,& sic Scot. 4. d.22. q.vn.a.3.circa finem,& Sotus,d.16. q.1.a. 4. dicunt,eum,qui sæpe relapsus est in peccata, & sæpe illi remissa sunt, teneri circunstantiam ingratitudinis confiteri,non quidem singula peccata remissa explicando: hoc enim esset intolerabile iugum, nec cadit sub præcepto, sed in genere,dicendo sibi pluries esse remissa eadem,vel similia peccata:quod etiam seruandum esset quando alia ingentia,& singularia beneficia sibi collata fuissent, maxime, si circunstantiæ aggrauantes notabiliter intra eandem speciem(qual sunt reliqua beneficia in ordine ad speciem ingratitudinis) nō essent necessario confitendæ, vt contendit Nauarr. c. considereret de pœnit. d.5. a nu.6. & alij multi. Cōtra humilitatem vero erga Deū peccamus, cum erigimus nos contra ipsum, positiue nolentes longe inferiorem locum illo tenere, sed in honoribus,& alijs huiusmodi ei æquari, aut fere æquari;& vt nō omne peccatum quod est generaliter vel specialiter contra Deum, est contra eius amorem, neq. habet specialem deformitatem contra eius charitatem:ita non omne peccatū quod est contra proximum, habet deformitatem specialem, & proprie sumptam contra amorem proximi,vt recte Caie. & alij. 2. 2.q.34. a. 6.circa solutionem vltimi argumenti: tenemur autem speciali præcepto charitatis erga proximum,non solum non velle formaliter præbere illi occasionem ruinæ, sed neq. materialiter,scilicet efficiēdo sine causa aliquid, vnde eius ruinam merito timere possimus:de quo videre licet Nauarrum,c,6.n.19.Cordub. in summa casu.5.Petrū de Soto lect.9.de confessione Palat.4.d.16.q.3.Maior.d.38.q.3.Adri. q.4. de confessio.Sūmistas verbo scandalum. D.Tho.& alios.2.2.q.43,de scandalo vide etiā Num.25. vbi peccatum cum Moabitide iudicatum est grauissimum ex circunstantia scādali,quod tamē non fuit directe,& per se intentū:ergo hæc circunstantia aggrauat notabiliter,& mutat speciem,etiamsi non sit per se intenta, nec directe, & in se volita sicut, & aliæ circūstantiæ specialiter prohibitæ, de quo in tract.de pecc.Quod vero dixit D.Tho. circunstantiam scandali esse generalem, & non dare speciem peccato,intelligitur, quādo quis peccato suo talem occasionem ruinæ præbet,quæ,vel nō est notabilis, vel creditur nullam ruinā proximo,de facto illaturā esse tunc enim scandalum est de ratione peccati coram alijs commissi,& tantum prohibetur illo præcepto quo prohibetur ipsum peccatū. Similiter imprudentia,quæ est generalis circunstātia, vel est carētia prudentiæ metaphorica, nimirum in opere nō segerere, vt virum prudentem,nec sequi regulas prudentiæ, & talis imprudētia intrinsece includitur inquolibet peccato, & prohibetur eodē præcepto, quo ipsum peccatum prohibetur,ergo ea circunstantia non dat peculiarem speciē:vel est, priuatio considerationis,quam si homo habuisset,re ipsa nō peccasset, per eam enim in officio contineretur,& hæc imprudentia nō est mala sed causa, sine qua nō ipsius peccati, quia non est priuatio considerationis debitę, cum non debeat homo, aut certe non possit semper tantā considerationē habere,ergo talis imprudentia non dat specié aliquā malitiæ ipsi peccato.Si vero in peccato inueniatur priuatio considerationis debitæ, miscetur aliud peccatum oppositum studiositati,quod pertinet formaliter ad voluntatē: ad intellectum vero extrinseca tātum denominatione, vt de fide diximus suo loco,quia nullū peccatum,nullaq. malitia moralis est formaliter in intellectu,sed tantum in voluntate.

84

Ex dictis colligitur alia ratio propter quā circunstantiæ,quæ vere generales dicuntur, non conferunt speciem peccato, imo neque ipsum aggrauant;nam circunstantia, quæ cōfert speciem,vel aggrauat, supponit propriā speciem peccati,cui adiungitur iam cōpletā in seipsa;& ea suppositā,addit nouā speciem, vel grauitatem, sed circunstantiæ generales nō supponunt peccata iam constituta in sua specie, quinimo pertinēt ad eorum constitutionem essentialem,ergo neq. dant speciem neq. aggrauant. Mi.prob.quia omne peccatū essentialiter est inobedientia quædam,& superbia,& ingratitudo,& imprudentia,& cōtemptus Dei,& odium ipsius & propriū,nam qui diligit iniquitatem,odit animam suam. Maior autem ex terminis est nota, quia circunstantia est accidens,ac pro inde supponit subsstantialem & essentialem malitiam: licet interdum pertineat ad integritatem indiuidui,vt quantitas hæc,vel illa in furto. Porro, licet circunstantiæ generales, nec dent speciem,nec aggrauent,tamen augmētum illarum potest aggrauare,vt maior est ingratitudo & maius peccatum intra propriam speciem,cum maiora aut plura beneficia quis accepit,& se accepisse considerat,nam ea cō-

89

sideratio

sideratione posset facilius declinare peccatũ & sic magis peccat, licet non notabiliter, nec nouo genere culpæ, nisi cum beneficia ingentia & singularia sunt, quibus respondere nouo & speciali præcepto tenemur, vt diximus, in quo casu peccata preterita remissa nõ proprie vt bene docet D.Thom.3.p.q.88.a.1. sed tantum improprie & quodammodo reuiuiscunt ratione ingratitudinis, quæ nũquam est propter se volita, cum non sit propterse appetibilis, licet possit esse voluntaria, non solum indirecte, vt patet: sed etiam directe inquantum esse potest medium ad alicuius boni consecutionem.

Ex quibus omnibus tandem colligitur, sine fundamento aliquos asseruisse circunstantias generales non mutare speciem: aggrauare tamen notabiliter intra eandem speciem. Hoc enim secundum in quo à nobis dissentiunt, nullas pro se habet rationes, nisi friuolas, & quæ obiter, & tacite à nobis inter differendum solutæ sunt.

86 Prædictis consonat Azor magna ex parte. Tomo 1.lib.2.c.4.q.1. vbi inquirit, an circumstantia, vt det speciem, debeat esse per se, directè, & ex presse voluntaria: quam quæstionem multis in locis ait a Caiet. propositam, scilicet.1.2.q.72.a.9.& 73.a.8.& 76.a.4.& 2.2.q.53.a.2.ad.3. sed nunquam ab eo plene dissolutam: ipse vero Azor ait, quosdam esse virtutum & vitiorum actus, qui speciale propositum requirunt, quo aliquid sit perse volitum vt actus obedientiæ specialis requirit specialem voluntatem parendi præcepto, vt pareas; & inobedientiæ, vt non pareas; Gratitudinis, vt beneficium compenses, vel recognoscas; ingratitudinis vero vt deneges, seu non recognoscas benefactorem, quare siquis ieiunium ab Ecclesia inductũ, prætermittat, aut sacris, quibus lege Ecclesiæ interesse compellitur, non adsit, is contra temperantiam vel religionem peccat, non tamen semper speciale inobedientiæ crimen admittit. Item, qui in alterum dese bene meritum peccat, non est semper ingratus, nec item, qui opere vel exẽplo suo occasionem peccandi alteri præbet, aut qui verbo vel consilio alterum ad peccandum inducit, specialè peccatum scandali committit, nisi ea voluntate & animo fuerit, vt ille peccat: quoniam scandalum, vt speciale peccatum sit, huiusmodi specialem animi voluntatem deposcit.

87 Eodem modo is cuius causa alter in lethale crimen incurrit, non est propterea homicida spiritualis alterius; quoniam id non facit specialiter, vt ille alter Dei gratiam, & charitatem amittat. Pari ratione cætera peccata externa, vt sint specialiter peccata ex odio in alterum, ex contemptu, ex inuidia, ex ira & superbia, specialem animi voluntatem & propositum postulant: quare in his omnibus peccatis vt circunstantia specialem deformitatem præstet, debet esse perse, & directè voluntaria. Alia vero sunt peccata, quorum prauitas non requirit speciale propositum quo perseuit volita circunstantia, vel ratio, à qua sumũt speciem malitiæ, veluti, si Titius furetur eo animo, vt adulterium committat, fur est, quanuis furtũ non velit propterse, sed propter adulterium. Item si Caium occidat solum propter furtum, vel adulterium, vere est homicida. Item siquis rem sacram furetur, vel in loco sacro depositam, asseruatam, siue relictam, sacrilegus est, quamuis iniuriam nõ vellet loco sacro facere, sed vellet rem esse nõ sacram &c. Item si Titius occidat Caium clericum nollens esse clericũ, nihilominus est sacrilegus. Item, siquis contra votum cum scorto rem habeat, sacrilegus est. Licet nolit iniuriã religioni irrogare: peccat etiam quis violans diuinam legẽ & rationi repugnans, licet non operetur vt aduersetur rationi, vel diuinæ Legi. Hæc in summa Azor lo.cit.circa 88
quæ aduerte, in actibus bonis, non solum in obedientia & gratitudine: sed etiam in omnibus virtutibus debere id, à quo sumitur bonitas, esse propterse volitum, vt suam speciem conferat: patet ex dictis disput.2. sect.7. & 9. aduerte itẽ, in materia de peccatis tractãdũ esse, an ad rationẽ scãdali necesse sit ruinã proximi esse directe inse & propterse volitam.

Ex his facile deciditur quæstio. 2. tractata eodem.c.ab Azore, videlicet, quæ nam circũ- 89
stantiæ possint tribuere speciẽ peccati. Ipse in summa. Resp. Prima circũstãtia, scilicet, quis, quæ est qualitas & conditio operantis potest præstare speciẽ, vt siquis ex voto, iuramento, pacto vel officio ad aliquid teneatur, & id ommittat, ommissio habet specialem peccati circunstantiam, quis.2. Est quid, quæ est qualitas, conditio, aut quantitas obiecti, aut materiæ. Hæc potest dare speciem, si persona, in quam quis peccat, sit persona sacra, religiosa, consanguinea, vt cumquis clericum interimit, est sacrilegus, cum parẽtem, particida & si quis vno actu voluntatis velit, furtum, homicidium, & adulterium perpetrare, tres malitias actus ille internus habebit.3. est, vbi. res profana in loco sacro deposita asseruata ve, si surripiatur sacrilegij speciem facto confert; siquis coeat in loco sacro, facer locus speciem sacrilegij luxuriæ cõfert: si ad Ecclesiam confugiens, ab ea extrahatur, extractio propter locum est sacrilega: at siquis in loco sacro peieret vel alium conuitijs afficiat, vel alia similia peccata committat, sacrilegij speciem ex loco non capiunt. 4 est quibus auxilijs, vel medijs: nã si sint specialiter prohibita, specia-

lem

lem malitiam conferunt, vt cum quis peccádum socios & ministros sibi asciscit, qui eius motu, impulsu, consilio, hortatu, ductu, imperio, vel authoritate peccant. Et cum quis homicidium, vel mędatium eligit propter adulterium, furtum, &c. ex socio, ministro, vel medio capit actus malitiæ speciem. Quinta cur seu finis, ex quo actu capere malitiam perspicum est, vt latius inferius disseretur. Sexta est quomodo, speciem tribuit, cũ modus ad substãtiam actionis aliqualiter pertineat: acceptio rei alienæ capit speciem rapinæ, si fiat domino sciente, & renitente. Septima, quando, speciem tribuit, vt siquis non ieiunet in die præcepti, vel non audiat sacrum in festo &c. An vero peccata, quæ in festo fiunt, contrahant ex die festo malitiam sacrilegij, alibi discucietur. Hæc fere Azor ibi, quæ perspicua sunt: semper autem debent esse hæ circunstantiæ voluntariæ eo modo, quo dictum est, vt speciem tribuant.

Sectio. 5. V. circunstantia, quæ dat speciem malitiæ, transferat actum ad aliam speciem, dando ei speciem integram.

1. Opinio. CONRADVS. a. 10. huius quæstionis. 18. & a. 7. q. 73. affirmat, actum habentem malitiam ex obiecto, accedente mala circunstantia mutante speciẽ, non habere duas species malitiæ, sed vnicam constitutam ex malitia, quam confert ex se obiectum, quæ est generica, & ex malitia, quam confert circunstantia, quæ malitia est differentia essentialis cõtrahens priorem. v. g. accedere ad non suam præcise, est malum in genere, & abstrahit a malitia intẽperantiæ, iniustitiæ, irreligionis &c. si addas nuptã alteri, ex illa ratione generica, & hac differentia resultat species quædam iniustitiæ, quę vocatur adulterium; si vero addas, esse virginem, resultat alia species contra iustitiam, vt quidam volunt, vel contra charitatẽ vt volunt alij, quæ vocatur stuprum. Si vero addas consanguinitatem vel affinitatem, fit alia species forte contra charitatem, & vocatur incestus. Si vero addas, violenter opprimi, resultat alia species cõtra iustitiã, quæ appellatur raptus: si addas, esse Deo sacram, vel in loco sacro resultat alia species cõtra religionẽ, quę vocatur sacrilegiũ. Si vero nullam eiusmodi circunstantiam aggrauantem addas, vocatur fornicatio simplex, & actus est in specie intemperantiæ. Eodem modo ponuntur exẽpla in furto simplici, sacrilego, & violento. Suadetur. 1. hæc opinio ex D. Tho. 22. q. 154. a.

1. Argum. 1. 6. 7. 8. & 10. Vbi ait stuprum, raptum, adulterium, incestum & sacrilegium esse diuersas species luxuriæ. Eodemque modo loquitur. 4. d. 41. q. 1. a. 4. q. 2. & de malo. q. 2. art. 6. ait, species prouenientes ex fine & obiecto esse disparatas non vero, quæ proueniunt ex alia circunstantia & obiecto. In quo loco, D. Thom. docuisse sententiã Conradi, fatetur Vazq. infra; sed ait, non esse tenendum cum D. Thom. ibi cum aliud docuerit. 2. 2. vt videbimus. Fauent etiam huic sententiæ. Antoninus. 2. par. titulo. 5. capitulo. 2. in principio ex cap. lex. §. cum ergo 36. q. 1. & Nauar ca. 16. num. 3. Siluester verbo luxuria. q. 1. vbi Armil. num. 4. & reliqui sumistæ numerantes varias species luxuriæ, nec valet dicere, hos loqui de speciebus accidẽtalibus luxuriæ & fornicationis. Nam D. Tho. q. illa de malo a. 6. in corp. & ad 2. & 3. & 12. ait, furtũ in sacro loco sub furto, & adulterium sub fornicatione contineri, vt species sub genere: quod falsum esset si in illis solum contraheretur accidentaliter furtum & fornicatio; vt falsum est, hominem album & nigrum sub homine contineri, vt species sub genere; diuisio enim hominis in albũ & nigrum non est generis in species, sed subiecti in accidentia. Præterea si sermo esset de speciebs accidentalibus, multæ aliæ essent numerandæ: nam ex quolibet fine habente specialem deformitatem sumit actus speciẽ accidentalem malitiæ.

2. Quia ex obiecto & circunstantia constituitur vnum integrum obiectum: ab vno autem obiecto vna tantum malitia sumitur. 2

3. Quia vna lex est non accedendi ad non suam, in qua nulla conditio perse habens deformitatem specialem reperitur: alia autem lex est non accedẽdi ad non suam alteri nuptã, ergo qui ad hanc accedit, vnam tantũ legem violat: & sic tantũ habet priuationem vnius conformitatis ad legem ac proinde vnicam tantum speciem malitiæ. 3

4. Nam cum quis satisfacit Deo, est vna species reducta ad iustitiam, cum vero satisfacit proximo, est alia species rigidæ iustitiæ: cũ opem fert proximo simplici in extremis constituto, actus est in simplici specie misericordiæ; cum vero patri, in specie pietatis & nõ misericordiæ; & similiter in vitijs oppositis: ergo idem dicendum in exemplis luxuriæ, & furti supra adductis. 4

5. Si sunt duæ species in furto sacrilego. v. g. ergo sunt duo peccata, consequens non videtur ad mittendum. ergo. Propter hæc forte non est omnino improbabilis prædicta sententia. 5

91

2. Tamen opinio longe probabilior est circunstantiam aduenientem actui malo ex genere non destruere priorem speciem sumptam ex solo obiecto, sed vtramque manere in actu malo, seu potius voluntate, vt albedo & dulcedo in laćte, & idem esse, si a principio *2. Opinio. auctores.*

feratur

feratur voluntas in obiectum cum illa circũstantia. Hæc est communis opinio recentiorum. a. 10. vbi Medina & Caiet. qui idem tenent. 2. 2. q. 154. a. 1. in fine & a. 7. ad. 3. dubium, & art. 10. & Valentia. 1. 2. disputatio. 2. q. 13. puncto. 4. Azor, tomo. 1. lib. 2. cap. 3. q. 3. Zumel q. 73. a. 7. disp. 2. dubio appẽdice & disp. 1. suppositione. 1. &. q. 72. a. 9. in appendice ad. 2. disput.

Prob. 1. Vazq. disp. 53. cap. 1. & latius. cap. 3. Probatur. 1. ex D. Thom. qui in hac quæst. 18. a. 1. ad. 3. &. q. 1. a. 3. ad 3. ait, non esse inconueniens eundem actum esse in diuersis speciebus moris etiam disparatis &. a. 7. in corpore & ad. 1. ait, quãdo obiectum non ordinatur per se ad finem, speciem, quæ sumitur ex obiecto, non contineri sub ea, quæ sumitur ex fine, tanquam sub genere; neq. econuerso sed actum tunc esse in duabus speciebus disparatis. Si dicas D. Thomam his locis docere, actum posse esse in diuersis speciebus disparatis, quando vna sumitur ex obiecto & alia ex fine, vel plures ex varijs finibus. Secus in alijs circunstantijs hoc enim discrimen constituit ipse Conradus locis citatis, & expresse D. Tho. de malo quæst. 2. a. 6. Cõtra, quia quantum ad hoc eadem videtur ratio de circunstantia finis & de reliquis, cur enim species ex fine & ex obiecto, vel ex varijs finibus non possunt vnam constituere, species autem ex obiecto, & alia circunstantia id possunt? licet illud discrimen verum sit & à D. Thom. intentũ, species actus ex fine & ex obiecto, vel ex varijs finibus esse omnino disparatas, quia sũt ex fine & obiecto quę sũt interse disparata, neutro alterũ modificante & quia vna neq; simpliciter, neq; hic & nunc sequitur ex alia; quinimo species finis omnino voluntarie, & libere adiungitur actui à voluntate: malitias autem ex alijs circunstãtijs nõ esse omnino disparatas quia sumuntur ex obiecto & circunstantia determinante & modificãte ipsum obiectum & quia ex natura rei secluso libero arbitrio interdum habent connexionem, & ideo quamuis hæc non sit vera constitutio specierum sub genere; habet tñ cum ea similitudinẽ; propterea que adulteriũ, sacrilegiũ stuprũ &c. dicũtur esse species luxuriæ scilicet accidẽtales; habẽtes tamẽ nõnullã similitudinẽ cũ subst ãtialibus vel specialiter dicuntur species luxurię, quia in illis actibus species luxurię, sumitur ab eo, quod perse intenditur, nempe delectatio venerea ad quam est per accidens quod fœmina ut virgo vel nupta vel Deo sacra vel consanguinea, qua etiam ratione species, quę sumitur ex fine, formalior est & principalior ea, quæ sumitur ex medio, vt docet D. Tho. in hac. q. 18. a. 6. ex Arist. 5. eth. c. 2. dicẽte, eum qui furatur propter mœchiam magis esse mœchum quam furem.

2. Probatur ex D. Tho. q. 73. a. 5. ad. 1. &. a. 7. asserente, in adulterio circunstantiam personæ coniugatæ trahere fornicationem ad aliud genꝰ peccati. &. 22. q. 154. a. 1. ad. 2. ait, non esse inconueniens in eodem actu, diuersorum vitiorum deformitates concurrere, & sic contineri adulterium sub luxuria & iniustitia: sentit ergo habere plures deformitates specie atoma distinctas. Idemq. docet Antoninus. 2. p. titulo. 5. cap. 2. in principio & Petrus Bergo. in concord. D. Thom. dub. 48. vnde quando D. Thom. ibi addit, neq; defformitas iniustitiæ omnino per accidens se habet. Non intẽdit malitiam luxuriæ contra hi perse & essentialiter à malitia iniustitiæ sicut genus: nam vt hoc excluderet, non dixit absolute, non se habere per accidens, sed non omnino per accidens. Ergo aliquo modo per accidens: tantum igitur voluit, non se habere omnino per accidens, sicut supra dicebamus de malitia finis, vel potius, vt explicat Zumel, quæst. 72. supra cum Caiet. imo & D. Tho. 2. 2. loco proxime citato, quia quanto aliquis maius damnum infert ex affectu luxuriæ, magis crescit ipsa malitia luxuriæ intra propriam speciem, vt latius infra. 92 *Prob. 2.*

3. Probant aliqui ex alio loco D. Thomæ nam. 2. 2. q. 99. a. 3. videtur ponere tres species atomas sacrilegij, scilicet in personã sacrã, & in locũ sacrũ, & in alias res sacras & in qualibet specie ait esse gradus ac proinde eãdem speciem substantialem sacrilegij esse violare sanctimonialem fornicatione & verberibus, & inter hæc duo tantũ esse differentiã accidẽtalẽ, vt docet ibi ad 2. quod tñ falsum esset si violare sanctimonialẽ verberib. tantũ esset in specie iniustitiæ: nam in violatione quæ fit per fornicationem, nulla interuenit species iniustitiæ: est ergo in hac violatione deformitas contra iustitiam & contra religionem & in hac. 2. deformitate (quæ est atoma secundum D. Thom.) hæc violatio conuenit cum violatione venerea. Similiterque violatio rei loci sacri, siue fiat furto, siue alio modo, est eiusdem speciei atomæ secundum D. Thom. tamen non sufficeret in confessione dicere, violaui rem sacrã sed oportet dicere, se furatum esse rem sacram, quia alioqui non explicatur iniustitia, ergo actus retinet speciem iniustitiæ. Similiter quando violatur ecclesia effusione sanguis eadem species atoma sacrilegij est, ac quando violatur effusione seminis, vt rectè, Vazq. supra, tamen non sufficit in confessione dicere violaui ecclesiã, quia non explicatur iniustitia, ergo actus retinet speciem iniustitiæ. 3. 4

4. Probatur ratione, quia voluntas adulterandi generat habitum intemperantiæ & iniustitiæ & postea ab vtroque habitu elicitur; habet

habetque duplicem malitiam, vnam intemperantiæ, aliam iniustitiæ, & quidem malitiâ iniustitiæ aperte cõcedit Conradus ex apertissimis locis D. Tho. malitiam autem intemperantiæ quis negare vnquam potuit? quis dicat, illum non esse luxuriosum; quis autẽ fateatur luxuriosum, & neget esse inhonestum & intemperatum? item in furto sacrilego neque Cõradus negat speciem iniustitiæ, neq. negare potest: quia iniuria irrogatur proximo, vt in adulterio, & cum obligatione restituendi, quæ ex violatione solius religionis nõ nascitur: speciem autem irreligionis quis negare poterit? cum sacrilegium ex terminis
5 aduersetur religioni. 5. Probatur etiam ratione nam quãdo fornicationi accedit circunstantia sacrilegij, stupri & incestus; quia violatur virgo, sacra, & consanguinea, non contrahitur luxuria ad vnam tantum speciem: quia non est maior ratio de specie acommodata vni circũstantiæ, quam alteri: ergo tunc manet intemperantiæ species cum alijs tribus: ergo eodem modo manere potest cũ vna sola ex his vel alijs circunstantiis mutantibus speciem. Idem argumen. fit in casu, quo virgo, nupta, consanguinea, habens simplex votum castitatis coniugalis, in loco sacro violenter corrumpatur a sacerdote vel religioso &c. & in casu, quo quis clericum interficiat in Ecclesia: sunt enim ibi duæ species sacrilegij contra personam & locum sacrum, quæ sacrilegia specie distinguũtur a D. Tho. 2.2.q.99.a.3.

6 6. Quando quis furatur in loco sacro, sacrilegium, saltem implicite & virtualiter atque indirecte, amatur veluti medium ad furtum, & cumquis accedit ad personã sacrã vel in loco sacro, sacrilegium implicite ordinatur ad furtum: ergo sumuntur inde duæ species malitiæ, vt quando quis formaliter explicite furatur propter mœchiam.

5 3 7 7. Siquis incipiat furari in loco sacro cum ignorãtia inuincibili loci sacri, & postea, adueniẽte sciẽtia, vel ignorantia inincibili loci sacri, prosequatur furtũ manẽte eadẽ volũtate, illud furtũ, & volũtas illius retinet malitiã iniustitiæ & induit malitiã sacrilegij cõtra religionem. Ergo habet duas malitias specie distinctas. Antecedens Prob. quia malitiæ istæ non sunt oppositæ: ergo aduentu vnius non destruitur alia, maxime cũ maneat idẽ actus tam internus, quam externus & licet mutaretur physice internus, posset manere eadẽ malitia, seu priuatio in voluntate; sicut eędem tenebræ manent inaëre, licet impedimenta lucis & causæ tenebrarum variẽtur: nam idẽ actus exterior potest habere varias species, bonitatis, vt siquis ex motiuo misericordiæ & religionis det Eleemosynam clerico pauperi, actus exterior habebit bonitatem religionis & misericordiæ, quia istæ bonitates interse non pugnant, neque sunt incompatibiles: sed similiter variæ malitiæ non sunt incompatibiles: ergo possunt simul conuenire eidem actui externo, vt subest pluribus internis, atque adeo etiam vt subest vni actui interno: nã cũ in actu interno ad contrahendam malitiam non oporteat circunstantiã, vnde oritur malitia, esse perse intentam, non oportebit plures actus elicere ad contrahendas plures malitias ex pluribus circunstãtijs; sed vno actu poterunt omnes contrahi: vt siquis velit accedere ad fœminam, inqua cõcurrunt plures circunstantiæ valentes dare specie mali moralis, quælibet propriã dabit.

8. Siquis præuidens futurum homicidium aut culpate id ignorans, aut non aduertens, inebrietur, aut exerceat venationem prohibitam, in eo actu sunt duæ malitiæ, vt superiori sectione ostendimus, vna ab obiecto sumpta, alia vero ab euentu, seu periculo damni futuri: ergo similiter cumquis furatur in loco sacro, est in actu duplex malitia; altera contra iustitiam, altera contra religionem, quæ est quasi ab euentu nam ex furto sequitur quodam modo in eo casu sacrilegium. Conf. ex D. Tho. 2.2.q.99. a.2.ad.2. Conf. ibi ait, malitiã furti vel fornicationis vel homicidij perpetrati in loco sacro, vel circa personam sacram, materialiter se habere ad malitiam sacrilegi, nimirũ, quia vtraque ibi est & malitia sacrilegij supponit malitiam furti fornicationis vel homicidij, & in ea fũdatur: ergo secũdũ D. Th. malitia ex circũstantia est distincta à malitia ex obiecto, quod etiã deducitur ex eodem infra, quæst. 88. art. 5. vbi ait, iram ex obiecto leuem, fieri mortalem per accidens ratione sequentis scandali vel alterius rei similis.

9 9. Malitia constit in priuatione conformitatis ad legem: Sed quando quis vult efficere actum malum ex obiecto & circunstantia vel circunstantijs, violat plures leges, vnam, quæ prohibet obiectum, aliam vero seu alias quæ prohibent circunstantias: ergo in voluntate sunt plures malitiæ, quia plures priuationes conformitatum ad legem, Conf. Conf. nam id, quod contrariũ vni virtuti est, nõ potest perse pertinere ad peccatũ, quod est contra aliam; sed quod res sit aliena, est contrarium virtuti iustitiæ, ergo non potest perse pertinere ad speciem sacrilegij, nec quod res sit sacra potest perse pertinere ad specie furti, quod est contra iustitiã, ergo in furto sacrilego manent species sacrilegij, & iniustitiæ; & sanè cũ virtutes differant specie; peccata, quæ perse illis aduersantur, debẽt habere malitias specie diuersas

10. Quia

10. Quia species vltima non est contrahibilis essentialiter, sed in adulterio species iniustitiæ supponit aliquam speciem vltimam scilicet fornicationis, quâ actus haberet secluſa iniustitia, & re ipsa habet in ignorante inuencibiliter circunstantiâ matrimonij, quæ species nõ potest esse subalterna. Nam genus nõ datur a parte rei, nisi in aliqua specie vltima, ergo species fornicationis non contrahitur essentialiter in adulterio, sed accidentaliter ad speciẽ iniustitiæ, manẽte propria eius specie scilicet intemperantiæ Conf. 1. quia hæc circunstantia non tollit principia sufficiẽtia ad turpitudinem intẽperantiæ: ergo nõ tollit illam.

Conf. 1.

Conf. 2.

Confir. 2. quia iniustitia non potest contrahere essentialiter intemperantiâ, sicut nec albedo saporẽ aut sonũ, vel similia quæ sunt genera, vel species disparatæ: sed fornicatio omnis essentialiter est intemperantia ergo non potest essentialiter contrahi per iniustitiam, sed tantum accidentaliter. Ad idẽ proferunt aliqui Arist. in antepræd. c. 3. asserentem diuersorũ generũ & non subalternatim: positorum diuersas esse species & differẽtias sed intemperantia & iniustitia nullo modo sunt genera subalternatim posita, ergo non habẽt easdem species & differentias essentiales, atqui nõ potest nisi impudẽter negari, fornicationẽ omnẽ esse intẽperantiâ & eam quę est adulteriũ, esse etiâ iniustitiâ, ergo cũ hæc genera non sint subalternatim posita nõ poterit idem actus adulterij secũdum eamdẽ speciẽ malitiæ essentialiter constitui subintemperantia & iniustitia sed sub diuersis, quapropter, vt quis defenderet oppositam sentẽtiam deberet dicere, intẽperantiâ abstrahendo à simplici, & non simplici esse genus subalternatim positũ cũ iniustitia, quia continet aliquam iniustitiâ, & aliquã non iniustitiâ, secus simplicẽ intemperantiâ, hæc enim non continet iniustitiã & ideo dicendũ est in hoc genere simplicis intẽperantiæ non esse adulterium, & sic argum. non vrgeret vt neq. vrget illud, quòd si adulteriũ dumtaxat cõtinet vnam malitiâ eamq. iniustitiæ, satis erit adultero, confiteri, se iniustitiâ perpetrasse. Non aduertunt, qui sic argumentantur, adulteriũ continere specialem iniustitiam, & id eo non satis alicui esse confiteri se iniustitiam cõmisisse, quia sic non exprimit infimam speciẽ malitiæ: idem est in furto sacrilego, & similibus: non enim sufficit dicere, se fuisse sacrilegum, vel furem, sed oportet dicere se comisisse furtum sacrilegum, quia totum hoc est de ratione speciei infimæ illius actus secundum primam opinionem. Tenendo tamen cum D. Thom. 22. quæst. 99. art. 3. sacrilegium in personam, in locum sacrum, & in alias res sacras esse species infimas sacriilegij, recte sequitur, si in vno actu ex obiecto, & circunstantia, vel circunstantijs tantum resultat vna species malitiæ, satis esse ei, qui fuit sacrilegus in ecclesiam, id dicere non ex primendo, an fuerit sacrilegus furando in ecclesia, vel extrahendo hominẽ ab ecclesia, vel effũdendo intra sanguinẽ homicidio, vel semen pollutione, stupro, vel adulterio, vel simplici fornicatione: quod est absurdum vt rectè colligit Zumel. q. 72. in fine. Similiter si vnica est species eaq. sacrilegij contra personam sacram violando illam fornicatione, vel verberibus, satis esset in confessione dicere, se sacrilegum fuisse in personam sacram, quod tamen nemo dixerit. Illud vero argumentum aliorum fortasse magis vrget, quia in Tridentino sessione. 14. cap. 5. de confessione dicitur. Circunstantias, quæ mutant peccati speciem esse necessario explicandas in confessione. Vbi insinuat, manere in ratione circunstantiarum actus spectati non solum in esse naturæ sed etiam in esse moris: quod tamen verum non esset, si vnica tantum ibi esset species moris ex obiecto & circunstantia simul petita, quod vero inquit D. Thom. 4. d. 16. q. 3. artic. 2. q. 4. in fine, circunstantiâ, quæ mutat speciem non esse, vt circunstantiam computãdam, intellige; quia non est mera circunstantia, sed quasi obiectum integrum perse dans malitiam, sic etiâ intelligitur, art. 10. dicens talem circunstantiam transire in obiectum.

95

Ad primum argumentum, primæ opinionis patet ex dictis in prima probatione, secundæ opinionis & consonant Caietanus. 22. quæst. 154. ad. 237. & articul. 7. dub. 1. & 2. & Vazq. illo capit. 3. docentes stuprum raptum adulterium conuenire in eadem specie atoma luxuriæ & esse species luxuriæ non essen tialiter formaliter, sed materialiter tantum, & D. Thom. illo, arti. 1. ad. 2. in adulterio, & alijs agnoscens diuersas deformitates, & malitias vnam contra castitatẽ aliã cõtra iustitiam si obijcias, quod ibidem ait D. Tho. speciem iniustitiæ in adulterio non se habere omnino per accidens ad speciẽ luxuriæ, ergo non est species disparata. Nego conseq. Solum enim voluit D. Thom. non se habere omnino per accidens quia malitia luxuriæ crescit in proprio genere ex iniustitia tanto enim deterior est libido quanto per iniustitiam adiunctam minus coerceatur: ita explicat Vazquez, cap. citat. & Bergomen. in concordantijs dubio. 84. Ad secundum Respond. licet illud obiectum sit vnum materialiter, tamen formaliter est duplex seu multiplex propter duas, vel plures repugnantias quas habet cum lege, & ideo

Ad. 1. arg. 1. Opin. Ad. 2.

ideo duas, vel plures malitias confert actui, & præterea circunstantiæ sæpe non sunt proprie obiecta respectu actus voluntatis; quia non attinguntur in se seu formaliter, & expli cite ab illo, sed tãtũ in alio, virtute, & implicite; transeunt tamen in ratione obiecti, quia debent in se cognosci, & esse aliquomodo vo luntariæ per modum obiectorum, vt speciem suam conferre possint.

Ad. 3. Ad. 3. Resp. eum, qui ad nuptam alteri accedit, violare duas leges, alteram, quæ prohibet omnem accessum ad non suam, alteram vero, quæ speciatim prohibet accessum ad alienam & non ad omnem non suam: quia in

Ad. 4. aliena est specialis deformitas contra ius mariti. Ad. 4. Resp. satisfactionem factam Deo & homini pertinere ad diuersas virtutes, quia Deo nulla satisfactio fieri potest ex alienis Deo, non solum a pura creatura, quæ non habet supremum dominium; sed neq. à Christo Domino quanuis hic ex proprijs satisfacere potuit, & satisfecit, & ideo eius satisfatio fuit ex quodam rigore iustitiæ superante quodãmodo satisfactionem, qua vnus homo alteri satisfacit: quia hæc satisfactio non est ex bonis in quæ homo habeat supremum dominiũ; tametsi sit ex proprijs, id est nõ communibus sibi & creditori, & ideo est alterius rationis à satisfactione quæ Deo fit, ad distinctamq. virtutem spectat, vt in materia de incarnatione dicetur. Et simili ratione iniuria quæ fit Deo ad impietatem & irreligionem pertinet, non ad iniustitiam commutatiuam, vt ea quæ irrogatur homini. Cum autem quis patri extreme indigẽti subuenit, duæ virtutes exerceri possunt, vna in patrem, vt est quidam proximus, alia in eundem vt pater est, prima misericordia est, secũda pietas, & siquis non subueniat illi, duas contrahit malitias vna est contra misericordiam, alia contra pietatem; eodemq. modo adulter duas malitias contrahit, vna est intemperantiæ alia iniustitiæ.

Ad. 5. Ad. 5. Resp. quãdo in eodem actu sunt duæ malitiæ ille est vnum peccatũ simpliciter & materialiter & duplex formaliter ex D. Tho. de verit. q. 23. a. 7. ad. 2. & 22. q. 154. a. 1. ad. 2. vt qui habet duas qualitates, vel artes est materialiter, & simpliciter vnum quale & vnus artifex: in voluntate autem, cui soli inest immediate malitia, vt subiecto in hęsionis, potest concedi duplex peccatum simpliciter. Nam ipsamet malitia est vere & propriè mala moraliter & peccatũ quoddam, ergo cum sit in voluntate duplex malitia, erit in ea duplex malum morale, & duplex peccatũ perse malum & perse peccatum, & tunc verum peccatum dicetur accidere alteri, non quia sit in alio, vt in subiecto, sed quia est in eodẽ subiecto cũ alio, vt in simili dicit D. Tho. q. 7. a. 1. ad 2. & 3. sed malitia iniustitiæ inest voluntati media malitia fornicationis, quia secluſa ignorantia inuincibili, vel inaduertentia inculpabili nõ potest ex actu resultare malitia simplicis fornicationis, & ideo hæc malitia censetur essentialis actui in esse moris; altera vero accidentalis, quoniam supponit in actu, cui aduenit aliam malitiam moralem.

Sectio. 6. Vtrum circũstantia mutans speciem augeat intra propriam eius speciẽ, malitiam sumptã ex obiecto.

96 SVPPONO ex dictis, non solũ cum malitia ex circũstãtia manere aliquã sumptã ex obiecto, sed etiam manere eandẽ quæ sumeretur ex obiecto secluſa illa circunstãtia. v. g. si aliquis accedit ad fœminã, quã inuincibiliter existimat solutã & postea scit nuptã, ex circunstãtia iniustitiæ superueniente non variatur species intemperantiæ sed eadẽ manet: quia obiectum est idem: ergo eandẽ cõfert malitiã. Itẽ circunstantia vnius generis non potest conferre speciem alterius: sed circunstantia adueniens solũ est iustitiæ, ergo non potest conferre speciem vllam intemperantiæ; eadem ergo manet in actu quæ esset si non adiungeretur talis circunstãtia. Vt Docet Caiet. 2. 2. q. 154. a. 7. ad. 2. alij. a. 8. Zumel infra. quæst. 73. ar. 7. in fine. Hoc supposito pro parte negatiua quæstionis arg. Quia eadem num. circũstãtia nõ potest duas malitias specie distinctas causare: sed circunstantia coniugij causat malitiã iniustitiæ: ergo non fornicationis. Dices non causare hanc sed augere, contra quia nihil potest intẽdere formã quin possit eam producere: sed circunstantia coniugij nõ potest malitiã fornicationis causare: ergo neq. intẽdere seu augere. Conf. quia gradus fornicationis præcedens & aduenies sunt eiusdẽ rationis, ergo circũstantia quæ non potest vnũ causare non poterit causare aliũ. 2. Arguitur, quia locus sacer nõ est in causa, vt per furtũ inferatur proximo maius damnũ, vel magis volũtarie; ergo locus ille nõ aggrauat iniustitiã furti.

Pro parte negatiua argumen. 1.

Conf.

2

97 In oppositũ est, quia ex eo, quod circũstãtia cõiugij mutat speciẽ, & cõfert malitiã specie distinctã à malitia obiecti, non fit, vt non reddat actũ difficilioré, ac proinde liberioré, quia ad actus difficiliores minus determinata est volũtas; Sed actus quo liberior, eo est deterior in propria specie, sicut bonus quo liberior, est melior in propria specie, ergo talis circunstãtia auget malitiam simplicis fornicationis in propria specie. Idem est de circunstantia loci sacri respectu malitiæ furti. 2. Nam si fingamus circunstantiam loci sacri non tribuere furto nouam speciem sacrilegij

Pro P. affir. 1. argu.

2. argu.

sacrilegij adhuc circũstãtia loci sacri aggraua ret malitiã furti intra propriã speciẽ iniustitiæ, quia recta ratio iudicat bona ecclesiæ cõmissa custodiæ ecclesiæ, & quasi sub præsidio Dei cõstituta, tutiora esse debere, ergo idẽ faciet quãuis re ipsa tribuat speciẽ sacrilegij. 3. Siquis percutiat in eccles. sine homicidio, vel sanguinis effusione, aggrauat peccatũ inspecie iniustitiæ ex circũstantia loci, ergo etiã si percussio habeat coniunctã mortẽ, vel effusionẽ sanguinis aggrauatur iniustitia. Conseq. est nota, & antecedens probatur, quia secundũ cõmunẽ sensum sapientiũ, illa percussio ratione loci fit granior, nõ autem est sacrilega; alias necessario esset cõfitenda circunstantia loci sacri, quod cõmuniter censetur falsum, ergo. Confirmatur. 1. quia non efficere actũ in loco conuenienti sufficit ad dandam ei malitiã; ergo, & ad augendã eius malitiã, si alioqui actus est malus, sed occidere in loco sacro est occidere in loco non cõuenienti; ergo auget propriã malitiã homicidij, licet simul addat aliã speciem malitiæ. Confirmatur. 2. quia locus sacer debuisset percutientẽ à tali percussione magis detinere, & retrahere, magis autẽ rectratiuũ aggrauat peccatũ in propria specie, quia auget liberũ, sicut magis impulsiuũ minuit peccatũ, quia minuit liberum, vt docet. D. Tho. q. 73. ar. 5. ergo etiã peccato iniustitiæ magis peccat, qui occidit in Ecclesia.

3.

Confirm. 1.

Confir. 2.

In hac re. 1. opinio est eiusmodi circunstãtias mutantes speciẽ non aggrauare malitiã actus intra speciẽ sumptã ex obiecto. Secũda est aggrauare intra talẽ speciem. Tertia vero distinguit, nam qñ circunstantia est finis seu formale motiuũ, non auget malitiã sumptam ex obiecto, vt cũ quis occidit vt furetur non est grauius homicidiũ vt homicidiũ, sed quia simul habet malitiam furti: secus si circunstãtia mutans speciẽ non fuerit motiuum formale aut finis, sed cõditio obiecti specialiter dissona legi, & rationi. Istam. 3. opinionem tenet Zumel infra. q. 72. a. 9. disp. 2. & q. 73. a. 7, disp. 1. & disput. 2. in appendice, & 2. pars huius opinionis in qua conuenit cũ 2. opinione, est expresse D. T. 2. 2. q. 154. a 1. ad. 2. vbi sic ait. Nihil prohibet in eodẽ actu diuersorũ vitiorũ deformitates cõcurrere, vt supra dictũ est (1. 2. q. 18. a. 7. & alijs locis citatis sect. præced.) & hoc modo adulteriũ cõtinetur sub luxuria, & sub iniustitia, neq. deformitas iniustitiæ omnino per accidens se habet ad luxuriã; ostenditur enim luxuria grauior, quæ in tantũ cõcupiscẽtiã sequit, quod etiã in iniustitiã ducat. vbi Caiet. idẽ docet, idẽq. colligitur ex D. Th. eadẽ. q. 154. a. 6. ad. 3. vbi sic ait, vt explicet qua ratione malitiam luxuriæ in stupro propter adiunctam circunstantiã iniustitiæ sit grauior: Ad. 3. dicendum quod nihil prohibet vnum peccatum ex cõiunctione alterius deformius fieri: fit autem deformius peccatum luxuriæ ex peccato iniustitiæ, quia videtur concupiscentia esse inordinatior, quæ à delectabili nõ abstinet vt iniuriam vitet, & arti. 7. ad. 2. vt idẽ explicet de raptu, ait. Ad. 2. dicẽdum quod illatio violentiæ videtur procedere ex magnitudine concupiscentiæ, ex qua aliquis non refugit immittere se periculo violentiæ inferẽdæ. Ratio huius partis manifesta est, quia talis circunstãtia auget voluntarium liberum vt in 1. argu. 2. opinionis ostẽdebatur.

1. Opinio.

2.

3

Secunda vero pars huius tertiæ opinionis probatur à Zumel dicto a. 7 disp. 1. con. 1. quia bonus finis non minuit malitiã prauæ electionis, alioqui posset adeo crescere aut multiplicari bonitas finis, vt nulla relinqueretur malitia in praua electione, ergo neq. malus finis auget malitiam prauæ electionis, nã eadem ratio videtur. Secundo probat, quia circunstãtia finis mali nõ cõtinet malitiã eiusdem rationis cum malitia obiecti: ergo, hanc non auget. patet consequẽtia, quia nemo dat quod non habet actu neq. virtute. Antecedẽs vero probatur, quia finis malus v. g. inanis gloria nõ continet malitiã homicidij neq. iniustitiæ alioqui illã conferret solutioni debiti, & alijs actibus bonis: ergo si homicidium fiat ob inanẽ gloriã, hæc non dabit neq. augebit malitiã homicidij. Tertio probat idem, quia cum quis occidit vt furetur, non augetur homicidium ipsum secundum se, cum mors cõsistat in indiuisibili; neq. augetur secundũ dispositiones prequias, aut læsionẽ: quia pono, eodẽ modo hominẽ percuti propter furtum, & alia quauis ratione: neq. ratio volũtarij est maior: quia minus voluntariũ est homicidium qñ diligitur ꝓpter furtum, quã si solum propter se diligatur: neq. deniq. illa circunstantia addit aliquid pertinens ad malitiã homicidij; sed furti duntaxat: ergo non auget malitiam homicidij intra propriam speciem: quomodo enim potest augere?

98

2. pars probat. 1.

2.

2.

Nihilominus censeo. 2. opinionem etiam in circunstãtia mali finis verã esse quia ratio facta in alijs circunstãtijs, quæ manifesta est, vt dixi, procedit suo modo in fine malo. Si quidẽ, vt malus est, retrahere potest voluntatẽ ab appetitu medij, quod talem finẽ inferre potest v. g. cum quis occidit propter furtum, quod nouit esse malum, difficilius occidit, quã si furtum esset bonum, ergo liberius occidit: ergo malitia furti conducit, vt homicidium ipsum liberius fiat, ac proinde, vt sit deterius etiã in specie homicidij, & hanc maiorẽ libertatẽ in homicidio ponit malitia furti, nõ solum quando furtum intenditur in homicidio, sed etiam quando non intenditur: sed cõsideratur, vt possibile obtineri per homi-

99.

Decisio.

micidium: difficilius enim fit id, vnde cõmodum ad mixtum in cõmodo sperari potest, licet non intendatur actu, quam id vnde commodum nullo incommodo admixtum spera-
Ad.1. arg. positũ p.2. p. 3. opin. ri potest. Vnde ad primũ arg. propositũ pro. 2. par. 3. opinionis. R. bonam intentionẽ minuere malitiam prauæ electionis, quia reddit obiectum electionis minus voluntarium, cum non sit volitũ propter se, sed propter aliud: nunquã tñ potest tota malitia electionis tolli: quia quãuis, cũ ipsum obiectum appetitur propter bonum finem, sit minus voluntariũ, quã dum propter se appetitur: tñ nõ est minꝰ volũtariũ, cum appetitur propter meliorem, & meliorem finẽ, aut propter malum finem. Vnde quicunq. finis intendatur, minuit malitiã quam actus habet ex obiecto, non quia bonus, vel malus finis: sed quia finis, ob quẽ præcise appetitur obiectum, quatenus tñ est malus finis, quia reddit actum difficiliorem, & liberiorem, auget eius propriam malitiã: neq. est inconueniens: sub vna ratione augere, & sub alia minuere, & magis augere quã minuat: quia plꝰ aufert malitiæ, quod obiectum non sit in se volitum, quã conferat, esse liberius volitũ, præcise ratione malitiæ: præsertim cũ aliunde etiã finis, qua ratione est finis, minuat libertatem volitionis obiecti: quia intentio finis inclinat, & interdum necessitat ad electionem medij, vt si necessarium omnino iudicetur ad finẽ. Ad. 2. Respon-
Ad. 2. detur, circũstantiã mali finis, propter rationẽ dictam, continere virtute malitiã aliquam ex obiecto sumendã, quia scilicet finis malus vt malus, nonnihil retrahit à volitione mali obiecti, & ideo volitio ipsa, si fiat non obstante illa ratione repellente, liberior erit. Ad. 3.
Ad. 3. Resp. ex malo fine augeri malitiã, quam confert obiectũ, quia malitia finis reddit actum magis volũtariũ, id est magis liberum aliqua ratione, quãuis idem finis vt finis, reddat actũ alia ratione minus voluntarium id est minus volitum in se, & minus liberũ, quia intentio finis ad volitionem illius obiecti, vel omnino velt aliqualiter determinat volũtatem.

Ad primũ primæ opinionis. R. eandẽ circun-
100 stantiã posse cõferre duas malitias vnã perse
Ad. 1. primo, alterã secundario, & per accidens, qua-
1. Opinion. tenus reddẽs actũ difficiliorẽ, etiam reddit illũ liberiorẽ, & quia sine illa esset actus liber, & contrarius alicui rationi, & legi, cui illa nõ aduersatur, ideo illa non potest talẽ malitiã conferre, sed aliã: potest tñ illam augere, & licet in causis efficientib. quod non potest causare effectũ, non possit illũ intendere: tñ in causis formalib. extrinsecis, vel per modum conditionis potest ab aliquo intendi forma, præsertim moraliter, à quo nõ potest causari, quia ad intẽsionẽ moralẽ malitię sufficit reddere actũ liberiorẽ: ad causandũ vero talẽ malitiã requiritur, habere aliam repugnantiã cũ lege, & ratione, quã repugnantiã ipsa circunstantia non habet, sed obiectũ; ideo neq. sola illa concurrit ad intẽsionẽ malitiæ, sed cum obiecto. Ex quib. patet ad confir. nã in mora-
Ad conf. lib. sæpe prior gradus prouenit ab vno solo, posterior vero ab illo simul cũ alio nõ potẽte inferre se solo vllũ illorũ graduũ, neq. tñ necessario concurrit aut requiritur ad illũ priorẽ gradu, quia alioqui sunt causæ sufficientes illius. Ad. 2. R. locum sacrũ esse in causa vt idẽ
Ad. 2. nocumentũ inferatur proximo magis voluntariè, id est magis libere, & ideo ex loco sacro aggrauari propriam malitiam furti.

Rationes. 2. opinionis partim concedendæ
101 sunt, omnes enim verũ cõcludunt, nõ tñ om-
Ad ratio. 2. opinion. nes bene de. 1. enim cõcedo, recte procedere, de 2. vero dico, quod si circunstãtia loci sacri nõ conferret furto speciẽ malitiæ accidentalis, vt neq. circũstantia tẽporis sacri; neq. haberet aliquã rationẽ vnde actus difficilior ac proinde liberior redderetur, nõ augeret propriã malitiã furti. Tamẽ in loco sacro est aliquid reddẽs actũ difficiliorẽ ac proinde liberiorẽ, quia licet peccare ibi nõ habeat specialẽ malitiã aut irreuerentiã, tñ id ommittere ob maiorẽ Dei reuerentiã est melius, & hic accessus bonitatis mouere potest voluntatẽ ad omittendũ furtum, & non retrahi hoc motiuo, est liberiùs, & ideo grauiùs peccare, & hac ratione omnia peccata in loco, vel tẽpore sacro inaduertente tale motiuũ grauiora sunt. Vnde ad. 3. cõcedo percussionẽ illã prædicto modo aggrauari in propria specie, fortassisauté est etiã sacrilega, nõ mortaliter, propter leuitatẽ materiæ, quia illa irreuerentia venialis est, si quidẽ eo actu nõ polluitur neq. violatur ecclesia, neq. grauiter læditur, sicut effusione sanguinis, vel seminis, vel extractione gaudentis immunitate ecclesiæ, vel furto rerũ comissarũ custodiæ loci sacri, & ideo in percussione, & alijs similib. peccatis illa circunstãtia non est necessario cõfitẽda, de quo alibi. Breuiter nequis sibi imponat aduertendũ est, cũ dicimus furtũ in loco sacro esse sacrilegiũ, & graue, ac necessario confitendũ ex D. Tho. hac. q. 18. a. 10. in corpore, & arg. sed cõtra, & alibi sæpe, & ex Doctorib. passim, id esse intelligẽdũ, qñ furto accipitur res sacra aut deputata aut mutuo accepta ad diuinũ cultũ aut cõmissa custodiæ loci sacri, vt fieri solet tẽpore belli, aut incẽdij, & nõ de alijs furtis in loco sacro perpetratis, vt tenet Victor. in suma. q. 194. Sotus. 4. d. 18. q. 2. art. 4. & dist. 22. q. 2. art. 3. Caiet. verbo excomunic. c. 21. & tom. 1. opuscul. 31. resp. 12. & cõmuniter recentiores. 2. 2. quæst. 99. artic. 3. & in materia de confessione. Quamuis oppositum videatur tenere

Nauarr.

Nauarr.c.6.n.4.Turrecrem. c. sacrilegium.17. quæst. 4.Sylu.Angel.Tabien. & Armil.verbo sacrilegium.Anton.2.p.tom.1.c.21.Alcocer,in summa.c.21.citans D.Thomam,& Alexan. id etiam est contra Palat.4. d.16. q.3. Petrum de Soto,lect.9.de confessione.Medin.1. summæ, c.9.§.2.Quibus impense faciet c.quisquis.17.q. 4.vbi dicitur etiã furtum rei non sacræ de loco sacro,esse sacrilegium.Sed hoc intelligendũ est de re non sacra pertinente ad cultum diuinum vel commissa custodiæ loci sacri. furari autem a persona sacra, non est sacrilegium, neque fornicari, peierare aut similia facere in die festo aut indie ieiunij, etiam veneris sancti.de quo Nauar.c.6.n.9.Ad 1.Conf. eiusdem arg. Respond.ad malitiã actus sufficere, si fiat in loco non conuenienti,id est inquo prohibitum est,fieri talem actum, & ita occidere in eo loco est occidere in loco non conueniẽti,& vel ea ratione locus sacer sufficit vt occisio sit mala,& si alioqui est mala, sufficit,vt sit deterior,sed non in propria specie,nisi,quia sic actus est liberior,vt diximus, & idem est quando adhibetur circunstantia mali finis:nam apponere finem malum malo actui,non est prohibitum, nisi præcepto non amandi malũ finem;ideo ea ratione non auget malitiam electionis, quæ sumitur ex obiecto:sed auget malitiam actus addendo aliã malitiam:alia tamẽ ratione, vt dixi,auget malitiã electionis in propria specie sumpta ex obiecto.Ad.2.conf. R.recte probare intentũ.

Ad.1.conf.

Ad. 2.

Sectio.7.Vtrum actus voluntatis accipiat malitiam ex fine.

102. IN actu malo considerare possumus speciem positiuam:& de hac Philosophandum est quantum ad obiectum,& finẽ,& alias circunstantias,sicut in actibus bonis:quia quoad hãc speciem eadem ratio est,& ideo de illa nihil amplius dicam: modo tñ agimus de malitia; quæ,vt diximus, in sola priuatione consistit: de qua dico,actum interiorem, ex fine malo malitiam sumere.Quod est per se notum, & quasi primum principiũ in moralib.quia prohibito aliquo fine, prohibetur consequenter operari propter illum,vt approbato fine, approbatur operari propter illum, nisi aliunde reprobetur;& actus bonus potest sumere bonitatem ex fine: ergo & malus malitiam, & propter vtrũq. intentio maxime cõsideratur in humanis actionib.Solum sunt notandæ aliquæ differentiæ inter bonitatem, & malitiã. Prima est vt actus sit simpliciter malus, sufficere malitiam finis! vt vero sit simpliciter bonus,non sufficere bonitatẽ finis:quia bonum ex integra causa &c. an vero bonitas obiecti sufficiat vt actus sit aliqua ex parte bonus, postea disputabimus. Secunda differentia est, 2
quod actus solũ sumit bonitatem ex fine per relationem in finem bonum; malitiam autẽ potest dupliciter ex fine sumere, vno modo per relationem in finem malum, propter eandem rationem,alio modo per carentiam relationis in finem bonum debitum; quomodo iuxta sententiam D.Tho. actus ex sua specie indifferens,fit malus in indiuiduo ex sola carentia relationis in finem debitũ: sicut interdum actus est malus, non ex mala circunstantia,sed ex carentia debitæ circunstantiæ, vt si quis oret sine attentione;& ratio est illa generalis:quia ad malitiam sufficit priuatio volũtoria conformitatis ad legem, seu non operari,vt lex postulat.Alius modus posset excogitari,vt actus sit malus ex fine improportionato:vt si actus malus referatur in Deum; aut bonum maius in minus:nam interdum significat Aug.peccatum esse ministeria, vel bona spiritualia ordinare ad tẽporale cõmodum, sed in priori actu malitia non est ex fine, sed ex obiecto. Mentiri enim ob dilatãdam fidẽ, gloriam,aut honorẽ Dei;nõ habet malitiam, nisi ex obiecto:si quis autẽ peccet vt placeat Deo,putans hũc actum placereDeo, non peccat ex fine,sed peccat quodam peccato orto ex hæretico quodã iudicio.In posteriori autẽ actu nulla est malitia, nisi quis in animo suo statuat,non vacare spiritualibus,quæ sunt in præcepto, nec procurare bona spiritualia, quæ procurare tenetur, nisi conducant ad tẽporalia:inquo casu tota malitia est ex obiecto,quia quæ absolute debet facere,vult non facere,nisi sub certa conditione. Tertia differentia,quia finis si sit intrinsecus & proprius, 3
& non mutuatus ab actu imperante, non admittit in actu interno bonitatem vllam ex obiecto,etiam si hoc bonũ sit:quia obiectum vt diximus in sect præced.non confert bonitatem suã,nisi habeat rationem finis. At vero actus malus simul cum malitia sumpta ex fine proprio, & intrinseco, habet malitiam ex obiecto malo,quia obiectum malum etiã si non sit per se intentum, neq. habeat rationẽ finis,cõfert suam malitiam, vnde qui vult mentiri,vt proximum infamet, nõ solum habet malitiam iniustitiæ ex fine, sed mendacij ex obiecto:& hinc oritur.Quarta differentia, 4
quod actus ex obiecto bonus non habet bonitatem ex fine,nisi per denominationem extrinsecam ab alio actu;actus autem malus potest illam habere,& per denominationem extrinsecã ab alio actu,& præterea perse ipsum, & ita potest habere duas malitias suo modo intrinsecas,vnã ex fine,aliã ex obiecto,& ille finis nõ est circũstãtia respectu actus interni, quia est intrinsecus,& dat ei speciẽ;finis autẽ mutuatus ab actu imperãte,qui est extrinsec²

& improprius,est vere circunstantia actus interni,vt superi⁹ in actu bono dictum est.Finis autem vnius actus non est circunstantia alterius ei coniũcti neq. ad ipsum pertinet ;vnde licet sit malus,nõ illum inficit,vt notat Vazq. q.18.a.3.cum Angesto.c.8.moral.in pri. con. 1.

103 Sed quæret aliquis, an malitia ex fine intrinseco sit magis essentialis actui interno, quam ea,quæ sumitur ex obiecto? Resp. cum vtraq. malitia sit priuatio,& actus ipse sit positiuus omnino,neutra est essentialis tanquã de essentia,vel pars essentiæ;vtraq.tñ est essentialis:quia manente eadem apprehẽsione eodẽq. iudicio de turpitudine finis,& medij,necessario vtraq. consequitur ad essentiã illius actus, quia essentialiter respicit illud obiectum,& illũ finem,secus de alijs circunstãtijs, quæ quidem possunt variari manente eodem actu;ideo licet eodem modo apprehendãtur prohibitæ, potest actus à malitia denudari ablatis illis circunstantijs, vt si virgo defloretur aufertur circunstãtia virginitatis,& si habens votum castitatis obtineat irritationem, commutationem, vel dispensationẽ voti,aufertur circunstantia voti. Non autem placet quod aliqui addunt, nẽpe quia obiectum est propinquius actui,& inseparabilius,ideo malitia,quæ ex illo sumitur censeri potest magis intrinseca,& quasi essentialis moraliter, quo modo in voluntate furandi propter mæchiã malitia furti est 1.& maxime intrinseca. Hoc inquam non placet,quia respectu actus interni tam inseparabilis est vna,quam alia malitia,& ita proxime,& propinq. hic actus respicit hoc obiectum,vt obiectum, sicut illum finẽ vt finem,licet ille finis sit prior in intẽtione,& hoc mediũ sit prius in executione.Si vero sermo sit de volũtate huius obiecti in cõmuni accepta, malitia obiecti est essentialis modo dicto,malitia autẽ finis est accidẽtalis, quia poterat appeti hoc obiectum alio actu propter alium finem, & nõ propter istum;similiter actui externo magis est essentialis malitia obiecti quã finis; quia stante apprehensione prohibitionis obiecti,non potest actus externus non dici malus ex obiecto,secus ex fine.Nam potest actus externus etiam durante tali apprehensione non fieri ob illum finẽ.

Quæstio. Quæres an externus actus furandi propter adulterium præcipue sit adulterium , quidam affirmant,actum illum furandi,licet substantialiter sit furtum; tamen magis esse adulterium, quia vt participat malitiam adulterij est magis voluntarius , & quia in moralibus magis attenditur finis,quã obiectum, & quia actio magis tribuitur imperãti, quam exequẽti; in illo autem euẽtu vitium adulterij imperat quodammodo vitio furti.Quam sentẽtiam reijcit,Vazq.disp.51. c.4.sed sano modo intellecta vera est,scilicet,illũ actũ magis id-est formalius participare malitiam adulterij, quia hoc tantũ est per se intentum, & propter se volitum. Substantialiter autem illum actum esse furti constat, quia magis denudabile est,vt diximus à malitia adulterij, quam à malitia furti.

104. Si quæras an malitia ex fine intrinseco sit maior in actu interno , quam malitia ex obiecto?Resp.non posse certam regulam assignari:nam interdum excedit malitia ex obiecto propter magnam turpitudinem obiecti, interdum vero malitia ex fine propter magnam turpitudinem finis , quæ licet æqualis, vel aliquantulum minor sit, potest actus esse deterior ex fine,quam ex obiecto propter modum tendendi, quia finis est directe intentus, & propter se amatus , & volitus, ac proinde magis volitus;nam propter quod vnũ quodq. tale,& illud magis.1.post.c.2. quomodo exponi potest illud, ꝙ ad hoc propositũ ex Arist.5. ethi.cap.2.adducit D.Tho.q.18.a. 6. qui furatur propter mæchiam magis est mæchus, quã fur. quamuis apud Aristotelem non sic legamus,sed hoc modo.Si quidam lucrandi causa facit adulterium,& accipit pecunias;quidam vero erogat,damnumq. patitur ob cupiditatem; hic quidem intemparans potius, quam pluris auidus est:ille autem iniustus; sed non intemperãs esse videtur. Patet ergo talem illum videri,quia lucratur,in quib. verbis nulla fit mentio de furto ptopter mæchiam ; sed mæchia ponitur vt obiectum , quæstus vero vt finis,qui quidem in se turpis,& malus non est,sed in causa,nimirum, quia licite merces illiciti actus accipitur;& ideo actus non habet malitiam ex fine; nisi secundum quãdam apparentiã,quia enim lucrũ per actum illicitũ quærit,auarus videtur;cũ tamen reuera nõ sit auarus , sed iniustus iniustitia adulterij: nec est intemperatus,scilicet, eo modo,quo alter,qui ob libidinẽ erogat, nam esse aliquo modo intemperatum negare Aristoteles non potuit;solum ergo voluit non esse valde affectum, libidinẽ licet ad peccatũ faciat contra castitatem,ac proinde contra temperantiam Hoc intendit Arist.ibi, vt patet ex contextu præsertim iuxta interpretationem Lambini,quæ est apud Donatum,eodem modo intelligentem hunc locum,& eodem modo illum intelligunt Maior. ibi, & reliqui interpretes, vnde reuera non est ad propositum.

105 Aduerte autem Vazq. disp.51.c.4. & Azor. lib.2.c.2.q.3. aliter intellexisse illa verba Aristot. vt scilicet Arist. eo.c.nomine lucri non intelligat quæstum iustum,sed iniustum,vt si quis fornicetur vt,plus pretij accipiat,quam iustitia patiatur, de hoc putãt docere Aristo. esse iniustum potius quam intẽperatum,quia iniust-

iniustum lucrum accipit vt finem;auaritiam vero vt medium, in quo sensu testimonium Aristo.ad rẽ esset:sed difficile alicui videbitur talem esse Aristo.sensum;sic enim non dixisset intemperantem illum hominem videri, quia lucratur,sed dixisset reuera esse iniustũ cum iniuste lucretur & lucrari velit.Nec obstat quod paulo post subiungit, si auare lucratus fuerit ad nullam aliam prauitatem, quam ad iniustitiam refertur: nam hic alius casus est.

106 Quæres an species, quæ est ex fine contineatur sub specie,quæ est ex obiecto,vel ecõuerso.de hac re disputat D.Tho. q.18. art.6. & eius resolutio est intellectu difficilima, vt patet ex dubitationibus quas ibi Vaz.proponit, vt ergo res intelligatur distinguendum est. Nam vel sermo est de specie bonitatis, vel malitiæ,aut de specie actus in esse naturæ. Si primo modo,nunquam species,quæ est ex obiecto cõtinetur sub specie,quæ est ex fine vel econuerso,vt recte concedit Vaz.in fine.1. dubitationis: & de bonitate quidem ratio est, quia ex obiecto,q; nõ est finis nulla species bonitatis sumitur.De malitia autem, quia ex obiecto & fine disparatæ species malitiæ sumuntur,quãdo ab vno quoque ipsorummalitia sumitur. Vnde merito dixit Vaz. nullum exemplum dari posse in quo species malitiæ ex obiecto contineatur directe sub malitia ex fine, vel econtra: & ita non video cur D. Tho.dixerit,quando obiectum per se ordinatur ad finem,speciem,quæ est ex obiecto,cõtineri directe sub specie,quæ est ex fine.Si vero sermo sit de specie actus in esse naturæ verũ est generaliter speciẽ, quæ est ex obiecto contineri directe sub specie, quæ est ex fine, & frustra distinguit D.Thom. quando obiectum per se refertur,vel non refertur ad finẽ, nam hoc verum est etiam quãdo obiectũ per accidens refertur ad finem,vt cũ quis furatur propter mæchiam,nam respectus ad mæchiã essentialiter contrahitur per respectum ad furtum,& ad homicidium,&c.siquidem electiones furti & homicidij ad mæchiam essentialiter conueniunt in ordine illo generali ad mæchiam,& ita D.Tho.immemor eorum quæ docuerat in illo.ar.6.(vt sentit Vazq.dixit.2.2.q.11.a.1.ad.2.quando quis furatur propter mæchiam,speciem furti contineri sub specie mæchiæ,vt sub genere, sed similiter species, quæ est ex fine directe continetur sub specie,quæ est ex obiecto, nam sicut electiones diuersorum mediorũ possunt conuenire essentialiter generice in respectu ad eundem finem,ita electiones in ordine ad varios fines in respectu ad idem medium.Quare ergo D.Tho.docuit speciem ex obiecto contineri sub specie ex fine,& non econuerso:certe non video quomodo D.Tho. intelligi in vero & legitimo sensu possit, vt nec vidisse Vaz.patet ex fine.1.& 2.dubitationis illius ar. Recte tamen D.Tho.eod.a.ad.1.& q.1.a.3. ad. 3.docuit, eundem actum secundum substantiam,seu in esse naturæ,non posse esse in duplici specie,quarum neutra subaltera contineatur,quia nullum indiuiduum potest esse in duplici specie substantiali infima, & disparata:probabile quoque est, quod circa illam solutionem ad 1.& disp.53.c.1. docet Vazq. in eodem actu interno voluntatis posse esse plures species bonitatis disparatas,vt quando adoratur humanitas Christi, propter gratiam vnionis,& propter gratiam habitu alem:pertinet enim ad diuersas virtutes; negat tamen idem medium in ordine ad diuersos fines honestos posse diligi eodem actu,ac proinde in eo casu eundem actum internum habere plures species bonitatis. Quod tamẽ nõ satis consequenter dictum videtur, si enim idem affectus adorationis potest complecti varia motiua, cur nõ idem affectus alicuius medij conducentis ad varios fines? Quare sentio in vtroque euẽtu idem dicendum esse,&vtramque opinionem in vtroq; euentu esse satis probab.de qua re nonnulla dixi disp.2:sect.7. & 9.similiter licet ibi Vazq. dicat,malitias requirentes specialia motiua,non posse in eodẽ affectu coniungi,vt malitia odij & inobedientia,&c.tamen mihi probabile est oppositum,quia sicut idem affectus bonus potest habere varia motiua, secundum opnionem probabilem;ita de malo dicẽdũ videtur, nec videtur impossibile,vt eodem actu quis velit mortẽ alicuius, quia est malum eius, & quia compensatiua iniuriæ, & ne illi sim inferior in dignitate,& ne illi obediam,&c. quæ sunt motiua odij,iræ,inuidiæ,& inobedientiæ:neque oportet,quidquid ille dicat,quando sunt plures malitiæ in actu,vnam esse primariam, & veluti substantialem,alias vero esse secundarias,& veluti accidentales,nam plures possunt ex æquo conuenire eidem actui, licet quando vna sumitur ex fine;alia vero ex obiecto, hæc sit primaria, & veluti substantialis actui externo;illa vero secundaria,& accidentalis,quia perse loquendo,& secluſa mutatione rerũ,ignorantia, aut inaduertentia potest denudari ab vna & non ab altera.

Sectio.8. Vtrum finis etiam intrinsecus, & aliæ circunstantiæ malæ habeant veram rationem circunstantiæ respectu interni actus mali.

IN hac re sunt duæ sententiæ extremæ, 107
& vna media, quæ sola veritatem 1. *Opinio.*
continet.1.sententia est nullam cir-

cunstantiam,quæ mutet speciem, esse veram circunstantiam respectu actus interni, siue sit finis,siue sit alia circunstantia, ita Caieta. hac.q.18.a.4.Zumel.infra.q.72.a.9.disp.1.con. 1.& q. 73. a.7. disp.2.con.1.& 2. licet oppositũ censeat probabile.

1.arg. Fundamentum primum est ex D. Thom. q.18.a.5.ad.4. vbi ait,quod circunstantia aliquando sumitur;vt differentia essentialis obiecti,& hoc inquit,oportet esse quandocũq; circunstantia transmutat actum de bonitate in malitiam,& ar.10.in corpore & ad 2.aperte dicit,quod circunstantia manens in ratione circunstantię cum habeat rationem accidentis,non dat speciem; sed solum quatenus
2. mutatur in principalem conditiouem obiecti.Secundo,quia species quæ desumitur ex huiusmodi circunstantijs est essentialis actui interiori:ergo in ordine ad illum non est circunstãtia cõseque.est euidẽs : quia circũstãtia, vt ait D.hac. q.18. & q.7. est accidẽs respectu actus humani.Añs vero probatur,quia circũstãtiæ,quæ mutant speciem,dant nouam rationem conformitatis,vel difformitatis ad regulas humanorum actuum,vel ad rationẽ: regula autem rationis est,quæ constituit essentialiter actum moralem in esse moris: ergo tales circunstantiæ dant species essentiales, & non accidentales. Confirmatur, quia *Conf.* actus moralis constituitur per habitudinem ad rationem:ergo quod adducit nouã cõformitatem,vel difformitatem ad rationem pertinet ad constitutionem essentialem actus humani. Sed huiusmodi sunt circunstantiæ mutantes speciem:ergo pertinent ad eiusmodi constitutionem ,& ita non sunt accidentia,sed constitutiua essentialia.

108 Subiungit Zumel duas suæ sententiæ expo
1.explic. sitiones.1.vt actus iste, volo furari in loco sacro,habeat duas species substantiales & essentiales actui in esse moris, quarum quælibet
2. accidat actui in esse naturæ,sed vna non sit alterius accidens.2.inquit,interpretatio ,& forte melior,quod actus ille,volo furari in loco sacro,solum habeat vnam speciem essentialem sacrilegij;furtum vero ibi non tribuat speciem aliquam,sed solum concurrat materialiter ad illam speciem, vt binarius ad ternarium,& sic ille actus non contineat malitiam furti formaliter,sed altiori & eminẽtiori modo,vt parricidium continet eminentiori modo homicidiũ,quia est contra præceptũ altius,& eminẽtius de honorãdis parẽtibus.

109. Secunda opinio extrema est,non solum re
2.Opin. liquas circunstantias, sed etiam finem proprium actus non mendicatum,aut mutuo acceptum ab actu imperante, vere & proprie habere rationem circunstantiæ respectu. actus interni,siue boni,siue mali,ita Medin. hac.q.18.ar.3.& 4.& eandem Soto tribuit Zumel.q.73.a.7.disp.2.opin.1.& con.1. & ad arg. probat.1.Medina quia actus interior & exterior apud Philosophos morales pro eodem reputantur,ergo quod est circunstãtia vnius est circunstantia alterius,sed finis tempus,locus,&c.Sunt circunstantiæ respectu actus exterioris:ergo,& respectu actus interioris. mi. fatentur omnes & inter eos Zumel.q.72.a.9, disp.1.suppositione.3.& q.73.a.7.disp.2. suppositione.1.quibus locis ait, esse certum, & de mente Aristo.D.Thom. & omnium.2. Actus exterior in genere moris consideratus eiusdẽ speciei est cum actu interiori : ad eandem enim speciem pertinet occidere hominem,& velle occidere;neque occidere hominem addit aliquam malitiam super actum interiorem:ergo quidquid est circunstantia actus exterioris, erit circunstãtia interioris & ecõuerso.3.sicut accidit furto , quod fiat in loco sacro,vel quod referatur in alium finem adiunctum,ita accidit volitioni furandi : ergo prædictæ circunstantiæ,etiam sunt circunstãtiæ respectu actus interni.4.quando Philosophi & Theologi agunt de circũstantijs actuũ humanorum,agunt de ijs,quatenus augent& minuunt valorem operis, sed valor & meritum operis præcipue in actu interno consistit,ergo circunstantiæ præcipue referuntur ad actum interiorem.5.cum quis vult furari, ut fornicetur,ille actus non est intẽtio finis, vt plane constat,sed electio medij ad talem finem;electio vero non specificatur ex fine, sed ex medio : ergo medium tribuit speciem non finis adiunctus,ac proinde finis adiunctus erit circunstantia.Has rationes validissimas putat Medina,sed auctoritate opinionẽ suam carere fatetur.

1.arg. *2.* *3.* *4.* *5.*

110 Tertia opinio media & tenenda,in his as-
3. Opin. sertionibus sita est.1.assertio finis proprius ac
auctoris. tus,seu non mutuatus ab actu imperante,nõ est satis proprie circunstantia ipsius,sicut neque ipsum obiectum.Ita Caiet.& Zumel supra & Ouandus.2.d.38.propositione.1. & probatur,quia vtrumque illorum respicit actus intrinsece & essentialiter,vt disp.præced.late docuimus.Conf.nam quilibet actus speciem sumit ex obiecto motiuo , seu formali , & ex obiecto terminatiuo,vt q.1. a.3. fuse ostendimus,licet Medina supra contendat,ex solo obiecto terminatiuo specificari,quod est cõtra D.Tho.hac q.18.a.6.& .1.a.3.& passim alibi asserentẽ,specificari ex obiecto formali,& motiuo.l.fine,sed respondet Medi. ex Victoria, & vt putat,ex D.Tho.2.d.36.a.5.& q.2. de malo.a.4.ad.9.duplicem esse finem: operis & operantis,finemque operis dare speciem actui humano , & talem finem esse ipsummet obiectum terminatiuum;finem vero operãtis

1.Conf.

tis non conferre speciem actui humano & esse eius circunstantiam. Sed solutio non est ad rem, nam finis non mutuatus ab actu imperante, non solum est finis operantis, sed etiam operis seu actus interni, ideo debet illi speciem conferre, etiam inesse naturæ, quod etiam competit obiecto terminatiuo, vt sic sed finis semper est obiectum motiuũ actus, quo volo medium, & interdum est etiam terminatiuum, vt quando eodem actu volo formaliter & explicite medium & finem: ergo dat speciem actui in esse naturæ, & ita non est eius circunstantia, sicut nec ipsum obiectum. *Obiect.* Si dicas ergo cum quis vult homicidiũ propter adulterium, actus internus habet duplicem malitiam, quarum nulla est ex circunstantia. *1. Solut.* R. 1. alteram malitiam esse ex circunstantia non ipsius actus interioris, sed exterioris, nam finis etiã si sit proprius, est circũ
2 stantia actus externi. R. 2. non esse inconueniens in eodem actu esse duas malitias specie distinctas, quarum neutra sit ex circunstãtia, vt cum quis creditori extreme indigenti non vult dare pecuniam, est ibi malitia contra misericordiam, vel charitatem, & contra iustitiam, & neutra est ex circunstantia, quia non est maior ratio de vna, quam de altera, & ideo vtraq; potest appellari ex obiecto, idẽ enim actus interior potest habere duas malitias ex obiecto; nõ vero duas bonitates, quia ad hoc oporteret moueri dupliçi ratione, quod est impossibile; non vero ad illud, eo quod bonum ex integra causa, & malum ex particulari defectu.

III Secunda assertio, finem extrinsecum, seu improprium mendicatum & mutuatum ab *2. Con.* actu imperante, esse veram circunstantiam respectu actus interni. Hæc est Caieta. ar. 6. & Medinæ locis citatis, videur autẽ cõtra Vaz. disp. 51. c. 2. 3. & 5. & disp. 53. c. 1. & 2. generaliter docentem, finem nunquam esse circunstantiam actus interni. Probatur quia iste finis accidit actui interno: possum enim eundem actum internum invariatum elicere, & conseruare applicando voluntatem, vel non applicando illam ex affectu & charitatis, misericordiæ, iustitiæ, & cuiuscunque alteriusvirtutis. Vnde respectu talis finis actus interior cẽsetur veluti exterior, vt optime Caiet. & ibi. & ita sicut finis est vera circunstantia actus externi, ita hic finis extrinsecus est vera circunstantia respectu huius actus interni, & in hoc sensu potest intelligi D. Tho. q. 13. ar. 1. dicens, si quis exerceat actum fortitudinis propter charitatem Dei, illum actum materialiter & substantialiter esse fortitudinis, scilicet quia ab ea est elicitus, formaliter vero esse charitatis, scilicet quia ab ea imperatus. Idẽ ait. 2. 2 q. 124. art. 2. ad. 2. idemque de actu, quo quis tribuit aleemosynam propter Deum, ait 2. 2. q. 32. a. 1. ad 2. sed clarius colligitur ex D. Tho. q. 19. a. 2. ad. 1. vbi ait, bonitatem, quæ est ex fine differre à bonitate, quæ est ex obiecto, (scilicet motiuo & terminatiuo) per accidens prout finis dependet ex fine, & voluntas ex voluntate. Idest, quando vnus actus voluntatis, qui est electio, vel intentio respectu alicuius finis assumitur, vt medium ad finem actus imperantis, vt cum eligo actum charitatis ad satisfaciendũ Deo, actus charitatis induit accidẽtarie bonitatẽ pœnitẽtiæ, quia eligitur, vt medium in ordine ad satisfactionẽ, quæ est proprius finis pœnitentiæ imperãtis talem actum charitatis. Hæc est communis doctrina, quam reijciunt aliqui, quia D. Thom. q. 18. a. 6. vniuersim, docet omnem actũ interiorem referri in finem, tanquam in obiectum, scilicet primarium & formale: ab obiecto autem primario & formali non potest capi bonitas, aut malitia accidentalis: ergo. Conf. quia ibidem ad. 2. ait D. Tho. actui interno non posse accidere, vt referatur in finẽ, neque oppositum sentit locis citatis, non enim loquitur de actu interno martyrij, vel eleemosynæ, sed de externo tantum. Secundo quia actus internus vnius virtutis non potest causare actum internum alterius, saltem eo modo quo actus internus voluntatis causat motum brachij, scilicet per quandam connexionem, & sympathiam; quia postquã voluntas desiderauit habere actum charitatis ad satisfaciendum Deo, voluntas ita manet libera, vt etiam facta apprehensione obiecti, possit actum elicere, & non elicere, nec imperium voluntatis per actum reflexum impellit vllo modo ad eliciendum illum; solum sequitur ex tali imperio, vt intellectus qui per se paret nutui voluntatis, consideret ea quæ ad talem actum mouere possent: ergo tale imperium non communicat actui imperato suam bonitatem vel malitiam. 3. prob. nam si actus imperans communicat actui elicito imperato suam bonitatem, vel malitiam, sequitur, actum elicitũ, charitatis posse esse veniali ter malum; vt si imperetur per affectum inanis gloriæ. Sed ad 1. & eius conf. R. D. Thom. ibi. loqui de fine, quem respicit actus, qui quidem finis est intrinsecus, & non habet rationem circunstantiæ, secus est de fine, in quem reflexe per actum imperantem refertur ipse actus & quamuis sit elicitus, redditur etiam imperatus & sumitur, vt medium ad finem actus imperantis. Ad 2. R. certum esse voluntatẽ posse efficaciter velle suos actus elicitos, quia habẽt rationem boni, & experientia constat nõ ipsam minus obtemperare sibi, quam alias potentias, imò magis, quia nihil tam est in potestate voluntatis, quam ipsa voluntaas,

& ita si habeat omnia requisita ad eliciendũ aliquem actum,eo ipso,quod velit illum elicere,non potest non elicere,& si illum eliciat,talis actus elicitus capiet bonitatẽ, vel malitiam actus imperantis non minus quam si esset actus mere imperatus.Ad.3. R. actum charitatis raro, vel nunquam posse appeti & fieri obinanem gloriam,quia raro ,vel nunquam ad illam conducere potest,si tamen interdum existimetur conducere & imperetur ab affectu inanis gloriæ,concedo esse venialiter malum,an vero in eo euentu sit etiam moraliter bonus;& ita idem actus possit esse simul bonus & malus moraliter secundum diuersas rationes,postea discutietur. Ex quibus patet vnam intentionẽ posse ex alia pendere, vt intentionem gloriæ Dei ex intentione satisfaciendi Deo,& ita posse intelligi,quod retulimus ex D.Tho.q.19.a.2.ad.1.quanuis Vaz. in fine illius.c.5.aliter D.Thomam interpretari conetur.

112 3.Con. Tertia assertio, aliæ circunstantiæ à fine interdum sunt veræ eircunstantiæ respectu actus interni interdum vero non:probatur. quia interdum sunt volitæ eodem actu quo est volitum obiectum, vt quando formaliter & explicite volo occidere aliquem in loco sacro, vel, vt optime docet Corduba lib.2. q.23.notab.2.interficere clericum,&c.& tunc dant speciem substantialem actui, vt obiecta participalia non enim est idem actus in essẽ naturæ,quo volo accidere hominem non attingendo volũtate formaliter,& explicite ipsum clericatum, idem de loco sacro : ergo tunc circunstantia personæ,& loci sacri non sunt veræ circunstantiæ actus interni ,& in hoc casu vera est.1.opinio. Sed vniuersaliter sumpta est falsa, nam interdum circunstantiæ istæ dant speciem malitiæ actui morali,vt contra Caietanum (qui consequenter loquitur)diximus sect.4.etiam ex mente Zumelis (qui non loquitur consequenter) tunc autem actus interior nõ accipit speciẽ ab his circunstantijs;cũ non sint vera obiecta motiua,neq. terminatiua actus, sed tãtum dicantur voluntariævirtualiter,implicite,indirecte,vel interpretatiue:ergo sunt verè accidentales illi; ac proinde sunt verè circunstantiæ respectu illius.

113. Ad.1.1.opinionis. Ad. 1. arg. 1. opinion. R. D. Thomã.1.loco loqui de differentia essentiali obiecti constituente essentialiter actum,nõ in esse naturæ, sed in aliquo esse moris.v.g.iustitiæ,aut temperantiæ,vel iniustitiæ, aut intemperantiæ, quod non obstat,quominus conditio illa obiecti simpliciter sit circunstantia actus interni.Sic enim essentiale constitutiuum hominis inesse albi simpliciter accidit ipsi homini,dicit autem D.Th.2. loco,circunstantiam mutantem speciem transferri in principalẽ conditionem obiecti,quia debet esse voluntaria explicite, vel implicite, vt obiectum quoddam per se consonum,aut repugnans legi & rationi,quod non omnino inuenitur in circunstantijs, quæ non conferunt speciem moris.

Ad 2. R. omnes circunstantias mutantes speciem esse intrinsecas actui interno in aliquo esse moris,tamen aliquas esse extrinsecas accidentalesq; illi inesse naturæ, & hoc sufficere,vt simpliciter sint circunstantiæ ipsius,sic enim eædem sunt circunstantiæ actus externi,cui tamen spectato in aliquo esse moris essentiales sunt, imo aliquæ dant illi primum esse moris,vt si quis exercet actum externum malum,ex solo fine,vel ex solo tempore,aut loco,vt cum iudex suspendit latronem in Ecclesia,vel artifex efficit opus seruile in die festo. *Ad 2.*

Ex quo rejiciuntur illæ duæ explicationes Zumelis, nam iuxta primam vere conditio obiecti circunstat actum internum in esse naturæ,& non in esse moris eodem modo quo actum externum:ergo vere est circunstantia actus interni.Secunda vero explicatio est cõtra ea quæ ex eodem Zumele,& alijs docuimus sect.5.nimirum circunstantias huiusmodi dare speciem integram malitiæ manente alia integra malitia ex parte obiecti essentialiter,& specifice distincta à priori. *114. Corol.*

Ad 1. arg. Medinæ R. actum internum & externum pro eodem reputari quantum ad bonitatẽ & malitiam,quia ab eadem bonitate, vel malitia ambodicuntur boni,aut mali:quantum ad alia vero non pro eodem reputantur & præsertim quantum ad rem de qua agimus,quia aliquid potest esse per accidens ad actum exteriorem,& non ad interiorẽ vt respicere talem,aut talem finem,& hinc etiã R. ad 2.arg.consequentiam esse nullam, quia licet eadem sit bonitas & malitia actus interioris & exterioris,tamen aliquid est de intrinseca ratione vnius & non alterius,nempe respicere hunc aut illum finem.Ad 3. R. fieri in loco sacro esse quidam circunstantiam volitionis furandi,non tamen esse prohibitam saltem grauiter respectu illius,sed solum respectu actus exterioris.Non enim est sacrilegium saltem graue habere in loco sacro volitionem furandi alibi,sed furandi in loco sacro,aut velle furari in loco sacro,& ideo locus sacer solum est circunstantia notabiliter aggrauans furtum,vel actum internum, qui habet pro obiecto ipsum furtum in loco sacro,licet ipse actus internus fiat in loco non sacro.finis autem extrinsecus non est circunstantia respectu actus interni,quia intrinsece ab illo respicitur. *114. Ad. 1. arg. Medinæ. Ad 2. Ad 3.*

Ad 4.

Ad 4. Ad 4. R. circunstantias actus exterioris etiam si interdum non sint circunstãtiæ actus interioris, nempe quando in se & formaliter sunt volitæ eodem actu, tribuere illi malitiã, vel augmentum malitiæ, non per modum circunstantiæ actus interioris, sed per modum obiecti & finis intrinseci illius proporcionaliterq; idem est dicendum de bonitate.

Ad 5. Ad 5. R. electionem non solum specificari ab obiecto terminatiuo, sed etiam à motiuo, seu à fine intrinseco, identitas enim vtriusq; requiritur ad identitatem specificam electionis, & alterius diuersitas sufficit ad electionis diuersitatẽ, vt sæpe in hoc tract. & in 1. & 6. dictum est. Aliter soluit prædicta argumenta Zumel. q. 73. a. 7. disp. 2. sed eius solutiones *Quæstio.* omnitto, quia multa superflua, aut etiam falsa continent. Hic posset inquiri, an quando actus solum est malus ex fine, & bonus, vel indifferens ex obiecto, finis transeat in rationem obiecti. Conrad. q. 18. ar. 4. negat, Caiet. eadem q. a. 10. affirmat. eos conciliat Azorto. 1. li. 2. c. 3. q. 2. sed res est facilis. Semper finis habet rationẽm obiecti motiui, quando autem actus est bonus, vel indifferens ex obiecto terminatiuo, finis dicitur migrare in naturam obiecti, quia dat primam speciem malitiæ, imo & totam quod solet esse munus obiecti, quando vero obiectum terminatiuum est non dicitur in eo sensu rigido transire in rationem obiecti.

Sect. 9. V. circunstantiæ non variantes speciem malitiæ, sed augentes tantum, sint circunstantiæ respectu actus interni.

115. HAEC quæstio ex proxime dictis facile expeditur, in ea sic segerit Zumel infra. q. 72. ar. 9. disp. 1. con. 4. & q. 73. ar. 7. disp. 2. con. 3. quanuis non careat probabilitate, eas circunstantias, quæ se tenent principaliter ex parte obiecti, & non mutant speciem habere rationẽ modi intrinseci respectu actus interioris; probabilius tamen, omnes quæ non mutant speciem, habere rationem circunstantiæ etiam respectu actus interni. Vocat circunstantias se tenentes principaliter ex parte obiecti eas, quas nos appellauimus obiectiuas, aliæ enim potius se tenent ex parte actus, vel subiecti vt intensio, extensio, duratio, & maior libertas actus, & locus, vel rempus in quo quis habet actum internum. Vocat modum intrinsecũ, illum qui est de rõe indiuidui non tamen speciei, vt differentia indiuidualis est de ratione Petri; non tamen de ratione humanæ speciei & naturæ humanę inconcreto, licet non in abstracto. Hoc supposito probat priorem partem conclusionis. Primo, quia est expresse sententia D. Tho. 1. 2. q. 19. ar. 2. vbi in corp. palam dicit, totam bonitatem & malitiam actus interni pendere ex obiecto & non ex circunstantijs, & ad 2. & 3. loquens etiam de circunstantijs, quæ non mutant speciem ait, in ordine ad actum internum habere rationem obiecti voliti ac proinde non habere rationẽ accidentis & circunstantiæ. Secundo, quia omnes istæ circunstantiæ sunt volitæ: ergo respectu actus interni, non sunt circunstantiæ, quia non põt idẽ simul esse obiectum, seu pars obiecti actus interni & circũstãtia illius: siquidem Theologi & Philosophi circunstãtias contra obiecta interni actus distingunt. Si autem non sunt circunstantiæ, cum alioqui nõ sint de essentia, erunt modi intrinseci, sicut diuina reuelatio est modus intrinsecus respectu actus fidei. Posteriorem autem partem suæ sententiæ ait Zumel constare ex D. Thom. q. 18. a. 11. asserente circunstantias, quæ non mutant speciem, sed augent habere se secundum magis, & minus intra eandem speciẽ, sed magis & minus intra eandem speciem accidunt, non solum speciei, sed indiuiduo: ergo tales circunstantiæ sunt accidentia & circunstantiæ actus interni, siue consideretur secundum suam speciem, siue secundũ indiuidualem rationem. Sed quidquid sit de veritate huius vltimæ partis, tamen non recte probatur ratione adducta & fundata in testimonio D. Tho. quoniam eo loco solum vult habere se secundum magis & minus, quãtum ad bonitatem & malitiam moralẽ, hoc autem non obstante possent actus distingui, numero in esse naturæ & specie ex his circunstantijs, & ita tales circunstantiæ non essent verę circunstantiæ respectu actus interni, sed principia essentialia constituentia ipsos in sua essentia, vel ratione indiuiduali, & ita Conrad. q. 19. a. 2. generatim ait, circunstantias tenentes, se ex parte obiecti non se habere essentialiter ad actum voluntatis, deinde quomodo Zumel hanc posteriorem partem suæ opinionis ait, constare ex D. Tho. & eandem tribuit Conrad. cum dixerit priorem *116.* partem esse expresse D. Thomæ, eamque expresse teneat Conradus.

His autem omnissis distinguendum est de circunstantijs obiectiuis (nam de alijs constat esse veras circunstantias, & accidentia actus interni excepta fortasis extensione) nõ mutantibus speciem moris. Nam vel tales circunstantiæ sunt in se volitæ vel non: si non nulla est difficultas, quia cõditiones obiecti, quæ non sunt formaliter in se volitæ, nec speciẽ, neque numero, nec accidentaliter physice variant in se ipso actum voluntatis, & sic non pertinent ad constitutionem speciei, vel indiuidui, sed vere sunt accidentia & circun

stantia

ſtantia ipſius actus.Si vero ſunt in ſe volitæ, & inuoluunt aliquid ſpecie diſtinctum in eſſe naturæ ab ipſo principali obiecto conſtituunt actum diſtinctum ſpecie in eſſe naturæ ab alio actu, quo ipſæ non attingerẽtur, ſed aliæ vel ipſum obiectum nudum,& ſic nõ eſſent circunſtantiæ, ſeu accidentia reſpectu actus interni, ſed principia conſtitutiua eſſentialia quanuis extrinſeca, ſi autem nihil inuoluũt ſpecie diſtinctũ ab obiecto, ſed maiorem vel minorem quantitatem;multitudinem, durationem,vel intenſionem illius,ipſe actus habet alias partes extenſiuas eiuſdem rationis cum præcedentibus, ſeu ſumptis ab obiecto ſine illis circunſtantijs,vnde vere illæ ſunt circunſtantiæ, & accidentia reſpectu actus interni,quia conſtituunt ipſum ſecundum aliquid accidentale illi, licet pertinens ad eius integritatem; ſcilicet eſſe maiorem, aut minorẽ magis,aut minus extenſum.Hæc patẽt ex his quæ diſp.præced.dicta ſunt de bonitate, quæ ſumitur ex circunſtantijs obiectiuis.

117. Ad 1. arg. 1.partis. 1.opinionis. Ad 1.arg.1.opinionis quatenus contra præ dicta militare poteſt. R. non omnes circunſtantias,quæ habent rationem obiecti,eſſe formaliter expreſſe in ſe ipſis volitas, & ideo nõ omnes tales variare ſpeciem actus in eſſe naturæ,ſed tantum aliquæ ex illis quæ ſunt inſe, formaliter & expreſſe volitæ vt dictum eſt.Ex quo patet etiam ad ſecundum. Probationem autem.2.partis iam diximus nullius eſſe momenti,idque oſtendimus.

Ad 2. Ad fundamentum 2. partis.

Sectio.X.V.ſine vllo actu voluntatis poſsit eſſe aliqua malitia in ipſa.

118. CARENTIA alicuius actus interni vel externi dupliciter poteſt eſſe voluntaria voluntati, primo quidem tanquam volita directe, & in ſe ipſa;vt volo non amare,volo non orare.Secundo per actum poſitiuum ad quem cõſequitur,vel quia hic habet oppoſitionem cõtrarietaris cum actu præcepto, vt ad odium Dei conſequitur carentia dilectionis Dei,vel quia hic habet pro obiecto aliquid incompatibile illi,vt ſi volo ſtudere implicite,& virtute volo non orare, vel non dormire, &c. Vterque horum modorum fere omnino regulandus eſt per principia hactenus tradita: quia fere nullam nouam difficultatem habẽt nam licet hæc malitia fere in omnibus his caſibus denominet externam omiſsionem; oritur tamen immediate ex actu habente omiſſionem, vel cauſam omiſsionis pro obiecto vt dictum eſt,vnde idem eſt dicendum de hac malitia,& de illa quæ reſultat ex actu,quo aliquid poſitiuum eſt volitum in ſe, vel in ſua cauſa.Nã quod aliqui dicunt,eſſe ibi duplicẽ malitiã,vnã cõmiſsionis alterã omiſſionis,nõ eſt verũ vniuerſaliter loquẽdo,quando enim omiſsio eſt directe volita,pro eodem reputantur omittere, & velle omittere, vt occidere,& velle occidere.Nam volitio illa totam ſuam malitiam ſumit ab omiſsione,vt ab obiecto, & omiſſio ipſa per modum actus ſumit totam ſuam malitiam ab actu interno, & malitia vtraque conſiſtit inuoluntaria priuatione conformitatis ad idem præceptum audiendi ſacrum,orandi vel amãdi,&c.Quãdo autem omiſsio eſt tantum poſitiue volita in alio habente incompoſſibilitatem cum actu præcepto,actus internus ex quo ſequitur omiſſio, non eſt malus ex obiecto, ſed ex circunſtantia quid,ſeu effectus & euentus ſubſequentis, & ita vnam habet malitiam quam comunicat ipſi omiſsioni, & actui ex quo immediate ſequitur, ſicut in alijs actibus, qui præciſe ſunt mali ex circunſtantia aliqua. Nam quod ille effectus ſit quid priuatiuum vel poſitiuum, parum refert & materialiter ſe habet ad rationem malitiæ. Quando vero omiſsio ſolum eſt voluntaria, quia ſequitur neceſſario ad actum oppoſitum ei qui eſt in præcepto, fateor ibi cocurrere duplicem malitiam,alteram puræ omiſsionis,alteram vero cõmiſsionis. Prima eſt qua priuatur quis voluntarie immediate conformitate ad præceptum affirmatiuum diligendi Deum v.g. Secunda vero qua medio actu voluntarie priuatur conformitate ad præceptum negatiuum non habendi Deũ odio,vt autem ſit hæc duplex malitia debet in homine eſſe conſideratio omiſſionis diligendi Deum,vt contrariæ præcepto illi affirmatiuo de dilectione Dei,aut certe dari debet ignorantia, aut inaduertentia culpabilis, circa tale præceptum,alioqui carentia dilectionis Dei non erit mala,ſed cauſa eius, non vt eius cauſa,ſed ſecundum ſe,non enim ſufficit ad peccatum quod omiſsio ſit voluntaria in cauſa,& contra præceptum ſed requiritur ſcientia, vel ignorantia culpabilis reſpectu præcepti affirmatiui.

119. 3. modus quo ommiſſio actus eſt voluntaria,eſt quando præciſe eſt voluntaria in ſe ipſa,&ſi ſimul ſit cognitio,vel ignorantia culpabilis, præcepti affirmatiui, ipſa omiſſio eſt culpabilis, vt in ſimili caſu modo dicebamus,alias vero non.De malitia autem huius omiſsionis dicunt aliqui, nihil aliud eſſe quam voluntariam carẽtiam actus debiti ex præcepto affirmatiuo,& probant, quia non conſiſtit in actu,nullum enim requirit materialiter,aut formaliter,nullumq; habet adiunctum vt fieri poſſe,oſtendimus tract.3. de voluntario : ergo conſiſtit in ſola priuatione habi-

habitus seu habitualis perfectionis: tamen quia non agimus de habituali malitia sed de actuali, tum etiam quia habitualis priuatio non potest esse perse voluntaria, atque adeo neq. perse mala nisi in ordine ad actū, vel priuationem actus: ergo consistit in priuatione actus debiti, quæ perse potest esse voluntaria, vnde fit hāc malitiam contrahi non posse nisi eo tempore proquo obligat affirmatiuum præceptum, quando enim omissio est voluntaria per actum positiuum, est voluntaria per modum obiecti, & ideo est voluntaria antea quam sit, nam obiectum antequam sit in re, est in affectu: at vero quando est voluntaria permeram suspensionem actus, est voluntaria per modum actus & ideo non est voluntaria nisi quando est, sicut actus vt actus, solum est voluntarius, quando fit: vel ergo pro tunc obligat præceptum agendi, & sic carentia actus erit mala: quia homo voluntarie omittit quod tenetur facere, vel non obligat pro tunc & sic omisio illa licet sit voluntaria non erit mala: quia non omittitur actus pro eo tempore pro quo obligat præceptum, nec sufficit, vt omisio sit mala, eam esse sic volūtariam, & tempore pro quo obligat præceptum, sed oportet non cognosci inuincibiliter, seu non aduerti istam obligationem, sicut enim ignorātia inuincibilis, aut inaduertentia naturalis, & inculpabilis excusat actus aduersos legi, ita & omisiones, quia in ordinatio incognita non imputatur.

120 Sed hæc sententia quantum ad id quod asserit malitiam omissionis esse ipsam omissionem, seu carentiam actus debiti, displicet omnino. Primo, quia carentia actus non est carentia rectitudinis, siquidem actus debitus potest non esse rectus, nam per actum malum potest homo satisfacere huic, vel illi pręcepto, quamuis si actus sit malus ibi erit transgressio alterius præcepti. Cons. quia actus qui debetur ex hoc præcepto abstrahit ab actibus bonis habentibus bona motiua, ac proinde varias species, imo & ab actibus malis maxime diuersis specie, quibus omnibus præceptum impleri potest: ergo omisio illa seu carentia actus non est vnica secundū speciem, sed secundū genus: ergo si in ea constituitur malitia, non erit specialis malitia, sed generica, vt negatio scientiæ in communi: consequens est absurdum: ergo. Secundo, quia malitia commissionis consistit in priuatione consequente commissionē seu actum: ergo malitia omissionis consistit in priuatione consequente ommissionem, seu carentiam actus, & vtraque est priuatio conformitatis ad legem, hæc autem conformitas ad legē est non violare illā, & sic malitia omissionis & commissionis est carentia rectitudinis negatiuæ, & negationis cuiusdam, & vna est carentia conformitatis ad preceptum affirmatiuum, alia vero ad negatiuum. Et hæc est opinio Petri de Soto lectio. 6. de peccatis, in qua agit de ratione peccati, aitq. in peccato omissionis proportione seruata ad peccatum omissionis duo esse nempe materiale, quod denominatiue est malum seu peccatū, & hoc est inquit ipsa omissio & carentia actus: & formale, quod est ipsa malitia, & hoc est carentia rectitudinis debitæ, non quidem omissioni tamquam subiecto inhæsionis, quia ommissioni actus debiti nulla debetur rectitudo, sed debitæ voluntati vt subiecto inhæsionis: ipsa enim deberet esse recta, ideſt non discrepans alege præcipiente actum. Sicut ergo commissio non est per se deſt intrinsece & essentialiter mala, sed dicitur mala causaliter: quia est causa malitiæ in voluntate vt sectione 2. late docuimus, ita de omissione dicendum est.

Sectio. 11. V. actus moraliter malus possit aliqua ex parte esse simul moraliter bonus.

SVpponendum est. 1. actum qui aliqua ex parte est malus, esse simpliciter malum & non simpliciter bonum, siue sit actus internus siue externus: saltem id intendunt in tota hac materia D. Thom. præsertim quæst. 18. art. 9. & quæst. 19. artic. 7. ad. 3. 2. dist. 40. q. 1. art. 4. & de malo quæst. 2. art. 4. ad secundum. Scotus. 1. d. 17. quæst. 3. Durand. 2. d. 40. quæst. 3. Mai. quæst. 4. Bonau. d. 41. quæst. 1. & penult. Ægidius dist. 40. quæst. 1. art. 3. Alber. vlt. Almain. 1. moral. cap. 12. Greg. 2. d 26. quæst. 1. ar. 1. in prima suppositione primæ conclusionis, & d. 42. quæst. vnic. art. 1. conclusio. 4. Corol. 1. Vega. 11. in Tridēt. cap. 27. alios referens. Caiet. Matth. 6. & Psal. 7. num. 21. & colligitur ex Luc. 19. si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ideſt si intentio fuerit mala opus erit malum: idem patet ex Dionis. c. 4. di. nou. Bonū ex integra causa malū ex particulari defectu. Ex qua doctrina aliqui putant non recte inferri, actū nō posse esse bonū ex vna parte, & malū ex alia, sicut quamuis nō possit eadē res denominari callida & frigida simpliciter, quia denominatio fit abeo, quod eminet, potest tñ habere aliquē caloré & frigiditatē simul. Sed nō est simile, nam actus qui vel minimam malitiam habet est simpliciter malus, ergo signum est nullam habere bonitatem, nam si aliquam posset habere, magnam posset habere: à magna autem bonitate simpliciter denominaretur bonus, non obstante modica illa malitia, sicut homo tametsi habeat aliquam

121 1. Suppositio.

malitiam moralem, vt peccatum veniale, vel naturalem, vt priuationem nitoris, si tamen multa & magna bona habet, simpliciter dicitur bonus, quia parum illud mali pro nihilo reputatur, eodé modo licet cibus, aut potus aliquis aliquo modo noceat alicui, si tamen multo magis prodest, simpliciter dicitur illi bonus: ergo similiter si actus potest esse partim bonus, partim malus, tamen sit maxime bonus, & leuissime malus, erit simpliciter bonus & non malus: ergo quæstio, an actus possit esse simpliciter bonus, & aliunde malus, vel econtra, fere est eadem cum illa, an possit ex vno capite esse aliqualiter bonus, & ex alio aliqualiter malus, & vna pendet ex alia, & secundum tenentes, ex minimo quouis defectu esse simpliciter malum, tenendum est cum nullo defectu esse posse posse aliquam bonitatem actus.

122. 2. *suppos.* Secundo supponendum est, nullum actum ex eodem omnino capite posse esse bonum & malum alicui, vt si est bonus ex obiecto, non potest esse simul malus ex obiecto, & si est bonus ex aliqua circunstantia non est malus ex eadem: Hæc notauit aperte & distincte Bon. supra, & patet, quia implicat, idem secundum idem esse conforme & difforme rationi, seu legi. Intelligitur hoc quando circustantia est omnino simplex, idest non mala ac bona simul, nam si fingamus habere vtramque rationem, quæstio esse poterit, an actui possit bonitatem, & malitiam simul communicare, vt si iudex latronem quem iuste posset in foro occidere, vellet in Ecclesia occidere, & adhunc finem vellet satellites mittere, talis finis, qui est obiectum intentionis, est bonus ex se & malus ex circũstantia: dubiturque potest, an ea ratione, qua est bonus in se, det bonitatem intentioni, & electioni, & quatenus est malus ex circunstãtia loci, det vtrique malitiam, & ita electio ex fine spectato secundum vnam rationem, sit bona, & ex eodem spectato secundum aliã rationem, sit mala.

123. 3. *suppos.* Tertio supponendum est, eundem actum respectu diuersarum personarum posse esse simul bonum, & malum, non solum, secundum quid, sed etiam simpliciter sicut idem homo potest esse simpliciter pater & filius, maior & minor, vtilis & inutilis respectu diuersorum hominum. Ita docent D. Thom. quæst. 20. art. 6. ad. 2. & 3. & Conrad. ibi, & Medin. ibi. con. 2. Canus. & alij recentiores Almain. tract. 1. moral. c. 12. Richard. 2. distin. 40. articulo. 2. quæstio. 2. ad. 1. in oppositum. Patet in actione externa, qua duo portant lapidem, vno habente prohibitionem, vel malum finem, alio vero non: sic etiam collatio eleemosynæ est bona respectu Domini bona intentione præcipientis eam dare: mala vero respectu serui dantis eam mala intentione. Dices hic esse eundem effectum, non tamen eandem actionem, vt videtur dicere D. Thom. 2. dist. 40. art. 4. ad. 4. Contra, nam effectus eadem actione procedit ab instrumento & à causa principali: ergo, cum famulus sit instrumentum Domini formaliter loquendo, eadé actio est Domini vt præcipientis, & famuli, vt exequentis, nec D. Thom. eo loco vult esse diuersas re, sed ratione, vt colligitur ex 4. dist. 45. quæst. 2. art. 1. quæst. 3. l. vult omnes actiones serui & Domini, quæ tribuũtur ipsis vt agentibus physicis, seu naturalibus, diuersas esse, licet vt sunt agentia moralia actio vnius sit alterius, sic Medina supra ex his duobus locis D. Tho. docet, idem suffragium factum ab existente in mortali, ex mandato existentis in gratia esse bonum & meritoriũ respectu mandantis, malum autem & demeritorium respectu exequentis. Sic etiam motus crucifixionis Christi, vt erat actio crucifigentium Christum iniuste, & siniſtra intentione, erat malus & demeritorius, vt vero Christi passio, erat, bonus & meritorius, quãuis motus esset idem, imo actio & passio sola ratione distinguuntur, vt visio actiua & passiua: eadem enim res vt denominat vnũ, agẽtem, est actio, vt vero denominat alium, patientem, est passio. Neque solum eadem actio exterior potest respectu vnius esse mala, & respectu alterius bona: sed etiam eadem actio interior: actio enim qua Deus mecum producit qualitatem odij ipsius, est vna, & eadẽ vtriusque, sed vt est Dei, est bona, vt vero est mea, est mala. His suppositis solum est quæstio, vtrum eadem actio respectu eiusdem hominis possit aliqua ratione esse simul bona & mala moraliter, ita vt bonitas aliqua moralis simul cum malitia in eodem actu reperiatur eo modo, quo in eo esse possunt, quod dico, quia malitia vt ex superioribus constat, non in actu vt in subiecto in hæsionis, sed immediate in voluntate existit.

124. 1. *Opinio.* Prima opinio affirmat, posse eundem actum externum, seu internum simul esse bonum ex obiecto, & malum ex fine, seu alijs circunstantijs: item bonum ex vno fine, & malum ex alio, videtur D. Thom. hac quæstione. 18. articulo quarto, nam cum in corpore distinxisset quadruplicem bonitatem actus, subdit ad tertium, posse in actu reperiri vnam sine alia, & subdit: & secundum hoc contingit actionem, quæ est bona secundum speciem suam, vel secundum circunstantias ordinari ad finem malum, vel econuerso, non autem actio est bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant, quia quilibet singularis defectus causat malum,

lum, bonum autem causatur ex integra causa, vt ait Dio. capit. 4. d. no. eodem modo loquitur D. Thom. 2. distinct. 36. quæstione vni. articulo. 5. in corpore, & argumenta præsertim ad. 5. & de malo. quæstione. 2. articulo. 4. ad septimum. & Scotus. 2. distin. 40. quæstio. vnica. §. de secundo dico & expresse videtur: id sentire Medina quæstione. 7. articulo. 1. & 2. & quæstione. 18. articulo. 4. 6. 10. & 11. & quæstione. 19. articulo. 1. licet articulo. 9. eiusdem quæstionis varius videatur: idem tenet Aegid. 2. d. 37. q. 2. a. 3. in corp. & ad 1. concedés nos posse virtute abuti ad efficiendum actum partim bonum, partim malum. Et Caietanus expresse tom. 1. opusculo. 31. decem & septem respon. in 14. dicens, eundem numero actum esse posse bonum ex vna parte, & malum ex alia: non tñ meritorium, & demeritorium: quoniam tantæ vis est peccatum veniale, vt tollat ab actu, qué efficit, meritū æternæ vitæ, licet nõ à persona. Idé tenet 2. 2. quæst. 33. articulo. 2. circa ad tertium, vbi ait posse actum virtutis habere propriam speciem substantialem ex obiecto, & nihilominus esse peccatum ob aliquem defectum. Idem fere. 2. 2. quæstione. 83. articulo. 13. in fine. & 1. 2. quæstione. 55. articulo. 4. vbi Caietanus concedit posse nos malevti virtute fidei, & spei & moralibus acquisitis, non tamen charitate & moralibus infusis, quæ necessario sunt formatæ, quod an sit consequenter dictum videbimus postea, si tamen verum est apparet, eundé actū posse esse simul bonum & malum, nam actus à virtute elicitus non potest non esse aliqua ex parte bonus. Almain. etiam. 1. moralium. capitulo. 12. tenet, eundem actum externum posse esse simul bonum & malum moraliter, licet de interno neget, Guillelmus autem de Bellomonte ordinis minorum, apud Gregor. 2. distinct. 42. quæstione. 1. articulo. 1. conclusione. 4. corollario. 1. aperte & absolute docuit, eundem actum posse esse simul bonum & malum moraliter malitia veniali, meritorium, & demeritorium. Conradus etiam quæstione. 19. articulo. 7. ad secundum. in fine aperte ait voluntatem posse esse bonam, intentione existente mala, sicuti econtra, Monachus in. 2. & Adam in fine. 2. sent. tenent eundem actum posse esse simul bonum & malum, meritorium, & demeritorium, vt refert Almai. illo capitulo. 12. & Vega. libro. 11. in Trid. capitulo. 27. vbi pro eadem refert Dauid. Castrū, & Guillelmum de Bellomonte, Angestus etiam in moralibus. capitulo. 14. conclusione. 3. aperte tenet eundem actum etiam internum posse simul esse bonum & malum, meritorium, & demeritorium, hunc citat & sequitur. Cordub. libro. 2. quæstione. 23. ante medium idem tenet Abulensis Math. 6. quæstione. 11. & D. Thom. 2. 2. quæstione. 110. articulo. 4. ad 4. ex Grego. 18. moral. capitulo. 2. qui refertur in glossa exodi. 1. & capit. si quælibet. 22. quæstione. 2. & multi viri primarij, vt refert Medina quæstione. 20. articulo. 6. Almainus etiam supra, & Scot. 4. distin. 26. quæstione. 1. nullum agnoscunt actum ita bonū, quin possit malus esse & male fieri, præter dilectionem Dei ex charitate, quidam autem actus videntur habere intrinsece, & essentialiter bonitatem, ergo possunt habere bonitatem simul cum malitia suppo- 12s.
sita illa opinione. Fauet etiam D. Thom. quæstione. 19. articulo. 2. dicen, s bonitatem voluntatis pendere ex solo obiecto, & non ex circunstantijs, quoniam sunt accidentia, & quæstione. 20. articulo. 6. ait absolute, eundem actum in esse naturæ posse esse bonum & ma- 1. arg.
lum moraliter, hæc opinio suadetur. 1. quia actus fidei, & piæ affectionis à quo actus fidei causatur, licet fiant propter inanem gloriam, sunt boni quia in habente habitum fidei fiunt à Deo authore supernaturali, medijsque habitus infusis fidei, & piæ affectionis, in eo autem qui non habet habitum fidei; procedunt ab auxilio supernaturali: quod auxilium non potest concurrere ad actum, qui non sit moraliter bonus, saltem aliqua ex parte: ergo simiiliter alij actus possunt esse boni ex obiecto & mali ex fine. Secundo, actus boni ex obiecto, & mali ex 2. arg.
fine fiunt à virtutibus moralibus, & illas augent, ergo habent aliquam bonitatem moralem. Consequentia videtur nota, quia virtutes non eliciunt actus, qui nulla ratione sunt boni, antecedens vero probatur, quia homo studiosus promptior est ad dandam eleemosynam, etiam ex mala intentione, quam carens omni habitu: ergo per habitum virtutis elicit actum, quo vult dare eleemosynam. Conf. quia per tales actus augetur Conf.
promptitudo ad dandam eleemosynam non solum ob inanem gloriam, sed simpliciter & indifferenter adhunc & illum finem: ergo per tales actus producitur habitus virtutis, ac proinde illi sunt boni. Tertio, quia eadem res potest esse naturaliter, & artificialiter bona ex vna parte, & mala ex alia: ergo etiam moraliter. Confir. quia idem homo est bonus 3. arg.
& malus moraliter sm diuersos actus & habitus: ergo etiam idem actus secundum diuersas partes, vel rationes poterit esse bonus & malus moraliter. 4 si quis recipiat baptismū, vel aliud Sacramētū propter inanē gloriā, 4.
iustificabitur: ergo, opus est aliqualiter bonum, quia sine opere aliqualiter bono nullus

adultus iustificari potest, antecedens docent Sotus. 4. distin. 6. quæstio. 1. articulo. 7. & dist. 1. quæst. 2. art. 8. Medina & communiter recentiores. quæstione. 20. articulo. 6. & in materia de Baptis. & de Eucharistia, & alibi sæpe. contra Caietanum. 3. part. quæstione. 79. articulo. 1. Paludanus. 4. distin. 4. quæst. 5. Bon. ead. d. Duran. distin. 12. Respondent aliqui, talem iustificari per attritionem cum Sacramento, & illam esse bonam, sed contra ponamus enim attritionem imperari, ab inani gloria, tunc si est mala & nulla ratione est bona quomodo disponet ad iustificationem? quomodo item erit à Spiritu sancto, & supernaturalis? sane nullus supernaturalis actus liber voluntatis, & à Spiritu sancto profectus esse potest, qui non habeat aliquam moralem bonitatem. Confir. quia probabile est indulgentias obtineri posse per actum malum ex circunstantia finis, vel alia simili, vt ait Cordub. lib. 5. quæstione. 25. & alij, quod non esset verum si talis actus nulla ex parte esset bonus. Quinto, idem numero actus intellectus potest esse simul verus, & falsus, & ab habitu scientiæ, & erroris, vt si quis iudicet, cœlũ esse corpus corruptibile. Nam verum est esse corpus, sed falsum est esse corruptibile, ergo etiam potest idem numero actus voluntatis simul esse bonus & malus moraliter, & elicitus ab habitu studioso & vitioso. Sexto, bonitas, & malitia morales consistunt in conformitate & difformitate ad rationem & legem, sed idem actus secundum varias rationes potest simul conformari rationi & legi, & ab ea discordare, ergo potest esse simul bonus & malus moraliter, maior nota est ex superioribus, minor vero probatur, quia is, qui sacro assistit ob inanem gloriam, in eo quod sacro assistit concordat legi hoc præcipienti, vel approbanti, in eo vero quod assistit ob inanem gloriam, à lege declinat. Septimo, nam vno actu interno potest quis dare simul eleemosynam propter Deum, & alio, ob inanem gloriam, tunc autem actus externus erit bonus & meritorius, vt subest vni actui & malus, ac demeritorius, vt subest alteri: ergo, idem actus diuersa consideratione, potest esse simul bonus & malus moraliter. Confirmatur. 1. nam si quis daret eleemosynam præcise propter Deum, actus externus esset bonus & meritorius: accessus autem inanis gloriæ nihil bonitatis ab eo tollit, quia bonitas eius est extrinseca illi & intrinseca voluntati, & inuoluntate eadem bonitas manet, idemque meritum: ergo, actus externus eodem modo dicitur bonus & meritorius, etiam si ei accidat malitia aliqua, vt quando naturali pulchritudini rei accedit aliqua turpitudo, nihil positiuum auferens, manet in re naturalis pulchritudo, licet obscurata. Confirmatur. 2. nam inanis gloria non pugnat cum rectitudine temperantiæ: ergo licet accedat actui habenti rectitudinem temperantiæ, non destruet eiusmodi rectitudinem. Octauo, actus malus accedente bono fine, non amittit suam malitiam substantialem, ergo nec bonus accedente malo fine amittit suam bonitatem substantialem. Nono, quia ad bonitatem requiritur voluntarium directum: ad malitiam autem sufficit indirectum: rursus bonitas præsertim ex obiecto, consistit in positiuo ordine, seu differentia ipsius actus: ad malitiam autem sufficit priuatio debitæ rectitudinis, sed non repugnat actum directe tendere in bonum obiectum, tamen indirecte & implicite tendere in aliquam circunstantiam repugnantem rationi, imo & directe; vt si iudex ex motiuo iustitiæ velit occidere latronem in loco sacro, vel temperate comedere in Ecclesia, aut alio loco indecenti, vnde resultabit in voluntate difformitas cum conformitate ad legem: ergo ille actus erit simul bonus & malus moraliter, quatenus conformis, & difformis diuersis legibus, & dictaminibus rationis, quod non magis repugnat, quam eandem rem esse similem & dissimilem diuersis rebus, vel eidem rei secundum diuersas rationes, aut eundem hominem esse aliqua ratione, vel parte sanum, alia vero infirmum; vna pulchrum alia turpem. Decimo, argumentor, quia si obiectum, & omnes obiecti circunstantiæ sunt bonæ, actus voluntatis est bonus, ex D. Thom. quæstione. 19. articulo. 2. præsertim ad secundum: tamen actus erit malus, si sit incompatibilis cum actu præcepto: ergo erit simul bonus & malus. Vndecimo, argumentor. quia D. Augustin. 5. de ciuitate. capitulo. 12. & 15. significat Romanos, quamuis vana intentione, aliqua virtutis opera fecisse, propter quæ præmium aliquod temporale meruerunt à Deo: ergo talia opera non solum erant simul bona & mala, sed etiam meritoria, & demeritoria. Duodecima, si quis primum actum dilectionis, vel contritionis eliciat ob inanem gloriam, vel aliquo modo veniale inficiat, iustificabitur: ergo ille actus erit etiam bonus, quia nemo potest sufficiẽter disponi ad iustificationem per actum, qui nullo modo est bonus. Item cum ille sit vltima dispositio ad gratiam: & vltima dispositio ad gratiam sit meritoria gloriæ, actus ille erit meritorius gloriæ: ergo bonus, ergo idem

Conf. 5. 126. 6. 7. *Conf. 1.* *Conf. 2.* 8. 9. 10. 11. 12.

idem actus erit simul bonus & malus moraliter. 13. Ex Dorotheo libro de ædificatione
13 virtutum dicente, si quis pauperem puellam alat propter charitatem, simul etiam vt aliquid gloriæ & laudis ab hominibus ferat, bona & Deo placens voluntas est, sed non perfecta voluntas, ergo actio interior simul est bona & mala diuersis rationibus.

Secunda sententia est, eundem numero actum non posse esse simul bonum & malum
117. moraliter. Ita de actu interno docet Almai-
2. Opinio. nus. 1. moraliũ. capitulo. 12. simpliciter autem & vniuersaliter, de omni actu voluntatis. Gregor. 2. distin. 26. quæstione. 1. artic. 1. suppositione prima, primæ conclusionis, & distinct. 42. quæstione. 1. articulo. 1. Nauarro in summa præludio. 7. numero. 22. Anto. Perez. lect. 1. exam. p. 3. c. 16. & sequẽtib. Valentia disputatione. 2. quæstione. 15. puncto. 6. Bellarm. 4. de iustificatione. capitulo. 17. idem videntur sentire doctores citati in prima suppositione. præsertim. Bon. 2. distin. 41. quæstio. 1. Scotus. distin. 40. quæstione vnica. Durand. quæstione vltima. D. Thom. artic. 4. Richard. articulo. 2, quæstione. 2. in corpore, & ad secundum alterius partis, clarius & latius Vega. 11. in Triden. capitulo. 27. qué videtur sequi Cordub. libro. 2. quæstione. 50. sed limitat lib. 2. capitulo. 23. vt referemus. §. 6. Gerson de vita spiritui parte. 3. lectione. 5. ait eundem actum non posse esse venialem & meritorium immo in eodem tempore non posse animam
1. arg. mereri, & demereri. Suadetur primo, ex D. Augustin. 2. de libero arbitr. capitulo. 18. & 19. vbi definit virtutem, vt sit bona qualitas mentis, qua nemo male vtitur. Idem primo retractat. capitulo. 9. vbi etiam ait virtutem esse maximum bonum, quia nemo ea male vti potest sicut alijs bonis medijs, vel infimis. Et reddit rationem, quia opus virtutis est bonus vsus aliarum rerum; nemo autem maleutitur bene vtendo, & D. Thom. 2. 2. quæstione. 20. articulo. 1. ad secundum. & 1. 2. quæstione. 55. articulo. 4. ad quintum adducens explicansque Aug. ait: neminem posse maleuti virtute, vt principio nimirum eliciendo actum malum per illam; sed tantum vt obiecto, male sentiendo, loquendo, vel superbiendo de illa: ergo actus elicitus à virtute malus esse nõ põt. Nec satisfaciet quis si dicat nos nõ posse maleuti virtute, vt principio formaliter, sed tantum materialiter, hoc est nos non posse vti virtute ad eliciendum actum malum, qua ratione malus est, sed qua ratione est bonus, scilicet, ex obiecto, nam actus à virtute non recipit malitiam sed bonitatem: non inquam satisfaciet, nam hinc fiet, has virtutes non esse maxima bona, neque potius esse dicendas simpliciter virtutes, quam intellectuales, quod est contra omnes Philosophos, & ideo. Aristot. 2. ethicorum. capitulo sexto. definit virtutem, vt fit quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, quod argumentum maxime videtur vrgere in virtutibus per se infusis, nam si acquisitis posset homo maleuti etiam infusis, & si infusis, etiam charitate, refragrantibus fere omnibus Theologis, & Augustino præfatione in Psalm. 31. asserente, nunquid charitas permittit aliquid male te facere ei, quem diligis, & Paulo. 1. Corinthiorum. 15. charitas non agit perperam, id est corrupte & vitiose, & infra. Non cogitat malum, vbi Chrysostomo homilia. 33. non dominantem tantum vitijs, sed ne consistere quidem vitia ferentem charitatem vides, nec prorsus non committit mala, sed prorsus non cogitat, vnde etiam est illud Romanor. 13. dilectio proximi malum non operatur. Prima sequela probatur, quia sicut virtutes infusæ tendunt in honestum, quatenus honestum est in suo ordine, & quatenus conforme rationi: ita virtutes acquisitæ tendunt in honestum sibi proporcionatum, vt tale est. Vnde D. Thom. particulam definitionis, qua nemo maleutitur, æqualiter ait conuenire vtrisque virtutibus, & si quid est difficultatis in primæ opinionis rationibus, æque in vtrisque virtutibus locum habet, quod vero Caietanus ait, non posse aliquem male uti virtute formata, quia per ipsum malum vsum amitteretur, non cogit, quia posset vsus malus esse peccatum veniale, & non mortale. de hac ratione plura tractatu. de virtutib. Secundum argumentum est à posteri, alias idem actus esset meritorius 2. arg.
& demeritorius coram Deo; nam omnis actus ratione bonitatis moralis habet aliquod meritum, quæstione. 21. articulo. 3. & 4. si autem simul habet malitiam, est dignus pœna, consequens autem est falsum, vt constat ex D. Basilio. libro de Baptismo capitulo. 8. Augustin. 5. ciuit. capitulo. 7. imo etiam colligitur ex verbis Domini. Mathæi. 6. videte, ne iustitiam vestram faciatis coram homistibus, &c. & infra, amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Ex quibus habetur, quæcunque malitia adiungatur actui, tollere eius meritum: ergo etiam tollit eius bonitatem. 128.

Resolutio huius quæstionis difficilis est, in qua olim ego sentiebam eundem actum posse simul esse bonum & malum moraliter. Non tamen meritorium, & demeritorium, neque procedentem à virtute & vitio, sed omnem actum quacumque ratione sit malus, carere omni merito, & à

nulla virtute existente in voluntate, vel appetitu sensitiuo prodire posse: nunc autem via magis communi, & trita ac tuta procedendum videtur, quæ asserit, eundem numero actum respectu eiusdem agentis, nulla ratione bonum & malum simul esse posse, vt autem hæc quæstio facilius expediatur, distinguamus tria, quæ in hoc vno titulo continentur. Cum enim tria sint capita, ex quibus consurgit bonitas, & malitia moralis, obiectum, finis, & aliæ circunstantiæ obiecti, vel actus, ex horum comparatione oriuntur, vt minimum, sex difficultates. Prima an idem actus possit esse bonus ex obiecto, & malus ex circunstantijs obiectiuis. Secunda, an possit esse bonus ex obiecto, & malus ex circunstantijs ipsius actus interni. Tertia, an possit esse bonus ex obiecto, & habere malitiam ex fine. Quarta, an possit esse malus ex obiecto, & habere aliquam bonitatem ex fine. Quinta, an bona intentio, si non conferat vllum bonitatem prauæ electioni, saltem minuat eius malitiam. Sexta, an idem actus possit, simul esse bonus ex fine bono, & malus ex fine malo. Alia autem comparatio, an actus possit esse malus ex obiecto, & bonus ex alijs circunstantijs difficultatem non habet, nam per se euidens videtur non posse. Si enim sermo sit de circunstantijs ipsius actus interni, necesse est, esse eas malas, si actus est malus ex obiecto. Nam omni tempore loco, & modo velle malum obiectum, malum est. Et similiter si fit sermo de circunstantijs obiecti, nam facere malum & prohibitum in se, malum est quocunque tempore loco vel modo fiat. Præterea circunstantiæ obiecti non dant bonitatem, nisi sint directe in se, & propter se ipsas volitæ, si autem propter se ipsas sunt volitæ, iam actus nō erit malus ex obiecto, quia transeunt in rationem obiecti. Sed in hac ratione non multum insisto, quia dici potest esse obiecta actus interni, & circunstātias, externi, simulq. actum internum habere pro obiecto ipsum actum externum, qui eo quod sit malus ex se, reddit actum malum ex principali obiecto terminante ipsum. Saltem autem hinc haberetur, eundē actum posse esse bonum & malum simul ex diuersis partibus proprij, & adæquati obiecti, quod fortasse non concedent aduersarij, item ad hoc necessarium esset partem obiecti, vnde actus malitiam capit, non propter se amari, sic enim non esset partiale obiectum actus boni & mali, sed totale obiectum actus mali, non enim potest idem actus varia habere motiua. Sed ordine dificultates propositas expediamus.

§. 1. An idem actus possit esse bonus ex obiecto & malus ex circunstantijs obiectiuis.

IN prima difficultate propter aliqua ex argumentis primæ opinionis, sunt ex recentioribus non pauci, neque indocti, qui existiment, actum posse esse bonum ex obiecto, & malum ex circunstantijs obiectiuis, alij vero dicunt proculdubio esse probabile. Quod hunc in modum amplius suadere conantur. Nam circunstantiæ actus bonī ex obiecto, quædam sunt necessariæ simpliciter ad constituendum medium illius virtutis ad quam pertinet actus, aliæ vero sunt, quæ licet sint necessariæ ad excludendum malitiam contrariam illi virtuti, non tamen intra obiectum & latitudinem illius virtutis. Exemplo declaratur, nam soluere debitum creditori, vt habeat honestatem iustitiæ, fieri debet tempore & loco ex pacto constitutis, vnde si hæ circunstantiæ seruentur, reperietur medium iustitiæ. Quod vero locus ille V. G. in quo soluitur debitum, sit sacer vel tempus sit audiendi missam, conferet actui malitiam imprudentiæ vel irreligionis, non tamen iniustitiæ: ergo potest in eo actu malo ex circunstantijs, esse honestas iustitiæ, quia seruatur medium ipsius, & omnes circunstantiæ requisitæ intra eius latitudinem. Confirmatur. Nam sicut in obiecto potest esse bonitas obiectiua honesta simul cum aliqua malitia illi non opposita, vt si actus externus iustitiæ commutatiuæ, vel vindicatiuæ coniunctam habeat crudelitatem, seu defectum misericordiæ; ita etiam videtur esse posse bonitas formalis vnius virtutis cum malitia non oppositā illi, sed alteri virtuti. Confirmatur etiam quia argumenta secundæ opinionis parum vrgent, vt in quarta difficultate videbimus, & multo minus vrgēt rationes, quibus aliqui tenent, vt probabilius, actum ex obiecto bonum non posse esse malum ex circunstantijs obiectiuis. In primis citant D. Thom. quæstione. 19. articulo. 2. Sed ibi solum ait, bonitatem actus per se loquendo ex solo obiecto pendere, & nomine obiecti intelligit finem, & circunstantias reliquas obiectiuas, vt ibi constat, vult ergo actum per se loquendo esse bonum simpliciter, si hæc omnia vel saltim aliqua istorum habeat bona, nihilq. mali, exquo nihil ad rem colligitur. 129.

Deinde sic discurrūt. Duobus modis contingere posset, si id potest contingere, actum esse bonum ex obiecto, & malum ex circunstātia obiectiua. Primo est nulla interueniēte ignorantia, vel inconsideratione, ita vt intelle- 130.

tellectu iudicante obiectum esse bonum, sed circunstantias non oppositas directe eius bonitati, esse malas, voluntas per vnum actum qui substantialiter sit talis virtutis, efficaciter & formaliter velit hic & nunc ipsum obiectū & implicite, aut explicite velit circunstantias. Et hic modus saltem moraliter loquendo videtur plane impossibilis, nam vt actus voluntatis sit essentialiter studiosus, necesse est vt honestas ipsa moueat voluntatem ad illum. Quomodo autem intelligi potest, vt voluntas ex honestate moueatur ad actum, quē videt, non posse simpliciter bene fieri? neq. satis est dicere, posse aliquē esse affectum ad honestatem vnius virtutis & non alterius, cui repugnat malitia circunstantiæ. Quia reuera quælibet virtus etiam si determinatam honestatem respiciat, non solum inclinat ad differentiam specificam talis honestatis, sed ad honestatem simpliciter. Vnde argumentātur sic. Quia de ratione honestatis in tali specie est honestas absolute, sicut de ratione virtutis est. Quod sit virtus; genus enim est de ratione speciei; sed de ratione honestatis absolute est, vt nullam habeat circunstantiam honestati, vt sic, repugnantem, ergo non potest obiectum propositum cum talibus circunstātijs habere veram honestatem obiectiuam talis speciei, si habeat aliquam circunstantiam contrariam rationi, ergo neq. actus voluntatis tendens in tale obiectum potest esse ex obiecto bonus, & simul malitiam habere ex circunstantia.

Neq. existimandum est æquiuocationem committi in hoc discursu argumentando ab honestate absolute, vt est genus, ad honestatē
131 simpliciter, vt excludit malā circūstantiā, sed hoc potius in argumēto, inquiūt, supponim⁹, de ratione honestatis precise, vt est genus, & de ratione virtutis, vt sic, esse, vt nullā habeat circunstantiam repugnantem alicui honestati: de ratione enim actus honesti in communi est, vt conuenienti tempore & loco fiat, & sic de reliquis. Quia sicut talis honestas regulatur per talia principia rationis, ita honestas absolute per principia generalia, quæ generatim etiam postulant debitum circunstantiarum concursum. Et hinc forte Aristot. quem D. Tho. sequitur, ait, virtutes morales cōiūgi in vna prudentia. Ideoq. nullam virtutem simpliciter posse prodire in actum, nisi præeunte prudentia, & iudicante hic & nunc & omnibus pensatis hoc esse conforme rationi, de quo D. Thom. q. 58. a. 4. & q. 65. a. 4. Aristot. 6. Ethic per totum. Quod tandem sic declaratur. Nam illud obiectum iudicatur simpliciter honestum, quod est conueniens homini, vt rationalis est, ergo de ratione talis obiecti est, vt nihil in se habeat, quod sit contrarium naturæ rationali, vt rationalis est. Non ergo potest idem obiectum, vt consurgit ex materia & circumstantijs, vere & proprie esse honestum secundum materiam, & vnam circūstantiam, & secundum aliam turpe, sicut non potest in naturalibus eadem forma esse simpliciter conueniens alicui rei, vt talis est, & disconueniens eidem secundum eundem gradū, sed hoc ipso, quod est aliqua ratione disconueniens, absolute & simpliciter tollitur omnis conuenientia respectu talis naturæ. Iam vero, quod attinet ad alium modū quādo antecedit ignorantia, si sit inuincibilis, nulla est difficultas, quia tunc actus absolute erit honestus absq. vlla malitia, ignorantia enim illa excusat. Si vero ignorantia sit culpabilis, excludit iudicium prudentiæ, & plenam considerationem obiecti honesti, vt sic: & ideo destruit in actu voluntatis omnem rationem honestatis & virtutis, quia si voluntas moueatur ad operandum ex honestate, vt sic: prout necesse est ad honestam operationem, hoc ipso exui talis motiui & ex virtuali, vel formali affectu ad illud, applicabit intellectū ad prudenter considerandum de honestate obiecti sub omnibus circumstantijs, & tunc aut intellectus animaduertit, interuenire aliquam circunstantiam rationi repugnantem, & sic voluntas cessabit ab operando iuxta superius dicta, vel non animaduertit, & sic talis inconsideratio non erit tunc culpabilis. Vnde econtrario quandocumq. illa est culpabilis, signum est, voluntatem non moueri ex affectu honestatis, sed ex aliquo alio inferiori appetitu, qui illam imprudenter mouet, & hoc saltē moraliter loquendo videtur fere certum, metaphysice autē est probabile, quāuis difficilius, & in quibusdam actibus est hęc doctrina certior quam in alijs, nam actualis dilectio Dei, si sit perfecta, sine dubio facit, vt homo actu non peccet etiam ex ignorantia culpabili, quia ipsa met dilectio facit, vt homo sit diligens inaduertendo, atq. adeo, vt vel non ignoret, vel saltim nō culpabiliter ignoret. Et idem est de generali voluntate non peccandi, aut recte in omnibus operandi, & similibus: in alijs autem magis particularibus res est minus certa, quamuis probabilis.

Processus hic in primis non est satis analyticus, hoc est resolutorius, sed diffusus, & profusus admodum. Deinde solidis fundamentis 132
non nititur. Iam enim in superioribus ostensum est contra theologos istos, ad honestatē actus non opus esse, vt obiectum consideretur sub ratione formali honesti, & boni moralis secundum se, & omnes circumstantias suas, sed satis est, si in eo resplendeat conuenientia in ordine ad propriam naturam operantis, vel alterius, & nulla turpitudo aut deformi-

formitas:& licet gratis daremus,ad rationem actus honesti necessarium esse considerare obiectum vt honestum secundum se & omnes circunstantias suas,& verum sit ad honestatem obiecti vt obiectum est,requiri vt nullam habeat malam circunstantiam,quatenus sub amorem cadit: tamen id nulla solida ratione probatur. Quod tamen est totum fundamentum totius discursus.Neque forte virtutes ratione prudentiæ connexæ dicuntur, quia in omni actu virtutis vt censeatur eius virtutis,debeat prudentia considerare ne vlla sit circumstantia contraria alicui virtuti, sed vt actus sit simpliciter & omni ex parte studiosus,quod iudicium,nisi quis recte sit affectus per omnes virtutes ad omnem materiá, sæpe peruersum erit.Et ideo ad habendá prudentiam requiruntar omnes virtutes, & vbi fuerit Prudentia, facile etiam omnes haberi poterunt,& hæc est connexio omnium virtutum,quæ ratione prudentiæ admittenda est. Vnde & confutari potest, quod in secunda parte illius discursus habetur, cum ignorátia culpabili non posse esse cõsiderationem honestatis vt sic.Et ideo actum bonum esse non posse.Nam neq. requiritur ad bonitaté actus, consideratio honestatis,vt sic,neq.hanc considerationé excludit omnino ignorantia culpabilis,potest enim esse ignorátia culpabilis, nõ propter incõsiderationé honestatis obiecti,&circumstantiarum ad eandem virtutem pertinentium,sed ad alias.Vt si iudex de iustitia sentétiæ vel executionis eius exacte cõsideret:de loco autē parum curet, an sit sacer. vel profanus, ac proinde an sit contra religionem,vel non.Quod & ibidem additur, si voluntas moueatur ad operandum ex honestate,vt sic,applicabit intellectum ad considerandum &c.Verum est si priusquam eliceret affectũ honestum in materia iustitiæ. v.g. deberet generatim,& vniuersalirer intendere,ne in actu vlla esset deformitas,vel turpitudo:at hoc cur requiretur ad actionē honestā intra latitudinem iustitiæ tantum:deinde licet sit ea cõsideratio,poterit intellectus errare in iudicio ex prauo affectu, temerarie iudicando verum,quod falsum est, deinde licet intellectus non erret,poterit voluntas ab eo discordare eligendo obiectum bonum & honestum honestate iustitiæ,& ex aliqua circũstantia aduersum religioni. Generalem autē dilectionem Dei,vel volũtatem in omnibus, & per omnia recte operandi non esse necessariam,nec communiter cõcurrere in omni honesta actione certum est,poterit ergo nõ obstantibus illis argumentis elicere hoactum bonum ex obiecto, & malum ex circumstantia,siue cum ignorantia vincibili, siue absq. illa. Nihilominus probabilius iudico non posse actum esse bonum ex obiecto & malum ex circumstantia. Quia de ratione actus boni honesti in communi est esse rationi consentaneũ aliqua ex parte & ex nulla dissentaneum,& hic est communis vsus huius nominis,in quo fudatur id, quod omnes docent,quacumq. ratione actus malus sit, esse simpliciter malum, & non bonum, quod vt prima suppositione diximus falsum esset si idem actus posset simul esse bonus ex vna parte & malus ex alia. Si dicas ergo de ratione actus boni est negatio aliqua nempe carentia malæ circumstantiæ, quod videtur esse cõtra asserentes bonitatem actus consistere in aliquo positiuo.Resp.consequens esse verum & deméte doctorũ qui docét bonitaté actus, nõ omnino consistere in positiuo, sed illud importare in recto & principaliter: in obliquo autem,& minus principaliter negationé omnis malæ circumstantiæ.Secundo eandem sententiá teneo, quia si idem actus posset esse simul bonus ex vna parte,& malus ex alia, posset esse simul meritorius & demeritorius quod tamé reijcietur postea.Tertio quia omnis actus aliqua ratione bonus potest elici à virtute aliqua,actus autē aliqua ratione malus à nulla virtute elici potest, quadiu malus est,ergo interim nulla ratione est bonus. 133

§.2. *An possit actus esse bonus ex obiecto & malus ex circumstantijs non obiectiuis.*

EX quibus facile expeditur secunda difficultas,an possit actus esse bonus ex obiecto,& malus ex circumstantijs nõ obiectiuis. Ratio dubitandi pro parte affirmatiua est, quia hæ circumstantiæ cum nõ componant obiectũ, non inmutant illud,ergo quamuis ipsæ malæ sint,tamen totum obiectum est bonum, & ideo actus erit bonus,quia sufficit bonitas totius obiecti ad bonitatem actus iuxta.D. Th. q.19.a.2.Confirmatur,quia si idem est obiectũ dilectionis, quæ nunc est prohibita & quæ non est prohibita pro die crastino, ergo substantia actus est eadem.Ergo eiusdem bonitatis essentialis,licet actus qui fit tempore vetito,sit malus quoad exercituum, seu ratione circumstantiæ temporis;alius vero non idem est,siquis propter loci indignitatem,aut turpitudinem prohiberetur ibi exercere amorem Dei,& non in loco digniori.Aut propter salutem prohiberetur exercere actum dilectionis cum certa aliqua intensione, & non cum minori 134

Propter quæ dicunt aliqui probabile esse, saltem posse dari actum bonum ex obiecto, & malum ex his circumstantijs, addunt autē oppo- 135

oppositum esse probabilius, quia actus habẽs totum obiectum bonum, non potest esse malus, nisi per accidens, inquantum impedit aliquod bonum, vt ait D. Tho. q.19.a.2. ad.2. sed tunc circunstantia, quæ malum reddit actum, est obiectiua, ergo actus non erit malus ex circumstantia non obiectiua. Sed ratio hæc nullius est momẽti, falsum enim est circunstantiam in eo casu esse obiectiuam, nam solũ est circunstantia obiectiua, quæ tenet se ex parte rei voluntariæ per modum obiecti seu simpliciter, & in se volitæ, sed illa circumstãtia non est huiusmodi, tantum enim tenet se ex parte actus interni, qui non est proprie volitus, nec voluntarius per modum obiecti, sed actus, ergo illa circumstantia non erit obiectiua, & alioqui nunquam actus erit malus ex circumstantia non obiectiua, cuius contrarium etiam aduersarij supponunt. Dicendum, ergo est cum Sayr. lib. 2. cap. 4. num. 8. lege naturali, vel positiua prohiberi posse ipsum actum dilectionis Dei, vel similem pro certo loco, tempore, vel intensione, quatenus impedit alium actum bonum, vel salutem, vel aliquid huiusmodi, aut alia iusta de causa, quæ subesse potest. Quidquid de dilectione Dei dicant Almain. 3. d. 23. q. 1. & Scot. 4. d. 26. q. 1. & tunc si homo exerceat talem actum bonum ex obiecto, & omnibus circumstantijs obiectiuis, tempore, vel loco, vel modo prohibito, actus erit simpliciter malus, & nullo modo bonus, ob fundamentum difficultatis præteritæ, nimirum, quia de ratione actus boni est esse aliqua ex parte consonum rationi, & legi, & nulla ex parte dissonum, sicut de ratione pulchritudinis est habere aliquid quod visum alliciat, & nihil habere, q offendat, vel turpe aut improportionatum sit, deniq. hic procedũt omnes rationes, quibus §. præcedenti ostendimus, nullum actum malum ex circumstantia obiectiua posse simul esse bonum: quod autem diximus, tunc actum fore malum ex circumstantia non obiectiua, ita intellige, vt ea circumstantia non sit obiectiua respectu illius actus, quo directe amatur Deus, vel aliud obiectum: secus respectu alterius actus reflexi quo amatur prædictus actus, siue ille actus reflexus spectet ad eundem habitum, ad quem directus, siue nõ. Nã ad propositũ nihil refert, quod amare, & velle amare Deum, qñ sunt actus boni, sint eliciti ab eadẽ virtute, & qñ mali ab eodẽ vitio, vel non.

§. 3. Vtr. actus possit esse bonus ex obiecto, & malus ex fine.

136 EX eisdem facile quoq. expeditur. 3. difficultas, an actus possit esse bonus ex obiecto, & malus ex fine: in qua supponenda est distinctio, sæpe tradita de fine intrinseco proximo seu proprio actus eliciti, & de fine extrinseco, remoto seu improprio, sumptoq. ab actu reflexo imperante ipsum actum elicitum. Quãdo finis malus est finis proprius, proximus, & intrinsecus actus eliciti, constat actum non esse bonum bonitate sumpta ex obiecto, quia obiectum quantumcumq. bonum sit, non cõfert actui bonitatem nisi propter se ametur, vt in superioribus dictum est; in dicto, autem casu, licet contingat obiectum esse bonum de se, non tamen propter se amatur: ergo non confert bonitatem actui. Confir. quia bonitas actus sumitur ex bono obiecto formali, & motiuo, sed talis actus nullum habet obiectum bonum, quod sit obiectum formale, & motiuum, sed terminatiuum tantum, ergo non est bonus bonitate sumpta ex obiecto. Et in hoc sensu verum est quod affirmat D. Tho. q.19.a.7. quando intentio finis antecedit voluntatem, non posse voluntatem bonam esse, quin intentio sit bona, quia tũc (inquit) ordo ad finem cõsideratur, vt ratio quædam bonitatis ipsius voliti, vnde cum bonitas voluntatis dependeat ex bonitate voliti, necesse est, quod pendeat ex intentione finis. Et saltem in eodem sensu verum est, quod dixit Ambr. 1. officiorum cap. 30. affectus tuus operi tuo nomen imponit: & Chrysost, hom. 19. imperfecti. in Matth. voluntatem iudicari bonam, vel malam ex proposito, & Aug. præfatione, Psal. 31. bonum opus intẽtio facit, quod à fortiori verum est de malo. Itaq. in hoc modo nulla est difficultas, quando vero finis actus est extrinsecus, alienus, improprius, & remotus respectu actus eliciti, nõnulla est difficultas, in qua quidam casum non admittũt, vt actus habens obiectum bonum ametur, & sic extrinsece fiat propter malum finẽ, quoniam actus imperatus debet esse proportionatus actui imperanti, actus autem bonus non habet proportionem cum actu malo, nam potius habent interse repugnantiam saltem sub communi ratione virtutis & vitij: & quatenus vnus procedit ex prudenti iudicio, alius ex imprudẽti, vt sic. Præterea declaratur, quia quandocunq. vnus actus voluntatis imperatur ab alio in ordine ad finem illius, sumitur vt medium ad talem finem; sed actus studiosus, vt sic, nõ est medium proportionatum ad finem prauum consequendum. Omnis enim finis humanus, & temporalis, qui obtineri potest medio actu interiori, recto & studioso potest facilius comparari per actum materialiter seu generice similem, qui versetur circa idem materiale obiectum, vt siquis potest honorem, & famam lucrari dando eleemosynam, adhunc finem, impertinens est quod illa eleemosyna sit ab operante intenta vt honesta,

honesta,vel sub quacunq. alia ratione, ergo actus honestus,vt sic, non potest imperari ab actu malo,& ita non potest habere simul bonitatem ex obiecto,& malitiam ex fine.

137 Sed non dubito quin actum elicitum alioqui bonum videlicet ex obiecto, vel fine intrinseco, & circunstantijs possit voluntas producere,vel conseruare ob malum finem extrinsecum tali actui;de conseruatione colligitur à nonnullis ex D.Tho.q.19.a.7. docente,actum internum voluntatis, qui cæpit bona intentione posse iterari mala intentione, sed ibi potius videtur loqui de fine intrinseco, quo variato variatur actus, & ideo dicit D.Tho.iterari actum,& primi actus bonitatem non pendere ex intentione sequenti,magis est ad rem,quod ait de malo,q.2.a.4. ad. 2. cuius verba referam, quia apertissime etiam tenere videtur, actum bonum internũ etiam dilectionis diuinæ ex relatione in malum finem non amittere propriam bonitatẽ, quam ex obiecto habebat licet simpliciter dicatur malus,verba ergo D.Tho.sunt,ad secũdum dicendum, quod illud, quod consequitur speciem alicuius, semper inest ei, cum ergo actus hominis speciem consequatur ex ratione obiecti, secundum quam est bonus, vel malus,actus sic specificatus in bono,nunquam potest esse malus, nec specificatus in malo, vnquam potest esse bonus, contingit tamen actui seccundum se bono, adiungi aliquem alium actum malum secundum aliquẽ ordinem,& secundum actum malum bonus dicitur aliquando maleficari, non quod in se ipso,sit malus,sicut, dare eleemosynam pauperi, vel diligere Deum est actus secundum se bonus,sed referre actum huiusmodi ad finem aliquem inordinatum scilicet cupiditatis aut inanis gloriæ est quidam alius actus malus; qui tamen duo actus quodam ordine in vnum rediguntur.Bonum autem vt Dion. dicit, est ex tota, & integra causa, malum autem ex singularibus defectib.Et ideo quidquid horum sit malum, siue actus, siue ordinatio actus in finem, totum iudicatur malũ: non autem totum iudicatur bonũ nisi vtrũq. fuerit bonum,sicut neq. iudicatur homo pulcher nisi omnia eius membra fuerint decora turpis autem iudicatur etiam si vnum eius membrum fuerit deforme, & inde est quod actus malus,non potest bene fieri &c.Hæc D. Tho.cui quantum ad hoc quod ait delectionem Dei posse malam reddi ex praua intentione concinit Ocham.2. q.19.

138 Et quidem posse actum elicitum alioqui bonum imperari alio actu elicito, & ordinari ad finem malum.Probat.quia quamuis demus, actum bonum ex obiecto motiuo, non esse simpliciter necessarium ad finem praeuum:tamen non potest dubitari, quin possit esse vtilis,& vtilior etiam,quã reliqua media vt patet exemplis,nam credulitas rerum diuinarum potest existimari vtilis ad honores, & commoda temporalia,& quamuis ad hũc finem posset sufficere credulitas humana, tamen etiã prodesse posset credulitas infusa,& tanto magis quanto est firmior, & eadẽ ratio esse potest dequolibet actu elicito virtutis existẽtis in appetitu sensitiuo, vel voluntate, ergo potest volũtas, pro libertate sua,vti hoc medio potius quam alio:quia nõ ordinat illũ ad finem praeuum,vt praeuum, sed vt bonum naturæ,quin potius interdum existimari potest tale medium necessarium ad aliquam vanam delectationem: vel certe ad honorem aliquem, vel inanem gloriam obtinendam, sine mendacio dicendo se diligere Deum, vt fere omnes authores concedunt,actum fidei etiam supernaturalem posse imperari ab intentione vanæ gloriæ, vel simili. Caiet. 2. 2. quæst.5. artic. 2.& communiter Doctores in illa materia, vt notat Perez, lect. 1. exam. p. 3.c.15.& idem dicit de actu spei.1.2.q.55.a.4.fateor tamen raro actum internum referri extrinsece in malum finem,quia nunquam sunt necessarij,& raro sunt vtiliores, quam actus mali ad consequendos fines malos. Hoc igitur supposito aliqui recentiores arbitrantur: valde probabiliter,& sine magna difficultate defendi posse,actum internum retenta bonitate ex obiecto, & fine inttinseco posse esse malum ex fine extrinseco, & mutuato ab actu imperante. Probant, quia actus bonus ex obiecto,& fine intrinseco per relationem ad finem extrinsecum,non amittit suam substãtiam,quæ consistit in habitudine ad obiectũ, & finem intrinsecum, maxime cum ea relatio sit denominatio extrinseca, ergo neque amittit suam bonitatẽ substantialẽ, quæ eius substantiã consequitur. Conf. morali inductione,quia vix est homo, qui dum aliquid studiose operatur, nõ peccet aliquãdo per sinistram aliquam intentionem insurgẽtem gloriæ aut delectationis vanæ,non est autem credibile propter huiusmodi finem auferri totũ fructum bonarum actionum, esset enim res valde rigida, & præter humanas vires: potest igitur actus retenta bonitate, & merito ex obiecto, & fine intrinseco induere malitiam ex fine extrinseco,neq. hoc videtur inconueniens,cum vna bonitas intrinsece, alia vero per extrinsecam denominationem competat,ibiq. interueniant sicut duo actus voluntatis,ita quoq. duo actus intellectus vnus circa obiectum,& intrinsecas circunstantias,ipsius & actus prout circa illas eliciendus est,& hic potest esse prudẽs,alius vero circa finem, & media propter illum eligenda, & hic potest

test esse imprudens, & non satis consideratum atque ita ex hac parte (inquiunt isti) non est eadem repugnantia in fine, & in alijs circunstantijs, maxime cum circunstantia finis non sit obiectiua respectu electionis medij, sicut aliæ circunstantiæ, sed fundetur in relatione voluntatis, addunt isti, actum bonũ ex obiecto & fine intrinseco posse fieri malum ex sola carẽtia relationis in alium finem bonum extrinsecum, vt si Deus præciperet alicui vt actum elicitum misericordiæ referret explicite in Deum seu gloriam Dei, & ille non referret, talis actus, retenta bonitate ex obiecto, & fine intrinseco, esset malus ex fine extrinseco: & tunc bonitatem fore intrinsecam actui; malitiam vero primo, & per se fore in omissione actus, quo referendus erat actus misericordiæ, in gloriam Dei,
139 à qua priuatione, vel carentia, actus misericordiæ extrinsece denominetur malus.

Sic debet intelligit quod ait Abulẽ. Matth. 6. q. 11. actum aliquem posse simul esse bonũ, & meritorium ex obiecto: malum vero, & demeritorium ex fine. Si obijcias, quod dicitur Matth. 6. alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, & receperunt mercedem suam, respondeti potest, primo; Christũ loqui de inani gloria, & hypocrisi, quæ sit peccatum mortale, quale est in casibus positis ab Abulen. Matth. 11. q. 8. & talis erat hypocrisis, & inanis gloria pharisæorum, cũ quibus ibi Christus loquebatur, & cum ea non poterat stare meritum, quia ad meritum requiritur gratia: illa autem excludit gratiam. Responsio est Abulensis Matth. 6. q. 8. Sic etiã intelligitur Basil. serm. 2. de baptismo, q. 8. dicens, eum, qui præceptum Dei implet, non secundum scopum, & modum à Deo præscriptum, non solum, non mereri præmiũ, sed dignum quoq. esse æterno supplicio, & Ierem. 48. maledictus, qui facit opus Dei fraudelenter, septuaginta vertunt negligẽter, id est, qui fraudat opus ea conditione, quam sub peccato mortali tenebatur ei apponere. Secundo responderi potest, Christum ibi loqui de opere facto præcise propter inanem gloriam, secus si simul factum sit propter Deum. Huic explicationi consonat Lira in id. Matth. 6. receperunt mercedem suam, dicens, cum intentio fertur ad homines tantum, non est aliquid à Deo expectandum: eodem modo loquitur
140 Hieronym. in id, nesciat sinistra tua &c. Claudius, & Carthusianus. Alijq. eodem. c.

Cæterum omnes authoritates, & rationes, quæ probant actum internum, non posse esse bonum ex obiecto, & malum ex circunstantijs obiectiuis, vel non obiectiuis, similiter probant, non posse dari actum, qui sit bonus ex obiecto, & circunstantijs obiectiuis, & nõ obiectiuis, & malus ex fine extrinseco, confirmatur, nam actus exterior, non potest esse simul bonus ex obiecto, vel circunstantijs, & malus ex fine, qui ei est extrinsecus, ergo neq. actus interior potest esse aliunde bonus, & simul malus ex fine sibi extrinseco, sed eo ipso, quod in prauum finem extrinsece ordinetur, amittit omnem bonitatem, quia de ratione cuiuscumq. bonitatis moralis est, vt actus nulla ex parte sit vitiatus, & infectus. Et eisdem rationibus constat, actum alioqui bonũ ex carentia debitæ relationis in alium finem bonum, ita fieri malum, vt nulla in eo remaneat bonitas moralis. Tamen ea obligatio nõ potest dari de lege ordinaria, non enim tenemur ex lege ordinaria, actum, qui habet bonum finem intrinsecum referre in vlteriorẽ 141
finem bonum extrinsecum.

In vtraque autem opinione certum est, actum bonum ex obiecto, & fine intrinseco, retenta ea bonitate referri posse in malum finẽ extrinsecum relatione, quæ non sit eius causa, vt si quis actũ bonum dilectionis Dei vel, alium similem iam elicitum putaret sibi conducere posse eodem instanti ad prauum aliquem finem, & ob hoc amaret illum, quia illa intentio mala non esset causa illius actus, & ideo non macularit illum, & tunc virtute, id est actu virtutis, vteretur quis male, vt obiecto, & quantum est ex parte sua, vt medio seu principio ad obtinendum malum finem, neq. obstat D. Tho. q. 55. a. 4. & 2. 2. q. 20. a. 1. ad. 2. dicens, nos posse male vti virtute, vt obiecto, non vt principio: nam loquitur tantum de virtute habituali: & de vero vsu, & nõ de existimato tantum, nos vero asserimus, posse aliquem actu virtutis male vti in sua æstimatione, non in veritate, quia relatio in finem prauum, quæ non est causa actus interni, non efficit vt aliquis finis prauus obtineatur, nã sine illa relatione actus ille relatus suum effectũ sortitur, quicunq. ille sit, & non ex vi illius relationis, & hoc est quod intendit Cordub. 1. lib. q. 50. dicens, circũstantias, quæ concomitanter tantum se habent ad actum bonum, non maculare illum, dixisset tamen melius, illas non esse circunstantias, quia non afficiunt moraliter ipsum actum, nam finis, qui non est causa actus, non afficit illum moraliter. Dices: ergo posset homo simul diligere Deum super omnia, & abuti eo amore, saltẽ, vt obiecto, extollendo se, & gloriando ac superbiendo de illo, & volẽdo, quantum est de se, eo consequi malum: consequens videtur absurdum, & inuoluere repugnantiam, quia amor Dei pugnat formaliter cũ peccato actuali. Resp. cum dicimus voluntatem posse male vti actu bono, per malum actum, intelligendum est, quantum est ex communi ratione

tione

tione tendentiæ in bonum obiectum cum circunstantia mali finis extrinseci: nisi aliunde sit repugnantia ex parte obiecti & finis, sicut in communi loquendo non repugnat esse simul actus bonos & malos in voluntate, nisi in suis obiectis includant contradictionem,& hac ratione nequit fieri, vt cum hac efficaci voluntate,volo nullũ peccatum habere,sit actuale peccatum.Sic ergo dicendum de amore Dei,est enim quidam amor perfectus,& efficax ex modo, & ex obiecto, quo voluntas vult actu placere Deo in omnibus tam grauioribus,quam leuioribus rebus, & hoc actu nemo potest abuti etiam venialiter quando talem actum habet,quia hic vsus malus pugnat cũ ipso actu ex parte obiecti illi°, quia opponitur obiecto actus.Alius vero est amor Dei, perfectus quidem substantialiter, non tamẽ omnino,vt cum quis vult propter Deum vitare omnia peccata mortalia seu seruare omnia præcepta obligãtia sub mortali: & hoc actu nõ potest voluntas male vti mortaliter propter eandem repugnantiam:potest tamen malenti venialiter,quia obiectũ illius amoris non excludit omne peccatum veniale,& ita, quoad hoc eadem ratio est de hoc actu,& de quolibet alio studioso.

§.4. An actus ex obiecto, vel circunstantijs malus possit habere bonitatem aliquam ex fine,& an quoties electio est mala,intentio sit mala.

142 SVpponendum est in primis volũtatem libertate sua posse ob malũ finem rem alioqui bonam facere, vt Exod. 3. obstetrices mendacio vsæ sunt ad tuendam vitam infantiũ Iudæorum,& ratio est quia actio praua ratione eius, quod materiale est in ipsa,potest esse vtilis ad aliam rem bonam & honestam, vt surripere alienum potest esse vtile ad subueniendum proximo indigenti,& hoc docuit. D. Thom. q.19.ar.8. argum. sed contra, & alij communiter. Hoc supposito tres possunt esse modi dicendi,in præsenti circa.4.difficultatem. Primus est,in eo casu intentionem esse bonam, & adeo esse vtilem,& efficacem,vt auferat totam malitiam electionis, ad quod confirmandum adduci possunt testimonia Chrysosto. Ambros.& August.relata. §.3. in quibus dicitur,finẽ seu intẽtionem operi nomen boni aut mali imponere, seu discernere operationes nostras,vnde Cassianus, collatione. 17. c. 17.vsq. ad 19. ex Abbate Ioseph dicit, mendacium etiam excusari propter bonum finem, quod secundo potest confirmari exemplo obstetricum,quæ præmium à Deo receperũt.

1. modus dicendi.

Chrys. ho. 19.imperfecti. Ambr. 1.offic.c. 30. Aug.Psal. 31.

3. Exodi.1.3.ex Matth.6. & Luc.11. si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Vbi Chrysosto. homil. 25. imperfecti in Matth.per oculum mentem intelligit, quam ait,simplicem esse, quando cor rectum erga Deum est,cæteri vero patres(quod in idem recidit)nomine oculi intelligunt rectam intẽtionem.Nam de hac instituerat Christus sermonem,attendite,inquiens,ne iustitiam vestrum faciatis coram hominibus vt videamini ab eis,& ita exponit Aug.lib.de opere monach. cap. 26. concludens, tale esse factum, qualis est intentio. idem 4. contra Iulian. c. 3, & libr.2. de sermone Dom. in monte in medio,seu c.21.D.Thom.supr. quæst. 12.artic. 1.ad.1.& 2.Abulen.Math.6.q.179. ergo non potest esse intentio bona,& electio mala, quod etiam suadetur. 4. ex illo Luc. 6. & Matth. 7. non potest arbor bona malos fructus facere, vbi etiam per arborem bonam intentio bona intelligitur. 4.

Iste modus dicendi non est in vniuersum verus, potest quidem bona intẽtio interdum efficere ignorantiã, & incõsiderationem inculpabilem circa malitiam medij,& tunc excusabit,non propter bonitatem intentionis, sed propter ignorantiam,quæ reddit in volũtariam malitiam medij:non tamen opus est, hanc ignorantiam semper interuenire,interdum enim homo sciens hic, & nunc mendacium esse malum,vult mentiri propter tuendam vitam amici, & idem interdum erit interueniente ignorantia vincibili, & culpabili,& tunc certum est,electionem esse malam, vt constat ex D.Tho.q.19.a.7.& 2.d.38. a. 4. & 5. vbi etiam Mag. & alij, d. 40. sumitur ex Aug. lib. contra mendacium. c. 3. & 4. & ex Aristo.6.ethi.c.7. & ratio est clara ex dictis, quia non obstante bona intentione, malitia medij est voluntaria,licet non directe aut in se sit volita, & hoc sufficit vt communicet malitiam actui vt supta dictum est, ergo actus erit malus ex obiecto, ac proinde simpliciter malus. 143 *Confutat hic modus dicendis.*

Ad primum in oppositum, Resp. testimonia illa sanctorum explicanda esse vt exponẽtur testimonia euangelij relata in 3. &.4. arg. quamuis Amb.solum velit opus ex obiecto bonum,ex fine reddi malum,& Cassianus cũ Chrysost. & alijs multis errauit existimans, licitum esse mentiri,non ex omni bono fine, sed ex aliquo valde vtili, vel necessario,de qua re Aug.lib.de mendacio contra Consentium. Gratianus,22. q.2.Magister, & alij. 2. d. 38.Henricus Curcius annotationibus ad Cassianum collatione.17. c. 8. & nonnihil Vaz q. disput.68.n.15. & 16. & plura nos in materia de fide disputantes, an Deus mentiri possit. ad secundum.R.distinguendos esse duos actus in obstetricibus illis, vnus fuit intentio libe- 144 *Ad 1.argu. Huiusmodi dicendi.*

Ad 2.

liberandi infantes à morte, & hic fuit meritorius, & à Deo remuneratus, alius fuit electio mentiendi propter illum finem, & hic fuit malus, & demeritorius: ita August. lib. contra mendacium, cap. 15. & D. Thom. infra. quæst. 114. articul. 10. ad secundum sic exponens quod statim referemus ex Gregor. & glossa. idem docet D. Thom. 2. 2. quæst. 110. artic. 3. ponderans verbum illud, quia timuerunt obstetrices Deum, addit vero ibi, artic. 4. ad quartum, etiam per actionem mendacij potuisse mereri, saltem aliquid temporale, quatenus procedebat à voluntate aliquomodo bona, & ita interpretatur D. Gregorium. 18. moral. cap. 2. dicentem, benignitatis earum merces, quæ eis potuit in æterna vita tribui, præmissa culpa mendacij, in terrenam est remunerationem declinata, refertur Gregor. cap. si quælibet. 22. quæst. 2. & in glossa Exodi. 1. sed hoc difficilius est, de quo postea, & sufficit responsio data. Alia etiam esse posset, significata eodem loco ab Aug. eas mulieres ignorantia inuincibili laborasse, & ideo bene operatas fuisse, & remuneratione accepisse, sic etiá Chrysost. ho. 19. imperfecti excusat Iacob, cum Genes. 35. aliud habebat in ore, & aliud in corde, dicés, fratri suo, vidi faciem tuã, quasi viderem vultũ Dei.

145 *Ad tertiũ.* Ad tertium Respond. si nomine oculi intelligamus præcisum actum intentionis, vt condistinctum electioni, regulam illam non esse necessariam simpliciter, sed moraliter tantum intelligendam; quia vt in plurimum, qui operatur ex intentione placendi Deo, non eligit medium, quod sit offensa Dei, vt ibi Iansenius exponit: vel 2. intelligitur formaliter, & quantum est ex parte intentionis: vel tertio dicitur, nomine oculi intelligi intentionem, non præcise, & secundum se tantum, sed vt comprehendit electionem (vt quando eodem actu volumus medium & finem) vel vt participatur in electione, vnde, si intentio secundum se sit bona, & electio mala, non potest esse oculus simplex, vt recte Bon. 2. distin. 40. quæst. 1. Gabr. quæst. vnica, artic. 1. notab. 2. & arti. 2. conclusio. 3. ex Bernar. lib. de consideratione, & significat D. Thom. 2. distin. 38. quæst. 1. artic. 3. Dicens, intentionem vocari oculum, quatenus virtus intentionis manet in ratione ordinante media ad finem, quæ ordinatio, simplex non erit, nisi media honesta ad honestum finem ordinentur: vel quarto mens Christi est, opera illa, quæ non sunt mala ex obiecto, vel circunstantijs, esse bona ex bona intentione, sic Almainus, 1. moral. cap. 1. exponit, quod ex Augustin. adducit Gregor. 2. distinct. 38. sunt ita voluntates hominum adinuicem ligatæ, seu cõnexæ, quod si illa volitio, per quam cæteræ referuntur, bona sit, cæteræ bonæ sint: si mala sit, cæteræ malæ sint: sic quidam apud Magist. 2. distin. 40. cap. 2. explicant testimonia Augustin. & Ambros. citata supra §. 3. imo ipse Magister eadem distinct. cap. 3. hanc expositionem colligit ex August. lib. contra mendacium, cap. 7. vbi docet, quædam opera ita esse mala, vt nulla causa, vel intentione possint fieri bona: vel quinto sermo est de bona intentione operis, quod nulla ex parte apparet vitiosum, sed bonum, quod, licet reuera sit malum obiectiue, tamen quia ab isto reputatur bonum ignorantia inculpabili, & inuincibili, ideo formaliter bonũ est: sic homicidium à Moyse factum excusat Chrysostom. homil. 19. imperfecti Vel denique sexto sermo est de bona intentione generali placendi Deo in omnibus, vel in omnibus recte operandi, cum qua intentione non potest esse peccatum actuale etiam ex ignorantia, quia omnem tollit ignorãtiam, vel eam reddit inuincibilem, & inculpabilem.

146 *Ad 4.* Per idem Respond. ad quartum argumentum, licet per bonam arborem, bonam intentionem intelligant multi cum Augustin. 1. de gratia Christi. cap. 18. & 19. & lib. de vera & falsa pœnitentia, cap. 2. tamen ad litteram non tantum bona intentio, sed simpliciter bona voluntas forte intelligitur, vt notat D. Thom. quæst. 20. artic. 2. ad. 1. & 1. part. quæst. 49. artic. 1. ad. 1. & de malo, quæst. 1. artic. 3. ad. 1. & sumitur ex Augustin. 1. contra Adimantum, cap. 26. vbi adducit illud Matth. 12. aut facite arborem bonam &c. Vnde colligit, esse in potestate hominis facere bonam arborem, quia est in eius potestate facere bonam voluntatem, à qua non possunt prodire, nisi boni fructus, idem lib. 3. contra Iulian. c. 3. secundo de nuptijs, c. 26. & in Enchir. c. 15. Caiet. & Abul. Matt. 7. neq. est dissimile, quod Vazq. & alij dicunt, per arborẽ bonam intelligi bonum hominem, quod est certe satis consentaneum verbis Christi dicentis, omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ excidetur, &c. & infra, bonus homo ḋ bono thesauro suo profert bona: atq. ita notat ibi Chryso. hom. 24. Hieronym. & Euthi. in eum locum, & Aug. aliquibus locis citatis, & lib. 3. cõtra litteras Pitiliani. c. 44. hoc tñ verũ esse nequit, nisi sensus sit, bonum hominem, dum bonus est, nihil mali notabilis seu mortalis facere, vt explicat Chrysosto. illa hom. 24. & August. lib. contra Adimantum, cap. 26. Quod vero dicit, nec arbor mala potest fructus bonos facere, intelligi potest, vt quandiu mala est, non possit facere opera meritoria vitæ æternæ. Nisi sensus sit, malam arborẽ seu malum hominem non posse ex radice

cupiditatis facere opus bonum sibi secus alijs, quia per prædicationem, exhortationem, & alia opera mala ex fine, potest prodesse alijs, & similiter bonus homo ex radice charitatis non potest facere opera sibi mala, ex posito est August. 1. de gratia Christi cõtra Pelagian. cap. 18. & 19. & 3. contra litter. Pitilianj, cap. 44. Aut nisi sensus sit impossibile, id est difficile esse, vt homo perfecte bonus faciat malũ graue, vel cõmuniter, aut homo perfecte malus, faciat opus meritorij gloriæ, aut cõmuniter bene operetur, quo pacto videtur intelligere, Titel. Matt. 7. Abul. ibi q. 29. Iansen. in concordia, ca. 43. quo etiá pacto, cap. 49. cum Chrysostom. Theophylact. & Euthimio exponit id Matth. 12. aut facite arborem bonam, &c. licet hoc hi ad Christum, & eius fructum referant, Vazq. autem contendat id debere referri ad pharisæos, & eorum fructum, qui, & cum Titel. adiungit aliam explicationem ad locum Matth. 7. vt sermo sit de bonis, seu veris prophetis, & falsis, et ex fructu, eorum doctrina dignoscatur vide Vazq. disp. 68. ca. 2.

146. *2. modus dicendi. 1. argum.* Secundus modus dicendi est fieri non posse, vt à bona intentione, mali medij electio procedat, ideo in electione mali medij nullam bonitatem ex intentione inueniri posse, quod suadetur primo, quia licet ex intentione rei honestæ possit oriri electio mali medij, tamen quando talis electio oritur, signum est, intentionem non esse honesti vt honestum est, seu ex motiuo honestatis, sed tantum materialiter versari circa rem honestam; ideo neque in se habere honestatem, neque communicare illam electioni, quia omnis intentio est causa electionis sibi proportionatæ; turpis autem electio non habet proportionem cum intentione honesti, vt honestum est. Secundo, 2. quia quod est causa mali malum est. Ergo si intentio honesta esset causa malæ electionis, hoc ipso fieret mala: quod sentit Aegidius, 2. dist. 40. quæst. 1. art. 1. Bona. Richar. Gabr. postea citandi, licet in bono sensu exponi possint, vt postea videbimus. Pro hoc modo dicendi adduci potest Bernard. de præcepto, & dispens. cap. 17. vbi ad bonitatem oculi, qui intentionẽ significat, requirit non solum charitatẽ, id est, propositum boni finis, sed & veritatem id est electionem medij non mali. Sed longe diuersa est Bernardi mens, nempe vt bona sit intentio, debere sequi rationem veram, aut verisimilem & probabilem. Si enim quis ex ignorantia vincibili, & culpabili intendat, tanquam bonum, quod reuera malum est, intentio mala erit.

147. *Confutat.* Sed hic modus dicendi cum suis fundamentis facile confutatur. Primum quidem fundamentum sic, quia licet moraliter, & regulariter loquendo, ex intentione honesti vt sic, non oriatur electio mali medij, tamen non est simpliciter necessarium, neque repugnat aliter fieri, nam qui intendit rem honestam, etiam intendit materiale illud nempe rem, quæ est honesta. Turpe autem medium potest conducere ad consequutionem illius rei honestæ, ergo potest eligi ex intentione rei honestæ, vt honesta est. Præterea, quia ad bonitatem moralem actus, vt diximus disput. præcedenti, non opus est intendi honestum vt honestum est, sed satis est appeti aliquid sub ratione boni, & nihil turpitudinis apparere in ipso obiecto vel actu. Secundum autem fundamentum confutatur sic, quia licet demus, intentionem eo ipso, quod sit causa malæ electionis, malam reddi, non euadimus difficultatem. Nam sequi videtur, in intentione ipsa simul esse bonitatem, & malitiam: quia non potest intentio bonitatem amittere, cum sit ei intrinseca, & essentialis, & prior electione. Deinde in rigore id falsum est, quia electio non est obiectum, neque circunstantia electionis, sed quid posterius: ergo non potest illam inficere. Item, quia bona intentio de se non est causa malæ electionis, sed libertas voluntatis: ergo illa malitia non est tribuenda intentioni, sed causæ deficienti, quæ est voluntas, sicut quando ex vero assensu fidei, & alia præmissa falsa infertur falsa cõclusio, quamuis aliquo modo concurrat assensus fidei, tamen non est causa falsitatis, quia non ex illo, sed ex alio principio deficiente sequitur: ergo similiter cum intentio bona de se inclinet ad bonum, quamuis volũtas cum illa ad malam electionem se determinet, quatenus habet conuenientiam aliquam cum bono, non est malitia tribuenda intentioni, sed voluntati, ergo ex electione non fit intentio mala. Si dicas, fieri posse, vt homo videns talem finem bonum non posse obtineri, nisi per vnum medium malum, eliciat, vel continuet intentionem talis finis, & tunc non posse non fieri intentionem malam, quia homo in ea videns malum effectum, virtualiter, & implicite illum amat, atque ita Medina, quæstion. 19. art. 7. & Almain. 3. moralium, cap. 18. ad secundum concedunt, quando medium malũ est necessariũ ad bonum finem, intentionem fieri malã ex electione, id est, ex habitudine ad electionẽ, eiusq. periculo manifesto: sicut quando volo aliquid, ex quo video sequi damnũ proximi vel

vel quid simile, quod vitare teneor; volitio alioqui bona redditur mala: quod dictum Medinæ, & Almaini, verissimum est, quando ante intentionem, vel eius continuationé præuisa est in intentione, vel eius continuatione necessaria consecutio malæ electionis.

148 Quæ doctrina male à nonnullis impugnatur, quia si intentio est causa malæ electionis, quomodo intentio non erit mala: exircunstãtia per modum effectus, licet ex intentione non sequatur necessario electio mala; causare namq. contingenter, & non necessario, non tollit malitiam intentionis; quamuis enim circunstantia libere, & non necessario apponatur, suam malitiam confert. R. facile, effectum, qui contingenter continetur in causa, non imputari volenti præcise ipsam causam: ideo electionem, quæ contingenter sequitur ad intentionem, non imputari habenti præcise talem intẽtionem, & ratio est, quia propter effectum, nõ tenetur vitare causam, nisi cum in ea continetur manifestum periculum effectus, quod solum est circunstantia volitionis causæ, & non electio, seu alius malus effectus, aut eius volitio. Male etiam eadem doctrina ab alijs impugnatur, quia nunquam intentio bona ex electione fit mala, sed vel à principio fuit mala, vel mutatur vna intentio in aliam: nam si homo bona fide intendit finẽ honestum, vt sic: postea autem videat finem illum non posse obtineri, nisi per malum medium, necesse est, vt desistat à priori intentione, quia honestum motiuum, non mouet, nisi iuxta regulas prudentiæ; vnde non potest mouere ad malum medium, quare si voluntas in intentione finis perseueret, vel signum est à principio, non intendisse illum exhonesto motiuo, vel necesse est, vt mutet intẽtionem, & quod prius amabat propter honestatem, amare incipiat propter naturalem inclinationem, vel aliam similem causam: illa inquam doctrina male impugnatur dicta ratione; quia bene potest intentio esse mala à principio, & ante electionem, & tamen ab electione vitiari, idest, ex habitudine & ordine ad electionem. Deinde licet à principio fuerit bona potest reddi mala eadem specie, & numero in continuatione, non solum quando per eam non intendebatur honestum, vt sic (quomodo intendi, dicimus non esse necessarium ad bonitatem intentionis) sed etiam quando per eandem intendebatur honestum vt sic, bene enim potest intentio honesti, vt sic, mouere ad electionem mali medij, si quidem malum medium, etiam ad consecutionem rei, quæ est obiectiue honesta conducere potest, tunc autem si homo videat ex intentione, vel continuatione intentionis honesti, vt sic, sequi necessario malam electionem, intentio ipsa ab initio, vel in prosecutione, mala reddetur tanquam elicita, vel continuata cum præuisione malæ electionis in ipsa, quãdo autem mala electio non sequitur necessario ex intentione boni finis, intentio ipsa non est mala, vt ait Medina supra, & sic explicat D. Thomam, quæstion. 20. artic. 2. & 2. distinct. 38. artic. 5. & distinct. 40. artic. 2. asserentem, *posse esse intentionem bonam, & electionem malam*, idem tenet D. Thom. quæst. 19. artic. 8. argumen. sed contra Conrad. quæst. 19. articul. 7. ad 2. & Almain. 1. moralium, cap. 11. & 12. Gregor. 2. distinct. 38. quæst. vnic. artic. 2. Magister. 2. distinct. 40. colligitur ex Augustin. lib. contra mendacium, cap. 19. & Gregor. 3 moral. cap. 17. vbi ait. *Amicos Iob peccasse reprehendendo ipsum, licet bona intentione processerint.* Idem tenet Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 5. quæst. 5. distinctione tamen vtens, hunc in modum. *Aduertendum est intentionem finis posse dupliciter accidere, vno modo si Titius finem velit & appetat, & ea quæ ducunt ad finem generatim tantum modo velit: non autem explicite & distincte, & tũc potest esse bona intentio; nec inficitur, si postea mala fiat electio: quoniam intentione generali precedenti non fuit definite voluntarium aliquod malorum, quæ diriguntur ad finem. Altero modo potest cõtingere vt Titius finem optet, & sibi proponat vt obtinendum distincte per id quod est malum, & eiusmodi electione mala maculatur intentio ex mala circunstantia quibus auxilijs, ex quo efficitur vt si Titius propria & aliena bona habeat, & constituat elargiri eleemosynam, & definite non statuat dare ex bonis alienis; quamuis postea ex alienis præstet, nõ inquinetur prior intentio, quia fuit finis vt per aliquid generatim obtinẽdi.* Hæc Azor. qui sic intelligit & defendit, quod dicunt Bon. 2. distinct. 40. articulo. 1. quæstione. 1. Richar. articulo. 1. quæstione. 1. Gabr. distin. 41. quæstione. 1. articulo. 1. nota. 2. & articulo. 2. conclusione. 3. mala intentione vitiari electionem. Idemque docet Vazq. disp. 68. numero. 3. & Conrad. supra quod verum est quando agens non præuidit ex illa intentione generali confusa necessario sequi malam electionem, si enim præuidit, intentio, fuit mala, vt dictum est, quare non est verum, quod aliqui dicunt, quando intentio est coniuncta cum mala electione, malam esse, si enim generalis & confusa sit, & in ea non contineatur necessario, aut non præuideatur mala electio, non inficitur ex illa. 149

Tertius modus dicendi est, etiam si contingat hominem eligere malum medium ex intentione bona, electionem illam esse malam ex obiecto, vel aliqua circunstantia; ex fine autem nullam habere bonitatem. Hoc probant aliqui. 1. quia electio non accipit bo- 150 3. Modus dicendi auctoris.

nitatem ex fine prout in se est, sed ex ordinatione medij ad finem: quamuis autem finis in se sit bonus: tamen ordinare malum mediũ ad finem bonum non est bonum nec rationi consentaneum; & ideo actus ex hac relatione nullam accipit bonitatem. Secundo, quia licet finis sit intẽtus vt honestus est, tñ per illam electionem non ordinatur mediũ ad finẽ, vt honestũ est, sed absolute, vt talis res est: & ideo mirum non est, si inde nullam accipiat bonitatem. Hic modus dicẽdi verus est, & communis 2.d.38.& 40. Abulen. Matt. 6. q. 179. Sed non recte propositis argumentis probatur. Ad primũ enim facile dici posset, electionem ex fine secundum se considerato, sumere bonitatem: supposita tamẽ ordinatione medij in finem: vel ordinare malum mediũ, in bonum finẽ non esse malũ, quia licet velle malum mediũ vt sic, malum sit; tñ ex suppositione quod malum medium sit volitum, bonum est vt ordinetur, & dirigatur in bonum finem, & non in malum, vel indifferentem. 151

Ad.2. autem facilius dicitur, ad bonitatem intentionis non oportere intendi honestum, vt honestum: deinde malum medium sæpe esse necessarium ad consequendum bonum honestum, etiam vt honestum est & ideo ex intentione honesti, *vt sic*, posse procedere electionem mali medij, ex quibus omnibus reijci etiam potest Anto. Perez, lect. 1. examinis, p.3.c.18. dicens, ideo non posse actum esse re ipsa malum ex obiecto, & bonũ ex fine, quia velle bonum finem comparare malo medio, malum est, & nulla ex parte bonum: & quia bonus finis, vt est bonus moraliter, seu honestus, non potest mouere aut influere ad electionem mali medij. Nam, 1. ratio assumit probandum, itemq. ad summũ suadet, illã electionẽ, nisi causetur ab alia intẽtione respiciente in se ipso solum bonum finem, non posse esse bonam: non tamen probat, non posse esse bonam si causetur exprædicta intẽtione, quæ est in se bona. 2. Autem ratio assumit falsum, nam, cum malum medium possit conducere ad honestum finem, vt nunc dormire contra præceptum vigilandi, vt postea attentius, & deuotius recitare officium aut contemplari, & actus fidei, & charitatis exercere possim, & sic in alijs innumeris exemplis: non erit impossibile velle malum medium propter finem illum honestum consequendum, vt honestus est. Deinde iam diximus vt finis suam bonitatem, & honestatem tribuat actui, non esse necessarium appeti sub expressa, & formali ratione honesti, seu consentanei rationi, sed satis esse appeti, vt consentaneum naturæ sine vlla disconuenientia, aut turpitudine apprehẽsa, vel certe satis erit ideo appeti, quia aliqua ex parte est cõsentaneus naturæ, & ex nulla est, aut apparet dissentaneus: sic autem volitus potest influere in electionem mali medij: cur ergo non reddet illam aliqua ratione bonam, licet ratione obiecti sit mala? Et magis vrget hæc ratio in opinione quã ibi. cap. 19. tenet contra Vazq. disput. 5. cap. 3. & disp. 73. c. 7. asserẽte, electionẽ obiecti secũdum se boni capere bonitatem propriam illius obiecti, etiamsi non propter propriam bonitatem, & honestatem tale obiectum ametur, sed propter aliam. Quæ opinio falsa est, & superius reiecta, tamen si vera esset, satis infirmaret illam rationem: quia si obiectum, licet non ametur ob propriam honestatem, illam confert actui; ergo similiter finis propter quem assumitur malum medium, licet tunc non ametur propter propriam honestatem, sed quia est bonum quoddã naturale meum, vel amici. v.g. poterit actum honestare, & sic electio mali medij, licet sit mala ex malo medio, poterit esse bona ex bono fine, nisi aliud obstet. Solidũ ergo fundamentum huius modi dicendi est. Quia de ratione actus boni est non habere malum obiectum, nec malum finem, nec malam vllam circunstantiam; ergo eo ipso, quod electio habeat malum finem, ita est mala, vt nullam habeat bonitatem & hoc est verum, etiam si idem actus sit formaliter, seu explicite intentio, & electio, vt quãdo eodẽ actu formaliter attingimus medium, & finem. Vnde falso Medina q.19.a.7. dixit in eo casu eundẽ actum esse bonum, vt intentio est, malum autem, vt electio est: & melius Almain. 1. moral. c.12. a d.1. argu. post secundum proposit, ait talem actum nullam bonitatem habere, itaq. siquis vnico actu velit malum medium ad malũ finem, vel malum finem per malum medium in communi, vel in particulari, talis actus ita est malus, vt nullam bonitatem habeat.

Sed cõtra id quod diximus intentionẽ bonã ex electione interdũ vitiari, arg. quia assensus principij nunquã redditur falsus ex falso assensu conclusionis, ergo neq. volitio finis redditur mala ex electione mala mali medij. R. cum Med. & Vazq. disp. cit. num. 5. & alijs, non esse simile, quia veritas sumitur tantũ ex cõformitate intellectus ad rẽ, ad quã conformitatẽ est inpertinens falsitas cõclusionis, bonitas autẽ sumitur ex cõformitate voluntatis ad legem, ad quã multũ referre potest prauitas electionis, tenemur enim vitare actus, ex quibus sequitur necessario praua electio, aut alicuius præcepti violatio, vel damnum proximi, sic tenemur abstinere à studio, si impedit auditionem missæ in die festo: & abstinere ab actu habente speciem mali, ne præbeamus scandalum. *Obiectio.* *Solutio.*

§. 5.

§. 5. *Vir. bona intentio licet non det bonitatem prauæ electioni saltem minuat eius malitiam.*

152. 1. argumẽ. PRO parte negante arg. 1. ex Aug. lib. 50. homiliarũ ho. 7. to. 10. & refertur, c. forte, 14. q. 5. vbi ait, *eum qui furatur vt det pauperib. & totum dat pauperib. non minuere, sed potius augere peccatũ suũ.* 2. Quoniam aliquãdo intẽtio boni finis rẽdditur mala ex mala electione, vt diximus. §. 4. ergo tunc saltẽ nõ minuet malitiã prauæ electionis. Solum enim potest eam minuere qñ ipsa intentio est bona, tunc autẽ nullo modo est bona. Vnde etiã sequi videtur, in opinione asserẽte omnẽ intentionẽ vitiari ex mala electione, malitiã electionis nunquã minui ex intentione boni finis. 3. Si bonitas intẽtionis minuit malitiã electionis, ergo crescente in infinitum bonitate intentionis per multiplicationẽ plurium, vel plurium finium, vel assumptionẽ melioris, & melioris finis, vel intensionẽ, vel extẽsionẽ maiorem, & maiorẽ ipsius intentionis, tandẽ tolletur tota malitia electionis; quia cum sit finita per repetitã ablationẽ boni tandem consumetur. Consequens autẽ implicat, quia semper electio habet malũ obiectũ, vel malas circunstãtias ac proinde semper est mala; ergo. 4. Quia ordinare malũ mediũ in bonũ finem est prohibitum diuina lege: ergo inde potius aggrauatur quã minuatur peccatum. 5. Qui furatur propter dandã eleemosynam peccat duplex peccatum, qui vero ex cupiditate vnum tantũ; ergo bona intentio non minnit malitiã, consequẽtia videtur nota, antecedẽs probatur, quia in 1. non solũ est mala electio, sed etiam mala intẽtio, eo quod necessario infert prauã electionem, ergo in eo est duplex peccatũ? Propter hæc Monachus, & alij cõmuniter Parisijs tempore Almaini, vt ipse refert tract. 1. moral. c. 12. tenuere intentione bone finis non minui malitiã prauæ electionis, sed Almai. ibi expresse cum Olcoth tenet oppositum, quod merito etiam tenet Medina, & omnes recentiores, q. 19. a. 7. idem tenet Vazquez, disp. 69. c. 1. idẽ tenet Azor, lib. 2. c. 5. q. 8. dicẽs, colligi aperte ex Aug. libris contra mẽdacium, & sane veritas hæc.

Opinio quorundã.

Vera sent. Almai.

153. Prob. auctoritate. Colligitur ex Aug. lib. de mendacio. c. 14. & refertur c. primũ. 22. q. 2. vbi docet, *mendacium illud esse magis vitandũ, quod iniustitiæ, aut alterius, turpitudinis causa dicitur.* Et alio libro contra mendaciũ, c. 8. *peior*, inquit, *est, qui concupiscendo quã qui miserẽdo furatur; & quæ libidine peccat quã quæ vt parentibus succurrat, & leuiora sunt peccata, quæ bono animo admittuntur.* & c. 15. *Grauius est peccatum q̃ animo nocentis, quã, quod animo subuenientis efficitur,* & in Enchir. c. 18. *non sic peccat ille qui consulendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur.* & refertur, c. mihi, 22. q. 2. Probat 1. ratio. ratione: nam bona intentio impedit malam intentionẽ, & malũ motiuũ, cum quib. actus esset deterior, ergo saltẽ hac ratione minuit malitiã electionis. Dices eundem actũ posse simul fieri bona, & mala intentione, bono & malo motiuo; ergo bona intentio nõ minuit malitiam electionis excludendo malam intẽtionem. R. Eundem actum internum nõ posse habere duo motiua intrinseca, seu duos fines propios, & intrinsecos, nam eo ipso quod actus habeant eiusmodi fines diuersos, erunt diuersi specie in esse naturæ, & sic in actu interno manifestũ est, quomodo bona intentio minuit malitiã prauæ electionis excludendo malam intentionẽ: in actu vero externo id non habet eodem modo verũ, quia idem actus externus potest simul ordinari in bonum, & malum finem. Et idem est de actu interno quantum ad finem extrinsecum mutuatum ab actu imperante, respectu cuius habet se sicut actus externus, vt in superioribus dictum est. Nihilominus dico, etiam respectu finis extrinsici quodammodo id saluari, quatenus bona intentio, non secundũ se, sed in quantum sola est, excludit malam intentionẽ finis extrinseci, & ita actus minus malus est, quam si adesset mala intentio, & fortasse nihil aliud voluerũt Aug. & alij. Est tñ alia ratio optima propter quã bona intentio finis intrinseci minuit propriã malitiã prauæ electionis, quam sumit ex ipso obiecto, vel eius circunstantia: qñ enim volũtas non fertur formaliter, & ratione ipsius in obiectũ, vel circunstantiam à qua „puenit malitia, sed materialiter tãtũ, minus malitiæ capit ab eo obiecto, vel circunstantia; ita autẽ est cũ propter aliquid aliud amatur, siue illud sit bonũ, siue malũ, ergo hac ratione non solũ intentio alterius finis boni, sed etiã mali minuit malitiã, quã electio seu voluntas sumit ex obiecto. Itaq. deterior est actus, quo amatur malum obiectum ratione sui, et vt finis, quam ratione alterius, & propter aliud, seu quasi medium. Hac ratione vtitur Vazq. disp. 69. c. 2. & vtraq. confirmari potest, tum quia minus peccatũ est occidere aliquẽ in propriam defensionẽ sine moderamine inculpatæ tutelæ, quam ex odio, vel in vindictã, in quibus omnib. casib. peccatũ est cõtra charitatẽ, & iustitiã, quamuis aliqui dicant, solũ in casu odij esse contra charitatẽ, ergo bonitas intentionis seu finis minuit malitiã prauæ electionis. Tũ quia aliæ circunstãtiæ excusant, vt remissio actus, minæ, promissiones &c. quæ libertatem minuunt, ergo, & bonus finis, qui similiter libertatem minuit, cæteris paribus. Ad. 1. argumen. in oppositum respõdent aliqui Aug. loqui de eo qui furatur ad dandam eleemosynam, putans id placere Deo, quia hæc existimatio hæretica est, & 154. *Ad primũ*

coniũctá habet volũtaté efficiendo Deũ quasi participem iniquitatis. Sed hæc solutio nõ placet; nam Aug. loquitur de eo, quod accidit communiter in viris fidelibus dantibus eleesynam è rebus furto sublatis. Vnde. R. meli°, mentem Augustini esse, illum qui furatur vt det pauperibus, & totum dat pauperibus, non minuere peccatum, quod furando commisit sed potius augere peccatum furti, videlicet multiplicando, aut quasi continuando furtũ, nam dando pauperibus iterum vtitur re aliena inuito domino, & impotentem se efficit ad restitutionem, saltem statim faciendam, quia non habet (vt supponitur) alia bona, quibus restituat, vel quia res, quæ restituẽda erat in eadem specie, insumitur aut in alterius potestate constituitur. Vnde Aug. non ait, agentem cum bona intẽtione plus peccare, quam agentem cum mala intentione, sed agentem cum mala intentione dãdi pauperibus, quod furatur, & deberet restituere, comparat ad agentem cum mala intentione retinendi illa bona inuito domino. Hic enim minus peccat quam ille, & in intentione, & in executione, quia ille peiorem finem intendit, & executioni mãdat, peius enim est rem furto ablatam consumere, ita vt restitui non possit, quam retineri in potestate furis, qui, si placuerit, eam possit domino reddere. Solutionẽ hãc his verbis ponit Azor supra. *Ad. 3. ex Aug. respõdeo peccatum augeri si res furto subtata detur pauperib. quia qui dat, hoc ipso alienum distrahit, & consumit in quo etiam est peccatum, quia dat, & impendit, non sua sed aliena, & quæ abstulerat, restituere domino, non pauperibus erogare debebat. Et loquitur Aug. de pauperibus, qui communes, & solitas necessitates patiuntur.* Idem dicit Vazq. disp. 69. c. 2. qui recte addit, *his non obstantibus maius peccatum esse furari cum intentione expendendi rem in alijs, quam cum intentione expendendi rem in eleemosynã.* Ad. 2. Ad. 2. Resp. etiã intentionẽ, quæ vitiatur ex electione minuere malitiam electionis, quia præstat, vt malum obiectum minus directe, & per se ametur, tunc enim præcise ob aliud amatur, saltem vt finem, & motiuũ intrinsecum, illam autem modicam electionis malitiam participat intentio, quando ante quam intendatur finis, in ea intentione, vt in causa præuidetur, aut præuideri potuit, & debuit, & voluntarie non est præuisa mala electio.

155

Ad. 3. 1. solutio. Ad. 3. Resp. Medina bonitatem intentionis, cum finita sit, non posse in infinitum augeri: neq. mendacium, cum sit intrinsece malum posse sine vlla malitia manere, sicut neque aqua potest manere sine frigiditate, quantum cumq. calor crescat, licet si nimius sit, aquam destruat. Sed hæc solutio non satisfacit, primo, quia cum aqua ex natura sua postulet frigiditatem vt dispositionem conseruatiuam, non potest manere sine illa, & forte antequã tota destruatur, destruitur ipsa aqua: mendacium autem non postulat malitiam ad sui cõseruationem: vnde in eo, qui laborat ignorantia inuincibili, manet mendacium sine malitia, quia si bonitas intentionis minuit malitiam, aucta in infinitum bonitate intentionis consumetur tota malitia mendacij, & manebit mendacium sine malitia. Si dicas mendacium vt libere, & sine ignorantia malitiæ cõmissum, postulare malitiam moralem, nec posse ex quacunq. bona intentione illã exuere. Petis principium; argumentum enim cõtendit, etiam posita libertate, & remota ignorantia, destrui totam malitiam mẽdacij: quia quo intentio est melior, plus aufert malitiæ, etiã libertate, & scientia manente, ergo adeo poterit crescere vt mendacium (*quod nulla intentione destruitur*) maneat expers omnis malitiæ. Secundo, licet nulla intentio sit infinita in bonitate, tamen saltem de potentia absoluta potest crescere in infinitum intẽsiue, aut etiam extensiue, aut multiplicatione actuum eiusdẽ, vel diuersæ speciei, aut commutatione vnius intentionis in aliam meliorem, ac meliorem: cur ergo non consumet tandem totam malitiam electionis v.g. si sit intentio charitatis, quæ improportionabiliter excedit omnium aliarum intentionum bonitates: saltem cur sic peccatum mortale non fiet venia le, vel veniale exuet totam suam malitiam, quæ modica est. Secundo Resp. Medina, grauius esse mendacium, sine bono fine, quam cum illo, quia sublato bono fine, ponitur malus, qui deterius teddit mendacium, quia addit aliam malitiam specie distinctam, quæ deest, accedente quolibet bono fine, & nihil refert, esse magis, aut minus bonũ. Vnde supputatio locum non habet. Sed hæc solutio licet ad veritatem accedat, non plene satisfacit, quia ipse Medina putat ex meliori intentione magis minui malitiam electionis, ergo crescente bonitate intentionis in infinitum, tandem destruetur malitia. Præterea intentio bona non excludit intentionem malam compatibilem in eodem actu interno, vel externo: ergo si superueniat malæ intentioni compatibili, non minuet malitiam electionis, vel operis externi, quod forte non concedet Medi. cuius solutio potissime displicet, quia diminuta est, nam bona intentio nõ solum mĩnuit malitiam electionis, excludẽdo malam intentionẽ, ac proinde malitiã, quæ posset cõuenire ex malo fine, sed etiã minuit malitiã, quæ sumitur ex obiecto: id ergo inquirimus, cur tandem, crescente bonitate intentionis, non consumetur tota malitia, quam electio sumit ex obiecto?

2. solutio.

3. Resp.

156 3.Resp.Almai.non sequi,si bonus finis minuit malitiam, ergo infinite melior tollet
3.Solutio. eam omnino.Sicut non sequitur, beneficium aggrauat peccatum, ergo infinitum beneficium infinite aggrauat. Sed neque ista solutio satisfacit.1.quia æquæ difficilé adducit instantiá.2.quia instantia nõ recte adducitur cũ consequentia est dissimilis vt est in casu nostro,nam ex eo quòd bonus finis minuit malitiam,non inferimus, finem infinite bonũ infinitá minuere malitiam,neq.infinite minuere,sed malitiam quæ finita est, totaliter destruere, quia finitum continua ablatione finiti tandem consumitur. Neq. potest dici,id esse intelligendum,quando auferuntur partes æquales,hic autem auferri minores; et minores in infinitum,non enim apparet cur intentio duplo melior non auferat duplum malitiæ.Neq.sunt ad rem instantiæ de peccato veniali,quod quantumcumq. crescat in sua specie non accedit ad grauitatem mortalis existentis in alia specie, & de indiuiduo speciei inferioris, quod quantumcunq. crescat non attingit perfectionem indiuidui speciei superioris,nos enim similibus consequentijs modo non vtimur?

4.Respondet.Vazq.illa disp.69.cap.2.quod
4.Solutio. licet bonitas intentionis minuat malitiam electionis,non tamen quo maior fuerit bonitas intẽtionis,magis minuetur malitia electionis,& ideo nõ procedit,inquit,supputatio,& calculatio argumenti. Declaratur hoc nam duobus modis diximus,malitiam electionis minui bona intentione, primò, quia bona intentio malam excludit,secundo,quia bona intentio auertit voluntatem à malo obiecto electionis,vt à motiuo, & fine, vel formali obiecto,& cõsequenter efficit, vt malum obiectum sit minus voluntarium, vtrumq. autẽ munus non magis præstat intentio vna bona quam alia,& ideo intentio non quo melior est,plus tollit malitiæ.Metus autem quo maior,plus tollit de malitia,tollendo plus de libertate, quia tamen libertas habet quandá infinitatem, eo quod voluntas deliberationi coniuncta superior est quibuscunq. motiuis citra Deum clare visum,etiã si in infinitũ augeantur, iuxta communiorem opinionem, ideo quantumcunq. crescant metus, promissiones,vel alia motiua,non aufertur totaliter libertas,ac proinde nec malitia. In idẽ redit Solutio Azoris supra dicentis, nullo modo sequi,vt si finis sit optimus,turpitudo malæ electionis ex toto auferatur, quia bonus finis prauitatem electionis non minuit, aliquid boni ei conferendo,sed solum minuit extrinsecus, quia submouet malum finem, qui si adesset peior,& deterior esset electio.Si dicas, bonus finis nihil boni præstat malę electioni, ergo non potest minuere eius deformitatem veluti in naturalibus aquæ frigus nõ minuitur,nisi aqua aliquid caloris accipiat. Recte Resp. in naturalibus non remitti vnam qualitatem, nisi per aliquid contrariæ qualitatis susceptum:at in moribus deformitas electionis minuitur ex eo solũ, quod per bonum finem malus tollitur,quo electio redderetur 157
deterior. Sit.5. Solutio quæ huius quartæ so- 5.Solutio.
lutionis explicatio,& moderatio est. Meliorem finem seu intentionẽ melioris finis plus tollere malitiæ,non quia remoueat deteriorem finẽ,quã sit finis minus bonus, nec quia faciat,vt obiectum malum minus directè sit volitum(in quo recte procedebat.4. Solutio) sed quia efficit, vt minus libere peccetur,si cætera sint paria,sicut quo minæ,metus, promissiones,& commoda maiora sunt,peccatũ est minus.Sicut autem nunquam possunt hæc absumere totam malitiam: quia semper manet sufficiens libertas,quæ propter infinitatẽ quãdá, quã habet,per continuã diminutionẽ non absumitur : ita etiam quantumcunque augeatur bonitas finis non tollitur malitia actus,quia semper retinet aliquam libertatẽ, & aliquam sufficientiam in causa suæ prauitatis:nam obiectum habet infinitam quandá sufficientiam ad deprauandum actum, non obstante maiori,& maiori quacunq. causa ex cusante,vnde & malitia actus est infinita secundum quid, & per continuá diminutionẽ nunquam tandẽ absumitur,& hæc sententia est expressa Almain & Mdinæ, supra: imo videtur communis hominũ sensus, quoties minori de causa seu ex minori motiuo quis peccat minus peccare,quia minus libere peccat,vt quidam iuniores complutenses à Vaz. citati dixerunt.Et ad infringẽdam vim illius supputationis, si finis quo melior magis minuit malitiam, ergo addendo meliorem, & meliorem finẽ,absumitur malitia,valet, considerare similem supputationẽ nõ valere:quo minora quis accepit ab aliquo beneficia minus peccat occidendo ipsum,ergo qui nullũ accepit beneficium non peccat.Sic ergo non valet supputatio.Quo melior est finis minus est peccatum electionis,ergo augendo bonitatem finis,tandem nulla erit malitia in electione. Ad probandum autem meliorem finẽ magis minuere malitiam electionis valet, quod ait August.li. de mendacio ad Consentium capit. 14.&.21.& refertur cap. primum. 22.q.2. *peccatum mendacij,quod meliori fine, seu maiori ex causa,vel motiuo fit,minus esse.* Et quod ait Vazq. in fine disp.69.cum D.Thom. q.77. art.6. *minus peccatum esse quo maiora sunt incentiua peccandi,quia tunc peccatum est minus voluntarium,seu liberum.*

Ad.4.Resp.illam prohibitionem referẽdi 158
furtum *Ad.4.*

furtum in bonum finē non esse aliam à prohibitione furti & mali finis, & ideo actū, qui refertur in bonum finem, non habere aliam malitiam à malitia furti, quæ quodammodo extenuatur à bono fine, quatenus præstat, vt furtum sit minus voluntarium, quam si propter se & non propter aliud bonū diligeretur.

157 Ad. 5. 1. Solut. Ad. 5. quidam admittunt, quando intentio boni finis necessario infert prauam electionem, non minui, sed augeri peccatum. Hanc, tamen solutionem reijcit Medina, quia omnes iudicant, grauius peccare eum, qui ex libidine furti furatur, quam qui furatur ad alendam familiam, vel pauperes, sed impugnatio hæc nulla est, quia hic nullus finis bonus adhibetur, sed minus malus, quam insumere in deteriores vsus. Malum enim est ex furtiuis alere familiam, vel pauperes, sed peius canes venaticos, vel parasitos, vel scorta etiam, vel 2. Solut. se ipsum splendide. 2. Resp. Medina, illam intentionem non minuere peccatum, quia bona est, sed quia impedit aliam deteriorem intentionem finis mali. Sed hoc non satisfacit, quia adhuc manet difficultas, quomodo cum ibi sit duplex peccatum, secluſa autem ea intentione vnicum tantum esset, scilicet, habēte eadem re rationem obiecti, & finis, illa in- 3. Solut. tentio non augeat malitiam, saltem multiplicando illam. Vnde melius respondet, 3. licet ibi sint duo peccata, tamen vnum peccatum posse esse grauius illis, vt qui occidit hominē inebrietate cōstitutus, duo peccata cōmittit, homicidij, & ebrietatis: tamen minus peccat, quam qui mentis compos occidit, qui vnum tantum peccatum committit, vt docet D. Th. q. 76. arti. 4. ad. 2. & ratio est, quia occidens in ebrietate, propter imperfectam rationem voluntarij, quia tantum voluit liberè homicidium in causa, modicam homicidij malitiam contraxit: eodem ergo modo qui ex intentione boni finis necessario fecit electionem prauam mendacij, aut furti, quia parum voluntariè & libere voluit furtum, vel mēdacium, vnde vtriusq. actus malitia fluxit, modicā cōtraxit malitiā mendacij, aut furti, quæ maior esset si propter se ipsum voluisset mendaciū, aut furtum, quia magis voluntariè amasset obiectum malum. Idemq. esset si voluisset furari ob inanē gloriā. Deniq. non plus peccat, qui ex intentione boni finis necessario elicit malam electionem, quam qui contingenter: quia tota malitia prouenit á malo medio quod in vtroq. casu æque volūtarie amatur.

§. 6. Vtr. aliquis actus possit simul habere bonitatem ex vno fine, & malitiam ex alio.

159 6. Difficul. EX eisdem principijs alia quæstio facile deciditur. An videlicet actus aliquis possit simul habere malitiam ex vno fine, & bonitatē ex alio. Almai. 1. mor. cap. 12. postquam propositione prima dixit, eundem actum elicitum non posse esse simul bonum, & malū, subiungit propo. 2. *probabile est eundem actum imperatū externum simul esse bonum, & malum, quia probabile est eundem actum externum imperari à duabus volitionibus, quarum vna sit bona altera mala, vt datio eleemosynæ ab intentione diuinæ gloriæ, & ab intentione inanis gloriæ, ergo talis actus simul erit bonus, vt imperatur à bona intentione & malus, vt à mala.* Sed obijcit sibi Almain. ergo idem actus erit satisfactorius, seu meritorius & demeritorius, & pro eodem actu iustificabitur, & punietur hō. Resp. verū esse eundē actum denominatione extrinseca esse simul meritoriū, & demeritorium, & pro eodem actu nō immediate, sed mediantibus alijs actibus eundē hominem puniri, & remunerari, ac beatificari. Sed certe Almai. non loquitur consequenter: nam si idem actus externus est simul bonus, & malus, quatenus imperatur à duplici intentione, seu volitione, vna bona, & alia mala: eadem ratione vnus atq. idem actus interior imperatus à duplici volitione reflexa, vna bona, & alia mala, erit simul bonus, & malus moraliter extrinsecè, & ita simul meritorius & demeritorius; & ita consequētur, tenet Angestus in Moral. capit. 14. conclusione, 3. addit tamen electionem mali medij propter bonum finem, non esse simul bonam, & malam moraliter. (*quamuis aliqui dicant oppositum*) vt velle furari ad subueniendum proximo, id enim morali peritiæ non quadrat, cū huius actus obiectum totale non sit rationi conforme, sed difforme: non enim sufficit partem obiecti rationi conformari: aliàs omnis actus de genere bonorum aliqua circunstantia bona, & aliqua mala affectus, esset simul bonus, & malus Corduba lib. 2. q. 23. ante medium sequitur omnino Angestum, idq. magis explicat dicens, *illum actum, qui à bona & mala volitione imparatur, esse æquiualenter, & virtute duplicē actum, ideo non esse inconueniens simul esse bonum, & malum, meritorium, & demeritorium.* De actu autem purè elicito tantum, non posse esse simul bonum & malum, meritorium & demeritorium, & similiter de actu imparato, qui non imparatur à duplicici actu vno bono, & alio malo. Et hoc tantum vult lib. 1. q. 8. &. 50. docens simpliciter, eundem actum non posse esse simul bonum & malum, meritoriū, & demeritorium. Ego autem existimo nullū actum internum, aut externum relatum extrinsecè in bonum & malum finem, esse bonū sed dumtaxat malum. Quia de ratione actus boni est nullam habere malam circūstantiā: sed talis habet malam circunstantiam, ergo. Confir. quia ratio, qua vtitur Almai. in actu interno, de sumpta ex Greg. Arimin. procedit etiam 160

etiá in actu externo: scilicet si actus est malus, fit qualiter fieri non debet, ergo non est conformis dictamini recto: ergo non est bonus. Quidquid autem sit definibus extrinsecis, idē actus non potest esse simul bonus, & malus, ex duobus finibus intrinsecis; quia duo fines intrinseci ad eundem actum pertinere non possunt, sed duos constituunt, & licet possent esse duo fines intrinseci eiusdem actus, vnus bonus & alius malus vt bene tenet, Vaz. disp. 70. cap. 2. num. 5. quando fines sunt partiales, vel vnus principalis, & alius impulsiuus, iam pars obiecti esset mala, ergò actus omnino malus, patet ant. quia finis malus esset pars obiecti motiui, vel etiam terminatiui; consequentia autem probata est bene ab Angesto, vt retulimus. Vnde recte Azor to. 1. lib. 2. c. 5. q. 9. docet, quanuis possit quis simul facere opus aliquod ex fine bono & malo, & sic habere duos actus internos, quorum alter sit bonus & meritorius, alter vero malus, & demeritorius, tamen eundem actum non posse esse simul bonum & malum, meritorium & demeritorium ex illis varijs finibus; quia bonum ex integra causa, &c. & putat hanc esse mentem D. Tho. q. 20. a. 6. Dur. 2. d. 40. q. 3. Medin. q. 20. a. 6. vers. & pro argumenti maiori. Vaz. etiam disp. 70. contra Guillelmum de Bellomonte tenet, eundem actum internum non posse esse simul bonum & malum moraliter meritorium & demeritorium. Idemque de externo docet contra Almai. Et Guillelmum illum ex professo impugnat Gregorius. 2. d. 42. q. vn. art. 1.

§. 7. Confirmatur magis sententia asserens, eundem actum non posse esse simul bonum & malum moraliter.

161 1. arg. NVLLO igitur modo potest idē actus simul esse bonus, & malus moraliter, meritorius, & demeritorius. Quam veritatem perspicuam, & indubitatam se efficere putat his argumentis Vega. 11. in Trid. c. 27. primum, bonitas moralis habet se in operationibus nostris, sicut pulchritudo in corpore humano; sicut igitur non stat idem corpus pulchrum esse ac deforme (quidquid enim ei desit ex requisitis ad pulchritudinem, siue ex parte quantitatis, siue ex parte coloris, aut figuræ, vel proportionis membrorum inter se mox teste Aug. 8. de Trinitate, c. 3. definit esse pulchrum) ita profecto & eundem actum humanum bonum esse, & malū impossibile est, quia bonitas mox ab operibus nostris abscedit, vbi vel aliqua eis mala accesserit circunstantia, vel ex illis quæ ad bonitatem requisitæ sunt, aliqua defuerit. Vnde & Dion. 4. c. di, no, dicit, *bonum esse ex integra causa, & malum ex circunstantia*, & Philosophus, inquit, *vno namque modo bonus est* videlicet actus noster, *multisque nefandus*, recepti ssimumq; est & indubitatum apud bonos omnes Pphilosophos: non tantū omnem circunstantiam malam superuenientem cuicūque operi bono, reddere illud vitiosum, & ab eo tollere præexistentem totam bonitatem, verum & idem efficere cuiuscunque circunstantiæ debitæ inesse defectum, siue in productione operis, siue etiam in continuatione. Secundum, quia communis animi conceptio 2. videtur, bonum opus non esse malum, neque malum esse bonum, & lumen ipsum naturale, quod bonum esse faciendum, & malum fugiendum dicit, bona certa discernit à malis, & hac luce nobis indita admonitæ omnes gentes, bona semper à malis distinxerūt, & quæ bona censebant & laudi tribuebant ea mala dicere, & vitio vertere nefas, & absurdissimum putarunt. Et quamquam inter scholasticos nonnulli auctores tenuerunt, eūdem actum humanum posse esse simul bonū, & malum, eum videlicet, qui ob malum, & bonum finem fieret, & à bona, & mala intentione prodiret, tamen eis semper aduersati sunt meliores, & primæ classis Theologi, & in schola tam Philosophorum, quam Theologorum semper pro comperto & certo habitum est, eundem actum non posse esse simul bonum & malum. Manifestam enim contradictionē videtur hoc habere, & eiusmodi cōtraria sunt bonitas & malitia in eodem genere, vt nullis in gradibus simul esse possint in aliquo subiecto. Et qui ad actus exteriores hoc restringunt, & in actibus exterioribus secus esse posse existimant, inconstantissime loquuntur. Sunt quippe vtrique actus humani, & liberi ac eisdem legibus & regulis subiecti & possunt ex æquo ob bonum, & malum finem fieri simul, & à bona, & mala intentione trahere originem, & vtrosque, vel hoc possumus argumento expugnare, quis enim non 3. videat absonum esse, vt idem actus donum sit Dei & peccatum, lege Dei sit prohibitus, & eadem præceptus, placeat Deo & displiceat: Dei instinctu & dæmonis simul fiat, & vtriq; simul sit gratus, ascensus sit mentis in Deum & descensus, seu recessus ab eo meritum pœnæ & præmij, laudabilis & vituperabilis, conformis legi diuinæ & difformis, virtus & vitium, causa virtutis & vitij, & denique iustitia & iniquitas, quæ omnia manifeste sequuntur, si idem actus simul sit bonus, & peccatum.

Ex scripturis item docere possumus, hanc 162 repugnantiam bonitatis, & malitæ moralis in eodem opere. Nam Christus Matt. 6. dicit. *Nemo pōt duobus Dominis seruire.* Et Marci. 9.

Qui

Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, spargit. Et rursus. *Qui non est aduersus vos, pro vobis est.* Quanto igitur minus credẽdum esset, eodem nos opere posse Deo & dæmoni seruire, esse cum Christo, & contra illũ, Christi & suorum apostolorum mandata & vestigia sequi & aduersus eorum doctrinam, & exempla facere. Pulchre nimirum Paul. 2. Cor. 6. *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial?* Et capit. 5. aperte distinguit bona à malis dicens. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq. propia corporis, pro vt gessit, siue bonum, siue malum.* Et Galat. 5. & 6. docet *inter se distare fructus spiritus, & opera carnis, & alia esse horum, alia illorum stipendia.* Ac Petrus. 2. c. 1. pollicetur nos nunquam peccaturos, si quidem per bona opera certam nostram vocationem faciamus, ait quippe, *hæc enim facientes non peccabitis aliquando.* Quod vtiq. nequaquam satis esset, si eadem opera & bona possent simul esse, & mala, ac peccata. Huc alluſit Dauid psal. 33. dicens, *declina à malo, & fac bonum.* Et Isai. c. 5. *Væ qui dicitis malũ bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* D. Aug. lib. contra mendaciũ sic probat nullum mendacium esse iustum, 5. *quia aliàs aliquod peccatum esset iustum*, quod absurdissimum esse statim confirmat, 6. *quia nihil aliud est dicere aliqua peccata esse iusta, quam aliqua esse iusta, quæ iniusta sunt, quo quid absurdius*, ait, dici potest? vnde est *enim peccatũ nisi quia iustitiæ contrarium est?* Et infra, *dicere autem quædam iusta, quædam iniusta esse peccata, quid est aliud, quã dicere, quasdam iustas, quasdã iniustas iniquitates, cum dicat Ioannes, 1. c. 3. omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas*, Et infra, *quod aliquis faciendo, quod debet, peccet, scelus est dicere.* Hæc Vega cui adiungere possumus oppositam sententiam Luthero, & alijs fauere asserentibus, omnia opera iustorũ esse peccata, saltem venialia, licet aliqua illorum bona etiam sint, vt patet in Trident. sess. 6. can. 25. quo arg. vtitur Cordub. lib. 1. capit. 50.

§. 8. Respondens argumentis positis initio sectionis.

163. AD primum ergo argumentum aduersariorũ initio sectionis propositum Respon. actum elicitum ab habitu fidei, vel auxilio supplente eiusmodi habitum, malum esse posse, quia virtutes intellectus non inclinant perse ad bonum sed ad verum. Cæterum virtus piæ affectionis, & forte auxilium ei respondens, in hac opinione non potest inclinare ad actũ malum, & cõsequenter qui vult credere propter inanem gloriam, non elicit verum actũ piæ affectionis, præsertim supernaturalis, ac proinde neq. actum fidei, qui à vera pia affectione supernaturali pendet, secus si habeat simul alium actum bonum piæ affectionis supernaturalis elicitum ab habitu, vel auxilio supernaturali, secus etiam in opposita sententia, si eliciat actum piæ affectionis bonum ex obiecto motiuo & terminatiuo; malum autẽ ex circunstantia finis extrinseci, vel alia.

Ad. 1. arg. 1. Opinionis

Ad 2. Respond. actus habentes bonũ obiectum terminatiuum, sed non motiuum in nulla opinione habere bonitatem, tamen facilius effici, quando voluntas est affecta habitu virtutis, non quod ab illo eliciantur, sed quia melius disposita est voluntas in ordine ad illud obiectum. Eodem igitur modo licet actus habentes illud idem obiectum pro termino, & promotiuo intrinseco, affecti autem malo fine extrinseco, vel alia mala circunstãtia, facilius eliciantur ab eo, in quo fuerit habitus virtutis, non sequitur, tales actus elici ab habitu virtutis aut bonitatem aliquam habere. *Ad. 2.*

Ad Conf. Respon. illis actibus non augeri promptitudinem voluntatis, quæ adiuuet voluntatem in genere causæ efficientiis ad eliciendam volitionem dandi eleemosynam, sed promptitudinem dispositiuam, qualis est quicunq. habitus respiciens simile obiectum, quando enim voluntas prædita est habitu inclinante ad aliquod obiectum aliqua ratione, aut modo, facile prorumpit in actum inclinantem ad idem obiectum alia ratione: sic habitus vitij conducere potest ad eliciendum actum virtutis habentis cum eo affinitatem: & econtra, non tamen effectiue. Ad. 3. neg. conseq. quia bonitas moralis præcipuè consistit in eo, quod actus nil habeat dissonũ legi, vel rationi. *Ad Conf.* *Ad. 3.*

Ad Conf. negatur conseq. quia bonitas moralis, qua homo dicitur moraliter bonus, est bonitas ipsius actus, vel habitus, vnde si homo habeat aliquem actum, vel habitum verè bonum moraliter, dicitur bonus moraliter, & malum, si malus, & bonus, ac malus, si bonũ & malũ actus vero dicitur bonus moraliter ex conformitate cum lege, & ratione sine vlla dissonantia, vnde eo ipso, quod actus sit aliqualiter dissonus rationi & malus, nullomodo erit bonus. Ad 4. Ledesma. 1. p. 4. q. 20. ar. 8. ex Victoria docet, in eo casu non dari gratiã propter peccatum formaliter, sed propter operationem, quæ est sumptio sacramenti, nõ quia peccatum, sed quia sumptio est. Hoc impugnat Cordub. libr. 1. q. 8. tum quia similiter dicere possemus, quod per peccatum possumus mereri gratiam, nõ quatenus peccatum; sed quatenus actus, vel operatio est, quod est absur- *Ad Conf.* *164.* *Ad. 4.*

absurdum, & implicatorium. Imo per peccatum etiam veniale non meremur apud Deum præmium aliquod temporale, vt late docet Nauar. c. quando deconsecrat, d. 1. c. 20. n. 29. 30. 66. 68. 69. tum etiam, quia falsum est, proprie loquendo, quod per illam culpabilem sumptionem, aut etiam, propter actum sumptionis obtineamus gratiam sacramentalem. Sed melius Victoria & Ledes. reijciuntur, quia illa sumptio nõ est bona moraliter, ergo propter illam nondatur proprie gratia: hæc enim solum datur proprie propter actũ moraliter bonum, vnde bene addit Cordub. non dari proprie gratiam propter illam sumptionem, sed in illa & cum illa sumptione, quæ est conditio necessaria, vt applicentur illi merita Christi, propter quæ datur gratia, late autem dicitur gratia dari propter illam sumptionem, particula, *propter*. Significante, non causam meritoriam decongruo, vel de condigno sed dispositionem, medium & conditionem, sine qua nõ: nec mirum, plus enim requiritur ad meritum, quam ad dispositionem vel conditionem, sine qua nõ. Aliqui tamen tenent, in eo casu non dari gratiam per sacramentum, cum Caiet. 3. p. q. 79. a. 1. Palud. 4. d. 4. q. 5. Bon. ead. dist. in. Dur. d. 12. Nos tamen fatemur, in eo casu gratiam conferri cum Cordub. Ledes. & Victo. supra. Soto. 4. d. 6. q. 1. a. 7. & d. 11. q. 2. a. 7. & Med. 1. 2. q. 19. a. 6. Zum. q. 124. a. 1. disp. 5. eodemque modo censemus, martyrium susceptum ob inanem gloriam, conferre gratiam: & totum effectum, quem habet ex opere operato, licet nulla ex parte sit bonum, & meritorium; sed malum & demeritorium dum taxat.

Ad. Conf. 165 Ad Conf. R. opinionem illam Cordub. esse dubiam, sed ea admissa, neganda est minor.

Ad. 5. Ad 5. R. 1. eundem actum intellectus non posse simul esse verum, & falsum & ab habitu scientiæ erroris, vnde iudicium, quo cœlũ affirmatur corpus corruptibile, nullo modo est verum, neque a scientia, sed ab erroris habitu tantum procedit. R. 2. licet admittamus, eundem actum intellectus posse diuersa ratione esse verum & falsum ab habitu erroneo, & a scientifico: non est simile de bonitate in voluntate, quia bonitas moralis præcipuæ consistit in carentia omnis dissonantiæ cum lege & ratione: veritas autem cõsistit in sola consonantia cum ratione, quæ consonantia cum aliqua dissonantia in eodem actu intellectus inueniri potest.

Ad. 6. Ad 6. R. bonitatem non consistere in sola consonantia cum lege & ratione, sed in aliqua consonantia sine vlla dissonãtia, & ideo eo ipso quod actus aliqua ex parte sit malus, nulla ex parte erit bonus.

Ad. 7. Ad 7. R. in eo casu actum externum, ita esse malum, & demeritorium, vt nulla ratione bonus, sit & meritorius, non enim sufficit ad bonitatem actus mere imperati, bonitas alicuius actus imperantis, sed requiritur, vt omnis actus, à quo imperatur, bonus sit.

Ad. 1. conf. Ad. 1. conf. R. actum illum externum accessu inanis gloriæ amittere bonitatem; quia amittit extrinsecam denominationem essentialiter requisitam ad bonitatem actus externi, nẽpe, anullo malo actu imperari, sicut accessu alterius nasi periret pulchritudo faciei, licet nihil positiui accessu nasi illius, facies ipsa amitteret.

Ad. 2. conf. Ad. 2. conf. R. inanem gloriam non pugnare cum rectitudine temperantiæ, excludendo a voluntate actum temperantiæ, sed excludendo illam ab actu: nam quæcumque malitia actus excludit ab illo omnem rectitudinem, si quidem de ratione bonitatis moralis, honestatis seu rectitudinis in communi, est actum nulla ex parte discordare alege & ratione.

Ad. 8. Ad. 8. neg. consequentia quia bonum ex integra causa, malum ex singulari defectu. iuxta Dion.

Ad. 9. Ad. 9. R. arg. non procedere, quia bonitas non consistit præcise in conformitate ad legem, & rationem, sed in conformitate sine vlla difformitate.

166

Ad. 10. Ad. 10. R. D. Thom. satis se explicat in illa solutione. 2. argumenti, docens, *perse loquendo omnem actum, qui habet bonum obiectum, scilicet, motiuum, & terminatiuum, & bonas circunstantias obiectiuas, nihilque mali ex parte obiecti, esse bonum omnino, quia semper est bonum velle bonum obiectũ ornatum bonis circunstantijs obiectiuis, & nulla mala affectum velle, inquam, illud propter solum bonum sinecomper accidens tamen posse esse malum, vt si impediat actum bonum existentem in præcepto, in quo euentu talis actus nullo modo erit bonus.*

Ad, 11. Ad. 11. Respon. Augustinum velle, Romanos, licet communiter operarentur ob inanem gloriam, tamen aliqua opera præcipue interna fecisse ex solo bono motiuo, & plura quam aliæ nationes, & saltem ex ipsa inani gloria à multis vitijs abstinuisse, ideo in temporalibus proprie, aut saltem late, et impropríe, remuneratos fuisse, itaque non sensit Aug. opera aliqua in Romanis, bona simul et mala, meritoria et demeritoria fuisse. Ad. 12. R. moraliter non contingere, vt dilectio, vel contritio inani gloria vel aliqua alia circunstantia venialiter mala inficiatur, si tamen cõtingeret, tunc vel non esset sufficiens dispositio ad gratiam, vel vltima dispositio ad gratiam non esset bona moraliter, sed physice, & naturaliter, nec meritoria gloriæ, quia plus requirit ratio meriti, quam dispositionis, sed daretur gloria ex vi gratiæ; sicut quãdo datur

Ad. 12.

paruu-

paruulo, vel adulto sine dispositione existente in eodem instanti per applicationem baptismi,vel alterius sacramenti, & meritorum Christi; hanc solutionem admittit,Zumel. q. 114.a.1. disputatione 5. Ad 13. R. Dorotheum asserentem *voluntatem alentis puellam propter Deum simul & propter inanem gloriam,esse imperfectam*,non loqui de voluntate sumpta pro actu;nullus enim actus internus potest habere plures fines intrinsecos,seu plura motiua:sed de voluntate,quæ est potentia, & in eo casu bona est,& mala ratione vnius actus boni, & alterius mali. Aut si loquitur de actu, sensus est,illum actum,quo quis vult alere puellam propter Deum,esse imperfectum,quando indiget adminiculo humanæ gloriæ, vt eliciatur,vel conseruetur à potentia, siue illa gloria licite, siue illicite intendatur: aliquando enim licite intenditur iuxta id Eccleiastici. 41. *cura habe de bono nomine*,& Ro.12. *prouidentes bona non solum,&c.*

Sectio.12.Vtrum idem actus voluntatis possit esse successiue bonus & malus.

167 1.Opinio. PRima opinio est, actum externũ eundem in genere naturæ posse esse successiue bonum & malum, non tamen eundem in genere moris,neque actum internum eundem in genere naturæ,ita Conradus,quæst.19.ar.1.& putat esse opinionem D. Tho. q.20.ar.6. vbi de actu externo quærit,*an possit esse successiue bonus,& malus*:quod de interiori nõ quæsierat & de illo affirmat solum quatenus successu temporis potest procedere à diuersis voluntatibus bona & mala. Eadem sententia tribuitur Soto.in scriptis illius articuli.6.eádem de multis actibus tenet Gab.2.d.41.q.1.a.2.& 3. d. 23.q.1.a.1.vbi cũ Ochá.3.q.10.dub. vlt.& q. 12. con.3.& quod lib.3.q.13.15.& 16.& quod lib.4. q.6.quem defendit Almain. 1. moral.c.6. docet,omnem actum externum bonum,esse cõtingenter bonum,& posse successu temporis fieri malum,vocat autem externum in proposito omnem qui non est elicitus à voluntate, siue sit elicitus ab intellectu,vel sensu interno,siue ab alia potentia,actus vero elicitos à voluntate,quosdam esse intrinsece studiosos, qui non possunt fieri vitiosi,alios intrinsece vitiosos,qui non possunt fieri virtuosi; alios indifferentes,de quibus probabile putat non posse fieri studiosos,aut vitiosos; probabilius tamen posse successiue vtramque denominationem suscipere; male ergo referuntur Ocham,& Gab.pro opinione generaliter asserente nullum actum internum posse esse successiue bonum & malum, quam tamen opinionem tenent multi recentiores, idem significat Ricard.2.d.40.a.2.q.1.& 2. docens eundem actum externũ in genere naturæ posse esse successiue bonum, & malum moraliter: de interno autem nihil dicit, alia tamen ratione oppositũ insinuat vt dicemus. Azor autem to.1.lib.2.c.3.q.4.& 5. expresse tenet,nullum actum malum internum posse fieri bonum,neque bonum posse fieri malum, secus. de actibus externis. Idem docet. c. 5. q. 1. & 2 qui suam sententiam tribuit Conrado supra Capreolo.2.d.40.q.1.ar.1.Ferrar.3.contra gentes.c.10.Gabrieli Richardo,& Ochamo locis citatis Almaino.1. moral.c.6.

Hæc opinio quantum ad duas priores partes est certa & communis D. Tho. & omniũ eo ar.6.& alibi,quantum ad tertiam vero partem,quæ asserit,*nullum actum internum,seu elicitum voluntatis posse esse successiue bonum & malum*,falsa est vt videbimus.Nulloque probabili fundamento nititur,nisi loquendo de aliquibus actibus in particulari,pro quibus fundamenta à nonnullis posita postea referentur & refellentur: sentio enim, nullum actũ esse ita bonum,quin possit fieri malus,vel certe non bonus,temporis successu,saltẽ de potentia absoluta:& omnem malum posse fieri bonum,vel saltem non malũ. Vt autem hæc generalis opinio paulatim distincte exponatur,& confirmetur,sit prima conclusio. Aliquis actus interior,seu elicitus voluntatis potest idem manens in esse naturæ,successiue esse bonus,& malus moraliter. Ita Caieta. & Medina q.19.a.1.& q.20.a.6.Vaz.disp.56.cap.2. Valentia disp.2.q.15.puncto.6.in fine, Dur.2. d.40.q.3.vbi licet Capreol.q.vnica.art. 1. conclusione.3.contrarium sentire videatur; tamẽ statim ar.3.respondens ad argumenta Dur. cõtra.3.conclusionem in eius sententiam venit dicens,*actum physice eundem,moraliter tamẽ mutatum,posse fieri de bono malum & econtra*. Vnde & Conradus contra se illum citat: idem sentit Hispalen.& Palac.q. vni. Scotus quodlib. 18.ar.3.& 4.d.26.q.1.Almainus.3.d.23.q. 1.& 1. moral,c.6.qui duo dicunt,omnem actum bonum præter Dei amorem posse fieri malum & addit Scotus nullum actum præter odium Dei,esse malum ex solo obiecto'& ita omnẽ actum præter odium Dei posse esse bonum, seu non malum in aliquo casu:Gab. etiam & Ocham supra expresse tenent,tanquam probabilius,actum indifferentem posse successiue esse bonum & malum. De actu malo ex obiecto,quando conditio obiecti,quę reddit illud malum,non est in se volita, & de alijs actibus idem docet Cordub.lib.2.q.23.in principio.cum Angesto in moral.c.3.8.& 11. qui tamen præcipue,& egregie hanc cõclusionem docet.cap.14.tanquam indubitatam.Eandem tenet Maior.1.d.17.q.8.& 2.d.41.q.2.parte.2. &

168 1. Conclus.

Andreas

Andreas de Castronouo apud Almain.1.moral.c. 6.hanc quoq. conclusionem significat Richard.2. d.40.a.2.q.1.& 2.quatenus generatim,& sine vlla distinctione docet,bonum,& malum morale esse differentias accidentales respecta actus humani considerati in genere, naturæ,imo & videtur loqui de actib. internis,nã illa q.1.ad.2. loquitur de actu charitatis,& dilectionis,& ait,non esse illi essentialẽ bonitatẽ,& ad.3.generatim ait,actus bonos ex genere,posse malos fieri ex circunstantia finis, vel alia eiusmodi.Clarius hãc sententiã docet.Bon.2.d.41.a.1.q.2.docens,bonũ,& malũ esse differentias accidẽtales, & separabiles respectu omnis actionis consideratæ in substantia sua,seu esse naturæ. Idem colligitur ex Alexand.2.p.q.104.memb.2.in quo tamẽ multa corrupte leguntur,ideo Carthusi.2.d.40.q. 4.intricata esse dixit,& quidem nullum actũ etiam diuini amoris esse ita bonum,quin in aliquo casu possit fieri non bonus, vel etiam malus, ostensum est satis. disput. præcedenti sect.8.& magis constabit ex sequentibus, ex quib.etiã constabit multos, vel oẽs actus internos malos posse fieri bonos,ex vtroq. autẽ sequitur veritas conclusionis,quæ indefinite ait:actũ aliquem internum posse esse successiue bonũ,& malũ moraliter. Et conf.quia vt vidimus illa sect.8.bonitas, & malitia moralis sunt accidentales actui:cur ergo saltem aliquis non poterit successiue eas suscipere? Conf.etiam cum Dur. & Vaz. nã si quis cum debita dispositione velit celebrare in ecclesia nondum interdicta,& postea interdicatur idq. sciatur, vel culpabiliter ignoretur, illa volitio, quæ erat bona, reddetur mala, ergo &c.R. Cõrad.illã volitionẽ mutari in aliam, quia virtualiter attingit obiectũ prohibitum, quod antea non attingebat. Sed bene vrget Vazq. quia attingere illud virtute,non tollit quin formalis affectus idem omnino habeat obiectũ,ac proinde idem omnino sit. Sed iã definite, & determinate explicemus, qui nã actus interni possint mutationes istas subire.

169. 2. Conclu. Secunda conclusio, aliquis actus voluntatis elicitus, qui simul fuerit imperatus,potest fieri de bono malus, & ècontra, quod in his tantum actibus fatentur aliqui iuniores : & dicunt,neminem cõtradicere, probatur:nam sumpto actu quantumcunq. bono ex obiecto,& fine intrinseco,& omnibus circunstantijs, ille potest imperari propter malum finẽ extrinsecum, applicando se ad illum actum conseruandum ex affectu mali finis,v.g. inanis gloriæ,ergo ille actus fiet de bono malus, si autem auferatur illa relatio ad malum finem extrinsecum (quæ auferri potest cum extrinseca, & accidentaria sit) iterum actus fiet bonus,& redibit ad priorem bonitatem; ergo aliquis actus voluntatis elicitus, qui simul sit imperatus potest fieri de bono malus, & in actibus internis indifferentibus ex obiecto facilius intelligitur hoc; cum enim eis accidat relatio in bonum & malum finẽ, poterunt successiue ex relatione in bonũ finem fieri boni,& ex relatione in malum finem fieri mali.Vt ex Gab.& Ocham. dicemus cõclusione 3. imo poterunt esse mali ex sola carentia relationis in honestum finem. Actus autem,qui sunt mali ex obiecto, vel circunstãtia,non poterunt manente eadem cognitione fieri boni per solam mutationem imperij, seu finis extrinseci, quia licet optimo affectu imperentur, & in optimum finem extrinsece ordinentur,non exuent malitiam, quam habẽt ex obiecto,vel fine intrinseco, vel aliqua circunstantia,quæ sufficiunt,vt actus sit malus, quia malum ex quouis defectu dicitur iuxta commune,& tritum axioma sumptum ex Dion.4.c.di.no. ex ignorantia autem, vel inaduertentia poterit exuere malitiam sumptam ex obiecto, vel fine intrinseco, vel circunstantia aliqua, & ideo saltem accedente imperio eius in bonum finẽ,reddetur bonus. Ex hac conclusione collige id,quod in præcedenti dicebamus; actum charitatis malũ reddi posse ex relatione in malum finem extrinsecum,puta inanem gloriam,quanuis aliqui dicant certum esse debere & fere ab omnibus concedi, amorem Dei neque ob malũ finem,neque ob aliquam malam circunstantiam posse fieri malum;quia charitas non agit perperam. 1.Cor.13. sed nostram sententiam tenet Sotus.1. naturæ.cap. 22.Corol.2. & recentiores aliqui Thomistæ,vt ait Vaz.disp. 53.arg. 4.nec arg. aduersantium vrget, quia cum dicitur charitas nõ agit perperam,intelligitur communiter & per se; raro vero & per accidens ex imperio vitij alicuius potest efficere aliquod.p.v. licet non.m. quia.p.m. destrueretur,& sic non operaretur, & ipsi fatentur,si actus charitatis per actum reflexum pœnitentiæ,vel alterius virtutis potest imperari,etiam posse imperari per actum reflexum vitij,& sic malum fieri posse, illud autem licet ipsi negant,communiter cõceditur,& certissimum est:ergo hoc quoq. scilicet actum charitatis malum reeddi posse concedere debuissent. Imo etiam sine reflexione actũ charitatis malum esse posse recte probat Sotus: nam affectus charitatis, quo interdum occupatur homo in contemplatione, potest esse causa,vt omittat opus misericordiæ,quod ex præcepto tenebatur facere : ergo potest esse malus, non quidem mortaliter(nisi Deus cum peccato mortali vellet miraculose charitatem conseruare) quia se clusa

miraculo,&de potentia ordinaria charitas & peccatũ mortale nequeunt esse simul,sed venialiter,modo actus nõ esset dilectionis Dei omnino super omnia,quia hic omnem actionem,& omissionem malam excludit, sed super omnia,in quibus est obligatio sub. m. vel super aliqua,qui amor non excludit omnem actionem,vel omisionem malam, & certe sicut ex imperfecto quodam amore Petri possum facere contra aliquod eius præceptum, quod puto aduersari alicui eius bono, ita ex imperfecto amore Dei possum aduersari alicui eius præcepto, vt si mendacio velim promouere fidem aut charitatem Dei &c. & à fortiori concedendum est cum Caiet.2.2. q.5. a. 2. §. ad. 1. dub.multisq. recentioribus Thomistis(vt fatetur Vazq.)actum fidei,& spei infusæ malũ esse posse etiã mortaliter,quia potest referri extrinsece,& reflexe in malum finem,vel fieri eo tempore, quo aliud opus incõpatibile ex præcepto fieri deberet, vel quo est prohibitus à Deo:posset enim Deus de potentia absoluta prohibere pro aliquo tempore actum fidei secundũ se,& non tantum cogitationẽ præuiã ad ipsum actum fidei, ne,scilicet impedimentũ ali quod habeat homo ad aliquos alios actus,aut ne ex actu fidei procedat in aliquẽ actũ noxium saluti corporis, vel etiã animi,nã sæpe ex actibus fidei procedunt actus noxij animæ,vt ex fide diuinæ misericordiæ promittentis remissionẽ culpæ audet homo cõmittere culpam:actus ergo fidei prohiberi potest secundũ se pro aliquo tempore,quãuis id negent aliqui,vt defendãt actum fidei malum esse non posse:quod probãt primo, quia actus fidei,& spei infusæ non possunt fieri sine gratia Christi,& auxilio supernaturali,hæc autem ad actum malum cõcurrere nequeunt,ergo.Secundo,quia nemo potest ob malum finem credere Deo, vel sperare ab eo aliquid,cum ad nullum malum finẽ, possint hi actus conducere.Tertio,quia Aug. lib. de catechi. rud. c. 5. ait. *Rarissime accidit imo vero nunquam, vt quispiam veniat volens fieri christianus,qui non sit aliquo Dei timore perculsus,si enim aliquod commodum expectãdo ab hominibus, quibus se aliter placiturum non putat, aut aliquod ab hominibus incommodum euitando, quorum offensionem, aut inimicitias reformidat, vult fieri christianus,non fieri vult potius quam fingere:fides enim non est res saluandi corpores, sed credentis animi.* Sed ad. 1. facile R. grãtiam Christi,& auxiliũ supernaturale posse cõcurrere ad actũ malũ, qua parte malus nõ est:sic enim ad opera miraculosa concurrit Deus supernaturaliter etiã si ex inani gloria à me fiant, vt si physice verba consecrationis,& sacramentorum efficiũt supernaturales effectus, ego ex inani gloria possum illos facere Deo mecum bene cõcurrente:sic possũ bene adiuuare, & similiter Deus,eũ,qui malo fine,aut modo bellũ gerit, vel lapidẽ mouet,&c. Ad.2.R.actũ fidei posse ad malũ finẽ cõducere,vt si quis ira, vel odio affectus erga Deũ,vel hominẽ vellet per fidẽ cognoscere, quæ illi displicerent, vt ea faceret,vel intelligere peccata alicui⁹,vt ipsũ diffamaret,vel conditionẽ, & ingeniũ mulieris, vt ab ea libidinẽ posset impetrare, &c. Actus etiã spei posset expeti propter malum finem, vt si quis directe speraret à Deo gratiam prædicationis, vel miraculorũ, propter inanem ostentationẽ, & gloriã, vel reflexe ordinaret actũ spei ad inanẽ gloriã habendã apud eum, cui Deus reuelaret secreta cordis,inquẽ finẽ etiam posset ordinari actus fidei,vel charitatis infusæ. Ad.3.R.raro, vel nunquã propter eos fines hominẽ fieri vere christianũ cum ad illos fines satis sit fingere, tñ si vellet posset ob eos fines vere fieri christianus, quia hoc potest ad illos fines conducere, & est mediũ carens alijs incõmodis,vt fictione, & similib. licet simpliciter necessariũ non sit,imo ita interdũ contingere fatetur Aug.eodẽ lib.c.7.dicens:sunt enim,qui propterea volũt esse christiani, vt aut promereantur homines à quib. tẽporalia cõmoda expectant, aut quia offendere nolunt,quos timent,& priori loco solũ voluit, nũquã moraliter contingere, quia est rarissimũ,licet autẽ actus fidei non posset cõducere ad illos malos fines,posset tñ ad alios fines conducere ac proinde ad illos referri,vt diximus,vel tẽpore ꝓhibito exerceri, & ideo esse malus,quod vero ait D.Th.2.2.q.17.a.1.ad 1.nos non posse male vti spe nec virtute morali,intellige per se:& vt in plurimũ;secus raro,& confir.nam qui cito,& ex leuibus motiuis credit,vel sperat,leuis est corde,& imprudenter ac male operatur: Itẽ,quia põt quis se applicare ad habendã fidẽ,&spẽ veniæ,vt liberius,& audacius peccet,& vt absq. mendacio gloriari possit de his actib.internis, tunc autẽ actus isti erunt mali, ergo: sed obijcit Vaz. nemo põt credere sine affectu orto ex gratia Christi,vt definit Arausic.2. can. 5. at affectus malus non põt procedere ex gratia Christi, ergo non possumus velle credere, vt oportet ad habendũ actũ fidei supernatutalis, propter finem malũ. R. gratiã Christi,præsertim, si non sit physica,sed moralis fundata in scientia media, posse cõcurrere ad actũ, qua parte non est malus,vt si Deus inducat in affectum credendi,vt sic, & non vt ordinatur in malũ finẽ,quod maxime verũ est,si ipse affectus intrinsece habeat bonũ finẽ,& motiuũ, extrinsece autẽ, & reflexe ordinetur in malũ finem, vt cõtingere põt actib.elicitis studiositatis,& aliarũ virtutũ moraliũ,siue acquisitæ,siue infusæ sint:quod vero dicitur Ioã.5. *Quomodo potestis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis.* Non ꝓbat, affectũ credẽdi ob inanẽ gloriã haberi non

non posse, imo probat oppositum, nam timor dedecoris apud infideles potest arcere, à fide etiam interna, ergo et amor gloriæ apud fideles potest mouere ad fidem internam, ac proinde illam reddere moraliter malam, loquimur de actu: fauet etiam D. Thom. quæst. 61. a. 4. ad. 1. dicens, *fidem, & spem posse in nobis esse sine prudentia*, quod etiam de actibus intelligi potest: ita vt imprudenter aliquis credat, & speret, licet præcipuè loquatur D. Tho. de habitibus. Aduertendum tamen est aliquem actum amoris Dei posse esse tantæ amplitudinis, & extensionis, vt malus esse nõ possit, alioqui seipsum destrueret, vt volo in omnibus nũc, vel etiam semper placere Deo: hic enim actus pro tempore quo durat, excludit omne peccatum actuale, vnde si ipse esset peccatum, seipsum excluderet, quod est impossibile, vnde si esset prohibitus à Deo, nec ex certa scientia, nec ex ignorantia vincibili, & culpabili prohibitionis posset fieri ab homine, nam si sic fieret, sequeretur simul esse, & non esse in homine peccatum actuale, & ignorantiam simul esse vincibilé, & inficere actum, & non esse vincibilem, neque inficere actum: voluntas enim nullo modo peccandi ignorantiam omnem reddit inuincibilem: itaq. illi actui amoris Dei repugnat malitia, & sic potest intelligi, quod ait Vazq. disp. 55. c. 4. *Actum amoris Dei malum esse non posse*. Idem est de hoc actu, volo in omnibus nunc, vel semper conformari rationi, recte agere, peccatum vitare &c. quare bene dixit idé Vazq. q. 55. n. 10. & 56. n. 12. aliquos actus bonos non posse fieri malos, & aliquos malos non posse fieri bonos.

170.

3. Concluſ. Tertia conclusio, actus eliciti indifferentes ex obiecto, ex fine intrinseco possunt etiá si nullo alio actu imperentur, esse successiue boni & mali: hæc est contra Gab. 3. d. 23. quæst. 1. art. 1. littera N. qui mouet dubium, an actus indifferens possit esse successiue bonus & malus, & respondet sub distinctione cum Ochã. 3. q. 10. dub. vlt. littera. P. quia vel tenetur in voluntate posse esse naturaliter plures volitiones, vel non, si non, tunc in voluntate potest quidé esse actus indifferens, id est nec bonus, nec malus moraliter, vt actus, quo quis vult aliquid ad eius simplicem apprehensionem, neq. cõformiter rationi rectæ, neq. difformiter, sed non potest esse in voluntate actus indifferés, qui primo nec sit bonus, nec malus; sed postea fiat bonus aut malus; quia nõ posset fieri bonus, nisi per cõformitatem ad aliũ actum voluntatis intrinsece bonum; sed ille non potest simul cum eo esse in voluntate secundũ sic dicentes, ergo. Si vero duo actus volendi possunt naturaliter simul esse in voluntate, quod probabilius est, sic potest in voluntate esse actus indifferens hoc modo, vt si voluntas primo velit dare eleemosynã indigenti non ordinando in finem aliqué, nec quia ratio dictauit, postea accedente rationis dictamine voluntas vult illum actum continuare conformiter ad rationem rectã, & quia sic dictauit secundum omnes circunstantias; tunc actus sic continuatus est studiosus denominatione extrinseca propter actum voluntatis conformiter rationi rectæ elicitum, qui essentialiter est studiosus, vt si actum, quo simpliciter diligebam proximum, volo postea cõtinuare propter Deum, ille actus indifferens fit extrinsece bonus, si vero ob inanem gloriam fit extrinsece malus. Addit autem Gabr. aliquid, quod non exprimitur ab Ocham: sed non est alienum à méte ipsius, nempe talem actum indifferentem debere ab alio imperari, alioqui enim non accipit ab illo bonitatẽ, neq. malitiã. Hoc ego falsum puto: satis enim est ad hoc vt actus elicitus indifferens in sua specie, sit extrinsece, & accidentaliter studiosus, eius obiectum referri inhonestum finem, licet ipse non referatur, ac proinde neq. imperetur ab alio actu, & ad hoc, vt sit malus satis est, vt inhonestũ finem neq. ipse, neq. eiꝰ obiectũ referatur, ac proinde erit malus, etiá si ab alio actu non imperetur: mitto alia, quæ Ocham, & Grab. ibi dicunt, vel supponunt, nẽpe posse dari actum indifferentem in indiuiduo, & talem esse, quo diligimus obiectũ aliquod: abstrahendo à conformitate, & difformitate eius cum ratione, & similia, quæ partim in superioribus reiecta sunt, vbi docuimus, ad bonitatem vel malitiam actus nõ requiri reflexionem supra rationem, partim inferius reijciẽtur, cum docebimus non posse dari actum indifferentem in indiuiduo.

171

4. Concluſ. Sit quarta conclusio. Actus mere eliciti, absque additione noui actus voluntatis possunt successiue esse boni & mali, propter variationem alicuius circunstantiæ, vel conditionis obiecti, aut actus factam in re, vel apprehensione, ita docent expresse Valentia, Cordub. Angelus, Vazquez, Duran. Capreol. Caiet. Medina, & alij multi ex citatis prima conclusione, & est contra Gabr. & Ocham, ibidem relatos. Quorum fundamentum est, quia sumo actum elicitum, qui per se est bonus, id est sine coniũctione ad aliũ actũ, à quo capiat bonitatẽ, talis actus est bonus exui sui obiecti motiui, & terminatiui, & circunstantiarum, quatenus transeunt in rationem obiecti, vel ergo mutatur obiectum, vel non, si non, ergo actus retinet suam bonitatem, & non mutatur de bono in malum: si vero mutatur obiectum motiuum, vel terminatiuum, vel aliqua circunstantia habens rationem partialis obiecti, ergo & actus ipse desinit es-

se,& sic in voluntate nullus actus manet, vel certe succedit alius,neque vllus actus mutatur de bono in malum,sed ipsa voluntas mutatur de bona in malam,simile argumẽtum fit in actu malo pure elicito ad probandum, non posse malam fieri. Hinc Ocham, & Gab. eliciunt,aliquos actus esse intrinsece studiosos, qui nulla ratione possunt mali fieri;alios vero esse intrinsece vitiosos, qui nulla ratione possunt boni fieri,cæteros intrinsece differentes, qui ex solo consortio seu imperio aliorum actuum possunt boni, aut mali fieri. Sed miror viros alioqui acutos,tam leui ratione niti, & contra illos ex contrario fundamento deduco meã conclusionẽ,nam ad bonitatem actus non est necesse, vt omnes conditiones,quæ obiectum, vel actum honestãt sint directe, & in se volitæ, aut vt obiectum, vel actus ipse amentur formaliter, & explicite,quatenus consonant rationi,aut legi: sed satis est velle aliquid bonũ sibi aut alteri,non videndo prohibitionem aut turpitudinẽ aliquam in obiecto,vel actu, actus autẽ, qui sic fertur in obiectum suum, facile potest reddi malus,ergo idem actus potest esse successiue bonus & malus.Declaratur hæc res exemplo cũ Cordub.supra.potest Anna v.g.cõsiderari, vt vxor,& sic est materia actus coniugalis,& vt aliena est, sicq. est materia luxuriæ,vt indiges,& sic est materia misericordiæ: vt delinquens, & sic est materia iustitiæ punitiuæ, vt venalis, & sic est materia iustitiæ cõmutatiuæ,vt Deo sacra, & sic est materia sacrilegij, vt cõsanguinea,& sic est materia incestus, vt virgo,& sic est materia stupri,&c. Dupliciter autem actus propter huiusmodi conditiones pertinere potest ad aliquã speciẽ virtutis, aut vitij;vno modo intrinsece, vel potius quasi intrinsece,qñ scilicet actꝰ habet pro obiecto formaliter, & explicite volito aliquã huiusmodi conditionẽ,à qua sumitur species. Tũc circũstantia,vel cõditio habet formaliter, & explicite rationem obiecti,quando voluntas directe,& in se ipsa, illam attingit, vt siquis habeat hunc actum. Volo cognoscere Annã vxorem meã,volo subuenire Annæ indigenti,volo corrigere Annam delinquentem,&c. Alio modo extrinsece, quando scilicet talis actus non habet proprie formaliter, directe aut explicite talem circunstantiam, vel conditionem pro obiecto, vt siquis habeat hunc actum, volo accedere ad Annam: subuenire illi,corrigere illam, non est necesse, vel simpliciter,vel ad tollendam malitiam actus, & ponẽdam in eo bonitatem,voluntatem illas conditiones etiam expresse ostẽsas, expresse, & explicite assumere,vt partialia obiecta suorum actuum, quia in sorte sciente Annã esse suam,hic actus non est vitiosus,sed studiosus, volo Annam cognoscere propter filiorũ procreationem,propter vitãdam eius, vel meam incontinentiam,&c.qui tamen actus ante cõiugium cognitum vitiosus erat.Neq.oportet, vt actus sit bonus, reflexionem facere supra legem, vel rationem, aut naturã rationalem vt sic,eliciendo hunc actum volo hanc cognoscere,quia id est rationi,vel legi, vel naturæ rationali, vt rationalis est,consentaneum raro enim,vel fere nũquam homines,præsertim rustici,has reflexiones faciunt,tñ nõ raro eliciũt operationes aliquas moraliter bonas. Hoc igitur suppositio,cõstituamus hominem, qui putans,aliquam fœminam esse suam, & nullam cernens turpitudinem in obiecto,vel actu,velit,illam cognoscere propter aliquem ex prædictis finibus,& postea sciens aut certissime credens esse alienã, aut Deo sacram, aut consanguineam,aut in loco sacro &c.velit idẽ omnino totale obiectũ, non volens ex presse vllã circunstantiã,vel conditionem ex prædictis,sed tãtum implicite, virtualiter, interpretatiue,& indirecte,eius actꝰ malus est, tñ est idem,qui antea,quia habet idem totale obiectum motiuum, & terminatiuum, ergo actus ille successiue est bonus & malus.Confir.nam interdum potest voluntas operari circa aliquod obiectum: quod successu temporis fit prohibitum, cum antea non esset, tunc ergo incipit ille actus esse malus,qui erat bonus, quia incipit ferri in obiectum scienter prohibiuum.Sed negant aliqui sequelam, nã in huiusmodi casu, si actus interior prius reuera fuit bonus ex obiecto, necesse est, aut postea mutari in alium, licet actꝰ exterior cõtinuetur,aut hominem excusari,per ignorantiam,aut inaduertentiam inculpabilem adueniente prohibitionis tempore,atq. ita fiet vt actus semper perseueret bonus; nam aut existente tẽpore prohibito,homo aduertit prohibitionẽ,vel non,si non aduertit,& prius operatur bene,etiam postea, quia excusatur:si autem aduertit,iã videt obiectũ non esse honestum, ergo non potest velle illud sub ratione honesti:ergo actus non habet idem motiuũ, ergo nõ est idẽ,ergo actus, qui erat bonus,nõ fit malus.Hæc tñ responsio cõfutatur ex dictis, quia actus ille potuit esse honestus,licet nõ vellet obiectũ sub ratione honesti,sed materialiter tantum,sciens tñ esse honestũ, vel rationi consonum, aut sane nihil turpitudinis,aut prohibitionis in eo cernens;ergo quãuis postea aliquid eius modi cernat, tñ actus potest manere,& fieri de bono malus.Et præsertim si adhuc existimet,obiectum esse honestum,& velit illud sub ratione honesti:ignorãs autem culpabiliter,esse honestũ propter voluntariam omissionem debitæ diligentiæ ad indagandam veritatem, quam scit

& ad-

& aduertit se debere inquirere, & inuestigare. Propterea Vazq. disp. 58. n. 10. & 11. actum, qui fertur in obiectū honestū ex motiuo honestatis illius, ait, posse trāsire de bono in malum. & contra, propter aduentum, vel recessum ignorantiæ vincibilis aut inuincibilis, aut scientiæ, & Almain. 3. d. 23. quæst. 1. docet, actum, qui habet omnes circunstantias pro obiecto, & fertur in obiectum, vt est consonū rationi, secundum se, & omnes suas circunstantias non esse intrinsece bonum, sed posse fieri malum, & adhuc magis vrget argumentum, si quis obiectū quidē secundū se, & omnes circunstantias obiectiuas honestum existimet, tamen actum sciat lege naturali, vel diuina prohibitum, eo quod impedit alium actū existēte in præcepto, vel quia nocet saluti, &c. tunc quidem obiectum amatur vt honestum, vitiose tamen propter prohibitionem ipsius actus interni in se ipso, & idem esset, si tantum prohiberetur aliqua propria circunstātia actus interni, vt intēsio, extensio, tēpus, aut locus, aut aliquis alius modus accidentalis, aut concursus eius cum alio actu, quæ prohibitiones etiam in actu amoris Dei de potentia absoluta esse possunt, & sicut probauimus accessu prohibitionis nouæ, aut de nouo cognitæ, aut accessu conditionum, & circunstantiarum, quibus est annexa prohibitio communiter actum omnem quantumcunq. bonum posse reddi malum, ita probare possumus recessu eiusdem prohibitionis, vel cognitionis ipsius, vel conditionum, quibus annexa est prohibitio, eundem actum de malo posse fieri bonum. Iam vero in calce superioris conclusionis docuimus, aliquos actus ita esse bonos, vt mali esse non possint.

5. Conclus. Quinta conclusio, multi actus sunt ita mali, vt nulla ratione possint fieri boni. Hanc conclusionem tenet Vazquez, disput. 56. nu. 12. & alij referendi, & probare possumus ex eo quod dicebamus in calce. 2. & 3. conclusionis, aliquos actus esse ita bonos, vt nō possint fieri mali: nam inde sequitur, aliquos esse ita malos, vt non possint fieri boni, vt volo agere contra conscientiam & dictamen rationis, vel præceptum obligans, volo peccare, Deum offendere, &c. Cum enim inuoluat repugnantiam cum regula, lege, & ratione, si libere fiant, non possunt non esse mali: ergo nunquam possunt fieri boni. Hæc est contra Scotum. 4. dist. 26. quæst. 1. §. ad solutionem in probatione. 1. conclusionis, qui solum odium Dei putat honestari non posse, reliquos vero omnes malos actus putat bonos fieri posse; alij vero nullum actum excipiunt, sed omnem actum malum internum, & externum bonum fieri posse arbitrantur, non solum ex ignorantia, sed absque illa ex concessione, imo etiam præcepto Dei, sic enim Ocham. 2. quæst. 19. ad 3. & 4. dubium docet, Deum posse cōcedere, imo & præcipere odium sui, vsum alienæ vxoris, & similia. Almain. etiā in moral. lib. 3. capit. 15. ait, esse communē omnium Doctorum, omnem actum exteriorem malū posse fieri licitum & bonum, & solum esse difficultatem de actu interiori; vt de volitione cognoscendi vxorem alienam, in quantum alienam, & accipiendi alienum inuito quocunque domino, & in hoc esse opinionem Andreæ de Castronouo, in fine. 1. sent. & Gersonis tractatu de vita Spirit. lect. 11. corol. 10. & habetur. 3. p. alphab. 61. littera E, & Petri Aliacen. nullam esse operationem interiorem ita malam, vt non possit licite fieri, quia Deus contingenter illam prohibet, & secluſa prohibitione non erit peccatum, & adducunt exempla aliquorum, cum quibus Deus in talibus operationibus dispensauit, vt cum Abraham, vt filium vellet occidere, cum Hossea, vt vellet accedere ad fornicariam, cū Hæbræis, vt forte acciperent aliqua ab AEgyptijs; consequenter concedunt, posse ab homine elici libere odium Dei sine malitia, & volitionem detinendi alienum inuito domino. Difficultas autem apud eos est, vtrum quælibet talis operatio possit esse bona. Nam si omnis talis potest esse licita, & referri in vltimum finem, ergo odium Dei poterit esse bonum, & acceptum ad vitam æternam, & præsertim in opinione asserente, non dari medium inter actum liberum bonum, & malum moraliter, neque posse dari etiam de potentia absoluta. Sed si dicamus ad bonitatem operationis intrinsice requiri, vt imperetur ab amore Dei, tunc (inquit Almainus) odium Dei non potest esse bonum, quia non potest stare simul cum amore Dei in eodem subiecto. Vnde non potest aliquis amore Dei velle odium Dei in se, secus in alio: qui tamen dicunt, posse de potentia absoluta in eodem esse simul odium & amorem, negarent hanc doctrinam Almaini, & dicerent, odium Dei bonum esse posse in illa opinione, quia potest imperari ab amore Dei. Addit Almainus cōtra opinionē illam Andreæ de Castronouo, & aliorū, esse apparens argumentū, quod ab eodem Andrea fit: nā actus, quo quis vult violare præceptū Dei, non potest non esse contra præceptum Dei, ergo non potest non esse malus, & peccatū. R. tñ Andreas, talē volitionē posse dari, nullo existente præcepto, & sic licitam esse posse, quia non erit contra præceptū. Sed hæc solutio non satisfacit, quia prohibito aliquo actu externo, prohibetur cōsequenter internus, & ita, si occisio Petri est cō tra præceptum, vel apprehenditur, vt talis, & actus cadit super violationem præcepti absolute,

lute, vel sub conditione, quod sit præceptum, nõ poterit, non esse malus. Conf. 1. quia tẽdere in obiectũ prohibitũ vt sic, includit intrinsece oppositionẽ cũ lege Dei, ergo & malitiã. Conf. 2. nam sumo hominẽ, qui habeat hunc actũ, volo agere contra præceptum Dei à me rxistimatũ tale, hoc iudiciũ est verũ & necessariũ, non est licitũ agere contra id quod existimatur esse præceptum Dei, sed habens talẽ actum necessario ex suppositione agit cõtra id, quod existimat esse præceptũ Dei, ergo illicite operat. Ad hoc aduersarij dicũt, Deum, sicut potest in alijs præceptis dispensare, etiã posse dispensare in præcepto sequendi conscientiam erroneã, & ita si nec sit præceptum de aliquo agendo, nec desequenda conscientia erronea circa illud, non peccare eum, qui existimat, se agere contra præceptũ Dei. Sed hæc solutio nullius est momẽti, quia qui vult agere cõtra præceptũ existimatũ, formaliter, & quatũ est ex parte sua aduersatur lege Dei, ergo peccat, sicut, qui habet voluntatẽ agẽdi aliquid, siue sit prohibitũ à Deo sine non: sentio ergo hos actus esse intrinsece malos, & nulla dispensatione, aut cõcessione Dei posse honestari, aut licitos fieri, volo præceptũ Dei violare, volo turpiter viuere, volo repugnare rationi. Itẽ omnes illos, qui versantur circa obiecta, quæ sunt per se, & exterminis euidenter turpia, vel pugnantia cum ratione, & lege obligante, cuius modi videtur esse actus odij Dei, ná Deo malũ velle, quia malum eius est, per se, & exterminis videtur turpe. Similiter velle vti vxore, aut alia re aliena omni dño rationabiliter inuito, tã creato, quã increato, aliqui tñ actus, licet sint indispensabiles, & inconcessibiles à Deo, tñ quia versantur circa materiã, quæ nõ est per se, & exterminis euidẽter mala, possunt ex ignorãtia inuincibili, vel inaduertẽtia inculpabili excusari à malitia, & honestari, boniratẽq. induere, vt velle fornicari, mentiri, velle se vindicare, velle innocentẽ aut nocentẽ priuata auctoritate, propter hunc, vel iliũ finẽ occidere &c. Vnde actꝰ intrinsece mali, sunt in duplici differentia quidã sic dicti, quia non possunt ab agente libero honeste, aut licite fieri secluſa ignorantia, vel inaduertẽtia inculpabili, alij sic dicti, quia neq. ex ignorãtia, aut inaduertẽtia possunt licite, & honeste fieri ab agente libero: & sic bene Almainus, 3. moral. cap. 16. cum D. Tho. Bon. Ocha. & Gregor. admittit actus aliquos intrinsece malos, ita quod nõ est in potestate Dei facere, vt tales actus libere eliciantur ab homine, & nõ sint mali, vt furari, mentiri, &c. Secus inquit esset si à solo Deo producerentur, quia tunc non essent mali, sic etiam Vazquez, disput. 53. cap. 4. ait, *Certum est aliqua opera eti ã externa, ita intrinsece, & natura sua esse mala, vt nullo fine, nulla concessione, nulla addita circunstantia alia fieri possint bona, vt infidelitas, odium, blasphemia, idolatria, mendacium, &c. quæ quidem non sunt mala, quia vetita, & in quibus nec Deus dispensare valet, aliqua tamẽ sunt, quæ licet non sint mala, quia vetita: tamen posita aliqua circunstantia possent honestari, vt accipere aliquid Petri auctoritate Dei, qui est principalis dñs licitum est, nec enim tunc est furtum: ideo neque tunc dispensatur in lege nõ furandi, sicut nõ esset homicidium occidere auctoritate Dei, sed priuata: vnde si Deus daret facultatem occidendi, non dispensaret in lege non occidendi auctoritate priuata.* Quod vero dicebamus, actum internum fieri posse, de bono malum, & ècontra confirmari valet ex eo quod docet Azor, lib. 1. cap. 5. quæst. 1. in fine, eundem actum intellectus transire posse de vero in falsum, & ècontra propter mutationẽ obiecti in se ipso: ergo similiter idẽ actus voluntatis potest fieri de bono malus, & ècontra propter mutationem apprehensionis obiecti, quo argumento vtuntur etiam Caiet. & Vaz. vt disput. 2. sectio. 8. retulimus.

Sexta cõclusio, esto admitteremus eundem actũ mere elicitũ nõ posse esse successiue bonũ & malũ; tñ admittẽdũ esset, posse ex bono fieri nõ bonũ, & ex malo nõ malũ. Prima pars admittitur expresse à Gab. 3. d. 23. q. 1. art. 1. littera K. cum Ocham, 3. quæst. 10. in fine, & quæst. 13. ad. 2. obiectionem litteræ G. & Cameracensi, in 1. quæst. 1. Vazq. disput. 55. & 56. Aliqui probant, quia licet actus bonus naturaliter pendeat à voluntate, & prudentia: tamen supernaturaliter, & miraculose potest, sine his conseruari, & tunc non erit malus, sed nõ bonus. & quidẽ posse actum vitalẽ elici, & conseruari, potentia vitali mere passiue se habente, superius docuimus: tractatu. 1. 2. & 5. sed posse elici vel conseruari sine actuali cognitione, docuimus repugnare, licet aliqui vtriusque dogmatis oppositum sentiant, neutrũ vero dogma ad præsentis veritatis confirmationem requiritur, quia Deus potest inferre necessitatem voluntati, vt amet honestum obiectum materialiter, vel etiam formaliter sumptum, eliciendo, vel conseruando actum, & concurrente eo modo, quo concurrere solet notitia obiecti, tunc autem actus, qui antea erat, vel alioqui esset bonus, erit non bonus, quia non libe r; libertas autem requisita est ad honestatem, & bonitatem moralem actus vt superius vidimus, ergo actus poterit de bono fieri non bonus, & ècontra, imo, & sine miraculo id contingere potest. Quod vt constet expedienda est prius quædam dubitatio, scilicet an omnis actus, qui in homine cordato est bonus moraliter, & honestus, possit esse in amente, vel dormiente, seu quocunq. modo carẽte vsu rationis? Nam si hoc potest esse poterit quicunq. actus manere sine bonitate morali. Quia sine vsu rationis

173. 6. Conclus.

Dub.

tionis non est bonitas moralis. Videtur autē id posse contingere, nam experimur, nos in somnijs habere easdem apprehensiones honestorum obiectorum, & circa ea versari voluntatem. Item amentes interrogati, respōdent se diligere Deum, quia bonus est, vel facere hoc, quia obedientia præcipit. Ergo habent in voluntate actus eiusdem substantiæ cum actibus vtentium ratione, maxime si vt diximus ad hoc vt in vtente ratione actus voluntatis sit moraliter bonus, non requiritur ferri in obiectum, vt honestum est, seu cōtentaneum rationi, habendo eam honestatem pro obiecto motiuo, sed satis est ferri in obiectum bonum naturaliter alicui, & non resplendere in eo obiecto, aut in actu vllā prohibitionē, aut debitæ circumstantiæ carentiam, aut vllā turpitudinem, & deformitatem. Et propterea partem istam veram esse iudico. Qui tamen tenent, nullum actum esse honestum, qui nō habeat obiecti honestatem pro motiuo, non parum consequenter docent, nullum actum esse in carentibus vsu rationis, qui eiusdē speciei substātialis sit cū eo, qui est bonus moraliter, & honestus in habente vsum rationis; quia nullus actus in carente vsu rationis habet honestatem promotiuo, vbi autem est diuersum motiuū, actus est diuersæ speciei substātialis, ergo. Maior probatur. Nam suprema ratio obiectiua, ad quam maxime videtur necessarius discursus, est ratio honestatis, ergo si amens posset huiusmodi rationē dijudicare, & ad alias inferiores rationes cōparare, quid illi deesset ad sufficientem vsum rationis præcipue moralem? præsertim, quia qui potest attingere rationem honesti, poterit etiam oppositam mali cognoscere, quia opposita nata sunt fieri circa idē, & non est maior difficultas in vno obiecto, quam in alio, ergo posset hæc inter se conferre, & consequenter inter illa eligere, ergo haberet sufficientē vsum rationis, ad peccandum. Neq. oppositum (inquiunt isti) suadet vlla experientia, quia licet amentes habeant actus circa eadem obiecta materialia, tamen non discernunt rationem honestatis, & rectitudinis, sed sicut bruta naturali instinctu mouentur, ita hi feruntur quasi naturali impetu, quo ex habitu, vel speciebus relictis, etiam obiecto proposito iudicant, hoc vel illud esse faciendum. Sed hæc opinio satis incerta est, tum quia ad honestatem aliquam, & turpitudinem cognoscendā nullus discursus requiritur, aliqua enim ex terminis iudicātur honesta, aut turpia: deinde etiam si requiratur discursus aliquis videtur sufficere is qui fuit in sobrietate & sanitate, & manet in habitu, ex quo determinatur quis ad assentiendū sine discursu illis propositionibus, quas olim discursu collegerat, ergo licet in carentibus discursu nō sit libertas, vt in superioribus diximus, ac proinde, nec bonitas, aut malitia moralis, est tñ in eis cognitio aliqua honestatis, & turpitudinis, & sic licet dare mus id, quod nondamus, ad honestatē actus necesse esse cognoscere, & promotiuo habere honestatē obiecti, possent in istis esse actus eiusdē speciei substantialis, & naturalis cum ea quā habent actus honesti & moraliter boni vtentiū ratione. Et sic actus boni per amissionem vsus rationis possent ijdem specie, & numero manentes fieri non boni.

Quidquid autē sit de hoc, certa est. 2. pars cōclusionis, nēpe actū pure elicitū posse fieri ex malo nō malū, & ex nō malo malū, interueniēte ignorātia, vel phibitione. Patet quia si homo vel ignoret, vel nō aduertat malitiā ob 174
iecti, potest circa illud elicere actū volūtatis, nō malū, qui potest idē numero durare ablata ignorātia, vel incōsideratione, & tunc incipit esse malus. Et ratio est, quia ad hoc, nō est necessaria mutatio in propria ratione obiectiua quæ mouet volūtatē, & idē est, si prius actus nō erat probibitus, & postea est prohibitus: propter eādē causam: quia prohibitio nō mutat delectationē, vel conuenientiā ad naturā animalē, quæ sufficere poterat ad substātiā talis actus: sine alterutra tamē ex his matationibus nō potest actus pure elicitus fieri de nō malo malº, vel de malo nō malus. Quia nullū est aliud caput, vnde in eo possit denuo emergere, aut ab eo fugere malitia. Addūt aliqui, nō sufficere hanc mutationē, vt actus malus fiat bonus. Quia ad hoc necesse est, vt mutetur obiectū motiuū volūtatis, ac proinde substantia actus, quę à motiuo intrinsece pēdet. Sed iam diximus actū honestū dari posse, qui non habeat honestatē promotiuo, sed aliquid aliud, cū quo possit esse turpitudo & prohibitio. Et ideo actus malus poterit sublata prohibitione & turpitudine obiecti, manere nō solū deposita malitia, sed sumpta bonitate, & similiter actus, qui in carentibus ratione erāt nō mali, accedēte vsu rationis poterunt manere & malitiā induere & alij qui erāt nō boni, bonitatē. Dubitabis cū nulla malitia sit vere essentialis actui cur interdū dicat aliqua malitia substātialis, alia accidētalis. R. quandā dici substātialē, quia secluſa ignorātia, & inaduertētia inculpabili semper cōmitatur actū liberū & cōsequitur naturaliter eius substātiā, accidētaria vero quæ nō ita cōsequitur. Si quæras quomodo intelligemº quę sit substātialis quę vero accidētalis. R. Vazq. eā iudicādā esse substātialē, quæ potest manere sine altera, eā vero accidētalē quæ non potest sine altera manere, vt in occisione clerici. Species homicidij censetur substantialis: species vero sacrilegij, in personam accidentalis, quia illa potest

sine hac manere, non ecõtra similiter in adulterio species fornicationis iudicatur substantialis: species vero iniustitiæ, accidétalis, quia fornicatio potest esse sine vlla specie iniustitiæ, & nõ econtra: contingit autẽ vnã malitiã non esse priorem alia, sed æque primã, quod probat. Vaz. exẽplo profani vsus calicis alieni: nam illa malitia iniustitiæ separari potest à malitia sacrilegij &, econtra. Sic etiam quãdo idẽ mediũ ordinatur ad duos fines malos nõ subordinatos interse, malitia sumpta ab vno non est prior quã sumpta ab alio, & similiter quando eundem actum internum, vel externum, ordino ad diuersos fines honestos propterse amatos, & non subordinatos interse, bonitas sumpta ex vno, non est prior bonitate sumpta ex alio. Et quando in actu vnica est tantũ malitia, si ex circunstãtia sumitur vt ex fine extrinseco, vel ex loco, &c. accidẽtalis est actui in esse naturæ, vt ait Conrad. q. 18. a. 3. quanuis non sit accidentaria actui in esse moris, hoc est considerato secundum aliquam speciẽ mali moralis, cum nulla ibi sit malitia moralis cui accidat, & sic intellige, quod ait, Vazq. q. 18. a. 9. cum Caiẽ. ibi, talem malitiam non esse accidentariã actui considerato in esse moris, & sumitur, ex D. Tho. a. 5. ad. 4. Cõcedendum est tamen, si esse moris sumatur, non prout dicit bonitatẽ, vel malitiam moralem, sed libertatem actionis, talem speciem esse accidentariam actui in esse moris. Item si, vt aliqui volunt, indifferentia est ratio specifica quorundam actuum moralium afficiens eos, actus, qui dicuntur indifferentes ex genere suo, manens in illis, etiã quãdo in indiuiduo sunt boni, vel mali. Et similiter, si vt aliqui etiam volunt, idem actus potest habere bonitatem ex genere, & malitiam ex circunstantia, dicendum est, malitiam, quæ sumitur ex circunstantia, etiam cum actus ille aliam malitiam habet, esse accidentariam actui cõsiderato in esse moris. Idest in sua indifferentia, vel bonitate morali. Sed has suppositiones negat, Vazq. supra, & alij communiter.

Sectio. 13. Virum diuisio actus interni voluntatis per bonum & malum, sit per differentias essentialis actus in esse naturæ.

175. 1. Opinio. 1. Argum.

PRIMA opinio est, has esse differentias essentiales actus in esse naturæ, ita Conrad. quæst. 19. artic. 1. & probat ex D. Thom. ibi, & 3. contra gent. cap. 9. & 2. dist. 40. art. 1. dicente bonum, & malum esse differentias perse respectu actus eliciti, siue interni, & non respectu actus imperati, seu externi; quæ differentia nulla esset, si respectu vtriusque in esse naturæ bonum & malum essent differentiæ accidentales: nam in esse moris respectu vtriusq. constat esse differentias essentiales. 2. Prob. quia differentia, quæ sumitur ex obiecto, est essentialis, sed bonum & malum sunt differẽtiæ sumptæ ex obiecto: ergo sunt differentiæ essentiales. 2.

Secunda opinio quorumdam recentiorũ distinguit de actu interno pure elicito & de eo qui simul est elicitus & imperatus, dicitq. primo, actum pure elicitum essentialiter diuidi in bonum & malum ita vt actus pure elicitus bonus & malus semper sint essentialiter diuersi, nõ forte per bonitatem & malitiam, sed per alias differentias, quæ nomine boni & mali circũscribũtur: prob. primo quia hæc est opinio D. Tho. vt patet lociis citatis 1. arg. prioris opinionis: loquitur enim de actibus pure elicitis, qui perse & non ratione aliorũ sunt boni & mali 2. quia bonitas sumit ex obiecto formali ac proinde pertinet ad substãtiam & essentiam actus vnde fit vt licet malitia seu malum formaliter sumptum non dicat differentiam essentialem: tamen in interiori actu illam indicat, sicut irrationale, quãuis formaliter non dicat differentiam essentialem, tamen illam indicat & supponit & pro materiali importat: nam actus, qui non habet honestatem pro motiuo, qualis est omnis malus, habet aliud motiuum: ergo essentialiter differt ab omni actu bono pure elicito, quia hic habet honestatem pro motiuo, & ideo. D. Tho. locis, cit. &. 2. d. 34. art. 2. ad. 5. & de virtu. q. 1. a. 1. ad. 3. dixit, *licet malitia ratione sui nõ sit differentia actus quoad entitatem eius: tamen ratione adiuncti, seu fundamenti esse differentiam.* Conf. 1. nam diuisio habitus in virtutem & vitium, seu bonum & malum, est perse & essentialis, ergo & diuisio actus in bonum & malũ. Conf. 2. nam etiã in naturalibus conueniens, & disconueniens, seu bonum & malum, si sumantur respectu eiusdẽ naturæ, indicãt essentiales differentias formarum, vt quia calor est bonus igni, frigus autem malum, recte colligimus, illas formas natura sua esse essentialiter diuersas.

2. Opinio. 1. Dictũ est. 1. Argu. pro hoc dicto. 2. Argum. i Conf. 1. Conf. 2.

2. Dicit hæc opinio bonum & malum non sunt differentiæ essentiales actus eliciti, qui simul sit imperatus. Prob. 1. nam eadem est ratio de actu interno & imperato, & de actu externo, sed respectu actus externi bonũ & malum sunt differentiæ accidẽtales, ergo & respectu actus interni imperati. 2. Quia actus bonus seruato eodem obiecto motiuo, & termi natiuo, & eisdem circunstantijs obiectiuis, potest imperari ab actu malo in malum finem, & inde fiet malus, ergo successiue est bonus & malus, vt superius dictum est, & hæc bonitas, & malitia est accidentalis illi: nec mirũ, cum sit sumpta ex consortio, vel absentia

176. 2. Dictum. 1. Argum. 2.

actus

actus imperantis quæ accidunt actui interno imperato,non secus atq. externo.3.nam interdum actus intellectus est verus ex vi suæ rationis formalis & essentialis.Et tunc fieri non potest vt idem actus specie,vel numero sit verus & falsus successiue,& in eo veritas potest dici essentialis differentia non ratione actualis relationis,sed ratione fundamenti,ex quo habet talis actus infallibiliter adiunctam veritatē.Sic bonitas sumpta ex obiecto est essentialis actui voluntatis.Aliquando vero actus intellectus est verus non ex vi obiecti formalis sed ratione materialis,quod ita esse contingit,sicut iudicatur,quanuis exvi formalis obiecti posset aliter se habere, vt patet in fide humana,& hoc modo diuisio actus in verum & falsum potest dici subiecti in accidentia, nam idē actus quiest verus, potest esse falsus, & quoad hoc æquiparari possunt veritas , & falsitas bonitati &malitiæ prouenientibus ab extrinseco,seu actu imperante, & non ex intrinseca habitudine ad obiectum. Si autem quæras,loquendo in communi,& abstrahendo ab vtroq. modo bonitatis & malitiæ,qualis sit hæc diuisio actus moralis in bonum , & malum.Respondent isti,& dicunt.3.in rigore esse ęquiuocam . Seu analogam ; atq. adeo diuisionem illam in rigore esse multiplicem ideo nihil posse sine distinctione responderi, nisi sub illa diuisione duas contineri,alteram essentialem,alteram eccidētalem. Nam sicut in reliquis denominationibus,esse sanum,vel quid simile per intrinsecam,vel extrinsecam denominationē,est valde analogum, ita actū interiorem esse bonum per se,& ex vi sui obiecti,aut per solam extrinsecam relationem analogum est:diuisio ergo,quæ vtrumq. modum complectitur,non potest non esse analoga,& sic sub distinctione respondēdum est.

3. Dictum.

177.

3.Opinio. auctoris.

3.Opinio,& tenenda est,*diuisionem actus humani in bonum,& malum,siue diuisum sit actus humanus abstrahēdo,ab interno,& externo:siue abstrahendo ab interno elicito,& imperato , siue sit aliquis istorum actuum internorum,siue actus externus,esse subiecti in accidentia separabilia , ac proinde tradi per differentias accidētales separabiles,neq.membra illa indicare,describere seu pro materiali importare semper differentias essentiales actus in esse naturæ.* Hæc est Opinio Caiet.q.19.ar.1.& Medinæ ibi absolute asserentium,bonum,& malum non esse differentias essentiales, sed accidentales, etiā respectu actus interni.Idē docent Duran. 2.d.40.q.3.Maior.q.1.Richard.artic. 1. q.1.&.2. Egidius.q.2.Bon.d.41.q.2.a.1.Alensis.2.p.q.104 memb.2.& aliquos retulimus,disp.præced. in quirentes,*an bonitas sit essentialis alicui actui interno voluntatis.*

Et explicatur,ac probatur.

Pro cuius explicatione,& probatione obseruandum est,cum dicimus bonum & malum esse differentias accidētales actus humani nō esse sensum,actui humano accidere disiunctū boni & mali,inquo sensuDurandum intellexit Carthusianus.2.d.40.q.1.in fine , & ipsum impugnauit;sic enim dari posset actus humanus indifferens,& nec bonus,nec malus,in in diuiduo.Cuius contrarium patebit in disp.sequenti:Carthus.tamen,non attingit mentem Durandi;tantum enim volunt Dur.& alij nō semper actum bonum & malū differre essentialiter;quia idem actus successiue potest esse bonus,& malus,item bonitatem,& malitiam cui cunq. actui esse accidētalem, quia à quocunq. potest separari,quod ex eo patet: quia quilibet actus potest esse successiue bonus,& malus;seu bonus,& non bonus;seu malus , & non malus,vt loco citato & superiori sectione ostendimus,ergo ab omni actu bono potest separari bonitas,& ab omni malo malitia.Hanc opinionem probat Caiet.ex D.Tho. 1.p.q.48.art.1.ad.2.vbi ait(inquit Caiet.)*bonum & malum non esse differentias actus in genere naturæ,sed in genere moris.* Sed hoc testimonium, nō est ad rem:quia D.Tho.non dicit illa verba. Sed tantum ait,*bonum,& malum non esse differētias constitutiuas,nisi in moralibus:* loquitur autē de bono & malo materialitet sumptis, quæ constituunt semper aliquam speciem actus; sed non semper distinctam,ita vt species quæ est sub malitia sit distincta ab ea,quæ est sub bonitate (licet sæpissime id contingat) quia potest non solum eadē species actus ; sed etiā idem indiuiduum successiue, aut secūdum varias circunstantias,& conditiones esse bonus, & malus. Alij probant eandem sententiam, quia actus intellectus diuiditur per verum,& falsum etiam materialiter,seu fundamentali ter sumpta , vt per differentias accidentales, ergo & actus voluntatis diuiditur per bonū & malum,vt per differentias accidentales:habent enim se verum , & falsum ad intellectum,sicut bonum & malum ad voluntatem, vt inquit D.Tho.q.19.a.1. Sed hoc argumentū licet forte suadeat alicui actui voluntatis esse accidentalem bonitatem , & malitiam, sicut alicui actui intellectus v.g.opinionis , vel fidei humanæ circa obiectum contingens accidit veritas & falsitas;si enim contigisset oppositum,actus,qui est verus,esset falsus;& econtra;tñ ad probādū generatim omni actui volūtatis accidere malitiā, & bonitatem quam habet nullius prorsus est momenti: magis, enim potest duci in oppositum, cum sint aliqui actus intellectus,ita veri, vt non possint esse falsi,& alij ita falsi,vt non possint esse veri:assensus enim propositionis necessariæ necessario est verus ; & similiter assensus fidei Theologiæ,& scientiæ:assensus vero propositionis impossibilis,necessario est falsus, cui

tamen

tamen obiectioni respondemus nos, non esse simile; quia veritas consistit in adæquatione intellectus ad rem, & quia in æssensibus quarundam propositionum, hæc adæquatio est necessaria propter ipsas propositiones quæ, sunt necessariæ & in alijs assensibus est necessaria, ex medio, vel formali ratione sub qua; ideo quibusdam actibus est quasi essentialis veritas, in alijs falsitas, bonitas autem cõsistit in conformitate voluntatis ad legẽ, quæ conformitas non pẽdet ex solo obiecto motiuo, vel terminatiuo, ex quibus tantum sumitur substantia actus, sed ex alijs quæ salua specie, & entitate numerica actus variãtur, ideo nulli actui est essentialis, vel inseparabilis bonitas, & simile est in malitia,

Aliqui etiam probant hanc sententiã, quia actus voluntatis immediate essentialiter diuiditur in amorẽ, & odiũ, & alios similes actus, ergo non in actum bonum, & malum, nam idem non diuiditur immediate per differentias essentiales disparatas non habentes inter se oppositionem, vt non habent amor & odiũ & similes actus cum bono & malo. Respondeti tamen facile potest, idem diuidi posse immediate per varias differẽtias disparatas, idest non habentes interse oppositionem, sed partim & adæquatæ se continentes, vt qualitas immediate diuiditur per spiritualem, & corpoream; per habitum, & dispositionem; passionem, & passibilem qualitatem; naturalem potentiam, & impotẽtiam; figuram & formam. Quantitas per cõtinuam, & discretã; successiuam, & permanentem &c. & sicut quantitas continua iterum diuiditur in successiuam, & permanentem, & similiter quãtitas discreta. ita amor diuidi potest essentialiter in bonum & malum, & similiter odium, quod vero dicit Arist. in ante prædicamentis, *diuersorum generum, & non subalternatim positorum, diuersæ sunt species & differentiæ*, limitandum est ex eodem intopicis, quando genera illa, nec totaliter neq. ex parte sub alio. 3. genere collocantur, de quo alibi, ob alias ergo rationes tenẽda est 3. opinio.

178. 1. Argum. 1. Opinio.

Ad. 1. autem argumentum, 1. opinionis R. vel D. Tho. loqui de differentijs actus in genere moris, vt hac q. 18. ar. 5. & intendere eas cõuenire perse actui interno, idest, non per accidens, seu per aliud, quomodo competunt bonitas, & malitia formalis actui interno. Vel loqui de differentijs actus in genere naturæ, & intendere, aliquando esse essentiales loquendo de bono & malo, pro materiali fundamento, videlicet, quãdo actus bonus & malus differunt ex obiecto motiuo, seu fine intrinseco, vel ex obiecto terminatiuo, cuius pars sæpe est circunstantia aliqua, & conditio obiecti, quæ cum est formaliter, seu in se volita variat essentialiter actum in esse naturæ vt dictum est. Sect. 8. conclu. 3. & tunc quæ fundant bonitatem, & malitiam, licet non omnino sufficienter, differunt essentialiter, per habitudines transcendẽtales ad talia obiecta motiua aut terminatiua, quæ habitudines nõ fundant sufficiẽter bonitatẽ, & malitiã: quia vltra illas requiritur libertas, & ad bonitatem requiritur, vt neq. actus ipse internus, nec alia eius circunstantia, nec obiectum motiuum, nec terminatiuum appareat prohibitum secundum se, neq. secundum aliquam eius conditionem, & circunstantiam, & ita illæ habitudines, licet sufficiant ad distinguendos essentialiter illos actus, non tamen ad dandam illis bonitatem, aut malitiam. Ex quibus patet ad. 2. nam licet actus bonus, & malus, ex obiecto, differant essentialiter, quia habẽt diuersa obiecta, tamen generatim bonũ, & malum nõ differunt semper essentialiter, sed idẽ actus potest successiue esse bonus & malus, & nulli actui competit essentialiter bonitas, aut malitia, nec tanquam de essentia, nec tãquam consequens necessario essentiam, sed multis modis à quolibet actu abesse potest. 2.

179. Ad. 1. arg. pro primo dicto. 2. Opinio. Ad. 2.

Ad. 5. argum. quo 2. sententia suum. 1. dictũ probabat, iam dictũ est, quid sibi voluerit. D. Tho. Ad. 2. autem iam explicatum est, quomodo, licet habitudines, in quibus fundantur bonitas, & malitia, sæpe differant essentialiter, & faciant actus essentialiter differre, non tamẽ semper actus bonus & malus habent istas habitudines sic diuersas, sed an omnis actus bonus possit, retenta eadem habitudine essentiali, fieri malus, & omnis malus, retenta habitudine essentiali, possit fieri bonus ex ignorãtia, vel alia ratione, alibi discutietur. Ad præsentem enim difficultatem sufficit, omnẽ actum bonum posse fieri non bonum, & omnem malum, fieri non malum, vel ex carentia libertatis, vel alia ratione. Ad. 1. confirmationem. Neg. conseq. quia ad bonitatem habitus sufficit essentialis habitudo ad actum bonum, & ad malitiam habitus sufficit habitudo essentialis ad actum malum: at vero, ad bonitatem, & malitiam moralem actus nulla sufficit essentialis habitudo, vt dictum est sed seruata eadem habitudine essentiali, actus variatur de bono in malum, & econtra, eo quod non sufficit obiectum motiuum & terminatiuum, vnde tantum sumitur essentia actus, ad eius bonitatem, vel malitiam. Ad. 2. conf. Resp. etiam in naturalibus sæpe eandem rem esse conuenientem, & disconuenientem, bonam, & malam eidem pro diuersis temporibus, circũstantijs, & conditionibus; & multo magis in moralibus, vnde idem actus poterit esse eidem homini bonus & malus successiue & pro varietate temporũ, & circunstantiarũ. Et

Ad. 1. Cõf.

Ad. 1. Cõf.

& sic bonitas,& malitia moralis,nec causant nec supponunt differentiam essentialem in actibus. 2. Dictum illius opinionis concedimus,sed obseruandum est, ex eo impugnari euidenter. 1. Nam si actus elicitus alioqui bonus,potest alio actu imperari & referri in malum finem,ergo potest esse malus,& sic bonitas nec est eius essentia,neq. illam necessario consequitur iuxta communem opinionem, quam supra secuti sumus asserẽtium,nullum actum,bonum simul ac malum esse posse.

Ad.2.arg. dicti.

2. Opinio.

3.Item ratio illius.2.dicti contra illam opinionem conuerti potest, nam actus intellectus non dimanans ab alio actu,potest de vero in falsum transire,vel vtramq. denominationem in varijs euentibus suscipere.Cur ergo non poterit actus voluntatis non imperatus,nec dependens ab alio actu, trãsire de bono in malum,vel in varijs euentibus vtrãque denominationem suscipere? Ex dictis etiam patet.3.Dictum falsum esse;nam sine vlla distinctione dicendum est,diuisionem actus in bonum & malum,siue intelligatur, de actu abstrahendo ab interno & externo ; siue ab interno mere elicito,& ab imperato,siue alio quouis modo,esse subiecti in accidẽtia,quia respectu cuiuslibet actus bonitas,&malitia in eo existens,est ipsi acccidentalis.

Ad fund. 3.Dicti.

Art.8.Vtrum detur actus humanus indifferens secundum suam speciem.
Articulo.9.Vtrum detur actus humanus indifferens in indiuiduo.

POSTQVAM disputatum est de moralitate in communi,& de bonitate morali,ac tandem de malitia morali actus interni,& de diuisione actus humani in bonum,& malum:restat,vt de indifferentia morali differamus.Vnde etiam illius diuisionis sufficiẽtiam intelligemus.Vnde sequitur adhærendo etiam litteræ D.Thomæ, disputa. 4.

DISPVTATIO QVARTA DE INDIFFERENTIA ACTVVM VOLVNTATIS.

Sectio. 1.Vtrum detur actus voluntatis indifferens secundum suam speciem.

1 DE indifferentia actus secundum rationem genericam actus neq. nos disputamus,nec D. Tho. aut alij vnquam disputarunt, quia cõstat,actum humanum etiam viæ in sua ratione generica esse indifferentem ad bonum & malum,licet in particulari ex circunstantijs Lutherus,& alij hæretici senserint,nullũ actum viatoris etiam iusti esse bonũ: seu omnem esse malum,solũ potest esse quæstio de indifferentia actus in specie aliqua subalterna,vel vltima,vel de indifferentia in indiuiduo,seu,in particulari,attentis omnibus conditionibus,& circunstantijs concurrentibus in actu.

1.Opinio. 1. Opinio est,omnes actus esse indifferentes secundum suam essentiam , quia omnes possunt bene , vel male , fieri pro diuersitate intentionum,vel circunstantiarũ . Hanc opinionem referunt D.Tho.de malo.q.2.ar.4. & Mag.2.d.40.& quidem si intelligatur secluſa ignorantia , & casibus metaphysicis, atq. in vsitatis,& solum possibilibus de potentia absoluta,nullam probabilitatis speciem habet; licet enim fere nullus sit actus externus, aut internus,ita bonus quin possit facile in fici ex circunstantia mali finis , vel ex alia . Tamen aliqui actus interni,& externi sunt ita mali, vt secluſa ignorantia,aut casibus de sola potentia absoluta possibilibus , non possint honestari.Imo quidam actus esse videntur tam euidenter,& intrinsece mali,vt ex nulla ignorantia,ex nulla Dei dispensatione, præcepto, concessione,aut rerum dispositione, possint honestari, vt velle turpiter viuere, aut velle contra legem obligantẽ agere &c. qua enim ignorantia,præcepto,vel concessione potest licitus esse actus,qui malitiam,vel violationẽ legis obligantis,vt sic,habeat pro obiecto? de

qua re

qua te vide dicta disp.præced.sect.12.concl. 5. Vnde sicut in naturalibus quidam motus, & quædam formæ sunt ita violentæ alicui rei, vt nunquam possint esse illi naturales, sicut calefactio,& calor aquæ;sic quidá actus sunt ita mali homini,vt nunquam possint esse illi boni. Non tñ sicut aliqui motus, vel formæ, ita sunt naturales alicui rei,vt nunquam sint, vt violentæ frigefactio, vel frigiditas aquæ: sic aliqui actus ita erunt boni homini,vt nunquam possint esse mali:nam malitia pluribus modis contingere potest,quá violétia. Vnde non mirum si vel dentur actus in capaces violentię respectu alicuius subiecti;nulli autem incapaces malitiæ. 2. Opinio relata a Magistro.2.d.40.est nullum actum,esse malum,sed

2. Opinio. omné esse bonum.Quæ opinio si tãtum velit nullum actum esse malum,quatenus est quid positiuum vera est,vt docuimus disp. præced. si vero intendat, nullum actum esse malum, denominatiue,vel omnem ex vi rationis positiuæ habere moralem bonitaté,falsa & improbabilis est, constat enim ex scriptura, & sanctis, ac philosophis, & ratione, aliquos actus malos esse, quia sunt contra legem & rationem &c.Ac proinde nullam bonitatem habere,quia bonitas,& malitia moralis eidē actui competere non possunt, aut si possunt aliquando; nõ tamen semper,quia interdum actus non habet vnde bonitaté accipere possit,cum neq. habeat bonum motiuum, neq. bonum obiectum,sed vtrumq. malum.

2

3. Opinio. 3.Opinio est Scoti.2.d.7.§.de.1. dico & d. 4. §.aliter,& quodlibet.18.a.1.dari medium inter actum bonum & malum, ex genere seu obiecto,secus inter bonum & malam simpliciter; de hoc.2.dicitur sectione.3.de.1. autem nunc differendum est. Probat suam sententiam, Scotus quem sequitur Cardinalis Cõstantius Sarmanus in directorio Theologico,fol. 104. quia omnis actus habet obiectũ conueniens, vel disconueniens rationi,ergo est bonus, ex genere,& ex obiecto conuenienti,vel malus ex genere,& ex obiecto disconuenienti, licet is,qui est bonus ex obiecto,seu ex genere cõuenienti possit esse indifferens omnibus pẽsatis,& in indiuiduo,seu non bonus,nec malus: simpliciter enim potest aliquis actus carere circunstantia requisita ad perfectioné actus simpliciter studiosi,vt si careat honesto conuenienti fine,& tamen non erit vitiosus,quia non habet circunstantiam repugnantem rationi,qualem tamen haberet si referretur in vanam gloriam,vel alium malum finem.Cæterum hæc sententia falsa est,quia nõ omnis

Reijcitur. actus habet bonum,aut malum obiectũ, seu consentaneum,autem dissentaneum rationi; aliquod enim obiectum est indifferens,quod neq. habet specialem consonantiam,nec specialem repugnantiam cum ratione,ergo aliquis actus neq. erit bonus,neq. malus bonitate,aut malitia ex genere, seu sumpta ex obiecto,presertim cum obiectum,tametsi sit bonum,& consentaneum rationi, cõferat suam bonitatem actui,nisi habeat rationem motiui,& Præterea si actus ex solo obiecto habet bonitatem,& aliunde nullam malitiam habet, erit bonus simpliciter, sicut res naturales,quæ non sunt vlla ratione malę,sunt simpliciter & absolute bonæ, vt si equus nulla ex parte est malus qualicunq. bonitate sua erit simpliciter bonus, ergo cum Scotus fateatur omnem actum, qui non est malus ex obiecto,habere bonitatem ex obiecto,fateri debet,esse simpliciter bonum.Ex quibus patet ad fundamentum Scoti, ad quod paulo aliter respondet Caiet. aliter Valentia,sed in re non differunt.Est ergo. 4. opinio tenenda dari aliquos actus,qui ex obiecto nullam habent bonitatem,aut malitiam,ac proinde qui sunt indifferentes,ex obiecto, seu ex genere, aut specie sumpta ex obiecto.Hæc est mens. D.Tho.hac q.a.8.& communis.2.d.40.vbi.D. Tho.q.1.Gab.3.d.23.q.vni.Vazq.disp.52.cap.2. tametsi oppositum tribuat Gabriel. 2. d. 41. q.1.a.2.concl.1.Coimbricen.in ethicis, disp.5. q.1.art.2.Bellarmi.4.de gratia,& lib. arb. ca.1. in principio.Valentia hic disp.2.q.13. puncto. 5.Caietanus.Medin.Conrad.& alij hic a.8.& est sententia Aug.2.de sermo. Dñi, in monte. ca.18.post medium libri, & Hierony. epistо. ad Aug.quæ est.11.inter epistolas Augustinũ, vbi longe post medium ex sententia philosophorum tanquam certum, & exploratum asseuerauit, esse quasdam actiones indifferentes,secundum suam speciem. *Bonum*, inquit, *est continentia,malum est luxuria,interutrumq. indifferens ambulare, capitis naribus purgamenta proijcere,sputis reumata iacere.Hoc nec bonũ, nec malum est;siue enim feceris,siue non feceris,neq. iustitiam habebis,nec iniustitiam*. Et in Concilio Constantin.sect.15. inter alios articulos Ioánis Hus damnatur.15.loco articulus quidam, qui ita habet *Nulla sunt opera indifferẽtia*,quod intelligitur de indifferentia secundũ speciẽ: nam quod in indiuiduo nulla sint opera indifferentia,minime error est, sed veritas: est autem damnatio illorum articulorum confirmata postea a Martino. 5. vt patet ex eius bulla,que extat in fine illius Concilij. Prob. ex dictis,nam ille actus ex obiecto est bonus, qui habet bonum obiectum motiuum,& terminatiuum, & nullam malam circunstantiam: malus vero, ex obiecto est, qui habet malum obiectum:inter hos autem actus datur medium,nempe actus,qui neq. habet malum obiectum,neq.bonũ,vel si bonum; illud tamen non est motiuũ,vel si illud est obiectũ mo-

4. Opinio Auctoris.

motiuũ & terminatiuũ simul:tñ habet aliquẽ malũ finẽ extrinsecũ.l.aliã malã circunstãtiã; ergo datur aliquis qui de facto & reipsa nullã capit bonitatẽ, vel maliciam ex ipso obiecto, quãuis alioqui bonum sit&possit illã cõferre. Alij probant,quia vt actus sit bonꝰ ex obiecto debet habere promotiuo propriã obiecti honestatẽ;datur autẽ actus,qui non habeat promotiuo ꝓpriã obiecti honestatẽ & nõ sit malus ex obiecto;quia nõ habet malũ obiectum, ergo datur actus indifferẽs ex obiecto:sed hęc ratio nulla est,quia ꝫ vidimus, & in sequẽtibus videbimus ad actũ moraliter bonũ nõ opꝰ esse habere honestatem pro obiecto motiuo, sed satis esse habere pro obiecto terminatiuo aliquod naturale bonũ,nulla in obiecto motiuo,vel terminatiuo,vel actu aut eius,vel obiecti circunstantijs apparente turpitudine.

Sed cõtra hanc opinionẽ sunt nõnulla arg. 1.quia omnis species saluari põt in aliquo in diuiduo:sed nullus actꝰ est indifferẽs in indiuiduo vt dicetur:ergo neq. in specie. 2. Est quia species actus ſmitur ex obiecto motiuo&terminatiuo simul;nullusautẽ actus est indiferẽs attẽdẽdo ad vtrũq.obiectũ:ergo nullus est indifferens,secũdũ suã speciẽ.Maior probata est in superioribus.Minor vero probatur, quia si obiectũ motiuũ est bonũ,& terminatiuũ nõ est malũ,actus erit bonus ex obiecto motiuo. Si vero aliquod eorũ fuerit malũ,actuserit malus;vtrũq. autẽ indifferẽs esse nõ potest.Quia obiectũ motiuũ est finis,ac proinde ex se appetibile,ergo bonum naturæ,ergo si aliunde nullã habet deformitatẽ & repugnantiã cum rõe, habebit bonitatẽ moralẽ obiectiuã, cõferetigitur bonitatẽactui interno.3.Omnis actꝰ habet.l.obiectũ cõueniens cũ recta rõe, & sic est bonus.l.nõ cõueniens cũ recta rõe, & sic est malꝰ,ergo nullus est indifferẽs.4.Inter priuatiue oppositа nõ datur mediũ in subiecto capaci:sed bonitas,& malitia ex obiecto sũt priuatiue oppositа,ergo nõ potest dari mediũ inter illa in ꝓprio susceptibili,qꝫest actꝰ humanꝰ 5.Si datur actꝰ indifferẽs ex obiecto,ergo nõrecte, quia nõ adæquate diuiditur actus in bonũ & malũ ex obiecto.Sed debet addi indifferẽs ex obiecto &explicari qualis sit hæc diuisio.6.Si datur actus indifferẽs ex obiecto & specie, ergo generat habitũ indifferẽtẽ ex sua specie,quia actus generãt habitꝰ ſmiles;cõsequens nõ videtur admittẽdũ,ergo.Ad.1.R.aliqui vt D.Th.a. 9.ad.1.Cõrad.& alij recẽtiores Dur.2.d.40. q.1. n.10.hanc speciẽ indifferẽtiæ nõ esse positiuã, sed negatiuã,cõsistẽtẽ in eo ꝙ actus ex se neq. sit bonus, neq. malus, seu nõ exigat bonitatẽ neq.malitiã,ideo nõ oportere,vt reipsa in indiuiduo reperiatur sine bonitate & malitia,sed satis est hac negationẽ præ intelligi bonitati atq.malitiæ vt oculꝰ præintelligit visui & cœcitati,sed hoc nisi amplius explicetur nõ satisfacit:nãomnis species siue positiua siue negatiua,si datur aperte rei,debet reperiri in aliquo indiuiduo directe cõtẽto sub tali specie.Deinde quia licet fortasse nomẽ indifferẽtiæ sũptũ sit ex negaõe exigẽtiæ vtriusq.extremi,tñ necesse est vt actus sic indifferẽs,habeat ex obiecto suo aliquã speciẽ positiuã & realẽ quæ illo negatiuo nomine describatur,vt docẽt Conimb. sup.& vtrãq.speciẽ scilicet,positiuã & negatiuã reperiri aperte rei in aliquo indiuiduo,nẽpe illã speciẽ positiuã in aliquo indiuiduo positiuo,&negatiuã in indiuidua negõne. Et ita ad ar.R.2.cõcedẽdo,specie actꝰ ꝙ dicit indifferens ex sua specie,& reperiri in aliquo indiuiduo,ideſt in reipsa dari actũ aliquẽ volũtatis qui ex obiecto nõ habeat bonitatẽ neq.malitiã,sed aliũde videlicet ex fine,aut alijs circũstãtijs.Dices,si ratio specifica nõ petit bonitatẽ nec malitiã,ergo nec ratio indiuidualisillã petit:ergo talis actus etiã in indiuiduo est indifferens.R.indiuiduũ ſm rõem intrinsecã in diuidualem nõ petere bonitatẽ,neq.malitiã; quia indiuidualis differẽtia intrinseca nihil petit,ꝙ nõ petat ratio specifica,& ea rõe talis actus posset dici indifferẽs in indiuiduo:tñ vlꝰ obtinuit,vt actꝰ dicatur bonꝰ in indiuiduo si sit bonus,vndecũq.habeat bonitatẽ:malꝰ autẽ in indiuiduo si habeat malitiã,vndecũq. illã habeat:indifferẽs autẽ in indiuiduo si nec ex obiecto,neq.ex fine,nec ex alijs circũstãtijsbonitatẽ,aut malitiã habeat,quia ex nulla re inuẽta in hoc indiuiduo illã habet;itaq.licet actus sit indifferẽs ſm. cõditiones indiuiduales intrinsecas;nũquã tñ est indifferẽs attẽtis etiam cõditionibꝰ indiuidualibꝰ extrinsecis.Neq.argum.quibus Vaz.disp.52.c.4.impugnat varias huius.1.argumẽti solutiones cõtra hãc robur habẽt,secũdũ quã facile defenditur, dari actꝰ indifferẽtes secũdũ speciẽ,ꝙipse cõcedit,nõvero in indiuiduo. Si dicas ex ꝓdicta doctrina sequi o ẽs actus qui aliqua de causa pũt honestari esse in differẽtes ex obiecto, quia obiectum ꝓcise sũptũ nõ est malũ,sed cũ exclusione causæ honestãtis,vt occidere nõ est ex se malũ sed occidere priuata autoritate nõ in defensionẽ iustã &c.R.in rigore talia opera sic cõsiderata esse in differẽtia quidquid dicant aliqui: quia tamen quãdo sine cautis honestãtibus accipiũtur cõiter intelligũtur illis carere, dicũt mala ex obiecto vt occidere hominẽ, cõtrectare rem alienam &c. Ad. 2. Respon.internũ actũ indifferentem ex obiecto esse in duplici differentia.Nam quidam est indifferens ex obiecto motiuo,& terminatiuo simul, quidam ex obiecto terminatiuo tantum, nec datur. 3.membrum,vel ex obiecto motiuo tantũ: nã qui est indifferens ex obiecto motiuo, etiã est indifferens ex obiecto terminatiuo,nam, vel obiectum terminatiuũ est malum,bonũ, vel indifferens;si malum,actus quo attingitur nõ

erit indifferens;ex obiecto; si bonum cum nō habeat rationē motiui non confert bonitatē suam,ergo ex tali obiecto,actus nō sumet bonitatem(*licet eam sumere posset alius actus*) & ita non erit bonus ex tali obiecto motiuo;sed indifferens,vel deniq. tale obiectum est indifferens,& sic clarum est actum indifferentem ex obiecto motiuo,esse quoq. indifferentem ex obiecto terminatiuo,ergo nullus datur actus indifferens ex obiecto motiuo,qui non sit indifferens ex obiecto terminatiuo.Ad rem ergo ille actus internus, qui est indifferens ex obiecto motiuo,& terminatiuo simul, est indifferens ex sua specie vltima,quia hæc sumitur ab obiecto motiuo,& terminatiuo simul, ex neutro autem actus bonitatem & malitiā habet:ille vero actus,qui tantū est indifferens ex obiecto terminatiuo nō est indifferens secundum suam speciē vltimā & atomā, sed secundum speciem subalternā,in qua conuenit cum actibus qui habent idē obiectū terminatiuum,non autem idem obiectum motiuum; & hic actus licet sit indifferens ex obiecto terminatiuo,poterit esse bonus,vel malus ex motiuo.Tunc autē actus est infferens ex obiecto motiuo,quando licet illud sit appetibile propterse,tamen non est appetibile propterse solum secundum rectā rationē,sed ad honestādū eius appetitionē propterse oportet ei adiungere alium actum quo ipsum appetatur propter aliquod bonum altius, vt si appeto propterse honorē, vel gloriā apud homines & non adiungo ei actum quo appetam illam propter scientiā,virtutem,vel aliquid simile, peccabo:secus si adiūgā,de quo postea. Actus autē externus nō habet obiectū motiuū;imo neq.terminatiuum nisi late dictum,a quo solo sumit speciem,vel à modo producendi,vel attingendi ipsum & talis semper est indifferens secundum speciem atomam & nunquā secundum solam speciem mediam, aut subalternam. Ad.3.Resp.non omnem actum internum,qui habet obiectum terminatiuū cōueniens cum ratione,illiq. cōsentaneum,esse bonū reipsa ex tali obiecto,quia oportet ipsū esse motiuum vt conferat propriā speciē bonitatis,neq.omnem actum qui versatur circa obiectum nō consentaneū rationi ex seipso esse malum,sed oportet tale obiectū esse dissentaneū & specialiter repugnans rationi,vt cōferat propriā malitiā,quare actus qui versatur circa tale obiectū licet aliunde forte sit malus,nō tñ ex obiecto,sed indifferens ex obiecto,sicut & ali⁹ actus,quo obiectū consentaneum rationi,non amatur propter se sed propter aliquid aliud.

Ad. 3.

Ad.4. 1.Solutio. Ad.4.R.D.Th.a.8.ad.2.inter priuatiue opposita aliquādo posse esse medium etiam in proprio susceptibili,tum,*nimirum*, cum priuatio non totaliter remouet oppositā, perfectionē, sed aliquid illius in subiecto relinquit, vt quia ęgritudo nō remouet omnino sanitatē, datur inter ægritudinē & sanitatē perfectam quædā mediocritas valetudinis.Atq. eandem rationem ait esse in proposito, quia malitia actus non totaliter priuat actum bonitate: quare potest esse medium inter bonitatem & malitiā ita vt aliqui actus sint indifferētes ex obiecto.Sed hæc responsio(*inquit Valentia*) videri potest non esse ad propositum.Nam. 1. in arg.non agitur de bonitate & malitia actus in induiduo considerati secūdum circunstātias:quo pacto dici potest malitia non remoueri omnē bonitatē ab actu:sed agitur de malitia ex obiecto præcisse,quæ vt patet totā bonitatem ex obiecto remouet ab actu: atq. ita iuxta illā ipsam.D.Th.doctrinā inter hæc priuatiue oppositā,puta bonitatem & malitiā ex obiecto,nō poterit esse mediū,ꝙ sit videlicet actus indifferens ex obiecto,siquidē priuatio huiusmodi totā bonitatē oppositā remouet. Deinde,quod D.Tho.ait,*inter priuatiue opposita quādo priuatio non remouet totā perfectionē, posse esse mediū*,tantummodo est verum loquendo de medio per participationē vtriusq.extremi, vt patet ex ipso.D.Th.exēplo de sanitate, & ægritudine;atq.etiā ex actu, qui vndequaq. in indiuiduo consideratus,potest partim esse bonus,partim malus:argum.vero de quo agimus in proposito,procedebat nō de huiusmodi,medio,sed ď medio per negationē vtriusq. extremi,quo pacto actus indifferens ex obiecto medius est inter bonū & malum ex obiecto.Itaq.admissa tota illa doctrina D.Th.remanet adhuc tota difficultas propositi argumēti quomodo,scilicet, inter pritatiue oppositā possit medium extare nō qualecumq.sed per negationē vtriusq.extremi vt accidit in pnti.

Vnde Valent.2.R.non omnē actum qualitercumq. moralem ex obiecto esse proprium susceptiuum bonitatis & malitiæ ex obiecto, sed illum tantum,quiest perfecte siue cōplete moralis ex obiecto,*idest*,qui secundum obiectum suum habet se aliquo modo pertinenter advltimum finē hominis:qua propter cum nō omnis actus sit hoc modo moralis ex obiecto, nō est mirum si aliquis actus aliquomodo sit moralis ex obiecto,qui ex obiecto neq.sit bonus neq.malus moraliter, sed indifferēs,puta si solū sit eaten⁹ ex obiecto moralis quaten⁹ deliberate tēdit in obiectum ex se indifferēs.

4 *2.Soletio.*

Sed ista Solutio nō sufficit quia in raōe susceptiui bonitatis,& malitiæ nō intrat ratio essentialis cōmunis vtriq.sed actum pertinere ad beatitudinem,videlicet,reddēdo dignum, vel indignum beatitudine, est ratio essentialis cōmunis vtriq.scilicet bonitati & malitiæ: ergo nōintrat rōem susceptiui, earū,quinimo suponit ipsū susceptiuū, sicut id ꝙ est essētialiter cōmune ad visum & cœcitatem, supponit

susceptiuum

susceptiuum vtriusq. nempe hominē, & oculum,ergo si susceptiuū vtriusq. est actus, erit susceptiuum sub alia ratione videlicet,vt est actus liber volūtatis.Et sic vel dabitur mediū per negationē inter bonum & malum actum ex obiecto,vel bonitas & malitia actus ex obiecto, non opponuntur priuatiue.Vnde. 3. R. ad argum.ex dictis superiori disputatione,malitiam non esse priuationem bonitatis, quæ deberet esse in actu,qui dicitur malus:sed cōformitatis ad legem,quæ cōformitas deberet esse immediate in voluntate;&inter duo hæc priuatiue opposita non dari mediū per negationē:semper enim volūtas est cōformis, aut non cōformis legi.Neq.D.Tho.voluit malitiam esse priuationē bonitatis actus, sed bonitatis alicuius & non totius bonitatis,& ideo dari posse aliquid mediū,non per modū susceptiui sed per modum formæ mediæ participātis aliquid de bonitate,& malitia,nō quod in actu indifferēti sit vera bonitas, & malitia vt in mediocri valetudine est vera sanitas mixta cū infirmitate: in nullo enim actu hæ duæ formæ coniungi possunt, presertim si est indifferens,qui vtramq.excludit a sua ratione & natura;quia neutrā exigit,sed quod in actu indifferenti secundū speciē suā,quantū est de se,nō sit difformitas ad legē, vt nō est in actu bono; nec cōformitas ad legem vt non est in actu malo.Et ita actus indifferens participat nonnihil pertinens ad bonitatē & nonnihil pertinēs ad malitiā. Ad.5.R.licet actus humanus in cōmuni recte & adæquate diuidatur in bonū & malū,tñ nō recte & adæquate diuidi in bonū ex obiecto & malū ex obiecto,sed debere addi indifferentē ex obiecto,vt dicūt Conimbricē.supra & alij cōmuniter, quoniā aliquis est nec bonus, nec malus ex obiecto sed aliunde.Quæ diuisio est subiecti in accidētia vt si dicamus,corp° aliud ex natura sua est albū, aliud nigrū, aliud neq.albū neq.nigrū. Vnde sicut nō est absurdū,corp°ex natura sua albū,ex accidēti fieri nigrū.l. ecōtra,ita neq. actū bonū ex obiecto,fieri malum ex obiecto vt cū alicui prohibetur dare eleemosynā aliquā,quā alioqui bene dare potuisset,tunc actus bonus ex obiecto,redditur malus ex obiecto & sublata prohibitione act° mal° ex obiecto,redditur bonus ex obiecto,similiter actus indifferens ex obiecto si prohibeatur fiet malus ex obiecto;si vero præcipiatur fiet bon°ex obiecto,nā quaten° præceptus fit obiectū actus boni pertinēt is ad virtutē obediētiæ,si fiat ex tali motiuo;si autē fiat ex alio motiuo act° internus ad aliū habitū pertinebit.Si dicas, vltra actū bonū malū & indifferētē ex obiecto poni.a.8.actū male sonantē cuius meminit D. Th.quodlib.9.a.15.ergo actus humanus perfecta diuisione nō diuiditur in illos.3.actus sed in quatuor.R.perfecte diuidi in.3. illos actus Nam actus vel exigit bonitatē ratione obiecti,vel malitiā,vel neutrā, interquę nō potest dari mediū,quia sunt extrema cōtradictoria, ergo præter illa mēbra nō pōt aliud excogitari.Contingit tñ,actū qui ex vi obiecti nō habet malitia, talē esse vt in particulari ex circūstantijs frequēter illā habeat & talis actus dicitur male sonans: tñ re vera cōtinetur sub latitudine actus indifferētis,vel etiā boni ex obiecto,sæpe.n.actus bon° ex obiecto habet speciē mali & inficitur ex circunstantijs.

3. Solutio.

Ad.6.cōmunis opinio est,nō dari habitum indifferentē in sua specie,vel ex obiecto,quia actus non generat habitum,nisi prout in indiuiduo fit,ergo cum in indiuiduo omnis actus sit bonus,vel malus,nullus generabitur habitus indifferens.Vnde Aristo. in prædicamēto qualitatis dicit, omnē habitū bene,vel male afficere,ac disponere subiectū:quod male quidā interpretātur de bonitate naturali, nā sic iniustitia &alij habitus bene disponerēt,quia prōptum reddūt hominē ad operationē, ergo loquitur de bono & malo intellectuali, vel morali.Et sic omnis habitus appetitus erit bonus,vel malus moraliter,& ita docetDur.2.d. 40.q.1.n.7.Valēt.hic disp.2.q.13.puncto.6.Medina.a.9.dubio.1.ante solutionē argumētorū, & multi alij qui vt vidimus,hinc probant,nō posse dari actum indifferentem in indiuiduo quia inde sequitur posse dari habitum indifferentē in indiuiduo,quod ipsi absurdum reputāt,si autem posset dari habitus indifferens in specie,posset vtiq.dari in indiuiduo, posset enim denudari ab accidentibus, quæ bonum, vel malum ipsum redderent,vel potius nullo accidenti bonus, vel malus posset reddi, si ex se id non haberet: coniunctio enim alterius habitus studiosi,vel vitiosi non valeret ipsum bonum,vel malum efficere.Itē si daretur habitus indifferens, actus malus tantum ex circunstātia, esset elicitus a duplici habitu nempe a malo,quia est vitiosus & ab indifferenti,eo q̄ est indifferens quoad substātiā: cōsequens est falsum,ergo.Alij tenent dari habitus indifferentes.Palac.2.d.40.q.vni.concl. 4. Cōstātius Sarnanus in directorio Theologico pag. 105. Scot.2.d.41.q.vnica ad.2.&.quodlib.18. vt ostēdunt Vaz.disp.52.c.2.n.10.&.11.&.c.6.nu.39. & 40.idem tribuens Scoto,& Gabr. a quibus tñ dissentit.nā hi ponunt, habitus indifferentes esse,qui producūtur per actus carentes honesto fine:nā hos actus putant indifferentes, at vero Vaz.putat omnes actus carentes honesto fine esse malos,nisi fiant ob indigentiam naturæ,ideo per solos actus,qui fiunt propter indigētiam naturæ sine aliquo fine honesto, putat produci habit° indifferentes,quib° reddimur prōptiores ad procurādū bonū naturæ

Ad.5.

Ad.6.

huic sententię fauet D.Thom.quæst.55.art. 4. Eam probant aliqui Iuniores, quoniam actus non generat habitum secúdum extrinsecam denominationem,sed secundum suam substantiam & entitatem:actus autē indifferens secundum speciem, quātumuis in indiuiduo positus denominetur bonus,vel malus, tamē illa denominatio est extrinseca in ipso: & ideo vt sic non generat habitum,sed secundū præcisam habitudinem ad obiectum, secundum quam indifferens est:ergo generat habitum indifferentem sicut actus eleemosynæ, quanuis ab amore Dei imperetur,& vt sic denominetur actus charitatis,tamen non generat habitum charitatis,sed tantum misericordiæ.Hæc ratio licet efficax videatur difficilis est:quia etiam probatura videtur,omnem fere actum studiosum generare habitum indifferentem,cum omnis fere sit indifferens in hoc sensu, quod secūdum suam substantiam capax est malitiæ,cum qua nullam retinebit bonitatē, licet eam haberet, si sibi relinqueretur. Vndelis hæc dirimenda remittitur ad tractatum de habitibus.

Sect.2.Vtrum detur actus supernaturalis indifferens secundum speciem suam.

6 HÆC quæstio à Theologis non disputatur, neq. locum habet in opinione,asserēte non dari actus supernaturales secundum substātiam in voluntate, sed in opposita opin. quæ communior est,quam & nunc supponimus: sumimus etiá vt certum,& indubitatum, hos actus esse vt plurimum bonos ex obiecto, & nullatenus malos;quia communiter sunt eliciti à virtutibus infusis,quæ solū inclinant ad actus bonos ex obiecto;& raro,vel nunquam eliciunt actus aliūde malos presertim mortaliter.Deniq.sumimus,nullū esse actū supernaturalem,qui ex obiecto sit intrinsece malus. Prob.1.quia nullus est habitus supernaturalis in substātia seu perse infusus in volūtate, qui ex se sit vitiosus,ergo nec pōt esse actus, qui ex se sit malus.Habitus enim,& actus proportionē seruant.Añs videtur per se notum, tum quia habitus per se infusus ex se natura sua petit produci à solo Deo,ergo de se non potest esse malus,nec per se inclinare ad malū.Tum etiá quia habitus per se infusi sunt quædá diuinæ participationes superioris ordinis & rationis.Vnde Theologi nullū habitū agnoscūt voluntati perse infusum preter virtutes & dona Spiritus sancti,quæ sunt altiora virtutibus moralibus perse infusis.Conf.aliàs Deus esset ppria causa mali, quia est specialis causa actus supernaturalis cuiuscunq. siquidē nullus talis fieri potest sine habitu supernaturali,vel auxilio excitante & adiuuāte,vnà cū auxilio generali ordinis supernaturalis. Alij probant idē quia nullū est obiectum supernaturale, q habeat intrinsece annexam malitiā moralē. Omne enim obiectum supernaturale, aut est Deus ipse,aut aliquo modo respicit Deum vt est finis supernaturalis,aut secundū aliquā singularē excellētiā & participationē perfectionis eius,ergo non potest esse actus supernaturalis,si ex obiecto habeat intrinsecā malitiā. Sed hæc probatio nulla est, quia multi sunt actus supernaturales, qui habēt obiecta naturalia, quæ possunt actibus supernaturalibus attingi,vt & obiecta supernaturalia actib⁹ naturalibus.Vnde neq.valet obiectio cōtra nostrā suppositionē.Nimirū appetere vnionem hypostaticā est actus intrinsece malus, tñ est supernaturalis,quia obiectū eius est supernaturale,ergo dari pōt actus supernaturalis intrinsece malus.R.enim circa vnionē hypostaticā posse esse actū naturalē volūtatis malū, qualē forte habuit malus angelus, dum fuit viator,& licet esset supernaturalis malus, nō esset intrinsece malus,appetere enim vnionē hypostaticā, sciēdo id repugnare diuinæ ordinationi & voluntati,licet malū sit,posset esse bonū,si homo putaret esse cōsonū diuinæ ordinationi & volūtati. Actus autē qui haberet pro obiecto repugnare in hoc,vel alio diuinæ ordinationi & volūtati,vel transgredi legem Dei,vel turpiter agere, (q esset intrinsece malus) nō potest esse supernaturalis. Supereſt ergo tantū difficultas,an actus supernaturalis possit esse indifferens secūdū speciē & substātiā,vel bonus quidē quantū est ex parte obiecti motiui, &bonus, vel indifferens quātū est ex parte obiecti terminatiui,malus vero ex fine extrinseco,vel alia circunstātia.Ratio dubitādi est, quia multi tenent nō solū actus fidei;sed etiā spei & charitatis & aliarū infusarū virtutum malos ex fine extrinseco,vel alia circunstātia esse posse,tñ sunt supernaturales quo ad substantiā.Conf.1.nam siquis voluntate absoluta & efficaci velit credere,& credat fide diuina,illa volitio,seu pia affectio est supernaturalis,vt colligitur ex Cōcilio Arausicano.2.tñ poterit esse indifferens secūdū substātiā,vt si fiat propter honorē, vel delectationē nō prohibitā,& licet fiat ob honestū finem poterit esse mala ex alia circunstātia, vt quia nocet. s. corpori,vel impedit aliū actū, preceptū &c.ergo datur actus supernaturalis indifferens secūdū substātiā, aut capax malitiæ. Et idē argu.fit in actu timoris seruilis & spei & alijs simili⁹. Cōf.2.Nā si Deus prohiberet intētionē.l.extētionē aliquā.l.modū.l.tēp⁹.l. locū respectu alicui⁹ supernaturalis actus volūtatis exercere illum tali intētione &c. esset malū:pōt ergo actus volūtatis supernaturalis esse malus,ergo secūdū suā substantiā est indifferens

Obiectio.

Solutio.

1. Opinio.

Fund.

Conf.1.

Conf.2.

differens ad bonitatem, & malitiam.

His non obstantibus aliqui tenent, actum supernaturalem in sua substantia & specie nō posse esse indifferentem ex obiecto, sed necessario esse honestum, & studiosum ex vi suę speciei & substantiæ; atq. adeo ex vi obiecti sui & hæc (*inquiunt*) videtur communis sententia Theologorum, qui ideo fortasse nunquam de hoc quæstionem mouerunt; quia id tanquam certum supposuerunt. Prob. 1. quia supernaturalis actus voluntatis habet Deum principalem, & specialem auctorem medio habitu supernaturali, & gratia exercitante, & adiuuante. Deus autem nec infundit per se habitus, nec excitat, vel specialiter adiuuat homines ad actus indifferentes, sed ad actus bonos, vt sic. Vnde concilia quandocunq. agunt de actibus supernaturalibus, de eis loquuntur vt de actibus bonis & studiosis. 2. quia nullus habitus per se infusus, est indifferens secundum speciem suam; sed omnes sunt virtutes intellectuales, si sunt in intellecta, vel morales, & appetitiuę, si sunt in voluntate. Sed habitus qui essentialiter est virtus in volūtate, non potest elicere actum indifferentem ex obiecto, & secundum speciem suam, ergo. 3. Argumentātur inductione. Nā de actibus charitatis iustitiæ, & aliarum virtutum moralium infusarum nullus vnquam dubitauit, quin sint intrinsece honesti, de actu vero spei id expresse affirmauit D. Tho. 2. 2. quæst. 17. artic. 1. ad. 1. & probatur ratione quam insinuat, quia spes habet tale obiectum, vt ex vi illius precise sumpti possit honestatem habere, ergo potens est elicere actū studiosum, & honestum ex obiecto, ergo actus eius semper est talis ex vi suæ speciei, & obiecti; & qui non est talis, sed indifferens, nō est actus eius, nec supernaturalis: añs patet, quia spes & attingit Deum vt maximum bonum hominis, & eidem nititur vt supremo principio omnis boni. Sed vtrumq. horum est per se maxime decens, & consentaneum rationi naturali & naturæ vt eleuatæ ad supernaturalem finē. ergo tale obiectum de se est sufficiens ad honestandū actum: prima cōseq. probatur, tum quia spes tēdit in hoc obiectū sub ratione perfecta, tum etiā quia ille actus tendens in hoc obiectum est possibilis homini per diuinam gratiā & non spectat ad aliam virtutem nisi ad virtutem spei. 2. vero cōseq. probatur, quia vnus, et idem habitus non potest operari circa idem obiectum materiale sub rationibus formalibus omnino diuersis. Nam vnitas habitus, vel virtutis non sumitur ex materiali obiecto, ed ex formali, & hac ratione, quanuis obiectum materiale temperantiæ acquisitæ, & infusæ sit vnum, tñ habitꝰ sunt distincti, quia sub diuersis rationibus, et

7
2. *Opinio.*
1. *Argum.*
2. *Argum.*
3.
3. *Argum.*

motiuis in illud tendunt, & quāuis actus exterior dandi aliquid sit idem, tamen actus interni, si in illūd tendunt sub diuersis rationibus bonitatis, & honestatis, sunt diuersi, ergo, si in presenti spes infusa, & supernaturalis attingit obiectum suum sub ratione honesti, non potest alio actu illud attingere sub alia ratione de se indifferenti, & ita nō potest elicere actus indifferentes in sua specie, ergo nulli sunt tales actus supernaturales; alioqui oporteret duas species supernaturales distinguere, aliam honestā, aliam indifferentem, vt illa sit virtus, non autē hæc, & consequenter vt hæc maneat in peccatore, non autē illa: cōsequens autem est plane absurdum & prætet omniū sentētiam. Idem argum. fieri potest de supernaturali voluntate credendi. Non est enim dubium, quin talis voluntas ex vi illius obiecti possit esse honesta, quia hoc ipsum quod est captiuare intellectum in obsequiū veritatis primæ, & fidē præbere Deo loquēti, est obiectū maxime cōsentaneum rationi & honestissimum, secluso omni fine extrinseco, potest ergo illa voluntas supernaturalis esse honesta ex obiecto & consequenter respōdet illi habitus supernaturalis: ergo nulla est talis volūtas indifferens, quia omnis voluntas supernaturalis credendi potest elici ab alio habitu: vel fingendi essent duo habitus supernaturales in illo ordine: quod est absurdum.

4. Quia vt actus sit supernaturalis nō satis est materiale obiectū esse supernaturale, sed oportet etiā rationē attingendi illud esse supernaturalē: hæc autē ratio semper est honesta in obiectis voluntatis, ergo etiā actus ipse supernaturalis ex vi talis obiecti est honestus ma. constat tum quia actus & substātia actus sumitur ex formali obiecto: tum etiā quia assēsus intellectus, licet sit de re supernaturali, si nō sit sub ratione & motiuo supernaturali non est supernaturalis: tum deniq. quia res supernaturalis potest interdū amari sub ratione aliqua turpi, seu cōtraria rectæ rationi & tunc actus nō est supernaturalis ex vi obiecti materialis; alias actus intrinsece malus ex formali obiecto esset supernaturalis quod ad substātiā: quod falsum esse docuim⁹. Mi autē principalis arg. prob. quia ratio bonitatis supernaturales sumitur per cōformitatē ad supernaturalē finē. vel ad naturā rationalē, vt eleuatā per gratiā & supernaturale dictamen mētis. Sed hæc ratio est per se maxime decens & honesta: ergo hoc ipso quod obiectum voluntatis est supernaturaliter appetibile, est honestum. Confirm. à simili, quia in intellectu nō potest esse actus supernaturalis quoad substantiam, quin sit actus virtutis intellectualis et infallibiliter verus ex vi sui obiecti formalis, ergo nec in voluntate potest esse actus

4. *Argum.*
Confirm.

supernaturalis quo ad substantiam, quin sit actus virtutis & bonus atq. honestus, ex vi sui obiecti formalis: patet consequentia ex paritate rationis.

8 *Ad fund. 1. Opinion.* Ad fundamentum. 1. opinio. Respondet. 2. aliud esse quod supernaturalis actus voluntatis sit malus ex obiecto, aliud ex fine extrinseco, primum est falsum etiam in actu spei, vt colligitur ex dictis & etiam ex D. Thom. 2. 2. loco citato. Qui hac ratione dixit, quod sicut nullus male vtitur alijs virtutibus, vt principio, ita etiam neq. spe, sed tantum, vt obiecto, secundum vero est possibile iuxta dicta præced. disput. tamen etiam si id admittamus non inde sequitur, actum esse ex obiecto indifferentem. Nam iuxta illam opin. dicendum est, voluntatem posse ex intentione mali finis sibi met imperare actum ex obiecto bonum, & ita tunc actus non est indifferens, sed bonus ex obiecto, & malus ex fine. Vnde quo ad hoc non est specialis ratio de pia affectione, vel actu spei. Nam si in his actibus hoc admittitur, idem dicendũ erit de actibus virtutum moralium infusarum, imo & de actu charitatis, saltem quantum ad malitiam venialem ex fine, qui non repugnat substantiali obiecto charitatis, quod si hoc genus imperij & talis coniunctio bonitatis ex obiecto cum malitia ex fine non admittitur in alijs actibus honestis, non est etiá cur admittatur in actibus supernaturalib⁹ spei & piæ affectionis: nã est eadem ratio cum & hi actus sint ex obiecto honesti. Vnde quotiescunq. aliquis ex humano motiuo videtur exercere actum fidei, vel spei, aut re vera non exercet actum supernaturalem, vel ille actus supernaturalis non elicitur proprie ex illo motiuo, sed voluntas complacet in illo actu, tanquam in quodam materiali obiecto, quod refert ad extrinsecũ finem humanum, vel prauum, quod non est *Ad Conf.* satis ad denominandum illũ actum prauum ex obiecto, vt dictum est supra, & ex hoc patet ad confirmationes.

9 *3. Opinio. Auctoris 1, Concl.* Sed vt iam meam mentem aperiam dico, 1. actum supernaturalem posse esse indifferentem ex obiecto terminatiuo, ac proinde secundum speciem quandam mediam & subalternam ab eo sumptam, communem actibus naturalib⁹ respiciẽtibus idẽ materiale obiectũ, siue bonis siue malis. De hac, vt existimo nulla controuersia est, nullaq. difficultas: quoniá actus supernaturalis ad bonum vtile immediate terminari potest, & ad honores, & delectationes, & humanam gloriam, ac famam, ex quibus actus ipse nec bonitatẽ, nec malitiam sumere potest, ergo quãtum est, ex vi obiecti terminatiui indifferens est.

2. Conclu. 2. Concl. nullus actus supernaturalis est indifferens ex vi obiecti motiui, ac proinde nec secundum speciem vltimam, & atomam, aut secundum eam speciem, quæ ex illo motiuo sumitur, sed omnis actus supernaturalis est bonus quantũ est ex parte istarũ rationum. Probatur, quia licet Deus speciali præcepto, vel consilio, & suggestione internæ apprehẽsionis, & forte impulsibus ordinis naturæ, sæpe excitet, & moueat ad obiecta indifferentia, non mouẽdo ad honesta motiua, sub quibus attingantur, quia finis non solet cadere sub præcepto humano, vel diuino: tamen impulsib. ordinis supernaturalis, scilicet, gratia excitante proprie, & in rigore sumpta, quæ, vt suo loco dicemus, est qualitas fluens excellentissimi, & diuini ordinis non mouet ad attingenda obiecta, nisi sub honesto aliquo motiuo, & multo minus per habitum infusum, qui est excellentior dicta qualitate fluenti, tum propter naturalem permanentiam; tum quia vniuersalior est; tum quia nõ solum dat posse, vt prædicta qualitas, sed etiam facile posse, seu promptitudinẽ, & non solum potestatem ad actus supernaturales. Et hoc ipsum probãt arg. 2. opinionis: quãuis in. 3. &. 4. nõnulla cõtineantur, quæ non placent, vt ab eodem habitu non posse prouenire actus habentes diuersa motiua, quod falsum esse probo, quia non solum est actus charitatis dolor de offensa Dei, sed etiam proximi, vt est quid Dei, & non solũ dolor de offensa mortali, quia mortalis est, sed quia offensa est, & dolor de offensa veniali, quia venialis est, & non tantum imperfectio, & dolor de offensa in materia castitatis, quia in ea materia est, & dolor de imperfectionibus, quatenus minus conducũt ad gloriam Dei. Hæc autem omnia motiua sunt diuersa. Item non solum est actus temperantiæ, velle agere temperate propter communem rationẽ actionis temperatæ; sed etiá propter particularem esus, vel potus temperati, &c. Item velle comedere talem quantitatem; quia est saluti conueniens sciendo esse consonam rationi & legibus temperantiæ, vel non aduertendo esse dissonam. Hi autem actus varia motiua continent, ergo &c. Et sic possent exempla poni in alijs virtutibus. Vnde non quælibet varietas motiui sufficit ad variandum habitum, sed necessaria est varietas quædam generica, vt in charitate velle bonum aliquod Deo, vel proximo, vt quid Dei est, est generale motiuum, multas species complectens, quod distinguit charitatem ab alijs virtutibus infusis, infusæ autem, & acquisitæ non ex obiecto materiali, neque, vt dicunt illi auctores, ex motiuo distinguuntur, sed ex ratione formali sub qua, vt tractatu de virtutibus, & tract. de gratia docebimus, & partim docuimus trac. de beatitudine explicantes

cantes, in quo differant amor naturalis, & supernaturalis de Deo clare viso: nam velle bonum Deo, vt bonum Dei, sub hoc eodem motiuo potest pertinere ad charitatem naturalem, & supernaturalem: similiterq. velle leuare miseriam proximi, vt miseria eius est potest pertinere ad misericordiam naturalem, & supernaturalem. Id etiam falsum est, quod illi auctores dicunt actum non esse honestū, nisi habeat honestatem pro motiuo: denique falsum est, quod in responsione ad fundamētum primæ opinionis dicunt, actū supernaturalem retenta bonitate ex obiecto motiuo posse induere malitiam ex fine extrinseco, licet enim hoc sit probabile, etiam in actibus naturalibus, vt superiori sectione docuimus, tamen oppositum censuimus probabilius, diximus autem amissa bonitate actum naturalem, vel supernaturalem habentem bonum obiectum motiuum, & bonum, vel indifferēs obiectum termiuatiuum posse fieri malum, non solum ex fine extrinseco, sed etiam ex noua prohibitione obiecti, vel aliqua mala circunstantia ipsius actus, vel obiecti, vnde interdum actus bonus ex obiecto fiet malus ex circunstantia, interdum ex obiecto, vt superioti sectione dicebamus. Diximus etiā disp. præced. quando actus aliqua ex parte est malus, esto sit bonus quantum est ex parte obiecti motiui, & indifferens, aut bonus quantū est ex parte obiecti terminatiui, forte non elici à virtute partim infusa, partim comitante de necessitate gratiam iustificantem: non ergo actus dicitur bonus ex specie, quia bonitas consequatur omnino necessario eius speciem, sed quia consequitur, nisi impediatur, sicut motus in centrum consequitur graue constitutum extra centrum, nisi per accidens impediatur.

Sectio. 3. Vtr. detur actus aliquis voluntatis indifferens in indiuiduo?

10. 1. Opinio. SERMO est de indifferentia in bonitate & malitia, non in merito, & demerito gratiæ aut gloriæ, de hoc enim dicetur q. 114. licet hic non nihil etiam postea dicemus. Prima sententia est dari actum indifferentem in indiuiduo, id est, qui simpliciter, nec sit bonus, nec malus moraliter, ita Scot. 2. d. 7. q. vn. & d. 41. q. vn. & quodlib. 18. a. 1. & iam sect. 1. vidimus non esse formaliter contrarium sibi, quatenus simul eisdem locis docet, non dari actum indifferentem ex obiecto seu ex genere, vel specie sua, licet in re male istæ partes cohereant, quia ex altera impugnatur altera, vt sect. 1. argumentabamur, & argumentat Vazq. disp. 52. c. 2. n. 9. & 10. & ideo Caiet. Valētia, & alij arbitrantur Scotum sibi ipsi cōtradicere quem tamen à contradictione formali liberare conatur Vazq. disp. 52. nu. 11. cuius interpretatio mihi nō placet, vt scilicet Scot. velit actū carentem fine honesto improprie esse malum, sed proprie esse indifferentē in indiuiduo: nū quam enim docuit Scot. omnē actum carentem fine honesto, esse malum, sed quando finis honestus est debitus, & in eo euentu dicens esse malum, proprijssime loquitur, tamē quando talis finis non est debitus, docet actū manere indifferentem in indiuiduo, & sic quantū ad hoc nulla est cōtradictio. Hāc etiā Scoti opinionem tenet Cōstantius Sarnanus Cardinalis in directorio Theologico, pag. 104. Angles, 2. d. 40. q. vn. con. 2. Bassol. d. 40. & 41. q. vn. a. 2. Nicolaus Nijsse. in resol. Theolo. tract. 2. p. 2. portione. 3. q. 9. & alij Scotistæ, & quidem quantum ad hoc, quod detur actus indifferens in indiuiduo, idem tenet Angest. in moral. c. 8. §. penul. Gab. 2. d. 41. q. vnic. a. 2. concl. 1. & 3. & tertio d. 23. q. 1. a. 1. litter. N. Ocham, 1. d. 1. q. 1. & tertio, q. 10. post solurionē, 4. dubij, & quodlib. 3. q. 13. 14. 15. Palac. 2. d. 40. disput. vnic. Ouand. eadem, d. Sayr. lib. 2. cap. 4. num. 9. & Bon. 2. d. 41. artic. 1. quæst. 3. cuius verba referam, quia Medin. & nō nulli alij male existimant, tantum posuisse actū indifferentem in indiuiduo, qui sit indeliberatus per infirmitatem naturæ. Valētia quoq. Palac. & alij solum existimant posuisse actū indifferentem ad meritum, & demeritum vitæ eternæ. Verba igitur Bon. sunt *in operibus voluntatis deliberatiuæ, est ponere medium inter malitiam & bonitatem, nam quædam actio à voluntate deliberatiua procedens est ordinata in finem debitū, scilicet, ad Deum, & hæc quidem est bona, & si sit ex charitate est meritoria vitæ æternæ merito condigni, si autem fiat extra charitatem meritoria est merito congrui, quædam vero actio deliberatiua ex voluntate procedens, est non ordinata, & hæc est diuisio per immediata: sed nō omnis actio non ordinata ad Deū tanquam ad finem, est mala, quia quædam non ordinantur propter inordinatam conuersionem ad creaturam, quædam propter operantis negligentiam, quædam propter operantis infirmitatem, & miseriam, prima est mala malitia commissionis, secunda omissionis, tertia neutro modo est mala, sed indifferens. Talis autem est quando, quis facit operationem, ita quod circa creaturam non afficitur inordinate, nec tamen illam operationem refert ad Deum, sed facit propter aliquem finem, qui respicit indigentiam naturæ, vt cum aliquis ambulat, vt recreetur, vel comedit vt reficiatur, talis actio indifferens iudicatur, quia non est inordinata dilectio, nec etiam omissionis, non enim semper omittit homo, quando actiones suas non refert in Deum: indulget enim naturæ fragili & infirmæ, vt multa possit talia facere, nec Deus requirit ab homine in statu distractionis, & miseriæ, quod omnia*

Scotus.

Cōstantius. Angles. Basilius. Nyssen. Angestus. Gabr. Ocham. Palac. Ouand. Sayr. Bonau.

quæ facit, referat ad se, requiritur tamen aliquando, quando est locus, & tempus; & tunc si homo non referat, omittendo peccat. Intendit ergo Bon. quãdo amatur aliquod bonum naturæ non prohibitum, nec pro tunc ex obligatione referendum in Deum, actum esse indifferentem: bonum vero, & aliquo modo meritorium esse, qui actu, vel habitu sit relatus in Deum, vt explicat in solutione vltimi argumenti: malum autem, & demeritorium, qui nullo modo est relatus in Deum quando referri deberet, nimirum. Parum à Bon. differt Almai. 1. moral. capitulo. 14. dub. 2. quia Almai. videtur ad bonitatem moralem requirere relationem actualem in Deum. Bon. vero relationem habituali seu virtuali cõtentus est. rauet Alb. 2. d. 40. a. 3. dicens, secundum Philosophos nõ esse inconueniens dari actum indifferentem in indiuiduo eo modo, quem retulimus ex Bon. licet at. 4. addat, secundum Theologos non dari, hanc sententiam tenet Alen. 3. p. q. 35. m. 3. & Vazq. disp. 52. c. 2. & sequentibus tribuens Bonauenturæ, licet oppositam sententiam probabilem existimet: explicat autẽ ea sola opera esse indifferentia, quæ mala non sunt, & fiunt propter indigentiam naturæ, nullo adhibito honesto fine. Nec desunt ex recentioribus discipulis D. Tho. qui putẽt, dari posse actum sic indifferentem non quidem per se, sed per accidens ratione ignorantiæ inuincibilis, vel obliuionis naturalis de referendo actum indifferentem ex obiecto in aliquem honestum finem, quod etiam in seq. op. asserendum putat Vazq. sup. cap. 3. suppos. it. 2.

Almain. *Alb.* *Alen.* *Vazq.*

II. Hæc opinio suadetur primo, quia omnis species reperiri debet in aliquo indiuiduo, sed datur actus indifferens secundum suam speciem: ergo debet dari actus indifferens in indiuiduo. Conf. 1. quia proficisci in agrum, ideo est actio indifferens in specie, quia in sua ratione specifica non respicit malum obiectum, nec malum finem, sed nec in sua ratione numerica, & indiuiduali illa respicit: ergo etiam est indifferens in indiuiduo. Conf. 2. nam huiusmodi actus indifferens ex obiecto, possibilis est: ponatur ergo in rerum natura in aliquo indiuiduo, tunc non est necesse illi extrinsecus adiungi aliquam bonitem, vel malitiam: ergo manebit omnino indifferens: minor probatur quia non ex obiecto, vt constat; non ex circunstantijs, quia possunt omnes esse indifferentes, aut transire in rationem obiecti, si obiectiuæ sunt, si vero tenent se ex parte actus interni, non dant bonitatem, vel malitiam, nisi suppositа bonitate, vel malitia ex obiecto aut fine. Neque vero ex fine, quia potest actus in nullum finem extrinsecum referri eo tempore, quo nihil tenetur operari homo propter talẽ finẽ, & tũc actꝰ non erit malus ex fine, quia nec positiue, cũ non referatur in malum finem, nec priuatiue, quia non est debita relatio in bonum, quod probatur, quia absolute loquendo homo interdum nihil prorsus operari tenetur: ergo etiam si velit operari circa obiectum indifferens, non tenetur operari propter honestum finem, sed satis est non operari contra rationem vel legem, v. g. appetendo bonum naturæ, quia bonum naturæ est, nulla altiori ratione, vel motiuo. Conf. 3. nam si ille actus ex eo solum est malus, quia non refertur in honestum finem, in quem ex præcepto affirmatiuo referendus esset, non erit peccatum cõmissionis: quod falsum est. Secundo, si quis opus indifferens ex sua specie efficiat propter aliquem finem, abstrahendo ab honesto & non honesto, non est maior ratio, quare actus ex fine sumat malitiam, quam bonitatẽ: ergo neutram sumit, ergo manet indifferens omnino. Conf. nam si quis det alicui pecunias, vt expendat in bonum proprium, abstrahẽdo ab honesto, & nõ honesto, iste actus nõ est malus, nec bonus nõ enim habet vnde bonitatem, nec malitiã cõtrahat: ergo est omnino indifferens. Tertio, si actus indifferens ex specie non potest manere cum sua indifferentia in indiuiduo, maxime propter obligationem referendi talem actum in Deum, vel in alium finem honestum; sed hæc ratio est nulla, ergo: mi, patet, quia hæc obligatio videtur & dura, & sine fundamento conficta, nec si est ad finem honestum in communi, potest explicari, ad quam virtutem ipsa pertineat, & ad quod vitium eius violatio. Et præterea potest homo cõformãdose opinioni Scoti, & aliorum habere ignorantiam inuincibilem talis obligationis, aut naturalem inaduertentiam ipsius: tunc autem actus non erit bonus moraliter: quia non habet honestum finem, seu motiuum, nec vero erit malus: quia ignorantia, vel inaduertentia excusat, ergo actus erit indifferens omnino. Quarto, potest dari actus humanus, qui non tendat in obiectum propter consonantiam, quam habet cum lege, aut ratione, sed propter naturalem eius cõuenientiam cum natura, siue in re sit talis cõsonantia, siue non, siue repræsententur per intellectum, siue non, sed tantum nulla repræsentata dissonantia, aut turpitudine: talis actus non erit bonus: nam ad bonitatem requiritur tendentia in obiectum consonum rationi, quia est consonum rationi, ac propter finem honestum, & rationi consonum vt sic, vnde Aristo. 2. eth. c. 4. ait, *ad bonitatem actionis non satis esse vt sit de se studiosa, & vt fiat ex electione, & libere, sed insuper vt fiat propter ipsum, scilicet, propter finẽ honestam:* nec vero erit malus:

Conf. *1. Arg.* *Conf. 1.* *Conf. 2.* *Conf. 3.* *2. Arg.* *3. Arg.* *4. Arg.*

malus:sic enim damnaremus omnes actus humanos, respicientes tantum bonum naturæ; ergo est indifferens omnino. Hac ratione vtũtur Scotus, Okã, & Gab. Cõf. ná Vict. relectione de puero veniente ad vsum rationis p.1. n.4. & 5. licet in pueris ante vsum rationis, & in ebrijs, & amentibus ponat libertatem, tamen negat eius actus esse bonos, aut malos moraliter, quia nõ cognoscunt in obiecto rationem boni, aut mali moralis, siue consonãtiæ, vel dissonantiæ cũ ratione. Idemq; ait Molina disp.2. cõcordiæ, imo & de brutis probabile putat disp.45. ergo vtentes róe, si non aduertant consonantiam, vel dissonantiam operis cum ratione, nec bene, nec male operantur magis quã bruta, vel homines carentes vsu rationis. Quinto, nam actus habens bonum *5. Arg.* obiectum, finem, & alias circunstantias, sed antecedens habitum virtutis, non est malus moraliter, vt constat, neque vero est bonus moraliter: ergo indifferens omnino. Mi, probatur quia iuxta Aristo. 2. eth. c. 4. vt actus sit moraliter bonus necesse est, ipsum fieri prõpte & delectabiliter, eo autem modo non fit, nisi ab habitu procedat. Hac ratione vtitur *Conf. 1.* Scotus. 2. d. 41. q. vn. & Angles supra, sed fatetur actum non procedentem ex habitu, si habeat bonum obiectum bonum finem, & bo- *Conf. 2.* nas circunstantias, esse bonum moraliter, licet non stricte, & in summo quodam rigore. Confirmat rationem suam Scotus ibidem; nã etiam postquam quis acquisierit habitum iustitiæ potest sine eo elicere actionem iustam, quæ non erit mala moraliter, vt constat: neq; bona, cum non procedat ex habitu: ergo erit indifferens. Alijs autem locis citatis confirmat secundo suam sententiam, nam si quis eroget eleemosy nam pauperi, propter nullũ alium finem bonum, aut malum, & cum nulla mala circunstantia, non exercet actum malum, vt patet, neque bonum simpliciter, quia non proponit sibi bonum finem: ergo exer- *6. Arg* cet actum indifferentem. Sexto arg. ratione Cardinalis Sarnani; nam actus, qui nõ est propriè frui, nec vti, seu non habens pro obiecto medium, nec finem, est medius seu indifferẽs, cum non sit propter finem aliquem, sed multi actus sunt eiusmodi: ergo multi sunt omni *7. Arg.* no indifferentes. Septimo, probat idem Card. quia potest dari habitus omnino indifferens, vt ponendi manum in barba, vel naso: ergo *8. Arg.* & actus. Octauo arg. ex Hiero. Ep. 89. ad Aug. quæ est vndecima inter Ep. Aug. vbi ex sentẽtia Philosophorum docet, dari actus aliquos indifferentes, vt retulimus sect. 1. & videtur loqui de inniferentibus nõ solum in specie; sed etiam in individuo, & ibi multa numerat indifferentia, quæ nec sunt mala, nec bona, *quæ siue feceris*, inquit, *siue non feceris nec iustitiã habebis, nec iniustitiam*; similiterque opera media inter bonum & malũ fatetur auctor Hypognost. lib. 3. 9. Arg. nam actus habens hone- *9. Arg.* stum obiectum, & finem, si non sit relatus actu vel habitu in Deum non est bonus, nec tamen est malus moraliter: ergo est indifferens in individuo. 10. Arg. ex Greg. ho. 27. in Euãg. *10. Arg.* & Naz. orat. 3. quæ est aduersus Iulia. §. ad hæc quomodo, vbi sic ait. *Quem admodũ enim quis quis supplicio haud dignus est, non idem statim laudem & prædicationẽ meretur, eodem modo, nec quis quis laude, aut prædicatione dign⁹ nõ est idẽ cõfestim pœna: n quoque commeretur. sed Philosophiæ nostræ, viriumque humanarum finibus nos ipsos continere sicque id quod recte, & ex virtute geritur exigere debemus.* vbi Elias Cretẽsis notat philophiam nostram iuxta Naz. medium quendam statũ excipere & admittere. Secunda opinio & tenenda est, non dari actum humanum indiffe- *12.* rentem in individuo, ita D. Tho. a. 9. (vbi Ca- *2. Opin.* iet. Med. Conrad. & omnes fere recentiores) & de malo. q. 2. a. 4. & 5. & 4. d. 26. q. 1. a. 4. 1. d. 1. q. 3. ad tertium, & 2. d. 40. q. vn. a. 5. Albert. a. 4. Dur. q. 1. Richar. a. 2. q. 3. Capreol. q. vn. a. 1. con 1. Carthu. q. 3. AEgid. q. 2. a. 3. (tametsi AEgid. & Richard. oppositam opinionem probabilem putent) Maior. d. 41. q. 2. con. 5. & q. 3. Greg. 1. d. 1. q. 1. a. 1. & 2. d. 28. q. vn. & 2. d. 38. & sequẽtibus. q. vn. a. 1. circa medium. Sayr. lib. 2. Thesauri capit. 4. numero. 9. Nauarr. in summa præludio. 5. n. 3. & clarius c. 23. n. 1, Viguer. c. 3. §. 7. vers. 5. Bellar, 4. de gratia & lib. arb. c. 1. in principio. Azor tom. 1. lib. 2. c. 4. q. 3. dicens esse Aug. 4. contra Iulia. c. 3. Conimbricen. in ethicis disp. 5. q. 2. ar. 2. Valent. hic disp. 2. q. 13. pun. 6. Fauet huic sent. Arim. 2. d. 28. q. vnica, vbi docet, ad hoc vt aliquis actus sit bonus moraliter, necesse esse, vt sit relatus in Deum ex actu charitatis præsenti, vel præterito, & 1. d. 1. q. 1. ar. 1. existimat non esse actum mediũ inter bonum, & malum; nam vel homo refert creaturam in Deum, & ita vtitur illa, & efficit opus studiosum; aut non refert vllo modo ex illis duobus, & sic fruitur creatura & peccat, frui enim vtendis peruersitas est, vt ibidem ex Aug. retulimus; videtur etiam hæc sent. Aug. 2. de peccat. merit. c. 18. vbi ait. *Quamquam voluntas mirum si possit in medio quodam consistere, vt nec bona, nec mala sit: aut enim iustũ diligimus & bona est, & si magis diligimus magis bona; si minus, minus bona est; aut si omnino nõ diligimus, non bona est. Quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem*, & EP. 19. longe ante medium, vbi ait, *sed cauendum est in hac disp. ne sicut Philosophi quædam facta hominum media dicamus inter rectè factum, & peccatũ, quæ neque in rectè factis neque in peccatis numerentur.* Propter quæ hanc sententiam Augu- *Auctoris.*

stini

stini ait Vazquez disp.52.c.6,addens, eandem secutos fuisse aliquos Aug. discipulos à se referendos disp.190.c.8.9. & 18. fauet etiam Concil. Arausic. 2.can.22.dicens,*liberum arbitrium ex se,& sine gratia nihil habere nisi peccatũ & mẽdaciũ*,si enim essent aliqua natura sua in differentia in individuo,hæc etiã possent fieri sine gratia Dei.Sed R.Vazq.ibi Concilium non curasse, an esset opus medium: nam de hoc nulla vnquam fuit cum hæreticis cõtroversia,sed tantum voluisse omne opus bonũ tribuere gratiæ Dei,&cum ait,*solum peccatum, vel mendacium esse nobis tribuendum*, intelligi in materia, quæ suaptenatura secundum rationem fieri debet.Contra quam tamen explicationem est, quod sic Concil.non ageret de bono supererogationis, in quo nullum est præceptum.Melius ergo explicatur Concil. vt ex operibus ad aliam vitam pertinentibus solum peccatum,& mendacium, quibus meremur pœnam in alia vita, possunt nobis tribui; aut vult,Deum esse simpliciter causam omnis boni operis,& indifferẽtis, si quod est; non vero mali,aut mendacij. Nam Pelagius negabat gratiam generalis auxilij in ordine ad bona opera,vt in materia de peccatis, & gratia ostendemus. Hæc opinio probatur à D.Tho.a.9.arg.sed contra à Caiet.Valent. Richar.&fere omnibus sic.Omnis actus otiosus est malus:sed omnis actus moralis carens fine bono & honesto est otiosus: ergo omnis eiusmodi actus est malus, cæteri etiam sunt moraliter mali aut boni;ergo simpliciter nullus actus est indifferens. Mi proxima probatur:quia cæteri actus vel habent bonum finẽ, & obiectum ac circunstantias bonas, vel indifferentes & sic sunt boni, vel aliquid horũ malum,& sic sunt mali. Mi.etiam prima, & principalis clara est,id enim otiosum appellamus,quod bono & honesto fine caret. Præcipua difficultas in maiori argumenti posita videtur,quam probant præfati ex Matth.12. *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij*, eadem autẽ imo maior ratio est in proposito de alijs actibus moralibus, quandoquidem plus quiddã sunt,quam verba.Atque ita maior ratio suppetit,cur referri debeant in aliquem finem bonum.

Probatio.

13.

1. Obiect.

Sed circa hanc probationem multæ obiectiones occurrunt.1. quia Christus eo loco non videtur agere de verbo pure otioso, sed de eo quod simul otiosum & falsum aut perniciosum sit.Dixerat enim,ibi, *Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui,cum sitis mali: ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro bona profert,& malus homo de malo thesauro profert mala*, ac tunc subiungit, *omne verbum otiosum,&c.*& demum concludit, *ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*.Et ita Chrysost.quem alij Græci sequuntur,inter verba otiosa numerat mẽdacia,& calumnias,blasphemias, & similia, quæ non solum otiosa,sed falsa, aut pernicio sa sunt.Deinde ibi sermo est de verbo,propter quod damnandi sunt homines in extremo iudicio:in eo autem nullus damnabitur propter solum verbum otiosum, nam in iuitis erit deletum quo ad culpam, & pœnam quæ tota erit remissa,vel soluta,in alijs vero, cum sit veniale,non erit iusta condemnatio ad pœnam æternam propter illud solum; ergo non est ibi sermo de verbo pure otioso.

Contra.1.

Probatio.

2. Obiect. contra eandem rõem.

Secunda obiectio est, quia licet ibi esset sermo de verbo pure otioso,non tamen constat ex eo loco,verbum otiosum peccatum esse, quia Christus non dixit,esse malum, aut pœna dignum:sed tantum dixit *homines de illo reddituros rationem in die iudicij*. Reddere autem rationem non est puniri,vel damnari propter illud,sed solum est in iudicium deferri & examinari,quale sit, sicut Heb.13.ait Paulus,*obedite præpositis vestris & subiacete eis,ipsi enim pervigilant,quasi rationem pro animabus vestris reddituri*.Vbi rationem reddere non est puniri,aut damnari,sed examinari,vt Luc.16. *dicitur redde rationem villicationis tuæ*ergo licet sit reddenda ratio uerbi otiosi,non sequitur iudicandũ esse dignum pœna, sed satis erit si iudicetur inutile & indignum præmio.Tertia obiectio est:nam quidam antiqui scholastici (vt referunt Bon.2.d.41.a.1.q.3.& D.Tho.2.d.4.ar.5.) dixerunt,verbum otiosum esse prauum, non tamen opera otiosa,& assignabant duplicem rationem discriminis,prima est,nam verbum ex se est instrumentum ordinatum ad conuenientem mentis manifestationem; vnde priuari ipsum hoc fine,prauum est, nisi forte alius æquiualens honestus subrogetur,vt cum quis solum ob alios fines honestos loquitur. Secunda,ratio est quia locutio est actio magis rationalis,quã cæteræ actiones externæ; proprijsime enim conuenit homini, quatenus rationalis est,& est manifestatiua conceptuum,& ideo magis requirit finem rationi consentaneum, magisque debet à ratione ordinari in honestum finem, quam aliæ actiones,quę quodammodo animales dici possunt vt ambulare,comedere,&c.Quarta obiectio, quia licet concedamus, omne opus otiosum esse prohibitum;tamen Bon.Ouand.& Palac. supra dicunt,illud tantum esse verbum otiosum,quod hic & nunc deberet esse vtile, vt si quis vane & friuole loquitur in concionibus,lectionibus,& alijs occasionibus, in quibus serio,grauiter & vtiliter loquendum esset:ergo verbum indifferens, & idem est de quocunque facto indifferenti, non est otiosum

3. Obiect.

4. Obiect.

otiosum alijs temporibus;ac proinde nec malum, & prohibitum eo loco.

5. Obiectio & difficilior est:quia licet concedamus omne verbum, vel factum indifferens ex natura sua,nisi in altiorem finem referatur,esse otiosum & malum per se loquendo,tamen cur non poterit excusari ignorantia inuincibili,vel inaduertentia naturali, & inculpabili; tunc ergo non erit malum:atqui nec bonum;pono enim non amari vt honestum obiectiue, neq. tale censeri, sed indifferens:ergo reuera ipsum, & eius amor erit indifferens omnino? 5.

6. Obiectio est, quia tametsi admittamus, omne opus otiosum malum esse, ac proinde non indifferens,dari poterunt alia opera indifferentia,videlicet,quæ honesta quidem,& bona moraliter reputentur, sed nō amentur, quia honesta, sed propter bonitatem & conuenientiam naturalem, quam habent, tunc enim ea opera velle, & exercere honestum non erit,neque vero malum, ergo indifferēs. 6.

14. *Ad.1. obiectionem.* Sed omnes istæ obiectiones vim rationis nō infringunt.Ad primum enim R.cum Valentia de verbis etiam pure otiosis locum illum esse intelligendum, nam primo Græce est vocabulum, Argon, quod proprie otiosum significat, sicut, Argia, significat proprie otium, siue otiositatem. Deinde Patres communiter de verbo etiam inutili,& otioso locum interpretantur. Amb.1.de officijs,c. 2. si pro otioso verbo ratio poscitur,quāto magis pro sermone impietatis pœna exoluitur. & Hilar. can. 12.in Matth.exponit verbum otiosum dici ibi verbum ineptum, & inutile. Simile dicunt Remigius,& alij in eum locum. Orige. ho. 1. in Psal.38.satis post initium otiosus autem (inquit) *Sermo est,qui neque boni, neque mali aliquid agit.* Et Gregor. hom.6.in Euang. in fine, *otiosum*,inquit,*verbum est, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret.* Eodem modo loquitur, 7. mor. cap.18. alias. 25. & 3.p.pastoralis admon.15. & Basil.in quæstionibus compendio explicatis,q.23. aperte docet, verbum otiosum,qua otiosum est, esse malū, & euitandum,*omne*,inquit,*verbum quod non cōducit ad propositam in domino; vtilitatem vanum, & otiosum est. Seu omne verbum quod ad propositum in domino vsum non facit otiosum est.* Similia in regulis moral. reg.25. c. 2. & Hierony. ad Ephes. 4. & habetur, c. quoties, 22.q.2.ait. *Quoties loquimur non opportuno tempore, aut nō opportuno loco,aut non vt conuenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro.* Et in id Matth. 12.de omni verbo otioso. Ait *verbum otiosum est,quod sine vtilitate loquentis,& audientis dicitur, si omissis seriis de rebus friuolis loquamur,& fabulas narremus.* Et prius dixerat. *Si otiosum verbum quod nequaquam ædificat audientes, non est absq; periculo,&c.* Et Bernard. ser. de triplici custodia manus, linguæ,& cordis ait, *verbum otiosum esse quod nullam habet rationabilē causam:* Et de verbo pure otioso locum illum intelligēs, rationem malitiæ ipsius indicat dicens, *nemo vestrū fratres parui æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis,* quasi dicat,vel hoc solo verbum otiosum esse malum,quia per illud,tempus inutiliter consumitur; etenim si pecuniā prodigere inutiliter sine causa malum est, & ad vitium prodigalitatis pertinet;quanto magis tempus inutiliter perdere, & verba, quæ tantum rectæ rationi deseruire debent,ratio autem huius malitiæ esse videtur;quia in his verbis nullus est sufficiens finis,nulla ratio loquendi,digna homine, qui in omnibus recta ratione gubernari debet. Plures Patres afferemus postea,rationemq. malitiæ verbi otiosi amplius examinabimus, & quamuis generali ratione verba falsa, aut pernicioſa otiosa dici possint; proprie tamen otiosa non sunt. Vnde non loquuntur proprie,qui illo nomine illa complectuntur, præsertim in loco Euangelij vbi Christus occasione illius blasphemiæ iudæorum, *in Belzebub eijcit dæmonia,* docet de verbo otioso rationem reddendam; vt argum.de minori ad maius ostendat multo magis reddendam esse de verbis pernitioso blasphemiæ,calumniæ, &c. vt Hieronym. & alij in illum locum annotarunt. Quod autem ibi ait Christus. *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Licet August. 9. Trinit.c.9. referat ad verba mentis, referendum videtur ad verba oris, non solum ad falsa pernicioſa,& blasphema, qualia erant illa verba Iudæorum, vel ad verba,quibus fides negatur, de quibus exponit Hilar. loco citato;sed generatim ad omnia verba mala, propter quæ nisi iam sint remissa, vt erunt iniustis,& soluta tota pœna,damnandi sunt homines in extremo iudicio,& licet aliqua sint venialia punientur in opinione multorum, æterna pœna propter coniunctionem ad peccatum mortale,vel originale de quo dicetur in tractatu de peccatis.

15. *Ad. 2. obiectionem.* Ex quibus facile diluitur secūda obiectio: nam verbum otiosum proprie sumptum malum esse, & dignum pœna satis ex eo loco colligitur. Reddere enim rationem de illo significat in iudicium esse adducendum, vt puniatur propter illud eius auctor. Patet ex mente Christi, qui intendebat Pharisæos in iudicio damnandos esse, pro alijs deteriorib. verbis;quia etiam pro verbis otiosis damnandi sunt homines in iudicio,& ideo subiunxit, *Ex verbis tuis condemnaberis.* Præterea Christus illa verba dixit ad incutiendum hominibus timorem, & exaggerendam seueritatem diuini iudicij: ergo sensus illorum verborum

est, ita

est, ita homines reddituros rationem otiosi verbi, vt pro illo puniendi sint. Alioqui verba Christi nullum fere pondus, aut energiam haberent, neque aliquem metum inferrent; cum tamen illo singulari exemplo Christus voluerit ostendere, quam grauiter homines pro deterioribus verbis, & factis puniendi sint, & hæc est communis sensus, & consensus totius ecclesiæ, & sanctorum omnium; adeo vt nullus timoratus dubitet se accusare de verbis otiosis, & omnes existiment esse sufficientem, & indubitatam materiam confessionis: ita verba Christi interpretantur omnes expositores Matth. præsertim Hierony. Remig. Beda, Anselm. Hilarius canone. 12. Chrysost. hom. 43. Euthym. Theoph. quamuis alias quoq. explicationes adhibeat, idé sumitur ex Hieron. epist. 1. circa finem: & Ephes. 4. cuius verba in responsione ad. 1. obiectionem retulimus. Iren. 4. contra hæres. c. 31. confert illa verba Christi cum illis alijs, *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c* Et dicit vtraq. esse dicta ad augendum timorem filiorum in lege gratiæ; idem significat Nazian. oratio. 1. dicens: *Optimum esse, qui Dei metu præditus, ne verbum quidem otiosum emiserit.* Vbi Elias Cretensis id latius docet, idem Ambros. 1. offic. c. 1. & 2. & ad Ephes. 5. differte explicat verbum otiosum esse puniendum: vide etiam Ambro. serm. 22. in Psal. 118. c. 4. & B. Antiochum, ho. 33. Vnde Isidorus in norma viuendi, cap. 6. ex hoc loco probat, verbum otiosum esse malũ: & Tertul. lib. de patientia, c. 4. col. 7. ex verbis otiosis manere in nobis aliquem reatum, & Cæsarius, ho. 29. seu. 30. de sermonib⁹, seu verbis otiosis, exponit, rationem reddere, esse luere pœnas, vnde ita concludit: *Si extra ecclesiam occupari otiosis sermonibus malum est, quanto magis in ecclesia.* Similia habet Petrus Damianus, ser. 2. de vitio linguæ, & ser. 1. de Spiritu sancto, & alij Patres superius citati. Ad idé sunt Abulen. Matth. 12. q. 77. Iansen. c. 49. concordiæ. Erasm. in paraphrasi illius loci. Hugo Cardi. glossa ordin. & interl. Lyra, Caieta. & alij, Matth. 12. expendere tamen libet verba Basil. in regulis breuioribus interrogatione. 23. quæ nostræ sententiæ fauere negat Vazquez disput. 52. ca. 6. verba ergo Basilij sunt. *Adeo magnum est verbi otiosi periculum vt licet genere ipso de numero bonorum sit, quod dicatur, tamen nisi ad ædificationẽ fidei dirigatur, nequaquam propterea quod bonum sit, liber sit à periculo, qui illud loquutus sit, quippequi, videlicet ex eo, quod ad ædificationẽ illud non accommodauerit, contristasse noscitur spiritũ S. Dei.* In quibus verbis nota, non dici, quod verbum sit de genere bonorum, sic enim non esset vere otiosum, sed quod licet eius materia, circa quam est sit bona ex genere potest esse locutio otiosa, qualis erit non ordinata ad ædificationem, supple. vel alium eiusmodi grauem finem, vel absolute graué, vel comparatione talis locutionis, in quo euentu locutio vere erit mala moraliter, & ita cõtristabit Spiritũ sanctum, & hoc intendit Basilius, & non locutionẽ bonam ex genere, quando parum vtilis est contristare Spiritum sanctũ, vt explicat Vazq.

16. *Ad. 3. obiectionem.*

Ad. 3. obiectionem Resp. illá sententiá scolasticorũ improbabilem esse, & contra omnem rationem, nam vt rectè dixit Hieron. in Psal. 16. si de verbis otiosis redditur ratio, quãto magis de otiosis operibus, nam plus est facere, quam dicere. Si ergo otiosè dicere malũ est, quomodo non etiam otiosè operari. Vnde Valen. & Bon. supra. Et D. Th. hic arg. sed cõtra, & 2. d. 40. a. 5. & Alb. ibi. a. 3. ad vltimum argumento à minori ad maius ostendi putant, malitiam facti otiosi ex malitia verbi otiosi: & patet quia in operibus otiosis magis quã in verbis inuenitur inutilis tẽporis vsus, & cõsumptio, & modus operãdi indignus homine & quolibet vtente ratione. Neq. rationes discriminis adductæ sunt alicuius momenti. Nã verbum otiosum non caret eo vsu, ad quem verbum ex natura sua ordinatur, siquidé etiã verbo otioso manifestantur conceptus, si in eo veritas est, vt supponimus. Quod autem ea explicatio & expressio mentis sit de se conueniens, vel in honestum finem ordinetur, non magis debitum est illi ex natura rei, quã alijs operibus, & omnibus est debitum, quatenus humana opera sunt, & certe magis rationalis est ipsa cogitatio, quam externa locutio, ergo si externa locutio mala est, etiam cogitatio otiosa; ergo & opus otiosum, quod oriri non potest nisi ex cogitatione. Vnde Gregor. 7. mor. c. 17. ex multis scripturæ testimonijs damnat eos, qui vana, vacua, & inutilia opera efficiunt, & B. Antioch. hom. 34. omne otium damnat iuxta id Prou. 12. *Qui sectatur otium stultissimus est.* Et sicut Christus verbis citatis reprehendit verba otiosa, & Matth. 20. homines otiosos, dicens, *Quid statis hic tota die otiosi*, sic facta otiosa potiori iure reprehendere potuit. Nã vt Plinius epist. 9. ex Attilio eruditissimo, & facetissimo viro citat, præstat otiosum esse, quam nihil agere, id est, vt exponit Salmeron, tract. 33. de parabolis, nu. 12. *Præstat otiosum esse, quam res nullius momenti, & friuolas tractare*, vt qui totum diem forpicibus assumptis chartæ pro libidine scindendæ vacaret, res nullius momenti ageret, & deterior (inquit Salmerõ) esset otioso: sic Paulus. 1. Tim. 5. reprehẽdit viduas non tantum verbosas: *Quæ discunt circuire domos loquentes, quæ non oportet*, id est, verba inutilia & otiosa?

17. *Ad. 4. obiectionẽ.*

Ad. 4. obiectionem Resp. omne inutile esse otiosum ex communi consensu omnium, cum

Cum ergo iuxta Christi testimoniũ à sanctis explicatum,omne verbum otiosũ sit prohibitum,& malũ, etiá erit malum cum homo nõ tenetur vtiliter grauiter, aut serio loqui.

Ad. 5. obiectionem. Ad. 5. obiectionem admittendum est, verbum aut factum otiosum, per ignorantiam aut in aduertentiam aliquam à malitia excusari posse: in quo euentu, dicunt aliqui, omnino indifferens manere, neque id esse inconueniens, tum quia talis actus, vt sic factus, non est humanus, nec humano modo factus, ex quo talis ignorantia, vel inaduertentia inuoluntaria est: Secunda autem opinio intelligenda est de actu humano, vt humanus & deliberatus est, non sub quacunque ratione, sed sub ratione turpis, vel honesti; ita vt in potestate libera voluntatis sit de illo sub hac ratione deliberare, nam si fortasse homo dum operatur, naturaliter non aduertat, neque consideret de fine honesto, nec de obligatione referendi suum actum in talem finem, excusari facile poterit ab ea malitia, quæ est in actu otioso. Tum, quia cum dicimus actum indifferentem in singulari dari non posse, intelligendum est, vt explicat Valentia illo puncto. 6. in fine loquendo per se nam per accidens, id est interueniẽte ignorantia, vel inaduertentia nihil vetat reperiri actum in indiuiduo absque bonitate, & malitia, vt si quis indicet contrariam opinionem esse probabilem, & iuxta illam formet sibi dictamen practicum, sibi non esse malum hic, & nunc ita operari, actus carebit malitia ratione ignorantiæ, & aliunde non habebit bonitatem, quia neque est in obiecto, neque in fine, neque operans illam intendit. Sic Vazq. disput. 52. capit. 3. suppo. 2. docet opinionem asserentem, non posse dari actum indifferentem in indiuiduo esse intelligendã ex natura rei secluſa conscientia erronea, vel probabili. Cæterum hæc solutio, & doctrina placere non potest, nam D. Thom. & alij auctores secundæ opinionis generatim, sine illa exceptione limitatione, aut restrictione loquuntur, illæ autem duæ limitationes innumerabiles casus excipiunt, & fere totum concedunt, quod prima opinio intendit, maxime cum multi eius auctores otiosos actus reprobent. Deinde vtraque limitatio sine fundamento ponitur, vt enim sæpe dictũ est & dicetur, ad bonitatem actus non requiritur, vt obiectum ametur, quatenus honestum bonum moraliter, seu legi, & rationi consentaneum est, vt putant Ocham, & Gab. supra, quos merito refellit Palacios supra dicens: *Quis dicet rusticos, & alios idiotas non habere actus moraliter bonos? At vero rarissimi sunt eorum, qui apud se hoc agant. quando studiosa exercent opera, illa, inquam, agere quia recta ratio dictat, neque callent vocare rectam rationem in obiecta suorum actuum.* idem docet Medina, art. 9. dub. 2. concl. 5. vbi sic ait, *vt operatio sit studiosa non est necesse, quod referatur formaliter, & distincte in bonum honestum, & laudabile, nam qui pietate naturali ductus confert eleemosynam, licet boni honesti non meminerit bonum opus operatus est: satis ergo fuerit vt operatio sit studiosa, quod sit de bono obiecto rectæ rationi conueniente.* Hæc Medin. qui idẽ docet, art. 3. vbi in scriptis idem docent Vict. Sotus, & alij recentiores. Almai. 1. mor. cap. 6. & iterum Palacios, 3. dist. 36. disput. vnic. concl. 8. Vide alia, quæ diximus in hoc tract. disput. 2. sect. 7. ergo sine illa reflexa cognitione, & amore illam exigente dari potest bonitas moralis, dummodo quis in obiecto nullã apprehendat deformitatẽ, & turpitudinem, & ita quãdo quis propter delectationem, aut aliud bonum parui quidem momenti, & insufficiens per se loquendo ad excusandum actum à malitia, seu honestandum ipsum, operatur, nihil cogitans de tali insufficientia, vel reputans ad alterum, vel vtrumq. munus sufficere tale obiectum, sicut actus ipse non est malus, ita re vera est bonus, & hæc bonitas est ex obiecto, & fine intrinseco: nam qualecũq. bonum naturæ, in quo nulla cernitur turpitudo, vel deformitas, vel insufficiẽtia ad excusandum malitiam actus, sufficit ad præstandam ipsi moralem bonitatem & honestatẽ, vnde Doctores cõmuniter pro eodem reputant humanũ actum excusari à malitia & honestate, & Medi. a. 9. dub. 1. ad vltimum non vult admittere actum indifferentẽ in indiuiduo, etiã ex ignorantia inuincibili, in quo bene dicit, sed male soluit arg. aduersariorum, vt postea videbimus. Vnde etiam facile diluitur.

Ad. 6. obiectionem. 6. obiectio, nullum enim verbũ, vel opus in quo cernitur bonũ naturæ, & quod ea ratione amatur nulla in eo perspecta deformitate, aut turpitudine, est indifferens; sed bonũ moraliter & honestum, siue ex natura rei sit opus obiectiue honestum & bonum, siue secus, siue putetur ratione, & legi consentaneũ siue non, hæc enim cogitatio vt diximus, necessaria non est ad bonitatem moralem.

18. Quæstio incidens arcum. & parte negatiua. An vero per se, & ex natura rei loquendo amare vitam, salutem pulchritudinem, & robur corporis, scientiam, & alia eiusmodi, præcise propter se ipsa honestũ sit: grauis & difficilis quæstio est, nam Arist. 3. Ethic. c. 8. distinguit varios modos fortitudinis non veræ, & dicit: *Aggredi pericula propter appetitum honoris, aut timorem infamiæ, aut alterius pœnæ, vel incommoditatis temporalis, aut propter iram excitatam ex vulnere accepto, aut spem conceptam superandi alium, aut propter aliud simile motiuum,*

non esse virtutis actum, nec eos, qui sic operantur dicendos esse fortes, sed pugnaces, quia non ob honestatem agunt, nec vt ratio præcipit, sed ob ipsum affectum. Et Augustin. 2. de sermon. Dom. in monte, cap. 34. & 35. dicit: *Non satis esse ad rectitudinem actionis, fieri propter huius vitæ necessitatem subleuandam.* Et Hieronym. epistol. 8. ad August. quæ est. 11. inter epistol. August. post medium ait: *Ceremonias: & ritus antiquæ legis aut bona, aut mala esse; non enim indifferentia sunt inter bonum & malum, sicut Philosophi disputant, bonum est continentia, malum est luxuria, inter vtrũq. indifferens ambulare, digerere, alui stercora, capitis naribus purgamenta proijcere, sputis reumata iacere, hoc nec bonum nec malum est, siue enim feceris, siue non feceris, nec iustitiam habebis, nec iniustitiam,* & in id Isaiæ. 55. *Audite audientes me,* ait, *bona quæ animæ repromissa sunt non diuitiæ, & corporis sanitas, & sæculi dignitates, quæ & Philosophi appellant indifferentia, id est, nec bona, nec mala, & pro vtentium qualitate variantur, sed illa credenda sunt, ad quæ nos hortatur, Deus declina à malo, & fac bonum, &c.* Et infra explicat solam honestatem, & virtutem esse vera bona, & Bernar. ser. 36. in cantica agens de appetitu scientiæ (qui per se videtur maxime conueniens) habet illam celebrem sententiam. *Sunt qui scire volunt, eo tantum fine, vt sciant, & turpis curiositas est, alij vt sciantur, & turpis vanitas est, alij vt pecunias, & honores obtineant, & turpis quæstus est, alij vt ædificent, & charitas est, alij vt ædificentur, & prudentia est.* & D. Thom. 2. 2. quæst. 167. art. 1, dicit appetitum scientiæ creaturarum, non referendo illum ad debitum finem cognitionis Dei, non esse honestum, secutus August. lib. de ver. relig. capit. 29. vbi dicit, hoc esse scire frustra, & inaniter, esseque vanam, & perituram curiositatem. Similiter curiositatem

Conf. 1. damnat B. Antiochus hom. 34. Conf. 1. à posteriori: quia si bonum naturæ posset licite & honeste propter se intendi; nullum daretur opus indifferens ex sua specie; quia nullus actus est, qui in specie sua non sit propter aliquam naturæ commoditatem. Dices aliquem esse propter solam delectationem, & hunc esse indifferentem in specie sua, si delectatio non sit ex se prohibita. Contra nam ipsamet delectatio est quædam naturæ commoditas, ideoque amatur, quia naturæ conueniens iudicatur: ergo operari propter delectationem, alioqui non prohibitam, non erit malum, consequens est plane falsum. Nam etiam actus coniugalis, qui per se honestus est, si propter solam delectationem fiat, est peccatum veniale ex sententia Aug. & Theo-

Conf. 2. logorum omnium. Conf. 2. alias nullum esset verbum, nullumque opus otiosum; quia nullum est, quod non fiat saltem propter delectationem, vel aliquam commoditatem naturæ.

Decisio quorundã. Propter hæc aliqui tenent, duobus modis posse aliquem operari propter subleuandam naturæ necessitatem, vel aliã corporis commoditatem. 1. considerando solum humanam naturam, vt animalem, alio modo considerando illam etiam, vt rationalem: quod fit quando ad operandum propter commoditatem naturæ adhibet homo rationis regulam. Prior modus operandi non sufficit ad honestatem actionis, nec excusat hominem ab omni malitia, & negligentia; quia tenetur semper operari, vt homo, & consequétur regulam rationis adhibere, alioqui ex vi sui modi operandi non poterit tenere medium in actionibus suis. Si autem operetur secundo modo, id satis est ad honestatem actionis, atque ita etiam fit, vt nullum sit medium in indiuiduo inter actionem honestam, & pranam, seu otiosam, aut temere, & irrationabili modo factam, nisi ratione ignorantiæ inuincibilis, vel inaduertentiæ naturalis. Sed iam supra ostendimus, ad honestatem actus non esse necessarium, vt obiectum formaliter, & explicite ametur propter honestatem.

Vnde ego probabilius iudico aliqua esse bona naturæ tanti momenti, etiam per se loquendo, vt propter se sola intendi possint, non solum licite, & absque peccato; sed etiam honeste, & bene moraliter, vt vita, salus, & similia. Sumitur ex D. Tho. 2. dist. 40. art. 5. vbi docet, *ad virtutem pertinere non solum intendere bonum animæ, sed etiam corporis, in quantum non est contrarium bono animæ, & rationis,* idem tenet Alb. dist. 40. art. 3. ad 2. & Vega de iustif. quæst. 12. in fine, ex Aug. 6. Hypognost. paulo post principium.

Decisio auctoris. Idem tenet Vega. 6. in Trid. capit. 25. vbi addit, similes actus esse bonos, non tamen laudabiles; quod non videtur consequétur dictum; nam laudabilitas est passio consequens virtutem, vt dicitur, quæst. 21. sed potest exponi, vt tales actus nullam habeant specialem laudem, aut magnam cum sint communes omnibus quãtumcunque perditis hominibus, & fere natutales, ac necassarij: colligitur aperte hæc sẽtẽtia ex Arist. 3. Polit. c. 4. vbi ait, *Forsan inest vitæ aliqua particula honesti,* quasi dicat, vitam posse cum aliqua honestate propter se appeti. Et confirm. quia omne bonum est honestum, vtile aut delectabile, vt docent D. Thom. & alij. 1. part. quæst. 5. articul. 6. & 2. 2. quæstio. 145. per totum. Sed vita secundum se est bona, & non vtilis, siquidem hoc habet per relationem ad aliud, nec solum est delectabilis, cum nec

sit

sit delectatio, neque bona ratione solius delectationis; est igitur in genere boni honesti, ac proinde propter se est honeste appetibilis, idem est de salute & membrorum integritate, de indolentia, & alijs eiusmodi? Vnde Azor, tom. 1. lib. 2. cap. 4. ait: *Dubitari non posse, quin bonus sit actus, quo quippiam facimus ad tuendum, & conseruandum ius, & vitam nostram aut nostrorum: nam vitam tueri est rectæ rationi consentaneum; & nos naturæ auctor ad id omnino propensos procreauit: immo res vna quæque instinctu naturæ sibi nocitura aspernatur, refutat, ac refugit.* Deinde probabilius putat actus alios, qui licet non sint necessarij ad conseruationem naturæ, tamen sunt commodi ad recreandum illam cum quadam delectatione sine alia necessitate aut vtilitate debita, esse moraliter bonos. quoniam bonum est respuere, & declinare, quæ naturæ nocent, sequi, & amplecti, quæ sunt naturæ grata, & iucunda. Quare bonum est si manum confrices, & frigus naturæ contrarium, & inimicum expellas, si nasum, aut aluum purges, vt te omni molestia liberes, si naturali commiseratione motus alteri benefacias, indigentiam alterius subleues, alterum vrbane salutes, humaniter excipias, si adipiscendi, augendi, & retinendi commodi causa quippiam efficias, nec requiritur ad bonitatem horum & aliorum similium, vt fiant studio & causa certæ alicuius virtutis & honestatis, sed satis est, vt fiant gratia eius, quod est nostræ naturæ commodum, & vitandi eius quod naturæ molestiam affert: hic enim finis rationi consentaneus. Ad obiectionem sumptam ex Hieronym. epistol. 89. quæ est. 11. inter epistol. Augustin. vbi ait, *Cæremonias, & ritus antiquæ legis non esse indifferentes inter bonum, & malum, sicut Philosophi disputant, bonum est continentia, malum est luxuria; inter vtrumque indifferens ambulare, digerere, alui stercora, capitis, & nariū purgamenta proijcere, sputis reumata iacere, &c.* Respon. quando hæc opera deliberate fiunt solius delectationis, vel alterius modici boni causa, esse mala non quidem ex obiecto, quod indifferens est, vt ex Philosophis vult Hieronym. sed ex carentia finis honesti; cum vero fiunt magni alicuius boni causa, vt salutis, munditiæ, recreationis honestæ, bona sunt, siue sint tunc in præcepto, in quo casu id concedit merito Vazquez, disput. 52. capit. 5. siue non sint in præcepto, in quo casu id negat, sed immerito: nam etiam sine præcepto possunt ex graui causa fieri; ergo erunt honesta, & sic laudabilia, nam proprium est operis boni, & studiosi esse *laude dignum*, 2. Ethicor. capit. 12. & lib. 7. ad Eudemium sic etiam erunt meritoria gloriæ in opinione asserentium, omnia opera bona iustorum esse meritoria gloriæ; quam tamen reijciam in materia de gratia; sic etiam poterunt esse materia voti, & iuramenti, nisi quando fuerint maioris boni impeditiua: nam de omni opere bono, quod non sit maioris boni impeditiuum, potest esse votum, & iuramentum; quod vero ait August. 4. contra Iulian. cap. 3. *Virtutes, quæ carnalibus delectationibus, vel quibuuis commodis, vel emolumentis temporalibus seruiunt, veras non esse*: Intellige de veris virtutibus loquendo Theologice: nam Theologi nullum verum bonum putant, nisi gloriam, vel ordinatum, & conferens ad gloriam. Aut loquitur de virtutibus, quæ alia motiua habere debent, vt misericordia, iustitia, amicitia, &c. Quod vero ait Prosper. lib. contra collatorem, cap. 19. *Hæc opera esse temporalis vitæ, quæ tota est damnationis & mortis*: non indicat hæc opera esse mala, & digna damnatione, & morte; sic enim non solum non essent honesta, quod est contra nos, sed nec essent indifferentia, quod est contra Vazq. & alios; sed indicat, non esse perse meritoria, gloriæ neq. ad illam conducere, sed ad præsentē tantū vitā, quæ potius est mors propter innumeras eius afflictiones. Quod vero ait Petrus Diaconus lib. de incarnat. cap. 6. *Per gratiam Saluatoris nos liberari ab occupationibus huiusmodi*: intelligitur de illis, quæ malæ sunt, vel minus bonæ, quam aliæ, ad quas nos inducit gratia Dei; quamuis autem eiusmodi opera cum nō fiunt ex graui causa, vel absolute, vel proportione ipsorum, peccata sint; tamen raro sine graui causa fiunt, & ita raro sunt peccata, ac proinde raro sunt sufficiens materia confessionis, & quando sunt materia confessionis sufficiens, sunt materia dubia, cum quidam opinentur, etiam sine graui, & honesto fine facta, esse indifferentia, ideo nunquam debent adhiberi, vt materia totalis, ne forte absolutio inualida sit; si autem quis nimius esset inscalpenda barba, vel fricandis manibus peccaret certe contra temperantiam, vel modestiam, & ideo hoc posset præbere materiam totalem confessionis.

19. Obiectio.

Si rursum obijcias D. Thom. artic. 9. ad primum, vbi tractans, an deambulatio causa sanitatis, vel laxandi animi suscepta, otiosa sit: ait, talem de ambulationem ordinari ad bonum virtutis, eo ipso quod ordinatur ad salutem corporis, in eo, qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis. Vnde videtur sentire, otiosum esse in eo, qui suum corpus non ordinat in bonum virtutis, ergo salus non est bonum honestum, & per-

se expectibile. R. non esse eam D. Thom. men tem, durum enim esset, non posse honeste, ac proin de nec licite (*cum non detur actus indifferēs in individuo saltem per se*) appeti propter se salutem. Vnde Medina artic. 9. ad 3. Conrad. & alij ibi dicunt, non esse otiosam deambulationem, etiam si vlteriorem finem non habeat, quā tueri valetudinem, vel laxare animum. Iste enim finis licet non reduceretur ad aliquam virtutem particularem esset honestus, & secundum rectam rationem, & ludere, animum laxandi gratia, pertinet ad virtutem eutrapeliæ. Comuniter autem animi laxatio ordinatur ad studia litterarum, orationem, aut alia honesta exercitia. Præterea leuare alterius miseriam, vt sic est propter se expectibile, & opus misericordiæ, & generatim benefacere alijs, est opus amicitiæ, sed non minus honestum est consulere propriæ saluti, & bono proprij corporis, quā alieni, ergo hoc etiam per se licitum, & honestum est, sicut ē contrario illicitum, & inhonestum est salutem propriam negligere. Id enim est bonum cuius oppositum est malum, neque D. Thom. artic. 9. ad tertium vult, agere ordinate ad sustentationem, & quietem corporis, in eo tantum esse bonum, qui corpus suum ad bonum virtutis ordinet, sed in hoc esse bonum, quando actio procedit ex relatione ad bonum virtutis, de alijs nihil decernit: quia in hoc erat certum, in alijs dubium. In quo dubio nos tenemus contra alios, id non esse malum, & contra Bonauen. non esse indifferens in individuo, neque in specie, sed bonum. Neque Aristot. 3. ethic. capit. 8. eos qui ob bona tantum corporis pugnant, quando ratio id dictat excluſit à numero fortium, nisi formaliter, & explicite intendant honestatem, sed quando etiam contra rectam rationem, & honestatem pugnant pro his, vel alijs similibus. Similiter Aug. voluit non satis esse ad honestatem operari propter bona naturæ, nisi id fiat, quando & vbi & quomodo oportet, & recta ratio dictat. Hieron. ea opera appellauit indifferentia, vel vt explicat Maior, quando fiunt ex indeliberatione vt sæpe fiunt, vel vt explicat idē Maior; quia parum habent honestatis, & laudis cum fere naturaliter, & necessario fiant, vel quia possunt bene, & male fieri, quo pacto etiam dare eleemosynam, & Deum colere, & alia eiusmodi indifferentia sunt, quia non sunt essentialiter bona, vt honeste agere, nec essentialiter mala, sed possunt vtroque modo fieri, nos autem hæc omnia appellamus ex se bona; quia habent in se sufficientem rationem bonitatis, & bona erunt, nisi per accidens alium de inficientur ex circunstantia mali finis, vel alia simili.

Deinde scientia quidem per se bona est, & honeste appetibilis, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 167. artic. 1. licet per accidens possit habere malum effectum, *scilicet*, inflare. 1. Cor. 8. *scientia inflat*, possit etiā esse mala ex parte finis, aut alterius circunstantiæ malæ, vt si quis per studium minus vtile retrahitur à studio, quod ei ex necessitate incumbit, vel discat à dæmonibus, vel ex cognitione creaturarum non surgat in cognitionem Dei, quando & quomodo eportet, seu non referat actu, vel virtute cognitionem creaturarum in cognitionem Dei saltem beatificam. Et hoc modo intellige Augustin. & D. Thom. supra citatos dum damnant cognitionem creaturarum non relatam in cognitionem Dei, scilicet actu, vel virtute, sic etiam intellige Bernardum, quando *scire velle propter scire*, ait, *esse vitiosam curiositatem*: hoc enim intelligitur, quando non curat homo an scire hoc, vel illud impediat alia exercitia obligationis, & necessitatis, sed imprudenter, & & sine termino vllo scire cupit, vel quæ non oportet, vel quando & quomodo non oportet, omnibus pensatibus. Ex quibus patet ad fundamentum aduersariorū. Ad. 1. vero conf. R. licet aliqua bona naturæ propter se appeti honeste possint: non tamen omnia, sed quæ per se magni sint momenti, in quo numero non sunt delectationes corporis, quæ consequuntur operationes sensuum; neque bona sensibilia præcisa, vt delectationes eiusmodi inferunt; quia hæ delectationes fluxæ sunt, & caducæ, paruique momenti si in se ipsis spectentur, & idem est de gloria apud homines, quæ inanis & vana dicitur, quia modicum bonum est, an vero omnis gloria apud homines vana sit & inanis, an vero aliqua sit tantum bonū de se, vt propter se ipsam honeste appeti possit non possumus in præsenti pro dignitate tractare; neque ad præsentem quæstionem omnino necessarium est. Idemque & de honore, & de delectationibus animi, & de pulchritudine, alijsque bonis corporis, satis modo est scire, quidquid magnum naturæ bonum est, posse per se loquendo, non solum licite, sed etiam honeste propter se appeti, etiam si non apprehendatur vt honestum formaliter, & explicite; neque vt moraliter bonum vel legi, aut rationi consentaneum. Si vero modicum bonum sit non poterit propter se licite nedum honeste expeti, nisi ad vlteriorem finem referatur, si autem referatur non solum opus externum erit bonum, sed etiam actus internus, quo præcise, propter se appetitur: nam actus internus, qui non habet

20.

Ad fundam. aduersari.

Ad 1. conf.

habet in se id, quod tequiritur ad honestatem ex coniunctione ad alium potest honestari, & tunc neq. actus externus, neque internus erit otiosus; secus si quis modica bona propter se ipsa tantum expetat, ita vt neq. alio actu propter honestum seu magnum aliquod bonum appetatur. Ex quo patet ad. 2. conformationem. Dices ergo modicus virtutis actus non poterit propter se tantum licite appeti. Respond. quemlibet virtutis actum habere pro obiecto magnum aliquod bonum; ideo in se magnum aliquid esse ac proinde licite, & honeste propter se appeti.

Ad. 2. cõf.

Obiectio.

Solutio.

21

Ex quibus omnibus satis constat rationem illam, qua probabamus nullum dari actum indifferentem in indiuiduo, siue perse loquendo, siue per accidens, solidam esse, Et confirm. quia homo semper tenetur operari propter honestum finẽ, nã finis honestus est solus ille, qui licite propterse expeti valet quod si faciat, & aliunde non sit malum obiectum, vel mala circunstantia actus erit bonus; si vero vel obiectum sit malum, vel circunstantia, vel desit honestus finis, actus erit malus; ergo non datur actus medius siue indifferens. Si dicas, illum esse indifferentem, qui ex ignorantia inuincibili, vel obliuione naturali careat fine honesto. Contra, quia ille non videt vllam turpitudinem in obiecto, fine, vel circunstantijs: ergo licite, ac proinde honeste operatur; quia virtualiter, & implicite tale obiectum est ei honestum, & amatur ab illo quasi honestum, & propter se licite expetibile?

Probatio. 2. Sentent. Conf. 1.

Confir. 2.

Confirm. 2. quia omne opus licitum, quo acquiritur bonum naturæ, est consulendum, & consentaneum prudentiæ, & rectæ rationi: ergo si ire in agrum causa delectationis indicatur licitum, eo ipso illud consulit prudentia, & recta ratio: quibus si se voluntas conformet, eius actus erit moraliter bonus: ergo ex ignorantia inuincibili, vel inaduertentia inculpabili non dabitur actus indifferens in indiuiduo, sed moraliter bonus. Ex ignorantia autem vincibili, vel inaduertentia culpabili clarum est dari non posse: quia actus ex tali ignorantia, vel inaduertentia factus, est malus. Ex scientia autem similiter dari non potest: quia si quis ex motiuo indifferenti operetur sciens esse malum operari ex illo solo motiuo, peccabit otiose agens, violabitque præceptum omnia referendi formaliter in finem honestum, & virtute in Deum iuxta id. 1. Corinth. 10. omnia in gloriam Dei facite (quod tamen potius videtur consilium, quam præceptum, vt Coloss. 3. *Omnia quæcunque facitis in verbo, aut in opere omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite.* Matth. 5. *Sic luceat lux vestra &c.* & 1. Corinth. 14. *Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis.*) Frueturq. creaturis non referens in Deum vltimum finem, cui, nec gratia cuius, quod est peruersitas iuxta August. 1. de doctrina christiana, capit. 4. Huc spectat alia ratio Caietan. artic. 9. & Cassalij, lib. 1. de quadripartita iustitia, capit. 44. omnis actus carens honesto fine, est malus: sed actus indifferens in specie, si maneat in illa indifferentia, caret honesto fine, ergo est malus. Vt tamen hæc ratio vim habeat, debet maior intelligi de carentia finis honesti debiti ex præcepto, in quo sensu Scotus, & alij auctores primæ opin. negarent minorem. Tertio confir. quia omnis actus generat habitum, sed actus indifferens in indiuiduo, si datur, non generat habitum bonum nec malum, ergo generat habitum indifferentem; quem tamen non dari, ostendimus in fine primæ sectionis ergo non datur actus indifferens in indiuiduo.

Confirm. 3.

Ad primum argumentum primæ opinionis iam dictum est satis sectione prima, dari actum indifferentem in indiuiduo, id est, secundum differentiam indiuidualem intrinsecam, secus in indiuiduo, id est, secundum omnia intrinseca, & extrinseca in indiuiduo, ita vt ex nullo capite actus bonitatẽ, vel malitiam habeat. Et per idem patet ad primi cõfirmationem. Ad secundam autem confirmationem. Respon. si actus indifferens in specie ponatur in indiuiduo sine relatione ad finem honestum, ex illo contrahere bonitatem, si vero non referatur, inde contrahere malitiam, quia ex lege naturæ tenetur homo semper operari ex honesto motiuo, vt ostensum est. Ad 3. con. R. talem actum esse peccatũ cõmissionis, quia est contra præceptum negatiuum vetans fieri actum aliquem sine honesto fine, quod virtualiter etiam est affirmatiuum referẽdi actum in honestum finem, vnde ibi est omissio respectu circunstantiæ finis, & commissio respectu substantiæ totam suam malitiam sumens ab omissione circunstantiæ. Ad secundum argumentum Respon, in eo casu actum esse malum, non quia homo intendit finem in communi abstrahendo ab honesto, & turpi: sed quia in illo actu non habet determinate bonum honestum pro fine, vt tenetur habere, itaque actus malitiam contrahit à fine, nõ vt bono, sed vt non honesto ex se, & per idem patet ad confirmationem.

Ad. 1. argu. 1. Opinion.

Ad. 1. cõf.

Ad. 2. cõf.

Ad. 3. cõf.

Ad. 2. arg.

Ad. 3. R. obligationem illam neq. durã esse, cum facile sit agnoscẽti talẽ obligationẽ, illi satisfacere, referendo actum in aliquem

Ad confir. 22.

Ad. 3.

honestum finem: ignorans vero inuincibiliter, non solum excusetur à culpa, sed honestum actum eliciat: neque sine fundamento confictâ: fundatur enim in locis scripturæ, & patrum citatis, & in ratione ipsâ, per se enim videtur turpe, & indecorum rebus vanis, & inutilibus, seu nullius momenti vacare, homo enim vt dicitur Iob. 5. *Natus est ad laborem*, scilicet vtilem & honestum, neque aliud est bonum honestum, quam quod per se loquendo, potest propter se solum licite & honeste appeti. Peccatum autem non referendi actum in honestum finem, quidam reducunt ad vitium prodigalitatis, vt Medin. articul. 9. quia in eo actu inutiliter tempus expenditur, & otiositas est temporis prodigalitas. Vnde Anselm. in id Ephes. 5. *redimentes tempus*, ita reprehendit inutiliter tempus expendentes sicut pecunias, & Bernard. ait, *Vt non peribit capillus de capite sic nec momentum de tempore, de quo rationem non reddamus.* Sed contra est, quia prodigalitas est ad alterum, expendere autem tempus in actibus otiosis non est ad alterum, ergo non est prodigalitas, vt nec expendere pecunias in rebus malis, vel indifferentibus, quæ ad se, & non ad alios pertinent, & alioqui præceptum referendi actus in honestum finem pertineret ad liberalitatem, quod est falsum. Vnde alij respondent, illam malitiam spectare ad speciale vitium otiositatis, cuius frequens fit mentio in scriptura & sanctis. Sed mirum est Aristotelem. B. Thomam, & alios Philosophos, & Theologos, qui exacte de virtutibus, & vitijs disputant, non posuisse hoc vt speciale vitium contrarium alicui speciali virtuti. Alij dicunt, eam malitam esse contra charitatem per modum omissionis, tenetur enim homo ex charitate in omnibus actibus suis prospicere bono proprio proximi, vel Dei, opus autem otiosum nec est sibi, nec proximo, nec Deo vtile. Sed contra, quia potest esse vtile quamuis non appetatur ea ratione, sed sub motiuo quodam indifferenti, & præcepta non dantur de fine, & motiuo, sed de substantia operis. Alij dicunt, quando fit actus indifferens sine relatione in finem honestum, vel sistitur in humana gloria, honore, vel fama, potentia & similibus, & hoc pertinet ad vitium superbiæ, inanis gloriæ, ambitionis, aut aliud simile, aut sistitur in delectatione seu bono delectabili, & hoc pertinet ad vitium quoddam oppositum Eutrapeliæ per excessum: nam vt patet ex Alber. 2. distinct. 40. articul. 3. ad secundum, & D. Thom. 2. 2. quæstion. 168. articul. 2. & alijs, & Aristot. 2. Ethic. cap. 7. & lib. 4. capit. 8. circa bona delectabilia de se non prohibita, vt ludos, symphonias, cantus, exercitationes, & locutiones datur virtus eutrapeliæ, quæ ponit in prædictis modum, & medium, & huic per excessum opponitur bomolochia, seu scurrilitas, & per defectum agricolia seu rusticitas, à quibus homo bomolochus, vel scurra, agrestis, rusticus, vel durus dicitur. Vnde appetere sibi inordinate, & sine relatione ad bonum honestum huiusmodi delectabilia, videtur pertinere ad bomolochiam: si autem hæc bona alijs inordinate appetantur, videtur ad amicitiam inordinatam spectare. Vltimo & vt credo melius. Respond. præceptum referendi actum in finem honestum esse præceptum disiunctiuum exercendi hanc, vel illam virtutem, & ideo violationem huius præcepti non esse contrariam determinatæ alicui virtuti, sed omnibus disiunctiue, nec pertinere ad aliquem habitum specialem vitiosum. *Obiectio.* Dices omnis actus vitiosus generat specialem habitum vitiosum, sed actus otiosus est vitiosus, ergo generat specialem habitum vitiosum. *Solutio.* Respond. aliquos esse actus, qui non generant habitum, vt qui tendunt ad bonum vel malum in communi, iustum vel iniustum in communi, temperatum, vel intemperatum in communi, ad hos enim actus sufficiunt habitus virtutum vel vitiorum specialiũ, & ideo non ponuntur proprij: positis enim alijs habitibus nulla remanet, vel certe modica ad hos actus difficultas. Præterea quando peccatum, est pura omissio, vel totam suam malitiam sumit ex omissione, quâ causat, non efficit habitum, vt si quis omittat sacrum vel studendo, vel nihil agendo, nullus in eo generatur habitus vitiosus, aut saltem id est verum, quando omissio non est actus determinati, sed disiuncti, tunc enim actus, in quo est talis omissio, vel qui est causa talis omissionis cur generabit potius vnum habitum vitiosum quam alium. v. g. si mihi præcipiatur sub disiunctione, vt omnis meus actus sit iustitiæ, vel misericordiæ, & ego exerceam alium actum ille erit vitiosus propter omissionem misericordiæ & iustitiæ, tamen non generabit habitum vitiosum contrarium misericordiæ, vel iustitiæ, neque alium. Vtcunq. sit exercere actum indifferentem sine relatione ad honestum finem non est peccatũ mortale: sed si est peccatum, est veniale tantum, vt omnes docent & colligitur ex. quæst. 72. artic. 5. ad. 1. ad id vero quod de ignorantia, & inaduertentia in eodem argumento dicebatur. Respõ. Medina, a. 9. dub. 1. ad. vltimum.

Ad. 4. R. actus quibus appetuntur bona aliqua honesta (*in quibus computãtur, vita Salus robur* 23. *Ad. 4.*

bus,integritas corporis & alia similia bona) non esse moraliter bonos;etiam si obiecta non amentur ratione honestatis propriæ,vel aliorum obiectorum,in quæ referuntur,vt ab notatum est contra Ocham & Gab. cum Palac. Medina & alijs.

Ad Conf. Ad Conf.R.libertatem non esse in pueris, & alijs ibi numeratis,alioqui actus eorum respicientes bona naturæ, essent honesti,& moraliter boni,& alij,quibus attingerentur res, quæ iudicarentur turpes,vel indecoræ,essent moraliter mali,reflexa enim cognitio obiecti vt est consonum,vel dissonum rationi aut legi,non est necessaria ad bonitatem,vel malitiam moralem. *Ad.5.* Ad.5.Respon.actus antecedentes habitum virtutis, procul dubio esse bonos moraliter in toto rigore, cum ex illis generetur habitus virtutis:si,enim ex illis nõ generatur,ex quibus generabitur? respondebis cum Scoto,2.d.41.ad 2.ex illis generari habitum bonum secundum quid,sed non simpliciter:habitum autem simpliciter bonum fieri per actus ex illo habitu imperfecto,& secundum quid bono procedentes.Sed cõtra, quia sic habitus simpliciter bonus,non generabitur ex actibus simpliciter bonis;cum simpliciter non fiant prompte & delectabiliter; consequens est falsum: ergo actus antecedentes habitũ, etiam si non fiant prompte & delectabiliter erunt boni moraliter,sicut alij, qui sunt eiusdem rationis.Itaq.habitus non est requisitus ad bonitatẽ moralẽ actus,sed ad perfectiorem modum eliciendi illum & hoc tãtum vult Arist.vt recte D.Tho.q.2. de malo, a.4.ad.11.& q.1.de virtut.a.9.ad.1.Capreol.2.d. 40.q.vni.a.3.ad argumẽta cõtra primã cõclusionẽ,D.Th.infra,q.100.a.9.vbi dicit, hũc modum virtutis,scilicet operari ex habitu,nõ cadere sub præcepto,& addere potuit, neq. necessarium esse ad bonitatem moralem actus, quod necesse est dicere in eius opinione, cũ sentiat,omnem actum non malum in indiuiduo,esse bonum,ergo si actus non procedens ex habitu non est malus,erit bonus.Et ita docent Caiet. Valen.Medina & alij,a.9.Ex quo patet ad.2.confirm.quod licet daremus *(quod tamen falsum est)* voluntatem affectam virtute aliqua elicere actum illius, non vtendo tali virtute,tamẽ actus ille esset moraliter bonus. *Ad.1. cõf.* *Ad.2. cõf.* Ad.2. vero confirmationem respondent bene Caiet.Valent.& Medina eleemosynam datã ex sola pietate,& compassione naturali,& solo fine intrinseco leuandi miseriam paupertis esse moraliter bonã. *Ad.6.* Ad.6.Resp.si detur actus medius inter intentionem finis,& electionẽ, seu volitionem medij ,vel est sermo de fine honesto,& sic talis actus erit bonus: quia oritur ex intentione honesti finis,vel virtualiter est intẽtio illius.Si vero sermo sit de fine indifferenti,vel de fine comprehendẽte malũ, honestum,& indifferentem;actus erit malus; quia nec formaliter,nec virtute habet honestum motiuũ.Ad.7.negatur antecedens iuxta dicta sectione.1.in fine. *Ad. 7.* Ad.8.Resp. Hierony. loqui de actibus indifferentibus in specie, nõ in indiuiduo,vel si loquitur de indifferentibus in indiuiduo,non sumit indifferentiam, vt à nobis in præsenti sumitur,pro negatione bonitatis & malitiæ moralis in actu , sed pro aptitudine actus, vt assumatur in bonos , & malos vsus,vt explicui in quæst.mota post solutionẽ.6.obiectionis. *Ad. 8.* Ad. 9. quod Almaino tribuit Vazq.disp.52. c.2.in fine facile R.cum eodẽ Vaz.ad bonitatem moralem actus non requiri relationẽ actualem , vel habitualem in Deum. Ad. 10. Resp.patres illos admittere opera indifferentia in specie nõ in indiuiduo, vel loqui etiã de operibus indeliberatis, vel loqui de indifferentia in ordine ad meritum, & demeritum.

Sed supereſt alia difficultas an dari possit omissio indifferens in indiuiduo. Videtur, enim eadem ratio de actu, & omissione; sed non potest dari actus indifferens in indiuiduo , ergo nec omissio indifferens in indiuiduo. Secundo,pura omissio non est voluntaria , nisi cum quis tenetur operari , & non operatur;sed tunc est mala : ergo nulla pura omissio est bona aut indifferens in indiuiduo, quod & nonnulli tenent.Certum tamen mihi est dari puras omissiones voluntarias,& liberas rerum malarum,vel indifferentium , & eas omissiones non esse moraliter bonas,nec malas,sed indifferentes,vt q. 6. de voluntario disp.1.sect.3, dictum est, nec est eadem ratio de actibus,& omissionibus, quia actus tenemur referre in honestum finem,secus puras omissiones , quæ cum veræ non sint volitæ, sed voluntariæ,nullum habent finem neque habere possunt,si autem aliquo actu amẽtur, ille erit malus,nisi habeat honestum finem, seu motiuum,quale forte est , non facere actum malum,neque indifferentem.Si dicas ergo dari potest actus indifferens; quia omissio indifferens generabit habitum indifferẽtem, nego consequentiam , quia pura omissio nõ generat habitum , neque illum destruit physice,vt loco citato dictum est. 24. *Quæst. 1.*

Alia quæstio est vtrum actus, seu motus corporis non ex voluntate deliberata, sed ex imaginatione procedentes sint indifferentes ad bonitatem,& malitiam. Resp.vel penitus sunt expertes libertatis, vel non : si primum sunt indifferentes,& hoc vult D.Thom.art.9. Conrad. Medin. Caietan. Valent. & alij ibi, & Durand.2. distinct.40. quæst.1.nu. 8. & 9. 25. *Quæst. 2.*

Capreol.quæst. vni.articulo.3. ad argumenta contra primam conclusionem & D. Thom. d.24.q.1.artic.1. &. 2. Si vero participant aliquid libertatis;quia videlicet poterãt ab homine præcaueri,& impediri, distinguendum est:nam hi sunt induplici differentia:quidam quos homo tenetur vitare,& impedire; & hi si non vitentur erunt peccata mortalia, vel venialia iuxta modum libertatis, & obligationis ad vitandum illos.Alij sunt quos non tenemur cauerè,& impedire;& hi sunt indifferentes,quia non sunt directe voluntarij, vt supponimus,neq.vero indirecte saltem moraliter,quia ad hoc necesse est dari obligationem vitandi illos.Ac proinde nec sunt boni, nec mali moraliter. Hãc distinctionẽ & doctrinã tradunt Dur.Capr.Caiet.Medi.Conrra. & Valen.Et Sayr.lib.2.cap.4. nu.9.& partim, D.Thom.2.d.24.quæst. 1. articu.1.ad.2.nec in hac doctrina sic generali est vlla difficultas. Vnde rectè Capreol.supra ait,*cũ dicimus,nullos actus humanos,seu morales esse indifferentes in indiuiduo,intelligi debet de actibus perfectè moralibus, & humanis,qui procedũt à volũtate deliberatiua tã quã actus ab ea eliciti, aut imperati à volũtate non de alijs,qui nõ sunt tales,sed libere pmissi, inter hos, enim nõ est inconueniens dari aliquos indifferẽtes in indiuiduo.* Caie.vero & Med.dicunt, hos actus nullo modo esse humanos, vel morales:quia nõ sũt volũtarij.Sed certe sũt volũtarij physice, cũ scilicet liberi in sua causa,vel volũtaria omissione actuseliciti quo impedirentur. Magna tñ difficultas est,qui nã sint motꝰ corporis ex imaginatione procedẽtes quos tenemur vitare,& an aliquos teneamur vitare sub mortali perse loquendo & secluso periculo consensus positiui in voluntate,de quo dicemus in tractatu de peccatis.Et Durand. supra ait,omnes huiuscemodi motus liberos, qui sunt circa materiam prohibitam sub mortali vel sub veniali,esse saltem venialia peccata? alios vero, quos ratio nõ tenetur cauere, esse extra genus moris,& indifferentes in indiuiduo,ita vt nec sint boni,nec mali moraliter. Alia quæstio est,an detur actus indifferens in indiuiduo quo ad meritum & demeritum.De hac re agit,Medina,articul.9.Conrrad, ibi & quæst.88.articulo.1.ad.2.& quæst.100.artic.10. Capreol.2.d.40.quæst.vnica circa secundam conclusionem.Duran.quæst.2. Bonauentura, d.41.articulo.1.quæst.3.Gab.quæst.vni.Scotus, d.41.quæst.1.S.Thom.d. 40. articulo.5. in corpore.Et ad tertium,& dist.26.articulo.6. & de malo,quæst.2.articulo.5.ad.7.Caiet. infra, q. 21.art.6.&.1.p.quæst.63.artic.6.Sotus.3.naturæ, cap.4.Vega.6.in Triden.cap.25.& fere omnes alij citati pro prima & secunda opinione,huius sectionis.Nos autem late de hac re disseremus, quæst. 114. vbi docebimus,loquendo de merito vitæ, aut pœnæ ęternæ, dari actus indifferentes in indiuiduo quo ad meritum & demeritum,etiam in homine iusto. *Q.3.annexa.*

Articulus. 10. Vtrum aliqua circunstantia constituat actum moralem id specie boni & mali.

Articulus.11.Vtrum omnis circunstantia augens bonitatem,vel malitiam constituat actum moralem in specie boni,vel mali.

De his duobus articulis satis in superioribus dictum est.

QVÆST. XIX. DE BONITATE ET MALITIA ACTVS INTERIORIS VOLVNTATIS.

Articulus.1.Vtrum Bonitas voluntatis dependeat ex obiecto.

Articulus. 2.Vtrum Bonitas voluntatis dependeat ex solo obiecto

Hi duo articuli in superioribus expositi sunt.

Articulus. 3.Vtrum Bonitas voluntatis dependeat à ratione.

Articulus. 4.Vtrum Bonitas voluntatis dependeat à lege æterna

Articulus.5.Vtrum voluntas discordans à ratione errante sit mala.

Articulus.6.Vtrum voluntas concordans rationi erranti sit bona.

Ex his

Ex his articulis.4.explicatus est in superioribus:reliqui vero quoniam integrum,& proprium tractatum de conscientia postulant, seq. tract. explicabuntur.

Articulus.7.Vtrum voluntatis bonitas in ijs,quæ sunt ad finem, dependeat ex ex intentione finis.

Articulus.8.Vtrum quantitas bonitatis, & malitiæ in voluntate sequatur quantitatem boni,vel mali in intentione.

Hi duo articuli satis etiam expositi sunt in disputationibus præcedẽtibus.

Articulus.9.Vtrũ bonitas dependeat ex conformatione ad voluntatẽ diuinã.

Articulus.10.Vtrum necessarium sit voluntatem humanam conformari voluntati diuinæ in volito,ad hoc quod sit bona.

DISPVTATIO QVINTA DE NECESSITATE CONFORMANDI ACTVS VOLVNTATIS nostræ cum diuina,vt boni sint.

Sectio.1. quibus modis humana voluntas possit esse conformis, vel difformis diuinæ.

I Suppositio

SVPPONENDVM est ex D. Thom.1.p.quæst.19. arti.6. 11.&.12. Magistro & communi.1. d. 45.vbi Dur. q3. Greg.d.47.quæst. 1. Aniel. lib.de volũtate Dei.Hugo in summa sent. tract. 1.ca. 13.&.1.de sacram.p.4.capit. 6. & sequentibus. Bellar.lib.1.de bonis, oper.capit.6.petitione. 3.Cord.lib.1.quæst.51.Gab.in canone. 68. &.1. d.46.quæst.1.& ex alijs,in Deo esse duplicem voluntatem,scilicet signi,& beneplaciti. Voluntas signi quæ metaphorice est voluntas, sicut testamentũ metaphorice appellatur volũtas testatoris signum est aliquod, quo verũ voluntatis actum elicitum magnifestare solemus. Eiusmodi autem signum est quintuplex,videlicet preceptum affirmatiuum, preceptum negatiuum,seu prohibitio,cõsilium, operatio, & permissio. Omittunt doctores vt clarum aliud signum,scilicet cum quis simplici oratione Vocali, vel scripta, aut etiam mentali,vel nutibus explicat & significat alteri vel sibi soli volũtatem suam, quæ omnia facile exemplis illustrari possent,tam in nobis quam in Deo.Et preceptum dici voluntatem Dei probat D.Thom.1.p.quæst.19. art. 12. ex Matth. 6. *fiat voluntas tua*, & Mag.1.d.45.ex Matt.12*quicunque fecerit voluntatẽ patris mei &c.* ad quod sunt multa alia loca.De permissione autem patet ex Aug.in Enchirid.ca.95. *non fit aliquid nisi omnipotens velit, vel sinendo vt fiat,vel ipse faciendo.* Vide etiam,cap.100.& Anselmum in libello de voluntate Dei.Hugo supra, voluntas autem beneplaciti est vetus actus voluntatis,quo aliquid est volitum, quo nomine non comprehenditur delectatio,nam hic actus non est proprie volitio,vt in superioribus docuimus,vnde neq. dici potest voluntas approbans, sed voluntas approbans est ille actus voluntatis,quo postquam aliquid factũ est,approbatur, idest rectum & firmum validumq.esse quis vult,volendo simul explicare ipsam suam voluntatem ratificãtem, vel quo aliquid recte esse factum declaratur.Hæc voluntas beneplaciti diuiditur in voluntatem simplicem & efficacem.Simplex est quæ abstrahit à præsenti præterito & futuro, & vocatur simplex complacentia:efficax vero est,

quæ

quæ in habente vires non impeditas necessario sortitur effectum,vel absolute & simpliciter,vt quando volitio est absoluta, vel posita aliqua conditione vt quando voluntas est conditionata de hac voluntate dicitur psal.113.*Omnia quæcumq.voluit fecit.*Et Rom.9. *voluntati eius quis resistit?*Et Isai.46.*omne consiliũ meum stabit,& omnis voluntas mea fiet.* Esther.13. *non est qui possit tuæ resistere voluntati.* Voluntas tam absoluta,quam conditionata in Deo est duplex scilicet antecedens & consequens, quæ diuisio tractatur à D.Tho.1.p.q.19. art.6. ad.1.Dur.1.d.47.q.1.num.5.Cordub.supra, sumitur ex Damasceno lib.2.cap.25.& varie à diuersis explicatur,sed vera explicatio est, vt quæ antecedit præuisionem actuum nostrorũ dicatur antecedens, quo modo Deus dicitur velle,omnes homines saluos fieri; quæ vero sequitur præuisionem operum nostrorum dicitur consequens,talis est in opinione multorum,dilectio vel electio absoluta ad gloriam, huiusmodi etiam est voluntas dandi auxilia quibus omnes adulti,nisi per eos steterit saluari possint.

2 *1.Concl.* Hoc supposito assero primum, dupliciter voluntatem nostram conformari posse cum diuina, primo ex parte obiecti. secundo ex parte actus. Ex parte obiecti conformatur, quando in eodem obiecto conueniunt, licet vna non habeat,vel non consideretur habere pro obiecto sui actus actum alterius, possunt enim diuina & humana voluntas intelligi vt volentes vnum,& idem obiectum,vel sub eadem ratione,vel sub diuersis, etiam si altera voluntas non intelligatur velle,vel disponere aliquid de actu alterius, quomodo duæ creatæ voluntates conueniũt sæpe in eodem obiecto materiali,vel etiam formali,vna creatura nihil de alia cogitante. Ex parte autem actus conformatur quãdo humana voluntas eum actum habet,quem Deus vult eam habere voluntate beneplaciti,simplici vel efficaci, absoluta,vel conditionata:aut certe voluntate signi,nempe præcepto,consilio &c. & quãdo diuina voluntas eum actum habet,quem voluntas humana vult esse in voluntate diuina, vt si Deus diligat quem homo vult & petit à Deo diligi,licet hoc vltimum magis sit voluntatem diuinam conformari humanæ, quam econtra,humanam diuinæ.

3 *2.Concl.* 2.Assero duobus modis posse voluntatem humanam ex parte actus conformari cum diuina, 1. naturaliter & necessario.2. moraliter seu voluntarie & libere, aut ex propria determinatione,quod contingere potest,vel homine nihil cogitante de volũtate diuina, vel aliquid cogitante. *3. Conclu.* 3. Assero voluntatem humanam varijs modis posse voluntarie & libere,seu ex propria determinatione cõformari diuinæ,1.ex parte obiecti materialis, quæ cõformitas dicitur in obiecto materiali, & potest contingere, vel homine ignorante, vel cognoscente voluntatem diuinam vt in alijs modis.2.ex parte obiecti formalis, seu finis, seu motiui, videlicet habendo eundem finẽ, seu idem motiuum,quæ conformitas ab aliquibus appellatur in volito formali, seu in ratione volendi,seu formalis videlicet à forma extrinseca,qualis respectu actus volũtatis est ipsum motiuũ Tertio autẽ à forma intrinseca formalis conformitas est quæ sequitur. ex parte formę seu principij agendi,sic videlicet vt quæ Deus vult ex charitate,homo libere velit ex charitate seu habitu charitatis. 4.Ex parte actus,vt scilicet homo libere velit quæ Deus velit ipsum velle, quæ conformitas appellatur,à D.Tho.art.10.(vbi ponit has 4.Conformitates) conformitas effectus cum causa;posset tamen hæc cõformitas intelligi, tametsi noster actus non esset effectus, sed tantum obiectum diuinæ voluntatis.

Sectio.2. Vtrum ad rectitudinem voluntatis nostræ requiratur,eam esse conformem cum diuina voluntate signi.

DICO,1. voluntatem humanam vt recta sit, debere esse cõformem diuinæ voluntati prȩcipienti,seu præcepto diuinę voluntatis,quod dixi mus,inter alia appellari voluntatem signi. 4 *1.Conclu.* Prob.quia voluntas diuina,natura sua est superior & habet ius & dominium imponendi prȩcepta obligantia cuicumq. volũtati creatæ:ergo si voluntas humana non sit conformis huic voluntati diuinæ,recta non erit.Sed quæres, vnde volũtas diuina habeat vim hãc obligandi humanam?Respon.Ex natura eius oritur,quia ex natura sua habet dominium iurisdictionis in voluntates infinite inferiores,quales sunt omnes creatæ,nec mirum cũ Arist. dicat, *parũ valentes intellectu, natura esse seruos eorum,qui ingenio eminent.* Iure etiamcreationis,conseruationis,& gubernationis,& redemptionis imponere potest leges, quibus teneamur,&alijs fortasse titulis &rationibus tenentur omnes homines hoc modo subijcere voluntatem suam diuinæ, & Deus habet ius exigendi ab homine hanc conformitatẽ: & præcepta diuina,quæ ex diuina voluntate emanant,non reponunt actus,quibus diuinæ voluntati conformamur in aliqua communi specie moris;sed invarijs speciebus moris iuxta cuiuscunq. actus materiam, & motiuum proprium suæ materiæ,& præcepta negatiua cõstituunt actus, quibus ipsis repugnamus in varijs speciebus vitiorum iuxta varias materias talium actuum,nisi conformitas ad præceptum

ceptum sit perse intẽta, tunc enim constituit actum in peculiari specie virtutis scilicet obedientiæ; & similiter si directe quis velit discordare à præcepto ne subijciat voluntatem suam voluntati superioris, constituetur actus in peculiari specie vitij, scilicet, inobediẽtiæ, vt patet ex dictis de circũstãtijs generalibus. talis autem debet esse conformitas cum diuina voluntate præcipienti, qualis fuerit diuinæ huius volũtatis dispositio, interdum nãq. obligat Deus ad modum, seu motiuum actus, vt tenemur in articulo mortis, quãdo non est copia sacramenti dolere de peccato, vt offensa Dei est, seu ex motiuo charitatis, quia non possumus aliter iustificari, comuniter autem modus & motiuũ non cadit sub præcepto, sed tantum volitio talis, vel talis obiecti. Sed cõtra hanc assertionem argumentatur, quia Christ⁹ habuit præceptũ moriẽdi. D. Th. 3. p. q. artic. 2. tamen ab hoc præcepto discordabat, refugiendo mortem. Matth. 26. Luc. 22. *capit pauere, & tæderẽ & mæstus esse, Tristis est anima mea vsq. ad mortem &c.* Ergo licitum est discordare à diuina voluntate præcipienti. Prima respõsio potest esse ex Hilario. can. 31. in Matth. Christum non fuisse tristem de sua morte, sed de scandalo discipulorum; & ideo non dixisse tristis est anima mea morte, sed vsque ad mortem, idest donec passione mea discipuli confirmentur. Neq. mirum est ita sensisse Hilarium, siquidem præfatione in Psal. 168. videtur dicere, Christum in passione sua nullum dolorem sensisse, sicut neq. aqua, quando alteratur vulneratur, aut perforatur, dolorem sentit: similiaq. videtur dicere. Psal. 53. &. 10. de Trinit. parum à principio, & circa mediũ, & in commentarijs super Matth. aliqua eius verba refert Sixt⁹. 5. bibliot. annot. 186. propter quæ hanc sentẽtiam illi tribuit, quam tñ erroneam arbitratur. Claudius Viennensis, lib. 2. de statu animæ, ca. 11. in. 6. to. biblioth. sanctorum ait, ita sensisse & nihil incorporeũ creatũ esse dixisse, sed huius opinionis vitium virtute confessionis absoluisse. Et Bonau. 3. d. 16. arti. 1. quæst. 1. ad. 1. sentit Hilarium in dictis locis errasse, postea vero sẽtẽtiã retractasse, dicit, enim se audiuisse Guillelmum Parisiensem referentem se vidisse & legisse librum Hilarij in quo illam sẽtẽtiã retractauit, quamuis ipse Bonauent. ipsum preamice, & beneuole explicare conetur vt & Mag. 3. d. 15. Alensis. 3. p. q. 17 membro. 1. D. Thom. 3. p. q. 15. ar. 5. ad. 1. in quo articulo Suarez, incredibile putat, Hilarium lapsum esse in hunc errorem. 1. quia Hieron. tom. 1. epist. 7. inquit, *libros Hilarij in offenso decurrat pede, illorũ tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non vacillat*, & tom. 3. epist. 141. ad Marcellam de expositione, Psal. 126. dicit, *se non audere reprehendere tamum virum suis temporibus eruditissimum.* 2. Quia mæstitiam, famem, & alia huiusmodi Christo tribuit Hilarius, Psal. 53. &. 3. Trini. Col. 5. & præfactione Psal. 68. ait, *secundum infirmitatem nostram loquitur, & dolet ipse quidem*. Et circa illa verba, *super dolorem vulnerum meorum addiderũt*, iterum repetit, Christum doluisse. Sed certe Hilarius ex parte vult, Christũ in carne nullũ doloré habuisse, vnde nihil valẽt explicationes eorum, qui dicũt, Hilariũ solum sensisse, Christum, vt Deum, nullum doloré habuisse, & vt hominem non fuisse subiectum dolori ex peccato Adæ, vnde & verba significantia dolorem in Christo explicare videtur, vt dicta sint, vel de dolore animæ, & nõ corporis, vel in persona aliorum hominum; sed quia obscure loqutus est Hilarius, non videtur in illo error hic à Hierony. & alijs sanctis notatus. Eundẽ erroré habuit Iustinianus Augustus, & imperiali edicto præcepit à sacerdotibus publice in ecclesia doceri, & ab omni plebe recipi & firmiter credi, contra quem scripsit Anastasius, Antiochenus. Hæc omnia ex Euagrio. 4. histor. c. 39. refert Sixtus supra, addens ex Damasceno lib. de hæres. cap. 84. in eodem errore fuisse Gaianitas, seu Escharodocitas, *ideſt*, duræ atq. impatibilis carnis Christi approbatores. Imo addit Sixtus in Hierony. & Aug. esse aliquas sẽtẽtias huic errori ad blãdientes, quas refert eodem libro annotatione 162. & lib. 6. annotatione. 114. sed magis ad blãditur alia sentẽtia Clementis Alexandrini relata à Suarez supra ex lib. 6. stromat. Certum autem nobis sit, in Christo fuisse dolorem, & tristitiam, & eo supposito explicemus quomodo voluntas Christi non fuerit contraria diuino præcepto. Hierony. Matth. 26. in principio aperte sentit, *Christum nõ timuisse mortem*, & postea ait, *Christum in oratione sua non petere, vt calix passionis ab eo auferretur, sed misericordia prioris populi*, quæ fuit expositio Origenis, cõcedit tamen Christo tristitiam, & ne ab illis propinatum calicem bibat. Ansel. ibi. Hieronymum sequitur, & Ambr. Luc. 22. c. de dolore, & tristitia Christi sentit, Christũ doluisse, & tristem fuisse non de sua passione, sed de nostra dispersione, tristitiam autem de morte sua Christo tribuit Euthym. ibi & Leo, ser. 7. de passione. Cypr. serm. de passione; nullus tamen horum explicat, an tristitia Christi fuerit in voluntate Christi, an vero tantũ in appetitu sensitiuo, & Hieron. Matth. 26. significat, fuisse tantum in appetitu sensitiuo. Explicans enim id, *cæpit tristari & mæstus esse*, ait, *tristitiam in Christo non fuisse passionem, sed propassionem.* Propassio autem sicut & passio ad appetitum sensitiuum pertinẽt, licet passio dicatur quãdo accedit consensus volũtatis, & vitiosa est; propassio vero, quãdo concensus voluntatis non

Obiectio.

5

1. Solutio.

non accedit,vt docet D.Thom.3.p.q.15.art.4. & colligitur ex eodem Hieron. in id Matt.5. *qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est &c.* Et ita Iansen.c.137.concordiæ & Titel.Matth.26.asserunt timorem, fugam, & tristitiam mortis in Christo tantum fuisse motum appetitus sensitiui. In qua sententia constat voluntatem Christi non fuisse cõtrariam diuinæ voluntati signi,seu præcepto moriendi,quod Christus habebat à Deo. Et hæc

6 est.2.Solutio argumenti.Contra quam tamen

2. Solutio obijcitur;quia Damasce.3.fidei.cap.18.&.23.& eius commentatores Clictoueus,& Faber asserunt,timorem siue fugam timoris, seu affectum vitæ fuisse in voluntate Christi, eumq. affectum explicuisse in illis verbis, *transeat à me calix iste.* Et Damasc.refert Athanasiũ, qui hoc habet lib.de incarnatione post medium idem sentit Cyril.4.in Ioan. ca.1. &.10. quod etiã sentiunt Ambros.lib.10.in Lucæ.22.ca.de tristitia & dolore Christi.Et D. Chrysost. ho. 84.in Matth.Origenes;hom.35.Caietan. Bredembachius,& alij Mat.26.D.Tho.ibi. &.3.p. q.18.art.5.&.6.&.q.21.a.2.&.4.Suarez.3. p. to.1. disput.38.sect.3.Caiet.& alij communiter eisdem locis.Scholastici.3.d.15.16.17. Henricus quodlib.8.q.7.& est receptissima sententia. Et fundatur in verbis Christi, *non mea volũtas, sed tua fiat,* & tristitiam illam de qua Christus dixit, *tristis est anima mea vsq. ad mortem* fuisse in voluntate, recte probat Suarez loco cit.

Ideo est.3.Solutio,actum illum voluntatis

7 Christi fuisse conditionatum,nempe,si possi-

3.Solutio. bile est salua obedientia & alijs bonis, & ideo voluntas humana Christi non fuit contraria præcepto diuino. Ita Dur. 3. d.15.q.2. num.9. Gab.d.17.q.vni.art.2.cõcl.4.Neq.obstat quod aliqui dicunt,vere nullos actus conditionatos esse in voluntate,sed omnes esse absolutos: hoc enim reiectũ est initio fere tract. 7. vnde & Scotus.3.d.15.q.vni. §. tertio videdum est,ponit etiam in portione superiori Christi voluntatem conditionatam, qua vellet non mori,si id non esset contra præceptum Dei,& rationem,& omnia bona ita possent obtineri sine passione,& morte,atq. cũ illa,sed hanc voluntatem ponit tantum habitualẽ, in quo decipitur. Et §. vltimo videndum est præter velle conditionatum, quod ponit in vtraq. portione,scilicet superiori & inferiori,probabile putat in portione inferiori Christi fuisse absolutam voluntatem,qua volebat non mori,non voluntate vt libera,sed vt natura.Portionem autem inferiorem non appellat appetitum sensitiuum,sed voluntatem, quatenus sequitur non rationes æternas sed temporales.Hoc enim modo distinguit D.Th. in hac 1.2.q.15.art.4.& alibi rationem superiorem & inferiorem.Fallitur autem Scotus si de velle absoluto per modum desiderij loquatur,nam tale est contrarium velle libero,quo volebat mori;ergo non poterat esse cum illo. Item in Christo fuisset voluntas absoluta & efficax vere contraria diuinæ voluntati signi,seu præcepto moriẽdi quod Deus imposuerat Christo,vt homini,ergo vel fallitur Scotus,vel exponendus est de velle absoluto per modum simplicis complacentiæ,eo enim volebat nõ mori,& displicebat illi mors:sed quia nõ erat velle efficax,& per modum desiderij, nõ erat contrarium alteri velle, quo volebat mori, nec præcepto moriendi,quod habebat à patre.Hoc velle simplicis complacentiæ potest appellari conditionatum non explicite, sed implicite:quia tendit in obiectum sub aliqua ratione nihil curando de alijs, & ac si esset separata ab alijs;colligitur ex D.Th.3.p.q.18.a. 4.& Caiet.ibi,qui simplicẽ voluntatem dicũt magis esse dicendam voluntatem secundum quid,& conditionatam quam absolutã, colligitur etiam ex Suarez.3.p.disput.38.sectio.1.in fine,vbi distinguit velle conditionatum explicitum & implicitũ,& vtrumq. vocat actũ in efficacem voluntatis,& sect.2.vtrumq.ponit in voluntate humana Christi erga carentiã passionis & mortis &vtrumq.censet fuisse liberum quo ad exercitium, sed processisse à voluntate,vt natura;quia vterq.erat secundũ naturalem inclinationem & necessarius,quo ad specificationem.

Cæterum dicendũ est velle simplicis com- 8
placentiæ fuisse naturalẽ & necessarium etiã quo ad exercitium supposita cognitione obiecti:velle autẽ cõditionatũ fuisse fere necessariũ,& naturale;simpliciterautẽ fuisse liberũ iam enim in superioribus generatim docuimus, velle simplicis complacentiæ esse naturale,& necessarium omnino supposita cognitione obiecti, & fere necessarium, & naturale esse velle conditionatum quod ex simplici complacentia sequitur, & sic explicandus est D. Thom. & Caiet.3.p.q.18.a.5.& 6. qui ponit in Christo, vt homo est, volitiones non moriendi profectas à voluntate, vt natura est, quas Caiet. appellat velleitates quasdam, vt & D.Thom.3.p.quæst.2.a.4. & tam D.Tho. quam Caieta.eadem parte q.14. a. 2. sine vlla distinctione docent, volitionẽ non moriendi in Christo profectam à voluntate,vt natura, esse naturalem & necessariam, eodem modo loquitur Dur. & Gab.supra, addentes, esse volitiones conditionatas, scilicet, explicite, vel implicite,vt diximus.Et Marsil.3.sen.q.11. art.3.p.1.simpliciter,& absolute docẽt, huiusmodi voluntatem non moriendi non fuisse liberam in Christo,sic etiam Capreol.3. d.17. q.vni.concl.2.ait,voluntatem Christi,vt naturam,noluisse passionẽ & mortẽ. Idem Maior.

ead.

ead.d.quæstio.1. concluſ.3. Gabr. quæſtione. vnica. articulo. 2. concluſione. 4. Richardus, articulo. 1. quæſtione. 3. Bonauentura, articul.1.& quæſtio.3.& D. Thom.& Caiet.3. part.quæſtio.21. articulo.3. Ad idem eſt quod D.Thom.3. parte.quæſtio.18.artic.3.argum.1. & eius ſolutione docet ex Damaſc. 2. fidei, cap 22.& lib.3.capit.14. &.28. duplicem voluntatem eſſe in Chriſto,& alijs hominibus,vnã naturalem,quæ vocatur theliſis, aliam rationalem,quæ vocatur buliſis, quanuis quidam non ſine fundamento contendãt,hanc diſtinctionem non recte ex Damaſceno elici, quin potius voluntatem naturalem & rationalem eandem aſſeruiſſe,ſed aliquos actus voluntatis in Chriſto fuiſſe naturales, & neceſſarios; indicat Damaſc.3.fidei cap.14.dicens,*tunc enim hæc naturaliter volebat,quando voluntas eius diuina volebat &c.* Vnde etiam patet(quod omnes fere locis citatis docent) nõ fuiſſe proprie cõtrarietatem inter voluntatem Chriſti humanam,& diuinam;ſiue loquamur de voluntate ſigni,ſeu præceptiua;ſiue beneplaciti. Sed de his commodius.3.p.diſſeretur. Nunc ſatis eſt, in Chriſto nullã fuiſſe voluntatem, quæ proprie eſſet cõtraria præceptis Dei,illicita enim eſſet ſi eſſet libera;indecens autem ſi eſſet naturalis,& neceſſaria omnino, qualis eſt ſimplex voluntas ſuppoſita cognitione obiecti,ſi autem eſt libera,vt quidã volunt, licet nõ ſit prohibita modo à Deo in nobis,nec in Chriſto,tamẽ prohiberi potuit,& tunc peccatum eſſet non conformari negatiue diuino præcepto,videlicet non ſuſpendendo actum ſimplicẽ prohibitum ſpeciali præcepto, diſtinctoq. ab illo præcepto,quo prohibetur eius obiectum. 2.Dico voluntatem humanã,vt recta ſit, 9
non debere conformari voluntati diuinæ ſigni cõſiſtenti in conſilio, conſilia enim nullã inducunt obligationem,vt ex ſe conſtat;& patet ex Paulo,1.Corin.7.vbi docet,continentiã eſſe in conſilio; non in præcepto, ideo licite aſſumi poſſe ſtatum matrimonij, quem Deus nec præcipit,nec conſulit;ſed tantum approbat.Imo loquendo proprie de conſilis,verſantur circa actꝰ,ad quos ex ipſa rei natura nulla eſt obligatio;vt tamen actus ſit bonus debet eſſe conformis præceptis,vel conſilijs,vel approbationibus Dei naturalibꝰ,vel arbitrarijs, ſeu poſitiuis iuxta Anſel.de liber.arbit. 6.cap. *Nulla eſt iuſta voluntas, niſi quæ vult,quæ Deus vult,eam velle.* Idẽ lib.de voluntate Dei. Et lib. de ſimilitud.c.159.& D.Th.2.2.q.104.a.4. ad.3. ſic Dur.1.d.48.q.2.nu.6.probat voluntatem rectam eſſe non poſſe,niſi aliquo modo conformetur diuinæ,quæ eſt eius regula.Dico.3. voluntatem humanam non debere conformari voluntati diuinæ ſigni conſiſtenti in permiſſione,patet,quia non tenemur peccata facere quæ Deus permittit;ſiue velit ea abſolutè ſim pliciter,& efficaciter,quo ad materiale peccati,ſiue non.Quomodo autem teneamur cõformari voluntati beneplaciti,quo Deus vult dare præcepta,& conſilia,& permittere peccata,vel aliquid aliud facere,ſequenti ſectione conſtabit.Ex dictis autem patet.4. non eſſe in humana voluntate obligationem conformandi ſe cum voluntate diuina ſigni conſiſtenti in effectione, multa enim Deus efficit, quæ non tenemur nos facere, aut velle, quia ad nos non pertinent, vel quia ſolum cadunt ſub conſilio, vel quia habent annexam malitiam,vt materiale peccati, quod Deus efficit aliquo modo, vt tract.de peccatis cum D.Thom. infra quæſt.79.ar.2.nos autem nec debemus,nec licite poſſumus illud velle, ne admittamus deformitatem illi annexam.

2.Concl.

3.Concl.

4.Concl.

Sectio. 3. Vtrum voluntas humana, vt recta ſit,debeat eſſe conformis diuinæ voluntati beneplaciti.

SVpponendum imprimis eſt ex D. Thom. artic. 9. & 10. & alijs Theologis. 1. d. vltima, noſtram voluntatem,vt recta ſit, conformati debere cum diuina aliquo modo ex parte finis,nam voluntas noſtra, vt bona ſit referri debet in finem honeſtum conceptum in communi,vel in particulari (imo vt diximus diſp.præced.hoc ipſum requiritur,vt mala non ſit) ergo ſaltem in hoc debet conformari cum diuina,cui placet omnis finis honeſtus, & quæ ſemper refertur in finem aliquem honeſtum,& nullum habet actum indifferentem in indiuiduo & carentem fine honeſto, vel quia malum eſt habere actum otioſum & inutilem, & carentem honeſto fine,vel ſaltem quia repugnat,talem actum eſſe in Deo,ad cuius ſummam pulchritudinem pertinet nihil habere ſuperfluum, aut diminutum. Quoniam autem omnis actus honeſtus, & bonus ſaltem debet eſſe virtute relatus in Deum vltimum finem, voluntas creata,quæ in fine honeſto conformatur cum diuina conſequẽter,conformatur cum ea in fine vltimo: non tamen requiritur ad bonitatem moralem relatio fotmalis in Deum, vt diſput.2.docuimus,& notat Caietan.2.2.quæſtione.10.art.4.& hic art.9. Valentia diſput.2. quæſt. 14. puncto. 8. debemus etiam conformari diuinæ voluntati in fine, ſeu motiuo, quia nullum Dei motiuum debet nobis diſplicere,cum id iuſtiſſimum ſit;& certe diſplicere non poteſt, ſi bene cognoſcatur, ſed ex ignorantia vincibili & culpabili põt nõ recte 10.
1. Suppoſ.

cognoſci,& ratione talis ignorantiæ diſplicentia ipſa peccatum erit. Iuxta hæc intelligitur voluntatem noſtram,vt recta ſit,debere eſſe conformem diuinæ in volito formali, ſeu motiuo,vel fine;non quod teneamur operari ex particulari motiuo,ſeu ratione volẽdi, ex qua Deus operatur,vt etiá colligitur ex D. Tho.a. 10. ſæpe enim in bono actu aliũ finem intendit homo,aliũ Deus:nã homo particulaRẽ bonum;Deus autem vniuerſalẽ intendere II
ſolet. 2. Statuẽdum eſt actum noſtrum,vt bo- 2. Supp.
nus ſit,imo vt ſit,debere eſſe conformem cũ voluntate beneplaciti diuini, ſiue abſoluta, ſiue cõditionali: quia nihil poſſumus agere, niſi Deo volente voluntate abſoluta, vel conditionali:dico autẽ,vel cõditionali,quia non ſolũ malos actus,ſed etiá bonos poſſumus effi cere cũ ſola volũtate cõditionali, quæ erga actus malos ſolũ dicitur pmiſſiua,& eſt volũtas ſecundũ quid:erga bonos autẽ,quia cõiunctũ habet præceptũ,cõſilium,vel approbationẽ,& inductionem,appellatur voluntas ſimpliciter, iuxta dicta tract. 5. diſp. 3. ſectio. 2. hæc cõformitas appellatur à D.Th.a.10.conformitas cũ voluntate diuina vt cũ cauſa effi- 3. Supp.
cienti. 3. Statuendũ eſt conformitatem,quam attigit D. Th.a.10.in forma ſeu principio operandi nõ eſſe neceſſariá ad bonitatem moralem actus;imo neq. ad bonitatem meritoriá, põt enim homo mereri per actus nõ elicitos, nec imperatos ab habitu charitatis,vt in materia de gratia docebim⁹,& ibidem diſcutiemus,an ſaltem requirat ad meritũ aliquis actus charitatis elicitus à voluntate nõ cũ habitu,ſed cũ auxilio excitãte intrinſeco, vel extrinſeco;& dicemus id requiri in actibus ordinis naturæ,qui non poſſunt eſſe meritorij, niſi procedãt ab aliquo actu charitatis,nõ vero in actib.ſupernaturalib.hi enim poſſunt eſſe meritorij eo ipſo,q̃ fiãt ab homine exiſtente in gratia,quia per ſe,& intrinſece tendunt virtute in vltimum finem ſupernaturalem.
4. Supp. 4. Statuendũ eſt ex Duran.1 d.48.q.2.aliud eſſe nõ diſcordare à voluntate diuina, ſeu cõformari illi negatiue:aliud cõformari illi poſitiue,ſcilicet volendo abſolute, quod illa vult abſolute,& ſub cõditione, quod illa vult ſub cõditione;aut certe volendo ipſam abſolute, vel ſub conditione à Deo poſita impleri. Et certũ eſt ad poſitiuá cõformationem nullam eſſe obligationem; quia nec Deus per talem volũtatem obligat hominem,neq. ex ipſa rei natura,vel aliunde oritur obligatib ad poſitiuá illá cõformationẽ,& ita tenent Dur.Med. Valen. Vaz.Martil.& fere omnes,quáuis Grego.1.d.48.q.vn.con.2. inſinuat eſſe obligationẽ ad poſitiuam cõformationẽ, niſi à Deo ſit volitũ in ſe,vel in ſuo antecedenti, eũ non illud Velle.ſimiliter loquit̃ Gab.lect. 68. in canno.lit. N. ꝓpoſ.4.Ochá,1.d.vltim.q.vnic.Sed tota difficultas eſt de cõformatione negatiua;an ſcilicet voluntas humana teneat̃, nõ repugnare diuinæ,ſeu abſtinere ab actu,quo velit voluntatẽ diuinã nõ impleri,vel quo velit oppoſitum ei⁹,quod Deus vult,q̃ alijs terminis inquiri ſolet,an ſcilicet teneamur cõformare voluntatẽ noſtra in volito materiali cũ diuina volũtate beneplaciti.1.Opin.eſt homi 12
nẽ nõ teneri ad hanc negatiuá conformitatẽ, 1. Opin.
ſed licite poſſe repugnare poſitiue diuinæ volũtati in volito materiali, volendo oppoſitũ eius,quod Deum velle ſcit.Aliqui exiſtimant eſſe opinionẽ D.Th.hic a.9.& 10.2.2.q. 104. a. 4.ad.3.opuſc.9.q.87.infra.q.39.a.2. ad.3. &.3.p. q.18.a.6. & de verit.q.23.a.7.&.8.&.1.d.48. ar.3. &.4.vbi Richar.a.2.q.1. problematice vtrũq; defendit; ita etiá tenet Dur. ea.d.q.2.n.11. Alphõſus Toleta.q.vn.a.2.Baſſol.a.2.Aliacẽ.1.q. 14.a.2.Cordub.li.1.q.51. Angeſt.in mor.c.7.§.1. dub.1. Rayner. 2.p. pathologiæ tit.de cruce.c. 10.Viguer.c.3.§.7.verſ.11.Bellar. 1. lib. de bonis operibus.c.6.petitione.3.Marſi.1.q.57.a.2.con. 6.&.7.& aliqui antiqui.& ex Iunioribus eam tenẽt Valen.diſp.2.q.14.pun.8.Med. q.19. a.10. & nonnulli alij,quibus Abul.fauet Ioſue.2.q. 38.&.3.Reg.13.q.26.dicens,*aliquando eſſe peccatũ & non conformari voluntati diuinæ in volito materiali,vt ſi quis de morte patris ex inſenſibilitate, vel maleuolẽtia,aut crudelitate gauderet.* & Mag.1. d. 48.c.3.& 4.docẽs aliquid Deũ velle, quod nõ congruit homini velle; voluit enim Deus paſſionẽ Chriſti, quam debuerunt non velle Iudæi.Hanc ſententiá tenet Azor.to.1.lib.2.c. 21.q.2.tribuens Alexandro,qui tñ.1.p.q.41.mẽbro.5.ſolũ ait nos deberevelle quidquid Deus vult,ſi nobis de ipſius voluntate conſtat, idq; ſit nobis congruũ,& conueniens;quã limitatione indicat ſi nobis non ſit congruũ,& conueniens id,quod Deus vult,licitũ eſſe diſcordare à diuina voluntate; cũ qua limitatione idem defendit Richar.ſupra,vnde magis citari poſſunt pro.2.opinione,quam pro hac.Hæc 13
tñ probatur.1.ex Aug.in Enchir.c.101.vbi ſic lo 1. Arg.
quitur,*aliquando autem bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult,etiam ipſe bona multo amplius multoque certius voluntate: nam illius mala voluntas eſſe nunquam poteſt tanquam ſi bonus filius patrem vellit viuere,quem Deus bona voluntate vult mori,*& rurſus,*fieri poteſt, vt hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona, vt ſi malus filius velit mori patrem, velit hoc etiam Deus. Nempe ille vult quod non vult Deus,iſte vero vult,quod vult & Deus;& tamen bonæ voluntati Dei pietas illius potius conſonat, quamuis aliud volentis, quam huius idem volentis impietas.* Hæc Auguſtinus, quem imitatur Anſelmus libello de voluntate Dei ad medium dicens. *Sed videndum eſt quoddam ſatius ſubtilius,*

quod

quod occurrit huic de volũtate disputationis. Nã voluntati Dei volũtas hominis adhæret plerumq. sed male dãnatur homo, volũtati quoq. Dei nõ adhæret hominis voluntas, & inde remuneratur homo. Itẽ, vult homo, quod nõ vult Deus, & habet inde præmium à Deo: non vult homo quod vult Deus & inde cõsequitur laudẽ. Et infra. *Vult Deus vt pater alicuius moriatur, vel vult alicuius hominis mortem, quod homo non vult affectu naturali, vel cõpassione proximi & remuneratur ex hoc tali affectu, si in cæteris regulam rectè viuẽdi non excesserit, in omnibus autem, & quæ vult, & quæ facit, diuinæ volũtati cõcordare intendit & nihil contra eam facere disponit, quia tunc tantũ est bona voluntas humana, quando vult illud, quod Deus vult, illã velle, & sic concordat diuinæ quæ magistra est humanæ.* Et lib. de similit. c.159. *Non enim semper debemus velle quod Deus vult, sed hoc velle debemus, quod Deus vult nos velle debere. Voluit, enim Deus beatũ Martinũ ab hac vita tollere sed si eius discipuli hoc tunc voluissent, crudeles vtiq. extitissent: at noluerunt, quod Deus voluit, sed voluerunt, quod Deus voluit, eos velle debere, & viam iustitiæ tenuere.*

Conf. 1. Cõf.1.exẽplo Christi de quo Aug. 3.cõtra Maximinum ca. 19.in hoc quod Christus ait, *non quod volo, sed quod tu*, aliud se ostendit voluisse quam pater, quod nisi humano corde non posset, cum infirmitatẽ nostram in suum nõ diuinum, sed humanum transfiguraret affectum. Similia dicit in id, psal. 100. *non adhæsit mihi cor prauũ.*

Conf. 2. Conf.2. exẽplo aliorum sanctorum: Nam Paulus ad Philip.1.desiderabat dissolui & esse cum Christo: tamen certus erat, Deum pro tunc id nolle, vnde subdit, *permanere autẽ in carne necessariũ propter vos.* Similiter Dauid. Psal.119. flebat, *heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*, tamen sciebat voluntatem Dei esse vt viueret. Et Aug. morti proximus sciebat esse voluntatẽ Dei, vt Hipponẽsis ciuitas à Barbaris caperetur, quod tñ ipsi vehementer displicebat. Et Ieremias in Trenis dolebat desolationẽ Ierusalẽ, & orabat vt cessaret desolatio. Et vt reuertamur ad exẽplum Christi ipse Luc.19. fleuit super Ierusalẽ; licet

Conf. 3. certo sciret voluntatem Dei esse vt destruerentur. Conf.3. aliàs non esset malum, sed bonum non auersari parẽtum mortes ingruentes, pestes, incendia, bella, persecutiones ecclesiæ, carentiam gratiæ propriæ, vel alienę, & de his dolere esset malum, quia hæc omnia Deus vult voluntate beneplaciti absoluta, vel saltẽ conditionali: cõsequens autẽ est absurdum, & contra vsum horum Sanctorum, & cõtra id Eccl.22. *supra mortuum tuum plora*: & c.38. *fili in mortuum produc lachrymas.* Vnde Dauid in morte Saul, & Ionathæ doluit, & luxit. 2. reg. 1. & Christus in morte Lazari, & fideles in morte Stephani act.8. licitum ergo est dolere de his, quę Deus vult, dolor autẽ est de his quæ nobis nolentibus accidunt, ergo licitum est nolle, quæ Deus vult, & oppositũ semper pertinet ad vitium insensibilitatis, crudelitatis, vel impietatis, vt colligitur ex Aug. & Ans. supra & Greg.2.mor.c.16.& 17. & Ierem. 5. *percussisti eos, nec doluerunt*, & certe cum Deus mala inferat in pœnã, vult vt de illis doleamus: ergo licite dolemus; ac proinde, quæ Deus vult, refugimus, & repudiamus. Secundo arg. quia contigit, id, quod est bonum sm̃ vnã rõem, esse malum sm̃ aliam, & econtra, vt quod est bonum cõmune, põt esse malum alicui particulari: ergo licitam erit volente id Deo, propter vnam rõem, id nolle hominẽ propter aliã, puta si homo id respiciat, vt malum sibi; Deus autẽ qui habet vniuersalẽ prouidẽtiã, id respiciat vt bonũ cõmunitati. Tertio, alias illicitum erit discordare à volũtate, qua Deus dimittere vult peccatũ meũ, & licitum erit conformare voluntatẽ nostrã cũ illa; idẽ est de voluntate, qua Deus, vult me carere gratia consequens autẽ videtur, absurdum, ergo. 4. Quia inferior vel seruus non tenetur conformare se voluntati prælati vel Dñi, nisi præcipienti: ergo nec nos tenemur conformari voluntati Dei, nisi præcipienti, solũ.n.præceptũ diuinũ est lex, & regula, cui cõformari tenemur. Quod si dicas d conformatione esse preceptũ: oportebit illud ꝓbare. 5. Si illicitũ est deuiare à volũtate Dei cognita: ergo & exponere nos periculo declinandi ab illa, qñ enim res aliqua est illicita, exponere nos periculo illius, illicitum est. Consequens est falsum, alioqui teneremur ab omnibus volitionibus abstinere, timẽtes ne repugnemus diuinæ voluntati, quæ forte statuit oppositum. 6. Alias sicut Deus reuelaret suam damnationẽ, deberet non velle saluté, seu nõ conari ad suã salutẽ, eodẽq. modo sequisq, gerere deberet circa mortẽ patris, & similiter cũ alter sedet, vel stat nõ posset licite displicere mihi. 2. Opin. asserit, esse obligationẽ conformãdi volũtatẽ nostrã cũ diuina in volito materiali; quare si Deus illud absolute & æficaciter vult, illiciũ esse velle oppositũ absolute, & efficaciter, seu volũtate absoluta deliberata; secus simplici, & naturali cõplacẽtia, vel displicẽtia. Hęc est mens D.Th.1.d.48.a.4.ex quo loco Cõr.q.19.a.10.explicat ꝙ ibi ait D.Th. nota inquit Cõr. ex D.Th. in 1. d.48. quod cũ hic ait D.Th. licitũ esse discordare à voluntate diuina in volito materiali, verificatur præsertim de volũtate humana, vt natura est, vel Telesis, quia talis cũ feratur in volitũ sm̃ se, põt nõ velle, ꝙ Deus vult, secº tñ volũtas, vt ratio, quæ videlicet sequitur apprehensionẽ collatiuã illius materialis voliti, vel ad finem sub quo Deus vult, vel sm̃ alias circunstantias: quia videlicet, apprehẽditur, vt volitũ à Deo, quod præsertim per signũ operationis manifestatur, tunc voluntas deliberata tenetur il-

15 *2. Arg.* *3. Arg.* *4. Arg.* *5. Arg.* *6. Arg.* 16 *2. Opin.*

lud velle; quãuis voluntas, vt natura, & appetitus naturalis, & sensitiuus refugiant, &c, etsi attente legatur, idé sentit D. Th. alijs locis citatis Bon. 1. d. 48. a. 2. q. 2. Herueus, q. 2. Ægid. q. 2. Alb. a. 2. 3. & 4. Scot. Greg. & Ochá, ibi. Gabr. ibi, & lect. 68. & 69. in canonem. Alen. 1. p. q. 41 m. 4. & 5. Altisiod. 1. summæ, cap. 13. q. 8. inclinat Rich. 1. d. 48. a. 2. q. 1. Maior. d. 47. q. 1. con. 4. optime Vaz. hic disp. 72. qui expresse docet, nõ esse licitum discordare in volito etiam materiali, à diuina voluntate absoluta, & efficaci, si nota nobis sit, secus à voluntate simplicis cõplacentiæ, seu inefficaci. Quæ sententia vera est, & pro eius explicatione cum eodé Vaz.

17. *Decisio. quæstionis, 1. Conclus.* Dico. 1. si homini certo constet, Deum aliquid efficaciter velle, nó potest, nec bene, nec male actu absoluto, & efficaci discedere ab eius voluntate, nisi ignoret vim, & efficaciá diuinæ voluntatis, aut eius immutabilitatem. Prob. quia státe illa diuina voluntate, quæ immutabilis est, impossib. est, id, q Deus vult, nõ fieri, sed volũtas humana nõ põt absoluto, & efficaci actu tendere in id, q hic, & nunc omnibus pensatis repræsentatur, vt impossibile: ergo. Conf. quia hac ratione non potest volũtas humana absoluto, & efficaci actu velle, vt non fuerit id, quod factũ est, quia iá illud repręsentatur vt impossibile. Hinc optime dixit Aug. 21. ciuitatis c. 24. *Si ecclesia constaret in particulari, aliquem hominẽ diuina voluntate esse exclusum à regno, non posset pro illo orare, nunc autẽ quia neminẽ scimus sic exclusum à regno, p omnibus orare possumus.* Vt docet D. Th. 2. 2. q. 87. art. 7. ad. 3. imo, vt ait Med. c. de oratione, quod de his, p quib. orandum est, etiá si nobis innotesceret alicuius reprobatio, licitum esset petere ei auxilia sufficientia, imo exuberantia, quib. posset etiá in sensu cõposito melius vitare peccata, & diutius gratiam conseruare, & amissam

18. recuperare, licet nõ finaliter. Sed quæres, quomodo potest homini de hac voluntate diuina constare. Resp. aliqui constare ex effectib. quia quidquid fit, Deus vult fieri; antea vero quã fiat, non potest constare, nisi diuina reuelatione. Sed aduertendum est, actus humanos præsertim malos non prouenire ex absoluta, & efficaci voluntate Dei, vel antecedẽte, vel sequente præuisionem actuum humanorum, ideo non semper effectus, vel operatio Dei indicat sufficienter absolutam, & efficacem volũtatẽ Dei præcessisse, quãquã hoc ipso quod tales effectus sint, non possint interim nõ esse, quia vt inquit Aristot. omne quod est, dum est necesse est esse, vnde non potest voluntas humana supposita cognitione existentiæ, vel præteritionis horum effectuũ velle, vt pro eo tẽpore nõ sint, vel nõ fuerint, põt autẽ voluntas velle, vt nõ durent; quia in eo nulla est repugnãtia, nisi reueletur Deum velle absolute & efficaciter, vt durent, aut alia rõe, id videatur necessarium; & oppositũ impossibile. Reuelatio autẽ de amissione gratiæ, aut gloriæ regulariter est intelligẽda in sensu cõditionato, vel cõminatiuo, si homo peccet, si moriatur in peccato, si nõ cõuertatur, &c. nisi aliud expresse & distincte cõtineatur in ipsa reuelatione, quod optime declarat D. Tho. Atq; ex hac cõclusione colligitur cognita virtute diuinæ voluntatis inutilé esse quæstioné, an homini liceat in materiali volito discordare actu absoluto & efficaci suæ voluntatis ab actu absoluto & efficaci diuinæ voluntatis. Aut enim nota est homini voluntas Dei aut nõ. Si nõ in omni opinione recte põt ab ea discordare, sic enim homo sæpe intẽdit cõsequi, quod Deus non vult dare, & sæpe vult à se, vel alio fieri, quod Deus vult nõ fieri, idq; homini repręsentari põt vt possibile & honestum: ergo licite poterit, velle, id efficere, sic Abrahá statuit interficere filium Gen. 22. & Dauid ædificare domum Dñi. 2. Reg. 7. & salutẽ filij eod. lib. c. 12. & 3. Reg. 8. quæ tñ Deus nolebat, ita / ãcti sæpe habent voluntates inter se cõtrarias, quarum altera interdum pugnat cum voluntate absoluta & efficaci Dei, patet Daniel. 10. vbi describitur pugna & cõtrarietas inter An gelum Iudæorum & Persarum, & actorum 21. Paulus cupiebat alligari in Hierusalé; alij vero fideles id nolebãt. Si vero homini nota est voluntas Dei, & eius efficacia, & immutabilitas nõ põt ei reniti, resistere, aut repugnare per absolutá & efficacé voluntatẽ: ergo quæstio de licito, vel illicito locum nõ habet: nã hæc supponit possibilitatẽ. Si tñ ea voluntas esset possibilis, esset mala vt ex cõsequenti constabit, & idé est de voluntate efficaci contraria voluntati conditionatæ Dei, q talis esset illa, qua quis veliteffectũ nõ fieri, etiá supposita cõditione, qua posita Deus efficaciter vult ipsum fieri. Dico. 2. cognita diuina voluntate 19. absoluta & efficaci, ignorataq; eius virtute, 2. Con. vel immutabilitate velle absolute & efficaciter oppositum est illicitũ, tum quia cõmuniter ea ignorantia erit culpabilis, tum quia est virtute velle voluntatem Dei irritã & inanẽ esse, seu frustrari, vel mutari: vtrumq; autem esset magna imperfectio in Deo: ergo id velle est illicitum. Patet cõsequentia, quia velle formaliter, vel virtute imperfectionem aliquã in Deo, illicitum est, eadem rõe nõ est licitum velle, vt si possibile est frustretur vel mutetur, Dei voluntas, aut petere à Deo vt illá mutet, & faciat oppositum eius, q absolute decreuit. Hãc con. confirmat Vaz. nã quemadmodum qui iurat falsum, ex parte sui operis tribuit Deo mendacium, & ideo iniuriã ei irrogat: ita etiá q conaretur, vt oppositũ fieret eius, q Deo absoluta & efficaci volũtate statutum esset, opere

suo

suo Deum mutabilem faceret ac proinde injuriam ei irrogaret, quo circa si. 1. opinio velit licitum esse voluntate efficaci discordare ab efficaci volũtate Dei, vt nonnulli eius auctores insinuant, non est illi adhærendum, si vero de discordantia per simplicem affectum loquatur, vera est iuxta sequentem con. hæc vero secunda con. saltem est de mente secundæ opinionis.

20 Dico tertio, etiam si homo sciat absolutã, 3 Con: & efficacem voluntatẽ Dei, & eius vim, atque immutabilitatem, potest licite simplici affectu velle oppositum, & sic discordare à diuina voluntate in materiali obiecto, hic est sensus verus primæ opinionis, præsertim Dur. 1. d. 48. q. 1. n. 12. & in 2. opinione ostendimus, id non negare. 2. opinionis auctores, imo expresse Greg. 1. d. 47. q. 1. distinguit in Deo, & in nobis voluntatem simplicis complacentiæ, vel displicentiæ, (quam ait esse naturalem, & indeliberatam) à voluntate fugæ, & prosecutionis, quæ solet esse deliberata, & d. 48. ait, eũ, qui discordaret à voluntate absoluta Dei cognita per voluntatem simplicis complacentiæ, non peccaturum saltem grauiter, secus, qui per voluntatem prosecutionis, aut fugæ. Similiter Gab. lect. 48. in can. littera O, concecit voluntate naturali, & indeliberata posse nos sine peccato discordare à diuina voluntate. Colligitur plane ex verbis citatis Anselmi arg. 1. primæ opinionis ex lib. de voluntate Dei, vbi ait, licitum esse affectu naturali & cõpassione proximi velle vt viuat homo, quem Deus vult mori. Idem patet exemplo Christi, imo & Dei, vt Deus, qui simplici affectu vult salutem ei, quem alia absoluta voluntate vult damnare. Ratio etiam est euidens, quia hæc voluntas non est proprie repugnans, vel contraria diuinæ voluntati, nam similis illi simul cum alia voluntate absoluta, & efficaci est in Deo, & in homine, & præterea virtute includit conditionem, vt hoc fiat, nisi oppositum Deus velit, aut aliunde sit necessarium: voluntas autem conditionalis explicita, vel implicita huiusmodi licita est, talemque habuit Christus cum dixit, *pater si vis transfer calicem hunc à me.* Si fieri potest transeat à me calix iste, & non solum est licitum eo simplici affectu velle oppositum eius, quod Deus vult; sed etiam quod apprehenditur, vt medium necessarium ad hoc, videlicet, frustrari, aut mutari diuinã voluntatem, licet enim hoc secundum se nõ sit appetibile simplici affectu, præsertim licito: tamen appetibile est etiam licite simplici tantum affectu, vt est medium quoddam ad aliquod bonum, & virtute appetitur sub conditione, quod non esset malum, vt si quis simplici affectu appetat mendacium, aut periurium ad saluandam vitam hominis. Vidimus enim tract. 6. erga media, vt media sũt, simplices affectus dari posse. Conf. quia simplices affectus harum rerum non sunt liberi, nec prohibiti in se; quia necessario consequũtur cognitionem: nec vero sunt prohibiti in causa ipsa, seu cognitione, imo interdum non sunt liberi in ipsa: ergo non sunt mali moraliter. An vero simplices affectus finium, qui ex natura rei sunt prohibiti, sint etiam prohibiti & mali, vt simplex affectus accedendi ad mulierem, quatenus is accessus est delectabilis, aut bonus naturæ, grauissima, & difficillima quæstio est, quam in materia de peccatis Deo donante disputabimus.

Sed obijci solet illud 1. Reg. 16. vbi Deus reprehendit Samuelem, quod lugebat Saulem quem Deus reprobauerat, *vsque quo tu luges super Saulem cum ego proiecerim eum, &c.* R. cum Lyra ibi & Caieta. & Abulensi. c. 15. q. 36. 41. & 45. & Vaz. disp. 72. n. 21. illam non tam fuisse reprehensionem, quam eruditionem: Samuel enim non dum intelligebat, an Deus voluntate absoluta, & definita; an vero tantum conditionali, & cõminatoria Saulem proiecisset, vnde non simpliciter Saulem lugebat, sed nimis, simulque conseruationem regni eius petebat. Reuelat igitur illi Deus suum absolutum decretum, & subinde docet, ab oratione illa cessandum esse, quæ iam esset inutilis, & illicita, nisi per ignorantiam inuincilem excusaretur, & imponendum esse lachrymis & tristitiæ aliquem modum; nam diuinum iustissimumque decretum Dei sufficiens esse debet ad temperandum, & moderandũ lachrymas, & tristitiam, licet seruato modo, & non amittendo debitam attentionem ad alia poterat Samuel adhuc Saulem lugere simplici luctu sine deprecatione, & petitione illa. Et sic reprehensibile est aliquando non temperare lachrymas & dolorem. Ita hæredi in morte patris diuitis non temperare simplicicem affectum gaudij & signa illius reprehensibile est, & sic in alijs eiusmodi euentibus. Si rursus obijcias Aug. in id Psal. 35. *& iustitiam tuam his qui recto sunt corde*, vbi ait, *volũtas Dei est aliquando, vt sanus; aliquando, vt ægrotus sis; quando es sanus, dulcis est voluntas Dei, & quando ægrotus, amara est voluntas Dei. Non recto corde es. Quare? quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei vis curuare ad tuã:* ergo secundum Aug. non est licitus simplex affectus complacentiæ ad ea, quæ vult Deus. R. Aug. non velle esse peccatum, si ægritudo simpliciter displiceat, sed ex hac simplici displicentia conqueri, obmurmurare, aut male sentire de Deo, in impatientiã, & similia peccata labi. Colligitur ex eod. Aug. in id Psal. 63. *& laudabuntur omnes recti corde*, & in id Psal. 93. *Omnes qui recto sunt corde*, & in id Psal. 31. *Gloria*

21 1. Obiect. Resp. 2. Obiect. Resp.

mini omnes recti corde, & Psal. 50. *Cor mundum crea in me Deus*,& lib.de 8.Dulcitij quæstionibus.q.4.to.4.Bellar.1.de bonis operib.c.6.petitione.3.Potest.2.explicari Aug.vt solum velit, non esse licitum displicere de his,quatenus sunt à diuina prouidentia,& quatenus ad finē ab ea intentum cōducunt, discordare enim à diuina voluntate in volito formali,malum est,vt docent D.Tho. & alij, & hoc est,quod docet Altisiod.lib.1.c.13.q.8. non posse nobis diplicite quod Deus facit,si respiciamus diuinam prouidentiā, & Aug.in Enchirid. c. 101. licite filio displicere mortem patris,quæ Deo placet:ná ex pietate naturali displicere quod alia ratione Deo placet, licitum est, placere autem ex odio, vel affectu vindictæ, illicitum esset,vt ex Aug. eodem.c. 101. colligitur.

Obijcies.3.si debemus conformari ad volūtatem Dei in volito formali,ita vt non displiceat quod Deus facit, eadem ratione qua ei placet,sequitur non posse nobis displicere pœnam quam patimur à Deo quatenus nobis mala est: quia hac ratione Deo placet. R. vt Vazq.attigit nu.22.Deo non placere pœnam nostram,vt malum nostrum est, quia malum sub ratione pura mali placere non potest,nec quia malum nostrum, eo q illius hostes sumus,quodammodo reputatur bonū propriū, quia hoc est odium proprie dictum,quoDeus nihil prosequitur;sed vt est compensantio diuinæ iniuriæ,sub qua rōe non pōt licite nobis displicere, iustisq. placere solet;lætātur enim de punitione sua, vt actus diuinæ iustitiæ est.

22 *Quæstio.* Sed quæres, an non solum possit homo licite discordare à diuina voluntate modo dicto,seu per simplicem affectum complacentiæ,aut displicentiæ:sed interdū teneatur. Alij qui dicunt ad summū esse obligationē cōformandi se affectu simplici cum diuina voluntate,quia hi simplices affectus per se loqrēdo non cadunt sub præceptum,saltem in ordine ad futuros euentus,cum non sint operatiui;intelligi autem pōt,vt cadat sub præceptum,nō habere actum positiuum simplicē,quo voluntas velit id, quod est malum proximi, nec de illo gaudeat.Addunt isti nec quo ad hoc esse absolutum præceptum,sed considerandū esse motiuū talis affectus. Ná si quis velit id quod Deus vult,sub ea ratione,vel facta hypothesi, quodDeus id vult,vel propter hunc finē quod voluntas diuina impleatur,nunquam est prohibitus talis affectus etiam si obiectum materiale eius sit extrema damnatio,quā Deus nō vult,nisi sub ratione iustitiæ punitiuæ, & ex præscientia peccati finalis.Si vero motiuū nō sit honestū tunc affectus erit malus,non propter cōformitatē cū diuina voluntate,sed aliūde,quod est per accidens.Arq; idē respondendū est (inquiūt)ad aliam intterrogationē quæ fieri solet:esto non sit necessarium,an sit melius conformari hoc modo per actū simplicē cum diuina voluntate:Respondent interdum esse melius interdū non,iuxta diuersa motiua vel fines.Nā quādo nulla occurrit specialis ratio honesti,quæ moueat voluntatē ad huiusmodi simplicē affectū,materialiter discordantē à diuino decreto, melius erit non habere illū.Itē si homo intelligat ex huiūsmodi simplici affectu fore retardandum ab executione diuinæ volūtatis.Interdum vero nō sequitur hoc incommodum, & occurrit honestissimum motiuum ad habendum talē affectū & tunc melius erit habere illum, sicut fuit in Christo Domino,& B.Virgine,quando dolebat de Christi morte, quam sciebat esse à Deo decretam.

Sed dico interdū esse obligationē discordā di positiue per simplicē affectum à diuina voluntate:expresse dicunt Aug. & Ansel. citati in 1.arg.1.opin.& Abulēs.Iosue.2. q.38. iudicū. 3.q.3.3.reg.13.q.26.Bon.1.d.48 a.1.q.2.Gab. lect. 68.in can.lit.L,& M;Marsil.1. q.47.a.2. con.8. Victo.in scriptis. q. 19. a.10. crudelis enim & impius esset filius,qui sciens diuinum decretum de morte,vel æterna damnatione patris non excitaret nec conaretur in se excitare affectum displicentiæ & doloris,quia flendum cum flentibus,& afflictis compatiendum est, &c.& p se talis affectus est honestus:& debitus parentibus amicis, & benefactoribus & alijs proximis,& similiter eius signa. Conducit etiam affectus ille ad eliciendos actus liberos conditionatos,imo & absolutos subueniendi vel adhibendi media accommodata subuentioni,quæ media tenemur aliquando ædificationis aut ostendendæ amicitiæ gratia adhibere;quāuis sciamus irrita fore propter absolutū decretū Dei,vel aliā causam.Aliquādo autem licet non teneamur talē affectū habere aut ostēdere, neq; quasi ad impediendā mala conari, tñ consilium erit hæc præstare, ratiō autē de proximorū dānis ostendenda est lætitia,licet semper simplici affectu propter aliquod bonum honestū vel vtile,aut delectabile placere,& appeti possint & cum interna lætitia excipi,dummodo vt mala proximorum sunt,& bona nra censentur,non placeant: nā id pertinet ad odium inimicitiæ, quo neminē prosequi licet,lætari autem exterius in dānis hostium Reip.nō quia illorum dāna sunt, sed quia cōferunt ad pacē, & alia bona Reip. licite & interdum consulēdū est, & ideo merito victoriæ celebrari solent,quæ contra infideles & alios.Reip.hostes obtinentur.Aduerte tñ.1.cum Vazq.& alijs recētioribus,quos refert disp.72.c.5.vt voluntas nostra recta sit,nō satis esse cōformari diuinæ in volito materiali,nā iudæi in morte Christi,sic cōformabantur

tur diuinæ voluntati,tñ peccabant.2.Cum eis dẽ recẽtioribus,quoties res volita à Deo,neq; relata ad finẽ vniuersalẽ,neq; ad finẽ singularẽ est mala licitũ esse cũ diuina voluntate cõformari ad aliquem honestũ finẽ,vt in hoc q̃ Petrus disputet.3.Cum Vaz.contra illos recentiores,semper esse licitum concordare cum diuina voluntate in volito formali,etiá si res in ordine ad finẽ singularẽ habeat aliquá rõem mali,quia semper est licitum lætari & gaudere interius de eo,quod Deus vult & facit sub ea rõe,qua est volitũ à Deo,& hæc est magna pars fœlicitatis sanctorũ,qui vt ait Ansel. lib. de similitudinib.c.63.semper sunt cum diuina volũtate concordes,sicut vnus oculus cũ alio eiusdẽ corporis,qui semper ad idẽ aciẽ suã dirigũt,& eodẽ modo res percipiũt: vnde iudæi qui Christũ crucifixerunt, licet peccauerint quacunq; rõe eius mortẽ curauerint & intulerint,tñ non peccarent in via,nec in patria, si illam possiderent,gaudentes de Christi morte quatenus fuit remediũ generis humani,& ad alios fines conduxit,quos Deus in eius permissione intendit.Quanuis autẽ semper sit licitũ & laudabile sic conformari diuinæ voluntati, quia tamen simul poterat esse obligatio discordandi ab illa sub alia rõe,verũ est quod superius diximus interdum esse obligationẽ discordandi à diuina voluntate.

23. Ex quibus patet verã esse.3.concl.Greg.1.d. 48.q.vn.videlicet,nõ quæuis voluntas diuinæ volũtati cõformis in volito materiali est recta.Probat ipse,quia vt ait Aug.in Enchir. c. 11. & habetur apud Magistrũ ead.d.iudæi voluerũt Christũ mori,quod etiá Deus voluit,& tñ eorũ voluntas impia & nequã fuit. Et ita (inquit Greg.) *Si scirẽ Deũ velle patrẽ meũ mori, & hoc ipsum vellẽ,nõ quia Deus id vult,sed vt citius hæreditatẽ adeã,vel ex inuidia, aut alia nõ recta intentione,volũtas vtiq; mea peruersa foret.Vnde ad rectitudinem voluntatis multæ circunstantiæ requiruntur,quibus vel aliqua earũ deficiẽtibus nõ est recta.* Hæc Greg.ibi.aduertendũ tñ est,Deũ voluisse Christũ mori,nõ tñ morte violenta,& iniusta illata,licet vellet,ne hãc quidẽ impedire. & in his duobus obiectis cõcordabat cũ volũtate Dei volũtas iudeorum,tñ illicita erat,quia illi volebant nõ solũ mortẽ Christi,sed ipsam violentiã,& cõsequenter iniustitiã.Si autẽ voluissent mortẽ Christi abstrahendo à morte violenta,& iniusta,ex bono motiuo & simplici affectu,non peccarent : vt neque peccat filius volẽdo efficaciter mortem patris, quam scit Deũ velle,si illã vult vt impleatur volũtas Dei,vel illã velit simplici cõplacẽtia propter hæreditatẽ,qua sola rõe nõ est licitũ velle illã efficaciter,nulla autẽ rõe licitũ est eã velle ex inuidia.l.odio,aut in vindictã,si autẽ insurgat simplex affectus inuidię,conari debet ad reprimẽdũ illũ motũ,auertẽdo cogitationẽ à motiuo formali inuidiæ,odij,vel vindictæ,nã stante cogitatione illius motiui forte nõ est in potestate volũtatis simplicẽ affectũ suspendere, vel impedire,autcerte magnavi,& certa mẽtis dispositione opus est, vt volũtas possit illũ suspẽdere,aut impedire; & idẽ est de alio quouis simplici affectu.Si obijcias,quia beati semper cõformãt volũtatẽ suã cũ diuina in volito materiali:ergo cũoptimũ sit imitari illos,semper licebit viatoribus cõformare sic volũtatẽ suã cũ diuina.R.semper id esse licitũ,si fiat ex conueniẽti motiuo, simul tñ tenemur sæpe ex alio motiuo ab eadẽ discordare, simplici affectu.Quo ad possibilitatẽ autẽ est magnũ discrimẽ inter viatores, & beatos, vt colligitur ex D.Th.a.10.& Gab.lect.69.in cã.lit.M.quia beati quoties expedit cognoscũt diuinã volũtatẽ circa obiecta particularia,& ideo possũt se illi cõformare;viatores vero nõ eã cognoscunt, & ideo nõ possunt se illi cõformare;& quãuis D.Tho.generatim dicat in omnibus nosse diuinã volũtatẽ,tñ limitãdũ est iuxta dicta tracta.2.ad casus in quibus expedit eos,nosse diuinã volũtatẽ.De cõcordia volũtatis beatorũ cũ diuina volũtate in omni volito materiali eod.modo loquitur D.Th.de verit. q.23. ar.8. Cõra.hic a.10.ad.1.Med. & alij recẽtiores ibi. Viguer.c.3.§.7.vers.11.ad fi.Antonin.1.p.ti.4.c. 12.§.4.in fine.Ex dictis patet ad 1.2.opin.& eiº cõfir.& ad 2.tñ enim probãt,licitũ esse,& interdũ laudabilius discordare simplici affectu à volũtate diuini beneplaciti in volito materiali.Ad 3.R.licitũ esse simplici affectu discordare ab illa volũtate,quãuis etiá sit licitũ cũ illa cõformari,nõ quidẽ peccãdo,sed cõplacẽdo in permissione peccati,& priuatione gratiæ à Deo volita,vterq; enim affectus põt esse bonº & laudabilis.Discordare autẽ ab illa volũtate Dei per volũtatẽ efficacẽ esset illicitũ, vt in alijs voluntatibus.Ad 4.R.nõ esse simile,quia volũtas prælati vel domini nõ semper est recta,& expediens; & quia magis obligamur ad bonũ Dei,quã ad bonũ prælati vel Domini,& ideo licet possimus interdũ resistere volũtati prælati & Dñi,& conari vt frustretur vel mutetur,nõ tñ sic possumus nos gerere erga volũtatẽ Dei maxime cum in prælato,& Dño modicum malum sit eius voluntatẽ frustrari vel mutari:in Deo autẽ esset magna imperfectio; interdum tamen tenemur non repugnare voluntati prælati vel Domini,vel amici, non ex præcepto positiuo,sed naturali ad amicitiam iustitiã,vel obseruantiã spectante. Nam filij potius debẽt facere voluntati parẽtum,quam resistere,& amicorum debet esse idẽ velle, & idẽ nolle,iuxta Cicero.lib.de amicitiã;& seruus ex iustitia tenetur obedire Dño; licitũ autem esse interdum resistere voluntati efficaci prælati docet D.Tho.de verit. q.23. art.8.ad 3. 1.loco positum,& Gab.lect.69.in can.

Obiectio.

Solutio.

24. *Ad.1.& eius. Confirmationem. Ad 2. arg. Ad 3.*

Ad 4.

Ad 5.R.communiter nullum esse periculum;quia Deus non prædeterminat absolute actus nostros,neque alia,quæ ab illis pendẽt, nisi suppositа eorum præuisione. Deinde ex causa licitum est alicui periculo nos exponere,& in præsenti sufficiens causa est, ne voluntas suspensa sit,sed prospicere possit bono proprij suppositi,vel aliorum:nam cum in volitione huius & oppositi sit idem periculum, vel omnino esset suspendendus actus, quod est inconueniens,vel vterque actus eadem ratione est licitus: pono enim neutrum versari circa obiectum aliunde malum,&c.

Ad 6. argumentum R. si aliquis per diuinam reuelationem absolutam sit certus de sua damnatione,quod non esse possibile, immerito putauit Bon.1. distin. 48. in expositione litteræ (vt ait Vazq.disp.72. num.15.) quidam dicunt,posse nihilominus velle impedire suam damnationem bonis operibus,vsque in finẽ vitæ,imo ipsum non minus ad hoc teneri, quam ad recte viuendum, & operandum vsque in finem vitæ;quia semper manet libertas,& obligatio recte viuendi,& tantum est reprobatus ex præuisione finalis peccati. Ita Vaz.nu.citato;& Azor.to.1. lib.2. capit. 21. quæst.3. Verumque est,si recte intelligatur: posset tamen male intelligi.Dico ergo in illo euentu, quando homo haberet assensum absolutum illius reuelationis,& aduerteret, esse infallibilem, & voluntatem Dei non esse mutabilem,nec frustrabilem,illum non posse sperare suam salutem,neque illam intendere, quia esset virtute velle scientiam Dei falsificare,& voluntatem efficacem Dei,aut mutare,aut inanẽ reddere; quod tamen tunc iudicat impossibile.Ex quo etiam sequitur non posse interim ex intentione,& spe consequẽdi talem finem, immo nec ex alio proponere abstinentiam à peccatis per totam vitam,& conseruationem gratiæ,vsque ad vltimum spiritum,quia cum sciat,nullum esse reprobatum,nisi ex præuisione,vel cum præuisione,quod sit decessurus in peccato,velle efficaciter & absolute mori sine peccato, est virtualiter,& implicite velle falsificare diuinam scientiam, seu reuelationem absolutam, est etiam velle frustrare,vel mutare diuinam voluntatem. Quæ omnia iudicat impossibilia, ergo esset velle impossibilia nota sibi, quod est impossibile. Adde licet ex ignorantia id velle possibile esset:non tamen licitum,quia esset velle in Deo magnam imperfectionem: licitum tamen,& obligatorium esset singula peccata vitare:posset etiam dum non cogitaret de illa reuelatione,& eius infallibilitate, & similibus, velle saluari, & perseuerare in gratia vsque ad mortem, vel amissam gratiã in articulo mortis recuperare, & ex tali fine bene viuere,& peccata vitare, &c. Similiter vt ait Vazq. num.16. & Azor. illa quæstio.3. nulli esset possibile, aut licitum petere auxilium congruum, & efficax ad salutem æternam pro illo,de cuius reprobatione, & damnatione constaret: quia esset conari contra absolutam Dei scientiam, & præfinitionem,& ob eandem rationem merito adiungunt,non esse licitum petere à Deo, vt æternam salutem illi concedat. Vnde recte Augustinus.21.ciuitat.capit.24.ait non esse nobis licitum orare pro damnatis, vt Ecclesia pro illis non orat;quod etiam supponit S. Thom. 2.2.quæstione.83.artic.7.ad 3.docens, nulli reprobo negandum beneficium orationis,quia in hac vita non distinguimus prædestinatos à reprobis:posset tamen quis,vt ait Azor, pro se vel alio viatore,quẽ sciret esse reprobum, petere auxilium efficax ad vitandum hoc,vel illud peccatum, quia nesciretur, ob quod esset damnandus,& ita orans non conaretur contra scientiam, aut decretum Dei, atque hoc pacto vera esse posset (vt inquit Vazq.) sententia Medinæ. C. de oratione. quæst. de ijs, pro quibus orandum est. Vbi inquit non fore licitum orare pro reprobo,qui reprobatus esset nullo supposito peccato,bene tamen pro reprobo, qui reprobatus esset supposito peccato.Quod vltimum non esset verum,nisi intelligeretur de oratione relata ad vitandum hoc,aut illud peccatum.

28. *Auctoris.*

Si cui vero reuelatum esset, se vel alium commissurum hoc aut illud peccatum determinate,non posset pro eius peccati euitatione interim orare:secus quando de reuelatione non cogitaret,& auctor, cum occurreret tale peccatum, posset & deberet ab illo abstinere. Et cum quis reuelationem habet suæ damnationis,non peccat desperando,vt de damnatis in inferno docet Azor sup. cum D. Thom. 2. 2. quæst.20.artic. 1. ad 3.similiter credo,eũ,cui reuelaretur se peccaturũ,nõ peccare desperando euitationem talis peccati.Si cui vero esset absolute reuelata mors propria, vel Patris, siue tanquam euentura ex absoluta,& efficaci voluntate Dei; siue alio quocumque modo,non posset,præsertim interim dum cogitat de illa reuelatione, atque de infallibilitate scientiæ, & efficacitate ac immutabilitate diuinæ voluntatis, velle efficaciter vitam illius,aut ex ea voluntate,& intentione applicare remedia,& medicinas, sed tantum vt mors differatur, aut leuius feratur, vel vt præcepto adhibendi medicinas satisfaciat,a quo præcepto non absoluitur omnino per illam reuelationem, quia licet sublata sit spes vitæ, non tamen spes differendi mortem, & alleuiandi infirmum. Idem est,cum alicui esset reuelatum, ventu-

28.

ram

ram in manus hostium vrbem aliquam, & iuxta hæc intellige,quæ de his enentibus docet Azor cap.citato.quæst.3.& 4.Ista vero mala propria vel aliena licitum est detestari, & odio habere, de illis q. habere absolutam displicentiam,amareque affectu simplici contraria bona,& quando nescimus,an Deus velit absolute,& efficaciter aliquem mori, possumus licite eius vitam intendere,sperare, & procurare. Idemque est de alijs similibus bonis.

QVÆST. XX. DE BONITATE ET MALITIA EXTERIORVM ACTVVM HVMANORVM.

Art.1.Vtrum bonitas,& malitia per prius sit in actu voluntatis, vel in actu exteriori.

Art.2.Vtrum tota bonitas,& malitia,actus exterioris dependeat ex bonitate vel malitia voluntatis.

Art.3.Vtrum sit eadem bonitas,& malitia interioris,& exterioris actus.

Art.4.Vtrum actus extereor aliquid addat de bonitate, vel malitia, super actum interiorem.

Art.5.Vtrum euentus sequens aliquid addat de bonitate vel malitia ad actum exteriorem.

Art.6.Vtrum idem actus exterior possit esse bonus & malus.

DISPVTATIO SEXTA, DE BONITATE ET MALITIA EXTERNORVM ACTVVM. AN PRIMAriè ipsis competat aut quomodo?

Sectio.1.Titulum quæstionis,& statum controuersiæ explicans.

I. QVOD attinet ad titulũ quæstionis,quidam Neothericus hic ait, Caietanum propius ad mentem D.Thomæ accesisse, quam Conrad. Ferrar. & reliquos Thomistas,nam hi per actum internum intelligunt quemlibet actum elicitum voluntatis; per externum vero quemlibet actum voluntatis non elicitum ab ipsa,sed imperatum.At vero Caiet.per actũ internum intelligit eum, qui versatur circa finem, per actum vero externum,eum,qui assumitur,vt medium, in quo sensu vsurpare videtur D.Thomas actum internum, & externum in tota hac quæstione verbi causa, cum quis aliquem occidit propter inanem gloriam,actio interior de qua videtur loqui S.Thomas (inquit Caietan.) est affectus inanis gloriæ,actio vero exterior est homici-

homicidium. Ipse vero Neothericus putat, per actionem interiorem intelligere S. Thomã actionẽ voluntatis;quæ per se,& primarie respicit finem, cumque tam actus intentionis,quam electionis per se,& primarie respiciat finem tanquam proprium obiectum, a quo accipiat speciem moris,eodem modo de actione electionis,sicut de actione intentionis philosophandum esse, quare non solum loqui S.Thomam de actione intentionis, vt docuisse videtur Caietan.sed etiam de actione electionis & doctrinam Doctoris sancti eodem modo aptari & accomodari posse electioni,sicut intentioni.Per actionem vero exteriorem intelligere S.Thomam operationẽ exteriorum non quamcumque,sed eam, quæ versatur circa media, vel quæ assumitur vt medium ad finem,vt cum quis occidit alium, ex fine inanis gloriæ,aut superbiæ, actio interior est intentio, aut desiderium inanis gloriæ,aut propriæ excellentiæ,& actio electionis,qua eligit homicidium adhunc finem: nã electio etiam respicit finem primarie, actio vero exterior est occisio quæ assumitur vt medium ad talem finem.Hæc Neothericus ille. Ego vero nullo modo in D.Thom. vel Caiet. inuenio fundamentum huius doctrinæ, quin potius tam illi,quam reliqui omnes,qui præsentem cõtrouersiam tractant nomine actus interni,aperte intelligunt omnem actum elicitum voluntatis,nomine autem externi actus omnẽ actum non elicitum voluntatis,sed imperatum tantum, siue sit intellectus, siue appetitus sensitiui,siue imaginatiuæ, siue potentiæ motiuæ secundum locum, & ita vtemur his nominibus in præsenti disputatione.

2. Addit idem Neothericus. Cum S.Thom. loquitur de actu interiori respectu finis, in quo primarie dicit esse malitiam ex fine, per finem non intelligere,operationem exteriorum,quæ gratia sui appetatur,sed rem aliquã, quæ non sit actio ipsius,qui tendit in finem. Itaque loqui S.Thomam de actione interiori respectu finis,qui est res,non autem respectu finis,qui est operatio ipsiusmet desideran tis,atque ideo adductum esse exemplum de intentione inanis gloriæ, & electione circa media ad inanem gloriam, quia inanis gloria,quæ habetur vt finis, non est operatio ipsius,qui in eam fertur intentione sua, sed est res,& operatio alterius, & hoc exemplo inanis gloriæ tanquam finis vti S.Thomam, art. 1.huius quæstionis.Sed certe sanctus Thomas nomine finis intellexit & rem,quę est aliquo modo operatio desiderantis,& id, quod ipsa operatione assequitur,idest finem,qui,& quo, seu per modum adepti, & adeptionis: nam pro eodem reputantur,idemque est intendere inanem gloriam & assecutionem, seu adeptionem,seu possessionem ipsius:idem est intendere Deum,& adeptionem, vel possessionem eius in visione, & fruitione eius sitam. Vnde hic non oportet distinctas quæstiones facere de actu interno, comparatione finis, qui & quo,ab vtroque enim simul, & eodem modo,& per modum vnius pendet bonitas, vel malitia actus interni, & similiter bonitas, & malitia actus externi eodem modo pendet vel non pendet ab intentione vnius, & alterius,quæ omnino eadem est.

Quod vero attinet ad statum præsentis cõtrouersiæ recte Vazquez disputatio.93. capit. 4.num.15.admonet, non esse nobis disputandum, an bonitas vel malitia moralis sit aliquid formaliter,& intrinsece inhærens actioni humanæ exteriori,aut interiori,quid enim sit bonitas,& malitia moralis, & an sit quid intrinsecum actioni internæ,aut externæ superius disputatum est,& vidimus bonitatem, & malitiam moralem, non esse omnino intrinsecas,idest essentiales actioni externæ, aut internæ,sed aliquid inuoluere ipsis actionibus voluntatis accidẽtariũ: & nõ esse omnino denominationes intrinsecas, idest per inhærentiam,sicut albedo intrinsece denominat subiectum, sed aliquid extrinsecum, & non inhærens ipsis actionibus,importare. Sicut esse visum importat aliquid extrinsecum obiecto.Controuersia ergo tantum est, cui nam conueniat primario,& per se bonitas,& malitia moralis actionis internæ, & externæ. 3.

Sectio.2.Varias de præsenti controuersia sententias referens & vltimam eligens, & explicans.

HAE hac re sunt multæ opiniones, non tam in re,quam in modo loquendi diuersæ,vt postea videbimus.Prima est Caiet. hac quæst. 20.art.1.& 2.Azoris tom.1.lib.2.capit.6.quæst. 1.2.3.4.& 5.asserentium iuxta D.Thomam, et veritatem,bonitatem,& malitiam,quæ sumitur ex fine,primario esse in actu interno, indeque ad externum deriuari: eam vero, quæ sumitur ex obiecto : & circunstantijs à fine distinctis, primario esse in actu externo, & inde ad internum deriuari. Primum fundamentum huius opinionis est D. Thom. qui sic plane videtur sentire art.1. Secundum autem est,quia actus interior ideo est bonus ex obiecto,& circunstantijs, quia obiectum, & circunstantiæ eius sunt bonæ, obiectum autem eius est actio exterior:ergo actiones externæ,& earum circunstantiæ, prius sunt bonæ,quam actus interior sit bonus ex obiecto, & cir- 4. 1.Opin.

& circunstantijs. Quod vero bonitas ex fine prius conueniat actui interno, patet quia actus exterior ideo est bonus ex fine, quia intenditur propter bonum finem, ac proinde, quia intentio est bona: ergo talis bonitas prius conuenit actu interno, quam externo, & ab illo in hunc deriuatur. Tertium est, quia in illo actu est primario, & per se bonitas, & malitia, qui per se cadit sub præcepto, consilio, approbatione, reprobatione, seu prohibitione: huiusmodi autem est actus externus, ergo.

5 2. Opin: Secunda opinio est bonitatem & malitiam, siue ex fine, siue ex obiecto, siue ex circunstantijs deriuari ab actu interno in externum, elicitum à potentia exequutiua motus localis, secus in externum elicitum ab intellectu, imaginatione, & appetitu sensitiuo: quoniam potentia exequutiua motus localis obtemperat despotice voluntati, neque vllam habet libertatem, & ideo actus eius nullam possunt habere propriam bonitatem vel malitiam moralem, quæ libertatē includūt: at vero intellectus, appetitus sensitiuus, & imaginatio politice obediunt voluntati, & cum aliqua libertate propria, ideo propriam bonitatem, & malitiam actus ipsarum habere possunt.

6 3. Opin. Tertia opinio ait, omnem malitiam formalem sumptam ex obiecto, & circunstantijs primario esse in actu externo; & inde ad internum deriuari. Formalem autem malitiam ex fine, qui non est actio appetentis finem, & omnem bonitatem ab actu interno ad externum deriuari, & primario esse in actu interno. Ita tenet quidam modernus. Primam partem nempe omnem malitiam formalem, quæ sumitur ex obiecto, & circunstantijs, esse primario in actu externo, & inde ad internum, deriuari. Probat, primo, quia hæc est sententia D. Thomæ in primis tribus articulis huius quæstionis. 20. Et vbicumque de hac re loquitur, vt fusius ostendit postea. Secundo, quia illa actio moralis est primarie & ratione sui, non ratione alterius mala, quæ primario prohibetur, aut prohiberi potest: sed actio exterior est huiusmodi: ergo est mala primarie ea malitia, quæ sumitur ex obiecto, & circunstantijs, quia vero actio interior non est prohibita, nec prohiberi potest, nisi ratione exterioris, non est primarie malitia eiusmodi n illa, sed secundarie. Pro explicatione huius rationis supponit, non omnia peccata esse mala, quia prohibita lege humana, vel diuina; sed quædam esse peccata, & mala secluſa omni lege, quamuis autem ratio malitiæ moralis, & peccati consistat in disconuenientia operationis cum natura rationali, vt rationalis est, siue supposita lege prohibente, siue non; tamen hoc certissimum videri, ex his peccatis, quæ sunt peccata, quia prohibita eas actiones esse primarie peccata, quæ primarie prohibitæ sunt. Nam ratio peccati, & disconuenientiæ proxime oritur, ex eo quod actio vetita sit, tanquam ex causa aut conditione, & ita ei actioni, cui primarie conuenit vetitam esse, primarie conuenire rationem disconuenientiæ & peccati, ac proinde actionem externam esse primarie malam, internam vero secundarie: constat enim actionem externam primarie prohiberi, & inde deriuari prohibitionem ad interiorem, nam præcepta humana non possunt proxime, & immediate, sed remote tantum circa affectus versari. Lex autem diuina licet posset proxime illos prohibere, non tamen id facit, quando peccata in externo opere consumantur. Vnde non dicit ne velis falso iurare, aut ne velis falsum testimonium dicere, sed ne iures, ne falsum testimonium dicas. Quod si nonum & decimum præceptum directe prohibuerunt concupiscentiam vxoris, & rei alienæ, non ideo factum est, quia talia præcepta directe & primarie ferantur in tales affectus, & secundarie in opera extetna. Sed sub ea forma lata fuere ad tollendam opinionem vulgi, ne putaret, licitum esse huiusmodi res concupiscere, & sola opera externa prohiberi. Cum tamen vetito externo opere, quod iam. 6. & 7. præcepto vetitum erat; sufficienter affectus prohibitus esset. Actio ergo exterior, quia primario est prohibita, vel ex se habens malitiam, ob quam prohiberi possit, primarie est mala, secundarie vero actio interior, quæ non est prohibita, nec mala ratione sui, sed ratione exterioris.

7 Tertio probat quia illa actio est primarie mala, quæ primarie dissētanea est naturæ rationali. sed sola actio externa est huiusmodi, ergo illa primarie est mala; interna autem secundarie, quia secundarie est dissentanea naturæ rationali, non enim ideo iurare falso est dissētaneū naturæ rationali, quia id est volitum, sed ideo volitio iurandi falso est dissentanea naturæ rationali, quia iurare est dissentaneum. In eodem capit. reijcit responsiones quasdam harum rationum de quibus disseram postea. Secundam autem partem, scilicet malitiam ex fine, qui non est actio appetentis illum, primarie conuenire actioni externæ, & inde secundarie deriuari in externum, probat præ notans finem cuius gratia à nobis intentum, duplicem esse posse, potest enim esse & actio nostra, vt fornicatio, & res aut actio alterius, vt inanis gloria, vel laus apud ipsum: quo supposito ait, quotiescunque

cumque finis non est operatio nostra, sed alterius, aut res mala ex fine primarie est in actione interiori intentionis, & ex ea secundarie in actionem exteriorem deriuatur: tunc autem nulla alia actio exterior est, quam actio quæcumque, quæ assumitur vt medium ad talem finem. Vt cumquis appetit vt finem laudem hominũ, & ad hoc assumit varias actiones suas, & occasiones, ex quibus laudari possit, malitia inanis gloriæ, quæ est malitia ex fine, primarie est in intentione, secundariè autem in actionibus externis, quæ adhunc finem assumuntur. Quare sane videtur mens D. Thomæ, qui hunc finem inanis gloriæ in exemplum adduxit. Ratio vero est manifesta, quia in eo est primarie malitia, quod primarie prohibetur, vel prohiberi potest tanquam dissonum rationi, sed in casu dicto intentio est, quæ primario prohibetur: ergo malitia ex fine, qui non est actio ipsum appetentis, primarie est in intentione: minor patet, quia in dicto casu non prohibetur mihi primarie, & per se finis, scilicet laus humana cum non sit in ea actio, & laus secundum se non est prohibita, nec iudicatur disconueniens per regulam rationis, immo potest esse bona ex parte laudantis. Præterea actio exterior quę assumitur, vt medium ad captandam laudem humanam, non potest esse primarie vetita, nec primarie disconueniens, sed tantum ratione intentionis. Restat ergo vt id quod primarie prohiberi potest, & esse disconueniens in euentibus illis, in quibus humanæ laudes & similia dicto modo sunt mala, sit intentio humanis gloriæ, ac proinde malitia inanis gloria primarie conuenit intentioni, & inde deriuatur in actionem exteriorem, quæ sumitur, vt mediũ, ad vanam & inanem gloriam: idem in alijs exemplis dici posset: ideo enim mala est, quia intentio inanis gloriæ mala est.

8 Idem ait Neothericus ille, quoties peccatum aliquod talem speciem habet, vt licet prodeat in exteriorem materiam, nihilominus peculiari aliquo respectu interius consummetur, quia eius malitia consurgit ex directo aliquo, & expræso respectu, & talis malitia potest dici malitia ex fine, qui est res, quia non reperitur in ipso opere exteriori, sed in respectu illo voluntatis primarie est, vt cumquis occidit ex odio, quia vult alicui mortem, vt malum illius est ex displicentia ipsius, talis malitia odij primarie conuenit actioni interiori: nam actio exterior occidendi, secundum se non habet malitiam odij, sed eam solum habet ex directo affectu displicentiæ. Ex quo habet talem respectum, quem secundum se habere non posset. Simile est in peccato inobedientiæ specialis, quod fieri debet ex intentione expressa non parendi, nam eadem ratio est.

Sed notat dictus auctor, quando ait, malitiam ex fine, qui est operatio alterius, primarie esse in intentione, per operationem alterius, se non intelligere eam, quæ ex parte alterius sit peccatum, tunc enim alia regula habenda est, sed eam, quæ non sit peccatum vt patet in intentione inanis gloriæ & laudis, quæ in laudante, peccatum non est. Si tamen finis sit operatio alterius, quæ sit peccatum, & illud subsit nostræ potestati, tanquam causæ inducenti per aliqua media, tunc siue operatio alterius mala, in quam ferimur, tanquam in finem, sit mala malitia, quæ consumatur exterius, vt furtum, & homicidium, siue sit mala malitia, quæ consumatur interius vt odium, dicendum est, nunquã ab operatione alterius, quam quis habet, vt finem deriuari malitiã per analagiam, sicut ab actione exteriori propria deriuatur in interiorẽ. 9

Ratio vero est, quia intentio vnius, cum actione alterius, quam respicit, vt finem, nõ facit vnam operationem in genere moris, eo quod non sit in vtroq. vna ratio voluntarij, qua connectantur, & fiat vnum opus morale, sed operatio alterius habet rationem liberæ à voluntate ipsius, nõ autem à voluntate eius, quitendit in eam sicut in finem; ex quo fit, vt is qui alteri suasit homicidium, vel dedit ei occasionem, vt occideret nihil minus peccet, si ille qui occidit ignorans, & absque libertate occidat, quam si sciens & libere occideret: signum igitur est ab ea operatione externa non deriuari malitiam in intentionem eius, qui suasit; siquidem intentio semper manet mala, etiam si operatio alterius non sit mala. Tunc igitur malitia erit primarie in actione externa, quæ sumitur vt medium ad homicidium, vt in suasione, vel alia occasione, & ex illa deriuatur in intentionem, & electionem secundarie. Idemque iudicium erit de medijs, quæ apponuntur, vt alter peccet peccato, cuius malitia consummatur interius, vt peccato odij. Nisi quod media, quæ apponuntur ad peccatum, quod interius consummatur, non sunt eiusdem speciei cum eo, sed diuersæ. Secus vero media, quæ apponuntur ad peccatum, quod exterius consummatur. Ratio vero discriminis est, quia sicut in eodem homine actus voluntatis reflexus, quo quis vult habere alium actum voluntatis, non est eiusdem speciei cum eo, & nunquam facit vnum cum eo in genere moris, ita media, quæ vnus applicat admouendam voluntatem alterius, non erunt eiusdem speciei, cum

cum peccato, quod consummatur in voluntate alterius, contra vero sicut media, quæ quis apponit ad aliquod opus, quod consummatur exterius, sunt eiusdem speciei cum opere ipso in eodem homine, vt omnia quæ applicantur ad homicidium: ita etiam in diuersis hominibus omnia, quę applicat vnus ad opus alterius, sunt eiusdem speciei cum opere alterius vt patet in exemplis allatis. Si vero finis intentus ab aliquo sit actio exterior ipsius, vt si furatur propter adulterium, auctor ille dicit contra Caietan. malitiam quidem finis primarie reperiri in actione exteriori, quę assumitur vt finis, nempe in adulterio, secundario autem in intentione adulterij, & electione furti, & tandem in ipsa actione externa furandi: quia intentio adulterij ideo est prohibita, quoniam adulterium est prohibitum, ergo malitia adulterij in intentionem derivatur, & inde in electionem & executionem medij, quæ etiam sunt prohibitæ, eo quod finis ille est prohibitus.

10 Tertiam partem suæ opinionis scilicet omnem bonitatem actus externi ab interno deriuari. Probat auctor ille, quia actus, vt
3. Pars probatur. sit studiosus secundum Aristotel. 2. Ethic. capitulo. 4. non tantum debet esse circa bonum obiectum, sed etiam debet homo amare ipsum propter propriam eius bonitatem, vt in superioribus dictum est contra aliquos male exponentes Aristotelem, vt solum velit, actum tunc pertinere perfecte ad aliquam virtutem, quando fit ex habitu virtutis, & propter finem & motiuum proprium ipsius virtutis, sed non est dubitandum quin Aristoteles velit, etiam si quis opus ex se iustum faciat: iuste tamen non agere, nec ex iustitia, nisi propter motiuum proprium iustitiæ illud faciat & sic de actibus aliarum virtutum: hoc autem conuenit actui externo per actum interiorem, ergo actus externus habet bonitatem ab interno. Hæc in summa ferè ijsdem verbis tradit Neotericus ille.

11 Quarta & vera opinio est, omnem formalem bonitatem, vel malitiam sumptam ex
4. Opinio. auctoris. obiecto, vel circunstantijs primario esse in actu interno, & inde ad exernum deriuari; quæ vero est ex fine, prius esse in actu interno: obiectiuam vero omnem prius esse in actu externo, & inde ad internum deriuari. Ita docent D. Thomas in hac quæstio. præsertim articulo primo, tertio & quarto, & tertio contra gentes, cap. 10. Ferrar. ibi, & Theologi communiter, secũdo distinctione 42. vbi Bonauentura, & Richardus articulo primo, quæstione prima, Durand. quæstione prima, Gabriel. articulo primo & secundo. Scotus, quæstione. 4. §. Ad istas quæstiones, &. §. ad secundam quæstionem Ocham. 3. quæstione. 10. & quodlib. 1. quæstione. 10. & quodlib. 3. quæstione. 14. Almain. 3. moral. capitulo. 18. Nauar. ca. consideret, de pœnitentia distinctione. 5. nume. 46. Conrad. hac quæst. 20. articulo. 1. Medina, & alij communiter, & in re existimo neq. Caietan. neque Azorem aduersari, sed tantum in nomine vel modo loquendi vt in sequentibus patebit.

Dico ergo Primo, actus externus indepen- 12
denter ab interno, est bonus, vel malus obiectiuè, ideſt habet bonitatem vel malitiã quãdam, & disconnenientiam cum natura humana ratione cuius bene vel male moraliter amari possit, siue ea malitia obiectiua fundetur in prohibitione iuris positiui, siue non. In hac conclusione nemo vt credo dissentit, vel dissentire potest, est enim notissima, vt patet ex sectionibus superioribus; est tamen cõtrouersia quædam in modo loquendi, quia nonnulli renuunt hanc bonitatem vel malitiam appellare formalem, & solum volunt esse dicendam obiectiuam, & radicalem, seu causalem: alij vero eam formalem quoq. appellant: & sane formalis appellari recte potest, quia proprie, & per intrinsecam denominationem reperitur in actu externo, licet quia est radix & causa bonitatis, & malitiæ, quæ non per modum obiecti, sed per modum actus competit actioni, possit appellari radicalis, & causalis, & dici potest accipere per extrinsecam denominationem, & analogiam nomẽ effectus, nimirum bonitatis & malitiæ, quæ cõpetit actioni per modum actus & formæ, in quo sensu non est bonitas & malitia formalis, quia non est formaliter sed causaliter tantum bonitas, vel malitia, quam habet actus vt est forma Est simile in animali, quod dici potest sanum, quia in se habet humores vel qualitates, proportionatas, & sic est sanum proprie formaliter, & intrinseca denominatione & potest dici sanum, quia per modum cibi potest sanitatẽ alterius animalis causare aut cõseruare, & sic est sanum impropriè, analogice, & per extrinsecam tãtum denominationem, quia tamen bonitas illa obiectiua nõ est formalis eo modo, quo ea, quæ cõpetit vt in exercitio est, eo quod non cõpetit actui, vt forma est, sed vt obiectum est. Ideo non solemus appellare illam formalem, sed obiectiuã tãtum, vel causalem, aut radicalem, eam vero appellamus formalẽ, quæ competit actui nõ vt est obiectum, sed vt est actus moralis, et forma quædam: et prima quidem competit actui externo, vt est in apprehẽsione, et ideo antecedit actũ internũ volũtatis. 2. Autẽ cõpetit actui, vt est aparte rei in executione, et sequitur actũ internũ volũtatis. Alia cõtrouersia est, an 14.

omnis bonitas, & malitia intentionis sumatur ab aliquo actu externo malo eiusdem hominis habente rationem obiecti illius intentionis:nam auctor tertiæ opinionis vt patet in secunda parte illius opinionis plane docet malitiam alicuius intentionis aliquando non sumi ab aliquo actu externo malo eiusdem hominis habente rationem obiecti respectu ipsius intentionis, quod licet in alijs exemplis verissimum sit, tamen in primo exemplo inanis gloriæ mihi non placet. Cum enim intendit quis inanem gloriam, vel laudem, sanè vult illam assequi aliqua sua cooperatione, alioqui desiderium erit simplex, non vero intentio: si autem vult illam assequi aliqua sua cooperatione, seu ponendo media, iam vult illis medijs efficere & comparare inanem illam gloriam, quæ actio externa est obiectiuè mala & ideo iutentio inanis gloriæ est mala, ergo talis intentio malitiam sumit à malitia actus externi qui est obiectum ipsius met intentionis. Confirmatur,quia intentio inanis gloriæ ideo est mala quia procuratio ipsa seu comparatio est prohibita, & non econtra, ergo primario est malitia in illo actu externo, & inde ad intentionem, cuius est obiectum,deriuatur, nec oppositum docuit D. Thomas in hac quæstio. articulo primo, dicens, *quod cum quis dat eleemosynam ob inanem gloriam malitia ex fine illo sumpta ab actu interno in externum deriuatur.* Nam loquitur de actu externo qui est datio eleemosynæ,in quem ab intentione deriuatur malitia, ad intentionem vero deriuatur ex actu externo, qui est comparatio, & captatio inanis gloriæ, quæ propter se est prohibita, & in se est obiectiue mala,& ideo intentio eius est mala.

14. Circa id vero quod auctor tertiæ opinionis dicit de inducente alterum ad homicidium, vel aliud peccatum,aduertè malitiam actus interni tunc existentis non sumi (vt auctor ille dicebat) ex actione externa,quæ sumitur vt medium ad homicidium qualis potest esse suasio vel iussio, sed ex ipso homicidio, quod vetamur facere, siue executiuè, siue præceptiuè, siue suasiuè, & ideo consequenter prohibemur illud; & media ad illud velle & similiter si induco alterum ad peccatum odij, vel in obedientiæ formalis, ex illo obiecto, quod efficere est perse & primario mihi prohibitum, sumitur malitia intentionis & electionis, quæ autem malitia inde sumatur, aperiemus in materia de peccatis: nunc satis est dicere, in dicta suasione, vel præceptione semper interuenire malitiam scandali, licet ruina proximi non sit perse intenta:item cum suademus aliquid, quod alter iniuste faciet, nos quoque iniuste suadere, quia ex iustitia tenemur, nec suasione, nec facto damnum inferre alteri in rebus suis, vel ad quas ius habet. Cum vero inducimus aliquem ad fornicationé simplicem, vel vt procuret inanem gloriam, non peccamus peccato fornicationis,seu intemperantiæ, nec inanis gloriæ, quia non tenemur ex castitate, vel temperantia alios ad intemperantiam non inducere, nec ex virtute opposita vitio inanis gloriæ alios ad inanem gloriam non inducere & sic de similibus. Vt è contrario quando inducimus aliquem ad castè viuendum, non exercemus nos virtutem castitatis sed charitatis,si velimus ei castitatem quia bonum eius est, &c.

Dico secundo omnis bonitas & malitia formalis, quæ competit actui, vt actus & forma est, seu in executione, est primario in actu interno voluntatis, & inde ad externum deriuatur. Hæc est expressa sententiæ D. Thomæ, articulo primo & omnium autorum quartæ opinionis saltem eorum, qui tenent,actum externum nullam addere bonitatem, vel malitiam moralem actui interno, nam qui tenent,addere aliquem gradum,non possunt dicere sumi ab actu interno nisi forte quia nec ille gradus esset in actu externo, nisi bonitas & malitia eiusdem rationis, licet inferioris gradus, præcessisset in actu interno. 15 *2.Conclu.*

Conclusio, probatur primo: eiusmodi bonitas, vel malitia primario competit actui, per quem primario sumus digni præmio, vel supplicio & qui primo est laudabilis, vel vituperabilis: sed huiusmodi est actus internus, ergo: Secundo aliqui actus interni non causant actus externos,quos habent pro obiectis vt actus quo amo Deum & volo ei suum esse & viuere &c. id non causat, sic actus, quibus volo vitam, honorem vel diuitias proximo, sæpe ista non efficiunt,ergo in executione actus interni non habent bonitatem, vel malitiam ab externis executioni mandatis, sed in apprehensione tantum existentibus, ac proinde à bonitate vel malitia obiectiua eorum apprehensa, non vero exercita, seu in executione posita, & multo minus à bonitate & malitia, quam non habent vt obiecta, sed vt actus & formæ,quibus meremur, vel demeremur, non enim meremur, vel demeremur per actus tantum apprehensos, sed per actus in re existentes:cum :ergo actus externi non dentur in re, vel dentur post actus internos, iam

iam habentes suam bonitatem & malitiam, non potest eorum malitia ab externis actibus in eos deriuari, nec primario conuenire actibus externis, sed internis & ex illis ad externos procedere. Hoc ipsum est manifestius in actibus, qui non sunt causatiui actuum externorum, vt vellem Petrum viuere, vel mori, me nihil ad eius vitam, vel mortem cooperante. Hic enim nullus est in re actus exterior, qui sit obiectum interioris à quo possit in interiorem formalis bonitas, vel malitia deriuari. Idem igitur fieri potest in actibus internis, qui habent pro obiectis actus externos re vera impossibiles, licet forte apprehendantur, vt possibiles, & in actibus, quibus proponimus facere aliquid non statim, sed in posterum, vel quibus apponitur impedimentum, & ita non inferentibus actus externos: nam si vel actus externos non inferunt, vel postea inferunt, quam ipsi sint boni vel mali, constat non pendere eorum bonitatem, vel malitiam à bonitate, vel malitia actuum externorum; sed primario internis competere, & inde ad externos deriuari. 3. Probatur conclusio, quia bonitas & malitia moralis primario conuenit, actibus, qui primario, & perse sunt liberi, cum libertatem includat: sed tales sunt actus interni, ergo. Quarto veritas primario conuenit actionibus intellectus, ergo & bonitas moralis actionibus voluntatis. Quinto illi actioni conuenit primario malitia, ex qua dependet bonitas, vel malitia alterius, sed bonitas & malitia actionis externæ pendet ab actione interna, ex cuius mutatione in bonitate & malitia, sequitur mutatio secundum bonitatem & malitiam in actione externa, ergo bonitas & malitia primario conuenit actioni internæ, seu elicitæ voluntatis.

17

Sectio. 3. Obiectionibus aduersariorum satisfaciens.

16 *Satisfit. 1. Opinio.*

EX dictis patet, primam opinionem positam sectione præcedenti, si velit bonitatem & malitiam ex obiecto, & circunstantijs alijs a fine, primario reperiri in actu externo, veram esse, si sermo sit de bonitate & malitia obiectiua, seu competenti obiecto, cum primum apprehenditur & excipiantur actus externi, qui certum genus malitiæ habent præcise, vt subsunt actibus internis, quales sunt actus externi habentes malitiam odij, & inobedientiæ formalis: nam vt apprehendatur in illis hæc malitia, apprehendi debent actus interni, & ideo in ea pendere dicuntur ab actibus internis, sic etiam bonitas quorundam actuum externorum ab actibus internis pendet, quia nec in apprehensione absque illis esse potest, vt bonitas obedientiæ formalis in actu externo, etiam secundam apprehensionem pendet à bonitate apprehensa actus interni, quem imperauit; sicut bonitas, quam actus externus habet ex fine in quem ordinatur, quasi medium, pendet ab intentione illius finis, quia nec apprehendi potest, nisi apprehensa intentione illius finis.

Si vero prima opinio velit, (quod minime credo) bonitatem & malitiam moralem formalem, seu quæ competit actui vt actus & forma, & non vt obiectum est, competere primario actui externo, falsa est, nec eius argumenta vllius sunt momenti. Ad primum enim Respondetur D. Thom. articulo. 1. cum ait, *bonitatem & malitiam ex obiecto & alijs circunstantijs à fine, conuenire primariè actui externo*. Loqui de bonitate, & malitia obiectiua, seu quam habent actus per modum obiecti & in apprehensione. Hanc enim habet primario externus actus. Et hoc probat, secundum & tertium argumentum illius opinionis.

2. Opinio nec auctorem pro se habet, nec firmam rationem: nam actus intellectus, imaginationis & appetitus sensitiui nullam habent libertatem comparatione harum potentiarum, sed voluntatis tantum, sicut actus potentiæ executiuæ motiuæ secundũ locum. Vnde quantum attinet ad præsentem controuersiam, eadem de vtrisque ratio est, & neutri habent bonitatem, vel malitiam formalem per modum actuum & formarũ, nisi ab actibus internis voluntatis. 17 *Satisfit. 2. Opinio.*

3. Opinio ferè tota cum nostra conciliari potest, quod enim in prima parte ait, malitiam ex obiecto & circunstantijs alijs à fine, primarie conuenire actui externo, & inde ad internum deriuari, verum est de malitia obiectiua, quam diximus aliquo modo formalem appellari posse, secus de malitia formali, ideste competente actui, non vt obiectum sed vt actus, & forma est, qua reddimur digni præmio vel supplicio: hæc enim primario est in actu interno voluntatis. 2. Vero eius pars, scilicet malitiam intentionis aliquando non sumi ab actu externo, qui est eius obiectum, vera est in quibusdam eius exemplis, licet non in omnibus. 18 *Et iudicium de 3. Opin.*

3. Denique pars, scilicet omnem bonitatem conuenire primarie actui interno, & inde ad exteriorem deriuari, si de formali competente actibus, vt formis sermo sit, ve-

rissima etiam est, si vero de competente actibus vt obiectis & in apprehensione partim est vera partim non. Nam bonitas quam habet actus externus ex fine (quem non includit) nec in apprehensione illi competit, nisi ab actu interno, per quem refertur, vel referendus est in talem finem: bonitas vero quæ cõpetit actui externo ex proprio obiecto, seu malitia & circunstantijs, quæ consistit inconuenientia ad naturam intellectualem, & non in eo, quod propter se appetatur, non pendet ab actu interno, quin potius primatiè competit actui externo & inde ad actum internum intentionis, & electionis deriuatur.

Sectio. 4. An bonitas & malitia moralis externo actui competat, etiam quando à voluntate reuocari seu impediri non potest.

19 *1. Opinio.* PRIMA Opinio est, actiones externas voluntatis eo tantum tempore esse malas, quo reuocari seu impediri à voluntate possunt, quia eousque earum continuatio à voluntate pendet. Cum vero sunt extra potestatem voluntatis, iam non esse moraliter malas, nec peccata proprie loquendo, etiam si exordium à voluntate habuerint, quia iam libere non fiunt, quod tamen requiritur. Vt malæ moraliter sint. Ita docet Vazquez, disputatione. 73. capitulo. 9. numero 46. & 47. & disputatione. 94. capitulo. 2. & 3. cum Gabriel. 2. distinctione. 42. quæstione. 1. Quod confirmant, alioqui si quis se præcipitem dedit, motus ille deorsum cum reuocari nequit, peccatum erit, & similiter si quis alteri venenum propinauit, tandiu peccabit, quandiu venenum ad mortem operatur, idem est si quis emisit sagittam vt alium occideret, vel ignem admouit vt domum eius combureret, ac proinde poterit homo simul peccare & esse in gratia nimirum si dum ignis, vel venenum operatur, vel sagitta mouetur, vel præcipitationis motus durat, homo ad Deum se conuertat. Addit tamen Vazquez, etiamsi actus illi externi dum reuocari non possunt, peccata non sunt, tamen quia in exordio & applicatione, vel causa peccatum intercessit, actu externo secuto, excommunicationem, irregularitatem & alias pœnas, obligationemque restituẽndi inducere posse.

20 *2. Opinio.* 2. Opinio communior inter recentiores est, actiones externas etiam cum reuocari non possunt peccata esse, si per pœnitentiam, vel contrariam voluntatem, vel infusionem gratiæ, aut quid simile præterita voluntas libere retractata non fuerit, quamuis cum reuocari & impediri non possunt, ad nouam culpam non imputentur.

21 *Resolutio authoris.* Quæstio sane, inter hos de nomine fere est, & eadem cum illa, an pollutio in somnijs peccatum esse possit, & an omissio quæ non est libera in causa præsenti, peccatum sit, de qua difficultate multa habes in tractatu de voluntario, quæ hic inferenda non sunt. Vide Henrriquez. 2. de pœnitentia, capitulo. 5. §. 5. Henricum Gand. quodlib. 3. quæstione. 26. glossam capit. quia vero distin. 6. & alios, quos referemus tractatu. 13. de peccatis disputatione. 2. sectione. 9. Vbi late de hac re agemus, solum aduerte cum Vazquez, illo capitulo. 9. quando ignis à me applicatus comburit alienam domum, vel fera à me incitata hominem occidit, vel venenum à me propinatum ad mortem, operatur combustionem, & occisionem, vt est à causis illis naturaliter, & sine libertate concurrentibus, peccatum non esse, sed vt aliquo modo est à me, qui causas illas applicui. Item nihil ad presentem controuersiam referre, (quidquid Gabriel. existimauerit) an bonitas & malitia actus primarie competat actui externo, an vero interno, si enim dicatur primarie conuenire actui interno vt tenet Gabriel, dici potest bonitatem, & malitiam actus interni non deriuari ad externum nisi quandiu in causa præsenti liber est & libere reuocari seu impediri potest, vt tenet prima opinio, vel tandiu esse peccatum, quandiu voluntas, non retractatur, vt tenet secunda opinio & eadem opinionum varietas esse potest, tenendo bonitatem, vel malitiam primarie conuenire actui externo, nam poterit vnus dicere in ea bonitate vel malitia pendere à libertate presenti, alius vero sufficere libertatem præteritam non reuocatam seu retractatam.

Sectio. 5. Virum actus internus & externus duo peccata sint.

22 *1. Opinio.* PRIMA Opinio affirmat, duo peccata esse, quam tenet Scotus, quodlib. 18. articulo. 3. putans, actum externum aliquid bonitatis & malitiæ addere actui interno, ex quo fundamento recte eius sententia colligeretur, si verum esset, esse tamen falsum sectione sep ma ostendemus, ex illis vero qui tenent, actũ externum nihil bonitatis, vel malitiæ addere actui interno, sunt qui dicant hos duos actus,

duo

duo peccata esse, Ocham quod lib. 1. quæst. 20. Gabriel. 2. distinctione. 42. quæst. 1. in fine, videtur etiam Gregor. 2. d. 42. q. 1. conclu. 2. 5. & 6.

2. Opinio ait, actum externum voluntatis, 23
si sit elicitus ab intellectu, vel appetitu sen- 2. Opinio.
sitiuo, vel imaginatiua duo esse peccata, quia actus harum potentiarum addunt aliquam bonitatem, vel malitiam moralem actui interno, seu elicito voluntatis, secus vero quando actus externus est elicitus, seu procedit à potentia motiua secundum locũ; quia iste actus externus nullam moralem bonitatem addit actui interno.

3. Opinio est actum internum seu elici- 24
tum voluntatis & actum externum volun- 3. Opinio.
tatis, seu elicitum ab alia potentia, imperatum vero a voluntate, vnum & idem peccatum esse, & non duo peccata, Itaque voluntas homicidij, & homicidium, voluntas furandi, & furtum, voluntas iudicandi temerariè & iudicium, voluntas sentiendi cõtra fidem & ipse assensus, idem peccatum sunt. Ita magister. 2. d. 42. capitu. 10. S. Thom. ead. distin. quæst. 1. articul. 1. Capreol. quæst. 1. articulo. 1. conclusione. 1. & ar. 3. ad argumenta contra illam, Bonauentura. articu. 1. quæst. 1. Richard. artic. 1. quæstio. 1. in corp. & ad. 3. Durand. quæstione. 1. nume. 6. Caietanus, Conradus, Medina, & alij recentiores in hac quæst. artic. 3. cum D. Thom. ibidem in corpore, & ad. 1. Vazq. disputat. 74. cap. 2. Palac. 2. distinct. 42. quæstio. vnica Maior. quæst. 1. Ægidius, quæstione. 1. articulo. 1. Nauarrus, prælud. 7. numero. 23. Azor, tom. 1. lib. 2. capit. 6. quæst. 5.

Hanc conclu. probant bene Richardus, Durand. & recentiores Thomistæ, quia nomina substantiua non dicuntur pluraliter, nisi multiplicata forma. Sed eadem est malitia actus interni & externi, ergo idem peccatũ sunt, sicut tres personæ diuinæ sunt vnus Dominus, vnus creator, & opifex, & Pater, ac filius vnum principium Spiritus Sancti, & vnus spirator, & si tres personæ assumerent eandem humaninitatem, essent vnus & idem homo, & si tres res haberent eundem numero calorem, essent vnum calidum substantiuè, licet non adiectiuè, vt in materia de Trinitate, & incarnatione cum communi docuimus: Quare nullius momenti est, quod nonnulli recentiores hic articulo. 3. contra hanc rationem obijciunt, scilicet nomina concreta substantiua, si significent quasi adiectiuè, vt quando forma est illis accidẽtalis, multiplicari, non multiplicata forma. Vt in illo casu de tribus personis assumentibus eandem numero humanitatem, & quod si alia ratio non obstaret, saltem actus interior & exterior dicendi essent mali, seu duo mala adiectiue: quod falsum putant, sed sine fundamento. Illud vero, quod pro tertia opinione adducunt nimirum, quia actus interior & exterior, licet in genere naturæ sunt duo actus, tamen in genere moris idem actus censentur; eo quod eandem habent rationem liberi, & voluntarij, nam actus exterior propriam libertatem non habet, sed ratione actus interni liber dicitur. Illud inquam fundamentum nullius momenti est, nisi ad nostrum reducatur, ideo enim actus interior, & exterior in genere moris idem actus censentur, quia eandem habent bonitatem, vel malitiam moralem, ideo vero eandem habent, quia eandem habent rationem voluntarij, & liberi, quæ primario est in actu interno & inde ad externum deriuatur, & ita & vnitatem moralis actus, et vnitatem peccati fundare potuerunt D. Thom. articulo. 3. et. 1. distin. 42. quæst. 1. articulo. 1. Capreol. quæst. 1. conclu. 1. Conradus, hac quæst. 20. articulo. 3. Rectè autem Valentia disputatione. 2. quæst. 15. puncto. 4. primam et tertiam opinionem, nunc recitatas conciliat, vt sectione vltima huius disputationis ad secundam confirmationem. 9. argumenti referemus, et ibi ad huius rei maiorem explicationem aliquid addemus.

Sectio. 6. an quoties affectus voluntatis circa idem reperitur, plura debeant censeri peccata.

DE hac re differunt Caietan. tom. 1. opus. tracta. vltim. responsione. 15. dub. 2. et. 2. 2. quæst. 66. articu. 3. circa ad. 3. Canus relectione de pœnitentia, parte. 5. Ledesma. 2. 4. quæst. 9. artic. 1. dub. 3. Nauarr. in summ. capit. 6. num. 16. et. 17. et ca. consideret de pœnit. distinct. 5. num. 48. Suarez, 3. par. tom. 4. disput. 22. section. 5. Vazq. 1. 2. tom. 1. disputat. 75. Emanuel Rodriguez verbo confessio capitu. 52. num. 6. Ludouicus Lopez. 1. par. instructorij conscientiæ capit. 31. et alij referendi. 25

1. Opinio est semper esse censendum vnũ 1. Opinio.
peccatum in genere moris continuatum, et tanquam vnum solum in confessione explicandum, quoties homo in eodem affectu voluntatis virtute perseuerare dicitur. Tunc autem virtute aliquem in aliqua voluntate perseuerare quando semel apud se constituit aliquem occidere, aut furari & nunquam id expresse retractauit, ita vt licet sæpius repetat idem propositum, non debeat iudicari nouum peccatum & tãquam diuersum

in confessione explicandum. Hanc esse satis vulgarem, & plausibilem non paucorũ sententiam, ait Vaz.disp.75.c.1.videriq. Cani expressam in relectione de pœnitentia, part. 5. §. & per hoc ad primum; vbi ait, dupliciter interrumpi posse aliquod propositũ, primo cõtraria voluntate, & tunc si iterum propositum retractatum repetatur & renouetur, fieri nouum peccatum, & tanquam nouum in confessione explicandum esse. 2. naturali obliuione aut distractione dũtaxat, & tunc non opus esse exprimere numerum affectuum, & volũtatum repetitarum. Intelligit autem etiam si optime possent exprimi: Nam si solum existimaret, ideo non debere exprimi, quia non possent affectus numerari, idem omnino in priori casu dicere debebat, si eadem esset causa, & ratio nó exprimendi tot affectus & peccata. Addit Canus in eo casu, quo cẽsetur esse vnum peccatum, explicãdam esse durationẽ, non quia sit nouum peccatum, sed quia sit circunstantia notabiliter aggrauans. Existimant vero confessarij non pauci, hanc sententiam sic explicatam fuisse Caietani, & Nauarri locis citandis: quos tamen aperte falli ait, Vaz. cui videtur omnino falsa & nullo probabilitatis fundamento munita. Nam quoties sunt diuersæ actiones humanæ nullo modo continuatæ, non possunt aliqua ratione in vnam coalescere, fieri autẽ potest, vt posterior actio voluntatis nullam habeat continuationem cum prioribus, vt patet, cum quis hac hora odio habet fratrem suum, & hora sequenti similiter, & sic deinceps, vt enim continuari dicerentur hæ voluntates, aut in seipsis physicè continuari deberent, aut moraliter in aliquo tertio, aut quod prior volũtas manere dicere tur, quandiu non retractatur: nihil autẽ horũ dici potest, quando actio peccati interius cõsummatur, vt in exemplo odij allato.

26 Primũ physicè non continuari has voluntates manifestum est, cũ sint omnino diuersæ. Deinde neq. moraliter in aliquo. 3. vniri, cõstat, quia non manet aliquis effectus communis vt supponimus. Postremo, neq. illæ volũtates continuantur, quia actio prior dicatur manere, quousq. retractetur: quoniã cum ipsa actio non maneat, neq. aliquis ipsius effectus, sequitur, non ita manere vt imputetur ad actualem culpam, licet ratione illius quatenus præterita est, & non retractata, dicatur homo manere in peccato per modum habitus, ergo plures voluntates huiusmodi repetitæ non vnum, sed plura debent censeri peccata. Istam quoque sententiam Cani, si nihil amplius ei addatur, incredibilem putat Suarez: alias enim qui non habet prauum consensum circa talem rem vel personam & ab illo cessauit sine vlla retractatione, vel cõtraria voluntate, & post mensem iterum consentit non committeret nouum peccatum, nec teneretur illam multiplicationem in confessione explicare: quod est omnino falsum, & contra communem sensum, & totius ecclesiæ vsum, & contra rationem. Quia illa peccata sunt omnino distincta coram Deo, merenturq. distinctos gradus pœnæ, & si essent actus boni & meritorij, mererentur distinctos gradus gloriæ, sunt etiam satis distincta apud homines, tam quoad cognitionem, quam quoad æstimationem & iudicium de illis ferendum. Ac denique nullam interse habent vnionem physicam, aut moralem, vt constituant vnum peccatum, & fundamentum Cani, friuolum etiam putat Suarez, qui enim aliquid voluit & illam voluntatem non retractauit, si tamen ab illa, & ab omni actione morali ex illa procedente prorsus cessauit, dici quidem poterit, manere habitualiter, & secundum moralem æstimationem in illa voluntate, seu in statu peccati; non tamen perseuerare moraliter in actuali peccato; Vt autem peccatum sit vnum numero non satis est durare in statu peccati, seu habituali voluntate, nisi aliquo modo duret peccati commissio actualis; Vnde quod Canus addit de explicanda duratione temporis nec recte, nec satis consequenter dictum est, quia si in toto illo tempore non est repetita prior voluntas necesse non est durationem temporis explicare, quantumuis magna sit, quia peccatum non augetur ex eo, solum quod in habituali statu eius moraliter perseueratur absq. illa retractatione, solum ergo erit necessarium explicare tale tempus, quãdo in illo fuerint multiplicatæ tales voluntates, ergo oportet eas explicare.

27 2. Opinio quam tenent quidam recentiores, & putant esse Caietan. tom. 1. opuscul. 31. quæst. 17. responsionum, responsione. 15. q. 2. & 2. 2. quæstione. 66. articulo. 3. circa solutionem tertij, & Nauarr. in summa, cap. 6. nu. 16. & in c. consideret de Pœnit. d. 5. num. 48. est affectum voluntatis interceptum, & sæpius repetitum, censeri vnum numero peccatum, quoties non consummatur interius, sed exterius, & in aliquo opere ab ipso producto manere dicitur, veluti cum quis intentione occidendi inimicum statuit, ire Toletum, & deinde ex hoc affectu multa præparat ad iter necessaria, & tãdem iter facit, quoties in aliquo ex his effectibus ex tali affectu procedẽtibus perseuerat, dicitur actu peccare eodem num. peccato, etiam si priorem volũtatem expressam occidendi habeat, ac si in voluntate actu perseueraret, & quamuis Canus supra §. huic & aliud, dicat quoties multa concurrunt opera ad eundem finem malum, ea omnia non esse

2. Opinio, recentior.

esse sigillatim explicanda in cõfessione, quia facile ea omnia intelliguntur intellecta præcipua actione, & fine: hoc tamen falsum esse probant illi recentiores, quia intellecta præcipua actione, ad quam cæteræ ordinantur, non ita facile intelligitur quot, & quanta media ad illum finem aliquis elegerit, sed ea ratione aiunt, videri, tunc non explicanda media, quia non habent aliam malitiam, quam finis, & cum ipsa intentione finis moraliter continuãtur. Vt autẽ explicent, qua ratione intentio virtute perseueret in effectu aliquo ratione cuius, etiam si iterum intẽtio repetatur, & renouetur, non debeat censeri nouum peccatum, notant cum Bonau. 2. distinct. 41. artic. 1. q. 3. corp. & ad. 1. Richard. art. 1. quæst. 2. Scoto, q. 1. Gabr. 1. d. 1. q. 1. art. 1. not. 3. ad hoc vt opus aliquod dicatur fieri propter aliquem finem, & ab eo accipere bonitatem vel malitiam non satis esse, si præcedat tempore voluntas finis, & postea sequatur voluntas medij, sed finis debet esse circunstantia medij, alioqui mere comitanter se habebit, vt autẽ sit circunstantia medij, debet medium à fine sicut à causa pendere proximè, aut remote. Si quidem finis eatenus est circunstantia, quatenus finis est, & munus finis exercet, nullum autem aliud est munus finis, nisi eius gratia aliquid fieri, quod enim aliqui dicunt finem influere moraliter in opus cuius re ipsa non est physica causa, commentitium plane est, & petionem principij continet: per hunc enim influxum moralem nihil aliud intelligunt, nisi quod finis eo ipso, quod præcedit, afficiat sua bonitate, aut malitia opera sequentia, & eam in illla deriuet. Quo autem modo id fieri possit cum circa illa non exerceat munus finis, intelligi nequit. Porrò autem ex fine dicetur opus proxime procedere, quoties volũtas finis præsens actu mouet ad opus; remote autem quoties voluntas finis mouet ad opus, tanquam ad medium, & illud ad aliud, & sic connexione quadam vsque ad vltimum, vt docet Suarez, 3. p. to. 3. disp. 13. sect. 3. & Vazq. 1. 2. disput. 75. n. 4. Hoc autem fieri solet etiam non permanente voluntate finis expresse, sed tantum confuse, vt ibidem ait Vazquez.

28. Hoc igitur supposito, sententia illorum recentiorũ est, quotiescunq. voluntas finis permanet in effectu, etiã si postea remoueatur, iudicandum esse vnum numero peccatum, nisi in casib. in quibus dicitur interrumpi moraliter inferius explicandis. Ratio non est, quia voluntas sæpe repetita versetur semper circa idem obiectũ: nam peccata odij, & alia quæ interius consũmantur, non dicuntur cõtinuari & fieri vnum, etiam si versentur circa idem obiectum, vt manifestum est, neq. ideo dicitur repetita illa voluntas esse vnum peccatum cum præcedente, quia posterior volũtas ex priori oriatur, sed quia prior illa voluntas manet in opere exteriori, quod ex tali voluntate assumptum est, & quandiu homo in opere illo perseuerat, dicitur peccare illo peccato, quo peccaret, si adesset expressa voluntas finis, veluti cum quis quærit inimicum vt occidat eum, & ad hoc in domum illius se confert, actio illa eundi in domum inimici, est peccatum homicidij, quia profecta est à voluntate occidendi, & ex tali voluntate virtute dicitur perseuerare; cum igitur repetitur voluntas occidendi, perinde est, ac si prior actus perseuerasset, quia cum opere ipso iterũ continuatur moraliter, & fit idem peccatum cum eo, cumq. opus exterius semper idẽ perseuerans, sit idem numero peccatum in genere moris, renouata voluntate expressa, non poterit fieri nouum peccatum. Hoc autem verum eodem modo est, siue perseueret idẽ opus exterius, quod primo profectum fuit à voluntate finis, siue ex illo opere connexione, & ordine quodam alia opera fuerint deriuata, vt cum quis, vt occidat inimicum, vult se conferre Toletum, ad hoc autem quærit equum, vt autem paret equum, quærit frenũ, & reliqua necessaria, nam omnia hæc opera relata ad eundem finem, & interse ordine quodam cõnexa, constituunt vnam actionẽ, in genere moris, vt omnes fatentur. Addunt recentiores illi, cum illa actio ad aliam ordinatur, non vt est vtilis ad finem, ex quo prius illa electa fuit, sed illa vt est in se delectabilis, iam interrumpi voluntatem illam priorẽ, secus si ad illam ordinetur vt illa est vtilis ad priorem finem, nam tunc manet voluntas prioris finis, saltem confusa, & ideo semper dicitur esse idem numero peccatum.

Hanc sententiam aliqui limitãt ad casum, 29.
in quo voluntas finis, quæ dicitur in opere manere, paulo ante præcessit, si autem talis voluntas multo ante præcesserit, dicunt non manere in opere externo, nec cum illo continuari vnumve peccatum efficere, sicut nec verba sacramentorum, quando multo ante applicationẽ materiæ præcesserunt. Hos reijciunt auctores eiusdẽ sententiæ; quia verba nõ sunt causæ, nec effectus materiæ, vt in illa dicat manere, vel ècõtra, sed cõstituere debẽt vnum integrum signum, quod non constitue rent, si vnum esset longe prius alio, at vero in opere externo semper manet voluntas finis, ob quam fit, ideo etiam si longissime distent, vnum numero peccatum constituunt.

Peccata vero, quæ interius consũmantur, 30.
quia non habent effectum ratione cuius continuentur, tot sunt, quot actus interni physice diuersi, vt peccata odij, & delectationis morosæ, & similia. Si obijcias peccata, quæ in

terius consumantur posse saltim continuari ratione eiusdem affectus: vt si quis vnico actu vellet habere tres delectationes morosas. Respondent illi recentiores, actum reflexum imperantem differre specie in malitia ab actu directo imperato, & ideo continuari non posse, & licet haberent malitiam eiusdem speciei, tamen quando actus imperans fertur in tres delectationes v.g. moraliter censetur triplex peccatum numero, quia habet tres malitias numero distinctas. Continuatio igitur moralis solum fit, aut quando perseuerat eadem operatio exterior, & repetitur voluntas, ex qua ortum habuit, aut quando ex eadem voluntate finis varia applicantur, alioqui nō mala, vt quando ad homicidium præparātur ensis, equus, & alia necessaria, in quo euentu hæc varia opera vnum tantum peccatum cōstituunt cum voluntate ipsa finis, aut certe tunc continuatur peccatum.

31. Hæc in summa recentiores illi, vlterius autem obseruant actiones externas, quæ præparant ad actum consumatum peccati, etiam si ex se habeant malitiam, quia sunt inchoationes quædam peccati, vt tactus libidinosi ad copulam carnalem, censeri idem peccatum cum copula, quando ad eam referuntur, nisi interrumpantur actiones, & non continuentur, aut connectantur: nā si aliquam habeant connexionem, & vna ex alia pendet, fiet vnū peccatum continuatione morali, vt notauit Nauarr. supra: si vero actus sint consumati, vt copulæ, etiamsi vnus alium proxime sequatur, non videtur continuatio moralis, vt censeatur vnum peccatum, quia vnus non refertur ad alium, sed quisq. in se ipso consumatur. Deinde ijdem recentiores explicant, quibus moraliter interrumpatur actus, vt non cēseatur idem numero peccatū. 1. est per contrariam voluntatem expressam. 2. per somnum in quo nulla actio potest peccatum dici, etiá si fuerit voluntaria in causa, quare non probant, quod ait Nauarr. illo cap. consideret. Idē numero peccatum esse quoties, quis animo occidendi inimicum se confert in aliquam ciuitatem, etiamsi in itinere dormiat, & iterum repetita voluntate iter prosequatur.

3. Per inconsiderantiam naturalem, cum homo finem intentum, nec expresse considerat, nec confuse in ipso opere, quod facit, vt cum quis pergit ad occidendum inimicum, & interim animus ita distrahitur, vt nec recordetur homicidij, nec loci inquem tendit, nec malitiæ ipsius itineris, quia in eiusmodi distractione naturali non potest esse moralis malitia, qua continuetur prior actio mala: licet opus, quod cum malitiæ consideratione cæpit, perseueret, & consideretur. Secus si saltem confuse consideretur malitia operis seu itineris. 4. Quando miscentur alia opera ex alio fine, nec vllo modo ex fine priori fiunt, vt cum quis se confert Toletum, vt occidat inimicum, & in medio itinere motus alio fine alio diuertit, quia talis actio nō habet malitiam illius finis, ac proinde non est communis actio, inqua continuari possint voluntates occidendi repetitæ, &c.

Deinde vt intelligatur, quomodo peccatū non restituendi interrumpatur, notant contra Caiet. 2.2. q. 66. ar. 3. circa solutionem 3. arg. eum, qui non restituit, cum potest, etiamsi expresse non velit restituere, peccare actu (vt ait Nauarr. c. 17. nu. 55. Henrriq. lib. 2. c. 5. §. 5. littera D. incommento. Soto, 4. iust. q. 7. artic. vlt. Salon, Bannes, Aragon, & alij 2. 2. quæst. 62. artic. 8. (Et non solum manere in statu peccati, imo non esse peccatum omissionis, sed commissionis, quia illa retentio est vsurpatio continuata, imo vsurpatio inquiunt, ideo est mala, quia ordinatur ad detentionē, nec ad peccatum cōmissionis requiritur actio physica, sed satis est esse aliquid significatum per modum actionis, vt manere armatum, vel vestitum contra legem. Quo circa non est diuersum peccatum vti re aliena, nisi ex vsu ipso deterior fiat, sed est quasi eam retinere. Hoc supposito dicunt, peccatum hoc interrumpi modis dictis, excepto 4. qui hic locum non videtur habere, vbi tñ locum habet alius modus in quatuor illis nō contentus, nempe per impotentiam restituendi, sic enim detentio rei alienæ iam desinit esse voluntaria, ac proinde peccatum: quare siquis repetat voluntatem non restituendi permanente eadem retentione, nec interrupta aliquo ex prædictis modis, semper censetur idē numero peccatum, propter rationem dictā, nec ad hoc refert quod mora temporis fuerit parua vel magna. Ex hoc tamen inquiunt, 33. non licet inferre, eum qui in eodem festo sæpius proponit non audire missam, & re vera non audit peccare vnico peccato, continuato in vna exteriori omissione, quia re vera talis continuatio fieri non potest, eo quod omissio exterior non incipit, nisi ab eo tantum tempore, cum iam deinceps non potest audiri missa, quare toto tempore præcedenti non est omissio, inqua voluntates illæ repetitæ possint continuari, nec postea durat omissio exterior, & ita non videtur, qua ratione possit fieri vnum numero peccatum. An vero quando continuatur peccatum sufficiat dicere, semel peccaui tali genere peccati, nec opus sit explicare tempus, aut voluntates repetitas, aut varias actiones ad eundem finem relatas, remittunt ad materiam de cōfessione. 32.

34. 3. Opinio esse posset interruptionem, quātumcunq. minimam, multiplicare peccatum 3. Opin. mere

mere internum, quia certum est apud Deum interpolatas voluntates habere distincta præmia, vel supplicia, etsi interpolatio sit brevis: secus in ordine ad confessionem, quia interruptio, quando est nimis brevis, & fit sine speciali advertencia, vel voluntate circa illam, nec potest humano modo cognosci, nec explicari, nec variat morale iudicium, ergo per se ad confessionem non pertinet. Item, quia illa est quædam moralis cõtinuatio; quia nec interrumptio est moraliter voluntaria, & reditus ad similem actum quasi naturaliter fit sine nova deliberatione, vt cum quis per horam manet in delectatione morosa circa idẽ obiectum, numquam ita continue id fit, quin interim cogitatio ad alia rapiatur, licet statim ad eandem delectationem redeat; difficillimum ergo esset obligare hominem ad explicandam illam varietatem, & non satis esse confiteri totum illud peccatum per modum vnius. Itaq. affirmat hæc sententia. 1. quando interruptio fit per retractationem, vel contrariam voluntatem; peccatum esse aliud numero etiam in ordine ad confessionem. 2. idem affirmat, quando interruptio fit per formalẽ voluntatem interrumpendi, quia tunc interruptio, & est directè, & perfectè ac per novã deliberationem voluntaria, & repetitio fit etiam per novam deliberationem. 3. idem affirmat, quando interruptio est longi temporis v.g. per horam: nam licet naturali modo, vel absque speciali aduertentia, & directa voluntate inchoata fuerit vt per somnum, vel per naturalem distractionem, si tamen multo tempore durauit, & postea homo cum sufficienti ad peccatum deliberatione actum repetit, novum peccatum, & moraliter, etiam in ordine ad confessionem, distinctum committit, quia illa duo peccata in nulla re vniũtur, vt vnum constituant. Confir. alias, qui in prauo cõsensu, vel delectatione morosa somno correptus est, & sequenti die actum repetit, non teneretur in cõfessione explicare, se bis illum consensum, vel delectationem habuisse: consequens est valde absurdum, & cõtra vsum omnium timoratorum, ergo. 4. ait quando interruptio brevis est, non esse censendam interruptionem moralem in ordine ad confessionem, quamuis in ordine ad Deũ sit moralis interruptio efficiens peccata moraliter distincta, cum habeant malitias numero distinctas. Tria priora dicta maxime placent Suarez: hoc vero vltimũ impugnat, quia præceptum est de confitendo quolibet numero peccatorum, quæ vere in se, & coram Deo sunt diuersa numero, ergo peccata, quæ in se, & coram Deo sunt plura, etiam in ordine ad confessionem plura sunt. Conf. 1. quia præceptum confessionis nõ induxit novum modum distinguendi numero peccata, sed supposita distinctione, quam in se habent, obligauit ad illam declarandam, quãdo cognosci, & declarari potest conf. 2. Nam ob similẽ rationem omnia peccata, quæ distinguũtur specie in se, & in ordine ad Deum. Distinguũtur etiam specie in ordine ad confessionem, siue distinctio specifica in se sit magna, siue parua: ergo similiter si illa peccata in se numero distinguuntur, ea multitudo declaranda est in confessione eo modo, quo declarari possit, & quia communiter non potest declarari, nisi explicando diuturnitatem temporis, in quo illa peccata interna repetita sunt, opus erit illam explicare.

Suarez.

35. Ego autẽ dico. 1. quando interruptio fit per retractationem prioris volũtatis, vel per contrariam, nimirum nunquam faciẽdi id quod antea facere volebat, peccatum est distinctũ, & in se, & in ordine ad confessionem: ita tenent Suarez, Vazq. Canus, & Nauarr. illo nu. 17. Mart. Ledesma, Rodriguez, & Lopez, locis citatis, & alij omnes, quia voluntas retractata, vel in contrariam mutata non censetur moraliter manere, vt cum sequenti moraliter vnum peccatum constituat. Idem docuit Aragon, 2.2. quæst. 62. art. 5. dubio circa. 2. argumentum dicto. 2. Quand. 4. d. 16. prop. 2. Henrriq. 2. de pœnitentia, c. 5 § 5. Dico. 2. peccatum, quod in se, & coram Deo est moraliter distinctum, in ordine ad cõfessionem, est etiam moraliter distinctũ: hoc probatur per rationes Suarez numero præcedenti adductas, & credo non esse opinionem ipsius tantum, sed omnium. Dico. 3. probabile valde esse quantumcunq. minimam interruptionem in peccatis mere internis, quæ exterius non consummantur, sufficere vt peccatũ multiplicari censeatur, quia ita tenent Vazq. & Suarez, nec leuia sunt eorum fundamenta, & idem sentit Nauarr. c. 6. nu. 16. & c. consideret de pœnitentia, d. 5. nu. 48. Caietan. vero locis initio citatis, neq. hanc partem, neq. oppositã docet, sed fauet Salon. 2.2. q. 62. articu. 8. controuersia. 1. & clare in hac parte cum Nauarr. sentit Iacobus de Graffijs, lib. 1. ca. 20. nu. 11. fauet Henrriq. 2. de pœnitẽtia, c. 5. in fine, dicẽs: *Minus sufficit ad interruptionem, & numerum in peccatis, quæ complementum habent in anima, vt est hæresis, quam in alijs.* Pro hac sententia citari etiam potest, Angles, q. de confessione, art. 4. diffic. 3. & 4. vbi ait: *Non satis erit dicere, voluit per mensem hominem interficere, desideratur enim, vt exprimat, quoties illud de novo proposuit &c. Hinc si spatio trium tantum dierum ita fuit aliquis amore inebriatus, vt numerum peccatorum, &c.*

1. Opinio auctoris.

1. Concl.

2. Conclus.

3. Conclus.

36. Dico. 4. non est improbabile in peccatis interni, quando sine retractatione, vel contraria volũtate fuit interruptio, etiam si directa voluntate

4. Concl.

voluntate libera interrumpendi fiat, peccatũ esse idem numero moraliter in se, & coram Deo, ac proinde in ordine ad confessionem. Ita enim sentit Canus supra, & communiter confessarij, imo, & Doctores, Sotus in 4. d. 18. q. 5. ar. 4. con. 6. arg. seu probatione. 6. illius, ait: *Qui firmum propositum per diem integrum sine interpolatione habuit, vnico fuit maculatus peccato, & tamen tanto grauius peccat, quam si sola vna hora illud habuisset, vt videatur confessu necessariũ. Imo si quis idem idem per diem odium illud intercideret, & crebro repeteret, non opus esset vices illas numerare, sed posset confiteri, quod per totum diem habuit illud odium, &c.* Idem docuit Martin. Ledesma pa. 2. 4. quæst. 9. arti. 1. dub. 4. vbi ait: *Sed ex hoc oritur aliud dubium de continuatione, vt si quis habuit odium proximi, vel consensum in fornicatione, & duravit in hoc per diem, vel mensem, an teneatur videre quoties interrupit odium (quia interim comedit, & dormit, & alloquitur amicos in alijs negotijs) & dicere pater replicaui decies hoc malum propositum.* Idem iudicium est de illo, qui consentit in amore inhonesto puellæ multoties interrumpendo, sed nunquam dolendo de illo peccato. Respondet, *probabile est, quod in omnibus illis casibus tantum est vnum peccatum, quantumcumq. sint magna interruptiones, &c.* & infra. *Vnde sequitur quod satis est, vt ille in sua confessione, dicat: Accuso me quod habui odium, & propositũ occidendi per diem, vel tantum tempus, quia illa est circunstantia, quæ notabiliter auget malitiam peccati ideo est explicanda in confessione.* Idem significat Tolet. lib. 3. c. 7. dicens: *Huic annecto dum puto cum Marsilio, 4. q. 12. & Gab. d. 19. & Maiori. quod tenetur dicere tempus continuationis vnius peccati, vt qui per mensem integrum fuit cum voluntate occidendi, tenetur tempus dicere, nam virtualiter est numerus, & multitudo peccatorum.* Ecce totum illud appellat vnum peccatum, & ait *virtualiter esse plura.* Constat autem loqui de actibus interruptis somno, & naturali inaduertentia, vel obliuione: nam nemo potest sine hac interruptione esse in odio per mensem. Idem tenet Zumel 1. 2. q. 73. ar. 7. dub. 1. concl. 2. Henriquez de pœnitentia, ca. 5. § 5. Emanuel Rodriguez, verbo confessio. c. 52. n. 6. Ludouicus Lopez, 1. p. instructorij conscientiæ, c. 31. §. ad hæc quoniam: Aragon illo dicto 2. vbi ait. *Si renouatio actus interni interrupti non fiat per specialem actum, quo velit retinere rem alienam, etiam si id nunquam decreuisset, voluntatem retinendi alienum, esse vnicum. m. peccatum, esto, repetatur simplex propositum non restituendi.* Quand. 4. d. 16. propos. 23. vbi ait: *Cum quis habuit voluntatem occidendi furandi &c. quandiu nõ mutat animum, illam esse circunstantiam temporis valde aggrauantem, si vero mutat animum, & postea ad idem redit, actus esse distinctos, & noua peccata.*

37. *1. Probat.* Probatur 1. quia in moralibus, quod parũ est, pro nihilo reputatur, ergo parua interruptio moraliter reputatur nulla, & sic peccatũ censetur moraliter continuari, quandiu non retractatur, & interruptio est modica, male autem Ledesma illo dubio. 4. idem censuit, quando interruptio est magna, & recte Henriquez supra dixit, qñ interruptio est magna, nouum esse peccatum. Confir. quia moralis identitas temporis cum omnimoda identitate subiecti, & obiecti, & carentia retractationis prioris actus sufficere videntur ad moralem identitatem peccati. 2. Probatur, quia quãdo actus re ipsa cõsummantur in aliquo opere externo, quod causant, sunt idẽ peccatũ, vt expresse docẽt (licet non omnes eodem modo) Caiet. Nau. Salon, Graff. Suar. Vaz q. & alij: ergo idem dicendum est, qñ actus interni nullo opere externo consũmantur. Patet cõsequentia, quia nihil referre videtur, quod consummentur, vel non consummentur opere externo, nam ante ipsam consummationẽ, suam habent vnitatem, vel distinctionem in malitia, si quidem opus externum nullam addit malitiam vel vnitatem, aut distinctionem eius operi interno, & ita Martin. Ledes. Canus, Lopez, Rodriguez, Zumel, Aragon, & alij, quantum ad hoc nullum discrimen constituunt inter actus internos externis consummatos, vel non consummatos. Confirm. *1. Confir.* quia vnitas effectus nihil confert ad vnitatẽ, vel distinctionem causarum, à quibus procedit, ergo cum actus externus causetur ab interno, eius vnitas, vel distinctio nihil efficit ad vnitatem, vel distinctionem peccati interni. Confir. 2. nam si ex illis diuersis voluntatibus occidendi, non procederet idem opus externum, sed vnum ex vna, & aliud ex alia, vel ex alia vnum, ex alia nullum, eo quòd nullum medium tunc se offert, vel alia ratione; nihilominus peccatum internum esset tãtum vnum, ergo non sumit vnitatem ex vnitate operis externi causati ab illa duplici voluntate, sed ex vnitate temporis & aliorum, quæ in actibus mere internis, & nullo opere externo consummatis reperiri potest. *2. Confirm.* Conf. 3. nam si quis putet se habere alienum, & illud non habeat, etiam si sæpe velit illud retinere, non tamen illud retinebit, & ita illæ voluntates in illa retentione externa non vnientur, tamen non minus conficient vnum peccatum, quam si vere vnirentur in retentione, ergo, qui concedunt in hoc secundo euentu, vnum tantum esse peccatum, idem debent fateri, in primo de quo nunc loquimur. *3. Confirm.* Confir. 4. nam quando actus externi simul cum internis per somnum aut obliuionem naturalem, vel inieram voluntatem sine vlla retractatione prioris voluntatis, vel contratia voluntate interrumpũtur peccatum nihilominus est vnum, & idem *4. Confirm.*

& idem moraliter secundum Nauarr. Graff. Caiet. Ledes. & alios, ergo similiter, quando soli actus interni dantur, & eo modo interrumpuntur, vnum & idem peccatum constituunt, si interruptio magna non sit, & præsertim hoc est verum, quando interruptio est casualis: & mere naturalis, vel si est libera, non tamen est directe volita, aut etiam neq. cognita, quia tunc nihil, vel parum moralitatis habet. Confir. 5. à Mart. Ledesm. nam quotiescumq. ille consentit postea, consentire solet virtute prioris consensus, & intentionis, ergo virtualiter semper manet prima intentio, & sic censetur idem peccatum cum secunda, & alijs ex ipsa ortis. Confir. 6. quia hæresis non non in voluntate, sed in intellectu consummatur sicut homicidium in opere externo, ergo quod Nauarr. dixit de voluntate occidendi, debuisset dicere de hæresi, nempe sola interruptione, sine retractatione non censeri nouum peccatum videlicet, nisi interruptio magna sit.

5. Confir.

6. Confirm.

38. Dico. 5. quando actus interni externis consummantur, etiam si Physice sint diuersi, possent idem peccatum constituere. In hac concluſ. conueniunt omnes auctores citati, licet in modo explicandi differant, nam Vazq. & alij putant, si interruptio fiat per somnum, vel obliuionem, aut inaduertentiam naturalem, vel per expressam voluntatem cessandi ab opere externo, inqua voluntates vniebantur, aut virtute manebant, peccata esse numero diuersa, alij verò tenent oppositum, vt Caiet. Nauarr. Graff. Rodrig. Lopez, Ledesm. & Ouandus, & vterque modus dicendi est probabilis. Aduerte autem Nauarr. & Graff. non satis consequenter loqui, nam Nauarr. c. 6. n. 17. & cap. consideret de pœnitentia, d. 5. n. 45. ait, licet somno, vel alijs eiusmodi interrumpantur actus interni, & externi, vnum tãtum esse peccatum; quod etiam docuit Graff. illo nu. 11. sed idem Nauarr. c. 6. n. 18. & Graff. n. 16. dicunt, si interruptio fiat per opus, quod non sit via ad finem intentum, repetitionem intentionis esse aliud peccatum. Ex hac. 5. conclusione sequitur, deceptum fuisse Angestum in moralib. c. 9. §. 3. concl. 1. cum dixit, in homicida fure, & similibus, *repetitione actus interni duplicari peccatum, & malitiam, quia. 2. actus non est minus prohibitus, quam primus*: nam si hoc ita esset, homicida, fornicator, fur, & similes breuissimo tempore multa peccata committerent, quod absurdum putat Zumel: Lopez etiam supra reijcit Armillam verbo peccatum. §. 4. asserentem, *homicidam toties iterare peccatum, quoties voluntas aliquo negotio interrumpitur*: quod etiam tenet Tabien. & insinuant Siluester, & D. Tho. supra, licet eos explicet Lopez, quando voluntas contrario actu interrumpitur.

5. Concl.

Dico. 6. licet repetitio illorum actuum internorum, vel etiam externorum nouum peccatum non constituat, tamen in confes. declaranda est tanquam circunstantia notabiliter aggrauans. Ita Sotus, Canus, Zumel, Suarez, Vazq. Lopez, Mart. Ledesma, Graff. Toletus, Rodriguez illo ca. 52. nu. 6. & cap. 53. nu. 7. & alij, quia tenent, circunstantias notabiliter aggrauantes esse necessario confitendas. Nauarr. tamen c. 6. nu. 17. docet, talem repetitionem esse confitendam de consilio, non de præcepto, quia putat, circunstantias non mutantes speciem, etiam si notabiliter aggrauẽt, non esse necessario confitendas. Nec obstat Sa verbo confessio num. 23. dicens, volunt quidam in peccato continuationem diuturnam, itemq. frequentem eiusdem peccati repetitionem, seu relapsum confitendum esse; quod ego non credo necessarium, neq. esse in vsu, sed tantum vult Sa eum, qui post confessionem aliorum peccatorum similium peccauit, non teneri ad explicandum, se similia peccata antea commisisse: quando vero nulla facta est repetitio, sed sola interceſſit non retractatio, recte Suarez, & Vazq. docent, non aggrauare peccatum, neque esse circunstantiam necessario confitendam, & credo neq. Canum, neq. vllum alium aliter sentire.

39. *6. Concl.*

7. Concl.

Dico. 7. quando multi actus eiusdem rationis simul fere, & eodem impetu fiunt, vnicum tantum peccatum sunt, vt si quis mendacium aliquod multis simul iuramentis confirmet, vel idem contumeliosum verbum sæpe repetat, ter vel quater simul eundem furem appellando. Hanc regulam tradunt Henriq. 2. de pœnit. c. 5. §. 6. & c. 8. §. 3. Simancas in institutio, c. 8. in fine dicens, si quis eodem impetu plures blasphemias dixerit, durius quidem puniendus est, sed vna tãtum pœna, quia vnum tantum crimen committit, quod probatur ex l. inficiendo. §. infans. ff. de furtis, & glossa leg. nunquam plura. ff. de priuatis delictis. Cæpola cons. criminali, 77. Alciato cap. cum nõ ab homine de iudic. nu. 33. Hyppoly. leg. vlt. ff. de sicarijs, idem latius docet Couarr. 2. variar. c. 10. num. 5. Nauarr. cap. 6. num. 17. & 18. in summa edita ann. 584. & c. consideret de pœnitẽt. d. 5. n. 48. Iacob. de Graff. lib. 1. cap. 20. n. 15. qui multis iuribus rationibus doctoribi & exemplis regulam illustrant. Ratio potissima esse videtur, quia similitudo actuum circa eãdem materiam cum vnitate impetus, & morali identitate temporis, videtur sufficere ad moralem identitatem ipsorum. Sed obijcies nam sic qui eodẽ fere tempore plures copulas cũ aliqua habuerit, vnum tantum peccatum cõmittet, quod est absurdum. Resp. Nauarr. illo nu. 17. & cap. consideret illo n. 47. & 48. Graff. illo.

Obiectio.

Solutio.

illo,c.20.nu.16.Suarez illa sect.5.n.25.illas copulas plura esse peccata necessario in confessione referenda.ratio esse potest,quia non eodem impetu fiunt,videlicet, quia ipsi corporis, & animi motus non parum inter se distant,neq. vnus horum actuum est via ad aliũ, sicut actus, quibus apponuntur media, sunt via ad consecutionem finis,& ideo cum illa vnum peccatum efficiunt. Quando autem omissiones restitutionis varia peccata censeãtur?vide Henriq. illo c.5.§.5.Nauarr.c.17.n.55. Arag. Salonem, Bañes, & alios.2. 2.q. 62.art. 8.Lopez,c.citato,& Suarez sect.illa. 5.à n. 30. Henriq.illo.§.5 Nauarr.c.17.n.55.Sot.4. iustit. q.7.ar.vlt.& resolutio ex prædictis colligi potest.Alia de tota ista sect. apud Suarez videri poterunt,quia hic non licet omnia ad vnguẽ examinare;sed nonnulla ad materiam de peccatis,de restitutione, de pœnitentia, & alias similes conuenit reseruari.

Sectio.7. An actus externus addat aliquam bonitatem vel malitiam actui interno.

30. 1. *Opinio.* PRIMA opinio est actum externum addere interno aliquam bonitatem vel malitiam moralem ac proinde nouam imputabilitatem ad præmium vel pœnam,ita, Sotº quodlib.18.art.3.Alensſ.4.p.q.77.membro.3.art.5.Lychetus, 2.distin. 42. & problematice defendit Angles,2.dist.40.q. 1. licet dicat solum Scotũ esse huius sententiæ,quæ suadetur 1. quia videtur esse glossæ,c.si cui de pœnit. dist.1.objicit enim contra id quod ibi refertur ex Aug. 1 de lib.arb.c.3. *Si cui etiam non contingat facultas concubendi cum coniuge aliena, tamen planum sit eum aliquo modo cupere, & si potestas detur, esse facturum,non minus reus est quam si in ipso facto deprehenderetur.* Objicit inquam,glossa: quia re vera magis reus est si opus adhibeatur, & R. 1.dictum Augustini esse accipiendum, quo ad sufficientiam æterni interitus. Secundo, non minus esse reum id est nihilominus esse reũ quamuis ad factum non perueniat, non quin plus peccet,vt dixi (inquit) si opus sequatur quod patet ex eo,quia prohibitum est malam voluntatem in opus producere:sic ergo contra prohibitionem illam faciens plus peccat, qui ergo opus adijcit voluntati, iniquitati adijcit iniquitatem.Eadem apparet sententia Augustt.13.de Trinit. c. 5. quem pro se citant Alens, Scotus, & alij, vbi ait: *Mala voluntate quisq. miser efficitur,sed miserior potestate, qua desiderium malæ voluntatis impletur:* Nã si miserior est,ergo maiorem pœnam habet, maior autẽ pœna respondet tantum maiori culpæ, ergo maiorem habet culpam ex mente Augustini, qui etiam eadem ratione nouam gratiam agnoscit ad exequendum voluntatis propositũ vt patet in Enchirid.cap.32.& constat ex alijs Augustt.discipulis relatis à Vazq. 1.p. disp. 88. cap.10.qui docet,in hunc sensum intelligendum esse Concil.Trid.sessi 6.ca.16. cum dicit. *Quæ virtus bona eorum opera semper antecedit comitatur, & subsequitur.* Et Bern.epist. 77. aiens: *Pro certo cum non aliunde martyrium, nisi ex fidei merito illam obtinuerit prorogatiuam vt singulariter vice baptismi secure suscipiatur, non video cur non ipsa æque, & sine martyrio apud eum tãtundem possit,cui,& sine martyrij probamento procul dubio innotescit.Prosit sane tantundem dixerim quantum ad salutis spectat obtentum, non autem ad meriti cumulum quod indubitanter martyrium antecellit.* Ergo in actu externo est aliquid nouæ bonitatis,& meriti,vnde inter errores Petri Abailardi per ecclesiam damnatos vnus, & 13. est solam voluntatem à Deo puniri, & remunerari neque hominem effici meliorem,vel deteriorem opere externo,niii inde forte voluntas augeatur.Verba Albailardi sunt. *Nos vero dicimus,quod sola voluntas à Deo æternaliter remuneratur,siue ad bonum, siue ad malum, nec propter opera peior,vel melior efficitur homo nisi forte dum operatur,in aliquo voluntas eius augeatur.* Quem errorem postea ipse retractauit: ergo opinio Scoti vera & catholica est. 2. Quia actus interior & exterior prohibentur distinctis præceptis,scilicet.6.& 9.7.& 10.vt patet Exod.20. ergo habent malitias distinctas,quorsũ enim distinctis præceptis prohiberentur nisi distinctas malitias haberent? 3. Quia morienti re ipsa pro Christo confertur aureola, & remissio omnium peccatorum quo ad culpam, & pœnam,non autem habenti efficacem voluntatem moriendi pro Christo.De quo vide Sotum,4.d.3.a.11.& d.15.q.1.a.2.conc.3.& 2.naturæ,c.16.& lib.3.c. 6. ergo signũ est maiorem esse bonitatem in actu externo, & interno quam in solo interno,idem arg.fit in aureola Doctoris, & in baptismo alijsq. sacramentis,nam Deus maiorem gratiam confert recipientibus illa,quam volentibus recipere. Similiter maior pœna purgatorij remittitur ei pro quo re ipsa oblatum est missæ sacrificiũ, vel aliud opus pium,quam ei, qui voluit pro se offerri,& efficienti quam volenti efficere, quæ exiguntur à Pontifice pro indulgentijs consequẽdis.& pro actu externo fit irregularis, & excommunicatur homo, & punitur à iure,vel ab homine;non pro actu interno,ergo maior videtur esse bonitas, vel malitia in actu externo(qui internum supponit, vel includit)quam in ipso interno.Conf.quia actui extetno respondet speciale præmium accidentale,vt docet Valentia disp.2. q. 15. punct.4.et Caiet. a.4.Capreol. 2.d.42.q.vn. ad. 4. contra 4.conclusionem Richard.a.1.quæst.2. Durand.

2. argu.

3. argu.

Dur.q.2.n.5.& 7.Vaz.q.disp.76.c.3.nu.12.Azor. lib.1.c.20.q.6.to.1.sed vbi non est maior bonitas non est dignitas maioris præmij essentialis,vel accidentalis,ergo in actu externo maior bonitas est,quam in solo interno. 4. Si tota malitia actus exterioris reperitur in interiori, ergo satis est confiteri actum interiorem, sic enim explicatur tota malitia,sicut cum varia media non habentia peculiarem malitiá sumuntur ad patrádum homicidium,satis est homicidium ipsum confiteri,quia in eo continetur tota mediorum malitia, consequens absurdum,temerarium,vel erroneum est, ne quid amplius dicam, ergo.

4. argu.

5. argum.

5.Velle furari est malum,quia furari est malum,ergo furari est magis malum iuxta regulam Aristot.1.poster. *Propter quod vnum, quodq. tale, & illud magis.* Vnde omnes homines maiori odio prosequũtur seu magis detestantur, et damnant eos, qui actu, quam eos, qui affectu occidunt;eos,qui corpore, quam, qui solo corde stupra,& adulteria;aliaue crimina committunt, & magis ab eis vindictam sumere conantur. Et ècontra maiorem grati animi significationem præbent ijs, qui actu,quam, qui solo affectu illis beneficia contulerunt. Si autem tanta bonitas,vel malitia esset in solo actu interno, quãta in vtroq. tanta quoq. esset dignitas amoris,& gratificationis, odij, vel vindictæ, & c.6.Nam voluntas absoluta & efficax bene operandi & merendi quãtum D.Paulus, vel alius sanctus, vel demerendi quantum Iudas, vel Lucifer,non reputatur pro facto, neque habet tantam bonitatem, vel malitiam, quantam factum ipsum, ergo nec voluntas tuendi, vel interficiendi hominem:Confir.1. nam minus satisfacit, qui vult orare, ieiunare, & dare eleemosynam &c. Et non potest,quam, qui actu ieiunat,orat, &c. ergo actus externus addit bonitatem interno:si enim non adderet bonitatem, nec meritum,cur aut quomodo adderet satisfactionem?Confir.2.nam qui eleemosynam reipsa largiretur infinitis pauperibus, mereretur, & satis faceret infinite,non vero qui vellet infinitis pauperibus eam dare, ergo actus externus aliquid meriti, & satisfactionis,ac proinde bonitatis addit interno. 7. Actus interior perficitur per exteriorem, vt ait D.Thom. ar. 4. & quæst.24.art.3.& 2. 2. quæst. 76. art.4.ad 2. & de malo,quæst.2. artic.2. ad 8. & late Palac. 2. distin. 42. disput.vnic.concl.2.Caietan. Conrad. Medin. & alij,artic.4. ergo actus exterior addit bonitatem aliquam interno.

6. argum.

Conf. 1.

Conf. 2.

7. argum.

8. argum.

8.Iudæus,vel alius existimans,actum interiorem non esse malum, sed solum exteriorem actum, non peccat in actu interno, si ignorentia est inuincibilis, si vero est vincibilis, minus peccat, quam alioqui peccaret: tñ in actu externo æqualiter peccat,quia circa illũ nulla laborat ignorantia: ergo malitia actus externi alia est, & separabilis à malitia actus interni,& in eo saltem casu actus externus addit malitiam interno. 9.Actus externus habet *9. argum.* sua propria principia bonitatis,& malitiæ,nẽpe proprium obiectum propriasq. circunstantias conformes,vel difformes rationi, & legi Dei,ergo habet suam propriam bonitatẽ vel malitiá moralẽ.Nec valet dicere, non habere propriam libertatẽ,ná electio medij vnici, et necessarij ad finẽ non habet libertatẽ distinctã ab intentione,tñ habet suam propriam bonitatẽ,& malitiam, & similiter actus elicitus volũtatis,qui simul est imperatus, habet distinctã bonitatẽ,et malitia à bonitate & malitia actus imperantis,tamen non habet distinctam libertatẽ:quia necessario cõsequitur *Conf. 1.* actum imperantẽ.Conf.1.quia vel actus exterior, est bonus aut malus per intrinsecam denominationẽ,vel tantũ per extrinsecá:hoc.2. dici non potest,quia sic non erit proprie bonus nec malus, sed figuratiue,sicut medicina est sana,et sic non erit proprie remunerãdus, vel puniendus:ergo.1.dici debet,ergo in se habet suá bonitatẽ proprie dictam. Eadem autẽ forma non potest nisi secundũ diuersas partes esse in pluribus subiectis, ergo non est eadem bonitas,et malitia in actu interno et externo, sed diuersa.Et sic actus externus aliquid boni *Conf. 2.* tatis, et malitiæ addit ad internũ.Conf.2.alioqui actus externus, et internus mali,nõ erunt duo peccata, sicut neq. duo habentes eadem humanitatẽ,sunt duo homines, neq.habentes eandẽ diuinitatẽ, et vim spirandi, et spirationẽ,sunt duo dij,vel duo spiratores,neq.habentes eandem artem,duo artifices: consequens videtur falsum.2.Sententia,et tenenda est,actum externũ per se ipsum nihil bonitatis, vel malitiæ moralis formalis addere ad internũ, ac proinde nõ habere propriá eiusmodi bonitatem aut malitiá,sed tm esse bonũ,vel malũ ratione actus interni. Hanc sententiá tenet D. Th.a.3.et 4.et 3.cõtra gen.c.92.et de malo. q.2. a.2.ad.8.et 2.d.40.a.3.et d.42.q.1.a.1.Palac.disp. vn.Capreol.q.vn.con.4.quánis,n.con.2. dixerit,actũ externum addere bonitatem interno non intelligit d bonitate morali formali, sed de bonitate morali obiectiua, vel de formali naturali,et ideo concl. 4. docet,actũ externũ nõ addere pœná,nec prẽmiũ;si ita cõpletus in se sit sine exteriori,et cũ exteriori.Hác etiá opinionẽ tenet Bon.ead.d.a.1.q.1.et 2. Dur. q.1. et 2.Richar.a.1.q.2.et d.40.a.1.q.4.Gab. d.42.q. vn.a.2.concl.1 et 2.Greg.con.6. et 7. Almai.3. mor.c.18. Ocham.3.q.10.dub.5.et quodlib.1. q. 20.et quodlib.3.q.13.14.et 15. Ægid.2. d. 40. q.1. a.2.et d.42.q.1.a.1.Adri.quodlib.9.a.3.ad.3.confirmationem. 2. argum. principalis. Nauarr. in summa præludio. 7. num. 23. et cap. si quis positus de pœnit. dist. 7.num.25.et c.conside-

41.

2. opinio Auctoris.

ret de pœnit.d.5.n.46. Anton.1.p.tit.4.c.12.§.5, Ceiet.Conrad. Medin. & alij recentiores hac q.20.a.4.Vaz.disp.76.c.2.Azor to.1.cap.20.q.6. Anton.Perez,lect.1.Exam,n.25.& 26.Sayr.lib. 2.c.4.nu.13. & seq.Imo aliqui putant, eandem esse opinionem Scoti ead. d. §. ad quæstiones istas,& §.ad.2.quæstioné,& §.ad.3.q.& §.ad. 4. quæstionem. vbi ait,*Peccatum formaliter solum esse in actu elicito volũtatis,in actu vero externo materialiter tantum.*Vnde Valent.disp.2.q.15.puncto.4.existimat,neq.Scotum,quodlib.18, ar.3. dissidere à communi,& vera sententia asserẽte,actum externum nihil addere pœnæ, vel præmij ad actum internum.Solum enim vult actum externum esse quoq. in se bonum, vel malum, & esse imputabilem ad præmiũ, vel pœnã; non autẽ ad pœnam, vel præmium distinctum ab eo, quod respondet actui interno efficaci.Potest autẽ, inquit Valẽt. intelligi q̃ actus exterior sit imputabilis, & quidem distincta imputabilitate,hoc est peculiari illius ad præmium, vel pœnam, tametsi non ad distinctam pœnam,vel præmium. Docẽt autem nonnulli aliquid, quod ego non satis intelligo.Aiunt enim bonitatem & malitiam moralem posse considerari dupliciter.1.secũdum cõmunem rationẽ bonitatis,vel malitiæ moralis,&sic in actu externo esse suá peculiarem bonitatem,& malitiam cõuenientem in ead. ratione,& cõceptu formali cõmuni cum ea, quæ cõpetit actui interno,nõ quidẽ cõuenientia vniuoca, sed analoga ꝓportionalitatis ꝓpriæ dictæ,sicut ens dicitur analogice d̃ Deo, & creaturis;substantia, & accidenti, quorum quodlibet proprie dicitur ens,& suã peculiarẽ entitatẽ habet,& probãt, quia prius impositum est nomen boni & mali moralis ad signi ficandũ actũ interiorem, quam exteriorem. 2.Inquiũt,potest cõsiderari bonitas, vel malitia moralis in particulari secundum speciem aliquam virtutis,vel vitij,puta, iustitiæ,vel in iniustitiæ,&c.Et sic bonitas,& malitia ex fine eadem est in actu interno,& externo, sed diuersimode,quia primario, & per intrinsecam denominationem est in actu interno: secundario autẽ, & per extrinsecam denominationẽ est in externo,& cõueniũt in ea analogice analogia ꝓportionis,seu attributionis, vt animal,& medicina in sanitate.Et similiter conueniunt actus interior & exterior in bonitate & malitia ex obiecto,& circunstantijs, ita tñ vt actus exterior sit primario bonꝰ aut malus hac bonitate, vel malitia, interior autem secundario.Vnde D.Th.a.3.ad.3. vtitur exemplo sani ad explicandũ,quomodo eadem numero bonitas ex fine,deriuatur ab actu interno ad externum:bonitas vero ex genere &circunstantijs ab externo ad internum.Hanc inquam doctrinã non capio, nã impossibile est multiplicari rationem cõmunem analogam, quin multiplicẽt particularis specifica,ergo si bonitas,vel malitia multiplicatur in actu interno,& externo;etiã bonitas,vel malitia iustitiæ,vel iniustitiæ.Item si sunt distinctæ bonitates,vel malitiæ priori consideratione, plus pœnæ aut præmij respondebit actui interno, & externo simul,quã interno tãtum.Item actus internus,& externus erũt duo peccata nõ solum physice,q̃ solum dicunt voluisse Greg. 2.d.42.q.vn.con,5.sed etiã moraliter q̃ tenuisse videtur Scot. quodlib.18. a.3. sed ipsi negãt cum D.Tho.a.3.& R.ich.2.d.42.a.1.q.1. & Dur. ead.d.q.1. qui simpliciter aiũt,eandẽ esse bonitatem vel malitiã formalem moralem actus interni & externi,qui est eius obiectũ,ac ꝓin de actum externum nihil formalis bonitatis, vel malitiæ moralis,nec præmij, aut pœnæ addere interno.Suadetur.1. testimonijs patrum, & scripturæ:nam imprimis, hæc videtur sententia Aug.1.de lib.arb.c.3.vbi habet verba citata in arg.1. 1.opinio.Expositiones autẽ glossę ibi destruunt ipsum textum:si enim implenti mala voluntatem plus pœnæ infertur,magis reus erit, qui voluntatem malam implet, quã qui non implet,cuius oppositum expresse docet ibi Aug.& ep.49.ad Deo gratias, q.4. vbi ait;*In volũtate quippe propria metitur bonus homo bona facta,& in ea metietur ei beatitudo.Itemq̃ in volũtate ꝓpria metietur malus homo, mala opera, & in ea metietur ei miseria: quoniam vbi quisq̃ bonus est,cum bene vult, ibi etiam malus, cum male vult. Ac per hoc ibi etiam sit, vel beatus, vel miser, hoc est in ipso suæ voluntatis affectu,quæ omnium factorum meritorumq̃ mensura est. Ex qualitatibus quippe voluntatum non ex temporum ſpatijs siue recte facta,siue peccata metimur.*& ead.q.ita,inquit, *Dictum est in quo iudicio iudicaueritis,in eo iudicabimini,tanquam si diceretur,in qua voluntate benececeritis,in ipsa liberamini:in qua voluntate male feceritis,in ipsa puniemini. Iudicio enim animi sui quisq̃ vtitur,vel ad benefaciendum,vel ad peccandum.* Ad idem propositum explicat idem Aug. ibi id Matth.7. *In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis:*vt scilicet mensura sit voluntas, &c.& in id Ps. 131. *Dixi confitebor aduersum me, &c.*ait,*votum pro opere reputatur.* Et refertur, c. magna de pœnit. d.1. vbi glossa melius loquitur,quam in cap. si cui,ead.d.Idem colligitur ex Chrysostom. hom. 19. in Matth. cuius verba relata à D.Thom.artic.4.argumen. 1. sunt. *Voluntas est, quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo,opera autem testimonia sunt voluntatis,non ergo,quærit Deus opera propter se, vt sciat quomodo iudicet, sed propter alios,vt sciant, quia iustus est:*Vide,etiã Chrysost.c. sicut enim 32.q.5. & Cæsarius Arelatensis, hom. 18. in fine ait:*Sed cum de elemosynis loquitur, non contur betur angusta paupertas,omnia enim compleuit, qui quod*

42. *1. argum.*

Aug.

Chrysost.

Cæsarius.

quod potuit, fecit; quia voluntas perfecta faciendi re
Basilius. *putatur pro opere facti.* Idem docet Basil. lib. de vera virg. non procul à fine. *Enimuero* (inquit) *diuina lex, non actũ modo, sed, & volũtatis sententiã dãnat, omnis enim, non qui opere admisit adulteriũ, sed qui videt ad concupiscendũ, iam mœchatus est:* Et Cyprianus. 3. ad Quirinum, c. 2. testimonio
Cyprianus. illo Apostoli. 2. Cor. 8. *Si voluntas prompta est secundũ id, quod habet accepta est, non secundũ quod non habet, &c.* Probat in opere, etiã si per mediocritatẽ minꝰ fiat, ipsam voluntatẽ satis esse. Et Ambros. 1. offic. c. 30. *Affectus* (inquit) *diuitem collationem, aut pauperem facit*: Cassianus,
Ambros. lib. 8. de institutis renuntian, c. 19. *Dominus* (in-
Cassianus. quit) *non solum pro operationis affectu, sed etiam ꝓ voluntatis, ac voti desiderio vnicuiq. aut præmiũ reddet, aut pœnam.* Greg. ho. 5. in Euangelia. *Nemo*
Gregorius. *dicat imitari volo huius mundi conditores, sed quid relinquam non habeo, munera enim nostra Dño quã tũlibet parua sufficiunt, cor namq; & non substantiã pensat: nec perpendit quantũ in eius sacrificiũ sed ex quanto offeratur.* Et infra: *Hinc psalmista dicit Ps. 59. in me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi, ac si aperte dicat, etsi exterius munera offerenda non habeo: intra memetipsum tamen inuenio, quod in ara tuæ laudis impono, quia qui nostra datione nõ pasceris, oblatione cordis placaris, nihil enim offertur Deo diuius voluntate bona.* & ibidẽ. *Ante Dei oculos nunquã vacua manus à munere si fuerit archa cordis repleta bona voluntate.* & 20. moral. c. 27. ait: *apud omnipotentẽ Deum maius datũ esse mentis, quam muneris, &c.* Bernard. epist. 77. post
Bernard. multa sic ait: *Quid planius quam quod voluntas pro facto reputatur, vbi factum excludit necessitas.* Hugo. 2. de sacram. p. 14. c. 6. ex professo docet
Hugo. totã bonitatẽ, & malitiã meritum, & demeritũ in voluntate cõsistere. Similia passim legũtur apud alios patres, & áliqua habentur. 15. q. 6. c. 1. §. nec tantũ, & 6. q. 1. §. verum hoc, & ca. sciendum, 8. q. 1. c. si quid. 14. q. 1. c. si qui viderit. 32. q. 5. quæ ex scripturis hauserũt, quæ omnẽ laudem, vèl culpã in actionib. solent ascribere volũtati. vt Genes. 22. Angelus in persona Dei ad Abraham propter solã eius efficacẽ voluntatẽ sacrificandi filiũ: tametsi opere nõ subsequuto, inquit: *Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me benedicã tibi, & multiplicabo semen tuũ, &c.* perinde scilicet, ac si Abrahã opere compleuisset. Et Matt. 5. qui viderit mulierẽ ad concupiscendum eã, iam mœchatus est eam in corde suo. Et 2. Cor. 8. si voluntas prõpta est secundũ id, quod habet accepta est, non secundũ id ꝙ non habet. Vbi Lyra explicat, id est acceptio diuina non
Lyrá. mẽsuratẽ secundũ quãtitatẽ eleemosynæ, quæ non est in potestate dãtis, paup. enim põt dare tantã eleemosynã quantã diues, sed mẽsuratur secundũ ꝓmptitudinem volũtatis, quæ statim exiret in actũ habita facultate, propter ꝙ impedimentũ, ꝙ est inuoluntariũ nihil tollitur de merito. Vnde Marc. 12. & Luc. 21. duo minuta, quæ pauper vidua misit in gazophylacium plus cõmẽdãtur à Saluatore, quã munera diuitũ, quasi incõparabiliter maiora: Et eod. c. 8. inquit Paul. qui multũ non abundauit, & qui modicũ non minorauit. Vbi glosa ordinaria ait sic, qui multũ dat diues, & qui parũ pauper, si æqua voluntas æqualẽ habent *Glos. ordi.* mercedẽ. Idem fere dicunt Hieronym. Theo- *Hieronym.* doret. Anselm. & alij in hæc loca Pauli: licet *Theodoret.* Chrysostom. ibi exponat, voluntatem esse ac- *Anselm.* ceptam secundum quod habet, &c. ideſt non exigi ab ea, quod non habet, sed tantũ quod habet, ex quo testimonio, & excontextu quidam Neothericus hic cõtendit, hoc testimonium Pauli nihil valere ad confirmationẽ huius veritatis, Paulumq. solũ velle, non minus mereri pauperem, quã diuitẽ, si quisq. tribuat in eadẽ proportione, vt si habens. 10. tribuat vnum, & habens 100. tribuat decem, & idem sentit de illo testimonio viduæ, quæ duo æra minuta misit in gazophilatiũ, & sane vtraq. expositio est valde probabilis, & textui consentanea, hanc vero. 2. amplectitur Vaz. disp. 76. c. 2. Secundo hæc sententia suadetur ratio- *2. argumẽ.* ne, nam quia in actu externo non est noua libertas, nec ratio voluntarij, ergo nec noua bonitas, vel malitia, meritum, vel demeritum, & aliàs merita nostra, vel demerita penderent ex aliena voluntate, essetq. in aliorum potestate impedire merita nostra, impediendo executionẽ voluntatis nostræ, quod aduersatur Theologiæ, imo & Philosophiæ, quæ docet neminem lædi, nisi à seipso. Et bona animi nõ posse ab inuitis auferri, & sapientem omnia bona sua secum portare. Conf. 1. nam volun- *Confirm. 1.* tas efficax præhabet in se actum externum cum omnibus suis circunstantijs, ergo, & omnem bonitatem, & malitiam ipsius. Confir. 2. *Confirm. 2.* nam qui accipit proprium, putans esse alienũ æque peccat, ac si accepisset alienũ, quia volũtas est, æqualis licet nõ opꝰ, ergo similiter cũ in exequẽte, & nõ exequẽte voluntatẽ æqualis sit voluntas, æqualis erit bonitas, et malitia &c. Conf. 3. nam quando medium non est *Conf. 3.* malum, nisi ex fine, et est vnicum; ac proinde necessario eligendum, non est maius peccatum, vel demeritum in electione medij, quã in sola intentione finis, ergo cum actus externus solum sit malus ratione interni, nec nouam habeat libertatem, non erit in eo maior malitia, quam in interno. Vide Gregor. Arimin. 2. d. 42, q. vn. concl. 6. et 7. qui etiam hanc recte probat.

Ad primum argumẽtum, primę opinionis. 43.
Resp. de illa glossa decreti parum esse curan- *Ad. 1. arg.*
dum, neque rationem eius alicuius esse mo- *1. opinionis.*
menti, nam licet prohibitum sit voluntatem malam exequi; tamen non alio præcepto ꝓhibita est executio, & voluntas, sed eodem in

substantia,licet propter rudiores tradita sint quasi distincta præcepta de opere & voluntate,vt ad.2.dicemus.Ad testimoniũ vero Aug. R.Gab.2.d.42.q.vn.art.1. notab. 2. hominem, qui prauam voluntatem exequi nõ potest,esse magis miserum, nõ quia magis peccet, sed quia vilior apud homines fit. Peccata enim ignominiam adducunt,vt patet Rom.1.& interdum pœnam,quæ ab hominib. infligitur. Solutio hæc non placet,quia Augus. de omni peccato externo loquitur, non autem omne peccatum externum adducit ignominiam, & pœnam apud homines,item quia Aug.plane loquitur de miseria peccati apud Deum, vt probat Vazq.disp.76.c.3.vnde cum eodem, & cum Azore,& alijs.R.2.Augus.Velle,eum, qui satisfacit prauo desiderio,miseriorem fieri,quia plus peccat extensiue seu plures habet actus malos,nempe internum & externũ, & quia ipse actus externus est nouũ malũ naturale,ad modũ quoviolatio legis facta ex ignorantia inuincibili est mala homini,scilicet naturaliter : imo & moraliter inchoatiue, quia habet actum,qui accedente scientia esset peccatum:ac deniq. quia communiter & regulariter qñ quis exequitur prauam voluntatem, ipsa voluntas experientia voluptatis vel cõmodi,vel ipsa opportunitate multiplicatur ,intenditur,extẽditur, & diuturnior fit, vt ait Hugo 2.de sacram.p. 14. c. 6. tale est cor hominis,vt opere suo amplius inardescat. Idẽ docet D.Tho.a.4. & alij cõmuniter. ideo etiã Aug.lib.de serm.Dñi,in monte,& refertur de pœnit.d.2.c.sicut tribus, in.1. gradu mali posuit peccatum malæ volũtatis,cum in corde manet,in 2.autem cum ad opus procedit.3.R. Capreol.2.d.42.q.vn.a.3.ad arg.contra 4.conclu.id dixisse Aug. quia per actũ externũ homo magis habilitatur,& inclinatur ad malũ, intellige de habilirate improprie dicta:nam habitus proprie dictus in corpore non generatur,vt suo loco dicetur.Ad testimoniũ Bet. R.loqui de merito improprie dicto de quo dicã ad 3.& eius cõfirmationẽ. Ad aliud vero testimoniũ Aug.R.ad implendum propositũ requiri nouam gratiam,qñ est de actib. futuris,quia vt fiant requiritur perseuerãtia in eadẽ voluntate, quæ est valde difficilis. Sed ad exequendũ propositum, de actu externo statim faciẽdo,nulla noua gratia requiritur. Ad id vero, quod adducitur de Petr.Abail. R.errores eius referri à Bern.ep.187.188.192. & 194. & à Cast.lib.de hæres.&à Parteol.verbo Petr. Abailard.erroré tñ illũ inter eos non referri, sed aliquid peius habuit, vt insinuat Bernar. ep.188.dicens,Abailardũ habuisse errorem de peccato ignorantiæ,&de opere peccati,& de voluntate peccandi,& ep.189.dicens habuisse errores circa actus morales. Vnde Greg. 2. d. 42.q.vn.ad.2.contra.7.concl.ait.Puto nõ omnia illa verba, vt in arguendo recitata sunt, esse Abailardi:quia in nulla epist. Bernar. talia adhuc verba reperĩ, vbi articuli ex dictis illius collecti recitant,sed in libris,quos hactenus legimus,habetur præcise sic,quod propter opera nec melior,nec peior efficiatur homo,& est art.13.suorum,sic autẽ acceptum articulũ istũ,quis non videat esse merito condẽnandũ,cum neq. actus internos vellit esse malos aut bonos: meritorios, aut demeritorios. Et talem fuisse eius sensum satis aperit art.19.eiusdem,qui sic habet,quod neq. opus, neq. voluntas,neq. concupiscentia, neq. delectatio,quæ mouet eam, peccatum sit, nec debeamus, eam velle extingui.Hæc in summa Greg.cui concordat Capreol. loc.citat.& Valen.disp.2.q.15.puncto.1.& latius puncto.4. in fine,Vaz.disp.76.c.3.n.2.& Azor illa.q.6.

Ad.2.illis præceptis prohiberi expresse, & expicite distinctos actus non propter distinctam malitiam ipsorum, sed propter indoctũ vulgus,quod poterat existimare actum internum,quo vxores,& aliæ res alienæ concupiscuntur non esse malos,nec puniendos à Deo, vel quia erat magnum periculum deficiendi in his;ideo varijs inculcantur, diuersimode tñ:nam in vno prohibetur explicite volũtas, & implicite opus: in alio vero cõtra. Vide D. Tho.2.2.q.122.a.vlt.ad vlt.& 2.d.42. q.1. a.1. 44. *Ad. 2.*

Ad.3.R. Actus externos addere per se bonitatẽ aliquã in esse naturæ, quia ex eis resultat gloria,& bona Deo,vel alia bona ipsi operanti,vel proximo,& præterea per accidẽs addere bonitatẽ in esse moris.Itẽ ex eorũ bonitate obiectiua oriri formalẽ, quæ inest actui interno.Itẽ eius bonitatẽ formalem notiorem esse omnibus,& ideo tribui eis à Deo multa priuilegia,licet nõ addãt bonitatẽ moralem formalẽ actib. internis,sic mors actu tolerata ꝓ Christo,exercitiũ publice docendi christianã fidẽ,baptismus,& alia sacramenta actu susceptа,missa actu celebrata dicunt ex opere operato iustificare aut alios affectꝰ cõferre,nõ ex ope opantis.Velle autẽ ꝓ me offerri opus piũ minoris est fructus,si nõ offeratur,quã si offeratur,qr cũ offert aliena satisfactio, & impetratio accedit. Ecclesia autẽ,& Resp. internũ actũ separatũ ab externo nõ punit, vel qr nõ põt,vel quia iudicat non decere,eo quod facile,& sine aliorũ detrimento cõmittat,sæpeq. sit ignotus,& modicæ prauitatis.Ad conf. R. nomine præmij accidentalis autores illos intelligere aureolã,vel gaudiũ de ope externo, in quo gaudio Capreol. & multi alij dicũt,cõsistere aureolã : sed hoc reiecimus tract. 2. & docuimus,gaudiũ illud ꝓprie non esse proemium,neq.in eo sitam esse essentiam aureolæ.Vnde credo nullum præmium proprie dictũ etiã accidentale respõdere actui externo. Late autẽ dictũ respõdere illi potest,propter *Ad. 3.* *Ad confir.*

rationes

rationes dictas,& præsertim propter bonitatem naturalem,quam addit actui interno, & quia est conditio sine qua Deus non confert aureolam martyribus, virginibus, vel doctoribus,nec Papa indulgentias,&c.

45. Ad.4. R.negando sequelam,quia ex traditione,interpretatione,& vsu ecclesiæ constat Christum præcepisse,vt etiá externus actus exprimeretur:quod merito institutũ est multis de causis, quas Palac.2.d.42.disp.vnic. Nauar. præludio.7.n.23. alijq. attingũt, potissima est. Quia actus externus, nõ solũ vere & propr peccatum est, sed etiá à propria eius malitia, quæ obiectiua, est deriuatur formalis in actũ internum;cum tñ ex medio,quod per se non est malum,nulla in actum internum malitia deriuetur, vnde non est eadé ratio, ꝙ attinet ad confessionẽ,de medio,& de actu externo: accedit,malitiá actus interni in externo consummari,& compleri; & per illũ regulariter crescere,& melius explicari,& dánum proximo inferri, ꝙ directione confessarij resarciẽ dũ est;scandalum præbere,cui etiá ex confessarij præscripto occurrendũ est,interdum cẽsuris ecclesiæ,vel pœnis legũ, vel iudicũ subiectum esse,à quib. peccator absoluendus est. Addunt aliqui peccatũ externum confitendũ esse,quia addit demeritũ pœnæ accidentalis, sed hoc,non placet,ná in confessione non de meritum,sed malitia explicanda est,& præterea demeritum accidentalis pœnæ leue est, ideo non esset necessario explicandum:deinde conmentitium est peccatis externis per se pœnam accidentalem respondere in inferno,si propriè de pœna loquamur:sicut diximus nullum accidentale præmium propriè sumptum respondere per se actibus bonis externis:probabile tamen est eos per se esse vtiles ad effectum satisfactionis pro pœna temporali debita pro peccato , quia satisfactio non tantum sumitur ex bonitate, sed maximè ex pœnalitate actus:actus autem exterior per se affert propriá pœnã,& dolorem:sed de hoc in materia de pœnit. dicetur.Satis modo est externo actu nõ augeri meritum,quiahoc solũ respõdet bonitati actus cum debita relatione in Deum,& statu gratiæ,quę qualitas quo fuerit maior,si cætera sint paria,maius erit meritum,quia est circumstantia quædam magnã dignitatem conferens actui,actus vero externus,si non addit bonitatẽ moralẽ,nõ confert actui interno dignitatem, qua sit meritorius noui præmij substantialis, vel accidẽtalis,cum non sit circunstantia actus interni: vide si placet,quæ de hoc.4.argu. dicit Vazq. disp.76.n.16.& sequentibus.

46 Ad.5.arg.R.regulã Arist.intelligi,qñ vtrũq. est tale sm eandẽ rationẽ, actus autem internus non est malus formaliter, quia actus externus est malus formaliter, sed quia est mal* obiectiue:si autẽ econuerso probes actum internum esse deteriorẽ, quia externus solum est malus ratione interni, ergo hic est peior. R. facile,neq. hoc sequi, quia qñ duo denominantur ab eadẽ numero forma, vnum mediate,aliud immediate non habet locum regula Aristo.vt substantia est alba propter quá titatem,ergo magis alba est quãtitas.Ideo autem alios homines magis detestamur propter peccata externa,quá propter interna,quia externa sunt notiora,& deterioré actum voluntatis supponere solẽt, ipsumq. complent, atq. consũmant physice,scandalaq. & alia dã a inferunt,& ipsam interni actus malitiam modis dictis augẽt. Ad. 6. arg. nego consequẽ tiam,quia ad bene operãdum, & merendum necessarius est actus internus, & elicitus voluntatis:actus autem internus & elicitus, qui simul est imperatus, addit imperanti nouum volũtarium,& liberum,& nouum motiuum. Actus autem voluntatis mere externus,& imperatus non addit nouum voluntarium, aut liberum,neq.n ouum motiuum honestũ,ideo non affert nouam bonitatem, & nouum meritũ: vide Vaz.disp.76. in fine. Eodẽ modo de malitia, & demerito dicendum est, præter quá quod ad malitiam & demeritum non requiritur malum motiuum, sed sufficiunt malum obiectum, aut mala circunstantia. Ad satisfaciendum autem & bonitas, & pœnalitas actus concurrũt,& ideo actus mere imperati licet non addant nouam bonitatem, tamen, quia addunt nouam pœnalitatem, nouam satisfactionem addere possunt. Id circo magis magisq. satisfacit homo exequendo propositum bene operandi,& merendi & satisfaciẽdi, quantum Paulus,vel alius sanctus, quam idem propositum eliciendo, imo & continuando.

Ad.6.Arg.

47. Ad. 1. confirmationẽm aliqui sentiunt,actum externum, qui non est impositus in pœnitentiá à confessario non addere satisfactionem interno.Sed melius cum Med a.4.& omnibus iunioribus hic,& Durand.2. d. 42. q. 2. Soto.4.d.19.q.2.a.1.concl.2. R. satisfactionem non respondere soli bonitati actus,sed etiam eiꝰ pœnalitati, ideo actum externum,qui affert nouam pœnalitatem afferre quoq. nouam satisfactionem, licet non afferat nouam bonitatem.Addunt aliqui,satisfactionem esse præmium quoddam accidentale,ideo respondere posse per se actui externo, sed iam diximus,nullum meritũ præmij,etiá accidentalis fundari posse per se in actu externo; addimusq. satisfactionem propriè,non esse premium accidentale, nec meritum præmij accidentalis: sed esse qualitatem seu dignitatem actus omnino condistinctam merito.

Ad. 1. cõf.

Ad.2. conf. dicunt aliqui voluntatem etiam efficacem dandi eleemosynam infinitis pauperibus, non esse infinite bonam moraliter etiam si distincte ferretur in singulos, vt ferri poterat voluntas Christi, secus, si infinitis volūtatib. daretur, quia multiplicatio actuū: plurimum conducit ad meritum, hos reijcit Vaz.disp.76.n.13.tum quia multitudo actuū, si cætera sint paria, nihil ad meritum, vel demeritum conducit: tum quia crescente obiecto crescit meritum actionis, ergo si obiectū crescit infinite, etiam meritum actus. Alij respondent voluntatem dandi infinitis eleemosynam non habere bonitatem infinitam, quā tñ haberet, si reipsa daretur infinitis eleemosyna, eo quod illa voluntas confuse, hæc distincte in infinitos fertur: hos etiam reijcit Vazq. quia si quis. 10. aureos vellet dare. 10. pauperib. confuse cognitis, non minus mereretur, quam si vellet dare. 10. pauperib. distincte cognitis, nā distinctio cognitionis nō est circunstantia augens bonitatem affectus. Itē, quia quo maior est elemosyna, etiam confuse cognita, maius est meritum, ergo si est infinita, meritum videtur esse infinitum. Vnde 3. R. Vaz. voluntatem dandi eleemosynam infinitis non posse in nobis esse efficacem, quia quisq. videt id esse impossibile; & ideo non posse esse infiniti meriti, si autem posset fieri efficax, fieri posset infiniti meriti, quia voluntas inefficax cum ad opus procedit, in se augmentum recipit. Si opponas, quia volūtas simplicis complacentiæ, quæ potest esse circa impossibile, etiam crescit in bonitate aucto obiecto, ergo si eleemosyna volita est infinita, voluntas simplex illius erit infinite bona & meritoria. R. Vaz. aucto obiecto voluntatem simplicem de obiecto possibili crescere proportionaliter, & si obiectum possibile esset infinitum, illam fore infinite bonam: secus qñ obiectum est impossibile, sed tunc esse meliorem quacunq. voluntate eleemosynæ finitæ, non autem esse infiniti meriti probat, quia dilectio Dei obiecti infiniti, etiam si per eam velimus Deo infinitam gloriā, maiestatē, & essentiam, non est infinite bona: ergo nec volūtas simplex infinitæ eleemosynæ est infinite bona. Istæ solutiones, & impugnationes inuoluūt multas difficultates alibi tractatas, nunc sufficiat dicere, quod siue voluntas aliqua dādi eleemosynā infinitam, sit finiti meriti siue infiniti, non maius meritum haberet, cæteris paribus ex eo, quod ad opus procederet.

48. Ad. 7. Ad.7. R. hanc propositionē, actus internus perficitur p externū, explicari. 1. quia qñ homo potest externū actū habere, nō potest habere perfectā volūtatē, nisi habeat actū externum: nam voluntas absoluta & perfecta est, quæ operatur cum potest: talis explicatur hac voce, volo, imperfecta vero hac voce vellē, licet eam volutatem perfectam possit habere homo sine actu externo, si apprehendat illum esse possibilem sibi; tñ decipiatur; & moraliter tā perfecta voluntas sit vellem, si possem, hoc facere, sicut volo hoc facere. 2. Explicatur ita propositio, quia actus interior accedens actui externo, consequitur, seu attingit suum finem, & terminum, ideo impleri, compleri, & cōsummari dicitur. Et vtraq. explicatio colligitur ex D. Th. a. 4. Et ex. 1. non colligitur actum externum addere bonitatem moralem, sed esse necessarium quasi cōsecutiue ad bonitatem & perfectionem quādam naturalem, actus interni, similiter ex. 2. non colligit addere bonitatem moralem, sed naturalem extrinsecam. Ad.8. R. ignorantiam malitiæ actus interni, neq. omnino, neq. ex parte excusare malitiam ipsius, nisi coniūctam habeat ignorantiam malitiæ obiecti. & ideo licet iudæi, vel aliqui alij vincibiliter vel inuincibiliter existiment actum interiorem non esse malum, non minus peccant volendo actum externum, quem sciunt esse malum, quā si nulla prorsus ignorantia laborarent, & sane implicat, voluntatem liberam mali cogniti sub ratione mali malam non esse. Ad.9. R. actum externum non habere principia sufficientia ad propriam bonitatem, vel malitiā, nam ad nouam bonitatem requiritur nouum motiuum honestum, quod tamen non adducit actus externus. Deinde tam ad nouam bonitatem, quam ad nouam malitiam requiritur nouum voluntarium, licet non noua libertas: actus autem externus nouum voluntarium non adducit, ideo nec nouam bonitatem aut malitiam. Electio autē medij assumpti ad consecutionē finis intenti sufficienter exprimetur, cōfitendo ipsum actum externū mediū, qñ mediū ipsum nō est p se malū, sed indifferens, vel bonum, quia nihil refert hoc vel illo medio non malo opus factum esse, ideo satis est in confessione exprimere malā intentionem, & eius executionem, si consecuta est; taceriq. potest electio, & executio medij non mali.

Ad. 8. *Ad. 9.*

49. *Ad. 1. conf.* Ad.1.conf.R. bonitatem & malitiam moralē formalem simpliciter, & proprie competere actui externo, ac proinde non per solam analogiam attributionis ad actum internum, sicut sanū analogice dicitur de medicina per attributionem ad sanitatem animalis (in qua re multi sane decipiuntur) vnde dicendum est, vel hic nullam esse analogiam, vel esse analogiam proportionalitatis proprie dictæ, qualis est analogia entis respectu substantiæ, & accidentis; Dei, & creaturæ, discrimen autem est in hoc, quod creatura habet suam propriam entitatem distinctam ab entitate

Dei

Dei & accidens distinctum ab entitate substatiæ:actus tamen internus & externus eandem numero bonitatē moralē habet, nō quidem physice sed moraliter loquendo,nam in moralibus vbi vnum est propter aliud,ibi est tantum vnum, actus autem internus præcise est bonus vt subest interno,& vtriusq. bonitas consistit in hoc quod sit actus voluntarius & liber habēs cōformitatē cū ratione & lege, & fact° ex motiuo honesto rationi & legi cōsitaneo,q vtriq.actui partim cōuenit denominatione intrinseca, partim extrinseca vt in hoc tract. disp.1.&.2.dictum est,sed maiori ex parte est extrinsecum actui externo, qui solum est voluntarius & liber per se nullo alio actu mediante & ideo sæpe dicunt doctores, actum internum esse bonum denominatione intrinseca, externū vero denominatione extrinseca sumpta à bonitate actus interni. Itaq. physicè alia est bonitas moralis actus interni, alia externi,sed moraliter eadem est propter identitatem voluntarij & liberi, & ordinis ad rationem. Si obijcias D.Thom.a.3. ad 3.dicentem,quod bonitas ex fine deriuatur ab actu interno ad externum & bonitas ex genere & circunstantijs ab externo ad internū eo modo,quo sanitas animalis deriuatur ad medecinam,ergo actus internus non est bonus ex fine nisi analogice, analogia attributionis & per denominationem extrinsecam. R.eodem argumēto probaretur,actum internum non esse bonum ex genere & circunstātijs,nisi per analogiam attributionis & denominationē extrinsecā ab actu externo, quod falsum est.Vnde.R.exempla non in omnibus similia esse debere,sed in eo quod intenditur hoc autem hic nihil aliud est,nisi quandam bonitatem actus interni deriuari in externū & aliam externi deriuari in internum. Nam bonitas ex genere & circunstantijs deriuatur ab externo in internum,non secundum eandem rationem,sed secundum diuersam; cum in externo sit bonitas obiectiua, in interno vero formalis,& bonitas ex fine deriuatur ab interno in externum,quoniam bonitas ex fine non competit actui externo nisi per ordinem ad internum,cuius est finem intendere. Ad.2.Cōf.Resp.vt vidimus,sect.5.huius disputationis,quoldā existimare actū internū & externū duo esse peccata.Alios vero existimare vnū &idem peccatū esse:quas opiniones bene conciliat Valentia,disp.2.q.15.puncto.4.dicens,priores verum dicere loquendo physicè posteriores vero moraliter. Et ratio sumitur ex præcedentibus:diximus enim moralē bonitatem,vel malitiam actus externi & interfice:termini autem substantiui non numerātur nisi numeretur forma vt passim in materia de Trinitate & alibi docetur, ergo cum materia actus interni sit eadem moraliter & diuersa physicè,hi actus moraliter sunt idem peccatum:physicè autem sunt peccata diuersa,quod & significat D.Tho.art.3.ad.1.& Ant. 1.p.tit.4.c.12.§.5.Addendum est etiam,moraliter esse diuersa peccata,non simpliciter sed secundum quid & materialiter, quia sunt diuersi actus mali.Et ita loquitur Bon. loco cit. imo ibidē tenere videtur, neq. adiectiua prius numerari nisi forma ipsa numeretur.

Ex dictis patet.1.illud quod dicit.D.Aug. c. magna de pœnit.d.1. *Votum pro opere reputatur,* si intelligatur quo ad bonitatem & meritum proprie dictum & de opere externo esse verum sine vlla exceptione,vnde glossa ibi verbo pro opere ait, *Vbi deest tempus, ita remuneratur quis pro sola voluntate, sicut pro opere*, si vero intelligatur quoad alia,habet aliquas exceptiones,quas ponit ibi glossa verbo *reputatur.* 1. enim fallit in voto confitendi,vel recipiendi aliquod aliud sacramentum : Nam licet votum confitendi inclusum in contritione reputetur pro opere,quantum ad substantiam iustificationis,quod ibi intendit Augustī.tamen non reputatur pro opere quātum ad modum & quantitatem iustificationis,quia maiorem gratiam & remissionem peccati,quo ad pœnam,consequeretur quis,si cum illo voto opus ipsum haberet. 2. fallit in voto martyrij, vel docendi,quoad aureolam,quæ non datur nisi iungenti opus cum voto : Idem de voto virginitatis ait glossa ibi:sed hoc exemplum non est satis accommodatum:quia si fœmina violenter corrumpitur, nō amittit aureolam; Vnde etiam quoad aureolam voluntas pro facto reputatur.3. limitat glossa vt verum non habeat nec in præteritis,nec in futuris, sed in præsentibus.Si enim volo me bona fecisse nō perinde est, ac si fecissē, & si propono post annum me iturum Hierusalem non perinde est ac si modo irem : Sed hæc limitatio nō est ad rem,nam si voluntas sit de opere externo perinde est,ac fecisse,vel facturum esse, si par sit duratio in præsenti voluntate cum duratione,quæ esset in voluntate,quando opus fieret.4.limitat glossa,vt verum habeat in hoc mundo & non in alio, quia non perinde est in alio mundo velle bene operari,& bene operari.Sed nec ista limitatio est ad rem quia etiam in alio mundo quanto voluntas est bona ex obiecto, fine,& circunstantijs,tāto opus ex ea profectum erit bonum,sed in neutro potest meritum esse. 50 *Consectarium.1.*

2.Patet ex dictis quid dicēdū sit de actu externo nō imperato proprie à volūtate sed libere permisso, non enim addit malitiam voluntati,sed tota eius malitia præ existit in voluntate positiua non impediendi talem motum, 51 *Cōsectariū secundum.*

tum,vel in omissione actus,quo deberet impediri vt recte Almai.3.mor.cap.18. & probatur, quia ille motus nō affert nouam libertatem, neq.nouum voluntarium,ergo neq.nouam malitiam,aut demeritum: & idem est de actu intellectus,in quo deceptus fuit Medin. art.3.dicens,actum fidei addere nouam bonitatem ad voluntatem credendi, si loquatur de bonitate morali & proportionaliter,idem est de malitia,vt in hæresi & alijs.

52 *Consectarium.3.* 3.Patet quid dicendum sit de euentu consequente actum externum,de quo euentu agit.D.Thom.hic artic.3.quem sequitur Ant. 1.p.tit.4.c.12.§.5.de quo multa dicemus in materia de peccatis;nunc satis est dicere.1.Euentum esse circunstantiam quandam, quæ non auget malitiā actus exterioris, nisi quatenus obiectiue auget malitiam actus interioris:vn de per se & secundum se vt est in executione nullam addit malitiam actui interno.2. Cum ait D.Thom.effectum qui sequitur per accidens,si sit præuisus,licet nō sit intentus,auge re malitiam,debere intelligi,licet non sit intentus directe,dum tamen sit intentus indirecte,quia videlicet teneatur homo illum cauere.Ita explicat D.Tho.hic,a.5. ad argumēta & infra, q.73.a.8.ad.1.Caiet.& alij,a.5.Valent. disp 2.q.15.puncto.5.Alioqui Christus & Apostoli peccassent prædicando , quia ex eorum prædicatione videbant multa peccata per accidens euentura.Et mulier peccaret peccato scandali quando se ornat & domum exit,auditura sacrum,vel concionem &c. sciens , se esse ab aliquo concupiscendam & solicitandam,quod esse falsum dicunt Medi.a.5.Caiet. ibi,& 2.2.q.169.a.2.& in summa verbo ornatus,vbi Siluester,q.4.& alij summistæ Nauar. etiam in summa Hispana,c.14.num.30.&.c.28 in addi.ad eundem num,& in latina, c.16. nu. 13.&.14.Sotus,4.d.13.q.2.a.1.in fine,& alij infra q.73.a.8.&.2.2.q.43.de scandalo,a.7.&.8. simile quid est de vendente,vel efficiente chartas lusorias & arma de quo agitur,2.2.q.77.de emptione & venditione;3.Expositione indigere, quod ait D.Tho. a.5.euentum non prēuisum neq. intentum qui sequitur per se & vt implurimum imputari ad culpam.De quo cum iunioribus,q.73.a.8.& quod attinet ad bellum; 2.2.q.40.quo ad venditionem officiorum, q. 63.quo ad venditionem mercium,q.77.

Sectio.8 Vtrum effectus,qui sequuntur ex mala voluntate iam reuocata sint vere peccata.

53 EXemplum est,si quis præcipit, aliquem occidi, & antequam occideretur,pœnituit mandati,sed nō potuit mortem impedire, an ocisio illa peccatum sit.

Aliqui docti recentiores dicunt , vere & proprie peccatum esse,quanuis voluntas per pœnitentiam reuocata sit. Videtur opinio glossæ.d.6.in principio,seu capite, quia vero, vbi ait,licet contritus sim de causa data pollutioni nocturnæ,& in somno;tamen imputari mihi pollutionem saltem si initialiter cogitaui.Eadem sententia maletribuitur.Henrri. quodlib.3.q.26.nam potius videtur inclinare in oppositam,vt videre licet ibi ad. 4. obiectionem littera,x.Vbi loquens de eo , qui sua culpa incidit in furiam, sed habet lucida interualla,si in aliquo illorum pœnitentiā habuit de causa,quan furiæ dedit,ait, furiam in eo non esse culpabilem, & ideo non esse ita clarum sicut de ebrio,simale actum postea in tali furia,ei debet imputari:sed de hoc certificare nihil(inquit)ad propositum. *1.Opin.*

Suadent recentiores illi opinionem istam 54
his argumentis , Primum Omnis actus exte- *1. Argum.*
rior inordinatus seu contra legem , & ratio-
nem causatus a malavoluntate,est peccatum:
sed occisio illa est huiusmodi ergo.2.Respub. *2.*
secularis capite damnabit talem occisorem,
licet indicijs vehementibus,aut per reuelatio
nem ei constet , hominem illum pœnituisse
mandati,& redijsse in gratiamDei antequam
mors alterius sequeretur:vt colligitur ex legibus; quas adducit glossa statim citanda & ocisor irregularitatem incurret,& etiam excōmunicationem , si occisus erat clericus, vt est fere omnium sententia, quā tradit glossa, c.melioris de sent.Excom. Verbo autoritate, vbi probat multis legibus.Host.eodem titulo Angelus excom.5.§.32.ex directorio. Sylvest. excom.6.nu.5.par.3. ex Gothifred. & summa confessorum. Castrus fuse. 2. de lege pænali. cap.14.conclu.1.Couarr. Clement. si furiosus par.2. initio num. 9. vers. quinto ex his , vbi pro hac sententia citat Feli.Alex.Barto.& cōmuniter doctores in dicto.cap. mulieris. Nauarr.c.27.nu.233.Medi.q.71.a.5. colum. vltim. & Sylvest.supra ex Rainer.ait,illum in currere excommunicationem , licet sit perfecte contritus;quod etiam docet Palud. 4. dist.18. q.3.a.3.num.27.Zumel,q.71.a.5. disput. 6. cum Victoria & alij docti iuniores,sed pœna capitis,irregularitatis , excomunicationis solum est posita pro homicidio externo:ergo homicidium externum vere fuit peccatum : quia pœna soli culpæ respondet.

3. Quia occisor ille in casu dicto , si secuto *3.*
homicidio,confiteretur, teneretur explicare
homicidium secutum,quanuis iam reuocata
fuisset eius voluntas,ergo illud homicidium
vere est peccatum exterius,etenim nullus te-
netur , per se loquendo, secluſa necessitate
consilij,vel medicinę, confiteri nisi peccata
interiora & exteriora nec oportet, addi no-

uam

uam malitiam per peccatum exterius, vt sit in confessione manifestandum; imo Sotus. 4. dist.12.q.1.a.7.post 3.conclusionē.§.hinc fit,ait licet quis lethaliter hominē percusserit, pro tinus q. idem confiteatur, si tamen postea percussi mors subsequatur, necesse est tunc confiteri homicidium,quod ante non consti tit fuisse homicidiū:ergo Sotus censet(si consequenter censet)homicidium secutum post talem pœnitentiá,&confessionem vere fuisse peccatum.

55 2.Opin. 2. Opinio est,homicidium, vel alium actū externum subsecutum post reuocationem voluntatis,vere peccatum non esse.Gab. 2. d.42. a.2.Sotus.4.d.12.q.1.a.7.post.3.concl.§.hinc fit Gerson.2.p.alphab.38.litt.e.tract.de pollutione diurna, propositione.1. Cordub.li.2.q.18.§. ex dictis patet.Et q.23.colum.penult.§.quinto probatur,vbi pro se citat Adrianum, & Henricum, sed verba huius iam supra retulimus, Adrianus vero q.4.de Eucharist. quæ incipit vlterius videndum, ad.7. Et multi alij quos retuli tractatu de peccatis plus dicunt quam nos intendamus, nimirum acta in ebrietate furia vel amentia, etiam si sint præuisa in causa & postea non sit secuta pœnitentia datæ causæ nec reuocatio voluntatis,peccata non esse:intereos vero qui dicunt,si pœnitentia & reuocatio non sit secuta antequā isti effectus fiant peccata esse, sunt multi præter iam citatos,qui dicunt posita illa reuocatione etiam si fiant,non esse peccata vt Medi. q.71.a.5 ad.1.colum.vlt. Henriquez lib. 5. qui est.2.de pœnitentia ca.5.num.5.litt.a. in com. & lib.8.qui est de Eucharistia ca.51.num. 2.in comm.litt. h. Angles,2.d.37.q.2.diffic.7. Mai. 4.d.9. q.2.concl.2.Gerson,2.par.tract de pollutione diurna,propositione.1.in fine alphab.38 litt. e. Ludo Lopez.2.p.instructorij de Eucharistia cap.76.§.sequitur etiam. 2. Emanuel in summa,tom.1.ca.211.alias.209.num.2.Graff.1. par.decisionum lib.2.c.87.num.14. in fine Vega,2.tom.summæ,ca.67. casu.3. Thomas Sanchez de matrimonio tom.3.lib.9.dispu.45.nu. 29.Canus & alij Neotherici.q.71. a.5. & alibi Vazquez etiam disput.73.ca.9.num.46.&.47. & disput.94.ca.2.3.&.4.non solum tenet, effectus illos, qui post pœnitentiam datæ causæ fiunt in somno,furia,vel ebrietate, aut alio statu,in quo iam impediri non possunt,peccata non esse.sed etiam quando nulla eos præcedit pœnitentia causæ.

56 Probatur. Opinio hæc probatur quia effectus isti quá do fiunt non sunt voluntarij. Quia voluntas præcedens cum iam sit reuocata,nec moraliter manet:ergo non sunt peccata & alioqui simul esset homo in peccato mortali & in gratia & esset Dei amicus, & inimicus, dignus gloria,& inferno:quæ absurda sunt, imo sequitur,eum qui est in gloria peccare, & esse in peccato,quia cōtingere potest, vt postquā ille mortuus est cum pœnitentia, & in gratia & obtinuit gloriam, mandatarius alium ex eius mandato occidat;imo sequeretur aliquē teneri ad peccatum,si enim Petrus vellet non communicare in paschate,& ex ea voluntatē comedisset aliquid ingrediente die paschæ octauo, & omissio communionis postea secuta etiam post pœnitentiam illi imputatur, vt verum peccatum:ergo cum teneatur non communicare tenetur pecare.Idemq. esset si prœuidens se reddi impotentem ad communicandum tempore præscripto comederit in illa die.Idem si sua culpa inciderit in infirmitatem,qua posita teneretur non recitare: sequeretur etiam,eum qui dedit causam furiæ habenti lucida interualla,etiam si in aliquo illorum egerit pœnitentiam, peccare postea cum in furia occidit,mutilat, non ministrat sacramenta,nec facit alia,quæ imputata sunt ei ad culpam,quando causam furiæ dedit,tenerique semper confiteri tales effectus, quia sunt noua peccata non confessa, quanuis nō habeant nouam malitiam:Hoc autem est insuetū,& durissimum: quia oporteret,millies repetere peccatū,quod commissum est, quando data est causa taliū effectuū. Idemq. esset si sua culpa incideret in infirmitatem, vnde sequerētur postea inenitabiliter pollutiones, vel alij effectus,qui in causa imputati fuere. Item cum Henricus supra fateatur,post pœnitentiam, furiam illam non esse culpabilem, nō debuit dubiū relinquere, an facta in furia essent peccata; sed debuisset constanter affirmare,peccata non esse,& glos. dicto.ca. quia vero non affirmauit peccata esse,sed imputari; quod potest intelligi de imputatione ad pœnam irregularitatis, excommunicationis, vel alias similis ecclesiasticas, vel sæculares: vel de imputatione non pro tunc,sed pro tēpore quo posita vel volita est causa.

Ad.1.argum.1.opinionis.R.omnem actum externum inordinatum procedentem à mala voluntate esse malum,si mala voluntas moraliter maneat & perseueret,non tamen manere,& perseuerare moraliter si per pœnitētiam est reuocata. 57 Ad. 1. arg.

Ad.2.R.non dubium esse quin ille iuste puniretur pœna capititis Rep. quia Respub. punit peccatum præteritum,quanuis iam homo nullatenus peccet, nec instatu peccati maneat,sed in foro Dei & in foro interiori ecclesiæ veniam eius obtinuerit, de irregularitate etiá certum est,in eo casu incutri:nemo enim quem, viderim contrarium asserit & multi affirmant,eam incurrere,vt Vazq.disp.73.c.9. nu.47.& disp. 94.c.4.num.17.Suarez,3. p. to.5. disp.44.de irregul.sect.3.à num.6.de excōmunicatione, Ad.2.

nicatione autem res est minus certa : nam Ioannes Andreas & Bart.Brixien.quos refert & sequitur glossa,c.cum quis de sent. excõm. in.6.& Tab.excomun.5.calu.1.dicunt,hominẽ tunc non incurrere excomunicationem in foro interiori,sed in exteriori tantum; imo absolute non incurrere docet Inno. c. mulieris de sent. excom. cuius ratio esse potest , quia excomunicacatio requirit contumaciam;qui autem est contritus & in gratia , iam non est contumax:ergo non incurrit excomunicationem.Item etiam si homo sit excomunicatus, si pæniteat,& faciat,quod in se est,esset absoluendus ab ecclesia;ergo si nondum est excomunitatus,non excomunicatur ab illa: nam hæc pena est medicinalis;morbo autem curato,frustra adhibetur medicina . Communior autem opinio est incurrere excomunicationem,saltem quoad effectus externos non recipiendi nec ministrãdi sacramẽta,& quoad obligationem non comunicandi inhumanis, & quoad priuationem suffragiorum , ita vt peccet qui ea pro illis offert,licet forte si offerat,illi pro sint. Hanc sententiam præter citatos in argumento,tenet Vaz.disp.73.c.9.nu. 47.& disp.94.num.17.

58 In qua tamen re obseruandum est, quod si mandator reuocet mandatum antequam cle-
Nota. ricus occidatur ita vt mandatarius sciat reuocatum esse mandatum ex animo & non ficte, mandator non erit excomunicatus,nec irregularis,vt docent late Suarez,& alij supra citati,sed de reuocante consilium docent oppositum,& assignant rationem discriminis.Vide Sylvest.homicidium.1.num.11.partic.3.& q. 8. partic.6.Nauarr.c.27.num.233.Cordub.in summa,q.173.in fine Tabie.irregu.2.§.12. Nauarrã. 3.derest. capit.4.n.27.Suarez supra: inter quos tamen aliqua est differentia sed quæ ad rem præsentem non pertinet.Dicimus ergo , licet homicidium illud secutum post pænitentiã datæ causæ,peccatum non sit,& ideo proprie non puniatur; quodammodo tamen puniti irregularitate , vel etiam excomunicatione; quia datio causæ non puniretur nisi homicidium esset subsecutum,itaq. executio homicidij est conditio non ratio puniendi.

59 Ad.3.Resp.quanuis in eo euentu,quo ante
Ad.3. homicidium,vel pollutionẽ subsecutam non sit reuocata voluntas,confitendum sit necessario homicidiũ vel pollutio ipsa (quia tunc vere est peccatum)vt tenet Ledes.1.p.4.q.21.a. 7.§.& ad argumenta.Sotus,4.d.12.ar. 7. versic. Hinc fit,Ludouic. Lopez.1.p.instructorij c.21. §.preterea quia omnibus & .2.p. c. 76. de Eucharistia.§.sequitur etiã secundo,& Thomas Sanchez,tom.3.de matrimonio lib.9.q.45.nu. 30.tamen si quis ante pollutionem actualem confessus fuit causam datam,probabile putat Thomas Sanchez,& ego verissimum,non teneri postea confiteri pollutionẽ subsequutã, quia pollutio in se nullam habet malitiam, & quæ fuit in causa,satis iam est expressa: & idem est,licet non fuerit homo confessus causam,sed tantum de illa pœnituerit antequam pollutio sequeretur;quanuis tutius esset illã confiteri.Ita Sotus supra & Ludouicus Lopez supra in vtroq.Loco quos, licet obscure quãtum ad hoc vltimum refert,& citat Sanchez supra:de homicidio autẽ putant isti tres, etiã si post pœnitentiam, vel etiam confessionem causæ sequatur,esse necessario exprimendũ, non quod sit peccatum,sed vt meliusvis datæ causæ per eius effectum intelligatur, quæ antea non erat satis intellecta à confessario, putant autem non esse simile de pollutione , & 60
rationem discriminis assignat Sanchez, quia pollutio nullo modo fuit in se volita,sed præter intẽtionem accidit,nec ita in eam influit causa data sicut percussio in mortẽ. Sotus vero quem sequitur Lopez,quia pollutio nõ est tam enormis sicut homicidium.Sed nõ video quid referat esse magis aut minus enormem: nam omnia peccata cõfitenda sunt,siue enormi,siue non enormia,modo lethalia sint: ergo si vtrunq.est peccatum, vtrunq. est confitendum;si vero neutrum est peccatum, vt tenent Sotus Lopez & alij, neutrum est confitendum.Neq.item refert, quod pollutio non fuerit in se volita,homicidium autem fuit in se volitum:nam potuit contrarium accidere, videlicet vt homicidium non esset in se volitum & pollutio esset in se volita: & deinde quod effectus sit in se volitus, vel tantum in causa,non mutat eius speciem, nec aggrauat notabiliter:ergo non opus est in confessione id explicare;& sine expressione effectus, seu euentus potuit explicari:ad quid ergo necessarium est euentum exprimere , qui peccatũ non est:Dico ergo sufficere vt quis confiteatur totam malitiam datæ causæ,quæ sufficienter potest explicari,non explicato postea euẽtu,quia ab illo non pendet,sed tota consistit in periculo euentus apprehenso,& iudicato, quando causa data est , & alioqui oporteret millies malitiam causæ Confiteri , nimirum, si mille effectus sequantur,quilibet post confessionem præcedentis: quod durissimum vt dixi,& in Ecclesia inusitatum est : bene ergo aliqui dicunt,si eiusmodi euentus post pœnitentiam & reuocatio eem voluntatis peccata non sunt,confitendos necessario non esse, & sicut probabile est, non esse peccata,ita & nõ esse necessario confitendos.

QVÆST.

QVÆST. XXI. DE IIS QVÆ CONSEQVVNTVR ACTVS HVMANOS RATIONE BONITATIS, & malitiæ.

Art.1.Vtrum actus humanus in quantum est bonus, vel malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati.
Art.2.Vtrum habeat rationem laudabilis, vel culpabilis.
Art.3.Vtrum habeat rationem meriti, vel demeriti.
Art.4.Vtrum habeat rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

DISPVTATIO. VII. DE PROPRIETATIBVS QVÆ CONSEQVVNTVR AD BONITATEM ET malitiam humanorum actuum.

1 D. Thom.(quem sequuntur Ant. 1.p.tit.4.c.12.§.6.& Viguer.c.3.§. 7.versi.15.Sayr.lib.2.ca. 4.nu.16. Petrus de Soto lect.4. de actib. humanis. Valent.disp.3.q.16.Vaz.& alij interpretes in hac q.21.)explicat tres proprietates humanorũ actuum.1.est esse rectum,vel obliquum.2.dignum esse laude,vel reprehẽsione, seu vituperio.3.esse meritorium præmij, vel pœnæ:quas dicit conuenire illi ratione bonitatis,vel malitiæ. Rectitudo autẽ dupliciter explicatur.1.in ordine ad vltimũ finẽ, sumpta metaphora à linea seu via,nam opus bonum recta ducit hominẽ in vltimum finẽ, scilicet Deum:quia ex se placet Deo,& cedit in eius gloriam,& est virtualis tendentia in ipsum, & reddit hominem dignum tali fine,qua vltima consideratione rectitudo & meritum actus coincidunt.Ecõtratio vero actus malus dicitur obliquitas propter cõtrarias rationes, videlicet,quia ex se displicet Deo & aduersatur eius honori & reuerentiæ & deducit hominem ab vltimo fine & est virtute deflexio quædam & declinatio ab illo,redditq.hominem indignum eius assecutione,saltẽ breui& antequá expietur inpurgatorio. 2. explicatio rectitudinis est, vt rectus dicatur quatenus est conformis regulæ scilicet legi & rationi, & ab illa non discordat,deuiat neque declinat. Actus vero malus dicitur obliquitas,seu obliquus,quia discordat deuiat declinat & deflectit à regula & lege & ab hac proprietate dicit D.Th.a.1.actum malum denominari peccatum.Et consonat Ioan.1. c. 3. dicens: *amarthia estianomia,idest peccatũ est deuiatiõ à lege.* Quod interpres vulgatus vertit. *Iniquitas*,sed idem est, nam iniquitas inæqualitatẽ & declinationẽ quãdá significat.Et ipsemet a.1. &.2.&.q. 2.de malo.ar.2.cum quo conueniunt Vaz.disp. 77. c.2.Açor to.1.li.2.c.7.q.1.Cõrad.q.21.a.1.distinguit rationẽ mali, peccati, & culpę.Nã malũ dicit esse commune cuicunq. priuationi perfectionis debitę siue in actu.2.seu operatione siue in actu.1.seu natura.Peccatũ vero ait solum dici in actione,siue voluntatis, siue naturæ.Vnde philosophi dicunt, mõstra esse peccata naturæ,quia per actiones,quæ fũt peccata naturæ, producta sunt vt aduertit Vaz. ibi. ex D.Th.q.21.a.1.ad.1.culpam vero ait esse rationẽ mali & peccati contractã ad actionem liberam. Iam vero apud Theologos hæ voces confunduntur,presertim nomẽ peccati,& culpæ:quod nomẽ etiá de habituali peccato dicitur:ea tñ ratione qua deriuatum est ex aliquo actuali eiusdẽ personæ,vel capitis, qualis est culpa originalis quæ originẽ duxit ex actuali peccato Adæ. Sed obiicies.Nã siue actus ma 2
lus dicatur obliquitas & peccatum secũdum *Obiectio.*
rationem

rationem cõmunem,qua peccatum cõprehẽdit peccata naturæ,moris,& artis,& est deuiatio à legibus,& regulis naturæ moris vel artis siue secundum particularem rationẽ,quæ solum dicitur in moralibus & est deuiatio à regulis & legibus moris,nõ potest esse proprietas consequens rationẽ actus mali;nam iuxta 1.considerationẽ obliquitas est tota essentia actus mali,vt malus est:siquidem malitia moralis nihil aliud est quã priuatio rectitudinis moralis debitæ vt in superiorib⁹ diximus.Vnde isti termini vidẽtur synonymi. Act⁹ malus moraliter,peccatum morale,obliquitas moralis,neq. vnus sinificat essentiam, alius vero proprietatem,quæ cõsequatur essentiã.Iuxta. 2.vero considerationem obliquitas est essentialis ratio cõmunis peccatis moris naturæ & artis,quomodo,ergo D.Th. docet rectitudinem,vel obliquitatatem esse proprietatẽ quę consequitur actum humanum ratione bonitatis,vel malitiæ:Resp.aliqui.1.cum Victor.& Soto,quos refert Medina a.1.malum morale, & peccatũ distingui:nam malum morale cõsistit in priuatione conformitatis ad rationẽ, peccatum vero in priuatione conformitatis ad legem superioris.Vnde si nulla esset lex superioris vel inuincibiliter ignoraretur, mendacium esset malum morale non tñ peccatũ. Quia *Vbinon est lex nec præuaricato*.Rom.4. Hos merito reijcit Med. ibi Vaz.disp.77.c.1. Açor, to.1.li.2.c.7.q.2.quia vt in superioribus dictũ est,malũ morale & peccatum idẽ sunt omnino,& in mea opinione vtriusq. ratio cõsistit in priuatione conformitatii ad rationẽ & ad legem,seu ad regulam vt etiam ex D·Tho.a.1. colligere licet,quanuis secundum alios cõsistat in difformitate,seu dis cõuenientia ad naturam rationalem,siue ex ná sua siue suppositalege : quocirca etiãsi nulla esset lex, peccatum fore.De qua re vide Vaz.& Açor, supra, & hoc quidẽ verũ est,loquẽdo de lege positiua,sed peccatum esse nequit,nisi saltẽ sit lex naturalis, quæ est vel ipsa natura rationalis, vel eius ratio seu dictamen vt in materia de peccatis & de legibus ostendemus:vnde.Ro.2 cum enim gentes,quæ legem non habent, naturaliter quę legis sunt faciunt, ipsi sunt sibi lex,qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.Medi. tñ non attigit,nec diluit difficultatem à nobis propositá.Cõrad. vero.a.1. existimans,bonitatem idem re esse cum rectitudine,& malitiã cum obliquitate & peccato,vt nodum dissoluat, ait, ratione distingui & rationem bonitatis & malitiæ esse posteriorem ratione rectitudinis, & obliquitatis; & illas esse veluti proprietates:quia sequela cõsecutionis & illationis, seu ordine rationis sequuntur rectitudinẽ & obliquitatem, licet non sequela causalitatis.Fauet Valent.disp.2 q.16.puncto vnico qui distinctionem rationis tantum ponit inter hæc.Sed hoc nõ satisfacit quia ratio mali moralis & peccati moralis prorsus eadẽ est,siquidem malitia moralis in priuatione rectitudinis & in obliquitate à regula formaliter consistit,& si inter has est ordo rationis potius dicẽdũ est rectitudinẽ esse posteriorẽ,quã priorem , vnde dicendũ est.3. sermonẽ D.Th.esse de sequela illationis,qualis est in terminis synonymis, quorum synonymia abscura est & ideo probanda ex declaratione ipsorum terminorum & ita D. Th.ex eorum declaratione concludit his verbis.Vnde sequitur,quod actus human⁹ ex hoc quod est bonus,vel malus habet rationem rectitudinis,vel peccati. R. 4. D.Tho.in rectitudine inclusisse duos respectus videlicet ad regulã, & ad finem vltimum,& ratione. 2. ait esse de cõsequẽtib⁹ bonitatẽ,nõ ratione primi:innuit Sayr.supra & ista videtur mens Caiet. a.1. qui ait.Actus humanus constituitur in esse boni, vel mali quasi ex causa formali et super hoc fundatur,quod ex ordine ad finem,recti, vel peccati rationem habet. Vaz.autẽ disp.77.c.2. reprehendit Caiet. quod dixerit D.Th.a.1.bonum et malum non sumpsisse in genere, sed pro bono et malo morali,ipseq.docet,D. Th. locutum de bono et malo in genere:cum vero ait D.Th.actionẽ humanam hoc ipso quod est actio bona,esse rectã,et hoc ipso quod est actio mala,esse peccatũ:solum velle bonitatẽ non inquocunq.subiecto facere rectũ, sed in actione,et similiter malitiã non in quocunq. subiecto,sed in actione facere peccatum,siue moris,siue naturæ,sicut curuitas non in quocunq. subiecto sed in naso constituit & facit formaliter et essẽtialiter similitatẽ. Iuxta hanc opinionem male Caiet.dixit,rectitudinẽ esse passionẽ bonitatis moralis , obliquitatẽ vero malitię quæstio est ꝺ nomine et vtraq.opinio satis est probabilis :suã late pro sequitur Vaz.

2. Proprietas est laudabilitas , vel culpabilitas,qua actus dicitur laudabilis,vel culpabilis vituperabilis imputabilis seu reprehensibilis.Quæ quidem manifesti⁹ est proprietas cõsequens,quia est denominatio extrinseca sũpta à potentia vituperãdi, sicut visibilitas est denominatio extrinseca coloris sumpta à potentia videndi:de hac proprietate videri potest Arist.1.Rhet.c.9.3. ethi.ca.5.1.magn. mor. c.9.D.Th.2.2.q.91.a.1.Diony.c.1.diuini.no.vbi ait,Deũ rõe sui esse honore dignũ,laude vero propter ea,quę recte et libere operatur ad extra.Vaz.disp.77.n.8.ait laudabile hic nõ sumi pro eo ꝙ est laude dignũ:sic.n.idẽ est laudabile et meritoriũ,sed sumi pro eo, ꝙ est studiosum et sic ait,laudabilitatem nõ esse passionẽ bonitatis moralis,sed eius essentiã et eodem modo loquitur de vituperabilitate seu imputabilitate

3

4

tabilitate Açor vero illo cap.7. q.1. Sayrus & alij communiter laudabile & vituperabile sumunt pro digno laude,vel vituperio,& cõsequenter docent esse passionem bonitatis, vel malitiæ moralis: quæstio est de nomine vtrumque est probabile, & apud omnes est, certum,imputabile in communi dicere ordinem ad causam liberam,quia actus non est imputabilis ad culpam,nec ad bonum,nisi sit à causa libera. Ita docent Vazq.& D.Tho.ar. 3.Scot.quodlibet.18.artic.2.

5 3.Proprietas est meritum, vel demeritum, de qua Vazq.nume.10.artic.3. fatetur esse passioné & de ea fuse disputabitur in materia de peccatis & de gratia:nonnulla tamen hic breuiter obseruanda sunt primum homines apud tres suis actibus mereri,aut demereri posse.1.apud Deum.2.apud remp.seu eius gubernatorem aut principem.3.apud priuatam personam.Primos duos respectus dicit obuenire cuicunq. actui.3.vero non semper, sed quando actus cedit in commodum alicuius priuatæ personæ.Ratio autem iustitiæ quam in hac proprietate conuenire affirmat D.Th.nõ est secundum aliquos eadẽ,vel eiusdẽ rationis respectu omnium:actus enim humanus ratione malitiæ est dignus pœna respectu Dei secundum rationẽ iustitiæ vindicatiuæ cum omni proprietate & absque vlla limitatione, vel conditione,similiter (inquiunt) respectu reipub.interdum reperitur eadẽ ratio iustitiæ non tñ in omnibus actibus malis, quia non pertinet ad remp. omnia mala punire,sed externa & ea tãtum externa,quæ sunt contra pacem,iustitiam & politicam gubernationem, & multo minus respectu priuatę personæ intercedere potest hæc ratio iustitiæ, quia non pertinet ad illam iniurias etiam proprias vindicare,nisi fortasse per publicam potestatem: nihilominus tñ potest homo dici per quẽlibet actum demereri apud remp. vel aliũ, etiã si ab illo non sit puniendus,quia quantum in se est, fit dignus pœna per respectum ad talẽ personã,vel cõmunitatẽ,& indignus beneuolentia,seu beneficentia eius. At vero in merito prẽmij intercedit alia ratio iustitiæ & non semper eadem:nam si nullum intercedit pactum,vel promissio,etiam si aliquis operetur in cõmodum priuatæ personæ non merebitur ex iustitia proprie sumpta,sed ex gratitudine quadam,quæ est pars potentialis iustitiæ: respectu vero communitatis intercedere potest quædã ratio iustitiæ legalis, quæ respicit bonum commune, vel etiam iustitiæ distributiuæ commutatiuæ, si præmia sint à Rep. deputata bonis operibus & eorum distributio sit gubernatori commissa. Respectu autem Dei solum intercedit quædam ratio cõuenientiæ & sapientis prouidentiæ: ad quem spectat sicut malorum punitio: ita etiam præmium bonorum. Si autem superaddatur pactum sub conditione operis proportionati ad præmium,intercedit etiam vera, ac propria ratio iustitiæ.Hæc illi.

Sed hic modus dicendi, pugnantia continet.Nam si,vt verum est,sine obligatione puniendi exercet Deus & Resp. ac princeps veram iustitiam punitiuam,ergo & sine obligatione remunerandi exercere poterit veram iustitiam remuneratiuam: quæ sicut illa sub iustitia distributiua continetur. Non igitur necessarium est pactum Dei ad hoc vt opera nostra apud Deum mereantur præmium de iustitia reddendum. Maxime cum neque ex pacto,nec alia via possit Deus de iustitia obligari creaturæ,vt fuse docebimus, quæst. 114. differentes de merito. Vbi etiam confutabimus id quod alij recentiores hic art.3.& alibi dicunt, ad meritum proprie & simpliciter dictum non requiri retributionem ex iustitia, sed sufficere ex gratitudine,& ideo licet Deus nobiscum nõ exerceat simpliciter iustitiam: tamen nostra opera simpliciter esse meritoria apud Deum.Nos loco citato probabimus ad meritum requiri iustitiam nõ tamen obligationem iustitiæ,imo nec gratitudinis & in Deo esse iustitiam simpliciter;non vero gratitudinẽ eo quod obsequia nostra Deo inutilia sunt,nemo autem gratus esse potest,nisi ei à quo vtilitatem & beneficium recepit.

2.Obseruandum est cum Valentia, rationem meriti,quam actus bonus erga communitatem habet, hoc ipso prẽcise, quod bene operans est communitatis pars, sufficienter cõpẽsari illa generali ratione,qua vicissim ex cõmunitate redundant aliqua commoda ad omnes illius partes:secus vero iudicandum est siquispiam homo particularis peculiari ratione aliquod officium in communitatem conferat,vt Medicus,vel aduocatus ciuitatis &c.Nam tunc peculiari etiam ratione debebit Resp.meritum illud compensare 6. 2.Obseruat.

3. Obseruat Valentia, quod dicimus, actum bonum, qui cedit in commodum alterius particularis, esse hoc ipso meritorium, non ita intelligendum esse,quasi particularis ille debeat semper ex iustitia compensare ad æqualitatem id meritum determinata quapiam mercede;sed intelligi debet ita, vt aliqua ratione saltem pro ratione ipsius meriti compensare illud debeat,siue ex iustitia,siue alio modo. Nam siquis v. g. fuerit liberalis, vel misericors erga alterum, bene hoc ipso de eo merebitur, nec tamen alter tenebitur ex iustitia mercedem æqualem reddere, sed tenebitur tamen aliquo modo gratus esse proratione accepti beneficij. Similiterq. dicẽdũ de ratione demeriti erga alterũ, vel erga 3.Obseruat.

communitatem dictum est, intelligi debet ita, vt pœna inferri debeat pro ratione demeriti et ab ijs,ad quorum officium pertinet punire iuxta normam iustitiæ vindicatiuæ.Hæc Valentia.Sed ex dictis patet cõmunitatem,vel personam priuatam,quæ ab alia recipit beneficium, tametsi nõ semper teneatur ex iustitia illud ad æqualitatem compensare:tamen si illud ita compensct intuitu faciendæ æqualitatis,actum fore iustitiæ.Si vero aliqualem beneficij compensationem intendat;et non æqualitatem,exercebit gratitudinem, quæ pro varietate circunstantiarum interdum maius, interdum minus,interdum æquale repẽdit,interdũ vero solũ agit gratiã quia referre non potest,aut non decet.

7 4.Obseruant Valent.& Sayr.ex D. Th.a.4. actum bonum esse meritorium apud Deum: *4.Obseru.* tum quatenus cedit in bonum comunitatis, cuius Deus curam gerit:tum quatenus cedit in gloriam & honorem ipsius Dei,actum autem malum,contrarijs rationibus esse demeritorium apud Deum. Vnde Ecclesiastici vlt. *cuncta,quæ fiunt,adducet Deus in iudicium siue bonum,siue malum.*Sed obijci potest, quia aliqui actus non cedunt in bonum, vel malum cõmunitatis,vt mere interni, ergo non omnes ea ratione debent præmio affici à Deo.R.etiã internos qui habent pro obiectis actus externos,cedere,quãtum est ex se,in bonũ, vel malum communitatis,saltem ea ratione, qua generant,vel augent bonos, vel malos habitus, quibus similes actus in bonũ cõmunitatis,vel damnum exerceri poterũt,vel quibus homo ad actus alterius rationis redundantes in bonum,vel malum cõmunitatis,bene, vel male dispositus erit.Idemq.de actibus illis internis dici poterit, qui nõ habent externos pro obiectis,maxime, si illos habeãt pro finibus,vel eorum obiecta sint actus interni habentes externos pro obiectis, hi enim sæpe erunt vtiles communitati,compensatio autem à Deo in alia vita non fiet pro ratione vtilitatis respectu communitatis,sed pro ratione bonitatis moralis & gratuitæ.

8 Vnde.5.obseruandum est opera facta extra gratiam quantumcunq. sint bona,non remu- *5.Obseru.* neranda beatitudine supernaturali vt loco citato docebimus,vbi etiã disputabitur, quod hoc loco disputat Caiet.&.1.p.q.63. a. 6. circa ad.3.& Capreo.2.d.4.&.27.an omnis actus bonus existẽtis in gratia sit meritorius vitæ æternæ.Ibi quoq.disputabitur,an opus bonum in peccatore mereatur præmium,saltem tẽporale.Nam aliqui affirmant,quia vt nullũ malũ impunitũ,ita nullum bonũ irremuneratum esse debet.Vt ait Hiero.Agæi.Greg.ho.40. in euangelia.qui referuntur,c.si quando & c.cauendum de pœnit.d.3. vbi docẽt bona temporalia dari peccatoribus in præmiũ aliquorũ bonorũ operũ quæ faciunt,vt de Romanis ait Aug.5.ciuit.c.12.& sequentibus & dicunt aliqui vnũ ex præmijs esse internam iucunditatem quã secum affert opus bonũ,vt ait D.Th. 2.d.27.a.4.aliud vero præmium esse,minus puniri in inferno quam si vice bonorum operũ mala perpetrassent.Vt ex Aug.lib.de patiẽtia docet D.Th.3.p.q.89.a.6.ad.3. Hæc tñ nõ sunt proprie præmia & secundũ non est tẽporale. Vnde existimo vt significat Capreo.2.d. 28.& tenet Medina hic,a.4.hæc opera non esse meritoria alicuius præmij infallibilis de iustitia reddendi saltem moriẽtibus in mortali peccato;sed de congruo mereri aliquid temporale; quod frequenter datur sed non semper & infallibiliter,quia status peccati impedit aliud meritum,aut finalis in pœnitentia ipsum extinguit,vt & meritum vitæ æternæ fundatum in operibus iusti ex charitate factis . Sed de hoc plura loco cit. Ibidemq. examinabitur, an verum sit quod hic art.4.docet Med.ex D. Tho.q.114.a.vlti.& Abul.Matt.6.q.12. per opera bona ex obiecto, seu quoad substantiã & mala ex intentione finis posse aliquem mereri apud Deum aliquod præmium temporale. De quo etiam diximus superius inquirentes, an idẽ actus possit esse simul bonus & malus.

TRACTATVS VIII. ET Disp.vnica de conscientia.

Licet quæst.19.a.3.5.&.6.disputare de consciencia cum alijs possemus,placuit tamen in præsentem locum hanc disputationẽ reijcere ne adeo magna interruptio in materia de bonitate & malitia humanorum actuũ fieret, & quoniã hæc doctrina de conscientia, si ad singulas res morales applicanda esset in immensum crescceret, & confusionem pareret, quia oporteret fere omnes materias moralis Theologiæ euoluere,quæ ex proprijs ptincipijs pẽdẽt,generales tãtũ regulas & principia huius materiæ trademus,aliquas difficultates particulares quæ ex doctrina generali emergunt, enodãdo. De cõsciẽtia tractant late Ioan.Capistranus in inspeculo cõsciẽt. Habetur inter tractatus Doctorum to.1.Anto.Perez.certam. 10.Scholast.Sayrus in Thesauro. casuum. lib. 1.vbi innumeros alios de conscientia agentes refert,quos improgressu citabimus. I

Sectio.1.Quid sit conscientia.

Conscientiam & synderesim esse actus, habitus, vel inclinationes voluntatis conformes dictamini practico generali, vel particulari principij,vel conclusionis, sentit *1.Opinio.*

Henricus

Henricus, quodlibet 1.quæstione. 18. (quem ex parte secutus est Durandus.2.distinct. 39. quæstione.4.) docens, *synderesim & conscientiam includere intrinsece aliquid intellectus, & aliquid voluntatis, sed præcipue aliquid voluntatis.* Fundari potest in communibus locutionibus & in proprietatibus, quæ conscientiæ tribuuntur: dicitur enim conscientia *mundari.* Hebr. 11. Quod est proprium voluntatis, quæ per peccatũ maculatur: dicitur *conscientia bona.* Act. 23 *ego conscientia bona conuersatus sum.* 1.Petr. 3. *conscientiam habentem bonam.* 1. Tim. 1. *habe bonam conscientiam.* Vbi à fide distinguitur *charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta:* dicitur etiam *conscientia mala.* 1.Tim. 4. & *inquinata* ad Titum. 5. *inquinatæ sunt eorum mens & conscientia:* Vbi etiam à mente distinguitur: & communiter dicimus, *hominem habere bonã, vel malam conscientiam:* bonitas autem & malitia proprietates sunt voluntatis.

3 2. Opinio. 2. Opinio & communior Theologorum ponit illam in intellectu: & in hoc est magna varietas. Nam Scotus. 2. dist. 39. quæst. vnica dicit, esse habitum conclusionum, quæ ex principijs practicis deducuntur; synderesim autẽ putat esse habitum, qui circa talia principia versatur. Bonauent. ead. d. art. 1. quæst. 1. ait, cõscientiam esse habitum intellectus practici; synderesim vero habitum voluntatis, quo inclinatur ad bonum, & sicut intellectus habet quoddam naturale iudicatorium dirigens in cognoscendo; ita voluntatem habere quoddam naturale pondus dirigens in appetendo: & conscientiam capi tripliciter, pro obiecto, pro habitu, pro potentia, sed vsitatiori modo pro habitu. Duran. etiam supra ait, conscientiam, quaparte ad intellectum pertinet, dicere habitum. Alen. autem. 2. p. quæst. 76. mẽb. 1. dicit synderesim significare potentiam cum habitu & eum appellat rationem, fortasse, quia rationem sequitur, & membro. 2. ad vltimum ait, esse eandem cum voluntate deliberata; sed. q. 77. m. 3. ait, conscientiam esse duplicem actum, nempe intellectus & voluntatis, vnde videtur Alex. Alen. conscientiam ponere in intellectu & volũtate, synderesim vero vel in vtraq. potentia, vel in sola voluntate. At vero D. Thom. 1. par. q. 79. artic. 13. Caiet. ibi. & alij referendi dicunt, conscientiam esse actum intellectus. Existimo nomen hoc æquiuocum, vel analogum valde esse, vt autem sciamus, in qua significatione in præsenti disputatione sumendum sit.

4 1. Concl. Dico. 1. conscientiæ nomen iuxta frequentiorem vsum significare aliquid pertinens ad intellectum. Prob. 1. ex patribus: nam Basilius, initio Prouerbiorum, conscientiam vocat, naturale iudicatorium animæ. Damas. lib. 4. capit. 23. legem intellectus nostri. Hieron. Ezechiel. 1. vocat synderesim scintillam conscientiæ: synderesis autem ad intellectum spectat, vt postea videbimus, & ibidem Hieron. cum alijs in illa Ezechielis visione conscientiam intellexere per Aquilam ob visus perspicacitatem, & de illa explicat id Roman. 8. *quæ sunt hominis, nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, & ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et in id Malach. 2. *custodite spiritum vestrum & vxorem adolescentię vestræ.* Per vxorẽ intelligit legem naturalem: per spiritum, partem animæ rationalem, quę dicitur synderesis, & Gregor. 2. moral. ca. 33. ait, discretionem mentis esse nuntium, qui ad conscienciam recurrit. Orig. lib. 2. in ep. ad Rom. conscientiam vocat, *spiritum correctorem & pædagogum animæ.* Macharius, hom. 15. *sic & cor multas habet cogitationes naturales sibi adhærentes: mens autem atque conscientia reprehendet ipsum atq. dirigit & sedat cogitationes naturales in corde nascentes &c.* Bern. lib. de conscientia, cap. 8. ait, *conscientiam esse quasi cordis scientiam.* Vide etiam Aug. Psal. 28. & refertur ca. custodi. 11. q. 3. & ibidem ca. in cunctis refertur Greg. epist. ad Constantinum Mediolanensem episcop. Aug. etiam lib. cõtra Secundinum Manicheum, ca. 1. ait, *senti de Augustino quodlibet, sola me conscientia in oculis Dei non accusat.* Refertur eadem causa & q. ca. senti. 2. Ex scriptura & ex effectibus & proprietatibus, quę in ea tribuuntur conscientiæ Rom. 14. *omne, quod non est ex fide, peccatum est.* Vbi nomine fidei conscientia significatur, vt exponit Richar. de sancto Victore, ibi. q. 320. Amb. Chrysost. Theoph. Theodoretus, Oecu. Ansel. Nicola. Grãdis, & alij cõmuniter tum græci, tum latini interpretes & præterea Inn. 3. in Conc. Latheranen. Vnde extat caput finale de præscrip. et Gratianus late, ca. omnes §. ex his. 28. q. 1. vbi citat August. et Amb. et ca. quærit. §. illud autem de pœnit. d. 3. et colligitur ex contextu, differit enim Apostolus de cibis, mundis et immundis secundum legem, et ait, *qui descernit, si mãducauerit, damnatus est: quia non ex fide:* i deest qui discernit inter cibos existimans, aliquos vere esse immũdos, si omnes æque manducauerit, damnatus est; quia facit contra conscientiam et contra id, quod credit esse faciendum, et licet Hieron. et Beda, ibi. et Aug. 4. contra duas epist. Pelagian. c. 3. exponãt de fide infusa, tamen non excludunt priorem expositionem: sed de hoc loco plura dicentur sect. 3. Prętera Eccles. 7. dicitur: *scit enim conscientia tua te crebro maledixisse aliis.* Gen. 43. vbi fratres Ioseph ad dispẽsatorẽ inquiunt *non est in conscientia nostra, quis posuerit pecuniam in marsupijs nostris.* Idest nescimus. Ro. 2. *testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Testificari autẽ intellectus est non voluntatis, quæ est potentia cæca, et capit. 9. *testimonium mihi*

præbente conscientia mea, et. 1. Corinth. 12. alibiq. dicitur conscientia accusare, defendere, dirigere, et similia, quæ ad intellectum procul dubio spectant. Alia scripturæ testimonia ad propositum peti possunt ex Damasce.2.parallelorum.c.78.&.79. Ad idem est prouerbium, *conscientia mille testes*, & quod dixit Seneca, *conscientiam esse partem diuini spiritus homini immersam*, & Menander. *Mortalibus omnibus conscientia Deus est*: nam sicut Deus, dirigit, punit &c. Et quia apud omnes idem præstat dixit Tertulian.1.contra Marcionem. *Apud omnes gentes esse vnam, eandemq. conscientiam.* Propter claritatem & vim vrendi animá confertur igni & quia turbando hominem se, & delictum prodit, iuxta illud vulgare. *Heu quã difficile est crimen nõ prodere vultu.* Et Horat. *Quis enim celauerit ignem, lumine qui semper prodi tur ipse suo.* Vide Chrysost. & alios Ro. 2. & in id Psal.4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*; quod multi de conscientia exponunt ostendente, quid sit bonum, vel malum.

4

3. Probatur ex ipso nomine conscientiæ, quod à Verbo, conscire, sicut & *conscius*, deriuatur, conscire autem & conscium esse, est secum aliquid scire & reputare. Licet exterius nihil dicat, iuxta id Pauli *nihil mihi conscius sum.* Et poëta *nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.* Quanuis D.Thom.1.p.q.79.a.13.& de verit.q.17.a.2.ad.2. Henricus supra & alij multi dicunt, conscientiam esse quasi cum alio scientiam; quia est cum applicatione ad actionẽ, quoniã est iudicium practicum, vt dicemus. 4. Probat. ex Scholasticis relatis & statim referendis. 5. Prob. quia cõscientia est quid necessarium: actus autẽ & habitus existentes, in volũtate nõ sũt necessarij: ergo nec cõsciẽtia, ac proinde videtur esse aliquid intellectus.

5

2.Conclu. Dico 2. etiã si conscientia nomen æquiuocum vel analogum sit, & interdum actum, interdum habitum intellectus significet, sicut & scientia, tamen proprius & frequentius actum significat, & quidem pertinere ad intellectum, præter citatos tenent D. Thom. Caiet. Conrad. Med. Valent. Vaz. & omnes recentiores. q.19.a.5. & 6. Antoni.1.p.tit.3.c.10. initio, Richard. 2.d.39.art.2.q.1.& 2. Gab.art.2. con.5. Palac.q.1 Capreolus.q.1.con.5. Hispal.q. 1. Duran.q.4. Tartaretus & alij. Alb in summa Theologiæ.p.2.q.99.articulis vltimis. Cordu. lib.3.q.1.punt.3. Nauarrus in summa.c.17.num. 279. Augustin. in moral.capitulo.7. Almayn.1. moral. capit.6. Ludouicus Lopez 1. instruct. capitulo.3. Henricus, quodlib. 3. quæstione. 13. Alen.2.part.quæstione.77.m.3. & quæstion. 137. m.3.& 4. in noua impressione. quæstione. 74.& 120. Bellarmin.5. de gratia & liber. arbitr. capitulo. 10. ad.10. Conrad. quodlib.7. Azor.tom.1.lib.2.capitulo. 8. q. 1. glossa. in id Roman.2. gentes, quæ legem non habent. D. Laurentius Iustini. in sermone D.Marci, Couarrub. regula possessor, parte.2.§.6. in principio Valentia. 1. par. disputatione de anima, quæstione.5.puncto.3. in fine. Æquiuocationem siue analogiam ad actum & habitum agnoscunt. Alb. Rich. Durand. Henrric. Gab. Cordub. & alij cum D.Thom.1.par. quæst.79. art.13.& quodlib.3.quæst.26. in fine. Et 2. dist. 24. quæst.2.articulo.4. in corpo. & ad. 4. &. 5. vbi præter actum & habitum ait, interdum significare obiectum. Quomodo dicimus aperiri conscientiam in confessione, idest, quod per eam iudicatur: & mundari cõscientiam, quando tollitur, id quod conscientia in homine accusabat, & Paulus.1. Timoth. 1. admonet, vt retineat fidem & bonã conscientiam, sic etiam interpretatur Bonau. supra, id quod ait Damascen.4. fidei capitulo.23. cõscientiam esse legem: quia per eam proponitur nobis lex Dei. Sed certe Damasc. ibi legem Dei distinguit à lege interna, quæ est cõscientia, addit Bonauent. interdum significare ipsam potentiam intellectiuam. Quod & fatentur Richardus, & D.Thom. de veritat. q.17.a.1.& iuxta hanc acceptionem, quę magis impropria est accipi potest, quod dicitur. Vermen conscientiæ non extingui, quia licet non semper sit in actu, vel habitu: tamen semper manet lumen rationis, quod suis temporibus vrget. Interdum etiam accipitur pro ipsa anima, cuius solus homo conscius est, vt Heb.9. *emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis & Eccl.7. scit conscientia tua te crebo maledixisse alijs*, nec oportet alias acceptiones addere præter vsum sapientum. Potissime autem significare actum tenent fere omnes citati, & patet ex effectibus & proprietatibus cõscientiæ enumeratis, quæ sumuntur ex scriptura, ex cap. in cunctis, & cap. custodi. 11.q. 3. nam testificari proprie fit per actum intellectus, & multo magis obligare, quia habitus non obligat nisi sit actuale dictamen: similiter non accusat, nec mordet nisi actualis cognitio. Hinc etiam agere contra conscientiá intrinsece malum dicitur: quod non est verũ de habitu, & multo minus de potentia. Tandem cõscientia deponi dicitur ratione actus, licet nec potentia, nec habitus deponatur, est ergo hæc proprijssima significatio, et maxime deseruiens prẹsenti instituto.

Dico. 3. conscientiam non esse quemlibet actum intellectus, sed iudicium de actis, vel agendis, quo iudicantur bona, vel mala, turpia, vel honesta; præcepta, prohibita, vel concessa, seu licita. Colligitur ex citatis præsertim ex Cordub. et Couarrub. qui alios referunt. Et in primis cõscientiá esse actũ iudicij patet, quia est quædam fides, seu credulitas: quod

6.

3.Conclu.

quod ex Paulo retulimus.Itē quia cōscientia est vera,aut falsa seu erronea,vt postea dicemus:quæ solum sunt proprie in iuditio intellectus.Deniq.ex effectibus proprijs testificādi & accusandi,qui non fiunt in homine,nisi quatenus illi manifestatur, quid sit honestū, vel turpe &c.manifestatio autem fit per iudicium.Et hinc etiam cōstat altera pars,scilicet esse de actis,vel agendis secundum rationem turpis & honesti &c. Quia hac ratione obligat,vel accusat.falluntur autem, qui putant, iudicium de aliqua conclusione, vel principio,ex quo pendet honestas, vel turpitudo, conscientiam dici,licet non sit formaliter de actionibus nostris,vt iudiciū, quo res aliqua iudicatur propria,vel aliena: falsum, inquā, est,quoniam,nisi talis formaliter iudicet, actionem,aut possessionem,vel retentionē esse licitam,vel illicitam,turpem,vel honestā &c. non dicetur bona,vel mala fide,vel tuta conscientia agere,possidere,retinere &c.Item iudicium,quo iudico,rem esse meam,vel nō, re vera est practicum licet incomplete, quia dictat de agendis:nam rem esse meā est me habere eius dominium,ius,& potestatē ea vtēdi. Est autem incomplete practicum;quia nō reflectitur supra cognitionem, vt explicabitur sectione sequenti in.3.diuisione. Si obijcias cum Dur.2.d.39.q.5.nu.6.neminē agere posse
7 contra actuale iudicium practicum, quo aliquid agendum iudicatur,ergo si conscientia consistit in actuali iudicio de agendis nemo potest agere contra conscientiā R. hinc potius probari oppositum:nam proprie non dicitur homo agere contra conscientiā,nisi quādo actu iudicat,se male agere. Vnde si interdum male agit sine tali iudicio, non dicitur proprie agere cōtra conscientiam,quā habet: sed quam posset,& deberet habere & ex conscientia erronea culpabili,& vincibili. Nego igitur non posse hominē agere contra actuale iudicium etiam practicum,quia actuale iudicium de agendis,seu conscientia nullam necessitatem imponit,sed relinquit libertatem quo ad exercitum,imo & quo ad specificationem,si oppositum representetur sub ratione boni,vel minoris boni,aut cum minori euidentia,quamuis quidam dicant, voluntatem non posse amplecti bonum, quod æque aut minus efficaciter proponit illi intellectus, stante tali propositione.Sed si æque efficaciter vtrumq.proponatur hærere voluntatem. Si vero cum æqualitate,vel nullum actū habituram,vel id necessario amaturā esse, quod efficatius proponatur;de quo alibi.Posse autē hominem agere contra conscientiam actualem &presentē,recte docet Cōrad.quodlib.7. sed male addit, non posse agere contra aliud iudicium præceptiuum, quod simul est cum conscientia in eo,qui à cōscientia discrepat, ratione cuius iudicij ait,ōmnem prauum esse ignorantem & errare;& tale iudicium posse, licet minus proprie, appellari conscientiam erroneam,& ideo omnē qui agit cōtra cōsciē tiam agere alia ratione iuxta conscientiam, quæ omnia aduersantur dictis,tract.3.&.7. nā diximus,nullum iudicium,imo neq. præceptum stricte dictū imponere necessitatem voluntati & in materia de peccatis late docebimus,posse esse peccatum in volūtate sine vllo errore intellectus.Dices si voluntas amet aliquem finem, & intellectus iudicet tale medium omnino esse necessarium ad finem,non potest voluntas nō amare tale medium, ergo conscientia imponit illi necessitatem. Resp. negando cōsequentiam;quia illud iudicium non est de honesto & turpi sed de vtili,vel necessario ad finem;ideo non est iudicium conscientiæ,& præterea non imponit illi necessitatem ad operādum tunc, sed ad cessandum deinceps ab intentione finis, vel amplectendum tale medium vt explicuimus tract.6.

Quæri potest si conscientia est actus iudicij,quem habitum generat,vel ad quē habi 8
tum spectat:Resp.ex D.Thom.de verit. q.17. *Quæstio.*
a.1.ad.4.&.1.p.q.97.a.13.ad.3.Valen.supra,Vaz. disp.59.c.1.conscientiā in tota sua latitudine non pertinere ad vnum habitum sed ad varios pro varietate sua.Nam si iudicium conscientiæ sit verum,certum, euidens, elicitum per discursum de agendis in particulari, & cū omnibus circunstantijs, pertinet ad prudentiam infusam,vel acquisitam.Si absq.discursu ad synderesim, quæ est habitus principiorum agibilium: si vero sit verum & certum,sed in euidens pertinet ad fidem diuinam, quæ tamen raro iudicat de agendis in particulari & cum omnibus circunstantijs, nisi in propositionibus negatiuis,vt nunquam esse mentiēdum peierandum &c. Sed etiam si iudicet de agendis in communi,eius iuditium licet minus proprie appellatur conscientia,si vero sit de rebus agendis in communi,sed cum veritate, certitudine, & euidentia pertinet ad scientiam moralem. Si vero sit ineuidens & incertum, pertinet ad fidē humanam,vel opinionem, quæ improprie appellantur prudentia,si vere,vel probabiliter iudicant de agendis.Si iudicium sit error vincibilis seu culpabilis ad varios habitus erroneos pro varietate materię & modi procedendi pertinere poterit.Si procedit ex habitu naturali illum auget: si ad illum spectat,non tamen inuenit illum productum,producit illum:si vero procedit ex habitu supernaturali, neque illum auget, nec alium aliquem producit, sicut suo loco dicemus generatim de actibus procedentibus à virtutibus infusis,& hanc es

se opinionem D. Thomæ senioris, licet de verit. q. 17. a. 1. ad. 4. & alibi cum esset iunior sensisse, videatur ex eiusmodi actibus generari habitum acquisitum diligendi vel credendi, &c. Ex quibus patet male Capreolum. 2. d. 39. q. vnica. a. 3. ad arg. contra. 4. conclusione docuisse, nullum dari habitum conscientiæ, quia habitus omnis est de vniuersalibus; conscientia vero de particularibus: nisi intelligat, nullum esse habitū, qui per se respiciat assensum propositionis particularis, in quo consistit cō scientia. Nam ad eiusdem habitum pertinet per se cognoscere propositionem vniuersalem. v.g. omnis homo est risibilis, & particularem. v.g. Petrus est risibilis, quod verum est, quando vtraque propositio per discursum, eū demque modum discursus colligitur, si enim vna cognoscatur ex terminis, alia per discursum, vel vna euidenti: alia vero probabili discursu, non pertinebunt ad eundem habitum. Melius Dur. d. 39. q. 4. n. 11. ait, dari habitum cōscientiæ, non distinctum à lege naturali syndaresi, respiciente prima principia & à scientia practica respiciente conclusionem, sed falso ait conscientiā proprie dicere habitum intellectus simul cum quadam inclinatione voluntatis. De syndaresi etiam agunt D. Tho. infra. q. 94. a. 1. ad. 2. & 1. p. q. 79. ar. 12. & 13. & de verit. q. 16. ar. 1. Aug. lib. de bapt. paruulorum Sayr. lib. 1. c. 2. Sotus. 1. iust. quæst. 4. ar. 1. Ocham. 3. q. 12. & quolib. 2. quæst. 17. Antoni. 1. part. tit. 3. cap. 9. Herue. Scot. Gab. Valen. Cordub. & Alen. supra, & Palac. qui optime contra Henri. & Sayr. contra Dur. 2. dist. 39. quæst. 4. & alios aduertit, non dici à syn, & hæresis, quasi cœlestio, sed à, *syntireo*, quod est attendo obseruo, vel custodio, vnde Ouandus. 2. dist. 39. & alij scribūt syntaresim, vel syntirisim. Vide Calepinum verbo syntaresis. & Hieron. Ezech. 1. dicit, *scintillam conscientiæ, quam, syntaresim, græci vocant*, in Cain quoque, postquam eiectus est ex paradiso non fuisse extinctum. Et quid de sinderesi senserint. Alen. & Scotus, supra dixim⁹, Sed D. Th. Ant. Valé. Sayr. & alij citati cēsent, esse habitum principiorū agbiliū, aquo, vt diximus, aliquando dicitur iudiciū cōscientiæ, & affirmat. D. Th. 1. p. quæst. 79. artic. 13. & de verit. quæst. 17. ar. 2. ad 3. & 4. quamuis Hieron. in verbis citatis conscientiam cum syntirisi, seu syndaresi confuderit, nisi velimus explicare illum cum D. Tho. de verit. quæst. 17. ar. 2. ad 3. vt syndaresis scintilla conscientiæ dicatur, quia iudicium syndaresis est, quod superuolat, & supremum est in conscientia, eo quod est iuditium certum, & euidens ex ipsis terminis. Ioan. Capristran. in speculo conscientiæ à num. 35. iam videtur cō scientiam facere actum, iam habitum, iam confundere cum syndaresi, & lege naturali, iam distinguere: ita vt lex naturalis respiciat principia, cōscientia cōclusiones; & hæ sint actus: syndaresis vero habitus. De hac re quæ non est magni momenti, agit Anto. Perez supra à ca. 1. vsque ad. 8. resoluens, esse actum intellectus circa acta, vel agenda in particulari.

55 *2. Opin.*

56 *Probatur.*

Sectio. 2. Quotuplex est conscientia.

9 *1. diuisio.*

PRIMO diuiditur conscientia ex parte obiecti materialis, seu conditionis eius. Nam quædam conscientia est de præteritis actionibus, sic dicimus examinare conscientiam, & habere vel non habere conscientiam peccati. Eccles. 7. scit conscientia tua tē crebro maledixisse alijs. Sic Paulus Heb. 10. *ideo quod nullam haberent vltra conscientiam peccati*, & Ro. 2. *testimonium reddente illis conscientia ipsorum*. Rom. 9, *testimonium mihi perhibente conscientia*. 2. Cor. 1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*. 1. Cor. 4. *nihil mihi conscius sum. Nō* certe, quia nihil se cōmisisse existimaret, sed quia nihil egisse arbitrabatur post conuersionem, quod lethale esset, aut simpliciter nihil egisse, à quo non esset mundatus, & liberatus, sic sæpe dicitur, non habere conscientiam peccati, qui licet nouerit, se peccasse, tamen ab omni peccato mundatū se existimat. Hæc denique conscientia consolari, accusare, reprehendere, & mordere dicitur. Sic Cicero. pro Roscio. *vnum quemq. scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientięque animum terrent.* & lib. de senectu. *conscientiæ bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est*, &. 3. de nat. Deorum, *conscientia graue pondus.* & 2. Tuscul. *nullum Theatrum virtuti conscientia maius est*, & lib. 6. Epist. 81. *conscientia rectę voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum.* Vide etiam oratio. pro Cluen. & orat. in Vatiniū. & ora. pro Milone. & in Bruto, & lib. 7. ep. ad M. Marium. & Iuuen. Satyr. 13. n. 19. Quos diri conscientia facti. Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit. Occultum quatiente animo tortore flagellum vide alia apud Anton. Perez. certa. 10. Scholast. n. 8. sic in prouerbio. conscientia mille testes Lact. 6. diuin. inst. capit. 24. *quid tibi prodest non habere consilium habenti conscientiam? &c.* Aug. in id Psal. 37. *quoniam in te sperani.* Quando Deus iudex erit, alius testis quam cōscientia tua non erit. c. custodi. 11. quæst. 3. vide alia in Damasceno. 2. paral. capit. 78. & 79. et Sayro. lib. 1. cap. 2. et in Gratiano. 11. quæst. 3. Alia vero conscientia est de futuris postetius tempore vel natura, et hæc dicitur ligare, seu obligare, et est proprie iudicium practicum; quia dirigit et mouet ad opus, ab hac etiam dicitur homo agere cum bona vel mala conscientia, idest præsciens id esse bonum vel malum,

vt

vt Eccleſia.13. bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia:ideſt cum mala conſcientia non eſt acquiſita quamuis etiam exponi poſſet,bonam eſſe ſubſtantiam iuſto habenti bonam conſcientiam,quia hic recte vtitur ſubſtantia, & facultatibus ſuis, ſic etiam Sap.17. Præocupabant peſſima, redarguente conſcientia. Et vtraq. conſcientia ſubdiuidi poteſt in conſcientiam cõſiliorum,præceptorum,prohibitionum, vel approbationum, & alijs ſimilibus modis, qui cõſiderantur in ipſo materiali obiecto, põt facile multiplicari.

10. 2. Diuiditur conſcientia ax parte obiecti quaſi formalis,in rectam,puram, ſeu bonam, *2.Diuiſio.* & ſordidam, inquinatam, impuram, ſeu malam:de quibus late agit Anton.1.p.tit.3.c.10.§. 5.6.7.&8. Cordub.lib.3.q.3.Bernar.lib.de conſcientia.Damaſc.2.paralellorum,ca.78. & 79. quamuis recta conſcientia aliquando idem *3.Diuiſio.* ſit quod vera. 3.Diuiditur conſcientia in verã ſeu rectam,& falſam,ſeu erroneam,vel errantem,cum autem conſcieutia erronea ſit ignorantia quædam prauæ diſpoſitionis,ad illam applicari poſſunt omnes diuiſiones ſupra traditæ,tract.3.ſuper q.6.Poteſt enim eſſe vincibilis,vel inuincibilis, &c. Quando autem diximus cõſcientiam eſſe iudicium practicum, non eſt facile explicare,quid ad illius veritatem requiratur. Nam Ariſt. 6. Eth. c. 2. quem imitantur D.Tho.ibi.& hic,q.19.ar. 3. ad. 2. & q.57.a.5.ad.3.& 1.contra gent.c.62.& 67.docere videtur veritatem practicam conſiſtere in conformitate ad appetitum rectum, ſic enim ait ſecũdũ interpretationem Argyrop. actiuæ mentis veritas eſt conſentanea appetitui recto:ſecundum tranſlationem Lambini,agendi autem, & cogitandi poteſtatis opus eſt veritas conſpirans,& congruẽs cum appetitu recto:& eodem fere modo habent aliæ translationes: de qua conformitate magna eſt controuerſia inter Doctores.Nam Scotus. 3. d. 36. q.vn.§.licet iſtud, explicat d̃ conformitate cũ appetitu recto conſequente,cuius verba ſunt, quod autem additur, vt ſit concors appetitui recto,ſicut tactum eſt,in 1.ſent. q.de Theologia practica,& ſpeculatiua,intelligi debet, id eſt confirmatiua praxis rectæ ſibi ipſi, hoc eſt quod debet eſſe talis cognitio, quod quantũ eſt ex ſe praxis recta debet ſibi conformari,& talis cognitio eſt prudẽtia,ſiue in eodem dictante ſequatur electio,ſiue non. Itaque explicat Scot. veritatem practicam per hoc, quòd nata ſit efficere rectam electionem, ſibiq. cõſentaneam, quæ electio eatenus recta erit, quatenus illi fuerit conſentanea. Neq. in hac re erit circulus explicando veritatem practicam per ſequentem appetitum rectum;& appetitum rectum per veritatem practicam antecedentem.Non enim vult Ariſt.ibi definire veritatem practicã, vt veritas eſt:in hoc enim nihil habet peculiare, ſed omnino conuenit cum veritate; ſpeculatiua; ab eo enim, quod res eſt,vel non eſt,propoſitio vocalis,& ſcripta,& mentalis dicitur vera, vel falſa, ſed tantum intendit explicare in electione ſtudioſa duo neceſſario concurrere debere,nempe appetitum rectum,& conſentaneum rectæ, & veræ rationi,& ipſam rationem rectam, & veram practaicam,quæ ex ſe apta ſit conformare ſibi appetitum, rectumq. illum efficere.

Sed D.Tho.locis cit.Donatus,Iauel. Euſtra 11. tius,Burleus,Albin.6.Eth. c.2.& Burd.ibi. q. 5. Caiet.infra,q.57.a.5.ad.3.Dur.3.d.36. q. 2. nu.5. Cordub.lib.1.q.9.notab.1. & ratione.3. & paſſim,q.23.explicant de appetitu recto antecedente ipſam electionem,& cõſilium, qui appetitus eſt appetitus conſequendi finem per media conuenientia,nimirum,quæ ex ſe, vel honeſta ſint,vel ſaltem non mala,ſed indifferentia:vult ergo Ariſt.rationem rectam,& veram,quæ ad ſtudioſam electionem prærequiritur,debere eſſe cõſentaneam appetitui recto,id eſt debere verſari circa media cõueniẽtia ſeu licita.Talia enim ſunt,quæ intentione recta appetuntur,quæ ſæpe ad media in communi ſe extendit, talia etiam ſunt, quæ cum intentione honeſti finis conformitatem habẽt.Ne autem vllus ſit circulus appetitus rectus definietur,qui eſt conſentaneus rectæ rationi dictanti de fine, & de medijs in communi:& recta ratio circa finem,& media dicitur, qui affirmat,quod in re eſt,vel negat quod in re non eſt.Quod autem iſti,& D.Tho. q. 19. a. 3.& omnes eius diſcipuli ibi cum Ariſtot. dicunt requiri rectam, & veram rationem ad rectam,& ſtudioſam electionem, intelligendum eſt per ſe loquendo: per accidens enim ſtudioſa electio rationem errantem ſequi poteſt,nimirum ſi error fuerit inuincibilis,& inculpabilis,vt in ſequentibus patebit, ſicut D. Tho.q.19.a.5.in fine ex Ariſtot.5. Eth.c.9. ante medium, & lib.7. cap. 1.ait,incontinentẽ per ſe loquendo, eſſe, qui non ſequitur rationem rectam:per accidens autem eum, qui nõ ſequitur, etiã rationem falſam. Neq. oportet tunc fingere veritatem practicam, quamuis interdum concurrat, vt cum quis habeat iudicium erroneum, d̃ cuius veritate formidat, tamẽ iudicat, vere eſſe licitum, aut etiam honeſtum,vel debitum conformare ſe cum illo dictamine, & aſſenſu formidoſo celebrando talem contractum, vel quid ſimile faciendo, coniunguntur dictamen falſam directum, & dictamen verum reflexum. Hæc tamen reflexio non ſemper eſt neceſſaria ad honeſtatem actus, ſed ſatis eſt probabiliter iudicare, obiectum eſſe licitum, vel honeſtum, aut bonũ, nihil cogitando de obligatione, vel facultate

& li-

& licentia sequendi tale dictamen. Vnde etiã intelligit, dupliciter iudicium posse esse practicum. 1. perfecte, & integre. 2. imperfecte, & diminute. Hoc. 2. accidit cum quis de bonitate & honestate obiecti non cogitat formaliter, sed materialiter tantũ videlicet iudicando esse conueniens mihi, vel alteri vt hoc, vel illud fiat; & nulla repræsentatur turpitudo, si cogitat de honestate tamen cogitat de illa secundum circunstantias, & conditiones rei in se, & non reflectendo in earum cognitionem an certa, vel incerta sit &c. Et hoc iudicium dicitur practicum speculatiue, nam quatenus non considerat omnia, quæ actione dirigere possunt, nonnihil habet speculationis, seu aliquantulum assimilatur iudicio speculatiuo, quod de agendis, & de bonitate aut honestate obiecti ad ipsum agentem comparati, non curat. Illud vero iudicium reflexũ cõplete practicũ, dici solet practice practicum: eiusmodi est cum quis dubitat an res sit sua, iudicare, an stante tali dubio licitum sit vti illa; puta accedere ad hanc, quæ apparet vxor, distrahere agrum, qui apparet proprius &c. & tale iudicium non puto fuisse in Iacob, cum Liam cognouit; nam Iacob nullam reflexionem fecisse videtur, pro comperto, & in dubitato habens, seu simpliciter iudicans illam suam.

12. *4. Diuisio.* 4. Diuiditur conscientia in certam, probabilem & scrupulosam, certa conscientia esse potest ex terminis, ex ratione euidenti, ex fide diuina, euidentia autem, & certitudo illam sequens, aliquando est omnimoda, & perfecta, aliqñ vero est certitudo moralis, huic autem potest simpliciter seu physice sub esse falsum, & adiungi nonnulla formido, sed, quia modica est, animum non turbat, nec tollit pacẽ conscientiæ. Vnde in hac specie conscientia dicitur quieta, tranquilla, pacata & secura. Huic opponitur conscientia incerta, quæ duplex est. 1. Inqua est iudicium probabile, & bene fundatum de bonitate, malitia, vel indifferentia, prohibitione, vel non prohibitione obiecti: & hæc conscientia dicitur probabilis. 2. Est quando tale iudicium, non est bene fundatum, sed leuissimis rationibus nititur, quibus homo iudicat, aliquid esse illicitũ, & prohibitam seu oppositum eius, quod occurrit agendum, vel omittendum, aut actum fuit, esse prohibitum: & talis conscientia est scrupulosa, & temeraria, & vtraq. potest dici dubia, quia vbi incertitudo, ibi dubietas, & formido admiscetur. Aliter tamen conscientia dubia vsurpatur à multis, videlicet quando propter difficultates hinc inde occurrẽtes suspensus est animus, nec profert iudicium de agendis, sed hæret anceps est, & fluctuat: & si rationes sunt graues, conscientia hæc dicitur simpliciter dubia, si vero leues, scrupulosa: quoties tamen nescit expedire difficultates, dicitur inquieta. Hæc autem conscientia, in qua de agendis nullum est iudicium: non est proprie conscientia, quia, vt diximus, conscientia est actus intellectus proprie loquendo: reductiue autem, & improprie appellatur conscientia, quia in ea interuenit iudicium non de bonitate, vel malitia actionis: sed de coniecturis, quibus apparet hoc esse bonum, vel malum, & intellectus iudicat esse forte bonum, vel malum. Hæc quæ diximus, consentanea sunt doctrinæ. Nauarr. cap. 27. nu. 280. Cordub. lib. 3. quæst. 2. Ludouici Lopez. 1. lib. instructorij, cap. 3. Medin. & Valent. quæst. 19. art. 5. qui optime eundem arti. explicans, disput. 2. quæst. 14. puncto. 4. aduertit, conscientiam dubiam, & scrupulosam, in quibus non est assensus, sed dubitatio timor, & anxietas, non esse proprie conscientias: quamuis sic soleant appellari, & Conrad, quodlib. 7. idem docet, quia conscientia est firma credulitas, vt ait Ioannes Nider in consolatione timoratæ conscien. p. 3. cap. 1. & Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2.

Sectio. 3. Vtrum discordare liceat à conscientia erronea.

A LIIS terminis idem inquiri solet, an scilicet voluntas discordans à ratione errante sit mala? An sequi teneamur coscientiam erroneam, seu errantem? an conscientia erronea obliget. Absolute, illicitum esse à conscientia discordare res certa est, & communis Theologorum, & sumitur ex illo Pauli ad Rom. 14. *Omne quod non est ex fide peccatum est*: id est, quod non est secundum conscientiam, sed contra illam, vt constat ex ipso contextu, & ex omnibus fere Græcis, & Latinis expositorib. & Inoc. 3. relatus section. 1. Hoc autem nõ intelligitur de conscientia, qua aliquid iudicatur licitum, & honestum: non enim tenemur velle ea omnia, quæ licita, vel honesta arbitramur: sed tantum de conscientia, qua aliquid iudicatur præceptum, vel prohibitũ, necessario faciendum, seu obligatorium, aut necessario vitandum, & omittendum, vel illicitum, aut turpe seu malum moraliter. Hanc conscientiam non sequi peccatum est, quia est facere contra veram obligationem, vel saltem apparẽtem repręsentatam ex parte obiecti, quod ratione præcepti superioris, vel ex natura sua obligat, quod etiam sumitur ex illo ad Galat. 5. *Testificor omni homini circumcidenti se, quia debitor est vniuersæ legis faciendæ.* Scilicet vero debito, vel saltem apprehenso, quod sufficit, vt illo debito non satis faciens, peccet; quod etiam colligit ex Paul. Rom. 14.

13. *Non licet à conscientia discordare.*

Beatus

Beatus est, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat, id est, qui nõ condemnat se, omittẽdo id, quod probat seu credit esse faciendum, vt exponit Gratian. c. omnes. §. ex his, 28. q 1. & ex. 1. Cor. 8. *Quidam cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothyta manducant, & conscientia eorum cum sit infirma, polluitur*: de cuius loci expositione vide D. Tho. Lyram, & alios ibi. & ex cap. litteras de rest. spol. c. vltim. de præscript. c. per tuas. 2. de simonia c. inquisitioni, de sent. excom. c. si virgo. 34. q. 1. ratio est, quia voluntas est potentia cæca, & ideo sequi debet ductum, & directionem rationis, vel obligantis, vel obligationem ostendentis, qua disiunctione vtor propter aliquos docentes, rationem per se nunquá obligare, sed obligationem ostendere sic Bonau. 2. d. 34. a. 1. quæst. 1. explicat quod ait Damasc. lib. 2. c. 23. *Conscientiam esse legem mentis nostræ*. Vt conscientia dicatur lex, quia legem ostendit, ego vero tract. præced. disput. 2. & 3. docui, rationem, seu conscientiá, vere, & proprie esse legem: & ita intelligo Damascenũ, cui consonat Aug. 1. de serm. Domi. in monte, c. 8. cum ait; *Pacem filiorũ Dei in eo consistere, quod omnes animi sui motus componentes, & subijcientes rationi fiunt regnum Dei, in quo ita sunt ordinata omnia, vt id quod est in homine præcipuum, & excellens, hoc imperet cæteris, atq; id ipsum, quod excellit in homine, id est mens & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas, vnigenitus filius Dei*, & Hilar. lib. 10. de Trinit. cum ait: *Immoderata est omnis susceptarum voluntatum pertinacia, vbi non rationi voluntas subijcitur*: idẽ indicat Apostol. Ro. 2. inquiens, *opus legis scriptum esse in cordibus, testimonium reddente conscientia*: Quæ videlicet est lex quædam impressa menti concordans cum lege veteri scripta in tabulis lapideis. Vnde optime Ambros. lib. de paradiso. c. 8. loquens de lege naturali impressa in cordibus nostris, ait: *Dei autem præceptum non quasi in tabulis lapideis attramento legimus inscriptum, sed cordibus nostris tenemus impressum spiritu Dei viui.* 2. Cor. 3. *Ergo opinio nostra sibi legem facit, si enim gentes, quæ legẽ non habẽt, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, Rom. 2. *Opinio igitur humana sibi tanquam Dei lex est.* Hæc Ambros. ad mentem Pauli, qui etiam ad Rom. 12. monet: *vt sit rationabile seu* (seu rationale, vt est in Græco textu) *obsequium nostrum*. id est rationi, quasi regulæ, & legi consentaneũ. Hoc etiam vult Arist. 2. Eth. cap. 6. affirmans, *virtutem consistere in mediocritate, quæ à ratione præfinita sit*, nimirum quasi à lege; Vnde & D. Thom. quæst. 19. a. 3. fatetur, rationem obligare quatenus proponit obiectum vt malum, ac proinde vitandum, cuius iudicio, sinõ se conformet voluntas, mala erit, quod explicans Valent. disput. 2. q. 14. puncto. 3. optime ait, ad malitiam voluntatis non esse necessarium, vt sub expressa ratione mali ei proponatur obiectum; quia videlicet ratio mali moralis sumitur à lege naturali, quam non oportet considerare, vt in voluntate sit malitia, sed satis est considerari obiectum, vt turpe, & indecorum, sicut tract. præced. expositum est: eo autem ipso quod sic proponatur, ipsum iudiciũ est lex quædam, quam voluntas sequi tenetur.

Difficultas tamen est an id non solum sit verum de ratione vera & recta, sed etiam de ratione errante, seu conscientia erronea, an videlicet hæc quoq. obliget. 14.

1. Opinio. 1. Opinio absolute ait, non esse peccatum saltem mortale discordare à conscientia erronea, sed tantum à conscientia non erronea, vt refert glossa. cap. omnes. §. ex his, verbo conscientia. 28. q. 1. & suaderi potest. 1. quia conscientia erronea interdum præcipit, quod est intrinsece malum, vt esse mentiendum, vel extra necessitatem extremam furandum pro vita propria, vel proximi: sed nemo potest obligari ad id, quod est intrinsece malum, ergo.

1. Argum.

Conf. quia nec Deus potest obligare ad ea, quæ sunt intrinsece mala, nec in eis dispensare, vt docet D. Thom. q. 100. ar. 8. ergo multo minus conscientia erronea; nec mirum cum non sit superior; obligare autem proprium sit superioris.

1. Confirm.

2. Quia inferior nequit obligare contra legem superioris, vt ait August. serm. 6. de verb. Dom. sed cõscientia erronea inferior est Deo, ergo nequit obligare ad oppositum eius, quod lex diuina præcipit.

2. Argum.

Conf. 1. quia discordare à conscientia erronea, asserente esse præceptum, quod lege diuina est prohibitum, non est discordare à lege æterna; imo est illi concordare, ergo non est peccatum; quia nihil est peccatum nisi sit contra legem æternam.

2. Confir.

Conf. 2. quia cõscientia erronea sæpe dictat cõtra legem Dei, & naturæ: sed nulla lex Dei, vel naturæ potest nos obligare vt operemur contra legem Dei, vel naturæ, alioqui inter leges Dei, vel naturæ esset oppositio, ergo nulla lex Dei, vel naturæ præcipit, vt sequamur conscientiam erroneam, ergo non est vnde oriatur talis obligatio, si enim dicas oriri ex ipsa conscientia, quæ est lex Dei, vel naturæ, ponis oppositionẽ inter leges Dei, & naturæ; cum hæc lex alijs Dei, & naturæ legibus aduersetur.

3. Argum.

3. Arg. nam qui habet conscientiam erroneam, potest illam deponere; siquidem iudicium de re falsa non est euidẽs, & necessariũ: ergo non tenetur sequi conscientiam, sed vt plurimum tenebitur illam, vel sequi, vel deponere.

4. Argum.

4. Interdum peccat, qui sequitur conscientiam erroneam: ergo non tenetur illam sequi: consequentia patet, quia nemo peccat faciendo, quod facere tenetur: antecedens patet, si quis enim ex ignoran-

ignorantia culpabili iudicat,esse mentiendũ, mentiendo peccat; ergo non peccat discordando ab illa conscientia: alioqui erit perplexus.5.quia sequi rationem,quę id quod re vera malum est,iudicat,esse bonum, est peccatum:ergo non sequi illam, quando iudicat,quod re vera est bonum, esse malum; nõ erit peccatum: consequentia tenet exparitate rationis:antecedens autem videtur D. Th. articulo.6.in corp.& ad.1.ait enim, *vt aliquid sit bonum,requiritur,esse bonum in re & apprehensione simul:* Ergo si est bonum in sola aprehensione nõ est bonum & sic actus, quo amatur, non erit bonus,sed malus. Vnde ipsemet D. Thom.quodlibet.8.art.13.& Bonauent.2. dist. 39.artic.1.quæst.3. expresse ait esse peccatum efficere aliquid,quod est contra legem Dei, licet reputetur esse præceptum à Deo, idem Bassolis ibi,quęst vnica,artic.4.Almain.1. moral.capit.7.Angestus in moral.capit.7.Alen.2. part.q.137. membro.3.art.1.§.1.alias,quæst. 120. memb.3.artic.1.Gerson alphab. 30. littera. V. consideratione.3.Gregor.2.d.39.quæst.1. artic. 2.ad.2.imo Bernard.late lib. de præcepto, & dispensatione post mediũ, fauet etiam Cicero dicens,*viro bono fixum in omni vita est, transuersum vnguem a recta conscientia non discedere*: A recta dixit non aberrante.

15. 2.Opinio,quæ est quasi moderatio præcedentis,distinguit.Nam vel conscientia erronea proponit,vt obligatorium, & necessario faciendum,quod in re est bonum, vel indifferens,& nõ prohibitum; & tũc tenetur homo conscientiam sequi:quia nulla est maior vis,quæ possit talem obligationem impedire: vel proponit,vt præceptum & obligatorium id,quod re vera est prohibitum, & tunc non obligat:quia non potest habere vim contra legem superioris:nec fieri potest vt conscientia ad malũ obliget. Hanc opinionẽ refert D. Thom.quæst.19.art.5. & eam tenere videntur Alens.Bonauen.Bassol.Almain.Greg.Angest. & Gerson locis cit. argumẽto vltimo.Tamen D.Tho. hanc opinionem vocat irrationabilem,quia non loquitur consequenter,nam si priori casu conscientia obligat,ideo est,quia proponit vt malum,& prohibitum,quod tale non est,& voluntas hominis sicut non mouetur ex ijs,quæ in re sunt,sed apparent; ita etiã non tenetur vitare, quod in re est malum, & prohibitum,sed quod apparet tale:cum ergo ratio æque possit proponere, vt malum,& prohibitum,id,quod est præceptum, & quod est bonum supererogationis, vel indifferens æque obligabit conscientiam ad cauendum vtrumq.3. Opinio Dur.2.d.29.q.5.num.7.air, conscientiam erroneam non obligare, sed ligare,& ratio esse potest:quia non tenetur simpliciter homo illam sequi:sed sub disiunctione,vel sequi, vel deponere: quomodo etiam loquitur Alens.supra,& maxime procedit hoc, quando ignorantia est vincibilis, tunc enim non tenetur homo simpliciter conscientiam sequi,cum teneatur eam deponere, & peccet sequendo illam.Dur.in re à D.Thom.& communi non differt: quia fatetur discordare à conscientia erronea esse malum, & conformari,illi quando ignorantia est inuincibilis, non esse malum:sed bonum. Non tamen est, cur negetur communis modus loquendi, & in moralib. friuola est distinctio illarũ vocũ ligare,& obligare,vt notant Medina,q.19. ar. 6.dub.3. Anton.Perez certam.10.Schol. nu.21. Cordub.lib.3.q.4.dub.3.Rodrig.1.p.sum. ca.71. con.2.Sayr.lib.1 c.4. n.7. Ergo si admittimus, conscientiam erroneam ligare, admittẽdum erit obligare:quod verum esse, statim probabo,sed.n.24.in conscientia erronea vincibili limitabo.

2.Opin. *3.Opinio.*

16. 4. Igitur opinio, & tenenda est, conscientiam erroneam obligare,quæ opinio sequentibus assertionibus explicatur. 1.Assertio discordare à conscientia erronea,amplectendo, quod malum,& prohibitum iudicatur.peccatum est, siue illud tale sit re vera indifferens, aut licitum,siue etiam præceptum, & obligatorium,ita D.Tho. quæst.19. a.5. & Galat.5. & quodlib. 3.a.4.& de verit.q.17.a.4.2.d.39.q.3.a. 3.& communiter omnes ibi.Dur.q.5.Capreol. Hispal.Palac.& Maior.omnes,q.1.Richar.a.2. q.3.Gab.q.vn.a.3.dub.2. Argen.a.4.con.2.Carth.q.3.Bachon.4.d.1.q.3. Bonau.Bassol. Grego. Almain.Angest.Gerson, & Alen. citati, argu. vlt. 1. opinionis Adrian.quodlib.2.a.3. ad.5. & quodlib.4.art.2.Nauarr. c.si quis de pœnit. d. 7.num.82.& cap.consideret de pœnit.d.5.n.53. & in summa prælud. 9. num. 9. & cap. 27. à num.278.& 280.Couarr.1.vari.c.1. num.1.Cordub.lib.3.q.4. Antonin.1.p.tit.3.c. 10. §.4.Hericus quodlib.1.q.18. Caiet. Conrad. Medin. & omnes recentiores,q.19.ar.5.Valen. disp. 2. q. 14.puncto.4.Vaz.disp.59.c.2. Summistæ,verbo conscientia.Angel. Sylu. Ros. Tabien. Pisan. Caiet. Armil.Ocham.3.q.13.Almain.1. moral. cap.5.post 3.conclus. Azor, tom.1.lib.2. cap. 8. q.3.Anton. Perez, certam.10.schol.à num. 23. Adrian. quodlib.2.puncto.3. Cordub. lib.3. q. 4.Sayr.lib.1.c.3.n.3.summa confessor.lib.3. tit. 32. Prob. 1. ex Paulo Rom. 14. *Qui autem infirmus est,holus manducet*, vbi Paulus secundum omnes expositores docet, infirmum in fide, nempe,qui credit,aliquos cibos esse immundos,& prohibitos,vel de hoc dubitat, debere ab illis abstinere,& holera,aut alios cibos, de quibus non dubitat, an sint liciti, comedere,& infra. *Scio,& confido in domino IESV, quia nihil commune per ipsum,nisi ei, qui existimat, quid commune esse: Illi communi est*: vbi, & omnes expo-

4. Opinio auctoris. *5. Conclus.*

exponunt, aliquos cibos esse communes, immundos, & prohibitos ei, qui habet de hac re conscientiam erroneam, & monet Paulus, nõ esse scandalum præbendum infirmis habentibus eiusmodi cõscientiam, ne contra illam agentes, peccent: & ideo subdit. *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est*, & inferius, *noli propter escam destruere opus Dei, omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. &c*, Tu *fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo.* Id est, si habes hanc credulitatem, & conscientiam, habe illam coram Deo, non manifestes eam coram infirmis hominibus: ita vt illis scandalum præbeas. *Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat.* Vsque ad hæc quidem verba non discrepant expositores: sed hinc incipiunt variæ expositiones: nam hæc verba sic interpretatur Gratian. cap. omnes. §. ex his 28. q. 1. *Beatus, qui non se condemnat faciens id, quod probat, & existimat, non esse faciendum.* August. vero inexpositione epist. ad Rom. ad finem, & Haymo explicant, beatum esse, qui non se condemnat, vtendo quidem cibo, quem probat; sed cum offendiculo, & scandalo aliorum, & vtramq. expositionem amplectitur Anselm. Origen. autem ibi ait: *Beatum esse, qui non se cõdemnat dubitando, & cum dubitatione comedendo id, quod probauerat, & mundum ac licitum iudicauerat.* Ex omnibus autem his expositionibus colligitur con. nostra: sed apertius ex eo, quod sequitur: *Qui autem discernit, si manducauerit, dãnatus est: quia non ex fide, omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.* Addit Origen. *Sed ex dubitatione, seu conscientia dubia*: agere igitur contra conscientiam dubiam peccatum est ex mente Originis, quod etiam initio capitis docuerat ipse, & Ansel. ac proinde à fortiori erit peccatum agere contra conscientiam propriè dictã; quæ assensum includit, quo iudicatur, rem esse illicitam, & ita omnes communiter interpretantur. *Omne quod non est ex fide*, id est non est secundum conscientiam, sed contra illam, siquidem, qui discernit inter cibos, aliquos arbitratur immundos. Hieronym. autẽ longe aliter intelligit illam discretionem: nã per fidem ibi catholicam intelligit, & similiter, quod sequitur: *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, quod etiam de fide Catholica interpretantur Origen. & Beda, ibi, & August. 1. cõtra duas epist. Pelagian. c. 3. Fulgen. de incarnat. cap. 24. Prosper. epist. ad Ruffin. de gratia, & lib. arb. Sotus. 2. naturæ, cap. 6. qui tamẽ non reijcit aliam expositionem de conscientia, quam Ambros. ibi, & gloss. ordinaria (ex eo desumpta) & interlin. Chrysost. Theophil. Theodor. Haymo. OEcum. & Nicolaus Grãdis. ibi. Gratianus, c. omnes. §. ex his. 28. q. 1. & c. quærit. §. illud autem, de pœnit. d. 3. & Innocen. 3. in Concil. Latheran. c. fin. de præscription. & D. Thom. super illum locum Pauli, & in hac p. q. 19. a. 5. arg. sed contra, Bernard. lib. de præcepto, & dispens. post medium. Martinez. 10. hypot. reg. 11. Pyghius apud Sotum supra, Bellarm. lib. 5. de gratia, & liber. arbit. c. 10. ad. 10. & cõmuniter omnes Doctores, præsertim recentiores supra, & vtramq. expositionem habent Anselm. ibi, Hugo. ibi. q. 320. vsq. ad. 324. idem colligitur manifeste ex Pau. ad Titum. 1. *Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum; sed inquinatæ sunt eorum mens, & conscientia.* Id est omnes cibi post antiquatam legem omnibus licent, nisi infidelibus, qui arbitrantur antiquatum non esse, ita Hieronym. ibi, & August. 33. contra Faustum, cap. 4. idem constat ex. 1. Cor. 8. *Quidam autem cũ conscientia vsq; nunc idoli, quasi idolithytum manducant, & conscientia illorum cum sit infirma, polluitur*: scilicet esu illorum ciborum, quos prohibitos arbitratur. Idem constat ex Innoc. c. fin. seu, quoniam omne de præscript. & ex. c. litteras de restit. spoliat. cap. per tuas. 2. de symonia. c. inquisitioni, de sent. excom. c. si virgo. 34. q. 1. in quibus locis idem docent glossa, alijq. Canonistæ, Gratian. in d. cap. omnes vbi glossa bene aduertit, non semper esse peccatum mortale discordare à conscientia erronea: nam in leuibus tantum est peccatum veniale, vt plus iusto comedere. Ad idem sunt Paulus Galat. 5. & Iob, cap. 13. quibus ostendemus postea conscientiam erroneam proprie obligare, & quamuis in his locis scripturæ, & patrum non exprimatur, esse peccatum discordare à conscientia erronea, quæ contraria est legi Dei, & dictat, esse prohibitũ, quod Deus præcepit, vel præceptum, quod Deus prohibuit, tamen de hac etiam cõ scientia intelligi debent, cum indistincte loquantur, eadẽq. ratio sit. Vnde Adrian. quodlibet. 4. art. 2. quem Cordub. & Vazq. sequuntur, etiam in hac conscientia putat, concluſ. esse de fide, sed alij dicunt oppositam sententiam non esse hæreticam, quamuis sit temeraria, & periculosa, quia est contra torrentem scolasticorum, & videtur aduersari sanctis, & scripturis citatis. Maxime autem aduersatur Hugoni. Rom. 14. q. 221. vbi ait peccare eum, qui discrepat à conscientia erronea dictante debere hominem iustum occidere, an vero etiam peccet conformando se illi, postea dicemus. Ratione probatur con. quia si conscientia falso dictante, aliquid esse præceptum, voluntas id nollet efficere, ageret contra præceptum, quantum est in se, velletque malum; non secus, quam si res illa esset præcepta: quia eodem modo illi proponitur, ergo peccaret: & similiter si conscientia dictante aliquid esse malum, vel prohibitum voluntas 17.

illud

illud efficere vellet, velit quantum in se est etiam violati præceptum,ergo peccaret. Cõf. nam si quis percutiat priuatam personam putans esse regem, reus est læsæ maiestatis, quia vt dicitur. ca. cum voluntate de sent. excom. crimina ex animo distinguuntur,ergo,qui facit id quod existimat esse prohibitũ, ita reus est,ac si re vera esset prohibitum. Vnde Aristot.5.Ethic.c.9.& lib.7,cap.1. (vt refert D. Th. q.19.art.5.) ait per se loquendo incontinentẽ per se esse, qui non sequitur rationẽ rectã:per accidens autem eum,qui non sequitur rationem falsam.Si quæras an sit lethale agere cõtra conscientiam errantem.Medin.q.19.art.6. Cordub.lib.3.q.4.Azor,lib.2.c.8.q.5. & alij recte dicunt,interdum esse lethale interdum veniale pro varietate materiæ, grauis vel leuis, & pro varietate iudicij, nam si conscientia dictat aliquid esse graue,& lethale,ab illa discordare erit mortale.Si vero dictat esse leue, & veniale,discordare ab illa erit tantum veniale.

18. *2. Concl. Non licet discordare à conscientia erronea inuincibili.*

2. Con. conscientia erronea inuincibilis, & inculpabilis,qua iudicatur malum aliquid quod reuera est à Deo præceptum, vel iudicatur præceptum,quod reuera est à Deo prohibitum, obligat vt illi conformemur. Hæc est contra Alex. & alios citatos pro. 2. opinione dicentes,conscientiam erroneam obligare,vt ab illa non discordemus, non tamen vt illi conformemur,nec valet arg. Medinæ,& aliorum contra prædictos: nimirum, quia sinon discordamus ab illa,eo ipso conformamur illi:ergo si obligat,vt non discordemus, etiam obligat,vt conformemur illi:non inquam valet, quia deponendo illam non discordamus ab illa,neque tamen conformamur illi: ergo potest obligare, vt non discordemus ab illa,licet non obliget vt illi conformemur.Sed merito illam sententiam Alens.sine distinctione de conscientia erronea culpabili, & inculpabili intellectam,reijcit D.Tho.& omnes citati pro.1.con.præter illos paucos,qui Alensem sequuntur, quoniam quamdiu est illa conscientia,peccatum erit discordare ab illa: ergo, & non conformari illi: non enim datur mediũ inter hæc, quandiu durat conscientia: nec vero possumus semper illam deponere, quia ignorantia, quæ in illa interuenit, sæpe est inuincibilis,eo q̃ homo de veritate sui iudicij non dubitat,vel si dubitat,nõ habet quos consulat.vel ipsi idem sentiunt, & rationes, quæ se offerunt, idem suadent,ergo.Cõf.quia perinde obligatur voluntas à conscientia falsa,& à vera,quando eædem sunt rationes assentiendi,sed conscientia vera obligat,vt illi conformemur:ergo,& falsa.Et ideo Ambros. lib.de paradiso,cap.8.simpliciter dixit *Opinio nostra nobis legem facit*, quam scilicet sequi tenemur.Et Damasc.4.fidei.cap.23.cõscientiam appellauit legem intellectus. Vnde sequitur talem cõscientiam simpliciter obligare, quia conscientia,quæ obligat,vt non discordemus ab illa,sed potius illi conformemur, obligat simpliciter,sed illa conscientia est eiusmodi, ergo simpliciter obligat:quod etiam sentiunt omnes relati pro prima concluſ. præter paucos illos Alensis sectatores,& Dur.qui generatim affirmat, conscientiam erroneam ligagare quidem,non tamen obligare. Illatio autem nostra probatur,quia voluntas est potentia cæca,ergo tenetur sequi ductum, & directionem rationis:ergo si ratio, facta sufficienti inquisitione, iudicat aliquid malum, tenetur illud cauere, & si iudicat illud præceptũ à Deo,tenetur illud facere. Conf. quia præcepta Dei siue vera, siue cum sufficienti fundamento apparentia, obligant: sed ratio errans,cum sufficienti fundamento iudicat,hoc aut illud esse præceptum Dei:ergo ea ratione obligat,& similiter, si iudicet aliquid turpe, obligat;quia tenemur vitare turpe verum,vel apparens.Præterea ille non potest licite, aut honeste agere contra talem conscientiam,ea durante voluntarie amplectẽdo id, quod sub ratione mali proponitur:nec potest illam deponere,saltem eo modo,vt excusetur à culpa non sequendi illam;quia conscientia non potest deponi,ita vt hominem excuset,nisi id ex prudenti, & sufficienti motiuo fiat, alioqui temere ageret,& exponeret se manifesto periculo errandi: ergo simpliciter, & absolute tenetur conscientiam sequi, & se conformare illi,efficiendo id,quod cum quadam mora li certitudine,& sine vlla rationabili dubitatione faciẽdam putat. Et hoc probat dictum Pauli Galat.5. *Testificor omni homini circuncidenti se,quia debitor est vniuersæ legis faciendæ*: quia nimirum ex conscientia erronea ad illam obligatur,tametsi iam non solum mortua; sed etiam mortifera esset, et contraria legi Euangelicæ,et Prouerb. 13. n. 13. *Qui detrahit alicui rei,ipse se in futurum obligat*:id est,qui aliquid iudicat malum,eo ipso se obligat ad illud non faciendum. A qua expositione non abhorrẽt Beda ibi,et Ianse.licet hic, et Bainus alias expositiones afferant. Vna est,qui vilipendit verbum et præceptum Dei,obnoxius erit pœnæ: quæ expositio consonat textui Hebræo, qui sic habet, *vilipendens verbum*, dolebit seu, *qui contemnit verbum,perditio erit ei*. Cõsonat etiam sequẽtibus.nempe,*Qui autem timet præceptum, in pace versabitur,seu remunerabitur*:quæ expositio etiam est ad rem,nam, qui non conformatur conscientiæ erroneæ,contemnit præceptum Dei apprehensum:ergo dolebit,sicut qui cõtemnit verbum:de quo Luc.12. *Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulabit*. de vtroq.

19. *1. Conclu.*

vtrobique enim eadem ratio est. Confirm. ex illo simili D. Thom. quæst. 19. articul. 5. ad. 2. si enim Proconsul. vel Prætor nomine regis aliquid præcipiat contra regis præceptum subdito ignotum, subditus tenetur ei obedire, & si non obediat, reus erit perinde ac si violasset verum regis præceptum: sic ergo conscientia proponente aliquid, vt præceptum Dei, voluntas tenebitur se illi conformare: quod si non faciat, censebitur diuinum præceptum transgredi, seu contemnere.

20. Ex quibus subinfertur contra Martinum
2. Cōsect. de Magistris. quæstio. 1. de ebrietate, ad. 9. & contra Angestum, cum Almaino tamen. 1. moral. capit. 4. Cordub. quæst. 23. de ignorantia, Azore tom. 1. lib. 2. cap. 8. quæst. 13. actum illum, quo voluntas se conformat huic conscientiæ, esse bonum, & eiusdem virtutis, cuius esset, si reuera obiectum à parte rei tale esset, vt si ex hac conscientia erronea aliquis iudicet, se teneri admentiendum, vt proximo periclitanti subueniat, ille actus voluntatis erit vere actus misericordiæ. Probatur, quia benefacit quis, si quod tenetur facere, bono fine & modo facit. Item ille homo non peccat in illo actu, quia excusatur ignorantia inuincibili: ergo bene operatur: non enim datur medium in indiuiduo inter actum bonum & malum, etiá interueniente ignorantia, vt insuperioribus docuimus. Item ille actus potest esse consentaneus rationi veræ reflexæ, scilicet supposita tali cognitione, mihi est mentiendum, ergo est bonus moraliter. Item ad misericordiam non requiritur vera necessitas proximi, sed apparens: ergo nec vera honestas, aut verum præceptum Dei, sed sufficit apparens, & vtriusque ratio eadem est, quia obiectum nō specificat, vt est in re, sed vt ponitur ab intellectu, vnde sicut ad actum misericordiæ non sufficit, necessitatem, vel obligationem esse veram, nisi conuenienter proponatur, ita neque obest, eam esse falsam, si conuenienter proponatur, nimirum cum prudenti, & moraliter certo iudicio, & similiter si aliquid prudenter æstimetur esse de fide, licet non sit de fide, sed fortasse contra fidem, tamen actus ille est piæ affectionis, pertinetq. ad eandem virtutem, ad quam pertinet pia affectio ad credendum veros articulos fidei, & licitum est de tali actu gaudere postea recedente ignorantia, non quatenus erat volitio credendi propositiones, quæ erant contra fidem: sed quatenus erat bonus, & ferebatur in obiectum prudēter iudicatum bonum.

21. Sed quid si aliquis ex conscientia erronea
Quæstio. iudicet, aliquid esse indifferens, erit ne indifferens illud facere? Aliqui recentiores affirmant, quia facere quod ex conscientia erronea iudicatur bonum, est bonum, & facere quod iudicatur malum, est malum: ergo, & facere quod iudicatur indifferens, erit indifferens. Resp. tamen, non esse indifferens id facere, quia nullus datur actus indifferens in indiuiduo iuxta veriorem opinionem, & quia vt actus sit bonus & honestus, non requiritur, vt obiectum in actu exercito iudicetur bonum, & honestum, sed satis est, si in eo resplendeat aliqua conuenientia sine vlla turpitudine, & dissonantia ad rationem, vel naturam rationalem, vt in superioribus docuimus.

Sequitur ex dictis, non recte respondere 22.
Hugonem. Roman. 14. ad illam quæstionem. 3. Cōsectar.
321. *Si quis credat, se sub mortali teneri ad interficiendum hominem iustum, & illum interficiat, an mereatur?* proponit rationem dubitandi, *quisquis enim pro Deo agit, quod pro Deo agendum putat, meretur: sed iste pro Deo agit, quod pro Deo agendum credit, ergo ex hoc meretur: quod autem hoc agere deberet, inde constat: quia, si dimittit,* mortaliter peccat. Respondet, *aliqui verissimiliter dicunt, quod se in arctum missit, & ideo siue procedat, siue recedat labitur, vt si quis ante se ignem videat, & retro præcipitium aquæ sentiat, vtrobiq. periculum incurret. Alijs autem videtur, quod ibi duo sunt, error, & zelus, quod autem erroris est, malum est, quod vero zeli, bonum est, & meritum habet: est enim voluntas bona: id vero in quo exercetur, malum: in hoc itaque peccat: in illo meretur.* Hæc Hugo. Sed certe argumentum concludit, prædictum actum omnino esse bonum, & meritorium, si ignorantia est inuincibilis? & neutra solutio satisfacit. Prima quidem, quia non potest esse quis perplexus sine culpa sua, aut negligentia. Secunda vero, quia qui peccat mortaliter, non potest interim mereri gloriam; cum ad id requiratur gratia. Item, quia eodem actu non potest quis bene, & male operari, mereri, & demereri, etiam sub diuersa ratione: ergo ille actus interficiendi, vel volendi interficere non est simul bonus, & malus; meritorius, & demeritorius, esto possit cum illo esse bona intentio vel alius actus bonus quantum ex se est, meritorius: vtraque autem solutio aliquo modo est vera quando error est vincibilis, & culpabilis. Prima quidem in eo, quod asserit, durante tali ignorantia culpabili, quidquid faciat, peccare siue cōcordet cōscientiæ, siue ab ea discordet. Secunda vero quatenus ait, cum peccato esse posse meritum, quod tamen in alio actu situm sit. & sic intelligendus; vel limitandus est Hugo ibi, & Bernard. qui secundam solutionem habet in libello de præcepto, & dispositione post medium: vbi late

docet esse peccatum conformare se conscientiæ,dictâti esse bonum,aut etiam præceptum, id quod re ipsa malũ, seu prohibitũ est, & argu. eius nihil probant,nisi ipsa iuxta præfatã limitationem intelligantur, quod magis patebit sequenti assertione:ex quo autem præcepto teneamur conscientiam,etiam errantẽ sequi,docebimus postea.

23. *3. Conclus.* Sit.3.concl. si constientia erronea sit vincibilis,& culpabilis tenetur homo adhibere diligentiam,vt ignorantiam tollat,vel inuincibilem reddat,quod sinõ faciat, & obediendo, & non obediendo conscientiæ,peccat. Intelligitur con.quando conscientia iudicat malum & prohibitum,quod est præceptum, vel iudicat præceptum,quod est malum, & prohibitum:nam si obiectum iudicetur indifferens, id est,nec præceptum, nec prohibitum licitũ erit,vel obedire, vel non obedire conscientiæ,vt si erro,iudicando, aliquid esse præceptum,& scio,non esse prohibitum;non peccabo id faciendo:& si erro, iudicando, esse prohibitum: & scio, non esse præceptum; non peccabo illud omittendo:& ideo in ordine ad illum effectum non tenebo expellere ignorantiam,neque eam inuincibilem, & inculpabilem reddere:in casu autem,in quo diximus, conclusionem esse intelligendam.Probatur. 1. eius pars, quia homo habens eiusmodi conscientiã,non solum est in periculo peccandi: sed etiam in perplexitate; nam durans in eo statu, quidquid faciat peccabit,ergo tenetur ab eo statu recedere,adhibendo diligentiam procognitione veritatis, quam si attingat,non laborabit ignorantia,neque habebit conscientiam erroneam:si vero non attingat veritatem,ignorantia reddetur inuincibilis & inculpabilis, quia adhibita est sufficiens diligentia ad indagandam veritatem.

24. Secunda vero pars con. Probatur: quia homo tenetur; debetque ratione regi, ergo si hic, & nunc iudicat, se teneri ad aliquid, quandiu non mutat dictamen rationis, nec ad hoc adhibet diligentiam,cogitur tale dictamen sequi,alias temere, & sine ratione resisteret, & prosequeretur actum existimatum malum, vel omitteret existimatum obligatorium, & reuera in hoc casu loquitur Paulus Roman. 14. & 1. cor.8. & Galat. 5. agit enim de illis, qui erant infirmi in fide, & culpabiliter dubitabant, aut sentiebant, esse aliquos cibos prohibitos post mortem Christi, & de illis, qui ex ignorantia vincibili, & culpabili putabant obligare circuncisionem, ac proinde totam legem veterem, & hos omnes peccare ait, si discordent à conscientia erronea: idem sentiunt, non solum Hugo, & Bernard. Alens. & alij citati argument.5 primæ opinionis, sed etiam Cordub, lib.3. quæst. 4. dub.3. Vazquez, disput. 60. cap. 2. Medina, quæstion. 19. artic. 6. Gab. 2. distinct.39.quæst.1. artic.3. dub. vltim. ad finem, Azor,tom. 1. lib. 2. cap. 8.q.8. & alij citati pro.1. concl. nec Duran. 2. distin. 39. q.5. num. 7. in re differt cum ait. Hanc conscientiam ligare: quia certum est, non ligare materiali vinculo, sed morali, quod non est nisi lex,& præceptum obligans,& quòd si non ligat, non dicetur lex,cũ lex multorum opinione à ligando dicatur: si autem lex, ergo obligat, quia tamen homo non est omnino obligatus ad sequendam talem conscientiam, sed ex suppositione, quod maneat in eo statu, quem tamen tenetur relinquere, & simpliciter non operari iuxta illam conscientiam, ideo Duran. noluit illam vocare obligationem,quasi vndiq.legationem ad operandum, sed legationem, seu ligamen quoddã sub conditione videlicet, & imperfectum. Et eodem modo loquuntur Gregor. 2. dis.39.quæst.1.art. 2. Almain. tract. 1. moral. capit.5.ad calcem, Alexan. 2. part. q.121.membr.3.art.1. quorum sententiam veram esse ait Azor, illa,quæst. 8. quando conscientia est erronea culpabiliter, vt & Medina, & Perez supra relati. Alij vero etiam quando est erronea inculpabiliter. & ideo D.Tho.2.dist.39. q.3.ar.3.ait,conscientiam veram obligare per se, & simpliciter: falsam vero per accidens tantum; & secundum quid: & Valent. disp. 2. quæst. 14.puncto. 4. ait, bene Duran. dixisse conscientiam erroneam, non obligare proprie, sed ligare idque insinuare D. Thom. non enim semper dicit obligare, vt quæstion.19. artic.5.& in id Galat. 5. debitor est vniuersæ legis faciendæ: sed aliquoties ligare, vt 1.part. quæst.79. art.13.& Anton. Perez,certam. 10. Schol. nu. 21.cum Medin. quæst. 19. art.6. dub.3.ait,conscientiam erroneam vincibilem, non tam obligare, quam ligare. Et ratio quorundam est, quia obligatio, qua quis tenetur vitare, quod falso iudicat esse malum,non oritur per se ex ipsa conscientia erronea, sed potius ex synderesi,quæ vetat.nequis velit, quod iudicat malũ.quod attigit Nauar.in manual. prælud. 7. n.15.dicens, eum qui facit, quod falso existimat,esse malum,peccare contra generalem legẽ naturæ,quę vetat mala fieri.Sed hæc ratio non placet:quia, vt infra dicam,obligatio illa ex ipsa conscientia oritur, potius quã ex synderesi, vel dictamine illo generali, & per se euidenti, quod raro interuenit, cum quis peccat discordando à conscientia erronea, & certe, si ea ratione obligat, per se non obligat,sed est conditio, sine qua synderesis, neq. ligat,neq. obligat.Item conscientia veneq. ligat,neq. obligat.Item conscientia vera, & erronea proeadem reputantur:sed conscientia vera per se obligat, & ligat: ergo, & erro-

erronea, & ideo D. Thom. vtroque termino vtitur,quia ratio significata,vna, & eadē est.

25. Tertia vero, & vltima pars conclusionis prob. quia ignorantia illa est voluntaria, & culpabilis: ergo non excusat à violatione veri præcepti diuini, neque est inconueniens hominem ex sua culpa, & negligentia perplexum esse, vt docet Gregor.32. moral. cap. 18. in id Iob. 40. nerui testiculorum eius perplexi: & refertur, cap. nerui.d.13. D. Thom.q. 19. art.6. ad.3. sic perplexus est homo existens in affectu peccati, siue communicet in patchate, siue non.

26. Sed quæres. 1. an cum ex conscientia erronea culpabili aliquis amplectitur obiectum, quod iudicatur bonum, sed re vere est malū, sit in eo actu aliqua bonitas saltem ex obiecto, quod bonum iudicatur, & propter eam apparentem bonitatem amatur? R.ep. negatiue ex D.Thom. quæst.19.art. 6. ad.3. Cordu. lib.3.quæst.4. dub. 3. ad replicam primi argumenti, Vazquez disput.60.cap.3. Quia obiectum reuera est malum, & non iudicatur prudenter,& rationabiliter bonum, sed ex ignorancia vincibili, & culpabili: obiectum autem sic existimatum bonum, nullam confert bonitatem actui,nec excusat omnino,imo addit Ocham.3.quæst.13. in eo casu duplex peccatum esse, alterum omissionis debitæ diligentiæ, alterum commissionis, quo fit malum culpate iudicatum bonum. Quæ tamen opinio falsa est, vt recte docet Vazq. disput. 60.cap.2.quia illa omissio non est est mala nisi quatenus est causa talis commissi onis,vnde idem peccatum censetur, sicut etiam quando comissio est mala ratione omissionis v. g. cum quis ob studium omittit sacrum; studiū, quod est causa illius omissionis, censetur idē peccatum cum illa, quia tota eius malitia est esse causam illius omissionis.

Quæstio 1. incidens.

27. Quæres.2.in ea perplexitate quid sit minus malum,agere contra conscientiam,an secundum illam:de quo late Cordub.lib.3.quæst.4. propositione. 6. dub. 2. Angest. cap.7. moral. text.1. dub.4. Azor,illo, cap. 8. quæst. 9. Sayr. lib.2.capit.4. numer. 13. Alma tracta.1. moral. cap. 5. Duran.2.distinct.39. quæstion. 5. num. 9. Vazquez, disputa.60.cap.3.Medin.q.19.art. 6.& omnes isti docent non posse generalem regulam tradi, quia interdum vnum est grauius,interdum aliud pro ratione actionum,& præceptorum: & conscientiæ seu æstimationis operantis: itaque attendendum, quantæ malitiæ sit opus ex natura sua,quanta obligatio,quam conscientia dictat,& iuxta hoc aliquando erit grauius sequi conscientiam aliquando ab ea discordare. v. g. si conscientia dictat,me teneri sub mortali ad mentiendum pro tuenda vita hominis, facere contra conscientiam erit mortale;sequi autem illam veniale.Si autem dictat me teneri sub veniali ad furandum vt subueniam pauperi, sequi cō scientiam erit mort. non sequi autem erit veniale, attendenda etiam qualitas ignorantiæ culpabilis, nam actus sequens conscientiam erroneam ex ignorantia culpabili,nullam habet malitiam, nisi ignorantiæ,& hæc malitia maior,vel minor esse potest pro maiori, vel minori negligeutia indagandi veritatem: male ergo Bassol. 2. d. 38. & 39. quæst.vnic. art. 3. cui fauet Richard.dist.39.art.2. quæst. 4. ad. 4. absolute dixit, grauius peccare agentem contra conscientiam erroneam culpabilem, quā ab eadem discordantem, quia magis obligat lex Dei,quam propria conscientia, sed bene impugnatur ab Angest.supra.Verū tamen est, cæteris paribus,& in eadem materia grauius esse agere contra conscientiam, quia est peccare,& amplecti malum,quasi scienter: atvero conformari conscientiæ culpabiliter errāti est peccare ex ignorantia, & maius peccatum est occidere hominē scienter quam ignoranter. Sic etiam Vazq.illo,c.3.deceptum putat Henricū quodlib.1.q.9.cū dixit, maius peccatum esse agere secundū conscientiam erroneam ex ignorantia affectata, quā agere contra ipsam. Si vero sit conscientia erronea ex ignorantia vincibili non affectata, magis peccare eū,qui agit cōtra conscientiā, quā qui agit secundū illam. Ductus autē videtur, quia quamuis cæteris paribus maius peccatū sit sequi conscientiā erroneā affectatæ ignorātiæ, quā non affectatæ,quia ignorantia non affectata aliquomodo excusat,tñ simpliciter maius aut minus peccatū in sequendo conscientiam aut agendo cōtra illam, ex materia ipsa expendi debet,vt probatum est,quare vno, & alio modo accidere solet,nec certa regula assignari potest,vt supra ostendimus, & exēplis confirmauimus.Hæc recte Væzquez.

Quæstio 2. incidens.

28. Atque hinc sequitur. 1. velle agere contra conscientiam,esse intrinsece malum, vt recte D.Thom. quæst.19.a. 5. nam obiectū illius actus interni,vt eius obiectum est, necessario habet annexam malitiam, & sic etiam actus internus, & hæc probant omnia adducta, & tract. præced. idem docuimus, nec Almain. tract.3.moral.c.15.ait ex dispensatione Dei id posse esse licitam,sed refert aliquos id asserētes,& c. 16. ipse docet oppositum, quod Ant. Perez,cert.10.Sch.n.30.Med.q.19.a.6. Azor,illo,c.8.q.11.& Cord.lib.3.q.4.& 10. Probabilius censent contra Andream de Castronouo, & aliqui, vt Vazquez, disput.61. cap. 2. certum putant cum Adriano quodlibet. 2. articul. 2. nec immerito, quia vel illa dispensatio Dei

28. *1.Conclus.*

fit nota homini, & sic mutat conscientiam, si vero non est nota voluntas, retinebit eandem malitiam, quia eodem modo amplectitur malum, quantum est ex parte sua, & volũtarie amplectitur, quod æstimat, non licere, ergo peccat. Conf. nam quamuis concederemus, Deum posse dispensare in præceptis naturalibus, non tantum secundæ tabulæ, vt putauit Scotus, sed etiam primæ, vt existimarunt alij, quos referemus, & refellemus in materia de legibus: tamen fieri non potest, vt permanente præcepto in re, vel in apprehensione, & existimatione, (quod quantum ad hoc eandem vim habet) licitum sit operari, ergo quamuis in alijs præceptis naturalibus possibilis, esset dispensatio, non tamen in præcepto non discordandi à conscientia sicut nec in præcepto seruandi præcepta quandiu permanent, vt optime Vazquez, & Perez supra. An vero hæc circunstantia agendi contra conscientiam addat nouam speciem, vt putauit Angestus. 7. cap. moralium, vel saltem sit in confessione explicanda, vt his verbis dicit Adrian. quæst. 4. de confessione. §. venio nunc: ex quo sequitur necesse esse in confessione exprimere, an scienter, quis peccatum mortale operatus sit, vel contra dubium conscientiæ, cum addit (scilicet circunstantia aliqua) specialem deformitatem, vel aliud genus peccati. Si enim rem bonam contra conscientiam, vel conscientiæ dubium ageret quis, tenetur confiteri, quia contra conscientiam, vel conscientiæ dubium egerit quanto magis si rem malam, operatus fuerit, non releuatur ab onere, hoc confitendi: non tamen dico peccare eos, qui in omnibus, vt fornicatione, adulterio, &c. hæc omittunt: probabiliter enim præsumitur sacerdos hoc aduertere, & scire, late in materia de confessione tractandum est: nunc breuiter dico, non mutare speciem: quia homicidium factum scienter, & ex conscientia erronea, vt ait Valent. disput. 2. quæstion. 14. puncto. 4. eiusdem speciei sunt, & licet peccatum contra conscientiã sit notabiliter grauius, quam ex ignorantia, vt Valentia ibidem docet: tamen non oportet explicare, se occidisse contra conscientiam, quia dicendo occidi satis exprimitur in communi modo loquendi: cũ vero factum est ex ignornntia, vel dubio, hæc circunstantia ignorantiæ, quia peccatum extenuat, non est necessario confitenda, sic vt nec tenetur mulier exprimere, se metu mortis consensisse in adulterium, quæ circunstantia notabiliter extenuat peccatum; cum vero, quis rem licitam egit putans esse illicitam, vt si occidit feram putãs esse hominem, debet errorem exprimere alioqui enim non intelligetur malitia actus externi, quia occisio feræ per se mala non est.

29. 2. Consectarium.

Secundo sequitur, agere contra conscientiam præteritam, mutando illam, non esse intrinsece malum: sed sæpe valde conueniens ad vitandum malum, quia sæpe mutatio conscientiæ rationabilis est, & necessaria, imo ad hoc adhibetur diligentia, vt noua ratione, vel authoritate inuenta veritas cognoscatur, & si oportuerit, prius iuditium mutetur: ergo hoc per se loquendo bonum est, mutato autem iudicio iam voluntas habet aliam regulam, & conscientia præcedens, non est eius regula, sed conscientia præsens: ergo non male aget voluntas discordando à conscientia præterita, imo ad hoc sæpe tenebitur, si hoc dictetur per conscientiam posterius formatam, dum modo non iudicetur adhuc probabile, quod prius iudicabatur; si enim quamuis illud homo non teneat, tamen iudicet esse probabile, poterit priorem conscientiam sequi; quia licitum est sequi opinionem probabilem relicta propria, etiam si eam existimet probabiliorem, vt postea dicemus. Male ergo Medin. quæst. 19. artic. 6. putat, vt aliquis censeatur agere contra conscientiam, & peccare, non esse necesse, vt dictamen rationis sit simul physice cum actu voluntatis sed satis esse si præcesserit, & non fuerit reuocatum: per hoc enim inquit, censetur moraliter, & virtute manere. Idem tenent aliqui iuniores, & videtur opinio Caietan. illo, articul. 9. Sed objcit sibi Medin. quia inde sequitur, omnes actus Pagani, in quo præcessit hoc iudicium, *Omnia opera mea sunt referenda in idolum*, si non reuocauit tale iudicium, esse malos, quia si non sunt relati in idolum, erunt contra conscientiam. Si vero sunt relati, erũt mali ex fine. Resp. Medin. 1. eo ipso quod Paganus dat eleemosynam ex pietate naturali, retractat præteritum iudicium erroneum. R. 2. si iudicium erroneum multo tempore præcessit, non censeri virtute, & moraliter manere ideo agentem contra illud, non peccare, sed solutio est nulla, quia nullum iudicium retractatur, nisi per oppositum, quod tamen in eo casu non datur. Secunda etiam solutio nulla est, quia impertinens est ad bonitatem, vel malitiam operis esse proxime, vel remote relatum in aliquem finem, sed solum requiritur procedere, ex relatione in talem finem, ergo similiter, vt opus sit secundum conscientiam, vel contra conscientiam impertinens videtur, quod conscientia ipsa præcesserit proxime, vel remote, imo ad peccandum contra conscientiam necesse est simul physice esse cum discordantia

dantia ab illa, quia si conscientia iam non est, voluntas non fertur in obiectum iudicatum malum, & prohibitum, sed bonum: ergo non est vnde talis actus malitiam contrahat; sed potius bonitatem: & idem, si id iudicatur indifferens, amatur tamen propter honestum finem. Vide, quæ contra Medinam, & alios recentiores dicit Vazquez, disputat. 99. c. 3. num. 13. & Azor, tom. 1. lib. 2. c. 8. q. 12.

30. Tertio intelligitur, quid sit conscientiam deponere, & quomodo liceat, vel sæpe etiam necessarium sit ad malum vitandum, vt omnes docet. Nã deponere nihil aliud est quam iudicium suspendere, vel aliter iudicare, quod, licet quando iudicium tãtum est probabile, & non certum physice, neque moraliter possit ad libitum fieri sine noua ratione, vel auctoritate, nec id sit temerarium, quia vtrinque rationes probabiles esse possunt, tamen est impertinens ad honestandam actionem, non enim honestatur ex iudicio, quod ad libitum formo, sed ex alio iudicio reflexo, quo intelligo licitum esse sequi opinionem probabilem, etiam si non sit propria, nec probabilior, si vero iudicium est certum physice, vel moraliter, aut non poterit sine noua ratione, vel auctoritate deponi, aut si deponatur, erit temerarium, nec sufficiet ad honestandum actum, sed illud sequi erit peccatum, vt si fœmina velit duas nuptias contrahere deponens temere iudicium moraliter certum, quod habebat de vita prioris mariti, & de nullitate, & turpitudine noui matrimonij, non excusabitur à peccato, quia agit contra conscientiam certam præteritam, quam retinere debuisset. Per quæ limitatur vel confutatur Caietan. quæst. 19. artic. 5. & 6. dicens, posse conscientiam ad libitum deponi, nec peccare, qui contra conscientiam sic depositam agit.

3. Conclusio.

31. Quæres hic, quo præcepto teneamur conformari conscientiæ erroneæ, seu non discordare ab illa, nam omnis obligatio ex aliquo præcepto nascit. R. ad id nos teneri præcepto naturali expresso in scriptura, & patrib. & sacris canonibus, impresso autem in cordib. nostris: lumine enim naturæ iudicamus, sequendũ esse dictamen rationis, imo cõscientia, siue vera, siue errans, est saltem late in se quædam lex naturalis, & impressa cordibus nostris, vt diximus ex Ambr. Damasceno, & alijs, & proponit nobis legem Dei verã, vel apparẽtem, & turpitudinem, vel necessitatem obiecti, ideoq. obligat: quia tenemur obedire legibus Dei, non solum veris, sed etiam apparentibus. Vnde falso Sylvester verbo conscientia, q. 2. ait, conscientiam erroneam non obligare auctoritatiue, vt legem, sed per modum præconis promulgantis legem Dei. Et Anto. Perez, certam. 10. Scho. c. 3. conscientiam non non iubere, sed dictare, quod alij iubẽt. Falso etiam dixisse videntur alij quos imitatur Say. lib. 1. c. 4. n. 12. & 26. conscientiam erroneam; imo & veram non esse legẽ, sed illam proponere, & per se non obligare, sed esse conditionẽ, qua posita obligamur ex illo generali dictamine synderesis, quod vetat, nequis velit, q̃ malum iudicat. Nam hoc dictamen generale, & reflexum nõ est necessarium, vt quis teneatur sequi conscientiam, siue veram, siue falsam (quæ pro eadem reputatur quantum ad hoc) imo rarissime interuenit, ergo per se loquendo non ducitur ex illo hæc obligatio, sed per accidens, & aliquando, & similiter vt teneamur sequi conscientiam veram, vel errantem, non oportet proponere legem Dei. Sed satis est repræsentari aliquid vt turpe, ergo obligatio tunc non oritur ex lege Dei apprehensa: oritur autem ex lege aliqua: *Quia vbi non est lex, neque præuaricatio*: ergo oritur ex ipsa conscientia. Vnde alij Doctores fatentur, conscientiam ipsam esse legem, & præceptum: neq. tñ inde sequi putant, quod docent Angest. c. 7. dub. 3. agentẽ contra conscientiã veram, cõmittere duo peccata, alterum cõtra præceptũ non furandi, v. g. alterũ contra præceptum sequendi conscientiã, vel quia hæc præcepta nõ differũt specie, vel quia vt inquit Cordub. lib. 3. q. 4. dub. 1. alterũ est generale, & inclusum in alio, & sicut causa generalis, & particularis producunt eundẽ effectũ, ita hæc præcepta eandem obligationẽ, vel vt ait Ant. Perez cert. 10. Scho. n. 27. quia cum omne præceptum includat præceptum non faciendi cõtra cõscientiam, hæc non sunt duo præcepta. Melior ratio est, quia de ratione peccati in cõmuni est agere contra conscientiã. Ergo inde non capit actus specialem deformitatem. Vtcũq. sit, conscientia ipsa aliquo modo est naturæ lex, etiam si erronea conscientia sit, quamuis Sayrus, sup. n. 13. dicat conscientiam veram vere esse legem, erroneam autem putatiue tantum. Dices non est impressa à Deo, quia Deus non docet falsum, ergo non est lex naturalis. R. esse impressam à Deo, non absolute, sed per modũ causæ generalis, & vniuersalis, quo pacto concurrit ad omnem actum voluntatis, quantumcunq. malum, & ad omnem actum intellectus quantumcunq. falsum, qui est lex cui voluntas obtemperare tenetur. Dices poterit ergo Deus media conscientia erronea præsertim adiuncto illo generali dictamine vero synderesis obligare ad odium sui. Resp. nequaquam, quia non potest dari error inculpabilis, nec culpabilis dictãs, Deũ debere, aut licite posse odio haberi, adeò apertum videtur esse potius diligẽdum. Vt autem sunt diuersa dictamina conscien-

Quæstio. 4. incidens.

32.

tiæ, siue veræ, siue errantis ita: diuersæ leges pertinentes ad distinctas virtutes, propter quas actus discordãs à conscientia, siue vera, siue erronea semper est in aliqua specie peccati opposita alicui speciali virtuti, vt docet D.Thom. quæst.19. artic.5. ad.3. Valent. supra Azor, tom.1. lib.2. capit.8. quæst. 4. Medina, quæst.19. art.6. dub.4. Cordubus, lib.3. quæst. 4. dub.1. Vazquez disp.59. cap.3. Sayrus lib.1. cap. 4.num.19. Nam vt D.Thom.ait, qui discordat à conscientia erronea semper putat se facere contra præceptum aliquod annexum alicui speciali virtuti: atque adeo peccat contra virtutem illam, quandoquidem facit quantum in ipso est, contra eius virtutis præceptum, vt si quis putet sibi omnino mentiendum pro tuenda vita hominis, & voluntas discordet ab hoc dictamine peccat cõtra misericordiã. Hanc tamen doctrinã D. Thom. limitant quidam iuniores,quos citat, & sequitur Sayrus lib. 1. cap. 4. num. 20. & 22.vt procedat moraliter tantum,& secundum id, quod in plurimum contingit. Nam posset etiã aliquando contingere,vt peccans ex conscientia erronea, non actu cogitaret, se contra vllum præceptum speciale facere. Vt si adeò esset erronea alicuius conscientia vt putaret,obiectum aliquod in differens esse sibi illicitum, etiam quatenus indifferens est, aut si quis solum in communi cogitaret esse malum id, quod faceret, non discendens cogitatione ad aliquid speciale præceptum, quod putaret se violare. Ac in tali casu sane dicendum esset talem peccare solum contra synderesim, cuius nimirum præceptum vetans fieri malum: potest,& debet in tali casu cogitare. Neque esse absurdum dicere eius modi hominis peccatum in nulla esse determinata specie, nam cum genus morale totum contineatur respectu quodam ad hominis voluntatẽ, sicut potest fieri voluntate humana, vt species morales disparatæ, & diuersæ coniungantur in eodem actu, ita videtur humana voluntate fieri posse, vt nulla species determinata addatur ad communem rationem;inqua cõueniunt omnia peccata hoc ipso, quod mala sunt contro vniuersalem legem synderesis. Quinimo necessario videtur talis casus admittendus, si quis in communi vellet malum facere, hic enim peccaret tamen contra nullum speciale præceptum faceret,peccat igitur contra solam synderesim, Hæc iuniores illi, quos sequitur Sayr. sed non videtur necessaria, nec recipienda,hæc ipsorum ad doctrinã D. Thom. limitatio, eo modo, quo ab illis ponitur:nam indifferens, vt indifferens,id est,nec bonum, nec malum, nec prohibitum, nec præceptum: quomodo vt prohibitum, et illicitum repræsentari potest? et licet representaretur,et sic ex conscientia erronea acceptaretur,actus suam haberet speciem, quia implicat genus, vel indiuiduũ dari a parte rei sine aliqua specie,et illam speciem sumeret ex ratione communi præcise concepta,sicut in actibus,quibus bonum, vel malum in communi amatur, contingit: vt tract.7.dictum est.disp.3. Et ita docent Vazq. disp.59.cap.3. alijq. communiter, ac proinde speciem sumeret ex præcepto communi, siue formaliter,et explicite,siue virtute, et implicite considerato:non enim ad specificationem actus mali oportet considerari præceptum,vt præceptum, cui obiectum sit contrarium,siue in communi, siue in particulari formaliter,et explicite: sed satis est considerari implicite: quod fit, considerando obiectum vt malum,et turpe, siue in communi, siue in particulari,et sic specificat actum, et si obiectum sit particulare,actus pertinet procul dubio ad speciale vitium, si vero obiectum sit commune, opiniones sunt variæ tractatæ in præced.tract. disp.3. in conscientia vera, quæ eædem sunt in erronea:quidam enim dicunt, talem actum pertinere ad vitium quoddã speciale contrarium speciali virtuti amanti bonum in communi,alij pertinere ad omnia vitia,alij ad nullum,sed omnes in eo cõueniũt, quòd habeat suam certam et terminatam speciem,quam capit ab obiecto sub ratione præcisa mali spectato. Ita tenet Valent. supra, et Azor illo,cap.8. q. 6. et tenendo ad nullum vitium speciale pertinere limitanda esset doctrina. D.Thom. ad actus habentes particularia obiecta,ita vt illi pertinerent ad specialia vitia reliqui vero,qui pauci, et rari sunt, non, et sic posset limitatio illorum recentiorum locum habere,et defendi,quod vero aiunt illum actum voluntatis esse contra synderesim non est ad rem, quia actus malus voluntatis videtur reducendus ad aliquod vitium voluntatis contrarium alicui virtuti voluntatis. Synderesis vero,est virtus intellect°. Quæres autẽ, quinto,an qui ex cõscientia erronea facit aliquid,quod iudicat esse malum, non autem iudicat esse mortale,vel veniale peccet mortaliter. R. in primis cum Cordub.lib.3.q. 4. con. 3. Angesto,cap.7. text. 1. dub.3. et Vazq. idem quoad hoc esse dicendum, siue iudicium sit erroneum,siue verum. Deinde dico cũ Cordub. interdum peccare mort. interdum venialiter,si enim ille dubitet, an sit peccatum m. et rem non examinet peccabit mort. propter periculum peccandi mortaliter, cui se exponit, et ita communiter accidit: et ideo Vazq. supra,et Azor lib.2.cap.8.q.6.Sayr.lib.1.c. 4.n. 17.Rodr.1.p. summæ,cap.71.concl. 4. absolute respondet,peccare mortaliter. Si autem nulla ei occurrat dubitatio,tantum peccabit venia liter,

33. Quæst. 5.

liter,quia malitia in communi non est, maior malitia,quam, quæ reperitur in materia leui,& ideo non potest per se reddere actum grauiter seu mortaliter malum,& ideo in eo euẽtu tantum esse peccatum veniale per se & secluso dubio peccati mortalis docet Nauar. prælud.9.num.9. & Anto. Perez,certami.10. Schol.n.29.Valẽt.disp.2.q.14.pu.4.du.3. Lop.1. parte, instruct. capitulo.3.Recte autem Vazquez, & Perez,supra,num.27.Sayr. num.21.reprehendunt Angestum dicentem, facere aliquid,quod est & apparet malum habere duplicem malitiam,facere autem quod apparet malum;sed non est, habere vnicam tantum. Nam malitia actus sumitur ab obiecto,vt est in apprehensione tantum,ergo cum in vtroq. euentu vna & eadem sit apprehensio, vna & eadem erit malitia;& ita etiam docent Açor, to.1.lib.2.capit.8.q.7.Cordub.lib.3.quæst.4. Id certum est,eum qui iudicat aliquid esse peccatum.m.peccare moraliter,& qui putat solum esse.v.peccare tantum venialiter. Valen. illo dub.3.Nauar.illo prælud.9.nu.9.Caietan. verbo *conscientia*,Sayr.sup.nu.15.vbi tamen male cum Nauarro limitat, facere contra conscientiam dictãtem aliqua esse peccata venialia esse peccatum veniale,si illa alioqui ex se non sint mortalia: nam etiamsi ex se sint mortalia si iudicentur venialia ideſt leuia,nõ erit.m.illa facere.Secus si putarentur grauia, tamen digna leui pœna,tunc enim vere esset. *Quæst.6.* m.illa facere. Quæ res.6.an præceptum hominis superioris magis obliget quam conscientia propria D.Tho.2.d.39.art.vlt.ad.3. Armill. verbo conscientia,nu.1.&.2.Medina,q.19.a.6. & recentiores aliqui arbitrantur magis obligare conscientiam. Quia proponit præceptũ Dei,quod præferendum est præcepto hominis.Bonauent.autem ead.d.a.1.q.3.ad vlti. ita inquit.Patet etiam quod plus est standũ præcepto prælati,quam conscientiæ maxime vero quando prælatus prẽcipit id quod potest & debet. Alens. vero. 1.parte.q. 121.alias.177. memb.3.a.2.Anton.1.p.tit.3.c.10.§.3.&.4. Gers. alphab.30.litt.Z.& Syluester verbo conscientia.q.2.docent,rectam conscientiam obligare magis,quam præceptum superioris, erroneam vero minus obligare in rebus indifferentibus,scilicet,non præceptis,nec prohibitis à Deo:quia superiori obedire, est obedire Deo,qui præcipit, vt superiori obediamus. Sed melius Vazquez disput.61.capit. 1. distinguit:dupliciter,enim contingere potest conscientiam & præceptũ superioresꝰ sibi occurrere.1.ita vt superiore præcipiente, nulla appareat ratio sufficiens deponendi conscientiam.2.ita vt appareat ratio deponendi illam. Item dupliciter intelli posse quod conscientia magis,vel minus obliget, quá præceptum humanum.1.ita vt maius sit peccatum transgredi præceptum superioris,quam conscientiæ.2.ita vt conscientia deroget præcepto superioris.His suppositis ait,si sermo,sit de magnitudine & grauitate peccati,non potest certa regula statui,quod nam sit maius peccatũ, discordare à conscientia,vel à præcepto superioris:nam aliquando erit maius aliquando minus iuxta varietatem materiæ, vt superius visum est.Si vero loquamur de maiori obligatione quãtũ ad derogationẽ,scilicet,an conscientia deroget præcepto superioris; dicẽdum,quoties conscientia,quæ deponi nõ potest est de lege Dei,vel prelati superioris, quã inferior prælatus tollere non potest,sequenda est cõscientia:secus si deponi potest, quod fusius tractat.Vazq.Açor,etiam to.1.lib.2. c.8. q.10. non male distinguit, existimatq. dum conscientia errans permanet,magis obligare quam superioris præceptum, fas tamen esse sæpe ad superioris præceptum, errorem depellere quo deposito,iam nõ conscientia, sed superioris præceptum nos obligat. Cordub. etiam, lib.3.quæst.4.dub.2.in fine, ait, in aliquibus deposita conscientia,obediendum superiori,in alijs non.Et Anton. Perez, certam. 10.Scho.c.5.ait,si ignorantia perſistat inuincibilis,quia tunc deponi nequit, obediendum illi,& non prælato,vt si prelatus sciat decretum aliquod Pontificis reuocatum, vel dispensatum:quę tamen reuocatio, vel dispensatio non possit vllo testimonio, vel ratione fieri subdito verisimilis,tenetur sequi propriam conscientiam,quanuis errantem,& nõ obedire prælato.Sayr.lib.1.cap.4.dub.7.num. 28.& sequentib. pro. 2. opin. vltra citatos refert Henrri. quodlib. 8. Carth.2.d.39.quæst.3. Angel.verbo.cõscientia,n. 2. ipse vero dicit.1. Quando constat, quod superior præcipit,esse contra Deum.Plus obligat conscientia, quia *obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Act.4. 2.ait,si subdito nullę suppetant rationes,quibus conscientiam deponere possit, tenetur sequi conscientiam, vt in illo casu de motu proprio Pontificis.3.Quando vero sunt rationes probabiles deponendi conscientiam, peccat non obediendo prælato.Sic intelligit Anton.Henri.Carth.& Vazq.

Quæ res.7.an qui scienter peccat & non ex *Quæst.7.* conscientia dubia teneatur in confessione explicare, se sciẽter peccasse.Adria.4.sent.tract. de confessione.q.4.§.venio nunc,ait,explicẽdum fore, nisi presumeretur confessarium id scire, & aduertere:quia peccare scienter est maius peccatum, quam cum conscientia dubia.Sayr.vero.supra,nu.22.& Vale.disp.2.q.14. pu.4.dub.2.docent, eam circunstantiam sciẽtiæ non esse necessario confitendam, quia licet aggrauet peccatum, non pertinet ad aliquam

quam peculiarem speciem,sed est contra syn deresim.Ego credo non esse necessario confitendam etiam si non præsumeretur intelligi à confessario,quia non aggrauat notabiliter: si enim aggrauaret notabiliter etiamsi non mutaret speciem,(vt vere non mutat quauis peccatum alioqui habeat suam certam speciem)esset necessario confitenda iuxta communiorem doctrinam de circunstantijs notabiliter aggrauantibus intra eandem speciē.

Quæstio. Quæres. 8.an sit bonum se qui conscientiā erroneam vincibilem seu culpabilem. Resp. neg.cum Alen.2.p.q.120.m.3.a.4. D.Thom.q. 19.a.6.ad.1.Vaz.disp.60.c.3.Vale.disp.2.q.14.p. 5.Cordub.lib 3.q.4.dub.3.ad.1.Sayr.lib.1.ca. 4. n.27.quia bonū ex integra causa.Vt ait Dion. capit.4.diuino: ideo vt actio sit mala,sufficit esse ex ignorantia culpabili in qua est voluntaria,vt vero sit bona debet esse ex scientia, vel ex inculpabili ignorantia.

Ad.1.arg. 1. Opin. Ad.1.argum.1.opinionis Resp. non obligare ad actum internum malum,sed ad bonum quando ignorātia est inculpabilis & quia bonitas & malitia formalis actus interni refunditur in externum,sequitur, nec conscientiā obligare ad actum externum malum malitia formali,sed tantum obiectiua: loquendo tamen de actu externo malo obiectiue. R. licet per se nemo possit obligari ad id;quod est intrinsece malum:bene tamen per accidens ratione conscientiæ erroneæ existimātis illud esse præceptum:non enim dicitur actus intrinsece malus , quia nulla ratione possit honestari,sed quia non potest,si libere & scienter fiat,carere malitia & illa obligatio non est ad malum formaliter & proprie,sed ad malum materialiter sub specie tamen & ratione formali boni.Ad Conf.neg.consequentia , quia iudicium Dei non potest esse erroneum,obligatio autem ad actum intrinsece malum dari non potest,nisi per accidens ex errore:vel dicitur,Deum obligare posse ad intrinsece malum,non præcipiendo illud per se,sed mediāte conscientia erronea,quæ est a Deo vt a causa vniuersali;item mediante illo iudicio vero,conscientia sequenda est. Ad.2.Resp.inferiorem posse obligare contra legem superio-

Ad. 2.arg. ris,nō formaliter sed materialiter & improprie suppositā ignorantia propria vel subditi; & præterea licet conscientia erronea dictet materialiter contra vnam legē Dei,quaDeus præcipit & iudicat absolute , aliquid esse faciendum:concordat tamē cum alia lege Dei

Ad. 1. Cōf. qua præcipit & iudicat,conscientiam esse sequendam,seu id faciendum esse,si id conscientia dictet esse faciendum.Vnde si quis discordet a conscientia propria, consequenter discordat a lege ęterna Dei;& sic patet ad.1.confirmationem.Ad secundā vero.R.inter leges latas a Deo immediate ,non esse repugnantiā; secus inter latas media ratione,quæ potest ha- *Ad.2.Cōf.* bere contraria iudicia practica & sic ferre leges cōtrarias interse , & illæ materialiter possunt esse contrariæ alicui legi Dei,sed formaliter erunt conformes,quia dictant, tale , vel tale quid esse faciendum , quia bonum necessarium & obligatorium est. Item erunt conformes generali legi Dei , qua præcipit & iudicat , sequendam esse conscientiam.

Ad.3.R.exCorola.2.tertiæ cōclusio.Nō sem- *Ad.3.arg.* per conscientiam erroneam deponi posse moraliter & rationabiliter,vt cum est moraliter certa:& sæpius nullam esse obligationē deponendi illam;eaque durante aut rationes & causas durationis habente, hominem tenerī ad conformandumse illi , & propterea illam vere & propriè ad hoc ipsum obligare.

36

Ad.4.Respond. ex Cordub.lib. 3. quæstio. *Ad.4.arg.* 4. Medina,quæstione.19.artic.6.& alijs communiter,aliquem peccare posse faciendo id, quod facere teneatur,non perse;sed supposita ignorātia vincibili,et errore culpabili , tenetur enim homo cū eo nō operarised facere ligentiam , qua, vel tollatur,vel inculpabilis fiat.Vnde Gratianus,capit.omnes.§.ex his.28. quæst.1.ait,ignorantiam culpabilem nocere, videlicet,quia non excusat actum,qui ex illa *Quæstio.* fit,à peccato.Sed quid siquis fuit olim negligens in veritate indaganda,modo autem non est negligens , sed facit omnem diligentiam quam putat se adhibere , debere , & posse. Respond.si de præterita diligentia doleat,nō dubium, quin ignorantia reddatur inculpabilis;ideo non peccat concordando cum cōscientia erronea adhuc manente . Si vero non doleat, quia non occurrit menti prętērita negligentia, aut quia non putat esse de illa dolendum,vel alia ratione,maior est difficultas : censeo tamen tunc non peccare concordando conscientiæ erroneæ , alioqui nunc necessario incurrit culpam suppositā negligentia præterita & carentia reuocationis eius,quæ iam non sunt in eius potestate.Quod videtur contra D.Thom.quæstione 19.ar.6.ad.3.Sylue.verba conscientia, quæst.3. Cordub. libro.3.quæstione.4. conclusione. 5. Angest. in moralib. capitulo. 7. & alios citatos pro secunda opinione . Si autem teneamus, sufficere negligentiam præteritam non rectractam , vt ignorantia simpliciter sit culpabilis , non noua culpa , sed præterita . Et ideo actum , qui ex illa fit, esse culpabilem: saltem concedendum est, non esse in eo nouam culpam,sed ei communicari culpā præcedētis negligētiæ,sicut in homicidijs & pollutionibus,alijsq. malis , quæ fiunt

fuit ab ebrijs,& somniantibus. Mihi tamen veri similius est actum procedentem ex ignorantia culpabili non culpa noua, sed preterita, nullo pacto esse culpabilem, sed bonum,& meritorium. Ad. 5. Resp. antecedens esse verũ in eo casu, quo error est vincibilis & culpabilis, tunc enim etiam si voluntas feratur in malum sub ratione boni, actus non est bonus, sed malus, quia ad malitiam actus sufficit obiectum esse malum in re,& non excusari hominé ignorantia vincibili, vel esse malum in apprehensione: ad bonitatem autem requiritur esse bonum in apprehensione & in re, aut errorem esse inculpabilem. Et sic intelliguntur D. Th. sup. 5.& alij citati, vt exponit Adrianus in materia de restitutione longe post medium. §. dicendum est ergo.

Ad. 5. arg.

37 *Difficultas*

Sed difficultas est, nam si licite possumus, & interdum tenemur sequi conscientiam errantem, etiam approbantem, seu præcipientẽ res secundum se malas,& prohibitas, vt mendacium, ergo cum ad omnem actum licitum, & honestum, aut etiam obligatorium possit Deus mouere, poterit mouere ad mentiendũ, & sic poterit ipse mẽtiri,& fallere per alium, quem ad fallendum,& mentiendum inducit; & Conf. quia Deus media conscientia erronea consulit, & interdum precipit mentiri: ergo mouet nos ad mendacium,& per vnum hominem decipit alium. R. non ad omnia licita, vel obligatoria, vt cunq. posse Deum mouere per se,& speciali motione physica, seu morali: sed ad actus internos licitos ex obiecto,& circunstantijs,& ideo non potest per se mouere ad mẽdacium speciali motione physica excitando voluntatẽ media aliqua fluenti qualitate, vt mentiri velit; neq. morali motione excitando per consilium, vel præceptũ absolutum mentiendi; sed vt plurimum per se, vel dictamen synderesis vere poterit dicere, esse mentiendum ex suppositione, quod conscientia id dictet,& tunc mendacium nõ tribuitur proprie Deo: quia nec conscientia erronea tribuitur Deo, neq. effectus ex ea dimanans per se, per accidens q. ex illo dictamine synderesis, vel consilio, aut præcepto speciali Dei: sicut neq. assensus conclusio falsę dimanans per se ex præmissa erronea, & per accidens ex vera præmissa fidei, tribuitur fidei vel Deo, sed assensui illius falsæ præmissæ. Sicut autem dictum est, Deum per se nec physice, nec moraliter mouere posse ad mendaciũ; ita dico de alijs actibus intrinsece malis, vt sunt furtum, homicidium priuata auctoritate faciendum,&c. Sed tantum per accidens media conscientia erronea, vel præcepto naturali, aut positiuo generali sequendi conscientiam.

Sectio. 4. Vtrum liceat solam opinionem, seu conscienciam opinatiuam sequi.

DThom. non egit de conscientia opinatiua, dubia, aut scrupulosa: quia hæ proprie conscientiæ nõ sunt, vt nec scientiæ: nam qui eas habet, non est certus, & firmus in assensu suo, sed instabilis, suspẽsus, vel etiá inquietus: ad complementum, tamen doctrinæ valde necessariæ, de his etiam, quæ late conscientiæ vocantur agendum est & primũ de conscientia opinatiua, seu opinionis. Et pro rei explicatione in hac, quæst. suppono. 1. ad licitam,& honestam actionem humanam requiri aliquam conscientiam, quæ perse loquendo debet esse recta,& vera. Ita docet D. Thom. q. 19. art. 3. docens bonitatem voluntatis pendere à recta ratione: quia voluntas est potentia cæca: indiget, ergo dirigente, & gubernante, vt tendere possit in obiectum licitum,& honestum, ex quo actus eius habet, vt licitus, vel honestus sit. Et iam sæpe monuimus ad honestatem actus non requiri, vt honestas obiecti formaliter,& explicite apprehendatur; sed satis est obiectum apprehendé vt conueniens naturæ, vel personæ alicui sine vlla prohibitione, vel turpitune. 2. Supponimus, vt actus sit licitus, & honestus sufficere certitudinem talis iudicij physicam, vel moralem: nulla enim maior perfectio in iudicio circa tale obiectum esse potest, quam certitudo physica: ergo nihil amplius potest exigi in eo iudicio; quia tamen rara est certitudo physica,& non dubium quin moralis sufficiat ad inculpatos,& honestos hominum mores; & quia cum morali certitudine potest esse non nulla formido,& dubitatio; ideo, licet illa interueniat, non vitiat humanos actus: dum tamen homo iudicet, rem esse moraliter certã, oppositamq. esse moraliter impossibilem. Sed difficultas est, an ad honestatem actus interni sufficiat iudicium probabile de honestate obiecti.

38

Obserua. 1.

Obserua. 2.

Difficultas

Quidam dicunt, non sufficere, sed, vt volũtas sit recta, necessarium esse, vt sequatur iudicium conscientiæ practicæ certum de honestate obiecti,& actionis,& hanc esse sententiam omnium doctorum. D. Tho. quodlib. 8. art. 13. vbi expresse negat, sufficere opinionẽ, quando cum ea est dubitatio, quod intelligẽdum est de opinione speculatiua, habẽte cõiunctam dubitationem practicam, quia requiritur certitudo saltem practica. Pro hac sentẽcia citãtur Caiet. to. 1. opusc. tract. 31. decẽ & septem Respon. in. 13. Adrian. quodlib. 2. art. 1. Nauar. latę. ca. siquis autem de pœnit. d. 7. n. 58 61. 62. &. 63. Cordub. lib. 3. q. 5. Armill. verbo opinio Caiet. ibi. putant enim non sufficere sequi

39 *1. Opinio.*

Fundam.

qui opinioné probabilé. Ratio omnium est nã *qui amat periculum, peribit in illo Eccleſiaſt. 3.* tenetur enim homo in ſuis operationibus cauere, quantum poteſt moraliter, omne periculum peccandi, & hoc ſenſu dicunt ſæpe iura, in dubijs tutiorem partem eſſe eligendam. Et ad idé applicari poteſt id Gregorij, li.8.epiſ.30 *graue eſt, & in decens in re dubia certã proferre ſententiam*, refertur ca.graue.11.quęſt.3. ergo vt homo recte moraliter operetur, oportet excludere omne dubium. Hoc autem non fit ſine iudicio certo, ſaltem practico, quod poteſt eſſe cum dubio ſpeculatiuo, vt ſi certo iudicet in tali, vel tali caſu dubium ſpeculatiuum ſufficere ad honeſtatem actus, v.g. in dubijs meliorem eſſe conditionem poſſidentis, & ideo tutò rem, de qua dubitat, an ſit propria, vel aliena, retinere poſſe, vel circa contractum aliquem licitum eſſe ſequi opinionem probabilem, qualis eſt hæc, vel illa. Addunt primo duplicem eſſe certitudinem; vnam ex medio, & proportionatam motiuo iudicandi; alteram ex parte ſubiecti: quæ potius temeritas quædam, vel pertinacia dici poteſt, quia excedit proportionem medij ex voluntaria adhæſione, prioremq. certitudinem hîc requiri, quia debet eſſe certitudo prudentiæ, quæ eſt intellectualis virtus: huiuſmodi autem certitudo ſemper oritur ex medijs, ſeu principijs proprijs: item quia hæc certitudo habet coniunctam infallibilem veritatem, vt etiam actus, qui ex ea conſequitur, eſt infallibiliter honeſtus: certitudo autem ex parte ſubiecti tãtum, non habet infallibilem veritatem. Addunt ſecundo, ad malam operationem non requiri iudicium certũ de malitia; ſed ſatis eſſe, quod homo voluntarie operetur ſine iudicio certo de honeſtate. Prob. quia bonum requirit cauſam integram, & ideo poſtulat certam regulam & directionem; ad malitiam vero ſufficit quicunq. defectus. Item ad bonum non ſatis eſt operari ita vt accidere poſſit, actioné eſſe bonam, ſed oportet, vt periculum malitiæ caueatur: ad malum autem ſatis eſt voluntarie ſe exponere morali periculo malitiæ: & ideo eo ipſo, quod quis dubitet de bonitate, vel malitia actionis, ſatis eſt, vt male operetur.

40 *1. Opinio. auctoris*

Sed hæc doctrina generaliter nec vera eſt, nec D. Thom. aut aliorum communiter doctorum: ſed. 1. fallit, quando quis opinatur actum eſſe bonum, & non iudicat, forte eſſe malum, neq. habet ambiguitatem, formidinem, vel dubitationem, aut ſuſpitioné de malitia: quia non facit reflexionem, neq. aduertit rationes in oppoſitum, nec infirmitatem rationum, quas habet ad ſuam opinionem. Prob. 1. quia ad malitiam actus quidã poſtulãt actuale & formale iudicium conſcientiæ, vel determinate de ipſa malitia, vel de probabili in teruentu malitiæ, vt refert Medina, q.19.art.6. & licet ipſe Medina ſentiat, non ſemper requiri tale iudicium; tamen ſaltem debet poſtulare cum alijs iudicium virtuale, & implicitum, nempe, vt occurrant ei rationes dubitandi de malitia actus. Ergo ſi nec detur tale iudicium, nec occurrant rationes dubitandi de malitia, non reddetur actus malus. & ratio eſt manifeſta: quia malitia actus ſumitur à malitia obiecti, quæ repræſentata ſit, vel repræſentari debuerit, & potuerit, ſed tunc nec repræſentatur malitia obiecti vt conſtat, nec repræſentari debuit, aut potuit, quia non ſemper tenemur, nec ſemper poſſumus de malitia actus cogitare: ergo tunc actus non erit malus, ergo erit bonus, quia indifferens non datur ſaltem exiſtẽte honeſto motiuo, quale tunc exiſtit, licet probabiliter & opinatiue tãtum cognitum. 2. Quia ad honeſtatem actus non requiritur maior perfectio actus quam quę communiter & moraliter loquendo ab omnibus haberi poteſt: certitudo autem cõmuniter & moraliter ab omnibus haberi nõ poteſt, ergo non requiritur certitudo. Minor patet, quia certitudo hîc duplex cogitari poteſt. Prima directa de bonitate obiectiua ipſius actus externi, quæ competit illi ſecundũ ſe: & appellatur à nonnullis, licet parum proprie, certitudo ſpeculatiua. Secunda certitudo eſt reflexa, quæ eſt de bonitate actus interni amplectentis illud obiectum, iudicando ſcilicet, ſuppoſita tali vel tali cognitione directa, ſeu ſpeculatiua, bonum fore actum internum, quo attingatur tale obiectum: ac proinde actum externum inde manantem. Primam certitudinem non requiri aduerſarij plane, & merito fatentur: rara enim eſt etiam in doctiſſimis hominibus: ſecundam autem non requiri probo contra aduerſarios, quia raro homines præſertim indocti & ignorantes, reflexionem faciunt, & opiniones vel dubia illa directa & ſpeculatiua ad practicam certitudinem reuocant, neq. cogitant de ſuis internis actibus, aut de eorum bonitate, vel malitia aut de ſecuritate conſcientiæ in tali modo eperãdi: quis tamen dubitat quin tunc bene operentur: ergo non requiritur certitudo de honeſtate actus. Secundo fallere videtur opinio illa, quando homo cogitat de malitia actus, tamen non poteſt peruenire ad certitudinem directam nec reflexam, eo quod de bonitate & malitia obiecti ſunt contrariæ opiniones probabiles, & aliunde etiam non eſt certum; ſed probabile tantum, quod liceat ſequi opinioné probabilem, ſunt enim de hac re variæ opiniones, vt poſtea videbimus, & quanuis quidam dicant, non eſſe licitum operari cum dubio practico, vt Valent. ibi. q.14 puncto.

puncto 4. Molina, to. 2. de iust. disp. 113. Tamen explicâdi sunt de dubio stricte sumpto: nam ijdem licitum putât sequi opinionem, etiam minus probabilem; cum qua tamen necesse est esse dubium aliquod practicum, si homo est doctus, cum sciat non esse certum, sed sub opinione positum, quod sequi liceat opinionem, etiam minus probabilem; ergo in dubio, etiam practico, absq. vlla certitudine directa, vel reflexa potest dari actus licitus, & honestus; & alioqui nunquam honestus actus posset dari existentibus opinionibus diuersis de valore, & honestate contractuum, & similium actionum si opinio damnans actum esset probabilior altera, quia probabile est non esse licitum sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori & tutiori: consequens autem esset absurdum. Quia sic multi actus valde vtiles & necessarij propter timores istos essent ommittendi, qui a doctissimis viris approbatur, ergo &c. Adde durissimum esse obligare aliquem, vt propter aliquâ formidinê in praxi propriam opinionem etiam probabiliorê relinquat, maxime cũ raro opinari absque formidine possimus. Vnde Nauarrus cap. 27. num. 288. expresse ait, si homo opinetur, opinionem quam sequitur esse veram, non peccare, idemq; ait alijs locis, & Adrian. Anton. & alij in sectionibus sequẽtibus referendi: imo Valent. supra loquitur de dubio practico, stricte sumpto, & sentit quando non est tale dubium; sed opinio, honestum esse secundum ipsam operari. Et Vaz. disput. 62. cap. 5. & 9. contra Caiet. & Armill. verbo opinio, quos capit. 1. retulerat & contra Nauar. supra, ducet, licitum esse sequi propriam opinionê, etiam quando quis habet formidinê alterius partis, ita vt nec per intrinseca, nec per extrinseca principia in communi, aut in particulari habent certitudinem practicam de honestate operationis occurrẽtis licet cum haesitatione & dubio practico stricte sumpto, seu excludente omne iudiciũ practicum de honestate, aut turpitudine actionis illicitum putet, agere. De dubio tamen stricte sumpto, sect. 16. dicemus. Similiter Ant. Perez, cert. 10. Schol. c. 2. contra Caiet. Nauar. & Armill. docet, sufficere iudiciũ opinatiuũ cum formidine sine vllo iudicio certo, vt homo recte operetur, alias *nullus* (inquit) *esset scrupulorum finis, & terminus.*

41 Ad D. Tho. & alios, qui inoppositum citatur Resp. si dicunt, requiri certitudinem, vel intelligere extra illos duos casus, videlicet, cum homo cogitat de malitia, & dubitat de illa, vel habet rationes, quas videt esse sufficientes ad dubitandum, & potest ommittere, vel humana quadam diligentia deponere dubitationem, & formidinem de malitia actus sine incommoditate illum ommittere. Non tamen omnes citati requirunt certitudinem practicam etiam reflexam, neque de illa loquuntur: nam D. Thom. quodlib. 8. q. 13. vt exponit Medi. q. 19. a. 6. pag. 307. concl. 1. non de sua cuiusq. opinione; sed de eius probabilitate loquitur, & docet, si propter varietatem opinionum in dubitationem quis inciderit, sci licet de probabilitate suæ opinionis, non posse suam opinionem sequi, si autem non inciderit in talẽ dubitationẽ, posse sequi opinionẽ suã. Itaq. male fortassis aliqui ipsum exponunt de dubitatione practica, & reflexa, qua quis dubitat, an sequi liceat opinionem probabilem: hæc enim dubitatio, vt ostendimus, non impedit honestatem actionis. Caiet. autem verbo opinio, capit. 2. de opinione directa, quam alij speculatiuam dicunt, loquitur, & sentit, non sufficere ad bonitatem actus, ni si sit moraliter certa, vel tutior, in quo deceptus est, vt lectione seq. videbimus, Cordub. etiam de opinionẽ directa loquitur, *quã* ait, *non sufficere ad bonitatem actus, nisi sit tutior, vel probabilior, aut saltem aeque tuta, & probabilis*; & hic similiter deceptus est, vt dicemus sect. seq. Adrian. vero quodlibet. 2. ar. 1. in materia de restitutionẽ. fol. 56. alias. 176. §. dicendum est, potius docet, licitum esse sequi quancumq. opinionem probabilem, licet dicat, in dubio proprie dicto, quod excludit assensum non esse licitũ operari. Nauar. etiã non nihil aduersus ea, quæ à nobis dicta sunt, docet. Quid autem sentiat in sequentibus ostendemus.

Ad fundamentum aduersariorum. R. locũ illum ecclesiasticj solum probare, eum qui temere, aut sine necessitate, & causa sufficienti se committit, cognito periculo violandi materialiter, vel etiam formaliter legem, peccare: quia hoc est proprie periculum amare: secus eum, qui nõ cogitans de periculo, aut necessitate, vel sufficienti causa motus cõstituit se in periculo violandi legem Dei materialiter tãtum, vt in casu præsenti. Vide Vaz. disp. 62. c. 9. n. 44. Vel vult textus, eum qui amat periculum, incidere sæpe in malum illud, cuius periculo se exponit, siue licite, siue illicite se exposuerit. 42

Ad textus asserentes, in dubijs tutiorẽ partem sequendam esse. R. id intelligendum de consilio, vt exponit Anton. in. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10 Nauar. c. quis autem de ponit. d. 7. nu. 30. quos citat & sequitur Perez, cert. 10. Schol. num. 51. vel quando commode fieri potest, idest, sine incommoditate propria, vel aliena, omnibus pensatis, magni momẽti sit: sine enim, vel nulla incommoditas, vel parui momenti sit comparatione boni communis, tutior pars sequẽda est, & non minus tuta, tametsi sit probabilis.

Ad

Ad Greg.Resp.in causa dubia proferre certá sententiam damnationis,peccatum esse:quia iudex non sequitur opinionem practicá probabilem;sed speculatiuam,scilicet, quod iste delictum commiserit,& in se sit dignus pœna,& quia discordat à conscientia practice certa,scilicet asserente,neminem esse puniẽdum,nisi certo eius delictum probatum fuerit.Sed hæc ex sequentibus maiorem multo lucem accipent.

Sectio. 5. Vtrum semper sequi liceat opinionem quæ agenti probabilior,aut æqueprobabilis apparet.

43

Quod hic est cancellatum in hac papina 1194. et in sequenti 1201. licite legi potest, cũ non prescribatur deleri in Expurgatorio anni 1707.

PRIMO hoc affert à dubio,quod [illegible] alterius partis,licet [illegible] & potest esse,magna [illegible] & remanet rationi,& improbabile [illegible] ut certum probabile,interdũ probabilius,ut certum probabile,interdũ probabilius,ut certum probabile,interdũ probabilius,

æqualia incõuenientia sequuntur, vnde vna non est notabiliter tutior alia. Sed de iudicibus differam sect. 12. & de Sacramentorum accept. sect. 6. & 10.

59 Ad.1. Cõf. Iam ad 1. confir. 1. arg. R. è duobus malis non semper de præcepto eligendum esse minus, sed interdum de solo consilio, vt cum æqualiter imminent. Si autem minus malum certius sit, poterit licite eligi, vnde cum dubia est violatio legis, potest homo subire eius periculum, ne damna aliqua temporalia vel spiritualia certissime incurrat: neq. enim verisimile admodum est leges dubias certam cum detrimẽto obligationem inducere, transgressoresq. certo damnare.

Ad.2. Cõf. Ad 2. confir. R. mulierem illam non reddendo exponere se periculo irrogandi iniuriam marito existenti in possessione, & nullum damnum incurrere ex redditione, sed potius reportare commodum, ideo reddere debere: non tamen posse petere, ne sine causa se exponat periculo irrogandi iniuriam alteri marito vel fornicandi. Quod magis examinabitur in sequentibus.

60 Ad.2. arg. Ad 3. arg. principale R. aliqui recentiorem sequendo opinionem minus tutam, nullum esse peccati periculum, quia quamuis opinio tutior est vera: tamen ille in agendo peccatũ deditat: quia sequitur opinionem probabilẽ, hoc tamen non satisfacit: quia licere sequi opinionem quancunq. probabilem in controuersia est apud Doctores, ergo non est certum, & sic periculum peccati est. Vnde R. 2. non esse peccatum exponere se periculo violandi legem Dei incertam & dubiam: imo interdum non esse peccatum exponere se periculo violandi legẽ Dei certam & indubitatam, nam qui versantur inter infideles & alios peccatores, sunt in magno periculo peccandi, quod tamen ex necessitate, charitate, vel obedientia recte suscipitur, ille autem solus amat periculum qui temere & sine causa illi se exponit.

Ad.3. Ad 3. R. si medicus possit adhibere medicinam, quæ prodesse & non obesse valeat, tenetur applicare illam, & illicite applicabit eam, quæ probabiliter nocere valeat. Si autẽ non occurrat medicina, quæ prodesse & non obesse possit, licite adhibebit illa, quam credit prodesse & obesse posse, nisi longe maius nocumentum, quam vtilitatem allatura videatur.

Ad.4. Ad 4. R. si absq. magno incommodo potest quis confiteri peccatum, de quo dubitat an sit mortale, vel an illud comiserit, vel cõfessus fuerit, tenebitur illud confiteri, etiam si probabiliter vel etiam probabilius putet non esse mortale, vel illud non comisisse, aut illud in confessione explicuisse, in qua specie dubia sub dubio confitẽda sunt. Si vero non potest sine magno incommodo illud confiteri, poterit illud tacere, donec nullus sit incommodi timor. Similiter si quis dubitet an sit excommunicatus & potest commode abstinere à celebratione, vel prius absolutionem excommunicationis impetrare, tenetur non celebrare, antequam absoluatur ad cautelam: alias vero poterit celebrare. Qui autem dubitat an aliquid sit alienũ, si alius est in possessione, non potest illud sibi vsurpare, quia in dubijs melior est conditio possidentis. Sed si ipse est in possessione legitima, tunc potest illud retinere quia in dubio non debet ipse detrimentum pati in re, quam possidet. [redacted]

Sectio 6. An sequi liceat opinionem minus probabilem relicta probabiliori etiam tutiori?

61 1. Opinio. SVpponendum est primo opinionem minus probabilem, si tutior sit, præferri in praxi posse, vt si opinio minus probabilis dicat, aliquid esse restituendum, quia id est tutius, fieri poterit, solum est difficultas quando opinio minus probabilius est etiam minus tuta. Supponendum 2. est dupliciter aliquẽ posse sequi opinionem minus probabilem scilicet in assensu & in praxi. 1. modum aliqui censent impossibilem, quia putãt neminẽ assentiri posse propositioni, cuius oppositam existimet esse æque aut magis probabile, ego vero puto esse possibilẽ, quia sicut possumus amare min⁹ bonum etiam cognitum, vt tale, ita & assẽtiri propositioni min⁹ probabili cognitæ vt talis, sed hoc parũ refert ad præsentẽ controuersiam quæ intelligitur de sequela in praxi. Supponendum est. 3. dupliciter posse aliquem existimare opinionẽ alienam esse probabilem aut probabiliorem propria. 1. per principia intrinseca, vel ex causis, vel effectibus. 2. per principia extrinseca, scilicet auctoritatẽ aliorũ. His suppositis, in presenti controuersia. Prima opinio est, non licere sequi opinionem probabilem relicta probabiliori. Sotus 3. iust. q. 6. a. 5. ad 4. seu in fine &. 4. d. 18. q. 2. art. 5. ad. 5. in fine. Conradus de contractib. q. 100. quæ est vltima. Maior. 4. quæst.

q.1.prologi,Cordub.lib.2.q.3.& lib.3.q. 5. Pro eadem opinione adducitur D. Tho. quodlib. 8. a.13.vbi ait peccare,qui cum antea esset certus postea,propter vanitatem opinionem in dubitationem inducitur,Sed obscurus est hic locus D.Thom.nam prima facie videtur dicere, eum, qui dubitat de veritate opinionis, quæ iustificat aliquem actum, peccare si illa exerceat,etiam si opinetur talem actum esse licitũ,opinione probabili aut etiam probabiliori,iuxta quos etiã.4.d.36.in fine in expositione textus ait:Iciendũ, quod si antequam sit detecta seruitus vxoris de qua dubitatur, petat debitũ,si leui suspitione moueatur, debet reddere debitum, nec ex hoc ei aliquod præiudicium generatur; si autem ex causa probabili dubitet,vel ve-henietet præiudicium aut certe cognoscat,non debet reddere debitum, quia vel ibi præiudicium faceret si ea allectu vxorio cognosceret, aut anas fornicationem. Multi autẽ id absurdũ arbitrantes exponunt illũ, vt et nos sect. 4. de eo,qui dubitat de tua opinionis probabilitate. Alij de eo, qui quotiãt practice seu reflexe aliquam ex duabus opinionibus licitũ sit vtrãq. vel tute probabiliorẽ sequi.Hadria. vero in 4. post medium materiæ de restitut.§.dicendũ ergo, & §. sequenti, & quodlib.2.a.1.intelligit,& sequitur D. Th.ita vt in dubio de veritate sententiæ iustificantis opus,cuius oppositũ certo est licitũ, nullo modo liceat opus illud dubiũ efficere,loquẽdo de dubio stricte sumpto,scilicet, qñ nullꝰ est assensus in intellectu,quo iudicet, licere, aut non licere.Si enim fuerit assensus qualiscũq.ille sit,sẽtit Hadri.licite posse illũ,sequi; quia nimirũ tunc sequitur opinionẽ,quã putat probabiliorẽ:ea enim opinio dicitur esse alicuius quã ipse probabiliorẽ reputat, & eodẽ quodlib.pun.seu art.3. §. ideo pro responsione,litt.A.ait nemini licere agere cõtra ꝓpriã opinionẽ Anto.etiã.1.p.tit.3.c.19.§.10. plane videtur sentire cuiq. licitũ esse agere iuxta propriã opinionẽ,quã nimirum ipse putat probabiliorem, licet non sit licitum homini agere contra propriã opinionẽ si opus damnat. Pro hac etiam sententia referri solet Nauarr.de pœniten.dist.7.cap. si quis autem, num. 34. & sequentib. præsertim. 57. & 58. & in sum.c.17.n.286.&sequentib.& in summ. Hispa.c.28,additione ad.c.27.n.283. sed magis fauet in cõsilijs,lib.5.tit.de pœnit.& remiss.8. ad.5.vbi ait satisfacit eligendo vnã ex dictis opinionib. eam tñ eligendo non quia gustui suo placet,sed quia ei conformior rationi videtur,citari etiã solet Palud.4.d.36. q.2. art. 3. sed ibi potius docet qñ dubiũ est an opus sit licitũ,certũ vero omissionẽ esse licitã,necessario esse abstinendũ ab illo opere, quã sentẽtiã tenuit etiã Caiet.to.1.op.31.de decẽ,& septẽ resp̃o.in.13.& verbo opinio,c.2.Armill.eodẽ verbo.§.2.vbi sic ait, in operãdis, vbi sunt opiniones,semp tutior pars est eligenda ne quis exponat se periculo ambiguitatis,& cõsequẽter peccandi,quod illicitũ est, vt in cõtractib. vbi plures sunt Doctorũ opiniones, quia faciẽs opus aliquod,ꝙ dubitat esse mortale,mortaliter peccat,&c.Nec. sibi aduersat addens.Itẽm licet aliqñ vna opnio sit melior altera,tñ no tenetur quis semper meliorẽ sequi,quia nõ tenetur facere, ꝙ melius est, sed ꝙ bonũ est.Ideo qñ dicitur, ꝙ tenet ample-ti tutiorẽ,intelligitur,qñ est cũ formidine alterius partis,sed qñ firmat se in vna opinione alicuius Doctoris, quã verã credit,licet credat aliã opinionẽ esse meliorẽ, nõ ꝓpter hoc exponit se mortali,quia nõ sequitur aliquid de quo dubitet esse falsum,licet credat minꝰ bonũ,non inquam hæc addens Armilla sibi cõtradicit,sed vult eũ,qui sequitur opinionẽ quam non reputat certã,si ei non assentiatur peccare, si vero assentiatur, non peccare, & idẽ expresse tenet Angel.eodẽ verbo.§.2.quæ autẽ opinio melior cẽsenda sit, docet ibi Armil.§.3.4.& 5.Syl.q.1.& 2. Tabie. q.3. Rossell. & Angel.n.1.& 2.Nauar.c.27.a nu. 289. & alij difficul. 9. referendi. Sed clare hanc opinionem tenet Henri.quodlib.4.q.33.docens opinionem probabiliorem,si damnet actum, sequendã esse,idem ait Sylues.verbo dubiũ.§.2. si opinio illa sit notabiliter probabilior alia, imo verbo opinio.§.1.& 2.videtur absolute tenere sequendã esse opinionem, quæ agenti probabilior apparet. Idẽ sentire videtur Gomes.c.1.de const.in.6.n.228.& c. 1. de iudicijs, a.n.55. Burgos de Paz in proœmio legũ Tauri,n.162.& 163.407.& 408.licet, n.409. sentire videatur eligi posse opinionem æquẽ probabilem.Et Anto.Perez certam. 10. Schol. licet dub.2.c.2.n.35. Absolute dicat, illicitum esse agere contra propriã opinionẽ practicã:licitũ vero agere secundũ illã:tñ c. 9. & sequentibus.n.53. & sequentib plane docet,licitum cuiq. esse sequi in praxi opinionem magis, aut æque,aut fere æque probabilẽ, non vero longe minus probabilem. Et sic intelligit Sotum,Sylu. Cordub. Adrian. & Maio. supr. & Anton.1.p.tit.3.c.10.circa finẽ.& Nauarr. cap. si quis autẽ de pœnit.d.7.n.53.& alios, qui ab Ant.& Naua.citãtur.Hæc opinio suadetur 1. ex c. inuenis de sponsi. in dubijs, quod tutius est tenere debemus,& c. si quis autẽ de pœni. d.7.tene certũ,& dimitte incertũ, & c. ad audientiã,& c. significasti, 2. de homicidio, in dubijs tutior pars sequenda est, & c. Capella. de ferijs, dicit eã opinionem esse sequendã, quæ meliori & subtiliori ratione nititur,& cõquæ meliori & subtiliori ratione nititur,& cõmunioré esse sequẽdã docet Tiberius Deciamunioré esse sequẽdã docet Tiberius Decianus consil.31.nu.1. volum.3. cum Ioann. And.

62. 1. Argu.

Pan.

etiam probabiliore possemus honestum, & licitum affirmare,ne homines opiniones nostras sequentes forte aduersentur legi Dei. Consequens autem est contra vsum sanctorum & doctorum,ergo satis est sequi opinionem saltem probabiliorem licet minus tutã. Vnde Aug.ep.19.& refertur.c.ego solis.d.9.ait se credere,quod sancti probabili ratione persuadere potuerunt.Hanc.2. prop. Cordubensis tribuit etiam Vazq.Adriano.

49 *3.Propositio eiusdem.*

3.Propositio Cordub.est,quando opiniones sunt æque probabiles tutior necessario sequenda est.Quia tunc vel homo manet dubius nulli parti prębens assensum, & sic sequendo opinionem minus tutã peccat; quia indubijs tutior pars sequenda est:vel ex mera sua libertate assentitur vni parti, potius quã alteri,& hoc temere & sine ratione fiet:sequi autem assensum temerarium, & irrationabilem,peccatum est:ergo. Eandem doctrinam habet Cordub.lib.3.q.5.Vbi tamen duo addit primum est: sequi opinionem minus tutã est peccatum,secundum si est maior probabilitas longe minoris mali, sequenda est opinio minus probabilis,vt vitetur malũ longe maius.Si vero longe maior sit probabilitas mali paulo minoris, sequenda est opinio probabilior quia nisi hoc concedamus nunquam poterit homo excusari à peccato propter aliquã opinionem probabilem,nisi pars minus tuta sit certa,& citra controuersiam, quod absurdũ est.videtur enim sufficere summa,aut maior probabilitas,vt sequens partem minus tutam à peccato excusetur: item quia magnus excessus probabilitatis prępõderat paruo excessui mali,& quod parum est pro nihilo reputatur,vt si longe probabilius sit matrẽ esse in extrema necessitate,quam patrem, potius subueniendũ est matri:quia mors patris paulo deterior est morte matris longe probabilius imminente.Hoc idem his fere verbis docet Adrian. de restitutione longe post mediũ §.mihi videtur,*vel ex contrarietate opinionũ mouetur homo ad dubitandum,vel non: si primum, vel est dubium de obligatione vtriusq. paris & tunc vtraq.pars est periculosa,& cæteris paribus non peccat ratione periculi. Maxima enim quæ ait peccare exponentem se periculo, intelligitur de exponente se libere, quando potens vitare periculum, nihilominus illud, eligit, dicitur notanter cæteris paribus:quia si vna pars sit minus dubia, vel licet magis dubia:tamen minus peccatum,in talibus semper eligere oportet quod securius est, vel minus dispendiosum sicut in curatione morbi si periculum fuerit & vade quod membrum minuit ex medecina ad ministranda amittemus tamen pro conseruatione capitis hoc præeligeremus quãuis etiã dubium sit an sic curari possit,modo constet aut præsumatur aliter nõ posse curari,&c.*

2.Opinio est peccare eum qui relicta opinione tutiori sequitur minus tutam etiã probabiliorem,si habet formidinẽ alterius partis,vt in opinione esse solet, quanuis ex opinionibus æque tutis & probabilibus possit homo quam voluerit sequi,ita expresse Caiet. to.1.opus.31. de 17. responsionibus in 13.& in summa verbo opinio c.2.vbi Armill. §.2. Palud.4.d.36.q.2.a.3.nu.16.Alensis. 2. p. q. 112. de ignorantia membro.8.casu vltimo idem aliqui tribuunt D.Tho.quodlib.8.a.13. Adria. in materia de restitutione post medium.§. dicẽdum est ergo & quodlib.2.a.1.Anton.1.p. tit.3. ca.10.§.10.sed hi non satis se explicant vnde fere omnes in suas sententias eos trahere conantur iam vero superiori sectione ad finem D.Thom.& Adrian. interpretati sumus Ant. autem videtur tenere primam opinionem vt ibi retulimus 50 *2.Opinio*

3. Et vera opinio est non solum licere sequi opinionem probabiliorem minus tutam, vt contra Caiet.Armillam & alios supra,sentiunt Cordub.Conrad. Anton. Almai. Gers. Maior. & Henri. citati pro prima opinione & Palac.2.d.39.q.2.Nauarro.c. consideret, in prin. de pœnit. d. 5. nume.38. Gutier.in quæstionibus canonicis,lib.1.c.31.num. 41. Henri. alios referens lib.14.de irregularitate.cap.3.n. 4.fine,Sanchez de matrim.lib.2. dispu. 41.q.1. num.9.Sed etiam,æque probabilem minus tutam,quod est contra Cordub.Almai.Conrad. & Maior.ibidem est tamen Vazq.disp.62.c.4. &.5.&.Açoris to.1.lib.2.c.12.&.c.16.q.2.3. &.4. & cap.17.q.6.Med.q.19.a.6.cõmuneq. inter recentiores quos sect. seq. referemus asserẽtes, licitum esse,sequi opinionem etiam minus probabilem & minus tutam. Licitum autem saltem esse sequi opinionem non solum probabiliorem sed etiam æque probabilem quãuis minus tutam tenet Sotus.3.iustitiæ.q.6.ar. 5.ad.4.seu in fine.Et prob.nam omnes opiniones quæ damnant aliquos contractus, vel actus humanos sunt tutiores quam oppositæ, ergo si semper tutior opinio sequenda est,vel saltem quando oppositа non est probabilior, semper,vel vt plurimum essent sequendæ opiniones, quæ damnant contractus,vel actus humanos & ita vix possent constare humana commercia,& magna ex parte cessarent contractus ciuiles;quod absurdum est: Igitur satis est sequi opiniones probabiliores, vel æque probabiles, sicet sint minus tutæ. Hoc subiectis exemplis confirmat Açor illo.ca.12. multi senserunt pœnitentiæ præcepto nos cõpelli in diebus festis ad detestationẽ peccatorum,alij vero negarũt. Prior opinio tutior est,tñ posteriorẽ tuta cõsciẽtia seq.possumus. Quorũdã sñtia fuit,debere nos confessionem peccatorũ facere statim oblata opportunitate 51 *3 Opinio: authoris.*

quod tutius quidem est, sed tuto oppositam aliorum sententiam amplectimur. Multorũ opinio fuit circunstantiam diei festi esse necessario confitendam, quod tutius est, sed tuto oppositam aliorum opinionem sequimur: idem est de opinione asserentium, non esse licitum aliquid in mutuo exigere ratione lucri cessantis, & in opinione asserentium esse m. violare in re leui iuramentum promissorium, & iudicem non posse damnare innocentem probatum nocentem, & neminẽ posse pro defensione bonorum, sed vitæ tantum, occidere aggressorem; & damnatum ad mortem nõ posse manere in carcere, si fugere possit, damnatum ad inediam nõ posse oblatum cibum refutare, & lucrum ex ludo habitum esse restituendũ, & ad sacramẽtũ baptismi aut pœnitentiæ necessariam esse contricionẽ, saltem exestimatam, nec sufficere attritionem notam, que opiniones tutiores sunt, tamen licitum est contrarias in praxi sequi. Alijs exemplis idem confir. Açor illo capit.16.q.2. quæ potissimum procedunt in opinione minus tuta, quæ probabilior, vel communior est.

52 Ad.1.argum.initio factum Resp. Emanuel Rodriguez in expositione bullæ. §. 9. num. 5. Antoninus.1.p.tit.3.§.10.cap.10.&.2.p.tit.5. ca. 10.§.2.Nauar.cap. si quis autem de pænit.d.7. nu.34.in dubijs tutiorẽ partẽde consilio, non de præceptosequẽdã. Sed contra quia canones illi de præcepto loquuntur. Vnde Anto. ibidem ait sufficere quod vtraque sit tuta, licet non tutior. Siluester autem verbo dubiũ quæst.2.§.4.& verbo opinio.§.1.& Nauar.cap. 27.num.284.&.288.& lib.5. Consil. tit. de pænit. & remis. Consil.8.num.7. & cap. si quis autem de pænitentia, distinct. 7. numer. 42. Cordub.lib.2.quæstio.3.prop.3.videntur respondere.2.in dubio stricte sumpto, scilicet quando intellectus neutri parti præbet assensum, tutiorem partem sequendam esse; secus quando eligit alteram partem. Neq. obstat obiectio Cordub.lib. 2. quæst. 3. scilicet eum qui assentitur parti æque, vel minus probabili temere & sine ratione assentiri illi potius, quam oppositę, ac proinde peccare, quia sequitur assensum temerarium & irrationabilem, qui non est conueniens regula nostrarum actionum. Non inquam obstat; quia sicut non est temerarium & irrationabile ex pluribus bonis æquale, vel minus eligere. Cũ inquolibet sufficiens suę electionis ratio reperiatur: ita ex duabus opinionibus eligere æque, vel minus probabilem non est temerarium & irrationabile; quia vtraque habet sufficientes rationes vt eligatur. Aliter tamẽ impugnatur. 2. illa solutio. Nam qui videt duas opiniones, contrarias esse æque probabiles & sequitur minus tutam, eidem, æquali, & æque manifesto periculo se exponit siue assentiatur vni, siue alteri parti, siue vtriusq. assensum cohibeat: ergo si in vno casu non peccat, nõ peccat in alio: quia tota ratio peccati sumitur ex periculo. Cons.1. nam qui sequitur opinionem, quam iudicat probabiliorem, esto non assentiatur illi, ita licite operatur secundum illam ac si illi assentiatur: & econtra si eam iudicaret improbabilem, licet non dissentiret ab illa, æque illicite ageret, ac si dissentiret, ergo similiter quando quis videt opiniones aliquas esse æque probabiles licet vtriusq. assensum cohibeat, tam honeste operatur secundum alteram, earum ac si assensum illi præberet. Confirm.2. Nam licitũ est agere contra propriam opinionem sequendo opinionem aliorum, etiam minus probabilem, vt sectione seq. videbimus, ergo a fortiori est licitum cum suspensione iudicij opinatiui agere iuxta opinionem æque probabilem. Ad huc tamen defendi potest solutio Nauar. Cordub. & Syl. eo modo, quo illos intelligunt & sequuntur Azor, illa q. 2. & Vazq.disput.62.cap.9.num.54. Sanchez.2. de mat.disp.41.num.9.tutiorem partem sequẽdam esse quando dubium tale est vt iudiciũ conscientiæ cum assensu colligi non possit, secus quando iudico opinionem minus tutã vel esse veram, vel saltem probabilẽ, & ideo licitum esse in praxi eam sequi. Sed hæc solutio non caret difficultate: quia textus vidẽtur amplius intendere.

Ad. 1. arg.
1. Solutio.
2. Solutio.

53 Vnde est.3.solutio Med.q.19. ar. 6. & aliorum, canones illos intelligendos esse de dubio practico, quale non est in eo qui sequitur opinionem æque aut magis probabilem, etiã minus tutam: quia certum est in dubio speculatiuo licere sequi opinionem æque aut magis probabilem, etiam minus tutam. Sed hæc solatio quę est demente eorum quos retuli sectione præced. asserentium, non esse licitum operari in dubio practico, difficultatẽ habet, quia incertum est, an liceat sequi in praxi opinionem æque probabilem, vel probabiliorem quando minus tuta est, cum de hoc sint opiniones contrariæ inter doctores grauissimos, & magnis præsidijs fultæ, ergo etiam in dubio practico licitum est sequi opinionem minus tutam, saltem quando est æque probabilis, vel probabilior. Præterea Demus hominem qui iudicet opinionem minus tutam esse æque probabilem, vel probabiliorem, eamq. sequatur nulla facta certa reflexione, an liceat, vel non liceat sequi talem opinionem, is non peccabit: ergo ea certitudo practica reflexa non est necessaria ad honestam actionem; quin potius manente dubio practico poterit esse honesta operatio, alioqui

3. Solutio.

nionem probabilem, quæ affirmat aliquid licitum esse. Confir. nam quisq. opiniones sui Doctoris credit, & in scholis docet, & consulit: non tamen semper eas censet probabiliores: quia licitum arbitratur docere quamcunq. opinionem probabilē, vt fatetur. Sot. 3. iust. q. 6. a. 5. ad. 4. Nauar. c, siquis autem de pœ pœni. d. 7. n. 47. ex D. Thom. quodlib. 3. art. 10. constat autem id licere facere, quod licitum est in scholis docere, & consulere: ergo licitum est in praxi sequi quamcunq. opinionē probabilem. Probatur. 3. quia vt in dubijs melior est conditio possidentis rem aliquam externam, aut ius percipiendi aliquem fructum, vt patet c. in dubijs de regulis iuris in 6. ita etiam melior est conditio possidentis libertatem suam, & ius efficiendi, quod sibi vtile fuerit, & ideo Sot. 7. iusti. q. 3. ar. 2. col. 4. ait, in dubio, an qui emisit votū antequā peruenisset ad iudiciū rationis, non esse obligandum ad voti impletionem: tametsi de ea re sit opinio, sed requiri certitudinem: idemq. ait Angles, q. 9: de ieiunio, art. 1. diffi. 7. Medina. 1. summæ, cap. 14. §. 7. fol. 90. Eman. Sa, verbo votum, & alij referendi, sect. 7. difficul. 7. & multi alij contra Angelum verbo votum. 3. §. 12. Vazq. hic, disput. 65. in fine, Cordub. in summa referentem, sed non fideliter, Antoninum, & alios, ergo in dubio an sit lex obligans ad aliquid efficiendum nō tenetur quis illud efficere, etiam si probabilior opinio sit esse talem legem, quia hoc est contra suam libertatem, & commoditatem, & vtilitatem, quibus in dubio spoliari non debet, tametsi, & lex, & votum de quibus est dubitatio impleri debeat, si absq. vllo detrimen-
4 to, & incommoditate id fieri possit. Quarto, quia quandiu est probabile iudicium, quod nulla sit lex præcipiens, vel prohibens actionem, talis lex non est sufficienter proposita, & promulgata homini: ergo nō obligat, quia obligatio ex sufficienti promulgatione pendet, maxime cum obligatio legis sit onerosa,
5. et quodam modo odiosa, vnde non vrget donec certo de illa constet. Quinto, quia durissimum, & intolerabile onus esset obligari homines ad conferendas singulas opiniones, & ponderanda eorum fundamenta, & examinā dum, quæ illarū sit probabilior, & ad sequendum ipsam, maxime cum per singula momenta vni, & eidem opinio aliqua & probabilior, & æque aut minus probabilis appareat, & cum magna damna irreparabilia sæpe sequerentur, vt si quis putans probabiliorem esse opinionem, quæ damnat contractum alicuem, ab illo abstineat, & postea comperiat
68. esse minus probabilem, tametsi velit, non poterit damnum reparare.
6. Sexto, quia opinio magis suauis, & humana præferri potest, vt ex l. semper in dubijs digestis de regulis iuris, & l. benignius. ff. de legibus, & c. finali de transactio. docent Nauar. c. 27. n. 287. & c. siquis autem de pœnitentia. d. 7. n. 53. 130. 131. Hostien. c. si vir de cognati. spirit. Syluest. Angel. Tabie. Rosel. Armil. verbo opinio, Roderic. Suar. in proœmio fori legū, fol. 6. colum. 2. & sequentib. sed quæ iustificat actum, benignior, suauior, et humanior est: ergo præferenda est, aut certe præferri licite in praxi potest. Conf. nam in dubijs minima pœna imponēda est, ex. l. semper in obscuris. ff. de regul. iuris, et c. disciplina, d. 45. ergo etiam in dubijs, et obscuris minima obligatio imponenda est, seu potius nulla, quando præceptum sine aliquo detrimento, et incōmoditate impleri non potest: ac proinde sicut homo nō tenet amplecti id, quod melius, ita neq. sequi id quod probabilius iudicat; sed satis est sequi probabile, vt & amplecti bonū, eo. l. maxime, quod in rebus probabilioribus potest timeri falsitas, multa enim falsa, vt ait Aristoti. sunt probabiliora veris. Conf. 2. quia iuxta. 1. opinionem, is qui reputat aliquid probabilius non posset in praxi se conformare aliorum etiam pluriū, & sapientiorum iudicio, quod videtur contra humilitatem, prudentiam & pacem, neque in dubio aut min⁹ probabili sua opinione posset aliquis litem mouere alteri, neq. aduocatus illum defendere, etiam si sciret iudices in suum fauorem iudicaturos, quia eam opinionem probabiliorem putant, & passim aduocatus susceptam causam dimittere teneretur, & iudex variare sententiam, quod non sine magna nota, & scandalo fieret. Et confessarius teneret in eodem casu nunc ad hoc, nunc ad oppositum obligare, & Doctor teneretur contrarijs sententijs passim subscribere, & nemo posset etiam vrgente necessitate petere dispensationem à Papa, episcopo, vel alio in eo casu q̄ esset probabilius, non posse licite illam condere, quamuis esset probabile posse illam licite concedere, quæ & similia ad 1. opinionē consequentia, absurda ridicula, & contra vsum videntur? Vide alias rationes apud Vaz. supra quibus probat licitum esse sequi in praxi opinionem aliorum contra propriam existimatam probabiliorem, modo aliorum opinionem putet adhuc probabilem.

Conf.rm. Conf.

Ex quibus etiam deciditur quæstio illa, vtrum liceat consilium dare iuxta opinionem minus probabilem. Sotus quarto, d. 18. q. 2. art. 5. & Henriq. lib. 4. de Pontifice, & legib. c. 18. videntur docuisse, id esse illicitū, quia consultus est Doctor veritatis, & ideo tenetur illam docere. Dico tamen posse id fieri, dummodo consultus veritatem in suis responsis retineat non enim debet id sibi probabilius videri

69. Quæstio.

videri, aut simpliciter verum. Sed solum posse id fieri ex probabili sententia quorundam, videlicet aliorum, an vero hic, & nunc expediat ita consulere, ad prudentiam spectat, & sæpe melius erit tacere, vel suam sententiam simpliciter explicare, vel ad Doctores cõtrarium opinantes interrogantem remittere, Sayr. lib. 1 c. 6. n. 11. Et male aliqui tenent præceptorem semper teneri docere opinionem, quæ sibi apparet probabilior, nam sæpe potius debet suam opinionem tacere, ne cum scandalo aliquo à communiori, & magis recepta doctrina recedere videatur. Et quod diximus verum est siue consultus sit confessor siue non, & quamuis Conr. de contract. q. vltima, sentiat confessorem ordinarium debere absoluere pœnitentem contra propriam opinionem; extraordinarium vero non, tamé bene impugnatur a Medin. quæst. 19. ar. 6. dubio an liceat agere contra propriam opinionem conclusion. 3. Addédum autem est, quando opiniones circa factum, vel circa rerum naturas versantur, interdum esse licitum sequi opinioné etiam minus probabilem, interdum vero non licere sequi opinionem etiam probabiliorem. Colligitur ex D. Thom. 3. d. 36. in expositione textus, quæ habetur in fine distinctionis, & Palud. eadem distinct. q. 2. ar. 3. Adrian. in 4. in materia de restitutio. post medium. §. dicendum ergo, & sequenti, & in materia de confessione dub. 7. & quodlib. 2. art. 1. Victo. relectione de iure belli. Soto. 3. iust. q. 6. art. 3 Nauarr. ca. si quis autem de pœnit. d. 7. n. 74. & 75. Cordoua lib. 3, quæst. 5. & Summistis verbo opinio. Patet exemplis, nã medicus tenetur certam medicinam, quæ comode adhiberi possit, præferre dubiæ, & tutam periculosæ, quamuis in desperata valetudine, vbi non occurrit medicina certa, possit, & debeat vti probabili, licet probabilius sit fore inutilem, imo & medicina habentæ aliquod periculum, si non occurrit tuta, videlicet si probabilius sit, allaturam vitam; quã mortem: aut probabile sit allaturam vitam, sed cum detrimento alicuius membri aut simili, quod sit morte minus: & qui conficit sacramenta certam materiam, vel formam dubiæ præponere debet, si certa adhiberi possit, in quo, & in similibus casibus verum habet id Augustini lib. 50. homil. in 41. & de pœniten. d. 7. cap. 4. tene certum & dimitte incertum. Ratio vero est, quia vt supponitur, homo tenetur vitare illud damnum, aut procurare talem vtilitatem aut efficere validum sacramentum, aut aliquid huiusmodi: ergo tenetur vitare periculum, si commode potest: hoc autem non vitat si viam certam, & tutam omittit, & eligit incertam ac periculosam: ergo tenetur si commode potest viam certam, & tutam eligere, vt etiam in opinionibus iuris dictum est sectione præcedenti.

Ad primum igitur argum. cum sua conf. Resp. in dubijs tenendum, & in praxi sequẽdum de consilio, quod certius, tutius, & probabilius est, si cætera sint paria, item quod est tutius sequendum de præcepto, si fieri potest absq. notabili detrimento, vt sectione præcedẽnti dictum est. Imo, & cum notabili aliquo detrimento si in iure propter commune bonum aut honorem seu reuerentiam Dei, aut rerum diuinarum in aliquo casu specialiter statum sit. Per quod illa grauis quæstio breuiter definiri potest. An in dubio censendus sit aliquis irregularis. Circa quam inprimis dicimus in dubio de homicidio censendum hominem irregularem, ita vt à celebratione abstinere teneatur, cap. ad audientiam, & c. significasti. 1. & 2. & c. petitio de homicidio c. illud de clerico excomm. ministr. vbi ratio assignatur, quia in dubijs tutior pars sequenda est, circa quod sunt variæ declarationes Doctorum, vt videre licet apud Sylvestr. verbo Dubium. quæst. 4. & homicidium, 3. quæst. 1. reg. 1. & 2. Nauar. c. consideret in princip. de pœniten. d. 5. num. 36. & c. si quis, 2. de pœniten. d. 7. num. 35. vsque ad 42. & num. 79. & in summa c. 27. num. 193. Couarr. clement. si furiosus de homicidio; p. 1. in princip. num. 3. Plaza de delictis cap. 12. num. 10. Medina in summa c. 11. §. 11. in fine. Armil. verbo dubium, num. 2. & 3. Angel. num. 2. Tabien. quæst. 2. num. 3. Rosella eodem verbo. Polancus in directorio fol. 86. & 87. & omnes fere cum Innocenc. Panor. Cardin. Anania Ioann. Andre. Hosti. & Villadiego docent, in foro exteriori neminem in dubio censendum irregularem, ex regul. vbi sunt, de regulis iuris in 6. vbi sunt iura partium dubia, & obscura in fauorem, rei potius, quam actoris declinandum est. Idem colligunt ex regula odia, & regula in pœnis de regul. iuris in 6. Nauarr. autem explicat licet in alijs casibus iure non expressis nemo in dubio damnandus sit, tamen in casu homicidij damnandum in foro exteriori, vt abstineat è celebratione, non tamen censendum irregularem quantum ad pœnas statutas celebranti in irregularitate, & alias huiusmodi. Conueniunt autem omnes in foro interno dubium de homicidio censendum irregularem, ita vt à ministerio altaris abstinere teneatur, quod verum esse videtur, quia in iure ob reuerentiam sacramenti Altaris statutum est vt in re ista tutiorem partem sequatur, videlicet si non sit aliud damnum præter abstinentiam à ministerio illo, secus esset si imineret vitæ, honoris aut famæ periculum: in alijs vero casib. non

70. *Ad. 1. arg. & conf.*

Quæstio.

non opus est sequi tutiorē partē cū notabili detrimēto.Sed de hoc latius in materia de irregularitate.Vbi Henriq.lib.14.summæ,c.3.§. 2.nec improbabile videtur,quod ait cū Polanco,post examinationē in dubio facti hominē non censendū irregularē, sed de his vide sectione decima octaua, quæ est de dubio iuris in irregularitate, & sect. 19. quæ est de dubio facti.Ad id vero,quod in 1.argum. tangebatur de cōmuniori opinione. R. eam sequēdam esse de consilio non de præcepto naturali aut diuino forte tamen iudices eam tenentur sequi de iure humano,quando opposita non appareat probabilior:verius autem existimo,iudices posse sequi opiniones minus probabiles, vt docet Medina quæst.19.ar. 6. Aragon. 2. 2. q. 93. art.4.& Theologi communiter, quod,& sumi potest ex Gomezio c. 1.de iudicijs in 6. num.55. & sequentibus, vbi dicit stante conflictu opinionum iudicem posse etiam contra communem iudicare, & in tali casu bonum esse iudicem propitium habere,vt tradit notabiliter Decius post Baldū,& Panor.c.1.de consti.in fine.Et hoc dicit glossa regula in iudicijs de reg.iuris in.6.quia tunc iudex potest fauere cui vult, vt ex ipso textu docet glos.c.venerabilēverbo fauere,d electione,& electi potestate. Ias.l.cum perlatis ad finē.ff.de re iudicata,& tales casus dicuntur esse pro amico, vt ait Ias.l. 1. ff. soluto matrimo.& l.in suis.ff.de liberis & posthum. & l.qui aliena.ff.de acquirenda hæreditate.

71. Ad.1.arg.Rel.non esse necesse talem hominem assentiri opinioni,quam iudicat probabiliorem,& licet illi assentiatur,posse contra illam agere:neq. tunc agere contra conscientiam, quia opinio non est proprie conscientia cum non sit scientia, propter adiunctam notabilem dubitationem atq. formidinem, imo talem posse tunc agere secundum conscientiam, si certum putet licere sequi opinionem minus probabilem: quod nonnulli dicunt necessarium esse ad vitandum peccatum,sed alij,vt patet ex superioribus, melius dicunt,sufficere, si assentiatur opinioni, quā sequitur,vel existimet eam esse probabilem: quia ad honestatem actus sufficit volūtatem ferri in obiectum,quod probabiliter iudicatur licitum,& honestum.

Ad. 2.

Ad.3. & conf.

Ad.3. & eius conf.R.non teneri hominem accedere, quantum potest, ad veritatem pro regula suarum operationum, sed satis est, vbi non est regula certa, sequi probabilem, nec enim sine certo fundamento onerandi sunt homines obligationib. neq. leges, quæ non sunt sufficienter promulgatæ,& propositæ,obligant: sequi autē probabiliorem opinionē, si cætera sunt paria,consilium est; sicut,& amplecti maius bonū. Ad.4.R.si medicus potest cōmode adhibere medecinā, quæ possit prodesse,& non ob esse teneri eam adhibere, sin minus vero, posse adhibere eam, quæ possit prodesse, licet probabilius sit in aliquo offuturam, tenetur etiam semper eligere probabiliores seu magis probatas medicinas,quas probabilius iudicat magis,& cū minori nocumento profuturas. Per quæ iudicādum est de eo,quod asserunt Angelus verbo Medicus.n. 2.Sylu.q.4.Innocen.c.tua nos de homicidio, si medicus conferat medecinam de qua dubitat,aut sint inter medicos variæ opiniones,an profutura sit,vel offutura, peccat mortaliter, quia exponit infirmū periculo mortis, quod etiam affirmat Nauar.c.si quis de pœn.d. 7. n. 58.66.75.Cordo.lib.3.q.5.quando probabilior, vel æque probabilis opinio dicit, medecinā esse lethalem,& non est desperata salus infirmi.Hæc enim sunt vera quando potest adhiberi alia medecina tuta,& adhibetur periculosa,& secundū quorundā medicorum opinionē lethalis, ea poterit adhiberi,si alij probabiliter sentiant,esse salutiferā: in quo casu Galenus medico ait, interfice audacter,vt refert Cordo.sup.Argumentū autē hoc de medico non est admodum ad rem, quia nos loquimur de opinionib.quæ sunt circa ius,non circa factum, vel circa naturam & qualitatē rerum substantialium. Ad.5.arg. R.iudicē neminem damnare debere in dubio facti,quia quisq. præsumitur bonus, donec probetur cō trariū,de quo late Menoch.2.de arbitr.centu. 1.casu.98.in dubio autē iuris iudicē sequi posse quancunq. probabilem opinionē,vt docuimus.Vnde Rosel.& Tabie. verbo opin.fatent posse iudicare contra opinionē propriā sequēdo opinionē aliorū,saltē cū imminet periculū pecuniæ,vel honoris,quia videlicet ea sententia à superioribus reuocabitur, vel alia de causa.Ad conf.R.Medi.q.19.a. 6. Aragon.2. 2. q.63.a.4.tametsi iudex teneatur ferre sentētiā pro eo,qui in suū fauorē habet meliores facti probationes, quia tales efficiunt causam digniorem:sententia autē ferenda est secundū maiorē causæ dignitatē, non tñ teneri iudicē in dubio iuris sententiā ferre pro eo, qui habet meliores ꝓbationes iuris, sed satisfacturū sequendo probabilē quāuis opinionem, quia de ratione practicæ opinionis probabilis est eam licere sequi in praxi. Contra hoc tamen obijci potest,quia etiam meliores iuris probationes videntur meliorem,& digniorem causam efficere, & per eas videt homo maius ius habere,iudexq. ad hoc videtur constitutus, vt iudicet,qui nam ex litigantibus maius ius habeat. Vnde Respon.2.discrimen esse, quia facile est discernere, quæ sunt plures, & meliores probationes facti: quæ autem sint meliores probationes iuris non

72. *Ad. 5.*

Ad confir.

facile cognoscitur: sed per singula momenta iudiciũ variatur,vnde non debet coarctari iudex,vt semper sequatur opinionem suo iudicio probabiliorem,sed potest quamcũq. probabilem sequi præsertim communiorem, quæ vt plurimum est probabilior. Male ergo Nauar. c. si quis de pœnitentia d. 7. n. 130. & 134. ait iudices peccare, qui opinionum varietate confisi, pronuntiant pro amico. Male etiam Bannes.2.2.q 63.a.4.ad finem commentarij ait iudex tenetur sequi opinionem probabiliorem,nam in rebus practicis, & maximè in ijs,in quibus agitur de iure alieno,multum interest ad veritatem iudicij illud sequi, quod pluribus placet,& meliori ratione fulcitur. Soto.3. iustit.q.6.art.5. ad.4.asserit,non esse ita certum, quod iudex sequens opinionem æque probabilem, intuitu personæ, vel amici,peccet mortaliter contra iustitiam distributiuam,& quod potest sine graui peccato, nunc vnam,nunc alteram opinionem sequi,dummodo non sit scandalum; probabilius tamen est oppositum, quia cum opiniones sunt æque probabiles æquale est ius, ac subinde declinare in alteram partium propter indebitam causam peccatum est. Debet ergo iudex in hoc casu litigantes componere meliori modo quo possit,vel diuidere rem inter ipsos,vel si res fuerit indiuisibilis, vt primogenitum,diuidere partem fructuum.Hæc Bannes cuius sententia minus probabilis est quam contraria. Adde quando probationes vtriusque partis circa factum sunt æquales debere iudices inter litigantes diuidere res si sunt diuisibiles. Si vero indiuisibiles,vt primogenitum,quod nec fundator vult diuidi, potest iudex ad amicum inclinare, & adiudicare illi primogenitum;alteri vero partem tantum aliquam fructuum. Cui non est admodum dissimile, quod ait Cordub. lib. 2. quæst. 3. pag. 14. in principio litigantes habẽtes pro se æquales probationes, & opiniones debere rem inter se ipsos diuidere. Similiter tiam Episcopus, licet semper digniori debeat beneficium conferre,tamen cum in iure ratione variæ præsentationis, & similium, varie quoque fuerint opiniones,cui nam conferri debeat,poterit quamcunq.earum sequi. De aduocato vero communis opinio est, in causa dubia posse cuicunq. parti patrocinari, ita Antoninus. 2. part. titul. 1. cap. 19. §.8.Angelus verbo aduocatus, nu. 19. Sylvest. quæst. 10. Amilla num.20. Nauarr. in manuali, cap. 25. num. 28. quamuis Sotus. 5. iust. quæst. 8. art. 3. vtatur quibusdam distinctionibus alibi impugnandis,nihil enim refert,quod in causa sanguinis, vel alijs,actori, vel reo patrocinetur: aut quod dubium sit in æquilibrio,vel pendeat in alteram partem.

Ad. 6. Resp. ex eo, quod quis cum necessitas,vel vtilitas postulauerit sequatur probabilem opinionem,non sequitur morum corruptio. Sed potius multa inconuenientia vitantur.Cauere autem iudices debent scandalum quorundam, qui videntes eos opiniones in praxi variare, arbitrabuntur fortasse eos iniuste ex odio,vel illicito affectu interdum iudicare. Ita admonet Medina quæst. 19. artic.6. tractans dubium, an liceat contra propriam opinionem agere,conclusione.2. Ad maiorem,lucem eorum, quæ in hac sectione. 6. dicta sunt operæ pretium erit, non nullas difficultates explicare, quæ in ea insinuãtur.& perfunctorie tantum tractatæ sunt, & ad varias materias,morales pertinent.

Sectio. 7. quam opinionem in praxi sequi debeat homo illiteratus.

HANC difficultatem distincte pro 74.
pono,quoniam hactenus, vel solum,vel præcipue,de viro docto, qui de rebus agendis, solet suam habere propriam opinionem, locuti sumus; de illiterato autem in specie non egimus.

Maior. 4. sentent. quæst. 1. prologi concl. 5. docuit, hominem illiteratum debere sequi semper opinionem, quam ipse existimat apud peritos, & doctos in ea arte esse magis communem,nisi opposita tutior sit; si enim opposita est tutior, nemo dubitat, quin eam sequi liceat, esto, minus communis, aut probabilis reputetur ab ipso operante, idem videtur tenere Cordub.lib. 2. quæst. 3. dicto.4. dicens, hominem imperitum excusari, cum sequitur opinionem, quam bona fide putat esse probiliorem, vel tutiorem. Mihi tamen magis placet sententia Henrici, quodlib. 4. quæst. 33.Conrad. de contractib.quæst.vltim. *Auctor.* Con. 2. casu. 2. Vazquez disput. 61. cap. 8. & Anto. Perez certam. 10. Schol. num. 66. & Sayr. infra docentium, homini imperito, & illiterato,satis esse, si sequatur opinionem, quam ipse putat esse probabilem, quia docetur à probis, & peritis in ea arte, etiam si illa nec sit magis tuta, nec magis communis, nec magis probabilis. Hanc sententiam secutus videtur Sylvest. verbo opinio, quæst. 1. ait enim in rebus, in quibus potest dari ignorantia inuincibilis, excusari, eum, qui sequitur opinionem sui magistri,videlicet saltem nisi sciat, aliam esse communiorem, (quia quæst. 2. videtur dicere communiorem esse sequendam) quod etiam docuit Panor.c. Capellan. de ferijs,n.6. adducens glos. c.1.verbo probabiliter d postul.prælat.in.6.& Imol. c. per tuas 2.de Simo. & probat Vazq-

nam si

nã si quisq.doctus,& probus,potest sequi opinionem suam,relicta,aliorum opinione,etiá si pars illa sit minus tuta,cur etiam non poterit iuxta eam operari illiteratus, qui doctrinæ illius,& moribus,meritò fidere debet:etenim quicunq. illiteratus recte aduertit,Doctorem illum esse probum,& tuta conscientia sequi eam opinionem,in operando,& in præbendo alijs consilium,ergo etiam ipse illiteratus colligere potest,sibi licere eam opinionem sequi. Conf. quia si aliqua ratione non liceret sibi,quod licet tali doctori, maxime, quia talis doctor putat,suam opinionem esse probabiliorem;ipse vero illiteratus putat,oppositam esse probabiliorem, eo quòd est cõmunior,sed hæc ratio est nulla,tum quia illiteratus potest, existimare, opinionem suam esse probabiliorem, vel quia sapientior: vel quia in ea re maius studium adhibuit, tum maxime, quia litteratus recte operatur, sequendo opinionem, quam putat minus probabilem,& minus tutam, quia satis est, existimari ab eo probabilem, sed etiam illiteratus,sentétiam sui Doctris putat probabilem, ergo etiam si oppositam putet probabiliorẽ, & tutiorem recte aget se quãdo opinionem sui Doctoris. Hanc opinio. veriorem censet Sayr.lib. 1. c. 8. sed ait, magna prudentia hic opus esse,quia vt ait Salon. 2.2.q.63.ar.4. controu.2.sæpe sententia,quæ in aliquo Doct.legitur improbabilis merito ab alijs reputatur. Vnde oportet recentiores in ea materia peritos consulere.

Sectio. 8. An subditus contra propriam opinionem possit, & debeat obedire prælato.

75. ADRIA.quodlib.2.pun.3. ait, nullum subditum obedire posse superiori, contra propriam opinionem, qua existimet id esse peccatum,sicut vniuerse docuit, neminem contra propriam opinionem posse,operari,& pun.2. dixerat,non posse obedire,quando est dubiũ, an id,quod superior præcipit, peccatum sit. Hanc sent. impugnat Perez certam.10.Schol. n.115.quia quisq. potest sequi opinionem probabilem aliorum spreta propria.Cordub. autem lib.3.q.9.ait,tunc posse, & teneri obedire,quamuis enim lib.2.q.3. docuerit, nullum posse contra propriam opinionem operari, sequendo partem minus tutam,tamen putat, obedientiam erga superiorem in tali euentu esse partem tutiorem: & ideo tunc posse, & debere obedire superiori. Confirmat quia ex duobus malis minus est eligendum; sed minus malum est obedire, tunc superiori: ergo. Sed hoc fundamẽtum ab aliquibus reijcitur. Primo,quia si quis existimet, id quod præcipitur esse iure naturali malum, maius peccatum erit, per se loquendo, & cæteris paribus illud facere, quam non obedire superiori, quia magis obligat ius naturale, quam positiuum, cæteris paribus: ergo tunc esset non obediendum superiori. Secundo.quia præceptum superioris constituit materiam, quam præcipit,sub aliqua virtute; ex qualitate autem virtutis, grauitas peccati pensari debet, vt tract. de peccatis dicetur: accidere autem potest,vt propria opinio sit de aliquo, quod putatur,esse contra maiorem virtutem,id autem,quod præcipitur, constituat præceptum superioris, sub minori virtute, tunc igitur maius malum erit agere cõtra propriam opinionem,cum periculo grauioris peccati, quá non obedire superiori, cum periculo minoris peccati. Tertio, quia obedientia, quam præposito debemus, supponit id,quod præcipitur, non esse prohibitum lege diuina naturali,nec positiua, nec lege humana, maioris prælati; nam contra illam minor prælatus nihil valet, & ita accidere solet, vt subditus putet;non licere sibi obtemperare præcepto prælati inferioris, eo quod sit contra legem Dei,vel prælati maioris. Ergo si ex duobus præceptis magis tenemur stare præcepto per se magis obliganti, potius erit obediendum præcepto opinato Dei, vel superioris prælati, quã præcepto manifesto inferioris, quod est contra ipsum Cordub.Quem etiam refert Perez supra, quia præceptum superioris non potest licitum facere,quod alioqui esset illicitum, sed secluso præcepto superioris illicitum esset secundum Cordub. id facere contra propriam opinionem: ergo etiam accedente superioris præcepto,si subditus vt licite potest adhuc retineat propriam opinionẽ. Eodem modo Cordub. reijciunt Vazq. supra & Sayr. lib. 1. cap. 12. sed vide infra sect. 13.

76. *Iudicium auctoris in hac re.*

Mihi tamen opinio Cordub. placet ex duplici alio fundamento.Primum est ex quo eandem tenet Vazq.disp.62.c.6.& Azor lib.2. c.1.q 9.& c.19.q.9.Sayr.& Perez, supra videlicet, quia cum quisq. possit, sola authoritate aliorum ductus,formare sibi iudicium singulare,seu reflexum,recte operandi contra propriam opinionem vniuersalem, seu directã, poterit etiam idem efficere, quando aliquid præcipit superior,si autẽ potest obedire, tenetur obedire,quia superiori,cum possumus, obedire tenemur:ergo.

2. Fundamentum est, quia esset confusio, & destructio communitatis, si prætextu opinionis propriẽ,nollet quis superiori obedire, etiam quando probabile est, quod præcipit esse licitum; si autẽ contra propriá opinionẽ obediendum est superiori, à fortiori contra dubium proprie dictũ consistens in suspensio

ne animi non decernentis, quæ pars contradictionis vera sit, ita Vazq. contra Adrianum quodlib. 2. punct. 2. ad. 2. argumen. vbi ait, cum inferior dubius est, an aliquid peccatum sit, non posse obedire præposito, id præcipienti. Quamuis Azor, lib. 2. ca. 59. q. 9. dicat, Adrian. loqui de dubio, complete practico, & reflexo, quo dubitat an, stante dubio de malicia actus secundū se, liceat ei obedire. Addo, etiā si subditus merito putet suam opinionem esse longe probabiliorem, debere obedire prælato: quia quisque potest opinionem quamcunq. sequi etiam longe minus probabilem, ergo tunc potest obedire: ergo tenetur, ex. 1. fundamento.

Recte etiam Vazq, disp. 66. cap. 9. Victor. relectione de iure belli, nu. 30. & 31. Cordub. lib. 3. q. 8. corol. 4. Medin. & alij, quæst. 19. ar. 6. Anton. Perez cert. 10. Schol. nu. 113. citans Caietan. Sotum, & Bellarm. Nauarr. cap. 15. num. 15. Bannes, 2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 6. Pet. Nauarr. 2. de restit. cap. 3. dub. 11. nu. 270. Graff. p. 2. lib. 2. cap. 20. nu. 25. Sylu. bellum. 1. quæst. 8. Gabr. 4. d. 15. quæst. 4. art. 2. Sayr. lib. 1. c. 12. num. vltim. & c. 13. n. 40. Dried. de lib. christ. c. 16. docent inferiores, & subditos, cum ad bellum à principe suo vocantur, & illis non constat de iniustitia belli, posse & debere, obedire, vt docuit etiam August. 22. contra Faustum, cap. 74. vel 75. & refertur cap. quid culpatur, 23. quæst. 1. prob. Quia subditi possunt probabiliter iudicare, bellum esse iustum; ergo possunt ire ad illud: ergo superiore præcipiente tenentur, quod etiam docetur communiter in materia de bello, & quia oppositum cederet in magnam perniciem Reipublicæ; possent enim homines suis opinionibus excusari ab actibus sæpissime necessarijs ad bonum commune. Adde quod communiter in hac re subditi non possunt certitudinem habere, cum pendeat, ex rationibus, quas rex non tenetur, nec potest subditis manifestare, vt Victo. Vazq. & alij notant, ac proinde sufficit, non esse euidentem in iustitiam belli, vt teneantur princibus obedire, de quare plura, sect. 26. 77.

Notat etiam Vaz. ea quæ dicta sunt intelligenda esse, quando non dubitatur deligitima electione præpositi, sed de eius iurisdict. & potestate liquido constat, nam si de illa dubitaretur, vel essent diuersæ opiniones, tunc posset subditus sequi probabilem opinionē, quæ dicit, eum non esse superiorem, & ita iudicare se non obligari ad parendum opinioni illius, & præceptis, vt recte admonet, Gerson. alphab. 62. littera. N. Sayr. supr. similem ponit limitationem dicens, cum dicitur, inferiorem teneri parere superiori contra propriam opinionem, intelligendum est, quando opiniones sunt circa id quod præcipitur, sit ne licitum an nō. Secus autem si diuersitas sit an superior possit præcipere, & subditus teneatur obedire, ratio diuersitatis est, quia in. 1. casu superior habet certum ius, præcipiendi in. 2. vero non. Sed certe non video rationem discriminis, quia superior nunquam est in iure, & possessione præcipiendi illicitū, ergo eo ipso, quod dubitetur, sit ne licitum, & præcipit, licet ad alia habeat liquidam iurisdictionem, & possessionem, nō tñ ad hoc: ergo idē est in vtroq. euētu. Sed quo modo in dubio obediendū superiori, sect. 17. 78.

Sectio. 9. An confessarius, contra propriam opinionem possit, & teneatur pœnitentem absoluere iuxta probabilem aliam opinionem.

HOC attigi sectione. 6. referendo auctores. 3. opin. & §. *ex quibus etiam deciditur*, sed hic distinctius tractandum est. Adrianus in 4. quæst. 5. de confessione dub. 7. §. de secundo, censet, si opinio probabilis ipsius pœnitentis sit in damnum alterius, vt si opinio est de non restituendo, debere confessarium monere pœnitentem, vt deponat opinionem, & restituat, si spem aliquam habet amouendi pœnitentem, à sua opinione, si vero eam spem non habet, vel opinio pœnitentis non est in damnum alterius, debere illum in sua opinione relinquere. Priorem partem probat, quia confessarius, qui consentit, vt pœnitens non restituat, cum potest, & alias restitueret, vt tenetur, iuxta opinionem confessarij, videtur causa damni, nec fideliter fungitur munere suo, ergo peccat. Pro hac parte adducit Aug. ep. 54. & habetur. 14. q. 6. c. 1. vbi ait. *Qui ad se cō fugientem, quantum honeste potest, non compellit, socius est fraudis.* Posteriorem autē probat, quia quādo non est spes correctionis, nec ex eius omissione sequitur damnum tertij, aut ipsius, pœnitentis, aut proximi, non tenemur, proximū corrigere, sed sic est in illo euentu ergo. Hoc confirmat ex Hiero. cum Salustio, dicente, *frustra niti, & nihil aliud laborando, quàm odium quærere, extremæ dementiæ est.* 79. *Opinio Adriani.*

Hanc Adriani opinionē merito reijcit Vazq. disput. 62. cap. 7. Suarez, 3. p. tom. 4. disp. 32. section. 5. Azor, lib. 2. cap. 17. quæst. 10. Sayr. lib. 1. cap. 9. nam si semel supponamus, vt ipse Adrianus supponit, pœnitentem esse in opinione probabili, non erit euidens, pœnitentem in errore versari, ac proinde confessarius credere poterit pœnitentem opinione probabili, quem sequitur, excusari, quia probabiliter, ac prudenter, segerit, atq. id circo poterit confessarius pœnitentem, quem scit sana conscientia, eam sequi opinionem *Reijcitur.*

nionem, absolute, nec enim in eo casu debet confessarius peculiari aliqua ratione,consulere bonis alterius, cui facienda esset restitutio, potius quam bonis pœnitentis, etiam si probabilius esset, restitutionem esse faciendam, sed solum debet prospicere saluti spirituali ipsius pœnitentis, contra quam non est, quod sequatur opinionem iudicio confessarij, minus probabilem, ergo debet illum absoluere, vt tenet etiam Perez certam. 10.Schol.dub.2.à n. 93.

80. *Opin. Anton.& alio.* Antonin. autem.3. part. titul. 17. cap. 20.§. 2. Sylvest. confes.3. quæst. 7. Conrad. quæst. vltim. de contracti.conclusione.3. & Gothif. quodlib. 9. distinguunt. Aut confessarius est proprius, & ordinarius, vt parochus, aut delegatus ex comissione, vt regulares, & alij simplices sacerdotes approbati : confessarius proprius, & ordinarius tenetur pœnitentem absoluere iuxta ipsius opinionem probabilem, quia proprius pastor debet,si potest,omnibus suis sacramẽta petentibus, ministrare: sed tunc potest : ergo debet; secus si sit delegatus, quia hic non debet sacramenta petentibus ministrare. *Io.M. dim.* Ad hanc opinionem proximè accedit Medina, C. de confessione, quæst.19.quæ est de confessione dimidiata iteranda. §. sequitur iam:vbi ait primo, etiam si opinio pœnitentis sit in damnum alterius, proprium, & ordinarium confessarium contra propriam opinionem posse,& debere concedere absolutionem pœnitenti permanenti in sua opinione probabili.Secundo,ait si confessarius sit ex comissione, non posse contra propriam opinionem absoluere pœnitentem permanentem in sua opinione, quæ est in damnum alterius. Tertio, si opinio pœnitentis non sit in damnum alterius, tam ordinarium,& proprium pastorem, quam confessarium ex comissione, posse absoluere pœnitentem.

81. *Reijcitur.* Hanc opinionem iure etiam impugnat, Vaz.Azor,& Suarez,supr.Medi.hic q.19. ar.6. dub.an liceat agere contra propriam opinionem, Antoni. Perez, certa.10. Schol.à nu. 91. Sayr.sup.Ledes.infr. & alij.1. Quia distinctio de opinione in damnum, vel non in damnũ alterius,frustra adducitur:nam si propter opinionem probabilem,quam sequitur pœnitẽs non in damnum alterius,potest confessarius quicunq. ipsum absoluere contra propriam opinionem absq. vlla culpa, eo quod pœnitens sequens opinionem probabilem, non peccat,ac proinde non est indignus absolutione,cur non poterit absoluere ipsum, cum sequitur opinionem probabilem in damnũ alterius? Nam hoc ipso,quod opinio est probabilis,pœnitens potest illam amplecti,absq. vlla culpa iniustitiæ, si autem pœnitens non restituens. propter suam opinionem probabilem,non peccat,similiter non peccabit Sacerdos,qui absoluit pœnitentem, quem scit non persistere in affectu, vel proposito peccandi. Nec vero confessarius in eo casu debet magis prospicere bono alterius, in cuius fauorem opinatur, quam bono pœnitentis, in cuius fauorem opinantur alij,sed solum debet attendere ne pœnitens, indispositus absoluatur. Tunc autem non est in dispositus:ergo debet illum absoluere.Secundo,quia differentia illa inter proprium confessarium, & delegatũ, quamuis in ordine ad obligationem absoluẽdi,alicuius momenti esse possit,tamen in ordine ad potestatem inanis est:nam sicut confessarius ex comissione non potest absoluere aliquem contra iudicium conscientiæ propriæ,ita etiam nec proprius, & sicut proprius potest contra propriam opinionem habere rectum conscientiæ iudicium vt pœnitẽtem absoluat, ita etiam poterit habere confessarius ex comissione,ergo poterit contra propriam opinionem absoluere pœnitentem,ex probabili ipsius,vel aliorum opinione.

82. *3.Opi. quã sequitur Auctor.* 3.Ergo,& vera opinio est Angeli, confes. 4.n.3.& ornatus n.4.in fine, Nauar. in summ. c.26.n.4.& c.27.n.280.& c.si quis de pœniten. d.7.n.66.& seqq.Soti.4.d.18.q.2.a.5.ad.5. in fine arti.Medi.hic q.19.a.6.dub.ante penult.Salon.2.2.q.63.art.4.contro.2. con.4.Valent.ibi. disp.5.quæs.7.punct.4.in fine.Henriq.lib.3. de pœnit.c.26.n.6.Ledes.2.p.4.quæs.8. a.4.dub.7. Imo.& Anto.1.p.tit.4.c.10.§.10. Victo.in sum. n.164.Ang.in florib. 4.q.de confes.a. 6. difficul.8.Palud.4.d.17. q. 2. a.1. Perez, Sayr.Azor. Vaz.& Suar.sup.quemlibet cõfessarium siue proprium, siue ex comis.contra propriam opinionẽ posse concedere absolutionem pœtẽti, quẽ scit sequi opinionẽ probabilem,minus tutã,siue illa sit in damnũ alteri°, siue nõ patet rationib.superius factis.Addit Sot.ordinarium confessariũ,non tantũ posse, sed etiã debere absolutionem impendere huiusmodi pœnitenti,quod verũ est, vt not. Vazq. ita vt non solũ audita confessione,debeat non negare illi absolutionẽ,sed etiã, vt si pœnitens opportune petat etiã extra tẽpus,quo confiteri tenetur,eius confessionem audire debeat: idem docet Azor sup.An vero audita confes- 83. *Dubium.* sione,confessarius ex comissione debeat pœnitentem absoluere contra propriam opinionem recte Sotus,Sayr. Perez,& Vazquez, teneri affirmant,sed dissentire videntur,quia *Decidit ur.* Sotus satis verisimiliter iudicat, obligationẽ esse submortali,nam censet, graue onus esse penitenti,audita eius confessione, ipsum dimittere sine absolutione, vt coram alio sacerdotem iterum confiteatur,si potest recta conscientia, contra propriam opinionem ipsum

absoluere, quod præsertim procedit, quando fortasse non inueniretur facile alius sacerdos, qui opinionem pœnitentis probabilem esse, censeret. Vazq. autem ait, tãtum esse peccatum veniale, quia materia videtur leuis, imo addit communiter excusari posse huiusmodi confessarios, qui nollunt sic absoluere pœnitentes, quia id semper efficiunt bona fide ex zelo suæ opinionis, & Perez, ait, quod si confessarius suam opinionem censeret longe probabiliorem, posset absolutionem suspendere, vt opinio securior inciperet præualere, quamuis ob id non esset neganda absolutio tempore, quo pœnitens ex præcepto Dei, aut Ecclesiæ communicare tenetur, quia tunc habet ius ad absolutionem, quæ iniuste illi negaretur cum sine obice sit. *Autor.* Ego autem credo absolutionem tunc nec suspendi posse saltem notabiliter, quia esset damnum, & onus pœnitenti sine causa sufficiente imponere. Bene tamen docet Perez, si confessarius iudicaret non esse sibi licitum, absoluere pœnitentem, peccare, si absoluat, intellige nisi etiã iudicaret probabile, posse illum absoluere. Sayr. autem ait, eum, qui nollet absoluere cõtra propriam opinionem, non semper peccare mortaliter, quia nonnunquam excusatur confessarius etiam proprius, si propter opinionem propriam, noluerit absoluere pœnitentem, modo id bona fide, & ex causa iusta faciat. Conueniunt autem Sotus, Vaz. & alij communiter sacerdotem, nõ proprium, quãdo non vrget necessitas, posse non audire confessionem pœnitentis contrarie opinantis, quia tunc nec ex iustitia, nec ex charitate tenetur confessionem eius audire. Idem est de sacerdote proprio, quando non tenetur pœnitentium confessiones audire: in necessitate autem etiam non proprius tenetur confessionem audire, & vt ait Vazquez, pœnitentem absoluere, contra propriam opinionem, si in articulo mortis sola signa contritionis exhibet, quando nullum peccatum speciatim explicare potest, quia cum in hoc casu licitum sit contra propriam opinionem ipsum absoluere, eo quod contraria opinio admodum probabilis est, & sacris canonibus consentanea, aut etiam diffinita, & pœnitens indigeat sacramento, nullus sacerdos etiam non proprius poterit licite illud negare.

84. *Quæstio.* Sed quæres an possit confessarius, vel alius consilium pœnitenti, vel alteri dare contra propriam opinionem, vt si opinatur in aliquo casu restituendum esse, consilium dare vt sequatur opinionem aliorum, qui dicunt, in eo casu obligationem restituendi non esse. *Solutio.* Resp. licite posse, vt docet Vazquez disp. cit. c. 9. nu. 47. quia in propria operatione potest sequi alienam opinionem: ergo, & consilium alteri dare, vt eam sequatur. Melius tamen est in præbendo consilio, semper sequi opinionem probabiliorem, cui assentiri homo semper solet, præsertim cum quis consilium præbet in scriptis, ne varius deprehendatur. Expedit etiam aliquando eum, qui cõsilium petit, mittere ad alium doctorem, vel confessarium, quem scit opinionem habere illi fauorabilem, modo sit probabilis, qualis tamen non erit, si ille ignoret legem, vel fundamentum, propter quod sententia eius est mihi euidenter falsa, ita Vazquez illo, cap. 9. nu. 48.

85. *Quæstio.* Sed iterum quæres, an confessarius, vel alius consultus, possit pœnitentem, vel alium obligare, ad restituendum, vel aliquid aliud, contra propriam opinionem, ex opinione alterius doctoris. *Decisio.* Resp. Vazq. illo nu. 47. id non licere quoties alius non esset restiturus, si sciret, non esse opinionem consilium dantis, sed aliorum tantum: quia iniquum est, ficta auctoritate, conuincere alium. Et mihi placet, quia ille non vult, tunc opinionem aliorum sequi, sed consilium dantis. Potest tamen ipsum absolute obligare ex propria opinione, si absolute interrogatur, quid agere debeat, si tamen interrogatur, an aliqua ratione possit à restitutione excusari, debet explicare opinionem probabilem aliorum fauorabilem interroganti, aut abstinere à consilio ei dando, nisi ratione officij teneatur ei consilium dare, vt tenetur quilibet confessarius, cum à pœnitente interrogatur.

Sectio. 10. An liceat vti opinione probabili in sacramentorum administratione, & receptione.

86. DE hac re egimus, sectio. 5. post. 5. solutionem primi argumẽti, vbi retulimus, & secuti sumus Scotum, Petrum, & Dom. de Soto, Suarez, Henriq. Victo. Scot. Dur. Valent. Barthol. Ledesm. aliosqu e afferentes, peccatum m. esse absq. necessitate vti forma, vel materia dubia in administratione sacramẽtorum, etiam quando de ea sunt variæ opiniones, quia peccatum m. est sine causa exponere se periculo efficiendi irritum sacramentum.

87. *Quid sentiat Vazq. in hoc dub.* Vazq. tamen disp. 63. refert aliquos recentiores, q. 18. art. 5. & 6. afferentes, perinde liberum esse, vti opinione probabili in administratione sacramẽtorum, etiam si periculum sit efficiendi irritum sacramentum, atq. inquacũq. alia materia: nam quemadmodum licitum est vti opinione probabili, ne aliquid restituatur cum periculum est, an res illa sit aliena: eodem modo licebit sequi opinionem proba-

probabilem in administratione sacramentorum,& ex illa deducens iudicium conscientiæ ad recte operandum,etiamsi in reipsa periculum sit efficiendi irritum sacramentum. Ita tenet expresse Medina,q.19. artic.5.&.6.§. cæterum.Ipse vero Vazq. quem sequitur omnino Anto.Perez,certam.10.schol.c.12. &.13. à num.62.Sayr.lib.1.c.7.à nu.4.supponit in administratione sacramentorum duo posse cõsiderari,alterum est reuerentia debita sacramentis ex virtute religionis,alterum est obligatio charitatis prouidendi proximo remedium per sacramentum.

88 *1.Dictum Vazq.* Hoc supposito dicit.1.vbi fuerit varietas opinionum de forma, & materia sacramenti, etiam si opinio aliqua probabilior multo sit, quam alia,& tutior, non erit contra religionem vti materia dubia cum periculo efficiẽdi irritum sacramentum,modo vsus,& consuetudo ecclesiæ ad contrarium nõ obliget, vt sane obligat.ad non vtendum in baptismo hac forma,ego te baptizo in nomine genitoris,& geniti,& procedẽtis ab vtroq. sed hac, ego te baptizo in nomine Patris,& Filij, & Spiritus Sancti, Ita etiam sentit Sanchez,3. de matrim.dispu.20.num.4.vbi,ait,eum,qui vtitur opinione probabili circa sacramenta relicta materia,& forma, vel iurisdictione certi non peccare: nam bene Salon.2.2.q.63.a.4. controuer.2.ad.3.ait,non posse amplecti opinionem probabilem,circa materias, & formas sacramentorum,non prouenire ex defectu opinionis, & ratione periculi, sed quia contrauenitur præcepto vtendi forma,& materia præscriptis,& vsitatis in ecclesia, quare si iniptis sacramentis aliquod dubium se offerat,circa quod nullum sit Ecclesię præceptum,quemlibet posse relicta opinione probabiliori,sequi probabilem,Hæc ille.

89 *1.Ratio p.o 1.ducit Vaz.* Suam autem conclusionem Vazquez, Sayr.& Perez,prob.1.quia non videtur maior ratio obquam in sacramentorum administratione,debeamus sequi partẽ tutiorem,& non sufficiat sequi probabilem, quam in qualibet alia materia iustitię,charitatis &c.in qua sufficit sequi probabilem,& ex illa iudiciũ conscientiæ deducere rectum ad operandũ,quod enim dicitur, in administratione sacramentorum sub esse periculum,vt si tutior pars nõ eligatur,fiat irritum sacramentum,non videtur sufficere, vt partem tutiorem necessario debeamus eligere.Nam si ratio probabilis asserit,non fieri irritum sacramentum, vnde etiam probabiliter sequitur,eo modo ritè, & recte administrari, quare erit contra prudentiam,& religionem ita sacramentum administrare? Nec id erit irreuerentia moralis, quæ ministranti imputetur,cum probabiliter existimet non fieri irritum:sicut etiam, cum sunt varię opiniones de obseruatione alicuius alterius præcepti,non fit irreuerentia,nec censetur transgressio, operari secundum opinionem probabilem minus tutam, cum qua est periculum faciendi aliquid, quod reipsa vetitum sit.

2.Probant quia in opinione positum est, 90
an cum sacramento pœnitentiæ sufficiat attritio nota, licet enim Concilium Trident. sess. *2.Ratio.*
14.c.4.dicat disponere cum sacramẽto,tamen quidam id interpretantur de dispositione in sufficienti perse,alij de attritione,quæ sit existimata contritio,tamen licitum est accedere ad sacramentum cum attritione nota,vt præter alios tenet.Azor lib.2.capit.12.ad finem & c.16.q.2.ergo licitum est in sacramẽtis vti materia dubia,Resp.non nulli qui priorem sententiam sequuntur,hic non afferri materiam dubiam,sed dispositionem dubiam,quia attritio sine dubio est sufficiens materia, licet sit dubium,an sit sufficiens dispositio, sed hanc solutionem impugnat Vazq.quia non minor irreuerentia contra religionem esse videtur, vti dispositione dubia cum periculo frustãdi sacramentum suo effectu,quam materia dubia cum periculo efficiendi illud irritũ, Rñt. reprehensione quidem dignum esse eum, qui sic accedit ad sacramentum,præsertim si possit absq. magna difficultate contritionẽ habere,vt enim ait,August. 1. de baptismo contra donatistas,ca.3.*in rebus ad salutem animæ pertinentibus hoc ipso grauiter quis peccat, quod certis in certa præponat.* Hoc tamen videntur intelligere,si penitens esset in articulo mortis, & habere possit contritionem,propter graue periculum æternæ damnationis,cui se exponeret,extra hunc vero articulum, dicunt excusari posse,præsertim ob difficultatem habẽdi contritionom:Nam quod attinet, ad reuerẽtiam debitam sacramento,non videtur peccare is,qui accedit cum attritione scita ad sacramentum pœnitentiæ,quia sequitur opinionẽ probabilem,quę affirmat neminem obligari, ad habendam perfectiorem dispositionem, neq. peccare,quia exponat se periculo carẽdi effectu sacramenti,quia ille effectus extra tempus extremæ necessitatis non est necessarius,& alijs vijs supleri potest. Sed hanc solutionem reijcit etiam Vaz.1.quia testimonium Aug. extra rem videtur esse,nam Aug. ibi tãtũ dicit, *quãquã si dubium haberet,non illic recte accipi,quod in catholica recte accipi certum haberet,grauiter peccaret,in rebus ad salutem animæ pertinentibus,vel eo solo,quod certis incerta præponeret*,contendit autem Aug.suadere, ne vllus accipiat baptismum apud hæreticos Donatistas,quanuis apud eos verum conficiatur sacramentum,& præter rationem aliam,quam ibi fusius pro secutus fuerat, subiungit eam,

quam

quam verbis citatis expressit, in quibus non loquitur, quando sunt diuersæ opiniones, sed quando de vna parte dubius est, qui operatur, de altera autem certus, in quo casu tutior pars sequenda est, quando vero est opinionũ varietas, non est necesse tutiorem partem sequi, etiam in administratione sacramentorũ addit quod Aug. non loquitur de peccato cõ-
91 tra religionem, & reuerentiam sacramenti, sed contra obligationem, qua quis debet sibi remedium salutis prouidere; nos autem hîc solum contendimus, non esse peccatum cõtra religionem, operari secundum opinioné probabilem minus tutam. 2. reijcit eandem solutionem quia de obligatione pertinente ad religionem prædicti fatentur, nullum comittere peccatum eum, qui cum attritione scita accedit ad sacramentum pœnitẽtiæ, & qui tale sacramentorum ei administrat, cum tamen periculum sit in re, an tale sacramentum effectu careat: ergo idem omnino fateri debent, quando quis sequitur opinioné probabilem circa materiam, aut formam legitimam sacramenti, etiamsi in re periculum sit effiiciendi illud irritum; nullum enim discrimen inter materiam, & formam, & inter dispositionem afferri potest. Deinde impugnat, quod dicunt, licitum esse, sequi opinionem probabilem etiam minus tutam in materia sacramentorum, quãdo adest vtilitas aliqua, vel necessitas. Nam si ratione periculi sacrilegij quia forte sequendo eam opinionem efficietur irritum sacramentum, non licet secundum illam operari absq. necessitate, aut vtilitate, nulla sane poterit esse vtilitas, vel necessitas, quæ excuset eum, qui secundum eam opinionem operari velit, veluti si res esset dubia circa materiam, vel formam sacramenti, in quo casu debemus sequi tutiorem partem, propter vitãdum periculum, etiam si aliqua instet necessitas, aut vtilitas, non licebit minus tutam partem eligere, quia ex se non licebat sine vtilitate, aut necessitate tali periculo sacramentum exponere, & nulli necessitati, aut vtilitati cum tali periculo succurrere licet: quis autem dicere audeat, licitum non esse ministrare sacramentum absolutionis petenti illud in articulo mortis per sola signa contritionis, etiam si sint contrariæ de hac re opiniones? quod si licitum est ita succurrere existenti in periculo mortis, signum est alioqui sine tali necessitate licitũ esse. Adde, inquit, quod in hoc casu, & in similibus, quãdo succurrere possumus indigenti sequentes opinionem probabilem, debemus etiam succurrere ei: nam qui licite potest etiam debet.

92 2. Dicit Vazq. neminem satisfacere obliga-
2. Dictum. Vazq. tioni Charitatis, & Misericordiæ, si sequatur opinionem probabilem, aut etiam probabiliorem minus tutam, cum potest tutam eligere, & sequi, & iuxta illam impendere alteri remedium, quo indiget. Prob. 1. quia obligatio charitatis, & misericordiæ hoc postulare videtur, vt si proximo possimus certum remedium adhibere, non adhibeamus dubium, & incertum, vt si incertum sit, an sacramentum sic celebratam validum sit, aut effectum habeat siue in paruulo, siue in adulto, quanuis enim adultus actu proprio consequi salutem possit sine sacramento, tamen multo facilius est, eam consequi per sacramentum; si autem proximo possumus tribuere remedium facile suæ salutis, non satisfacimus nostræ obligationi relinquendo ipsum in eo periculo, vt propter difficultatem non consequatur salutem, maximè quando recipientes sacramentum, hoc ipso arbitrantur se iustificatos esse, & ideo de alio remedio non curant. 2. Probat quia non videtur charitati, & misericordiæ, *Prob. 1.* *Prob. 2.* consentaneum, cum possim adhibere indigẽti remedium aliquod certum, adhibere ei aliquod dubium remedium, vt sequar opinioné meo iudicio probabilem, quod maxime est verum in baptismo, ex quo non solum pẽdet iustificatio, quæ sine sacramento ab adultis haberi posset, sed etiam susceptio aliorum sacramentorum, quorum baptismus ianua est.

Ratio vero discriminis inter obligationẽ religionis, & charitatis, aut misericordiæ facilis est, nã ex opinione, quæ affirmat, hoc modo, aut illo integrum fieri sacramentum, & cum effectu, plane colligitur, nullam fieri iniuriam sacramento, cum probabiliter existimetur adesse omnia, quæ ad eius constitutionem & effectum necessaria sunt, & ita ex illa potest deduci rectum conscientiæ iudicium, nam sicut ad obseruanda reliqua præcepta satis est probabiliter segerere, etiam si sint iustitiæ erga proximũ, ita & ad obseruãdum honorem debitum sacramento. At vero eadem opinio non affirmat, nec ex illa colligi potest, eo modo, quo charitas poscit, adhiberi proximo remedium, & quia charitas postulat, vt remedium præbeamus proximo sine periculo, cum possumus, sequendo eam opinionem non satisfacimus præcepto charitatis.

Hæc Vazq. (quem vt dixi imitatur Sayr. Sãcius & Anto. Perez,) cuius secundum dictum 93
mihi absolute placet, & in eo vt credo con- *Iudicium Auctoris de opinio. Vazq.*
sentiunt omnes, quanuis non omnino careat difficultate, nam ex eo sequitur in articulo mortis non posse pœnitentem absolui cum attritione cognita ab ipso pœnitente, & confessario, sic enim non adhiberet ei remedium certum, sed opinatum, & dubium. Item non posset tunc pœnitens absolui, qui cõfessioné aliquam fecit informem, nisi illã repeteret, eo quod

eo quod diuersæ sunt opiniones, vtrum talis confessio informis sit repetenda ad integritatem confessionis, an non, Respondent aliqui in his casibus posse absolui pœnitentem, iuxta probabilem opinionē, & ita satisfieri obligationi charitatis, & misericordiæ, nec opus esse in his casibus, tutiorem partem eligere, nam doctrina secundi dicti de sequenda tutiori opinione propter obligationem charitatis, & misericordiæ, intelligenda est ex parte eorum, quæ adhibet ex se minister sacramenti, vt ea sint certa & sine vllo periculo in re, at vero dolor est aliquid requisitum ad sacramentum ex parte ipsius, qui recipit sacramentum, quare si ipse vult accedere cum sola attritione, cum possit accedere cum cōtritione non fit contra charitatem ei debitā, si ei, hoc modo disposito conferatur beneficium absolutionis. Eodem modo absolui potest pœnitens, qui fecit priorem confessionē informem, absq. eo quod eam repetat, nec in hoc vllo modo fit contra charitatē: tum propter rationem dictam, tum etiam præcipue quia pœnitens cum non repetit priorem cōfessionem secutus consilium, vel opinionem confessarij, non peccat, ac proinde certissimū & absq. controuersia est ipsum consequi gratiam posteriori absolutione, quia bona fide absq. culpa non repetit peccata prius confessa, & sic facit cōfessionem formaliter integrā, & alioqui habet sufficientem dispositionem ad gratiam cum sacramento. Sed paulo aliter respondendum arbitror, constitutum in articulo mortis, si putet, se solam attritionem habere, eamq. cum absolutione, & confessione non esse remedium certum ad impetrandam gratiam, qua caret, peccare mortaliter contra charitatē sui, quia potens & debens adhibere sibi remedium certum, adhibet, quod putat esse dubium, & incertum, & sic etiam peccat mortaliter sacerdos ipsum absoluens, quia absoluit eum, quem scit carere necessaria dispositione ad gratiam. Si vero pœnitens arbitretur attritionem illam esse contritionem, vel esse certam dispositionem ad gratiam, vt ego cum alijs sentio debet illum auocare ab opinione asserente, attritionem notam esse certam dispositionem ad gratiam cum absolutione, & inducere illum, vt habeat contritionem saltem existimatam, vel si hoc non possit obtinere, impendere illi beneficiū absolutionis, quia iuxta probabilem opinionem pœnitens facit, quidquid debet, vt beneficiū absolutionis, gratiamq. obtineat, esto sacerdos arbitretur non afferre sufficientem dispositionem, & non esse certū, quod attritio nota sufficiat ad gratiam cum sacramento. Similiter quando pœnitens fecit ante confessionē informem, si putat, probabile esse sine repetitione ipsius non fieri integram confessionem, & est in articulo mortis, peccat mortaliter contra charitatem propriam, si confessionem non repetit, quia exponit se sine sufficienti causa periculo æternæ damnationis. Et ita confessarius peccat. m. ipsum absoluens: si vero pœnitēs putet probabiliter, esse certū, non requiri repetitionem confessionis prioris, vt secunda sit integra, & valida, & ab existimatione hac non possit auerti à confessario poterit, & ex charitate tenebitur illum absoluere sine repetione, si repetere confessionem nolit, etiam à confessario suasus.

94 *Oritur difficultas de 2. dicto Vazq.*

Contra idem, tamen secūdum dictum est alia difficultas, sequitur enim, cum quis petit consilium à confessario, vel doctore, an res tituere debeat in casu, in quo sunt contrariæ opiniones, non posse doctorem respondere sequendo opinionem probabilem, eum debere restituere, quia sic non videtur satisfacere obligationi charitatis, ergo ipsum exponit enim eum periculo restituendi bona propia, quæ vere non deberet restituere, Resp. bene Vazq. talem doctorem ex charitate non debere, potius prospicere restituenti, quam ei, cui facieda est restitutio, & ideo recte potest iuxta propriam opinionem obligare interrogātem ad restitutionem, non autem satisfaceret suo muneri, si relinquens propriā opinionē, qua crederet eum non obligari ad restituendum, secundum aliorum sententiam responderet, obligari ad restitutionem, nam de opinione propria, non de aliorum opinione, interrogatur.

Soluit. à Vazq.

95 *Obiectio.*

Quod si quis dicat, neminem esse obligandum ad restitutinem, ex sola opinione, quia melior videtur conditio possidentibus Resp. Vazq. in dubio stricte sumpto meliorem esse conditionem possidentis, secus quando est varietas opinionum; alioqui iudices non possent secundum opinionem, quam putant probabiliorem, spoliare aliquem re, quam possidet, & alteri adiudicare eam. Aliter vero respondere possumus, in dubio etiam opinatiuo meliorem esse conditionem possidentis, comparatione ipsius met, ita vt ille, quandiu est in tali dubio, non teneatur restituere, sed possit sequi opinionem sibi fauentem, quam tamē confessarius, aut doctor, non tenetur ipsum docere, cum absolute interrogat quid debeat facere, secus cum interrogat, an secundum aliquam opinionem probabilem possit non restituere, iudex etiam non tenetur opinionem illi fauentem sequi, sed poterit saltem secundum probabiliorem opinionem ipsum expoliare.

Solutio.

99 *Quid sentiat author de. 1. dicto Vaz.*

Hæc circa secundum dictum Vazq. dixisse sufficiat: circa primum vero, in quo à prima opinione recedit, fateor propter eius & aliorum

rum, quos retuli authoritatem, & argumenta esse valde probabile, & iuxta hanc sent. Anto. Perez, supra ait. Quando sacramentum ministratur paruulo, tenetur minister sequi tutiorem sententiam, cum nullum sacerdoti immineat periculũ: & peccabit. m. baptizando in nomine genitoris &c. quia exponit paruulum periculo mortis æternæ, si statim decedat, vel carendi fructu aliorum sacramentorum si superuixerit. Idem eadem ratione ait de adulto rustico. Sed si tyrannus volens introducere hanc formam minaretur sacerdoti mortem nisi in ea illos baptizaret, posset id facere: quia non tenetur cum tanto suo detrimento illis consulere. Litteratos autem & doctos sic baptizando cum ipsi peterent aut consentirent, non peccaret, quia illi possunt & sciunt adhibere alia remedia, & si volunt se exponere periculo non recipiendi gratiam sacramẽtorum, vel etiam gloriam sibi imputent. Ait etiam Perez, si quis dicens totam formam calicis vellet consecrare solis illis verbis. *Hic est calix sanguinis mei*, non peccaret. m. quia probabile est illa verba sufficere & nullum damnum imminet ex eo quod consecratio sit irrita (vt supponimus.) Addit. Similiter non peccat, qui absoluit pœnitentem accedentem cũ sola attritione cognita, vel pœnitentem habentem bullam cruciatam, qui est alterius diœcesis, vbi ipse sacerdos non est approbatus, quia probabile est in his casibus absolutionem esse validam, & hoc ait, esse, etiam si pœnitens sit rusticus, quia ex eius absolutione incerta non sequuntur incommoda, quæ ex baptismo incerto. Sed certe si ille & nunc & postea propter ignorantiam inuoluntarie esset priuandus gratia sacramenti sacerdos ex charitate teneretur instruere illum de necessitate contritionis, aut curare vt illam haberet. In his consonat Sayrus supra, quanuis in baptismo illicitum putet illum conferre sub forma dubia non solum propter periculum baptizati, sed etiam quia est cõtra vsum ecclesiæ baptizare in nomine genitoris, aut sub alia
97 forma dubia.

Tuendo tamen primã opinionẽ, ad. 1. arg. quod pro suo. 1. dicto Vazq. adducit, sic respõdere licebit, in administratione, & receptione sacramentorum sempernos debere sequi tutiorem opinionem, cum commode possumus, ideo contra religionem esse, sine causa, vel necessitate vti in sacramentis, materia vel forma dubia, & hac de causa in ecclesia nunquam fuit vsus illius formæ baptismi, ego te baptizo in nomine genitoris, &c. Itaq. vti illa forma non est malum propter cõtrariũ vsum ecclesiæ, sed vsus ecclesiæ abstinentis ab illa forma fundatur in malitia, quam secundum naturam rei habet vsus ille, nec recte, ex eo quod sit probabile, sacramentum sub illa forma esse validum, infertur, posse licite sub illa forma administrari, nulla vrgente necessitate, & idem est quando sunt opiniones de trãsgressione alicuius præcepti, peccat enim qui sine causa sequitur in praxi opinionẽ minus tutam.

Ad. 2. Relicta solutione Suarez quam Vaz. impugnat, & alij, vt retulimus in solutione 98
primi argumenti sectionis quintæ. Resp. saltẽ iam post Trident. esse moraliter certũ, quod attritio nota sufficit ad constitutionem, & effectum sacramenti, licet autem admitteremus nunc, vt etiam ante Trident. rem esse dubiam dicendum esset, non teneri hominem extra casum necessitatis extremæ, vel grauis contritionem adhibere, quia contritio difficile haberi, & difficilius cognosci potest, & ideo siue in re sit necessaria materia, aut dispositio, ad gratiam, siue non, Christus ad eam habendam noluit obligare ex præcepto religionis, aut Charitatis, extra necessitatem extremam, vel grauem, ac proinde sacerdos extra talem casum, conferens absolutionem ei, quem scit vel opinatur habere solam attritionem notam, non solum peccat contra charitatem, sed etiam contra religionẽ, conferens illi absolutionem, quia sine causa sufficienti exponit se periculo efficiendi sacramentum nullum, vel informe, cum possit commode validum, & formatũ efficere, ex graui autem causa licitum erit, materia, vel forma, vel dispositione dubia in sacramentorum receptione, vel administratione vti: quia multa sunt, quæ licite fiunt ex causa, quæ tamen secluſa causa sufficienti, illicite fiunt, & in hoc genere est res, de qua agimus. Ad hoc autem confirmandum, valet, quod ait Sanchez, to. 1. lib. 2. de matrimonio, disput. 36. nu. 8. exurgẽti aliqua necessitate ad vitandam infamiam, scãdalum, vel aliud graue malum inminens, licitum esse in matrimonio, & alijs sacramentis vti opinione minus tuta, minusq, probabili, quod sumpsit ex Soto de secreto memb. 3 q. 2. concl. 3. Nauar. c. inter verba in. 2. editione Corol. 53. num. 135. in fine, quibus fauet Iason. l. prima nume. 56. C. de sum. Trii. vbi ait in dubijs præferendam esse sententiam, animabus fauentem, sic (inquit Sãchez,) videbimus conferendum esse baptismum indigiti extremitate, quando partus periclitans illam extrahit: & iuxta multos ostendenti signa contritionis, absente sacerdote, potest in articulo mortis absolutio impendi, quę opiniones ratione periculi magni sustinentur, cum alias parum probabiles sint.

Vnum valde notandũ dicit Lessius. 2. iust. 99
c. 29. nu. 68. probabilem DD. opinionem efficere vt ecclesia det iurisdictionem etiam si forte

forte opinio illa sit falsa. Vt docet Henrric.2. de pœnit.c.14.nu.3.&. 4.& Sancius.3.de matri mon.disp.20.num.65.vt si probabile sit,aliquē posse absoluere à reseruatis, vel censuris,assistere matrimonio, excommunicare, eligere confessorem,priuilegium non esse reuocatū & similia:& ille ex hac opinione operetur,validum erit.Ecclesia supplente deffectu, si forte subsit.Cum enim licitū sit operari ex opin. probabili,si omnia illa essent irrita, grauissima incommoda sequerentur.

101 De hac sententia valde ego dubito,quānis eam probabilem quoq. censuit Suar.3.p to.4. dispu.26.sect.6.vbi docet, quanuis securius & certius sit,hunc ordinem perse loquēdo necessario esse seruandum,vt si possit haberi minister certam & indubitatam ad absoluendū habens iurisdictionem ille eligatur, si autem haberi non possit, tunc possit alius eligi,qui iuxta opinionem probabilem, iurisdictionē habeat;licet si aliqua grauis causa intercederet,possit interdū prudenter hic ordo immutari.Quia tamen arduum,& præter consuetudinem etiam timoratorū esse videtur adhoc obligare,dici posse non obstante varietate opinionum,semper sacramentū fieri. Vel quia tunc ecclesia tacitate iurisdictionem concedit,(quod probabile sed incertum putat & ideo non sufficere ad solutionem difficultatis de periculo efficiendi sacramentum) vel quia sacerdos à mortalibus nō reseruatis vel iam antea confessis,vel à venialibus, quæ simul in confessione explicantur,potest absoluere & ideo sacramentum certo erit validū. Cui potest obijici,etiam esse incertum quod quilibet possit à venialibus,vel à mortalibus iam confessis absoluere,& ex hoc capite non esse licitum confiteri sacerdoti habenti dubiá iurisdictionem circa alia,nisi confitendo venialia,vel mortalia antea confessa: item non solum videri illicitum exponere se absque necessitate periculo irritandi sacramentum omnino,sed etiam irritandi ex parte. Ideo retinendus videtur ille modus dicendi, quem Suar. putat securiorem & certiorem,quemq. nos hactenus secuti sumus. Vel dicēdum est cum Vazq.Anto.Perez.Medi.& alijs superius citatis non esse peccatum.m.etiam sine causa exponere se periculo efficiendi irritum sacramentum, si non sit aliud periculum.De quo plura infra.

Sect.11.an aduocatus secundum quamcumq. probabilem opinionem, de iustitia suæ partis, patrocinari possit.

111 DE hac re Vazq. disp.64.c.1. Anto. Perez,certam.10.Schol.dub.2.ca. 15.num.67.& seqq. Sayr.lib.1.c.11. n.17.&.18.Vale.2.2. disput. 5. q. 15. pu.4.Tolet.lib.5.c.60.concl.3. Rodig. in sum. p.1.c.2.Angles addit.ad.4. in fine libri, & fusius Burgos de Paz in proœmio legum tauri num.393.vsq. ad.493.& alij referēdi; vt autem compendio rem explicemus,quam in. 6.sect. ante solutionem argumentorum attigimus, in primis certum est,non posse aduocatū causam manifeste iniustam tueri,sed solum quādo post sufficientem diligentiam, anceps videtur iustitia,ita docent Anton.2.p.tit.1.ca.19. §.8. post medium Angelus verbo aduocatus n.17.Sylvest.q.10.&.13.Armill.num.20. Pisan. eod. cerbo Salon. 2. 2. q.71.a.3.contro.2.Arag. ibi.Nauar.in summa.c.25.nu.28.Vazq. Perez, Sayr.Vale.Tolet.Salon.Rodri.Angles,& alij omnes,causam autem ancipitē vocant, quādo sunt,vel esse possunt variæ,& contrariæ de eare opiniones,in quo euentu licitum esse patrocinari,sentiunt idem & Burgos,de Paz supra,num.399.dicens,hanc esse sententiam cōmunem,cui pleriq.subscribunt,nullumq.& si studiose, instāter & quæsitū,refragari, eiusq. authores esse Guillelmum,quem refert sequiturq. Anton.3.p.tit.6.c.1.colu.2.& Rod. apud Ange.& S.Tho. apud Sylu. supra Idem tenet Tabie verbo aduocatus,§.13.in fine citans speculatorem,tit.de aduocatis,§.1.Sotus.5. iust.q. 8.art. 3. explicans hanc sententiam,esse verā quoties æque pendet dubitatio in vtramq. partem, ita vt vtraq. sit æque probabilis, ratione habita iuris,& facti, quod si aduocatus intelligat maiorem esse probabilitatem alterius partis,propter probationes iuris, vel facti,censet Sotus distinguēdum esse, aut enim agitur de causa sanguinis,vel mortis, vel honoris;& in his casibus,inquit,nō licere patrocinari contraprobabiliorem opinionem pro obtinenda sententia contra vitam,aut honorem alicuius;quia in dubijs melior est conditio possidētis honorem,& vitam, & in dubio nullus est condemnandus.Idem censet, quādo ageretur de omnium bonorum possessione,vt de primogenitura,&c.in alijs vero causis minoris momenti,inquit Sotus, licet vix possit, sine periculo patrocinium concedi contra probabiliorem opinionem; si tamen loqui velimus secundum se veras leges conscientiæ,non est cur aduocatum condemnemus,quod contra probabiliorem opinionem patrocinetur,dum tamē clientem admoneat partem eius non esse ita probabilem, sicut oppositam. Soto consentiunt Aragon,Salon, & Toletus.

Vazq. autem quem imitatur Perez, supra ait se non intelligere hanc Soti distinctionē; 102.
nam quod in lite agatur de causa mortis, & sanguinis,vel de possessione omnium bonorum parū referre videtur,vt dicamus, in vno casu non licere patrocinari contra probabiliorem

liorem sententiam,in alio vero casu licitum esse;sed tantum vt dicamus,magis aut minus prohibitum,vel malum esse,nam sicut in causa maiori melior esset conditio possidétis,ita etiam in minori,ac proinde si in causa maioris momenti non licet contra illum patrocinari, cui probabilior opinio suffragatur,nec in minori licebit.

Quare Vazq. & Perez existimant, quando
103 vtraq. opinio est æque probabilis, vel altera probabilior,licere aduocato pro vna & altera siue propria siue aliena vt placuerit,patrocinari,dummodo non decipiat clientē suum, certius illi promittendo sententiam bonam quàm debeat,sed aperiat ei veritatem, siue agatur de re maioris, siue minoris momenti, siue patrocinetur contra eum qui possidet;siue contra eum,qui non possidet,siue in causa sanguinis,& honoris,siue bonorum fortunæ. ratio est manifesta: quia officiū aduocati nō est rem definire tradēdo vni id,quod petitur, & alteri auferēdo, sed proponere sincere fundamenta iuris,& facti,quæ suo clienti fauere possunt vt iudex ea expendat, & causam definiat:fortassis enim opinio quæ aduocato apparet minus probabilis,apparebit iudici probabilior,& pro illa iudicabit. Sicut autē quilibet litigantium potest pro sua parte iudici proponere ea omnia, quæ suæ causæ fauere possunt;ita aduocatus ipsius.Hæc igitur regula seruanda est;vt quoties aliquis iuste potest litem contra alium coram iudice contestari, tunt etiam aduocatus modo prædicto pro eo patrocinari possit,etiamsi causam illius minus probabilem existimet,& in hoc non agit contra conscientiam, imo nec contra propriam opinionem,quia patrocinādo pro illo hoc tantū facit,vt ea proponat,quæ suo clienti fauere possunt,Huic nostræ sententiæ,inquit Vazq. astipulantur doctores omnes allegati præter Sotū, cum asserunt, aduocatum posse patrocinari,quando resdubia, & anceps est, idest,opinabilis,siue pro sua parte sit probabilior,siue æque,siue minus probabilis.

104 Hæc doctrina Vazq.mihi absolute placet cui magna ex parte consentiunt Bañes. 2. 2.q. 71.a.4.dub.6.Aragō,a.3.Salon.a.3.contro.2. asserentes, siue dubium sit in æquilibrio, siue iura magis fauere videantur aduersario,aduocatum pro clien.te patrocinari posse.Aduertit autem Salon in causa forensi tres esse posse dubitandi gradus.Primus quando vtraq. opinio est æque probabilis,& recepta etiā apud iudices,qui modo vnam,modo alteram opinionem sequuntur.Secundus quando vtraq. opinio est probabilis,& recepta, etiam apud iudices:vna tamen receptior est & frequenter eam sequuntur iudices. Tertius quando vna pars ita est probabilis,vt opposita nil fere probabilitatis habeat,etiam apud iudices; & ideo raro illam sequantur in iudicio, in hoc tertio gradu certum putat,peccare aduocatū patrocinando(& idem,tenet Sayr.supra) quia si causa est criminalis, vel impedire conatur executionem certo debitæ punitionis videlicet si fauet reo,vel,quod peius est,conatur vt contra ius certum punitio fiat,videlicet si fauet actori:si vero causa sit ciuilis conatur vt condemnetur, qui ius certum habet; vel saltem causa est suæ parti inutilium expensarū: quia certum est fore damnandum,nisi spes magna esset aduocato,ita se acturum, vt opinio illa,quæ reipsa est probabilis, etiam probabilior videatur iudici, & secundum ipsam pronūciet.De causa vero dubia in primo gradu ait Salon,licite defendi posse ab aduocato,siue in fauorem rei,siue actoris:de reo patet, quia iudex indubijs tenetur fauere reo: ergo a fortiori aduocatus.

Salon.

Deutroq. Probatur. 1. alioqui raro vtraq. 105
pars haberet aduocatū,quia ratum est vtriq. aduocato etiam in principio litis suam causam videri magis consentaneam iuri. 2. quia nec reus,nec actor tunc peccat: ergo nec aduocatus:iuste enim agenti,fauere licet.3.quia licet aduocatus putet vtriq. parti æque fauere ius, forte iudex non immerito iudicabit eius clientulo magis fauere: ergo recte facit allegando id,quod in ipsius fauorem vere facit,in.2.gradu dubij etiam ait Salon aduocatum licite fauere reo.1.quia reus licite se defendit; ergo aduocatus licite eum adiuuat. 2.quia cum aliquando iudex inclinet in partē, quæ aduocato videtur minus probabilis, licite potest aduocatus experiri, an ita in eo casu cōtingat:quia iudici forte videbitur probabilior,aut æque probabilis opinio,quæ reo fauet;imo & ipsi aduocato in progressu litis nonnunquam apparet probabilior opinio, quę initio minus probabilis apparebat.Addit autem in hoc.2.gradu Aduocatum, qui causam suscipit contra reum,peccare contra charitatem,si reo sit periculum mortis,grauis infamiæ,vel iacturæ suorum bonorum, secus in causis minoris momenti, in quibus etiam si reus vincatur, grauem necessitatem non incurrit.Primam partem probat;quia aduocatus, & quiuis alius tenetur ex charitate,succurrere reo ne in extremam,vel grauem necessitatem incidat.2.quia actor peccaret:ergo & aduocatus adiuuans actorem contra prædictum reum. Similiter ait patrocinari alicui contra piam causam Ecclesiæ, vel religionis esse in aduocato peccatum mortale contra charitatem.Ex lege semper in dubijs.ff.de verborum significatione.Secūdam partem illius additionis probat, vt putat, ratione aperta, quia præceptum charitatis non obligat, nisi in

in extrema,vel graui necessitate.Vtráq.additionis partem docent,Sotus,Aragõ,& Bañes, supra.Mihi autem,nisi adhibeatur moderatio
106 1.pars illius additionis falsa cum Vaz.videtur: nam secundum ordinem iuris licitum est etiã in vitæ discrimen proximũ conijcere,nimirũ petendo & procurãdo,vt reus ea pæna puniatur,qua dign⁹ est,quæq.ei est iure decreta sm̃ opinionẽ probabilẽ:ergo licitũ est esse actorẽ,vel aduocatũ in causa dubia pertinẽte ad 2.gradũ dubij:generatim ergo existimo,aduocatũ in qualibet causa dubia & probabili patrocinari posse,siue reo , siue actori, vt tenet expresse Leonar.2.de iust.c.31.dub.9. Colligitur ex c.si virgo cum similibus.34.q. 2. & ex.l. rem non nouã.§.patroni.C.de iudic , vbi.Lex non causam dubiá,sed desperatam tantũ deferere aduocato præcipit vt ex.l.6.tit.13 p.3. & 1.2.aduocat.ordina. Præterea quia iura ipsa
107 inter dubias opiniones vnã eligere cõcedũt, vt.c.capellanus de ferijs,& docet Neuiza , in Sylua,nup.charta.24.&Nauar. c.siquis autem n.48.de pœnit.d.7.D.T.qu odlib.3.a.10.Anto.3 p.tit.5.c.2.§.9.Iason.l.cũ prælatus ad finem. ff. de re iudi.ergo iure etiá põt aduocatus quãlibet probabilem opinionẽ sequi , maxime cũ bona fide retinere dicatur, qui recte dubitat Gloss.3.c.si diligenti &c fin.de præscript.cum similibus,quæ Felinus cõgerit dicto.c.fin. nu. 9.Nauar.illo c.fin.num.89.Iason.l.3 §. genera. col.3.ff.de aquirenda possessione: idem docet Bald.d.c.si diligenti col. 2. ac proinde etiam aduocatus bona fide retinere dicitur causam, quandiu non constat inustam esse.Nec dicitur tunc aduocatus contra conscientiam facere ; quia vt inquit Bal. c. fin.de consuetud. *dubius non intelligitur facere contra conscientiam*, & ita intelligit Innocentium. c. nouit de iudic.Opinionis Baldi meminit Feli. d. c.final. num.9.citans Antonium,& Panorm.c. breui, de iure iuran.quam eod.c.breui,in fine docet Imola. Bald. in singul. Verbo conscientia, cum Innoc.c.fin.de præscript. & sic causam dubiam non esse contemnendam , sed discutiendam , docent tex. & Doctores. l. illud.ff. de pet. hæred. alias enim partium iura plerunq. euerterentur,& sæpe accidit apud iudices,ius alicuius esse perspicuum , quod apud aduocatos erat ambiguum.Vnde Imola. c.pastoralis col.penul.de causa possess. docet aduocatum conscientiam læsam minime habere etsi spoliato patrocinium adhibeat , & illi possessionum restituat: tametsi eam rem expoliati esse eidem non constet. Idem Bal. in singul. verbo aduocatus . Ob hæc & alia Burgos de Paz in proœmio legum Tauri.nu. 407. & seqq. tenet , aduocatum sequi posse non solum opinionem probabiliorem sed æque probabilem. Addere debuisset etiam minus probabilem,vt docuere Sotus, Bañes, Aragon,& Salon , licet cum limitatione relata,quam Vazquez,Perez,nosq. impugnauimus , cum quibus,primo obserua. quando aduocatus iuxta opinionem minus probabilem patrocinatur,clientem à patrono admonendum esse,iustitiam non tam ei, quam alteri parti arridere. 2. aduocatum nulla falsitate vti debere leges commentitias allegando,aut falso interpretando , sed illis semper debere vti , quæ reuera suffragentur causæ, subticendo, vel soluendo argumenta quæ à parte contraria militant. 3. Cauere debet ne dicat,eam opinionem sibi videri probabiliorem,aut æque probabilem , quia mentietur, & interdum perniciose,& cum damno clientuli,imo si ei interius non assentirtur , mentietur,dicendo veram esse:vt ergo non mentiatur,inclinet intellectum ad assentiendum illi.4. In dubio facti in causis criminalibus non petat absolute sed sub conditione implicita,vel explicita,si delictum sufficienter probatum fuerit,executionem pœnæ ordinari æ:quia nõ est licitum petere à iudice,quod ille iuste facere non potest , in dubio autem facti non potest iuste imponere pœnam ordinariam,& melior est etiam in ordine ad iudicem,conditio possidentis:ergo peccabit aduocatus . Et in hoc sensu benedicunt Sotus Bañes,Salon,& Arag.in dubio nõ posse aduocatum patrocinari contra reũ:sed male id restrinxerunt ad dubiũ minorrs probabilitatis cõtra reum,& ad causas vitæ,honoris,& omnium bonorum fortunæ : quoniá etiá quãdo est opinio probabilior facti contra reum, nõ potest aduocatus petere absolute executionem pœnæ ordinariæ, siue agatur de prædictis bonis,siue de alijs minoribus quibuscũq. in dubio autem iuris,quando iam de facto & crimine constat,& solum est dubitatio,an iure sit decreta hæc vel illa pœna,quibus dignũ certo est crimen,licebit petere absolute executionem pœnæ ordinariæ,etiam iuxta opinionem minus probabilem,item in dubio facti,quando delictum nõ est plene probatum, in quo casu iudex poterit pœnam leuiorem imponere,aduocatus poterit illá petere,etiá si pro reo probabilior opinio facti sit. Ex dictis patet,bene Sayr.docuisse.1.quando causa est æque probabilis,aduocatũ posse pro quolibet parte patrocinari. 2. etiamsi causa rei sit minus probabilis , posse illi patrocinari. 3. in hoc casu admonere debere clientem , causam eius esse minus probabilem, alioqui debere restituere expensas & damna. 4. etiam contra reum posse patrocinari pro causa minus probabili , quia iste est vsus piorum aduocatorum & à confessarijs & Theologis non damnantur vt ait Valent.

Auctor.

Conclusio.

108 *Quædam obseruãd. 1.*

2

3

4

& hoc ait esse verum etiam in causa sanguinis. Sed adhibet Sayr. limitationem, quæ mihi displicet, & alijs aduersatur, scilicet, modo ad uocatus eam sententiam teneat. Hoc enim nihil refert, maxime cum moraliter loquendo eam tenere dicatur, quam probabiliorem putat, & non quam existimat minus probabilem, licet huic impulsu volũtatis assentiri possit, sed non potest pro libito obligari, aut non obligari: ergo hoc nihil refert.

109 Argumenta autem, quæ suadere videntur causam dubiam, ancipitem & ambiguam ab aduocato suscipi defendiq. non posse, omitto quia facile à Soto, Salõ, Bañes, Burgos de Paz supra & alijsq. diluuntur. Alia nonnulla de aduocato dicentur seq. sectio. versus finem. Prædictis vero consonat Azor tom. 1. lib. 2. ca. 17. q. 12. inter alia dicens, certum est aduocatũ posse licite causam tueri, quando dubium est ius aduersarij, modo falsa testimonia, vel iura nõ citet. Sed quæstio est quãdo sunt cõtrariæ opiniones. Sotus, distinguit. *Aut causa est criminalis, qualis est, in qua agitur de vita, honore, fama, libertate, possessione officij, vel beneficij Ecclesiastici, aut est ciuilis & parui momenti, si criminalis sit, debet tutiorem, vel probabiliorem partem defendere, si vero ciuilis & leuis, ad id nullo iure compellitur. Cæterum ex ante à me dictis constat, posse tuto etiam in criminalibus causam cõtra propriã opinionem suscipere, & protegere, dummodo probabilẽ aliorum sententiam sequatur: nam prudenter agit, qui quippiam gerit verissimili & probabili ratione motus. In dubijs, in quies. Tutior pars est tenẽda, Respondeo quando sunt opiniones probabiles qui vnam*

110 *sequitur, dubius non est, quia non dubitat sibi ius esse, probabili aliorum adhærere sententiæ, imo liceret aduocato, amisis causa esset dubia, patrocinium suscipere. Nec obstat quod in dubijs melior sit conditio possidentis, & quod interdum aduersarius possidet. Nam aduocatus sententiam non fert, ac proinde ad uersario de rei possessione nihil detrahit; sed tantum iura, & testimonia profert: Iudex est, qui litigantem à sua possessione deijcit. Primodo respondeo ad id quod obijcitur, neminem indubio esse condemnandũ: id locum habere, tum in iudice cuius est rem huic, vel illi per sententiam addicere, tum in nobis, quãdo dubitamus, ita vt nostri quæstionis parti assentiamus, quod locum non habet quando probabiliter hoc vel illud sentim⁹ vel quãdo solũ ambigim⁹ de iure causæ, nõ autem dubitamus, sit nec ne aliquis patrocinio defendẽdus.* Hæc Azor. Si obijcias, ea pars est iure

111 potior, cuius causa est probabilior: atqui iniquum est agere contra eum, qui maius ius habet: ergo. R. Lessius. Ille, cuius causa est probabilior, videtur quidem iure potior, non tñ semper est reipsa: vnde is, cuius causa est probabilis, non tenetur eam deserere, sed potest afferre, quæ pro sua faciunt, & totam determinationi iudicis relinquere, cui forte aliter videbitur obijcies. 2. cuius causa est minus probabilis, non potest alteri bellum inferre: ergo nec litẽ aduersus eum suscipere. Resp. Lessius neg. consequentiam quia per litem fit inquisitio veritatis, vtri reipsa plus iuris conueniat, & decisio relinquitur iudici, cuius est vtriusq. partis momenta expendere: sed belli illatio est sententiæ executio, & supponit sententiã latam esse, vel debere ferri in fauorem indicentis bellum. Cuius autem ius est minus probabile, non debet sentẽtia pro illo, sed potius contra illũ ferri, ideo nõ debet bellũ mouere.

Sect. 12. An iudex iniudicando, opinionem quãcũq. probabilem sequi possit.

Videam dicunt. 1. iudicẽ supremum ex officio suo debere omnino sententiam ferre iuxta opinionẽ, quæ sibi videtur probabilior; quia hac cõditione iudex cõstituitur vt definiat, quod magis consentaneũ iuri, & rationi visum ipsi fuerit. Vnde non poterit iudicare secundum opinionem, quam alij iudices, vel iuris periti censuerint probabiliorẽ, nisi probabilior ipsi etiam videatur. Videtur sent. Adria. quodlib. 2. a. 3. §. ideo pro responsione lit. A. vbi absolute dicit, *iudicem non posse iudicare contra propriã opinionẽ.* Videt etiã Syl. verb. opin. §. 2. Conra. de contract. q. vlt. 2. Dicunt iudicẽ non supremum posse secũdũ opinionẽ aliorũ iudicare, quando aliorũ opinio magis recepta in praxi est, nec sententia, quã ipse ferret secundũ suã opinionẽ, notari posset, vt minus prudens a superioribus iudicibus, qui eam reuocarẽt, quia tunc sententia eius esset inutilis, & quia non tenetur exercere officium iudicis cum tanto suo dispẽdio: citant pro hoc dicto Tabi. Ross. verbo opinio. 3. Dicũt, de ordine, quẽ sequi debẽt iudices in eligendis opinionibus ad pronunciãdas sententias, legãtur, Ross. & Tabie. locis citatis: omnia autẽ hoc vnico verbo cõprehẽdũtur, nẽpe vt iudex probabiliorẽ opinionem in iudicãdo sequatur, præmisso sufficiẽti examine ꝓbationis circa factũ, iuris etiã, & æquitatis, ꝓ vt oportet secũdũ allegata, & ꝓbata. Ná siquis deficiat in probatione, l. aliquid necessariũ nõ allegauerit, secundum ea tantum iudicandus est, quæ allegauit, & probauit, nec iudex sequi debet suam opinionem quæ meliorem locum haberet, si alia probarentur, & allegarentur; quam quæ allegata, & probata sunt, nec debet alteri litigatori manifestare aliquid allegandũ, aut probandũ, iudex enim non cõstituitur, nisi vt iudicet sm̃ allegata, & prob. nec tenet manifestare aliquid pertinẽs ad probationem iuris aut facti, quod alteri litigãti possit prodesse: quia hoc esset fungi munere aduocati potius, quam iudicis, Hæc Vaz. disp. 64. c. 2. Cui consonat Anto. Perez cert. 10. Scho. dub. 2. c. 16. n. 71. 72. & 73. dicẽs, iudices infe-

112. *Opinio. Quorũdã.*

113

inferiores perse loquēdo non possunt contra propriā opin.iudicare in ciuilib.supremi autē nec perse,nec per accidens. Ita omnes verbo iudex.nam iudex constituitur vt causā ex propria sententia definiat:ergo ad id tenetur nisi per accidens,quia prudenter putat, contrariā opinionē esse probabiliorē,& cōmunioré & magis in praxi,& ꝙ iudicando secundum propriā opin. exponet se periculo honoris,vitæ, aut pecuniæ,quia vt aiūt sūmistæverbo iudex nō cōmittitur iudici,cū tanto discrimine iudicare iuxta propriā opin.supremus autem iudex timere hæc incōmoda nō pōt; ideo si doctus sit,propiā opin.sequi debet:si vero in doctus,vel nō idonē ad examinandum rem,debet sequi cōsilium pluriū & peritiorum & saniorum. Putat autē Perez.Seclusis illis casib⁹ iudices nō posse iudicare iuxta alienam opin. etiam si eam putet cōmunioré & probabiliorē.Quod certe est creditu durissimū & cōtra mētē Reip.quæ poti⁹ vellet eum sequi opiniones,quas cōmuniores & ꝓbabiliores iudicat: quia id Reip.melius est,cum tales opin. cōmuniter sint veræ.Vnde dico. 1. semper licitū est iudici cuicūq. iudicare iuxta opiniones quas merito cōmuniores aut probabiliores censet. Patet ex dictis.Vnde cū sint variæ opiniones de illa q.quā tractat Perez.c.cit.à n.74. Lessi⁹ &alij.2.2.in materia de iudice,an iudex teneatur ferre sentēcia secūdū allegata & probata, iudex qui aliquā illarū opinionum,censuerit probabiliorem aut cōmunioré poterit illā sequi, etiamsi propriæ aduersetur.Imo probabile est,etiamsi eam censeat minus probabilem posse,se illi cōformare,vtexsequētib⁹ cōstabit

Dico.2 in criminalibus si opiniones iuris sint æquè probabiles,declinare debet in fauorē rei & mitioré pœnā exequi,quia iure cautum est,vt indubio faueatur reo,potius quam actori & in pœnis mitior fiat interpretatio, licet iura in hoc casu potius de cōsilio quā de præcepto intelligātur.Indubio autē facti declinare debet in fauoré rei, licet probabilius longe sit crimē commisisse: quia nemo damnandus ad pœnā nisi pro certa causa. Dico.3. inciuilibus sēper iudex inclinare debet saltē de cōsilio in fauorē rei indubio æquali, siue iuris,siue facti,nisi in causis quibusdā fauorabilibus & priuilegiatis,vt in matr. dote, libertate,testamēto &c.insinuatur in.c. fin. d sent. &reiudicata;de quo multa Ioā.Neuiz.in Sylua nup.charta.25.reus autem inciuilibus dicit qui possidet.Itaq.cum partium iura æqualia sunt,etiam in iudicio externo,melior est cōditio possidētis;sed cum sunt inæqualia, potest contra possidentem ferri sententia,si iura illi magis arrideant,& similiter si actor meliores habet probationes facti.si autē qui habet meliores facti ꝓbationes,habet infirmiores probationes iuris, & excessus non sint valde in æquales,poterit iudex,pro quo placuerit,sententiam ferre.Sivero excessus vnius fuerit notabiliter maior,ita vt qui in probationibus facti est fere æqualis alteri,notabiliter ipsū excedat in probationibus iuris,vel econtra,pro eo cuius excessus sit notabiliter maior,iudicādum est.Si vero neuter est reus, quia neuter possidet,sed dubium est,ad quē res,quæ à neutro possidetur,pertineat,& pares sunt probationes iuris & facti,potest iudex,pro quo voluerit,sententiam ferre, vt tenet Sotus.3. iust. q.6.a.5.in fine,seu ad.4.quem sequitur Eman. 1.p.sūmæ verbo acceptio personarū.n.1.Arag. 2.2.q.63.a.4.dub.vlt.in fine.Salō.2.2.q.63.ar.4. cōtro.2.Valen.2.2.disp.5.q.7.pu.4.dub.3. Med. 1.2.q.19.a.6.dub.ante pœnul.Say.li.1.c.11.n.4.& seqq.quia iudex tenetur ferre sen.pro vno illorum & nō est maior ratio de vno quam de alio,ergo pōt,iudicare pro quo voluerit;imo seclusō scādalo nunc pro vno, nunc pro alio. Sed Sot.impugnat Bañes.2.2.q.63.a.4. dicens, oppositum esse probabilius,quia cum opiniones sunt æquæ probabiles, æquale est ius,ac subinde declinare potius in vnā partem, quā in aliam,cū sine causa fiat,acceptio personarum est.Debet ergo iudex(inquit)in hoc casu litigātes cōponere meliori modo quo possit, vel diuidere rem inter ipsos, vel si res fuerit indiuisibilis vt primogenitura,diuidere partē fructuū.Hæc Bañes,cuius sūtia verisimilis& probabilis est.Opinio tñ Soti hac in re est probabilior,vt ex dicendis cōstabit.Dico.4.quod eodem loco & lib.5.q.8.a.3.ait Sot. & Eman. sup.iudicem,nō posse licite sequi infirmioré, & min⁹ probabilem opinionem,ꝙ etiā videt tenere Arag.2.2.q.71.a.3.dub.2.& Lessi⁹.2.iust. c.31.dub.9.in fine,licet satis ꝓbabile sit,cōmuniter reijcit à recēptiorib⁹.2.2.q.63.a.4.vbi expresse illud reijcit idem Arag.& tenet, iudicē iniudicādo etiā min⁹ probabilem opinionem eligere posse.Idem Salō ibi cōtro.2.Sayr.li.1.c 11.n.8.qui duo prose citat Armill. verbo opin. §.2.sed Arm.nō loquitur speciatim de iudice: tantū docet in genere,licitum esse sequi opinionem,quę min⁹ probabilis reputetur,dū tñ homo illi adhæreat:ꝙ etiā docet Angel.verbo opinio.§.2.

De iudice autē specialiter id docet Me.1.2.q.19 a.6.dub.penul.ad vltimū arg.& Valē.illo dub. 3. & alij adducti sect.6.ad.1.in fine, præsertim glossa.c.per venerabilem verbo fauere de electione & electi potestate,quæ ait,*cū causa fuerit ambigua,iudicē,cui parti fauere voluerit,iuste posse.* Ex.l.siquis seruū.§.si inter duos.ff.delega. 2.Vnde & Iason sæpe dubias causas, quæstiones pro amico dicere consueuit,vt.l. post dotem nu.105.ff.solu.matr.& alijs locis,quorum me minit Ioā.Neuiza. in Syl. nuptiali charta.

114 *Author.*

115 *2.Conclusio*

3.Conclusio

1.Conclusio.

116 *4.Conclu.*

117

23. limitat. 10. quamuis hæc testimonia ad alium sensum detorqueat Bur.dePaz. in proemio legum Tauri.n.409. vbi plane videtur tenere iudicem nõ posse pro amico in infirmio rem,& minus probabilẽ opinionẽ declinare: sed tãtum posse pro eo sententiã ferre, quãdo ius magis,aut æqualiter amico fauet;vnde approbat dictum Nauar.c.siquis autẽ de pœnit. d.7.n.130.asserẽtis,peccare iudices,qui opinionum varietate cõfisi, pro amicis pronunciãt, eis in dubio gratificare volentes.Et idẽ Burg. ibi.n.418.ait,vt iudex sententiã pro aliquo ferat,debere habere maiorem certitudinem de iustitia alicuius,quã aduocatum,vt illi patrocinetur.An vero in causa æque dubia possit sententiã ferre remittit ad doctores.c.afferte, de præsumpti.&.c.licet causam de probat. & ad.Anchar.Cõsil.110.col.1.& ad Nauar. dicto. c.siquis autẽ.n.133.& alijs locis plerisq. & idẽ Burg.in dicto proœmio. n.421.ait, sentẽtiam, Soti supra citati asserentis,aduocatũ posse defendere causam infirmiorem;iudicẽ vero nõ posse pro ea sententiã ferre,quantũ ad aduocatum verã non esse,si aduersæ partis opinio tã probabilis sit,vt sibi illã aduocatus persuaserit,sed de aduocato iam superiori sectione docuimus,semper posse infirmiorem causam tueri,modo sit probabilis,&à fortiori æqualẽ.

118. De iudice nunc affirmam9 etiã posse in dubio iuris minus probabilẽ opinionẽ sequi (& à fortiori æque probabilẽ.)pro qua sententia Salõ & alij citant Salmanticenses magistros, Petrũ deSoto,Gallũ,Mãtiũ, Sanctiũ & alios. Consequenter docet Salon,iudicẽ posse condemnare innocentem sibi notũ,si fuerit nocens secũdũ allegata,& probata:quia opinio D.T.quę id licitũ affirmat,probabilis est,imo æque probabilis aut probabilior,quã oposita. Nec obstat,inquit,in dubijs fauendũ esse reo, id enim intelligitur,nisi bonũ eius aduersari videatur bono cõmuni,vt in pñti casu,sic etiã ait propter reuerentiam sacramenti,posse, patrem sequi opinionẽ,quæ ait, nõ esse licitum emere sacramentum baptismi filio extreme indigenti,etiã si alia via obtineri nõ possit: in dubijs enim solũ tenetur fauere paruulo, quãdo eius bonum cum bono cõmuni,& reuerẽtia sacramenti stare potest.Optime etiã docet Salõ, in dubio facti quãdo res ḋ iure est clara, iudices debere pronuntiare sententiã pro eo, qui meliores probationes facti habuerit,quia iura ita disponũt.Si vero sint æquales, debere rem,de qua est cõtrouersia,si sit diuisibilis,inter partes diuidere,quia id dictat ratio naturalis.Idem tenent Sayr.supra,nu. 22. potuissent etiam leges,quæ ita disponunt referre,vt .l.& hoc Tiberius. ff. de hæred. institu. l.sed etsi lege.§.adeo in fine. ff. de peti. hæred.l. Titius ff.adTrebelli.cum similibus vt ait Burg.in dicto proœmio legum Tauri nu.401. Nõ probo autẽ limitationẽ positam a Sayro,Salõ & Valen.supra,vt iudex nõ possit iudicare seccundum opinionem,quã putat minus probabilẽ nisi ipse eam teneat.Hoc enim nihil referre iudico,alioqui ipse prolibito posset sibi imponere,vel auferre obligationẽ,quia prohibito potest assentiri cuicunq. opinioni,quã probabilẽ iudicat,& assensum circa vtramq. simul cohibere.Si autẽ opinio quæ olim erat probabilis iam nõ sit probabilis,quia noua lege vel consuetudine abrogata est, clarũ est,vt dicũt Sayr.n.21.cum Arag.nõ posse iudicẽ illã sequi ommitto quòd Sayr.supra.n.23.non tam limitat quam destruit doctrinã traditam. nu. 8.& male interpretatur Valen.& Salonem, vt velint,iudicem nõ posse in dubio iuris sequi opinionem minus probabilem,nisi per accidens ex opinione falsa aliorum Theologorum: nam illi Theologi de opinionibus iuristarum loquuntur,& ius humanum respicientibus.

In criminalibus autẽ Salon & Sayr.dicunt cum communi,iudicem debere iudicare in fauorem rei,quãdo dubium est æquale,quia ratio naturalis dictat,debiliori parti fauendum esse;& quia omni iure fauẽdum est aggresso, potius quã aggressori; reus autem aggressus, actor vero aggressor est,& quia regula. 11. de regulis iuris in.6.ait,*cum iura partiũ sunt obscura,fauendum est reo & quia*, vt habent aliæ regulæ iuris eod.tit.& li. *quisq.præsumitur innocens, donec probetur contrarium & quia in pari delicto, vel causa potior est conditio possidentis,&in obscuris minimum est sequendum.* 119

Obiectio. Si obijcias iudex tenetur in dubio etiam iuris fauere reo,ergo aduocatus nõ potest contra ipsum orare:quia non potest ab aliquo peti,quod ipse licite præstare nõ potest.R.aduocatum non petere à iudice,vt in dubio reum puniat,sed vt illum puniat tali,vel tali pœna, si secundum allegata, *Solutio.* & probata circa ius & factum ea pœna dignũ illum inueniat,& licite se id posse facere arbitretur,& quamuis ipse aduocatus oret secundum opinionem minus probabilem,nõ mẽtitur,quia cum ait,iustitiam à sui clientis parte stare, intelligit, iuxta probabilem opinionẽ, &probationes iuris,&facti quas ipse adducit. Preterea quãuis secluso scãdalo iudex possit indubio nunc proferre secundum vnã opinionem,nunc secundum aliam vt Sotus docet.3. iust.q.6.a.5.ad.4.quia iura id nõ prohibẽt; tñ aduocatus nec in eadem instantia,nec in diuersis potest iuxta cõtrarias opiniones orare quia prohibetur lege.16.aduocat. ordinat. vt refert Burg.de Paz loco cit.n.410. Vbi censet indecens cum Albe.leg.fin.ff.de postul. & ait illicitum iudicari à glossa.c. disciplina. 45.d. Præpos.& Dom.ibi Ioã.Andr.in specul.tit. de aduocat.§.1.Rosell.Verbo aduocatus.§.14.vbi ait.

ait. *Non video quomodo vtriq.partium contrarie se habentium pure possit seruire,siquidē alterutra pars tantum ius habere potest.* c.inter dilectos de fide instrumētorum. Stando autē in iure cōmuni vera est opinio asserentiū, cum anceps causa fuerit,aduocatum posse nunc vni nunc alteri parti patrocinari,quod probatur in.c. disciplina.45.d.& tenet glossa in.l.fin.ff.de postulādo Specul. tit.de aduocatis.§.1.col.4.Angel. verbo aduocatus.§.17.Syl. q.13. quia in dubio aduocatus quā partē voluerit tueri valet iuxta D.T.Roden. Glossatorem Raymūdi, quos ibidem Syl.citat, & alios citatos à nobis sectione præcedenti. Sed vt ad iudicem reuertamur,non solum in iudice inferiori, vt docet Vaz.disp.64.c.2.verum est, posse sententiam ferre contra propriam opinionem,quam ipse iudicat probabiliorem,sequendo opinionem superiorum iudicū,ne eius sententia ab ipsis postea reuocetur,quasi,imprudens & iniusta. Sed etiam sequendo opinionem communem omnium,vel plurium doct. licet eam reputet minus probabilem,id enim est populo, & litigantibus cōuenientius,& magis placet Regi,& regno, à quibus potestatem iudicandi accepit,& nisi fiat,periculum erit reuocandi eius sententiam,quia superiores iudices,communiores & plurium opiniones sequi solent. Licet autem supremus iudex periculum hoc pati non possit:tñ melius faciet, si relicta propria sententia,sententias cōmuniores,& plurium auctorum sequatur,quamsi propriā etiā si eam reputet probabiliorē. Nec verum est, cum ea conditione munus accepisse, vt pronuntiare debeat secundum opinionem, quæ sibi apparet probabilior,sicut nec iudex inferior cum ea conditione munus iudicandi accipit;sed vterq. liber est ad sequendam quācunq.probabilem opinionem,saltim si cōmuniter probabilior censeatur,secus forte, si talis esset,quæ ab ipso & communiter ab alijs minus probabilis censeretur.

120

Sect.13.Vtrum Rex in bello inferendo quamcumq. opinionem probabilem sequi possit.

121 *Opinio Victorię*

VICTO. relect.de iure belli, quæ est.2.deinsulanis, dub.3.n.25. & sequentibus docet.1.quando iustitia belli dubia,& anceps est, si vnus ex Regibus,& Principibus,qui de regno, aut ciuitate contendunt,est in legitima possessione,non posse ab altero armis ex possessione illa deturbari.Probat autē.1.quia in dubio melior est conditio possidētis.2.quia si ageretur inter priuatas personas de simili iure, numquam expoliaretur in dubio ille,qui possidet 3.quia secundum leges principum vna priuata persona non potest aliam expoliare iusta possessione.4.quia si in dubio liceret vni principum alterum à possessione ex turbare, esset iustum bellum ex vtraq. parte,quod rei publicę tranquillitas, & iustus status non patitur. 2. Dicit,Principem,qui dubitat de iure regni, quod legitime possidet, debere examinare causā,& rationes oppositæ partis audire, vt si possit aliquid certū inuenire, secundū illud iustam sententiā ferat,quia Principes in proprijs causis iudices sunt, quod si rationibus vtriusq. partis examinatis, adhuc res dubia permaneat,princeps qui possidet, non debet seipsum spoliare possessione,cū indubio melior sit conditio possidentis. 3.Dicit si nullus ex Regibus,inter quos est controuersia,sit in possessione regni,& dubia res est,ad quē illorum regnum pertineat, si vnus illorum velit regnum,aut ciuitatem,de qua est controuersia,diuidi vel pro altera parte satisfacere, debet alter consentire in tali diuisione, quod si vellet totum regnum armis occupare, iniuste bellum aggrederetur.

122.

Probat.1.quia ille qui indubio æquali postulat sibi partem æqualem,non videtur rem iniustā postulare;ergo nō potest armis bello puniri.2.alias esset bellum iniustum ex vtraq. parte,3.quia in tali dubio iudex inter priuatas personas deberet diuidere rem, de qua esset controuersia:ergo & inter principes etiam diuidenda esset.Hæc doctrina placet Vaz. disp. 64.c.3.quando dubium inter duos principes tale est,vt pro nulla parte appareat probabilis assensus opinionis; in hoc enim casu meliorem esse cōditionē possidētis ostendemus (inquit) disp. 66.ca.7.si vero neuter possideat iusta videtur pro æquali dubio diuisio. Cæterum præsens difficultas est quādo quisq.princeps contendens de aliquo regno, habet pro se probabilem opinionem, vel probabilio rē quod regnum ad se pertinet,an possit sibi regnum armis,si opus fuerit, occupare Nauar. vero in summa.c.25.n.4.versicu.9.docet Principes Christianos,qui habent interse de aliquo regno,aut statu cōtrouersiā,quæ de iure extingui nō potest,quia neuter habet superiorem, nec armis finiri,quia vtriusq. potētia,& arma adeo creuerūt vt neuter ab altero omnino superari possit,nisi facta per strages copia turcis inuadēdi q; reliquū est Christiani orbis, vel bonā partē eius,debere petere vel accipere cōditiones honestas,quib⁹ pax firma fiat. l. causā suā in arbitros iudices remittere;q;si nolint arbitros iudices eligere & eorū sñtię acquiescere, grauissime peccare ꝓpter detrimēta,quę ob ipsorū discordiā & bellū Christiana respublica patiet. Aliqui vero recētiores putāt,vnūquēq.Principē in hac causa iudicē esse & posse,re examinata, si probabile, saltē ex æquo,aut magis sit regnū ad se pertinere, posse pro se sñam ferre,eāq.armis,si opus fuerit, executioni mandare. Ratio horum est, quia in hacre aliquis debet esse iudex non potest autem alius esse vel assignari: Ergo ipsi

123 *Opinio aliquorum recentiorum.*

Reges de regno aliquo contendentes iudices sunt & quisq. eorum potest sentẽtiã ferre etiã prose iuxta probabiliorẽ, vel saltem probabilem opinionem vt quando iudicat interse & suos subditos. Hanc sententiã male aliqui deducere conantur, ex victoria & Nauarro cũm tamen apertissime sit cõtraria illis. Vaz. autem disp. 64. c. 3. hanc. 3. opin. improbabilem & Christianæ reipublicæ pernicioſam merito putat. Vnde dicit primo, nullus Princeps supremus in controuersia tãtum probabili ex vtraq. parte inter ipsum, & alium principem sibi nõ subditũ potest sententiã ferre, & eam armis, & bello executioni mandare, dicit, in controuersia tantum probabili, nam si ius ad regnum euidens sit pro aliquo principe supremo, & ipse id sciat, bellũ potest inferre alteri, si opus fuerit, vt si ab illo etiã ius eius inuincibiliter ignorãte, impediatur, possessionẽ accipere. Hoc apud omnes certum est quia principes supremi ius habent ad propulsandã bello & vindicandam iniuriam sibi ab alijs similibus inferendam, vel illatam, alioqui nullum illius esset in hac vita remedium ad habendũ vel recuperandum, quod suum est, quando supremi alij principes id impediunt. Quando autem causa litigiosa est & vtrinq. probabilis non posse vnum principẽ in alterum bellũ mouere, etiã si ei videatur ius suum probabilius, probatur, quoniam omnis controuersia vtrinq. opinabilis non potentia & armis, sed iudicio dirimenda est. Barbarorum enim est, ius in armis constituere, & bellum est actus iustitiæ punitiuæ infligentis pœnam, & punitis rebelles: nemo autem censeri debet dignus pœna, & rebellis si propter opinionẽ suã probabilem, qua credit ius aliquod ad regnũ sibi competere, non sinat alium Principem propria sua autoritate regnum illud occupare, propter opinionem, quam & ille habet probabilem de iure, quod etiam ipse putat ad regnum illud se habere, donec vtraq. opinio collatis rationibus, & fundamentis legitime examinetur & pro altera earum sententia feratur: ergo ante tale examen vnus princeps non potest alterum debellare; & alioqui datur bellum iustum ex vtraq. parte, quod est absurdum, vt postea ostendetur.

Reijcitur opinio prædict. à Vaz. & ponũtur ipsius dicta

124 2. Dicit, non posse vnum principẽ ferre sententiam cõtra alterũ, qua præcipiat opinionẽ, quæ illi fauet, armis executioni mãdari, quãdo vterq. princeps est supremus vel vnus non est subditus alteri, esto supremus non sit, quoniam, vt vnus princeps contra alterum sentẽtiam proferret in causa opinabili deberet prius audire quæcunq. alter princeps pro sua opinione & iure allegaret, inaudita enim parte suo tantum arbitrio & diligentia rationes vtriusq. partis examinare, & sentẽtiam ferre, barbarum est. Quis autẽ illorũ deberet rationes suas coram altero allegare? certe cum nõ sit maior ratio pro vno, quã pro altero deberent id mutuo vnus coram altero efficere, & alterius sententiæ parere, & siquilibet contra alterũ sentẽtiam ferret, magna esset cõfusio, & implicantia, quia qui tenetur parere, non posset licite resistere, nec sententiam suã executioni mandare: quare quilibet peccaret nõ parendo, & sententiã suam exequendo. Itẽ si sententia cuiusq. valida est, bellum erit iustũ ex vtraq. parte, quod est absurdũ, nisi in quolibet eorũ sit culpa vera; vel saltẽ ab alio præsumpta, quod hic nõ accideret; nam quilibet videret alterum opinione probabili duci, ac proinde culpa carere. Id vero in alijs casibus accideret, de quibus intelligitur, quod dicũt Victor. relect. cit, nu. 32. Couar. regul. peccatũ p. 2. §. 10. nu. 6. Abul. Iosue. 11. & alij, ob ignorãtiam inuincibilem dari posse bellum iustum ex vtraq. parte, quod si alter princeps, qui bellum gerit, sciat alterũ ignorare inuincibiliter aliquid, debet ipsum certiorẽ efficere, & deinceps, si non permittat regnũ occupari, præsumet in eo culpã, ratione cuius possit ipsum licite debellare. Accidere autẽ potest vt concessa à Deo alicui principi potestate occupãdi regnũ aliquod, permaneat semper in ignorantia inuincibili princeps qui possidet; quia nõ vult credere alteri, nec videt signa sufficiẽ vt ei credat, & Deus nihilominus cõcedat vt occupet regnũ illud vel propter alia peccata talis Regis, vel sine culpa ipsius: quia Deus est dominus omnium, tñ ille præsumit culpã in occupãte regnum, at vero ponere bellũ iustũ ex vtraq. parte, neutro de altero præsumente culpã, sed existimante recte agere, sententiã contra aduersariũ ferẽdo secundũ opinionẽ probabilem, in auditum est, & absurdum: quia non est quisq. altero superior, vt licite contra ipsum sententiã ferat, & exequatur. Explicãdum est ergo cuius iudicio stare debeant principes, qui contrarias habent opiniones circa ius regni, & supponit Vaz. nec imperatorẽ, nec Pontificem habere ius sententiã ferendi, cui principes supremi parere debeant: quia secundum veram & cõmunem opinionem, seu sententiam theologorum neuter habet in alios Principes mere temporalem iurisdictionem, de qua hic disputamus. Hoc supposito 125 ait. 3. Vaz. in hac re esse distinguedum: si enim supremus aliquis princeps habet causam probabilem solum, & litigiosam cum quocumq. alio principe supremo, vel non supremo, aut habet controuersiam verbi causa super Marchionatu subdito alicui regno, aut super regno supremo seu principatu nulli subdito imperio, si controuersia sit super Marchionatu subdito alicui regno, omnes litigatores, etiã si sint

2. dict. Vaz.

3. dict. Vaz.

si sint principes supremi,debent stare iudicio Regis supremi sub cuius regno & imperio Marchionatus ille continetur, nec potest princeps supremus alterius Regni,qui cõtendit de Marchionatu, se eximere à iudicio illius sub cuius regno,& ditione est Marchionatus,de quo est lis & controuersia.Ratio est manifesta,quoniã licet alter princeps supremus non sit alias subditus illi Regi,sub cuius ditione est Marchionatus: tamen quia Marchionatus est subditus tali Regi & legibus illius regni gubernatur, causa, & ius ad illum legibus talis regni iudicari debet, & definiri:autor autem illarum legum, qui illas legitime explicare potest,tantum est Rex illius regni:ergo alter rex stare debet iudicio huius:itaq. non subditus fit subditus ratione territorij,de quo est controuersia; quia iustũ non est,vt sine iudicio,& consensu regis,sub cuius ditione est territorium,alius occupet illud;cum semper territorium ipsum,& princeps quicumq. ratione illius debeat subditus manere tali regi;sicut quondam reges Hispaniæ ratione Comitatus Flãdriæ subditi erãt regibus Galliæ,si vero controuersia sit de supremo alicuo regno,omnes litigatores, siue vterque siue alter tantum sit princeps supremus,debent stare iudicio regni:nomine autẽ regni intelliguntur, qui mortuo principe electione ciuitatum habent ius gubernandi, & in Hispania ita factum est tempore sancti Vincentij Ferrerij in regno Aragoniæ:omnes enim litigatores coacti sunt stare iudicio regni,& ratio est manifesta,quoniam ius illud successionis,quod incontrouersia, & opinione positum est,definiri debet regula aliqua: regula autem nõ potest alia esse, quam leges ipsiusmet regni,de quo est controuersia: nemo autem legum illius legitimus interpres est,nisi regnum ipsum mortuo rege:nec enim ad externos pertinere debet legitima interpretatio:ergo omnes litigatores stare debẽt iudicio ipsius Regni.

126. *4. Dictum Vazq.*

Quarto dicit, quoties alter litigator in simili causa secundum rectam rationem suspectos habet iudices ordinarios,potest in arbitros iudices, qui omni careant suspitione, causæ suæ definitionem reuocare, & alter litigator huic iustæ petitioni debet acquiescere. Nam idem ius,quod habet quæcumq. priuata persona,nempe recusandi iudicium iudicis ordinarij sibi assignati, & postulandi alium iudicem,etiam habet quicumq. princeps contendens de regno, aut principatu aliquo.Quòd si alter litigator huic petitioni nõ acquiesceret, manifestam irrogaret iniuriã, quam alter posset armis vindicare.

127. *5. Dictum Vazq.*

Quinto dicit,tunc censendum est ius vni⁹ Regis cõtra alium litigiosum,& dignũ quod iudicio,& non armis dirimatur, quando iudicio iuris prudentium vtrinq. sunt probabiles rationes,quæ si essent inter priuatos principes censeretur causa ita litigiosa, & difficilis, vt nullus litigatorum contra iustitiam manifeste litigare censeretur, si peteret contra alium id,de quo est controuersia,& in hoc casu dictum est debere principes non armis,sed iudicio,& sententia,nõ propria, sed alterius, vt explicatum est, causam dirimere. Nam cũ manifestum est ius alicuius Regis,nõ est cur expectet iudicium,& sententiam alienam.

Hæc. 4. opinio Vazq. valde probabilis, & verisimilis mihi est: sed opinio asserentium, quando re examinata dubium omnino manet, ad quem regum contendentium, & in possessione non existentium Regnum pertineat, ipsum manere liberum ab vtriusq. regis dominio,& posse inter illos, vel etiam alios eligere regem, aut modo exemptæ reip. se ipsum gubernare. Opinio Victo.est, etiãq. valde probabilis,licet intelligatur, vt reuera intelligitur de dubio late sumpto quale in opinione etiam inuenitur; in quocumq. enim dubio melior est conditio legitime possidentis, si superiorem non habet à quo iudicetur, & ita nec ipse tenetur regnũ, quod legitime possidet,restituere alteri, etiamsi probabilius sit ad alterum pertinere, nec alter potest illũ propria,vel regni sententia à possessione legitima illius regni deturbare. Secus quando res agitur inter personas,vel respublicas superiorem habentes:tales enim etiam si legitime possideant, possunt à possessione deturbari iudicio probabili, vel saltem probiliori ipsius superioris: sicut autem priuatæ personæ, si nolint à superiore causam definiri,tenentur pro ratione dubij, etiam late sumpti, rem interse diuidere, quam nullus eorum legitime possidet;ita videtur dicendum de principibus superiorem non agnoscentibus, & contra eum, qui recusauerit talem diuisionẽ, possunt licite arma moueri, cui sententiæ cõcordat.Moli.tom.1.de iust.tract.2. disp. 103. §. quando inter duas. Vbi ait: *Quando inter duas respu. principes ve controuersia oritur circa aliquã rem antequam ad arma veniatur,pacifice princeps vnus proponere debet alteri rationes ac ius totũ,quod circa eam habet,vicissimq; audire tenetur rationes, & ius totum alterius,sicq. vltro citroq. datis rationibus,& responsionibus res sine tegnis, fraudibus, ac subdolis dilationibus examinari debet,quousq; verisimile sit nihil plus lucis ex eo examine consiliusq; peritorum ea de re posse haberi:fieri autẽ id poterit, vel legationibus vtriusq; missis, vel conuentu aliquo celebrato inconfinijs regnorum,missis vtrinq; viris doctis,& peritis,vt factum fuisse fertur,quando controuersia fuit circa insulas Malucas inter Carolum V, & Ioannem III. Regem Lusitaniæ vel quouis alio*

128. *Auctor.*

129. *Molina.*

modo

modo, qui principibus placuerit. Re ita examinata si res vtrinq; ita maneat dubia, vt nullo modo constet, ad quem pertineat, tunc si alter eorum erat bonæ fidei possessor, illi omnino est relinquẽda, quousq; aliud constet, nec potest quicquam ab eo exigi, nisi forte ille velit cum alio transigere vt remittat in futurum, ius totum, quod circa eam rem poterit obtẽdere. Nec itẽ potest vllum bellum aduersus eum moueri. Quod si neuter erat bonæ fidei possessor, res est diuidenda inter vtrumq; pro dubij quantitate, vt dictum est, isq; qui renuerit, erit iniustus, poteritq; iustum bellum aduersus eum moueri: si vero constet, ad quem pertineat, illi est relinquenda. Si vtraq; pars certo sibi persuadeat ad se pertinere, vna sane decipitur. sed si inuincibiliter erret, erit bellum iustum formaliter ex vtraq; parte, ex vna autem erit etiam materialiter, tunc vero consilium esset optimum, vt litem transactione componerẽt, vel vt iudices arbitros eligerent, quorum iudicio starent, licet ad neutrum teneantur, præsertim quando grauissima alia mala præter ordinaria belli inde non timerentur. & quando neutra pars sibi persuaderet alteram procedere bona fide, seq. non minus posse decipi, quam alteram, quæ enim pars vtrumq; eorum sibi persuaderet, teneretur, vel transactionem facere cum altera, maiorq; pars esset relinquenda ei, qui bona fide cœpisset rem possidere, vel consentire, vt iudices arbitri eligerentur, qui rem definirent: quia cum in eo euentu æqua esset conditio vtriusq; partis, ex belloque grauissima mala oriantur, tenerentur partes litem altero illorum modorum componere à belloq; abstinere, quando vero vtraq; pars certo sibi persuaderet, rem ad se pertinere, alteramq; partem, non sine culpa non velle à lite desistere, saltem quia non vel quantum oporteret, vel non sine possessione vult rem expendere, certe neutra teneretur, vel transactionem, vel iudices, arbitros admittere nec cedere iure suo, sed semper timendum est, ne saltem pars altera sit in culpa, quod non quantum oportet, aut non sine possessione velit rem examinare. Quamuis autem, quãdo lis est inter Principes Christianos, & iudicaretur bono ecclesiæ, finiq; supernaturali expedire, omnino posset summus Pon. se intromittere, causamq; ad se auocare eamq; sententia definire, & cẽsuris atq; aliys vijs rebellem cõpescere: ordinarie tamen expedientius est, ne id faciat; quoniam id occasio esse posset grauissimorum malorum, dum quidam narretur, facile in odium Sũmi Pont. excandesceret, arbitrareturq; passione ductũ, aut re non bene perspecta sententiã tulisse, indeq; posset occasionem sumere negandi ei obedientiã in ea re, & aliys: tamq. perspectũ obtenderet esse ius suũ, vt diceret, se etiã aduersus Sũmũ Pont. posse bellũ mouere, atq; hac de causa raro, aut nunquam solet se intromittere in litibus christianorum Principum, vtendo plenitudine hac suæ potestatis, sed solũ tanquã pater solet eos monere, vt seipsos componant, & à bello abstineant.

Quando autem mortuo Rege varij subditi illius reipub. contendunt regnũ ad se pertinere, resp., ipsa, quæ in eo euẽtu est omnib. partib. superior iudicare debet ad quem regnum pertineat, non secus atq; tempore schismatis ad ecclesiam tanquam ad superiorem omnibus suis membris pertinet iudicare quis sit legitimus Pontif.

Quando mortuo Rege Princeps alterius reip. cõtenderet regnũ ad se pertinere, vt cũ Philipus II. Hispaniæ Rex mortuo Henrico cõtendebat, regnũ Lusitaniæ ad se pertinere, non tenetur talis princeps alienæ reip. sententiam expectare, sed ita tractãda res esset, ac si varij reges, vel resp. de regno aliquo contenderẽt: quia Princeps ille non esset subiectus illi reip. aut pars illius. Hæc fere eisdẽ verbis Moli. cuius, & Vazq. opin. fere æqualẽ probabilitatẽ habere vidẽtur. Quod vero dicunt, Bannes. 2.2.q.40. a.1. dub.4. & Eman. in sum. c.124.n.3. concl.2. si re diligẽter examinata maior sit verisimilitudo, quod regnũ pertineat ad eũ, qui possidet, quã ad eũ, qui non possidet; non tñ certo cõstet; sed semper maneat dubiũ; eũ qui possidet, teneri cõuenire, aut rẽ diuidere cũ eo, qui nõ possidet, pro quãtitate dubij; ita vt maiorem partẽ illi tradat, & minorẽ sibi retineat, quod si opere non præstet, posse alterũ aduersus eũ mouere bellũ, tanquam aduersus iniustũ detentorẽ, merito reijcit Molin. quia in dubijs melior est cõditio possidentis. c. in dubijs de reg. iur. in. 6. ideo totũ retineri potest à legitimo possessore: nec esset æquus iudex, qui in eo euentu iuberet rẽ diuidi, neq. vnquã auditũ est, vt iudex, qui arbitrer nõ sit, præceperit, vt is, qui bona fide rẽ aliquã cæpit possidere, eã pro quantitate dubij diuideret cũ aduersario. Vide Moli. disput. illa. 103. §. mihi vero, & seqq. *Illud vero inquit, ego libenter non darẽ quod quidã libenter dant, qñ is, qui possidet, propenderet, rẽ magis pertinere ad aduersariũ, contrauero aduersarius affirmaret, rẽ semotò omni dubio, ad se pertinere, teneri eã pro quantitate dubij diuidere cum illo, nisi conuenirent, vt starent iudicibus arbitris.* 130. *Bannes. Emanuel.*

Nec ratio discriminis quam assignant satisfacit: nã cum in hoc casu res etiã sit dubia & incerta, melior est possidẽtis cõditio: si autem alter moueat bellũ, dabitur ex ignorantia bellũ iustum ex parte illius: ex parte vero possidentis erit simpliciter iustũ, vide Abul. Iosue. 11. Couar. reg. peccatum p.2.§.10. n. 6. & Victo. supr. n.32. 131.

Ex dictis patet falsum esse, quod insinuat Pet. Nauar. 2. de restit. c.3.n.205. principẽ posse bellũ gerere, etiã aduersus possidẽtẽ bona fide, quando probabiliter opinatur, vel dubitat circa iustitiam belli. Nam in eo dubio, vel opinione, nec aduersus non possidentem bona fide militare potest. Quod verũ est, etiã si opinionem suam de iustitia belli iudicet longe probabiliorẽ, vt bene docet Ant. Perez cert. 10. Schol. n.105. & seqq. sed male putat, esse cõtra Victor. & alios plurimos. Vbi etiã docet, quando duo contendunt de regno, in cuius possessione 132. *Corolariũ.*

possessione neuter est, sententiã esse ferendã à Rege, qui actualiter possidet tale regnum, vel si nullus possidet, ab ipsa Resp. vel à iudice arbitro à contendentibus si velint constituto: & eum pro quo sentẽtia lata fuerit, posse bellum mouere aduersus alterum contradicentem; quia ex sententia pro se lata longe probabilius est, regnum ad se pertinere, quam ad alium; licet id non sit euidens, quia vna aut altera sententia non facit euidẽtiam, alioqui contra. 1. & 2. sentẽtiam licite appellationes non fierent; post tres tamen sententias res esset euidens euidentia legali: & ante vltimam is, pro quo iudicatum est, posset regnum inuadere, & contra principem cõdemnatum, si resisteret, bellum mouere, & licet secundum aliquos condemnatus non posset ei resistere, seu contra ipsum pugnare, tamen Perez ait, id ei licere, si prudenter putet, iudices fuisse sui iuris ignaros, vel vehementi aliqua contra ipsum passione ductos, sententiam tulisse, vel ita suspectos, vt merito illorum sententiam, atq. iudicium possit per appellationem, aut inhibitionem declinare. Sed crediderim si sententia expectanda sit, non posse illum, pro quo iudicatum est, regnum inuadere ante vltimam sententiam, & si illud inuadat, posse damnatum mouere arma aduersus illum, quia iniuste ille regnum inuadit, esto habeat pro se vnam aut alteram sententiã, & esto probabilius esset, regnũ ad ipsum pertinere. Sicut iniuste faceret homo priuatus si ante vltimam sententiam bona, quæ à nullo possidentur, & ipsi adiudicantur, surriperet, quidquid dicat idem author. Ait etiam, vt bellum sit iustum aduersus non possidentem, non requiri iustitiam euidentem, sed satis esse iustitiam longe probabiliorem; vt autem sit bonum, satis esse, quod sit bonũ iuxta probabilem opinionem. Quæ duo dicta, & falsa sunt, quia requiritur certitudo, vel vltima sententia iudicis legitimi: & non cohærent, quia si adiustitiã belli requiritur longe maior probabilitas; ergo & ad bonitatem eius moralẽ; quæ sine iustitia esse nequit.

Sectio.14. An existente varietate opinionum inter inter medicos circa medicamenta possit medicus in praxi quacumq; earum sequi.

133. NON est. Q. an quãdo inter Theologos, vel iurisp. sunt opiniones liceat applicare talem medicinã, quia vt notat Anton. Perez, & Sayr. infra, ex dictis patet, tunc licere sequi opinionem, quæ suum actum iustificat: sed solum est Q. quando inter medicos sunt contrariæ opiniones. Hoc attigi sect. 6. §. patet exemplis, & in resp. ad. 4. arg. sed hoc loco diligentius examinandum est. Ange. verbo Medicus, n. 2. Sylu. q. 4. p. 1. Innoc. c. tua nos de homicidio Nauarr. c. 25. n. 60. & c. si quis autem de pœnit. d. 7. n. 58. 74. & 75. Anton. Perez certam. 10. Schol. n. 85. & sequentibus. Tabie. Medicus. n. 3. Pisanel. eodem, verb. in princ. Salon. 2. 2. q. 63. a. 4. controu. 2. con. 4. (si iuxta probabiliorem opin. pharmacum est lethale) docent, medicum peccare si applicet medicamẽta, de quibus dubitat, vtrum sint profutura, aut nocitura, eo quod in dubijs tutior pars tenenda sit: tutior autem pars videtur, Deo relinquere ægrotum in periculo naturali constitutum, quam ipsum exponere nouo periculo medicamenti. Addit Nauarr. illo. n. 58. medicum peccare, qui tribuit vinũ ægroto, existimans illud magis nociturum, quam profuturum, quia eligit in dubio partem minus tutam: tutius enim esset relinquere illum tunc in naturali periculo. Concordat etiam Cordub. lib. 3 q. 5. post 2. conclus. vbi ait, peccare medicum, qui applicat ægroto incerta, & dubia medicamenta, vt vim eorum experiatur, vbi nulla ratio suppetit, qua credat medicamenta illa prodesse posse.

Vazq. disp. 64. c. 4. hanc sentẽtiam hoc mo- 134.
do intellectam probat, nempe, in dubio stric- *Vazq.*
te sumpto de effectu medicamenti non licere illo vti: quia in dubijs tutior pars eligenda, & tutius est relinquere hominem sine medicamento, quam ipsi aliquod, de quo dubitatur, an nocere possit, applicare: cæterũ si probabili opinione sua, vel aliorum medicorum quis credat medicamentum potius profuturum, quam nociturum, nec aliud magis certũ suppetat remedium, poterit illud adhibere, etiamsi in re possit esse aliquod periculum: nam cum aliud non suppetit medicamẽtum, & hoc secundum regulas artis, & secundum aliquam probabilem opinionem creditur potius profuturum, quam nociturum, videtur satisfieri præcepto charitatis, & iustitiæ, si medicus tali vtatur medicamento: vt enim recte docet Cordub. q. illa. 5. post primã conclusionem, in eo casu audacter interficiendũ est, vt ait Galenus ne ægrotus incuria medicorum moriatur, cum enim sciri euidenter nequit virtus medicamenti, satis prudenter se gerit medicus, qui sciens ægrotum moriturum, si nullum ei adhibeatur medicamẽtum, adhibeat ei, quod probabiliter iudicat profuturum: quamuis iudicet, forte nociturum: si vero sit aliud remedium certum, illud debet adhibere; quia quando est periculum, certa incertis præferenda sunt. Hæc Vazq. cui consonat Ant. Perez supra dicens, *vbi nullæ sunt rationes probabiles, quod medicina proderit, tenetur medicus non applicare illam si opinio est, quod oberit, aut dubium, etiam si salus ægroti desperata iam sit:*

sit:non enim est licitum ob solam experientiam capiendam de vi medicinæ,ægroti periculum augere, et afflicto afflictionem addere.Si autem essent probabiles rationes de vtilitate medicinæ, & non suppeterēt alia remedia certa posset incertum illud,& periculosum adhiberi:quia deteriuss tunc esset nullam medicinam applicare. Hæc mihi placent. Quibus etiam consonat Sayr. lib. 1.ca.10. vbi in summa,ait.1.Theologi consilium debent dare medicis de medicamentis eligendis:nam medici,& aduocati impune occidũt.Sic enim Philemon apud Stob. tit. de Medicis, ait. *Id soli Medico & aduocato licet,occidere sine suo periculo,* & Plin.lib.29.cap.1. de Medicis ait: *Nulla lex quæ puniat in scitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ: discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt,Medicoq; tantum occidisse, impunitas summa est.*Secundo ait, vbi nulla est probabilitas, quod medicina proderit nō est applicanda ægroto etiá si eius vita desperata sit: nec si probabile sit profuturũ,si alia sint certa medicamenta, de quibus non sit dubium, sicut de hoc,an nocebunt:sed si omnia sunt dubia,poterit hoc applicari. Quamuis autem p rationes aliunde sumptas medicamētum iudicetur salutiferum, si tamen longa experientia nocere ostendit, non est applicandum.

135. Vnde dico. 1. si certum est ægrotum nullo
1.cõc, Auc. adhibito medicamento esse moriturum,licitum erit, si nullum certius medicamentum suppetat,applicare ipsi medicamētum, quod probabile sit esse profuturum, licet æque probabile,aut probabilius sit,esse nosciturum, & mortem citius allaturum: hanc conclusionē docent clare Vazq. Cordub. Perez,& alij, & mihi est euidens:quia maius periculũ vitandum est:in eo autem euētu maius periculum esset relinquere ægrotum sine illo medicamento:nam sine illo infallibiliter morietur
2. Concluſ. paulo post;cum illo autem fortassis viuet, licet fortasse etiam morietur citius. Dico. 2. si aliud remedium certum est,non licebit eo relicto applicare dubium, vel probabile, nam in periculo certa dubijs præferenda sunt.nec tunc est causa sufficiens relinquendi ægrotũ in periculo.Idem est quando est dubium an medicamentũ proderit,& dubiũ quoq. est an
3. Concluſ. nocebit.Nulla enim subest ratio exponēdi se periculo nocendi.Dico.3. qñ æquale aut fere æquale est periculũ mortis, siue adhibeatur; siue non adhibeatur medicamentum aliquod,peccatum est illud adhibere: quia non adhibendo illud si moritur infirmus, mors est ab alijs causis:adhibendo autem illud forte interficietur ab ipso medico:potius autem permitti debet actiua interfectio aliena, quã ppria, si cætera sint paria,vel fere paria.Hoc sibi videntur velle Angel.Sylvest. & Nauar.
4. Concluſ. Innocen. & alij citati. Dico. 4. si longe probabilius est,infirmum,adhibito medicamento,euasurum,quam non adhibito, moriturũ, licitum erit, medicamentum adhibere: quia ob longe maius periculum vitandum,licitũ est exponere se alicui periculo cooperādi ad mortem infimi, ita sentire videntur Angel. Sylvest.Nauar.Innoc.Perez, & Vazq. supra.

Iuxta hæc debet iudicari de ijs, quæ di- 136.
cit Azor lib.2. c.57. q.11. vbi ait. Manifestum *Azor.*
est,iure non posse medicum remedium ægroto adhibere,quando dubitat, an sit profuturum,vel nosciturum,quia in dubijs tutior, & certior pars est eligēda. Quæres(inquit)quid agendum,si de remedio dubitatur an sit salutare,& aliunde certo constet,ægrotum moriturum, si nullum ei adhibeatur remediũ? Rt. si tunc forte ægrotus moriatur, in medicum culpa conijci iure non potest: quia non ipse, sed morbus ægroto vitam eripit.: at si Medicus ægroto medicinam præberet,de qua ipse dubitaret,sit ne ei salutaris,exponeret periculo vitam ægroti.Deinde perspicuum est,quãdo sunt opiniones probabiles inter se contrariæ,estq. aliud remedium certum, tunc nefas esse medico certo remedio post habito, secũdum opiniones mederi.Est enim regula iuris: *Certum est tenendum,& incertum est postbabendũ:* Pro certo etiam habendum est, medicũ peccare,si remedijs nihil probabilitatis habentibus vtatur,solum vt experiatur, an ea sint salutaria,aut noxia:huiusmodi enim experimēta solent esse cum graui ægrotantium periculo coniuncta. Tota igitur controuersia in eo est,quando sunt contrariæ opiniones, an liceat medico contra propriam opinionem ex probabili aliorum sententia medicinã ægroto porrigere, ad quam respondeo (inquit) si aliorum opinio sit communis, vel tutior, vel probabilior, ius esse medico id facere:quia tunc imprudenter non agit,nec vlla iniuria, vel damno ægrotum afficit. Item si aliorum opinio sit probabilis quidem, sed nec tutior, nec probabilior,nec communis,etiam medico integrum est,eam opinionem incurando sequi:quia quod ex probabili ratione,& causa fit,imprudētia,& temeritate vacat, & proinde medicus nullam in ea re temeritatem admittit. Hæc Azor iuxta supradicta falsum est,quod ait Sotus.3. iust.quæst.6.artic.5. ad.4. medicum semper sequi debere opinionem probabiliorem.

Sect.15.Quibus notis opinio probabilis ab improbabili,& magis à minus probabili discernatur.

DE hac re tractant Henr.quodlib. 137.
4.q.33.Adri. quodlib.2.Tab.Ros. & Arim. & alij Summistæ verbo opini. Nauar.c.27.n.285. & seqq. Sanchez lib.3. de matrim.disp.44.n.2. tom.1.

Contra.

Conra. de contract. q. vltima, Antonin. 1. p. tit.3.c.10.§.10.Cordub.lib.1.q.13. & 17. & latius lib.2.q.3.& lib.4.q.1.prop.6. signo.3.Anto.Perez,certam.10.Schol.dub.2. à cap.6. vsq. ad.9. Vazq. disp.62.c.4.sed latissime Azor,to.1.lib. 2. cap.9. & seqq. quem videre sufficiet, quia res est facilis, & bene ab ipso explicatur.

An vero opinio vnius auctoris pro matrimonio præferenda sit opinioni multorum illud impugnantium,vide Sanchez,tom.1. de matrim.lib.1.q.18.n.7.

Sectio. 16. Vtrum liceat agere cum conscientia dubia.

138. EX superioribus non erit admodum difficile præsentem quæstionem, quamuis multas difficultates inuoluat,definire, quæ præcedentibus nõ modicam lucem afferet. Supponendum autem est, dubium capi dupliciter.1 proprie,& stricte;& sic est quædam ambiguitas,seu suspensio animi,aut mentis nulli parti præbentis assensum,nec dissensum, vt docent Sylu.verbo dubium. §.1. & verbo Medicus q.4. Nauarr.c.27.n.277.279.280. 287. ca. siquis autem.2.de pœnit.dist.7. n.9.10.11.12. 13. & 48. & consil.8. de pœnit. & remissio. lib. 5. Adrian.quodlib.2.a.7.& in materia de restitutione post medium.§.dicendum ergo,& §. sequenti,Anton.1.p.tit.3.c.10.§.10. Suar.3.p.to.4. disp.26.sect.6.Azor lib.2.c.18.q.1. Med.q.19.ar. 6.dub.6.Sayr.lib.1.cap.5.& 13.& alij.Quod dubium aliquando est cum suspensione assensus, & dissensus circa veritatem propositionis aliquando vero etiam circa probabilitatem:qui nec dicitur astra. v. g. esse paria, nec esse imparia, nec has propositiones esse veras,nec falsas, probabiles, nec improbabiles, & in hoc.2.euentu dubiũ est strictissime dictum.Quia in eo nullus est assensus de veritate,nec de probabilitate talium propositionũ.

Obserua.

139. Hoc dubium proprie seu stricte sumptum potest contingere, vel propter negationem medij respectu vtriusq. partis, vt cum homo dubitat,an astra sint paria, vel propter rationes vtrinq. probabiles,seu apparentes, quæ si æquales,aut fere æquales sint, merito homo suspendit assensum:si vero hinc leues, inde vrgentes sint,immerito. Porro suspensio hæc assensus aliquando habet coniunctum assensum formidolosum de fallibilitate propositionis,aut assensus,vt cum homo iudicat, talem propositionem forte esse falsam, quod iudicium potest esse erroneum:quomodo dixit Aug.in Enchirid.c.17. *Falli eum, qui iudicat incerta ea,quæ certa sunt*, & c.1. de hæreti.dicit, *dubiũ in fide infidelem esse*, videlicet cum dubitat,non sine plena aduertentia, & deliberatione ac pertinacia.Aliquando vero hæc suspensio non habet cõiunctum tale iudicium, & tunc proprie dubium non est,alioqui proprie esset dubi⁹ in fide,qui nec assensum, nec dissensum habet circa propositiones fidei sibi occurrentes;quamuis non dicat, fortasse falsas esse. Est ergo dubium proprie quando talis suspensio est coniuncta assensui prædicto, & tunc tam suspensio quam assensus formidinis ipsi adiunctus,dubium dici potest.

Quid proprie sit dubium.

Dubium improprie, seu late dictum est, quando quis propter rationes probabiles,vel apparentes iudicat, aliquid esse verum,vel saltem iudicat,esse apparens, seu probabile, aut etiam probabilius:ita tamen,vt iudicet forte oppositum esse verum: hoc pacto cum opinione, & fide humana potest stare dubium etiam plene deliberatum,cum fide autem diuina non plene deliberatum, de hoc posteriori dubio scilicet,habente assensum de veritate,vel saltem probabilitate rei,egimus sectio.5. & 6. nunc de priori dubio agemus:quãuis etiam de posteriori dicemus aliqua; quæ ad præcedentium sectionum illustrationem maxime conducent. 140

Quid sit dubiũ late.

Vtrumq. dubium,scilicet,siue proprie, siue improprie dictum potest esse aut iuris,aut facti:iuris est cum homo dubitat an actio,vel omissio aliqua sit turpis, vel honesta; licita vel illicita;concessa,vel prohibita:facti vero cum dubitat homo de alijs, vt an hæc sit propria vxor, vel aliena; an hic sit filius legitimus:an sit consanguineus;vel affinis,& c.Dubium iuris à multis appellatur practicum,facti autẽ speculatiuum. Dubium iuris seu practicum,quoddam est complete practicum seu practice practicum, vt non nulli loquuntur; aliud vero incomplete,seu speculatiue practicum.Primi generis dubium est cum homo non solum dubitat directe de bonitate obiectiua,quam actus habet in re; sed etiam reflexe,& indirecte de bonitate formali, quæ potest competere actui interno, vel externo, supposita varietate opinionum, vel rationũ, quæ se offerunt circa bonitatem obiectiuam actus,vt cum quis dubitat, an in praxi sequi liceat hanc,vel illam opinionem.Dubij vero secundi generis exemplum est, quãdo homo solum dubitat de ipsa bonitate obiectiua actus,scilicet,an ipse actus reuera sit in se prohibitus. Vel turpis, vel dissentaneus legi, & rectæ rationi, nec ne.De hac diuisione dubij vide Med.q.19. a.6.Valen.disp.2. q.14. pun.4. Vazq. disp.62.c.3.& disp. 65.c.1. & alibi,Cord. lib.3.q.5.Moli.to.2.de iust.tract.2.disp.113. Caiet.tom. 1. opus. 31. decem,& septem respons. Azor c.illo.18.q.2.Sayr.supr.Est tamen de modo loquendi aliqua controuersia:nam dubiũ speculatiuum,& incõplete practicum multi 141.

Dubiũ aliud iuris, aliud facti.

vocant,

dubium de re in genere, in communi, & vniuersali, quod dicunt posse dari cum certitudine, vel assensu determinato rei in particulari, quem modum loquendi reijciunt Cordub. lib. 3. q. 1. Vazq. Anton. Perez, & alij: defendit autem Sayrus lib. 1. c. 13. n. 2. tribuens illum Caiet. Nauar. Soto, Ioan. Medin. Couar. Saloni, Valen. Henriq. & Rodrig. & sano modo intellectus sustineri potest præsertim in dubio incomplete practico, cum enim inter Doctores sunt opiniones, an aliquis contractus sit licitus secundum se, & attenta rei natura atque ex principijs intrinsecis, & homo est suspensus ob hanc opinionum varietatē, & neutri adhæret, potest dici dubitare in cōmuni, idest non attenta particulari circunstantia, quæ est, Doctores dicere, cum sunt variæ opiniones, posse hominem sequi quam voluerit, quod cum credit, dicitur non dubitare in particulari, quia iam iudicat sibi esse licitum operari.

142. *1. Conclus.* His suppositis dico. 1. aliquando licitum est operari contra dubium stricte sumptum speculatiuum, seu facti. In hac cōclus. conueniunt Caiet. Nauar. Cord. Molin. Antoninus, Adrian. Vazq. & alij locis citatis Sayr. sup. n. 2. Rodrig. 1. p. summæ, verb. conscientia. c. 71. con. 3. Ioann. Medin. Cod. de restitutione q. 17. Couar. de sponsal. lib. p. 2. c. 7. §. 2. n. 1. & reliqui Doct. Patet. 1. nā siquis dubitat an res quā bona fide hactenus possidebat, sit sua, vel aliena, licite eam retinere potest, quia in dubijs melior est conditio possidentis. c. in dubijs de regul. iur. in 6. simile quid habetur. c. ex litteris deprobat. vbi tamen excipitur causa libertatis: nam in dubio de qualitate testium sententia profertur in fauorem libertatis, & non domini; licet existat in possessione serui. 2. Patet ex August. 22. contra faustum. c. 75. & habetur. c. quid culpatur. 23. q. 1. vbi Aug. ait, militi licere militare ad imperium Principis, licet dubitet an bellum, quod princeps gerit, iustum sit, de quo bene Molin. loco citato, Victor. relect. de iure belli dubio. 3. propositione, 5. n. 31. & glos. dicto c. quid culpatur refert alia iura, & in c. quid ergo. 11. q. 3. ait, militem recte facere, quod male præcipitur ab imperatore gerente iniustum bellum, scilicet quando militi non constat de iniustitia belli; sed causa belli anceps, & dubia est. 3. Prob. ex c. dominus de secundis nuptijs. c. inquisitioni de sent. excomm. vbi mulier dubitans an matrimonium sit validum, imo discrete, & probabiliter existimans esse nullum, potest imo, & tenetur reddere debitum, &. c. laudabilem de frigi. & malefi. triennij tempus conceditur, vt qui dubitat de validitate matrimonij propter impedimentū frigiditatis possit experimento, & vsu matrimonialis copulæ cognoscere an reuere ita sit. 4. Quia regula actionis humanæ non est cognitio speculatiua, sed practica. Ergo si cognitio practica iustificat actū, tametsi dubitatio de facto, aut cognitio speculatiua præbeat aliquod fundamentum apparens ad eius damnationem, recte operatur voluntas, & hac ratione diximus in superioribus, licitum esse agere contra propriam opinionem speculatiuam: ergo à fortiori erit licitum agere contra dubium stricte sumptum speculatiuum. Confir. Medi. q. 19. ar. 6. quia iudex tenetur cōtra propriam sententiam cōdemnare innocentem, probatum nocentem, iuxta D. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 2. & alios: ergo à fortiori erit licitum agere contra dubium speculatiuum, nimirum, iudicādo practice, & reflexe in dubio tali, vel tali speculatiuo, licitum esse operari. In quo euentu, sensu quidem vero, licet improprio, dicūt aliqui hominem dubitare in generali; iudicare tñ in particulari, aliquid esse agendum. Caiet. q. 19. a. 5. Nauar. de pœniten. dist. 7. c. siquis autem. n. 62. Azor tom. 1. lib. 2. c. 19. q. 13. quorum loquendi modum reprehendit Cordub. lib. 3. q. 5. & 8. Vazq. disp. 62. c. 5. disp. 65. c. 1.

143. *2. Conclus.* Dico. 2. in dubio practico seu iuris stricte sumpto, scilicet, excludente omnem assensum, quòd licitum sit operari, non licet operari, ita sentit Adrian. quodlib. 2. punct. 1. & in 4. in materia de restitutione post medium. §. dicendum ergo, & sequenti Henriq. quodlib. 4. q. 33. Gutierrez. 1. lib. quæstionum canonic. c. 31. n. 40. Perez cert. 10. Schol. n. 119. & sequentib. dicens esse omnium Theologorum. Sayr. lib. 1. c. 13. n. 3. & 36. & alijs. Nauar. c. siquis autem. 2. de pœnit. dist. 7. nu. 41. 56. & seqq. nu. etiam. 81. & seqq. & in summ. c. 27. num. 284. & 288. & consil. 8. de pœnit. & remissio. nu. 7. & 8. lib. 5. Gerson in regul. moral. & 3. part. summæ lib. 4. de consolatione Theologica prosa. 2. alphab. 56. Syluest. confessor. 3. q. 10. §. 13. & verbo dubium n. 4. q. 2. & verbo opinio q. 1 Azor illo. 18. c. q. 3. Medi. 1. 2. q. 19. ar. 6. dub. 4. Ludoui. Beia Palestrell. p. 2. casu. 3. Angel. verbo dubium. §. 1. & verbo opinio. §. 2. Rosel. verbo dubium in fine Tabien. q. 1. n. 2. Antoni. 1. par. tit. 3. c 10. §. 10. Molin. Couar. & Ioan. Medi. supr. Aragon. 2. 2. q. 63. a. 4. Caiet. tom. 1. op. 31. responsi. 13. dub. 7. Medin. q. 19. art. 6. Valent. disp. 2. q. 14. punct. 4. Vazquez disput. 65. cap. 1. Maior. in 4. quæst. 1. prologi Almai. tractat. 1. moralium. cap. 5. & tract. 3. cap. 3. Cordub. lib. 3. qu. 4. & 5. & alij communiter: quibus fauet D. Tho. quodlib. 8. a. 13. probant. 1. ex Roma. 14. omne quod non est ex fide, peccatum est, id-est, quod non est secundum conscientiam, & iudicium, quo homo iudicet esse licitum, vel honestum. Confir. nam in eodem ca. Origen.

Anselm.

Ansel. Aymon.& alij multi damnãt infirmos in fide,qui credẽtes,cibos aliquos esse prohibitos,vel de hoc dubitantes,adhuc ab illis nõ abstinebant:ergo peccatũ est agere cũ dubio practico stricte sumpto. Vnde Cice.1.offic. bene præcipiũt,qui vetant,quicquã agere,quod dubites,æquum sit,an iniquum. 2. Quia, qui amat periculum peribit in illo.Eccles.3.ideſt, qui temere absq. ratione aliqua certa, vel ꝓbabili id iustificante volũtarie se exponit periculo,peccat.3.quia lex veræ amicitiæ humanæ exigit,vt nõ solum homo abstineat ab ijs quib. certo, vel probabiliter nouit amicũ offendi,sed etiã ab ijs,quibus dubitat an offendatur: ergo similiter lex veræ amicitiæ diuinæ:& sic,qui in tali dubio operatur,peccat,nisi sentiat,aut probabile iudicet, ꝙ non offendetur.4.ille non operatur ex prudentia: ergo non operatur bene moraliter: ergo peccat; quia non datur actus indifferẽs in individuo. Confir.quia ad iustam operationem volũtas debet conformari rationi rectæ: hæc autem non est in dubio suspensionis seu proprie dicto:ergo nec operatio recta. 5.vt actus sit bonus debet tendere in obiectũ cognitũ sub ratione boni honesti aliquomodo:sed ille nullo modo cognoscit obiectũ,vt bonum honestũ;cum dubitet omnino,an sit turpe:ergo nõ bene agit,ac proinde agit male:quia non datur mediũ;& quia bonũ ex integra causa; malum autem ex particulari defectu;& ideo ad actum malũ sufficit dubitare omnino de malitia,ad actũ vero bonũ non sufficit dubitare de bonitate;sed oportet iudicare operationẽ fore licitã,aut saltẽ ꝓbabile esse fore licitam. Hoc enim vltimũ credo sufficere, & in hoc sensu verũ est,quod ait Nauar. dict. c. si quis, num. 84. vt aliquid recte fiat, non opus esse, actu iudicare,id esse licitum, sed satis esse iudicare illud virtute: quia si interrogaretur, an liceat iudicabit, vel iudicare poterit licere, cum iudicet probabile esse, quod licet, & opinioni probabili quilibet possit assensum præstare.Sane quisq. potest contra propriam opinionem etiam probabiliorem operari,sequendo aliam,quam probabilẽ iudicat: ergo & contra dubium suspensionis, qua suspẽditur iudicium de veritate, sed non de probabilitate.

144. *3.Conclusio* Dico.3.vt quis recte operetur non est necessarium,iudiciũ practicum ꝓprie certum, seu quòd homo proprie certo iudicet, hic,& nũc actũ sibi licere,seu honestũ esse; sed sufficit iudicium probabile, vt siquis probabiliter iudicet licere sequi opinionẽ probabilẽ, & talem, vel talẽ opinionẽ esse probabilem, non male,sed bene operabit, illã sequẽdo in celebratione alicuius contractus, vel quauis alia re, etiã si partẽ minus tutã amplectatur? ita docet expresse Valen.loco citato, Gutier. 1.quæst.canonic.c.31. n.39. tribuens Antoni. 1. p.tit.10.§.10.col.6.glos.receptæ. c.Capellanus de ferijs,quã dixit singularẽ Alex.consi.1.col. 4.Vaz.& alij,quos secuti sumus sectio. 5.& 6. contra Caiet.illa resp.13.& verb.opin.c.2. Armil.ibi.§.2.& alios requirentes iudiciũ ꝓprie certum,negãtes.q.sufficere iudiciũ probabile. Dixi in conclusione non esse necessariũ iudicium practicum proprie certum, quia improprie certum nõ nego requiri. Tale autem est, quod continetur inquacunq. opinione probabili,& expresse in hoc sensu moralem certitudinem petunt Gerson,Adrian.Sylvest. Angel.Almai.Valent.Arag.& alij. Medin. q. 19.a.6.dub.4.ad.2.& alibi,Eman.in sum.verb. matrimoni. c. 238.nu.4.& Vazq.disp.65.c.1.ad quod communiter adducitur Arist.1. Ethico. dicens, *Disciplinati ingenij esse inqualibet re eam quærere certitudinẽ,quã materia exigit,& non aliã:* cum igitur in rebus humanis cõmuniter non possit inueniri, nisi certitudo opinionis, ea debet sufficere,vt homo dicatur recte agere, itaq. qui opinatur, aliquam opinionem esse probabilem,siue illam teneat,siue contrariã, siue neutram,si simul iudicat,licitum esse opinionem probabilem sequi, licite illam sequitur in praxi, & similiter si opinatur aliquid aliud sibi esse licitum,& non cogitat reflexe, an liceat sequi opinionem quamcumq. probabilem,& suam opinionem sequitur, recte operatur:sed si dubitat,an liceat sequi opinionem quamcumq. probabilem, aut illam in particulari, & cum illa formidine sine vllo assensu remouente suspensionem animi circa,hoc prorumpit in actum,peccat, quamuis non habeat suspensionem animi circa obiectum directũ,sed opinetur,in re talem,vel talem contractum esse iustum:nam postquam facta est reflexio illa,vt actio sit licita, requiritur iudicium reflexum, quo iudicetur, licitum esse,talem opinionem sequi.

Porro tale iudicium reflexum verum erit, quando vtraque pars æque periculosa est, vt 145.
si dubito, an actus sit præceptus,vel prohibitus præcepto,vel prohibitione æqualiter obligante, tunc enim verum erit, posse eligi quamlibet partem, & siue actus exerceatur, siue omittatur, non peccabo: cum vtrinq. sit æquale periculum, ita Victor.relect.de iure belli.n.31.Cordub.lib.3.q.5. prop.2. Adrian.in materia ꝺ restit.loco citato,&cõmuniter alij: similiter si periculum sit inæquale, verum est,posse eligi partẽ minꝰ periculosam,& illã eligendo nõ peccabo:& alioqui in his casib. ero pplexus,&siue operer,siue nõ operer,peccabo.Nec valet dicere posse deponi dubiũ,& sic perplexitatem vitari;nam in primis, si nõ aduerto hoc medium tollendi perplexitatẽ,

vt absq. culpa possum non aduertere, iam ero absq. vlla mea culpa perplexus, quod est absurdum: deinde aliquando nulla suppetit ratio, qua dubium deponi possit, vel certe est insufficiens ad vitandum iudicij temeritatem: ergo tunc vel dubium non poterit tolli vllo modo, vel saltem non poterit licite tolli, & sic non poterit homo cauere peccatum. Præterea etiam, si homo ratione aliqua probabili determinet intellectum ad vnam partem, adhuc sequendo illam, videt esse periculum violandi legem Dei: ergo ita peccat, vel non peccat, ac si intellectus hæsisset, & mansisset suspensus.

146. Deniq. in c. iuuenis de sponsali. dicitur, *in dubijs, quod certius est tenere debemus*; simileq. habetur. c. significasti. 2. de homicidio, &. c. habuisse distinct. 35. ergo etiam manente illo dubio suspensionis vere iudicamus, alterā partem eligi posse, & illam eligendo, nō peccamus. Hoc ipsum confirmat Vazq. disp. 62. c. 4. n. 18. quia licitum est ex iudicio reflexo agere contra propriam opinionem directam: ergo à fortiori contra proprium dubium directum: sicut tamen sect. præcedenti diximus non esse licitum sine causa sequi opinionem minus tutam, etiam probabiliorem, ita dicimus, non esse licitum, sine causa eligere partem minus tutam, quando animus est suspensus, & neutri præbet directum assensum: & in hoc sensu verum est, quod ait Nauar. dicto. c. si quis de pœnit. dist. 7. n. 56. *In dubio debere eligi tutiorem partem, & illicitum esse sequi minus tutam.* Ex causa tamen id est licitū, vt si ex electione partis tutioris sequitur graue aliquod damnum, vt docet Medin. q. 19. artic. 6. dub. 4. Aragon. 2. 2. quæst. 63. ar. 4. Suarez supra, & alij, quia durum est propter incertam, & dubiam legem obligari hominem ad certum damnū. Nec valet dicere, sibi imputari dānum, quia non deponit dubium: nam, vt diximus, interdum non potest dubium deponi saltem rationabiliter, & quamuis deponatur per opinionem probabilem directam, id est impertinēs ad iustificandum actum, quia idem periculū violandi legem cernitur, siue deponatur dubium per opinionem directam, siue non deponatur; & alioqui in mera libertate hominis situm esset, imponere, vel deponere obligationem, nimirum adlibitum determinādo, vel non determinando intellectum ad assensum, etiam si nouæ rationes non occurrant: quod est absurdum: nā obligatio à rationib. non à nostra mera libertate oritur: ergo ex causa, vt dānum aliquod vitetur, licitum est partem minus tutam sequi, tametsi dubium directum maneat.

147. Adde, quando dubitatio directa nō est vehemens: sed exilis, & remissa, ideſt, leuibus rationibus dubitandi nitens, licitum esse cōtra illam agere ex iudicio reflexo, quod tale dubium contemnendum sit, ita docent Gerson alph. 37. de præparatione ad missam consideratione. 3. litt. S. Adrian. quodlib. 2. a. 1. Cor dub. lib. 3. q. 5. prop. 3. Rodrig. 2. p. sum. c. 51. verbo scrupulus con. 2. quod intelligit, etiam si id non sit necessarium ad aliquod graue incommodum vitandum: si enim esset necessarium, non solum liceret agere contra dubitationem remissam, sed etiam contra vehementem, vt ex sequentibus planius fiet.

Sectio. 17. An in dubio iuris tutior pars eligenda sit.

QVIDAM recentiores absolute negant, quia in dubio melior est cōditio possidētis, suam libertatem: ergo quando est dubium, an aliquid sit lege prohibitum, recte potest homo illud facere, & quando est dubium, an sit præceptum recte potest illud omittere. Vnde inferunt. 1. cum quis habens tenue beneficium dubitat, an debeat recitare, non obligari ad recitādum: quia hoc dubium est iuris. 2. Cum quis dubitat, an in iure sit statuta irregularitas, non debere, se irregularem reputare, quia hoc dubium est iuris, vnde in c. is qui de sent. excom. in 6. definitur, *neminem censendum irregularem, nisi id in iure expresse statutum sit.* 3. Cum quis dubitat, an votum aliquod emiserit cum vsu rationis, & animo se obligandi, non debere censere se obligatum ad implendum illud: quia hæc dubitatio est iuris: nam votum est lex quædam particularis, quam homo sibi imponit: & in dubio melior est conditio possidentis suam libertatem, & in hoc. 3. casu ita docet Sotus. 7. de iust. q. 3. a. 2. 148. *Opin. aliquorum recentiorū.*

Alij vero recentiores in dubio iuris, vel voti tutiorem partem necessario amplectendam esse suadent. 1. quia in dubio facti tutior pars necessario est amplectenda, vt postea videbitur, & in irregularitate expresse à Pontificibus definitum est: ergo & in dubio iuris: nam quod aliqui dicunt in dubio facti de homicidio tutiorem partem esse amplectendā, non ex natura rei, sed ex præcepto Pontificio: quod tñ non est in dubio iuris, ideo in dubio iuris tutiorem partē amplectendā necessario nō esse, falsum est: nā Pōtifices non præcipiūt nouiter, vt tutior pars in casu homicidij eligat. sed potius supponentes in dubijs tutiorē partē sequendā esse, colligunt dubiū de homicidio debere segerere tanquam irregularem. Secundo, si posset aliquis in dubio de emissione voti, non seruare votum; posset similiter in dubio de contracto matrimonio legitimo, petere debitum; quod est absurdum, vt inferius videbitur: eadem enim videtur ratio. 149. *Aliorum sententia.*

Respon-

Respondent aliqui discrimen esse; nam ille qui dubitat,an cõtraxerit matrimonium verum.Habent legem certam de non accedẽdo ad non suam;& non scit,illam esse suã,& ita ab obseruatione legis certæ nõ liberatur propter dubium matrimonij: in dubio autẽ de emissione voti non supponitur votũ certum, & ita non debet obseruari, nec affert obligationem.Responsum tamen inane est, nam lex certa,quæ supponitur in dubio matrimonij, est negatiua nõ accedendi ad alienam,ergo si hoc ipso,quod dubitat aliquis, hanc mulierem esse alienam, & nõ propriã, non potest ad illam accedere,non alia ratione,nisi quia exponit se periculo faciẽdi,id q vetitum est; eadẽ ratione,si dubitat, an emiserit votum,non potest illud transgredi propter simile periculum;quia hoc ipso supponit certam legem negatiuam, de non transgrediendo votum,quando votum fuit de nõ faciendo aliquo opere, & supponit legem affirmatiuam,deseruando voto,quãdo illud emissum est de faciendo opere: vtrobique enim dubitatur de facto, nẽpe de contracto legitime matrimonio, & de emisso voto, & supponitur certa lex,vt probatum est. 3.Esto in dubio iuris licitum esset,sequi partem minus tutã, male videtur inferri, eligi posse in dubio voti,hoc enim potius est dubium facti, nempe, an emissum sit,votũ: quãuis inde oriatur dubium iuris,scilicet, quid secundũ ius teneamur facere in dubio de emissione voti:ergo si in dubio facti tutior pars amplectenda est,in dubio voti amplectenda erit.

150. *Vazquez.* Hãc. 2.opinionem amplectitur Vaz. disp. 65.c.3.quando solum agitur de periculo peccandi:nam si præterea adsint, inquit,aliæ circunstantiæ,vt in materia iustitiæ, & in alijs, alia erit ratio,idẽ tenet Perez cert. 10. Schol. n.135.Huic sententiæ fauet etiam Azor lib.2. c.18.q.4.tom.1.absolute docens, in dubio tutiorem partem sequendam esse, quia ita habet.c.significasti.2.c.ad audientiã,&. c. petitio de homicidio,&.c. iuuenis de sponsalib.

Azor.

151. *Auctor.* Vt hæ duæ opiniones cõcilientur,& res melius intelligatur, aduertendum est, dubium iuris varijs modis posse contingere.1.dubitãdo de tota lege,seu de existentia legis,an scilicet lex sit lata,necne:& an adhuc perseueret. 2. quamuis constet legem esse latam,dubitando de sensu in genere: vel in hoc casu particulari,an illum cõprehendat, & an alia lex potius in hoc casu seruanda sit.3.cum cõstet de sensu, dubitando,an sit iusta, an vero iniusta:vel quia videtur lata à nõ habente potestatem condendi legem,vel quia est iniusta ex parte materiæ.

152. *1. Con.* Dico ergo.1.inquocumq. dubio probabili iuris regulariter,& per se loquendo,tutior pars necessario est amplectẽda: & ita nisi sit periculum violandi aliam legem magis vel æque obligantem,legi de qua est dubium obediendum est: & ita vera est. 2. opinio cui consonat Sayr.lib.1.c.13.n.8.cum Med. hic q. 19.a.6.dub.4.con.3.& Rodrig.2.p.summ. c.51. con.2.dicens,qñ pro vna parte certum est,& pro altera dubium,peccatum est sequi quod dubium est:vt si quis dubitet an teneatur ieiunare,certus quod ieiunare licet, peccabit non ieiunando:similiter si prælatus præcipit ei,quod certum est licere,peccabit non faciẽdo,& hãc ait Sayr.esse cõmunem opinionẽ. Quæ probatur,quia sine causa,& ratione sufficiente, ac necessitate excusante exponere nos periculo violãdi legem aliquam veram & iustã,peccatum est, sed in casu dicto est tale periculum: ergo si absq. causa & ratione sufficienti,ac sine necessitate cõtra dubium facimus,peccamus: & hoc speciatim verum esse,aliqui docent, qñ certum est, aliquem esse superiorem & legislatorem;sed dubium est,an lex hæc superet eius potestatem,& iurisdictionem ob iniustitiã, vel aliam conditionem materiæ; quia in dubijs melior est conditio possidentis: superior autem est in possessione imperandi,quoniam certum est esse superiorem,sed nihil puto esse speciale in hoc casu, quia prælatus non possidet ius præcipiendi omnia,sed iusta, & nõ excedentia eius potestatem,seu iurisdictionem,& in præsenti est dubium, an eiusmodi sint, quæ præcipit.Eodem modo nihil speciale esse puto,qñ constat,esse legem:sed de sensu dubitatur,& an in hoc casu particulari obliget. Sed per se loquẽdo semper est obediẽdum, nisi alia lex, vel ratio excusare videatur: de quo vide D.Thom.Caiet.& alios q.97.a.2.& 2. 2. q.120.a.1.Sotum.6.iust q.6.a.2. Nauar.in sum.c.12.n.55.Cord.in sum. q. 147. & quod p se loquendo in dubio iuris obediendum sit. Confi.alias nõ possent commode homines gubernari:quia frequẽtissime occurrunt dubia iuris,seu præcepti,ob quæ liceret nõ obedire:hoc autẽ aduersaretur cõmuni bono:ergo regulariter, & per se loquendo in dubio iuris pars tutior sequenda est,& superiori obediendũ,vt docet Cord.lib.3.q.8.& super rect.Soti de secreto mẽb.3.q.2. Palud.4. d. 19. q.4.n.7.& d.36.q.2.a.2.post 4.conclusio. Syluest.verbo cõscientia,q.4 verbo bellũ. 1. q.9. p.3.& 4.verb.obediẽtia.q.2.verb. religio.q.6. §.3.verb.inquisitio.§.3.Ang.verbo obediẽtia. n.6.gl.c.quid culpatur.23.q.1.Valen.hic q.14. punct. 4. quæst. 4. & 2. 2. disput. 7. quæst. 3. punct.2. corol.3. Molina de iustit. tractat. 2. disput. 113. Vazquez disput. 62. cap. 6. & disput.66.cap. 9. Bonauen. 2. distinct.39.artic.1. quæst. 3.ad vlt. Carth. quæst.3. Tolet. lib. de

peccatis, cap. 15. Sa, verb. obedientia. Azor, tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 9. Anton. Perez, certam. 10. Schol. num. 123. & sequent. Sayr. lib. 1. capit. 13. numer. 37. & seqq. Henric. quodlib. 8. Alens. part. 2. quæst. 120. m. 3. art. 2. Gofred. & S. Thom. apud Syluest. verb. obedien. quæst. 2. Tabien. eod. verb. nu. 12. §. 11. Pisanel. obed. 1. §. 4. Medin. quæst. 19. art. 6. dub. 4.

153. *Restrictio cõclusionis.* Ab hac conclusione excipi potest dubiũ iuris circa irregularitatem: quia irregularitas solum contrahitur in casu expresso iure positiuo, vt ipsum ius positiuum docet: ergo nisi exprimatur, & clare contineatur in iure positiuo, nemo in casu vllo debet se irregularem censere, aut tanquam irregularis se gerere de quo dicam fusius sequenti sectione.

154. *2. Conclus.* Dico. 2. per accidens, aduitandum magnum aliquod, incommodum; potest aliquis in dubio iuris non amplecti tutiorem partem; sed contra dubium iuris occurrentis agere, & in hoc acquiesco primæ opinioni, & eius rationi, scilicet, quòd in dubio melior est conditio possidentis suam libertatem, ita vt in dubio iuris non debeat se iuri, & legi subijcere cum notabili incommoditate; & certum incommodum ob legem dubiam subire: item quia lex, vel præceptum continens notabilem incommoditatem non obligat nisi sufficienter, & sine dubio proponatur, sicut lex non obligat, nisi sit sufficienter promulgata, & proposita communitati. Ita docet Suarez. 3. part. tom. 4. disput. 40. sectio. 5. (vt latius referemus, sectio. sequenti.) & disput. 26. sectio. 6. vt referemus sectio. 26. ita sentit Medin. quæst. 19. artic. 6. dub. 4. concl. 3. dicens: *Præcipit mihi prælatus rem difficillimam, ego dubito, an iure præcipiat, non teneor obedire cum tanto periculo, & discrimine, donec constet iure præcipere, licet in præstanda obedientia certum sit me non peccare: secus si res esset facilis, nam in dubijs iuris tutior pars sequenda est, & obedire teneor, si commode possum: non vero si non possum, sine magno detrimento.* idem docent Aragon 2. 2. quæst. 63. art. 4. Vega, lib. 4. summæ casu. 158. Ludouicus Lopez. 1. part. summæ cap. 56. Sotus de secreto memb. 3. quæst. 2. concl. 1. Sayr. lib. 1. cap. 13. num. 8. & Latius num. 40. Rodriguez in sum. part. 2. cap. 9. verb. obed. con. 5. qui omnes expresse docent, etiam vbi obediendo nullum est peccati periculum, non teneri nos in dubio iuris, seu præcepti obedire, si res sit valde difficilis, & molesta; vt si præciperet longum iter, vel multa ieiunia, &c. concordat Cordub. lib. 3 quæst. 6. dicens: *Quando constat, rem, quæ præcipitur, bonam esse obediendum necessario esse: nisi mihi, vel alteri periculum, aut notabile præiudicium spirituale, vel temporale imperſonâ, rebus, vel honore immineat,* quod probat Cord. tota illa, q. 6. vnde colligit, Licitum esse dubitanti, an sit excommunicatus, se ingerere, vt vitet aliquod damnum, alioſque cum simili dubio posse illi communicare, vt simile damnum vitent. Eadem ratione recte auctores primæ sententiæ docent, beneficiarium in dubio iuris non teneri ad recitandum, quia id est magnum onus, quod sine certitudine subiri non debet, quidquid dicant aliqui ex iuniorib. citatis.

155. *3. Conclus.* Dico. 3. quando dubium est, an lex, vel præceptum certum minoris prælati aduersetur præcepto prælati maioris, & ex obedientia nullum aliud damnum, vel periculum resultat, nisi violandi legem, vel præceptum prælati maioris, minori obediendum est, vt si minor prælatus valetudinario præcipiat, non recitare horas canonicas, aut non ieiunare, & cæt. ita docet Sotus de secreto memb. 3. q. 2. & Cordub. lib. 3. qu. 8. ratio est: quia in dubio potius obediendum inferiori prælato certo, & euidenter præcipienti, quod mihi est comodum, quam maiori præcipienti dubie, quod mihi est incõmodum, id est, de quo dubito, an in tali casu possit, aut velit me obligare. Quando vero aliud periculum, vel damnum proximi immineat, non est opus obedire, vt dicebam con. 2. imo interdum teneor non obedire, vt si superior interroget de crimine, quod non est in publicam perniciem, & dubium probabile sit, an interueniant infamia, indicia, & alia requisita, aut sufficientia ad interrogandum iudice, reus non tenetur se prodere, & testis non potest licite contra ipsum testificari. Sotus supra, quem sequutus fuit Henriquez. 4. de Pontifice c. 18. in fine, Sayr. lib. 1. cap. 13. num. 41. dicens, quando est dubium probabile, an licitum sit, quod superior præcipit, non semper esse illi obediendum, sed sequendam esse partem minus periculosam. Consequenter ac bene addit Sotus, si quis dubitat, an iudex, vel prælatus legitime inquirat contra personam aliquam dignissimam, cuius vita, vel fama sit pretiosa reip. quamuis opinetur, & probabilius sit, legitime inquirere; si tamen probabile putat, non legitime inquirere, non tenetur crimen manifestare, quia in dubio periculum illius personæ præponderat præcepto superioris: sed si criminis detectio, & punitio sit necessaria cõmuni bono, vt in crimine hæresis, vel læsæ maiestatis solet contingere, parendum est in dubio: quia damno priuato communis salus cum præcepto superioris in dubio præponderat. Idem docet Medin. in verbis supra relatis, & Salon. 2. 2. 2. quæst. 69. a. 1. controu. 3. & prob.

& prob. quia minus periculum eligendum est vt.sect.20.videbitur.

156. Iuxta hæc limitādū est, quod docuit Cordub.lib.3.q.7.cū Adria. quodlib. 2. a.1. qū id, quod mihi superior præcipit, dubito an sit licitū, & certum est licite ommitti posse, vt si. Rex alicui præcipiat ducere in vxorem eam, de qua dubitat subditus, an sit consanguinea in gradu prohibito, in quo casu certū est, nō peccare si non ducat illā; quia certum est neminē posse ad matrimoniū obligari, &c. distinguendū est enim: nā si ex omissione illius matrimonij nullum mihi, vel alteri damnū resultat, pecco obediendo: sin minus excusor, quia in dubio, quod mihi, vel alijs vtile est, eligere possum. & eodem modo limitari debet. Naua.c.si quis autē de pœnit.d.7.n. 93.

157. Prædictis ex parte cōsonāt Eman.in sum. c.9.de obediētia con.2.& 3.n.3.& 4. & tractatu de ordine iudiciali.c.7.con.12.n.12.dicens, *si subdit⁹ dubitat, an teneatur obedire, aut esse illicitum, quod ei præcipitur motus læui causa, non tenetur obedire, qñ ex obedientia periculū maius imminet; sed si dubitat probabilissime, aut iudicat, esse mortale, quod præcipitur, non solum potest, sed etiam tenetur nō obedire.* Hæc ille quæ probo tantum quatenus dictis, & dicendis consonant. Nec

158. vniuersē verū est, quod ait Adria. quodlib.2. pun.1.& pun.2. lit.D.& in respō. ad.2. Nauar. c.si quis autem de pœnit. d.7.n.81.& 114. Rodrig.verbo obedien.2.p.sum.c.9. concl.4. qñ æquale dubiū est, an quod superior præcipit sit licitum, vel illicitū, obediendū nō esse. Si enim nullū sit damnū, vel periculū; nisi violandi legē aliā, iā diximus, obediendum esse certo, & euidenti præcepto prælati, & certū præceptū eius preferendū esse dubio alteri⁹, etiā Dei. Itaq. iuxta Sot. Medi. Salon. Sayr. & Cord. sup. Imo. & Rodrig. sup. con. 12. Pet. Ledes. de matri. q. 45. a. 1. dub. 2. ad. 4. arg. dicēdū existimo, si id quod superior præcipit, non apparet maius malū, quā inobedientia, nec vergit in detrimētū meū, vel alterius, teneor in eo dubio obedire. Si vero vergat in detrimentū meū vel alterius non teneor obedire, neq. vero possum, si damnū est alienū: si vero

159 dānū meū est, possum obedire, quia posū cedere iuri meo. Nec verum generaliter puto, q̄ ait Palu. illa d.36. q.2. Cord. sup relect. Sot. de secreto memb.3.q.2.& lib.3.q.9. accedēte superioris præcepto, esse licitū facere id, q̄ ratione dubij antea erat illicitū. Præceptum enim cōmuniter dūtaxat efficere potest, vt q̄ alioqui in dubio, vel alio euentu erat licitū, iā sit obligatorium, & hæc videtur sententia Nauar. c. si quis autē de pœnit. d. 7. n. 99. & 119. & Adria. quodlib. 2. a. 1. pun. 2. quā Palud. loco citato. ar. 3. probabilem etiam existimat, quæ tamen in aliquo casu exceptionem habere potest, si enim aliquis dubitaret, id quod superior præcipit, esse peccatum, sciret autem, si forte est peccatum, esse longe minus, quam inobedientiam; ne se exponeret periculo huius longe grauioris peccati; licite faceret, accedente præcepto, quod secluso præcepto facere non liceret. Vide sect. 20. opin. 3. & sect. 8. quib. locis multos adduximus illā Palud. & Cord. doctrinā reijciētes.

Iuxta hæc etiam limitandum est, quod la 160
te docet Cordub. lib. 3. q. 9. eum, qui inter probabilia dubia opiniones ve doctorum versatur, ad præceptum vel consilium superioris, vel legis contra suam ipsius opinionē vel dubium, licite agere posse, quod ipse opinatur, vel formidat, malum esse. Hoc enim est verum quando in dubio diximus licitū esse obedire, alias vero non. Nec referre puto, quidquid dicat Cordub. q. 8. quod dubiū sit vtrinque æquale vel inæquale, modo vtrinque sit probabile & homo, quando est dubium directū, an res sit in se dubia, formet iudicium reflexū, quod in eo dubio suspēsionis, vel opinionis formidolosæ licitū est obedire, vel nō obedire: hoc enim necessariū est ad recte segerendum in eo euentu, vt docet Vazq. illo. c. 9. n. 51. & sequen. Vbi etiam bene aduertit rudes, & ignorantes, qui non ita facile sciunt discernere id, quod præcipit, neq. circa illud dubitare, vtrū sit licitū, an nō, multo magis excusari, quā doctos si bona fide secuti auctoritatē prælati, ei obediāt, nō discernentes iustitiā eius q̄ præcipit, quia ipsi id iudicare nō possūt, & interdū honestas rei præceptæ pēdet ex causis, quas superior non pōt, est vel nō tenet aperire subdito, nec expedit ab illo exposcere, vnde subditus nō tenetur examinare præceptū, sed ei obedire pōt, & debet laudabili obediētia cęca, in qua tñ obediētia regulæ iā traditæ seruandæ sunt, & q̄ ibidem tāgit Vazq. de dubio in bello tractabimus sect. 26. Dico. 4. in dubio voti dicendū 161.
est, sicut in dubio iuris. si absq. dāno, & detri- *4. Conclus.*
mēto impleri potest, implēdū esse; alias vero nō. Probatur, quia votū, licet, proprie nō sit lex, est tñ quodammodo; & ideo; sicut dictū est de lege, seruandam esse, cum absque detrimēto, & incommodo seruari potest, alias vero non; ita de voto dicendum est, & ita cōciliantur Sot. & alij, qui dicunt in dubio seruandū non esse votum, cum Vazq. & alijs dicentibus, in dubio seruandū esse, quia in dubio tutior pars sequenda est, quod æqualiter hi putant procedere in dubio voti, sicut in dubijs de facto, quia dubium voti non est vere iuris, sed facti. Porro in dubio voti, ser- 163
uandū esse, præter Vaz. sup. docet Ang. votū. 3.n.12.& Cord. in sum. q.147. qui alios DD. nō tamē fideliter. citat pro sua sententia. Vt ait

Vazquez. Hanc etiam tenet Perez, certam. 10. Schol. num.132. vbi etiam ait, regulam, quæ affirmat, in dubijs meliorem esse conditionem possidentis, solum esse intelligendam in materia iustitiæ, idem Sayr. lib.1.cap. 13. num.36. Sententiam vero oppositam præter Sotum supra tenent Suarez. 3. part. tom. 4. disputat.40. section.5.& alij referendi sectio, 25. Nec est friuolum, quod pro se adducunt, in dubio melior est conditio possidentis suam pecuniam, vel libertatem, quam conditio eius, cui ex voto pecunia, vel quippiam aliud debitum est, & ideo illum non teneri ad impletionem voti. Licet enim maxima illa, in dubio melior est conditio possidentis, præcipue locum habeat in materia iustitiæ, quando duo contendunt de aliqua re, cui cedere debeat: tamen etiam habet locum in hac materia, quando non potest aliquis legem, vel votum, de quo est dubium, implere sine suo incommodo, & derrimento: tunc enim melior est eius conditio, quam alterius, etiam Dei quantum adhoc, quod non tenetur cum propria incommoditate id facere, quod in alterius vtilitatem, vel honorem cederet, & similiter locum habet alia maxima, debito incerto non debemus ex præcepto satisfacere solutione certa.

163. Nec etiam est omnino impertinens, quod pro se adducunt ex Burgos de Paz in proœmio legum Tauri: lex multis modis intellecta, ad decisionem causæ citari non debet: hoc enim verum est, cum agitur de pœna alicuius criminis; tunc enim etiam si lex aliqua vno modo intellecta acerbiorem pœnam imponat: mitior tamen interpretatio sequenda est, ne propter dubiam legem certa pœna acerbior imponatur: similiter ergo in dubio voti, vel iuris, quod sibi est commodius, potest homo eligere, & sicut ad saluandum hominem, ne incurrat pœnam aliquam, sufficit non esse certo impositam in iure: ita ad saluandum aliquem contractum, & recte celebrandum illum, sufficit nullo certo iure damnatum esse, modo non possit sine incommoditate contractus omitti, & vt quisque præsumitur bonus, donec probetur malus, & liber donec probetur seruus; & legitimus donec probetur illegitimus, vt docet Couarru. 2. 4. cap. 8.§.3. Sarmientus primo selectarum, cap. 1. ita quisque contractus necessarius, vel vtilis operanti, censetur licitus in ordine ad praxim, donec certo probetur contrarium. Dico quinto, quando ex vtraque parte dubium peccati est, ac proinde neutra pars est tuta, eligenda est minus periculosa. Sayr. lib. 1. cap. 13. num. 9. Pisanel. verb. dubium, Angel. ibi, num. 1. Syluest. quæst. 2. Tabie. num. 2. vers. 1. Caietan. verbo opinio. Adria. quodlib. 2. pu. 3. litter. C. vers. ad 2. Couarr. 1. 4. cap. 4. §. 1. num. 9. Rodrig. part. 2. summæ, cap. 51. concl. 4. Vazquez disput. 65. cap. 3. & disputat. 66. Nauarr. capit. si quis autem de pœniten. distinct. 7. nu. 34. & in Man. cap. 27. num. 281. Medin. hic quæst. 19. art. 6. dub. 4. concl. 4. Sed limitat Sayr. cum Syluest. vt non sit necesse sequi partem tutiorem, quando est multo minus probabilis. Imo Nauarr. ait, solum esse de consilio sequi partem tutiorem, quod verum est, quando in vtraque est æquale, vel fere æquale periculum æqualis, aut fere æqualis mali.

5. Con.

Ad argumēta primæ opinionis, quatenus contra nostram resolutionem militare possunt, satis patet ex dictis. Itemque ad 3. argumentum secundæ opinionis. Ad duo vero priora solutio patebit ex sect. 19. & 20. *Soluuntur arg. 1. opin.*

Sectio. 18. An in dubio iuris censeri quis debeat irregularis.

164. ALIQVI recentiores affirmant, in dubio iuris hominem censeri debere irregularem; nec oppositum esse statutum in cap. is qui de sententia excommun. in 6. sed vt quoties in iure non sit expressa talis pœna per similitudinem rationis, non deducatur ex simili casu, quod ita intelligunt, vt si facto sufficienti examine in iure non inueniatur expressa talis pœna, non censeatur vllo modo imposita. At vero antequam fiat examen in iure, si quis dubitet, an suo delicto imposita sit talis pœna, dicunt, tutiorem partem esse eligendam, ita docet Vazquez disputat. 65. cap. 3. num. 11. & Suarez. 3. part. tom. 4. disput. 40. sect. 5. & credo verum esse, nec ab vllo doceri oppositum, quando toto tempore examinis sine in commoditate potest, quis tanquam irregularis se gerere, vt communiter contingit. Sed quæstio duplex manet. Prima, si facto examine, & sufficienti diligentia adhuc maneat dubium iuris, an gerere se debeat homo tanquam irregularis. Secunda est, an si eo tempore examinis valde incommodum illi sit tanquam irregularem se gerere, nihilominus teneatur? neutrā quæstionem tractat Vazq. sed priorē tractat Suar. & refert aliquos absolute dicētes, facto examine, si dubium adhuc perstiterit, gerere se debere hominem tanquam irregularem, ne se exponat periculo violandi legem, & quia *Opinio aliquorū recētiorum.* 165. *Auctor.* *Duplex Quæstio.* *1. Opi. circ. 1. q.*

quia in dubio facti circa irregularitatem debet quis se gerere, vt irregularis ergo: & in dubio iuris, quia eadem est ratio, cum vtrobique idem sit imminens peccati periculum. Alios vero refert, & sequitur asserentes, in casu illo hominem se gerere posse perinde ac ille, qui certus est, nullam se habere irregularitatem, præter quam quod nacta opportunitate tenetur maiorem adhibere diligentiam, nam esto reuera esset irregularis, ignorantia illa involuntaria, & dubium manens post sufficientem diligentiam excusat illum à peccato faciendo rem, quæ irregulari est prohibita, quia certo iudicat, se in eo dubio non obligari ad abstinendum ab ea re, sicut qui rem possidebat legitime, & incipit dubitare, an res sit sua, vel aliena, post sufficiens examen, certum est posse illam contrectare, & consumere; quia melior est conditio possidentis.

2. Opinio.

Probatur.1

165. *Solut. quorundã reijciur.*

Quod vero dicunt aliqui, hoc solum habere locum in materia iustitiæ, non vero aliarum virtutum, falsum est, & sine fundamento dictum: quia non minus est vitandum peccatum in materia iustitiæ, quam aliarum virtutum; & sicut in materia iustitiæ occurrere potest sufficiens ratio ob quam, non obstante dubio speculatiuo, potest esse certitudo practica de honestate actus: ita in materia aliarum virtutum, vt in materia religionis nemo obligatur voto, de quo dubius est, an illud emiserit, vt recte dixit Sotus 7. iustitia, quæstio. 3. articul. 2. & in materia temperantiæ, qui iuste, & inuincibiliter dubitat, an hodie sit dies ieiunij? non est cogendus ieiunare, & simile est de obseruatione festi, & in vniuersum in materia obedientiæ, in qua nunc præcipue versamur, quandiu quis inuincibiliter dubitat, an præceptum sit impositum, & non potest post moralem diligentiam notitiam illius consequi, non est cogendus in conscientia ad obseruationem talis præcepti, præsertim vbi res præcepta onerosa est, & grauis; tum ex illo principio, quod lex non obligat personam, vel, vt alij loquuntur, non ligat illam donec illi in particulari sit sufficienter proposita, nec per eam stat, quo minus proponatur. Tum etiam, quia esset intolerabile onus, præsertim in legibus positiuis, quæ non solent, vel certe non possunt obligare cum tanto rigore. Nam etiam naturalis lex nunquam obligat cum solo huiusmodi dubio, vt V.g. si in aliqua materia verteretur dubium, an aliquis actus sit prohibitus lege naturæ, necne, & res maneret ita dubia, vt nullum iudicium determinate ferri posset, per possibile, vel impossibile, tunc non obligarentur homines ex vi legis naturæ ad talem actum: quia non est eis lex prohibens sufficienter proposita: idem ergo est in lege positiua: idemque est in irregularitate, quæ solum potest obligare in vi eiusdem humani præcepti, sicque dixit glos. cap. cum sunt de regulis iuris in 6. *In dubio nullum præsumi obligatum, vel obnoxium*, ex auth. quibus modis natur. efficiantur sui collatione. 6.

166. *Probat. 2.*

Possumus etiam ex eadem regula iuris argumentari cum sunt partium iura obscura, reo est fauendum. Nam hic de cuius irregularitate dubitatur, se habet vt reus: ergo in casu dubio absoluendus est. Respondent hoc procedere in foro exteriori: non vero in interiori, sed non recte, tum quia si talis homo in foro externo iudicetur non irregularis, cur in interiori se geret, vt irregularis? nam forum externum non discrepat ab interno, nisi vbi ex præsumptione sola procedit præter rei veritatem secreto cognitam: in præsenti autem non ita est, nam in casu dubio veritas latet in vtroque foro, vt supponimus, iudicium autem exterioris fori in casu, de quo agimus, fertur ex principio practico, quòd præsumitur Innocens, qui non probatur nocens, & quod in casu dubio reus absoluendus est, potius quam damnandus. At principium hoc æque rationabile est in foro interno: ergo. confirm. quia in his pœnis, quæ iure ipso imponuntur, ipsemet reus est quodammodo sui accusator, & defensor, & debet contra se proferre sententiam, & in se exequi pœnam: ergo poterit in conscientia vti eodem principio iuris, vt cum dubium est ius, se potius absoluat, quam damnet.

Quorundã solutio reijcitur.

167. *Aliorum solutio reijcitur.*

Propter hoc alij negant antecedens assumptum, & in foro etiam externo in eo casu dubio dicunt, iudicandum esse aliquem irregularem iuxta decisionem. cap. ad audientiam de homicidio, quæ in foro etiam externo procedit, vt in principio eiusdem textus ponderauit Nauarr. eadem autem ratio esse videtur in quolibet alio dubio, quæ in illo de quo textus hic loquitur. Iuxta quam sententiam negandum est illud principium in dubijs fauendum est reo, habere locũ in pœna irregularitatis; nam potius damnandus est. Ratio autem reddi potest; nam licet in alijs pœnis, quæ solũ sunt priuationes, aut exactiones, vel onera, absolui debet reus in casu dubio: quia id potest fieri absq. vllo periculo. Tñ in pœna, quę includit priuationem aliquã sub obligatione peccati, qua-

ti, qualis est irregularitas, potius est constringendus & puniendus reus in casu dubio, quia cum immineat periculum conscientię, tutior pars præferēda est fauori rei. Sed hæc sententia (inquit Suarez) in dubio iuris mihi est incredibilis. Primo quia si in foro externo non constet esse aliquod ius imponēs irregularitatem, quantumcumq. res sit dubia, qui fieri potest, vt quispiam iudicetur irregularis, cum nō possit, nisi per ius ipsum iudicari? Item ex cap. is qui de sentent. excommunic. in 6. sumitur efficax argumentum, saltem à paritate rationis. Nam vbi ius est apparens, vel simile, non est sufficiens ad iudicandum irregularitatem; nisi sit expressum: ergo vbi totum ius est dubium, minus sufficiet: quia multominus expressum est. Præterea inde sequitur, pœnam suspensionis, vel depositionis ipso iure, siue ab officio, siue à beneficio incurri in conscientia, & in foro externo in simili casu de dubio iuris, quia etiam illa pœna includit obligationem aliquam in foro conscientiæ sub obligatione culpæ. Sequitur etiam, eum, qui in tali dubio iudicatur irregularis, priuandum esse beneficijs, quæ possidebat, quia hoc consequitur ad irregularitatem, sicut in casu cap. ad audientiam priuandus est illis, vt infra dicemus: hæc autem omnia, & similia continent nimium rigorem sine sufficienti fundamento. Denique differentia ibi assignata supponit falsum fundamētum, nimirum in hoc esse aliquod peccatum, vnde parum refert, quod irregularitas includat prohibitionem in conscientia obligantem. Nam in hoc sequi debet irregularitas conditionem aliorum præceptorum, quæ est vt non obligent, quandiu deeis non sufficienter constat. Estque hoc valde consentaneum rationi, maxime in legibus, quæ ipso iure pœnam priuatiuam imponunt. Nam propterea, quod ex se obligent in conscientia, non imponunt leuiorem pœnam, sed grauiorem potius: ergo sicut aliæ leges non obligant iudices ad damnandos reos in casibus dubijs, ita hæ leges, quæ ipso iure pœnam imponunt, non obligant in conscientia, quandiu de ipsis seude iure ipso dubitatur.

168. *Opinio Auctoris.* Hæc Suarez, cuius sententia mihi placet, quantum attinet ad præsentem controuersiam, & est consentanea dictis in præcedentib. sed intelligenda est iuxta ea, quæ ibi dicta sunt quando, vt fere semper contingit, gerere se vt irregulare, esset homini valde incommodum; vel dicendum est, non esse eandem rationem de dubio iuris in irregularitate, & in alijs rebus; nam ipsum ius positiuum, quod iuducit irregularitatē, vult, neminem in dubio iuris censendum esse irregularem, vt colligitur ex dicto capit. is qui de sentent. excommu. in 6. ita etiam videtur tenere Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 11.

Deinde non displicet limitatio, quam probabilem dicit Suarez, vt prædicta intelligantur, quando quis bona fide ordines suscepit: secus si mala fide, & cum dubio non sufficienter examinato, quia quando mala fide aliquis possidet, non est melior conditio possidentis, sed hanc limitationem sequenti sectioni tractādam relinquit Suarez, & nos etiā sequenti sectioni. Ad primum argumētum contrariæ sententiæ ex dictis constat in tali actione, vel nullum esse periculum peccati vt ait Suarez, vel certe eiusmodi periculum non temere, sed iusta de causa suscipi, & ideo constituere se in eo periculo, peccatum non esse. Ad secundum de dubio facti patebit latius ex dicendis: nunc tamen cum Suarez. Respō. esse disparem rationem, quidquid sit de antecedenti, quia licet irregularitas ex facto oriatur tanquam ex radice, vel occasione: perse tamen, & proxime oritur ex iure tanquam ex causa efficiente, & ideo si ius sit dubium, non potest inferre talem effectum: stante vero facti dubio potest esse ius certum, & ideo non semper est similis ratio.

Hæc, quæ dicta sunt eodem modo sunt vera siue dubium sit suspensionis animi, siue opinantis, non esse impositam iure ipso irregularitatem pro tali delicto, vel opere: siue opinantis oppositum, siue scientis ea in re esse varias opiniones, de dubio autem opinionis plura dixerat eadem sectione Suarez, quæ in illo videri poterunt.

De alia vero quæstione dubij iuris nondum examinati, ita tamen vt si interim dum examinatur, homo debeat se irregularem censere, magnam incommoditatem patietur, quia præteribit occasio ordinum, vel beneficij, aut magni alicuius lucri, dicendum iuxta superiora videtur, non debere se irregularem censere, quia lex in dubio non obligat cum magna incommoditate ineuitabili: tunc autem non potest dubium tam cito examinari, vt si ante plenum examen irregularem se censere debeat, incommodum vitet. Sed quid quando quis dubitat de obligatione legis, quia dubitat an sit vsu recepta. Rt. Azor. c. cit. q. 12. cum materia sit in odijs, vel pœnis, ille in foro conscientiæ potest eā partē amplecti, quæ negat, legē esse vsu receptā: & idem iuris est, si inter auctores sint probabiles sententiæ, quibusdam affirmantibus. eam esse vsu receptā, alijs cōtra neganti-

169. *2. Quæstio. decisio.*

Dubium.

Respon.

gantibus: potest enim quis sententiæ negantium adherere tuta, & salua conscientia.

Sectio. 19. An in dubio facti censeri quis debeat irregularis, & generatim, an in dubio facti tutior pars necessario amplectanda sit.

170. TANC difficultatem in casu irregularitatis attigimus sectione 6. ad primum, vbi alios retulimus, qui eam tractant, sed Vazquez disput. 66. capit. 1. & sequentib. docet, in omni materia regulam magis communem, & vniuersalem esse, *In dubijs tutior pars eligenda est*, quæ in vniuersum seruari debet, nisi in casibus inferias ab eo notandis tutiorem autem partem ait dicendam esse, in qua aut nullum peccatum esse potest, aut propter vitandum maius minus eligitur cum necessarium esset in alterutrum illorum incidere. Regula hæc expresse traditur in cap. ad audientiam, & cap. significasti. 1. & 2. de homicidio. & capit. iuuenis de sponsalibus, vbi in dubio homicidij præcipitur abstinendum à ministerio altaris propter dubium irregularitatis. Reddit rationem Ponti. quia in dubijs tutior pars est eligenda. Eandem regulam in irregularitate merito etiam tradiderunt Sylvest. verbo dubium, quæst. 4. & homicidium, 3. quæst. 1. regula prima. Nauar. cap. si quis de pœnitent. distinct. 7. à num. 31. vsque ad 42. & in summa cap. 27. num. 279. & 284. Armill. verbo dubitatio, num. 2. & 3. Angel. verbo dubium, num. 1. & 2. Adrian. quodlibet. 2. litter. D. punct. 2. Anton. Perez, certam. 10. Schol. num. 131. & sequent. Sayr. lib. 1. capit. 13. num. 23. & 24. Hugolin. tabul. 1. de censur. capit. 14. numer. 12. & 13. Henriq. lib. 14. capit. 3. §. 4. Couarru. clement. si furiosus, de homicidio num. 3. Azor lib. 2. cap. 19. quæst. 10. tom. 1. Suarez. 3. part. tom. 4. disput. 40. section. 6. & alij passim.

171. Et quamuis Hostien. cap. ad audientiam de homicidio, vbi Panormit. num. 2. & cap. cum tu testibus. Angel. verbo dubium, num. 2. Sylvest. quæst. 4. Armill. eodem verbo Felin. dict. cap. ad audientiam, num. 17. glos. cap. vnic. de scrut. in ordin. faci. Ioan. Andr. Cardin. Anan. & Socin. illo cap. ad audientiam, num. 46. existimant, regulam solum esse veram in foro conscientiæ, in foro autem externo neminem in dubio facti, etiam de homicidio, iudicandum esse irregularem, arg. cap. in pœnis, & cap. odia, de regul. iur. in 6. & quia in cap. cum sunt, de regulis iuris in 6. dicitur: *Cum sint partium iura, obscura, reo fauendum est potius quam actori*: existimant etiam, hanc esse doctrinam Innocentij in caput illud ad audientiam. Recte tamen Vazquez, Sayr. Henriquez, Azor, & Suarez cum Nauarr. & Couarr. supra, sentiunt, regulam esse veram in vtroque foro: tum ob rationem superiori sectione traditam, quod vbi non proceditur ex præsumptione, vnum forum ab alio non discrepat: argum. cap. vt animarum de constit. in 6. & cap. vnic. de iure iuran. eod. lib. & c. 1. de sepult. in 6. tum etiam quia cap. ad audientiam aperte loquitur de re, quæ ad externum forum deducta fuerat, vt patet ex illis verbis: ad audientiam apostulatus nostri peruenit, cap. autem significasti loquitur in foro conscientiæ, vt patet ex illis verbis: cum de cæteris credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denuntiatur ab aliquo, sed per se ipsum consilium appetit salutare: tum denique, quia regula illa in qua textus ille fundatur: in dubijs tutior pars sequenda est: in vtroque foro verum habet; in externo quidem propter obligationem vitandi periculum peccati, vt in eodem, capit. significasti indicatur, & in capit. iuuenis de sponsalibus, in exteriori verò, quia est eadem ratio, & iura idem disponunt, vt patet cap. veniens de præsbyte. non baptizato, imo, & cap. iuuenis in eodem foro loqui videtur. Addit præterea Nauarr. Couarr. & Sayr. num. 24. Innocentium. 4. in illud, cap. ad audientiam, de homicid. num. 9. nihil omnino contra hanc sententiam docuisse, solum enim dixit, in dubio iutis neminem esse censendum irregularem, quia pœnæ sunt molliendæ, & quia ita habetur, cap. is, qui, de senten. excommun. in 6. Vbi decernitur, eum, qui in ecclesia polluta celebrauit, non esse censendum irregularem, cum talis casus in iure non sit expressus. Hoc autem merito definitum est, inquit Vazquez, ne in materia odiosa, qualis est materia pœnæ infligēdæ, ex vno casu ad alium per similitudinem ipsæ pœnæ extendantur, & hoc sensu intelligenda est illa regula iuris, odia restringi, fauores conuenit ampliari. At vero inter forum interius, & exterius nullum assignauit discrimen Innocent. in hoc, vt regula, in dubijs tutior pars est eligenda, in vno foro obseruetur in alio verò non item.

172. Quæres autem, an regula hæc generaliter sit necessario seruāda in quolibet dubio facti, vel specialiter tantum in dubio facti de irregularitate homicidij, in quo prædicta iura loquuntur: si enim responsum, & rationem Pōtificis cōsideremus videbitur ibi regula generalis statui pro omni dubio facti, quia Pontif. non respondet statuēdo nouū ius circa illud factū, sed declarando id, quod ex vera ratione obseruandum est, vt patet ex illis verbis. c. ad *Quæstio.*

audientiam, cum in dubijs sententiam debeamus eligere tutiorem, &c. significasti. 2. cum in hoc casu cessare sit tutius, quæ ratio non fundatur in speciali aliqua proprietate homicidij, vel irregularitatis, quæ ex eo nascitur, sed in generali ratione dubij facti, & periculi, quod imminet non sequendo partem tutiorem: ergo illa resolutio in omni dubio facti æqualiter procedit, & ita tenet Vazquez supra, nisi in materia iustitiæ in qua melior est conditio possidentis. idem tenet Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 10. vbi sic infert. Ex quo fit vt si Titius dubitet, homicidium ne, an aliud crimen admiserit, in quo sit iure constituta excomunicatio, suspensio, interdictum, vel irregularitas, debeat tutiorem partem secutus, se à diuinis officijs continere.

173. Nihilominus Suarez illa sectio. 6. cum alijs censet, prædicta iura non obligare nisi in casibus, qui in illis exprimuntur: hoc significauit Nauarr. dicto capit. si quis autem numero. 51. dicens, tam in foro conscientiæ, quam in exteriori in dubijs eligendam tutiorem partem vi præcepti in casibus à iure expressis, sentiens extra illos non esse præceptum, sed consilium, vt dixerat num. 34. & expresse Sylvest. verbo ieiunium num. 27. in fine dicens principium illud non esse necessarium sub. m. sed sufficere eligere tutum idemque supponit Sotus supra, & moderni frequentius, & suadetur. Primo, quia generaliter alia iura docent in dubio neminem esse damnandum reg. cum iura de regul. iuris in 6. cum iura partium sunt obscura reo potius fauendum est, quam actori, vbi sermo est non solum de dubio iuris, sed facti, quod etiam ius partis appellari solet, quia in eo ius partis fundatur. Vnde in l. 168. ff. de regulis iuris generaliter dicitur fauorabiliores rei, quam actores habentur vbi glos. exponit dictum esse, quia in dubio absoluendus est reus, & ad id nonnulla refert. Ad idem facit cap. vnico, vt in eccleſiast. beneficio, vbi dicitur actore non probante, reum esse absoluendum etiam si nihil præstiterit, quod maxime obseruandum videtur in pœnis, quæ ipso iure imponuntur. Secundo, quia tales sunt valde rigurosæ ideo leniendæ quantum fieri possit, non ergo cogendus est reus in se exequi talem pœnam, donec certus sit de delicto. Nam si iudex non cogitur imponere pœnam, donec in suo foro certus sit de delicto, cur reus cogetur in conscientia exequi in se pœnam legis donec in foro conscientiæ certus sit de delicto: ergo quamuis propter specialem Pontificum dispositionem in dubio facti homicidij censeri quis debeat irregularis in vtroque foro; non tamen in alijs dubijs facti.

Secundo suadetur exemplis, nam dubium 174.
voti est dubium facti, nam votum proprie non est lex, sed late tantum: tamen in dubio voti non tenetur quis sequi tutiorem partem: idem est impromissione facta homini, nam si quis dubitat an illam fecerit, non tenetur eam implere, nec bonis suis se expoliare: idem est in suspensione à beneficio, quæ cum incurritur, statim obligat in conscientia ad non vsurpandos fructus beneficij: durissimum autem esset propter solum delictum dubium, quod in hominis conscientia non satis probatum est, statim obligare illum ad non accipiendos fructus proprij beneficij.

De inde cum delictum aliquod Pontifici reseruatur, etiam si nihil aliud exprimatur non intelligitur de dubio, nec in eo casu tenetur quis tutiorem partem sequi, ergo idem est in omni simili casu, nisi aliud fuerit in iure expressum, vt in homicidio ad incurrendam irregularitatem. Confirm. nam ius commune est, vt pœna non extendatur ad delictum dubium, ergo cum decisio, cap. ad audientiam, & similium discrepet ab hoc iure communi, limitanda est ad casum specialem illorum capitum, scilicet pontificem propter specialem indecentiam homicidij voluisse irregularitatem homicidij etiam ex casu dubio incurri quantum ad abstinendum à ministerio altaris. Confir. etiam, quia cum materia sit valde rigurosa, & onerosa non est extendenda sine euidenti necessitate, & ratione: alioqui ex illis iuribus colligenda esset vniuersalis regula pro omni dubio, siue iuris, siue facti etiam in materia iustitiæ, ita vt legitime possidens rem aliquam, in dubio teneatur sequi tutiorem partem remq. re stituere alteri, quod est absurdum. 175.

Hæc omnia ex Suarez sumpta sunt, sed 176.
istæ duæ opiniones facile à nobis conciliantur, vt quando facile, & sine magna in commoditate fieri potest, inquocumque dubio, siue iuris, siue facti tutior pars sequenda sit, nisi forte ius ipsum aliud concedat, vt diximus videri concedere in dubio iuris de irregularitate. Quando vero id non potest fieri nisi cum magna difficultate, & incommoditate, id non sit faciendum de præcepto, sed de consilio, nisi aliud iura ipsa exprimant, vt exprimere videntur in irregularitate homicidij, in qua si id non exprimerent solum esset de præcepto sequenda pars tutior, quando sine magna incommoditate posset quis censere se irregularem abstinendo scilicet à celebratione interim dum impetrat dispensationem irregularitatis dubiæ. Quoniam ve-

Opinio Auctoris.

ro

ro durissimum esset quoad alia in prædicto dubio homicidij censeri hominem irregularem, consultissime Pontifices solum statuerunt, censendum esse irregularem quoad cessationem à sacro ministerio, non vero quoad alias pœnas priuationis beneficiorum, & similes, vt docent Sayr. num. 24. in fine, Suarez, & Vazquez supra, & Panor. dicto capit. significasti Nauarr. Angel. Sylvest. Couar. & alij communiter, vt retulimus sect. 6. ad. 1.

177. Aduerte primo dubium esse, an in dubio homicidij ante iudicis sententiam censendus sit homo irregularis. Pro vtraque parte multa adducit Suarez supra, qui tandem meritoque partem affirmantem statuit: vide illum. 2. Aduerte eum, qui fecit actum ob quē dubitatur, an excommunicationem incurrerit, ab alijs pro excommunicato nec in iudicio, nec extra iudicium, habendum esse. Sayr. supra num. 22. cum Hugol. per extrauag. ad euitanda, qua abrogatum putant, cap. cum delideres. §. secundæ quæstioni. de sentent. excōmu. & per cap. si quis igitur de exceptio. in 6. sed qui dubitat de facto an incurrerit excomunicationem propter illud, debet se gerere, vt excommunicatus. Sayr. num. 23. Nauarr. Couarr. Hugolin. Palud. 4. distinct. 25. quæstio. 3. artic. 2. in fine, Henriquez supra. Iuxta hæc quando superior aliquid præcipit sub conditione aliqua, de qua dubium est, an sit vel non sit impleta, quod est dubium facti, tutior pars sequenda est, vt ait Vazquez, disputat. 66. cap. vltim. num. 55. intelligo, si aliud absque magna incommoditate fieri nequit: secus si absque tali incommoditate potest fieri.

Sectio. 20. An in dubio de impedimenti matrimonij tutior pars sequenda sit.

178. 1. Opin. PONTIFEX cap. dominus de secundis nuptijs, &c. inquisitioni de sentent. excomunic. dicit: quoties aliquis coniux probabiliter dubitat de morte prioris coniugis, debere reddere, sed non posse petere. In quorum expositione laborant Doctores. Adrianus quodlib. 2. puncto. 2. §. de capitulo dominus, ad. 2. lit. F. & in 4. quæst. 2. de sponsalibus. §. hic oportet, & quæst. de præscrip. §. instabis fortasse, ait, tali non esse licitum petere, nec reddere, & ad cap. dominus. Respon. vel loqui de externo foro, vel deposita credulitate, aut dubitatione de nullitate præsentis matrimonij, & ait forsam idem posse dici ad cap. inquisitioni, aut esse inconsiderate factum, quia significat illum posse reddere manente credulitate, vel dubio de nullitate matrimonij, & bonum illic dormitasse Homerum.

Pro hac opinione referuntur Altis. 3. part. summæ tract. vltimo, cap. 2. vers. ad. 2. dicendum, & Medin. Cod. de restitut. quæst. 57. col. 4. vers. ad. 3. ex cap. dominus in priori solutione ad illum textum, Petrus de Soto lectio. 2. de matrim. paulo post princip. & Brunel. de sponsal. conclusione. 34. num. 8. fauent illi Scotus, & Richard. statim citandi.

Hæc doctrina improbabilis est, & parum pia, militatque contra reuerentiam summo Pontifici debitam, & ab omnibus reijcitur præsertim à Nauarr. capit. si quis autem de pœnitentia distinct. 7. num. 91. & sequentibus, Cordub. lib. 1. quæstio. 8. corol. 2. & 3. Couarru. de spons. part. 2. cap. 7. §. 2. num. 7. Soto. 4. distin. 27. quæstion. 1. artic. 3. colum. 11. in fine, & 4. iust. quæstion. 5. artic. 4. in fine Vazquez disput. 66. cap. 2. Sanchez. 2. de de matrimonio disput. 41. Anton. Perez cert. 10. Schol. num. 133. Sayr. lib. 1. cap 13. num. 26. Quia in cap. inquisitioni fit sermo de dubio pugnante conscientiam: ergo & de foro conscientiæ; ideo ibi sæpe fit mentio de offensa Dei, & peccato, & dicitur, leui credulitate consilio pastoris deposita, & cap. dominus dirigitur ad fideles existentes inter sarracenos, & non ad iudices Christianos, quia ibi non erant, vt notat Nauarr. supra num. 92. ergo non est ibi sermo de foro externo, sed de interno. 179. Auctor.

In illis autem canonibus non declari licitam, & obligatoriam redditionem debiti de posita dubitatione, vel credulitate de nullitate matrimonij, sed etiam ea manente, patet, quia aperte dicitur in vtroque capite, manente dubitatione, & credulitate, posse, & teneri reddere; non autem posse petere: si autem ex leuibus, rationibus & fundamentis credulitas, vel dubitatio orta fuit, deponendam esse pastoris consilio, & sic debitum peti posse dicitur in dicto cap. inquisitioni cui aduersari nefas est. Præterea si illa depositio dubij, vel credulitatis est mere voluntaria, & sine noua ratione, aut fundamēto, impertinēs prorsus est ad honestatē actus, quæ non meræ libertati opinandi, & continendi assensum nititur, sed rationibus & testimonijs fide dignis, si vero nititur noua ratione, & testimonio fide digno, & sufficienti, non semper deponi potest: ergo tunc non erit licitum reddere: quod est absurdum, & contra generalem doctrinam in illis canonibus traditam. 180.

Ex quibus etiam Vazquez merito excludit similem doctrinam Richard. 4. distinct. 27. art. 1. quæst. 4. Scoti distinct. 30. quæst. vni. 181.

2d. 2. dubium. §. sed est maior alteratio, docentium, cum vnus dolo contraxit matrimonium: alter autem bona fide, si ille qui dolose contraxit, dicat, se dolose contraxisse, & alter credat, nec posse petere, nec reddere, ne se exponat periculo incontinentiæ, nec posse negare debitum, nisi se exponat periculo iniustitiæ; atque ita remaneat perplexus, debere deponere dubium, quia non debet credere alteri dicenti, se dolose contraxisse. Non enim potest semper præsertim rationabiliter, dubium deponi: irrationabilis autem depositio, & si interueniat nihil facit ad honestatem actionis: alia ergo via vitatur perplexitas, nempe reflexe iudicando, in eo dubio licitam esse, & obligatoriam debiti redditionem, vt textus citati docent. Hæc Vazquez à quo quantum ad hoc vltimum dissidere videtur Sanchez. 2. de matrimonio disput. 41. quæst. 4. num. 52. dicens primo, si quis dicat, se dolose contraxisse, vel impedimentum occultum habere, non tenetur ei, alter debitum reddere, quia stante illa asseueratione coniux ille nullum ius petendi habet, videturque iuri matrimonij renuntiare: negando enim consensum concedit nihil sibi deberi. Sic Adriantus quæst. 2. de matrimonio. §. dico pro limitatione, Rosel. matri. 4. num. 1. Angel. matrim. 2. num. 14. Sylvest. matrim. 4. quæst. 2. Nauarr. in summ. Hispan. c. 22. num. 81. Palacios. 4. distinct. 27. disput. 1. Henriq. 11. de matrimonio, c. 15. nu. 12. Barth. Ledesma de matrim. dub. 20. initio, Petr. Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 1. dub. 2. Lopez. 2. part. Instructorij de matrim. c. 39 §. ex prædictis sequitur.

182. Secundo ait, si coniux se retractet, tenetur alter ei reddere. Rosell. & Angel. & videtur tenere Palac. & intelligit hoc Sanchez quando alter cõiux temere credidit: si enim probabiliter credidit, non tenetur fidem reuocanti adhibere, donec prima indicia euacuentur. Sylvester. Quod intelligit Sanchez, quando reuocatio est tam grauis, & verisimilis, vt alter coniux teneatur credere, sic Adrian. & Nauarr. & addunt, si adhuc dubitet, non teneri reddere, donec denuo alter consentiat. Tertio ait Sanchez, si credat alteri, non posse petere, nec reddere, quia dum credit, putat non esse matrimonium. Sic Victor. in summ. num. 248. Petrus Soto lectio. 3. de matrimon. Emanuel tom. 1. summæ adit. 2. cap. 243. num. 6. Quarto dicit non teneri credere, nisi tales sint coniecturæ, vt credere conuincatur, & dum non conuincitur, potest petere, & reddere, sic Sotus. 4. distinct. 27. quæstion. 1. art. 3. Henri. & Emanuel proxime cit. Quinto dicit, si propter alterius coniugis assertionem dubitat aliquis probabiliter de matrimonij valore, nequit petere aut reddere, donec dubium deponat. Non petere, quia est dubius de valore matrimonij: non reddere, quia alter non est in possessione, nec ius petendi habet, donec se retractet. Sic Victor. dicto n. 248. si tamen adhibita sufficienti diligentia adhuc perseueraret dubium, potest petere, & reddere iuxta dicta num. 47. quia est in possessione bona fide à se incepta, & proinde potest ea vti. Hæc ille nihilominus probabile est, quod ait Vazquez, quandiu nulla est certitudo de nullitate matrimonij, teneri reddere, quia alter per hoc, quod asserat se non consensisse, non cedit iure suo, imo petit, & sibi quacumq. ratione alter debet: sed in dubio debet reddere: ergo non obstante illa affirmatione debet reddere: non tamen potest petere, vt infra dicemus, nisi forte post examen ad vitanda grauia incommoda, quæ ex eo, quod non petat, incurret.

138. *3. Opinio.* Alia est opinio, quam probabilem putat Paludan. 4. dist. 36. quæst. 2. artic. 2. in fine, & artic. 3. & Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 3. §. 2. fœminam, dubitantem de nullitate sui matrimonij secluso præcepto superioris, non posse reddere: eo tamen posito, posse, quia in dubio obediendum est superiori. Sed hæc opinio etiam a Vazquez disput. 66. cap. 9. Azor, & alijs reijcitur. Primo, quia præceptum superioris non potest facere licitum, quod alias est illicitum, nisi mutata persuasione intellectus: ergo si intellectus post præceptum superioris manet in ea dubitatione, vel credulitate, & cum ea redditio debiti est illicita, etiam cum præcepto superioris erit illicita. Eadem ratione vtitur Sayr. lib. 1. c. 13. num. 38. sed facile dilui posset dicendo eo ipso, quod prælatus aliquid præcipiat, immutari intellectum subditi, quia videt imminere periculum mortalis in obedientiæ; nec est cur in dubio an sit licitum, quod prælatus præcipit tenear, ei obedire, & nõ in dubio an sim excõmunicatus, vel irregularis in quo dubio Sayr. negat prelato obediendum, & generatim in dubio peccati oriente ex aliquo facto. Vnde etiam Cordub. lib. 3. quæst. 9. aperte docet, præceptum prælati posse facere licitum, quod antea propter dubium erat illicitum: quod tamen in præsenti casu locum non habet, cum præceptum abstinendi à fornicatione, quod videtur violari reddendo debitum, præponderare videatur præcepto superioris. Secundo, quia superior non potest in eo dubio præcipere debiti petitionem, & sic eam facere licitam: cur ergo potuit præcipere redditionem, & sic eam facere licitam? certe nulla est ratio, quare possit vnam præcipere, & non aliam, nisi quia vna est alioqui licita: alia vero illicita.

Vnde

Vnde Pontif. non decernit,mulierem dubitantem teneri reddere, supposito præcepto ipsius,vel alterius prælati,sed absolutè,& per se loquēdo: & magis declarat obligationem; quàm imponat & si existimaret,perse esse illicitum reddere vel de eare dubitaret,non præciperet,vt redderet debitum, nec diffiniret, esse reddendum,ergo Pontifex certum putauit in eo casu perse esse reddendum debitum, & ita nos existimare debemus.

Vera ergo opinio est mulierem illam,etiā
184 secluso superioris mandato,teneri redde. Ita
4. Opinio. Auctoris. Palud.illo,a.3. Cordub.supra,& lib.3. q. 6. & Nauar.supra,num.102.& in summa.c.16.num. 41.Couar.supra,Sotus. 4. dist. 27.q.1.a.3.col.11. in fine & dist.37.q.vni.a.5.in fine, & lib.4.de de iust.q.5.a.4.Eman.in sum.p.1.c.238.concl.4 nu.4.&.p.2.c.51.nu.5.Medin.hic.q.19.a.6.Sayr. lib.1.ca.13.nu.25.& seqq.Anton.3.p.tit.1.cap.9. Angelus matrimoniū. 3. impedimento.18.nu. 4.Sylvest.matrim.6.q.8.Armill.matrim.n.45. Ioan.Med.Cod.de rest.q.17.col.4.vers.ad.3. in posteriori solutione,Sanchez supra, Azorto. 1.lib.2.c.18.q.5.Vaz.disput.66.c.4. cum quibus sententia hæc probatur. Quia ex duobus malis minus est eligendum & ex duobus periculis maius fugiendum:de quo vide.c.duo mala ex Concil.Toleta.8.ca.2.&.c.Nerui.dist.13. ex Greg.32.moralium.c.28.& sequentibus, Aug. lib.de mendacio.c.9.18.& seqq.Arist.2.Ethi.c. 9.Adrian.quodlib.1.a.3.ad.9.Soto.6.iust. q.1.a. 5.ad fin.& de secreto.m.3. q. 2. & Ro. 6. Sayr. supra,num.30.Couarru.supra,nu.9. Sotum de secreto memb.3.q.2.sepulueda.dialog. de ratione reddendi testimonium.c.9. sed minori periculo violandi diuinam legem se exponit mulier illa,non reddendo, quam reddendo: ergo reddere tenetur.Minor patet nam licet mulier illa reddendo.2.viro,se exponat periculo materialis in temperantiæ,itemq. iniustitiæ contra primum virum:tamen non reddendo se exponit periculo maioris mali. imo incurrit certum malum, quia secundus vir est in possessione legitima,vt suppono, & ideo est melior eius conditio, quam prioris viri,qui,licet forte viuat, tamen non est in possessione:in dubijs autem melior est condi tio possidentis; & nemo ante certam causæ cognitionē expoliari debet. Vide Sayr. supra
185 nū.32.Adde id,quod Ioā.Med. & Bar.Med.in sinuarūt, & immerito à nōnullis reijcitur, in dubijs fauendum esse præsenti matrimonio propter humani generis multiplicationem, & ne coniuges prole priuentur,& periculum manifestæ incontinentię patiantur, dum interse nullo modo copulam habere possunt,& ne ex negatione debiti,scandala,rixæ,discordiæ graues,& periculosæ oriantur, & ne aditus fraudibus pateat,fingentibus coniugibus dubium aliquod,vt debitum alijs negent; ob hæc igitur in dubio debitum reddere tenentur,maximè accedente præcepto superioris, cui in dubio obediendū est,vt dicunt Couar. supra,num.7.& Palud.videlicet, quando sine graui incommodo,vel maioris mali periculo id fieri potest,præsertim quando,præceptū est summi Pontificis,qui re diligenter examinata non doceret ad actum reuera illicitum obligationem esse. Vnde recte licet in proprie.Nauar.dicto.c.siquis autem nu.101. & in summa.c.16.nu.41.&.c.27.& num.288.Couar. supra,nu.8.Emanuel.supra Henr.4. de Ponti. c.51.dixere,illam mulierem esse certam de valore matrimonij quoad effectum reddendi, dubiam vero quoad effectum exigendi debitum.Notat autem bene Sayr.sup. nu.33. contra Sotum.4.d.27.eum etiā qui mala fide contraxit,posse & teneri reddere alteri,qui bona fide contraxit.Notat etiam num.35.ante consummatum matrimonium per duos menses, dubitantem non posse reddere,quia tunc ius habet non reddendi per c.ex publico de conuers.coniug.& Sot.4.d.32.q.1.a.3. ergo potest non reddere,ac proinde tenetur. Secus post bimestere.

Sectio. 21. de eo qui dubitat de matrimonio propter impedimentum seruitutis.

OBijcies tamen.1. nam si maritus, qui bona fide contraxit matrimonium cū ancilla, putans esse liberam,incipiat de valore matrimonij dubitare, quantumuis per excomunicationem compellatur à prælato, non tenetur debitum reddere:Ergo neq. in alijs dubijs de matrimonio tenetur coniux dubitans,debitū reddere.R.1.cōcedendo antecedens, quod docuere D.Tho.4.dist.36.in expositione textus, quæ est in fine dist.Richard.ibi.a.2.q.1.Vuandelin.col.14.supplem.q.vnica.a.3.dub. 1. Bon. ibi dub. 1. circa textum asserens,esse certum, Adrian.quodlib.2.ar.1.puncto.2.Medin.Cod. de rest.q.19.§.cum eorum bona venia, in solutione.2.arg.& q.17.§.Corolarie sequitur, Sot. de secreto memb.3.q.2.post.1. concl. Couarr. 2.p.de sponsal.c.7.§.2.num.vlti. seu. 11. qui ait esse commune Iurisp.ca.proposuit de coniugio seruorum,Barn. de Rosal. q. de varietate opinionum nu.109.Thom. Sanchez infra citat etiam pro hac opinione Palud.4.d.36. q.1. a.1.concl.3.num.9.Bar. Ledesm. de matrimo. dub.2.concl.1.in fine.Henriquez.11.de matri. c.10.nu.5.&.c.15.nu.14.& lib.12.c.6.nu.7. Vegā 2.summ.casu.401.Inno. c. 2. de coniugio seruorum initio,vbi Tancred.Vincent.Philip.& Gofred.quos refert Alexander de Neuo. ibi n.11.idem tenet Pan.ibi.nu.6. Præpositus.n.11 186

Ioann. Andr. & alij Rosell.verbo impedimẽtum impedimento.3.num.6. &.7.fine.Angel. matrim.3.impedimento.4.nu. 8. &. 9. Tabie. verbo impedimentum impedimento. 1. q.11. num.12.Nauar.c.siquis autem de pœnit. d.7. nu.84.Greg.Lopez,lege.4.tit.5.partita.4. verbo *departir* Azor lib.2.c.19.q.1.to.1.licet oppositam opinionem putet esse probabilem. Fundamentum eorum est,quia vel ille accedit affectu maritali, vel fornicario , si fornicario peccat:quod nullo præcepto prælati licet: si autem affectu martiali,eo ipso ratifica,matrimonium,vt colligitur ex dicto. c. proposuit: ad id vero nequit obligari per prælatum:ergo non tenetur in eo dubio reddere debitũ.Hoc igitur concesso,negatur conseq. quia in alijs dubijs matrimonij potest reddere debitum, sine incommodo:non vero indubio de impedimento seruitutis.

187 R.2.& melius negando ant.cum Vaz.disp. 66.c.5.num.28.&.29.Cord.lib.3.q. 8.Corola.1. Glossa.c.cuius rei.29.q. 2.verbo remouisse & c.proposuit de coniungio seruorũ.Hosti. Ioã. And.ibi in fine Anto.nu.6.Anch.nu.6. Henr. nu.10.11.12.Alex.de Neuo.num.11.supplemen. Pisanæ,verbo impedimentum.Impedimento 3.fine.Sylvest.matrim.8.q.3.dict.2.4.&.5. Ant. 3.p.tit.1.c.3.§.2.Adria.desponsalib.dub.13.vers. præterea tertio Mart.Ledesma.2.4. q.54.a.4. Petr.Ledesma.q.45.de matri.a.1.dub. 2. adult. 1.senten.Cordub.lib.3.q.8.§.ex supradictis sequuntur.Pala.4.dist.30.disp.1.& dist.36.disp. 1. Sanchez.2.de matrim.disp.43.Palud.4.dist. 36. q.2.a.2.post concl.Nauar.c.siquis autẽ de pœnit.dist. 7.n. 84. &. 111. qui nititur conciliare vtramq.opinionem.Fauent Mag.eadem d.86 &Hugo.2.de sacram.p.11.c.6.dicentes,etiamsi sciat impedimentum,si est iuris positiui,teneri reddere præcipiẽte Ecclesia. Ratio est quia ille potest sine vllo incommodo reddere debitum affectu maritali,non cum animo ratificandi matrimonium,sed reddendi debitum mulieri,quam probabile est,esse vxorem, & certum,esse in possessione:in quo euentu nõ ratificatur matrimonium,sicut tenent omnes non ratificari, licet teneatur homo reddere & possit petere,quando leue esset dubium de seruitute,sicut etiam qui dubitat vel credit se emisisse votum & implet,vel repetit illud, nõ ratificat votum.Et hanc sententiam probant aliqui recentiores ex. c. laudabilem de lite pendente,vbi dicitur,cõiugem accusatum ab altero,ante probatam accusationem nõ posse priuari iure,quod in alterũ habet:ergo donec probetur,illã esse ancillam, ius habet petẽdi; ac proinde maritus reddere tenetur. Caput autem,siquis ingenuus.29.q.2.quod prose adducit Sotus,non est ad rem,ibi enim tantum decernitur ingenuum,qui contraxit cum ancilla & postea nouit seruitutem non teneri cum illa remanere sed;posse libertatem eius citius consequi & cum ea manere,vel aliã ducere Plura alia de hac re,quæ mihi probantur habet Sanchez supra.

Sectio.22.De petitione debiti in dubio matrimonij.

SEcũdo Obijcies nã si mulier illa 188
eo q̃ maritus est in possessione;& indubio melior est conditio possidẽtis, tenetur reddere:ergo etiã poterit petere, nec enim debet ante certam causæ cognitionem à possessione legitima excludi & petendi iure priuari , sed saltem post factam sufficientem diligentiam, si dubium adhuc perstiterit,poterit debitum exigere.Propter hoc Sotus,4.d.27.q.1. a. 3. ad finẽ & d.37.q.vni.a.3.& lib.4.iust.q.5.a.4.in fine,dixit,mulierem illam facta diligenti examinatione,si adhuc dubium maneat,petere posse, modo bona fide contraxerit;alias non, quia non possidebat legitime, sicut qui dubitat an pallium,quod bona fide possidet,suũ sit an ante factum examinationem & diligentiam nõ potest illud alienare & distrahere . Tamen si facta diligentia adhuc dubitet,poterit illud distrahere,licet tutius & ab omni periculo alienum esset illud restituere.

Hanc opinionem quantum ad hoc quod 189
ait,dubitantem de valore matrimonij post factam debitam diligentiam etiam petere posse,tenet etiam Veracrucius in speculo,p.1. ar. 42.concl.3.&.a.13.& par.3.a.18.concl.5.(Vbi ait Victorian. & alium magistrum suum Salmãtinum idem tenuisse) Emanuel Rodriguez in summa verbo matrimonium in.1.editione. c. 238.concl.5.& nu.5.in.2.vero editione.ca.142. nu.4.Henriquez lib.12.summæ, qui est. 2. de matrimo.c.6.§.5.&.5.&.4.de legib.c.18. in fine Ledesma.2.p.4. q.8.a.4.dub.6.fol.68.in fine & sequenti cum Conrad.&.q.18.a.1.dub.14.f.231. Angles in Floribus.4.1.p.de matri.q.11. de impedimento ordinis,a.3.dub.5.&.6.Vega,lib.4. summę casu.74.& quidam alij teste Pala. 4.d. 36.disp.1.fo.798.col.2.vers.at sunt qui latiorẽ, Sanchez.2.de matri.disp.41.q.4.Bañes.22.q.62 a.6.dub.5.concl.4.Ludou.Lopez,1.p. instruct. in.2. editione.c.297.§.sed si inquirat &.2. par. de matr.c.39.fol.156.in fine &sequenti,& alij iuniores referentes Victoriã, qui eam sntiam tenuit &Canũ,Peñam,Gallũ,aliosq.Salmãt. Magistros,qui eam sententiã probabilẽ existimarunt,maxime si ex eo q̃ mulier illa petere nõ posset, pateretur periculũ incontinẽtię & carẽdi prole & alijs cõmoditatib⁹.Nã vt sæpe dixim⁹ nemo cũ magno detrimẽto tenetur indubijs tutiorẽ partẽ sequi,sic etiã nemo tenetur

vsufructu

vsufructu agri bona fide possessi priuari,etiã si post sufficiens examen, dubium adhuc permaneat Conf.1.alioqui si ambo coniuges incidissent in huiusmodi dubium, nec posset veritas explorari,deberent perpetuo manere sine vsu matrimonij , quod esset absurdum & durissimum.

190 Conf.2.ex quodam motu proprio Pij.5.relato à Veracruz & Sayro,quo Indis concessit non innenta.1.vxore,cũ vltima manere posse quod diffinitum videtur; quia tunc post diligentiam sufficientem manebat dubium de valore matrimonij, & ideo poterat maritus reddere & petere debitum ab vltima vxore. Conf.3.ex c. litteras de restitutione spoliato. vbi sine præiudicio aliarum opinionum definit.Innoc.3.in casu,quo agitur de impedimẽto matrimonij & quæstio est,an restitutio fieri debeat ante probationes,si probationes nõ statim afferantur,debere fieri restitutionẽ ad habitationẽ,& ad thorum,si vero statim afferantur,fieri debere solum ad habitationem, non autem ad thorum propter periculum incæstus aut fornicationis cum igitur etiã indubio restitutio fieri debeat ad thorum,quando non statim afferuntur probationes,non videtur obstare dubium de impedimento matrimonij,quo minus petatur debitum, quãdo id est necessarium ad vitandum incommodum fornicationis,vel aliud simile.Confir.4. nam mulier illa,si facta diligentia nihil inuenit, debet dubium deponere & potest petere secundum Syluestrem matrimonium.6.q.8.Angel.matrimo.3.nu.4.Verbecium,& alios, depositio autem uoluntaria dubij nõ nitens nouæ rationi,impertinens est:ergo etiam dubio manente,potest illa petere. Quod maxime habet verum si nullomodo saltim rationabili deponi possit , eo quod manent eædem rationes dubitandi ; vel aliæ maiores alioqui mulier illa quantum est ex parte sua semper maneret priuata vsu matrimonij.Confirm.5. Nanſi Frigidi & impotentes bona fide contraxerunt,& processu temporis incipiunt dubitare de impotentia,possunt etiam durante tali dubio,per trienium experiri an sit tale impedimentum,petendo & reddendo debitum c. laudabilem de frigidis & maleficiatis:ergo nihil mirum si etiam in nostro casu dicamus cum dubio de valore matrimonij recte debitum peti.Conf.6.nam ita etiam videtur tenere Tabien. matrimonium.4.q.12.num.13. Vbi ficait si audiuit à fide dignis,sub esse impedimentum,tenetur reddere donec sciat veritatem,& non potest petere nisi veniat in coniecturam contrariam vel dubiam.

191 Ad.c.autem Dominus &.c. inquisitioni in quibus disponitur mulierem dubitantem petere non posse.Respondent Sotus & alij autores huius sententię intelligi ante factam diligentem examinationem,vel quando mala fide contraxit, in quo casu loquitur aperte. Pont.in dicto.c.dominus.Dices eadem est ratio,de dubio ante & post examen:ergo si post examen non tollit debiti petitionem,nec ante examen poterit illam auferre.Resp.nõ esse simile quia post examen dubij est valde durũ & incommodum non posse vnquam debitũ petere,si dubium semper maneat, secus ante examen quia tempus debiti ex aminis modicum esse solet; modico autem tempore non petere,sed reddere tantum,non est communiter valde incommodum, ideo solum poterit reddere.

Obijcies rursus quia si in dubio de morte 192
prioris mariti liceret petere debitũ post examinationem;ergo & transire ad.2. matrimonium:consequens est absurdum, quidquid dicat Sotus quem,si ita sentiat , merito impugnat Vazq.disp.66.c.3.ex.c.in præsentia de spõsalibus:ergo. Resp.non esse simile,quia ad petitionem debiti possessio suffragatur, nõ vero ad. 2. matrimonium quinimo obstat, quia prior maritus , donec incerta est eius mors, censetur esse impossessione impediente.2.matrimonium vxoris.

Alij tenuere mulierem etiam post factam
diligẽtem examinationem , si adhuc dubium 193
perseueret,petere non posse Vazq. disput. 66. c.3.& seqq. Valent.3.p.disput.10.q.4 punct.2. & disp.2.q.14.pu.4.dub.4.Rodriguez.2.p.sum. c.51.concl.3.& concl.4.in fine.Nauar.in sum. Hispan.c.22.nu.81.Cordub.lib.3.q.8. Corol.3. Salon.2.2.q.62.tract.de dominio.q.5.a.7.ad finem Bar.Ledesm.de matrim.dub.20.concl.2. Petrus Ledesma de matrim.q.45. art.1 .dub.2. Azor,tom.1.lib.2.c.18.q.5. Anto. Perez, certa. 10.Scho.nu.134.Sayr.lib.1.c.13.n.28.&.29.Videtur etiam sententia hæc communis doctorũ qui absolute & sine vlla distinctione dicunt dubitantem dubio probabili,non posse petere quãdiu dubium manet. Nauar.c.27.nu.288 c.si quis autem de pœnit.d.7.nu.101.107.&.120 Couar.2.p.de matrim.c.7.§.2.nu.7.&.8.Palud. 4.distin.36.q.2.a.2.&.3.Anton.3.p.tit.1.c.9.Angel.matrim.3.impedim.4.num.8.& imped.18. nu.4.Sylvest.matrim.6.q.8.& matrim.8 .q.13. Armill.matrim.num.45.Cordub.in sum.q.45. punct.3.& lib.3.q.58.& Med.Cod.de rest.q.17. Philiarcus,to.1.p.2 .lib.2.c.9.Pala.4.d.36. disp. 1.Butr.c.dominus de secundis nuptijs,Anto. Cucus,lib.5.institu.mai.tit.12.nu.232. Gregor. Lopez.lib.3.tit.1.partita.4.verbo conella. Gratia.regul.227.num.19.Petrus de Soto,lect.9.de matrim in fine:imo & Marti.Ledesma.2. 4.q. 54.a.4.Med.1.2.q.19.a.6.Conra.de contract. q. vlti.D.Thom.4.dist.38.in fine, in expositione litteræ & Bona.in expositione litterę ad finẽ

Nauar.

Nauarra 2. de rest. c.3. num. 12. Textus etiam citati absolute & sine vlla distinctione & limitatione loquuntur, quando dubium est probabile.

Sed hæ sententiæ facile & bene conciliari possunt, vt hæc 2. verum habeat absolute, & per se loquendo, nam absolute & per se loquendo, semper in dubio tutior pars sequenda est: prior vero sententia vera sit per accidens, & suppositis incómoditatibus, quæ communiter sequerentur ex eo, quod post sufficientem examinationem debitum peti non posset.

195 Si quis vero contenderit etiam cum incómoditatibus, quæ communiter & frequenter sequerentur, si nec post examinationem sufficientem liceret debitum petere, illicitam esse petitionem, ad fundamentum prioris sententiæ respõdere vtcunq. poterit, non esse eandem rationem de possidente pallium, vel fundum. 1. Quia si hic distrahat pallium tanquam suum, non ideo exponit se periculo irrogandi domino iniuriam irreparabilem; quia si constiterit alterũ esse verum dominum, poterit ei idem, vel æquiualens pallium restitui, si vero fœmina in dubio debitum petat à secundo marito, exponit se periculo irrogandi primo iniuriã irreparabilẽ, si forte viuit. 2. Quia distrahere rem alienam non est intrinsece malum, sed multis de causis potest honestari, etiam si scienter fiat, at vero accedere ad non suum, si scienter fiat, nulla ratione potest honestari, vnde non mirum si possidenti liceat in dubio rem alienã distrahere, non autem ab alieno debitum petere. 3. Vt ait Valent. non est par ratio in alijs rebus, quarum vsus per se non habet speciem turpitudinis, quæ debeat honestari per conscientiam præsentem formalem, vel virtualem de vera rei proprietate, qualis in proposito requiritur, vt quis vtatur actu coniugali vltro (scilicet petens) & non coactus iure alterius, sicut quando debitum reddit. 4. Quia si in dubio non liceret vti re, quam possideo, ius vtendi deberet apud nullũ esse, vel perpetuo in alium transire, de quo sit æquale dubium, an licite vtatur: vtrumq. autem est inconueniens, & à ratione alienum, sed ex eo quod mulier petere non possit, non transit ius eius in aliam, sed ei manet incolume pro tempore, quo veritas constiterit, & interim (quod maxime facit pro hac opinione) non multum damni patietur, quia poterit reddere, virumq. explicite vel implicite rogare, vt petat. 5. Vazq & Anton Perez rationem reddunt, quia licet in materia iustitiæ melior sit conditio possidentis, intelligitur, nisi aliud obstet; hic vero obstant iura continentiæ: nam in dubio continendũ est, idem tenet Sayr. lib. 1. c. 13. num. 36.

Ad 1. confir. R. non fore magnum inconueniens, si vtroq. coniuge dubitante, neuter possit petere, modo vterq. possit reddere. 196

Magna tamen in hac opinione controuersia est, an si alter illorum contra fas petat debitum, possit & teneatur alter reddere. *Quæstio.* Quidam probabiliter affirmant posse & teneri, quia si non redderet debitum in eo dubio, exponeret se periculo irrogandi iniustitiam alteri, qui est in legitima possessione, & forte est verus coniux, sicut illicite petenti contra votum castitatis, vel non petendi debitum, potest & tenetur alter reddere, ita Cordub. lib. 3. q. 6. ad 2. arg. & in summa. q. 45. punt. 3. Henriquez lib. 12. de matri. c. 6. num. 5. commento lit. T. referens Victo. & Canum pro eadem senten. quam etiam docuit Bartho. Ledesma dub. 2. de matri. con. 1. Lud. Lopez. 1. p. instructorij, edit. 2. c. 297. §. sed si inquiras. Petrus Ledes q. 45. de matri. a. 5. ad finem. § ad hoc dubium. Alij tenent, in hoc euentu negandum esse debitum, quia constat alium non habere ius petendi, ac proinde si illi negetur, nullam ei irrogari iniuriam, quod autem iste reddens exponat se periculo fornicationis, non potest iustificari, nisi ob timorem iniustitiæ: ergo cum est periculum iniustitiæ, non potest esse honesta redditio. Pro qua sententia est Syl. matrim. 4. q. 2. dicens, si alter coniugum fateatur se non vere consensisse, negandũ ei esse debitum, quandiu quis credit, vel dubitat, ipsum verum dicere, quod etiam tenet Angelus matrim. 2. §. 14. Nauarr. c. 22. num. 82. (qui tamen ait, hunc non debere credere) idem docet Sotus. 4. dist. 27. q. 1. a. 3. colum. 9. Richar. a. 1. q. 4. Asten. lib. 8. tit. 8. a. 1. Vazq. disp. 66. c. 6. nu. 31. & 32. Azor. tom. 1. lib. 2. c. 18. q. 6. Sayrus lib. 1. c. 13. num. 34. Syl. matri. 4. q. 2. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. §. 13. Pet. Ledes. de matrim. q. 45. a. 1. dub. 2. con. 4. 197 198

Pro eadem sententia est Sanchez. 2. de matrim. disp. 41. q. 5. vbi duas con. statuit. 1. Quando alter coniux illicite petit, eo quòd dubitat ante factam diligentiam, vel secundum alios etiam post factam diligentiam, alter nõ tenetur, nec potest reddere; propter rationẽ paulo ante à nobis adductam. 2. con. Si alter tantum esset dubius, & peteret ab eo, qui non dubitat; sed scit matrimonium esse verum, hic posset quidem reddere, quia ius habet petendi, ergo à fortiori reddendi, poterit tamen non reddere, quoniam scit alterum iniuste petere. Hæc sententia est etiam valde probabilis, & ad rationem contrariæ. R. nulli se exponere periculo iniustitiæ, cum sciat alterum in eo euentu carere iure petendi. Nec est simile de voto, vt recte ait Sánchez, quia vouens non amisit ius iustitiæ ad petendum, nec possessionem, quamuis contra religio- *Auctor.*

ligionem peccet petendo,dubitans autem ca ret iure petendi & possessionis suffragio,ideo iuste illi negatur debitum.Sed circa exemplū de voto notandum est,quod secundum Cordubam, maritus, qui emisit votum castitatis de consensu vxoris, nō tenetur reddere,si illa expresse renuntiauit iuri petendi, vt D. Tho. Adria.& alij docent ex Aug. c. quod Deo. 33. q.5.idem tenet Adrian. si de consensu vxoris emisit votum;quia tunc tacite etiam illa renuntiauit,licet non expresse,alioqui nihil operaretur eius cōsensus.In idē inclinat Sot.4. iust.q.3.a.1.quod Cordub.ait,esse verum in foro contentioso,sed in interno oppositum forte verius esse:si autem sciente & non prohibente vxore, sed nō expresse consentiente votum emisit,tenetur reddere:quia illa iuri suo non renuntiauit. Sed de hac re plura dixi in mareria de matrimonio.

199 Sed quæres an dubitans, teneatur suum dubium alteri exponere,vt altere petere licite
Quæstio. non possit,nec ipsa reddere. Sayr.sup.nu.31.& 35.ait,teneri si periculum non immineat, & spes sit fore vt alter à matrim onij vsu abstineat:alioqui relinquendum i n sua bona fide. Ego dubito de illa obligatione, quia si alter coniux petere non potest,periclitatur continentia vtriusq. & tepescent amor mutuus & obsequia.

200 Ad.2.Conf.recte.Resp.Vazq.disp.cit.c.5.&
Ad.2. Cōf. Sanchez disput.41.q.75.nu.53.& alij,decisionē Ponti.non fundari in eo quod indubio post diligentem examinationē liceat petere: hoc enim solum potest esse verum, aut probabile quando non constat matrimonium vltimum fuisse nullum,constabat autem in illo euentu quoniam Indi illi, viuētibus primis vxoribus, contraxerant cum vltimis; sed nititur Pontifex illi veritati,quæ habetur in.c.gaudemus de diuortijs,nempe quoties coniux non vult conuerti ad fidem,nec cohabitare aut certe non sine contumelia creatoris,dissolui matrimonium,etiā quoad vinculū,& ad aliud matrimonium transiri posse.De Indis autem qui fugerunt ad alios infideles,nec poterant inueniri,merito præsumpsit Pontifex,nolle cohabitare simul,aut non sine contumelia creatoris,ideo decernit posse fideles, qui ad fidem conuersi sunt,trāsire ad aliud matrimonium & in eo manere cum vltimis coniugibus.

Ad.3.Confir.R. Vazq. diffinitionem Inno.
201 3.solū inniti præsumptioni,& ita solum respicere forum exterius,quia si allegetur impedimentum,& non afferantur statim probationes iure optimo præsumere debet iudex. Vel nullum esse impedimentum;sed malitiose illud obiectum fuisse,vel rem esse dubiam, ac proinde restitutionem faciendam esse,quoad thorum;vt qui scit,nullum fuisse impedimē-

tum exigere possit,qui autem dubitat, possit reddere,vt tenetur,qui autem scit impedimē tum, etiam si restitutio quoad thorum fiat, debet nō reddere,etiam si excommunicetur, etiamsi impedimentum sit iuris tantum humani,in quo ecclesia dispensare possit & soleat;licet oppositum senserint Mag.4.d.38.ca. vltimo,& Hugo.2.de sacram.p.11.c.6.tom.3.& alij,vt refertur in dicto.c.litteras; quorū opinionem defēdit Adria. quodlib.1.a.3. vt refert Gregor.Lopez,l.2.tit.3.partita.4.& eādem defendit quidam Theologus tempore Soti, vt ipse refert.4.dist.27.q.2.a.5.

Qui communiter reijciuntur,quia in c.in- 202
quisitioni de sent. excommunic. præcipitur scienti impedimentum matrimonij, qualecunq. illud sit,vt potius sustineat sententiam excommunicationis,quā debitum reddat: & quia,vt optime notauit Palud.4.dist.36.q.2.a. 2.post.4.conclusionem nu.15.&.16.&. Medin. Cod de restitut.q.19.quādo præcipitur,vt cōiux reddat debitum, Ecclesiæ intētio non est dispensare in impediméto,etiamsi sit suæ potestati subiectum,sed quia præsumit nullum esse impedimentum, vel saltem esse dubium, præcipit,vt debitum reddatur:quare si re ipsa fuerit impedimentum,non est intentio ipsius illud præcipere.Vnde iudex inferior, qui in nullo impediméto dispensare potest, id solet præcipere.In continenti autem offerri probationes dicuntur, si intra triduum offerantur, vt probat Sanchez.2.de matrimo.disp. 41.q.4.

Grauis autem quæstio est,an hæc restitutio 203
procedat,quando lis mouetur de matrim. nō Quæstio.
dum cōsummato. Aliqui dicunt tunc nō esse locum huic restitutioni:quia potest alter cōiux religionem ingredi.c.ex publico de conuersione coniugat. Præterea quia. c. excon. quæstione de restit.spoli ponderatur copula ad hanc restitutionē,idem.c. transmissa eodē tit.ibi.Mandamus,quatenus si vobis constiterit,quod præfata mulier prædicto militi legitime despōsata fuisset,& ab eo cognita,ipsam ei restitui faciatis,& ita tenet Glossa,& Host. ibi,Innoc.ca.ex parte,num.4.de restitu. spol. Ioan.Andr.ibi,num.6.in fine. 7. &. 8. Cardinum.5.oppos.1.Bal.c.penul.nu.5.&.8.de probat. Anchar.d.c.ex transmissa,numero.1.Dominicus Consil.24.num.3.

Sed alij, quos sequitur Sanchez,illa q.4.me 204
lius distingunt sic.Si petatur integra restitutio,nimirum etiam quoad copulam,non cōceditur, si matrimonium non dum consummatum sit,quia graue damnum pateretur fœmina,si postea declararetur inualidum matrimonium.At quoad cohabitationem, & alia obsequia præter copulā, conceditur cum ius habeat alter coniux adhæc, etiā matrimonio non dum consummato;& probatur etiam ex

c.ex p.

c.ex par. de restitu.spol.ibi restitui nequaquá debeat,vt pote nullo iuris seu possessionis cõmodo destituta cum per solam traductioné, quam non præcesserunt sponsalia, vel consensus legitimus,nec fuerũt etiam subsequuta nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum.Ergo à contrario sensu secus esset si vinculum matrimonij esset cõtractũ.

Nec textus in oppositum adducti aduersantur;ponderant enim copulam,quando agitur de plena & omnimoda restitutione. Nec obstat, posse coniugem tunc ingredi religionem;quia dum non ingreditur, ius habet alter coniux ad prædicta obsequia.

205 Huius sententiæ clare videntur Hostien. dicto. c.ex parte verbo causam possit matrimonij,& Anton.dicto.c.ex transmissa,nu m.2 vbi aiunt,ad plenam restitutionem probandũ esse matrimonium & copulam; videtur ergo sentire, secus esse quando non petitur plena restitutio; & tenent expresse Pan. dicto. c. ex parte,num.25.Ligna.quem refert & sequitur Imola dicto.c.ex part.n.11.Brun.de sponsalib. conc.12.n.15.Alex. Carrerius. li. 1.de sponsal. c.3.Barbosa.ff.soluto matrimonio rub.2.p.nu. 80. si autem periculum sit de copulæ extorsione,cautio indemnitatis præbenda est & si hæc minime sufficiat ad præcauendum periculum,restitutio differenda est. Sic Panor. & Brun.ibi.

206 Nota tamen,quod in priori bimestri post contractum matrimonium coniux dubitans de eius valore,siue post examé, siue antea, nõ tenetur reddere debitum;quia alter non habet ius petendi & inde sequitur nõ posse reddere;quia nullũ est periculum iniustitiæ, ob quod solum vitandum licitum est reddere cũ periculo fornicationis.Ita tenet Vaz.disp.66. c.6.nu.32.verf.4.& Azor tom.1.lib. 2.ca.19.q.2 Hoc verum esse iuxta hanc.2.sentẽtiam principalẽ,quam modo defendimus ait Sanchez illa disp.41.q.4.num.48.sed iuxta priorem sententiam Soti & aliorum asserentium coniugem dubitantem,facto examine, posse petere,dicendum merito putat,posse reddere , & petere, ne in dubio priuetur cõmodis,& emolumentis copulæ coniugalis.Idem esset ante examen,si ex carentia petitionis,vel redditionis in commoditates graues contingerent. Similiter si alter coniux adulterium committat, non debet,nec potest innocens dubitans de impedimento matrimonij,petere,aut reddere,etiam post examen iuxta secundam opinionem: sed iuxta primam post examen potest petere & reddere,licet non ante examen, vt eisdem rationibus probat Sanchez,q. cita. num.49.

Sed quid facturus est , qui nondum con-
207 summauit matrimonium,& post bimestre tẽpus adhuc dubitat,an validum fuerit? Respõdet Vazq.supra nu.33.elapso illo tempore nõ debet detinere alterum coniugem perpetuo dubium,sed debet ei detegere dubiũ , vt ipse etiam interim uon petat, donec sufficienter examinetur.Hoc intelligit,si probabiliter nõ timetur talem dubij reuelationem nihil pro futurã,sed potius nocituram;quod si tale sit periculum,tunc debet coniux dubius reddere debitum,ne vltra tempus signatum à iure, alterum coniugem detineat. Obligare autem ipsum ingredi religionem,cum reuera possit, vt ita liberum relinquat alterum coniugem, nimis durum est,eo quod nisi status religionis sponte suspiciatur,difficiles soleat habere exitus. Tum etiam plures aliæ difficultates occurrere possũt,ob quas ille obligari adhoc non debeat.Hoc mihi,(inquit)videtur probabilius,tametsi aliqui cẽseant, huiusmodi debere intrare religionem, cum hac via possit periculum incontinentiæ euadere,cui se exponeret sine vlla obligatione,si in principio redderet.

Mihi opinio Vazq.certissima est,quia non 208
nenetur cum tanto detrimento suo, vel alterius,aut religionem ingredi,aut à redditione debiti in dubio abstinere,Vnde licite illi periculo materialis fornicationis se exponit. Imo iuxta priorem opinionem principalem Soti existimo,manente tali dubio,petere etiá posse. Quod vero post lapsum duorum mensium debeat coniugi petenti debitum reddere,vel confestim religionem ingredi,petere autem nequeat,docet Azor,illa q.2. sed. q 4.ait,non teneri alteri suum dubium declarare,quia alter bonam fidem habet, & ex hac declaratione,mala oriri solent. *Auctor.*

Sed quid in foro conscientiæ, quando im- 209
pedimentum est dubium ei,qui bona fide cõtraxit & lis mota est.Henri.11.de matrim.c.15. ad finem dicit,lite pendente inter coniuges de viribus matrimonij ea intentione, vt dirimatur.l.de causa diuortij quoad thorũ , eum, qui vult separari,non teneri reddere, ne iuri suo præiudicet,posse tamen petere & reddere. Hoc in casu diuortij quoad thorum tantum verum esse recte etiam docet Sanchez, quia si redderet, iniuriam adulterij remitteret & ius diuortij amitteret:posset tamen petere & reddere,quia matrimonium est certũ, potestq. lite cedere:at vero quando matrimonium est dubium , lis ad illud dissoluendum nec dat,nec tollit ius petendi,aut reddẽdi , vt probat Sanchez ex. c. 2. vt lite pendente ibi. *Quaris quando matrimonium accusare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum. Ad quod respondemus , quod coniugum alterutter accusatus,ante probatam accusationem iure , quod habet in altero priuari non possit.*

Vnde

210 Vnde colligo,eum qui antea tenebatur reddere, etiam lite mota reddere debere, idē est si lata est vna sententia in fauorem matrimonij,altera contra illud,neutraq.in rem iudicatam transijt,quia in hoc dubio non est alter possessione spoliandus, vt bene docent Palu. 4.dist.36.q.2.a.3.nu.16.Anton.3.p.tit.1.cap.3 §.2 & Sanchez supra. Nec verum est sibi præiudicare coniugem in hoc dubio petentem, vel reddentem,quia si propria voluntate impedimentum auferri non potest, vt si sit consanguinitatis,quomodo potest sibi præiudicare, quin probato impedimento matrimonium dissoluatur:Quando autem propria voluntate tolli potest, vt si sit seruitutis ignoratæ, quid agendum sit mota lite,& an sibi præiudicet vtens matrimonio, dicam(inquit) disp. 43.& nos iam superius diximus,etiamsi reddat,non sibi præiudicare, ac proinde debere reddere.Hæc ille.

211 Aduerte, tamen quando impedimentum est consanguinitatis,vel affinitatis,cōiugem, qui dissolutionē matrimonij procurat, si in dubio reddat,aut petat eomodo, quo probari possit,posse sibi apud imperitū iudicē præiudicare,vtsi ex eo,quod reddat, aut petat,colligat iudex eum dolose obijecisse consanguinitatem,vel affinitatem.

Ad.4.Confirmat.Resp. doctrinam illorum asserentium, facta sufficienti diligentia deponendum esse dubium, falsam esse: depositō, tamen dubio,ita,vt certus homo sit de valore matrimonij, verum est,petere posse. Ad. 5. Confirm.negatur consequentia,quia in casu de frigidis &c. nō potest dubium examinari, nisi vsu matrimonij,& quilibet habet ius examinandi dubium & ideo quilibet potest illo tempore debitum petere:secus quando est dubium de alijs impedimentis, quod non examinatur petitione debiti; ideo quandiu dubium manet,etiam finito examine debitum peti nequit.Vide Sanchez illa,q.4.nu.53. ad.1. argum.2.sententiæ,& Vazq.disp.66.c.6.nu.32. Azor,tom.1.lib.2.c.19.q.3.

Ad.6.Confirm.Resp.non multum esse curandum de opinione Tabiennæ.

Hoc ergo modo argumenta prioris sentē-
212 tię dissolui possunt; sed adhuc propter nonnulla ex illis ea mihi magis placet.Id vero, q̄ præcipuus eius auctor scilicet Sotus, addit.4. dist.27.q.1.a.3.& d.37.a.vlt.eum qui contraxit mala fide,posteaq. dubitat an matrimonium sit validum,reddere non posse,quod etiam tenuit Ludou.Lopez.1.p.instructo.c.81.&.2.p.de matrim.c.39.& Vega,lib.3.summæ.c.155.& indicauit Syl.matri.8.q.13.dicto.2.Mihi non placet,quia vt recte notat Vazq.disp.66.c.6.nu.31 & Sanchez.2.de matri.disp.42.Azor,to.1.lib.2 cap.18.q.7.expresse est contra. c. dominus de secundis nuptijs, vbi decernitur,eum,qui dubius de impedimento,matrimonium contraxit,reddere debere.Nec obstat ratioSoti:quāuis enim possessio suscepta mala fide ei, qui sic contraxit,nihil faueat ad petēdum, fauet tamen alteri,qui cum eo contraxit bona fide, vt ipsi petenti debitum reddatur,quia nō debet iure suo spoliari ob malam fidē alterius, dum non constat matrimonium fuisse nullū, sicut in præscriptione mala fides prioris possessoris nonnocet bona fide possidēti.Sic etiā tenent Glossa.34.q.1 in sum. verbo *vtraq. quæstio.*Innoc. dicto.c.dominus,nu.vnico. Ioann. Andr,ibi super. Vers. amodo.Anchar.num.5. in fine,vers.6.nota.Panor.n.4.Alex.de Neuo. nu.5.Præpositus, nu. 2. Rosell. verbo impedimenta,impedi.12.nu.1.Syl.matri.4.q.9. dict.3. Tabie.verbo impedimentum,impedim.10. q. 1.nu.2.Armilla.verbo matrim.nu. 45. Nauar. in sum.Hispana.c.22.num. 77. Franciscus Pauinus tract.de visitatione,q.8.p.2.nu.59.Veracruz,3.p.speculi.a.18.concl.6.Cordub.lib.3.q. 8. Corol.2.&.§.sed certe hęc opinio. Angl.1. p.Florum de matrim.q.11. de impedimēto ordinis.a.3.dub.4.&.6.Salon.2.2.q.61.tract.de dominio,q.5.a.6.ratione vltima finalis conclusionis. Palaci.4.dist.27.disp.3.Lopez.2.p.instr. de matrim.c.55.Henriquez lib.12.de matrim. c.6.num.5.& commento littera. S. Barth. Ledesma,dub.20.de matr.concl.1.

Vtrum autem si mala fide contrahens petat,teneatur alter reddere?affirmant quidam 213
teneri,sicut tenetur coniux reddere alteri cō- *Quæstio.*
tra votum petenti.Henriquez. 12. de matrim. c.6.num.5.Commento.litt.T.referens victoriam & Canum:idem tenet Bartho.Ledes. de matrim.dub.20 .concl. 1. Sed hoc minus verū esse arbitratur Sanchez supra, quia obligatio ad reddendum dubitanti oritur ex legitima possessione dubitantis:sed iste non est in legitima possessione: Ergo alter non tenetur ei reddere.Conf.ex.c.dominus de secūdis nuptijs ibi, debitum à se nouerit nullatenus exigendū:ergo non habet ius exigendi,ac proin de alter non tenetur reddere.Conf.etiā, quia 214
si duo contenderent super eadem vxore &res esset dubia,illa non teneretur reddere nullā possessionem habenti,alioqui cōtingere posset,vt teneretur duobus,vel pluribus reddere: ergo nec habenti possessionē non legitimā, quia possessio non legitima pro nulla reputatur.

Nec est simile de viro contra votū petēti: habet enim possessionem legitimam, & ius iustitiæ ad exigendum,& tantum est reus religionis voti petendo,vt qui petit rem suam ad abutendvm ipsa, iure suo vtitur.Potest tamē qui bona fide contraxit,dum non dubitat de matrimonio,reddere,& petere;quia cum sibi

certo

certo,& sine formidine persuadeat, verũ esse matrimonium,potest plene vti illo, licet in casu dicto reddere non teneatur dubitanti: si autem dubius sit,non poterit reddere,nec petere ante adhibitam diligentiam:non petere, quia sine causa se exponet periculo fornicationis;non reddere,quia alter non habet ius iustitiæ ad petendum,& ita non est periculũ, iniustitiæ,ob quod vitandum licitum sit subire periculum fornicationis:adhibita autem diligentia,licet maneat idem dubium, poterit reddere,& petere,vt ait Sanchez iuxta similia dicta in superioribus.

215 Quod vero dixere Sotus.4.d.27.q.1.a.3. Lopez,c.29.de matri.Vega illo casu.155.Bar. Ledesma,illo dub.20.de matrimo. nuptias eius, qui dubia fide contraxit,irritandas esse,merito impugnat Sanchez illa disp.42.quia in dicto.c.dominus de secund.nup. expresse dicitur,hunc dubitanté teneri reddere: ergo tale matrimonium nen est irritandum.Item quia ibi,&c.in præsentia de sponsalibus diffinitur, non licere ad alias nuptias transire, donec constet de priorũ dissolutione:ergo, dum dubium est,an hoc matrimonium sit validum non est dissoluendum.Tandem qui bona fide contraxit.certam & iustam habet possessionem:ergo in dubio non est expoliandus, & eius possessio,quia certa est, prævalet possessioni prioris matiti,v. g. cuius possesio sicut & vita,dubia est. Sed quid si vterq.coniux sci licet,vir & fœmina mala fide contraxit dubitans de impedimento matrimonij. Sylvest. matrim.4.q.9.dicto.3.indicat teneri reddere, dicit enim contrahentem dubia fide teneri reddere,maxime si aliter coniux ignoret. Vnde idem videtur sentire si ambo habeant malam fidem & tenet expresse Bartho.Ledesma, illo dub.20.concl.1.asserens neutrũ posse petere, teneri tamen reddere. Thomas autem Sanchez disp.42.certissimum esse arbitratur neutrum posse petere,nec reddere,quia neutri suffragatur possesio mala fide incepta, & ita docet Veracruz,3.p.speculi.a.13.in fine.Angles in Floribus.4.p.1.de matrimonio,q.11.de impedimẽto ordinis.a.3 dub.4 Henri eo. c.11. n.5.in fine,& c.15.n.13.&.lib.12.c.6.n.5.

Quæstio.

Addit Henri.eo c.11.nu.5 fine.Hos nõ posse
216 reddere,nisi causa subsit,vt id dubium practice deponant,& probabilius esse reputent matrimonium valere,& Sanchez credit,satis esse,si arbitrio prudentis rationes ita probabiles sint ad persuadendum,matrimonium valere,vt efficiant probabilem opinionem,quãuis probabilius sit,matrimonium nõ tenere, quia satis est in moralibus sententiam probabilem amplecti,iuxta veriorem opinionem, quare hac opinione probabili valoris matrimonij existẽte,põt vterq. petere & reddere.

Vtrunq.est difficile,quia opinio probabilis speculatiue tãtũ,qualis est ista,si est minus tuta, amplectẽda nõ est,vt superius diximus, nisi vrgente aliqua graui necessitate, vel cõmoditate,quæ si ad sit,etiã in dubio suspẽsionis speculatiuo possumus licite parté minus tutã amplecti: Ergo idem est de dubio speculatiuo suspensionis,seu proprie dicto asserẽdum,quod de opinione probabili,& econtra. Cõf.nã,vt statim videbimus, opinio de nullitate matrimonij nõ sufficit ad negandũ debitum:ergo,nec opinio de valore matrimonij, sufficit ad petendum. Añs patebit statim & consequentia tenet exparitate rationis. 217

Sed quid si coniux qui bona fide contraxit, 218
postea non dubitet dubio suspensionis,sed potius opinetur matrimonium esse nullum, poterit ne petere,& reddere?parté negatiuã clare tenere vidẽtur Anto.3.p.tit.1.ca.9. notab. 2. Sylvest.matrim.4.q.9.dicto.3.Emanuel. 1. to. sum.editione.2.c.243.num.6.Sotus. 4. dist. 27. q.1.a.3.versic.tunc ergo,Anto.Cucus. 5. instit. tit.12.nu.232.verba horũ & fundamẽta refert Sanchez.2.de matri.disp.44. ipse autẽ melius ait.1.illum non posse petere,quia in dubio suspensionis nõ posset petere:ergo multo minus in opinione nullitatis matrimonij. Sed hoc verũ esse puto ante absolutũ examẽ, post absolutũ vero examen,quidquid aliqui dicant, sicut posset petere dubitans dubio suspensionis,ita & opinans, nullum esse matrimoniũ, in his enim & similibus parum refert habere dubium suspensionis,vel opinionis. *Quæstio.*

2.Ait,illũ teneri reddere, probat ex Aug. 219
lib.de fide & operib⁹& refertur.c.si virgo. 34. q.2.si virgo nupserit nesciens, viro alieno, si semper nesciat,numquã ex hoc adultera erit, si autẽ sciat iam ex hoc adultera esse incipit. Vbi pondera nõ dicere,si opinetur,sed si sciat vbi sciẽtia certitudinem importat, vt notauit Sylvest.præscriptio.1.q.3.dicto.3.ergo etiamsi opinetur,non peccat reddẽdo.2.probat, ex.c. inquisitioni de sent.exco.ibi,si habeat cõsciẽtiã, ex credulitate probabili,& discreta, quãuis nõ euidẽti,& manifesta.Quasi dicat quãdo nõ fuerit credulitas certa & manifesta reddat.3.quia,vt possim aliũ sua possessione expoliare,oportet me certum esse,rem nõ esse suã: & doctores,vt licita sit cõpẽsatio,petunt certitudinẽ debiti:ille autẽ alter coniux bona fide possidet,ergo hic opinans,nullũ esse matrim. tenet ei debitũ reddere,& ita tenet expresse D.T.4.d.41.q.vni.a.5.q.1.ad.3.& d.38.in fine in expositione lit.Bon.ibi,Palu.d.36.q.2.a.2.n.14 Ant.3.p.tit.1.c.3.§.2. Angel.matr 3.imped.4.n. 8.Ros.verbo impedimẽtũ imped.1.n.17.& impedi.12.n.1.Syl.matr.4.q.13.dicto.2.&. matr.8. q.3.dicto.5.ad finem & matr.6.q.8.Conrad.de cõtract.q.vlt.concl.3.Sotus.5.iust.q.5.a.vltim.

ad

ad finem Marti.Ledesma 2.4.q.18.a.2.dub. 14. & q.54 a.4.Nauar.c.22.num.81.licet oppositũ dicere videatur,nu.77.Cordub.lib.3.q. 5. propositione.2.in fine & q. 8. & in summa q.45. puncto.3.Henric.12.de matrim.c.6.num.7. Petrus Ledes.de matr.q.45.a.1.dub.2.ad.3. primæ sententiæ Emanuel.1.tom.sum.editione.2.ca. 243.num.4.quos latius refert & põderat Sanchez supra.

220 Nec obstat regula,in pari,de regul.iuris. in 6.vbi solum dicitur in pari causa &c. hic autẽ non est par causa,quia opinio probabilior est contra possidentem:Ergo nõ potest dubitans reddere legitime possidenti.Resp.enim idem esse in fere pari causa,qualis est,quãdo vtraq. pars est probabilis.3. Addunt aliqui iuniores, si probabile iudicat validum esse matrimonium,potest reddere,& petere, quia licitum est sequi quanuis opinionem probabilem,citant Martinum Ledes.2.4.q.54.art.4.& Petrũ Ledes.de matrim.q.45.a.1.ad finẽ, addunt iuniores,id esse verum,etiam si probabilius iudicet non valere matrimonium:quia sequi licet quanuis opinionem probabilem. Vnde, quod dicitur,eum qui opinatur, nullum esse matrimonium,non posse petere, dicunt intelligendum esse,quando nõ habet assensum opinatiuum vtriusq. partis,sed solum nullita is matrimonij. Cum dubio & formidine valoris cæterum si loquamur de opinione, quæ non sit moraliter certa,certũ iudico non licere ad petendum debitum:quia semper habet coniunctam formidinem,& dubitatione,cum quibus nõ licet petere,vt patet ex. c.dominus de secundijs nuptijs, &c. inquisitioni de sent.excom. & doctorib⁹ cõmuniter requiretib⁹ certitudinẽ,vt quis petere possit.

Si vero de opinione moraliter certa,vt forte loquuntur.Marti.& Petr.Ledes. clarum est
221 illum posse pẽtere.Nec refert,quod probabilius putet matrimonium esse validum, nam adhuc sine causa sufficienti exponit se moralipericlo fornicandi:Ergo peccat petendo. Col.quia etiamsi existimet, probabilius esse, quod matrimonium est nullum,tenetur reddere:ergo similiter etiam si probabilius putet matrimonium esse validum,tenetur non petere: par enim ratio est,& fortior, si probabilius putet, matrimoniũ esse nullum,vt patet, ex.1.concl.

Contrũ.etiam,quia non est licitum sequi opinionem minus tutam speculatiue probabilem,nisi ex causa vrgenti:sed talis est opinio de valore matrimonii:ergo nõ licet eam sequẽ petendo,nisi causa aliqua vrgeat.

Sect.23.An dubitans sit ne res aliqua,quã possidet propia,vel aliena,possit eã retinere,& Consumere.

ADrian. in materia de restitutione quæst.de præscriptione.§.hoc supposito,&quodlib.2.a.1.ad.2.Conf. primi argum.ait,hominem in tali dubio examinare debere an res sit propria, vel aliena & si post sufficiens examen adhuc dubius manet,restituere debere; quia in dubijs tutior pars sequenda est.Idem tenuit Butrius.c.fin.de præscrip.Sotus vero.4. iust. q. 5. a.vltimo circa finem ait, dubitantem teneri pro ratione dubij diuidere cum illo, de quo dubitat,an sit verus dominus,quod si de nullo dubitet,teneri cum pauperibus, qui loco incerti domini succedunt. Idem tenet Marti. Ledesma.2 p.4.q.18.a.1.dub.14.fol.231.Aragon 2.2.q.62.a.1.tract.de dominio,ante.§. his constitutis,Barnab.de Rosalibus tracta. de varietate opinionum fol.98.&.101.& hanc sententiam probabilem putat Cordu.lib.3.q. 6. ad.3. in prima solutione. 222

Alij fere omnes tenent merito, facto examine,si adhuc dubiũ manet,posse rẽ totã perpetuo retinere,Sotus ipse.4.d.27.q.1.a.3. versi. ad huiusmodi,& rel.de secreto Memb. 3. q. 2. post.3.concl.vers.& quanuis,Ioan.Medi.C.de restitu.q.17. §. alter tñ &. §. Corolarie sequitur nõ esse.Bartho. Medina.1.2.q.19.a.6. prop. 1.ad fin.Valent.disput.2.q.14.punct.4.&.2.2.d. 5.q.6.punct.5.Couar.reg.possessor,p.2.§.7. nu. 3. &. 4. & regula peccatum,par.3.initio, nu.4. dicens esse communem,Sylvest. præscriptio. 1.q.3.partic.3.in fine.Tabie.nu.10.§.9.Cordub. lib.3.q.6.ad.3. argumen.in.2. solutione,& q.8. Corola.3.ad.1.rationem,Azor,tom.1.lib.2.ca. 19.q.5.& q.8.ad.1.rationem.Aragon.2.2.q.63.a. 4.Burgos de Paz in proœmio legum Tauri.n. 406.&.l.3.p.5.num.1482.Veracruz,3.p.speculi. a.18.Molina de iust tract.2.disp. 35. in fine & §.verum enim vero & disp.36.concl.1.& disp. 103.vbi adducit iura,Victor.de iure belli dub. 3.propositione.4.nu.3.Mart.Ledes.2.4.q.8.a.4 dub.6.Henriquez.li.14.de irregularitate. c. 15. in fine,Bañes.2.2.q.62.a.6.dub.5.cõcl.4. Ludo. Lopez,1.p.instruct.c.135.§.quare falsa est.Salõ 2.2.q.61.tract.de dominio ad finẽ, &.q.62.a.6. controu.4.concl.4.Emanuel.2. tom. summæ. c.43.num.4.Gratia.reg.227.nu.5. Anto. Perez, cert.10.Schol.nu.127.& seqq.Sayr.lib.1.c.13. n. 13.&.seqq.Gloss.ca.fin.verbo nulla temporis de præscrip.Pan.ibi.nu.39.citans Barth. l. naturaliter col.2.ff.de vsucap.Ant.Franc. in anno.ad Pan.sup.citans.l.si prius. ff. de noui. op. nũtia.Alex.& Iason.l.3.§.genera.ff.de acquir. poss.Vazquez,& Sanchez infra. Angles. in.4. in.q.de præscrip.a.2.diffic.2. Petr. Cenedo in collectarijs iur.cano.collect.50.nu.5.

Sed non omnes eodẽ modo id tenent Sot. enim,Sylu.Mol.&.Couar.in illa regul.possessor & alij multi absolute docent, in tali dubio 222

bio posse rem sibi retinere & possidere: nihil tamen definiunt circa eius vsum: credo autē supponere,retentionem & possessionem fore ad vsum,ne sit inutilis,& inanis,imo & onerosa,vt in reg.peccatū Couar.explicuit.Cord. autem lib.3.q.8.Corol.3.§.ad.1.rationem,dicit talem hominē licet rem ipsam retinere possit,vt vero domino tradatur,quando de veritate constiterit,non tamen ea vti posse neq. ipsam alienare. Probat. 1. quia, qui nequit præscribere,neq.alienare potest: vt neq. qui alienare nō potest,perscribere valet.l. alienationis.ff.de verb.significat. 2. Quia si rem cōsumat & alienet, exponit se periculo iniustitiæ alienando & consumendo alienum.3.alio qui coniux post examen manens dubius de impedimento,posset vxore vti petendo.

Sit tamen.1 concl.ante examinationē po- 225
test qui possidet, & de proprietate dubitat, *1. Conclusio*
rem totam possidere:non tamen alienare:neque vsu aliquo consumere,si est res, quæ seruando seruari potest,ita Vazq.disput. 66. c.7. Sanchez.2.de matrimonio disput.41.q.2.Ant. Perez,supra,& omnes. Prob. quia dominus esset irrationabiliter inuitus si nollet rē, durāte inquisitione, esse apud illum depositam in custodia:frustra autem inquiriretur verus dominus,si interim res alienaretur, vel vsu consumeretur,ergo apud possessorem conseruanda est res,vt vero domino restituatur, si compareuerit.

2.Conclusio.si facta examinatione adhuc 226
dubium manet,potest illam rem totam possi- *2.Conclu.*
dere,& retinere Sayr.Perez,Vazquez,& Sanchez,supra & alij autores.3.opin. Azor, capit. citat.q.6.Prob.1.quia *in pari delicto,vel causa melior est conditio possidentis*, reg. inpari. 65.de reg. iuris in.6.& reg.inpari.170.ff.de regulis iuris, & quia ille in foro externo, non priuaretur possessione,siquidem,*cum sint partiū iura obscura,reo potius fauendum est quam actori*, reg 11. de reg.iuris in.6.& quia *possessor bona fidei ſine plena, & euidenti probatione in contrarium remoueri non debet*.l. 1. in fine. C. de conditionibus incertis.l.nuptura in fine,vbi Gloss.ff.de iure dotis.l.libertas.§.fin.ff.demanum.testam.Siman. de catholicis institutio.cap.51.nu.2.Moli.3.de primogen. ca.4.num.32.Burgos de Paz, Consilio.29.num.20.&.66. Henri.4.de Pont.ca.18. in fine:forum autem externum,quando falsa præsumptione non ducitur, interno conformatur.2.quia alteri nulla fit iniuria, cum deterior sit eius conditio,eo quod non possidet, & manet illi suum ius dubium ad proprietatē Vnde in hac specie non est necesse sequi tutiorem partem, sed certum est posse retineri rem,quia melior est conditio possidentis, & magis debet quisq.consulere suæ indemnitati,quā alienæ.l.præses prouinciæ.C.de seruit. & aqua.c.dilecti:de arbitr. vbi doctores cum alijs.4.quia magna sunt possessionis commoda,quæ late refert Mascardus de probatio.tota concl.1200.Hanc concl.limitat Sayr.supra, nu.14.nisi facta debita diligentia deprehendat alium habere maius ius:quæ limitatio solum est vera si deprehendat certo,rem esse alterius.

3.Conclusio,possidens,manente post exa- 227
men tali dubio,potest re illa vti,& illam vēdere,& alienare,modo sit paratus restituere pretium,& fructus,quando constiterit de vero domino,Vazq.supra Azor etiam supra,q.6 Medin.C.de restit.q.10.Couar.reg.peccatum, parte.3.in princip.num.4.Perez supra,& Sayr. num.15.Bañes.2.2.q.62.a.6.dub.5.concl.4. &.5. Salon eod. a.controu.4.ratione.4. conclusionis.Sanchez.2.de matrim. disp.41.q.2.concl.4. Veracruz.3.p.speculi.a.13.fine. *3.Conclusio*

Admonere tamen debet, secundum eos, emptorem de dubio,ne ratione illius aliquādo detrimentum patiatur alias rem vitiosam venderet,tacito vitio, quo cognito, emptor nullatenus emisset,vel emisset viliori pretio, & posset sequi damnum.Tunc autem tenetur vēditor emptorem admonere,quādo est moraliter spes,fore vt dominus compareat,secus si nulla sit spes;quia tunc res non est vitiosa, Bañes illa conclusione.5.Sanchez concl. 4. si autem vendens non admoneat emptorem cū tenetur,debet damnum inde secutum restituere.Sanchez,ibi,& Couar.dicto nu. 4. quia fraudulenter vitium rei tacuit.

Prob.conclusio,nulla enim est ratio quare 228
ille perpetuo debeat ab vsu abstinere,præsertim si ex non vsu res esset infructuose peritura,quia seruando seruari non potest,vt frumentum,vinum,oleum,& similia; vel nullū detrimentum sequeretur vero domino,vt ex vsu equi,pallij,domus,&c. &possessor ex alienatione,vel comsumptione non fieret impotens ad restituendum æquiualens vero domino,si inuētus fuerit. Præterea sicut possidens, indubio,cōseruatur in possessione, ita ei cōceditur vsus,alienatio & consumptio,alioqui nihil prodesset possessio,sed curam rei seruādæ onusq. afferret.Imo existimo,si dubia fide consumat, solum teneri restituere id, in quo ditior factus fuerit,quia talis bona fide consumit.Ita Sylvest.rest.3.q.7.dicto.3.& probatur, quia ille est bonæ fidei possessor. Per.c si virgo.34.q.2.vbi dicitur,tandiu aliquē esse bonæ fidei possessorē,quandiu ignorat alienū esse, quod possidet,quinimo recte Sanchez.2. de matri.disp.41.q.2.conclu.3.ait,licet ante factā examinationem non posset qui dubitat, rem cōsumere;posset tamē illa vti vsu,quo nō cōsumatur,si enim esset equus,vel seruus res de qua dubitatur,posset dubitans ea vti,dū adhi-

bet

bet diligentiam,animo soluendi domino inuento pretium illius vsus,deductis alimentorũ expẽsis,quia in hoc nõ esset dominꝰ inuitꝰ.

229 Ad.1. argum. Cordub. Resp.1. admittendo illum,qui possidet dubia fide,non posse præscribere;inde tamen non sequitur, non posse alienare:quia licet qui nõ potest alienare, nõ possit præscribere,vt in illa lege dicitur,tamẽ non est necesse,vt omnis qui alienare potest, possit præscribere, vt late Vazq. & Sanchez supra; cum quibus Resp.2.probabile esse,possidentẽ dubia fide præscribere etiam posse, vt docẽt Med.Couar.&alij,quorũ aliquos refert Cord. illo argum.3.Azor vero primam solutionem amplectitur. Ad.2. R. licitũ esse propter possessionem legitimã exponere se periculo faciendi materialem iniustitiam consumendo rem,quę forte est aliena.

Ad.1. arg. Cordub.

Ad.2.

230 Ad.3.Resp.1. concedendo coniugem, qui post examen dubius manet,posse etiam petere iuxta opinionem Soti & aliorũ quã secuti sumus sectione præcedenti.2.autem Respon. Vazq.quem sequitur,Sayr.illo.a.13.nu.18.non esse eamdem rationem de vsu matrimonij & de vsu aliarum rerum, quas cum dubio quis possidet;quia in vsu aliarum rerum non est periculum faciendi contra aliam virtutem præter virtutẽ iustitiæ,quæ sicut secundũ Cordu. & alios non violatur retinẽdo rem indubio: quia tunc melior est conditio possidentis,ita nec vtendo illa:at vero in vsu matrimonij est aliud periculum,contra virtutem scilicet castitatis,& ideo peccat,qui in dubio petit,quoniam possessio illa non suffragatur indubio circa materiam castitatis,sed iustitiæ tantum. Quo circa qui indubio illo peteret,non peccaret peccato adulterij & cõtra iustitiam,seu ius alterius coniugis,de cuius vita dubitatur, sẽd peccato simplicis fornicationis contra castitatem. Hæc Vazq. cui ex parte consonat Azor,illa.q.6.

Ad.3.

Doctrinam.2.&.3. conclusionis limitant 231 aliqui vt vera sit,quando dubium est vtrinq. æquale,in quo casu putant loqui Sotũ.Marti. Ledesmam & Medinam pro nobis citatos,nõ tamen si dubium sit inæquale, & potiores rationes sint pro non possidente,quia possessio solum suffragatur ad totius rei retentionem & vsum,quando cætera sunt paria,sed quãdo ratio magis inclinat in non possidentem,pro ratione illius propensionis & inclinationis diuidenda est res inter vtrunq.quia tunc non est par causa,sic Salon.2.2.q.62.a.6. controu. 4.concl.4.Petr.Ledes.de matrim.q.45.a.1.ad.3 primæ sententię dubij.2. Bañes.2.2. q.62.in præambulo ad illam dub.vlt.concl.2.quos refert Sanchez supra,concl.2.qui reprobat limitationem Petri Ledesmæ dicentis, diuidendã tunc esse rem,nisi sit indiuidua; quia etiam si res indiuidua sit,poterit in alia re dimidium valoris non possidenti dari, vt in simili post. 4.conclusionẽ dicemus.Ego cum Vazq. probabilius puto etiam si rationes magis in contrariã partẽ inclinent,licitum esse rem ipsam à possidente retineri,& consumi,non solum quando rationes assensum pro cõtraria parte generare non Valent.vt ait,Vazq. sed etiam quando illum Valent.generare, & generant, modo non conuincant,nec assensus sit certus physice,aut moraliter,sed mere opinatiuus: adhuc enim vere res est dubia, & possessio præponderat omnibus rationibus non conuincentibus,eo quod rationes,quæ non conuincunt,sed vtranq. partem reddunt probabilem,æquales aut fere æquales sunt.Addit bene Vazq.indubio,an quis soluerit debitum, quod certo contraxit,nõ esse meliorem eius quanuis possideat,conditionem,sed creditoris:debito enim certo non satis fit solutione dubia & incerta.

4.Conclusio quando possessio non est legitima,vt quãdo dubito,an res quam emo, sit 232 furtiua,diuidenda est res inter partes; quia *4.Concl.* possessio illa non suffragatur possidenti,sicut quando dubito an aliqua res sit Petri,vel Pauli,& neuter possidet,diuidenda inter eos est, ita quando dubito an sit mea vel alterius inter me & ipsum diuidẽda est,si nullus nostrũ legitime possidet;& si dubium est æquale, in æquales partes diuisio fiat, si vero inæquale, in inæquales,pro ratione dubij. Ita sentit Sotus.4.iust.q.7.a.1.circa ad.3.& Caiet.2.2. q.62. a.5.Sayr.num.16.& à fortiori Petrus Ledesma Bañes,Salõ,& Sanchez pro limitatione.3. cõclusionis citati;& illi, quos pro secundi opinione retulimus.Si vero dubium est inter me & incertum dominum;inter me,& pauperes est diuidenda; quia pauperes incerti domini locum habent,vt ex cõmuni docet Sayr. illo. nu.16.Si autem inter nullos in particulari est dubitatio, sed in generali scitur esse alienã, & nescitur,cuius sit, res tota secundum Azor supra,& multos alios cedit pauperibus: secũdum vero alios est inuenientis, vel eius, cui principes, vel prælatus eam applicuerit, de quo alibi.

Similiter si dubium sit de legitima possessione,diuidẽda est inter possidentem & aliũ, de quo dubitatur;quia talis possessio non est satis ad totam rem retinendam & consumẽ- 233 dam,& quod Sotus & Caiet. supra, & Vazq. disp.66.c.8.n.47.& Azor illa.q.6.dicunt, quãdo neuter possidet,rem esse diuidendã inter vtrosq.de quibus est dubiũ,docẽt etiã Angles in floribus.4.p.2.q.2.de restit.difficult. 4. dub. 4.Nauarra 4.de rest. c.2.dub.8.n.50. Emanuel in bulla cõpositionis.§. vni.n.9.& in sum.to.2 c.41.n.8.Henri.7.de indulgent.c.35.n.1.Aragõ.

2.2.quæst.

2.2.q.62.a 5.in solutione ad.3.§.circa.3.proposit.Salon eodem.a.5.controu.5. & ibi Bañes, dub.6.circa 1.conclusionē,concl.2.Sanchez.2 de matrim.disp.41.q.2.Corol.3.post. 1. conclu. num.15.qui etiam conclu.5.nu.24. docet, quādo quis rem possidet , quā accepit dubia fide titulo emptionis.l.quouis alio , nimirum dubitans,an furtiua sit.Teneri ad restitutionem, quod contra Med.1.summæ.c.14.§.22. probat quia talis possessio nō est legitima, possessio enim in iure est rei corporalis detentio cum iuris adminiculo,vt definiunt Azon Host. & alij quos citat & sequitur Sylvest. verbo possessio num.vnico Molin.to.1.de iustit.tract.2. disp.12.illa autem detentio non est cum iuris adminiculo:ergo non est legitima possessio, & ita non suffragatur,vt melior sit sic possidentis conditio, & ita docent Veracruz. 3.p. speculi a.18.concl.6.Henri.12.de matrim.ca.6. num.7.Moli.tract.2.de iust.disput.81. & ita in eo euentu obligationem esse restituendi,docent Rosel.præscriptio num.11.& rest.7.n.18. Angel,rest.1.nu.3.Sylvest.restitu.3.q.7.dicto.2. Medin.sibi contrarius.1.sum.c.14.§.30.Gab. 4. dist.15.q.3.a.3.dub.5.propositione.3.Fran. Garcia de contract.p.1.c.17.concl.4.Henri. supra, num.5.comento litt.P.Moli.tract.2.disp.36.in fine,&.35.§.verum enim vero,Bañes.2.2. q. 62. a.6.dub.5.concl.2.Ludo.Lopez.1. de contract. c.5.§.penult.in fine,Salon.2.2.q.61.tract.de dominio ad finem:in eo autem euentu nec esse restituendam totam rem sed partem pro ratione dubij recte admonent Molin. Salon & Lopez:idemq.ait,Sanchez,n.25.concl. 6. etiā si ille emisset sciens rem esse furtiuam, tunc enim partem tantum domino,vel si non cō-
234 paruerit pauperib⁹ debet restituere. Numero autem.26.recte contra Med.C.de rest.q.20.docet,eum qui dubitans , an res sua sit, abstulit eam à bonæ fidei possessore, debere illi integram restituere;quia indubio melior est cōditio possidentis bona fide, vnde nullum est alteri ius tota re, aut parte illius ipsum spoliandi,& qui iustum detentorem iniuste spoliat,totum debet restituere, ita tenet Nauar. c.17.nu.117.Cordub.in sum.q.111.a.2.conditione.3.Angles in floribus.4. p.2.q.2.de rest. difficul.3.dub.1.Mol.illo.§.verum enim vero, Nauarra.3.de rest.c.1.dub.8.nu.350.

235 Num.autē. 27. probe aduertit Sanchez, nō satis esse adhoc vt emptor bonę fidei quis dicatur,ignorare rem esse furtiuam, & credere non omnia quæ alter vendit,talia esse;quando enim est rumor,aut vehemens suspicio illum multa furtiua vendere , nefas est ab eo emere nisi prēmisso sufficienti examine,constet ementi,aliū iuste vendere,sic Mercado.2 de contract.c.20.Molina,illa disp.35. fol. 272. &.274.vtrobiq.docens , hunc ementem non posse dici possessorē bonæ fidei,&præter peccatum teneri debitam adhibere diligentiā,vt norit,an res fuerit legitime vendita , quod si nulla occurrat diligentia possibilis ad id cognoscendum,adhucq. perseueret dubium , teneri partem pro dubij qualitate restituere.

Num.autē.28.recte quoq.docet Sanchez,si 236
quis dubitans,an mancipium v. g. fuerit furtiuum,illud accipiat à possidēte ipsum bona fide,non peccare,teneri tamen niti,vt veritatem assequatur,si spes moralis sit,fore, vt asse qui possit & si diligentia præmissa,quādo est possibilis,non constet iniuste esse captū mācipium,posse iuste possidere.Ratio est , quia succedit in iure,quod alter,aquo emit , habebat,is autem iuste possidebat , quia cœpit bona fide possidere,& indubio potior erat eius conditio quòd si dicas,possessionem esse pro mancipij libertate.Respondet respectu alportantium id verum esse , non autem respectu eius,qui bona fide emit. Hæc omnia sumpsit ex Mol.disput.36.concl.1.&.3.

Deniq.idem Sanchez,num. 29. optime no- 237
tat siquis dubitans , an res sit furtiua , emat vel dono accipiat animo verum dominū inquirendi,vt ei restituat,non peccare cum vtiliter agat eius negotium,sic Med.C. de rest. q.10.§.aliter tamē videtur in præsenti,Couar. reg.peccatum.p.3.initio nu.4.Bañes.2.2. q. 62. a.6.dub.5.concl.1.Salon eod. art.controuer.4. qui bene addit cū Bañez teneri domino cōpa rēti restituere deducto pretio,quo emit, cum enim vtiliter negotium domini gesserit, non est æquum, vt damnum amissionis pretij sub eat & si dominus nō compareat,tenetur rem in pios vsus conuertere;deducto tamē pretio, sic Anton.2.p.tit.1.c.12.§.16.Rosel.resti.7. n.18. Salon illa controu.4.concl.2. & cōfert quod cōmuniter tradunt Doct.in materia de restit. de accipiente à fure cognito,animo restituēdi vero domino;nempe posse pretium deducere:quod à fortiori de dubitante dicerent.

Ex dictis infero.1.si possessor etiam legiti- 238
mus omittat facere,quod in se est, vt veritatē 1. Corol.
assequatur,omissioq.sit causa ne veritas possit in posterum deprehendi,aut saltem non tā bene,teneri restituere,prudentis arbitrio, alteri,de quo dubitat,vel,eo ignoto, pauperib⁹ quātum alterius intererat, veritatem detegi, plus, vel minus iuxta qualitatem spei , quæ erat veritatē assequendi,& si postquam culpa sua omisit debitam diligentiā,appareat , rem esse alienā,veritatēq. fuisse detegendā diligētia tunc adhibita,teneri ex tunc fructus restituere,quia tunc ob diligentiæ omissionē fuit possessor malæ fidei.Mol.t.1.iust.tract.2. disp. 36.concl.1.§.& reliqua,quæ in eadem, & San- 239
chez dicta disp.41.illatione.1.post.1.cōcl.n.13. 2.Corol.
2.Infertur,existēte pati dubio iuris vtriusq. partis

partis,ita vt iudex omnino sit pendulus, tenere possidenti fauere,nec ipsum posse cogere, vt partem restituat:quia ius retinendi habet possidēs,in hoc dubio.Sic Salō.2. 2.q. 61.tract. de dominio ad finē & Sanchez supra illatione.2.post.1.concl.nu.14.

240 3.Infertur,in eodē dubio, si neuter,possidet, teneri iudicē inter vtrumq. dirimere, quia æquum est vtriusq. ius.Sanchez supra illatione.4.post.1.concl.n.16.Petrus Ledesm.de matri. q.45.a.1.dub.2.ad.3.primæ sent. vbi subdit rem indiuiduam posse iudicem applicare cui voluerit,vt duobus æque dignis petentibus beneficium,potest episcopus eligere quem maluerit,quia indiuiduum est:sed hoc impugnat Sanchez,quia lex iustitiæ petit, vt in hoc dubio res illa sorte distribuatur,vel vni res alteri vero dimidium æstimationis conferatur: ergo iudex,qui est iustitia animata,eiusq. minister,sic tenetur facere. Nec est simile de beneficio,quia nullus illorum , cū neutrius sit, habet ius aliquod iustitiæ etiā distribuitiuæ vt sibi cōferatur,sed hæc iustitia dictat,vt alteri illorum detur: in nostro autem casu vterq. habet ius commutatiuæ iustitiæ,vt inter eos diuidatur. 4.Infertur,quid dicēdū sit, quādo

241 dubium est an ex meo cōsilio,vel actione iniusta damnum,quod reuera alius passus fuit, secutū fuerit. Quidā dicunt,in tali dubio nō esse obligationem restituendi, quia in dubio melior est cōditio possidentis & videturD.T. 2.2.q.61.a.7.in fine corp.ibi,*tunc solū tenetur cōsiliator,aut palpo ad restitutionē, quādo probabiliter existimare potest , quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio secuta.*Et tenent Sylue. rest.3. q.6.dict.2.initio Med.C.de rest.q. 7.ante vers. *si autē consiliū.*Nauar.3.de rest.c.4.dub.4.nu. 48 Henr.1.14.de irregul.c.3.num.4,iuncto fine in comment.litt.C.

242 Sed hoc reijcit Sanchez 2.de matri.disp.41. q.2 illat.5.post.1.concl.nu.17.quia cū indubio nemo præsumatur delictū admissurus.l.merito.ff.pro socio,in hoc dubio an absq. meo cōsilio delictum alter perpetrasset, præsumēdū est,non fuisse perpetraturum,& ita meo cōsilio perpetrasse,vt egregie docet Ananias.c.ad audientiam nu.10.de homicidio Angel. l.1.in prin.ver.vltimo est videre.ff.de eo,per quem factum erit,Hippoli.singulari.218.Et.l.1.§. diuus.ff.de siccarijs Bal.l.data opera,n.52. C.qui accusare non possunt.Decius regul. consilij. 47.n.9.ff.de regul.iurisFelin.c.1.de offi.deleg. nu.13.&c.sicut dignū de homicid.nu.12. con. 3.Couar.Clement.si furiosus,par.2.§.2.num.1. Conf. quia in hoc dubio nō est possessio pro consulente,cum enim constet de consilio ipsius,quod aptum est ad effectum producendum & ex natura sua illum consequitur,dum de effectu subsecuto constat,possessio est pro consilio illo iniusto,quòd effectum intulerit. Vnde vt bene tradunt. Decius & Feli. supra præsumendum est absq.consilio alium minime facturum,nisi oppositæ coniecturæ aliud suadeant:vt quia delicti auctor erat inimicus capitalis interfecti,vel necē minatus fuerat, vel præparauerat omnia necessaria ad homicidium. Ego in dicto casu credo,non esse dubitationem moralem,sed euidentiā,cum dubitatione tantū physica & ideo in vtroq.foro obligationem nasci restituendi.secus si dubitatio esset moralis,in quo euentu loquuntur auctores.1.senten.quæ probatur, quia ille est in possessione & dominio suæ pecuniæ, qua in nullo foro expoliari debet,nisi cōstet,eius causa damnum fuisse datum. *Auctor.*

5.Infertur,quoties depositarius,vel cōmodatarius dubius est æqualiter,an sua culpa de positum,vel commodatum perierit, immunē prorsus esse à restitutione , quia cum delictū non præsumatur ipse est suę innocentiæ possessor.Sanchez supra,nu.18.cum Henri. 14. de irregul.c.15.fine. 243 *5.Corol.*

5.Conclusio quando sunt diuersæ opiniones,an aliquis teneatur restituere,Doctor ea in re cōsultus , vel iudex,non tenetur ei fauere,sed potest illum obligare ad restitutionem nulla facta mentione oppositæ opinionis,per quam posset à restitutione liberari: vt si agatur de restitutione oblæsionem corporis , vel ob successionem ex testamēto minus solemni;quia licet indubio,quo quis habet de proprietate,sit melior conditio possidentis,ita vt talis dubitans non teneatur tali re , vel eius vsu se priuare:tamen indubijs aliorum , quæ resultant,omnibus pensatis,quisq. potest probabilem opinionem sequi iudicando & consilium dando.Istam conclusionem docet etiā Sanchez.2.de matri.disput.41.q.2.in fine licet paulo diuersa ratione. Similiter consilium quis dare potest alteri,vt cum proximo contractum ineat,de quo est probabilis opinio iniustum esse:nec tenetur suo consilio fauere alteri proximo possidenti rem. v.g. nam iste etiam possidet pretium & quisq. potest consilium dare iuxta suam opinionem, cum simpliciter interrogatur,quid sentiat, 244 *5.Conclusio*

Sectio.24.Quid quando dubitatur an filius sit legitimus: vel illegitimus.

SVppono quando dubium est, vtrum filius sit primi an.2. matrimonij,iudicādum esse filiū eius, in cuius domo natus est,vt docet Vazquez disputa. 66. cap. 8.& optime obseruauit Bald.l.si mater.C.de suis & legitimis & alij iurisperiti communiter , & ratio videtur manifesta : nam in hoc casu videtur 245 *Suppositio.*

habenda ratio eius, qui est in possessione matrimonij potius quam primi mariti mortui: quę vero signa considerari debeant ad huus dubij solutioné non est hoc loco dicendũ: similiter nec disputãdum hic est, quibus signis cognoscatur, aliqué esse legitimũ vel spuriũ de quo optime Sylu. Verbo filij.q.17. ex Bart. l.Gallus.ff.de liberis & posthumis, sed quid dicendũ sit existente & manente dubio an aliquis sit legitimus, vel illegitimus, naturalis, vel spurius: in qua difficultate communis sententia est, indubio censendum esse legitimũ, etiam si inde alij fratres patiantur detrimentum in sua legitima parte, quá iam possident, ita docét Decius in.c.per tuas deprobationib⁹ Greg.Lopez.l.1.tit.14.parti.2 Syl.Verbo filius q.12.Angel.q.16.Couar.2.p.de matr.c.8.§.3.n.8. Didacus Castillo.l.11.Tauri,&.13.Tellius Fernandez ibidem Vaz.disp.66.c.8.Azor to.1.li.2 c.19.q.7.Ant.Perez cert.10.Schol.n.130.Sayr. li.1.c.13.n.19.Dec.c.per tuas depręb.& ita definitum est in.l.filium.ff.qui sunt sui vel alieni & in alijs legibus, quas prædicti allegãt. Idéq. dicendum putant Vaz.& Perez indubio, vtrũ aliquis sit spurius, an naturalis, nempe censendum esse naturalem, ita docent Couar.illo.§. 3, Tellius Fernandez.l.11.Tauri Matien.5. nouæ collectionis, tit.8.l.9. quia indubio præsumitur quod honestius, vel minus inhonestũ est & indubio nemo condemnandus.

246 Vnde aduerte, quando filius prius erat in possessione & habebatur, vt legitimus, parum difficile esse, quod postea ortodubio tanquã legitimus hæreditatem consequatur, quia indubijs melior est conditio possidentis reg. 63. de regul.iur.in.6.& ille, quanuis non esset in possessione hæreditatis, tñ erat in possessione legitimitatis, quod amplius est. Quando vero à principio fuit dubiũ de legitimitate & non erat in eius possessione; fratres autem erãt in possessione hæreditatis, tunc etiã censendum esse legitimũ difficilius est, quia potior videtur cõditio fratrũ, eo quod sũt in possessione. Nihilominus dico, esse censendũ legitimũ ex regul.11.iuris in.6. quæ prævalet, nimirũ cum sunt iura partiũ obscura fauendũ est potius reo, quã actori, & ita Henri.4. de Pontifi. c.18. in fine dixit, expositus pręsumitur legitimus & puri sanguinis, vt docet Nauar.c.17.nu.201. & Confir. quia maior est obligatio non condemnandi indubio, quam cõseruandi illũ in possessione; nullus enim damnandus est nisi propter apertá culpã: priuare autẽ filios spurios, vel illegitimos hæreditate, est illos & parentes dãnare, ergo indubio id nõ licet. Vnde recte Vaz. quem sequuntur Perez & Sayr. ait ex his tribus regulis: *indubijs tutior pars sequẽda, indubijs melior est conditio possidentis; cum sunt iura partium obscura, fauendum est potius reo, quã actori* in materia iustiti æ secundam primæ,& tertiá secundę prævaler e. Si vero certũ sit, filiũ esse 247
illegitimum, dubium autem sit inter duos, vel plures, quis sit eius pater, cuiq. incumbat obligatio alimentorũ, siquidem mater nõ tenetur filium alere, quãdo pater potest illi alimenta prębere. Recte Vaz. iuxta superiora distinguit aut enim ex dubio vtrum sit huius, vel illius parentis, oritur dubium an sit spurius, vel non spurius & sic iudicandum est esse ex patre cuius filius non sit spurius, quia indubio benignius pro filio iudicandũ est, nec tanquam spurius damnandus, sed tantũ tanquã naturalis, aut ex dubio, vtrum sit huius, vel illius patris non pendet an sit spurius, vel naturalis, quia ab vtroq. spurius, vel ab vtroq. naturalis erit & in hoc casu ad vtrumq. ex æquo pertinet sustentatio filij & alimentorum obligatio: nam sicut indubio vtrum res sit huius an alterius antequam vllus illorũ eam possideat, dixim⁹ in præcedentib⁹ esse inter eos æqualiter diuidendam: eodem modo dicẽdum est, debitum, quod dubiũ est, ad quem illorum pertineat, æque inter ipsos diuidendum esse: eadẽ enim videtur ratio & ita tenet Azor.c.cit.q.8.

Quod autem alter eorũ de quibus dubitatur, an pater sit, ditior, aut nobilior sit, parũ re 248
fert secundum Vaz. vt ei potius quam alteri filius tribuatur. Addo tamen, quod si inæquales innobilitate & diuitijs sint, quia maior tenebatur meliora alimenta dare, mater si põt, recte faciet plus ab eo exigendo,& ille dubij conscius plus dare tenebitur. Si autẽ alter omnino pauper, fuerit, vel mortuus, aut noluerit partem dare, non tenetur hic partem illius erogare, sed eius defectum mater supplere debet, licet Azor supra dicat, quod alter in totum tenetur aliméta prebere. Addit Vaz. prædictis, verá nihilominus esse sentent. Couar. Clem. si furiosus de homicidio nu.9. filios expositos, quorũ parẽtes omnino ignorãtur, nõ posse ad sacros ordines sine dispẽsatiõne promoueri, tametsi oppositũ sentiant Anania.c.1. de infantibus expositis & Gabriel. Paleotus tract.de filijs nostris. Ratio autẽ Vaz. est quia in hoc casu habenda est ratio.1. regulæ indubijs tutior pars eligenda est, vt indubio homicidij censeri debet quis irregularis: nã vt.c.1. dicebamus (inquit Vaz.) Licet indubio nemo sit condemnandus pœna, quæ nõ cõtinet præceptũ prohibens: tñ quãdo in pœná, vel alio modo imponitur alicui præceptũ, quale est præceptũ irregularitatis, ne vllus illegitimus ad sacros ordines promoueatur, indubio tutior pars est eligenda & hac ratione indubio quisque seipsum condemnare debet. Hæc opinio mihi placet, quando non esset magna incõmoditas ab ordinibus abstinere quando vero esset magna incommoditas eligerem

Auctor.

opi-

opinionem Ananiæ & Paleoti iuxta dicta in superioribus:de irregularitatevero homicidij alia ratio est,quia iura velle videtur, indubio homicidij cessendum hominem irregularem in vtroq.foro, vt superius tractatum est.

Sect. 25. An in alijs materijs à iustitia, melior sit possidentis conditio,

249 HOC attigimus sect.20.& alijs, plenius tamen & distinctius hic tractãdum est.Quidã recentiores,vt Vaz. disp.65.c.3.& alibi sæpe &Azor,to.1 lib.2.c.19.q.10.asserunt,nihil prodesse libertatis suæ possessionem dubitanti,an ratione tẽperãtiæ religionis,vel aliarum virtutũ adhoc vel ad aliud teneatur:sed tãtũ dubitãti,an ratione iustitiæ.Probant.1. quia possessio est solius iustitiæ titul⁹.2.quia alias dubitans de homicidio nõ esset censendus irregularis, cõtra. c.ad audiẽtiã de homicidio: cũ melior sit cõditio possidẽtis immunitatẽ ab irregularitate 3.quia indubijs,quod tuti⁹est.sequi debemus. c.iuuenis de sponsal.4.alias indubio nullum præceptũ obligaret, nec teneremur superiori parere, cum semper conditio possidentis libertatẽ potior esset.5.quia qui dubitat an vouerit,tenetur voto secundum Vazq.d.165. c.3. in fine Angel votum.3.nu.12.Tabie. votum.3. nu.2.Cordub.in sum.q.147.concl.2.to.1.Azor, lib.2.c.19.q.10.& lib.11.c.15. q.2. Anto.Perez. cert.10.Schol.nu.132.Sylu. religio.2.q.16.&.17. verbo votum.2.vers.4.sciendum & Archidia. c.non solum.23.q.8.Sayr.lib.1.c.13.nu.36.citans Nauar.to.1.Cõs.26.in nouis &.18.in antiq.n.2. vers.3.Sebast.Medicis,p.1.sum.17.q.1.a.1.ad.4. sed Sanchez.2.de matr.disp.41.q.3. verius esse arbitratur,in quacumq. materia potiorẽ esse indubio possidẽtis conditionẽ:quia possessio est titulus vniuersalis omnibus virtutibus,eomodo,quo aliqua pars potẽtialis iustitiæ, scilicet,obedientia Dei,transcendit omnes virtutes.Huius sẽtẽtiæ est. Nauarra.3.de rest.c.4. dub.4.nu.48.Vbi,ait indubio meliorem esse possidentis conditionem,maxime in materia iustitiæ:quare idem videtur sentire in alijs.

Pro eadẽ sent. sunt omnes qui dicunt,indu
250 bio de emissione voti neminem voto teneri. Sanchez supra,& lib.1. disp.9.dub.3.n.11. Sua.3. p.to.4.disp.40.sect.5.nu.15.Emanuel Sa, verbo dubium & verbo votum Glossa.c. ex parte de censibus,Sot.7.iust.q.3.a.2.documento.2.vers. sed est hic Med.1.sum.c.14.§.7. Capua. 2. decisionum.c.31.fine.Eman.Rodri.to.2.sum. c. 99. nu.& concl.5.Henri.lib.11.de matri.c.11.n.5. & lib.8.de Euchar.c.45.nu.3.in commento lit.P. Lud.Lopez.1.p.instruct.c.45.§.dubitans de voto Angl.q.9.de ieiunio.a.1.difficul.7.Tho.Zerula Episcopus Minorẽsis in sua praxi episcopali p.2.verbo votũ falso prose citans Nauar. qui omnes ex Soto communiter rationẽ reddunt,quia indubijs melior est conditio possidẽtis ergo in materia religionis prædicta reg. locum habet.Cõs.ex eo,quod multi docent, cum quis certus est voti, dubius tamẽ in particulari de materia voti,non teneri ad talem materiam, vt siquis certo scit, se religionem vouisse,dubitat tamen an hanc in particulari vel certus est se vouisse,ad nullam fœminam accessurum,dubitat autem, an intellexerit de copula alias licita vel solũ de illicita, vel scit se vouisse non ducturum vxorem & dubitat, an vouerit castitatem,vel scit,se vouisse castitatem & dubitat an vouerit seruare illã in religione.Sic tenet Sa,verbo votũ Sanchez illa disp.41.q.3.cum Gloss.fin.c.ex parte de cẽsibus docente pro vouente fieri bonam interpretationem & Pan.ibi.dicente,vouẽtem præsumi se minus grauare quã possit. Id ipsum probat Sanchez,quia iuramentum restringẽdum est quantum fieri potest,vt minus obliget iurantem,vt docent Pan.c.cum clerici in fine de verbo,significat.Angel.iuram.4.n.1. Syl. iura. 3.q.3.fine & probat,quia,vbi agitur de obligatione inducenda,facienda est interpretatio stricta.l.quidquid astringẽdæ.ff.de verbo.obligat.ibi, quidquid astringendæ obligationis causa dictum est, id nisi palàm exprimatur, omissum esse intelligendum est, aut certe secundum promissorem interpretamur &.l.stipulatio ista.§.alteri in fine.ff. eodem tit. Vbi verba contra stipulantem interpretanda esse dicitur, ac proinde inpromittentis fauorem: ergo similiter dicendum est in voto.Preterea quia æquum est,vt gratis oblata benigne exigantur,præsertim ab ecclesiasticis,vt habetur dicto.c.ex parte:ergo à fortiori à Deo. Item, quia argumẽtũ de toto ad partẽ validissimũ est.l.quæ de tota.ff.de rei vendicatione.l. hæredes mei.§.cum ita. ff. ad senatusconsultum Trebellian.quod enim est ius de toto quoád totum,est de parte quoad partem. Vt ex multis probat Euerard.loco de toto ad partẽ,n.2. Sed quãdo homo est dubius de tota voti obligatione,nimirum quia dubitat,an vouerit,ad nihil tenetur:ergo, quando dubitat de parte obligationis,non tenetur ad illam, & huius sentent.est.Angl.1.p.4.de ieiunio.q.6. de abstinentia à cibo.a.1.dub.2.concl.3.vbi ait, vouentem ieiunare quadragesimam, dubitantemq. an intenderit se obligare eomodo,quo id ieiunium seruat Ecclesia abstinẽdo alacticinijs nõ teneri eligere,q̃ tutius est & ab illis abstinere. Ex quib⁹omnib⁹ colligitur in materia 251
religionis meliorẽ esse cõditionẽ possidẽtis libertatẽ suã,id ipsũ apparet in materia tẽperãtię nã q̃,facta diligẽtia sufficiẽti,dubi⁹ adhuc est, an expleuerit viginti & vnũ annũ, non tenetur ad ieiunium,vt inquit Sanchez. 2. de matrim.disp.41.q.3.n.38.similiter qui dubitat,

an sit dies ieiunij non tenetur ieiunare,& qui dubitat an sit dies festus,non tenetur sacrum audire,vt docuit Suarez sect. 20. relatus, qui etiam & Sa,verbo dubium docent,cum est dubium an præceptum sit impositum,non obligare:ergo non solum in materia iustitiæ, sed etiam in alijs verum est,indubijs meliorē esse cōditionē possidentis. Hæ duæ sententiæ sic
252 conciliandæ sunt,vt in materia iustitiæ generatim & maxime verum sit meliorem esse in dubio conditionem possidentis,ita vt qui legitime possidet rem aliquam externā vel ius ad illam non teneatur,re illa,vel iure se expoliare,& alteri tradere;sed quandiu dubiū perseuerat,posse rem illam,vel ius sibi retinere, & facta diligentia sufficienti si de domino nō cōstet,alienare &c. in alijs vero materijs verum sit aliqualiter,& per quandā accomodationem,& cum quadam exceptione.Ita,scilicet,vt is,qui alioqui erat liber,seu possidebat libertatem ad aliquid agendum,vel omitten dum,non teneatur illud facere, vel omittere si molestum,vel onerosum est,nisi constet,cadere sub promissione,iuramēto,voto,vel præcepto;secus si facilè & cōmodè id fieri potest: nā sine causa &necessitate nemo se exponere debet periculo violandi legem,promissionē, vel præceptum. Et quia communiter materia
253 voti & præcepti onerosa & difficilis est; ideo cōmuniter doctores docent indubio de voto neminem obligari licet aliqui contrarium teneant,vt initio huius difficultatis retulimus, qui debent limitari,vt intelligantur, quando in impletione voti non est magna incōmoditas,molestia, aut difficultas: sic limita, quod inquiunt. D.T.4.d.38.q.1.a.3.q. 2. ad. 6. agens de eo,qui dubitat an vouerit religionē in cōmuni,an vero religionem in particulari, ait, si dubitat quomodo se in vouendo habuerit, debet tutiorem viam eligere,ne se discrimini cōmittat,quod etiā in eodē casu tenet Carth. eadem.d.q.2.vers.insuper, Turrecre. 17. q.1.in sum.a.4.ad.4.in fine.n.11Angelus.Votū.3.n.12. sic etiam limitari debet,quod dicunt alij,dubitātē,an vouerit castitatem in religione, vel absolute,debere tutiorē viā eligere,vt Nauar. li.3.consiliorū tit.34.de voto in prima editione consilio.4.in fine in.2. vero consilio. 13. & quod dicunt alij,siquis vouit ingredi religionem & dubitat an vouerit profiteri,teneri ad profitendum. Nauarr.eodem tit.de voto in.1. editione Consi.18.nu.2.in.2.vero Cōsil.26.n.2 Eman.2.to.suæ sum.c.95.n.6. Additq. Nauarr. ibi,nu.3.hoc verū esse, licet hic potius credat se non vouisse profiteri.

Falsum vero est,quod quidā dicunt,si quis
254 non dubitet,sed opinetur,seuouisse ita vt magna sit determinatio iudicij,teneri voto,si vero fuerit mediocris,diuidēdam esse rem promissam,sicut depossidente rem quam opinatur,vel magis propēdet esse alienā tenuerūt, rem diuidendam esse pro quātitate dubij seu determinationis iudicij, quia maior iudicij determinatio etiam cum formidine sufficienter compensat excessum possessionis, quam alter habet.Veritas tamen est, si nulla sit formido,teneri voto,si vero sit formido,nullam esse obligationem,nisi votum sine magna in commoditate impleri possit, nec oportet partem impleri pro dubij quantitate, & partem non: sicut etiam superius dixi non esse diuidendam rem legitime possessam,etiam si pro nō possidēte potiores rationes sint. Sed cōtra nostrā resolutionē obijcio.1.nam in c. dilecti 255
de donationibus dicitur in contractib.plena, *1. Obiectio.*
in testamētis plenior,in beneficijs quoq. plenissima est interpretatio adhibenda. Vbi ex contextu constat nomine beneficij intelligi quidquid ecclesiæ datur,nā ibi agitur de quadā eleemosyna facta ecclesiæ, ergo indubio non est melior conditio possidentis.R. 1. arg. procedere cōtra omnes,nam hæc est materia *1.Solutio.*
iustitiæ:in materia autem iustitiæ omnes docent,meliorē esse conditionē possidentis. R. *2.*
2.ibi non esse sermonem in casu dubij, vt patet ex verbo euidenter. 3.R. ibi non decerni *3.*
contra possidentem, sed potius pro Ecclesia possidēte,& cōtra hæredē eiusdē viri nobilis non existentē in possessione, si tñ hæres esset in legitima possessione nō teneretur ipse dare id dequo dubitatio est, sed satis esset dare Ecclesiæ,vel alteri, id quod certo ipsi legatū est,quidquid sine solido fundamento aliqui recentiores affirment,quòd si nec hæres, nec Ecclesia est in possessione, id dequo est dubiū,pro ratione dubij inter eos diuidēdū erit iuxta dicta superius. 2. Obijcio,nā si in dubio
voti melior est cōditio possidentis: ergo, qui 256
dubitat an votū obliget ratione materiæ, de *2.Obiectio.*
qua dubitat,an sit mala ex se,vel ex circunstātijs,vel indifferens,vel melioris boni impeditiua,&c.Nō tenetur votū implere: q; videtur *Solutio.*
falsum. R. esse verisimū, Maxime si dubium *Auctoris.*
sit,an materia sit deterior, quā violatio voti: nā tutius tunc est ab impletione voti abstinere,aliqui vero recentiores,qui. 2.opinionem *Alia solut.*
tuentur,dicunt, certū de voti valore quātum *Reijcitur.*
est ex parte suæ libertatis,dubitantē tñ an votum obliget ratione debitæ materiæ, aut finis, vel alicuius circunstātiæ tunc occurrentis, teneri voto, quia voluntas non possidet, cum certū sit sua se libertate priuasse vouendo.2.quia in hac re totum dubium est in Dei fauorē, solū enim dubitatur, an res promissa sit illi grata:ergo ea pars eligēda est,quáDeus qui creditor est,eligi vult.3. quia in simili dubio obligant leges.4.quia sic docent Gloss. c. magnæ de votoverbo,noluisti,vbi Antonius,
n.14.

nu.14.Hostien. c. vero de iure iurando verbo periurãdi,Rosel.votũ.5.n.6.Angel.iuramentũ 6.nu.1.Sylu.iuramentũ.5.q.1.initio & fine Tabien.verbo iurare.q.20. Cotta inmemorabilibus iuris verbo fideiussor indẽnitatis.Nauar. in sum.Hispan.c.12.n.37.&.55. in latina nu.37. &.54.Gutierrez de iuramento.p.1.ca. 72.nu.7. Gratianus regula.269.nu.9.idẽ supponit D.T. 2.2.q.89.a.9.ad.3.vbi dicit Episcopũ dispẽsare posse,quãdo dubium est,vtrum materia iuramenti sit bona. Vbi supponit obligare: alias enim non esset necessaria dispẽsatio & tenẽt D.Anto.2.p.tit.11.c.1.§.2.fine.Sotus.7.iust.q.1.a. 3.ad mediũ Cordub.in sum.q.147.Pala.4.d. 38. q.1.§.alij vero labuntur vers.7.Aragõ.2.2.q.88. a.2.dicto.3.&.q.89.a.9.dicto.2. Emanuel.to.2. sum.c.94.nu.7.Lopez.1.p.instruct.c.95 §.dubitans de voto.

257 Sed responsio illorum recentiorum nihil cõsequentiæ aut soliditatis habet: eadẽ enim ratio est de dubio in voto ratione materiæ & ratione intentionis obligandi se, & ratione existentiæ ipsius voti siquidẽ in omnibus his casibus antea erat homo liber & in possessione libertatis,qua in dubio nõ est expoliãdus; esto in primo casu reuera voluerit se ligare quantum erat ex parte sua;in alijs vero non, quod discrimẽ ad rẽ nihil facit, quia in eodẽ casu postea aduertit,forte non esse ligatũ sua voluntate sicut aduertit in alijs: ergo sicut in alijs dicitur possidere suam libertatẽ & ideo indubio non ligari:ita in primo,& sic corruit prima ratio aduersariorũ.2.etiã parui est momenti nam in omni dubio voti est dubitatio ex vna parte in fauorem Dei & ex alia in fauorem vouentis & nihilominus quando dubium est de existentia voti,vel intẽtione vouentis arbitramur in fauorem vouentis & dicimus non ligari:ergo idem dicendũ est,quãdo est dubium,an materia voti sit bona &.c. per quod ruit.2. argum.aduersæ partis. Ad.3. R.nec leges in simili dubio obligare, si rem valde incommodam, aut molestã præcipiant aut in qua æqualis,vel maioris peccati periculum sit. Ad.4.R.autores illos limitandos esse, vt indubio de materia voti,vel iuramenti votum,vel iuramentum necessario impleatur,si periculũ æqualis,vel maioris peccati aut grauis aliqua incommoditas non excuset: sæpe autem aliquid horum excusat.

258 Ex superioribus nonnulla inferũtur:primũ
1. *Coral.* est,quoties dubium est an impositum sit præceptum naturale,diuinum positiuum,vel humanum de aliqua re,non obligari dubitantẽ quando enim de præcepto non constat,volũtas possidet suã libertatẽ:melior autẽ est possidentis conditio,ita Sanchez.2.de matri. disp. 41.q.3.n.36.idem ait,quando post præcedentẽ inquisitionem dubitatur an hæc res cõprehẽdatur sub præcepti verbis,quia perinde est ac dubitare,vtrum de hac re lata sit lex: sic Héri. li.3.de Euchar.c.45.nu.3.in commento litt. P. & conferunt Doctores idem asserentes de dubitante,an votum emiserit. Votum enim est quædam lex priuata. Vnde Suarez & Sa supra idem de uoto & præcepto dicunt, sed intelligendum est,quando votum aut præceptum, sine magna incommoditate,aut periculo nequit impleri.

259 Addunt aliqui recentiores,dum constat de lege,vel pręcepto,dubium autẽ est,an aliquo casu ratione necessitatis,aut alterius circunstantiæ occurrentis eximatur aliquis ab obligatione,teneri lege, vel præcepto, quia lex tunc possidet,sicut de voto dixerunt in simili dubio,sed sicut nos reiecim⁹ in voto,ita nunc id reijcimus in præcepto,nam in vtroq.euẽtu præceptum, vel votũ impropriss ime dicitur possidere.Volũtas suã libertatem antea possidebat,qua in dubio expoliari non debet, si ea indigeat ad damnum aliquod graue vitãdum & sic debent reijci,vel limitari.Medi.q.96.a.6 ad finem propos.3. & quicunq. alij dicentes, in dubio præcepti circa qualitatem materiæ ipsius orto,seruandum esse præceptum,vel intelligẽdi sunt indubio complete practico, & stricte sumpto.

260 Addunt etiam illi recentiores,indubijs nõ esse locum Epicheiæ,sed seruanda esse verba legis,vt sonant:pro qua re citãt D.T.2.2.q.120 a.1.ad.3.&.1. 2. q.96.a.6.ad.2.& Caie.ibi. initio Syl.verbo Papa.q.16.dicto.2.Sotum.1.iust. q.6. a.8.vers.tertia vero conclu.non est & vers. ad rei huius intellectum Med.C.de ieiunio,q.de ijs qui tenetur ad ieiunia.Sed hoc reijcẽdum, vel limitandũ est,sicut præcedens, quia eadẽ est ratio,&doctores qui citãtur pro dicto illo, exponẽdi, quãdo nulla est necessitas operãdi cum illo dubio,vel quando dubiũ est cõplete practicum,& stricte sumptũ, cõtra tale enim dubium non licet agere, vt in superioribus diximus,& de dubio speculatiuo,seu incõplete practico:de quo nos loquimur,Sylue. loco proxime citato & Cord.li.3.q.13.ante regul. 1. &Henri.14.de irregu.c.2.n.3.in cõmen.litt.X. optime dicunt,indubio locum esse epicheiæ. Quod probatur,quia quãdo dubito rationabiliter,an superior velit me obligare,possum sequi partẽ minus tutã ad vitãdã notabilẽ incõmoditatẽ;sed in casibus dictis dubito,an superior velit me obligare:ergo possum in partem minus tutam aduitandam incommoditatem inclinare.

261 Nec refert,quod dubium sit in æquilibrio aut non,quidquid dicant Sotus & alij, quanuis enim partis tutioris rationes aliquãto meliores sint,licebit in partem minus tutam obuitandam in comoditatem inclinare:idẽ for-

te est quando rationabiliter & probabiliter dubitatur,an præceptum sit derogatum alio præcepto consuetudine,vel dispensatione,licet in eo casu Sanchez supra,nu.37.& alij absolute dicant non licere contra præceptum facere,id quod est verisimilius eo quod obligatio certa non tollitur derogatione dubia & incerta.

261 Ex quo etiam sequi videtur,quando dubia
2.Corol. est potestas irritandi,vel dispensandi votum aliquod,vel relaxandi iuramentum, etiam si quis quantum in se est dispenset, commutet, vel irritet:votum tamen,aut iuramentum implendum esse:quia obligatio certa non tollitur dispensatione,commutatione, vel irritatione dubia,& incerta,vt si dubium sit,an votum personale emissum sit ante annos pubertatis & votum reale ante annum. 15. non potest ita irritare pater tale votũ, vt filius illud non seruans, sit tutus in conscientia.Conf.1. nam filius non est in possessione certa suæ libertatis quinimo votũ ipsum quodammodo est in possessione certa,quia certo obligat,ergo in dubio de irritatione nõ est melior filij conditio,sed adhuc tenetur implere votum. Conf.2.quia dubitans,an tempore cõtractus minor fuerit,ius non habet rescindendi contractum nisi probet se fuisse minorem .l. si minorem. C. de in integrum rest. Ibi, si minorem te,cum contraheres, ostenderis. Vbi Glossa verbo comprobatã,dicit,indubio præsumi tempore contractus fuisse maiorem & quærit,cum aliquando fuerit minor,cur non semper minor præsumatur:& respõdet, ideo esse,quia solo tẽporis tractu maior efficitur. Idem docent Paulus,consil.53.volumi.2. Rebuff.de consti.Galliæ,to.2 tract.de restitu. a 1. Glossa.3.nu.3.Mascardus de prob.concl. 1062. nu.1.cuius ratio est,quia possessio est pro eo, cum quo contraxi,& ex meo contractu ius certum illi acquisitum est,quo in dubio, seu rescisione dubia spoliari nõ debet: ergo cum similiter in nostro casu possessio sit pro voto, & ius certum acquisitum sit Deo, non auferetur dubia irritatione.Respondent aduersarij non esse simile,quia ibi est possessio ex parte contractus & eius cui est ius acquisitum & non est alia possessio antiquior, & posse rescindi cõtractũ est fauor,ac priuilegium minoris ætatis:nõ autẽ eoquòd sit dispositio de re aliena,quare volens gaudere illo priuilegio, ac beneficio,& eximi à communibus legibus contractus,debet probare, se esse minorem. At in casu voti læditur possessio patris, eiusq. in filium potestas & disponitur de re patris, qua in dubio spoliari,nõ debet,& non est tãtum fauor filij,sed fauor paternæ potestatis.

262 Hæc tamen solutio nõ omnino satisfacit:ná possessio Patris solum est ad irritandum vota filiorũ in tali ætate,& si fiat in alia.etiã bona fide,irritatio est nulla:ergo cum dubiũ est,an fiat in tali ętate,irritatio est dubia,acproinde insufficiens ad liberandum ab obligatione, voti certa.Deinde sicut potestas rescindendi cõtractũ est fauor ac priuilegiũ minoris,quo frui nequit,nisi cõstet esse minorẽ, ita potestas irritãdi votũ directe, id est nõ prohibẽdo materiã,est priuilegiũ,& fauor filijin certa ætate cõstituti, quo frui nõ poterit, nisi cõstet, in illa ætate esse.Quod si loquamur de irritatione indirecta, quæ est per prohibitionẽ materię subiectæ patri,etiã ea est in bonũ filiorũ & fauor ipsorũ,quia illis expedit,eam materiã esse tunc patribus subiectã,quo fauore similiter videtur non posse gaudere nisi cõstet in ea ætate esse:ergo idẽ est de voto, & cõtractu.Nec propterea dicimus,patrẽ indubio priuari potestate irritãdi vota,quia potestas eius solũ se extendit ad illã ætatẽ & si reuera filius sit in illa(licet id sit incertum) & pater conetur eius votũ irritare,irritũ erit.Sed donec filius id sciat nõ erit tutus in cõsciẽtia,nisi votũ impleat,quia obligatio certa non dissoluitur omnino sufficiẽter per absolutionẽ dubiã: sicut nec debitũ certũ soluitur sufficiẽter solutione dubia.Vt superi°.5.aduertimus. Fateor, volũtatẽ filiorũ impuberũ quoaduota personalia & minorũ quoad realia,esse quodãmodo parẽtum,quia eis est subiecta,maxime quã do votum est de actionibus,quas parẽtes prohibere possunt,& q̃ hæc potestas in filios cõueniat parẽtib° iure diuino positiuo, aut etiã naturali:de quo vide D. T.2.2.q.88.a.8. Aragõ & alios ibi,Sotũ.7.iust.q.3.a.1.sed nego,ex eo, q̃ irritatio in dubio de ætate nõ reddat tutos filios,priuari parẽtes illa potestate,solũ ignoratur,an tũc habeat locũ illa potestas,& ideo quãuis pater conetur irritare votũ, adhuc filius tenetur illud implere.

3. Conf. nostra sent. nã qui dubitat, an sit 263
elapsa hora noctis.12.& tunc comedit, aut bibit,nõ põt sequẽti mane ad Eucharistiã accedere,vt docet Sãchez.2.de matr.disp.41.q.3. n. 40.ergo similiter qui dubitat,an quando Vouit,fuerit elapsũ tẽpus,in quo emissa vota poterãt postea irritari à patre,nõ potest tuta cõscientia,illa nõ implere,etiã si pater conatus fuerit illa irritare,eoquod dubitat,an conat° ille effectũ habuerit.Nec valet dicere,in illo casu de cõmunione nullã esse possessionẽ hominis,sed potius præcepti cõmunicãdi in ieiunio,& ideo nõ esse potiorẽ cõditionẽ hominis;sed ptęcepti:in hoc vero de irritatione voti possessionẽ esse in patre, qua indubio spoliari non debet; nam etiam in illo casu est possessio libertatis: homo enim libertatem habet communicandi modo sit ieiunus & tamen indubio de ieiunio nõ suffragatur ei ista possessio

possessio; quia præceptum esse videtur non communicandi nisi cum certitudine ieiunij: ergo similiter implendum est votum, si irritatio est dubia, quia præceptum naturale esse videtur implendi votum certum nisi irritatio, dispensatio, vel cõmutatio illius certa sit. Sicut est naturale præceptum soluendi debitũ certum, nisi certa eius solutio facta iam sit.

264 Vbi nota omnino falsum esse, q̃ dicũt aliqui, siquis opinetur non dũ elapsam esse horã noctis, vel non sciat sed formidinem habeat, posse sequenti tempore communicare. Nam hoc est contra mentem omnium, & contra vsum, qui seruari omnino debet, præsertim quando non esset valde necessarium eadem die communicare; sed in aliam differri posset: peccatum enim esset sine causa sufficienti exponere se periculo communicandi post prandium eodem die sumptum, & eadem ratione falsum puto, quod quidam dicunt, si sint diuersa horologia, & vnius sonuerit hora.12. alterius vero non, hominem posse sequenti die ad Eucharistiam accedere, præceptum vero Ecclesiæ de ieiunio, vel abstinẽtia à carnibus non obligat cum tanto rigore. Vnde cuilibet horologio accomodare se homo poterit & die ieiunij statim atq. aliquod horologium, horam.12. signauerit, licitum erit comedere carnes. vt ait, Sanchez supra, cũ Vega. 3. sum. casu. 213. referente Medina sed si hic dies sit ieiunij, & dubitem de omni horologio, an in eo senuerit hora.12. noctis, non potero cænare, vt affirmat Sanchez ibi, qui recte etiam docet, si esset vnum horologiũ tantum & vbi cœpit sonare hora. 12. aliquis biberet, licet quando sonet vltimus pulsus duodecimæ desijsset bibere, non posset sequenti die communicare: quia cũ primus pulsus horę sonat, iam est hora expleta & horologium tantum est testis id indicans, & si diuersi pulsus sint, id euenit, quia nequit hora.12. vno pulsu indicari, sicut vno pulsu indicatur hora.1. bene etiã docet, si hodie est dies dominica, & libera à ieiunio, & ab abstinentia, & cras sit dies ieiunij, posse carnes edi à dubitante, an sonuerit hora noctis.12. quia dubito, an tunc sit præceptum: in dubio autẽ præcepti nõ teneor illud

265 implere cum ea incommoditate.

Ad argum. initio proposita. Resp. possessionem non esse solius iustitiæ titulum.

Ad.2. Resp. Sanchez. q. sæpe citata, nu. 41. esto in eo dubio irregularis homo sit (quod aliqui negant) nihil facere contra nos, quia cum irregularitas sit ex iure humano, placuit Pontifici in ordinum reuerentiam, vt in hoc dubio ab illis abstineretur non obstante possessione. Ad.3. Resp. illud. c. intelligi de dubio practico. Respõdere. 2. possemus, intelligi de speculatiuo, quando nulla est necessitas inclinandi in partem minus tutam. Ad.4. R. negãdo sequel. quia aliquando possessio est præcepti & tunc indubio obligat. Sed nos iã superius diximus, indubio semper obligare præceptum superioris, nisi periculũ æqualis, vel maioris peccati aut magna incõmoditas rei præceptæ excuset. Item quando præceptum est certum, & derogatio dubia, semper obliga re, ac si nulla derogatio esset.

Sect.26. An subditi qui vocantur ad bellum cuius iustitia est dubia, teneantur obedire.

ADrian. quodlib. 2. a. 1. §. quoad. 2. & in materia de restitut. §. *aggredior casus*, vers. *sed cum*, putat non esse licitum ineo casu obedire. Cõtrariũ merito docet, Vict. relect. de iure belli nu. 30. & .31. Syl. bellum. 1. q. 9. par. 3. & .4. multos referens, Caie. Armill. Tab. Ros. & Angel, eodem verbo Cordub. lib. 3. q. 8. Corol. 4. & lib. 1. q. 39. Dried. 2. de libert. Christiana. c. 6. Gab. 4. d. 15. q. 4. Maior eadem. d. q. 2. Bañes, Aragon, Valent. & alij. 2. 2. q. 40. de bello, ar. 1. Medi. & alij recentiores hic. q. 19. a. 6. vbi Vazq. disp. 66. c. vlt. in fine Gloss. c. quid culpatur. 23. q. 1. & .c. quid ergo. 11. q. 3. Molina de iust. tract. 2. dispu. 113. concl. 3. Nauar. in summa. c. 15. nu. 15. & .c. si quis autẽ de pœnit. d. 7. nu. 87. & .114. Nauarra. 2. de rest. c. 3. nu. 252. Sotus. 4. dist. 5. q. vni. a. 10. Couar. regul. peccatum, p. 2. §. 10. nu. 45. Eman. verbo guerra. c. 114. concl. 4. n. 5. Sa, verbo bellum, n. 1. Azor, to. 1. lib. 2. c. 19. q. 9. Imo & Aug. 22. contra Faustum. c. 75. relatus dicto. ca. quid culpatur, vbi sic habet. *Vir iustus, si fuerit sub rege homine, etiam sacrilego militet, recte potest, illo iubente, bellare; si quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel vtrum sit, certum non est, ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.*& Gloss. Adriani ad Aug. recte impugnatur a Cordub. supra, lib. 3. aliæ tamen eius probationes, libri primi, bene impugnantur à Petro Nauar. supra. 266

Ratio est quia illa obediẽtia expedit cõmuni bono, quod præpõderat & dubio, & bono priuato. Vnde tales non solum possunt licite obedire, sed etiam tenentur, vt fere omnes ciuitati docent contra Adri. Conf. quia non semper tenentur principes aperire causas iustitiæ belli, nec id expedit, & tunc si possent milites se excusare, posset sequi ingens damnũ reip. quæ hostibus proderetur. 267

Addit. 1. Molina, id verum esse, etiam si subditus nõ solũ dubitet, an rex iuste bellũ moueat, sed etiam an persistente eo dubio licitum subdito sit pugnare: nam licet hoc. 2. dubium sit practicum respectu prioris, tamen est speculatiuum respectu alterius dubij, 268

an in dubio, num aliquid liceat, adueniente præcepto superioris, parendum sit, Constatq. parendum tunc esse. Intellige, si facile fieri possit, vel cõmune bonum id postulet, vt in casu belli postulare solet & propterea constare parendum esse, ait Emanuel supra.

Addit 2. Molina & bene, cum Caiet. verbo bellum & Nauar. c. 15. nu. 15. nomine subditorum, vt indubio pugnare possint, parereque teneantur principi pugnare præcipienti, intelligi etiam milites alienigenas mercede conductos, qui continuis stipendijs sub eodem principe degunt tam tempore pacis quam belli, quanuis forte (inquit Molina) hi ad maiorem diligentiam adhibendam teneri videantur, vt sciant de iniustitia belli, quãdo aliqua apparent indicia, quam indigenæ; & indubio, si multum propendeant, bellum esse iniustum, integrumq. illis sit discedere, quia expleuerunt tempus, proquo se militiæ astrinxerant, videantur teneri discedere. Sed an isti discedere teneantur, dicam postea.

269 Nunc solum aduerto, perperam Syluestrũ illa part. 3. cui consonare videtur Nauar. supra & aperte consonant aliqui recentiores hîc q. 19. a. 6. dixisse, subditos peccare, si probabiliter crediderint, bellũ esse iniustum: nam etiã si habeant hanc opinionẽ de iniustitia belli: tamen possunt de ea formidare & dubitare, & oppositam iudicare probabilem, aut etiam probabiliorem: quando autẽ iniustitia belli non est certa, sed dubia & anceps, possunt & tenentur obedire: ergo.

270 Falso etiam Sylvest. ibidem partic. 4. ait, stipendiarios & alios huiusmodi in dubio adiuuantes peccare cuius verba sunt. Licet subditi excusentur in dubio; non est tamen simile de amicis, cognatis, stipẽdiarijs & huiusmodi secũdum Verbecium; quia nõ excusat eos obedientia; nec in dubio debent committere se discrimini, vt iuuent aliquem in alterius præiudiciũ. 14. q. 5. c. Deniq. Nec est simile de aduocato, quem excusat bona fides, quando credit, causam esse iustam: quia est illi iudex superior, qui causam examinat iudicans de allegatis: in bello autẽ viribus vincitur & cõcordat Vldr. tamen mihi videtur (inquit Sylvest.) quod vbi nõ dubitant sed probabiliter credunt, excusantur; quia aliter vix aliquis posset militare. Stipendiarios etiam, & non subditos militare non posse, docet Cordub. lib. 1. q. 39. Caiet. verbo bellum. Vbi Angelus. §. 8. Gab. 4. dist. 15. quos tamen nonnulli limitant, nisi tale bellum esset necessarium ad defensionem amicæ reipub. vel amici Principis, & nõ esset penitus offensiuũ; & vindicatiuũ: in vindicatiuo enim, & offensiuo cẽnset non esse adiuuandum Regem à non subdito neq. à subdito, quãdo nõ vrget præceptũ regis.

Sed Petrus Nauar. 2. de restit. c. 3. nu. 260. & seqq. absq. vlla limitatione docet, non subditos, & similiter subditos, non compulsos à superiore, indubio de iustitia belli militare posse, Vazq. etiam loco citato reprehendit Sylvest. quòd quantum adhoc inter subditos, & non subditos discrimen constituat: quia subditus indubio plene practico de iustitia belli parere non potest, & si practice iudicat sibi licere, non peccat, id faciendo: idem autẽ est de amico, seu non subdito. Nec vero (inquit) amicus postulare debet causã iusti belli. Hanc enim nec debet Rex, nec potest omnibus, & singulis amicis exponere; sed satis est scire, Regem esse hominem iustum & prudẽtem, qui non nisi summo Consilio bellũ mouere solet. Azor illa q. 9. ait, non esse idem iuris de militibus exteris mercede ad bellũ cõductis, vel alia de causa vocatis, quæ de subditis: nihilominus tamẽ si de iure belli hæsitent & aliunde nouerint, principem à quo sunt conducti, & vocati, virum esse pium, & bonũ, & qui bellum nisi iustum suscipere non soleat, tuta conscientia posse probabiliter putare, iure bellum alteri inferre, id etiam facere illis esse integrum, quando ex probabili aliorũ cõsilio ad id faciẽdũ adducti permouẽtur. 271

Ego sentio, quando bono priuato militis, vel publico suæ, vel alienæ reip. confert militare, recte posse militem id facere, etiam si dubitet, an Rex, vel Princips iustam belli causam habeat; quia expedit, vt in bello amici, & subditi etiam non compulsi regem adiuuent non manifestãdo illis causas, quibus bellum honestatur, sed in fide Regis. Confirm. nam Sylvester fatetur, si miles non subditus probabiliter credat, iuste bellum à rege moueri, posse sub eo militare: quando autem iniustitia belli incerta est, semper potest esse ista credulitas: ergo semper in ea incertitudine militare possunt. Adde quod si sint rationes euidenter probabiles, parum refert assensum probabilem propter illas habere, vel non habere, ergo si est licitum cum tali assensu militare, etiam licebit suspenso omni probabili iudicio, cum sola euidentia probabilitatis id facere. Sed quid si tale bellũ ad quod præcepto superioris cogor, iuridice iudicatũ sit iustũ: ego vero scio, & iuridice probare nõ possunt iniustum esse. R. Cord. lib. 3. q. 8. Corol. 4. tunc idem iudiciũ ferẽdũ de me, quod de ministro iustitię, qui tenetur exequi sententiam iudicis, vel superioris cõtra priuatim cognitũ innocentem; sed iuridice iudicatum reum mortis, de quo idem auctor, lib. 1. q. 37. 272 *Opinio Auctoris.* 273

Sed quis erit legitimus iudex. R. si iudices arbitri ab vtroq. rege, vel rep. designati sint, absq. dubio illi erũt iudices legitimi: sin min⁹ qlibet est iudex in sua rep. vt ait, Mol. t. 1. trac. 2. de 274

2.de iust.disp. 103. paulo ante. §. quamuis autem. Sed magna difficultas erit, si re diligēter examinata quisq. pro se sentētiam ferat. Tūc fortasse quis diceret, subditum vnius regis, si ei præcipiatur, debere militare pro illo, alterius vero pro altero: reliquos quibus nihil à proprio rege præcipitur, pro nullo, aut pro habēte reuera iustitiam pugnare debere. Mihi tamen magis placet, siue vnus tantum pro se ferat sententiam, siue vterq. pro se, neminem quantumcunq. ei præcipiatur, contra eum quem scit verum habere ius, pugnare posse, quia cum vnus nō sit subditus alterius, nec alter est proprie eius iudex, nec eius sententia est proprie sententia, sed improprie tā tum; & ideo, qui scit, esse reuera contra iustitiam, licet à principe putante ex allegatis & probatis, esse iustam non potest illam, quamuis ei præcipiatur, executioni mādare; sed potius debet mortem pati, quam in tali bello militare, & non esse propriè sententiam cōfirmo, quia est cōtra partem inauditam, quæ nec allegauit, nec tenebatur apud alteram allegare, quæ ad suum ius probandum pertinebant. Rogabis, an subditus sciens, Principem dubitare de iustitia belli, possit illum sequi. Emanuel in sum. verbo Guerra c.124.concl.4. n.5. ait peccare mortaliter, & suadetur, quia Princeps tunc peccat mouendo bellum aduersus alium: debet enim esse certus de iustitia belli, vt ipsum mouere possit, siue bellum sit ad sumendam vindictam, siue ad auferendum alteri regnum, siue ad præoccupandum quando neuter in possessione est. Quid autē faciēdum sit, quando principes de regno aliquo contendunt. 13. sect. disputatum est.

Author.

275.

Sectio.27. Quid in dubio de iurisdictione confessarij.

276. *Opinio Suarez.*

SVAREZ 2.3. p.to.4. disp.26. sect.6. ait distinguendum esse dubium proprie dictum: quod est pure negatiuum, quia in neutram partē potest intellectus determinari per iudicium positiuum, & probabile: sed suspensus est: & dubium improprie dictum solum ratione formidinis, quamuis determinatè possit intellectus ferre iudicium probabile, licet incertū.

1. *Eius conclusio.*

Dicit ergo. 1. si dubium circa iurisdictionē sit negatiuum, nunquam cum eo licet iurisdictione vti, nisi occurrat euidens necessitas, & absolutio detur sub conditione, & cum onere confitendi iterum illud peccatum habenti iurisdictionem certam, nacta opportunitate; alias temere, & imprudenter exponit se homo periculo sacrilegij, efficiendo sacramentū nullū, sicut alibi dixerat esse graue peccatū voluntarie, & sine necessitate vti materia, vel forma dubia. Exceptionem probat, quia alia sacramenta propter necessitatem in casu dubio licite dantur sub conditione expressa, vel concepta, si possum, vel indiges: ergo idem est in hoc sacramento, licitum enim est sub conditione absoluere à peccato mortali dubio, quando non est alia materia: ratio vero est, quia concurrentibus illis duabus conditionib. tollitur omnis inordinatio, quoniam necessitas facit, vt actus nō temere fiat, nec ex mera, & irrationabili voluntate: conditio vero tollit periculū, quia si materia subsistat, infallibiliter fiet sacramentum: si vero non subsistat, nulla iniuria fiet sacramento: quia conditionalis nihil ponit in esse. Aduertit autem, necessitatem debere consurgere, tā ex parte sacerdotis, quā ex parte pœnitentis: illius quidem, vt non occurrat alius, qui certiorem habeat iurisdictionem, alioqui ille temere, & sine necessitate se ingereret: huius vero, vt scilicet sit pœnitens in aliqua necessitate confessionis: quia sine causa rationabili non debet facere confessionem ita dubiam. Item nunquam teneri pœnitentem ad confitendum sacerdoti habenti iurisditionem dubiam: quia si sit extrema necessitas, cessat dubium; si vero non sit extrema necessitas, cessat obligatio: si enim necessario recipiendum est aliquod sacramētum, etiam Eucharistiæ, melius, & certius est conari ad contritionem habendam; imo, propter solam cōfessionem illam dubiam non liberabitur homo ab illa obligatione, si alioqui tenebatur homo se disponere ad iustificationem, quia per illam absolutionem dubiam non sufficienter disponitur moraliter loquendo: cum nō excludat morale periculum permanendi in statu peccati. m. absq. probabili iudicio de iustificatione obtentā, si tantum erat attritus.

Nihilominus existimat, aliquando posse illo modo licite confiteri, quando aliter non potest: vt si necessario sit recipienda Eucharistia, vel si per longum tempus postea confiteri non poterit: quia in tali confessione nulla est deordinatio, & si quid est incommodi ratione dubij, totum est in grauamen pœnitentis, quod potest ipse voluntarie assumere: in absolutione etiam, adiecta, vel sub intellecta conditione, & interueniente prædicta causa, nullus est abusus clauium, quia potest illa absolutio prodesse, & non obesse: nulla est ergo ibi ratio culpæ. Est autem tunc optimum cōsilium confiteri aliquod peccatum veniale, nam hoc modo tollitur (inquit) vt opinor, dubium de valore sacramenti, absolute loquendo, licet semper maneat dubium de absolutione directa peccatorum mortalium. Propter quod censet, in eo casu semper manere obligationem illam confitendi sacerdoti habenti certiorem iurisdictionem occurrente

277.

opportunitate: quia semper manet practicũ ac morale dubium, an peccata illa vere, & re ipsa fuerint subiecta clauibus. Homo autem tenetur vere, & iure illa subijcere, vel saltem habere de hac re moralẽ seu practicam certitudinem quantum potuerit.

278. *2. Conclus. eiusdem.* Secundo dicit, in dubio improprio, quod non excedit probabile iudicium, fortasse alicui videri potest, per se loquendo, hunc ordinem necessario esse seruandum, vt si possit haberi minister certam, & indubitatam habens iurisdictionem, ille eligatur: si autem ille haberi non possit, tunc possit alius eligi, qui iuxta opinionem probabilem, iurisdictionem habeat, ita tamen, vt securius eligatur. Dico (inquit) per se loquẽdo, quia si aliqua grauis causa intercederet, posset interdum prudenter hic ordo immutari, quia illa certitudo aut securitas intelligenda videtur moraliter, ac cæteris paribus, & hic quidem dicendi modus est securior, & certior; arduum tamen, & præter consuetudinem virorum timoratorũ esse videtur omnes homines adhoc obligare. Ideo duæ viæ excogitari possunt, quibus defendatur, vt certum, licitum esse sequi in praxi, quamcumq. opinionem probabilem circa iurisdictionem ad absoluendum: quod quidem necessarium videtur, vt in praxi sequi liceat talem opinionem.

279. Prima est dicendo, hoc ipso quod quis iuxta probabilem opinionem doctorum iurisdictionem habet, reuera illam habere ex tacita concessione ecclesiæ, quia hoc est iure receptum, vt qui communi opinione seu existimatione magistratum gerit, licet in re ipsa, munus illud vero titulo non obtineat, nihilominus gesta eius valeant propter commune bonũ iuxta. l. Barbarius. ff. de officio prætoris, & inde fit, vt excommunicatus occultus, & is qui parochus communiter reputatur, vere tamen non est, quia symoniace obtinuit beneficium: nihilominus validam absolutionem conferat, quia ecclesia tunc dat iurisdictionẽ, ne communis ignorantia populo noceat sic ergo in præsenti, quia probabilis opinio sufficit ad hãc communem existimationem, verisimile est, ecclesiam supplere defectum, si fortasse aliquis in re manet. Est enim eadẽ ratio; quia hæc etiam ignorantia, quæ oritur ex sententia probabili doctorum, est communis, & publica, & cõmuni bono nocere posset, si in re ipsa ministri carerent iurisdictione; & ideo non licet argumentari ad priuatas ignorantias, vel errores, qui in particularibus factis interueniri possunt: quia non pertinent ad bonam gubernationem, vt ijs omnibus prouideatur, quòd fieri non possit sine alijs maiorib. incommodis: prouidere autem cõmuni, & publicæ necessitati illud est valde conueniens, & necessarium. Confir. ex communi ecclesiæ cõsuetudine, quæ est sufficiens signum iurisdictionis, est enim vniuersalis ecclesiæ vsus, vt sacerdotes secure vtantur huiusmodi iurisdictione in administratione huius sacramenti. Confir. 2. quia ad conuenientem, & prudentem ecclesiæ gubernationem pertinet, vt non permittat, sacramentum tam necessarium frequenter esse incertum, & dubium, quantumcunq. existat sub opinione probabili, sicut non esset expediens ecclesiæ, vt baptismus, vel Eucharistia frequenter conficerentur modo aliquo incerto, quãtumuis probabili: ita igitur hoc non expedit in hoc sacramento: ergo cum ecclesia possit subuenire huic incommodo, & tollere hanc incertitudinem, dando iurisdictionem, verisimile est in hoc casu illam conferre. Est quidem (inquit) hæc via probabilis non tamen certa, & hoc ipso non omnino tollit dubium, nec dat certitudinem, quam quærimur: ideo

2. Via est, in omni confessione, quæ fit huiusmodi ministris, semper interuenire materiam aliquam, circa quam habeant certam, & indubitatam iurisdictionem, scilicet aliqua peccata venialia, & hoc satis esse, vt confessio bona fide facta semper sit rata, ita vt, data absolutione, verum conficiatur sacramentum, etiam si contingeret, opinionem probabilem, in qua fundatur confessor ad faciendam talem confessionem, in re ipsa falsam esse: quod enim tunc sacramentum conficiatur, patet, quia ex parte pœnitentis cõcurrũt omnia necessaria, scilicet, debita dispositio, & confessio formaliter integra, & ex parte ministri habetur etiam potestas ordinis, & iurisdictionis circa aliquam partem materiæ, quæ sufficiens est ad valorem absolutionis, quando pœnitens bona fide procedit. Confir. 1. nam si quis habeat peccatum reseruatum, & reseruationem ignoret, & bona fide illud cum alijs confiteatur ordinario sacerdoti, & ille absoluat, sacramentum factum tenet, vt omnes docent. Vnde etiam si pœnitens postea sciat defectum, non tenetur confiteri peccata non reseruata, sed illud solum, quod reseruatum erat, quia illud non per se, sed per accidens fuit remissum: ergo similiter in præsenti sacramentum tenebit, licet illo per accidens tantum remittantur mortalia, si reuera minister super illa iurisdictionem non habuit, & si postea quacunq. ratione, & via id certo constaret, deberet pœnitens iterum illa confiteri: tamen ad tollendum morale periculum satis est, quòd sit moraliter certum, sacramentum ipsum perfici, & iustificare hominem, si dispositus sit. Confir. 2. nam si quis confiteatur venialia simplici sacerdoti, & habeat mortale, cuius omnino obliuiscitur, sacramen-

280.

cramentum fit,& illud peccatum tollitur per accidens:ergo idem proportionaliter erit, si recordetur talis peccati,& simul cum alijs cõfiteatur illud bona fide ei,qui existimatur habere iurisdictionem,cum non habeat.

281. Si obijcias,quia videtur sequi, etiam si minister mala fide absoluat,& decipiat pœnitẽtem,inquem non habet iurisdictionem circa mortalia peccata, nihilominus sacramẽtum tenere propter iurisdictionem, quam habet circa venialia, supposita bona fide pœnitentis,quia mala fides ministri non tollit necessaria ad perficiendum sacramẽtum. Rt. idem arg. fieri posse in exemplo de casibus reseruatis,& fere in alio de oblitis, & posse.1. negari sequelam, quia oportet, vt sicut confessio, ita absolutio sit integra, saltem formaliter, scilicet,ex bona fide,& intentione absoluendi: posita autem illa deceptione, non potest absolutio esse formaliter integra.2. posse cõcedi sequelam: quia nullum habet inconueniens; absolutio enim data à non habente iurisdictionem, vt sic, formaliter nulla est: si tamen circa aliquid habeat iurisdictionem, ea ratione poterit esse valida. Hæc via. 2. videtur illi auctori vera nam principiũ, in quo fundatur,est satis certum: semper tamen admonendos putat ministros,& pœnitentes, vt certiori,vel saltem probabiliori via vtantur nisi aliqua causa grauis, vel rationabilis vrgeat.

1282. *Resolutio ex mente auctoris.* Hæc est sententia Suarez, in qua primo approbo, quod ait, non esse licitum sine necessitate vti iurisdictione dubia etiam sub cõditione, quia temere se exponere periculo efficiendi sacramentum nullum,etiam apponendo conditionem, est ex genere suo peccatum.m.& grauis irreuerẽtia instar illius, quã quis committeret,si sub conditione absolueret,vel se absolui peteret ab eo,quẽ scit nullam iurisdictionem habere, esset enim in sacramentis iocari,& ludere.

283. *2. Concluſ.* 2.Dico,in necessitate,& sub conditione licitum est vti iurisdictione dubia sine onere confitendi iterum eadem peccata sacerdoti habẽti iurisdictionem certam: durum enim, & intolerabile esset cogi hominem partim necessitate eligendi confessorem dubium, partim lege Dei, seu onere, quòd à sacerdote necessario imponendum pœnitenti sit,ad cõfitendum bis eadem peccata, ergo sine tali onere absolutio est valida.Confir.1. quia etiã si sacerdos tale onus non imponeret pœnitẽti,siue quia oblitus est, siue quia noluit, siue quia existimauit, necessarium non esse, probabile est absolutionem validam fuisse: ergo non tenetur sacerdoti habenti certam iurisdictionem peccata eadem confiteri. Confir. 2. nam in dubio iurisdictionis improprie dicto; seu non excludente iudicium probabile, confessio facta non est repetenda sacerdoti habenti certam iurisdictionem nacta opportunitate:ergo nec in dubio proprie dicto: eadem enim ratio quantum ad hoc esse videtur in vtroq. euentu,ans vsu ipso constat, & nec ab illo auctore negatur,nec ab alijs viris doctis,vt credo negaretur.

Dico.3. in dubio proprie dicto non solum possumus, sed etiam tenemur aliquando vti iurisdictione dubia:probatur, quia contingere potest,vt aduitandum scãdalum, vel aliud magnum inconueniens sit in præcepto communicare,vel celebrare:tunc autem ex præcepto diuino teneor præmittere confessionem dubiam, si non possum certam: nec satisfacio etiam si habeam actum cõtritionis. Imo aliquando sine vllo ordine ad Eucharistiam, vel alia sacramenta scandalum erit non confiteri habenti dubiam iurisdictionẽ: possum autem licite confessione obuiare tali scandalo,quia licita est confessio eiusmodi ob grauem necessitatem:ergo teneor,nam si possum licite obuiare scandalo, teneor. 284. *3. Concluſ.*

Et hæc dicta sint circa.1. conclusionem de dubio proprie dicto,seu suspensionis,sed circa. 2.cõclusionem ipsius de dubio improprie dicto. *Suarez.*

Dico. 4.in dubio iurisdictionis improprie dicto seu non excludente iudicium probabilẽ iurisdictionis,licitum est vti eiusmodi iurisdictione dubia, si ad id vrgeat necessitas aliqua,alias non,etiam si de iurisdictione sit opinio probabilior. Hunc modum dicendi esse securiorem,& certiorem dixit Suar. supr. & bene:probatur,quia etiam si opinio sit probabilior pro iurisdictione, periculum est vel efficiendi sacramẽtum nullum absolutè, vel saltem respectiue, & comparatione peccatorum,circa quæ dubia est iurisdictio: sine causa autem exponere se periculo efficiendi sacramentum nullum aliquo ex istis modis,est peccatum graue, & mortale ex genere suo: ergo id sine causa, & necessitate vrgenti facere est peccatum mortale, etiam si quis inter sacerdotes,habentes in certam iurisdictionẽ eligat eum, de quo maior sit probabilitas. Mihi autem non admodum placet illa.1.via, quam tãdem reprobat ipse Suarez, licet eam aliqui sequantur,quos retuli, sectio.10. inter quos est Sanchez.3.de matrimonio disput.20. n.4.in fine,& disput.22.q.vlt.n.vlt.vbi sic ait. Vltimo infertur, si sint diuersæ opiniones an aliquis sit legitimus minister matrimonij, aut confessionis,vel licentia illi concessa, sit legitima, vel priuilegium bullæ reuocatum sit,vel extendatur ad illum casum, & opinio affirmans,nõ esse legitimum ministrum, aut licentiam non esse sufficientem, aut priuilegium 285. *4. Concluſ.*

gium esse reuocatum,vel minime extendi ad illum casum,sit coram Deo vera : dum tñ veritas illa latet,& probabili sapientum opinione reputatur probabilis opposita opinio, confessiones factæ,& matrimonia celebrata coram tali ministro,vel virtute talis licētiæ aut priuilegij valent; quia est communis error tituluſq. præsumptus collatus à legitimo superiore,& defectum illius iurisdictionis, aut ministri potest ius humanū supplere : in quo casu valida esse gesta ratione communis erroris dixi nu. 27. pro hac parte est Henriq.5.de pœnitentia c.14. n.4. vbi dicit quando probabili sapientum opinione creditur, gratiam nondum expirasse,valere gesta ratione illius & melius id clare dicit.n.3.

286. Hæc Sanchez de quibus ego cum Suarez dubito,& certe lex illa Barbarius non vrget: quia in illa agitur de errore facti communi totius populi fundato in auctoritate superioris,qui ignoranter ad officium prætoris elegit incapacem, nempe seruum, & voluit imperator,vt acta eius valida essent propter grauissima incommoda,quæ sequerentur si nulla essent,detecto enim errore facti,vt sæpe cōtingit,oporteret,omnia eius acta iudicare irrita, quæ ratio etiam procedit in excommunicato,ab omnibus ignorato, electo ab beneficium, vnde in eodem idem dicunt communiter Doctores.At quando res est vtrinq. dubia,& opinabilis,non videtur id asserendum, neque est eadem ratio id asserendi, nam error si quis est in opinione Doctorum asserente hunc habere iurisdictionem, moraliter loquendo,detegi non potest, quia non potest haberi certitudo, & ideo nullum est periculum repetendi confessiones, detecta earum nullitate.Nec vllum est inconueniens, quod vrgente necessitate, quis vtatur iurisdictione dubia,seu opinabili, quin potius non posse ea vti esset valde incommodum:sine necessitate autem ea vti vel est periculosum, & malum,nec est talis vsus communiter, præsertim apud sapientes, & timoratos, vel si id licitum est,non ideo licitum est, quia ecclesia tunc conferat iurisdictionem, cum hoc sit valde dubium ac proinde nihil referat ad iustificandum opus; sed quia licitum sit, vti materia, forma, vel iurisdictione, probabili, etiam si nulla vrgeat necessitas, vt tenent Vazquez, & alij citati sectione. 10. & Azor tom.1. lib. 2. cap. 12. ad finem. Adde, quòd nec ecclesia potest commode facere vt semper iurisdictio sit certa; quia ex varijs capitibus oriuntur quotidie opiniones contrariæ circa hanc iurisdictionem, & circa alias: & esto ecclesia tacite concessisset, & generaliter : vt quoties sunt opiniones, Doctorum de iurisdictione, reuera sacerdos haberet iurisdictionem;non tamen id concederet,quādo est priuata opinio alicuius in re, de qua Doctores vel non sunt opinati, vel id nescit is,qui de iurisdictione dubitat & tunc integra maneret tota quæstionis difficultas an licitum esset sequi inpraxi suam opinionē probabilem circa iurisdictionem.Deinde qui in hac re vtuntur opinione probabili, non nituntur illi reflexæ propositioni,quòd quando opinio est probabilis,Ecclesia concedit iurisdictionem, nec talis propositio est certa, esto daremus esse probabilem : Ergo ea via non est licitum vti iurisdictione alioqui dubia.

2.Via etiam videtur insufficiens, quia non est certum,quòd quilibet sacerdos habet iu- 287
risdictionem circa venialia. Deinde manet difficultas,an qui non recordarentur venialium sed tantum mortalium peccatorum, vel sola mortalia vellent confiteri,vti possent iurisdictione dubia.Deinde licet daremus,certum esse,quòd quilibet sacerdos habet iurisdictionem ad venialia:tamen vtendo iurisdictione dubia sine causa,temere exponitse homo periculo faciendi sacramentum nullum circa alia,à quibus directe absoluitur sub cōditione tacita,vel expræssa:ergo peccat mortaliter,cum causa autem id faciendo nō peccat,quia probabile est, licitum esse ex causa huic se periculo exponere licet non certum, nisi improprie loquamur,quamlibet opinionem probabilem appellando certam, vnde quod quidam dicunt, ad rectam operationē in tali dubio de iurisdictione requiri iudiciū certum,falsum est,si de certo proprie loquamur, vt initio.sectio. 16. dictum est.

Dico. 5. id quod tanquam probabile quidam docent,quando sacerdos deccipit pœni- 288
tentem dicens,se habere iurisdictionem circa mortalia, absolutionē à venialibus nullā esse,mihi est improbabile:quia licet absolutio debeat esse integra in hoc sensu, quòd sacerdos debet absoluere directe, si potest, ab omnibus peccatis sibi confessis:tñ non est necessariū ad eius valorem, quod moneat pœnitentem de peccatis,à quibus directe, neq. vult, neq. potest absoluere : ergo sine tali monitione absolutio a venialibus est valida. Et Confirm. nam virtus applicata & non impedita operatur in subiecto disposito;sed illa iurisdictio in venialia est virtus applicata & non impedita, ergo operatur in pœnitente disposito. 5.*Conclusio*

Sectio.28. An testes in dubio parere teneantur superiori præcipienti vt testificentur contra aliquem.

Respondetvr si est opinio probabilis 289.
ꝙ nō interrogāt iuridice,nō tenēt parere, sed possunt

possunt illam sequi, quia in dubijs potius est prospiciendũ bono proximi,quã parendũ superiori,vt dub.1.dictum est:neq. obstat,quod aliqui dicunt parendum esse superiori contra propriam opinionem, id enim intelligitur quando constat, id quod præcipitur neq. subdito,neq. alijs esse incommodum, & dubitatur an sit licitum. Imo aliqui satis docti dicunt quoties sunt opiniones, an illi parere teneamur,nos posse illi non parere.Quia tamen certum est apud omnes, quod vt iudex recte interroget via, & ordine inquisitionis necessaria est infamia personæ,& clamorosa populi insinuatio:via autem, & ordine accusationis semiplena probatio, si dubiũ sit testi,& reo an sint hæ cõditiones,difficultas est, an teneatur testis prodere reum,& reus se ipsum,& supponitur contra aliquos reum iuridice interrogatum etiam ad pœnam, teneri respondere. Supponitur autem si interrogatio fiat via inquisitionis contra aliquem cuius crimen,si non detegatur,possitvergere in publicam perniciem, iudicem interrogare iuridice ac proinde testes respondere teneri, siue sit nota infamiæ, siue nõ, quia bonum reipublicæ præponderat famæ priuatæ : qua ratione crimen hæresis ad inquisitionem iudicis prodendum est,etiam si infamia non præcesserit, quia probabiliter imminet malum Reip. & ita de alijs criminibus. Si autem crimen vergere non possit in publicam perniciem,etiam si occultum maneat,& de eo fiat inquisitio,si publicum est crimen, persona tamen occulta, diuersæ sunt opiniones probabiles,an iudex possit inquirere, & testis respondere teneatur : probabiliter etiam multi tenent,quod iudex rectè interrogat, sed testis non tenetur respondere, quia existimare debet tantum interrogare secundum iura in hoc sensu quod testis teneatur respondere,id quod scit esse publica infamia notorium.Vnde secundum has opiniones, si velit, poterit celare personam donec certò sciat publica infamia laborare. Posset tñ detegere personam secundum opinionem aliorum, qui existimant, melius esse inquirere de persona occulta,& ipsam manifestare,quam delicta publica impunita manere. Quid autem verius sit,modo non disputo.Satis est in casu hoc dubium esse posse an testis teneatur respondere.Vltimo fit inquisitio in generali, quando nec persona nota est,nec crimen,neq.hoc tale est,vt in Reip. perniciem vergere possit,& in hoc euentu testis dubitare nequit, an respondere teneatur, quia secundum omnium opinionem inquisitio in hoc tantum sensu fit,vt testis illud tantum manifestet, quod sit publica infamia notorium, vnde si sibi non satis constet de infamia iuste existimare potest,non esse illi obligationem respondendi: ergo in nullo casu,quamuis dubitetur de infamia testis dubitare potest, an iuridice interrogetur, vt teneatur respondere. De reo similiter dubium fere esse nequit: licet enim dubitet an infamatus sit de crimine,vel contra ipsum sit plena, vel semiplena probatio, dubitare tamen ægre potest an debeat respõdere iudici,quia vt optime Nauarr.cap.inter verba.11.q.3.conc.6.corol.17.n.20.& in summ. c.18.n.57.D.Tho.2.2.q.69.art.1.& 2. Caiet. ibi. Sotus.5.iustitiæ.quæst.6.art.1.& 2.& de secreto membro.2.q.7.dubio.1.reus non tenetur contra se dicere testimonium donec ipsi à iudice offeratur libellus,inquo contra ipsum cõtineatur plena,vel semiplena probatio, & licet hodie hoc non obseruetur, neq. offeratur libellus. Hoc tamen iure naturæ,aut gẽtium, cui lege,vel consuetudine derogari non potest,necessarium est, vt reo constet infamia, aut testibus,vel indicijs plene, aut semiplene conuictum esse de crimine, alioqui cum inquisitio est ad pœnam, non tenetur contra se testificari:vnde quandiu id non sibi constat, potest suæ indemnitati consulere, & iudici non parere,vt tenet Anto.Perez,cum citatis. Hoc autem efficere potest, etiam si nullam præsumat culpam in iudice, quia existimare potest,apud iudicem dicto modo crimen probatum esse,aut illum alia ratione duci. Sufficit autem, quod aliunde sibi moraliter constet probationem prædictam esse, licet libellus sibi non offeratur,vt docet Cordub. lib.1. q.43.In dubio ergo,an sit talis probatio contra reũ, vel non, potius tenetur reus seipsum tueri, quam credere, vel respondere iudici, non tantum in grauioribus causis, quando grauis pœna imponenda est (vt existimauit Sotus)verum etiam in leuioribus,quoties ad pœnam proceditur.Si tamen reus tantum interrogetur de debito,vt illud soluat,licet occultissimum sit, tenetur detegere : quia ex iustitia tenetur soluere. Ita Perez, & alij citati. Quibus autem verbis reus, vel testis vti debeat,quando non tenetur respondere,modo non disputo.Hoc autem interest, quando proceditur via inquisitionis, denuntiationis, &accusationis,quod in priori via reus non tenetur respondere, donec sibi constet de publica,& notoria infamia, & clamorosa insinuatione,in alia vero duplici via sufficit semiplena probatio, videlicet per vnum testem omni exceptione maiorem, vel per indicia, vel per infamiam plene probatam. Nauarr. c.inter verba.concl.6.corol.10.n.15. Sotus, Perez, & Caiet.supra.

Quæ diximus obseruanda sunt, quãdo rudes,& imperiti consilium petunt, sed generalier docendi sunt, si in iudicio deprehensi 290.

dubi-

dubitent an parere teneantur,an non,& non possint peritos,& doctos consulere,non teneri parere cum proprio, vel aliorum detrimento.Vnde male Vega in sylua casuum, lib. 4. casu. 156. ait si subditus dubitat, an prelatus inquirens seu interrogans de aliquo delicto, iuste interroget, tenetur veritatem manifestare,& sibi reuera contradicit casu sequenti videlicet.157. ex doctrina Soti tradita à nobis superius recte docens, si ex eo quod prælatus præcipit,certum est, nihil mali euenturum communitati,vel priuatæ personæ, licet dubitem,an prælatus iure præcipiat, teneor obedire,sin minus vero non teneor, quod etiam docuit aliquando Henriquez noster. Ex quo sic argu. sed quando superior præcipit manifestare crimen alterius, certum est, aliquod malum illi obuenturum, nempe infamiam, ergo non teneor obedire,ergo implicatio in adiecto est, quod in illo duplici casu docet, quando ex manifestatione imminet malum alteri,vel communitati non esse obediẽdum prælato,secus vero obediendum esse. Recte autem Vega illo casu. 157. docet in eo dubio de iustitia prælati interrogantis,& certitudine damni, sicut testis non tenetur veritatem respondere:ita à fortiori neq. reum ipsum,& vtriusq. rationem esse,quia maius periculum vitandum est:maius autem periculum est circa mortem iniustam hominis, quam circa in obediẽtiam prælati. Recte etiam in casu. 158. docet, in rebus difficillimis in dubio an prælatus possit ea præcipere, non esse parendi obligationem. Male vero idem auctor eodem libro.casu.192.circa finem ait,dubitantem de excommunicatione an iusta, vel iniusta sit ex parte causæ,debere ei obedire. Dupliciter enim contingit obedire excommunicationi 1. ne incurratur.2.postquã quis incidit in excommunicationem,abstinendo ab actibus à quibus abstinere debent excommunicati,& neutro modo teneor obedire in dubio,nisi id fieri possit absq.notabili detrimento.Si enim mihi sub excommunicatione aliquid præcipiatur, & dubito an id possit prælatus præcipere non teneor cum detrimento notabili meo,vel aliorum obedire.Similiter si dubito an incurrerim excommunicationem, nõ teneor,secluso scandalo, abstinere ab actibus, qui prohibiti sunt excommunicato,nisi absq. notabili detrimento meo,& aliorum id fieri possit.

Sectio. 29. Vtrum liceat agere contra scrupulum seu conscientiam scrupulosam.

291. PRIMO sumitur scrupulus pro remorsu ideſt cognitione mordente,& pungente peccati præteriti, vt.1. reg.25.nõ sit tibi hoc in scrupulum cordis,quod effuderis sanguinem innoxium. 2. sumitur pro ratione se offerente contra honestatem actus futuri, quæ inducit vt credat vel dubitet,actum fore malum,siue actu id credat,vel de eo dubitet, siue nõ,quæ si grauis sit, late tantum dicitur scrupulus; si vero leuis,stricte: colligitur ex Nauar. lib. 5. consil.8.de pœnit.& remiss.nu.8.ad.8. & alijs locis,quæ ipse ibi commemorat, & Paleoto lib.de consultatione consistoriali.p.4.Sylues. Tabie.& alijs Summist. verb. scrupulus, cum Alb. lib. de 4. coæquæuis.Anton.1.p.tit.3.cap. 10.§.9.Vazq.disp.67.c.2.n.8. Perez certam. 10. Schol.n.40.Sayro lib.1.c.14.Azor tom.1.lib.2. c.20.Tabien.verb.dubium.Valentia disput.2. q.14.punct.4.in fine.

Vnde non est vniuerse verum, quod videtur dicere Conr. quodlib. 7. scrupulum cum conscientia certa de honestate actus esse non posse; nam etiam cum illa esse potest, vt ait Naua.& Paleot.supra: neque quod videntur dicere Adrian.in 4.q.de præscrip.& quodlib. 2.a.1.Gerson.2.p. alph.30.in comp.Theol.litt. T. & Alph.37.de præp. ad miss.consid.3.litt.S. & ser.de pœnit.alph.41.lit.F.& 3.p.alph.50.de consol.Theolog.lib.4.prosa.2.& alph.68.lit.P. & seqq. & alph.71.lit.N. scrupulum non esse cum dubio stricte sumpto, seu suspẽsione animi,sed cum iudicio certo vel probabili de honestate actus.Nec quod ait Vega.6.Sylu.casu. 282. scrupulum esse adhærere parti minus certæ damnanti actum. Neque exacte, quid sit proprie scrupulus docuere Caiet. & alij apud ipsum tom.1.op.31. de.17.respp. in 13. dub.7. & Rodrig.2.p.sum.verb.scrupulosus, cap.51. n.1. Med.hic q.19.a.6.in fine. 292.

His suppositis. Caie.sup.& alij apud ipsum supra videntur damnare omnes agentes contra scrupulum,in quo non interuenit certitudo practica de honestate actus. Idem videtur sentire Conr. supra:saltem docet peccatum esse agere cum dubio, & hæsitatione practica. Sed iam in superioribus sæpe docuimus, ad recte operandum non requiri certitudinẽ practicam, sed sufficere probabilitatem, seu assensum probabilem de honestate actus omnib.quæ pensari debent, & possunt,pensatis. 293. *1. Opin.*

Alij autem apud Caiet. sup.asseruerunt,illicitum esse agere contra scrupulũ, quo quis magis,aut æque existimat,actum esse illicitũ; non vero si magis existimet esse licitum. Hi falluntur,nam licet aliquis existimet, probabilius, actum esse illicitum; si iudicat omnib. pensatis probabile esse oppositum,potest licite id facere, vnde etiam fallitur Henric. quodlib. 4. q. 33. dicens, illicitum esse agere contra opinionem, quæ damnat actum, si ea pro se validiores rationes habet. 294. *2. Opin.*

Falluntur etiam Gerson sup.Adria.supr.& 295.

in

in mat.de restit.post medium.§. mihi videtur. Nauar.consil.cit.n.7.Sylu.scrupulus. q.3.Ant. illo. §.9. & alij dicentes,illicitum esse agere contra propriam opinionem. Nam si omnibus prudenter inspectis, alienam putat probabilem, licite se illi conformabit: secus si nec de veritate, nec de probabilitate contrariæ opinionis assensum habeat. Vnde etiam fallitur Eman.supra dicens praue agere scrupulosum,si non deponat opinionem de turpitudine actus.Nam licet illam non deponat si iudicat oppositam opinionem attentis omnibus esse probabilem,recte aget.Quod vero ait Innoc.3. c. per tuas. c. de simon. *Sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam;licet ex eo quod conscientiam nimis haberet scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus, quam vtiq. non euadet nisi deponat errorem.* Intelligitur de errore,quo nec verum nec probabile existimabat, rem esse licitam.

296. Iam ergo, vt meam sententiam aperiam. *3. Opin. 1. Concl.* Dico.1. peccatum est agere cõtra scrupulum, qui ex ijs rationibus procedit, quæ opinionẽ asserentem,actum esse honestum, improbabilem operanti reddunt, quales esse solẽt, quæ apud illum sunt vrgẽtes.Rodrig. supra:patet, quia vt honeste operetur,oportet saltem probabile putare,actum esse licitum.

297. Dico.2. Qui ita dubitat,vt nec iudicet esse verum,nec probabile actum esse licitum, sed *2. Concl.* est in dubio suspẽsionis omnimodæ seu strictissime sumpto,peccat sic agens, quia non habet iudicium de honestate, nec de probabilitate honestatis actus, sumitur ex D. Thom. quodlib.8.art.13. Rodrig.supr. Adrian.& Cordub. ab eo citatis.Licet autem quis dubitet speculatiue, potest non sic dubitare practice, sed habere iudicium de honestate,vel probabilitate honestatis actus,vt patet de muliere dubitante,an hic sit suus, & nihilominus iudicante licitum esse debitum illi reddere, licet certo iudicet, non esse debitum petendum.Ita Eman.supra,& fere omnes:sic etiam ex eo, quod sunt variæ opiniones æque vel fere æque periculosæ, putat sibi licere, quam maluerit sequi:secus si vna sit periculosa, alia tuta,vel vno lõge periculosior alia, quia tunc nisi multum intersit, debet tutam, vel minus periculosam in praxi sequi, iuxta superiora.

298. Dico.3. Communiter licitum est agere cõ- *3. Conclus.* tra scrupulum proprie dictum, nimirum ex leuibus rationibus ortum, quia tunc solet homo iudicare actum esse honestum, vel probabile esse,quod sit honestus omnibus pensatis: & hoc sufficit,vt non peccet:sumitur ex Rodrig.sup. Anto.Perez,illo.n.140.Anton.illo.§. 10.Sylvest.Tabien.Caietan. Nauarr. Gerson, Valen.Sayr.Paleoto,Azor,Vazq.Nauar.consil.cit. & c. si quis autem de pœnit. d.7. nu.65. Cordub.lib.3.quæst.11. Ludouico Grannat. de oratione.p.2.c.seu tit.3.de impedim. §. 3. Imo Sayr.cum Valen.ait,interdum non solum esse licitum,& laudabile agere contra scrupulum,sed etiã obligatorium. Et Perez ait scrupulosos non teneri ad examinandum rationes dubitandi, cum saltem ex auditu prudentium sciant,vel probabiliter credant esse friuolas. Loquendo tamẽ de scrupulo late dicto fundato in grauibus causis, ait, non licere agere contra illum sine præuio examine rationum:vnde merito Caietanum q. 19. art. 5. reprehendi a Victo. relect.de indif. n.3. quòd dixerit,fœminá, quæ propter dictum prædicatoris incipit dubitare an vsus alienorum capillorum sit peccat. mort. si appetitu mouente absque solutione rationum prædicatoris iudicet sibi licere, non peccare mortaliter: quam etiam Caietan. doctrinam reijcit Vazq.disp.67.c.1.& Cordou.lib.3. q. 8. qui tamen q.12. in bono sensu interpretatur Caiet. & merito: solũ enim vult, quãdo illa vt certum, vel probabile propter vsum timoratorum,& dicta sapientum, vel similia sibi persuadet id non esse mort.non peccare.m.idem sentit Nauarr.dict.c. si quis. nu.62. Azor to. 1. lib.2.c.19.in fine,si autem quis videret se friuolis rationibus credere rem esse licitam, & pro contraria partẽ esse rationes moraliter certas, peccaret. m. & hoc intendunt Cord. sup.quæst. 5. prop. 1. Vazq.disp.17. c.2. Almai. 3.mor.c.3.dicentes,cum debili,& tenui assensu de honestate, & magna formidine de turpitudine non licere operari.Quod etiam tribuitur D. Thom. quodlib. citat. vnde & Medin.C.de confess. quæstio. de temp. confess. quem sequitur Vazq. supr. & Cordub. illa quæst. 12. temerariam, & irrationabilem depositionem iudicij, vel dubij de turpitudine actus non sufficere,vt quis recte operetur, & quamuis ex impulsu voluntatis possit quis assentiri propositioni minus apparenti, non tamen sine vlla ratione quidquid dicat Caiet.q.65.art.4.

299. *Remedia.* De remedijs contra scrupulos, vide Laur. Iustinia. de discipli. Christia. relig. cap.12. Cordub. lib.3. quæstio. 12. 13. & 14. Grannat. Paleot.& Vazq. Vale. & Sayrum supra, qui alios citat. Azor cap. cit. quæst. vlt. Caietan. Sylvest. & Armil.& Tabie. & alios Summist. verb. scrupulus. Nauarr. cap. 27. à num. 282. Anton. sup.§.10. Vega in 1. editione lib. 6.cas.283. & in alijs verbo scrupulus. vbi Eman. 2.p. summ.c.52.Gerson alphab.59.lit. Q. & al- *1. Remediũ* pha.70.lit. M. & alijs locis cit. ¶ 1. Interdum proderit vigilias, abstinentias, & meditationes minuere. 2.industria medicorum,& aliorum

rum contra atrã, & flauã bilem, ex quibus interdum scrupulos oriri, dicemus ad eos tollẽdos conferet, vt ex Antoni. 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10. docet, Tabien. verbo scrupulus. §. 1. num. 2. Eman. 2. p. sum. verb. scrupulus. c. 52. Veg. lib. 6. Sylu. casu. 285. 3. Tollentur humili ad Deum recursu, per vitæ conuersionẽ, ieiuniũ, eleemosynã, & orationẽ, dat enim dona sua pœnitentib. assidue, humiliter, & perseueranter orantib. vnde etiã proderit sanctorũ etiã viuentiũ præces procurare. Hoc remediũ præter Anto. Tabie. & alios sup. docuit Gerson. 3. p. de remedijs cõtra pusillanimit. alph. 59. litt. Q. & de diuersis diaboli tentationib. alph. 70. lit. M. Caiet. verbo scrupulus, & Vega confirmat ex Ps. Deum non inuocauerunt, illic trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor, id est, qr dñm non inuocauerunt, timorib. & scrupulis conscientiæ vexati sunt. 4. Conferet simplex obediẽtia nõ solũ ad prælatos, & cõfessarios, sed etiã ad doctos, & sapientes adhærendo eorũ opinionib. & credendo leues esse rationes, quas ipsi leues putant, neminẽq. mouere debere. Et hoc ratio ipsa poscit: nã vnicuiq. in sua arte credendũ est. Vnde Vega sup. & Azor infra de quodã religioso referri aiunt, apparuisse cuidã amico scrupuloso, à quo quid remedij contra scrupulos habere posset, interrogatus, respõdit. Cõsule discretos, & acquiesce eis. Quo etiam remedio vti debent docti, si scrupulis laborent, cũ in reb. proprijs, non omnino sano iudicio fruantur, & medici cũ ægrotant alios medicos consulunt, neq. in propria causa iudices esse volunt. De hoc remedio, quod in multa distribuit, vide Azorem lib. 2. c. 20. q. q. 6. vbi ex alijs refert, quendã discipulũ D. Bern. cũ scrupulis pressus, non auderet sacrũ facere, à Bern. audijsse, vade, & mea fide confisus sacrifica, quod postquã fecit ab scrupulis deinceps penitº liber euasit. 5. Conferet auertere cogitationem ab eo vnde scrupuli manare solent, eo q velut Hidra Herculis esse solẽt ex qua vno amputato capit. 7. erũpebãt. Sic enim cũ scrupulũ aliquẽ extinctum putes septem ex illo oriũtur. Sunt enim scrupuli cõnexi, & concatenati admodũ, & vnus alterius proles est. ita Caiet. & Veg. sup. 6. Oportet, nec in reb. quę certò licitę sũt scrupulis obedire, erit enim hoc valde incõmodũ cum multa bona, & temporalia, & spiritualia propria, & aliena scrupulorũ violentia omittenda sint: ridiculumq. se homo efficit, & humano cõmertio inutilem alijsq. exemplo suo scrupulos inijcit, seque multis periculis inuoluit: dominiũ, nãq. & robur scrupuli acquirũt. Homo enim tot onerib. prægrauatus prærumpere solet, & agere cõtra cõscientiã, & dictamen practicũ, quo certum putat aliquid sibi nõ licere. Omitto mentis inquietudinem, curã, & solicitudinem intolerabilem, innumeros mentis errores, qui eum occupare solent, qui non dimicat, & pugnat viriliter contra hos potentissimos, & molestissimos hostes. Deponenda igitur cõscientia erronea ex scrupulis orta, & in eo statu perseuerandum est, quantũcunq. ipsi scrupuli instent, & molestent. Vnde Innoc. c. inquisitioni. de sen ten. excõmu. conscientia leuis, & temerariæ credulitatis explosa. Neq. scrupulis suffragatur. Greg. ad. 10. interrogationem Aug. episco. Anglicani, & refertur. c. ad eius. §. 1. d. 5. dicens piarũ mentium est ibi timere culpã, vbi non est, timor enim non debet esse vanus, sed probabili rationi nitens, & huic etiã iuxta alias rationes probabiles ex causa seu necessitate aliqua aduersari possumus, vt patet ex dictis, & cõsonat Tabie. sup. ex Antoni. illo. §. 10. dicens in dubijs sequi tutiorem partem non esse præceptum, sed consilium: contra quod nõ est inconueniens operari ex rationabili causa, neq. hoc est periculo se exponere, sed potius periculum vitare, neq, obstat si homo videat se contra scrupulum agendo sæpe deceptum fuisse 7. Conferet nonnullas regulas generales tenere, vt licitũ esse sequi quãcunq. opinionem probabilem etiã minus tutam: & probabile esse, quod aliqui sapientes docẽt: neq. abstinendum ab ijs, quæ docti, & timorati faciũt, vel etiam alij sine sapientium reprehensione: mediocrem diligentiam ad inquirendã veritatem, & examinandam pro confessione conscientiam sufficere: peccatũ ex genere mortale effici veniale ex leuitate materiæ, vel defectu plenæ deliberationis, vota in dubio, an sint emissa, non obligare: confessiones absq. dolore sufficienti factas, vel dimidiatas non ex industria non esse repetendas, &c.

8. Conferet ad hæc, & alia remedia applicanda causas scrupulorum nosse. Vnde nota, scrupulos vt plurimum ex ignorantia oriri, aut illam inuoluere, licet interdum oriantur ex scientia, meditatione, vel ingenij acumine, quibus quis excitat difficultatem, sed non habet sufficientia principia, & alia requisita vt illam resoluat, & quia Dæmon ignorantiam tenebras, & caliginem solet mentibus permissu Dei offundere, & homines auertere à consideratione eorũ quibus excitatæ difficultates expediri, & nubila mentis dissipari possent. Oriuntur interdum ex cõsuetudine, & colloquio familiari, exemplo, vel doctrina aliorum ignorantium, aut nimis inquirentium, deniq. scrupulosorum: & ex complexione naturali vel aduentitia, præsertim atrabile: item ex debilitate capitis propter nimiã abstinentiam vel vigiliam, & similia.

QVAEST. 22.

QVETIO 22 ET SEQVENTES VSQVE AD 49. EXCLVSIVE.

Tractatus. 9. de passionibus animæ.

PREAEFATIO.

RReliqui scholastici de affectionibus: seu passionibus animæ. 3. d. 16. sed parce ad modũ disserunt: at vero D. Tho. & ingenij vim, & eruditionis copiam maxime ostendit per 28. integras quæstiones de passionibus disputans. Lege etiã illum de uerit. q. 26. vbi de passion. agit per totam & Gerson tract. de passionibus. 3 p. Alphab. 72. litera. S. Anto. 1. p. tit. 6. c. 1. §. 3. & c. 2. & deinceps vsq. ad c. 11. exclusiue Viguer. in institu. c. 1. §. 9. 10. & 11. Horontius in sua Margarita lib. 12. qui est de morali Philo. c. 4. vsq. ad 7. Carthus. opusc. de distantia perfectionis diuinæ & hum. art. 22. Cõimb. in Ethi. dis. 6. Flãmin. Nobilius. 1. de feli. c. 10. 11. & 12. Titel. li. 12. suæ Philo. Verac. 3. animæ specul. 6. & 7. Tole. ibi. q. 26. & 27. Angest. in moral. ca. 4. Geruasius tract. notitiarum tit. de appetitu sensitiuo. Et deinceps, Petrus Aliace. tract. de anima ca. 14. Ludouicus Viues lib. 3. de anima per totum. Foxius lib. 5. naturalis Philoso. c. 17. & 18. & in cõpendio de moribus c. 3. vsq. ad 10. & in compendio Ethicæ lib. 2. per totũ Azor. to. 1. lib. 3. per 19. capita. Alber. in summa de homine p. 1. in fine, Arist. in Rhetoricis, qui de materia hac exposuit quantum viro politico arbitratus est sufficere.

Vincen. 1. p. speculi d. 5. & seqq.

In hoc autem tract. supponendum est ad Theologum & Philosophum moralem pertinere tractatum de passionibns, vt docet D. Thom. quæst. 22. artic. 1. quoniam ad eos spectat agere de habitibus & virtutibus: postulat autem doctrinę ratio, vt ante virtutum tractationem de passionibus differatur, nam cum virtutum moralium non nullę appetitui sensitiuo hæreant ineluctque affectionibus cohibendis & moderandis versentur, absque harum notione, virtutũ natura & vis commode explicari non potest, maxime cum habitus ex actibus cognoscantur: quarumdam autem virtutum & vitiorum actus sint affectiones & passiones animæ, & appetitus sensitiui. 2. quia ad prædictos spectat agere de peccatis: passiones autem sunt causæ peccatorum: ergo ad eosdem spectat agere de passionibus, saltẽ vt tantis malis remedium afferant, morbisq. tam sæuissimis medicinã. Vnde Azor. to. 1. lib. 3. c. 1. q. 1. *Sunt* inquit, *veluti funiculi, quibus ad hoc vel illud vincti quodammodo trahimur; igniculi, quibus inflãmur; stimuli, qui nos frequenter pungunt, nerui quos aliquando contrahimus, aliquando porrigimus, venti quibus noster animus tanquã mare procellosum perpetuo agitatur, claui quibus miser homo cõfigitur, nubes quibus rõ obscuratur. Ideo expedit vt horũ originem, causas, effecta, ac remedia, quibus curãtur, prospecta habeamus.* 3. quia hi actus appetitus sensitiui, qui passiones vocantur, libertatis sunt participes, & possunt a voluntate procedere per imperiũ, permissionem, sympathiam, & hac ratione possunt esse boni & mali moraliter: meritorij, & demeritorij: laudabiles, & vituperabiles: ergo postquã prædicti disputauerint de actibus voluntatis elicitis, & imperatis, & de eorum, bonitate & malitia, merito & demerito; rectus ordo postulat vt de passionibus tractẽt, & qualiter in ijs hæc reperiri possint, cõsideret. 4. quia cũ actibus elicitis volũta magnã habẽt similitudinem & affinitatẽ. ideoq. earũ cognitio plurimũ cõfert ad perfectionẽ actuum elicitorũ volũtatis cognitionẽ. 5 Quia suo modo sunt humani actus. Nã humano actuũ quidã per se liberi, atq. adeo humani & morales sunt, & omnino interiores & immateriales: alij prorsus exteriores, qui ab interioribus ad nutũ efficiũtur: alij quasi medij, vt actiones appetitus sensitiui: ad quas, cogitationes & actus phãtasiæ reuocamus: cũ ergo de prioribus actibus, quę ad Theologiã, & Philosophiã moralẽ pertinẽt, tradita sunt, & obiter etiã de posterioribus, supereſt, vt de actibus medijs, scilicet animi affectionibus aliquid dicatur.

DISPVTATIO I. DE SVBIECTO passionum nempe appetitu sensitiuo.

Sectio. 1. an appetitus sensitiuus recte in cõcupiscibilẽ & irascibilẽ diuidatur.

QVia passiones, vt progressu patebit, sũt affectiones, appetitus sensitiui priusquã de passionibus ipsis agamus, quædã circa istius modi appetitũ ad propositã dis. cõducẽtiã pertractabimus. Ac primũ quod diuisio illa nõ sit probãda hisce argumentis videtur cõcludi 1. Appetitus distinguuntur per actiones sed affectiones. quæ attribui solẽt appetitui irascibili cõueniunt concupiscibili: nõ ergo hi appetitus interse differunt. Minor prob. quia vt docet Tullius. 4. Tuscul. quæstion. odium est ira inueterata, & vt asserit Damasc. 2. fidei cap. 16.

1. argũ. 1.

cap.16.& Nyssen. 4. philosoph. qui est de verbis animæ.capit.14.& Nemesius lib. de natura homin.c.21. ira constat ex tristitia. Cum igitur tristitia, & odium pertineant ad appetitū comcupiscibilem sequitur, irā quam irascibili ascribunt, in comcupiscibili versari. Præterea amor habet ex parte corporis commotionem similem ei, quam ira: quandoquidem tam ijs qui amāt, quam ijs, qui irascuntur, sanguis & calor efferuescit, sed huiusmodi alterationes ex parte corporis sunt quasi materiæ passionum, quæ illarum discrimen suo modo arguūnt, nō ergo actus amādi ab actu irascendi videtur distingui.

2.arg. 2. in rebus naturalibus vno eodemque pondere feruntur corpora in natiuam sedem & resistunt ijs, quæ ipsorum motum impediunt, similiterque ignis. V. C. eodem calore agit in aquam, & repugnat frigori: pari ergo ratione vnus, idemque appetitus sat erit ad noxia fugienda, &

3.arg. conuenientia sectanda, itemque ad resistendum contrarijs.

3. appetitus sensitiuus sequitur apprehensionem. sed eadem vi apprehenditur noxium & conueniens: ergo & eadem facultas appetens fertur in vtrumque: cum igitur ob nullā aliam rationē videātur distingui appetitus cōcupiscibilis & irascibilis, nisi quod alter habeat pro obiecto conueniens, alter noxium, non est quod illos

4.arg. re ipsa interse distinguamus.

4. in parte rationabili hominis datur vnus tantum appetitus, nempe voluntas ergo & in parte sensitiua vnus dumtaxat appetitus datur. Confir. nam tract.6. iram, timorem, spem, desperationem, & audaciam in voluntate diximus non distingui ab amore, odio, desiderio, fuga, delectatione, & tristitia: ergo eadem ratione id dici poterit in appetitu sensitiuo, ac proinde non sunt distincti appetitus sensitiui, quorum alter habeat illos. 5. actus, alter vero illos. 6. vt

5.arg. multi docent.

5. si hi appetitus essent distincti, distincta organa, distinctaque & distantes sedes haberent: ergo actus vnius non efficeret actum alterius: nihil enim corporeum potest immediate agere in distans, consequens est falsum, nam ex amore procedunt cæteræ omnes passiones & ex affectibus concupiscibilis affectus irascibilis, vt toto hoc tract. docet D. Tho. Viguer. cap.1. §. 10.

6.arg. & 11. Tit.12. Phil. Verac.4.2. animę spec.7.

6. quia non est ponenda pluralitas sine necessitate: cum ergo vnico appetitu sensitiuo omnia saluari possint, non est cur plures constituamus, maxime cum non sit facile explicare, quis eorum præferendus sit, & an irascibilis, saltem de potentia absoluta posset operari sine concupiscibili, & cur si potest appetere bonum arduum, nō possit etiā appetere bonum nō arduum, & cur in animali non possit quilibet eorum perire altero remanente: quas & similes quęstiones vitabimus si vnicum tantum appetitū sensitiuum ponamus. 2.

Propter has & similes rationes sunt qui dicant, irascibilem & concupiscibilem reipsa nō distingui: ita tenet Angest. in moralib. c.4. Gab. 2.d.16.q.vnica.&.3 d.26. q. vnica artic. 3. dub.1. qui mouētur, vt putat Azor. lib.3.c.2.q. 3. ex eo, quod vires animæ non distinguuntur realiter, nisi organo discernā tur: irascibilis autē & concupiscibilis idem est organum: aut fortasse mouentur ex alia opinione, qua cēsent, potentias animæ non distingui realiter ab anima, ac proinde neque intellectum à sensu, nec voluntatem ab appetitu sensitiuo, nec irascibilem à concupiscibili: quāuis Geruas. tract. notitiarū tit. de appetitu sensit. dicat in opinione Scoti. appetitū sensitiuum, & sensum idem esse, & vtrūq. idemtificari cum composito ex anima, & aliqua parte materię Greg. autē sentire, idemtificari cum sola anima, vtcumque sit, pro numero sensuum internorum & externorum, esse numerum appetitiuum sensitiuorum, tenēt Geruas. ibi & Ochā. 2.q. 24. Angest. c.1. Moral. Scot. 3.d.17.q.1. sed licet potentiæ animæ interse, & ab anima, & cōposito realiter distinguātur, potest satis probabiliter dici propter argumenta adducta, irascibilem, & concupiscibilem non esse appetitus sensitiuos reipsa distinctos: & ita tenent aliqui recentiores. Flāminius autem Nobilius. 1. de felicit. c. 10. expresse docet, omnes potentias animæ interse & cum anima idem esse. Henricus quodlib. 8.q.15. vt putat Azor. appetitum irascentem & concupiscibilem sola ratione distinguit. Quia habent idem obiectum. Nam res vt bona, iucunda, salutaris cōcupiscitur, vt vero eadem est difficilis & ardua ad irascendi facultatem spectat. & quidem de appetitu intellectiuo cō cupiscibili & irascibili ita sentit Henri. sed de sensitiuo putat distingui realiter. Idem tenet Scotus. 3.d.34.q.vn.§. notandum vlterius, licet d.26.q.vn. rem sub dubio reliquerit.

2. opinio auctoris.

Auctor.

Probabilior tamen est, & modo propter reuerentiam. 5. Tho. à nobis amplectenda opinio asserens, hos appetitus reipsa distingui. Sic sentit D. Tho. 1.p.q. 81. a.2. &. 3. & q.59.a.4.&.2.2.q.18.a.1.q.58.a.4.q. 108.a. 2.1.2.q.23.a.1.1.d.1.q.1.a.1.ad.1. & d.45. a.1.3.d.17. art.1.q.2.ad 2.&.q.3.ad.4.& d.20.

gen capit. 47. & libr. 3. cap. 26. & de verit. quæst. 15. artic. 6. & quæst. 15. art. 2. de malo. q. 8. art. 3. de virtu. quæst. 1. art. 12. quæst. 4. artic. 2. & 2. Ethic. lect. 5. & 3. animæ lect. 14. Caietan. 1. part. quæst. 81. artic. 2. Valent. ibi quæst. 4. de anima puncto. 3. & hic disp. 3. quæst. 1. puncto. 1. Horontius lib. 10. tract. 2. cap. 30. Cõimbricenses. in ethi. is disp. 6. quæ. 1. art. 2. Iauel. 3. animæ. quæst. 3. de anima motiua & in epitom. eiusdem libri tract. de poten. motiua Toletus. 3. animæ. quæst. 26. concl. 3. Henricus quodlibet. 8. quæst. 15. Scot. 3. distinct 34. §. notandum vlterius. Bonauen. 3. dist. 33. art. 1. quæst. 3. & dist. 26. art. 2. quæst. 4. Alb. 3. de anima tract. 4. cap. 2. & in summa Theogiæ parte. 2. tract. 15. quæst. 92. membro 2. Antonin. 1. par. summæ titu. 6. cap. 1. §. 3. Gerson ep sto. de passionibus animæ alpha. 72. lit. X. considerat. 5. Viguer. c. 1. §. 10. in princ. AEgidius 3. animæ §. de mouente autem, Aliacen. tract. de anima cap. 14. Titel. lib. 12. suæ Philosoph. capit. 6. quanuis cap. 7. in fine sub dubio relinquere videatur an irascibilis & concupiscibilis sint potentię realiter distinctæ, quod tamen docet Petrus Gregorius in synthaxi artis mirab. lib. 33. cap. 42. Veracruz. 2. animæ spec. 7. concl. 5. Azor tom. 1. lib. 3. cap. 2. quæst. 3. in fine. Idem indicauit Aristo. 1. Rheto. cap, 10. dicens, *appetiones irrationales sunt ira & cupiditas.* & 3. Ethic, cap. 1. forsam non recte dicitur ea fieri ab inuitis quæ per iram, & cupiditatem aguntur, & 1. magn. moral. cap. 13. *tres* inquit, *sunt appetitus, cupiditas, furor, voluntas.* Idem indicauit Arist. 2. animæ. cap. 3. tex. 27 *cum dixit cupiditas, concupiscentia est, & ira, & voluntas.* & cap. 9. libri. 3. tex. 42. aperte in parte irrationali distinguit appetitus, quos vocat cupiditatem, & iram, & Plato. 4. lib de Rep. vtrumque appetitũ à ratione & interse distinguit. Vnde Plutarchus. 4. de placitis cap. 4. hanc sententiam Pythagoræ & Platoni tribuit. Idem tenet Nyssen. lib. 4. Philoso. cap. 8. & 9. Seu Nemesius lib de natura hominis. cap. 16. & 17. Damasc. 2. fidei. cap. 12. Galenus. 6. de vsu partium cap. 18. aliqui adducunt Hieronym. 13. dicentem, *In ratione possideamus prudentiam, in irascibili odium vitiorum, in concupiscibili desiderium virtutum.* Sed ex hoc testimonio potius colligitur irascibilem, & concupiscibilem non distingui: nam odium vitiorum, quod Hieronym. ponit in irascibili, constat pertinerel ad concupiscibilem. Sed forte, quia non putauit distingui ab ira, ideo illud posuisse videtur in irascibili. Probatur à D. Thom. 1. part. quæst. 81. art. 2. quia sicut alijs rebus naturalibus corruptioni obnoxijs non solum conuenit inclinatio ac vis ad consistanda sibi conuenientia, & fugienda aduersa: sed etiam ad resistendum contrarijs, vt patet in igne, qui non solum propensionẽ ac virtutem obtinet, vt locum infimum deserat, & in superu n euadat, sed etiam calorem, vt ijs, quæ sibi perniciem moliuntur, obsistat, ita oportet in sensitiua parte dari duplicem vim appetentem, vnam per quam animal simpliciter inclinetur ad prosequenda ea, quæ conueniũt secũdũ sensum, & deuitanda noxia, quæ pars concupisibilis dicitur: alteram, per quam propulset aduersantia & obluctetur ijs. quę vtilia, salutaria remouent, aut oppugnat, vel quoquomodo nocumentum inferunt. Vnde eius obiectum dicitur arduum ac difficile. Atq. hæc vis irascibilis nuncupatur: quæ eo differt a priori, quod illa tendat in bonũ sensibile absolute: hæc in bonum etiam sensibile: sed tamen quatenus difficile, & arduum: non quod ipsam difficultatem expetat, sed vtilitatem potius, quæ in concupiscibilem redundat, prout ipsius irascibilis opera, & ministerio ei remouentur impedimenta & difficultates, quæ obstant, ne bonum quod optat adipiscatur, vt docet D. Thom. quæ. 25. a. 3. ad 2. Vide Vinc, 1. p. spec. d. 8. princ.

Quod vero prædictæ duę inclinationes re ipsa diuersæ sint suadent, aliqui. Primum, quia non resident in eadem omnino corporis parte. Deinde quia interdũ animal cõtra appetitionem concupiscibilis ingerit sese rebus tristibus, vt per affectum irascibilis aduersantia impugnet, auertatq. quod per eandem potentiam fieri non posset, vnde irascibilis passiones intestino, ac domestico bello nonnunquam repugnare videntur motibus concupiscibilis, quia concupiscentia inflammatã plerunque iram frangit, & ira accensa concupiscentiam minuit. Quo etiã patet irascendi vim esse quasi propugnatricem concupiscentiæ, dum arma corripit, certatque aduersus ea quæ res comcupiscibili gratas ac iucundas impediunt & noxias inuehere conantur: idoque vt. D Tho. loco cit. & ex professo. 1. 2. quæst. 25. artic. 1. explicat, *Iræ à concupiscentiæ affectibus initium capiunt. in eosdemq. terminantur & desinunt, vt cum ira ex illata tristitia oritur, & qui vindictam sumit, lætitia ad tranquillitatem redit.* Quo spectat illud Arist. 4. Ethic c. 5. *Vltio modũ finẽq. iræ adhibet, vt eũ pro dolore*

3. 1. argu. quorundam pro hac opin. 2.

voluptatem efficit.

4. Ad.1. Ad.2. Sed rationes istæ leuissimæ sunt. 1. enim vt vidimus, ad oppositum duci potest. 2. Autem cui multi ex relatis nituntur, vt in voluntate vim non habet, ita neque in sentiente appetitu, & ratio est, quia eadem potentia propter lęta potest se aliquibus tristibus inferere, nec concupiscentia inflamata quãdo est subordinata iræ, eiusque origo, iram frangit, sed auget, secus concupiscentia alterius rei, vt concupiscentia voluptatis cõcepta in vxorem iram frangit, vt ira in vxorem minuit concupiscentiam boni vxoris, & voluptatis, quæ ex ea percipi potest.

5. Rationes auctoris 1. ratio. His ergo rationibus prætermissis aliæ sunt adducendæ, quæ magis rem suadeant. 1. est quia potentiæ materiales sunt valde limitatę, ideo non admodum credibile est, vnam solam materialem potentiam extendere sese ad. 11. actus genere diuersos videlicet ad. 11. passiones, & affectiones, quæ circa tam varia obiecta exercentur. Diuidenda est igitur materialis potentia appetitiua, neque vlla diuisio aptior excogitari potest, quam in irascibilem, & concupiscibilem: hæ igitur sunt potentiæ realiter diuersæ. Neque mirum, sicut enim, vbi est peculiaris difficultas in voluntate, additur ei aliqua peculiaris virtus: Ita etiam in bonis arduis, quæ magnam habent difficultatem concupiscibili videtur addenda vis irascibilis, quæ illam difficultatem superet, & vincat, aut certe, vt animali expedit, respiciat, & ita irascibilis solum versãtur circa bonum arduum, & propugnatrix est virtutis concupiscibilis, recte se habens circa ea, quæ se offerunt, impedimenta. Voluntas autem propter suam immaterialitatem, spiritualitatem, magnamque perfectionem vniuersalis est valde, & ideo vna cum sit, bonum absolute, & vt arduum respicit, illosque. 11. actus (si tamen in ea vndecim, seu distincti sunt,) elicere valet. Confir. 1. Confirm. hæc ratio. Nam sicut sensus internus, licet perfectior sit appetitu sensitiuo, sicut intellectus voluntate: tamen multiplicatur, & in tres. 4. aut 5. sensus iuxta varias opiniones diuiditur: ergo etiam appetitus sensitiuus multiplicari debet, & saltem esse duplex, & si quæras cur si quadruplex est sensus internus iuxta D. Thom. non sit etiam quadruplex appetitus sensitiuus? R. longe plura esse, quæ cognoscuntur ab animalibus, quam quæ sub eorum appetitum cadunt, ideoque illi plures ad cognoscendum potentiæ, quam ad appetendum datæ sunt, sicut etiam plures habitus in intellectu ponuntur, quam in voluntate: quia intellectus plura attingit, & in omnibus plures difficultates inuenit, quam voluntas. Confirm. 2. nam quæ sunt vnita in superioribus debent esse in inferioribus dispersa, vt quæ vniuntur in intellectu dispersa sunt in sensibus: ergo quæ sunt vnita in voluntate nempe 11. actus superius numerati, debent dispergi in inferioribus, distribuendo. 6. actus vni appetitui, & quinq. alteri. Confir. 2.

2. ratio. 2. Ratio est, quia aliquando sumus valde apti, & proni ad passiones irascibilis & non concupiscibilis, vel econtra, & sunt quædam animalia, in quibus viget concupiscibilis, & non irasibilis; nec videntur habere irascibilem, adeo tenuem illam habent, (licet nulli animali desit ira) vt ait Aristote. de sensu & sensib. capit. 1. cum tamen perfectam concupiscibilem habeant, vt oues, agni, columbæ, vermes &c, quod indicat has potentias esse diuersas: siquidem ad suam perfectionem diuersas dispositiones requirunt, hac ratione vtitur Valentia, qui addit aliam, videlicet quia bonum absolute, & bonum arduum maxime differunt in ratione obiecti: ergo constituunt distinctas potentias. Sed hæc infirmior est, quia dici potest eam obiectorum differentiam, vt ad distinguendos appetitus intellectiuos, ita ad distinguandos appetitus sensitiuos insufficientem esse.

3. ratio. 3. ratio esse potest, quia interdum videtur irascibilis prosequi aliquid contra absolutum appetitum concupiscibilis, vt cum prosequitur vindictam cum periculo vitę, quam absolute desiderat concupisibilis: ergo sunt potentiæ diuersę: alioqui vna non aduersaretur eo modo alteri, etiã vt illam quoad ad alium affectum tueretur, & sic potest intelligi illa 2. ratio qua Diu. Thom. & alij vtebantur. Sed facile esset negare antecedens, & dicere, concupiscibilem in eo casu non desiderare absolute vitam, sed vindictam, ad quam est magna naturę propensio, ne aduersarij impunes, plura & maiora audeant, nec erit absurdum concedere concupiscibilem se ipsam defendere, & ea ratione esse irascibilem, & sui ipsius propugnatricem, qua ratione Aristot. 9. histor. animal. capit. 1. ait, *animalia de concupiscibilibus, vt de cibis solere contendere.*

Ad. 1. 6. Ad. 1. autem argumentorum, quæ ostendere videbantur, non dari duplicem appetitum sensitiuum. Negatur minor: & ad eius

eius probationem. R. odium dici iram inueteratam, non quod temporis diuturnitate ira fiat odium; sed in sensu, quem causalem vocant, quia nimirum diuturna ira odium efficit, aut certe coniunctum habet, quo non solum in vindictam, & sub quadam ratione iustæ compensantionis; sed etiam absolute volumus aduersario malum, etiam quando iam vltionem iustam fecimus, & vindictam de illo sumpsimus. Similiter iram constare ex tristitia, non vt ex parte componente; sed tanquam ex causa effectrice, ex qua nascitur, quia aduersus contristantes irascimur. Postremo id quod eodem argumento obijcitur de alteratione, quam ira, & amor corpori inferunt, dissoluit S. Thom. quæstio. 48. artic. 2. hisce fere verbis. *Feruor, qui consequitur calorem, alia ratione pertinet ad amorem, alia ad iram, nam feruor amoris est cum quadam dulcedine, & lenitate: est enim in bonum amatum, assimilaturque calori aeris, & sanguinis, vnde sanguinei sunt ad amandum propensiores, diciturque ad amorem incitare iecur, in quo fit sanguinis generatio. Feruor autem iræ est cum amaritudine ad consumendum; quia tendit ad punitionem contrarij, ideoque assimilatur calori ignis.*

Ad. 2. Ad. 2. R. non eandē esse, quoad id, q̄ in argumento petitur, rationem in inclinatione corporum ad propria loca, & in appetitu sensitiuo comparatione sui obiecti; nam cū interdum irascibilis contra absolutam propensionem concupiscibilis in obiectum feratur, & propter alias rationes, quas attulimus, probabile censemus, hos duos appetitus inter se realiter distingui; nulla autem ratio id suadet in corporibus, vt ad propria loca tendunt, & itineris impedimenta remouent. Concedimus tamen in istiusmodi corporibus diuersa principia ad resistendum corrumpentibus, & ad naturalia loca petenda, vt in igne calorem, & leuitatem.

Ad. 3. Ad. 3. R. appetitum concupiscibilem tendere in id, quod conueniens est, & in id quod noxium: proindeque non differre concupiscibilem ab irascibili, quòd ille in conueniens, hic in noxium tendat, vt contra aliquos docent AEgidius, & D. Thom. 3. animæ tex. 42. Iauel. supra Conimbricens. supra artic. 3. Peresius. 2. animæ. cap. 2. parte. 2. quæst. vlt. sed quòd ille simpliciter inclinetur ad prosequenda conuenientia, & declinanda noxia; hic vero feratur in arduum resistendo aduersarijs, quæ conuenientia oppugnant, & nocumentū inuehūt, vt diximus, & sect. 2. fusius prosequemur.

Ad. 4. R. sæpe ea quæ in superioribus vnita sunt, spargi atque in plura membra secari in inferioribus, vt patet in potentia cognoscente immateriali, & in potentijs cognoscentibus organicis: quare nihil mirum, si appetitus intellectiuus sit vnus, & sensitiuus duo, præsertim cum hi hæreant corpori, & in eo diuersam exigant dispositionem, vt paulo post dicemus. Ad. 4.

Ad Confirm. R. in appetitu sensitiuo minus apte, quam in voluntate posse illos. 5. actus cum alijs. 6. confundi; nam experientia indicat, illos esse diuersos actus, & motus vitales in appetitu, cum diuersam exigant corporis dispositionem, & diuerso modo corpus alterent, & fortasse etiam in voluntate sunt actus, & motus illi distincti. Ad Conf.

5. argum. sectione sequenti diluetur, ad 6. vero. R. non sine aliqua necessitate poni pluralitatem istam, quæ tamen tanta non est, vt euidenter indicet pluralitatem, sed probabilitate quadam. Neque ad nodum difficile erit explicare, quis eorum præferendus sit, quamuis de hoc sint opiniones contrariæ. Ad. 5. Ad. 6.

Nam Henr. quodlib. 8. quæstio. 15. præfert concupiscibilem: pro qua opinione facit, quod irascibilis est minister concupiscibilis, quo pacto loquitur Tolet. supra, & fauet Aristot. 9. histo. anim. cap. 1. docens, animalia irasci, & pugnare propter concupiscibilia. Oppositam sententiam videtur amplecti D. Tho. de verit. quæst. 25. artic. 2. cum dicat, irascibilem esse facultatem superiorem, sicuti æstimatiua inter potentias sensitiuas dignior habetur. Quod ex eo suadet, quia turpius est non cohibere concupiscentiam, quam iram; cum hæc multo minus, quam illa rationem, & iudicium perturbet: Conimbricenses vero illo artic. 2. dicunt, ex parte obiecti, atque adeo simpliciter appetitum concupiscibilem nobiliorem esse irascibili, quandoquidem ille fertur directe, & immediate in bonum pertinens ad conseruationem animalis; hic vero immediate tendit in remouens prohibens. Item (quod in idem recidit) quia potentia, quæ proxime ordinatur ad finem, excellentior est quam, quæ occupatur circa media: at concupiscibilis proxime ordinatur ad finem; quia tendit in bonum sensibile secundum se; irascibilis in id, quod vtile est, & conducens ad illud obtinendum. Concedi tamen potest iuxta aliam considerationem, irascibilem concupiscibili præstare, quatenus immoderata affectio iræ 7.

minus pernicioſa eſt,quam concupiſcentia, vt D.Thom.ratio ſuadebat. Hæc Conimbricenſ.

Ego vero ſimpliciter credo,præſtare iraſcibilem,itaque ſentire D.Thom. quia iraſcibilis eſt propugnatrix concupiſcibilis,vt ex Damaſce.Nyſſen.Nemeſio,& alijs conſtat; qui autem pro alijs pugnant robuſtiores, ac fortiores, & nobiliores eſſe ſolent; vnde & fortitudo in appetitu iraſcibili collocata nobilior eſt temperantia,quæ ſita eſt in concupiſcibili.Neque verum eſt iraſcibilem ſolum ferri in media: ſpes enim quæ in iraſcibili eſt, in media, & finem fertur, & cum nobiliori conditione, videlicet, arduitate. Præſtat autem concupiſcilis ſecundū quid, quatenus expaſſionibus eius oriūtur paſſiones iraſcibilis, & ipſa poteſt operari ſine iraſcibili; non econtra. Et denique, quia eius obiectum latius patet,& eius actus plures ſunt,plurieſque ſe offert occaſſio illos eliciendi. Sicut autem voluntas, licet ſit diſtincta potentia ab intellectu: tamen abſque illo agere nequit, neque appetitus ſine ſenſu,neque ſenſus communis fortaſſe ſine externis;ita forte neque de potentia abſoluta poteſt operari, iraſcibilis ſine concupiſcibili,eſto ſint diſtinctæ potentiæ.

Sectio.2. Quid interſit inter bonum abſolute,quod eſt obiectum concupiſcibilis, & bonum arduum,ſeu difficile, quod eſt obiectum iraſcibilis;& in quibus rebus paſsiones, vel affectus illis ſimiles inueniantur.

8. 1. opinio. AZor.tom.1.lib.3.cap.2.q.4. & c. 8.quæſt.3,refert duas opiniones 1. eſt, bonum facultatis concupiſcentis eſſe id,quod ad corpus pertinet, ſiue præſens, ſiue abſens, qualia ſunt bona iucunda, quæ in ſenſus incurrunt. Iraſcentis vero id quod abſens eſt, potius quam præſens, & quod potius animo, quam ſenſu percipitur.Hæc autem ſunt lucrum, potentia, dignitas, victoria, vindicta, honor, gloria, fama, prēmium, diuitiæ, & id genus alia: quia cum hæ facultates inter ſe differant, neceſſe eſt, vt earum obiecta inter ſe diſtinguantur.

9. 2. opinio. 2.Opinio eſt obiectum concupiſcibilis eſſe bonum abſolute,& ſimpliciter: iraſcibilis vero eſſe magnum,difficile,& arduum,propterea quod ſit quadam cum difficultate id conſequendi coniunctum. Nam amor deſiderium,& delectatio, qui motus ſunt facultatis concupiſcētis,ſunt boni abſolute,& ſimpliciter:ſpes autem,quæ ad iraſcibilē pertinet,non eſt niſi cum quadam fiducia adipiſcendi aliquod arduum: audacia non eſt niſi ad ea,quæ factu difficilia ſunt, vt ad pericula,bella,& terribilia: metus eſt mali expectati, & quod non facile ſuperatur, diffidentia.Deſparatio eſt ægritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum, ira eſt appetitus vindictæ,quæ difficultate non caret. Hæc eſt communis ſententia philoſophorū, & theologorum,vt D.T.1.p.q.81.a.1.Gab.3.d. 26. q.1.a.3.dub.1.Henr.quodlib.8. q.15. Scoti. 3.d.34.q.vn.§.notandum vlterius, cui magis accedit Azor.ſupra,licet dicat, ſe videre aliquos,qui(vt retulimus ſect.1.)ſicut vim concupiſcentem ſola ratione a vi iraſcente diſtingui arbitrantur;ſic etiam exiſtimant obiecta facultatis concupiſcentis, & iraſcentis ſola ratione diſtingui.Cæterum quamuis hę potentiæ ſola ratione diſtinguerentur, ſi actus earum ſunt realiter diuerſi,vt amor,deſiderium,delectatio, odium, fuga, & triſtitia, qui pertinent ad concupiſcibilem;a ſpe, deſperatione,timore,audacia,& ira, eo quod hi in bonum arduum, illi vero motus in bonū abſolute ferantur;oportebit explicare,quid appellamus bonum arduum,quidq.bonum abſolute,cum has potentias, vel earum actus re ipſa diſtinguimus; imo etiam ſi ſola ratione, aut connotatione affectus iraſcibilis diſtinguamus. Quod eſt valde difficile: nam ſpes etiam de rebus obtentu facillimis, eſſe poſſe videtur,& ira de vindicta,quæ facillime poſſet de aliquo ſumi. Confir. ex Vaz. diſp.84.c.1.qui quærens,an in Deo ſit ſpes,refert aliquos negantes, eo quod ſpes ſit circa arduum,& difficile, Deo autem nihil ſit arduum, aut difficile, & reijcit hanc rationem: nam etiam ſpes circa facile eſſe poteſt:non enim differt à deſiderio, quod illa ſit circa difficile, deſiderium autem circa quodcumque futurum:quoniam etiam deſiderium circa difficile verſari poteſt: res enim quo difficiliores ſint,eo ardentius deſiderare ſolemus: ſed quia deſiderium poteſt eſſe ſine credulitate eius, quod deſideratur. Imo etiam ſi quis firmiſſime credat oppoſitum futurum,poteſt rei deſiderium habere: ſpes autem niſi exiſtimetur, & credatur futurum id,quod deſideratur, eſſe non poteſt,& hæc eſt vera ratio differentiæ inter iſtos affectus,ita Vazq.cuius ſententia ſi vera eſt,non videntur differre affectus iraſcibilis, & concupiſcibilis, quod affectus concupiſcibilis reſpiciant bonum abſolute: iraſcibilis vero bonum arduum, & difficile;ipſe tamen paulo poſt tradit rationem defendēdi opinionem

opinionem D. Thom. & comunem dicens. Ideo igitur nō competit Deo affectus spei, aut desperationis, quia spes respicit illum, à quo res aliqua speratur tāquā superiorē, & potentiorem, qui possit præstare id, quod speratur, in quo ratio formalis huius affectus consistit: nam à seipso nullus proprie sperare dicitur; & forsam in hoc consistit ratio difficilis, quam dicit. S. Thom. ad obiectum spei pertinere. Hæc Vaz.

10. *Difficultas.* Sed hic est difficultas superius tacta, de ira, quæ non semper versatur circa difficile, imo, & de spe est difficultas: quia D. Th. & omnes dicunt, versari circa id, quod aliquam habet in sua consecutione difficultatem, quædam autem ab alijs etiam potentioribus expectamus, quæ nullam in sua cōsecutionem habent difficultatem; ergo de his non erit spes, & ècontra quædam non expectamus ab alijs, sed à medijs, quæ adhibuimus, quæ dicimur sperare, quando incertum est, an media illa illatura sint effectum, ob insufficientiam ipsorum, vel ob impedimentum, quod à causis naturalibus, vel libetis oriri potest, & similiter etiam à debiliore, vt debilior est, aliquid sperare possumus, quā do licet possemus ipsum cogere; tamē nolumus; sed precibus, aut alijs medijs non violētis, sed suauibus vti; cur ergo Deus sperare aliquid à nobis, etiam debilioribus non poterit.

Auctor. Ego vt nodum istum dissoluam, præter aliqua quę dicam, disp. sequēti sect. 3. infine. Nunc dico cum D. Tho. & cōmuni, omnem affectum irascibilis verari circa difficile: de desperatione clarum est, quia non solum circa difficile; sed etiam circa Physice, vel moraliter impossibile in re, vel saltē in apprehensione, versari debet, vt desperatio sit. De timore, & audacia res etiā ē certa, nemo enim timet malum, quod facile potest auertere, nisi timeat, an malum illud auertere velet, aut non, eo quod aliquam commoditatem habeat adiunctam, vt in timore peccandi contingit.

Nemo item audere dicitur, quando nullum est periculum, nullaq; difficultas in hoste superando. De spe etiam constat, si nullū sit periculum consequendi finem intentum, sed euidens sit consequendum esse, esse quidem desiderium: spē autem minime. Quod non male probant aliqui apud Vaz. supra ex Paulo ad Rom. 8. dicente, spes autem, quę videtur, non est spes; nā quod videt quis, quid sperat; si autem quod nō videmus speramus, per patiētiam expectamus, vbi non solum intendit Palus, spē nō esse de eo quod iam possidetur, sed etiā non esse de eo, quod possidendum videtur; sicut enim quod videmus, nō esse futurum, sperare nō possumus; ita nec quod videmus esse futurum; sed euētus debet esse, vel dubius, & incertus, vel saltem inuidens, & ideo Deus nihil proprie sperare potest, neque animæ beatæ spem habent de surrectione corporum. Potest qui dē spes esse de re, quā facile si vellet, asequi homo posset, modo sit difficultas aliqua in inchoanda, vel continuanda voluntate per quam est obtinenda, quia in eo casu res est simpliciter, & absolute difficilis; licet conditionaliter, & secundum quid, idest, supposita voluntate perseuerante, res sit facilis, simi liter potest quis sperare rem, quā facile consequi potest alijs medijs, modo nolit ea apponere; sed ea tantū quę non certo infallibi liter, & euidenter inferant, vel illatura sint effectum, in quo euentu res erat simpliciter facilis: sed ex illa suppositione est ardua, & difficilis, tāquam periculosa, & obscura, & quæ non euidenter eueniet.

In ira etiam puto, vindictam debere esse difficilem, saltem tanquam incertam, vel in euidētem, vt eius appetitus ira proprie dici possit; itaque appetitus vindictæ vndequaq; facilis non erit proprie ira, quę sane quandam animi elationem & ardo rem continet aduersus pericula difficultatesq; occurrentes: illis ergo sublatis non erit ira, nisi impro prie, & metaphorice: obiectum ergo irascibilis semper est difficile simpliciter, vel secundum quid, vel factu, vel saltem creditu; cum tñ concupiscibilis ab omni huiusmodi difficultate abstrahat. Hinc Azor. to. 1. lib. 3. c. 9. ait, spes euidentiam scientiæ non habet, sed probabilem coniecturam, vel fidem, &c. Et inde colligit in Deo, & Beatis non esse, vel fuisse proprie spem habitualem, nec actualem, vt docet Dur. 3. d. 26. q. 3. Caiet. 3. p. q. 3. infine eo quod nō sit nisi boni magni, & ardui expectatio cū incertitudine, vel inuidentia Christus autem, & beati de gloria sui corporis futura euidentiā habent, vel habuerunt; quod vero dicit D. Tho. 3. p. q. 7. art. 4. in corpore, & ad. 1. licet Christus non habuerit virtutem spei; sperasse tamen nonnulla, quæ non dum erat adeptus: exponit Azor de actu sperandi late dicto, qui est desiderare sibi, vel nobis bona nondum adepta cum certitudine, & euidentia de eius consecutione futura, quod desideriū ait ad charitatē non ad virtutem spei pertinere. 11.

Ex dictis in hac, & precedēti sectione colligitur, falsum esse quod quidam distinguentes realiter appetitum irascibilem, & concupiscibilē, docent in irascibili quoque esse actus amoris, odij, desiderij, fugę, delectationis, & doloris: nimirum circa propria obiecta, quę magis animo, quam sensu externo 12. *Corolariū*

percipi-

percipiuntur,vt sunt victoria,vindicta,ignominia,infamia,dedecus, dignitas, potentia. &c. Iã enim diximus,omnia obiecta irascibilis esse etiam concupiscibilis:quia respicit bonum absolute abstrahendo ab arduitate, vel difficultate, &c. Et sic in concupiscibili esse omnes affectus, qui non respiciunt arduũ perse,quales sunt illi.6 numerati, & ita ex cõmuni sententia docet Azor.to.1.lib.3. c.18.q.6.qui etiam.c.19. infine docet, etiã si in voluntate irascibilis, & concupiscibilis non distinguantur realiter,tamen totidem affectus esse in ipsa, quot sunt in apetitu sensitiuo,& similes illis;dixerat etiã c.19.q. 3 non solũ in esse beatis aliqua similia affectibus & passionibus hominis, vt concedebant stoici, vt constat ex Seneca. 1. de ira. c.7.sed etiã veras passiones, quod stoici negabant,& peripatetici,ac Theologi concedunt;& addit non esse tot affectus,& passiones in illis,quot in homine:nam in brutis nõ est cupiditas honoris,laudis,gloriæ,dignitatis,imperij, potentiæ famæ,lucri,pecuniæ,opum,præmij,misericordia,iudicia,pœnitentia,pudor,verecundia,ambitio, iactantia,sicut in homnibus.

13. *Difficultas. 1.opi.* An vero Deo conueniant affectus similes passionibus.c.19.q.1. cum Lactantio.lib.de ira Dei docet in Deo esse clementiam,lenitatem, misericordiam, gratiã, benignitatẽ, & alios affectus nõ inuoluentes,nec supponentes imperfectionem, qui autem sint isti exprofesso tractat Vaz.1.par.disp.84. & de spe cur in Deo,anima Christi, & beatis non sit,dictũ est à nobis in hac sect.De ira dicemus disp.3.sect.vltima infine, non esse proprie in Deo;de amore autem sect.1.vere,& proprie esse in Deo; idem est indubitatũ de odio abominationis,vt dicit Vaz.disc.it.c.3. nam Deo displicet peccatum, & vt contrarium ipsi,& vt malum hominis: ergo odio illud habet, sicut, & nos ipsi, & multo amplius, de odio vero inimicitiæ controuersia est quam tractat Vaz.ibi. Qui lam dicunt, Deum proprie habere odium peccatoris: quia vult illi malum ex displicenti a personæ, quæ illi displicet propter peccatum: & eodem modo pecatorem,cum se punit,quia Deum offendit,odio sancto proprie dicto se prosequi. Vnde D.Tho.1.p.q.20.a.2.ad.4. Bañes ibi plane, & absque vlla limitatione docet, Deum odio habere pecatores, non quatenus creaturæ ipsius sunt,sed quatenus peccatores,& Azor.to.1.lib.3.c.19.q.1.simpliciter Deo tribuit odium Peccatoris, & Valen.1.2.disput.3. q.3.puncto 2.absolute docet,licite posse peccatores odio haberi à nobis.

14. *2.Opinio.* 2.Opin. quę mihi magis placet est expresse D. Thom.1.contra gent.c.99. Ferra. ib. Capr.1.d.45.q.1.ar.1.conc 8.in Deo nõ esse proprie odium inimicitiæ, etiam erga peccatorem:quia affectus odij propriedicti semper est malum; est enim velle malum alicui non intuitu iustę cõpensationis,seu in vindictã:quia hoc pertinet ad irã,& iustitiã, & in peccatore,quando se punit,ad penitentiam; sed quia malum eius,eo quod hostis est, reputatur proprium bonum: hoc autẽ semper est malum: ergo in Deo non est. Confir. quia Deus nemini vult malum hoc modo, sed priori,vt etiam Vaz. concedere videtur:ergo non habet proprie odio hominem etiam peccatorem; vnde Sap.11. diligis omnia,quę sunt, & nihil odisti eos, quę fecisti:quare cum scriptura ait, Deum odio habere pecatores,metaphorice loquitur,vt exponunt auctores secundæ sententiæ.

15. *Dubium.* De desperatione,timore,dolore,& audacia Azor.illo.c.19.q.1.& Vaz.disp.cit.c.1.& alij docent in Deo non esse.In desperatione ratio est clara, quia nullũ bonum est ei impossibile,aut difficile. In timore vero, quia omne malum proprium, vel alienum facile auertere potest.Quidam dicunt dolorem in Deo esse non posse, etiam de alienis malis: quia nihil contra eius voluntatem accidere potest.hoc reiicit Vaz.quia ad dolorem sufficit esse contra voluntatem complacentiæ; multa autẽ accidunt contra talem voluntatem Dei. Alij dicunt ideo in Deo non posse esse timorem, vel dolorem de malis alienis: quia nõ potest ea apprehẽdere, vt propria. Sed contra; quia amicus non solum omne bonum,sed etiam omne malum amici reputat proprium.

Resolutio Dico ergo,dolorem in Deo esse non posse: quia hic affectus de se est malus Physice,seu noxius, & pœnalis; quia est quies violenta in malo,& ea natura sua inquietudinem mẽtis seu cogitationis affert, propterea tract. de beatitudine diximus, in beatis non esse, vel quia summum gaudium omnem pellit tristitiam, & dolorem: alij vero affectus in beatis sunt. Dequo vide Azor.illo.c.19.q.3. An vero et quomodo passiones in Christo viatore fuerint tractat.q.2.Sed magis pertinet ad materiã de incarnatione;de angelis vero secundum conditionem suæ naturæ secluso statu condemnationis, & fœlicitatis, quos habeant affectus tractat quæst. 4. & res est clara;an vero in primis Parentibus fuerint passiones tractat.q.5.Certũ est nullas in eis fuisse passiones rationi contrarias, quod pertinet ad tractatum de statu innocentiæ: in nobis vero sunt propter originale peccatum,vt idem tractat.cap.19.quæst.6.& nostrum.2. agentes de originali peccato.

Sectio.3.

Sectio.3. An vterq; appetitus sensitiuus in orde sedem habeat.

16. 1.Opinio. RRima opinio,vtrumq; appetitū in cerebro collocat. 1. Quia in eo hærent sensus interni, à quibus mouetur: nihil autem immediate mouetur à re distante. 2.Quia appetitus sensitiuus est potentia motiua animalis:hæc autem in opinione Galeni,& aliorum cerebro inhæret. Hæc opinio, quæ est Thomæ de Garbo in summa.q.76.vt refert Veracruz. 2.animæ specul.7. potst.5.conc. reijcitur,quia effectus cōsequentes ad actus horum appetitiuum in corde sentiuntur nō incerebro,& quia cū hæ potentiæ inter se, & 2.Openic. à sensibus distinguātur,habere debent organa distincta.

2. Opinio appetitum irascibilem constituit inpręcordiis,vel corde;concupiscibilem vero prope diaphragma.Colligitur ex Alcinoo,qui libro de Platonica doct. c.27. aiebat, secundum Platonem iuniores Deos, qui formandi humani corporis curam susceperant,cum in capite rationis, & sapientiæ domicilium constituissent,ne pars illa diuina inquinaretur; mortalibus passionibus, hoc est vtrique appetitui proprias prouincias designasse, iracundiæ præcordia, cupidini locum prope diaphragma, ibique vim eam, quasi furiosum, & agreste animal ligasse;quin etiam condidisse pulmones cordis gratia molles, & ventosos, atque instar fistulæ cauos, & spongiæ similes,vt cor,iræ ardore nonnunquam æstuans, refrigeratione mitigaretur:simulque iecori ad excitandam concupiscentiam animę,rursusque sedandam,dulcedinem,& amaritudinem indidisse.His similia scripsit Apuleius. lib.de dogmate Platonis statuens,mentem capitis arcem tenere:irascentiam procul à ratione ad domicilia cordis deductam esse:cupidinem, atque appetitus postremam portionem infernas ab dominis sedes occupasse,vt popinas quasdam, ac diuersoria ne quitiæ, & luxuriæ. Religatam vero id circo 17. longius à Sapientia hanc partem videri, ne importuna vicinitas rationem desuper cōstitutā ipsa cognationū vicinitate perturbaret. 3.Opinio.

3. Opinio affectum iracundiæ in felle cōtitutum putat, pauoris in corde,lætitiæ in splene,cupiditatis in iecore, quod Medicis tribuit Lactantius.6.diui.inst.c.15.cui distributioni ea ratio astipulatur,quod ex tribus humoribus recrementitijs, qui ex chilo secernuntur,bilis ad vesicam fellis demandatur;constat autem bilem irritamentum esse iracundiæ: vnde & bilioſi iracundi esse consueuerūt. Ita que verisimile hinc fit, iram in fellis conceptaculo residere:vt docuit Vig. c.1.§.10.versi.1.&.§.11. in principio, licet cōcupiscibilem incorde collocauerit. Inesse autem pauorem incorde, suaderi potest ex eo:quia,qui timent,confestim sanguinem,& calorem euocant ad præcordia, vbi videlicet trepidatio potissimum est. Item quia animalia,quę pro sui corporis magnitudine maius habent cor,timidiora sunt, vt docet Arist.3.de partibus animal.c.4.Plinius.li.11. c.37.D.Tho.infra.q.45.ar.3.nimirum, quod virtutem pauoris ex pultricem magis sparsam habeant:cum tamen virtus vnita actuosior,fortiorque sit quam dispersa:concupiscentiam vero esse in iecore suadetur, quia fons est sanguinis, quo,qui abundant, proni sunt ad libidinem. Postremo, quod lætitia in splene locum obtinuerit,argumento esse potest,quod,vt Medici tradunt, ijs, qui splene laborant, rarus ac difficilis sit risus, qui lætitiæ,& hilaritatis comes est. Hæc opinio tribuitur glossæ Ezechiel.1.& Gabrie.2. d.39.q.1.art.1.notab.3.Scot.3.d.34.q.1.a.1 ait,passionum diuersa esse organa, & instrumenta; sed quę sint illa minime expressit, existimat autem Azor.to.1 lib.3.c.2.q.2. eū intelligere cor,iecur, & splenē,eandēq; sententiā tribuit Hērico quodli.8.q.15.Proba: 1.Quia effectus irę incorde sentiūtur:adeo,vt ab omnibus ira diffiniatur,accēsio,siue effer uescētia sanguinis circa cor,definitione sumpta ex Arist.1.animæ tex.16. 2. Quia duabus potentijs nō debent tria organa assignari,& ira,& pauor,cum ad eandem potentiam pertineant,in eodē organo collocandi sunt. 3. Quia sicut sensus interni eo quod sibi cōmunicant,vicinas sedes habent, ita habere debent irascibilis, & concupiscibilis: ergo immerito vna in latere dextro animalis,alia in sinistro collocatur. 18. 4.Opinio

4. Opinio est Galeni.lib.de locis affectis, & lib.qui inscribitur,quod animi mores corporis temperaturam sequantur, asserentis, appetitum concupiscibilem residere in hepate;quod ij, qui multo abundant sanguine suopte ingenio procliuiores sunt ad libidinem;irascibilem vero in corde. Pro qua parte confirmanda mox rationes subijciemus. Eandem sententiā tenet Nyssen.lib.4.Philosophi. c.8.Galen.6.de vsu partium. c.18. & 7.de placitis.& lib.8.c.20. & lib.9. c.vlti. quanuis enim Peresius.2.animæ.c.1.q.1.nō solū Fernelio.7.Phisiolog.c.vlt.sedetiā Gal: ascribat,possuisse tres animas; rationalē in cerebro;vegetatiuā,seu cōcupiscibilē in iecore: irascibilem incordeanimas, sed tres. Tamen Valles.2.controuers.c.14. non tres animæ facultates in illis tribus organis posuisse,putat,&ex dictis locis,colligitur;idem

censerē

censent Conimb. in Ethic.disput.6.quæst.2. Tres autem animas,ac proinde tres illas facultates illis tribus organis assignauit Cicero.1.Tuscul.imo & Plato, si credimus Plutarcho.4.de placitis.c.4. Galeno.lib.5.&.6. de placitis,Alberto.1.ani.cap.penul. Philopono.lib.2.fol.4. colũ 3. Arist.lib.3. tex.90. vnde Foxius in sua naturali philosophia.li.5. c.17.ait,concupiscibilẽ à Platone,Galeno, & Gregr.Nysseno,& alijs in iecori collocari, quoniam ex eo omnes cupiditates oriri censent, vt late disputat Plato in Thimæo. ipse vero Foxius putat,hanc facultatem diffusam esse per totum corpus,licet præcipue sit in iecore,vt magis explicat.c.18.& irascibiles præcipue in corde,quanuis in compẽdio demoribus c.3.concupiscibilem in corde constituat. Similiter concupiscibilem iecori, & irascibilem cordi tribuit Petrus Grego. in Syntaxi artis mirabilis. lib.33. cap.42.

16. 5.Opinio Auctoris.

5. Opinio vtrumq; appetitum in corde sedẽ habere affirmat. Hãc docẽt,& probãt Conĩb.in Ethi.dis.6.q.2.a.2.quia ita statuit, Hipocrates,Zeno,Posidonius,Chrysipuus, cæteriq; eiusdẽ familię alumni. Item Arist. Theophras. & alij Perpatetici, quos refert Vesalius,& alij: & quia omnis effectus siue iræ,siue cupiditatis in corde perturbationẽ excitat ineoq; mox sentitur,& quia cor Philosophorum consensu est origo,& fons vitalium operationũ; inquo proinde appetitus ad seruandam vitam,& pericula propulsanda à natura dati consistere debuerunt. Addunt hi auctores non in eadem cordis parte vtrumque appetitum residere; sed locis aliquantulum discretis ob diuersam qualitatum compositionem,quam ira,& cupiditas exigunt;ira enim affluentia caloris,& sicitatis gaudet,cupiditas abundantia humiditatis, & caloris. Rationes autem quę in oppositum huius sententię adductę fuerunt, non(inquiunt)persuadent. Non enim bilioſi propterea iracundi sunt,quia ira in vesica fellis residcat,sed quia flaua bilis calida est, & sicca; quæ qualitatum compositio iram mouet,nutritque.Neq; idcirco qui splenem male affectum habent, sese tristiores exhibent, quod splen hilaritatis,& lætitiæ habitaculum sit;sed quiavberior atrę bilis copia inibi collecta tristitię affectum inducit.Neq; ij qui plurimo sunt sanguine, ideo frequentiores cupiditatum insultus experiuntur, quia concupiscentia iniecore quasi hydra in lacu lernæo incubet: sed quia calido, & humido sunt temperamento,quod cupiditatis æstum ciet. Illa vero argumenta, quę probant,pauorem in esse in corde,non est cur à nobis diluantur, cum nostram sententiam confirment. Hæc illi,quibus alij comuniter concinunt,vtrumq; enim appetitum in corde constituunt Valentia hic disp.3. quæst.1. puncto.1.Toletus.3.animę.q.26.conc.2.Iauel.in Epito.eiusdem libri tract.2.c.3. Martinez ibi.c.8.prope finem. D.Tho de verit. q.25.a.3.in corpo.& ad.11.&.1.p.q 20.a.1. ad.1.& 1.2.q.10.ar.3.&.q.22.ar.2.ad.3.& q. 48.a.2.Venetus.2.animę.c.29. Veracruz.2. anim.spec.7. ad finem,Azor.to.1.lib.3.c.2. q.2.tribuens D.Thomę. 1.2.q.84.art.2.& probans.Nam & siquidã affectus iniecore, alij in splene, alij in fele dominari videntur, sed omnes in corde sedẽ habent. Item omnes incipiunt in iecore, sed perficiuntur in corde. Martinez supra eandem sententiam ascribit Nysse 4.de virib.animæ. c.8. & seq. sed fallitur. Nam Nyssen.ibi.seu potius Nemesius.lib.de natura hominis.c.16. amplectitur. 4.Opinionem hisce verbis. Instrumentum cupiditatis, quę ex sensu nascitur,iecur est;irę cor,pars dura, & vehementioris motionis capax ad grauia negotia,& difficilia, & ad contentum impetum destinata quemadmodũ contra, iecur par mollior mollis cupiditatis instrumentum est factum. Sic etiam Basil. lib.de virginit. infine docet iecur esse cupiditatis organum,& instrumẽtũ.Horontius.lib.10.tract.2.c.30.tantũ ait. Philosophi irascibilem, & concupiscibilem in corde esse autumãt,vel circa cor, eoquod in actibus earum dilatatur,vel cõstringitur, & sanguis ab exterioribus ad cor,vel à corde ad exteriora remittitur.Hinc timidi pallent,& irati excandescũt;in illis nempe animales spiritus ad vitæ fontem,vt securior sit retrocedit:in his anima,& propatulo videri desiderat,ne videatur formidolosa,& in vltionem se extendit.

Hæc.5.Opinio magis est rationi consentanea: intelligenda tamen est depræcipuis sedibus harum virium. Nam credo,cũ Sco. to.2 d.16.&.4 d.44.q.2.& cum Foxio.5.naturalis philoso c.17.vtramq; per totum animal dispersam esse,sicut de sensibus internis docui in libris de anima,& patet in animalibus decisis,quę quauis parte decisa sentiũt appetunt, & dolent, & non nihil pungentibus irascitur. Principatum autem,seu præcipuam sedem appetitus isti habent in corde Et vt existimo irascibilis, quę est nobilior potentia, principatũ suum habet in sinistro ventriculo cordis,vbi sunt spiritus bilioſi,& subtiles,sanguis purior,ac defecatior:in dextrovero est concupiscibilis,vbi sanguis crassior minus purus, minusque bilioſus:in medio ventriculo vterque appetitus tenuis, ac remissus est:sic facile per actus suos possunt cõmunicare, & licet distarent cõmunicare 16.

possent,

possent,sicut sensus internus operatur in appetitum distantem, iuxta opinionem, quæ collocat sensus internos in solo cerebro;appetitum vero in solo corde,vel alia parte distante à cerebro.Quod enim dicitur, nihil posse agere immediate in distans limitari debet,vt verum non sit in facultatibus eiusdem suppositi perse subordinatis in ratione agẽtis,& patientis. Et prẽterea dici posset, actum irascibilis non esse ab actu concupiscibilis,vt à causa efficienti perse,sed vt à cõditione sine qua non, vt multi etiam docẽt, cognitionem non esse causam effectiuam, respectu actus appetendi in voluntate, vel appetitu sensitiuo. Sed conditionẽ sine qua non, vti contra Caiet.1.p.q.81.ar.2.docuit Valen.1.p.q.5 de anima.punct.3. cum Capreol.2.d.29.q.vni,conc.3.

Quoniam vero per appetitum mouetur animal,vt docet Arist.3.animæ.c.9.& Greg. Nyssen.vel Nemesius de natura homi.c.16. ideo potentia motiua in corde esse dicitur; motiua in quam,vt exequens,vel imperans aut determinans; in cerebro autem, vt ait Valles.2.cõtrouers.c.20.& 22.& lib.5. c.10. est vis influens qualitatem præuiam ad motum localem. In eodem etiam sunt sensus interni,qui suo etiam modo efficiunt localem motũ. Ex quibus patet ad omnia,quę contra nostram sententiam obiecta sunt. 21.

Scio Angestum in moral.c.1.in principio Ocham.2.q.24.Gerualì. tract. notitiarum. tit. de appetitu sensit. in principio,docuisse, appetitum sensitiuum à sensu ipso non distingui;ideo tot esse appetitus, quot sunt sensus externi,&interni: quod& alij senserunt,licet distinguerent realiter, vel saltem formaliter sensum,& appetitum sensitiuum, vt Scot.3. d.17.q.1.

Sed ex libris de anima supponimus huius sentẽtiæ falsitatem,nec possumus modo singula,quę ad passiones pertinent subtilius,& exactius persequi, præsens autẽ disputatio prẽmittenda fuit;quoniam basis, & fundamentum est eorum omnium,quæ de passionibus à D.Tho.dicta sunt à nobisq; dicũtur

DISPVTAT.2. DE PASSIONIBVS ANIMAE in genere.D.Tho.quęst.22.23.24.25.

Sectio.1. Quid passio sit.

1. IN primis rẽ hanc explicat Aug. his verbis.9. ciu.c.4. Motus animi,quos Greci pathi appellant, ex latinis quidam,vt Cicero perturbationes dixerunt; alij affectiones, alij de Græco expressius, passiones vocant: quia exprimit passionis nomen commotionem animi,& corporis.Hæc Aug.& quidem Cicero Tuscul.3.& 4. perturbationes appellat.Quit lian. vero.lib.6.c.6. affectus, Senec.lib.de ira affectiones, Gellius lib.19. noctium atticarum, motus,vt, & Macrob. lib.2.de somno Scipionis. c.16. Vnde Damasc.2.fidei.c.22. passio, inquit, est motus virtutis appetitiuę,sensibilis ob imaginationem boni,vel mali.Nyssen.disput.de Resurrectione,& anima cum sorore Macrina antemedium, Pathi, inquit idest affectus,passiones,siue perturbationes,& motus animi certo quodam vsu voluntatis,& arbitrij,vel virtutis,vel vitij sunt instrumenta.Gilbertus Porretan.lib.6.de principijs.c.3.hos motus ait esse actiones immanentes appetitus sensitiui.Sed clarius passio definitur à D.Tho. q.22.art.1.& de verit.q.26.art.3.& cõmuniter à Philosophis,& Theologis.Passio animæ est motus sensitiui appetitus ex apprehensione boni,vel mali, cum aliqua corporis mutuatione non naturali.Pro vltimæ autem partis declaratione bene. 1.Aduertunt Conimbricens.in Ethic. disp.6.q.2.art.1. ex D.Tho.q.22.passionem trifariam sumi,vno modo pro receptione cuiuslibet rei, siue peream id quod patitur,aliquid abijciat,siue non. Qua vsurpatione scripsit Dion. c.2. diuin.nom. sanctissimum virum Hierotheũ diuina patientem multa didicisse. Sic etiam pati aer dicitur, cum solis luce collustratur. 2. Pro receptione cuiusq; rei cum abiectione alterius,siue id quod abijcitur, sit conueniens rei naturæ,siue repugnans,quo modo aqua patitur cum refrigeratur, aut calefit. 3. Pro receptione cuiusq; rei cum ex pulsione eius, quod naturæ patientis accõmodatum erat: quę acceptio propria, & germana est.Idenim proprie pati dicitur,quod à dispositione secundum naturam ad eam, quę secundum naturam non est,perducitur. Deinde aduertunt ibi,& latius.7.Phys. c.1. q.1.ar.4.& in paruis naturalib. lib.de respir. c.7.cor perenni dilatationis, & contractionis motu cieri,motumq;hunc naturalẽ esse, & animantium naturæ conuenientem quandiu fit quadam certa intensione, quę cum eorum temperamento proportionem habeat:quod si ab ea intensione per exuperãtiam,aut defectum recedat, fieri non acõmodatũ.3.Aduertũt,inter omnes actus potentiarum

Nota.

Diffinitio passionis.

tentiarũ,tum cognoscentium,tum appeten tiũ,eos dũtaxat,qui ad appetitum sensitiuũ pertinent, suapte natura semper fieri cum aliqua trãsmutatione corporis,quæ animal à sua naturali dispositione dejiciat:cuius rei ea ratio est,quia hos tãtum actus proxime, ac perse consequitur incitatio, aut remissio motus, quo dilatatur aut contrahitur cor. Enim vero,vt ex D.Th.colligitur.1.2.q.24. ar.2.ad.2.si actus appetitus sensitiui adfugã retractionemue spectent,vt timor,& tristi tia,remissionem efficiunt in motu dilatatio nis,proindeq; maiorem cõtractionẽ:si vero pertineãt adprosecutionẽ,delectationemq; vt amor,&lętitia,maiorẽ inuehũt cordis dila tationẽ.Diximus,inquiũt,proprie,ac perse: quia remote,& ex accidẽti,etiã ex actibus aliarum potentiarum sequitur intensio,& remissio in motu cordis,vt ex apprehensio ne boni,& mali,& ex actu volũtatis;remote tamen,& interuentu appetitus sensitiui, in quã sententiã lege D. Tho. de verit. q.26. ar.3.& in hac.1.2.q.17.art.1.ad.2.vbi ait,qua litatẽ corporalẽ dupliciter sehabere ad ap petitum sensitiuum,vno modo antecedẽter, prout aliquis est aliqualiter dispositus secũ dum corpus ad hanc,vel illam passionẽ;alio modo cõsequenter,vt ex ira aliquis incalesci cit,& hanc qualitatẽ consequi ex motu cor dis, quod diuersimode mouetur secundum varios actus appetitus sensitiui. Azor. to.1. lib.3.c.1.q.2.ex motu,inquit,appetitus sen sitiui sequtur cõmotio spirituũ vitalium,& sanguinis,quibus motis pręcordia,& omnia corporis membra cõmouẽtur,& aut frigis cunt,aut incalescunt;aut,contrahuntur ,aut dilatãtur,cor cupiditate,& lætitia se dilatat, mærore , & tristitia contrahtiur, metu fri gisci, ac tremit,ira incalescit,& feruet:inui dia corpus tabescit:pudorẽ rubor consequi tur,timorẽ pallor,trẽmor &dentium crepi tus:dolore in suspiria , gemitus, & lamenta prorumpimus:amantis sermo est mollis,ac tener:irati acer,& vehemens,vox otrox,as
2. pera,densa, & respiratione crebra; in metu vero contracta,& remissa.His ita explicatis iam liquido constat, cur passiones dicantur fieri cum mutatione corporis nõ naturali; videlicet quoniã ijs distrahitur cor à motu si bi nõ naturali,etsi inter passiones aliæ mo tionem afferant minus,aliæ magis à natura alienã:magis quidẽ,vt dolor,& tristitia,quę contractionẽ pariunt;minus vero lætitia, & delectatio,quæ dilatationẽ cordis efficiunt: est enim magis naturæ consentaneum dila tari,quã contrahi.Ratio autẽ eius postremi verbi est,quia dilatatione benignus calor,& sanguis purus,& subtilis calidiq; spiritus ma iori copia ad externas partes mittuntur,ip sasq; fouent,vnde lætitia simpliciter est ami ca naturę,si nimia non sit,licet cũ aliquo prę ternaturali motu cordis fiat.Prædictis autẽ consonat satis Angelus. c.4. moral.§.2.vbi ait has dici passiones cordis,quia principali ter cor immutant,cui seruiũt spiritus,& san guis,qui etiã passionibus diuersimode mo uentur,in gaudio paulatim corversus pectus dilatatur;in tristitia paulatim versus dorsum mouetur;in ira subito versus pectus; in timo re subito versus dorsum:in verecũdia subito adverũq;:in angustia autẽ paulatim.Gaudiũ itaq; dilatat cor & tristitia constringit: in gaudio fit à corde spirituũ effusio per cor pus;in tristitia autem retẽtio,&inde in gau dio calefiunt exteriora mẽbra,& refregescit cor depauperatũ spiritu:in tristitia autẽ ca lefit cor infieri frigescentibus exterioribus: finali autẽ effectu frigescũt omnia,nimia cõ structione,tandẽ suffocato calore.Consonat Vin.l.3 Animę.c.1. docens, affectus iuxta cuiusq; cõplexionẽ, & qualitatẽ corporis, facilius,aut difficilius consurgere,eosdemq; inferre nõnullas qualitates corpori, nã tri stitia facit frigidos, & audaces, lætitia cali dos,& humidos,&c.

Ex quibus nõnulla inferuntur cõsectaria. 3. 1.Conse ctarium.
1.est passionis nõesse iudicia,vel opiniones, vt dicebãt stoici apud Cice. Tuscu.4.& Ga len.4.de decretis,Hypoc.& Plato. nisi forte causaliter, & radicaliter. dequo vide Azor. to.1.lib.2.c.1.q.3.Secundũ consectariũ est 2.Consec. passiones,nõ proprie ad appetitũ rationalẽ pertinere,vt constat ex earũ definitione,& ex ijs, quæ tradidit Arist. in prooemio libro rũ de anima,Plato.in philos.Cice.1.Tuscul. Dama.2.fidei.c.22.Aug.9.ciuit.c.5.D.Tho. q.22.art.3.& alij cõmuniter contra Ochã, quodlib.2.q.17.Ita gaudiũ amor, & lætitia aliique eiusmodi affectus,prout inuoluntate cernuntur,non proprie,sed similitudine qua dã passiones vocari possunt,idq. præsertim quãdo libertate carẽt,l. ab aliqua causa ex trinseca fiunt,quæ vehementer volũtatẽ ex citet,quomodo Spiritus Sancti motiones,& instinctus dicũtur aliquando passiones ab Augu.14.ciuit.c.6. quo sensu Hierotheus à Dioni.c.2.diui.nom.diuina patiẽs dictus est.

3. Est abhorrere à veritate sentẽtiã Chry- 3.Consec. sippi,qui(vt liquet ex ijs,quę à Cice.4.Tusc. & à Gale.4.de placitis.c.2.prodita sunt) Exi stimabat,perturbationes esse iudicia,opinio nesue.Exẽpli causa ægritudinẽ, seu tristitiã esse recentẽ opinionẽ pręsentis mali, inquo demitti,contrahiq; animo rectum videtur: metũ opinionẽ mali impendentis, quod in tolerabile esse iudicatur.Deprehẽditur autẽ huiusce modi dogmatis falsitas ex eo, quia obiecta passionũ sunt bonũ,& malũ,quæ nõ

ad vim

ad vim cognoſcentē, ſed ad appetentē. Si quis pro Chryſippo reſpondeat, eū non in ſenſu formali perturbationes iudicia vocaſſe, ſed in cauſali, occurrit Galen. ſup. cū re vera in ſenſu formali fuiſſe locutū. Neq. mirū cum tract. 6. retulerimus nō nullos Theologos nominales, qui omnē volūtatis actū notitiā eſſe putarūt. Vt Adā. 1. d. 1. 1. d. 1. q. 3. quē refert & refellit Gre. q. 2. a. 1.

4. Eſt merito affectus appetitus ſentientis paſſiones vocari, quod per ſe & immediate paſſionē præternaturalē corpori inducant. Sic vocantur à Paulo. Rom. 7. paſſiones peccatorum quæ per legem erant operabantur, &c. Vt exponit Chryſoſt. & alij, ibi. Eodē modo loquūtur Aug. 9. ciuit. c. 4 Hieron. Mat. 5. & 26. Ioelis. 1. & Zachariæ. 1. tametſi Cicer. Tuſcul. 4. vocet perturbationes & turbidos animi motus & morbos. Et licet aliqui ex Cicerone. 4. Tuſcul. & ex Seneca li. de ira, & ep. 117. recte ſibi colligere videantur, ſīn Stoicos nō omnes motus appetitus ſenſitiui ſed eos tm̄, qui contra naturam ſeu rationem ſunt, paſſiones dici, quo ſenſu Hieron. in id. Mat. 26. cœpit cōtriſtari, negat in Chriſto fuiſſe paſſiones, ſed propaſiones, quē modū loquēdi ꝓbāt D. T. 3. p. q. 15. a. 4. Durā. 3. d. 15. q. 2. n. 8. citās ipſū Hiero. tm̄ nō eſt cur paſſionis nomen adeo coarctemus, quia omnis appetitus motio, etiā ſi rationi conſentanea ſit, in corpore alterationē præternaturalē excitat & ſic proprie dicitur paſſio, & hoc modo paſſionis nomē vſurpant peripatetici. Dam. lib. 3. c. 20. Aug. 14. ciuit. c. 9. D. Tho. hic q. 22. ar. 1. & 2. & q. 35. ar. 1. vbi tamen vtrumq. loquendi modū conciliat dicens, omnis motus appetitus ſenſitiui dicitur paſſio, vt ſupra dictum eſt, & præcipue illi, qui in defectū ſonant, vnde dolor ſīn quod eſt in appetitu ſenſitiuo proprijſsime dicitur paſſio animæ, ſicut moleſtię corporales proprie paſſiones corporis dicuntur. Vnde & Aug. 14. ciuit. c. 7. & 8. dolorē ſpecialiter ęgritudinē nominat. Et Dur. ſup. nu. 7. fatetur in Chriſto fuiſſe vere paſſiones; quia omnis motus appetitus ſēſitiui eſt paſſio, Prętereā licet quidā Theo. diſtinguāt in appetitu operationes & paſſiones, dicentes, illas eſſe actus ab appetitu elicitas, has vero minime, ſed affectiones quaſdā, quæ in appetitu ipſo ab alio eliciuntur, vt delectatio, dolor, &c. cuius ſententię videtur Scotus 2. d. 1. q. 3. & 4. d. 49. q. 7. Okam quodlib. 2. q. 17. ſed falli conſtat quia in appetitu vitali nullus eſt proprie affectus, qui in ſola receptione conſiſtat, alias nō eſſet actus vitę; iſtæ autem paſſiones ſunt vitales quidam affectus, ergo effici debent ab ipſo appetitu; licet de potentia abſoluta poſſent effici à ſolo Deo, & tunc appetitus diceretur appetere, ſufficit enim paſſio addenominandum appetentem vel intelligentē; quo pacto dixit forte Ariſt. in libris de anima intelligere eſt quoddā pati, niſi hoc dictum ſit, quia intellectio fit præuia receptione ſpeciei intelligibilis. Stricte autē nulla cognitio dicitur paſſio, ſed affectio tātum paſſio appellatur. Vt docet Auguſt. 9. ciui. c. 14. & lib. 14. c. 9. D. Tho. hic q. 22. ar. 2. addens aliā rationē, quia per appetitionem trahitur homo ad rem quam appetit, per cognitionē vero nō trahitur ad rem quam cognoſcit.

Quæres 1. an in brutis omnibus paſſiones ſint. R. affirmatiue quia paſſiones ſunt actus appetitus ſenſitiui: hic autem omnibus brutis ineſt. Dices quædam bruta vīr carere imaginatione, vt vermes, muſcę, formicę, culices, &c. paſſiones autē ex imaginatione oriūtur. R. Azor li. 3. c. 2. q. 1. in omnib, brutis eſſe imaginationē. Qui vero hoc concedere nolit, reſpōdeat ad rationē paſſionis ſatis eſſe actum appetitus, ſequentis aliquē ſenſum internum, qualis eſt in omnibus brutis, & potentis ſequi imaginationē ſi cum ea cōiungatur. 2. Dices fames & ſitis, non ſunt paſſiones: tamē ſunt actus appetitus ſenſitiui, ergo non omnes actus appetitus ſunt paſſiones. R. 1. cum Azor q. cit. non eſſe paſſiones: quia non ſunt natæ gubernari & temperari imperio rationis, ſicut alij actus appetitus ſenſitiui. 2. Reſpō deri poteſt vere eſſe paſſiones cum altera ſit deſiderium calidi & ſicci, altera frigidi & humidi; nec eſt de ratione paſſionis poſſe moderari aut gubernari per rationem: nā dolor ortus ex corporali leſione, paſſio eſt, tamē non poteſt imperio rationis gubernari aut temperari.

Quæres. 2. cū actus appetitus ſenſitiui ſit immanēs, quomodo ex illo ſequatur trāſmutatio corporis: actus enim immanēs nihil poteſt per ſe efficere extra ſuā potentiā. Hoc dubiū magis ad naturalē, quā ad moralē philoſophū ſpectat. R. tm̄. hoc prouenire ex ſympathia & cōſenſione potētiarū, quę ab eadē anima regūtur, & hoc modo ad operandum applicantur, vt opperā te appetitu ſenſitiuo operetur facultas, quæ cor mouet & cōcitatiorē, aut remiſsiorēmotūcauſet in corde, ipſumq. vel dilatet, l, cōſtringat. Fortaſsis etiā humores & ſpiritus animales nō ſolum mediāte motu cordis, ſed immediate quoq. mouentur per ſymphathiā à Deo vel à ſe ipſis vel ab anima, quādo affectus aliquis oritur in appetitu ſentiente: ſic forte quęlibet paſſio attrahit, fouet, nutrit, & cōſeruat, atq. auget humorē ſibi accōmodatū vt triſtitia melācholiā ſeu atrā bilē, lætitia ſāguinē, ira cholerā, ſeu flauā bilē &c. Docet. n. Galē. 3. de locis patiē. c. 8. & lib. de cauſymptoma. c. vlt. atrā bilē accommodari triſtitiæ, quia eſt humor frigidus, ſicc9, & niger, ideo quaſi cōprimit & conſtringit cor, quod triſtitia afficit. Simili ratione hic humor accōmodatur metui, sāguis vero accōmodatur letitiæ propter cōtrariā rōnē. Flauaque bilis iræ propter calorē nimiū & ſic de alijs, vt ſeq. diſ. proſequemur. Videri pōt Auerro. 3. collec. c. 40. Fracaſtori9 li. de ſympathia & 2. de intellectione propriæ medicinę, & Angeſt. c. 4. mora. vbi. §. 2. ait, animā immerſam corpori ſanguineo eſſe naturaliter lętā, ama-

tiuam, piã, benignam ad risum facilem, liberalem potuum, & ciborũ delicatorũ cupidã, ad res veneras pronã. in corpore cholerico, impetuosam, vigilem, audacẽ, animo elatã, arduorũ honorũ, & administrationũ appetitiuã, pronam ad irã facilẽ, labilem, & prodigã: in flegmatico pigrã somnolentã, parciloquã, arduorũ honorũ, atq. administrationũ contẽptiuã, tardã ad iram, modico cibo ac potu contentã, rarã ad veneremin melancholico tristẽ, suspiciosam, tacite cogitabundã, solitariã, auarã, in opinione pertinacem, tardã ad irã, & cũ irata fuerit, implacabilem. Et has qualitates ex variis cibis ac potibus & habitationibus & anni tẽporibus prouenire & ex astris nam tradiderunt obseruatores astrorũ, Saturno dominãte genituræ animam reddi pigrã, tristem, solitariam, timidã, auarã, suspiciosã, diu tenentem irã, & pertinacem. Sic de aliis 6. planetis sigillatim docet. Quos tamen & aliam astra non influere immediate in appetitũ sensitiuum, sed vt plurimum mediate, docui tract. 5. & certum puto. Ibidem etiam docet Angest. quomodo quoad passiones sapiens possit astris dominari, videat qui velit.

Sectio 2. De bonitate & malitia passionum
7 *& an cadant in animum sapientis.*

DE causis passionum nihil est, quod ingenere dicamus, præter ea quæ de actibus voluntatis tract. 6. dicta. sunt, & passionibus acommodari possunt, vt an potentia 1. cognitio, 1. vtraq. efficiat passionẽ. De effectis etiam in genere nihil dicendum vltra id q̃ sect. 1. dictum est. De bonitate vero & malitia multa disputant D. T. q. 24. 34. & 39. & in 59. per totam, q. 74. a. 3. & 4. fuit etiam celebris quæstio inter antiquos, vtrum affectus, seu passiones cadant in animum sapientis, quam quæst. oportet breuiter disputare de qua leg. Lact. 6. diuin. instit. c. 15. & sequentibus Senecam libris de ira & ep. 117. de tranquillitate. Tullium oratione pro Murena & 3. & 4. Tuscul. & libris de finibus Galen. tract. de curat. affect. Arist. 2. Ethicorũ c. 2. & 6. & lib. 3. c. 8. & alibi. Platon. 2. de legibus August. 9. ciuit. c. 4 & lib. 14. cap. 6. Amb. 1. offi. c. 21. & 47. & tract. de obitu. Gratian. c. 7. & li. de incarnationis dominicæ Sacramento c. 7. & 10. in Lucam in id, pater, si possibile est, & Gregor. 2. mor. c. 16. & 17. Nyssen. disput. de anima & resur. Prosper. 3. de vita contemp. c. 34.

8 Negatiuam autẽ huius quæst. partem defendebant Stoici quos Cicero, & Seneca secutos profitentur locis citatis contendentes, eum qui vere sapiens sit, debere animi passionibus omni ex parte vacare: pro his tamen habere tres eupathias. (Cicero 4. Tuscul. constantias nominauit. Vt refert Aug. 14. ciuit. c. 8.) idest pro cupiditate voluntatem pro lętitia gaudium, pro metu cautionem. Pro ægritudine vero seu dolore negabant esse posse aliquid in animo sapientis; voluntas enim bonum appetit, quod facit sapiens: gaudium est de bono adepto, quod sapiens adipiscitur, cautio deuitat malum, quod debet sapiens effugere. At quia tristitia de malo est, quod iam accidit, & nullum malum existimabant posse accidere sapienti, nihil in eius animo pro illa ponebant. Leuissimis autem stoici argumentis nitebantur. Vnde merito Viues. 3. animæ cap. 1. ait, Stoicos suis argutiis omnia hæc peruertisse.

Potissime autem in eam sententiam adducti 9
sunt quia indignum iudicãbant homine sapienti perturbationibus concuti, cum hæ animi morbi sint. Itaque hunc in modum disputabant, qui morbos sunt, sani nón sunt; qui sani non sunt insipientes sunt. igitur qui morbosi sunt non sunt sapiẽtes. at ad ij qui passiones sentiũt, morbosi, sunt, quandoquidem passiones sunt ægritudines animi, ergo, &c. Vide alias eorum rationes apud Azor to. 1. lib. 3. cap. 18. q. 1. 2. et. 3.

Platonici autem & Peripatetici contrariam partem secuti sunt aientes non posse hominem quantum libet sapientem passionibus omnino vacare, neq. omnes malas esse. Ita Alcinous Aspasius, Nyssenus, Damascen. vt refert Flaminius. 1. de felicit. c. 11. Valen. disput. 2. q. 11. punct. 1. Azor supra Flaminius loco citato: cum Aspasio Cicero in libris de finibus & Aug. 9. ciuit. c. 14. & lib. 19. c. 4. & D. Thom. 2. 2. q. 123. ar. 10 & hic q. 24. ar. 2. arbitrantur, hos philosophos de verbis potius, quam de rebus facere controuersiam. nimirum Stoicos non quas libet motiones appetit, sed turbulẽtas & quæ, præcedũt extra limites rationes animũq. ad vitia inflectunt, passiones vocare; vnde Cice. q. 4. Tus. ex sententia Stoicorũ passionẽ definit, vt sit animi cõmotio auersa à recta ratione & contra naturam: cum autẽ cõstanter, prudenterq. animus cõmouetur, eius modi inquit Cicero appetitionẽ Stoici Iysim appellant, nos appellamus voluntatẽ, eãq. illi putãt in solo esse sapiẽte quã sic definiũt volũtas est quę quid cum ratione desiderat: alios autẽ philosophos passionis vocabulo indiscriminatim vtipro quouis motu appetitus sensitiui, docent prænominati.

Quæcunq. tamẽ stoicorũ mens fuerit, negari 10
nõ debet passiones cadere etiã in eos qui veræ sapientię & magnarũ virtutũ ornamentis præditi sunt, cũ naturaliter obueniant; nec in se omnes sint prohibitæ, neque in obiecta prohibita versentur, atq; si eis rationẽ dominã (cui ciuili obediẽtia obsequũtur) præficiamus. ad moderationẽ, & mediocritatẽ adduci possint, atque ad virtutũ officia reuocari, & laudẽ ac præmium mereri. Vt autem hoc magis explicetur, supponendum est, sine libertate nullum actũ esse bonũ vel malũ moraliter, imo neq. moralẽ. ideo in brutis passiones nec bonas nec malas morales esse, neq. morales mores, n. proprie dicuntur

dicuntur humani vt ait Amb. præfatione in Lucam. Item appetitū sensitiuū hominis per se nullā libertatē habere, vt tract. 3. de voluntario, ad q. 6. dictū est, & repetetur tract. de peccatis, & esto haberet libertatem, tamen actū eius perse non posse esse bonum vel malū moraliter, etiā malitia veniali, vt omnes passim docent aduersus Caietanū, quia nihil est peccatum, nisi quatenus procedit à volūtate. Vnde. 1. certum est, passiones si sm se spectentur id est, vt sunt motus quidam irrationalis, & sē sitiui appetitus, nō conuenire eis bonū vel malum morale, quia hoc à ratione & voluntatis libertate pendet. Quo circa passiones, quæ cō sensum omnē liberū voluntatis præueniunt malæ nō sunt. 2. Certū est hos motus posse cadere in sapientem & non solum cum humana sed etiā cū heroica virtute esse posse quia nunquā virtus ita continet appetitum sensitiuū hominis vt nunquā rationem præueniat, nisi fortasse ex singulari gratia & priuilegio. Quod philosophi naturales non poterunt agnoscere. Itaque si Stoicorū dogma ita intelligatur, vt omnem motum appetitus sensitiui vitiosum esse, & à ratione alienū statuāt, haud dubiece lestis disciplinę veritati repugnat, vt ostēdimus.

11 3 Certum est, hos motus interdū esse malos interdum bonos pro ratione obiecti & circunstātiarū accedente aliquo consensu voluntatis: hæc cōditio à nemine catholico negatur, eamq. docet Aug. 14. ciuit. c. 9. dicens cupiūt, timent, lætantur, & boni & mali: sed illi bene; isti male sicut hominibus seu recta, seu peruersa voluntas est. Facileq. cū eodem Aug. suadetur testimonijs scripturæ, quæ passim vituperat, iterdū vero laudat lætitiā, tristitiā, irā, &c. & hos affectus non solū tribuit malis, sed etiā bonis, vt Christo & B. Virgini Rom. 9. tristitia mihi, &c. Philip. 1. cupio dissolui, &c. psal. 118. concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Sap. 6. concupiscentia sapientiæ perducit ad regnū, psal. 31. lætamini in dño & exultate iusti. psal. 4. dedisti lætiam in corde meo, Philip. 2. cum timore & tremore vestrā salutē operamini. Rom. 8. in gemiscunt adoptionē filiorū Dei spectātes & alibi spe gaudentes, &c. vnde etiā Mat. 26. & Ioā. 16. & Paul. Rom. 1. qui astorgus, id est, affectu vacuos vituperat & reprehendit vulgata habet, sine affectione. Ideinq. habetur. 2. Timo. 3. Vide etiam Patres citatos qui idem sentiunt. Et quanquā D. Tho. de sola bonitate & malitia delectationis & tristitiæ in speciali differuerit. q. 34. & 39 quia scilicet in his vel maxime passionibus laborandū est vt modū teneamus, cæterū omnes etiam aliæ possunt esse bonæ & malæ. Neque obstat quod D. Tho. q. 26. a. 4. ad 3. & a. 5. de ira sic loquitur, ac si semper hæc passio esset mala: loquitur enim de ira inordinata, hoc est de appetitu vindictę vitioso. Qualis esse solet in ijs, qui nō habent publicā authoritatem: nihilominus ira potest esse bona si sit appetitus vindictę per conuenientia media vt docet D. T. 3. p. q. 15. a. 9. in corp. & ad 2. & idem colligitur ex ijs quæ tradit q. 157. a. 1. ad 3. & a. 3. ad 2. & patet ex psal. 4. irascimini & nolite peccare. & Marci 3. vbi Christus circunspexit Pharisæos cum ira. Prædictis concinit Nyssen. disp. de resurrectione & anima ante mediū, dicens. 12
Pathi, idest, affectus & motus animi nō mali alicuius causa humanę naturæ tributi sunt (nā alioqui creatori causa malorū assignari posset) sed certo vsu voluntatis & arbittij, vel virtutis vel vitij instrumētā tales animi motus existūt, & Aug. 9. ciui. c. 5. scriptura diuina docet, Deo mentem subiici regendā & adiuuandam, mentęq. passiones ita moderādas atq. frænādas, vt in vsum iustitiæ cōuertantur, & c. 4. probat etiā ex mente Stoicorum nō omnes huiusmodi affectus malos esse. Nā quidā rationem amplectuntur, idq. testimonio Aulij Gelij (quem virum elegantissimi eloquij & multæ ac facūdæ scientiæ appellat) confirmat. lib. 19. noctiū atticarū. c. 1. refert, se legisse in li. Epicteti stoici non esse in potestate sapientis quin à visis seu phanthasiis præueniētibus mentis officiū animus cōmoueatur, ita vt paulisper & pauescat metu vel tristitia cōtrahatur, neq. ideo tamē approbari ista eisq. cōsentiri. Hoc enim esse in potestate. Idq. interesse inter animū sapientis & stulti; q̄ stulti animus iisdē passionibus cedit, atq. accōmodat mentis assensum; sapiētis autē quāuis eas necessitate patiatur: retinet tamē de ijs quę appetere. I refugere debet, verā & stabilē & in cōcussā mente sententiā. Simile aliquid in enchiridio Epicteti quod nūc habemus, legimus. c. 27. in primis, inquit operā dato ne visa tibi assensū extorqueāt. Et Seneca lib. de cōsolatione c. 37. nunquā ego à te, ne ex toto mæreas, exigā, & scio inueniri quosdā duræmagis quā fortis, prudētiæ viros, qui negent, dolituros esse sapientē. Hi nō videntur in huiusmodi casū incidisse alioqui excusasset illis fortuna superbā sapientiā, & ad cōfessionem eos veri etiam inuitos cōpulisset. Satis præstiterit ratio, si id vnū exdolore q̄ abūdat, & supereſt, exciderit & Plutarch. lib de virtut. Rationi nō est cōsiliū, motiones animi & affectus stirpitus euellere: nec n potest, nec opus est, nec expedit; sed terminū quendam & ordinem eis præscribere, moralesq. virtutes cōstituere. quæ quidē sine affectione metuq. non sunt, sed symmetriæ ipsorū & mediocritates. Et eodē li. Neq. n. qui temulentiā verētur, vinū effundunt, nec affectum qui perturbationes timent, euellunt, sed adhibent modum. Itaque secundum hos auctores passiones interdum malæ non sunt. Bonas autem esse, probatur ratione: quia motus appetitus sē sitiui conformis recto motui volūtatis bonus

eſt eo q̃ à bona cauſa procedit ad bonũ obiectũ tendit,& naturæ rationali cõſentaneus eſt & quodã modo neceſſarius ad perfectionẽ operis tunc enim homo facilius & promptius operatur,cũ in opere vterq. appetit9cõcurrit, quia affectus iſti ſunt veluti igniculi quidã accendentes virtutẽ,vt Plato dixit & veluti milites iuuantes ducẽ & tanquã arma virtutũ vt Ariſto. dicere ſolebat referente Seneca.1. lib. de ira ad Nouatũ c.16. Conf. nã hi affectus ſẽpe ſunt boni ex obiecto,& habẽt bonos effectus,vt patet de miſericordia timore pœnæ,triſtitia peccati cõmiſſi, verecundia pudore lenitate,clementia,parſimonia,& ſimilibus. Itẽ delectatio natura ſua comitatur virtutẽ & virtus nõ deſtruit naturã ſed perficit,ſicut ſanitas nõ deſtruit humores,& qualitates, nec muſica ſonũ ſed tẽperat: ergo delectatio eſt bona nõ ſolũ naturaliter,ſed etiã moraliter ad medũ quo alij actus imperativolũtatis,vt trac.7.vidim9.

Neq. arg.pro Stoicis factũ quo vtuntur Cicero,Seneca,& alij,firmũ eſt vt docet D.Tho. Valent.& alij,nõ enim oẽs paſsiones ſunt animi morbi:nã paſsiones ad mediocritatẽ reductæ & cũ ratione congruentes, quandã potius animi ſalutẽ continent,cũ ſint actus virtutũ,itaq. ne mediocres quidẽ morbi cenſeri debent Ex quo etiam reſponderi poteſt ad alias obiectiones. 1 Quia paſsiones ſunt ægritudines animi,ac proinde vitia: igitur nulla earũ poterit honeſti rationẽ ſortiri 2. quia id q̃ ad peccatũ inducit,habet rationẽ mali: atqui paſsiones inducunt ad peccatum vnde Rom.7. paſsiones peccatorũ dicuntur: ergo.Conf. q̃ in hac vita nõ poſſumus integre paſsionibus reſiſtere ſed inuiti illis interdum cedimus, & neceſſario propter paſsionum impetum,labimur in peccata ſaltem venialia. Vt docet Aug. 14.ciuit. c.9. ergo non ſunt nobis bonæ & vtiles ſed noxiæ. Ad 1 obiectionem dicendum eſt non omnes paſsiones dici morbos ſeu animæ ægritudines ſed tãtumquæ ad malum morale inclinãt, licet in ſenſu formali nõ ſint moraliter malæ l. à mala volũtate directe aut indirecte procedunt,voluntarieq. ac libere à regula & moderatione rationis deciſcunt.2.obiectio cum ſua confirmatione ſolum probat, paſsiones,quæ circa obiecta prohibita verſantur,noxias eſſe poſſe,niſi frænentur & cohibeantur:nihilominus in ſe nõ ſunt male moraliter neq. omnino inutiles,quia quatenus difficultatem addunt, bonitatem meritum & ſatisfactionem augent,humilitatis occaſionẽ præbent,cœli ſtatum deſiderare cogunt,&c. Quæres,quib9 virtutib9 affectus animi corrigãt ac tẽperentur?de hoc agit Azor to.1.li.3.c.18.q.7 ſed de hoc agemus in proprio loco,qui eſt tractatus de virtutibus.

Sectio 3. Vtrum animi paſsiones recte a D.Tho. enumerentur.

DI. Th.q.23 a.4.quẽ ſeq. Richar. 3.d.26.a.1.q.3. Azor.to.1.li.3. c.3. q.1.& alij referẽdi cõc.2.vndecim paſſiones numerat,ſextribuit cõ cupiſcibili amorẽ nimirũ & odiũ 14
deſideriũ & fugã,delectationẽ,& triſtitiã: quinque vero iraſcib.ſpẽ & deſperationem,timorẽ, audaciam & irã. Hic numerus. l.hęc paſsionũ diſtributio nõ omnibus placuiſſe videtur. Nã Plato in Thæeteto ait, eas paſsiones quæ nomen habent, multas eſſe; quæ carent nomine innumeras; lib. autem. 9. de repub. ait,hominẽ eſſe quaſi monſtruũ & ſphygã quandam ex variorum animantium partibus conflatã;& cupiditatem eſſe partem latiſſimam multa beſtiarum,id eſt paſsionum, capita continentẽ in Timæo ſex enumerat perturbationes,voluptatem & dolorem tanquã principia, quibus accedãt audacia & metus, ira & ſpes 1.vero de legibus ait,quemlibet noſtrũ eſſe vnũ regẽ, & habere in ſe conſiliarios duos contrarios & amentes voluptatẽ & dolorem,ad quos accedunt futurorum timor et confidentia, ſeu ſpes. Quæ doctrina cõuenit cum ea, quæ paſsiones in commune diuidit in gaudium & triſtitiã,ſpẽ ſeu cupiditatem & timorẽ,quã diuiſionẽ tradit Aug.14.ciuit.c.8. & 9.& lib.9.c. 4.Hieron.Ezechielis.1.Ioelis. 1.Zachariæ 1.ad finem Nahũ. 3,Macrobius in ſomno Sipionis Cice.4.Tuſcula. Nemeſius li. de natura hominis c.17.Horon. lib.11.c.5. in fine.Lactan.6 dini inſti.c.16. Nyſſen.4.philoſo.c.8.Proſper.3.de vita contẽpl.c.31. Damaſ. 2. fidei orthod.c.c.12.& cõmuniter Academici et Peripatetici:vnde Boetius.1 de conſolat. philo.metro.7. gaudia pelle.pelle timorẽ. Sẽperq. fugato,nec dolor adſit,nubila mens eſt, vinctaq frænis,hæc vbi regnant Virgil.6.AEneidos.Hinc metuunt,cupiuntq. dolent, gaudenrq. nec auras,&c. Solent autem hæ 4.paſſiones cõparari 4.principalibus ventis, quòd vt himare tempeſtatibus,ſic illæ animum turbulentus motibus perturbent. Quod ita quidam expreſsit.

Spes leuat arrectos,metus alto à vertice fluctus,
Deijcit,hinc animum,pulſat furibunda voluptas.
Inde dolor:fluctus ceu fracti fluctibus altum
Clamorem ingeminantipiceis abſcondita nimbis.
Neq. radios fundit ratio,nec vela gubernat.

Neq deſunt ſcholaſtici,qui quatuor tm̃ paſſi 15
ones in toto rigore cõſtituẽdas putent,cupiditatẽ,gaudiũ metũ,& triſtitiã.Ita Aureo.1.d.4. q.2.a.2.vt refert Gre.1.d.1.q.2.a.2.in arg. contra 4.cõclu.vbi.Aureolus. ait. Sicut ſe habet appetitus naturalis in rebus ſenſu carẽtibus ſic animalis inſentientibus,& rationalis in rationalibus;ſed appetitus naturalis habet tantũ.4.actus,duos poſitiuos,quorũ vn9 eſt moueri ad locũ,alius quieſcere in illo:duos etiã priuatiuos,quorũ vnus eſt inquietari in loco

in na

innaturali, alius fugere & moueri ab illo. Igitur in reliquis duobus appetitibus animali, et rationali erunt cõsimiliter tantũ quatuor actus, duo positiui. s. desiderare bonũ nõ præsens, qui correspondet motui appetitus naturalis; & delectari in bono adepto, qui correspondet quieti corporali in loco proprio. Habebit etiam tantũ duos priuatiuos, quorum vnus est fuga & timor qui correspondet motui à loco naturali, & alius tristitia in malo præsenti, qui correspondet inquietationi, quã habet corpus naturale in loco sibi inconueni enti & innaturali. Hæc Aureol, cui videtur fauere Conimbr. in ethic. dis. 6. q. 5. a. 1. in fine. Et eundẽ passionũ numerũ videtur ponere Grego. ibidẽ quãuis in aliquo differat ab Aureolo. Arist. vero 2. ethic. c. 5. numerat. 13 passiones, dicens. Affectus quidẽ voco cupiditatẽ, irã, metum, fiduciã, gaudiũ, amicitiã, odiũ, desiderium, æmulationẽ, & ea omnino, quæ voluptas sequitur aut dolor. Et 2. mag. mo. c. 4. seu nõ lõge à principio libri. Voco, inquit, affectus (passiones antea dixerat) irã, metũ, verecundiã, cupiditatẽ & in vniuersum, quæ per se voluptas, tristitiaue sensitiua sequitur Et 1. mag. mo. c. 7. affectus sunt ira, metus, odiũ, cupido, luor, miseratio, taliacõitari cõsueuerũt ægritudo, & voluptas. Videt ergo præcipuas passiones asserere voluptatẽ & dolorẽ cæteraſque in ordine ad has, passiones vocare. Quæ sententia videtur cũ sententia Epicuri ex parte conuenire, qui dolore & voluptate omnia metiebatur. Et Ambrosius. 1. de Iacob. & vita beata ait, ex his duabus passionibus omnes alias oriri.

Alij in cõcupiscibili numerãt. 4. passiones & totidẽ in irrascibili, in illa desiderium & voluptatẽ (à quibus nõ distinguũt amorẽ) timorem & tristitiã (à quibus nõ distinguũt odiũ) similesq. in irascibili; nã ira, desiderium, cupiditas seu spes vindictæ est vna passio: alia delectatio de vindicta, alia timor, cum desperatur punitio offendentis, alia dolor, si vindicãs ab offendente vincitur. Ita tenet Gabriel, 3. d. 26. q. vnic. a. 3. dub. 1. lit. L. Viues autẽ 3. animæ. ad 6 passionis cõcupiscibilis reliquas reducit. Spẽ quidẽ ad cupiditatẽ, metũ sub fuga cõprehendit; amorẽ censet dici de simplici cõplacẽtia, & de cupiditate, siue desiderio, cõprehendere q. fauorẽ, & reuerentiã, ac misericordiã, quasi passio fauor esset, & beneuolentia quædam, cum tamen sit eius effectus: de reuerẽtia vero si timor est, cõstat proprie nõ reduci ad amorẽ, si vero est desiderium colendi alterum, bene sub amore cõprehendente desiderium collocatur. Sed quid sit dicemus postea? Aspasius vt refert Flaminius lib. 1. de felicit. c. 11. & 12. dixit affectionem nihil aliud esse quã animæ ratione carentis motionem à dolore aut voluptate inductã; vnde iuxta illum voluptas, & dolor passiones nõ sunt; sed causæ passionum. q ait Flam. verum esse, si voluptas, & dolor proprie sumantur. Nã voluptas & dolor proprie significant perceptionem in sensu; hic molestã, illa iucundam. Sicq. initia potius affectionũ sunt, quã affectiones; sed ob maximam coniunctionem factum est, vt propensionẽ quoq. l. recessum appetitus significarent, quod iã affectio est ex voluptate oritur amor, desiderium, spes, gaudium, gratitudo, si rẽ quã quis cupit, alterius opera acquirat. Ex dolore, odium, fuga timor, tristitia, ira, si malũ q timet, alicuius opera euenerit; & multæ aliæ affectiones addi possunt, alacritas, elatio animi, insolẽtia, ostentatio, remissio & cõtractio animi, mæror & aliæ innumeræ. Hęc Flamini. ibi. Ego autẽ sentio. 1. si irascibilis & cõcupiscibilis nõ sunt distinctæ, vt multi tenẽt, quorũ sententiã probabilẽ esse ostendimus superiori disp. sect. 1. nõ esse ponẽdas vndecim passiones distinctas, quas D. T. posuit, sed omnes passiones, quas tribuit irascibili, reducẽdas esse ad 6. illas, quas tribuit concupiscibili (vt reducũtur à nonnullis recẽtioribus, quia etiã illi. 6. actus circa obiecta ardua versari possũt, & quinq. aliæ desideria quædã sunt. l. fugæ) l. ad quatuor earũ: ad quas reduci etiã possunt duæ aliæ. Probatur nã ita res se habet in voluntate (in qua nõ distinguimus irascibilẽ & cõcupiscibilẽ) vt tract. 6. docuimus: ergo idẽ dicẽdũ est in appetitu sensitiuo si in eo nõ distinguitur re ipsa irascibilis & cõcupiscibilis: Vnde nõ probo, quod ait quidã hic nõ multũ referre distinctionẽ appetitus irascibilis, & cõcupiscibilis ad distinguẽdas passiones, sed siue isti appetitus distinguãtur, siue nõ, vndecim passiones constituendas esse, licet clarior erit doctrina, posita reali distinctione inter huiusmodi appetitus. Conf. autẽ nostra sententia quia frustra multiplicantur tot passiones supposita identitate irascibilis & concupiscibilis nã ira, cũ sit desideriũ quoddã vindictæ, recte ad desideriũ reuocatur Vnde Eustra. 1. ethi. c. 3. ait Stoicos sub cupiditate cõprehendisse irã: quia est cupiditas vindictæ. quos reprehẽdit Eustratius, nã licet sub idẽ genius hoc est, sub appetitionẽ ambo referãtur: tamen cupiditas iucundi solius appetitio est. ira vindicę autretaliationis. Quæ obiectio leuis est & licet excluderet irã a genere cupiditatis: nõ tamẽ à genere desiderij: ergo ad hoc reuocari posset, vt timor ad fugã mali imminentis, cũ sit fuga quædã coniuncta cum assensu credente l. saltẽ formidãte malũ; seu asserẽte futurũ simpliciter, l. forte malũ, q repræsentatur; spes etiam facile ad desideriu reducitur. nã esse videtur desiderium coniunctũ iudicio, quo iudicatur simpliciter. l. forte vt dicit Azor to. 1. li. 3. c. 4. q. 2. cuẽturũ bonũ, q rẽ sẽtat. Audacia

16

17 Auctoris sententia.

Confir.

81

derium videtur pugnę sine trepidatione, aut signo timoris executioni mandatum. Desperatio nō videtur actus positiuus; sed negatio spei; quia creditur non obtinēdum vllatenus bonum desideratum. Vel, si est actus positiuus, erit dolor ortus ex assensu negante, futurū esse bonū desideratū; vel erit desideriū cōiunctū eiusmodi iudicio. Forte etiā amor vel est idē cum desiderio boni proprij, aut alieni vel si est rei præsentis, vt sic, est delectatio: si absentis desiderium: & similiter odiū vel est fuga mali futuri vel est quid commune ad fugam mali præsentis vt sic: vt in voluntate aliqui dixerunt, quos retulimus trac. 6. sic sentiūt Audifax, & Aureolus apud Greg. 1. d. 1. q. 2. ar. 2. licet inter eos de modo cōstituēdi quatuor tantū passiones & similiter. 4 actus voluntatis sit dissensio. Aliacen. tract. de anima. c. 13. p. 3. 4. tantū actus in voluntate videtur ponere vt Greg. & Aureolus & Audifax. Sed c. 14. p 2. & deinceps ponit 11. passiones vt D. T. licet sub dubio relinquat an sint 12. ait enim ire nullam passionē esse contrariam aut esse innominatam. Illi vero modo dicendi quē ex Almaino retulimus, suffragantur sancti, & Philosophi relati cōstituentes. 4. tantum passiones, quas appellāt timorē, & spē, tristitiā & delectationē vel aliis nominibus æquivalentibus, imo posset timor, odiū, seu fuga mali ad amorē, seu desideriū reduci. Nā fugere, timere & odio habere malū est amare, optare, & desiderare vt non sit ipsum malū. Et sic Hiero. Mat. 13. dicens, possideamus in irascibili odiū vitiorū, iram, quæ est desideriū destructionis vitiorum, odium appellauit: sic omnes passiones ad desiderium delectationem & tristitiam reuocari possent. Ex quibus posset dici, solā delectationē, & tristitiā esse in summo rigore passiones, nō vt alii qui cū Scoto citato. sect. 1. existimarūt, quia nō sint actus eliciti appetitus, sed quia supposito amore vel odio obiecti boni vel mali præsētis nō est in potestate nostra impedire delectationem & tristitiam, sed necessario istos affectus patimur, interdumq. inuiti & repugnantes eo ꝙ naturaliter & necessario prodeūt ex amore vel odio obiecti & cognitione præsentiæ ipsius. Ita tenet Angest. 4. c. moralū vbi cū Scoto & Ochā cōtra Greg. loco citato docet, delectationē & tristitiā ab amore & odio realiter distingui vt ait Azor supra, quia delectatio & tristitia nō sūt amor vel odiū rei præsentis, sed ex illo procedunt: quod in voluntate, de qua eadē ratio est, late docuim⁹ tracta. 2. & 6. ibidem etiā docet Angest delectationē prodire effectiue ex amore obiecti & cognitione præsentiæ ipsius, aliqui tamen tenent, esse effectiue à solo appetitu. 2. Tamen sentio probabile esse, enumerādas esse 11. passiones cū D. T. q. 23. a. 4. & alibi sæpe, quē sequūtur Valētia hic dis. 4. q. 3. punct. 2. Cōimb. in ethicis disp. 3. q. 5. a. 2. Tolet. 3. anim. æ. q. 26. Azor to. 1. lib. 3. c. 3. q. 1. & 2. Rich. 3. d. 26. a. 1. q. 3. Antonin. 1. p. summæ titulo. 6. c. 2. in principio. Gerson alphab. 72. lit. x. considera. 5. in epistola de passionibus animæ. Viguer. c. 10. §. 10. vers. 1. & sequen. & §. 11. in principio & de inceps. Foxius. 5. naturalis philosoph. c. 18. & in cōpendio de moribus c. 3. & sequen. quānuis. c. 3. dicat affectū iræ ex affectu tristitiæ & cupiditatis mistum videri. Quod si intelligat de formali mistione, ad summum erunt. 10. passiones. Hāc tamen D. T. opinionē plane amplectitur Ticel. lib. 12. suæ philosoph. c. 6. & sequentibus Petrus Greg. in synthaxi artis mirabilis lib. 4. c. 7. quānuis enim præter passiones relatas à D. Th. ponat imperū & furorē nō tamen vult eas esse ab aliis distinctas. vt patet ex lib. 33. c. 24. vbi quoad numerū passionū & nomina ac distinctionē earum citat & sequitur D. T. & Veracru. 2. animę spec. 8.

Numerus autem iste ita colligitur à D. T. & omnibus modo citatis. Passionū quædā respiciūt bonū, aut malū simpliciter, pertinēteq. ad appetitū concupiscibilē aliæ bonū, aut malū arduū, spectantq; ad irascibilē. Illæ sunt. 6. tres respectu boni, totidē respectu mali: oblata enim rebona excitatur primum in concupiscibili simplex affectus, & amor illius, qui à quibusdā vocatur simplex placentia aut cōplacentia, libido, & allubescentia, vt patet ex Angest. in moral. c. 4. §. 2. Viues. 3. animæ. c. 2. quod si ea res absens sit, cōsurgit desideriū, cupido, cupiditas, concupiscentia seu prosecutio; si præsens, delectatio, voluptas, lætitia, seu gaudiū. Similiter oblata re sub ratione mali oritur primū in cōcupiscibili odium amori cōtrariū, quod etiam dicitur simplex displicētia, nolitio, abominatio, detestatio, horror offensio. Quod si res, quā odio prosequimur absit, oritur statim fuga desiderio aduersa quæ resilitio ab Angesto dicitur. Si adest, nascitur tristitia, mœror, seu dolor delectationi inimicus, & à nonnullis angustia & ægritudo animi vocatur, vnde tres sunt cōbinationes, seu contrarietates in cōcupiscibili. Passiones autem, quæ bonum arduum vt sic respiciunt, & ad irascibilem spectāt, sunt quinque, duæ respectu boni, tres respectu mali. Etenim si obijciatur res sub ratione boni ardui, quod quis obtinere se posse iudicat, provenit statim in irascibili spes: si putet, eam se consequi non posse, existit desperatio: non est autem in irascibili aliquis motus respectu boni, quod iam iam adest, & possidetur: quia quod iam adeptum est, non habet rationem ardui. Aliæ vero tres passiones irascibilis comparatione mali ardui hunc in modum colligun-

18 tur.

tur. Malum arduum aut præsens est, aut non est, si præsens non est, oritur timor vel audacia; timor, si id formidemus & refugiamus, audacia, si aggrediamur, quod si præsens est consurgit ira, & indignatio, qua animus exardescit ad sumendam vindictam & ad presens malum depellendum.

19 Addit duo Angelus loco citato 1. est iră esse passionem mixtam ex tristitia præteritæ offensæ, & desiderio vindictæ, sed an ipsa sit passiones illæ quasi manentes formaliter in ipso mixto, an vna eis condistincta includēs ipsas virtute, vtrum q; dici posse. Tenendo tamen, irascibilem esse distinctam potentiă à concupiscibili, 2. tantum dici posse.

2. Quod addit, est, non solum has passiones circa bonum & malum versari posse, sed etiam circa alia, sed iam in superioribus docuimus, nihil amari posse nisi sub ratione boni, aut odio haberi nisi sub ratione mali siue ab appetitu sensitiuo, siue ab intellectiuo. de his enim eadem est ratio, ab his autem passionibus cæteræ procedūt, vnde tantum circa bonum, vel malum versari possunt, nempe verum vel apparens. Quod, tale, non solum apprehendi, sed & iudicari debet. Vnde male Viues, 3. animæ ca. 1. hisce verbis affirmat, aliquos ex his motibus iudicium anteuertere, sunt quidam animarum motus, seu impetus verius naturales qui ex affecto corpore consurgunt, vt edendi cupiditas in fame, bibendi in siti, mœror in morbo vel premente atra bili, exhilaratio in puro & liquido sanguine circa cor, offensio ad plagam. Hi iudicio anteuertunt: reliqui omnes quantumcumque celeres, & prærapidi, iudicij sententiam sequuntur, non enim monetur animus nisi præindicatum sit bonum esse, aut malum id, quod est obiectum: idemque in brutis vsu euenit, in quibus non sola imaginatio parit affectum, nisi & existimatio accesserit, quæ in illis iudicij cuiusdam locum obtinet. Hæc ille qui nomine iudicij deliberationem non intellexit tum quia illud brutis concedit, tum quia ad quosdam affectus appetitus sensitiui ponit esse necessarium, tum quia ait reperiri in omni motu voluntatis, quæ omnia de deliberatione dici vere non possunt: sed nomine iudicij assensum vel dissensum quemlibet intellexit apprehensioni simplici condistinctum de quo falso asserit,
20 nō esse necessariū respectu cuiuscūq affectus.

Obijciat quis contra enumerationem passionum, plures esse numerandas, vt excandescentiam, inuidiam, æmulationem, misericordiam, reuerentiam, verecundiam, superbiam, contemptum, fiduciam, mansuetudinem, gratitudinem: occurrimus obiectioni. Quoniam excandescentia est gradus, seu genus quoddam iræ, aut eius effectus inuidia, & æmulatio; tristitia est de bono alieno aut desiderium, quo quis appetit alteri eai rentiam boni, misericordia est tristitia alien mali, vel desiderium absentiæ & carentiæ illius in alio, reuerentia genus quoddam timoris est, quo refugimus offensionem eius in quo cerinmus magnam vim infligendi malum, seu maiestatem, cui nulla tenus, aut ægre resisti possit: verecundia etiam genus timoris est, nempe dedecoris ob rem turpem, vt annotat Carthus. opusc. de distantia perfectionis diuinæ & hum. c. 22. vbi etiam ait superbiam non esse solam passionem, sed passionis vitium, est enim appetitus inordinatus excellentiæ. Vives autem illo. 2. cap. ait superbiam esse monstrum ex multis mixtum, ex lætitia & cupiditate, & fiducia. Contemptus à quibusdam oppositus timori asseritur, & in quadam audacia consistere, fiducia cum spe coincidit. mansuetudo à Carthusiano supra, asseritur passio peculiaris opposita iræ, cum appetitus ab vltione contra malū præsens prorsus consternitur omninoq. deficit, & ideo Carthus. 12. passiones numerat hanc enim addit ad eas, quas D. Tho. recenset; sed immerito, nam mansuetudo non est actus positiuus, sed negatio iræ, vel si est actus positiuus, est absolutum desiderium opere ostensum non se vindicandi: nec resistendi aduersario, gratitudo etiam desiderium quoddam est, vnde male a Flaminio posita est vt condistincta desiderio, & opposita iræ. Similiter aliæ passiones positæ à Flaminio vel passiones non sunt, vel ad prædictas reducuntur: male etiam ait, dolorem & voluptatem proprie non esse actus appetitus, sed sensus. de quo inferius disseremus. 21

Difficilior obiectio est nam immerito videntur distingui passiones vt quædam versentur circa bonum absolute, aliæ vero circa bonum arduum. Nam vel nomine ardui intelligitur aliquod bonum magnum & excellens, vel bonum quod sine labore comparari nō potest, aut cuius acquisitio aliquam habet rationem mali coniunctam: quidquid autem horum significet, necesse est, concupiscibilem etiam in bonis ardius versari. Omnis enim amor & desiderium boni ad concupiscibilem spectat, amor autem & desiderium versari possunt circa bona magna & difficilia. Contraque videtur, irascibilem non semper versari in arduis & difficilibus nam sæpe irascitur homo appetens vindictā quę facile obtineri potest: & ira prout reperitur in lūtate, tribuitur Deo, cui nihil arduū est. Huic obiectioni iuxta communem opinionem.

Resp. bonum arduum hic appellari, quod est obtentu difficile propter impedimenta,

quæ

quæ in eius consecutione se offerunt & ad irascibilem pertinent, animos dare vel auferre erga huius modi bonum. Spes illud respicit directe: timor vero malum oppositum, desperatio animum demittit, ira insurgit in eum, qui bonum impedire conatur, & audaciam excitat, quæ illum impugnet contempto omni periculo: est enim audacia quasi quidam periculi contemptus, neque ira formaliter & proprie est desiderium vindictæ, sed alius actus virtute continens desiderii & tristitiam, & proprie non est in Deo: à quo actu vt a manifestiori (vt ait D. Tho. q. 25. art. 3. ad. 2. vel tanquam a principaliori denominatur irascibilis, vt à concupiscentia concupiscibilis. Itaque obiectum iræ non est vindicta ardua & difficilis, sed vindicta sumenda de eo; qui impedimentum ponit consecutioni boni ardui, & difficilis: & siue distinguantur potentia irascibilis & concupiscibilis, siue non; siue actus, qui dicuntur irascibilis, distinguantur ab actibus, qui dicuntur concupiscibilis: siue non: tamen ita distinguendi sunt, vt qui respiciunt bonum absolute, dicantur concupiscibilis: qui vero bonum arduum, vt sic vel malum oppositum, vel eum qui ponit obstaculum dicantur irascibilis, de quo vide Gabr. 3. d. 26. Scot. d. 26. & 34. Albertum in suma de homine. q. de irascibili, vbi Aduicennam hac imparte citat. & tuetur. Aliter ex acutissima Vazquez doctrina disputa. 40. capit. 2. huic obiectoni, quantum ad spem, attinet, satisfacere possimus. Notat ergo spem, desiderium & intententionem in eo conuenirenire vt ferantur in obiectum absens & non dum habitum: differre autem desiderium a spe non quia spes sit tantum desiderium efficax & desiderium latius pateat, vt possit etiam esse inefficax: sed quia spes est de re difficili: desiderium autem potest esse etiam de re non difficili, quare omnis spes est desiderium; sed non econtra: vnde desiderium in vniuersum, & spes differunt sicut superius & inferius, quamuis desiderium simplex & spes differant sicut duæ species. cæterum cum dicimus spem esse desiderium rei difficilis, per difficilem non intelligas rem magnam, & per facilem, minimam: nam & res magnas & minimas desiderare possumus non eas sperando. Quisque enim desiderat libertatem & vitam & si nullam habeat spem illius, vt patet in ijs qui mortis supplicio afficiuntur, & hæ sunt res magnæ: & rursus vtrasque possumus desiderare, eas sperando: quia quotidie speramus aduentum famuli ex tali loco, etiam si aduentus illius sit parui momẽti & res minima. Sed per rem difficilem, cuius dicitur esse spes, intelligere rem, quæ pendet ex alterius voluntate & non est in manu nostra. Ideoque nobis difficilis censetur, etiam si alias minima sit. Id quod plane docuit Paul. Orosius apologia pro lib. arb. longe ante medium vbi ait. Sperare autem non est possibilitatis nostræ, sed largitaris alienæ. Deinde differt spes a desiderio simplici, quia de ratione spei est vt credat futurum id quod speratur, nam si non credatur, cessat spes & manet simplex desiderium, quare & de re difficili, quæ in alterius est potestate, potest esse desiderium, quando spes esse non potest defectu credulitatis. Deinde si intentio sit finis positi in alterius potestate, quem credimus obtinendum, spes quædam est: si vero positi in nostra tantum potestate, aut quem obtinendum non credimus, desiderium quoddam simplex est, semper tamen intentio saltem confuse media respicere debet; alioqui non erit intentio, sed spes, vel desiderium finis. Hæc eisdem fere verbis licet latius docet Vaz. supra in quibus ratio distinguendi spem a simplici desiderio placet, modo nomine voluntatis alienę àqua pendere debet quod speratur, potestatẽ alienam etiam inteligamus, quæ finem vel conferre, vel impedire possit: sperat enim nauta bonum nauigationis euentum, licet nõ putet a diuina, vel alia voluntate pendere, & miles interdum sperat victoriam a sua virtute, vel industria, non ab aliena creata vel diuina voluntate: modo etiam cum dicimus, spem supponere credulitatem euentus futuri, addamus, vel saltem quod non existimetur impossibilis: nam rem quam existimo possibilem licet nondum credam futuram, sperare possum, & sic explicata doctrina Vazquez a communi non differt: videquæ dixi disputatione. 1. section. 2.

DISPVTATIO TERTIA DE PASSIONIBUS in particulari.

Sectio. 1. *De amore. Diu. Thom. quæstione* 26. 27. 28.

22 QVinque amores ex parte subiecti distinguit Diony. 4. capite. diui no: parte. 2. ex sententia sui præceptoris Hierothei in libr. diuinorum hymnorum, diuinum; Angelicum, rationalem, animalem, naturalem. Vltimum omittimus; quia non est proprie amor, licet late

late ſit amor iuxta Auguſt. 11. ciuit. cap. 28. aſſerentem, amores corporum momẽta ſunt ponderum, ſiue deorſum grauitate, ſiue ſurſum leuitate nitantur. Reliquos vero amores præter animalem, omittimus: quia non ſunt paſsiones, quãuis multa, quæ de amore animali dicemus, rationali imo & Angelico ac commodari poſſunt, & licet Scotus § ad quæſtionem penul. & §. ex his patet. 1. d. 1. q. 5. dicat, amorem exiſtentem in voluntate, eſſe proprie fruitionem, amorem vero exiſtentem in appetitu ſenſitiuo eſſe fruitionem abuſiue: tamen ex tract. 6. conſtat neutrum eſſe proprie fruitionem. Amorem autem ſenſitiuum eſſe paſsionem, docet Ariſt. 2. ethi. c. 5. & lib. 8. c. 5. & omnes Theologi ac Philoſophi, vt ex adductis ſect. preced. conſtare poteſt, eſt tamen inter doctores controuerſia, an duplex ſit amor, vnus ſimplex, & inefficax, abſolutus tamen, qui dicatur ſimplex complacentia alius vero efficax non diſtinctus a deſiderio abſoluto, & conditionali, ſed vtrumque complectens, & eadem quæſtio eſt in appetitu rationali & in vtroque opinionem, quæ hos actus diſtinguit, ſecuti ſumus tract. 6. quam conſtat, communem eſſe quia fere omnes vt ſectione præced. vidimus, paſsionem ſimplicis amoris a paſsione deſiderij diſtinguunt, eſt etiam inter doctores controuerſia an ſimplex amor ſit appetere bonum ſibi, aut alteri; quidam enim negant, exiſtimantes ſimplicem amorem ſiue appetitus ſenſitiui ſiue intellectiui non eſſe appetentiã, ſiue appetitum boni ſibi vel alteri: ſed eſſe quoddam pondus impetum, & impulſum quenda in rẽ amatã, habitudinem & proportionẽ ad illã: & ſuaderi poteſt ex Greg Nyſſeno. ho 8. in eccleſiaſtẽ, vbi inquit Amor eſt trinſecus in ſita in id quod animo eſt iucundum, habitudo. Et Aug. 11. ciuit. c. 28. ait, animum ferri amore quocumque fertur, ſicut corpus pondere & D. Tho. q. 26. art. 1. & 2. ait aptationem appetitus ſenſitiui, vel voluntatis ad aliquod bonum, ideſt ipſam complacentiam boni eſſe amorem ſenſitiuum, vel intellectiuum, ſeu rationalem & quæſtione. 25. art. 2. dixerat amorem eſſe aptitudinem ſeu proportionem ad finem, ſeu bonum, & complacentiam boni, eodem modo loquitur quæſtione. 27. articulo. 1. & quæſtione. 28. articul. 5.

23 Auctor. Sed oppoſitum tenendum eſt ex communi definitione amoris rationalis, quam tradit Ariſtot. 2. Rheto. ca. 4. amare eſt bonum velle: eodem autem actu quo aliquis vult bonum, vult alicui bonum: & implicat oppoſitum: ergo rationalis amor etiam ſimplex, eſt velle bonum alicui, nempe ſibi vel alteri; ergo ſimiliter amor ſenſitiuus eſt appetere alicui bonum. Conſ. nam eodem amore amatur res, & eius conſecutio: conſecutio autem amari non poteſt, niſi alicui: ergo in omni amore appetimus bonum alicui ſicut & in omni odio appetimus alicui, malum. Idem confirmari poteſt ex amore naturali, & metaphorico, qui conſiſtit in appetitu alicuius perfectionis propriæ, & eſt appetere ſibi exiſtentiam in centro, vel inconcauo lunæ, &c: ergo ſimiliter amare proprie dictum eſt appetere ſibi, vel alteri aliquod bonum quod aperte docet D. Thom. quæſt. 26. art. 4. Caiet: ibi & vterque. quæſtio. 46. art. 2. Azor. libr. 1 tom. 1. cap. 22. q. 1. & lib. 3 cap. 4. quæſt. 1. Gab. 3. d. 27. q. 1. art. 1. Vazquez, 1. par. tom. 1. diſput. 84. cap. 2. & magis conſtabit ex ſequentibus. Neque obſtant definitiones allatæ: nõ. n poteſt explicari, quid ſit illud põdus, vel illa proportio, aptatio, & habitudo, aut complacentia, niſi appetere ſibi vel alteri bonum, abſtrahẽdo à præſentia, præteritione & furitione talis boni, atque adeo appetitu quodam non proſecutiuo nec per ſe efficaci; licet adiuncta cognitione abſentiæ talis boni, & poſsibilitatis conſequendi illud, naturaliter vel libere reſultet deſiderium conſequendi illud ſibi vel alteri: qui affectus eſt amor efficax, & tam amor ſimplex quam efficax idem ſpecie, & numero dicitur concupiſcentiæ & amicitiæ reſpectu diuerſorum: nam reſpectu boni quod alicui appeto, vel mihi, vel alteri, appellatur amor concupiſcentiæ: reſpectu vero eius, cui bonum appeto, dicitur amor amicitiæ (licet ſecundum aliam ſtrictiorem acceptionem amicitia ſolum ſit ad alterum) ita Valentia diſputatione. 3. quæſtione. 2. puncto. 1. Caietan. & D. Thom. quæſtione. 26. articulo. 4. Vazquez ſupra & 3. de adoratione diſp. 1. c. 3. numero. 18. Azor. c. 22. cit. q. 2. & c. 19. q. 2. Gab. illo. nume. 1. Ferr. ar. 1. contragent. cap. 91.

Vnde intelligitur qualis ſit hæc diuiſio amoris in amorem concupiſcentiæ & amicitiæ non enim eſt diuiſio in duos amores re aut ratione diſtinctos; ſed in duas denominationes eiuſdem amoris vt ſi diuidatur viſio in actiuam & paſsiuam: nam eadem forma re, & ratione, denominat me videntem, & parietem viſum: me quidem denominatione intrinſeca; parietem vero extrinſeca: & fortaſſe eadem forma re, & ratione, eſt calefactio actiua, & paſsiua, quæ intrinſece denominat lignum calefactum, extrinſece autem ignem calefacientem. Vnde recte Caieta q. 26. art. 4. ait, aduerte quod diſtinctio amoris in amorem amicitiæ & concupiſcentia non tam eſt diuiſio amoris quam amatorum, ſeu (& in idem redit) non eſt diuiſio amoris ſecundum 24

ſe; ſed

se, sed secundum diuersi mode amata, cum enim omne concupitum, alicui cõcupiscatur nullus amor concupiscentiæ est sine amore amicitiæ illius, cui concupiscitur, & rursus cum omni amico aliquod bonum velimus, millus amor amicitiæ est sine amore concupiscentiæ boni concupiti amato. Non ergo distinguitur amor in amorem amicitiæ & cõ cupiscentiæ tanquam in diuersos amores; sed tanquam in diuersos modos amãdi: vnus enim & idem amor est amicitiæ respectu amici, & concupiscentiæ respectu boni illi voliti & si quandoque iuuenias, diuersos esse amores, sane interpretare & de nominari amorem quandoque a concupiscentia quandoque ab amicitia, scito, propter obiectum de quo est sermo, vt patet cum est sermo de amore ad rationalia, vel delectabilia, vel vtilia. in his enim a concupiscentia amor de nominatur, qui tamen non est sine amore amicitiæ ad se vel ad aliũ: cum vero de amore parentum, aut filiorum ab amicitia de nominatio fit amoris, qui tamen eis concupiscit bonum vitæ, &c. Hæc Caietan. vnde falsum est quod aliquĩ dicunt, non semper amorem concupiscentiæ vnius rei esse amicitiæ aut beneuolentiæ respectu alterius: q probant, nam cumquis Deũ propter se amat, nihil ei appetit, aut concupiscit.

25 Sed hoc fundamentum falsum est nam qui amat Deum vel alium amore charitatis vel amicitiæ seu propterse, reuera vult illi aliqaam perfectionem intrinsecam, vel extrinsecam, vt aperte docet Scot. 1. d. 1. quæstione. 5. ad argument. 2. quæstionis & D. Thom. & Caietan. quæstione. 46. articulo. 2. vbi D. Thom. ait, appetitum posse tendere in bonum & malum dupliciter. 1. per modũ simplicis & incõplexi, vt bonũ cũ appetitus simpliciter sequitur, vel bono inhęret, vel refugit malũ & tales motus (inquit) sunt desiderium, spes, delectatio, tristitia & alij eiusmodi 2. Per modum complexi, vt cum appetitus fertur in hoc quod aliquod bonum, vel malum insit, vel fiat circa alterũ. l. tendendo in hoc. l. refugiendo ab hoc, sicut manifeste, inquit, patet in amore, & odio, &c. Quæ differentia difficultatem, habet. Nam etiam desiderium (quod amor prosecutiuus est) fertur in obiectum complexum, eo enim actu concupiscimus bonum vt nobis, vel alijs insit; & idem est de spe delectatione & tristitia & omnibus alijs actibus. Ideo recte Respond. Caietan. omnes actus appetitus habere obiectum complexũ explicite, vel implicite; explicite quidem amorem amicitiæ, & odium abominationis, & iram; implicite autem desiderium, spem &c. Nam isti termini minus expresse & distinctæ importãt duplex obiectum quod & cui, secus autem amor amicitiæ, & odium abominationis, & ira. Vnde de his dixit D. Thom. ibi, manifeste habere obiectum complexum, insinuans cæteros motus habere quidem obiectum complexum, non tamen ita manifeste, sicut etiam in exemplis de intellectu, cognitionem, qua quis dicit hominem esse animal rationale, ait, habere obiectum simplex, quia definitio, & definitum re non sunt diuersa: tamen certissimum est hic interuenire quandam complexionem propter distinctionem rationis ratiocinatæ inter definitionem, & definitum.

Et hæc dicta sunt de amore concupiscentiæ & amicitiæ in latiori quadam acceptione: strictior enim, & communior acceptio amoris amicitiæ est, quandoquis vult bonum sibi propter alterum, vel vult bonum alteri propter illum, & sistendo in illo, non ordinando bonum illius ad bonum propriũ: amoris vero cõcupiscenciæ quãdo quis vult sibi bonũ ꝓpter, se & sistẽdo in se nõ ordinãdo bonũ propriũ ad bonũ alterius, vel vult bonũ alteri ordinãdo bonũ eius ad propriũ. Ita docet Gregor. 1. d. 1. quæstione. 2. articulo. 2. & Scotus. 1. d. 1. quæstione. 5. ad argumentum. 2. quæstionis. Azor. tom. 1. lib. 3. cap. 4. quæstione. 1. Hic autem amor amicitiæ suo modo in brutis reperitur, vt patet cũ ouis diligit filium sum, & cõmodum eius nullo intuitu proprij boni, vel voluptatis; imo aliquando cum proprio damno, vel dolore. Porro magis vere & proprie amari quod amatur amore amicitiæ quam quod amatur amore concupiscentiæ, seu tanquam res alteri concupita & non tanquam res cui alia sit concupita, Recte docet. Azor. illo. c. 22. quæst. 3. cum Gab. 3. d. 27. quæst. 1. art. 1. notab. 6. recte etiam Azor eodem capite. quæst. 2. docet amorem beneuolentię & amicitiæ eundem esse, & ideo peccatores quamuis nos non redament, vere amari à nobis amore amicitiæ. Verum est non esse completam omnino amicitiam sine redamatione, vt in materia de charitate docebimus.

An vero Deus amore amicitiæ criaturas irrationales prosequatur, tractat Vazquez. 1. parte. disputatione. 84. cap. 2. cum quo credo non amari amore amicitiæ quia redamare nequeunt. Addo tamen amari amore beneuolentiæ: quia vult eis bonum propter ipsas & non tantũ propterse ipsum, de quo plura dixi 1. p. q. 20.

26

De diuisione autem amicitiæ in honestam, vtilem, & delectabilem, & de omnibus his amicitiæ generibus differit Aristot. 8. ethicorum. capite. 3. vbi secundum Valent. supra solam amicitiã honestam affirmat esse vere

vere, & proprie amicitiam; quia videlicet quando ego meam delectationem, vel vtilitatem inquiro, non fisto in bono alterius, quod est de ratione amicitiæ vere & proprie dictæ; quando autem in eius bono fisto, sed pecco appetendo ei tale bonum, amicitia proprie est, licet inhonesta, & turpis, ac mala moraliter, seu vitiosa. Dices ergo non recte diuiditur amicitia in honestum vtilem & delectabilem; nam datur amicitia vitiosa, quæ non est honesta nec vtilis nec delectabilis. R. hanc non numerari quia rara est. Raro enim alios amamus vitiose, nisi causa delectationis, vel utilitatis vbi etiam notandum est. delectationem posse per modum obiecti causare amorem personæ, aut rei àqua obtineri potest delectatio. D. Tho. q. 27. art. 4. Arist. 8. ethi. ca. 3. Aliam amoris diuisionem ponit Plato in Phedro vbi tripartitum fecit amorem, vnum quidem honestum ac generosum, qui nudam animi virtutem tantum amat alterum inhonestum, qui solam corporis voluptatem sequitur belluisque est cum hominibus communis: ac. 3. etiam medium, qui animum & corpus amplectitur: de. 1. loquebatur Plato quando tantum amori tribuebat vt hoc nomine a Dicæarcho accusatus sit. Quæres an amor sit actus re a desiderio distinctus. Duæ sunt opiniones vt docēt Dur. 3. d. 27. q. 1. Burid, 7. ethico. quæst. 29. & Azor. tom. 1. lib. 3. q. 3. & seqq. 1. opinio est nullum dari amorem distinctum a desiderio & delectatione; sed desiderium esse amorem rei absentis, delectationē vero amorem rei præsentis; sicut enim graue, vel ad centrum mouetur, vel in eo quiescit: ita appetitus animalis duobus affectibus totum suum negotium absoluit, desiderio obiecti & quiete in ipso quæ est delectatio vnde Nyssen. 4. philos. ca. 7. & 9. Damasce. 2. fidei. cap. 12. Cicero. q. 3. &. 4: Tusc. Aug, 14. ci. cap. 7. & stoici inter passiones amorē tanquā actum à desiderio & delectatione distinctū posuere: imo Aug. ait cupiditas est amor inhians bonum quod non habemus, lætitia est amor fruens bono quod habetur, metus est amor fugiens malū vēturū tristitia est amor noēls malū qp habem. 2. Opinio est dari amorē distinctū a desiderio & delectatione; imo hanc non esse proprie amorem sed ex amore causari quia datur affectus in bonū abstrahens ab eius prę sentia & absentia, qui est origo omnium aliorum affectuū & cum illis manet. Hæc est opinio communis, quam merito sequitur. Azor. supra, qui recte ad August. respondet, nō esse locutum de amore formaliter sed causaliter & stoicos atque alios qui tantum quatuor passiones numerauere, non esse exacte de passionibus locutos. Nec est simile de appetitu naturali: nam hic tanquam imperfectus vnum tantum habet motum ad proprium locum: animalis autem multos habet quibus attingit diuersimode bonum & recedit a malo.

Causæ per se & proxime efficientes amoris generatim sunt duæ tantum: potentia scilicet & obiectum cognitum, seu cognitio obiecti, iam enim tract. 1. & 6. vidimus, ad actum appetitus sensitiui & intellectiui concurrere immediate effectiue potentiam ipsam, & cognitionem obiecti: & tract. 2. animam ipsam non concurrere immediate ad visionem Dei, vel aliam vitalem actionem, sed media potentia Deinde. licet aliquando amor procedat ad habitu; non tamen id est necessrium, aut generale, similiter licet amor vnius rei u. g. medij possit procedere a bono amore finis: tamē sæpe datur amor, qui a nullo alio amore, vel actu appetitus procedit: generatim ergo solæ duæ causæ per se efficientes amoris assignari possunt, appetitus & cognitio seu obiectum vt cognitum: bonitas autem obiecti concupiti sumpta secundum se, est causa finalis: intelligo autem de bonitate vera vel apparenti iuxta Aristo. 8. ethici. ca. 2. & alios & sic Aristo. 8. ethi. c, 2. & 5. ait, quod bonum atque iucundum est, amabile est atque eligibile. intelligo etiam de bonitate, & conuenientia talis obiecti vel comparatione amantis. vel alterius: potest enim non solum voluntas sed etiam appetitus sensitiuus appetere alijs bonum, præsertim habentibus cum ipso amante specialem aliquam coniuncti onem, qualis est inter parentes, & filios: virum & vxorem, cognatos, & affines, seruos, vicinos, collegas, & similes, præsertim etiam quando alij sunt boni & perfecti, pulchri & decori, vn de pulchritudo & bonitas alterius personæ non solum causat amorem concupiscentiæ stricte sumptum, quatenus ex re meliori maior vtilitas, vel delectatio percipitur sed amorem amicitiæ stricte sumptum, quatenus appetitus maiorem inclinationem habet ad bonum rei pulchrę, quam turpis, ceteris paribus iuxta hec: intelligendus est Dion. cap. 4. di. no. part. 1. inquiens pulchrum ac bonum omnibus esse desiderabile, amabile, ac diligibile, quam obrem græci aptissimo vocabulo pulchrium nominant. Calon a verbo Calin quod significat vocare & allicere quia scilicet quod bonum, & pulchrum est, facile omnes ad sui amorem vocat, & allicit vt merito Deus, cum summe bonus, atque pulcher sit, summe ac super omnia sit diligendus vt præcipitur Deu. 6. & Mat. 22. Quo spectat illa sententia D. Maximi in caput. 4. Diony. de diu. no. quam refert Ioannes Cyparisiotus in expositione materiaria decade

de. 5. cap. 2. Deus Calos ideſt pulcher dicitur, tum, quia tribuit omnibus pulchritudinem: tum quia omnia ad ſe Cali. Ideſt vocat. Hinc etiam ſanctitas, decor, & pulchritudo animi moribus patefacta amorem conciliat præſertim Deo adiuuante, vnde Tobię. 1. quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo dedit Deus illi gratiam in conſpectu Salmanaſar Regis & poteſtatē quocumque vellet ire, habens libertatem, quæcunque fare voluiſſet.

Similitudinem autem, & conſanguinitatem, & cognationem eſſe cauſam amoris amicitiæ ſtricte ſumptæ, & interdum concupiſcentiæ, patet eccleſiaſ. 13. omne animal diligit ſimile ſibi, omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. & Ariſtotel. 7. magn. moral. capite. 4. ſimilia ſimilibus mox gaudent, & homini homo iucundiſſimus. & 8. ethicorum. capite. 3. Omnis amicitia aut eſt ob bonum, aut ob voluptatem, vel ſimpliciter, vel amanti aut ob ſimilitudinem quandam, & Seneca. ep. 96. natura nos cognatos edidit cum ex ijſdem & in eadem gigneret. Hæc nobis, amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit. Quæ tamen cauſa per ſe conducit ad amorem, nam per accidens interdum contingit vt ſimilitudo alienet potius animum ab amanda re ſimili: vt cum duo ſimiles impedimento ſibi ſunt in alicuius boni conſecutione. Hoc docuit. Ariſtote. 2. Retho. cap. 4. inquiens ſimiles & eadem profitentes, facile ſe amant niſi turbent, & niſi eadem ex re vitæ ſubſidia conſequantur. Hoc enim pacto illud fieret, figulus figulo inuidet & aduerſatur, & prou. 13. inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia.

27 Ratio autem cur ſimilitudo amorem conciliat, eſt quia quiſque amat maxime id quod ſibi conuenit, iuxta Ariſtoti. 8. ethicorum. cap. 2. & 5. & Ciceronem de finibus aſſerentem, omne animal natura ſua ſibi eſſe conciliatiſsimum: ſimilitudo autem eſt vnitas, & identitas quædam; hinc fit vt alium mihi ſimilem tanquam alterum me apprehē dam, & ita illum amen.

Hinc etiam amor, quo alius me proſequitur, efficere ſolet, vt & ego illum amore proſequar, apprehendo enim illum vt alterum me, cuius etiam triplex alia ratio eſſe poteſt. 1. quia amor reddit amantem bonum & pulchrum ac proinde amabilem. 2. quam reddunt Platonici quia amore fit, vt incorde amantis figura & imago amati quaſi infigatur. Quia ergo homo amat ſuum eſſe, etiam imaginarium, ſeu in imagine, ideo amat amicum in cuius animo ſe ipſum, hoc eſt, ſuam imaginem intuetur. 3. ratio eſſe poteſt ducta ex amore concupiſcentiæ: quoniam enim amicus mihi vtilis eſt, eo quod ipſum amari bonum amato eſt: faciam ex amore concupiſcentiæ volo illi bonum, cui autem volo bonum vna ratione, facile appetam idem bonum alia ratione; ergo amicum cuius bonum opto amore concupiſcentiæ, facile amabo amore amicitiæ. Hinc ergo & beneficentia & beneuolentia, alterius amorem conciliat. Vnde. Seneca. ep. 9. monſtrabo tibi amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine vllo veneficæ carmine: ſi vis amari, ama, & Martialis ad Marcum. Hoc non fit verbis, Marce, vt ameris, ama. & 1. Ioan. 4. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos, & Auguſt. lib. de catechiz. rudib. capit. 4. ſi amare pigebat ſaltem redamare non pigeat, nulla enim maior eſt ad amorem incitatio, quam præuenire amando, & nimis durus eſt, qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit rependere. Huc ſpectat illud antiquorum Prouerbium, magnes amoris amor, & ſicut experientia docet & Auguſtinus teſtatur. 21. cinit. capite. 4. & Plinius. libr. 34. cap. 14. & lib. 36. cap. 16. à magnete ferreum anulum raptum, atque ſuſpenſum, deinde ferro, quod rapuit, vim dare, vt alium atrahat, & ſic deinceps, itaque catena anulorum ſolet vi magnetis connexorum fieri; ita vis amoris vnum amicum immediate conciliat, & medio illo alium: ita vt ſola vi ipſius amoris amicorum catena fiat & loquimur de amore, beneficijs, ſi fieri poteſt, oſtenſo. vnde Critobulus vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, vt refert Suidas in verb. Critobulus, dicebat, amico bene, faciendum eſſe, quo magis amicus fiat, ex inimico amicum eſſe faciendum, & Xenophon dicente quodam apud Ageſilaum lacedemoniorum regem, officium regis eſſe amicis præmia, inimicus mala reddere, reſpondit, melius dixiſſes, officium regis eſſe ex inimicis amicos ſuis beneficij facere & Fabius Maximus apud Eraſmū in apotheg. lib. 5. verbo Fabius numer. 25. dicebat abſurdum videri, ſi cum equos & canes venaticos familiaritate ciboque ciuremus potius quam catenis, ac verberibus, homines feroces animo non humanitate ac beneficijs nobis conciliemus, ſed, aſperiores in illos ſinus; quam agricolæ ſunt in caprificos ac malos Syluęſtres & Oleaſtros qui hos non protinus excindunt, ſed niſitione docent miteſcere. & Seneca libr. 4. de beneficijs propoſitum optimi viri & ingentis animi eſt tandiu ferre ingratum, donec feceris gratum: ſic Iacob fratrem Eſau muneribus placauit & ex inimico amicū fecit.

fecit Genes.32.similia exẽpla de Philippo Alexandri patre,& de Ioanne Eleemosynario leguntur.De Heliseo vide.4.Regũ.6.eo demque spectat illud Osee.11. infuniculis Adam traham eos,in vinculis charitatis,& Rom.12 si esurierit inimicus tuus ciba illũ, si sitit,potum da illi:hoc enim faciẽs carbones ignis congeres super caput eius, & illud de Hercule,qui igne Hidram vicit,ignis maxime leonem terret, vt ait Plinius lib.8. c.16. sic ignis charitatis & amoris furorem inimici vincit,& in amorem conuertit:calor solis citius,certiusq nudat hominẽ, quam Aquilo,vt habet Plutarc.in apothe. Ad Titum.3. ait Paulus,eramus aliquãdo odibiles odiẽtes:sic ergo erimus amabiles, si fuerimus amantes.

28. Ex eisdem radicibus prouenit, vt cõgratulatio,compassio,indigentia, qua alijs indigeo,amor quo alij meos prosequuntur amicos, & pleraq. huiusmodi in me amorẽ concilient, aliũq. apud me amabilem reddant,vt copiose,& pulcherrime docet Aristo.2. Rhet.c.4. inquiens,amabiles esse congratulantes in bonis,& condolentes in malis,amantes eorum,quos ipse amas,benefi cos,modestos,non curiosos,virtute excellẽtes,& claros, vel apud omnes, vel apud optimos,iucundos,& faciles inconsuetudine,& nec contentiosos,neq.pertinaces:omnes.n. hi pugnaces sunt: item tam illudere,quam sufferre aptos,laudatores boni,mundos cultu corporis,nõ exprobrãtes,neq.memores iniurię,& reconciliabiles,non contradicentes:pugnaces.n. hi sunt,item nostra admirãtes,similes,eos,qui similiter absentes,& prę sentes diligũt,quo circa,inquit, qui indefunctos huiusmodi sunt, hos cuncti amant, & vniuersaliter(inquit) studiosos, nimirũ in amicos,neq. de relinquentes:nam ex omnibus bonis,amici summopere diliguntur.

Amb. Amb.2.offici.c.7.primũ affirmat,dandã esse operam vnicuiq. vt aliorũ beneuolentiã atq. amorem sibi conciliet.Deinde quo modo id fieri possit præclaris rationibus, & exemplis sanctorũ docet.Primũ(inquit) nouerimus,nihil tam vtile,quam diligi,nihil tam inutile,quam non amari.Nam odio haberi exitiale arbitror, itaq.id agamus, vt omni sedulitate cõmendemus existimationẽ,opinionẽq. nostrã.Ac primũ placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectũ hominum.Popularis.n. & grata est omnibus bonitas,nihilq. quod tã facile illabat humanis sensibus. Ea si mansuetudine morũ,& facilitate animi,& moderatione prę cepti,& affabilitate sermonis verborũq. honore,patiẽti quoq.sermonũ vice modestięq. adiuuẽt gratia,incredibile quãtũ ꝓcedit ad cumulũ dilectionis.Postea subiũgit exẽpla Mosis,& Dauid,& rursus monet, vt charitatẽ,& beneuolentiã aliorũ erga nos assequi curemus.Merito(inquit)sapiens dicit, perde pecuniã propter fratrem,& amicum:siquidem vitę,& immortalitatis medicamentum in amico esse ecclesiasticus sermo testatur,& summũ in charitate esse præsidiũ nemo dubitauerit, cũ Apostolus dicat, omnia sustinet, caritas nunquam cadit. Et eodem lib.c.19.plurimũ iuuat beneuolentia, quę omnes studet benefícijs amplecti, devincire officijs, oppignorare gratia,affabilitatem quoq. sermonũ diximus ad conciliãdam gratiam valere plurimum:sed hãc volumus esse sinceram,ac sobriam sine vlla adulatione, ne simplicitatem, ac puritatem alloquii dedeceat sermonis adulatio.Forma enim debemus esse cæteris non solum in opere,sed etiã in sermone,in castitate,ac fide. Quales haberi volumus,tales simus, & qualem affectum habemus, talem aperiamus. Monet his verbis Amb. ita placidum esse hominibus,vt tamen Deum non offendamus.Nam amicus vsq.ad aras,& Tullius de officijs.c. de amicitia,hæc igitur.1.lex.in amicitia sanciatur, vt neq. petamus turpe quicquam,neq. faciamus rogati. Et Paulus Galat. 1. an quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Alioqui tamen. 1. Corint. 10. ait sine offensione estote Iudęis, & gentibus, & Ecclesię Dei, sicut ego per omnia omnibus placeo.

29. Si prædicta recte cognoscuntur, maxime mouent ad aliorum hominum, vel rerum amorem, licet alię rerũ qualitates proprietates, & conditiones vix, aut nullo modo attingantur: sic scientiam rei, quam scire cupimus,licet imperfecte cognoscamus quia eius obiectum confuse tantum cognoscimus; tamen amare possumus vehemẽter: quia eius bonitatem, excellentiam, & dignitatem, aut etiam vtilitatem recte cognoscimus. Vnde Augustin. 10. Trinit. c.2. Quilibet studiosus, quilibet curiosus non amat incognita, etiam cum ardentissimo appetitu instat scire, quod nescit, & D.Th. quęst.27.a.2. ad 2. eodem exemplo docet, quod imperfecte cognoscitur, esse perfecte amari. De causis amoris pauca quędam dicit Azor. tom. 1. lib. 3. c.5. q. 1.

Amoris passio vehementissima,& efficacissima est, vt amor voluntatis. Cant.8. fortis est, vt mors dilectio, & Poëta quis modus adsit amori? Ideo innumera, nisi ei resistatur, afferre mala potest, cum nimia, aut ex obiecto, ipso peruersa

est. Vnde Aug.22.ciui.c.22.ait,ex hoc amore rerũ vanarũ,atq.noxiarũ mordaces curę perturbationes,mœrores,formidines,insana gaudia,discordię,lites, bella, insidiæ, iracundiæ,inimicitię,fallaciæ adulatio,fraus,furtum,rapina,perfidia,superbia,ambitio, inuidentia,homicidia, parricidia,cruditates,seuitia,nequitia,luxuria,petulantia,impudentia,impuditia,fornicatio, adulteria, incesta, tot stupra,atq.inimicitiæ,quas turpe est etiam dicere,sacrilegia hæresesq. blasphemiæ,periuria,oppressiones,inocentiũ calũniæ, circũuentiones, præuaricationes, falsa testimonia,iniqua iudicia,violentia,latrocinia, & quidquid taliũ malorũ in mentem nunc nõ venit,& tñ de vita ista hominũ nõ recedit, & Plautus in Mercatore, vbi ait.

Nam amorem hęc cuncta vitãi sectar solent.Cura,ægritudo nimiaq.elegantia.Hoc non illũ modo qui amet,sed quenq attigit, Magno atq.solido mulctat infortunio. Nec pol profecto quisquã sine grandi malo.Prę terquã res patitur,studet elegantiæ. Sed amori accedunt vltra hæc quæ diximus insomnia,ærũna,error & terror,& fuga.Ineptia,stultitiaq. adeo,& temeritas incogitantia, excorsmodestia. Petulantia cupiditas & maleuolẽtia; in hæret etiam auiditas desidia,iniuria. Inopia contumelia, & dispendiũ.Hæc merito,& eleganter Plautus.Initio enim leuis amor est,placideq. animũ delinit: postea tñ altius insidet, tuncq. magno labore extirpatur.Hinc quosdã amore immoderato flagrantes in insaniam adductos fuisse legimus,alios miserrime perijsse, non paucos turpisima scelera cõmisisse: plena est vita hominum huiusmodi exemplis,plena plenæq.historię atq. ipsa poëtarum scripta, quę nihil fere aliud auribus nostris insonant quam amoris vim magnã,quã in multis describunt; vt in Didone, quæ Aeneæ amore capta sibi manũ attulit. In Medea, quæ patrem prodidit,fratrem dilaniauit,& in alijs quorũ amores tragędiæ concelebrãt, quoniam ergo amor initio leuis est, prius extinguatur, quã latius serpat per animum,nequeatq.facile euelli:nã & hoc amorum magister Ouidius in arte sua docuit. Principijs obsta, sero medicina paratur,cũ mala per longas conualuere moras. Siquidem exigua admodum scintilla magna sæpe incendia excitat,& neglectus principio morbus acrius ingrauescere solet. Quo circa bene poëta idem monet.Dum nouuseſt cœpto potius pugnemus amori,flamma recens parua sparsa resedit aqua.

30. Propterea oportet remedia quędam adhibere ad impediendum, minuendum, vel compescendum, seu reprimendũ amorem noxium. Quæ contraria esse debent causis ex quibus amorem prodire diximus. 1. Ergo expedit cogitationẽ sensusq. auertere ab obiecto,cuius amor nocere potest,ne boni species in eo apparens amorem excitet, vt genes. 3. vidit mulier, quod bonũ esset lignũ ad vescendum,& pulchrum oculis,aspectuq. delectabile, & tulit defructu illius, & comedit, & Genes. 6. cum cæpissent homines multiplicari super terrã, & filias procreassent,vidẽtes filij Dei(ideſt à iusto seth descendentes) filias hominum, quod essent pulchrę. Iudith. 10. Holofernes captus est in oculis suis,&.c. 16. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, & pulchritudo illius captiuam fecit animam illius,& Dauid aspectu Bethsabee corruit. 2. Regum. 11. vnde Iob. 31. pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine, & Greg. nõ licet videre, quod non licet concupiscere, applicari solet illud Ieremiæ. 9. ascendit mors per fenestras vestras, ideſt per sensus vestros. Hinc verbũ Ereo. Quod significat amare deducunt, ab Oran, quod significat videre, quia ex aspectu nascitur amor Plato autem deducit ab itrin. Quod significat influere, quia amor extrinsecus per oculos influit.

2. Prodest studiose etiam ea mala disquirere, & ponderare quæ circa rem amatam poterunt ocurrere, vt ab ea animũ alienẽt. Recte enim Arist. 2. Reth. c. 4. de inimicitia, inquit,& odio ex contrarijs est perspiciendũ, & certe cũ amor peruersus semper sit circa rem creatã,nec vllares creata sit, quę non subiaceat multis vitijs,atq. defectibus, semper in re peruerse amata occurrere poterũt defectus aliqui,rõne quorũ displiceat.

3. Incõmoda etiam perpendenda quæ affert peruersus amor,eiusmodi sunt illa Terentij recitata quoq.à Cicerone Tusc. 4.

Iniuriæ.

Suspiciones inimicitiæ induciæ
Bellũ,pax rursũ,incerta hæc,situ postulas
Ratione certa facere,nihilo plus agas
Quam sides operam,vt cũ rõne insanias.

Sed ex omnibus incõmodis maximum atq.grauissimum est offensio Dei,& reatus æternæ damnationes ps. 10.qui diligit iniquitatem odit animam suam. 4. Occupanda mens alijs rebus,desidiaq.vitanda. Vnde Diogen.apud Laertiũ lib.6.dicebat,amorẽ esse otiosorum negotiũ, quod hic affectus potissimum occupat otio deditos,ita fit, inquit,vt dum otio vacant,in rem negotiosissimã incidant,bene etiã alius dixit, amanti esse animũ ad alia studia abducendum, vel 31.

locum

locum etiã illi mutandũ, vt diuersis curis distractus priorẽ curam negligat. 5. Ad alia quæ vere amabilia sunt cõuertendus est animus,& in primis ad Deũ qui vt summè bonus,ita quoq. summe amabilis est.Ita enim fiet vt bono amore malus tãquã clauus clauo pellatur:quod fuit quoq præceptum veterũ philosophorũ. vt. q.4.Tuscul.Cicero. commemorat.

Effectus amoris. Effectus amoris de quibus D.Th.q.28. Azor.to.1.li.3.c.5.q.2. sunt, 1. vnio,ex Platone in sympolio, seu conuiuio de amore, & Arist.2.polit.c.2.vbi ex Aristophane docet ex amantibus fieri quasi vnum,& Dion.4. c. diui.no.p.2.vbi propterea vocat amorem virtutẽ cõmiscentẽ vndeverbũ,philia,quod amicitiã significat dicit aphilin, quod est ligare,vincire & nectere,est. n.amor vinculũ quoddam,&nexus. Vnit autẽ amordupliciter. 1. quidem formaliter quatenus ipse est actualis propensio, seu inclinatio, & motus in amatũ,& amor amicitiæ stricte dictus amicũ respicit,vt alterũ se. 2. Effectiue quatenus cõuertit cogitationẽ amantis in amatũ,& excitat amantẽ,vt quęrat præterea cõiunctionem realẽ,quã possit habere cũ re amata,vtrũq. modũ vnionis attigit Aug. 8. trini.c.10.dicens,amorẽ esse veluti iunturã quãdam,quę amantẽ cũ re amata copulat, vel copulare appetit, de hoc effectu,& sequenti.Vide D. Th.q.28.a.1.2.& 3.Caie.ibi & Ber.ser. 83.in cant. vbi docet,amorẽ esse vinculũ,& nexũ perfectissimũ,quia amicorũ est idem velle, & idẽ,nolle, & ideo illud etiã vocat contractũ,& cõplexũ quẽdã. An vero vnio per amorẽ maior sit,quã per cognitionẽ tractat Caie.q.28.a.1.dicendũ autẽ est has vniones esse diuersę rationis, & vix cõparari posse, mutuoq. se excedere: nam quatenus potentia cognoscitiua obiectum suũ quodã modo ad se trahit illius imaginẽ inse ipsa depingens,dicitur magis coniungi intentionaliter obiecto,quã appetitus:vt vero potentia appetitiua fertur in amatũ ipsum,vt est in re,& propendet in ipsum,& est principiũ realis cõiunctionis, superat quodã modo,& magis vnire dicit̃ homẽ cũ amato. 2. Effectus extasis idest, abstractio, vel 32. alienatio à se ipso,quẽ effectũ pręstat amor amicitiæ,formaliter quidẽ,quia per eũ non sua bona curat,sed amici Effectiue aũt,quatenus efficit,vt amans,assidue de re amata cogitet,& hoc 2.cõe est amori concupiscẽtię,qui etiã formaliter extasim causat,quia est latio quædã &motus in rẽ amatã,sed minus propriemã qui sibi cõsulit,in se manere videtur & ad semetipsum,se cõuertere.Hũc effectũ in diuino amore notauit Diony.c.4 diui.no.p.1.dicẽs.Est mẽtis secessũ extasim, faciẽs amor diuinus,amatores,sui iuris esse nõ sinens,sed in ea quę amãt penitus tranferens,id circo, &Paulus ille magnus cũ diuino amore flagraret,excessiuæ illius virtutis particeps factus, viuo, inquit,iã nõ ego, viuit vero in meChristus;tanquã verus amator mẽtis excessum patiẽs. Audebimus, & id loqui quod ipse quoq. autor omniũ pro amatorię bonitatis magnitudine extrase sit ad omnia,quę sunt,pertingendo multiplicis prouidẽtięrõne. Ratione huius effectus dicitur amor ponere amãtẽ in amato, & anima magis esse vbi amat,quã vbi animat,& vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuũ Luc.12 licet alia rõne amatũ dicatur esse in amãte, videlicet sim̃ suam imaginẽ,& affectũ, vt ait Paulus eoquod habeã vos in corde.Phili.1. in cordibus nostris estis.2.cor.7.& 1.Io. 4. qui manet in charitate,in Deo manet.

Ratione etiã huius effectus dicitur amor rapere amãtẽ,seu cor,& animã eius in amatũ Vnde Eros nomẽ græcũ,quod amorem significat,quidã dictũ putãt à verbo græco Erao,quod significat,amore captũ esse, seu teneri. Alio modo hic affectus intelligitur, vt extasis,& raptus sit quædã abstractio,& alienatio à sensibus, quæ interdũ ex vehemẽti amore sequitur,quo omnes inferiorũ potentiarũ operationes impediuntur,quod vel ex consuetudine quadã,vel natura facili vel causa extrinseca,nempe Deo,aut dæmone accidere põt adiuuante noua aliqua apræhẽsione rei amatę,& bonitatis eius,quę in magnã admirationẽ rapiat, vide Fracastorium lib. de sympathia. c.20.

Alio modo intelligi põt hęc extasis,& 33. alienatio mẽtis,vt sit genus quoddã amẽtiæ, nã amans ea facere solet, quę stulta,& insana videntur,quo pacto quidã dixit.Amare & nõ insanire,vix Deo cõceditur.Sic aliqui interpretãtur.Id Philip.2. exinaniuit semet ipsum formã serui accipiens & id Mat. 17. loquebãtur de excessu,& id,ppter nimiam charitatẽ suã,qua dilexit nos,& id,siue mẽte excedimus Deo siue sobrij sumus vobis &id,põdicamus Iesum Christũ, & hunc crucifixũ Iudæis quidẽ scandalũ : gentibus aũt stultitiã. Hinc B Augu.postquã.4 confess.c. 6.dixit ,ppter amicũ defunctũ. Ille alter erã. Bene quidã dixit de amico suo,dimidiũ animę meæ,nã ego sensi aĩam meã,& animã illius vnã fuisse animã in duobus corporibus, & ideo mihi horrori erat vita,quia nollebã dimidius viuere,& ideo forte mori metuebã,ne totus ille moreretur, quẽ multũ amauerã.Subiũgit. c.7.O dementiã nescientem diligere homines humaniter , o stultum hominem immoderate humana patientem: quod ego tunc eram, &c. Sed. 2. retract.

c.6.ait in 4.lib.confessionum,cum de amici morte animi meimiseriã confiterer,dicens, quod anima mea vna quodam modo facta erat ex duabus,& ideo,inquam,forte,mori metuebã, ne totus ille moreretur, quẽ multum amaueram, quæ mihi magis quasi declamatio leuis, quam grauis confessio videtur,quamuis vt cumq.temperata sit,hæc ineptia in eo, quod additum est forte.

34. 3. Inter amoris effectus numeratus Zelus,qui est vehemens appetitus remouendi ea,quæ obstant,& sunt contraria possesioni rei amatæ amore concupiscentię, vel bono rei amatę amore amicitiæ,atq. ideo Diony. c.4.Diuin.no. ait,Deum in scripturis Zelotẽ dici,Exod. 20. vt vehementẽ ad ea,quæ sunt clemẽter amanda. De hoc effectu agit D.Tho.q.28. ar.4. Gilbertus serm.13.in cãtic. 4.Effectus est feruor quidã,seu calor de quo D. Tho. q. 28.a.5.ad arg. & q. 28.a.2 & cant. 8. lampades eius,lampades ignis atq.flamarum,&Diony.c.7.cælestis hierar. inter alias proprietates ad amorem Seraphim pertinentes,ponit calidum,&acutum & super feruens.Et Virgi.Est mollis flãma medullas interea,& tacito viuit sub pectore vulnus. Huic similis est alius qui dicitur liquefactio.cant.5.anima mea liquefacta est. Langor etiam,& fruitio inter effectus amoris numerãtur. De his quoq. tribus agit D. Tho. q. 28.a. 5. ad argu. quæ quidem nomina,si ad ipsum motum appetitus,qui est amor,referantur,exponenda sunt metaphorice, id quod facit D. Tho. dicto.a.5. langor enim ille significat tristitiamquandam, ęrumnã,& animi ægritudinem,quo nomine vtitur Cicero.3.& 4. tuscul.licet non multũ probetur ab Aug. 14. ciuit.c. 7.si res amata sit absens, oritur languor:si vero sit præsens,oritur fruitio,seu lętitia.Liquefactio autem significat aptitudinem quandam ad recipiendam rem amatam.Calor autẽ,&feruor significant promptitudinem amantis ad operandum, vel exequendum, id quod oportet rei amatę,seu intensum desiderium consequendi rem amatam ; si vero proprie sumantur referenda sunt ad quosdam corporales effectus, qui ex amore sensitiuo perse,& immediate, ex intellectiuo autem per accidens,& medio amore sensitiuo, in corpore resultant,vt ibidem attigit D. Th. Ex amore enim motus cordis vehementior est,& ideo calorẽ causat, seu feruorem; vnde amor,ignis dicitur,cant.8.Iob.31.ignis est vsq. ad perditionem deuorans, & Osee.7. omnes fornicantes quasi clibanus ignis,& Aeneid.4.cęcocarpitur igne,& quia ignis est, liquefacit, & emollit calore suo, ipsius corporis partes,& quia eo calore resoluuntur spiritus vitales,& animales,adiuuante ad eam resolutionem,& consumptionem vehementi cogitatione,fixa in re amata,& hinc sequitur deliquium,& languor, & infirmitas corporis,ad quam iuuat etiam tristitia, & ægritudo animi de absentia rei amatæ,& ideo D.Tho. illo a. 5. dixit accidit, quod amor sit lęsiuus corporis propter excessum immutationis,sicut accidit insensu, & in omni actu virtutis animæ,quę exercetur per aliquam immutationem organi corporalis.Languorem autem sic exponit Ber.ser.51.in cant. cum præsto est,quod amatur,viget amor,lãguet,cũ ab est.Quod non est aliud quam tędium quoddam impatientis desiderij,quo necesse est affici mentem vehementer amantis absentem, dum totus in expectatione quantamlibet festinationem reputat tarditatem. Vide Richardum de S. Victore lib.de gradib.charita.c. 4.& lib. de gradib. violentæ charitatis per totũ,vbi late explicat,quomodo amor vulneret,liget,liquefaciat, defectũ, seu deliquium efficiat,& languorem adducat.

Deniq. D. Tho.q. 28.a.6.docet omnes actiones,quæ procedunt ex appetitu alicuius boni, esse effectus amoris,& quæst. 25. ar. 2.amorem esse principium omnium affectum.Vnde Diony c.4. diuin.no.parte.1 & 4. ait,propter amorem boni omnia geri & appeti,& malũ odio haberi, & Ber. ser. 83.in can.amor vbi venerit cæteros in se omnes traducit, & captiuat affectus. Sic Aug. 14. ciuit.c. 7.ait,amorem esse gaudium, & delectationem,&c,scilicet causaliter. Sic fauor est amor,de quo Azor. to.1.lib.3.c.6.

Sectio. 2. de odio D.Thom. q. 29.

QVia oppositorũ eadem est disciplina,&opposita iuxta sepo 35.
sita magis est lucescunt, merito D.Tho.imitantes, postquã de amore egimus, de odio statim agimus.Odiũ definitur à D.Tho.q.29 a.1. vt sit dissonantia quædã,& alienatio appetitus erga id,quod ęstimatur vt noxium, atq.adeo malũ,videlicet abstrahendo apræsenti pręterito, & futuro. Agimus.n. modo de simplici odio, quod simplici amori opponi diximus;Eã autẽ descriptionẽ ait Valen.disp.3.q.3. pun.1.in odiũ proprie acceptum conuenire, quod nominari põt odium abominationis seu fugę : nam, vt Caiet. recte eo loco notat, est aliud quoddã odium, quod dicitur inimicitię,quo nimirũ volumus malũ ipsi inimico,& hoc odium inimicitiæ nõ cõsistit in abominatione,&fuga appetitus,sed potius in ꝓsecutione quadã,atq.ita

Definitio odij.

non

non adeo proprie est odium, sicut, illud alterum abominationis. Hæc Valentia ex Caiet. docente, odiū inimicitiæ, quia est velle, seu appetere alteri malum, non in fuga, sed in prosecutione quadā consistere. Alijs placet odium, & omnem actū appetitus prosecutionē, & appetionē esse: nam sicut omnis actus potentię cognoscētis est cognitio: ita & appetentis appetitio, ac proinde prosecutio: certe dissensus formaliter est assensus quidam, quo iudico propositionē esse falsam. l. Petrū nō esse alium: ergo odium erit appetitio, qua mihi appeto carentiā alicuius mali, vel qua appeto alteri malum, nam odiū inimicitiæ est velle alicui malum, quia persona est infensa, vt docet Azor tom. 1. lib. 3. c. 12. q. 1. & 2. Vaz. 1. p. d. sp. 84. c. 3.

Auctor. Hanc sententiam existimo veram in alijs actibus appetitus, qui non respiciunt bonū, aut malū, vt præsens, hi enim non sunt prosecutiones formaliter, nec virtute, licet delectatio, quæ versatur circa bonū præsens ex prosecutione, nempe, amore oriatur; nec tristitia est delectatio quędam. Nam si tristitia est delectatio quædam, quæro de quo? de absentia boni, & prędentia mali esse non potest: quia hæc non delectant: de prędentia autem boni, & absentia mali non est tristitia: ergo nulla tristitia est delectatio; odium autē appetitus quidā esse potest; quia possumus appetere carentia mali, & hoc est odio habere malum: possumus etiā alicui appetere malū intuitu alicuius boni, & hoc est illum odio habere, non improprie, vt putant nonnulli, sed proprijssime, quia est habere animū alienum, & auersum ab illo ideſt à bono illius. Vnde Nyssenus hom. 8. in ecclesiastem ait, odium inimicitię esse auersionē ab eo, quod molestia afficit. Vnde, & hoc odium est vere fuga, & recessus à persona odio habita; quamuis sit accessus ad malum eius, & prosecutio quędam illius, sicut assensus, quo iudico propositionem esse falsam, vel non ita esse, quod per illam significatur, est verus dissensus talis propositionis, sicut in motu locali recessus ad vnū locum est vere, & realiter, recessus ab alio, & generatio est motus à non esse ad esse, & recessus à non esse, accessusque ad esse, & sic in alijs multis; nec enim est in conueniens idem respectu diuersorum esse prosecutionem, & fugam; accessum, & recessum; assensum & dissensum; sicut autē quies in vno termino non est quies in alio: ita nec delectatio, quæ est naturalis quies in bono, est quies violenta in malo; ac proinde nec tristitia, quæ est violenta quies in malo. Est igitur odiū inimicitię vere, & proprie odiū, non minus quam amor amicitiæ est vere, & proprie amor, & sumitur ex Aristo. 2. Rhetto. c. 4. tū quia omne odium est prosecutio, nullū bonū possumus odio habere, nisi sub rōne boni. Vnde proximo malū velle non possumus nisi intuitu alicuius boni: quod si sit bonū ipsius, nō dicemur illū odio habere, sed potius amare. Item nec si sit bonum meū, vel tertij nisi adhoc mouear, eo quod ille sit aduersarius meus, vel alterius, quem amē, ac proinde eius ruinam, & destructionē, aut damnū reputē meū. l. amici cōmodū, propterea illā ruinā amē. Sic. n. eam amē inuindictā, vel alia rōne iā non erit proprie odiū, sed ira, vel alius affectus. Id etiā hic ad aduertēdū est, odiū inimicitiæ dici posse abominationis, & fugę, quāuis cōmuniter solū odiū mali contrarij bono concupito, seu desiderato, appellari soleat odium abominationis, & fugæ.

Ex quibus patet, quod nā sit obiectum odij inimicitię, & abominationis, quod odio haberi dicitur. Nā obiectū odij abominationis, est malū meum, vel alterius: malū autē, vel est priuatio boni, vel est aliquid positiuū, cui annexa est illa priuatio, & ratione illius odio haberi dicitur, sicut rōne eius est malū; nam malicia formalis cōsistit in sola priuatione, vt tract. 7. dictū est. Obiectū vero odij inimicitię est res, & persona cui malū concupisco, quā cōtingit, nō esse malā, sed odio haberi, quia intulit, vel inferre pōt malum, & eadē rōne timeri pōt. Hoc vltimū docet D. Tho. q. 42. a. 1. illud vero prius. 2. 2. q. 34. a. 1. Vnde intelligitur, quod ait infra. q. 46. a. 6. hoc odiū habere pro obiecto duo mala, quod, & cui: quod est illud malū, quod alteri cōcupisco; Cui vero est ille alter, qui interdū est malus causaliter, & formaliter simul: interdū causaliter tm̄; vt patet quando odio habetur Deus, qui nō est formaliter malus moraliter, nec naturaliter, licet sit malus causaliter, quatenus pōt nobis pœnā, & dāna inferre. 36. *Corolariū*

Obiectio. Dices odiū inimicitię in prosecutione quadā cōsistit: ergo nō habet pro obiecto malū alterius, quia obiectū ꝓsecutionis est bonū, vt ait D. Th. q. 42. a. 1. R. Caie. q. 46. a. 6. & Horon. 11. margaritæ. c. 4. prosecutionē nūquā posse versari circa malū propriū: posse autē circa alienū, & sic odiū inimicitię versari circa malū ꝓximo inferēdū. Melius tū. R. Valen. illo pun. 1. oēm ꝓsecutionē ac proinde eā quę in odio inimicitiæ inueniturn, habere pro obiecto formali bonum: est enim cōcupiscentia mali alterius, quatenus id est malum rei repugnantis, cuius malum æstimatur propriū bonum ipsius hominis, vel bruti odio rem illam habētis: quamuis autem hoc odium attingat malum sub ratione boni, non propterea concedam Va-

lentiæ non esse proprie odium respectu personæ,cui malum cupio.

37. Causæ odij inimicitiæ numerantur ab Aristo.2. Rhet. cap.4. vbi ait, huius efficientia sunt ira,detractatio, & calumnia:ponuntur etiam à Foxio.2.Ethicæ.c.4.his verbis. Varijs de causis odium in homine gignitur:vel ex facti alicuius læsione, vt siquem ob illatã ab eo iniuriam oderimus:vel ex dictis conuitiantis, vel expraua suspicione, quã de incommoditate nostra capimus. Nonnulli etiam propter abditam naturæ dissimilitudinem alijs,vel sine causa male volunt. vnde est illud Martialis. Non amo te Sabide: nec possum dicere quare.Hoc tantum possum dicere, non amo te. Sed ij ad odium procliues,qui superbi ac suspicioſi. illi dum putant contemni se, aut in honore digno non haberi: hi autem quod ab alijs mali aliquid timent.Nascitur odium præcipue ex contrarijs opinioni causis, ex eius infidelitate,quem fidum putabamus; ex occulta maleuolentia amicitiã simulantis.Quod in Phedone Plato significans, odium, inquit, in homines tum gigni, cum nimium alicui sine consilio credimus,putamusq. illum verum ac sincerum,fidumq.virum esse: mox vero prauum atq. infidelem deprehẽdimus. Azor tom. 1.lib.3.cap. 12. quæst. 3. odio,inquit, habemus deformia,iniucunda, molesta, turpia, fastidium generantia,naturæ inimica,& aduersa. Hę odij causæ amputandę sunt, nequis odio habeatur: ne vero odio habeat adhibere debet causas amoris, quas sectio. præced. attigimus. Quando autem odium proximi peccatũ sit.2.2. q. 34.disputandum est. nunc tantum dico, odium simplex seu displicentiam simplicẽ perse loquendo non esse peccatum, saltem mortale,quia non est liberũ in se, sed in causa,quam non tenemur sub mortali ad impediẽdum hunc actum inefficacem impedire:per accidens autem posse esse malum, & mortale quando constituerit hominem in morali periculo odij efficacis in eo præuisi, & fuerit liberũ in causa nempe cognitione, ex qua necessario, & naturaliter resultat, vt de amore simplici etiam voluntatis dictum est tract. 6. naturaliter resultare ex cognitione bonitatis obiecti:odium vero efficax inimicitiæ, si est odium proprie dictum,semper est malum,& ea ratione nec Deus neq; beati proprie odio habent peccatores,iuxta id Diligis omnia quę sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Sap. 10. vt disp.1. sect.2. ad finẽ dixi.Late autem licet odio habere peccatores,non solum volendo, vt non peccent, sed etiam volendo, vt non sint, vel vt puniantur propter gloriam Dei,vel bonum cõmune, aut priuatum hominum.ps. 128.nonne qui oderunt te domine oderã, & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.In quo autem consistat odium proprie dictum, & inquo defferat ab ira, iam explicuimus, magisq. constabit cum de ira disseremus, & ibidem explicabitur quod q. 29.a.6 tractat D.Thom. an odium possit esse de re in vniuersali: ira vero tantum de re in particulari,vt ait Aristo. 2. Rheto.c.4.Parũ vero differre ab odio,cõstat ex Arist.5.polit.c. 10. particulã quadã odij debemus irã existimare,nã quodãmodo earũdẽ rerum causa existit,&est interdũ odio efficacior, vehementius.n.insurgũt irati, quia perturbatio hæc nõ vtitur ratione, & infra.Odiũ magis rationevtitur:nã ira cũ dolore fit quare non facile rõne vtitur:odiũ vero sine dolore Multa alia de odio habẽt Aristo. 2.Rheto.c.4 & Petrus Greg.in Synthaxi artis mirab.lib.39.c.28.Proprie perse & regulariter atq. in plurimũ nemo habet odio se ipsum,quia nõ vult sibi malũ, vt aduersario,sed propter aliquod bonũ propriũ vel alienũ.Lata autẽ acceptione, qui diligit iniquitatẽ,odit animã suã,& qui mortẽ sibi affert,vt huius vitæ miserias euadat, sed regulariter nemo carnẽ suã odio habetEphe. 5.vide D. Tho.q.29.a.4.

Quando odium sit peccatũ.

Sectio. 3. de concupiscentia seu desiderio & de fuga, seu abominatione D.Thom. q. 30.

38. POstquam dictum est de.1.combinatione passionum concupiscibilis,nempe,de simplici amore,& simplici odio, agendũ est de 2.combinatione,nempe,desiderio,& fuga,seu concupiscentia,& abominatione.Supponimus enim modo exprę cedentibus prę sertim ex disputatione præcedenti, Sectio.3. & tract. 6. dari actũ quẽdam amoris simplicis distinctum à desiderio,& delectatione, quamuis oppositũ senserit Grego.1.d. 1.q.2. ar. 2. post.4. probationem.2.conclusionis dicens,amorem rei absentis esse desiderium,prę sentis vero delectationem & nullum actum circa bonum dari in cõcupiscibili,& citat Aureolum qui ex parte illi consonat. 1. d.4.q. 2. ar. 2.dicens,amorem & concupiscentiam,seu desiderium idem esse, distingui autem à delectatione,& ideo duos tantũ actus circa bonum dari in concupiscibili.Vterq.breuiter impugnatur,quia bonũ præsens amatur:nõ delectatione,cum hæc nõ sit proprie amor neq. vero amatur desiderio:ergo alio actu medio intervtrũq.abstrahẽte à præsẽtia, & absen-

Gregor.

Aureol.

Impugnãtur.

absentia boni,vt recte docet Burid.7.Ethi. q.29.per totã,& tenent omnes qui in numero passionum concupiscibilis cõueniunt cũ D.Thom.ita etiam sentit Azor. tom. 1. lib. 1.cap.19.q.2.& cap.22.&.23.& lib.3.capit. 4.q. 2. & sequentib. Id vero bene notauit Valentia.disp. 3.q.4. puncto.1. late nomine concupiscentię compræhendi amorem, vt D.Thom.docuit. quæs.30.art.2.ad 2.ex Aug.lib.83.quæstionum.in 33.& nomine amoris concupiscentiam. Quo circa Grego. supra si vt mihi cum Caiet.q.4.art.2.videtur,de concupiscentia & amore proprie & stricte locutus est,falso dixit omnes authores,quos ipse vidit, docuisse concupiscentiam esse amorem:secus tamen si, vt sentit Valentia supra ,de amore late sumpto locutus est.Porro sępe in scriptura pro amore inordinato siue simplici siue efficaci sumi solet,vt.1.Ioan.2.quidquid est in mundo aut concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vitæ.Nos in præsenti proprie de concupiscentia loquimur, quæ est appetitus boni futuri nondum obtenti,de qua ecclesi. 18. post concupiscentias tuas ne eas.Et Nyssen.disp. de resurectione & anima concupiscentia est appetitio eius,quod deest,vel desiderium fruendæ voluptatis.Ambro.in id Psal.37.ante te omne desiderium meum, Concupiscentia & desiderium epithimia dicitur,sed concupiscentia & de bono & de malo dicitur. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini,pro bono.Psalm.83.in lege autem, non concupisces,vtique pro malo.Cupiditas autem secundum Scalige.lib de subtilitate,exercit.317.num.3.desideriũ dicitur, eo quod res quasi desideribus expectetur: vnde nõ male,aliqui desiderium cum, Y. scribunt. eodem loco ait Scalig. optationem & desiderium idem esse,licet exercit.310.num. 1. dicat optationem esse affectum præteritũ à Philosophis,& distingui a desiderio. Quia desiderium est optatio intensa : à voto vero,quia votũ est cum pollicitatione,cõtrariumque affectum proprio nomine carere;nã neq.fugere placet, neque ab horrere, neque abominari,neque detestari,neque repudiare.quædam enim horũ nimis atrocia sunt, & omnia circa res præsentes versantur.Illo vero num.3.ait desiderium, scilicet conditionatum,esse posse impossibilium & ad defectum significandum transferi. Quia scilicet desiderium semper est dere, quæ deest, vel de eius conseruatione futura, quæ etiam deest. Vnde cupiditas à Viues. 3. animæ cap. de cupiditate definitur.Est appetitus boni,quod conducibile videatur;vel assequendi,si absit,vel cõseruandi,cum adest.Cupiditas autem superior est desiderio.Hoc enim cupiditas rationalis seu rationem sequens, cui respondet gaudium;ideoq.nec desiderium nec gaudiũ est in brutis;ita docet.D.Thom.q.31.artic. 3.ad 2.

Diuiditur concupiscentia ab Arist. 3. Ethic.cap.vlti.& 1.Rhet.ca. 3.&.4. & Anton. 1.par.tit.6.cap.4.in principio. In naturalẽ & innaturalem,seu rationalem, quam diuisionem sic explicant aliqui apud Vaz.disp. 44.cap.2.vt concupiscentia naturalis dicatur,quæ oritut ex simplici apprehensione seu iudicio : rationalis vero,quæ ex iudicio compositionis : sed nullum profert authorem huius sententiæ, neque ego vllum vidi, ea vero facile reijcitur;nam istæ concupiscentiæ sunt etiam in appetitu sensitiuo in quo tamen nullum est iudicium compositionis.Deinde quia Aristo.D.Thom.& alij non sic distinguũt has concupiscentias ex parte obiecti vnde 2.hanc diuisionẽ explicãt Caieta.dicto.art.3.& Valen.disp. 3. q.4. puncto.2. vt naturales concupiscentiæ sint illæ,quæ oriuntur ex ipsa natura seu complexione animalis.hoc est quibus expetuntur ea quæ pertinent ad naturalem statũ animalis tuendum : innaturales vero, quæ oriuntur ex dispositione,quam habet concupiscens,non quatenus est præditum naturali cõplexione tali, sed quatenus æstimat sibi hoc aut illud congruere ad delectationem,vt si quis(quod est Caiet.exemplum) concupiscat adorari,quia æstimat hoc sibi delectabile,ac proinde est sibi conueniens, quatenus habet talem æstimationem. Sed melius licet fere in idẽ recidat dictur cũ Vaz.ibi cap. 3.naturales esse, quæ tẽdunt in obiecta simpliciter aut valde necessaria ad consistentiam indiuidui vel propagationẽ speciei.Et ideo,sũt quasi inuẽtæ à natura & communes proportionaliter & suo modo animalibus brutis. Innaturaliter vero sunt quæ versantur circa obiecta non sic necessaria:& ideo non est inditæ & inuentæ à natura,nec communes hominibus & brutis,sed sunt ex quadam inuentione rationis ad maiorem commoditatem vel delectationem,vel honorem,famam,potestatem,& si quæ sunt alia bona extrinseca. Vnde bene Viues.3.animæ.ca. de cupiditate:conducit bona partim ad esse partim ad bene esse, ad esse pertinent necessitates vitæ tuendæ ac propagandæ,quæ naturales nuncupãtur, cibus potio,medicina, ignis, tectum,indumentum,qui appetitus potius dicuntur quã cupiditates, in quibus impetu rapitur animus tacito naturæ stimulo punctus, atque incitatus, neque illiauscultat vt in siti & fame

39. Diuisio concupis.

mæ, quæ ideo maleſuada dicitur, & in prægnantium appetentijs, quæ picæ nominãtur. Vt bene autem ſit nobis accerſimus commoditates, vt cibum apte paratum, vinũ & ſeruiſiam in potionem, lanam & linum, tectum, adiuméta extrinſecus à belluis, & hominibus: tum voluptates & delicias per ſenſus omnes, quæ longius petuntur. Nos alia confingimus vt nobilitatem, decus, famã, dignitatem, opes, gloriam, & hæc omnia non ſolum numero, ſed ingenti mole ac magnitudine adauximus. Vnde examen erupit cupiditatum ſine termino vllo ac modo, vt merito Plinius ſecundus dicat, nulli animãtium libidem eſſe rerum omniũ maiorem, quam homini, cum alioqui pauciſsimis indigeat. Et in fine capitis poſtquam docuerat non in omnibus hominibus eſſe eaſdem cupiditates, ſed varias procuiuſque complexione, ingenio, ætate, diſpoſitione, ſubiungit, Cupiditates acceperunt ex rebus nomina particularia velut exære auiritia, ex honore ambitio, ex guſtu gula, ex venereis libido, & alia quæ ſunt infinita, & ſua cuique genti ac lin guæ in quo græci copioſi ſunt. Sed potiſsimũ annotantur ea in vſum vitæ in quibus vel vitiũ verſatur vel virtus, ſicut de pecunia honore ac dignitate, quæ ſunt iuſtitiæ: de guſtu & tactu quæ continentiæ: de cognoſcendo & ſciendo quæ curioſitatis. Nam indifferentia, vt cupiditas equorum, venationis, ſpectaculorum & alia infinita ſunt, ideoque ſub artis præcepta non veniunt neque vllũ fuerit ea perſeqni opere prætium. Hæc ille. Vnde patet concupiſcentias innaturales dici rationales, quod
40. earum obiecta à ratione inuẽta ſint. Dices quomodo ergo ſunt in appetitu ſenſitiuo hominis, qui ratione non ducitur ſed ſenſu? R. cum D. Thom. dicto. art. 3. ad 3. & Valen. ſupra appetitum ſenſitiuum in nobis duci ratione, ideſt cogitatiua, quę dicitur ratio particularis, quia ex coniunctione ad rationem vniuerſalem ſcilicet intellectum, quodammodo diſcurrit, & apprehendit, vt cõuenientia quædam, quæ, ab æſtimatiua brutorum (tametſi eiuſdem ſpeciei ſit cum cogitatiua hominis ex D. Thom. 1. p. q. 78. a. 4.) vel non percipiuntur vel non ſub ratione cõuenientiũ, & ideo à brutis non appetuntur. Patet quoque, quid ſibi voluerit Ariſ. 1. pol. c. 6. docẽs cõcupiſcẽtias innaturales, ſeu rationales eſſe infinitas; naturales vero cõmunes nobis & brutis eſſe finitas. De quo D. Thom. ar. 4. vbi multa Caietan. Sed res breuiter explicatur. Natura paucis contenta eſt, paucis indiget ad ſui cõſeruationem, & propagationẽ, ideo cupiditates, naturales quæ circa iſta, obiecta verſãtur, determinato neq. magno numero cõprehenſæ ſunt: infinita autẽ ſunt, quæ cõducere poſſunt ad maiorem commoditatem vel delectationẽ & bona extrinſeca, & ideo cupiditates innaturales, & rationales in infinitum progrediuntur: & ſpecie & numero & magnitudine obiectorũ, quæ potiſsimum cernitur in pecunia, quæ ſine termino vllo appetitur; quia illi obediunt omnia. Vnde Ariſto. loco citato, videtur quibuſdam hoc eſſe rei familiaris opus oportere conſeruare aut augere pecuniãin infinitum, & cauſa huius diſpoſitionis eſt ſtudium viuendi ſed non bene viuendi. Neque poteſt quicquam (inquit Valentia) aduerſum hanc infinitam diuitiarum cupiditatem grauius dici, quam id, quod dictum eſt a Paulo. 1. Tim. 6. qui volunt diuites fieri, incidunt intentationem, & in laqueum diaboli & in deſideria multa & nociua &c. quæ merito inutilia vocauit vt & Perſius exclamans O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane. Ac ſane Hipocrates epiſt. ad Damagetum grauiter deplorat conditionem hominis in eo, quod eius cupiditates ſint infinitę, cum brutorum ſint moderatæ. Animalia (inquit) bruta cũ ſuæ cupiditatis ſatura ſunt, pro tempore ac quieſcunt, nec vt plus habeant quærunt. Nullus vnquam leo humi taurum abſcondit, ſicit aper, quouſque aqua ſatur ſit. Lupus quoad ſe expleat deuorat, ſed ſatur factus, quieſcit. Pardus vltra expletionem nihil tunc vlterius quęrit. Taurus paſcendo expletus à pabulo deſiſtit. At homini vt ſe expleat nec dies, nec noctes ſatis ſunt. Vide etiam Senecam epiſt. 73. Plutarch. lib. de cupiditate diuitiarum. Quomodo deſiderium & ſpes diſtinguantur ex ſuperioribus patet, & tractat Azor. tom. 1. lib. 3. ca. 8. q. 3. in 4. vero de varijs concupiſcentijs, quæ ſolum diſtinguuntur ex obiecto materiali, vt ambitio, ſuperbia, auaritia, curioſitas, immo aliquæ non ſunt concupiſcentiæ ſed quidam actus externi, vt iactantia, arrogantia, pertinacia, proterua procacitas. De libidine autem quid ſit, agit q. 1. quæ ommito, quia nõ ſunt magni momenti.

41. Et generatim moderandam, aut frenandam concupiſcentiam docet Aug. 15. ciuit. cap. 7. quia Deus Geneſ. 4. dixit ad Cain, ſubter te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius. Vt & cap. 3. ad mulierem, ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Quod dictum eſt ad Cain (inquit Aug.) de vitioſa cõcupiſcentia, hoc iſto loco dicitur de peccatrice fęmina, vbi intelligendum eſt virum ad regendam vxorem animo carnẽ regenti ſimilẽ eſſe oportere. Propter quod dixit Apoſtolus, qui diligit vxorem ſeipſum dili-

diligit: nemo enim carnem ſuam odio habuit Epheſ.9. Ad frenandam hanc paſsionē danda eſt opera vt initio ſtatim compeſcatur, recte enim Seneca, epiſt. 86. facilius eſt initia affectuum prohibere, quam impetū regere. Et hoc eſt allidere paruulos ad Petram Pſalm. 136. Seruandum etiam præceptum Senec. 1, de tranquillitate c. 11. in fine. Ne aut quod non poſſumus conſequi concupiſcamus, aut adepti, cupiditatum vanitatem noſtrarum ſero poſt multum pudorem intelligamus. Ne aut labor irritus ſine effectu ſit, aut effectus labore indignus. Fere enim exhis triſtitia ſequitur: ſi aut non ſucceſit, aut ſucceſsus pudet. Prouerb. 23. noli laborare, vt diteris, ſed prudentiæ tuæ pone modum, ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient ſibi pēnas quaſi aquilæ & volabūt in cælum. Conſiderandæ etiam miſeriæ huius vitæ & præſertim mors, Epictetus in Enchirid. cap. 28. mors & omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur maxime vero mors, ſic nihil humile cogitabis, neq; impenſe cupies quicquam. recte etiam Valerius lib. 7. cap. 7. Ariſtotelis (inquit) vtiliſsimum præceptum, vt voluptates abeuntes conſideremus. Quas quidem ſic oſtendendo minuit: feſſas enim pœnitentiæque plenas animis noſtris ſubiecit, quo minus cupide repetantur. Et 1. Corint. 7. præterit figura huius mundi. Sed de voluptatibus ſequēti ſectione. De deſiderijs autem vitandis optime Antonius. 1. part. tit. 6. cap. 4. §. 2. p onderans locū citatum Pauli 1. Tim. 6. & Pſalm. 111. deſiderium peccatorū peribit. Et Roma. 13. carnis curam ne feceritis in deſideriis. & 2. Tim. 2. deſideria inutilia, alias iuuenilia, fuge. Et Hierem. 2. onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ atraxit, ventum amoris ſui. Et ad Titum. 2. abnegantes impietatem, & ſeculária deſideria &c. & multa alia loca ſcripturæ.

42. An vero cupiditates naturales & innaturales differant ſpecie. D. Thom. q. 30. art. 3. ad 2. ait, diuerſitas concupiſcentiarum naturalium, à non naturalibus non eſt materialis tantum, ſed etiam quodammodo formalis, in quantum procedit ex diuerſitate obiecti actiui: obiectum autem appetitus eſt bonum apprehenſum; vnde ad diuerſitatem actiui pertinet diuerſitas apprehenſionis, prout ſcilicet apprehenditur aliquid vt conueniens abſoluta apprehenſione ex qua cauſantur concupiſcentiæ naturales; quas Ariſt. 1. Rhet. cap. 11. vocat irrationales: & prout apprehenditur aliquid cum deliberatione, ex qua cauſantur concupiſcentiæ connaturales, quæ propter hoc loco citato dicuntur cum ratione. Vbi Caiet. quē ſequitur Valentia illo puncto. 2. ait, cognitionem non tantum eſſe conditionem; ſed rationem formalem ſubqua reſpectu actus appetendi, ideo has cupiditates, quæ diuerſum modum cognitionis ſequuntur, ſpecie differre, id que ſibi voluiſſe. D. Thom. quia dixit eiuſmodi paſsiones differe non ſolum materialiter. ſed etiā formaliter. Cū vero D. Tho. ead. q. art. 2. dixit, paſsiones naturales interſe ſolum differe materialiter, explicant iſti, non differre ſpecie: ſed numero tantum, idque dicunt intelligendum eſſe de diuerſitate numerica in eſſe naturæ, nam in eſſe moris ſpecie differe poſſunt. Idem ſentiunt de concupiſcentijs rationalibus ſeu innaturalibus. Mihi tamen videntur iſti non ſecuti mētē. D. Th. neq. veritatē. Nā diuerſitas ſpecifica obiectorū ineſſe naturæ ſufficit ad diuerſitatē ſpecificā actuū; & ideo etiam ineſſe naturæ differunt ſæpe ſpecie cupiditates naturales interſe & innaturles interſe. Sed hanc diſtinctionem ſpecificam: quia ſumitur præciſe ex obiectis materialis vocauit D. Thom. materialem: eam vero, quæ eſt inter concupiſcentias naturales, & innaturales, vocauit quodammodo formalem: quia ſumitur quodammodo ex diuerſitate potētiæ dirigentis eo quod naturales proueniunt ex directione ſolius ſenſus: rationales uero ex directione rationis ad modum explicatum. Dixerat autem D. Thom. illo ar. 2. diuerſitatem formalem eſſe, quæ ex diuerſitate potentiæ ſumitur. Auctor.

De abominatione, ſeu fuga cōtraria deſiderio patet ex dictis: quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina. Vnde & D. Thom. de hac paſsione tantum dicit. q. 30. ar. 2. ad. 3. eſſe innominatam, & interdum exprimi nomine timoris, vt cupiditas nomine ſpei.

Sectio. 4. de delectatione ſeu voluptate, & triſtitia ſeu dolore. D. Thom. quæſ. 31. vſq. ad 39.

43. POſtquam diſſerui mus de duabus combinationibus paſsionum concupiſcibilis. ſ. amore & odio, cupiditate & abominatione, reliquum eſt, vt de. 3. cōbinatione, ſcilicet delectationis & triſtitiæ dicamus, quoniam autem eadem fere doctrina eſt de hijs paſsionibus, & de delectatione & triſtitia voluntatis, quę de hijs actibus voluntatis & potiſsime de delectatione dicta ſunt, tract. 2. dum egimus de voluptatibus corporis, & de delectatione beatifica, & tract. 6. dum egimus de actu voluntatisqui eſt delectatio, præſenti diſputatio-

ni

ni accomodari poſſunt. De vera autem & falſa voluptate duos libros ſcripſit Flaminius Nobilius, de delectatione etiam Buridan.7.Ethic.à.q.18.vſque ad 30.Euſtratius 2.Ethic. 3.cap.Azor .tom.1.lib.1.ca.24. & lib.3.cap.10.

44. *Quæ ſit natura voluptatis.*

De natura voluptatis ſeu delectationis, & doloris ſeu triſtitiæ mirum eſt quã variæ ſint ſententiæ Philoſophorum. Fracaſtorius, lib de ſympathia.cap.18.tenet voluptatem eſſe boni perceptionem, triſtitiam autem ſeu dolorem, mali perceptionem Item voluptatem eſſe genus omnium affectuum qui naturę conueniunt, triſtitiam vero, quæ naturæ non conueniunt Primam partẽ huius opinionis tenet etiam Flaminius. 1. de felicitate, cap.12.his verbis. Voluptas quidem & dolor proprie ſignificant perceptionem in ſenſu: hic moleſtam, illa iucundã: ſicque initia potius affectionum ſunt, quam affectiones; ſed ob maximam coniunctionẽ factum eſt, vt propenſionem quoq. vel receſſum appetitus ſignificarent: quod iam affectio eſt. Ex quo initia affectionum & affectiones vocari queunt. Nos vt totares melius percipiatur, initia affectionum ſtatuemus. Hæc ille, qui poſtea docet: de voluptate & dolore, vt ſunt cognitiones, oriri gaudium, & ægritudinem, quæ minus proprie ſunt voluptas & dolor. Idem latius docet lib.2.de vera & falſa voluptate. Quæ ſententia eſt contra Ariſto.10.Ethich.c.4.vbi ſtatuit voluptate perfici muneris functionem ſiue operationem mentis & ſenſus, tamquã finem inde ex orientem, vt decor perficit iuuentutem, & cap.5.non tamen videtur voluptas aut ratio aut ſenſus eſſe: abſurdum enim fuerit, ſed propterea quod non ſeparantur, idem eſſe nonnulli exiſtimant. Vbi omnes interpretes vt ipſe Flamin. fatetur nomine rationis & ſenſus operationes harum potentiarum intelligunt, nemo enim vnquam dixit voluptatem eſſe ipſam potẽtiam intellectiuam, aut ſenſitiuam cum manifeſte conſtet eas dari ſine voluptate: vnde & multi ibi vertunt, operationem ſenſus & mentis, & ex toto illo.cap.4.&.5. conſtat diſtinguere voluptatem ab operatione mẽtis, & ſenſu. Quod vero.7.Ethich.ca.12.ait, voluptatem eſſe functionem muneris non impeditam habitus illius, qui cum natura conſentiat, vt ſapientiæ &c. Ex quo ſumpſit Nemeſ. lib de natura homi.cap.18 ſeu Nyſ. 4.Philoſoph.ca.11.Euſtratius 2. Ethic.ca. 3. Intelligitur in ſenſu cauſali: quia voluptas naturaliter dimanat ex tali operatione impedita per inconſiderationem bonitatis, illius & hunc eſſe ſenſum Ariſt. patet ex contextu ipſo & ex interpretibus.

Sed recte Scaligerus lib.de ſubtilit.exercit.316.num.1.reprehendit Fracaſtorium, & ait voluptatem, & triſtitiam ſeu dolorem non eſſe perceptiones, ſed affectus quoſdã poſt perceptionem, quæ eſt opinio D.Tho. & fere omnium, nam voluptatem, & dolorem inter affectus numerant, & ita Thom. à Veiga Eborenſis.2.de locis affectus ſectione.1.optime probat, dolorem non eſſe ſenſionem, vt quidam arbitrabantur. Et eodẽ loco contra alios, non eſſe externum aliquod ſenſibile. Affectus enim externum ſenſibile eſſe non poteſt, cum non ſit calor, ſonus, odor, ſapor, nec alia de obiectis externorum ſenſum. Non tamen placet quod ipſe probabile putat, dolorem percipi à ſenſu interno, alioqui poſſet appetitus reflexionẽ facere in proprios actus, quod falſum eſt. Solus enim intellectus & voluntas reflexionem habere poſſunt. Vnde recte Galenus ſuper Hipocrat.2.Aphoris.cap.6.ait, aſſueta phraſi dolorem ſentire, qui cauſam doloris ſentit. Sic Galenus & Veiga interpretantur Hipocratem dicentem, delirantes licet doleant: dolorem tamen nõ ſentire. Fateor tamen dolorem vt & alios affectus intellectu percipi, niſi in diſtractis aut delirantibus vel alia de cauſa impeditis. Suppoſito ergo quod voluptas & dolor, ſi proprie ſumantur nec ſenſiones nec ſenſibilia interna, vel externa ſunt, ſed affectus, reliquum eſt, vt cum Scaligero contra Fracaſtorium probemus, non eſſe genera comprehendentia omnes affectus ſeu paſsiones, ſed ſpeciales paſsiones diſtinctas ab amore, odio, cupiditate, & fuga, & a lijs, ſi quę forte ſunt. Quod de voluptate, & dolore ſumptis pro gaudio & ægritudine, ſeu triſtitia, concedit Flami licet hanc acceptionem, vt vidimus minus propriam reputet. Id tamen in primis fateamur, Euſtratium.2. Ethich.cap. 3. etiã docuiſſe voluptatẽ & dolorem eſſe generales cauſas affectuum ſeu genera affectuum ad quos reliqui reducantur, pro quo ipſe obſeruat voluptatem, & dolorem dupliciter capi poſſe, 1 vt voluptas ſit operatio ſecundum naturam non impedita, dolor vero contra, cum impedimur ne ſecundum naturam operari valeamus. Ideſt voluptas ſit affectus habens pro obiecto bonam operationem, quo nomine conſecutio cuiuſq. boni intelligitur, dolor vero ſit affectus habens malam operationem ſeu receptionem mali pro obiecto 2. Vt voluptas ſit diffuſio ob præſentiam rerum iucundarũ, ſeu affectus ortus ex præſentia boni amati: dolor vero ſit contractio ob præſentiam rerũ moleſtarum, Voluptas & dolor in 1. acceptione ſecundum Euſtratium ſunt genera ad vo-

voluptatem,& dolorem in 2.acceptione:cõ prehendunt enim voluptatem, & dolorem 2.acceptione,& vlterius timorem , & fiduciam,seu spem,cupiditatem,& iram. Et ita conciliat dicta quædam Platonis,nam aliquando ait Plato,voluptatem , & dolorem esse duos fontes , qui ex altero in alterum influant,quo signihcat hos affectus supremos & generales esse,alibi autem 6. affectus enumerat,voluptatem,dolorem , timorem, fiduciam,cupiditatem,& iram,ea(inquit Eustratius) vt puto de causa , quia hi maxime noti & celebres habentur.

Sed Eustraaius in primis secum ipse pugnat,nam iuxta hanc doctrinam non deberet affectum diffinire, est motio partis irrationalis animæ à voluptate,vel dolore inducta,sed deberet diffinire per genus aliquod commune voluptati,& dolori sumptis non solum in.2.acceptione , sed in 1. Deinde im
45. proprie loquitur:nam quis dicat cupiditatem,spem,vel amorem diuitiarum esse formaliter voluptatem , vel timorem mortis, iram esse formaliter dolorem ? Item male explicat Platonem,cum enim ait, dolorem & voluptatem esse fontes , nomine doloris & voluptatis trita phrasi intelligit res quæ dolorem & voluptatem afferre possunt,nã si dolor & voluptas proprie sumantur,potius sunt riuuli dimanantes ex amore & odio,cupiditate & ira &c, Neque Plato numerare videtur illos. 6. affectus tanquam notiores & celebriores sed quia vere nulli alij sut,qui ad illos nõ reducãtur coincidũt enim cũ.6.passionibus cõcupiscibils numeratis à D. Thom.à quibus verisimile est & à multis opinatum non distingui, 5. alias passiones ,quas tribuit irasibil . Sicut autem hactenus diximus , sub voluptate & dolore non comprehendi amorem & odiũ, ita etiam dicimus modo,sub amore,&odio non comprhendi voluptatem , & dolorem quod est contra Gregorium Arimin. 1. d. 1. q.2.asserentem omnem delectationem esse amorem,omnemque dolorem esse odium eo quod amor præsentis boni sit delectatio,absentis vero desiderium:& odium mali præsentis sit dolor,absentis vero fuga opposita desiderio,quam opinionem tenet etiam Petrus Aliac.tract.de anima c.13 par. 13.Burid.7.Ethi.q.19.& nos disput. præcedenti,sectione.3.& in hacdisputatione sect. 1.2.&.3.& tract.2.&.6.locis citatis abunde reiecimus,quia datur amor boni, & odium mali abstrahens à præsentia, & absentia obiecti, ac proinde cui non competat ratio desiderij aut fugæ,delectationis aut tristitię deinde amare est velle bonum alicui,vt docet Aristo.2.Rheto.cap.4.sed delectari non est velle bonum alicui: ergo delectatio non est amor,nisi forte latissime,vt ait Valentia hic dispu.3.q.9. puncto.1. recte ergo dicit Scaliger.lib.de subtilitate , exercit.317. nu. 1. lętitiam non esse amorem nec econtra an vero delectatio sit motus R.cum Azor. tom.1.lib.3.ca.10. non esse motum sumptũ pro mutatione successiua,&sic intelligi Aristote.1.Ethic.ca.4.cum ait,generationem non esse motum.Quamuis sit motus sumptus pro mutatione instãtanea,&sic intelligi Arist.1.Rhet.ca.10.ad finem,dum ait , voluptatem esse motum animę deinde addit Azor esse motum,qui continuo dependet à sua causa,scilicet potentia,& obiecti cognitione.Et.q.3. cum Arist.10.Ethi.ca.4.&. li. 7. c. 13.docet delectationẽ nõ esse generationẽ.Et q.4. ait, esse operationẽ,vt ait Arist. 7.Eth. c.13.sed nõ esse ipsũ operationẽ de qua delectamur,& sic intelligi Arist.10.Ethi. c.4.cũ ait, delectationẽ nõ esse operationẽ. q.aũt.5.docet Azor cũ Burid.7.Ethic.q.30. esse qualitatem & ait,esse omnium . Sed an delectari consistat in receptione talis qualitatis,an in ꝓductione varias esse opiniones sicut de cognoscere.q.6.cum Arist.10.Ethi. c.4.ait.esse totam simul & q.7.8.& 9. cũ eo dẽ ibidem docet ab eo perfici operationẽ quia qui in operatione delectatur,diutius,& melius postea operaẽ & q.10.& 11.cũ Arist. 1.Retho.c.11.delectationẽ essede bono possesso in re vel in spe, & de malo quod euasi, vel spero me euasurum. & quæst. 10. esse de alienis bonis,quatenus quodãmodo sunt propria,vt de bonis parentum amicorũ &c. Sed nõ esse amorẽ probat.q.13.operationẽ vero nõ esse propter delectionẽ, sed ecõtra docet.q.14.quæ omnia quia clara sunt , & alibi tractata relinquo.

His constitutis non displicent illæ diffi- 46.
nitiones voluptatis , & doloris traditæ ab Eustratio in 2. acceptione vt voluptas sit diffusio animi ex præsentia rerum iucundarum,dolor vero contractio animi ob præsentiam rerum molestarum . Vel vt definit Scaliger illa exercitatione.316.num. 1. occupatio,& depressio animi post perceptionem rei molestæ, quamuis istæ definitiones aliquantulum sunt methaphoricæ. Neq.bene Scaliger sequenti dispu t.317.num.1.confutat definitionem letitiæ traditam à Viues.3.animæ cap . de delectatione vt sit motus animi ex iudicio instantis iam boni.

Argumenta Scaligeri sunt.1. quia sine iudicio,vel ratiocinatione sæpe lætamur, vt aspectu amici repentino,aut choreæ aut vireti.2. quia ex præteriti boni memoria lætari possumus . Sed argumenta hæc non vrgent 1.quidem quia tract.1.&.4.docuimus,nihil dele-

delectare posse voluntatem aut appetitum sensitiuum,nisi cognoscatur sub ratione boni, non solum notitia apprehensiua, sed etiam iudicatiua,quo circa in illis exemplis homo iudicat sensu interno,bonã esse corpori affectionẽ aliquã ortã ex auditu vel aspectu earum rerum & ideo appetitus sensitiuus prorumpit in lætitiam, aut certe lætatur quod res illæ sint in terra, vel mundo quia putat id bonũ esse rationali naturę ad eiusmodi iudicia.2. Vero nõ vrget, quia cũ dicimus, voluptatem, vel lætitiam esse de bono præsenti siue instanti, nomine prę sentis boni intelligimus, quod modo est prę sens, vel aliquando fuit præsens & manet in memoria, vt Psalm. 76. memor fui Dei, & delectatus sum, vel est præ sens in spe.Rom 12.spe gaudentes. Imo etiam delectatur homo aliquando de bonis, quæ apprehendit,vt præsentia,quamuis nõ iudicet esse præsentia, dum tamen iudicet sibi esse bonum,& conueniens habere illa. Ex quibus etiam reijcimus Eustratium. 2. Ethic.ca.3.eo quod reprehendat Andronicum,definientem affectum, vt sit animæ irrationalis motio ex opinione boni,vel mali; Andronicus vero(inquit Eustrati.)cum ex opinione boni, vel mali,affectus effici dixerit,id videtur ignorasse, multos affectus ex sola imaginatione sine vllo assensu & opinione existere:cui cũ iudicandũ aliquid iucũdum,vel molestũ apparuerit,affectus animi mouẽtur,vt nõ solũ post opinionem,sed ante etiam,quam opinemur quicquam affectus fieri manifestum sit.Indicant id maxime cupiditates:sæpe numero enim fit, vt statim vbi viderit quippiam aliquis,cupiditate,vel boni,vel mali,nulla præcedente opinione afficiatur:sæpe etiam contingit,vt nulla prorsus alicuius opinione habita, quòd bonum sit,motio eadem existat,vt cum ridicula aliqua,vel facetosa oratione irrationalis pars in nobis mouetur,tunc enim nullum existimamus bonũ nobis ad esse,sed à sola prorsus voluptate, ac iucũditate afficimur.Hæc Eustratius,qui fallitur; nihil enim concupiscitur,vel delectat nisi vt nobis, vel
47. alijs bonum iudicatur ad modũ explicatũ.

Non ergo est cur illa definitio voluptatis à Viues tradita displiceat.Sed ex D.Th.q. 31.a.1.&.q.33.a.1.colligũtur aliæ definitiones optimæ, nempe vt voluptas sit quies vitalis naturalis in bono adepto.Dolor autẽ seu tristicia sit vitalis qui es violenta in malo percepto.Quę tamen qui es cum violenta sit,magis est inquietudo,quam quies, vt graue quiescit sursum,inquietũ esse dicitur. Vnde tristitia,est quasi inquietudo,& conatus quidam repellendi malum,& certe virtualiter est eiusmodi conatus, nã ex ea naturaliter sequitur appetitus repellendi malum,si possibile sit.& similiter ex delectatione oritur naturaliter appetitus conseruãdi bonum si possibile sit conseruari,& propterea dedit Deus voluptatem & tristitiam,cõducunt enim ad conseruationem boni & repulsam mali.Vnde ira qua maxime malum repellitur ex tristitia ortum habet, vt sect. 7.docebimus.Hinc non male tristitiã definit Valen.disp.3.q.6. puncto.1. vt sit passio per quam appetitus cũ quadam perturbatione,& inquietudine execratur malum iã prę sens secundum rem, vel apprehensionẽ, quo explicat,se significare velle motũ illũ doloris quadam ratione esse incomodum & noxium ei,qui dolet, nempe & secundum se & secundum corporalem dispositionem,quam infert.Vnde Aug.14.de ciuit.c. 7.&8.cum Cicer.Tusc.3.&.4.ægritudinẽ & morbum animi eam vocat.Et Nyssen.disp. de resurrectione & anima, passionem tetricã:quod etiã ad causã obiectiuã,& dispositionẽ corporis antecedẽtẽ referri potest. 48.

Voluptas & delectatio synonyma omniũ opinione videntur. Sed hilaritas,lætitia,alacritas,gaudium,exultatio, iucunditas,& voluptas nõ videntur synonyma.ait enim Scalige,de subti.exercit.316.nu.1.Hilaritatem esse contrariam serenitati vultus,mœrori lętitiam,tristitiæ voluptatem.Et exercit.317. num.1.ait,non bene dixisse Viues,hilaritatem esse lætitiã remissam; quippe hilaritas est affectus vultus à lætitia procedẽs,vt gestire ad motum corporis pertinet : eodẽq. loco ait,alacritatem mensuram quamdam affectuum esse,nõ enim soli inquit,debetur lætitię:sed vegetam vim addit ei cui adiungitur.Et exercit.312.ait,tristitiam esse contractionem spirituum a re non conuenienti ad sua principia, mœrorem vero esse dicit tristitiam quasi fatalem :hoc enim est græce Mirà.Et D.Tho.q.31.a.3.in corpore ait,gaudium secundum Auicenam.libro suo de anima,esse quamdam speciem delectationis.Sicut enim sunt quędam concupiscẽtiæ naturales,quædam non naturales, sed consequentes rationem(vt sect.præc.cũ D. Tho.docuimus) ita etiam delectationum, quædã sunt naturales.quædã nõ naturales, quæ sunt cũ ratione : uel vt inquit Damasce.lib.2.c.13.&.22.& Nyssen.li.4.ca.10. vel Nemesius de natura homi.cap.18.quędam sunt corporales, quædam animales(quod in idem redit)nomen autem gaudij non habet locum nisi in delectatione,quæ cõsequitur rationem,vt colligitur ex Nemesio,seu Nyssen.supra & Damasc. omne autẽ quod concupiscimus secundum naturam, possu-

mus

mꝰ etiã cũ delectatione rõnis cõcupiscere, sed nõ è cõuerso. Vnde d' oibus, d' quibꝰ ẽ delectatio, põt esse gaudiũ in habẽtibus rõné, quãuis nõ semper de omnibus sit gaudium: quãdoq. n. aliquis sentit aliquã delectationẽ sm̃ corpus, de qua tñ nõ gaudet sm̃ rõnem. Ideo D. T. a. cit. Ad. 2. ait, gaudiũ respõdere desiderio, & ad. 3. ait, latitiã dici a dilatatione cordis, quasi diceretur lætitia, exultationẽ vero dici ab exterioribus signis delectationis interioris, iucũditatẽ a quibusdã specialibus lætitiæ signis, l. effectibus. Et tñ omnia ista nomina (inquit) videtur pertinere ad gaudiũ, nõ. n. vtimur eis, nisi in naturis rõnalibus. Et argumẽto. Sed cõtra, negat gaudiũ brutis. Hæc omnia placẽt p̃ter quã ꝙ de alacritate dixit Scalige. nã alacritas nihil aliud videt quã viuacitas quædã motus ex lętitia, qua opus fit, ꝑfecta, seu lætitia talẽ habẽs effectũ. Sic dicimus alacri animo rẽ fieri. Hilaritas affectũ vultus designat, l. affectũ animi prout infert affectũ vultus, & hãc hilaritatẽ, remissã lætitiã dixisse videtur Vives, quia minora signa exhibet, quã exultatio, neq. displicet ꝙ ait Azor. to. 1. li. 3. c. 10. q. 11. gaudiũ potiꝰ ad volũtatẽ, quã ad appetitũ sẽsitiuũ pertinere, delectationẽ frequẽtius capi pro affectu appetitus sensitiui, lætitiã pro effectu delectationis, qui est cordis dilatatio, exultationẽ ꝑ corporis motu, qui est indiciũ, & effectus delectationis, voluptatem quãuis in malã partẽ aliquãdo sumatur, generale nomẽ esse omnis delectationis. Circa distinctionẽ autẽ delectationũ nãliũ, & rõnaliũ obseruãdũ est, nõ dici formalẽ ea sola rõne, quia sit specifica, sed quia quodã modo pertinet ad diuersas põas, vt de cõcupiscentijs dictũ est sect. p̃ced. delectationes vero nãles inter se, & rõnales inter se, dicũtur materialiter distinctæ, nõ quia differãt solo numero, hoc. n. quãdo obiecta specie differunt falsum est, & cõtra Arist. 7. ethi. c. 12. li. 9. c. 3. & 5. & 2. magn. moral. c. 7. & Nemesiũ li. de natura hominis. c. 18. seu Nyssen. 4. philoso. c. 11. sed quia ad eãdẽ põam omnino pertinẽt. Eodẽ modo de dolorũ nãliũ, & rõnaliũ distinctione loquẽdũ. Licet Valen. disp. 3. q. 5. pũct. 2. & q. 6. pũct. 2. cõsequẽter ad ea, quę de cõcupiscẽtijs dixit, aliter de delectationibus, & doloribus loquatur. Hoc idẽ pro cæteris passionibus seruãdũ est, quę similiter in nãles, & rõnales diuidi possunt, & Azor. to. 1. li. 3. c. 10. q. 15. ait delectationes nãles apud Arist. 1. Rhet. c. 10. dici, quæ pertinẽt ad nãm tuẽdã, & sunt cõmunes brutis & homini; rõnales vero, quæ sunt ꝓprię hominis, idẽ repetit. q. 16. De effectu dilatationis, à quo delectatio lætitia dicitur, & de gaudio, & similibus, an in brutis reperiãtur, & de oppositione delectationis, & doloris, & de alijs diuisionibus ipsorũ dicemus postea. Modo annotare oportet, quãuis nõ oẽs delectationes malæ sint, sed quædã bonæ, quædã malæ ꝓ rõne operationũ, quas cõsequũtur, vt docet Aug. 14. de ciuit. c. 7. D. T. q. 34. tñ eas delectationes, quæ studio quodã capiũtur (vt ait Valẽt. q. illa. 5. pũct. 1.) ex rebus ad corpus spectãtibus, plerũq. inordinatas esse, quibus eo vehemẽtius resistẽdũ est, quo illæ facilius influũt, ad seq. alliciũt hominũ animos. Vt. n. apposite à Cicerone dictũ est, blãdissimæ sunt dominę (quæ scilicet facillime sibi obtẽperãtes faciũt.) & vt ait Plutarch. voluptas est malorũ esca, & Arist. 2. ethi. c. 3. Voluptas vna cũ hominibus ab ipsis incunabilis est enutrita, qua ꝓpter arduũ est hũc affectũ insitũ vitæ extrudere, & infra difficilius est etiã, vt Heraclito placet, voluptati repugnare, quã irę, quare ꝓpter hoc etiã circa voluptates, & dolores totũ negotiũ est, & ipsius virtutis, & ciuilis facultatis. Ad aspernãdas voluptates valẽt quæ allata sunt sectione p̃cedẽti, quibus cõsonat Horatius dicẽs. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas, & Epictetus in Enchirid. c. 56. si voluptatis, inquit alicuius imaginẽ animo cõceperis, moderare tibi, ne ab ea mouearis, sed & rẽ examina, & tibi ipse ꝓbe deliberãdi spatiũ, deinde vtrius q. tẽporis memẽto: tũ eius quo voluptate perfrueris; tũ eius quo percepta iã voluptate dolebis; teq. ipse obiurgabis. Atq. his illa cõfer, si abstinueris fore, vt gaudeas, teq. ipse collaudes. Quod si tibi suscipiẽdæ rei videbitur esse tẽpus, cane ne te vincãt eius blãditiæ, & suauitates, & illecebrę; sed illud oppone, quã to pstãtior sit talis victorię cõsciẽtia? Arist. 2 eth. c. vlt. in omnibus, inquit, a iucũditate, & voluptate maxime cauẽdũ est, nõ. n. de ipsa incorrupti iudicamus. Quod ergo Troiano rũ ꝓceres erga Helenã fecerũt: id nobis quoq. erga voluptatẽ faciẽdũ est, in omnibus q. voce illorũ erga ipsã vtẽdũ. Si. n. ita a nobis ipsam dimiserimus, minus peccabimus. Hæc ille. Verba autẽ Troianorũ, cũ cõsultarẽt an reddẽda esset Helena Græcis, fuerũt. Quãuis sit pulchra; eã tñ restituamus. Itẽ Cicero. li. de senectute, ostẽdẽs nõ esse incõmodũ, eam ætatẽ carere aliquibus voluptatibus ait. O ꝓclarum munus ætatis; siquidem id aufert nobis, ꝙ est in adolescẽtia vitiosissimũ: accipite. n. optimi adolescentes (introducit Catonẽ cũ Lęlio, & Scipione loquẽtẽ) veterem orationẽ Architę Tarẽtini. Nullã capitaliorẽ pestẽ, quã corporis voluptatẽ hominibus dicebat, à natura datã, cuius voluptatis auidæ libidines temere, & effrẽnate ad potiũdũ incitarẽtur. Hinc patriæ ꝓditiones, hinc rerũ publicarũ euersiones, hinc cũ hostibus clandestina colloquia nasci dicebat: nullũ denique facinus, nullum magnũ facinus est, ad quod

49

50

suscipiendum non libido voluptatis impelleret, stupra, & adulteria, & omne tale flagitiũ nullis alijs illecebris excitari, nisi voluptate. Cumq. homini Deus nihil præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil esse inimicum, quam voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse omnino, nec in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat incitatum voluptate corporis, quãta posset percipi maxima. Nemini censebat fore dubium quin tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam delectabile, tamq. pestiferum, quam voluptatem. Si quidem ea cum maior esset, atq. lõgior, omne animi lumen extingueret. Arist. 7. ethi. c. 11. ait. Voluptates prudentiæ sunt impedimento, atq. eo magis quo quis magis delectatur, vt in venereorum voluptate cõtingit, in qua constitutus nemo intelligere quid piã potest. Idem notat Aug. 14. de ciuit. c. 16. Antisthenes apud Laertium lib. 6. c. 1. se malle insanire dicebat, quam affici voluptate. Insaniam enim aufert medicus: voluptas cũ mẽtem eripiat homini, vix sanabile malum est. Plutarch. in Laconicis Apothegm. narrat Agesilaum roganti cuidam, quid Spartę contulissent Lycurgi leges, respondisse, contemnere voluptates. Socrates apud Platonem in Phedone ait, voluptas, quasi clauũ tenẽs, animum corpori affigit, atq. coniungit, efficitq. vt infectus corporea specie, ea putet esse vera, quæ suadet corpus. Et Plato ipse voluptatem à natura deorum sequestratam esse dicebat. Prouerb. 23. oculi tui videbunt extraneas, seu mulieres (licet alij explicent, visiones, quas ebrius videt) & cor tuum loquetur peruersa, & eris, sicut dormiens in medio mari, & sicut gubernator amisso clauo. Verberauerunt me, & non dolui, &c. Vbi stupidam esse vitam voluptuosam docet. Vnde Democritus voluptati deditos, morbo comitiali correptis comparat. Christus Lucæ. 8. semen est verbum Dei. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui abierunt, & a solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum Pau. 2. Timot. 3. grauiter monet deuitandos esse voluptatum amatores. Silius Italicus in descriptione voluptatis, & virtutis ex Xenoph. sumpta, inter alia dicit. Quippe nec ira Deũ tantum, nec tela, nec hostes. Quantum sola nocet animis illapsa voluptas. Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus & acris circa te semper volitans infamia pennis. Mecum inquit virtus honor, & laudes, & læto gloria vultu. Et Deus & niueis victoria concolor alis, &c.

51.

Habẽtur carmina Silij inter sententias veterum poëtum collectas a Georgio Maiore. Nyssenus ho. 2. in ecclesiastem ostendit, Salomonem de voluptate, quã ex varijs rebus studiose captauerat, in primis pronuntiasse, eã esse vanitatẽ vanitatũ, merãq. hominum deceptionẽ. Aug. 5. ciuit. c. 20. refert Philosophos illos, qui in voluptate summũ bonũ ponebãt, ab alijs solitos confutari pictura quadã, in qua voluptas tanquã domina sederet in sella, & vnicuiq. virtuti tãquã ancillę, quid ipsius causa oporteret facere, imperaret, vt vel eius spectaculi absurditate appareret, quã sit absurdũ voluptati illũ locũ dignitatis cõsignare. Nec male quidã dixit, quemadmodũ axillarũ titillationes non propriũ, neq. amabilẽ risum præbẽt animo; sed molestũ, spasmoq. simile: ita voluptates corporis esse a natura alienas, neq. amabilẽ risum efficere; sed molestu tãdẽ imo & statim. Vnde ecclesiastes. 2. risum reputaui erroré, & gaudio dixi, quid frustra deciperis, vel vt alij legũt decipis. Gaudium enim frustra sapienti vult imponere, & decipitur, si putat se illum decipere posse. Idẽ dicebat: risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Prouerb. 14. Alius vero dixit, labore omnia bona à dijs emi, voluptatẽ vero dulci illo, atq. blãdo aspectu nos ad se se amplectẽdã alliciẽtẽ omniũ postea malorũ causam, & originẽ esse, & nil aliud Circis poculo, nil aliud Syrenũ cãtu significari. Præclare Demosthenes cũ Laydis oraret noctẽ, illa q. magnã admodũ peteret mercedẽ, ad se rediẽs inquit nõ tãti emo pœnitere. Miseriã turpiter amantiũ late, & optime depinxit poeta quidã aped Flaminiũ Nobiliũ. 1. de voluptate, quo in libro ad detestationẽ voluptatis multa reperies. Inter alia dicit, voluptatem naturæ hominis aduersari. Homo enim Græce Phos, idest lux dicitur: voluptas autẽ, & tenebras quærit, & mẽti offundit. Cyrus maior a voluptatibus minoribus abstinẽdũ dicebat, vt maiores caperẽtur voluptates, ac diuturniores: quo circa laborẽ iucũdæ vitæ ducem appellabat, ab illo enim, & cibũ, & potũ, & somnũ iucũdissimũ reddi. Hinc Hesiodus cũ virtutis viã asperã, difficilẽ, & laboriosam poneret, ei tñ qui ad summũ peruenisset plana omnia lęta, ac voluptatis plenissima apparere, affirmauit. Pyrrus Rex interrogãti, quid tot laboribus, atq. expeditionibus suscipiendis quæreret? Respondit adeptum se ea, quę concupierat, iucundissimam maximeq. hilarem acturum vitam. Voluptas vmbra est quæ fugientem sequitur. Lysias auctore Platone cum maxime amaret, facilius tamen quod cupiebat assequi posse sperabat, si non amantis speciem præ se tulisset: ita

qui

qui appetens, atque studiosus voluptatis est, si illius amorem dissimulet; imo propter amorem virtutis expellat, ad eius possessionem facilius, atque expeditius perueniet. Indecens fuit Herculem Iouis filium virtute, animiq. magnitudine supra humanas vires excellentem, cæloque iam pridem destinatum, inertissimo, & ignauissimo Eurisstheo seruire: sic animum nostrum corporeæ voluptati.

52. Tiberius Cęsar magistratum instituit, qui nouas continenter inueniendi voluptates curam gereret. Xerses Persarum Rex incognitum afferenti voluptatis genus amplissima præmia edicto statuit. Sic multorum animi inuentores videntur esse voluptatum, neque aliud habere munus, neque aliunde expectare præmium. Socrates, & Chrysippus studijs intenti, tanta voluptate perfundebantur, vt corpore auolasse viderentur. Solon extremum spiritum ducens, morteque aduentante extinctis propemodum sensibus tantum abest, vt huius voluptatis gustum amisisset, vt potius tunc quoque nullo alio se quam discendi desiderio teneri morientibus indicarit. Archimedes defixus in studijs suis, non patriæ casum ac ruinam sensit, non ciuium gemitum, non hostium exprobrantium superbas voces audiuit, non gladiorum quibus, & ipse confossus est, fulgorem aspexit. Sancti immensam vim voluptatum ex Dei contemplatione hauriebant. Harum voluptatum expertes erunt qui voluptates corporeas quærunt, participes autem, qui studia scientiarum, & virtutum colunt, quibus voluptates omnes præsertim venereæ aduersantur maxime. Vnde Claudianus.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper.
Corporis arbitrijs, hebetat caligine sensus.

Aristot. in problem. sectio. 30. quæst. 1. ait assiduum veneris vsum interiores spiritus
53. exhaurire, cerebrum debilitare: reddiq. omnes fere post coitum animo tristiores: exeunt quippe cum semine aliæ facultates, & ita corpus debilitatur venere, vt idem Arist. scribit. 1. de generat. animal. cap. 18. & Galen. lib. comment. in libr. 3. Hippocratis de morbis vulgaribus circa finem ait, venerem cerebrum lædere, & vires elidere. Cuius rationem reddit Aristo. 5. de generat. anim. ca. 3. Nemo (inquit) antequam coire incipiat calueſcit, sed a venereo coitu id potius euenit: cum enim cerebrum frigidissimum omnium corporis partium sit, tum rei venereæ vsus magis refrigerat, cum is caloris sinceri naturalisque secretio sit, itaque cerebrum senescit merito prius. Quæ enim imbecilla vitiosaq. sunt, causa parua, exiguoq. momento immutantur. Plato etiam putauit semen esse vertebralis medullæ defluuium, vt notat Plutarch. 5. de placitis cap. 43. Sed et venerem menti nocere, his verbis scribit Plato in timæo. Qui fluido stupidoq. circa medullam abundat semine, vtq. arbor pluribus quam conueniat fructibus grauida, nimia vbertate luxuriat, is profecto multis passim doloribus, multisque item voluptatibus in libidinibus ipsis, earumque fętibus, fructibusque affectus, per omnem ferme vitam obingentes voluptates doloresque insanit, ac furit, dumque huius animus propter corpus ęger sit, atque insipiens, vulgo tamen non æger, sed pro voluntate sua, vt liber affectus falso putatur. Veritas autem sic habet. Hinc Euripides in Troadib. actu. 4.

Venus recte est, id omne quod est stultum.
Et recte nomen illi insipientiæ inditum est.

Et in Hecuba venerem amentiæ præfec- 54.
tam esse dicit, cuius hoc testimonium citat Aristo. 2. Rhet. c. 23. Nota sunt exempla Dauidis, & Salomonis, nec non Sampsonis, qui fortitudinem suam ex capillo pendentem non secus, ac regnum Nisi ex capillo purpureo apud Ouid. 2. Metamor. hoc veneno infectus detexit, & amisit. Hæc Nino imperandi peritiam sceptrumque manibus excussit, columque, & fusum, & pensa substituit, vt referunt Iustinus. 1. hist. & alij. Hæc Herculi pro claua, quam nec famosi latrones, nec Leo ferox, nec hydra multicolis, nec triceps Cerberus, nec alia monstra eripere potuerunt, pensum, & fusum digitis aptauit, cum consuetudinem Iolis sequeretur. Vt scribit Ouid. 9. metamorpho. Extant aliæ quotidiana exempla. Sed & animalia bruta coitus tempore secŭdŭ Arist. & Plinium maxime sęuiunt. Oseas etiam c. 4. pronunciat, fornicatio, vinum & ebrietas auferunt cor. Nec quicquam (ait Seneca. 1. li. declamationum) tam mortiferum ingenijs, quam luxuria. Quæ & dicta volo de voluptatibus reliquis corporis, & brutis, quę etiam vim intelligendi suffocant, & deprimunt, vt late docet Lactan. 6. diuin. instit. c. 20. 21. & sequentibus. Astipulaturque Cyrillus. 4. contra Iulianum voluptates (inquit) & variæ affectiones admissæ, cor, & dignas cogitationes ab omnium mentibus auferunt, blandissimæ namque dominæ sunt, vt ait Cicero. 2. officiorŭ. Voluptas maiorē partē animæ a virtute detorquet, impeditq. cōsiliŭ, vt idem Cicero ait in Catone maiore, rationi inimica mentis perstringit oculos, ideo vt ait. 2. de fi

nibus, submouenda, vt recta sequamur. Et Philo Iudæus libr. quod Deus sit immutabilis, censet, in rebus non esse duo tam contraria, quam sunt voluptas, & scientia, illamque intellectum corrumpere docet libr. de mundi opificio. Omnino inquit scire oportet quod voluptas tanquam lasciua meretricula amorem appetit quærens strupi conciliatores per quos illum, ceu homo capiat. Sunt autem huius cupidinis sequestri sensus, quos postquam inescant facile, mentem subiugat, quo res externas intro admittat illis internuntijs, & ostentantibus singulorum formas, & ei suum affectum imprimentibus, vtque cera similes recipit per sensus imaginationes, quibus comprehendit corpora, quæ per se ipsam non valet. Ea itaque ratione, & homines vim rationis amittunt, & contemplando facultatem veluti tyranno cuidam mancipati, & brutis similes facti. Nihil enim interest, vt dicebat Socrates apud Xenophon. 4. de dictis Socratis inter hominem incontinentem, atque voluptate notatum, & pecudes, sunt namque hæ voluptates sensibus quibusque communes, & animalibus brutis. Vnde & homines ijsdem vtentes verasque animi voluptates contemnentes, nihilo a brutis differre videntur, vt docet Gellius libr. 19. noct. attic. cap. 2. & Macrobius. 2. Saturnal, quin & animales illæ voluptates furiosæ animas nostras perturbant, & impedimenta innumerabilia præbent, vt ait Plato. in Philebo. vel de summo bono. Quapropter literarum, & virtutis studiosi ea vitare satagent summa cura, & diligentia, cum obuia, & glabra ad libidinem sit via, & facile delabatur per voluptatem in flagitium prona mortalitas, vt scribit Diodorus Siculus libr. 12. bibliot.

55. Nec fieri potest, vt scribit Cicero oratione pro M. Cælio, vt animus libidini deditus amore desiderio cupiditate, copia, inopia quoque nonnunquam impeditus, literis operam dare possit. Voluptas Romana Hannibalem victorem fecit. Virtus namque militaris, scientiaque, atque hostium precautio, & mentis acies, voluptatibus gustatis euanuerunt, vt narrat Liuius decad. 3. libr. 3. Florus libr. 2. epito. cap. 6. Plutarch. in vita Hannibalis. Appianus libr. de bello Lybico. Plinius iunior Eutropius, Orosius, Silius, Italicus, & Polibius, & alij qui scripserunt de bello. 2. punico. Antiqui, vt voluptatem, mentis esse perturbationem docerent, Tantalum in exemplum proposuerunt, is enim cum eius esset amantissimus, atque Iouis pollicitationi cõfidens, qua quidquid petijsset consecuturus esset, petijt, vt deorum more in voluptate, omni viueret, quod quidem obtinuit, & Iupiter satisfecit ei, quam promiserat, pollicitationi, quia promiserat. At vt nullo appositorum frueretur, viueretque semper perturbatus petram super eius caput, casum minitantem suspendit, ob quam nihil potuit gustare exprasentibus, vt narrat Athenæus. 7. dipnosophiæ. cap. 3. quamquam sciam, fabulam illam ad auaros ab Horatio referri: nec quicquam prohibet tamen & advoluptatis perturbationes, & ad obliuionẽ eius, q̃ fieri debet, pertrahi posse. Claudius Cæsar, vt in eius vita refert Sueton, cum voluptatibus, & ventri vsque ad perniciem crapulæ deditus esset, in tantam mentis stupiditatem, obliuionemque profundam peruenit, vt occisa Messalina paulo postquam triclinio decubuit, cur domina non venerit, requisierit, & multos ex his, quos capite damnauerat, postero die statim, & in consilium, & ad aleę lusum admoueri iussit. De gaudio mundi peccatorum, iustorum, & beatorum, multa Antoninus. 1. p. tit. 6. c. 5. §. 3.

Vide Nemesium de natura hominis cap. 18. seu Nyssen. 4. Philos. cap. 10. & 11. Vbi docet, quæ nam voluptates sint bonæ, & amplectendæ; quæ vero malæ, & vitandæ. Idem Damascen. 2. fidei. cap. 13. Neque solum vitandum est gaudium genere suo vitiosum: sed etiam quod genere suo honestum est, si effusum sit admodum, ac nimium, quale est illud Chæreæ apud Terentium, iam ne erumpere hoc mihi licet gaudium, pro Iupiter. Nunc est profecto interfici, cum perpeti me possum. Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua. 56.

Sed rogas cur quidem delectantur esu carbonum, & terræ, &c. R. sicut in febricitantibus propter bilis, vel alterius praui humoris linguæ, & palato adhærentis mixtionem cum cibo, fit, vt amarum reddatur, & illis appareat, quod ex se dulce est, taleque alijs apparet; ita humor in quibusdam existens admixtus carboni, vel terræ saporem quendam gratum illis præbet, & non alijs, qui talem humorem non habent. De his autem deprauatis quorundam voluptatibus recte agit Aristot. 7. Ethic. capit. 5. Sed cur homo omnibus obiectis sensuum per se sumptis delectatur, non autem bruta omnia omnibus sensibilibus per se sumptis delectantur? Ait enim D. Thom. q. 31. art. 6. brutis operationes sensuum delectabiles esse dum taxat propter vtilitatem, & vsum earum rerum, quæ pertinent ad conseruandam naturam, quo fit, vt delectatio secundum visum, vel auditum referatur Quæstio.

in brutis

in brutis ad delectationem tactus,id quod Arist.docuit 3.Ethic.c.10.dicēs,nō ipso per se odore leporū canes gaudere:sed cibatione,neq.bouis voce leonem, sed comestione R.omnia sensibilia cum sentiūtur,modo debitam proportionem,& consonantiam habeant,media sua sensatione inferunt motionem aliqā corporalem in ipso organo, quæ tactu percepta,internoque sēsu iudicata bona,delectationem causat in subiecto disposito, si vero proportione careant molestiā & dolorem causant. Ad aliquas autem huiusiusmodi motiones corporeas non est dispositio eadem in omnibus animalibus,neq.eædē omnibus expetibiles aut aduersæ sunt,& ideo non omnia animalia eisdem sensationibus delectantur,aut dolēt,sed vnū vna,aliud alia,vt homo in vna existens dispositione delectatur conspectu lucis:in alia vero molestiam habet.Sed homo omni sensu capit voluptatem aliquam ex ipsa sensatione secundum se manantem secluſa alia vtilitate obiecti vt colligi potest ex Arist.10.Ethic.c.4. alia vero bruta,vel nulla sensatione perse capiunt voluptatem secluſa bonitate,vel vtilitate obiecti vel paucissimis. Obseruandum autem est quod ait,Arist. eodē 4.ca.non nullæ res cum nouæ sunt delectant, sed postea non similiter propter hæc ipsa. Primo nāq. inuitatur mens,& circa illas operatur intense:quemadmodū operatur visu qui incipiūt, deinde non fit talis ipsa operatio sed negligentior.Hæc Arist.sed eiusdē effectus alia, vel fortasis tota ratio est,quia in visione continuuntur spiritus animales, & similiter continuata qualibet sensatione variatur ipsa organi dispositio per qualitatem,aut motum, qui consequitur sensationē, & ideo ipse corporis motus delectabilis continuari nonpotest.Et similis ratio est in dolore & ideo experientia testatur & Arist.ibi,neminem continue voluptatem capere aut difatigari.

Arist.

57. causæ delectationis.

Hinc iam facile erit intelligere causas delectationis,nam materialis & efficiēs simul, est ipse appetitus:supponimus enim modo, quod in superioribus contra Scotum,& alios ostendimus,voluptatem &dolorem appetitus sensitiui, vel voluntatis non effici à solo obiecto cognito, vel eius cognitione, sed ab ipsa potentia,vel sola, vt quidam arbitrātur,vel vna cū cognitione obiecti, quod nos probabilius esse docuimus tract.1.2.4. &6.quapropetr quod ait,Ari.10.Eth.c.4.& 5.&sæpe alibi & D. Th.q.32.a.1.causā delectationis in vniuersum esse aliquam operationem,simpliciter verum est,si intelligatur de qualicumque operatione,quam necesse sit antecedere delectationi. Nam saltem oportet,vt præcedat sēper cognitio aliqua; quæ sit causa efficiens delectationis,aut certe alio modo,ut alij volunt, illam causet, & similiter debet amor obiecti præcedere:nā nihil delectat nisi ametur,nihil autem amatur ipsa delectatione:sed alio actu, qui non est delectatio, iam enim diximus contra Ariminensem,nullum amorem esse delectationem, nullamque delectationem esse amorem,quod etiam notat Azor.tom.1.lib. 3.cap.10. quæst.17. si vero huius doctrinæ sensus sit,causam delectationis semper esse operationem aliquam per quam obiectum delectans obtineatur,restringenda erit hæc doctrina ad eas tantum delectationes,quæ percipiantur ex perfectionibus extrinsecus accidentibus animali & simul oportebit operationis vocabulum ita extendere vt illo intelligatur non modo propria actio proprie dicta:sed etiam passio propria, vel actio aliena & quęuis vnio seu coniunctio vnius rei cum alia. Sic exponit Valent. disput.3.q.5.cum Caietan.quæst.32.a.1. consone D. Thom. ibi ad 1. nec potest quisquam rationibus eorum merito repugnare,nam proculdubio nos & bruta delectari possumus & solemus de ipsa natiua perfectione nostra, quam per nullam propriam operationem acquisiuimus,sed suscepimus operatione Dei, vel etiam aliorum agentium,delectamur etiam in hyeme calore susceptō à sole,vel igne,& pecunię possessione quæ non est proprie operatio, & interdum nec supponit actionem nostram:sed hæreditariam successionem ,vel alterius donationem.delectat etiam interdū locus, in quo ab alijs collocatio sumus. Deū etiam delectant sua attributa,quæ ex nulla operatione habet,nisi vnionem cum essentia diuina, vel emanationem ab illa secundum nostrū modum intelligendi, operationem appelles.

58.

Extrinseca obiecta non delectare nos, nec esse nobis bona,nisi quatenus illa attingimus,vel nobis vnita sunt per operationem aliquam ,docet Valentia supra ; insinuat.D.Thom.quæst.35.art.5.late docuimus tract.2.agentes de obiecto fruitionis & delectationis beatificæ. Explicat autem Arist.7.Ethic.ca.4. duplicis generis esse illa obiecta ,quæ interuiniente operatione adferunt delectationem ;quædam necessaria, quæ ad corpus spectant, vt alimentum &c. quædam non necessaria, vt victoria,honor diuitiæ,& similia:De causa autem finali delectationis hic quæri potest,an sit operatio, idestan delectatio sit propter operationem. Dico. 1.delectationem esse, per se bonā & apetibilem in genere naturæ.Ferra.3.cōtragen.ca.26.Vaz.q.4.art.2.D.Thom.quæ.

2.ar.6.ad 1.vbi ait, delectationē eſſe proterſe appetibilem. Et 4.d.49.q.3.art. 4.vbi ait, delectationem, vt delectationem ſignificari vt quoddā bonum. De quo vide alia. tract.1.diſpu.6.ſectione.2.& tract.2.diſp.1 ſect.3. & latius diſ.3.ſect.1.q.6.& 7. Neque obſtat quod ait D.Thom.q.4.a.2.ad 2.& 3.contragen.cap.26.ratione 8. delectationem eſſe propter operationē & propter operationē eſſe appetibilē. 1. Quia eadē res poteſt eſſe appetibilis propter ſe & propter aliam. 2. Quia D. Tho. forte ſolum intendit delectationem quæ eſt eiuſdem ordinis cum operatione, vel re delectante, magis eſſe appetibilem propter talem operationē, quā propterſe & ideo in delectatione nec totaliter nec prēcipue poſſe beatitudinē cōſiſtere; quamuis in alio veriori ſenſu dictum ſit ab Ariſto. & alijs delectationem eſſe propter operationē ſcilicet loquendo de delectatione non quæ eſt paſsio appetitus: ſed quæ eſt cauſa immediata ipſius: nēpe aliqua corporis diſpoſitio, quam infert coitus, vel viſio &c. ratione cuius coitus vel viſio delectat. Quam diſpoſitionē delectantē adiunxit Deus operationibus iſtis vt ad eas mouerent animalia prę ſertim bruta, & delectationem ſic ſumptam eſſe etiā per ſe expetibilem docet Vaz. ſup. & ſic explicat quod dicitur 10. Ethic. c. 2. neminem interrogas cuius rei gratia capiat voluptatē propterea quod per ſeipſam appetibilis eſt ipſa voluptas. Sic eſſe verū putat, quod ait Fe. Deū adiūxiſſe delectationes operationibus, vt eas redderent amabiles. Sic etiā credo bene Caiet. quæſt. 4. artic. 2. dixiſſe bruta appetere delectationes propter operationes, & moueri in bonum vtile vt ſic quia mouentur in delectationes, vt ſunt vtiles ad operationes alio qui quomodo, allicerēt, vt ad illas: hinc confirmo quod tract. 1. dixi bruta attingere vtilitatem medij ad finem, quando per experientiam ipſam vel diuino inſtinctu perſpecies inſenſatas, & ſi non diſcurſu manifeſta eſt, & ita D. Thom. 1. part. quæſt 78. art. 4, ait. bruta non tantum moueri a delectabili: ſed etiam ab vtili, ſeu moueri non ſolum à delectabili ſecundum ſenſum: ſed etiam moueri in obiecta propter alias commoditates, vt quando colligit paleas ad conſtitutionē nidi: Dico 2. delectationem ſumptam pro affectu appetitus, eſſe bonam, vel malam moraliter iuxta operationem, quæ eſt eius obiectum. Ferrar. & Vaz. ſup. cum D. Tohm. quæſt. 34. articu. 2. patet quia bonitas & malitia actus ſumitur ex obiecto. Dico. 3. delectationem ſumptam pro obiecto delectante interdum eſſe ex ſe honeſtam vt patet in viſione Dei delectante beatos: interdum vero per ſe malam vt mentiri adulterari, fornicari &c. interdū indifferentē, vt patet de diſpoſitione corporis manante à viſione auditione generatione &c. quæ diſpoſitio non eſt licite amabilis propterſe, vnde & copula inter coniuges aſſumpta præciſe propter eiusmodi delectationem, eſt peccatum veniale. 58.

Delectationis effectus ſunt 1. dilatatio cordis. Iſai. 60. tunc videbis & affluues, mirabitur & dilatabitur cor tuum Pſa. 118. viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Et Pſalm. 4. in tribulatione dilataſti mihi. 2 Corinth. 6. cor noſtrum dilatatū eſt, dilatamini & vos; vide Prouerb. 21. & D. Th. quæſ. 32. artic. 1. Quī effectus poteſt intelligi. 1. vt ipſamet voluptas aut effectus formalis ipſius dicatur dilatatio metaphorice, quatenus per illam ita bene, & commode animus ſe habet, ſicut corpus in loco ſpatioſo, & minime anguſto, aut ſtricto. 2. proprie quia delectatio infert corporalem motum puo cor ipſum dilatatur, de quo late Albert. 1. de motu animal. capit. 4. & ab hoc motu delectatio appellatur lætitia quaſi latitia, vt ſupra annotauims. Ex D. Thom. quæſt. 31 articu. 3. ad 3. vbi etiam ait, gaudium, lætitiam, exultationem, & iucunditatem ſolum reperiri in homibus, quod intellige proprie. Nam metaphorice in brutis, imo & in rebus inanimatis reperiuntur. Vt illic probat Caiet. ex Aug. Epiſt. 57. ad Dardan. & ex Pſalm. 113. montes exultauerunt ſicut arietes & colles ſicut agni ouium. Vnde Auguſt. in illa epiſt. explicans id Lucę. 1. exultauit in gaudio infans, ait, videmus exultationem non ſolum paruulorum, ſed etiam pecorum: ſed hæc Ioannis plane inuſitata & noua exiſtit &c.

2. Deſiderium & ſitim afferre. D. Tho. quæſt. 33. articu. 2. hunc autem affectum cauſat 1. ex parte rei, ſi res ſit talis vt non expleatvna vice appetitū, ſed oporteat rurſum eā vſurpare. vt incibo, & potu cōtingit 59.

Nec gramina riuis, nec cythyſi ſaturantur apes, nec fronde capellę, ait, Poeta. Sic Aug. tract. 15. in Ioan. aquam, de qua Dominus Ioan. 4. dixit, qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterū, ait eſſe mundanam voluptatē. Quid eſt inquit, qui biberit ex aqua ſitiet iterū? Verum eſt ſecundū id quod ſignificat illa aqua, etenim aqua inputeo, voluptas ſęculi eſt in profūditate tenebroſa, hinc eā hauriunt homines hydria cupiditatū:

cupi-

cupiditatem quippè proni submittunt, vt ad voluptatem haustam de profundo perueniant; & fruuntur voluptate præcedente, & præmissa cupiditate, nam qui non præmiserit cupiditatem peruenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam esse cupiditatem, & aquam de profundo esse voluptatem. Cum peruenerit quisq. ad voluptatem seculi huius, cibus est, potus est, spectaculum est, &c. Nunquid non iterum sitiet? Ergo de hac aqua qui beberit, iterũ, inquit, sitiet: si autem acceperit à me aquam, non sitiet in æternum. Satiabimur, inquit, in bonis domus tuæ. psal. 64. De qua ergo aqua dicturus est, nisi de illa de qua dictum est, apud te est fos vitæ? Nam quomodo sitient, qui inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. psal. 39. 2. Modo delectatio affert sitim, seu desiderium ex parte operationis, qua res delectabilis vsurpatur, si nimirum ea sit imperfecta comparatione eius, quę de eadem re capi potest. Sic delectatio, quam in ista vita capimus de Deo, propter eius imperfectam cognitionem, sitim excitat perfectæ delectationis, quæ de Deo capi potest si perfectè cognoscatur. Vnde ps. 114. quærite faciem eius semper, ideſt maiorem, & maiorẽ eius cognitionem. Vnde maior, & maior voluptas percipietur. Sic exponit id Eccles. 24. qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Hoc illustratur exemplo illo posito à D. Thom. quęst. 33. art. 2. de eo qui audit. 1. partem versus, & in eo delectatur ideoq. desiderat alteram partem audire, vt inquit August. 4. confession. c. 11 3. omnis delectatio affert sitim & desiderium, si per hæc solum intelligatur negatio fastidij, & sic delectatio beatifica affert desiderium, & sitim, sic explicat. D. Thom. quęst, 33. ar. 2. id. 1. Petri. 1. inquem desiderant Angeli prospicere.

60. Hos modos afferendi sitim, & desideriũ afferunt. D. Thom. 4. d. 49. quęst. 3. art. 2. ad. 3. & hic. quęst. 33. art. 2. Valentia disput. 3. quęst. 5. puncto. 4. Est autem alius & sit 4. sacratior modus, quia vt supra diximus, ipsa voluptas ex se ipsa incitat animum ad desiderandam continuationem eiusdem boni, vel repetitionem, & sic melius explicatur id, in quem desiderant Angeli prospicere. Et qui edunt me adhuc esurient. Vnde. 3. Effectus est acuere, & perficere operationem, excitat enim desiderium ipsius conseruandę, multiplicandæ, seu repetendæ, & augendæ: & sic efficit, vt perfectior sit. Ita intelligunt D. Tho. q. 33. ar. 4. Aristo. 10. Ethi. c. 4. & 9. Valentia illo puncto. 4. & alij dicentes, perficere operationem, non solum permodum finis, termini, & complementi; sed quia sua dulcedine illicit, atque stimulat operantem ad acrius operandum. Fastidium tamen affert interdum delectatio, quando ea illectus animus excedit modum in operatione. Vt si quis nimium comedat, vel bibat, aut nimis continuet operationem sensus, vel intellectus, aut voluntatis: nocet enim capiti, vel alijs membris; sed hoc est per accidens: per se enim delectationes spirituales nõ immutant corpus, ac proinde non afferunt nocumentum, quo in fastidium vertantur. Vnde Grego. hom. 36. in Euange. Hoc distare inter delitias corporis, & cordis solet, quod corporales delitię, dum non habentur, graue in se desiderium accẽdunt; cum vero auide eduntur, cõmedentem protinus infastidiũ per satietatem vertunt. At contra, spirituales delitiæ, cum non habentur, infastidiosunt; cũ vero habentur, in desiderio: tantoq; comedente amplius esuriuntur, quanto, & ab esuriente amplius comedũtur. In illis appetitus satietatem, saturitas fastidiũ generat: in istis autẽ appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit, &c. Et Nyssenus 4. Philosoph. c. 12. seu Nemesius de natura hom. c. 19. Verũ ista immoderatio in corporeis tantum accidit: nã contemplationis lætitia cũ sit summa quędam, & absoluta, immoderationem non admittit. 4. Effectus est obstare cognitioni. Arist. 6. Ethic. c. 11. Aug. 14. ciuit. c. 16. D. Tho. q. 33. ar. 3. Valen. supra nos pluribus hoc confirmauimus agentes de aspernenda voluptate. 5. Effectus sanguinẽ purgat, valetudinẽ roborat, colorem rubeum, nitidum, gratum, & pulchrum inducit de quo Azor. to. 1. lib. 3. c. 10. q. 17. cum Macrobio. 7. Saturnal. c. 11. 6. Effectus est risus de quo Azor. ibidem c. 11.

Egimus de voluptate, & dolore mixtim, & seorsum de voluptate: nunc de dolore, & 61.
tristitia (quæ græco nomine, lypi, significantur) seperatim aliquid dicamus, & licet Valen. disp. 3. q. 1. puncto. 2. & quęst. 6. puncto. 1. dicat, omnem dolorem in homine tristitiam esse; intelligitur tamen vel de interno seu animi, nam tristitia solum dicitur de dolore animi, vt ait Azor. to. 1. lib. 3. c. 13. q. 1. vel intelligi esse tristitiã actu, vel aptitudine, quia omnis dolor potest aliquo modo à ratione prouenire, si autem non proueniat, nõ erit tristitia, sicut neq. omnis delectatio hominis est gaudium, sed quando ex ratione prouenit, vt supra ex. D. Thom. docuimus. Eadem autem ratio est de tristitia: quia sicut se habet tristitia ad dolorem; ita gaudium ad delectationem, vt ait Diuus Thomas quæst. 35. articulo. 2. & ipse Valentia

dicta

dicta.q.6. pun.2. & quia tristitia è regione respondet,seu opponitur gaudio, vt delectationi,& voluptati dolor.Quæ oppositio non exacta,& rigida est.Nã voluptas, & dolor; vel ponuntur de eadem re secundum eandẽ rationem,vel secundum diuersas. Si. 1. dare tur,esset vera contrarietas,quia isti affectus essent omnino in compatibiles simul in eodem subiecto, vt docet.D. Tho.q.35. ar.1. q. 41.ar.3. Valen.dicto pun.1. at neq. indiuersis subiectis,aut temporibus idem secundum eandem rationem potest delectare, & contristare,delectat enim,vt bonum;contristat,vt malum:ergo in priori euentu contrarietas proprie esse nequit, siquidem alterũ extremum oppositionis repugnat esse.In posteriori autem casu contrarietas non est proprie, quia idem secundum diuersas rationes,potest simul eundem delectare,& cõtristare,licet non admodum intense. Lenit enim, mitigat, & remittit quęuis voluptas dolorem,saltem existentem in eadem parte subiecti, & quilibet dolor voluptatẽ maxime si circa idem obiectum versentur. In quo euentu esse affectus contrarios docet D. Tho. q. 35. ar. 4. Valentia puncto citato. quia licet se compatiantur, tamen repugnant interse, & se remittunt atq. debilitant, & cæteris paribus in hac pugna delectatio est potentior, vt patet ex D. Thom. q.35. ar.6. Sed non esse veram contrarietatem suadetur, quia actus vitales contrarij, nec ingradibus remissis se compatiuntur: delectatio autem,& tristitia de eodem obiecto secundum varias rationes in eodẽ subiecto se compatiuntur in gradibusremissis: ergo nęc non est vera contrarietas.Idem ostenditur,quia vnum contrarium tot gradus alterius expellit à subiecto,quot in sehabet: isti autem effectus non excludunt tot gradus à subiecto,quot in se habent: ergo non sunt vere contrarij, & idem dicendum est de simplici amore, & simplici odio. Confirmatur, quia contraria sunt ęqualia quantum ad expulsionem formalem: isti affectus non sunt æquales quantum ad expulsionem formalem, quia magis debilitat lætitia tristitiam, quam ècontra ex opinione. D. Thomæ: ergo non sunt vere contrarij:sed habent aliquam similitudinem contrarietatis, & eandem, licet minorem habent lætitia, & tristitia de obiectis disparatis, nam aliqualiter se remittunt, & debilitant, vt experientia constat, quidquid dicat Valen. quæ tamen fatetur non esse cõtraria, vt etiam ait. D. Thom. illo art. 4. Addit Valentia, quando obiecta sunt contraria eiusmodi affectus non esse contrarios, sed affines, nisi sermo sit de contrarietate secundum extrinsecam denominationem sumptam à contrarijs obiectis, vt lætari de calare, & dolore de frigiditate eiusdem partis eodem tempore. Lætari de honore Dei, & dolere de offensa, lętari de salute,dolere de infirmitate,&c. Per quod conciliat. D. Thom. quæst. 35. arti. 5. asserentem hos affectus esse contrarios, cum se ipso ead. quæst. art. 4. Vbi ait huiusmodi affectus, non solum non habere contrarietatem, sed etiam habere affinitatem. Sed ego credo eiusmodi affectus physice loquendo esse inse, & formaliter contrarios, sicut desiderare vitam, & mortem pro eodem tempore, quia sunt omnino incompatibiles non solum depotentia naturali, & ordinaria, sed forte etiam de absoluta: moraliter tamen non censentur contrarij, quia ab eadem virtute, vel vitio,ab eadem inclinatione, & ab eodem amore dimanant. Et hanc sententiam tenet Buridanus. 7. Ethic. quęst. 22. Vbi etiam inquirit, an delectationes intellectuales habeant tristitias contrarias,& respondit affirmatiue. Sed obijcit Aristotelem 7. Ethi. cap. vltimo. Vbi sic habet. Voluptates autem hæ, quę sine dolore sunt, exuperationem non habent, atque hæ proficiscuntur ex his, quæ natura, & non per accidens afficiunt voluptate, &c. Et lib. 10. cap. 3. sine dolore sunt mathematicæ voluptates, & quę per olfactum, & auditum fiunt, ac visum, & species quam plures. Sed delectationes, quæ sunt sine tristitia non habent contrarium: ergo aliquę delectationes secundum Aristo. carent contrario. Vn de Nyssenus. 4. Philosopho. cap. 12. seu Nemesius de natura hominis. cap. 19. contemplationis lætitia, cum sit summa quædam, & absoluta, immoderationem non admittit, neque ei ægritudo opponitur, neque ex depulsione antegressæ ægritudinis accidit. Respon. Buridin. in fine illius, quæst. Aristote. loqui de delectatione, quę est in natura perfecta;talis enim natura de nullare dolet, & ideo in ea natura non potest delectatio tristitiam contrariam habere, sed hęc explicatio, vt patet excontextu, & interpretibus Aristote. non est legitima. Vnde Respon. Aristot. solum velle aliquas delectationes esse,quæ non habent tristitias ad mixtas de eodem obiecto, quæ quodam modo, vt diximus sint illis contrariæ, nam aliqua obiecta perse nullam tristitiam inferunt, vt contemplatio, visio, salus, &c. Secus medicinæ, vt potio amara, & alia huiusmodi,neque aliud voluit Nyssenus, seu Nemesius. Quibus consonat. Damascen. 2. fidei.c.13. in fine

62.

in fine dicens,par est,vt bonas eas voluptates existimemus,quæ tristitiæ non sint permixtæ nec penitudinem adducentes.

63 1. Diuisio doloris. Dolor diuiditur in interiorem,& exteriorem,vt docet. D. Thom.quæst.35. articu.7. non quod aliquis dolor sit in sensu externo, quemquidam dicunt esse etiam appetitum sensitiuum:neque in aliquo appetitu sequẽ te solam cognitionem elicitam à sensu externo, vt alij arbitrati sunt: nam omnis appetitus distinguitur ab omni sensu,& est interior,sequiturque sensum internum,ac proinde omnis dolor est in appetitu interiori, vt docet. D.Thom. quæst.35.art.1.& Aug. 12.Genes.ad liter.cap.24.& sequitur cognitionem sensus interni, vt quælibet alia passio,dequo vide Caie.quæst.30. articu.3. Sed quod aliquis dolor necessario consequatur externam sensationem, & sit de læsione actuali percepta per sensum externum, ad quam sic cognitam necessario consequatur cognitio in sensu interno, & dolor in appetitu. Quando vero dolor non est eiusmodi, sed potest esse,&reipsa est,etiam si non percipiatur læsio per sensum externum,vel non consequatur necessario eam læsionis perceptionem,uocatur dolor interior,&quoad hunc obedit voluntati appetitus ciuiliter, quo ad alium vero nullo modo, & potest idem dolor, qui erat exterior,manere postea sine externa sensatione,vt siquis doleat de frigore quod passus est, dequo dolebat cum illud pateretur.

64. 2. Diuisio doloris seu tristitiæ. 3. Diuisio doloris seu tristitiæ 1. Species tristitiæ, misericordia. 2. Inuidia. 2. Diuiditur dolor in rationalem, & irrationalem, vt de concupiscentia, & delectatione diximus. 3. Dolor rationalis,seu animi, qui tristitia dicitur, diuiditur in quatuor veluti species.quæ assignantur à Damasce.2. fidei. cap.14. Nyssen.4. philosoph. cap.12. Nemesio de natura hominis.cap.19. Anto. 1.p.tit.6.prin.& ab Azor.to.1.lib.3.c.13.q.3. 1.Est misericordia, quę est tristitia de aliena miseria, quæ Græce dicitur Sympathia,id est,compassio,seu cõmiseratio,dequa subnomine cõmiserationis late Arist.2. Rhet.c.8. Cicer.Tusc.4. Secunda est inuidia, quę est tristitia de bono alieno,quatenus perse æstimatur quasi malũ propriũ,eo quod persona ẽinimica,vel eoquod alio illud possidẽte,nõ possum ego illud possidere, vel eo quod in illo ab alio superamur, aut eo fit, vt non simus illo homine superiores,vel certe, vt si mus minus superiores. Prouerb.17. inuidi timent,& tabescunt.Horatius inuidus alterius macrescit rebus opimis.Oui.2.metam. pallor in ore sedet, macies in corpore toto. Nusquam recta acies,lucent rubigine dẽtes. Pectora fellevirent,lingua est effusaveneno. Risus abest,nisi quẽ visi fecere doloris.Nec fruitur somnovigilantibus excita curis.Sed videt ingratos,intabescitque videndo. Successus hominem carpitque, & carpitur vna supplicium q; suum est. Dequo affectu late Arist.2.Rhet.c.10.& Hamer. in id Gene.37. peruenit Ioseph ad fratres suos. Pet. Greg. optime.li.40.Synthaxis.c.15.& vt inquit Cicer.3. Tusc. verbum inuidendi dictum est ànimis intuendo fortunam alterius,vt est in Menalipo apud Actium Florem quisnam liberum inuidit meum? Scaliger,de subtilitate exercit.316. reijcit Cardanum, quod dixerit,inuidiam esse odiũ tenue:quia(inquit) inuidia plusquã odium. Odisse potest multos quos videas,aut non videas,susque deq; habueris, sed quos ab aspectu abhorreas, hos inuisos veteres dixere. Quod ex Cicer. alibi diximus. Si vero fusiorem admittas significationem,vt inuidia sit affectus,quem admodum sane est,quo nolumusvidere bene esse alteri,iam hoc plusquam odium est. Est &.3. inuidiæ modus quo desideramus nobis aliena bona, quo fit, vt alijs ea adẽpta cupiamus,illisq; abesse, vt nobis ad sint. Hoc sine illorum odio,sed non absq; nostro immoderato, & iniquo amore fieri potest. Hic affectus ex cupiditate,quã græci pleonoxiam vocant mistus est. Odium autem sine inuidia esse posse patet,odi enim inconsideratum locutorem,non illi inuideo. Hæc Scaliger.Sed certe si stricte de odio,& inuidia loquamur distincti affectus sunt,& odiũ interdum grauius inuidia.

Hæc enim sæpe respicit formaliter bonũ proprium,nempe propriam excellentiam, & materialiter bonum alienum, quod aduersatur illi excellentiæ non tamen appetit malum aduersario, quatenus ipsum secundum se censetur bonum proprium,qua ratione respicitur ab odio. Vnde odium grauius tali inuidia est,& ideoCardanus odium tenue inuidiam vocabant, quę tamen proprie odium nõ est,male etiam ibi Scaliger reprehendit afferentes, odium esse desiderium, quo male optamus ei, qui tristitiam intulit. Odium enim inquit prius est cupiditate,& desiderio malefaciendi,tametsi nõ semper:nam & sapiens odit prauos, & quę obstant virtuti,quibus nonvult mala inferre. Odi ingratum mendacem,&c. Quibus non appeto malum. Hæc,Scaliger. Sed certe licet illa definitio non conueniat odio simpliciter,quod strictissime est odium, neque odio abominationis: tamen competit odio inimitiæ minus stricte sumpto,quod est desiderium malefaciẽdi aduersario:cum vero odi ingratos, mendaces, &c. Sine desiderio malefaciẽdi,est odium abominationis, quo illos fugio tanquam mihi molestos. Vnde 65.

etiam

etiam male reprehendit ibidem Viues. 3. animæ. cap. de odio, asserentem odium esse offensionem radicatã, quia odit purus animus mendacem illico. Nam hoc est verum de odio abominationis. Viues autem loquitur de odio inimicitiæ, quod causaliter est offensio, & ira radicata, seu inueterata. Idem Scaliger. exercit. 317. nu. 2. impugnat asserentes Epikerecachiam esse contrariã zelo, idest iræ in eum, quem amamus, si ab eo læsi sumus, vel læsum est quod amamus. Tum quia zelus nõ in hoc consistit, (de quo alibi dicemus) tum quia Epikerecachia est inuidiæ proxima. Est enim gaudium de alienis malis ex. 2. Rheto. Sed ad species tristi-

3. Angust. tiæ reuertamur. 3. Est angustia siue anxietas, quę est tristitia sic aggrauans animum, vt nullum effugiũ supereſſe videatur. Qua-

4. Accid. lem patiuntur hi, qui sunt in magnis periculis. De qua vide Cice. Tuscu. 4 Nyssen. Damasce. & Azor. supra. 4. Est accedia, Græce Achos, quæ est dolor acerbus, ita premẽs animum, vt nihil boni agere libeat, vt etiam vocem adimat, membrorũ vsum prohibeat, & torporem afferat. Hanc semper comitantur tædium mentis, satietas, & fastidium, pigritia, ignauia, & somniculosa desidia. Quanquam cum hæ tristitiæ non proprie differant specie, vt recte. D. Tho. q. 35. ar. 8. animaduertit, videntur pari ratione in hac diuisione annumerari posse aliæ tres, ita vt

5. Pœnit. omnino sint. 7. Quinta igitur, quasi tristitiæ species cẽseri potest pœnitẽtia. Quæ vt illic D. Thom. ad. 2. ait, est tristitia de malo actu

6. Nemes. præterito. De qua Gellius. lib. 17. cap. 1. 6. Est nemesis, quam Aristo. 2. Rhet. c. 9. ait, esse tristitiam de bono alieno, quatenus iudicamus alterum esse illo indignum. Sed sect. 7. inter species iræ Nemesim computabimus, & forte est affectus mixtus ex prædicta tristitia, & ex ira aduersus eum, qui indigno beneficium contulit, qui affectus dici

7. Zelus. tur etiam indignatio. Vide Azor. supra. 7. Est zelus, seu æmulatio, quę est tristitia de bono alieno, quatenus nobis deest, vt patet ex Aristo. 2. Rhet. c. 11. D. Tho. 2. 2. q. 36. art. 2. Vnde constat Nemesim, & zelum parum differre ab inuidia. Propterea. D. Tho. quæst. 35. art. 8. ad 2. dicit hæc duo sub inuidia contineri. Sed differt ab illis, quia inuidia plerumque est de bono alieno, vt derogante nostrę superioritati; alij vero affectus sub alia ratione de bono alieno tristantur. Zelum autem esse affectum mixtum ex tristitia, & ira, & alijs forte affectibus, nec esse meram tristitiam sect 7. videbimus. Illam vero cum indignatione confundit Azor. & ab æmulatione distinguit, quam putat speciem esse tristitiæ, alij vero desiderij. Addit idem auctor aliam tristitię speciem impatientiam, quę nullius laboris molestiæ, & fastidij sit patiens.

66. Causæ tristitiæ.

Causa tristitię est præsentia cuiuslibet mali, quælibet carentia, & amissio boni amati, aut concupiti. Hoc sensu dixit Aug. 14. Ciui. cap. 7. amorem boni esse causam tristitiæ, & in Enchirid. c. 24. concupiscentiam noxiam esse causam tristitiæ, & 3. delibero arbit. doloris causam esse appetitũ vnitatis, qui enim expetit sibi bonum, eo ipso expetit sibi vnionem, & coniunctionem talis boni, vt explicat. D. Tho. q. 36. arti. 3. & lib. de natura boni. c. 20. voluntatem resistendi maiori potestati (quia scilicet frustratur) causare dolorem. Dequo D. Tho. eadem quæst. art. 4. sic ira, & desperatio sunt causę tristitię, dum scilicet, quis non potest complere appetitũ vindictæ, vel desperat se assecuturum, quod appetit. Cassian. 9. de institutis renun. c. 4. tristitia nonunquam iræ præcedentis vitio subsequi, seu cõcupiscentiæ lucri vè cuiusdã minus indepti generari solet, cum se, harum rerum quadam spe mente concepta, quis viderit excidisse Nyssen. disput. de resur. & anima. iræ inefficacia, itemque desperatio eorum, quę concupiscuntur, tristem hanc, ac tetricam affectionem ingerunt in mente. Dilatio quoq; expectati boni tristitiam infert. Spes quę differtur affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens Prouer. 13.

67. Tristitia bona.

Interdum etiam tristitia, vt inquit Cassia. 9. de institu. ren. c. 4. oritur nullis existentibus causis, scilicet extrinsecis, sed solo interno humore cor grauante, & tristia repræsentante.

Tristitia quædã bona est, vt illa. 2. Cor. 7. tristitia, quę secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, & quę oritur ex dilata spe fruendi Deo, Psal 119. heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: & quę est de exiguo progressu in virtute, Cassia. 9. de institutis renuntian. c. 12.

Tristitia mala expellenda.

Alia mala est, & noxia quæ impedienda reijcienda, compescenda, vel moderanda est. Eccles. 30. tristitiam non des animæ tuæ, nec te affligas in consilio tuo, tristitiam longe expelle à te: multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa, & Eccles. 28. Ne dederis tristitiæ cor tuum. Sed repelle eam a te: à tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicẽ. 2. Cor. 7. tristitia sæculi mortem operatur, videlicet corporis, & animę. Dequo plura infra. Propterea ergo moderanda est tristitia, quod est munus patiẽtiæ secundum D. Tho. 2. 2. q. 136. art. 1, & 5. & q 128. art. vni. & 1. 2. q. 66. art. 4. ad 2. 3. d. 33. q. 3. art. 3. q 1. corp. & ad 3. Hebræo. 10. lect. 4. Eccles. 7. ne de-

deris in tristitia cor tuum. sed repelle eam à te, & memento nouissimorũ, & noli obliuisci, nec est cõuersio, & huic (scilicet defuncto quem luges,) nihil proderis, & te ipsum pessimabis. Felix qui non habuit animi sui tristitiam. Prouerb. 15. in mærore cordis langueſcit spiritus.

68. *Media ad expellendam tristitiam noxiam.*

Nec desunt huic morbo medicinę. Neq; enim probari potest inquit Cicer. Tusc. 3. vt sibi mederi animus non possit, cum ipse medicinam corporis inuenerit, & Cassia. 9. de instit. ren. c. 12. pręter illam, quę vel prosalutari pœnitentia, vel pro studio perfectionis, vel pro desiderio suscipitur futurorum, omnis tristitia tanquam sęculi, & quę mortem inferat ęqualiter repellẽda est, ac sicut fornicationis spiritus, vel philargirię de nostris cordibus penitus extrudenda. Multa ad moderandam tristitiam. D. Tho. q. 38. & Anton. 1. p. tit. 6. c. 6. in principio, & §. 1. Valen disp. 3. q. 6. punct. 3. ex quo, & alijs hæc remedia colliguntur.

1. Mediũ. 1. Si fieri potest tollatur, vel minuatur opinio mali. quę sæpe tolli potest saltẽ quoad actum. Vnde Epicte. in Enchirid. cap. 1. in nostra potestate est opinio, appetitio desiderium, auersatio, & quælibet nostrę actiones, idem autem. c. 8. inquit. Homines perturbantur, non rebus, sed rerũ opinionibus, & Plutarch. lib. de exilio, Exilium ignominia, bonorum amissio; vt contra coronæ, magistratus, primique consessus non sua natura, sed nostro ipsorum iudicio affligendi, vel delectãdi modũ habent. Id vult Chryso. lib. seu homilia, quod nemo lędi tur nisi a seipso, idest, à sua opinione, & prauo affectu, & Seneca quidquid dolorem pascit, id minũ putat, idest rem risu dignam. Item mortis habet vicem lętę, cum trahitur vita gementibus, nunquam est ille miser, cui facile est mori; vitam qui poterit reddere protinus, solus naufragium non poterit pati. Si autẽ quis aduentantem propriam mortem, nec timere, nec dolere debet, multo minus de morte charorum, sed sibi dictum putare debet, quod Ezechie. c. 24. dictum est à Domino. Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neque plorabis, &c. Quia videlicet, nec mors propria, nec aliena, mala est tã in re, quã in opin. quę deponenda est: idemq; est de alijs temporalibus malis. Vnde. Cicer. Tusc. 3. Hoc maxime, inquit, experimentum est, cum constet ægritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. Nam si eadem res est, & idem est homo, quĩ potest quicquam de dolore mutari, si neque de eo propter quod dolet, quidquam est mutatum, neque de eo qui dolet, cogitatio igitur diuturna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. Hæc Cicer. Sed vt supra vidimus, manente eadem cognitione minus delectare operationes in progressu, quam initio: ita dicendum, minus contristare, & præterea tempus rerum statum mutare solet, & ita lenire, aut tollere tristitiam, ac proinde varijs modis tempus, hoc præstare. Vnde Terentius in Heautontimoru. Diem adimere ægritudinem hominibus, & Seruius Sulpitius ad Ciceronem de obitu Tulliæ scribens ait, nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat. Vnde Ouidius tempus rerum edax appellat. Eodem spectat illud Sophoclis, tempus enim facilis Deus. Videlicet quod omnia leniat, molliatque, citatur ex Iphiclo. Tempus molestijs medetur omnibus. Et quia ira ex tristitia nascitur, consequenter tempus iram tollit, aut mitigat. Sic Esau fremebat in Iacob, cædem minabatur, cęterum vbi is apud Mesopotamiam vitam agebat, exacto. 20. annorum tempore, cum conceptam iram dies discussisset, inque patriam repedaret, tantum abfugit, vt fratri Iacob in festus obuiam prodiret Esau. Vt etiam Lubens in illius amplexus iret. Hoc prænidens Rebecca dixit ad Iacob. Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te, nunc ergo fili mi audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haram, habitabisque cũ eo dies paucos donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum, quæ fecisti in eum postea mittam & adducam te inde huc. Genes. 27. Vide Hamerum ibi.

69. 2. Mediũ. 2. Iuuabit, mala, quę euenire possunt, præmeditari, non quasi euentura sint. Sic enim perpetuo animus cruciabitur, fietque contra illud Christi, sufficit diei malitia sua, & cõtra id Flacci Poetæ. Quid sit futurum cras, fuge quærere, lætus in pręsens animus, quod vltra est, oderit curare, & amara læto temperet risu. Sed quod possit euenire, nec si eueniant esse valde mirãdum. Ita enim fiet vt malum, si veniat, minus cruciet, quia noui omnino, & inopinati casus magis cruciant. Vnde Seneca. Epist. 77. præcogitati mali mollis ictus venit: ideo sapiens assuescit futuris malis, & quę alij diu patiendo, leuia facit, diu cogitando. Plutharch. lib. de tranquillit. animi ait. Homerus luculento admodum exemplo docuisse mihi videtur, quam vulnificentiora sint ea, quę improuiso inopinatoque feriunt. Vlysses namque peregre reuersus repentinæ morti canis sui illachrymauit: vxori suę flenti assidens non illachrymauit, siquidem iam ante aduentũ prę-

sumpserat

sumpserat lachrymantis vxoris imaginem. Canis vero inopinato interitu perturbatus est. Cicer. Tusc.3. præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum. Itaque apud Euripidem à Theseo dicta laudantur.

Nam qui hæc audita a docto meminissem viro.
Futuras mecum commentabar miserias
Aut mortem acerbam, aut exilij mœstam fugam.
Aut semper aliquam molem meditabar mali.
Vt si quæ inuecta diritas casu foret
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Quod autem Theseus à docto se audiuisse dicit, vt inquit Cicero, de se ipso loquitur Euripides: fuit enim auditor Anaxagoræ, quem ferunt, nuntiata morte filij; dixisse. Sciebam me genuisse mortalem, cui simile illud.

Ego cum genui, tum moriturum sciui, & ei rei sustuli.
Præterea ad Troiam cum missi ad defendendam Græciam
Sciebam me in mortiferum bellum non in epulas mittere.

Nimirum inquit ibidem Cicero, hæc est præstans, & diuina sapientia, perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere: nihil admirari, cum acciderit, nihil antequam euenerit, non euenire posse arbitrari. Exquo est illud Terentij.

Quam obrem omnes cum secundæ res sunt maxime.
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant.

Vnde Ecclesiast.11. in die bonorum non immemor sis malorum. Pergit Terentius.

Pericla, damna, exilia, peregre rediens semper cogiet.
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filij.
Communia esse hæc; fieri posse: vt nequid animo sit nouum.
Quidquid præter spem euenit omnem id deputare esse in lucro.

Hinc tritum illud, quod à Gregorio vsurpatur. Hom. 35. In euangel. iacula præuisa minus feriunt, & in sapientem cadere non censetur, non putaram. Nam vt recte Ambro. lib. de Noe. cap. 31. sapiens non solum præterita recordatur sed etiam futura considerat. Quod ait significatum à filijs Noe, cum incederent retrorsum, & anteriora etiam viderent. Genes. 9. Cato etiam lib. 2. dicit, prospice qui veniunt hos casus esse ferendos. Nam læuius ladit quidquid præuideris ante. 70.

3. Malum cum euenerit, cogitandum est, occasionem præbere exercendi virtutes, quarum vsus apud homines laudem, & gratiam Dei, ac beneficentiam hominis conciliat. Psalm. 24. vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimmitte omnia peccata mea. Iacobi. 1. omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideretis, &c. Philipp. 1. Vobis donatum est pro Christo non solum, vt in eum credatis, sed etiam, vt pro illo patiamini. 2. Timot. 2. Si sustinemus, & conregnabimus. Psalm. 90. cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, &c. 3. Medit.

Seneca. 1. de tranquillitate. cap. 9. calamitates interdum in remedium cesere, & leuioribus incommodis grauiora sanata, & Epi. 86. Demetrius noster vitam securam, & sine vllis fortunæ incursionibus mare mortuum vocat. Nihil habere ad quod exciteris, cuius denuntiatione, atque incursu firmitatem animi tui tentes, sed in ocio inconcuso iacere non est tranquillitas, sed malitia. Attalus iste stoicus dicere solebat. Malo me fortuna in castris suis, quam in delitijs habeat. Torqueor sed fortiter, bene est, & lib. de prouidentia ante medium, vbi agit de aduersitate, inter multa, inquit, magnifica Demetrij nostri, & hæc vox est, quæ recens sonat adhuc, & bibrat in auribus meis. Nihil, inquit, mihi videtur infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduersi. Non licet enim illi se experiri; ma le de illo dij iudicarunt: indignus est visus, à quo vinceretur aliquando fortuna, quę ignauissimum quemque refugit, & infra, vbi de prosperitate agit. Miserum, inquit, te iudico, quod non fuisti miser, transijsti sine aduersario vitam. 71.

4. Auocanda à re molesta cogitatio, & conuertenda ad bona, & læta, quæ possidetur, vel sperantur. Ecclesiast. 11. in die malorum, ne immemor sis bonorum. Casian. 9. de institut. renun. cap. 13. hanc pernicioſissimam passionem tristitiæ sic expellere poterimus, vt mentem nostram futura spe, & contemplatione repromissæ beatitudinis erigamus. 4. Medit.

Nec imitari expedit eos de quibus Plut. in

in moral, vt muſcæ à leuibus locis veluti ſpeculis dilabuntur, aſperis autẽ & cauis inſidẽt. Sic quidã bonorũ obliti, triſtiũ memoriã vrgent, ac premunt. Præſertim vero cogitatio ad Deũ conuertenda eſt, & ad res æternas. Vnde Nemeſius de natura hõ. c. 19. Seu Nyſſen. 4. Philoſop. c. 12. atqui in his ipſis (ſ. triſtibus) qui ſe cõtemplationi rerũ totũ tradidit, nihil omnino cõmouetur, cũ ſe abhis rebus, quæ in hominum vita geruntur, ſemouerit, cum Deoque coniungitur. Et Pſal. 26. delectare in domino, & Greg. ſuper. 1. Reg. 4. lib. 1. c. 14. Sic quoque accidiæ vitium, tædiũ cordis depellitur, ſi ſemper bona cœleſtia cogitentur. Tædere quidem mens nullatenus poteſt, quę tã iucunda bona lętanter videt. Triſtitię enim anguſtioſum malũ ſpiritualis lætitiæ campo deuoratur. Sed tamen ipſa ſpiritualis lætitia ſe menti non infundit, quæ temporalis vitæ anguſtias transgredi cõtemplãdo nõ nouit. Conſonat. Pſal. 76. renuit conſolari anima mea, memor fui Dei & delectatus ſum. & Iſai. 58. ſi glorificaueris dñm, dum nõ facis vias tuas & nõ inuenitur voluntas tua in te, tunc delectaberis ſuper domino. Et Prouerb. 31. noli regibus dare vinum o Lamuel, date ſycerã mœrẽtibus, & vinũ ijs qui amaro ſunt animo, bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuę.

72 Mediũ. 5. Putandũ eſt humana eſſe quæ acciderint & ideo tolerabilia, quæ & tulerint, & ferãt cæteri, vt ait Cicero 3. Tuſcul. Nec enim immerito Euripideũ illud carmen vt ad conſolationẽ aptũ defenditur ibi à Cicerone contra Carneadẽ. Mortalis nemo eſt, quẽ nõ attingat dolor, morbuſq; multi ſunt humandi liberi. Rurſum creandi, morsq. eſt finis omnibus. Quæ generi humano angorẽ, nec quicquã afferunt. Reddenda eſt terræ terra, tum vita omnibus. Metenda vt fruges, ſic iubet neceſsitas (inquit Cicero). Neceſitas ferẽdæ cõditionis humanæ quaſi cũ Deo pugnare, p hibetad, monetq. eſſe hominẽ, quæ cogitatio magnopere luctũ leuat. Exẽplaq. nõ vt male uolorum animũ oblectent, aſſeruantur, ſed vt qui mœret, ferendũ ſibi cenſeat quod multi moderate tranquilleq. tulerint.

73 6. Mediũ. 6. Triſtitiam leuat cogitare, mærore malũ non minui: ſed hominẽ miſere confici. Eccleſiaſ. 30. non eſt vtilitas in illa. ſ. triſtitia. Et merito, vt. 3. Tuſcul. refert Cicero, irriſus eſt à Bione Homericus ille Agamemnon ſcindẽs dolore identidem intonſam barbam, Quem aiebat Bion ſtulte capillũ in luctu ſibi euellere, quaſi calũitio mæror leuaretur.

74 7. Mediũ. 7. Qui expertus aliquam calamitatem eſt, ex eaque emerſit, memoria propriæ experientiæ iuuari poterit ad concipiendam ſpem exitus ex malo præſenti, leniuſque id ſerendum. Heb. 10. rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum. Et infra, nolite itaque amittere confidentiam veſtram, &c. & apud Euripidem.

Si mihi nunc triſtis primum illuxiſſet dies,
Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo,
Eſſet dolendi cauſa: vt iniecto equulei
Fræno repente tactu exagitantur neuõ
Sed iam ſubiectus miſeriis obtorpui.

75 8. Mediũ. 8. Omnia quę afferunt aliquã delectationem, triſtitiam leniũt, vt aſſerit Ariſto. 7. Eth. cap. 1. & lib. 10. c. 5. vt quælib. quies corporis remedium affert cuilibet fatigationi, auctore. D. Tho. q. 38. ar 1. & Antonin. 1. par. tit. 6. c. 6. in principio. Hinc melancholici ſunt maxime appetentes delectationis, vt docet Ariſt. 7. Ethi. cap. 14. Ad hoc habet vim præcipuam delectatio redundans ex contemplatione præſertim diuinorum, vt docet D. Th. q. 35. ar. 5. & q. 38. art. 4. Hinc lachrymæ & luctus in mœrore triſtitiam leuant, quia cum luctus ſit actio aliqualiter conueniens homini dolenti, nonnullam affert delectationem, vt docet D. Tho. q. 38. ar. 2. Vnde Aug. 4. confeſ. cap. 4. narrans dolorem ſuum propter mortem amici. Solus fletus dulcis erat mihi & ſucceſſeratamico indelitiis animi mei. Quãuis cum fletus minuendo malo inutilis ſit & nocere poſsit, minuendus vel omnino tollẽdus eſt, & raro decet virum grauem.

76 9. Mediũ. 9. Quærere prudentem conſolatorẽ proderit. Vnde prouerb. 12. mœror in corde viri humiliat eum, & in ſermone bono lætificabitur. Hinc Græce lingua bona eucharis appellatur, & animo ægroto medicus eſt oratio, & Græcus verſus. Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem. Poſsis & magnam morbi depellere partem; & Paulus iubet Corinthiis, vt conſolentur incæſtum pœnitentẽ ne vehementiori triſtitia abſorbeatur.

10. Mediũ. 10. Conſideratio malorum effectuũ, quos triſtitia affert, mouere poterit ad eius expulſionem: qui autem ſint illi, conſtabit ex generali numeratione effectuum triſtitiæ, de quibus D. Tho. q. 37.

77 Effectus triſtitiæ. Primus. 1. Immodica triſtitia animum & corpus ſic aggrauat, vt omnem operationem prohibeat præſertim intellectus; ideo Greg. vt notat. D. Tho. q. 37. art. 1. ob triſtitiam intermiſit explicationem Ezechielis, vt colligitur ex Grego, homil. vltima in Ezechielem dicẽte. Iam cogor linguam ab expoſitione retinere., iam nullus in me ſacri eloqij ſtudium requirat, quia verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium, &c. Idem accidit Hieronymo ſcribenti in eundem Ezechiel. Vt ipſe narrat epiſtola ad Pamachium, & Anapſychiã.

Diu (inquit) tacui sciens tempus esse lachrymarum. Quanquam modica tristitia studium acuit, eius saltem operationis, quæ ob illam, vel malum pellendum suscipitur. Isai. 26. in tribulatione murmuris doctrina tua eis, 2. Cor. 7. Ecce hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem.

78 2. Vt superius attigimus, nulla animæ passio magis nocet animo & corpori, quam tristitia. Prouerb. 17. anima gaudens ætatem floridam facit, Spiritus tristis exiccat ossa. & cap. 25. sicut tinea vestimento & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Quem locum expendens Cassianus. 9. de institut. ren. cap. 2. & 3. satis inquit, euidenter, ac proprie vim noxij huius ac pernicioſi vitij spiritus diuinus expresit. Vestimentū namque tinearum esu attritum, nullius pretij, vel boni vsus poterit vlterius habere commercium. Itidemque lignum vermibus exaratum non iam ad ornatum vel mediocris ædificij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari. Ita igitur & anima quæ edaciſsimie tristitię morsibus deuoratur inutilis erit, vel vestimento illi pontificali, quod vnguētū Spiritus sancti de cælo descendens prius in barbam Aaron, deinde inoram suam solere suscipere, sancti Dauid Vaticinio perhibetur, secundum illud psalmi. 132. Sicut vnguentum in capite quod descendit in Barbam barbam Aaron, quod descendit in orā vestimenti eius. Sed neque ad structuram templi eius atque ornatum poterit pertinere, cuius Paulus Architectus sapiens posuit fundamenta dicens. Vos estis templum Dei & spiritus Dei habitat in vobis. 1. Cor. 3. cuius qualia sint ligna, sponsa describit in cantico. Trabes inquiens, nostræ cupressus, ligna domorum nostrarum cedrina. Cant. 1. & idcirco huiusce modi ad templum Dei lignorū genera eliguntur, quia sunt ei bonæ fragrantiæ, & imputribilia, nec corruptelæ vetustatis, nec esui vermium valent subiacere. Deniq. Cassian. toto illo lib. de damnis & remediis tristitiæ differit Hermes episcopus & martyr pauli discipulus, imo sīn aliquos vnus ex 72. discipulis Christi in lib. pastoris, qui est approbatus à Dorotheo, Damaso, & aliis. Visione 5. mādato. 10. refert apparuisse sibi Angelū in figura pastoris, & inter alia ei dixisse tristitia omnium spirituū ne quisimus est, & pessimus seruis Dei, & omnium spiritus exterminat, de contribulat spiritū sanctum, & oratio tristis hominis non habet virtutem vt ascendat & altare Dei Quoniā tristitia sedet in corde eius, cum ergo fuerit mixta oratio viri cum tristitia, hęc non patietur orationē mūdam ascendere ad altare Dei, sicut enim vinum aceto mixtum eandem suauitatem non habet, sic & tristitia spiritui sancto mixta eādem orationem mundam non habet. Consonat id Oseæ. 9. sacrificium eorum quasi panis lugentium, & Leuit. 10. quomodo potui placere Deo in cęremoniis mente lugubri? & Eccle. 21. non est sensus, vbi est amaritudo. Et c. 31. amaritudo animę minorans virtutem, & faciens vulnera, & Cassianus collat. 9. c. 3. ad recte orandum iræ præ omnibus siue tristitiæ perturbatio funditus eruēda. Ex. 1. Thimot. 2 in omni loco leuantes puras manus sine ira (quæ ex tristitia oritur) & sine disceptatione vt Helias. 3. Reg. 19. præ tristitia petiuit animæ suæ, vt moreretur, & somno correptus est Ita alij prę tristitia, & mortem expetunt, & virtutes dormire faciunt, vt enim ait. Bern. de interiori domo. c. 52. tristitia omnis boni impedimentū est. Sed ad mala, quæ tristitia corpori adducit, regrediamur mortis esse causam indicauit Iacob. Gen. 42. si quid aduersitatis ei acciderit in terra, ad quam pergitis, de ducetis canos meos cum dolore adinferos. Eccle. 30. à tristitia festinat mors. Paulus tristitia sæculi mortē operatur. 2. Cor. 7. itaque & si conueniant medici, ex omnibus affectibus alterationes & morbos corporis posse prouenire. Galen. Isagog. in lib. de salub. & lib. 5. de decretis Hippoc. & Platonis, & lib. 1. de tuenda sanitate & lib. de incōstantia, & lib. quod animi mores corporis temperamentum sequantur. Et Hippocrates, lib. de insomniis, aliiq. per multi. Sed nulla passio æque ac tristitia morbos mortemque adducit, licet non repente vt interdum nimia lætitia & gaudium, præ quo plerique mortui sunt, vt Sophocles, vt Dionysius Tyrānus Siciliæ, vt refert Plin. lib. 7. c. 37. Diagoras Rhodius. Cicero. 1. Tuscul. Gellius, lib. 3. item Marcus Iuuentius Thalna consul. Valerius. lib. 9. cap. 12. tit. de morte non vulgari.

Cuius rationē assignat Petrus Gregoris in Synthaxi artis mirabilis lib. 28. c. 25. quia in lætitia fit motus nō quidē validus in corpore, nec feruidus, resoluitur tamen spiritus & dissipat animalis facultatis roburin mœrore autem spiritus coarctantur.

3. Tristitia fletū & lamentationē causat, de quib⁹ Azor to. 1. li. 3. c. 13. q. 4. & c. 14. p totū. 3.

Sectio 5. De spe & desperatione D. Thom. q. 40.

79 ACtum est de passionibus concupiscibilis, reliquū est vt de passionibus irascibilis disseramus, 1. de primo iugo, seu cōbinatione earum cōstante ex spe, & desperatione, quæ versātur circa bonū arduum improprie enim Dido apud Virgilium dixit.

Hunc

Hunc ego, si potui tantum sperare dolorē.

Opiniones de spe.

De spe variæ sunt opiniones. Quidā dicūt esse iudicium, quo quis sibi persuadet, se posse consequi, vel fore vt consequatur bonum amatum, tametsi difficile, & arduum appareat. Quæ sententia falsa est vt 2. 2. quæst. 7. de spe virtute Theologica, contra Lutheranos dicemus, qui spem cum fide coniungunt. Illud ergo iudicium necessarium quidem est ad sperandum, ideo cum quis nimio timore vel quibusdam perturbatur desperationis metibus, præcipue conamur illum in illo iudicio stabilire, & firmare: quoniam ab illo spes oritur: non tamen potest in illo solo formaliter consistere, quoniam spes tendit in bonū sub ratione boni, quod est potentiæ appetitiuæ, non cognoscitiuæ. Dices, versari circa bonum iudicando illud posse obtineri. Contra, quia non omnis, qui ita iudicat, sperat: potest enim nullum habere appetitum consequendi tale bonum, & tunc nō dicitur sperare, & fidelis seruata fide potest desperare ergo spes non consistit in iudicio fidei. Item alias vix possent virtutes Theologicæ fidei & spei distingui. Præterea timor saltem ex parte est in appetitu, ergo & spes. Nam sicut ille est de malo arduo imminenti, ita spes de bono. Certum ergo esse debet, spem esse actum appetitus, vel illum includere, ita vt sit iudicium, quo quis iudicat, se posse cōsequi bonum arduū, quod optat, vel ipsa optatio aut affectus cōsequēdi bonum arduū, quod possibile iudicat. Sequemur autem communē opinonē, quæ ait, supponere pro affectu, illumque in recto importare, quæ est opinio D. Tho. q. 40. a. 2. Conrad. ibi. & sunt qui existimēt, non esse actum distinctum à desiderio. Quod est actus concupiscibilis. Ita tenēt late Scotus. 3. d. 26. q. vni. Gab. ibidem. Almai. 2. mor. c. 3. Viues. 5. animæ. c. de spe: idem fortasse vult dicens, spem esse formam cupiditatis; quamuis, quod addit, nēpe esse fiduciam, euenturum, quod cupimus, spemq. non habere euidentiam scientiæ, sed coniecturā opinioins, indicet, de mente illius auctoris, spem ad intellectum pertinere & esse formam, idest perfectionem quadā cupiditatis, & non sumpsisse formā pro specie. Vt cūque tamen sit, ille impugnatur à Scaligero
80 lib. de subtilitate contra Cardanum exercit. 314. quia non omnis spes est fiducia sed firma tantum spes. Et quia spes est futuri, fiducia autem etiā præsentis, vt cum quis fidit suo robori, vel celeritati, &c. quæ tamen impugnationes parui momenti sunt. Nam omnis spes fiducia dici potest; licet strictissime spes, quæ non est firma, fiducia non dicatur. Deinde spes etia est de præsenti, non tanquam de re sperata, sed tanquā de re, in qua spes collocatur, sic sperat homo in Deo, & in suo robore, & celeritate, &c. sicut & fidit. Bene autem Scaliger Cardanum reijcit, quod dixerit spē tristitię contrariam esse, nisi Cardanus intelligat de contrarietate virtuali, quia spes lętitiam generat tristitiæ contrariā, siue spes generet per se lætitiam, siue ratione persuasionis existentis intellectu de possibilitate consequendi optatum bonum. Qui autem spem à cupiditate seu desiderio non distinguunt, suadere id conantur. 1. Quia spes est motus ad consequendum bonum vt sic, motus autem appetitus ad consequendum bonum, est desiderium. 2. Quia isti actus solum differunt, sicut desiderium boni absolute, & desiderium boni ardui, quæ differētia accidentalis est. nam idē desiderium est, quo desidero salutem, cum est ardua, & obtentu difficilis & cum non est ardua sed obtentu facilis. 3. Quia amor boni ardui, & amor boni absolute non distinguūtur; sed idē est siue obiectum apprehendatur vt arduū siue non: ergo similiter appetitus seu desiderium boni absolute, & boni ardui idem actus est, & Conf. quia non sunt multiplicandæ entitates sine necessitate. nulla autē est necessitas ponendi actū spei distinctū ab actu desiderij: ergo. Conf. 2. nam valde probabile est concupiscibilem & irascibilem nō esse distinctas potentias & in appetitu intellectiuo certum & cōmune est: eadē autē potentia circa bonum futurū, vt sic, non habet duos actus ergo desiderium & spes non sunt duo actus; sed vnus & idem & ita tenent aliqui docti recentiores satis, probabiliter, & insinuat Azorto. 1. lib. 1. c. 23. q. 2. licet D. Tho. q. 40. 2. 1. Conrad. ibi & Valentia disp. 3. quæst. 7. & alij qui. 11. passiones constituunt, vel etiā. 11. actus voluntatis illis respondentes, spem à desiderio non tantum accidentaliter, sed etiā substantialiter distidguāt. Cum quibus aperte sentit Okam quodlib. 3. quæst. 12. vbi ait: actus spei est actus præsuponens actū credendi & desiderandi & distinguitur ab vtroque coniunctim: hoc tamen non potest cui denter sciri nisi per experientiam. Et potest ab illis coniunctis separari non naturaliter, sed per diuinam potentiam. Ad spem autem requirunt quidam desiderium absolutum & efficax boni ardui. sed fortasse sufficit inefficax, dum tamen inefficacia eius proueniat ex persuasione intellectus, qua sibi persuadeat bonum esse obtentu difficilimum & forte non esse obtinendum. Si enim moraliter certum sit, obtinendum esse, iā non habet rationem ardui & difficilis, nec est obiectū spei, sed simplicis desiderij. Si obiicias cōtra negātes esse tialem

diſtinctionem ſpei à deſiderio, ſpē eſſe veluti erectionē animi & extenſionem appetitus timori contrariam, & ſpecialem affectum, quo confidit ſe conſecuturū, quod amat, ergo eſt paſsio diſtincta à deſiderio. Reſp. totam hāc erectionem, quatenus ad appetitum ſpectat conſiſtere in intentione efficaci & abſoluta conſequendi bonum amatum, aut ſi ſit inefficax, non carente efficacia propter obiecti difficultatem, ſed ex libertate, vel alia ratione. Reliqua vero pertinent manifeſte ad perſuaſionem & iudicium. Qua propter, licet ſpes ſit actus appetitus, connotat tamen iudicium illud, quod proprie confidentia ſeu fiducia appellatur. Licet D. Tho. q. 40. ar. 2. ad 2. ex confidentia virtutis cognoſcentis ſequi putet quandam confidentiam & fiduciā in appetitu, quę ſpes dicitur, & quamuis deſiderium per ſe ęrumnam potius, quam gaudium afferat: tamen deſiderium cum illa exiſtimatione gaudium affert: nam ex ſpe præmij ſolatium fit laboris, vt eſt apud Publium Mimum, et Rom. 12. ſpe gaudentes. Et ad operationem allicit. 1. Cor. 9 debet qui arat, in ſpe fructus percipiendi arare: de quo optime Baſilius homil. in Pſalm. 1.

81 Spes, expectatio, & deſiderium eundem actum ſignificant, diuerſam tamen conſtructionem habent: deſiderare, expectare, & ſperare; nam dicimur ab aliquo & in aliquo ſperare, non tamen dicemur deſiderare vel expectare in aliquo, ſed tantum ab aliquo: nec dicimur expectare ex aliquo, quia verbum cōponitur ex ipſa propoſitione, ex: dicimur tamen deſiderare & ſperare ex aliquo. Sicut autem deſiderium fruſtrari dicitur, ita ſpes & propterea fallax interdū appellatur, aut certe, quia cum non fit quod ſperabamus, falſum deprehenditur iudicium, quo illud fore credebamus Sic Cicero lib. 3. de Oratore Non fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpacio ſæpe franguntur, & corruunt. Quibus autem nihil boni eſt in re, ſed tantū in ſpe, conuenit quod in fabula fictū eſt in Pandoræ pyxide effuſis rebus omnibus, ac perditis ſpem ſolā reſediſſe in fundo. Quamuis Viues ſupra, quem Medi. q. 40. tranſcribit, hanc fabulā adducat, vt oſtē dat ſpem leuiſsimis ex cauſis & naſci, & ſuſtētari. Quo ſpectat illud prouerbium, Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. Concinit Tibullus. Sed credula vitam ſpes fouet, & melius cras fore, ſemper ait. Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratris ſemina, quæ magno fœnore reddat ager; Hæc laqueo volucres hæc captat arundine piſces, cum tenues hamos abdidit ante cibos; ſpes etiam valida ſolatur compede vinctum, crura ſonant ferro, ſed canit inter opus. Aliud quoque prouerbium ad monet, ne in afflictiſsimis quidem rebus abiiciendam ſpem, ſumptum videtur ex Teocriti Batto, quod non inelegantер tranſtullit Philelphus hunc in modum.

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebit
Sperandum eſt viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis.
Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.

Lege emblema Alciati de ſpe, in quo elegan 82
ter conditiones, cauſasque ſpei & eius comi
tes deſcribit. Solent autem bonæ ſpei eſſe, qui boni conſequendi difficultates non ſatis ponderant. Hinc Ariſto. 3. Ethic. c. 8. ait ebrioſos eſſe bene ſperantes, & 2 Rhet. c. 12. iuuenes quoque ſolere eſſe bonæ ſpei, quod vt D. Tho. recte exponit. q. 40. a. 6. ideo accidit, quoniam tales propter ignorantiā, aut inconſiderationem difficultatum, aut inexperientiam, facile putant ſe voti compotes enaſuros Item quia propter, vires quas vini calor, & iuuentus afferunt fortiores fiunt; & ideo propriis viribus magis poſſunt confidere. Licet contigat, experientiam ad ſpem conducere, vt ſi quis vſu comperiat difficultates à ſe vel aliis hac, vel illa ratione eſſe ſuparatas, quam rem D. Thom. eadem q a. 5. declarat, vbi ad hoc propoſitum refert dictū illud Vegetij. Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe putat.

Sed difficultas eſt quomodo ſpes paſsio 83
eſſe poſsit. Nam omnis paſsio eſt in appeti- Difficultas
tu ſenſitiuo, ſpes autem (vt apparet) nō poteſt eſſe in appetitu ſenſitiuo, quia hic ſenſum ſequitur, quo futura & ardua, vt ſic, de quibus eſt ſpes, non apprehenduntur. Eadē difficultas procedit in omnibus actibus irascibilis, & in aliquibus actibus concupiſcibilis, nēpe deſiderio & fuga. Huic difficultati, quātum attinet ad appetitum brutorū, in quo maior eſt. R. D. T. q. 40. a. 3. ad 1. Quāuis bruta animalia nō cognoſcant futurū: tamen ex inſtinctu naturali mouentur ad aliquid in futurū, ac ſi futurū præuiderent: huiuſmodi enim inſtinctus eſt eis inditus ab intellectu diuino præuidente futura. Quam ſolutionem Conrad. eo loco illuſtrare conatur ex verbis D. Tho. 3. d. 26. q. 1. a. 1. ad 4. vbi ſic habet ſicut animalia cognoſcunt rationē cōuenientis, & nociui nō per inquiſitionē rationis, vt homo; ſed per inſtinctum naturę, qui dicitur, eſtimatio: ita etiam cognoſcunt aliquid, & futurum eſt, ſine hoc quod cognoſcant rationē futuri: non conferendo præſens ad futurum ſed ex inſtinctu naturali ſecundum quod aguntur ad aliquid agendum, vel ex impulſu naturæ interioris, vel exterioris, ſicut quando agunt ad præcauendum de futuris, que dependent ex motu cœli quaſi ex

si ex eo impulsa, vnde ex eorũ operibus homines possunt aliquid scire de huiusmodi futuris, sicut nautæ præsciunt tempestatẽ futuram ex motu delphinorũ ad superficiẽ aquæ ascendentiũ, & formicæ, veniente pluuia, reponunt granũ in cauernis. Hæc D. Tho. in 3. similia de timore dicit in hac parte, q. 41. ar: 1. ad 5. quæ tamen obscura & difficilia sunt et late tractantur à Caiet. q. 40. ar. 5. quẽ Med. ibi, & Valentia disp. 3. q. 7. puncto. 1. sequũtur.

84 Pro expositione autem dicendum est, 1. bruta non cognoscere futura, iudicando ipsa fore aut non fore: ita Caiet. & Med. probatur, ad hoc enim necessarius est discursus, imo neq. is semper sufficit, aut instinctus; primũ ad nihil habent bruta. 2. autẽ tantũ habent, quatenus est necessarius in ordine ad vitæ sustentationem & defensionem & filiorum procreationẽ, & alia huiusmodi, prænotio autem ista faturorum non esse necessaria, si quidẽ satis est cognoscere bonũ, quod repræsentatur, esse vel non esse possibile. Sic enim & nos sæpe operamur aut optamus nõ iudicantes, an quod optamus, euenturum sit aut non sit; ergo illa prænotio futurorum nõ est in brutis admittenda. Ex quo sequitur neque sensum nostrum internum prænoscere futura iudicando ea fore, vel nonfore, nam neque disursum habent, neq. plures instinctus quam bruta sed pauciores; quia illis non indigent vt tractatu 2. obseruauimus. Deinde sensus nostri, & brutorum sunt eiusdem rationis; ergo si brutorũ sensus non prẽuidẽt futura, neq. nostri præuidere ea possunt. Neque valet responsio Caietani, non posse arg. à nobis ad brutam duci, qm̃ sensus interni ex coniunctionẽ ad rationẽ amplius possunt quam in brutis. vnde æstimatiua in nobis discurrit, & ideo cogitatiua, & ratio particularis appellatur; & memoria reminiscitur & appetitus sensitiuus libere operatur: quas tamẽ operationes potentiæ istæ in brutis non habent. Non valet inquam respõsio hæc, quia potentiæ istæ ex coniunctione ad animam rationalẽ non recipiunt aliquam vim actiuã, vel principiũ agendi, ergo non possunt exercere operationes, quas non possunt exercere in brutis licet possint alio modo, & ordine; quia trahuntur & diriguntur à ratione & voluntate. Et ideo cogitatiua dicitur, discurrere quia quantum ad apprehensiones suas procedit eo ordine, quo intellectus, quando discurrit: & reminiscitur, quando intellectus reminiscitur deducendo vnum ex alio per discursum, & similiter appetitus sensitiuus in homine operatur libere quia ex vi & impulsu actus voluntatis potest, omnibus aliis eodem modo se habentibus, agere & nõ agere: nõ tamẽ id potest se solo, etiam si habeat coniunctam potentiam volitiuam vt contra Caiet dicemus in materia de peccatis.

2. Dicendũ est, bruta cognoscere futura, vt 85
futura nõ quidẽ notitia iudicatiua, hoc enim iã reiectũ est; sed notitia apprehensiua. probatur. 1. quoniã bruta, vt eliciant actũ spei, desiderij, timoris & alios huiusmodi, debẽt cognoscere obiectum vt possibile vt docet Valentia supra ex. D. T q. 40. a 3. ad 2. & Caiet. eodẽ art. id supponit. Et idẽ supponere videtur Med. ead. q. & tenet Cõrad. eod ar. ad 2. & cõstat quoniã vt ait D. T. eod. a. si canis videat leporẽ, aut accipiter auem nimis distantẽ, nõ mouetur ad ipsam, quasi nõ sperans, se eã posse adipisci, si autem sit in propinquo, mouetur, quasi sub spe adipiscendi: hoc autẽ prouenit, quia adeptio in vno casu apprehenditur, & iudicatur impossibilis, in alio vero possibilis, ergo brutũ cognoscit obiectum vt possibile. Possibile autem dicit ordinem ad tẽpus futurũ, & ad opus in eo futurũ vt sic: nã idest possibile, quod nũcnõ est, & post hac seu futuro tempore poterit esse: ego impossibile est bruta cognoscere possibile vt sic, nisi etiã cognoscant simul notitia apprehensiua futurũ vt sic. 2. idem probatur, quia brutũ cognoscit etiã notitia iudicatiua tempus instans seu præsens, delectaturq. de bono prẽsenti vt præsens est & tristatur de malo præsenti vt præsens est: præteritorũ quoq. recordatur (& forte etiã de illis delectatur & tristatur) & ita docent Caiet. & Med. cur ergo saltem notitia apprehensiua causata ex naturẽ instinctu inclusaq. in cognitione possibilitatis obiecti nõ poterit percipere futurũ vt futurũ? cur Deus qui imprimit speciem insensatã, qua brutũ cognoscit obiectũ, vt cõueniens, & possibile, nõ imprimet speciẽ, qua illud apprehendat, vt futurũ? licet nõ qua iudicet futurũ quia hoc 2. nõ est necessariũ: secus tamen. 1. Confir. 1. nã actus spei, desiderij & similes nõ alia ratione differunt à simplici amore, & odio, tristitia, & delectatione sm̃ D. T. & omnes, nisi quia simplex amor & odiũ respiciunt obiectũ abstrahendo à prẽsentia, præteritione, & futuritione: delectatio vero & tristitia cõcernendo præsentiã. I præteritionem obiecti, ipsi vero cõcernũt futuritionem obiecti nõ quidem in re seu in actu exercito: hæc enim est impertinens, potest. n. de sideriũ esse de repræsenti & prẽterita aut nõ possibili in se, sed in apprehẽsione & actu signato, seu concepto, ergo necesse est ad eiusmodi actus cognosci notitia apprehensiua futurum vt futurum Conf. 2. quia in voluntate non possunt esse eiusmodi actus sine tali apprehensione: ergo nec in appetitu sensitiuo qui non est melioris conditionis, neque minori cognitione indiget ad suas functiones

quam voluntas. Hanc conclu. credo intendisse D.Tho. Caiet. Conrad. Valēti. & Medi. sed non satis se explicuisse & quosdā nō vsos distinctione necessaria ad explicandū & soluendum quæstionis nodū. Dixerunt enim bruta cognoscere futurum materialiter, & hoc sufficere ad actum spei, & desiderij, &c. non vero formaliter & vt futurum: cum tamen dicere debuissent, cognoscere illud formaliter, non quidē notitia iudicatiua, sed apprehensiua, & hoc tantū esse necessariū ad eiusmodi actus. Ex quibus patet deceptum fuisse Scaligerū lib. de subtilitate exercit. 307. nu. 33. asserentē, metum mortis ad volūtatem, & non ad appetitum sensitiuum pertinere; quia mors est separatio animæ à corpore, quā solus intellectus cognoscit, & quia metus, & spes futurū vt sic respiciunt, sensus autem futurū, vt sic, cognoscere non potest. Quæ posterior ratio ex proxime dictis confutatur. Prior vero quia licet sensus nō cognoscat mortē sīn se: tamen cognoscit eam in aliquo ꝓportionali. Itē si istæ rationes essēt efficaces nec vita desiderari posset, neq. aliquid aliud appetitu sensitiuo.

87 De desperatione Almai. supra censet, nō esse actum appetitus, sed negationem actus spei ortam ex cognitione difficultatis, aut impossibilitatis, cōparandi bonū amatū, aut desideratum, & suaderi potest. 1. Quia non sunt multiplicandi actus sine necessitate: nulla autē videtur esse necessitas ponēdi positiuū actum desperationis in appetitu. 2. Quia si desperatio esset actus appetitus contrarius spei, oporteret esse fugam per modum nolitionis; hoc autem esse non potest: quia fuga est de malo vt docet D.Tho. q. 42. a. 1. desperatio autem de bono vt patet ex communi modo loquendi, dicimus enim desperari valetudinem, beatitudinem, &c. ex D. Tho. plane id docente, q. 40. a. 1. in corpore & ad 3. & a. 4. & q. 42. ar. 1. & q. 25. ar. 3. & q. 23. ar. 2. Caiet. q. 40. ar. 1. Nihilominus defendi potest quod ait D.Tho. locis citatis desperationem esse motum positiuū appetitus contrarium spei, nempe vitalē recessum à bono propter apprehensam impossibilitatē ipsius. Idem Caiet loco cit. Valen. disp. 3. q. 17 p. 2. & q. 7. puncto 2. Conrad. illo. a. 4. Foxius 2. ethicæ c. 7. & omnes qui numerant vndecim passiones appetitus. Quam sent, sic alii qui interpretantur vt in eo qui desperat, præter priuationem desiderij, sit quidam motus appetitus quo proponit desistere à consecutione talis boni propter eius impossibilitatē vel magnā difficultatē, qua ratione est malū quoddā; & ita potest esse obiectū fugæ, quę interprætatio est cōtra D.T. & eiꝰ sectatores; nā propositū est desideriū quoddā ꝙ pertinet ad cōcupiscibilē, desperatio autē à D.Tho. & aliis ponitur in irascibili. Deinde propositum prosecutio est potius quā fuga: desperatio autem est mera fuga: ergo nō est propositū. Vnde Valētia supra & alij dīt esse recessum vitalem à bono distinctū à proposito & omni actu concupiscibilis, & quandā animi fractionē, remissionē, & desponsionē contrariā erectioni animi, in qua consistit spes. Et hactenus quidam bene interpretantur D.Tho. addūt vero cum precedentibus aliquid, ꝙ re vera est contra S.Tho. nempe obiectū spei esse bonum sub quadam ratione mali scilicet impossibilitate, vel ingenti difficultate, & ita verari perse & formaliter circa malū: quia est fuga quædā, quod esse contra S.Tho. & eius sectores, patet: nā D.T. q. 40. a. 4. ad 2. ait desperatio non respicit malū sub ratione mali, sed per accidens quandoq. respicit malū in quantū facit impossibilitatē adipiscendi: potest autē esse desperatio ex solo superexcessu boni: quam solutionem notandā esse ait Conrad. ibi. in eadē. n. dicitur desperationē nō esse vniuersaliter, & per se de malo, sed interdū, & per accidens, nimirum quando ipsum bonū causat illam difficultatem in sui adeptione & consequenter priuat hominem se ipso, & sub ea ratione est malū causaliter ipsi homini; quādo vero aliūde prouenit difficultas, neq. per accidens desperatio est de malo, quia difficile vt sic, non est malū. Vnde Fonseca in Eth. disp. 6. q. 5. a. 2. ait desperationem esse formaliter circa bonū. Idē Vinc. 1. p. specul. d. 6. Neq. ad recessū vitalem appetitus requiritur malitia in obiecto, sed sufficit impossibilitas, aut ingens difficultas, seu ratio formidandi, & dubitādi de consecutione boni, & cū ait D.T. omnē fugā esse de malo, intelligēdus est de fuga per se prouēiente ab obiecto, qualis est timor, secus de fuga, quæ non prouenit per se ab obiecto, eo ꝙ bonum est, sed per accidens interuenit, quia difficile est, aut impossibile vel ex natura rei vel aliū de.

Si res consentanea rationi, nostrisq. viribus par sit, & ob animi desidiam ommittatur vitiosa est desperatio. Quod si vero rei obiectę difficultas vires nostras superet vt est valde temerariū illam aggredi. Itaviri prudētis erit imbecillitatē suam agnoscere, ac de se tunc desperare: nam est vituperio digna præceps animi confidentia; quam ob causam ad omnes pertinere arbitror quod Horatius de poetis in arte sua præcepit. Sumite materiam vestris qui scribitis æquā viribus, & versate diu quid ferre recusent, quid valeant humeri. Quæres an desiderium & spes sint boni à nobis seiuncti; an vero coniuncti tm, verbi gratia beatitudinis obiectiuæ

tiuæ an formalis tm̃. Dur. 1. d 1. q. 2. cẽset spẽ nõ esse simpliciter Dei, sed Dei vt visi seu visionis Dei sicut (inquit) nõ desideramus panem & aquam sed edere & bibere Reijcitur a Caiet. Bañes & alijs. 2. 2. q. 17. art. 5. Argent. 1. d. 1. q. 1. art. 2. Ocham & Gab. cad. d. q. 4. art. 2. Marsil. 1. q. 4. art. 2. Azor. tom. 1. lib. 1, cap. 23, q. 3. quia sic spes non esset virtus Theologica: quia virtus Theologica circa Deum versatur. Item quia teste Arist. 2. animæ textu. 28. in fame est appetitus calidi & sicci, sitis vero frigidi & humidi. Quæstio est de nomine & in re nulla potest esse controuersia: nam sperare Deum reuera est sperare eius visionem, ac proinde non ipsum secundum se: sed vt visum, neque ista sunt obiecta quorum vnum ab altero secerni in spe & desiderio possit. Simpliciter non solum visionem Dei sed Deũ ipsum sperare & desiderare dicimus. Vide dicta tract. 6. disp. 1. sect. 8. q. 5. & tract. 2. disp. 7. sect. 6.

Sectio. 6. De timore & audacia. Diu. Thom. quæstione. 41. vsque ad 45.

89 HAEC est 2. Combinatio passionum irascibilis posita à D. Thom. & alijs, & licet D. Tho. prius de timore egerit à q. 41. usque ad. 44. postea vero. q. 45. de audacia differuerit, tamen quidam quos imitatur Valentia disp. 3. q. 8. & 9. prius de audacia differendum putant, quia timor ad fugam pertinet, & audaciæ contrarius est, quæ in prosecutione consistit: ergo consequenti methodo, prius vt de audacia, quam de timore differendum: sequemur tamen ordinem D. Thom. quia audacia aut non est passio vt multi non improbabiliter sentiunt, sed carentia timoris, aut signorum eius in aggressione, vel expectatione hostium, vel eorum à quibus malum imminet, aut si est passio, non addit ad desiderium efficax aggressionis, nisi actualem ipsam aggressionem connotando esse intrepidam, & carentem timore & signis eius; aut si est passio irascibilis distincta à desiderio, est quædam animi erectio aduersus periculum, & quidam eius contemptus, sicut timor, est quædam animi demissio erga periculum, & quasi eius æstimatio. non vero eius prosecutio: quia mali, qua malum est, prosecutio esse non potest; sed in ordine ad bonum, & talis prosecutio est desiderium, vel spes, non audacia. cum ergo audacia si est specialis passio non sit prosecutio contraria timori, neque habeat pro obiecto bonum sed malum, sicut ipse timor, non est cur de illa prius quam de timore differamus, nisi forte quia prius agendum est de erectione animi aduersus malum, quam de demissione. Sicut prius actum est de spe, quæ est erectio animi circa bonum arduum, quam de desparatione, quæ est demissio animi circa idem bonum; sed parum refert, quo ordine de his differamus, cum ordo ipse differendi ad harum rerum intelligentiam parum necessarius sit.

Nomen timoris vt obseruat D. Thom. q. 30. art. 2. ad 3. generali quadam ratione significat omnem fugam appetitus a quocunque malo futuro, sic forte metum sumpsere veteres definientes metum, expectationem mali apud Arist. 3. ethi. cap. 6. quomodo timor opponitur non solum audaciæ, sed etiam concupiscentię seu desiderio boni proprij, vel alieni, & quidam putant satis probabiliter, non esse passionem essentialiter distinctam à fuga, quæ desiderio opponitur, sed esse fugam mali, quod difficile euitatu apparet. At vero D. Thom. q. 41. art. 2. Conrad. Caiet. Med. Valent. & alij multi specialem passionem esse arbitrantur distinctam essentialiter a. 6. alijs, quas disp. præced. diximus cõnumerari, & iuxta hoc distinguendi sunt duo timores sub illa generali ratione timotis contenti, sicut distinguitur audacia, si specialis passio est, à desiderio existente in concupiscibili: quos duos timores distinguit D. Thom. quæst. 41. art. 2. ad 2. vnus est contrarius desiderio existenti in concupiscibili, & est de futuro malo, abstrahendo ab arduo, & nõ arduo: alius vero existit in irascibili, est que de futuro malo arduo. vt sic, & est demissio quædam animi existentis in periculo mali, quod vix aut nullo modo vitari potest. Sic Arist. 2. Reth. ca. 5. ait, timorem esse perturbationem quandam ex imaginatione futuri mali corruptiui, aut dolorem inferentis. Addunt tamen aliqui, & merito illud debere esse arduum seu vitatu difficile, Addunt etiam aliqui debere esse de malo imminente propinquãte, & impẽdente, quod sumitur ex August. lib. 83. quæst. q. 33, asserente, nullum metum esse nisi futuri & imminentis mali. Sed certe hæc conditio non est necessaria omnino ad timorem saltem voluntatis, nisi quatenus mala, quæ longe distant, apprehendi solent vt vitatu facilia eo quod in longo tempore aliquod medium facile ad illa vitanda inueniendum putatur, quamuis mala quæ longe distant, parum ad timorem moueant & realem immutationem in corpore modicam, aut nullã efficiant, & sic intelligendus est. D. Thom. q. 42. art. 2. dicens, non timeri aut certe parum timeri ea mala, quæ 90

non

non cogitantur instare proxime sed abesse procul. & Viues. 3. animæ, c. de metu, mala longinqua minus nos perturbant, vt mors, quam etiam senes procul abesse putant, & Arist. 2. Reth. c. 5. quæ valde longe sunt, non timeri, sciunt enim homines se morituros sed quia non prope est, inquit, nihil curant & Azor. tom. 1. lib. 3. c. 13. q. 2. pericula & mala long: posita non formidari: subiungitque Valen. disp. 3. quæst. 9. puncto 1. quanquam possent merito curare, & timere, si cogitent nullam se vitæ horam habere certam, atque ideo nõ lõge abesse: q̃ potest & solet quouis ætatis tempore, imo etiam quouis temporis momento accidere. Qui etiã addũt, quando nulla est spes euadendi, sed malum est euidenter ineuitabile, & necessario euenturũ non excitari passionem timoris, sed potius tristitiæ de malo tanquam iam præsente saltem intentionaliter, & secundum apprehensionem Vnde Arist. 2. Rhet. c. 5. & cum eo D. Tho. q. 42. art. 2. arbitratur, eos qui iam morte afficiendi sunt, non solere timere, cum videant necessitate instantis mortis se vrgeri itaque potius tristantur ob malum præsens. Alij dicunt de malo ineuitabili esse timorem inefficacem, & veluti simplicem displicentiam. Sed certe hæc distinctio in timore & spe, audacia, aut desperatione locum non habet, quia simplex affectus nec malum nec bonum respicit vt futurum, sed abstrahit à præsentia & absentia. Vnde simpliciter necessitatem euidentem incurrendi malum non omnino impedire timorem: idem sentio de mali propinquitate, & de hac quidem ita docet D. Thom. q. 22. art. 2. & probatur quia constat experientia, malum quo magis instat & imminet, magis timeri, saltem cum est aliqua euadendi spes, sic etiam de bono arduo propinquiori facilius spes concipitur.

91 De ineuitabili autem & euidenti necessitate incurrendi malum, patet quia hęc non tollit sed auget arduitatem, & difficultatem euadendi: ergo etiam auget metum, saltem voluntatis, secus forte appetitus sensitiui; quia occupatus ingenti tristitia non præbet metui locum, vel saltem immutationi corporali quæ metum sequitur, quoniam esse non potest cum immutatione sequente tristitiam tunc dominantem, & sic intelligendi sunt Aristot. & D Tho. in oppositum adducti. Quando vero euidens est consecutio futuri boni, locum non habet spes; quia obiectum non habet rationem ardui, secus si euentus sit certus ex sola fide, vt in animabus lymbi patrum & purgatorij, in quibus erat spes gloriæ. Deinde quamuis aliqui arbitrantur, spem & timorem contrarios esse affectus, quando opposita obiecta habent, hæc tamen opinio falsa est, simul enim potest quis propter diuersas rationes sperare vitam & timere mortem, sperare gloriam & timere damnationẽ, Conf. quia vni vnum tantum est contrarium ergo si vt fertur, timori contraria est audacia, & spei desperatio, non erit spes contraria timori. Porro cum dicimus, timorem esse de malo, sermo est de obiecto formali, & perse; per accidens enim & materialiter possumus timere bonum, videlicet vt causam àqua potest oriri malum, vt exponit D. Thom. q. 42. art. 1. vel certe obiectum timoris, quod detestamur, est malum: à quo vero illud malum timemus, potest esse bonum. Ex eo autem quod diximus timorem esse de malo, quod sit ad euitandum difficile, colligitur cum D. Thom. q. 42. arc. 3. malum culpæ non timeri ànobis, quatenus in nostra voluntati situm, siquidem ea præcise ratione non est nobis difficile ad euitandum, & ideo Aristot. 2. Rhet. c. 5. ait, nõ omnia mala timeri, puta si aliquis erit iniust, aut tardus: timetur autem quatenus ex aliqua causa inducente, quæ non sit sita in potestate nostra, cui difficile sit resistere, prouenire potest, vt a suggerente, vel incitante dæmone, vel homine, vel sensualitate, aut prauo habitu, vel alijs illecebris peccatorum.

92 Vnde Aug. tract. 9. in. 1. canonicam Ioannis ait, timore casto timere iustos, ne Deus ab ipsis discedat, nimirum propter culpam, hæc enim separat à Deo iuxta id Isai. 59. peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Sic etiam de virtute, quatenus est ardua, potest esse spes, vt patet ex Arist. 9. eth. cap. 4. & Paulo Galat. 5. confido de vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis. De hoc timore casto intelligit Aug. ibi, quod in Psal. dicitur, timor Domini castus permanet in sęculum sæculi, non de illo, quem perfecta charitas foras mittit. Sciendum autem est in beatis non esse timorem stricte dictum, quia beatis nec est arduum aut difficile simpliciter vitare pœnam, nec culpam, nec alia mala: hæc enim vitare est facile, imo necessarium est tamen in eis timor late dictus, tam pœnæ damni (quæ est in separatione à Deo, idest priuatione diuinæ amicitiæ, & visionis & aliorũ donorũ, quibus anima est vnita Deo, & recte in se dispositæ) quã pœnæ sẽsus; sed timor propriorũ dãnorũ vt ꝓpria sunt & pœnæ sensus secũdũ se spectatæ, fere nullus est: quia perfecta charitas amorem proprij cõmodi magna ex parte excludit. & consequenter timorem seruilem, seu pœnæ etiam late dictum, qui consistit in affectu horroris, fugæ & abominationis erga culpas & pœnas, in quas posset beatus incurrere, nisi per visionem beatificam & prouidentiam Dei præseruaretur

ita

ita tamen vt odio habeantur, non tanquam offenſæ Dei, ſed tanquam propria mala, & incommoda. Excludit etiam timorem omnē propriè dictum: quia reddit facilem impletionem mandatorum, & vitationem pœnarum: in voluntate autem & in appetitu ſenſitiuo Chriſti, dū erat viator, hic timor mortis eſſe potuit: quia potuit ei obijci mors imminens, vt vitatu difficilis, & de vtroque timore excluſo a charitate patriæ, quæ perfecta eſt, intelligi poteſt quod in ſua. 1. canonica ait Ioannes; perfecta charitas foras mittit timorem, timor autem ille caſtus, quem diximus manere in beatis, communiter dicitur filialis, & reuerentialis, de quo Suar. 3. p. tom. 1. diſp. 20 ſect. 2. & nos tract. 2. & plura dicemus tract. de donis ſpiritus ſancti, de diuiſione autem timoris in filialem, ſeruilem, & mundanū 2. 2. q. 19.

93 Aliam autem timoris diuiſionem in 6. ſpecies cum Damaſceno lib. 2. cap. 15. Nyſſeno. lib. 4. cap. 14 ponit D. Tho. q. 41. art. 4. 1. Eſt ſegnities, pigritia, deſidia ignauia, negligētia quæ eſt timor laboris vires excedentis, ſeu difficilis toleratu, quo aliquis retardatur ab opere. 2. Eſt verecundia quæ eſt timor iacturæ exiſtimationis bonæ ob turpe opus iam geſtum. 3. Eſt erubeſcentia, quæ eſt timor iacturæ exiſtimationis bonæ propter malum opus futurum, quod quis videlicet efficere ſtatuit: ſic verecundiam & erubeſcentiam explicat D. Thom. ſed Azor. tom. 1 lib. 3. ca. 15. verecūdiam ait eſſe timorem admittendi aliquid turpe, ne cognitum infamia & dedecore auctorem efficiat: erubeſcentiā, ſeu pudorem eſſe timorem dedecoris & ignominiæ ob iam factum turpe. Certe iam hæc nomina pro eodē vſurpantur ſed hæc, 2. explicatio videtur magis propria. Plura de verecundia dicit Azor. c. 16. & nonnulla dicemus nos tractatu de virtutibus.

4. Admiratio, quæ eſt timor alicuius magni mali, cuius nequeat homò exitum vllo modo inuenire aut in cuius cauſa timeat iudicium ferre, quamuis nomen admirationis ſecundum Caiet. q. 41. in principio pro concupiſcentia & deſiderio ſciendi occultam, & ignotam cauſam conſideranti effectus, ſumptum videatur ab Ariſto. 1. Rhet. & interdum ſupponat pro ſuſpenſione animi cupientis cauſam ſcire, quam neſcit aſsignare, in qua timet iudicium ferre, qua vſurpatione paſsio non eſt, licet connotet paſsionem, ſeu actum voluntatis, qui eſt cupiditas vel deſideriū, vel timor. Vide Suarez 3. p tom. 1. q. 15. art. 8. & Conimb. 3. anim. 5. Species, ſtupor, qui eſt timor alicuius mali, quod propter nouitatem & inexperientiam ingens videatur, aut ſuſpenſum teneat animum neſcientem aſſignare cauſam tanti ac tam inſoliti effectus, 6. Eſt angor ſeu agonia, quę eſt timor mali cui nulla via occurri poſſe videatur, & in cuius periculo nullus appareat exitus, nulla euadendi via: Azor. addit terrorem, qui eſt metus ab aliquo incuſus, cōminante grauiſsimum malum. Quas ſpecies eſſe eſſentialiter diuerſas inſinuat D. Thom. q 41. ad. 1. ſed Valen. diſp. 3. q. 9. puncto. 1. & alij putant non differre eſſentialiter. Ego puto differre eſſentialiter omnes, quæ habēt obiectum materiale ſpecie diuerſum, hæc enim obiecti diuerſitas ſufficit ad diſtinctionem ſpecificam actuum cognoſcendi, & appetendi, vt tract. 1. 2. 6. & 7. ſæpe dictum eſt: aliæ vero ſolum differunt accidentaliter ſecūdum varios gradus, aut varias connotationes cognitionum aut aliarum rerū. Et non ſolum nomen admirationis, vt diximus, aliter vſurpari ſolet; ſed etiam nomen ſegnitiei, erubeſcentię, & verecundię, vt ait Valen. imo & ſtuporis. Varia autem nomina græca & Latina ſignificantia timorem explicat Iulius Cæſar Scalig. lib. de ſubtili. contra Cardanum exercitatione 312. Mira, inquit, latine metus, demiſsio animi propter expectationem futuri mali parato metienæ, quod eſt deponere, & demittere, amittitur enim conſtantia; ſic dicimus abijcere conſilium, timor expectatio cenſuræ eorum, qui in dignitate ſunt conſtituti, paratiman, vnde epitiman, quod eſt honorare, & reuereri ſuperiores, & cōſtitutos in dignitate. Verecundia eſt magna opinio reprehenſionis a væ, & reor, quia opinamur væ futurum Sublata eſt vocalis ex diphtongo, ſicut in feneſtra, ex phænin. Ariſt 4. top. negat æſthinem eſſe genus phobu, ideſt timoris, quia illa ſit in parte rationali, metus in irrationali, pudor metaphorica vox eſt, & ſignificat, quaſi auerſionem ſenſus a putridis, idemque eſt verecundia; ſed latius funditur, quippe pudor eſt, etiā cū meremur inferiorum reprehēſionē. Pauor perculſio, græca origine, pæin. Vnde pauere. kellin eſt, cum animus verberatur imminentis mali opinione; conſternatio quoties ex perculſione concidimus, & ſpe, & conſilijs abiectis, niſi atrox eſſet exanimatio, quod ex priſco poeta recitat Tullius, mihi omnem ſapientiam ex animo expectorat, ideſt vim animi adimit. Aneplexis apud Ariſ, 4. top, eſt perculſio: perculſio autem proſternit animum, vel ſaltem vt ait Quintus Tullius, verberat. Eplexis autem Thaumaſiotis paraballuſa Tremor eſt motus corporis ex motibus contrarijs ex Galeno, græca tota vox factitia eſt. Sic horror eſt aſperitas corporis, quā deſcripſit maximus poetarum. Oſtupui, ſteteruntque comæ. Vide Ariſt. ſect. 94
6. problem. q. 5. Trepidatio eſt cum tremor

ita nos

ita nos occupat, vt consistere nequeamus. Aristo.sect.2.problem,pugnãtes,retrocedentibus pedibus, hoc est pedare & repedare apud antiquos. Formido est à formis, hoc est à spectris. Pauor autem longe à stupore differt,stuper hoc genere non continetur, nã & extra hunc ambitum consistit,etiam in admiratione. Admirationẽ autem quidam dixere intellectus suspensionem, quod verum non est;nam dubitatio est etiam suspensio intellectus;quin admiratio est interdum ignota causa, tuncque est cõiũcta cũ dubitatione; interdum cognita causa,quoties admiramur coniunctionem causæ cũ effectu, tuncq. est iudicium subtilis cuiusdam intellectionis. Stupor duplex alius in metu obstruprum & frigidus Arcadib9 coit in præcordia sanguis. Est hic spirituum congelatio, idem affectus cum trepidatione, sed contrarijs appendicibus.Namque in trepedatione fit impulsio, & inordinatus spirituum motus : in stupore quies,siue marcor omnino, vt significantius dicam,immobilitas. Alius stupor est summa admiratio.Hic est coertio tantum spirituum qui non progrediuntur ad vlteriorem intellectionem.Dubitatio est prohibitio progressionis ad intelligendum,sed cum motu disquisitionis. 1. metaphy &.1. Rheto.hæret igitur circa id, quod occurrit, nec transmittit,sed ita hæret vt circunuersetur, quærat que aliquando veritatem; aliquando causas intellectionis, suspensus est ibi animus in re proposita,propensus in quæstione, & Arist,6. Eudemiorum intelligit dubitationem esse retentionem ratiocinationis ex obice.Vnde.3. metaphy.ca.1. dubitantem vincto comparat &.6.top.Ex aliorum sententia generatur dubitatio,alligatur mens. Extasis est cum spiritibus perculsis, ac receptis in intimos cordis sinus absistit anima à suis functionibus, ita vt apertis oculis nihil videamvs, nec audiam9.Hæc fere Scaliger ibi qui exercit. 315. reijcit Cardanum quod verecundiam ex spe & timore constare putet, non enim in omni verecundia spes veniæ, vt nec metus castigationis,& ait pudorem esse maioris flagitij;verecundiam vero minoris, vnde in pudore etiam à minoribus ignominiam timeri;in verecundia solum à præstantioribus timeri censuram,addit, non recte ad habitum astrinxit Melanton verecundiam.

95 Quæstio.

Quæri autem posset cum D.Thom.q.42. art.4.An timor ipse timeri possit & R. cum eodem,præcise quatenus dependet à voluntate nostra,timeri non posse,& sic esse interpretandum August.lib.83. quæst. q.33.Quia sic non est malum arduum, & vitatu difficile,sec us quatenus oritur ex alijs causis, quibus difficile sit resistere:quia sic habet rationem mali ardui. Hoc autem intelligendum est ita,vt vterque,vel aliter timor resideat involuntate, nam appetitus sensitiuus non potest reflexionem facere amando, vel timendo timorem, delectationem, vel tristitiam, &c.

Causæ timoris facile explicantur.Primo.n, quidquid confert ad opinionem futuri mali, vel periculi infert, vel auget timorem.vnde imbecillitas, & defectus roboris,facultatis, virtutis,& potestatis ad resistẽdũ malis timorẽ generat,ideo senes,pueri,mulieres, destitutique amicis, opibus, & alijs huiusmodi præsidijs magis timidi sunt, & procliuiores ad timorem,vt docet D. Thom.q.43.art.2. Arist. 2. Reth. c.5. item qui habent malam conscientiam Iob.15. sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur,& sap.17. cum sit enim timida nequitia,dat testimonium condemnationis:semper enim præsumit sæua perturbata conscientia & Chrysost,ho.22. de nequitia depulsa,sicut qui carcerem inhabitant capitis damnationem operientes,etiam si delitijs abunde fruantur, vitam longe agunt molestiorem,& anxiam, sic qui molestantur improba conscientia.Et Seneca ep.98. Ipsas tenebras nequitia timet,& infra, proprium est nocentium trepidare.Plutarchus lib. de sera numinis vindicta.Quemadmodum facinorosus quisque vltimo affigendus supplicio, corpore suo propriam crucem fert, ita improbitas ex se ipsa supplicium sibi struit, formidines innumeras,passioneſque,molestissimas pœnitentias, atque indesinentes in se continens perturbationes, & Cicero pro Milone magna est vis conscientiæ,& magna in vtrãque partem, vt neque timeant, qui nihil commiserint. & pœnam semper ante oculos versari putent,qui peccauerint.Statius lib.2. Theba. O cæca nocentum consilia,o semper timidum scelus & lib.3. inuigilant animo sceleriſque patrati. Supplicium exercent curæ.Tunc plurima versat.

Pessimus in dubijs augur timor, inquit Plautus in most ell.& Iuuenalis Satyra. 13.ait Nihil est miserius quã animus hominis cõscius:vide alia multa eodem libro,& Ouid. 2. amoris ait,Multa miser timeo: quia feci multa proterue,Exemplique metu torqueor ipse mei.

96

Ex causa metum definit Arist. Vt sit mali appropinquantis phantasia,vt refert Viues. 3.animæ cap. de metu, nam alibi definit metũ,vt sit perturbatio ex opinione futuri mali, ibidem ait Viues. Pericula proxima, etsi aliena, incutiunt nobis timorem tanquam non procul absit à nobis malum,nam tua res agitur,paries cum proximus ardet.

2.Ori-

2. Oritur timor mali ex amore boni oppoſiti, vt inquit D. Th. quæſt. 43. art. 1. ex Aug. li 83. q q 33. dicente, Nulli dubium eſt, non aliam metuendi eſſe cauſam, niſi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum, & ibidem, qui cupit, cum nihil aliud ſit cupiditas, quam amor rerum tranſeuntium, metuat neceſſe eſt, vt amittat eas, cum adeptus fuerit, aut non adipiſcatur.

Hinc. 1. remedium contra timorem mali alicuius eſt, amorem & cupiditatem contrarij boni euellere, euulſa enim radice ramus quoque euelletur. Vnde Seneca. ep, 5. apud Heccatonem noſtrum inueni, cupiditatum finem etiam ad timoris remedia proficere: deſines, inquit, timere ſi ſperare deſieris. Idemque remedium eſt ad impediendum, vel euellendum ex animo dolorem: quia ex eiſdem cauſis naſcitur. Vnde Aug. Illa, q. 33. qui angitur animi dolore, neceſſe eſt metu agitetur, quia quorum malorum præſentium eſt anxietudo, eorum eſt imminentium metus. Et Cicero Toſcul. 4. eorum rerum eſt abſentium metus, quarum præſentium eſt ægritudo: ſublata igitur agritudine, ſublatus eſt metus, & infra. Quibus igitur rationibus inſtantia feruntur, iiſdem contemnuntur ſequentia.

97 2. Remedium eſt dare operam vt futuri mali, vel periculi cogitatio, & opinio, quæ vt diximus timorem efficit, vel deponatur, vel minuatur quoad fieri poſsit, traducendo, & auocando mentem à cogitationibus inferentibus timorẽ, ad alias cogitationes, quæ vel illum oblectent, vel certe occupent, & excogitando rationes quibus perſuadeamur, aut non eſſe reuera malum, quod per quandam falſam ſpeciem mali nos terret, aut non eſſe tantum malum, quantum putatur, aut minime aut non tam cito euenturum, quia illud Dei, vel amicorum auxilio, vel propia potentia, quæ præſto nobis ſunt, aut certe haberi poſſunt, auertemus. Conſideratione diuini numinis ſibi propitii timorem excludebat Dauid Pſal 26 Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? & Pſal. 124. de alijs idem docere videtur: qui confidunt in Domino, ſicut mons Syon, non commouebitur in in æternum, qui habitat in Hieruſalem & Iſai. 35. dicite puſilanimis nolite timere, ecce Deus noſter veniet & ſaluabit nos, & Ariſt. 2. Rhet. c. 5. ait, eos ſolere eſſe intrepidos, & confidentes, qui pij in Deum ſunt. Potentia autem propria, vel amicorum fretos nihil non audere, experientia, docet. Opinionem autem aut cogitationem mali deponendam eſſe aut minuendam, docet Seneca ep. 13. dicens. Plura ſunt quæ nos terrent quam quę premunt, & ſæpius opinione, quam re laboramus, Illud tibi præcipio ne ſis miſer ante tempus, cum illa, quæ velut imminentia expauiſti, fortaſſe nunquam ventura ſint, certe nondum venerunt. Quædam enim magis nos torquent, quam debeant, quædam ante torquent, quam debeant, quædam autem torquent cum omnino non debeant, & ep. 24. oſtendens ideo plerumque timorem eſſe vanum; quia falſa quadam perſona & ſpecie mali, aut certe mali magnitudinis decipimur, ait. Quod accidit pueris hoc quoque nobis maiuſculis pueris euenit, illi, quos amant, quibus aſſueuerunt, cũ quibus ludunt ſi perſonatos vident expaueſcunt. Non autẽ hominibus tantum, ſed & rebus demenda perſona eſt, & reddenda ſua facies. Quid mihi gladios & ignes oſtendis, & turbam carnificum circa te frementium? tolle iſtam pompam, ſub qua lates, & ſtultos territas, mors es, quam nuper ſeruus meus, quam ancilla contempſit. Pauper fiam; inter plures ero. Exul fiam, ibi me natum putabo, quo mittar. Alligabor? quid enim? Num ſolutus ſum? Ad hoc mihi natura graue pondus mei corporis aſtrinxit. Moriar? Hoc dices, deſinam ægrotare poſſe, deſinam alligari poſſe, deſinam mori poſſe. Et Cicero Tuſcul. 4. Qui moderatione & conſtantia quietus animo eſt, ſibique ipſe placatus, vt neque tabeſcat moleſtijs, neque frangatur timore, nec ſitienter quid appetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat, is eſt ſapiens, quẽ quærimus, is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum aut nimis lætabile ad efferendum videri poteſt. Quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui æterniras omnis totiuſque mundi nota ſit magnitudo? Ad idem pertinet quod dixit Chriſtus nolite timere eos qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent quid faciant, &c.

3. Remedium eſt munera, officiaque odioſa fugere. Vnde Viues. 3. animæ. c. De metu timent qui ſunt alijs formidoloſi iuxta Mimum Laberij, neceſſe eſt multos timeat, quẽ multi timent, nam quem metuunt, oderunt. Quem quiſque odit, eũ perijſſe cupit vt eſt in vetteri prouerbio Aenij apud Ciceronem. 4. Ad repellendum timorem iuuare poſſunt ſententiæ quædam poetarum. Audentes Deus ipſe iuuat. Audaces fortuna iuuat timidoſque repellit. Audendum eſt, fortes adiuuat ipſe Deus. Fortes fortuna adiuuat. Quæ & alię veterum poetarum ſententię collectę ſunt a Georgio Maiore pag. 179.

Vt autem ad hæc remedia applicanda quis moueatur timere debet, ne ſi remedia 98 hæc omittat, in illud opprobium incurrat. Illic tre-

lic trepidauerunt timore,vbi non erat timor Pſalm.13.item ne ſtulte non ſolum malis, ſed malorum timore torqueatur, vt ex Seneca. ep. Illa. 13.retulimus & vt docet ep. 24.quid neceſſe eſt mala accerſere, & ſatis cito patienda,cum venerint, præſumere, ac præſens tempus futuri metu perdere? Eſt ſine dubio ſtultum, quia quandoque ſis futurus miſer, eſſe iam miſerum :& ep. 75. quemadmodum in corporibus futuri languores præcurrunt;ſic infirmus animus multo prius, quam opprimatur malis,quatitur. Præſumit illa, & ante tempus cadit. Quid dementius autem quam angi futuris, nec ſe tormento reſeruare,ſed accerſere ſibi miſerias & admouere:quas optimum eſt differre,ſi diſcutere non potes.Huc etiam ſpectat id Mat. 6. Sufficit diei malitia ſua. Et quod ait Ariſto. 3. ethic.c.7.fit autem,vt hęc & magis & minus metuant homines, & etiam vt ea quæ non terribilia ſunt, vt terribilia metuant. Atque delinquitur cum metuunt aut ea, quæ non oportet metuere, aut non quemadmodum oportet, aut non quando oportet, aut aliquid tale.

99 Effectus timoris numerari ſolent.1. Triſtitia,vt effectus ſpei eſt gaudium, qui effectus non videntur prouenire à timore, & ſpe ſecundum ſe, ſed ratione amoris, vel odij vna cum cognitione probabilitatis obtinendi bonum,vel incurrendi malum : & ſunt qui in ea triſtitia eſſentiã timoris cõſtituãt: Sed non recte.quia gaudium non eſt ſpes:ergo nec triſtitia timor. 2. Quia timor eſt de malo futuro vt ſic, triſtitia vero eſt de malo præſenti,vel quaſi præſenti,nempe de malo præſenti in ſe,vel in cauſis ex quibꝰ probabile eſt proceſſurũ.Rectius forte dixiſſent, timorem ad fugam mali oppoſitam deſiderio addere triſtitiam de probabilitate mali euẽtus.

2. Effectus timoris à quibuſdam ponitur exacuere rationem ad excogitãdum media, quibus malum vitetur, ita D. Thom.q.44. art.2.ex Ariſto.2. Rhet. cap.5.docens, timorem ad conſiderandum inducere. Qui effectus melius intelligitur,ſi timor ſit fuga deſiderio oppoſita,nam ſicut intentio & deſiderium boni mouet ad conſiliandum, vt dictum eſt tractat. 6. Ita & fuga mali, quæ eſt deſiderium, & intentio quædam cauendi malum.

100 3. Timor quatenus dictam intentionem includit, vel ſupponit, mouet ad electionem mediorũ, quæ conducere poſſunt ad repellendum imminens malum,& ea ratione conducit ad operationem. Philip. 2. Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini, licet quatenus mentem,& membra turbat, vt dicemus impediat operationis perfectionem imo & rationis vſum. Vnde Dauus apud Terentium. Vix ſum apud me,ita animus commotus eſt metu.

4. Timor per ſe & per triſtitiam concomitantem contrahit cor, auocat ſpiritus. Vnde in corpore ſequitur frigus, tremor; & interdum pallor, turbatio linguæ & manus, & ineptitudo ad operandum, & nonnunquam fames, & potiſsimum ſitis. Iſai.35.Confortate manus diſſolutas, & genua debilia robo rate, & ca. 66.trementes ſermones meos.Et Iob.4.Genua trementia confortaſti. Damaſce. 3. fidei ca.23.Timor eſt paſsio ſecundum cõtractionem.Auguſt.18.ciuit.c.50. de apoſtolis ait, vt frigidi timore non eſſent, igne charitatis ardebant,& Ariſtot. lib. de reſpiratione circa finem ſuperiores metu perculſorum partes refrigeſcunt,& ſect. 27. problematum.q.6.Cur, inquit, & voce & manibus, & labro inferiori tremunt,qui metuunt. An quoniam hic affectus caloris defectio ex locis ſuperioribus eſt, ex quo, vt palleant, accidit? Quid igitur,calor pectus deſerit. Vox obtremit: id enim refrigeratur quod vocem mouet, & manus quoque pari ratione ſunt, & quæ optima, vt pote quæ ex pectore pendeant, inferius tamen, nõ ſuperius labrum quatitur, quia ſuperius eo pendet,quo ſuapte natura vergit : inferius ſurſum caloris beneficio ſtabilitur,atque quieſcit,quo ſublato inalgeſcit & tremit. Et vero in excandeſcendo imum labrum eadem de cauſa laxatur, & pendet,quod late in pueris patet,calor:enim in cordis ſedem conferre ſe conſueuit.q.6.ait, cur homines metuentes tremunt, maximeque vocem,& manus, & imum labrum. An vocem? quia calor hinc deficit. Quo in loco vox poſita eſt:labrum vero,& manus, quoniam partes iſtæ nobiliores ſunt, minimeque ſanguinolentæ.Bilem quoque ijdem deijciũt quia calor deſcendens diffundit, & liquefacit &c.Et quæſt. 8. cur homines metuentes & algent, & ſitiunt,quæ quidem affectiones diuerſæ interſe ſunt. An algent refrigerati, & ſitiunt calefacti,calor enim in metuendo ſuperiora deſerit loca,quod facie, aluoque cõ ſtat,facies, enim pallet, aluus interdum ſuditur,ergo quod calor ſupurioribus locis deficit, algor oritur; quod humor deficit ſitis 101
reſultat; & ſect.2.quæſt. 26. cur trepidantes pedibus,ſudamus,non facie? An quod trepidatio non caloris à ſummis locis ad ima tranſitio eſt,vt accidit in metu,ex quo alui etiam metuentium ſæpe funduntur, ſed incremen tum caloris eſt,vt in ira,& trepidans ipſe non metu & refrigeratione ſit ita affectus,ſed mẽbri ipſius affectione,& q.27.Cur ijdem facie non ſudant,ſed erubeſcunt? an quoniam amplius incaleſcunt. Itaque faciem calor aſsicat errans.

cat errans per ſumma. Pedum tamen humorem propterea liquefacit, quia vt minor eſt quam vt exiccet, ſic maior inſito præconditoque calore naturali eſt, vt ſudorem ciere poſsit, ſimilia dicit, quæſt. 31. & ſect. 35 quæſt. 1. & 3. De his plura Gellius lib. 19. cap. 14. Macrobius. 7. Saturna. cap. 11. Azor. to. 1. lib. 3. cap. c. 15. quæſt. 4. Hierō. Fracaſtorius lib. de Sympathia. cap. 15. & 19. D. Thom. quæſt. 44. arti. 1. vbi Caiet. circa ad 3. explicare conatur, quomodo verum ſit, quod ait D. Thom. in corp. illius art. in timore contrahi calorem, & ſpiritus ad interiora: tamen ibidem ad. 3. dicat D. Thom. in verecundia, quæ eſt ſpecies quædam timoris diffundi ſpiritus, & calorem ad exteriora: et ſic verecundatos rubeſcere, vt ait Cicero Tuſcul. 4. & Ariſt. 4. Ethic. c. vlti. vbi Ariſtoteles ſic ait. De verecundia autem, quaſi de virtute aliqua dicendum eſt: affectus enim magis eſſe, quā habitus videtur, quippe quæ timor quidam infamiæ eſſe definiatur, exiſtatq. ac nō ſecus à timor, qui circa res terribiles accidit: rubeſcunt ſiquidē qui pudore afficiuntur; qui mortē timent, pallent: vt corporalia vtraque eſſe videantur, id quod affectionis magis, quam habitus eſt. At non omni ætati affectus hic conuenit; ſed iuuenili tātū: nam qui ea ſunt ętatę oportere eſſe verecūdos exiſtimamus, propterea q̄ cū ex pertur batione viuāt, obidq; in multis peccēt, a verecūdia peccare prohibēt, &c. & infra. Si turpe quid egeris erubeſcas, &c. cū quis turpia agē do erubeſcit, &c. & inquit Caiet. etiā in verecūdia fieri contractionē caloris & ſpirituū ad interiora: ſed quia non ſemper fit vſque ad frigus ingroſſans: ideo D. Thomam ad. 3. negare huiuſmodi contractionem, non quia non fiat vſque ad frigus naturæ inimicum, ideo anima poteſt in faciem diffundere ruborem. Probabile hoc eſt, ſed magis placet oppoſitum, tum quia D. Thom. abſolute negat in verecundia fieri contractionem: tum quia ſi in ea fieret ſimul contractio, & effuſio, natura eſſet ſibi quodammodo contraria, & explicandum eſt, cur non ſit maior contractio, quam effuſio, ac proinde cur non pallor potius, quam rubor ſequatur. Neq. eſt incōueniens in aliquo timore nempe dedecoris non fieri contractionem à facie, ſed effuſionem propter rationem, quā aſsignat ibi D.T. Poteſt etiā dici cōſone ad Ariſto. ſect. 2. Proble. q. 27. citata, & ad D. T. & Caiet. in omni timore fieri contractionē ſpirituū, & caloris ab aliquib9 partibus externis, ſed in verecundia non fieri à facie, quin potius ad faciem euocari; & ideo verecundantes erubeſcere.

4. Ex timore canities ſequitur ſubducto à pilis alimento naturali, & ſuccedente humore non naturali, vt inquit Scaliger lib. de ſubtilitate exercit 312. ad finem.

Hos in corpore & animo timoris effectus his fere verbis non male depinxit Vi ues. 3. animæ cap. de metu. metus contrahit, & debilitat cor, ad cuius opitulationem ſuperiorem calorem natura illi ſub mittit, iſque cum non ſufficit, etiam inferiorem eodem rapit, vnde pallor & frigus: tremente corde, tremit vniuerſum corpus, motum enim cordis ſequitur, vnde linguæ titubatio, atque hæſitantia: in metu vox exilis, quia calor à corde à ſuperioribus deſcendit: in ira grauior, quoniam aſcendit. Inhorrent etiam pili quod ex frigore comprimuntur meatus, vnde rigor pilorum. Qui parum habent calidi ſanguinis circa cor, ignaui ſunt; ideo qui proportione ſanguinis magno ſunt corde, meticuloſi ſunt natura, vt lepus. Columbi autem, & cerui timidi, quod fellem careant, vnde accendi poſſet ſanguis, nam in quibus flaua bilis intumeſcit, ſanguis quoque ebullit circa præcordia, & ſunt gnaui, atque ſtrenui. Qui craſſo ſunt ſanguine, & multo, & calido circa cor, ſecuro ſunt animo, & audaci, abundāt videlicet calore, quod eſt ad fiduciam potiſsimum, & in qua diutiſsime conſeruatur materia, nempe, denſa & firma. Cum autem exiguus calor reuocatur introrſus ad pectus, fit cor debilius, & magis tremit, vnde faciem in metu rubeſcere argumentum eſt animi degeneris. Animoſior eſt cui expalleſcit, corroborat enim natura cor ſummiſsis illi vndique ſubſidiis caloris & ſanguinis. Is porro calor, ſi deſcendat creſcit metus, deſerto corde, vnde & aliuus ſoluitur. Vnde ignauo Homerus dixit, cor illi ad calcaneum decidiſſe. Omnis compaſsio cordis, quæ in formidine triſtitia vel cupiditate cohibita eſt, anguſtia nominatur, quæ fit etiam ſine affectu, humore aliquo ſpiſſo incumbente in cor. Hæc ſunt metus opera in corpore: in animo vero hæc exercet. Perturbat, & confundit cogitationes, recte quidam dixit. Quomodo poterit cælos, & elementa ſcrutari, cui perpetuo incumbit paupertatis, ſeruitutis, mortis metus? Tum illud, pauor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat. Ex metu prouenit demiſsio, abiectio ſui ipſius, aſſentatio, adulatio, ſuſpiciones, cautio, quę extimulat ad quęrenda malis remedia in animis firmis: in infirmis autem exiſtit conſternatio, & conturbatio, & exanimatio, pigritia, deſperatio proſtratio, &c. Horror & exanimatio, quæ

sunt metus opera, in præteritum quoque recurrunt, quale est Virgilij, namque animus meminisse horret. Ferunt Iudæum quendam in Gallia cum ex agro domum in nocte reuertisset dormiens in asino, transisset que ruptum pontem per angustam tabulā postridie reuocato ad æquum considerationem periculo, quod euaserat, exanimatum esse, &c Hæc Viues.

103 De audacia præter ea, quæ initio sectionis dicta sunt, pauca quædam afferemus. 1. Si specialis passio est contraria timori, vt sentit D. Thom. quæst. 45. art. 1. Conrad. Caiet. Medina, & alij ibi & Valen. disp. 3 q. 9. puncto. 1. Azor. to. 1. lib. 3. cap. 15. quæst. 5. ex Aristo. 2. Rheto. c. 5. Conimbri. in Ethic. disput. 6. quæst. 5. art. 2. Vincen. 1. p. Specul. dist. 6. & denique omnes, qui. 11. passiones numerant, nō habere pro obiecto bonum, sed malum, contra quod erigit animum, vt quidam mali contemptus, & ita docet expresse D. Thom. quæst. cit. art. 2. ad 3. quamuis Valen. supra & quæst. 1. punc. 2. cum Caietano, quæst. 42. art. 1. teneat, habere bonum pro obiecto, & cōnetur explicare D. Thomam. Sed nostra sententia probatur, quia ad aggrediendum intrepide, impauide, & incunctanter, seu audacter hostes sufficit simplex voluntas, vna cum desiderio aggressionis hostium, & spe victoriæ, & contemptu seu parui pensione periculi proprij; ergo frustra fingitur alius motus prosecutiuus habens pro obiecto bonum. Confir. nam contemptus mali ardui imminentis inter passiones, vel actus voluntatis à nonnullis numeratus, non potest esse nisi audacia, contemptus autem mali imminentis habet pro obiecto malum: ergo & audacia.

2. Est qui potentiores sunt, audaciores
104 esse vnde Aristo. 2. Rhet. cap. 5. notauit eos esse audaciores, qui recte se habent erga diuina: quoniam certius sibi pollicentur diuinum auxilium, per quod omnia possunt, atq. ob eandem rationem ait ibidem, eos qui iniuriam aliquam acceperunt, audaciores reddi, quia Deus inquit, iniuria vexatis opitulari creditur. Consonat id Psal. 17. in Deo meo transgrediar murum. Et Philip. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et quod dixit Dauid. 2. Reg. 16. seruo excandescenti contra Semei, dimitte eum vt maledicat, si forte respiciat Dominus afflictionem meā, & reddat mihi bonū pro maledictione hac, die hodierna.

Temerarium autem est id audere, quod præstare non possis, vnde Archidami apud Plutarchum in Laconicis apothegmatis dictum celebratur, qui cum filium vidisset cum Atheniensibus præcipitanter pugnantem, dixit vel adde viribus, vel detrahe magnanimitati. Qui autē temere audent, solent in congressu animum remittere vt docet D. Tho. quæst. 45. art. 4. ex Aristo. 3. Ethic. cap. 7. dicente, hos præualentes esse ante pericula, in ipsis autem periculis discedere. His cōuenit id Psal. 77. filij Ephrē intendentes & mittentes arcū, conuersi sunt in die belli. Sed etiam audaces hos temerarios interdum fortuna iuuat. Aristo sect. 10. problem. quæst. 59 ait animositatem cum calore esse. Metus enim refrigeratio est, ideo quorum animalium sanguis amplius feruet, hæc & animosiora esse. Et sect. 11. quæst. 36. Trepidatio metus quidam, metus autem refrigeratio est, ideo vinum, quod calidum, trepidationem impedit. & sect. 27. problem. q. 4. docet, habentes magnum pulmonem, esse audaciores; quia spiritibus & sanguine abundat & ex eadem ratione prouenire putat, homines vino deditos, audaces esse. Et. 3. de partib. animal. cap. 4. habentes parum cor interdum esse audaciores, quia facilius calefit. 3. Est, merito Cardanum à Scalgero lib. de subtilit. exercit. 317. num. 4. reprehendi, quod dixerit, audaciam esse spem maximā: qui enim spem maximam libertatis habet, nō ideo audacissimus est. Et ex desperatione sæpe audacia maxima procedit, addit Scalig. audaciam esse motum fortitudinis ad opus, Græceque dici tharson, temeritatem vero thrason. Nōnihil de veneratione & reuerentia dicit Azor to. 1. lib. 3. cap. 7.

Sectio 7. De ira. D. Thom. quæst. 46. 47. 48.

(?)

Viues. 3. de anima, cap. de ira sic iram definit. Ira est concitatio animi ac erba, quod bona sua videt cōtemni, quæ ipse putat, non esse contemnenda, in quo & semetipsum putat contemni. Quā definitionē absurdam, & nouā esse probat Scalig. lib. de subtil. exercit. 313. Primo enim potius deberet dicere vehemens, quā acerba: acerba namq. frigida sunt & stringētia; at ira dilatat. Item non ex quouis contemptu nascitur concitatio vehemens, aut ira, nec quæuis ira ex contemptu. Hostis enim neque mea, nec me contemnit, quem interdum fugit. Melius Viues impugnatur, quia sæpe alius ignorans, me offendit, & irascor illi, qui tamē non me cōtemsit, neq. mea 105

sed

sed sæpe illa magno in pretio habet. Fateor tamen, iram esse concitationem acerbam, & amarã irato, & ei in quem irascitur, Vnde peccator exacerbare Deum dicitur cum ipsum ad iram prouocat. Reijcit etiam Scaligerus Melanctonẽ, quòd dixerit, iram esse motum mixtum ex tristitia, & cupiditate vlciscendi. Non enim semper irascimur, vt vlciscamur, veluti qui fato suo irascitur, qui parentibus, qui liberis, non vt reddat malum; sed vt castiget & vt efficiat meliores. Crasse etiam, inquit, locutus est, cum tristitiam miscuit cupiditati vltionis, nam vltioni inest voluptas iuxta Arist. 5. Polit. locutus est etiam populariter, vbi fecit partem odij iram. Irascor amico, quod non vtatur meis tamquam suis, est plane sine odio, imo vero comitem habet charitatem. Odimus facta amici non amicum; sed irascimur amico non factis ipsius. Impugnat etiam auctor iste veteres, qui iram definierunt appetitum vindictæ; quia sæpe irascimur sine appetitu vindictæ, vt cõtra Melanctonem ostẽdebatur. Ideo Scaliger iram definit vt sit appetitus depulsionis iniuriæ illatæ, aut damni, siue fiat vltione, siue alio modo. In vltione quidem non fit iniuriæ depulsio, ita vt impediatur, iam enim facta est, sed quatenus oblitteratur compensatione damni: quod si irati non præstitimus, at conati sumus. Propterea enim quod putamus, eam labem non nisi sanguine inimicorum elui posse, idcirco spiritus exeunt, quasi suppetias laturi instrumentis, producunt se se musculi ad ictum inferendum, in fortibus, in imbellibus ad linguæ arma. In periculis autem irascimur ad depellendum iniuriam, & damnum, ne fiat. Consonant quidam dicentes iram esse motum appetitus insurgentis aduersus eum, qui causa mali est ipsi appetenti, vel rei ab eo amatæ, aut impedit, ne bonum concupitum possideat, vel consequatur. Seu esse appetitum, compensationis vel repulsæ proprij incommodi, vel suorum, seu motum animi, qui bilem, & sanguinem excitat aduersus alium, siue quia malum intulit; siue quia inferre conatur, vel quauis alia ratione.

Ego retinendam puto veterum definitionem Arist. 2. Rheto. cap. 2. Ciceronis Tusc. 4. Nyssen. 4. Philos. cap. 13. Qui solam vindictam putant esse obiectum iræ, & eam nihil aliud esse, quam appetitum vindictæ, vel præcise, vel vna cum dolore propter illatum malum vel conatum aut voluntatem inferendi illud. In qua re per se loquendo & secluſa ignorantia includitur contemptus quidam. Vnde Seneca. 2. de ira, cap. 3. ait iram esse concitationem animi ad vltionem pergentis. Lactant. appetitum vindictæ in epito, diuin. decret. cap. 2. & lib. 6. diuin. instit. cap. 19. & lib. de ira Dei cap. 17. vbi ponit definitionem iræ traditam à Seneca, est cupiditas vlciscendæ iniuriæ. Et à Posidonio, cupiditas puniendi eius, à quo te putas læsum. Et aliorum, est incitatio animi ad nocendum ei, qui nocuit aut nocere voluit. Approbat autem definitionem Arist. 2. Rhet cap. 2. est appetitus vltionis cum dolore propter apparentem immerito, vel in se vel in suos contemptum. Vnde patet definitionem iræ traditam à Melãctone quamuis hæretico, hæreticam non esse, sed Aristotelicam. Rursumque colligitur de mente Arist. iram non esse specialem aut simplicem aliquam passionem, sed mixtam ex cupiditate seu desiderio vindictæ, & dolore susceptæ incommodi. Alioqui enim non esset necesse, in definitione naturæ inuoluere dolorem. Idẽ colligitur ex Damasc. lib. 2. cap. 16. Nysceno lib. 4. cap. 14. Seu Nemesio de natura hominis, cap. 21. dicentibus, iram componi ex tristitia, & desiderio. Et ex Cicerone Tusc. 4. dicente, iram esse libidinem quandam, libido autem est desiderium quoddam in concupiscibili existens: ergo ira non est specialis passio distincta à desiderio vindictæ. Vnde Scotus & Gabri. 3. d. 14. cap. 26. & aliqui viri docti nostri temporis dicunt, iram non esse specialem passionem distinctam à desiderio, sed sub eo contineri vt speciem sub genere, cum sit desiderium quoddam vindictæ, et auctores superius citati videntur eam cõfundere cum desiderio, licet Scaliger non vindictam sed depulsionem iniuriæ putet esse eius obiectum adæquatum. Et mihi certe satis probabile videtur esse desiderium quoddam ac proinde irascibilẽ non esse diuersas potentias: sed ex Vincen. 1. p. Specul. d. 6. &. D. Tho. quæst. 23. ar. 2. 3. &. 4. & q. 46. ar. 2. 3. &. 6. & ex tota hac materia cõstat secundum D. Tho. & alios, qui cũ eo passiones enumerant, iram esse passionem simplicem specialem distinctam à desiderio, & dolore, & aliis passionibus concupiscibilis, & irascibilis, hasq. esse distinctas passiones. Quæ sententia satis est difficilis, tum quia multiplicat affectus, & potentias sine necessitate tum quia iuxta illam dicendum est, obiectum iræ esse arduum, nam obiectum adæquatum irascibilis est arduum, & ita cum appetimus vindictam obtentu facilem, quia longe sumus superiores viribus, nullũq. obstaculũ vindictæ apponi posse cernimus,

106

nõ inſurgeret affectus iræ, quod falſum eſt quia inſurgit affectus bilem mouens, ex candeſcimus & interdum calamo, vel penicillo, quem facile eſt ſcindere, vel confringere, vehementer iraſcimur; quia non facile aptatur, & accommodatur vſui. Et ita quidam admittunt, non quamlibet vindictam, ſed arduam obtentuque difficilem
107 eſſe obiectũ iræ, ita docet Valentia diſputa. 3. quæſtio. 1. pun. 2. &. 10. puncto. 1. tribuens D. Thom. quæſtio. 46. art. 3. vbi ſic ait. Ira reſpicit duo obiecta ſcilicet vindictam, quam appetit, & eum de quo vindictam quærit, & circa vtrum que quandam arduitatem ira requirit. Non enim inſurgit motus iræ niſi aliqua magnitudine circa vtrũque exiſtente. Quæ enim aut nihil ſunt, aut modica valde, nullo modo digna æſtimamus. Vt dicit Ariſto. 2. Rhet. ca. 2. Vnde manifeſtum eſt, quod ira non eſt in concupiſcibili ſed in iraſcibili: eodemque loco D. Thom. & Conrad. reſpondere conantur ad Ciceron. Damaſc. & Nyſſenum ſupra relatos, qui ſentire videntur, iram non diſtingui à deſiderio ſolo, vel coniuncto cum triſtitia. Sed certe conſtat, iram ſæpiſsime ex leuiſsimis cauſis & euidenter talibus excitari: neque oppoſitum ſentit Ariſto. ſed cõmuniter minima bona vel mala nõ æſtimari ſed nihilipendi. Deinde arduitas non in magnitudine, ſed in difficultate conſiſtit. De aliquibus autem facile & certiſsime vindicta ſumi poteſt, licet magna & à magnis: ergo nec tunc ira obiectum arduum habebit. Vt cumque res habeat, ſola vindicta eſt obiectum materiale iræ, formale autem eſſe poteſt bonum eius, cui iraſcimur, vel noſtri vel aliorum, vt cum pater iraſcitur filio, & illum verbis aut verberibus punit, vt illum emendet, & corrigat. Et occaſio iræ ſemper eſt malum à nobis vel à noſtris ſuſceptum, ac proinde cum contemptu formali virtuali vel materiali: materialis eſt cũ alter exignorantia, vel inaduertẽtia inculpabili, & inuincibili intulit malum, vel inferre conatus eſt, quod etiam malum extrinſecum eſt, quod ſæpe vlciſci conamur. Qui ergo nullum malum alteri conatur inferre, ſed præciſe impedire incommodum, vel illud repellere ſine damno alterius, non iraſcitur neque in eo bilis exeitatur, ſaltem eo modo, quo in ira, ſed fortaſſe alio modo conſentaneo deſiderio repellendi imminẽs malum.

Ex his recte infert Valen. diſpu. 3. quæſt. 10. puncto, 1. Azor. to. 1. lib. 3. c. 17. quæſt.
108 2. paſsionem hanc partim conuenire cum odio inimicitiæ, partim ab eo differre. Conuenit. 1. quia ſimiliter vt illud, duo mala pro obiecto materiali habet. Scilicet quod inferre, & cui inferre expetit, tametſi D. Thom. quæſt. 46. art. 2. alterius dumtaxat meminit, quia eſt notabilius, ſcilicet mali cui, ideſt rei malæ, circa quam exerit ſe ira & de qua ſumitur vendicta, quatenus induit rationem aliquam boni, præter hoc, quod eſt male habere aduerſarium. Meminit vtriuſque mali poſtea eadẽ quæſt. art. 6. 2. Conuenit cum eiuſmodi odio, quia cum ſit motus proſecutionis, vt D. Thom. d. art: 6. docet, ſimiliter habet pro obiecto. formali bonum aliquod, ſicut odium illud inimicitiæ, vt diximus differentes de odio. Docet enim D. Tho. quæſt. 23. art. 2. & alibi ſæpe, obiectum ſaltẽ formale cuiuslibet proſecutionis eſſe bonum quoddam, vnde de malo q. 12. art. 4. ait D. Thom. obiectum irę eſſe malum alterius ſub ratione cuiuſdam boni, ſcilicet proprij vel amici. Differt vero ira ab eiuſmodi odio. 1. quidem quia bonum quod ira apperit, non ſemper formaliter, ſed vt in plurimum formaliter, & ſemper materialiter eſt retributio, ſeu compenſatio quædam, interdumque formaliter eſt emendatio alicuius, vel quid ſimile: bonum autem quod materialiter, & formaliter reſpicitur ab odio inimicitiæ, eſt incommoditas aduerſarij, quæ per ſe bonum proprium cenſetur & conducere ſolet vt aduerſarius minus valeat, aut velit nobis nocere, aut repugnare. Et ideo. D. Th. quæſt. 46. art. 2. & 6. in corp. & ad 2 ſignificat, odium inimicitiæ reſpicere malum alterius tantum, vt malum eius, ideſt ea tantũ ratione, qua, vt malum aduerſarij eſt, proprium bonum cenſetur. Dices, interdum vnus alteri iraſcitur abſque præcedente malo illato, ſolum propter naturalem antipathiam. R. naturali inſtinctu, vel ratione aliqua alterum apprehendi, vt inimicum, & quaſi paratum ad inferendum malum, atque hoc ipſo offendentẽ, vel ſaltem aſpectu eſſe ingratum & inucundum, & ideo excitari iram. Si autem nullum malum ab eo illatum apprehendatur, non excitabitur ira; ſed odium, aut concupiſcientia mali alieni ob bonum aliquod proprium vel illius, aut alterius, vnde tũc non erit excandeſcentia aut excitatio bilis propria iræ. 2. Differt ira & odium, quia ira reſpicit bonum arduum & difficile, non vero odium, ita Valentia, cuius doctrinam difficilem eſſe diximus, quia etiam facilis vindicta per iram quæritur vt experientia ſatis indicat. 3. Differunt quod ira ſemper eſt circa indiuiduum aliquod vel aliqua; odium autem poteſt etiã eſſe circa genus aliquod vel ſpeciem. Ita docet Ariſt.

2. Rhet.

2. Rhet. cap. 2. & 4. ira, inquit, ſemper in ſingulos, vt Socratem, Calliam: odium vero etiam in genera; omnes namq. calumniantem & furem oderunt, ſcilicet in communi: hoc diſcrimen aſsignat etiã Valen. ſupra & D. Th. q. 46. art. 7. ad 3. ſubiungens optimam rationem, quia ira ſolum eſt in eum, qui læſit, actiones autem ſunt ſingularium, & ideo ira ſolum poteſt eſſe circa vnum ſingulare vel multa. Odium vero non ſupponit læſionem, ſed ſæpe fundatur in malitia ſpecifica, vel generica rei, & ideo poteſt eſſe ad genus vt cũ volo nullum latronem, vel homicidam eſſe in rerum natura, nullum aſpidem, vel baſiliſcum, &c. Aliud diſcrimen quod. 2. loco. conſtituit Valentia ſupra omitto. Ibidem etiam aduertit, non opus eſſe explicite cognoſci rationes boni, quas intrinſece reſpiciunt odium inimicitiæ & ira, vt paſsiones iſtæ inſurgant, ſed ſatis eſſe cognoſci implicite: nam bruta eiuſmodi rationes non cognoſcunt explicite, ſed mouentur ex inſtinctu auctoris naturę cognoſcentis ipſas, ſicut, q. 42. art. 1. dixit D. Tho. bruta non cognoſcere experſſe rationem futuri, in malo, quod timent. Ego tamen credo, nihil poſſe eſſe obiectum motus proſecutiui particularis, & diſtincti ex obiecto formali ab alio motu proſecutiuo, niſi, cognoſcatur expreſſe & explicite ſub ratione non ſolum boni, ſed talis boni, vnde exiſtimo bruta cum iraſcuntur, apprehendere cõpenſationem, vt bonum proprium eius, q̃ læſum eſt, & malũ aduerſarij, quem odio habent, vt bonum proprium. Iſta tamen apprehenſio in illis eſt ſatis imperfecta, & quoniam veſtigium quoddã rationis habet propter formalem vel virtualem collationẽ adiunctam, ideo Damaſc. 2. fidei cap. 16. & Nyſſen. 4. Phil. cap. 14. ſeu Nemeſius de natura hom. c. 21. iram appellant ſatellitem ſeu ſatellitium rationis. Ideo etiã generaliter docuiſſe videtur Ariſto. 7. Ethic. cap. 6. & ſect. 28. problem. 3. & D. Thom. q. 46 ar. 4. iram aliqualiter eſſe cum ratione. Quo etiam loco & art. 7. ad 1. ſignificat bruta etiã cognoſcere compenſationem formaliter, & explicite ſub ratione boni. Cognoſcere etiã formaliter rationem futuri, dictũ eſt ſect. de ſpe. Hinc intelligitur quod ait D. Thom. q. 46. ar. 6. iram, cum eſt mala, eſſe leuiorem odio & ideo Aug. in regula odiũ ait comparari trabi, iram feſtucæ. Hoc enim ex eo prouenit, quod ira reſpicit bonũ quoddã magnum, & maxime expetibile naturaliter, nempe vltionem, & compenſationem, quæ eſt quaſi expulſio mali ſuſcepti, & interdum alia quædam bona affert; odium vero reſpicit bonum minimum & parum expetibile, imo nunquam recte expetibile, nempe id ſolum, vt aduerſarius, quia vel aduerſatus eſt, vel aduerſari poteſt, male habeat. Hinc etiã colligitur quod ait D. Th. eadem q. art. 5. iram eſſe magis ex inclinatione naturali, quam concupiſcentiam. Si quidẽ ira magis reſpicit perſe alienum malũ, quod ex natura ſua retardat motum appetitus, etiam ſi cum eo cõiunctum ſit bonum propriũ: concupiſcentia autem non reſpicit per ſe alienum malum. Per accidens autem aliqua ira eſt magis naturalis, quam aliqua cõcupiſcentia, vt ſi vindicta apprehendatur ſub ratione magni boni proprij, ac proinde, etiã ſi habeat coniunctum malum alterius, magis attrahet, quam bonum quod concupiſcitur, eo quod leue eſt vel adiunctum habet magnum aliquod malum propriũ vel alienum, quod vero inquit Ariſto. 7. Ethic. c. 6. iram eſſe naturaliorẽ cõcupiſcentia, recte explicatur à D. Tho. in. d. art. 5. quia eſt magis propria & cõformis naturæ rationali vt ſic, eo quod eſt aliqualiter cum ratione, vt dictum eſt.

109

Hinc etiam intelliguntur 3. ſpecies iræ traditæ à D. T. ead. q. 46. a. 8. ex Damaſ. lib. 2. c. 16. Nyſſeno 4. Philoſo. c. 13. ſeu Nemeſio de natura hom. c. 21. Ariſt. 2. Rheto c. 2. 4. ethic. c. 5. Azor to. 1. lib 3. c. 17. q. 4 quarũ 1. nominatur fel, quæ eſt ira ſubito excã deſcẽs propter bilis, ſeu fellis abundantiã. 2. mania quæ diuturna eſt & permanẽs propter memoriã iniurię diu manentem. 3. Furor qui eſt ira nũquã cõquieſcẽs, donec ſumatur vindicta, vnde Ariſt. 4. ethic. c. 5. eos qui. 1. ſpecie iræ cõcitãtur, vocat acutos, celeres & bilioſos. Qui. 2. amaros, & acerbos, qui vero. 3. difficiles, infeſtos, ſibi aliisq. moleſtiſsimos, qui nũquã quieſcũt donec vlciſcantur, ſic explicãt D. T. Cõrad. Valẽ. Et Caiet. a. illo. 8. qui notat, hęc mẽbra nõ eſſentialiter differre, ſed accidentaliter ex ſola diſpoſitione ſubiecti, aut duratione aut gradibꝰ intẽſionis aut extẽſionis & eod. fere modo à nõnullis exponiturpartitio Gre. 21 mor. c. 5. vbi, tres gradꝰ iræ numerat. ſ. irã ſine voce & cũ voce nihil ſignificante ad placitũ. Et cũ verbo expreſſo ſm̃ id Mat. c. 5. omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, &c. Quamuis hæc diuiſio magis videtur eſſentialis, nã ſumitur ex obiecto mali ſpecie diuerſo. In 1. enim vult quis vindicare ſe ſolo imperfecto aliquo ſigno offenſionis, in 2. voce naturaliter tm̃ exprimẽte offenſionẽ. In 3. Verbo ſeu voce ſignificãte ex impoſitione ſeu ad placitum & adhuc magis offenſionẽ exprimente. Sed vt ad priorẽ diuiſionẽ regrediamur, paulo aliter ſpecies illæ continentur in Damaſ. Nyſſeno. ſeu Nemeſio. Sic enim habet Nyſſenus, ſeu Nemeſius. Species iræ tres, excandeſcentia (quæ & choli ideſt bilis, & cholos dicitur) ſi multas, & inimicitia: Ira enim principium

110

& motum habens, ex candescentia, & bilis appellatur. Si multas ira inueterascens. Hæc Græce dicitur Minis à manendo, & q̃ memoriæ sit tradita, inimicitia vocatur ira obseruans occasionem vlciscendi: hanc Græci coton dicunt para Tokiscæ, hoc est, quòd reposita sit. Damasen. autem ait, species iræ sunt tres, ira (quæ vocatur bilis & biliosa) iracundia, & infensio: bilis igitur, & biliosa, ea ira est, quæ principium habet, & cito transit. Iracundia verò ira est recordatione scilicet mali, vnde & Græco sermo Menis à manendo, & memoriæ tradendo dicitur. Infensio autem ira est tempus in vindictam vltionemque obseruans, vnde & Græce cotos à iacendo dicitur: vnde patet mendum esse in litera D. Thom. dum. 2. species mania dicitur, quæ insania est, cum tamen Nenis à prædictis dicatur Furoris autem, qui est. 3. species à D. Thom posita, isti non meminere: nec video, cur ira reposita furor dicenda sit, cum constet furoris nomine aliud significari. De quo Genes. 49. maledictus furor eorum, quia pertinax. Foxius. 2. ethicæ cap. 4 aliter de excandescentia loquitur, ait enim. excandescentia Thimosis à Græcis dicta vehemens iracundiæ cõmotio est. Cuius modi est ea Neptuni apud Virgiliũ. Quos ego: sed motus præstat componere fluctus.

111 Inter causas iræ numerantur. 1. Aliæ passiones, vt simplex amor vindictæ, desiderium, & spes eiusdem, ac dolor iniuriæ sibi, vel suis illatæ: & hoc verum est supponendo, esse specialem passionem distinctam à desiderio, & spe vindictæ, & dolore receptæ iniuriæ. A quibus omnibus iram oriri docet D. Th. q. 46. art. . Non, inquit, insurgit motus iræ, nisi propter aliquam tristitiam illatam, & nisi adsit spes, & desiderium vlciscendi, quia vt ait Aristo. 2 Rhet cap 2. iratus habet spem puniendi, appetit enim vindictam vt sibi possibilem, vnde si fuerit multum excellens persona, quæ nocumentum intulit, non sequitur ira, sed solum tristitia vt Auicenna docet lib. de anima & art. 3. ad. 3. exponit Damascenum & Nyssenum seu Nemesium asserentes, iram componi ex cupiditate, libidine, seu desiderio (varij enim varie vertunt) & tristitia, vt componatur ex illis nõ quasi ex partibus, sed quasi ex causis. Vbi aduerte, quosdam pro tristitia in illis sanctis vertere iram. Nam apud Damascenum sic legimus. Est autem & quando ira est desiderium vindictæq. appetitus. Nam iuriati aut arbitrantes iniuria affici, irascimur, & fit tunc mixta hæc perturbatio ex concupiscentia, & ira. Apud Nyssenum vero seu Nemesium sic. Aliquando ira est appetitio vindictæ, nam dum iniuria afficimur, aut opinamur, nos iniuria affici, irascimur, & tũc mixta fit affectio ex libidine & ira. Verumtamen arbitror, vertendum esse, tristitia vel dolore, quoniam sic refert D. Tho. & sic habetur apud Aristo. 2. Rhet. cap. 2. Ex quo illi hauserunt. Et quoniam male diceretur, perturbationem iræ ex desiderio, & ira componi.

Tenendo autem iram, vt ex partibus componi ex desiderio & tristitia, vtraque est causa partiaris materialis iræ, & neutra est efficiens, & spes non videtur efficiens causa iræ; vel quia est ipsum desiderium vindictæ, vel quia tale desiderium, & tristitia orta ex iniuria recepta non pendent à spe, quę desiderium non causat, sed supponit, nisi loquamur de opinione coniuncta cum spe, nempe de iudicio, quo quis iudicat, sibi esse possibilem vindictam, quod desiderium absolutum & efficax esse non potest sine spe, ac proinde, si ira consistit in absoluto desiderio, non est sine spe, seu prędicto iudicio causante spem, & ideo non sequitur tunc motio corporalis, quæ ad iram se qui solet, aut certe ira, vel desiderium conditionatum vindictæ, non infert talem commotionem, nisi dependenter à spe vindictæ: aut saltem homo, cum eam spem non habet, neque potest, vel solo verbo commode se vindicare, quia persona, quæ intulit iniuriam, est valde excellens, cohibet signa iræ, quam animo concepit, & ideo inquit D. Thom cum Arist. & Auic. sine spe vindictæ non excitari iram. 112

2. Quidquid efficit, vel auget apprehensionẽ seu opinionẽ iniurię vel damni, vel honestatem, vtilitatem, commoditatem, vel possibilitatem sumendæ vindictæ, excitare vel augere potest iram. Omnis autem iniuria & omne damnum excitans iram, sub contemptu, despectione, seu paruipensione continetur, vt docet D. Thom. quæst. 46. art. 2. ex Aristo; 2. Rhet. cap. 2. Vnde Plutarch. lib. de ira cohibenda post medium ait. Alij aliis de causis in iram incidunt, quibus omnibus accidit hæc opinio, vt se contemni, negligique credant. Et Petrus Gregor. in Syntha. artis mirabil. lib. 40. cap. 21. definit iram, vt sit appetitus vltionis cum dolore propter apparentem immerito contemptum, vel in se vel in sua, quã definitionem tribuit non solum Aristot. & Damasce. Sed Speusippo. lib, de definitionibus Platonis: idem tenet Valen. disp. 3. q. 10. puncto. 2. Viues. 3. animæ, cap. de ira, quem ob hoc à Scaligero reprehensum esse initio sectionis retulimus, & certe Damasce. Nyssen. seu Nemesius supra opinionem illatæ ini- 113

tæ iniuriæ exigunt ad iram, non tantũ contẽptũ, sed omnis iniuria contẽptus formalis seu virtualis aut certe materialis est & quicũque horum satis est ad iram, neq. formalem postulãt citato vt ex varijs generibus contẽptus, quos enumerat D. Thom. & Aristot. supra & Viues eodem. libr. capit. de contemptu colligere licet.

114 Hinc fit vt quoquisque maiori excellentia præditus est, vel plura, aut maiora in alterum contulit beneficia, vel magis illum diligit, eo facilius, ac vehementius irasci soleat, quia excellentia personæ offensæ, amor offendẽtis, & beneficia in eum collata, iniuriam augent, & personæ eiusmodi in quiore animo contemptum ferunt, & commodius vindictam sumere possunt, & aliquo honesto titulo decorare, ideo Arist. 2. Rhet. ca. 2. docet, amantes facilius, & vehementius irasci. Aliunde tamen defectus excellentiæ aut cõmoditatis in eo, qui iniuriam patitur, excitare solet vehementius iram, quoniam tales cum iniuriam accipiunt, magis se contemni putant, & quoniam eiusmodi defectus hominem procliuiorem reddunt ad tristitiã, ex qua ira nasci solet. Vnde D. Thom. q. 47. art. 3. cum Arist. 2. Rethor. c. 2. docet, pueros ægrotos, pauperes, imbecillos, sitientes, & vniuersaliter, cupientes, & non assequentes, iracundos esse, & facile accendi. Vnde egregie Plutarch. lib. de ira cohibenda circa medium ait. Quemadmodum tumor accidit ex magna in carne plaga, ita in mollissimis animis, siquis se præbeat dolori, quo maior est animi imbecellitas, eo dolor maiorem elicit iracundiam: hac de causa mulieres iracundiores sunt viris, ægroti sanis, senes ætate vigentibus, & infelices felicibus.

Porro quia iniuria & contemptus iram
115 concitat, defectus excellentiæ, & dignitatis in irrogante iniuriam, iram in altero auget quia contemptum & iniuriam grauiorem reddit, ideo idem contumeliosum verbum dictum ab homine plebeio magis ad iram prouocat, quam dictum à nobili, vel principe. Hinc etiam fit vt minus irascamur in eos, qui ignorantia, vel passione iniuriam inferunt, quia minus ab illis nos contemni arbitramur, imo proprie, & in rigore ne contemnimur quidem, sed non requiritur contemptus stricte aut proprie sũptus. Vnde expeditur difficultas illa quam mouet. D. Tho. q. 46. art. 7. An ad eos tantum sit ira, ad quos est iustitia. Resp. affirmatiue & putat, colligi ex Arist. 2. Rhet. ca. 2. 3. & 4. & probat ratione, quia obiectum iræ est vindicta & compensatio quædam iusta, aut quasi iusta iniuriæ, & qui læsit iniuste fecit, ergo, ira solum ad eos pertinet ad quos pertinet iustitia. vel iniustitia, sed obijci potest, quia ira est ad res irrationales, & inanimatas, vt cum scriptor ex ira pennam proijcit, vel eques equum pereutit: est etiam ad se ipsum, vt in pœnitente Psalm. 4. irascimini & nolite peccare, sed à nobis ipsis, à brutis & à rebus inanimatis non contemnimur, iniuriam non patimur, neque inter hæc & nos iustitia, vel iniustitia versatur: ergo non oritur ira ex contemptu, vel recepta iniuria, neque ad eos solum est ira, ad quos iustitia. R. non exigi contemptum stricte & proprie, vel iniuriam; sed late, & metaphorice, quo pacto res expertes rationis & inanimatæ & nos dicimur, nos contemnere & iniuria afficere, & à fortiori qui iuste nos puniunt, vel affligunt dicentur nobis iniuram inferre, ideſt damnum, & incommodum iniuriæ simile, & ideo illis irascimur; tametsi praue. Et ideo Damas. Nyssen. & Nemes. supra non ad qualibet irã sed ad iustam & ordinatam petunt vt quisque arbitretur, se iniuria affici, & rem esse dignam, quæ ægre & moleste feratur.

Vt in alijs sedemus iram, eosque ad man
suetudinem traducamus, quæ est sedatio iræ 116
vt docet, Arist. 2. Rhet. c. 2. proderit. 1. cum *Quibus modis sedã da in alijs ira-*
accensam iræ flamam in alterius pectore cernimus, non illi obsistere, aut respondere, sed dare locum iræ, vt transeat. Rom. 12. Ne forte dum ira alterius tanquam incendium intempestiue, & præpropere volumus extingue re, illam ventilemus, vt flatu accendamus, lignaue illi subijciamus, & præcipue cedendum iræ regis, violenta quippe est, cui si incommode resistas, grauiores excitas tumultus: equi ferocesnon vi, sed popysmate, ideſt manus blandimento reguntur. Nautæ non pugnant aduersus tempestatem, sed vel quiete, vel obliquis cursibus vtentes expectant cœlum commodius: in tauros lybici ruunt leones, nõ sunt papilionibus molesti. Martial. libr. 12. epig. 62. Vnde Ambros. 1. offic. ca. 21. scriptum est, inquit, date locum iræ: Iacob fratri indignanti præcessit & Rebeccæ ideſt patientiæ, ductus consilio, abesse maluit, & peregrinari, quam excitare fratris indignationem, & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret, & Seneca. 3. de ira, cap. 39. Primum, iram non audebimus oratione mulcere, surda est & amens, dabimus illi spacium, remedia in remissionibus morborum prosunt. Neque oculos tumentes tentabimus, vim rigentem mouendo incitare, nec cætera vitia dum feruent, initia morborum quis curat? & Psalm. 37. ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum & factus sum tanquam homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, sed prudentia opus est, nam siquis irato

obijcien-

obijcienti iniuriam, aut turpe factum, nullam sui rationem reddat, contemni fortassis arbitrabitur, & irascetur amplius.

117 2. Cum deferbuisse iam nonnihil ira videbitur, aut satisfactioni tempus opportunum, pacato humilique sermone, & iusta ratione, aut agnitione culpæ, pœnitentiæ signis, & deprecatione veniæ multum lenitur: mollis enim responsio frangit irã Prouerb. 13. & bombardarum pilæ obiecta molli lana impetum amittunt, & fulmina quidquid durum est, & resistit conterunt, & in cineres redigunt, mollibus parcunt, vt patet in ense, & Vagina, pecunia & crumena &c. Naturaleque est vlcisci, parcere subiectis & debellare superbos, & Arist. 2. Reth. ca. 3. cessare, ait, irã in eos, quos pœnitet & fatentur, & qui humiliter se gerũt neque contradicunt iratis, & rogant, atque deprecantur, cuius signum, inquit, apparet in punitione seruorum: negantes enim atq. contradicentes, multo magis puniuntur: cũ vero se iure puniri fatentur, cessat ira, quod autem, inquit, humilitate ira sedetur, canes ostendunt, qui sedentes non mordent. Hinc Psal. 31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino & tu remisisti impietatem peccati mei, & Psalm. 50. cor contritum, & humiliatum Deus non despicies, & Angelus Agar consilium dedit vt Sarã dominam suam, quam ob seueritatem fugiebat, placaret. Genes. 16. reuertere ad dominã tuã & humiliare sub manu illius. In reddenda autem satisfactione danda est opera, vt quod admissum est (vt ait Plutarch.) quam longissime remoueamus à suspicione contemptus, ex qua scilicet existit iniuria. Vtrũque remedium ad mitigandum aliorum iram complexus est Aeschilus in Prometheo ligato apud quẽ sic loquitur Occeanus. Nũquid Prometheu nosti, q̃ iracũdiæ cõmotæ sermones sunt medici? imo siquis in tempore molliuerit animum, & non gliscentem impetũ reprimat. Indulgendum & aliquatenus iracundis non secus ac furentibus, est cedendum pro tempore donec ebrietatem animi decoxerint, & fluctus calorque sanguinis conquieuerint. Tunc enim illis est cum ratione loquendum, in ira pauca, vel prorsus nulla. Nam, vt quidam poeta dixit. Impedit ira animum ne possit cernere verum & expers consilij furor, dolorem virtutem putat, quantumque meditatur ira, tantum promittit audacia. Vt ait Paulus Orosius libr. 2. capite. 16.

Carmina Græca Eschili referuntur in Synthaxi artis mirabilis lib. 4 cap. 22.

118 Vt vero ipsi non immoderate, aut inique alijs irascantur, vel certe iram in eos conceptam deponamus, vel temperemus, aut moderemur, iuuabit, 1. vt nihil neque verbo, neque facto contra alium tentemus, sed potius quiescamus, vt sensim ille furor, vel ardor perse aut certe per considerationem aliquam, vel diuinum auxilium remittatur: aut ipsa loquendi licentia & impunitate, vel impudentia, vel alterius responsione, vel ne imperiti videamur, vires & incrementa non sumat. Vnde Plutarch. lib. de cohib. ira. Vt incendium, qui non addit materiam extinguit, sic & iram quisquis non aluit nascentem, nec cum flatu concitauit, & infra. Ira vehementius incitatur ijs, quæ faciunt aut dicunt, qui ea sunt occupati, proinde quiescere optimum est, aut effugere, aut occultari, se seque ad silentium, velut ad portum recipere quemadmodum solent, qui senserunt epilepsiam oborientem, ne concidamus, aut potius ne in quemquam irruamus. 1

Quibus modis sedanda in nobis ira

2. In eo silẽtij portu cum quiescamus, vel antea etiam, si iracundiæ fumus permittat, enitendum est, vt quoad fieri possit minuamus, vel etiam deponamus in nobis opinionem iniuriæ illatæ, vel contemptus. Seneca. 3. de ira. c. 29. Multos absoluemus, si cęperimus ante iudicare, quam irasci. Nunc autem. 1. impetum sequimur. Deinde quatenus vana nos concitauerint, perseueramus, ne videamur cæpisse sine causa, & quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas iræ, quanto melius est initia ipsa perspicere. quam leuia sunt, quam innoxia, &. c. 30. Quod accidere vides animalibus multis, idem in homine reprehendis, friuolis turbamur, & inanibus. Taurum color rubicundus excitat, ad vmbram aspis exurgit, vrsos, leonesque mappa proritat, omnia quæ natura fera ac rabida sunt consternantur ad minima. Idem inquietis & stolidis ingenijs euenit, rerum suspicione feriuntur, adeo quidem vt interdum iniurias vocent modica beneficia, in quibus frequentissimae, certe aerbissima materia iracundiæ est: charissimis enim irascimur quod minora nobis præstiterint, quã mente concepimus. Minus habui quam speraui, sed fortasis plus speraui, quam debui. Hinc pernicioſissimæ iræ nascuntur. Diuum Iulium plus amici, quam inimici confecerunt, quia eorum non expleuerat spes inexplebiles, & cap. 21. Tanta importunitas hominum est vt quamuis multum acceperint, iniuriæ loco sit, plus accipere potuisse. Dedit mihi præturam-sed consulatum speraueram, &c. 2 119

3. Cogitandum nobis est quid discussa iræ nebula, aut fumo, de ijs, quæ modo nos commouent, sentiemus. Plane enim nihili ea faciemus postea, cur ergo non & nunc, ita vt iram non admittamus. Vnde Plutarch. lib. de cohib. ira. Quis vsqueadeo morosus ac summus est, vt puniat aut flagris cedat seruũ, quod ante quinque aut decem dies aduserit obso- 3 120

obſonium aut menſam ſubuerterit, aut tardius auſcultauerit. Et tamen huiuſmodi ſunt ea, ob quæ protinus, vt acciderunt, ac recens admiſſa ſunt, turbamur, exacerbamur, & implacabiles ſumus. Quemadmodum enim per nebulã corpora, ita per irã maiora videntur, quę cõmiſſa ſunt. Quapropter oportet illico horum hiſque ſimiliũ præceptorũ reminiſci.

4. 121

4. Conſiderandum, iniuriam nõ tam nobis quam ei qui illam infert turpem ac pernicioſam eſſe, ſic enim orietur erga illum miſericordia iram copeſcens. Chry. hom. 47. in Ioan. Si enim neque laboranti nec timido quiſquam iraſcitur, ſed ijs morbis affecti ſui miſericordiam & lachrymas mouẽt, certe neque iniuriam facienti iraſci, ſed compati conuenit, cum ſit huius animus miſerabilior vt pote multo magis ęger & Plutarch. lib. de ira iratos docet imitari Diogenem, tui cum diceretur, hi te derident ò Diogenes, ego, inquit, non derideor. Vt ſcilicet non credat, inquit Plutarch. ad ſe pertinere, nec exiſtimet ſe cõtemni ſed illum magis contemnat, qui per imbecillitatem, aut errorem, aut præcipitantiam aut incogitantiã aut obſeruile ingeniũ, aut ob ſeniũ, aut ob iuuentutem delinquit.

5. 122

5. Reputandum eſt per iram & vindictam malum non amoueri ſed augeri & cumulari, cum ea deteriores reddamur, & dum ab alijs nolumus ſuperari ab alijs plane vincimur, quia ſimiles nos ſibi efficiunt, agens autem vi ſua vincit reſiſtentiam paſſi: è contra vero ſi beneficijs, l. mãſuetudine noſtra manſuetos illos reddamus, glorioſam de illis victoriam reportamus. Ro. 12 noli vinci à malo, ſed vince in bono malũ. Et ibidẽ adducit id. Prouerb. 25 ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illũ, &c. hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Vbi interprete Aug. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 16. carbones ignis ſignificant vrentes pœnitentię gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius, qui dolet ſe inimicum fuiſſe hominis à quo eius miſeriæ ſubuenitur. Adde hic etiam ad vindictam ſumendam interdum nocere iram. Vnde Horat. epi. 1. qui non moderabitur irę infectũ volet eſſe, dolor q̃ ſuaſerit & mens. Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.

Ouidius. 1. de Remed. difficiles aditus impetus omnis habet.

6. 123

6. Amor honoris & commoditatum euellendus, aut reſecandus eſt, ne cum contemnimur aut iniuriam, aliquid ve incõmodi patimur, iraſcamur. Plutarch. li. de ira. Perpetuas ac frequẽtes iras, quæ paulatim in animis colliguntur, potiſsimũ gignit in nobis amor noſtri, moroſitas cum delitijs molitieque coniuncta, non aliter atque examen apum, ac veſparũ. Proinde ad mãſuetudinẽ nullũ maius viaticũ eſt quã facilitas ac ſimplicitas morũ, videlicet, ſi poſsimus rebus præſentibus eſſe cõtẽti neq. egere multis ac ſuperfluis

Atqui nec aſtis, quirnec elixis nimis.
Nec plus minusue, nec cibis gaudet modo
Medio apparatis, ſic vt oppoſita approbet.
Sed nix niſi adſit non bibit, nec foro.
Panem edit æque vaſculis frugalibus,
Teſtaceiſue, aut attigit piſcem,
Neque lecto incubat ſtratove niſi tumentibus.
Non aliter ac mare fundo ab imo concitum.

Is inquit Plutarch. imbecillis eſt, vitam viuens iurgioſam & querulam, non ſentit ſe ſibi paulatim iracũdiæ vitiũ contraxiſſe, quemadmodũ ex aſsidua tuſsi crebriſque concurſioni bus cõtrahitur vlceroſa ac pituitoſa corporis affectio. 7. Vitãda curioſitas, ne ea videãtur, vel audiantur, quę iram excitare poſsint. Seneca. 3. de ira cap. 11. non expedit omnia videre, omnia audire. Multæ nos iniuriæ tranſeant, ex quibus pleraſque nõ accipit, qui neſcit. Nõ vis eſſe iracundus, neſis curioſus Qui inquirit, quid in ſe dictũ ſit, qui malignos ſermones, etiam ſi ſecreto habiti ſint, eruit ſiue euerrit, ſe ipſum inquietat. Vide Plutarch. lib. de curioſitate vitanda.

7. 124

8. Iracundorũ hominũ cõſortiũ: vitandũi vir enim iracundus prouocat rixas. Prouer. 15. & melius eſt habitare in terra deſerta, quã cũ muliere rixoſa & iracunda. Prouerb. 21. & noli eſſe amicus homini iracundo neq. ambules cum viro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ Prouerb. 22. & nõ litiges cũ homine linguato, & nõ ſtrues in ignẽ illius ligna. Eccleſiaſt. 8. de hac re optime Baſilius hom. 21. ad pop. eſt in varios ſcripturæ locos. Et Chryſoſt. ho. 29. ad pop. feræ potius quã homini iracundo cohabitandum eſt. Nam illa cum ſemel manſuefacta fuerit, ſuam ſeruat legem: hunc autẽ quotieſcunq. mitigaueris, rurſum efferatur.

8. 125

9. 126

9 Exempla manſuetudinis oculis propo nenda ſunt. Vnde Chryſ. hom. 30. de Dauid & Saul cõmendans manſuetudinem Dauidis ait. Quemadmodum ij, qui laborant ex oculis, colorem aliquem ſuauem frequenter intuendo, nõnullũ morbi capiũt leuamẽ: ſimiliter is, qui Dauidis & aliorum hominũ manſuetorũ imaginẽ præ oculis habeat, & in hanc aſsidue defigat oculos, etſi millies obtũdat ira, mentis oculum perturbans, tamẽ ad id virtutis exemplar reſpiciens perfectam cõſequetur ſanitatem, puramque philoſophiam ac tranquilitatem animi. Exempla philoſophorũ & aliorum gentilium colligit Seneca. 3. de ira, c. 12. 22. & aliis ſequentibus Et Plutarch. lib de ira cohib. Plato (inquit Seneca illo, c. 12) cum ſeruo iuſsiſſet præbere ſcapulas verberibus, ſua ipſe manu percuſſurus, poſt quam intellexit, iraſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum, ita ſuſpenſam retinebat, & ſtabat percuſſuro ſimilis. Interrogatus autem ab amico, qui forte interuenerat, quid ageret? exigo inquit,

inquit, pœnas ab iracundo. Velut stupens enim illum gestum deformem sapienti viro seruabat, oblitus videlicet iã serui: quia alium, quem potius castigaret, puta se ipsum inuenerat. Itaque abstulit sibi in suos potestatem. Tu inquit Pseusippe seruulum istum verberibus obiurga: nam ego irascor. & cap. 22. Quid facilius fuit rege Antigono, qui cum duos manipulares regio tabernaculo excubantes, sibi maledicere audiuisset, pallam quæ inter dicentes, & audientem intererat leuiter commouit. Et longius, inquit, discedite, ne vos Rex audiat. Epictetus in enchirid cap. 48. alias. 44. simili vti facilitate in ferendis maledictis præcipit, siquis, inquit, nunciauerit, quemdam tibi maledicere, non refutes, quę dicta sunt, sed respondе, eum nesciuisse cætera tua vitia; nam alioqui non illa sola fuisse dicturum. Plutarch. loco citato. Arcesilaus, inquit, cum hospites quosdam accepisset conuiuio, apposita est cœna sed deerat panis, nimirum pueris oblitis emere. Quo quidem casu quis nostrum non repleuisset parietes clamore? At ille ridens, quam inquit, res apta conuiuis apparandis, esse sapientem. Socrates vero cum è palestra casu redeuntem Euthydemum recepisset conuiuio, Xantippe (vxor Socratis) irata surrexit, dixitque conuitia, tandem etiam mensam subuertit. Euthydemus autẽ surgens abire cœpit dolore affectus. Tum Socrates, at domi tuæ, inquit, non ne nuper accidit vt gallina quædam subuolans idem hoc effecerit. Nos tamen nõ indignabamur. Et infra. Aristippo, inquit, posteaquam ipsi cum Aeschine nescio quid iræ incidisset, & quidam illi diceret, o Aristippe. Vbi nunc amicitia vestra? dormit, inquit, sed eam ego excitabo. Adijtque Aeschinem, & adeo ne, inquit, tibi videor modis omnibus infælix, & insanabilis, vt ne moneri quidem merear, abste. At Aeschines. Non mirum, inquit, si cum in omnibus me præcellas ingenio, hic quoque prior videris, quid esset facto opus.

Moyses populo contra se mormurante Dominum exorauit. Exod. 15. &. 19. vnde Eccles. 40. infide & lenitate sanctum fecit illum, & elegit eum ex omini carne. Iacob fratrem itascentẽ humilitate mitigauit, adorans eũ septies dominumque appellans. Ioseph. fratribus bonum pro malo rependit. Dauid erga Saulem vitæ suæ insidiantem mitissimus fuit, vnde & dicere potuit memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius. Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Christus cum malediceretur, non maledicebat, &c. 1. Pet. 2. & tamquam agnus coram tondente se obmutuit & non aperuit os suũ Isaię. 53. qui ait discite à me quia mitis sum, &c. & Matt. 11.

10. Mouere debet iracundiæ turpitudo, vt eam detestemur. Cicero. Tuscul. 4. an est quicquam similius insaniæ quam ira. Quam bene Ennius initium dixit insaniæ. Color, vox, oculi, spiritus impotentia dictorum atque factorum quam partem habent sanitatis? Sestius apud Senecam. 2. de ira. cap. 36. quibusdam iratis profuit aspexisse speculum, perturbauit illos tanta mutatio sui, veluti in rem præsentem adducti, non agnouerunt se. Et quantulum ex vera deformitate imago illa speculo repercussa reddebat. Animus iracundus si ostendi, & si in vlla materia prælucere posset, intuentes nos confunderet, ater, maculosusque æstuans, & distortus, & tumidus. Plutarch. lib. de ira. sicut Hippocrates ait, eum morbum esse grauissimum, qui faciem ægrotantis quammaxime mutet in diuersum, ita conspicientes alios ob iram maxime sibi excidere ac vultum immutantes, colorem, incessum, vocem in diuersum vertere: hanc velut imaginem eius mali mihi fingebam admodum dolens, si quando tam formidabilis & commotus viderer. Basil. hom. 9. ad Pop. de ira. egregie depingit hominem iratum. Et hom. 21. in varios scripturæ locos. Vir iracundus, inquit scriptura, turpis est, discе ex hac scriptura, sit vultui tuo speculi vice: nam impia cogitatio mentem obtenebrans non finit agnoscere, quale sit ira peccatum. Scriptura vero tibi dicit, vir iracundus turpis est: quomodo turpis est? decorẽ namq. & humanam quasi figuram amittit feræ speciе indutus. Considera parumper iratum; furit, debachatur, immutatur, oculi turbidi sanguineiq. fiunt, cor accenditur, sanguis cõmouetur. Hunc videas vt aprum dentes acuentem, loqui sæpe incipientem, ac verba imperfecta relinquentem, multa quoq. in corde non apparentia volutantem, nec parentum, nec liberorum rationem habet, nullis demum (vt libidini propriæ satisfaciat) parcit & Lucretius. 3. de rerum natura ait. Est etiam calor animo, quem sumit in ira, cum feruescit & ex oculis micat acrius ardore, & postea. Sed calidi plus est illis quibus acria corda. Iracundaque mens facile efferuescit in ira. Quo genere in primis vis est violenta leonum. Vide & Homerum odyss. 1. in Procis iratis in Telemachum. Et Persium Satyr. 3. vbi sic ait. Nunc face suppositа feruescit sanguis & ira, scintillant oculi, dicis faciſque quod ipse. Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes. Et Ouidius. lib. 3. de arte amandi. Ora tument ira, nigrescunt sanguine ve-

10. 127

ne venæ. Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant. Horatius epiſt. 1. ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret, imperat, hinc frænis; hunc tu compeſce catena, & Plautus in Pſeudolo. Iam iſthæc inſipientia eſt, iram in promptu gerere. Et quemadmodū Plato in Timæo docet. Qui animi morbo laborat, neque cernere neque audire recte quicquam valet, ſed rabie quadam efferatus & rationis ſitexpers.

11 128

11. Mouet ad teſtationem iræ conſiderare: quantum orationi, & ſacrificio afferat impedimentum. Caſsian. 8. de inſtit. renun. cap. vlt. cogitemus nequaquam licere nobis iratis orare, nec iratos fundere preces ad Deum, nempe, quia iratus non poteſt nomine proprio, niſi ficte, dicere, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus, &c. Et quia Deus orationem & ſacrificium aſpernatur, niſi prius reconciliemur fratribus. Vnde Caſsia. eodem lib. cap. 12. nec ſacrificia quidem ſpiritualia orationum noſtrarum permittit offerri, ſi vel alium contra nos aliquid rancoris habere cognoſcimus. Dicens. Matth. 5. ſi ergo offeres munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & ſic veniens offer munus tuum. Et Paul. 1. Tim. 2. iubet leuare ad Deum puras manus ſine ira & diſceptione.

12 129

12. Tempus vindictæ ſaltem differendū. Senec. 3. de ira c. 11 maximū remediū iræ eſt dilatio, vt primus eius feruor relangueſcat, & caligo, quæ premit mentem, aut reſideat, aut minus denſa ſit. Quædam ex his, quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantum dies molliet: quædam ex toto euaneſcent. Ad hanc dilationem cōducet quod ait Plutarch. lib. de ira. Quemadmodum Phocion poſt Alexandri mortem non ſinens Athenienſes ante tempus commoueri, nec facile credere rumori, aiebat. Si hodie viri Athenienſes Alexander mortuus eſt, & cras & perindie erit mortuus: ſic nimirum oportet hominem iræ impulſu ad vindictam properantem ſibi ipſi ſuggerere. Si hic homo peccauit, & cras & perendie verum fuerit eum peccaſſe, nec quicquam erit periculi ſi paulo poſt ſerius det pœnas: ſed ſi prępropere punitus fuerit, forte videbitur non peccaſſe, quod iam frequenter accidit Statius lib. 10. Ne Fræna animo permitte calenti, da ſpatium, tenuemque moram: male cuncta miniſtat impetus.

130 Denique Senec. 3. de ira ad medelam antidotum & pharmacum irę tria eſſe animad. uertenda tradit. 1. non iraſci. 2. iram depo-

nere vel moderari quantum fieri poſsit. 3. hærenti iræ mederi, ne noceat. Et Gregori 5. moral cap. 32. modus duos perſcribit, quibus ab iracundia cohiberi poſsit animus. Prior, vt mens antequam quicquam agere incipiat ſolicita ſit præcogitare contumelias omnes, quibus impeti poteſt, & ad aduerſa ſe præparet opprobia exemplo Redemptoris ſui, ſic cautius pæuiſa tela excipiet... Vt cum aliorum exceſſus conſpicimus noſtra, quibus in alios exceſsimus, delicta cogitemus, & manticam, quam interdum reiectimus rerum noſtrarum ante oculos conſtituamus. Et in ſuma citius fecerimus & lætius vixerimus obliuiſcendo iniurias, quam ſi eas reuocauerimus ad animum, vt non poſsim non laudare legem illam Athenienſium poſt occiſos tyrannos latam à Traſibulo, quæ amniſtias erat, ideſt obliuionis preteritarum iniuriarum vltro, citroque latarum vt ſcribit AEmil. Probus in Thraſibulo. AEſchines contra CTeſiphonte, Dion Caſſius lib. 44. in concione Ciceronis. Iſocrates oratione de iugo. Plutarch. inpolit. Valer. lib. 4. cap. 1. Iuſtinus. In Trogo. lib. 5. Recte etiam Ouidius. epiſt. 3. Vince animos iramque tuam qui cætera vincis, & Publius Mimus, bonum apud virum cito moritur iracundia, conſilio melius vincas, quam iracundia, iracundiam qui vincit hoſtem ſuperat maximum. Quippe difficilis victoria vnde Seneca iunior in Me. Difficile quā ſit animum ab ira flectere iam concitatum, quamque regale hoc putet ſceptris ſuperbas quiſquis amouit manus. Valent contra iram aliqua quæ ſcribit Epictetus apud Arrium in Enchiridio eius. Vt quod retulimus ex. cap. 44. in remedio 9. & quod ait cap. 8. perturbant nō res ipſæ, ſed rerum opiniones & cap. 24. inuictus eſſe poëtris ſi in nullum certamen deſcendas, quod vt vincas in te non eſt &. cap. 57. loquere ad verſus quem libet conuitiantem, ipſi eſt ſic viſum: arbitratur enim is ſuum officium facere, aut dicere, & eſſe non poteſt, vt is q̄ tibi videtur ſequatur. Et cap. 22. memento actorem te eſſe fabulæ quēcunque is velit, qui docet: ſi breuem breuis; ſi longum longæ. Si medicum te velit agere in genioſe age, ſi claudum, ſi principem, ſi priuatum. Ad te enim pertinet datam tibi perſonam bene agere, eligere ad alium. Ita & concludit quoque Euripides in fine Phæniſſarum. Sed quid iſta lamentor, & fruſtra deploror Mortali enim ferendum eſt quidquid immittit Deus.

131

Egregiæ de cohibenda ira D. Baſil. ho. 9. ad pop. quæ eſt de ira, vbi inter alia ait, ſi quando nos hoc vitium tentauerit idque

non

non ex nobis; ſed extrinſecus, inſtar inopinæ procellæ, in nos irruens. Tum potiſsimè diuinorum præceptorum admirabilem veritatem agnoſcemus, dentes ipſi quidem locum iræ tanquam exitum violento cuidam torrenti: diſcentes tamen tacite turpem eorum tumultuationem, qui hoc malo tenentur, &c. multa etiã alijs locis aduerſus iram dicit. Præcepta verò Dei, quibus ira interdicitur, adimiturque ſingulis vindicta, et ſi lædantur, prouocandum docetur ad magiſtratus qui iuris publici habent executionem, continentur in varijs ſcripturæ locis.

Rom. 12. non vos metipſos defendentes chariſsimi, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim, mihi vindictam, ego retribuam. Epheſ. 4. ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram, &c. Et omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor, &c. Tollatur a vobis. Matth. 5. omnis, qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio, &c. Matth. 6. ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Deute. 32. meaeſt vltio, & ego retribuam eis imo videtur præceptũ id eſſe à natura, quæ ideo omnibus animalibus arma naturalia conceſsit, canibus, lupis, apris dentes, equis calces, tauris & arietibus cornua, & alia alijs. Homini autem nulla arma natura præter rationem dedit, qua ſe defendat, & repellat iniurias, vt ait Xenophon. 2. Cyropædię.

Et hic procul amandare oportet ſententias Ethnicorum, quibus iniuriarum vl-
132 tionem ſuadent: vel intelligende ſunt de vltione, quæ fit authoritatæ publica, & zelo correctionis, & emendationis non appetitu priuatæ vindictæ. Sic audio Ariſt. 4. Ethic. cap. 3. dum ait, perferre iniurias, & ſuos negligere ſeruile eſſe, & quæ ſequuntur. Et lib. 2. cap. 9. non facile determinari poteſt, quomodo, & quibus, & proquibus, & quanto in tempore iraſcendum eſt: etenim nos interdum eos, qui deficiunt, laudamus, & mites dicimus eſſe, interdum ipſos infenſos appellamus viriles, &c. Ita audio Seueri vocem apud Herod. in 3. dicentem, vt ſi auctor iniuriæ ſis, iniuſtus videare: ita ſi non vlciſcare receptas iniurias, ignauus: & pari modo, quod dicebat Veſpaſianus Cęſar apud Sueton. in Veſpaſiano. cap. 9. deiurgio ſenatoris equitiſque Romani. Non oportere maledici ſenatoribus, remaledici ciuile faſque eſſe, & Ciceronis dictum primo Offic. vbi ait, virum bonum eſſe, qui proſit quibus poſsit, & nemini noceat, niſi laceſſitus iniuria, quod dictum Ciceronis reprehendit Lactant. 6. diuin. inſtit. cap. 18. & Plutarch. lib. de vtilitate ab inimicis capienda docet, etiam aduerſarios & inimicos diligendos eſſe, & Plato dialago primo de Rep. &. 23. de legibus ex profeſſo rejicit aſſerentes, vindictam eſſe licitam. Et dialago, Crito, ait, quoniam mala facere non eſt aliud, quam iniuriam inferre, non oportet alicui mala facere, etiam ſi innumerabilia ab ipſo perpeſſus ſis. Qua ratione etiam vtitur Lactantius, loco citato. Et Ariſtoteles. 5. Ethic. cap. vlt. iniurias pati licitum putat, facere autẽ nullo modo.

Multa ſuperiorum deſumpta ſunt ex Petro Grego. in ſynthaxi artis mirab. li. 40. peius tamen eſt iniuria afficere, quippe cum id cum vitio ſit, & vituperabile, &c. At iniuria affici ſine vitio & iniuſtitia eſt. cap. 21. & 22. Et Valen. hic. diſp. 3. quæſt. 10. puncto. 2. & 3. apud quos latius aliqua continentur.

Inter effectus iræ numerantur. Primo 133
delectatio orta ex ipſa vltione, nam & ſe iratum oſtendere, vltio quædam eſt, & timorem alteri videtur incutere, & magnanimitatem oſtendit, delectat autem timeri & magni animi reputari, ſpes vltionis iræ adiuncta etiam delectat. Vnde Ariſtoteles. 2. Rhet. cap. 2. omnem iram quædam ſequitur voluptas propter ſpem vltionis. Iucundum enim eſt, ſi quis putat ea ſe conſequuturum, quæ expetit. Itaque recte illud de ira dictum eſt, quod defluente melle dulcior in virorum pectoribus gliſcit: conſequitur enim hæc voluptas: & propter hæc quæ diximus, & quoniam in vlciſcendi contẽplatione immorantur. Quæ imaginatio voluptatem ſimilem ei efficit, quæ in ſomniis accidit. Talis voluptas erat AEgiptiis perſequentibus populum Dei. Exod. 15. Dixit inimicus, perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia implebitur anima mea, euaginabo gladium meum. Interficiet eos manus mea, &c. Quamuis aliunde amaritudinem quandam ira afferat, non ſolum ſpiritualem, quia dolet homo de inordinata ira, abſurdiſque & ignominioſis eius effectibus, ſed etiam corpoream, quia bilis excitata amara eſt guſtui, & propter nimium calorem in ſuauis eſt tactui. Vnde D. Thom. quæſtio. 48. arti. 2. ad. 1. docet, feruorem, qui eſt effectus amoris, habere quandam dulcedinem, et lenitatẽ, quæ eſt ſimilis calori aeris & ſanguinis. Vnde ſanguinei ſunt magis propenſi ad amorem, & dici ſolet, cogit amare iecur, in quo, ſcilicet, ſanguis generatur, feruorem autem iræ ait D. Thom. habere

habere amaritudinem conſummatam,quia igneus, & cholericus eſt, propter quod & iracundi cholerici appellantur. Et Damaſ. 2.fidei. cap.16.ait, iram ex euaporatione felis procedere, & felleam nominari. Verba eius ſunt.Ira eſt efferueſcentia ſanguinis circa cor ex euaporatione,exuſcitationeue bilis proueniens, quapropter, & bilis, & bilioſa dicitur. Nyſſen. autem. lib.4. Philoſop. cap.14. Seu Nemeſius, de natura hominis. cap.21. ſic ait, ira eſt feruor ſanguinis, quo cor ſuffuſum eſt ex reſpiratione fellis, aut conturbatione natus. Idcirco, & choli à Græcis, ideſt bilis, & cholos dicitur.

134. Hinc. 2. Ex ira ſequitur magna cordis concitatio, & ad ipſum ſpirituum congregatio,ex quibus feruor, & accenſio ſanguinis prædicta procedit. Vnde etiam procedunt verba, geſtus, & aliæ commotiones externæ, quas optime depingit Gregor.5. mor. cap.31. dicens, iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit,facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam cognoſcuntur noti: ore quidem clamorem format: ſed ſenſus quid oculi loquantur, ignorat. Vnde Pſalm. 30. conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Et Chryſoſt. Hom.3. in Ioan. videbis iratos non ſecus atque inſanos turpiter in medium præcipites ferri, cum enim circa præcordia efferbuit ira, ignem emittit, tota inflammatur facies, incompoſite manus mouentur, ridicule proſiliunt pedes, monitoribus, & rixam dirimere conantibus inſultant, in eoſque nulla ab inſanientibus differentia irruunt, & cum hæc faciunt, tanquam amentes nihil ſentiunt. Similia Seneca de ira. cap.35. vbi ad extremum pulchre ita concludit. Qualem intra putas eſſe animum, cuius externa imago tam fæda eſt?Itaque quoniam ira in quadam magnitudine, & extenſione animi conſiſtere videtur, non quærit latibula ſicut concupiſcentia propter turpitudinem, & molliciem, quam præſe fert, ſed aperte prorumpit. Vnde Ariſto.4. Ethic.cap.3. relatus à D. Thom. quæſt.58.artic.3. ad 2. ait, iram non eſſe inſidioſam, vt concupiſcientiam, ſed palam agere. Vide Fracaſtor. lib. de Symphatia. cap.21. & Lactant. lib. de ira Dei. cap.5. vbi ait hominem,qui modo ſit ſapiens, & grauis, ira non decet, ſiquidem cum in animum cuiuſquam incidit, velut ſæua tempeſtas tantos excitat fluctus, vt ſtatum mentis immutet, ardeſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, alterius vultum maculet nunc ſuffus rubor, nunc pallor albeſcens.

3. Hunc ira plus cæteris paſsionibus impedit rationis vſum, Vt Gregor. ſupra ex Pſalm.30. ibi citato. Baſil. oratio.9. ad populum de ira. Et Lactantius verbis citatis. Vnde Medea apud Euripidem in Medea actu.3. ira autem præponderat meis conſilijs, quæ maximorum malorum cauſa eſt mortalibus. 135.

4. Ira niſi compeſcatur tranſit in furorem, ſic enim dicebat Appollonius, Maniam, ſeu inſaniam, florem iracundiæ vrgentis, & ita etiam inſinuat Horatius. 1. Epiſt. ira furor breuis eſt,animum rege,qui niſi paret,imperat,hunc frænis,hunc tu compeſce catena. 136

5. Naſcuntur quoque ex ira impatientia animi, maledictiones, blaſphemiæ, opprobria, calumniæ, iniuriæ, vltiones,rixæ, minę, ſeditiones. Vnde quidam. Ira truces inimicitias generat, & funebre bellum, & Lactant. lib. de ira Dei, ex Seneca.lib. 1. de ira. cap.2. ait. Hæc vrbes ſubuertit,populos delet, prouincias deuaſtat, imperia demolitur, &c.

6. Ex prorogata ira ſimultas, & odium proprie dictum oritur. Ouidius. 1. de arte amandi. Sed nunquam deſideres ſpatioſum tempus in iram. Sæpe ſimultates ira morata facit. Vnde Auguſt. Epi.149. lubrica quippe eſt via in odium ab ira. Et in regula. capit. 37. ira creſcit in odium. Et Ariſt.2. Rhet. cap.4.iram efficere odium in iratо,detractionem vero, & calumniam in alio. Et Cicero.Tuſcul.4. odium eſt ira inueterata. Quod in ſenſu caſuali exponit. D.Tho q.146. art.3. ad 2. Vnde ira mortalium debet eſſe mortalis, vt ſcripſit Phallaris,quanuis Tyrannus Ethorineo.Ep.45.& Lactant.lib.de ira Dei.cap.21.non in totum prohibet Deus iraſci, quia is affectus neceſſario datus eſt, ſed prohibet in ira permanere.Ira enim mortaliũ debet eſſe mortalis,nam ſi maneat,confirmãtur inimicitiæ ad perniciem ſempiternam. Ariſt. 2. Rhet. c.2.mortalis cum ſis,immortalem iram non ſerua. Sed cur ira,quę tam turpes,& noxios effectus habet, tributa eſt nobis à natura. Viues.3. animæ.cap.de ira,finalem iræ cauſam ſtatuit dicens, tributam homini ad appetitum excellentium rerum, vt cum videat ſe, ac doleat ob viles, abiectaſque actiones reijci, ac cotemni, det operam, vt ſe ab illis vindicet,transferatque ad præclaras, quę iure contemni non poſſunt. Sed cauſam hanc omnino falſam putat Scaliger. lib. de Subtilit. exercit.313. Nam illud ſine vlla ira fieri poteſt à pœnitentia, pudore, caſtigatione, & alijs. Et ira eſſet virtus, ſi pareret ex ſe magnifi-

magnificentiam, iustitiam, liberalitatem, magnanimitatem,& cui(inquit Scalig)tandem irascar? non mihi, non iudicio contemnentium, illud enim vt sequar iam me ipsum comparo. Sed male Viues hic reprehenditur,solum enim voluit dicere tribu tam esse iram homini,vt sibi irascens ob malefacta se ipsum ad officium reuocet iuxta id Psal.4. irascimini, & nolite peccare, &c. Vnde Cassian.8. de instit. renunt. cap.2.5. 6.7. 8. & 21. omnem iram omnino, quæ ex quacunque causa suscipiatur erga alterum, existimat, prauam esse, & ex animo pellendam, illamque solum esse laudabilem, qua quis sibi ipsi propter peccata irascitur, & nominatim propter peccatum iræ, & ita intelligit locum Psalmi. citatum. Lactant. vero. lib. de ira Dei. cap. 17. & 18. & in Epitom. diuin. decret. cap. 2. solam iram in subditos probat, quia ira est appetitus vindictæ, & nemini licet priuata authoritate vindicare se. Nec Lactantium confutat, quod de Christo dicitur, Marci.3. circunspiciens eos (scilicet Pharisæos) cum ira, contristatus est super cæcitate cordis eorum, quia Christus superior erat Pharisæis, quanuis aliud dictum Lanctant.lib. de ira. cap.5.& 18. viros sapientes, & graues etiam si iudices sint, iram non decere, sed legum authoritate tranquille iudicare debere, ex illo Euangelij loco recte confutetur. At certum est, iram in alterum, etiam non subditum, sæpe licere. Vnde August.9. Ciuit. cap.3. irasci peccanti, vt corrigatur, nescio vtrum quisquam sana consideratione reprehendat, & certe Christus cum iratus est Pharisæis non superiorem agebat.

137. Neque cum Apostol.Ephes.4.Inquit omnis ira,& indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia; omnem iram reprehendit, sed immoderatam, & iniquam, vt testatur Valentia hic. quæstio.10.puncto.3. sicut nec Paulus omnem clamorem prohibet,sed inordinatum, & malum, ideo subdit, cum omni malitia. Neque omnis vindicta in non subditum prohibita est, sed quę fit absque iudicis authoritate, & inijciendo alteri violenter manus, aut priuãdo eum bonis proprijs,vel ad quę habet ius iustitiæ,aut ei debentur ex charitate, vindictam autem sumere priuando eum beneficijs supererogationis, vel ostendendo aliquibus signis offensionem, non est peccatum secluso scandalo, & alijs inordinationibus, & præterea non omnis ira est proprie appetitus vindictæ, præsertim formaliter, sed cuiusdam compensationis, quę interdum ordinatur ad correctionem fratris. Item interdum irascimur recte alijs pugnando in illos, non solum authoritate publica, sed etiam priuata: ad propriam tamen, vel aliorum defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Brutis quoque, & rebus expertibus sensus,& vitę interdum irasci licet, & eas conterere, ne tempus inaniter cum illis teramus. Vnde patet ad multa vtilem esse iram, & licitum esse sæpissime illa vti, nec mirum cum sit satelles rationis, vt recte Damascen.2.fidei.cap.16. Nyssen.4. Philos. cap.14. seu Nemesius de natura hominis. capit. 21. Consonat prædictis Petrus Grego. in Synthasi artis mirabilis. lib.11. cap.2. vbi sic ait. Annotandum est,iram perpetuo vitium non esse,etenim pars irascibilis concitari potest ex his, quæ ratio, & phantasia proponit, vt ait Ficinus in Menonem Platonis. Erit tantum vitium, cum cõtra rationem phantasijs concitatur, alioqui, & irasci oportet interdum cum ratione pro quibus, & cum quibus,& quando, & quatenus oportet, ibique potius mansuetudo quam vitium, vt scribit Arist.1. mag. mor. cap.22. sic & contingit sapientem virum irasci apud Homerum, & Platonem in Philebo,& infra.Hanc Græci thimon, dicunt, animi vim quę rationi paret, turpitudinemque exosam habet. Quam Basil. Homil.9 ad Pop. de ira, dixit sociam additam rationem aduersus peccatum, & neruum esse virtutis. Sic Dionisius in Bachijs actu.3. apud Euripidem ait. Etenim sapientis viri est moderatas iras susscipere. Et licet Lactantius. lib. toto de ira contendat esse proprie in Deo: & illam ei tribuit Petrus Gregorius, loco citato ex Deuter.32. Exod.15. & 32. Numerorum. 16.& 25. tamen multi contendunt nõ esse proprie in Deo, de quo in fine huius sectionis differemus saltem, vt vitium in Deum, non cadit,vt inquit Arnobius. 1. contra gentes. De ira vt vitium est dicitur. Eccles.27. ira, & furor execrabilia sunt, & vir peccator continebit illa: & de illa, vt est peccatum capitale agit Azor. tom.1. lib.4.cap.7. citans alios.

An vero passio iræ contrarium aliquod habeat. D. Thom. quæst.23. artic.3. Azor. tom.1.lib.3.cap.17. quæst.5. & quotquot, cum eo passiones.11.numerant, tenentque essentialiter interse distingui,negant habere contrarium,vt Titelm.12. Phil.cap.6. Gerson. Alphab.72. litte. X. consid.5. de passionibus. Vincen.1.par.specu dist.6. Antoninus, Viguerius Conimbricenses, & alij ex Aristotele. 4. Ethic. cap. 5. Ratio D. Thom. est, quia tristitia causatur ex malo iam illato. Ad cuius præsentiam necesse est, quod vel appetitus succumbat, seu desperet

138. Quæstio.

ret vindictam, & sic insurgit tristitia, quæ est passio concupiscibilis, aut habet motum ad vindicandum, & compensandum malum illatum, & sic insurgit ira. Motum autem ad fugiendum habere non potest, quia ponitur illud malum iam præsens, vel præteritum, & sic motui iræ non contrariatur aliqua passio secundum contrarietatem accessus, & recessus. Similiter etiam nec secundum contrarietatem boni, & mali: quia mallo illato opponitur bonum iam adeptum, quod iam non potest habere rationem ardui, vel difficilis, nec post adeptionem boni remanet alius motus, nisi quietatio appetitus in bono adepto, quæ est delectatio, & passio concupiscibilis, vnde ira non habet contrarium, sed ei opponitur priuatiue clementia, lenitas, & mansuetudo, & mitescere opponitur ei, quod est irasci, vt ait Arist. 2. Rhet. cap. 2. & 3. scilicet priuatiue, vide Vincen. supra.

Conf. 1. nam si haberet contrarium, maxime patienter ferre illatum malum, aut appetere negationem vindictæ illius. At patienter ferre illatam iniuriam, vel est negatio iræ, vel tristitiæ, vel si est actus, debet habere pro obiecto omissionem vindictæ. Hic autem actus non potest esse in appetitu sensitiuo, cum non habet obiectum sensibile: ergo.

Conf. 2. Quia ira supponit malum præsens, quod non potest excitare appetitum sui, sed proxime tristitiam, & consequenter iram.

In oppositum est, quia mansuetudo est vera virtus, quę teste ipso D. Thom. inhæret irascibili, & eius affectum moderatur: ergo necesse est actum mansuetudinis esse elicitum ab irascibili, & contrarium iræ. Conf. nam. q. 23. a. 2. & 3. dixit D. Th. in irascibili dari cōtrarietatem passionum per modum accessus, & recessus ab eodem obiecto arduo, sicque opponi spem, & desperationem, timorem, & audaciam: ergo idem poterit esse in proposito. Cum enim obiectum iræ sit vindicta, quę ex D. Tho. habet rationem ardui, si nimis ardua iudicetur, poterit illam refugere appetitus per motum contrarium iræ. 139.

Propterea quidam recentiores dicunt, hanc sententiam satis esse verisimilem. Nō enim oportet, si aliquis actus est contrarius iræ, illum esse per modum appetitionis, vel prosecutionis mali præsentis, esse enim pōt per modū fugę, & nolitionis vindictę, sicut in desperatione patet, & hoc modo cadere in cognitionē sensitiuam obiectū actus contrarij iræ: quod erit vindicta ita ardua, & difficilis, vt maius malum existimetur eam prosequi, quam iniuriam non vindicare. Præterea dicunt, in appetitu hominis id videri magis necessarium propter coniunctionem ad rationem, & propter directionem ipsius. Imo videtur, inquiūt, ex parte obiectorum esse posse contrarietatem. Nam si ira est velle malum ei, qui malum intulit. Velle illi bonum, erit actus maxime contrarius. Quē affectum potest appetitus habere saltem, vt à ratione imperatur. Quo circa isti non dubitant, quin in appetitu sensitiuo sit actus positiuus contrarius iræ, qui mansuetudo dici potest, neque arbitrantur D. Tho. id negare, cum ponat in hoc appetitu habitum contrarium iræ, qui non acquiritur nisi per actum contrarium, & huic opinioni fauent Horontius. lib. 12. c. 5. qui impatientiam inter passiones numerat, & iræ opponit; & Aliacen. tract. de anima. cap. 13. par. 3. qui ait, iræ nullam passionem opponi, vel illam esse innominatam, & qui, vt diximus disput. præced. sect. 3. mansuetudinem, aut gratitudinem dicunt, esse passionem contrariā iræ, à quibus non videtur alienus Lactantius iram, & gratiam contraponens. lib. de ira Dei. cap. 2. & 3. & Arist. inter passiones de gratia agit. 2. Rhet. cap. 7. 140.

Cæterum hæc sententia proculdubio est, contra D. Thom. & omnes eius sectatores, imo & contra omnes, qui cum D. Tho. 11. tantum passiones enumerant, & nullam ponunt contrariam iræ, sicut alijs, & certe si aliqua esset contraria iræ, non video cur non essent. 12. Passiones recēsendæ, sed. 11. tantum: neque cur affectio contraria iræ non haberet motum corporis contrarium motui corporis consequenti iram. Videmus autem ad mansuetudinem nullum motum specialem corporis sequi: ergo non est passio, sed carentia passionis, vel certe non est specialis passio contraria iræ, & sane si consistit in desiderio, vel appetitu non sumendi vindictam, in concupiscibili est: ergo secundum D. Thomam distinguentem illas potentias non potest esse passio contraria iræ, quę est in irascibili. Et similiter, si est desiderium conferendi beneficium contrarium vindictæ. Si vero est recessus à vindicta propter eius difficultatem, est actus desperationis contrarius spei: ergo non est contrarius iræ. Denique si est recessus à malo arduo, est actus timoris contrarius audacię, si à bono arduo, est desperatio contraria spei: ergo non potest dari recessus contrarius irę, accessus autem omnis in irascibili est spes, ira, vel audacia: ergo nullus accessus datur cōtrarius irę. Minor proxima prob. quia omnis ali⁹ accessus nec respicit bonū, nec malū arduū: ergo nō pertinet ad irascibilē. Conf

nam si in irascibili esset accessus contrarius iræ, esset ad terminum contrarium, nempe ad oppositum vindictæ. Ad id autem solum fit accessus per desiderium, quod non est in irascibili, vel perspem, quę non opponitur iræ: ergo nullus accessus fingi potest contrarius iræ, si irascibilis & cõcupiscibilis sint distinctæ potentiæ, & ira sit passio specialis distincta à desiderio. Tenendo tamen contra D. Thom. (id quod diximus esse valde probabile) iram esse quoddam desiderium, manifestum est habere contrarium, nempe fugam eiusdem obiecti, vel desiderium oppositi, quod idem est, fuga enim vitæ est velle mortem: & hanc opinionem satis confirmat argumentum de virtute mansuetudinis, cui tamen potest respondere D. Tho. mansuetudinem poni in irascibili ad eliciẽdum actum iræ moderatum, & consentaneum rationi, & ad impediendum immoderatum, & dissentaneum rationi.

141. *Quæstio. de indignatione.*

Quæret autem quis, an indignatio ab ira differat. Viues. 3. animæ. cap. de indignatione, si credimus Scaligero, ait indignationem esse affectum compositum ex ira, & contemptu. Quod improprie dictum est: nam vel sermo est de contemptu existente in eo, qui indignatur, vel de eo, qui est in prouocante ad indignationem. 1. Dici nequit, quia possum indignari ei, quem minime contemno. 2. Vero, quia passio in me existens non constat ex re, quę est in alio, tanquam ex parte: ergo non componitur proprie ex contemptu existente in alio: improprie autem dici potest componi ex illo, quia ille est causa indignationis meæ. Atque in hoc sensu id admittit Scaliger. lib. de subtilit. Exerc. 313. quia indignatio est commotio animi ex indignatione: est factum, vel dictum contra rei, vel personæ meritum: tale autem dictum, vel factum potest ex odio prouenire: ergo nõ semper ex contẽptu oritur, sed hæc impugnatio parui momẽti est. Quia omne dictũ, vel factum contra meritum alicuius, late est contemptus. Videtur autem indignationem dupliciter sumi posse. 1. ab indignatate alterius, cui indignor, & sic est ira orta ex indignatione alterius, nempe, quia indignus cum sit, in dignitate, vel officio aliquo constitutus est. Et sic indignatio, vt bene ait Scaliger, est Nemesis illa de qua locuti sunt Arist. 2 Rhet. cap. 9. & alij sapientes. 2. ab indignitate propria, quam habeo in opinione alterius, & sic est ira orta ex contemptu, nempe ex dicto, vel facto alterius contra meam dignitatem, & meritum, & quando alter indignum me reputat suo colloquio, vel aliquo alio, dedignari dicitur, ideo dedignatio manifeste oritur ex contemptu alterius erga me, & vt existimo, indignatio. 2. modo posito non supponit semper pro ira orta ex dicto, vel facto alterius contra meam dignitatẽ, sed interdum quoq; pro tristitia orta ex eodẽ capite, vel pro ira, & tristitia simul. Apud Basilium autem. Homil. 9. ad Pop. de ira, circa finem, aliud discrimen his verbis exprimitur. Sicut differentia sunt nomina indignationis, & iræ, sic & ab ipsis significata plurimum inuicem differunt. Est enim indignatio stimulus quidam breuis, ac subtilis, acutusque passionis vapor, ira vero permanens, ac diuturna tristitia, aptaque sese otiose vlcisci, veluti libido quædam se vindicandi.

142. Vbi etiam obseruandum est, secundum Basilium, quod supra ex alijs notabamus, iram esse affectum compositum ex desiderio, & tristitia. Neque loco citato Viues docuit, indignationem ex ira, & contemptu componi, quamuis in homine habente indignationem ponat contemptum prærequisitum ad indignationem, quam ait esse offensionem, vel dolorem de indigna felicitate, & ortum sæpe ducere ab inuidia, ea enim efficit, vt quidquid alteri euenerit boni, indigno credamus euenisse: & addit. Est interdum, qui de sua ipsius felicitate ei à quo sibi, est vel tributa, vel procurata, indignetur, cum indignum se atque imparem negotio iudicat, vt regi quod ab eo sit creatus consul, vel amicis, qui creandum curarint, sibi quoque ipsi, qui expetierit, qui ambierit, qui acceperit, vt Vespasianus in triumpho Iudaico apud Tranquillum. Et postquam multa de hac indignatione dixit, subiungit. Indignatio est de bono indigni: misericordia vero de malo indigni. Ex harum duarum commixtione nascitur affectus ille, qui in sacris literis non nunquam zelus nominatur, vt in lib. reg. de Helia. & in Psalmo, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns, & zelotæ illi de quibus Ioseph. lib. 4. debello Iudaico, & Hamerus ingenes, fol. 172. c. 27. est enim zelus hic indignatio de his, quę indigne fiunt contra eum, qui est nobis charus, velut contra Deum, res sacras, Remp. vel principem, quo prætextu multi sæpe numero prauis libidinibus seruiunt, & explent odij sui accerbitatem zeli nomine. Alij rapiuntur Zelo imperito, atq. imprudenti, quale in Iudæis fuisse significat Paulus scribẽs ad Romanos. Addita est homini indignatio ad vitæ communionem, vt æqua, & recta consistat bonorum omnium distributio, ne ad indignos deueniat praue vsuros. Hæc viues, quæ obseruanda sunt, vt nomen zeli,

& in-

& indignationis in scripturis sæpe vsurpatũ intelligatur. Quamuis Melanton apud Scaligerum de subt. exercit. 317. n. 1. dicat, Zelum esse iram in eum, quem amamus, si ab eo læsi simus, vel læsum est quod amamus, subiungitq. Scaliger, is vsus non ex antiquis, sed Zelus æmulationem tantum illis significauit, & a D. Tho. 2. 2. q. 36. ar. 2. & in hac p. q. 35. a. 8 ad. 2. cum Arist. 2. Rhet. c. 11. Zelus inter species tristitiæ, & quasi inuidiæ collocatus, & numeratus est, quia nimirum, & irã, & tristitiam continet, imo desiderium, & metum continere videtur. Nam D. Tho. q. 28. a. 4. quem sequitur Ant. 1. p. tit. 6. ca. 2. §. 3. & 6. & Viguer. c. 1. §. 10. vers. 2. ait, duplicem esse Zelum: quidam oritur ex amore concupiscientiæ. Et hoc Zelo ait moueri amantem contra omne illud, quod repugnat consecutioni, vel fruitioni quietę eius, quod amatur, & hoc modo viri dicuntur zelare vxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas, quam in vxore quærunt. Similiter etiã qui quærit excellentiam, mouetur (inquit) contra eos qui excellere videntur, quasi impedientes excellentiam eorum, & iste est zelus inuidiæ, de quo Ps. 36. noli æmulari in malignãtibus, neq. zelaueris faciẽtes iniquitatẽ, & 1. Cor. 3. cũ sit inter vos zelus, & contẽtio.

143 Alius zelus est ortus ex amore amicitiæ, qui facit hominem moueri contra omne illud quod repugnat bono amici, sic 3. Reg. 19 zelatus sum pro domino exercituum. Et in id Ioan. 2. zelus domus tuæ comedit me, dicit glossa Aug. tract. 10. in Ioan. bono zelo comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit corrigere satagit. Et cum Deus nos diligat, & amore amicitiæ propter bonum nostrum, & amore concupiscientię propter gloriam suam, ab vtroq. zelo potest Deus denominari zelotes, vt nominatur Exod. 20. quia vehemens est ad ea, quæ sunt clementer amanda, vt inquit Dio. c. 4. di. nom. vehementia autem & erectio animi aduersus aliquẽ includit irã, seu desiderium quoddam vindictæ, aut compensationis mali illati: ergo hoc desiderium, seu iram includit zelus, & non solum tristitiam de indigne facto aduersum se, vel rem a se amatam. Metum autem includere confirmant auctoritas Scaligeri illa exerc. 317. n. 1. definientis zelotypiam, vt sit metus, ne de amatę rei exturbemur possessione: propterea, inquit, Cicero interpretatur obtrectationem, vbi nos in metu ponit suspicio alienæ tractationis. Addit, zelum dici à zilos, & typus, quasi ziii figura. Quare nõ recte Viues. 3. animæ. c. de zelotypia dixisse zelotypiã dici quasi zelum de forma, & speciem esse inuidentiæ, nequis forma, quam amamus, perfruatur. 1, enim, inquit, zelotypia non de sola forma est, sed de fama, vt inter poëtas.

Vnde Arist. 2. Reth. c. 10. cum aduersarijs, & riualibus, ac vniuersaliter cum ijs. qui eadem cupiunt, contendunt, &. c. 2. Typus nun quã formã significat pro pulchritudine sumptã, sed formã, modulũ, & vestigium. Est igitur typus zeli, non zelus typi. 3. Non est inuidentię species, sed odij. Non enim fruitur rualis, sed zelotypus, qui in metu est, ne fruatur ille. Vnde nascitur odium Zelotypia ergo est suspicio alienæ tractationis, & fruitionis. Et male Cardanus dixit, suspicionem esse timorem paruum, est enim damni incerta præsentatio. Male etiam Viues dixit, esse habitum, & in deteriorem partem, sæpe enim est in veritatem, quæ non est pars deterior. Hæc Scaliger: quæ tamen non omnia probanda sunt, nam zelum esse quasi inuidentiam ex Arist. & D. Tho. adduximus, simul tamen est quasi species odij, vel iræ, quia vtrumq. affectum includit, & fortasse metum, & suspicionem; quamuis hæc magis videntur causæ zeli, sed indignatio, & ira sæpe confunduntur inter se, & cum offensione, scilicet passiua, qua quis dicitur offensus ab alio, seu infensus. 144

Vnde Viues. 3. animæ. c. de ira, & offensione, & alio, ca. de offensione, ait offensionem esse dolorem ex ingruentis mali contactu, ex quo effectu, inquit, oritur, ira quando offendens contemnit, alioqui enim ira proprie non dicitur, sed late, vt cũ iracimur infantibus, rebus mutis, & inanimis, cum non ad arbitrium nostrum nobis parent, vel nobis ipsis, cum facti alicuius pœnitet, aut facere alĩ quid conamur, nec procedit, offendimur his rebus, non tamen proprie iracimur, iam vero communi sermone confunduntur hæ voces, & omnis, qui offenditur, iracei dicitur, & omnis offensio ira. Intellige nisi offensio pro dolore accipiatur, hæc enim nunquam ira dici potest, cum non sit appetitus rependendi malum, & alicuius veluti vltionis. De iracundia etiam & ira Viues. c. de ira, ait, sæpe confundi, licet magis proprie loquendo, ira sit motus, iracundia habitus, vel ingenium naturale. De indignatione vide Arist. 2. Rhe. c. 9. Eam autem ex indigno facto oriri constat ex illo Hegionis Terentiani, prò dij immortales, facinus indignum: conquæritur nimirum quod virginem vitiaret AEschines. 145

Quæstio autem est, an in Deo sit proprie ira. Lactan. lib. de ira ca. 4. refert Epicureos, & c. 5. Stoicos negantes, in Deo esse iram: ipse vero probat, esse proprie in Deo, quia ira (vt ipse, reiectis aliorum definitionibus, definit. c. 17.) est motus animi ad coercenda peccata insurgentis, sed in Deo est talis motus: 146 *Quæstio de ira Dei 1. opinio.*

ergo

ergo & ira: vnde Petrus Greg. in synthaxi artis mirabilis libr. 11. ca. 21. absolute Deo tribuit iram ex Deut. 32. Exodi. 15. & 32. Numerorum. 16. & 25. quæ & alia testimonia Deo tribuentia iram, sine tropo & figura explicanda esse contendit Lactan nisi vbi Deo tribuitur ira, & furor cum perturbatione, vt Psa. 77. excitatus est tanquam dormiens dominus, & tanquã potens crapulatus à vino.

147 2. opinio. 2. Opinio est, in Deo non esse proprie irã, ira Vaz. 1. p. disp. 84. c. 4. cum D. Th. ibi q. 20. a. 1. ad. 2. quam ententiam ait esse communem Theologorum (nemine contradicente) & patrum qui docent, iram metaphorice tãtum esse in Deo. Origenes ho. 2. in caput. 2. iudicum circa finem, & in id Rom. 1. reuelatur ira Dei, & 4. contra Celsum exponens id Deut. 23. accommodauit se tuis moribus. Epiphanius hæresi. 38. post medium Chrysosto. ser. de pœnit. non longe à fine to. 5. Nazianz. carmine Iambico. 21. Basilius in id ps. 37. nec in ira tua corripias me, satis post medium Cyrill. c. 5. contra Iuban. post medium. Damasce. 1. fidei. c. 14. Cypria. ad Demetrianum circa finem. Ambros. in id Ps. 37. domine ne in furore tuo, &c. Hieronym. in id Psal. 29. quoniam ira in indignatione eius, & in id Isai. 65. isti fumus. Aug. ep. 157. & 13. trin. c. 16. & in Ps. 105. & iratus est furore dominus, & lib. 83. quæstionum. q. 52.

Nec valet dicere hos & alios patres loqui de ira quantum ad immutationem corpoream, & non secundum propriam rationem formalem: Sic enim dicere etiam possent, misericordiam non esse in Deo, quod tamen non dicunt: ergo loquuntur de ira secũdam propriam rationem formalem, & sic negant esse in Deo.

Deinde probat Vaz. quia nulla definitio iræ conuenit alicui affectui diuino: ergo ira proprie, & secundum suam rationem formalem non est in Deo, Añs patet, nam Aristo. 1. animæ. c. 1. tex. 16. duplicem tradit definitionem iræ. 1. est. Ira est sanguinis, aut caloris eius, qui circa cor est, feruor, ebullitio ve. 2. Est ira est appetitio doloris vicissim aduersario inferendi. Cicero, iquem refert Lactn. illo ca. 17. ira, inquit, est libido vlciscendi. Possidonius apud eundem Lanctant. est inquit cupiditas puniendi eius, à quo te inique putes læsum. Seneca. 1. de ira. c. 2. & lib. 2. ca. 3. ait, ira est concitatio animi ad vltionem voluntate, & iudicio pergentis. Hanc vero dicit ortũ habere ex iniuria illata. Damasce. 2. fid. c. 16 ait, esse appetitum recruciationis & vltionis ex accepta iniuria. Nyssen. 4. Philosoph. ca. 13. affert vtramq. definitionem Aristot. & hanc inquit esse formalem. Recruciationis appetitus id ipsum explicuit Arist. 2. Rhetoricorum. c. 2 in princip. & c. 4. circa finem, cũ ait, qui irascitur, dolet, & iram ait, esse apparentis vltionis appetitum cum dolore propter apparentem in se, vel in suos contemptũ.

Cons. nam iudex, qui sine tristitia & dolore punit delinquentem, non dicitur contra illum irasci: ergo ira includit, vel supponit intrinsece dolorem irati. Deus autem, est doloris incapax: ergo & iræ.

148 Opinio Auctoris. Ego existimo iram proprie in Deo non esse, sed translatiue, etiam si formaliter de ira loquamur, quia ira, vt superius docuimus disp. 1. sect. 2. & in hac sect. versatur circa vindictam arduam, & difficilem. Deo autem nulla vindicta est ardua, aut difficilis: ergo in Deo non est ira, sicut nec in magistratibus quando punitionẽ non apprehendunt, vt arduam, & difficilem sibi: si vero apprehenderent vindictam, vt arduam, & difficilem, dicerentur irasci, etiam si nullam corporis commotionem paterentur, nullumq. dolorem ipsi haberent, quamuis tunc minus proprie dicerentur irasci. Probatur quia multæ ex definitionibus traditis, de dolore, vel cruciatu nullam mentionem faciunt, sed de solo appetitu vindictę ob iniuriam, sibi aut suis illatam, scilicet intrinsecam, vel extrinsecam: ergo si aliud non obstat, velle punire sine læsione intrinseca, & sine dolore proprio, non excludit rationem iræ, & qui mẽtionem de dolore, l. cruciatu proprio irati faciunt, explicant id, quod communiter in nobis accidit, quando irascimur, non tamen intendunt id esse de essentia iræ, sed tantũ appetitum vindictæ, quem quia Lactantius non inclusit in definitione iræ, non est probanda definitio iræ ab ipso tradita, sed potius illæ aliæ, quas alij tradunt, & ipse reiecit. Posset etiam dici, in Deo non esse proprie iram, quia de ratione iræ est appetere vindictam ob diminutionem intensiuam boni, Deus autem talẽ diminuationem pati nequit, quia solum potest amittere bona extrinseca, quæ simul cũ intrinsecis nõ potentibus Deo deesse, non efficiunt maius bonum intensiue, sed extensiue tantum.

FINIS.



BARCINONÆ.

EX OFFICINA GABRIE-
lis Graells & Gerardi Dotil.
Anno. MDCVII.



INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ DIVINÆ, QVÆ IN HOC TOMO explicantur, vel citantur.

Prior numerus folium, vel paginam: 2. numerũ margini scriptum designat, nisi aliud notetur.

Ex Genesi.

GEN. P. 1. Masculum & fœminam fecit eos. 589. n. 91.
C. 3. Vidit mulier quod bonum esset lignum &c. 1294. n. 30.
C. 3. Terra es, & in terrã ibis 555. n. 21.
C. 4. Nonne si bene egeris, recipies &c. 1007. nu. 1.
C. 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. 851. n. 51.
C. 6. Videntes filij Dei filias hominum, &c. 1294. num. 30.
C. 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. 1008. n. 5.
C. 9. Incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui. 1116. n. 69.
C. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis 500. n. 69.
C. 16. Reuertere ad dominam tuam &c. 1316. num. 117.
C. 27. Det tibi Deus de rore cæli &c. 501 n. 80.
C. 27. Consurgens fuge ad Laban fratrem meum &c. donec requiescat furor &c. 1115. n. 68.
C. 42. Si quid ei aduersitatis acciderit &c. deducitis canos meos cum dolore ad inferos. 1318. nu. 78.
C. 43. Non est in conscientia nostra, quis posuerit peconiam in marsupijs nostris. 1173. n. 4.
C. 49. In consilium eorum non intret anima mea. 970. n. 3.
C. 49. Maledictus furor eorum. 1334. n. 110.

Ex lib. Exodi.

C. 12. In noctis medio &c. 580. n. 72.
C. 15. Dixit inimicus persequar, & comprehẽdam &c. 1340. n. 133
Exodi. 15. Murmurauit populus contra Moysem, &c. at ille clamauit ad Dominum &c. 1338. nu. 126.
C. 25. Facies coronam interrasilem &c. 449. n. 51.
C. 32. Aut dimitte populo huic noxam hanc, aut dele me de libro vitæ 409. n. 17.
C. 33. Si inueni gratiam in conspectu tuo ostende mihi faciem tuam. 131. n. 3. & pag. 474. n. 35.
C. 33. Videbis posteriora mea, faciẽ autem meam videre non poteris. 230. n. 2. col. 1.
C. 33. Ego ostendam omne bonum tibi. 190. n. 61. & pag. 474. n. 34.
C. 33. Non videbit me homo & viuet. 235. col. 1. & 467. n. 16.
C. 34. Posuit velamen super faciem suam &c. 602. num. 120.

Ex Leuitico.

C. 12. Quomodo potui placere Deo in cæremonijs mente lugubri. 1318. n. 78.
C. 19. Non declinetis ad magos &c. 842. n. 33.

Ex Numeris.

C. 12. Siquis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo, vel per somnium loquar ad illum: At non talis seruus meus Moyses &c. ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. 474. n. 34. & seqq.
C. 35. Post quam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam. 486. n. 51.

Ex Deuteronomio.

C. 5. Tu vero hic sta mecum. 116. n. 34.
C. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. 1285. col. 2. in fine.
C. 18. Gentes istæ augures, & diuinos audiunt &c. v. 10. & 11. pag. 842. n. 30.
C. 30. Quem nosset Dominus facie ad faciem. 476. num. 39.
C. 32. Mea est vltio &c. 1340. n. 131.

Ex Iosue.

C. 23. Ingredior viam vniuersæ carnis 555. nu. 21.

Ex libris Regum.

Lib. 1. ca. 2. Qui contemnunt me, erunt ignobiles. 116. num. 34.
C. 16. Vsque quo tu luges super Saulem, cum ego proiecerim eum? 1137. n. 21.
C. 25. Ne sit tibi hoc in scrupulam, quod effuderis sanguinem innoxium. 1267. n. 291.

Lib.2.c.11. vidit mulierem se lauantem. 1294.nu. 30.
cap 16. dimitte eum, vt maledicat 1330.n.104.
Lib.3. cap.13. et placuit sermo eius coram Domino 30. nu.5.
cap.19. obdormiuit in vmbra iuniperi, &c. petiit animæ suæ, vt moreretur, &c 1318.n.78.
Lib.4. c.2.v.20. id circo colligãte ad patres tuos &c. vt non videant oculi tui omnia mala, &c. 3211.n.164.

Ex lib. Paralip.

LIB.2.c.2. Vélnti irrationalia pecora naturaliter feruntur.31.nu. 8.
cap.6.v.30 Quas nosti eas habere in corde suo. 842.nu. 34.

Ex Tobia.

CAP.12. Ego cibo inuisibili vtor.500.n.77.

Ex Iudith.

CAP. 10. Holofernes captus est in oculis suis. 1294.nu.30.
cap. 16. Sandalia eius rapuerunt oculos eius.1294 n. 30.

Ex Iob.

CAP.1. Vir simplex, & rectus, &c in omnibus his non peccauit Iob, &c.107.n 3.
cap. 3. nunc etiam dormiens silerem, & somno meo requiescerem.537.n.29.
cap.4. genua trementia confortasti. 1328.n.10.
cap.4. ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles.427 nu.73.
cap. 7. militia est vita hominis, &c. 467.num.16.
cap.7. sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.14.nu.1 & 39.n.26.
cap. 9. Scio quod non iustificetur homo compositus Deo.1008.n.5.
cap.9 qui facit magna, & incõprehensibilia, &c. 280.n.82 & 286.n 91.
cap.10. pelle, & carnibus vestisti me, &c.880. 10.
cap. 11. forsitam vestigia eius comprehendes? 280,n.82.& 286.n.91.
cap. 12. quis ignorat, quod manus Domini hæc omnia fecerit 880. nu.10.
cap.14. repletur multis miserijs.467.n.16.
cap.14. cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.543 n.col. 2.602 n.121.
cap.14. siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget 322. 164.
cap.15. sonitus terroris semper in auribus illius. 1316.nu.95.
cap.19. scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus, &c.543.col.2
cap.19. incarne mea videbo Deum, &c.231.n.3.& 329. nu.8.
c. 19. & oculi mei conspecturi sunt 586.n.85.
cap.20. non videat riuos fluminis, &c.501 n.80.
cap. 21. ipse ad sepulchra ducetur, & incongerie mortuorum euigibilabit.546.col.1.
cap. 25. Stellæ non sunt mundæ inconspectu eius &c.427.n.73.
cap.26. quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri?562. nu.31.& 280.n.85.
cap. 26. Nudus est infernus coram illo, &c. 842. nu.34.
cap. 31. pepigi fœdus cum oculis meis. &c.1294. nu.30.
cap. 31. ab infantia creuit mecum miseratio.436 nu.100.
cap. 31. Si vidi solem, cum fulgeret, &c.843. numer.33.
cap.36. quis poterit scrutari vias eius? 280.n 82.
cap 36. magnus Deus vincens scientiam nostrã. 279 n 81.
cap.38. quis conclusit ostijs mare, &c. 880.n.10.
cap. 38. nunquid nosti ordinem cœli, &c. 502. num.81.
cap.39. quis præparat corno escam, &c. 880.n.10
cap. 40 Behemoth principium viarum Dei.260. nu 41.
cap.42. Nunc autem oculus meus videt te. 328.n. 4. & 329.n.8.

Ex Psalmis.

PSal.1. Beatus vir, &c.590.n 92.
Ps.1. ideo non resurgent impij in iudicio, &c. 557 n 26 & 559 n.29.
Ps 4 filij hominum vsq. quo graui corde. 76.n.3
Ps 4 signatum est super nos lumen, &c.1174.n.4. & 5.
Ps 4 dedisti lætitiam in corde meo 1283.num.11.
Ps.5. in æternum exultabunt. 410.n.20.
Ps.7. iudicame secundum iustitiam, &c.1007.n.3.
Ps.12. Quandiu ponam consilia in anima mea 969.nu.3.
Ps 13. non est, qui faciat bonum 108.n.5.
Ps. 13. illic trepidauerunt timore, &c. 1267.nu. 299.
Ps. 15. adimplebis me lætitia, &c 410.n.20.
Ps. 16. exaudi Domine iustitiam meam, &c. 1007.n.5.
Ps. 16. satiabor cum apparuerit gloria tua. 148.n. 3.& 167.33.& 500.n.77.
Ps.17. posuit tenebras latitulum suum.208 nu.11.
Ps. 17. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, &c.1007.n.3.
Ps. 17. in Deo meo transgrediar murum. 1330. nu.104.
Ps. 18. timor Domini sanctus, &c. 1324 num 92.
Ps. 18. desiderabilia super aurum, &c.500.nu.77.
Ps. 23. Quis est iste Rex gloriæ. 314 num. 150. & 15. nu.150.
Ps. 24. vide humilitatem meam, & laborem meũ 1316. nu.70.
Ps. 26. Dominus protector vitę meæ, à quo trepidabo.1327. n. 97.
Ps. 26. delectare in Domino, &c.1317. num.71.
Ps. 26. vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, &c.106.9.
Ps 31. Nolite fieri sicut equus, & mulus, &c. 31. nu.8.
Ps 31. lætamini in Domino, & exultate iusti. 1283.nu 11.
Ps. 31. dixi confitebor aduersum me. 1336. numc. 117.
Ps 32. mihi autem adhærere Deo bonum est 122. col. 1.
Ps. 32. ipse dissipat consilia gentium. 969.nu.3.
Ps 33. gustate, & videte, &c.171.col.2. in princ.
Ps.35. ine-

Psalm.35. Inebriabuntur ab vbertate,&c.410.nume.20. & 165. nu.32. & 171 col.1. fine, & 500. num.77.
Psalm.35 In lumine tuo videbimus lumen. 233. nu.3. & 171. col.1.fine.
Psal 36. Noli æmulari.1345. nu.142.
Psal.38. Notum fac mihi domine finem meum, & num.dier.meorum.106.num.9.
Psal.41. Quare tristis es anima mea.985.nu.36.
Psal.42 Spera in Deo,&c. 985. nu.36.
Psal.47. Qui posuit fines tuos pacem.106. num.9.
Psal 48.Comparatus est iumentis,&c.318.
Psal.49. Deus manifeste veniet,&c.562. nu.35.
Psal.50. Cor contritum,& humiliatum,&c. 1335. num.117.
Psal.61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. 131. 11.
Psal 64 Beatus,quam eligisti, & assumpsisti, &c. 388. nu.2.
Psal.66. Vt cognoscamus in terra viam tuam.&c. 171.col.2.in princ.
Psal.67 Qui habitare facit vnius mores.997.col.1.
Psal. 72. Quam bonus Israel Deus ijs qui recto sunt corde.246. nu 19.
Psal.72,Quid enim mihi est in cœlo,&c.500.n.77.
Psal.74. Beatus, quem elegisti,&c. In habitabit, &c.169. nu.33.
Psal.76. Renuit consolari anima mea ; &c.1317. num.71.
Psal.77. Filij Ephrem intendentes, &c.1330. nume.104.
Psal.83. Cor meum , & caro mea exultauerunt in Deum viuum.985. n.36.
Psal.83. Videbitur Deus deorum in Syon 167.nume.33.
Psal.83. Gratiam & gloriam dabit Dominus.161. nu.26.
Psal.88. Quis est homo qui viuit , & non videbit mortem,&c. 555.nu.21.
Psal 90. Cum ipso sum in tribulatione.1316. nu.71.
Psal.90.Longitudine dierum replebo eum.167.33.
Psal.91. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.279. nu.81.
Psal.101. Omnes sicut vestimentum veterascent. 426. nu.72.
Psal.101. Tu autem idem ipse es.107. nu.11.
Psal.102. Qui coronat te in misericordia,&c.449. num 51.
Psal.104. In mille generationes. 502.nu.81.
Psal. 111. Desiderium peccatorum peribit. 1502. num.41.
Psal.113.Omnia quæcumque voluit, fecit.1131.n.1. & 1132.1.
Psal.114. Conuertere anima mea in requiem tuam 985.nu.36.
Psal.118. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.232. col.1.
Psal.118. Omnis consummationis vidi finem. 14. num.1.
Psal.118. Inclinaui cor meum adfaciendas iustificationes tuas propter retribu. 39. nu.26.
Psal.118. Manus tuæ fecerit me. 880. nu.10.
Psal.118. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. 1283. nu.11.
Psal.118. In toto corde meo exquisiuite. 1008. nume.4.
Psal.119. Heu mihi,quia incolatus meus,&c.1314. num.66.
Psal.124. Qui confidunt in Domino , sicut mons Syon,1327.nu.97.
Psal.125.Qui seminant in lachrymis,in exultatione metent.461.nu 3.
Psal. 132. Sicut vnguentum in capite,&c. 1318.nume.78.
Psal.134. Qui statis in domo Domini,&c.116.nume. 34.
Psal.136. Beatus qui tenebit , & allidet paruulos; &c. 1302.nu.41.
Psal. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me. 280.nu.85.& 537.nu.29.
Psal.138. Si ascendero in cœlum,880.n.10.
Psal.138. Si sumpsero pennas meas diluculo , &c. 603 nu.122.
Psal 139.Habitabunt recti cum vultu tuo.426.nume.73.
Psal.142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.1008.nu.5.
Psal 144. Aperis tu manum tuam , & imples , &c. 880. nu.10.
Psal.146. Qui sanat contritos corde, &c. 880. nume.10.
Psal.146. Qui numerat multitudinem stellarum, &c.842.nu.29.
Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. 106. nume.9.
Psal 149. Exultabit sacti in gloria , &c. 410. nume.20.

Ex Prouerbijs.

CAP. 8. Mecum sunt diuitiæ.500. nu.77.
Cap.10. Expectatio iustorum lætitia.447. nume.42.
cap 12. Mœror in corde viri humiliat eum.1317. num.75.
cap 13. Spes, quæ differtur, affligit. 1314. numero. 66.
cap.13. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.1181. nu.16.& 1182.nu.19.
cap.13. Responsio mollis frangit iram. 1336. nume.117.
cap.15. In mœrore cordis languescit spiritus.1315. num.67.
cap.15. Vir iracundus ponocat rixas.1337. numero.125.
cap.16. Omnia propterse metipsum operatus est Deus.46.nu.60.
cap. 17. Inuidi timent,& tabescunt.1314.num.66.
cap.13.Anima gaudens ætatē floridam facit,spiritus tristis,&c. 1318. nu.78.
cap.21. Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa , & iracunda. 1337. numero.125.
cap.22. Noli esse amicus homini iracundo , &c. 1337.nu.125.
cap.23. Noli laborare vt diteris , sed prudentiæ tuæ impone modum.1302.nu.41.
cap.25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia.1318.nu.78.
cap.27 Ignoras quid,superuentura pariat dies.843 num 34.
cap.30. Mendicitatem,& diuitias ne dederis mihi, &c.131.nu.12.
cap.31.Noli regibus dare vinum.1317. nu. 71.

Ex Ecclesiaste.

CAP. 2. Vadam,& affluã delitijs,&c.500.nu.77
cap.4.Non satiantur oculi diuitijs. 13.num.11

cap.4.fœliciorum iudicauit eum, qui non dum natus est 537.n.28.
cap.5.auarus non implebitur pecunia, 31.n.11.
cap.5.est & alia infirmitas pessima &c.diuitiæ cõgregatæ &c. 131. n.11.
cap.8.homo ignorat præterita,& futura nullo potest scire nuncio.843.n.34.&.842.n.31.
cap.8.laudaui igitur lætitiam &c.140.n.26.
cap.10.ignorat homo quid ante se fuerit. 843. nu. 34.&.842.n 31.
cap.vlt. Deum time &c.hoc est enim omnis homo. 143.n.28.&,190.n.61.

Ex Cant.

cap.2. quæram , quem diligit &c.172.colu.1.
cap 3.teneam eum,nec dimittam.172.col.1.

Ex lib. sapientiæ.

ca.3 fulgebũt iusti tanquam scintillæ 601.110.& 1eqq.
cap.4.quam pulchra est generatio &c. in perpetuum coronota &c.450.n. 52.
cap.5. vitam illorum æstimabamus insaniam, &c. 117.nu.22.
cap.6.concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum.1283.nu.11
cap.6.potentes potenter tormenta.&c.461.n.4.
cap.7. fulgebant iusti &c.447.nu.42.
cap.8. sobrietatem,& prudentiam docet,&c. 10. nu.29.
cap.8. signa & monstra scit antequam fiant. 842. num.3.
cap 8. attingit à fine vsque ad finem, &c. 880. nu.10.
cap.9.venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.143 nu 28.
cap 9. corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.575 n 64
cap.11. infantium,& insensatorum more viuentes 997. col.1.
cap.14. creatura facta est in muscipulam, &c.76. nu 3.
cap. 17. cum sit timida nequitia,dat testimoniũ cõdemnationis. 1326. nu.95.

Ex Ecclesiastico.

CAP.3. qui amat periculum, peribit in illo. 1192.n.39.1193.n.42.1195.n.44.
cap. 5. ne tardes conuerti, &c. 116.n.34.
cap.7. scit enim conscientia tua te crebro maledixisse alijs 1173.n.4.
cap.7. non est iustus,qui faciat bonum,& non peccet.1008. n 5.
cap. 8. non litiges cum homine linguato, &c. 1337.n.125.
cap. 11. facile est corã Deo in die obitus retribuere vnicuiq. 486. n 51.
cap.11. in die malorum ne immemor sis bonorum 1316.nu.71.
cap.15. reliquit eum in manu consilij sui.32.n.4. & 68.in.125. & 696.n.151.
cap. 15. si volueris mandata seruare, conseruabũt te.1007.n.3.
cap. 21. non est sensus, vbi est amaritudo. 1318. nu.78.
cap. 25. à muliere initium peccati, & per illam omnes morimur. 555.n. 21.
cap.28. ne dederis tristitię cor tuum.1314.nu.66.
cap. 30. tristitiam non des cordi tuo. 1314.n.66.
cap.31. amaritudo animæ minorans virtutem,& faciens vulnera.1818.nu.78.
cap.31. beatus vir qui post aurum non abijt. 131. nu.11.
cap.31 qui potuit transgredi , & non est transgressus. 634. nu.26.
cap.34.diuinatio erroris,& auguria,&c.842.n.32.
cap.35 à tristitia festinat mors.1318.n.78.
cap.40. in fide,& lenitate ipsius sanctum fecit illum.1318. nu.126.
cap.43.Ne laboretis , non enim comprehendentis. 180. n.84.

Ex Isaia.

CAP.1. Ipsi autem sprenerunt me, & ibidem væ genti peccatrici,&c.de reliquerunt dominum.115 n.32.
cap. 1. cognouit bos possessorem,&c.171. col.1.
cap.5 væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum 76 n.3.
cap. 6 vidi Dominum sedentem super solium, 327. n. 6.
cap 11. requieuit super eum spiritus Domini,&c 389.nu. 5.
cap.11. Lupus,& agnus pascentur simul, &c. 501. nu.80.
cap. 26. in tribulatione murmuris doctrina tua eis. 1318 n.77.
cap. 26. viuent mortui tui , interfecti mei resurgent. 546.col.1.
cap. 26. omnia opera nostra operatus es in nobis 880. nu.10.
cap. 28. coangustatum est stratum, &c.112 n.24.
cap. 30. væ filij desertores,&c.116.n.34.
cap 35 dicite pusillanimis nolite timere,&c.1327 nu.97.
cap. 35 confortate manus dissolutas,& genua debilia roborate.128.n.100.
cap 41. annuntiate,quæ ventura sunt,&c. 843.n. 34 & 842. nu. 31.
cap. 45. conuertimini ad me, & salui eritis. 116. nu 34.
cap 45. ventura interrogate me,&c. 843.n. 34.
cap.46 omne consilium meum stabit , & omnis voluntas mea fiet 1132.nu.1.
cap 47. sta cum incantatoribus tuis. 842.nu. 31.
cap.47. scientia tua hæc decepit te. 842. nu.31.
cap 48. prædixi tibi antequam fierent.842. nume.31.
cap.48. propter me faciam 46 n.60.
cap.49. apprehendent.7. mulieris virum vnum. 389. n 7.
cap. 50. in iniquitatibus vestris venditi estis. 118.n.39.
cap. 56. dabo eis in domo mea locum, & nomen melius à filijs, & filiab.461.n3
cap. 58. tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas,&c. 602. nu.121.
cap. 58. delectaberis super domino.1317. nume. 71.
cap.59. iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum,&c.116.n.34.&1324.n.92.

Cap.59. Et non aperuit os suum.1338 nu.126.
cap 61. In terra sua duplicia possidebunt. 487. num.51.
cap.61. Coronam procinere.449. nu.51.
cap. 62. Quis cæcus, nisi seruus meus.691.nu.141.
cap. 63. Abraham nescivit, Israel non cognouit nos. 321. nu.164.
cap. 63. Quis est iste, qui venit de Edom. 314. num.150.
cap 64. Sicut pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.1008 nu.5.
cap. 64. Oculus non vidit Deus absq; te, &c.200. col.1.& 500.nu.77.
cap. 65. Lupus & agnus pascetur simul.501.nu.80.
cap. 65. Gaudebitis & exultabitis, &c.410.nu.20. 426.nu.73.
cap. 66. Trementes sermones meos.1328.nu.10.
cap.66. Ossa vestra quasi herba germinabũt.546. col.1.410.nu.20.
cap.66. Videbitis, & gaudebit cor vestrum.426. nu.73. 410.nu.20.

Ex Ieremia.

CAP. 1. Priusquam te formarem in vtero.853. nu.51.
cap. 2. Foderunt sibi cisternas dissipatas, &c.76.3.
cap. 2. In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui.1302.nu.41.
cap.4. Me derelinquerunt fontem aquæ viæ &c. 116. nu.34.
cap. 4. Ait Dominus ad me, convertere.116.nu.34.
cap 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, &c. 190.nu.61.
cap. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me.189.nu.59.
cap. 9. Ascendit mors per fenestras tuas. 1294. num.30.
cap.10. A signis cœli nolite metuere. 842.nu.32.
cap.17. Ego dominus scrutans cor.843. nu.34.
cap.32. Fortissime, magne, potens, &c.279.nu 81.
cap.32. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius.279.nu.82.

Ex Ezechiele.

CAP. 1. manus eorum sub pennis eorum.226. num.3.
cap.24. Ecce tollo à te desiderabile, &c. Non planges, &c. 1315. nu.68.
cap.37. Ossa arida, &c. 546. col.1.570. nu.57. & 572.nu.61.587.nu 87.
cap.37. Accesserunt ossa.586.nu.66.

Ex Daniele.

CAP. 2. Respondentes ergo Chaldæi coram rege, &c. 843. nu.34.
cap. 5. Exclamauit Rex fortiter, vt introducerent magos, &c.843 num.34.
cap. 7. Aspiciebam in visione noctis.580. nu.72.
cap.10. Princeps regni Persarum restitit mihi. 315. num.150.
cap. 11. Qui ad iustitiam erudiunt multos, &c. 450. nu. 52.
cap. 12. Multi qui dormiunt in puluere, euigilabunt.557. nu.26. & 560. nu.30.575.nu.64.

Ex Osee.

CAP. 7. Omnes fornicantes quasi clibanus ignis.1296.nu.34.
cap.8. Me inuocabunt, Deus meus, cognouimus te. 171.col.1.
cap.9. Sacrificium eorum quasi panis lugentium. 1318.num.78.
cap.9. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt.100.num.33.
cap.13. Ero mors tua ò mors, &c. 487. nu.51.

Ex Michea.

CAP. 2. Vtinam essem vir non habens spiritum. 397. nu.26.

Ex Sophonia.

CAP. 1. Super eos, qui adorant super tecta militiam cœli.843.nu.34.
cap.1. Dies tubæ, & clangoris.562.nu.35.

Ex Zacharia.

CAP. 3. Super lapidem vnum septem oculi sunt 389.nu.5.

Ex Malachia.

CAP. 3. Ego Deus, & non mutor. 207. nume.11.
cap.4. Orietur vobis, &c. Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.602.nu.121.

Ex Machabæis.

LIB. 2 c.3. potius est ab hominibus morti datos, spem expectare à Deo, &c. Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. 357.nu.26. & 360.nu.30.
Lib.2.c.7. Singulorum membra non ego ipsa compegi.853.nu.51.
Lib.2.cap.10. in speluncis more bestiarum. 997. col.1.
Lib.2.c.11. Leonum more irruentes.997.col.1.

Ex Matthæo.

CAP. 5. Sic luceat lux vestra, &c. 1007. nu.3.
c.5. Cum persecuti vos fuerint, &c.39. nu.26.
c.5. Beati pauperes spiritu.131. nu.11.
c.5. Beati mundo corde quoniam, &c.167.nu.33. & 231.nu.3.426.nu.73.
c.5. Qui fecerit, & docuerit, &c.450.nu.52.
c.5. Qui soluerit vnum, &c.460.nu.2.
c.5. Si offers munus, &c. 1339. nu.128.
c.5. Omnis qui irascitur fratri, &c.1340.nu.131.
c.6. Fiat voluntas tua.1131.n.1.
c.6. Sufficit diei malitia sua.1328.nu.98.
c.6. Si non demiseritis, &c.1340.nu.131.
c.6. Nemo potest duobus dominis seruire, non potestis Deo seruire, & mammonæ.112.nu.14.

C.6. Si fœnum agri Deus sic vestit. 853. n. 51.
C.6. Noli tuba canere ante te, sicut hipocritæ faciunt, vt honorificentur &c. 135. n. 18.
C.6. Si oculus tuus fuerit simplex &c. 100. n. 24. & 915. num. 14.
C.7. Si vos cum sitis mala, nostis bona data dare &c. 144. n. 30.
C.9. Voluntati eius quis resistit. 1132. n. 1.
C.10. Qui amat patrem aut matrem plusquam me &c. 118. n. 39.
C.10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. 1327. num. 97.
C.10. Qui me confessus &c. 450. n. 52.
C.10. Tolerabilius erit terræ Sodomorum, &c. 461. num. 4.
C.11. Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. 461. num. 3.
C.11. Discite a me quia mitis. 1338. n. 127.
C.11. Nemo nouit patrem, nisi filius, &c. 200. col. 1.
C.12. Omne verbum otiosum, &c. 1120. num. 12. & seqq.
C.12. Quicumq. fecerit voluntatē patris mei &c. 1131. num. 1.
C.13. Superseminauit Zizania, &c. 575. n. 64.
C.13. Fulgebunt, &c. 601. n. 120.
C.13. Alia terra fecit fructum centuplum. 461. n. 3.
C.15. Si cæcus cæcum duxerit, &c. 11. n. 29. col. 1.
C.15. Intra in gaudium Domini tui. 410. n. 20.
C.16. Nemo bonus, nisi solus Deus. 200. col. 2.
C.17. Resplenduit facies eius sicut Sol. 602. n. 120.
C.18. Angeli eorum in cœlis semper vident, &c. 487. num. 51.
C.18. Quicumq. humiliauerit se sicut paruulus iste. 461 num. 3.
C.19. Quid faciendo, vitam æternam possidebo. 161. num. 27.
C.19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 148. num. 3. & 108. num. 4.
C.19. Qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. 450. num. 52.
C.19. Si vis perfectus esse, vade & vende, &c. & habebis thesaurum. &c. 461 n. 3. & 50. n. 77.
C.19. Centuplum accipient, &c. 501. n. 81.
C.19. Vos, qui reliquistis omnia, &c. 447. n. 42.
C.19. Nemo bonus, nisi solus Deus. 1008. n. 5.
C.20. Nescitis, quid petatis. 499. n. 77.
C.20. Sedere ad dexteram meam vel siniſtrā, &c. 461. num. 3.
C.20. Conuentione facta ex denario, &c. 462. & seqq. & 490. n. 55.
C.22. Diliges dominum Deum, &c. 1285. col. 2. in fine.
C.22. Non est Deus mortuorum, sed viuentium. 546. col. 1.
C.22. In resurrectione cuius eorum erit vxor. 589. num. 91.
C.22. In resurrectione nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei 231. nu. 3. & 499. nu. 77. & 500. n 77. & 601. n. 120.
C.23. Qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei. 487. num. 51.
C.24. De die illa aut hora nemo scit, &c. 294. n. 110. & 314. num. 150. & 322. num. 165. 580. num. 73.
C.24. Qua hora non putatis, &c. 580. n. 73.
C.24. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilę. 487. n. 51.
C.25. Supra multa te constituam. 461. n. 3.
C.25. Intra in gaudium, &c. 165. num. 32. & 486. num. 51.
C.25. Possidete regnum, &c. 186. n. 53. & 490. n. 55. & 129. num. 2.
C.25. Dormitauerunt omnes, &c. 555. 21. & 555. nu. 21.
C.25. Media nocte clamor factus est, &c. 564. nu. 43. & 580. 72. & 578. n. 69.
C.25. Decem virginibus, &c. 575. n. 64.
C.25. Surgent in vitam æternam. 602. n. 121.
C.26. Non bibam amodo de hoc genimine, &c. 501. num. 80.
C.26. Bonum erat ei, si natus non fuisset. 537. nu. 29.
C.26. Tristis est anima mea. 1283. num. 11. 1133. numer. 5.
C.26. Transeat a me calix. 1137. n. 21.

Ex Marco.

C.13. De die illa nemo scit, &c. 294. n. 110. & 314. n. 150. & 322. n. 165.
C.14. Bonum opus operata est in me. 1007. numer. 3.

Ex Luca.

C.6. Mensuram confertam. 447. n. 42.
C.7. Non surrexit maior propheta. 461. n. 3.
C.12. Videte, cauete vos ab omni auaritia, quia nō in abundantia, &c. 181. n. 11.
C.12. Facite vobis amicos, &c. vt cum defeceritis &c. 486. n. 51.
C.12. Præcinget se, & transiens ministrabit illis. 501. n. 80.
C.12. Qua hora non putatis, &c. 580. 73.
C.12. Seruus sciens voluntatem Domini & non faciens, vapulabit 118. n. 19.
C.12. Vbi est thesaurus tuus, &c. 1295. n. 32.
C.12. Si fœnum agri Deus sic vestit. 853. numer. 51.
C.15. Ita gaudium erit in cælo, &c. 447. numer. 42.
C.16. Redde rationem &c. 1120. n. 15.
C.17. In illa nocte erunt duo. &c. 580. 72.
C.17. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. 487. n. 51.
C.19. Dedit eis decem mnas &c. 461. n. 3.
C.20. In resurrectione cuius eorum erit vxor. 589 num. 91.
C.20. Erunt sicut Angeli in cælo. 226. 3. & 500. num. 77.
C.22. Ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam, &c. 501. n. 80. & 165. num. 32.
C.22. Cœpit pauēre & tęderē &c. 1133. n. 5.
C.23. Hodie mecum eris in paradiso. 470. n. 28. & 486. num. 51.
C.24. Ita intrare in gloriam suam. 129. n. 2.
C.24. Palpate & videte, quia spiritus &c. 387. nu. 87.

Ex Ioanne.

C.1. Sine ipso factum est nihil. 853. n. 51.
C.1. Mundus eum non cognouit. 171. col. 1. in fine.
C.1. Deum nemo vidit vnquam, 208. n. 11. & 230. n. 2. & 280. n. 84. & 473. n. 32.

cap.1. Vnigenitus, qui est in sinu eius, &c. 230. n. 2. & 231. n. 3.
cap. 1. Vidimus gloriam eius &c. 214. col. 2.
cap. 1. Plenum gratię & veritatis. 276. n. 76.
cap. 1. Non erat ille lux. 1008. n. 5.
cap. 2. Ipse autem non credebat semetipsum eis, 302. n. 123.
cap. 3. Qui credit in me, habet vitam æternam. 173 num. 36.
cap. 3. Qui incredulus est filio, non videbit vitam 539. n. 32.
cap. Qui biberit ex aqua, &c. 500. n. 77.
cap. 5. Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ &c. 555 n. 21 & 558. n. 26.
cap. 5. Non potest filius facere quicquam, nisi quod videret patrem facientem. 276. n. 76.
cap 5. Omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, &c. 561. n. 33 & 563 nu. 42 & 43. & 570. n. 57. 575. n. 64. & 578. n. 69.
cap. 5. Pater meus vsque modo operatur. 853 num. 51.
cap. 5. Noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat. 1007. n. 3.
cap. 6. Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo. 230. n. 2. & 473. n. 32.
cap. 6. Operamini non cibum, qui perit, &c. 500. n. 77.
cap. 6. Ego resuscitabo eum in nouissimo die &c. vt resuscitem illud in nouissimo die. 555. num. 21.
cap. 11 Resurget in resurrectione in nouissimo die 575. n. 64.
cap. 11. Nunc quærebant te Iudæi lapidare. 302. nu. 123.
cap. 12. Ille iudicabit eum in nouissimo die. 575. num. 64.
cap. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. 487 n 51.
cap. 12. Dilexerunt gloriam hominum magis quã gloriam Dei 118. n. 39.
cap. 14. Iterum veniam, & assumam vos ad me ipsum. 490 n 53. & 575. n. 64.
cap. 14. In illa die vos cognoscetis, quia ego in Patre, &c. 148 n. 3.
cap. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo &c. 153. n. 10.
cap. 14. Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. 129. num. 2. & 169. num. 33 & 500. nu. 77. & 106. num. 9.
cap. 14 In domo patris mei mansiones &c. 460. n. 2. 462. n. 2.
cap. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. 249. num. 24. & 338. num. 31. & 339. num. 32.
cap. 15. Vt gaudium meum in vobis sit &c. 165. n. 32. 410. n. 20. 486. n. 51.
cap. 15. Sine me nihil potestis facere. 853. n. 51.
cap. 16. Venit hora vt omnis, qui interficit vos, &c. 115. 32.
cap. 16. Gaudium vestrum nemo tollet, &c. 410. n. 20.
cap. 16. Scimus quia omnia nosti. 276. n. 76.
cap. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c. 248. n. 22. & 190 n. 61.
cap. 17. Volo, vt ibi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam 166. n. 31.
cap. 21. Tu omnia scis. 276. n. 76. & 388. n. 2.

Ex actibus Apostol.

Cap. 4. Obedire oportet Deo, magis quam hominibus. 1187. col 2.
cap. 7. Video cælos apertos 486. n. 51.
cap. 10. Constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum. 555. n. 20. 556. n. 24.
cap. 15. Nisi circuncidamini secundum morẽ Moysi. 997 col 1.
cap. 17. Ad hoc apparui tibi, vt constituam te ministrum, &c. 470. n. 28. & 477. n. 40.
cap. 17 In ipso viuimus, etc. 853. n. 51.
cap. 19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulernnt libros etc. 843. n. 34.
cap. 20. Vers 8. et seqq. 443 col. 2.
cap. 24. Spem habens in Deo, quam et hi ipsi spectant, resurrectionem futuram. 544. col. 1. et 558. num. 27.

Ex ep. ad Rom.

Cap. 1. sine affectione. 1183. n. 11.
cap. 1. Quem ante promiserat per prophetas etc. 842. n. 30.
cap. 2. Testimonium reddente illis conscientia. 1176. n. 9 1176 n. 13.
cap. 2. Reddet vnicuique secundum opera sua. 461. num. 4.
cap. 2. gloria, honor, et pax omni operanti bonum 1007. num. 3.
cap. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, etc. 200 col. 1.
cap. 4 Communicantes Christi passionibus exultate. 447. n. 42.
cap. 4. Vt viuorum et mortuorum dominetur. 555. n. 20. et 556. n. 24.
cap. 4. Vbi non est lex, nec preuaricatio. 1187. nu. 31.
cap. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris 153. n. 10.
cap. 5. Per vnius delictum in omnes homines, &c. 539. n. 32.
cap. 5. Sicut per vnum hominem, &c. 555. numer. 21.
cap. 6. Gratia Dei vita æterna. 148. num. 3. & 189. num. 58.
cap. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. 199. col. 2.
cap. 6. Stipendium peccati mors: gratia autẽ Dei vita æterna. 200. col. 1.
cap. 7. Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. 31. n. 7.
cap. 8. Ipsi intra nos genumus. 467. n. 16.
cap. 8. Propter te mortificamur, &c. 39. n. 26.
cap. 9. Testimonium mihi perhibente conscientia. 1176. num. 9.
cap. 9. Non est volentis, neque currentis &c. 200. col. 1.
cap. 9. Optabam ego anathema esse, &c. 397. num. 26.
cap. 9. Tristitia mihi, &c. 1283. n 11.
cap. 10. Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, &c. 115. n 32.
cap. 11. Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia 853 dum. 51.
cap. 12. Date locum iræ. 1315. n. 116.
cap. 12. Credentes autem exultatis, &c. 447. num. 42.
cap. 12. Spe gaudentes. 1320. n. 80.
cap. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs, 1302 num. 41.
cap. 14. Qui infirmus est, holus manducet, &c. 1180. & 1181.

& 1181.num.16 & seqq.
c.14.qui discernit,si manducauerit,damnatus est, quia non ex fide,1173,num.4.
c.14.omne quod nõ est ex fide,pecatum est.82.n. 17.& 1173.n.3.&4.1178.num.13.1180.1181.num. 16.& seqq.
c.14.regnum Dei non est esca & potius.193 n.66.

Ex.1.ad Corin.

cap.2.oculus non vidit &c.500.num.77.
cap.2.sicut quæ sunt hominis, nemo nouit, nisi spiritus hominis &c.310.n.141. & 314.n.150. &.843.n.34.
cap.2 nec oculus vidit &c.198.n.73. & pag. 200. col.1.
cap.3.cum sit inter vos zelus,& contentio,nonne carnales estis &c.235.col.1.
cap.3.vnusquisque mercedem accipiet secundum proprium laborem.381.n.88. &.461.n.3.
cap.3.beatior erit si sic permanserit.461.n.3.
cap.3.neq qui plantat est aliquid&c. 853.nu.51.
cap.3.vos estis tẽplum Dei &c.1318.n.78.
cap.4.nihil mihi conscius sum.1174 n.4 &.1176. num 9.
cap.4.mortificationẽ Domini nostri &c.39.n.26.
cap.4.sicut quę sunt hominis ,nemo nouitnisi spiritus hominis &c.310.n.141.&.314 n.150.
cap.6.esca ventri,& venter escis &c.500. n.77.
cap. 7. præterit figura &c.1300. n.41.
cap.7.non habens necessitatem, potestatem autem habens &c 683. n.125
cap.7.consilium autem do.969 n.3 &.1135.n.9.
cap.7.qui non dicit,melius facit,107.n.3.
cap.8 quidam autem cum conscientia &c.1181. n. 16.
cap.9.uos autem incorruptam.449. n.51.
cap 9 in spe fructus arare.1320.n.80.
cap.10.omnia.in gloriam Dei facite.105. num.7. 314 n.149.
cap.10.iudicatur ab alia conscientia.1174. num 4.
cap.11.oportet,mulieres velari in Ecclesia propter angelos.314.n.149.
cap.12.æmulamini charismata meliora.191. n.63.
cap.12.raptum huiusmodi vsque ad 3. cœlum. 470.n.28.477.n.40.
cap.13.Nũc cognosco ex parte &c.242..n 22 ; & 224.n.33.
cap.13.tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.144.n.30.
cap.13.maior horum charitas.191.n.63.
cap.13. videmus nunc per speculum &c. 258. n. 37.&.319.n.158.& 467.n.16.
cap.13.ex parte cognoscimus &c. 288.n.95.
cap.13.facie ad faciem.342.n.37.& .388.num.2.
cap.13. siue scientia destruetur 392.n.13.
cap.14.regnum Dei non est esca &c.500.n.77.
cap.15.sicut in Adam omnes moriuntur &c. primitiæ christus &c.461.n.2.
cap.15.sicut stella differt a stella &c.460.n.2.
cap.15.non omnis caro eadem caro &c.587. n.84.
cap.15.caro & sanguis regnum Dei non possidebunt,588.n.87.
cap.15.inimica destruetur mors.537.n.29. & 588. num. 88.
cap.15.canet enim tuba ,&mortui resurgent.564. n.42.
cap.15.sicut in Adam &c.deinde finis,mortui resurgent &c.575.n.64.
cap.15.in momento,in ictu oculi 578.n.69.
cap 15 seminatur corpus animale,surget spirituale &c.secundus homo de coelo cælestis.601.nu. 120. &.seqq.
cap. 15.si Christus resurrexit á mortuis, quomodo quidam dicunt inter vos,mortui non resurgunt. 543 col.2.
cap.15.mysterium vobis dico &c.544.col.1.
cap.15.omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.554.nu.20. &. 555.num.22 &.575.n.64.
cap.15.seminatur in corruptione,surget in incorruptione.602. num.121
cap.15.caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.602.num. 123
cap.15.Deus dat illi corpus sicut vult &c.853. num.51.

Ex.2.ad Corin.

ca 1.gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.1176 n.9
cap.3.non poterant filij Israel intendere in faciem Moysi etc. 602. num.120
cap.3.nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes.319. n.158.
cap.5 per fidem ambulamus,non per speciem.342 nu.37.et 388.num 2.& 344.n.42
cap 5.omnes nos manifestari oportet etc 461.n.4. 558.n.27.
cap.5.dum sumus in corpore. peregrinamur etc. 467.n.16.
cap.5 audemus et bonam voluntatem habemus magis peregrinari etc.466.num.51.
cap 5.scimus quod si terrena domus huius habitationis dissoluatur.&c.575.num.64.
cap.6.cor nostrum dilatatum est &c.305 nu.128.
cap.7.non quod contristati estis &c. 985. n.36.
cap.7.tristitia sæculi mortem operatur. 1318. nu. 78.1314.num. 67.
cap.7.in cordibus nostris 1295.n.32.
ca.7.tristitia,quæ secudum Deum &c.1364.n.67
cap.9. qui parce seminat,&c.461.nu.3.
cap 12. sequor.si quomodo comprehendam. 186 nu.53.

Ex epistо.ad Galat.

Cap.1. Non ab hominibus, neque per homines. 397.nu.26.
cap.3.non est masculus neque fœmina.589.n.91.
cap.3. vt innotescat principibus,& potestatib.per Ecclesiam,&c 315.nu.150.
cap.4.dies obseruatis,&c. 842.nu.33.
cap. 5.confido de vobis, quod nihil sapietis,&c. 1324.nu.92.
cap.5.testificor omni circuncidenti se,quia debitor est vniuersę legis.1187.nu.17.& 1182.nu.19.

Ex epist.ad Ephe.

Cap operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.969.num.3
cap.2. quia conresuscitauit, &c.487.n.51.
cap.2.eramus natura filij iræ. 539.n.32.
cap.3. super eminentem scientiæ charitatem.192. num.63.
cap.3. huius rei gratia flecto genua.39.n.26.

Cap.4. Donec occurramus omnes in virum perfectum.589.nu.90. 590. nu.92.
cap.4. Vnicuiq. noſtrum data eſt gratia,&c. 461. num.4.
cap. 4. Aſcendens in altum, &c.486. nu.51.
cap.4. Sol non occidat ſuper iracũdiam,&c. 1340. num.131.
cap.5. Nemo carnem ſuam odio habuit. 1302.n.41.

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

CAP.1. Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum, vt in eum credatis, ſed etiam, vt pro illo patiamini. 1316. num. 70.
cap.1. Qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet.1007. num.3.
cap.1. Cupio diſſolui,&c.1283.nu.11. & 106.nu.9. & 487.51.
cap.1. eoquod habeam vos in corde.1295. nu.32.
cap.1 Finis præcepti charitas.171. col.1.
cap.2. Cum metu, & tremore,&c.1328. num.100.
cap.2. Ipſe operatur in nobis velle, & perficere. 1007.num.3.
ap.3. Non quod iam acceperim,&c. ad deſtinatũ, &c. 461. num.4.
cap.3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, &c. 587. num.84. & 601. num.120. & ſeqq.
cap.4. Gaudium meum, & corona mea.450.nu.52.
cap.4. Omnia poſſum in eo, qui me confortat.1330. num.104.

Ex Epiſt. ad Coloſſenſes.

CAP.2. In ipſo ſunt omnes theſauri, &c. 275. num.76.
cap.2. Videte nequis vos decipiat per Philoſophiã, &c. 843.nu.34.
cap 3. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.192.nu.63.
cap.3. Cum Chriſtus apparuerit, &c. Tunc apparebitis, & vos cum ipſo in gloria.490.nu.55.

Ex. 1. Epiſt. ad Theſſalonicenſes.

CAP.2. Corona noſtra. 450. num.52.
cap. 4. Eos, qui dormierunt cum Ieſu, adducet cum eo.575. nu.64.
cap.4. Non præueniemus eos, qui dormierũt.575. nu.64. 577.nu.66. & 67. & 578. nu.69. & 71. 554. nu.20. 556. nu.23.
cap.4. Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli,&c. 561. nu.33. &. 562.nu.35.
cap.5. Dies Domini ſicut fur in nocte.580.73.

Ex. Epiſt. ad Timoth.

CAP.1. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci.115. nu.32.
cap. 1. Regi ſeculorum immortali, & inuiſibili. 229.nu.2.
cap.2. Adam in prænaricatione deceptus non eſt. 691.nu.141.
cap.2. In quem deſiderant Angeli proſpicere. 232. col.1.
cap.2. In omni loco leuantes puras manus ſine ira. 1318. nu.78. 1339. nu.128.
cap.2. Et bonam conſcientiam 1174. nu.5.
cap.3. Magnum eſt pietatis Sacramentum,&c. 315. nu.150.
cap.4. Pietas promiſsionem habens vitæ,&c. 188. num.56.
Cap.4. Spiritus manifeſte dicit.397.nu.26.
cap.5. Teſtificor coram Deo, & electis Angelis. 314. nu.149.
cap.6. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum. 131. nu.11. 1300. nu.40. 1302. nu. 41.
cap 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt intentationem, &c. 131. nu.11.
cap.6. Apprehende vitam æternam.166. nu.33.
cap. 6. Lucem, habitat in acceſsibilem.229. nu.2. & 280. nu.85.
cap.6. Quem nullus hominum vidit.473.nu.32.

Ex. 2. ad Thimotheum.

CAP.1. Qui potens eſt depoſitum meum ſeruare. 490. nu.55
cap.2. Qui certat in agone non coronatur, niſi legitime certauerit.449.nu.51. & 461. nu.4.
cap.2. Qui dicebant, reſurrectionem iam factam. 543. col.1. & ſeqq.
cap.2. Si ſuſtinemus,& conregnabimus.1316. n.71.
cap.2. Deſideria inutilia.1302.nu.41.
cap. 3. Sine affectione.1283. nu.11.
cap.4. Repoſita eſt mihi corona.449.n.51.& 490. nu.55.

Ex Epiſt. ad Titum.

CAP.1. Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum; ſed inquinatæ ſunt eorum mens, & conſcientia. 1181. num.16.

Ex Epiſt. ad Hæbræos.

CAP.4. Omnia nuda,& aperta ſunt oculis ēius 841. nu.34.
cap.5. Vt miſericors fieret.436. nu.100.
cap.6. Immobilitatem conſilij ſui. 969. nu.3.
cap.9. Significante Spiritu Sancto, non dum propalatam eſſe ſanctorum viam.487. nu.51.
cap 9. Emundauit conſcientiam noſtram. 1174. num.5.
cap.10. Ideo quod nullam haberent vltra conſciẽtiam peccati.1176. nu.9.
cap.11. Vt non ſine nobis conſummarentur. 578. nu.69 & 490. nu.55.
cap.11. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſsionibus, ſed a longe eas reſpicientes.&c. 39.nu.26.
cap 12. Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis.447. nu.51.
cap.12. Pacem ſectamini cum omnibus, ſine qua nemo videbit Deum.232. col.1.
cap.13. Non habemus hic ciuitatem,&c. 461. nu.4.
cap.13. Quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. 1120. nu.13.
cap.13. Sint mores ſine auaritia.997. col.1.

Ex Epiſt. Iacobi.

CAP.1. Accipiet coronam vitæ.449. nu.51.
cap 1. Omne gaudium exiſtimate, &c. 1316. num.70.

Ex Epiſt. 1. Petri.

CAP.1. In quo exultabitis. 447. nu.42.
cap. 1. Reportantes finem fidei veſtræ,&c. 39. num.26.

cap.1. Quem cum non videritis diligitis, &c. exultatis, &t. 189. nu.59.
cap.2. Cum malediceretur, non maledicebat. 1338. num.126.
cap.1. Regenerauit nos in spem viuam. 461.nu.4.
cap.4. Et in reuelatione eius gaudeatis. 447.n.42.
cap.5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem, &c. 490. 55.
cap.5. Immarcescibilem gloriæ coronam. 449. num.51. & 450. nu.52.

Ex Epist. 2. Petri.

CAP.1. Magna & prætiosa nobis promissa donauit, vt diuinæ, &c.153 num.10.
cap.1. Habemus firmiorem propheticum sermonē, &c. 842. nu. 30.
cap.1. Hæc facientes, non peccabitis aliquando. 1007. nu.3.

Ex Epist. 1. Ioannis.

CAP.2. Qui dicit se nosse eum, & mandata, &c. 171. col.1. infine. 1008. nu 4.
cap.2. Qui seruat præcepta eius vere in hoc charitas perfecta est. 1008. nu.4.
cap.2 Quidquid est in mundo, aut concupiscentia carnis, &c. 1299. nu 38.
cap.3 Cum apparuerit similes ei erimus; quia videbimus, &c. 179. nu.2 & 490.nu 55.
cap.3. Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se, &c. 161. nu.26.
cap.4. Qui manet in charitate, in Deo manet. 1295 num.324
cap.4. Qui non diligit non nouit Deum 171.col.1. in fine.
cap.4. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. 1292. nu.27.
cap.5. Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. 116, nu. 35.
cap.5. Et simus in vero filio eius, hic est verus Deus, & vita æterna. 143. nu.28.

Ex Epist. Iudæ.

QVAE naturaliter tamquam muta animalia norunt, &c 31.num.8.

Ex Apocalypsi.

CAP.2. Vincenti dabo manna, &c. 165. nn.32. & 500. nu.77.
cap.2. Dabo tibi coronam vitæ 450. nu.52.
cap.3. Nemo accipiat coronam tuam. 449 nu 51.
cap.3. Cœnabo cum illo, & ipse mecum. 500. nume.77.
cap.3. Non esurient, neque sitient. 602. num.121.
cap.4. In capitibus eorum coronæ. 449. nu.51.
cap.4. Mittebant coronas suas. 449. nu.51.
cap.5. Habentes oculos septem, &c. 389. nu.5.
cap.5. Et regnabunt. 449 nu 51.
cap.6 Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. 487. num.51
cap.6. Vidi subtus altare, &c. 490. nu.55.
cap.6. Vsquequo domine non iudicas, &c. 561. n.32.
cap.7. Clamauit voce magna quatuor angelis, &c. 318. nu.150.
ca.7. Amicti stolis albis, &c. 450. n.52 & 487. n.51.
Cap.11. Et Angelus tuba cecinit, &c. 564. nu.43.
Cap.14. In capite suo coronam auream. 449. n.51.
cap.14. Cantabant canticum nouum, &c. 459. n 52.
cap.14. Nemo poterat dicere canticum, nisi, &c. 461. num.3.
Cap.18. Quantum glorificauit se, &c 461 nu.4.
Cap.19. Gaudeamus, & exultemus. 447. nu.42.
Cap.20. Regnabunt cum eo mille annis. 576. nu. 75. & 500 nu.80.
Cap.20 Qui non est inuentus scriptus in libro vitæ missus est in stagnum ignis. 539. nu.37.
Cap.21. Ipsa ciuitas aurum mundum. 601. nu.120. & seqq.
cap.21. Ego sum Alpha, & Omega; &c. 47. nume.60.
cap.21. Non erit luctus, neq. clamor. 447. nu.42. & 476. num.73.
cap. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. 426. num.73.
cap.21. structura eius ex auro, &c. 502. nu.81.
cap. 22. Absterget dominus omnem lachrymam; &c. 602. nu. 121.

INDEX PRAECIPVARVM RERVM, QVAE IN HOC TOMO CONTINENTVR PRIMVS NVMERVS

Paginam indicat, secundus numerum margini adscriptum, nisi aliud notetur.

Absolutio.

ABsoluere confessarius tenetur pœnitentem etiam contra propriam opinionem, si pœnitens aliam probabilem opinionem sequi velit. Vide verbo opinio, Absolutio a peccatis, vel excommunicatione metu graui iniusto extorta, est nulla iure naturæ. Vide. V. metus.

Accidia.

ACcidia tristitiæ species quid. 1314. 65.

Actio.

ACtio conuersiua panis in corpus Christi non est conseruatiua. 19. 15. Omnis actio tam elicita, quam imperata a voluntate, est propter finem, & finis effectus. 39. 26. actio imperata est propter finem per intrinsecam denominationem. 39. 28. actiones Dei immanentes non sunt propter finem. 45. 54. bene tamen externæ. 46. 60. quę formaliter sumptæ, sunt transeuntes, & in rebus creatis. 47. 61. Actio in quo consistat. 25. nu. 18. Quomodo specificatur a principio actiuo. 95. 9. & seq. Actiones omnium agentium naturalium sunt propter finem. 53. 80.

Actus.

IDem actus potest esse simul practicus, & speculatiuus. 8. 21. Actus imperij non est necessarius ad intentionem finis, nec ad electionem medij 61. 21. Nec ad vsum, vel executionem. Vide. V. imperium Ordo actus ad obiectum est ei intrinsecus, & essentialis. 93. 6. Quomodo id intelligendum. 95. 9. & 10. Actus pure eliciti speciem physicam sumunt a fine late sumpto, id est ab obiecto. 96. 14. Item a fine stricte sumpto, & quo pacto. 96. 15. Quomodo actus sumant numericam vnitatem ab obiectis. 99. nu. 20. 21. 22. Actus, si cætera sint paria, est melior habitu. 157. 20. Actus naturales cur non producunt habitus supernaturales. 162. 30. Actus voluntatis potest esse primum volitum. 175. 39. Actus voluntatis potest propterse expeti, etiã si sit amor concupiscentiæ. 175. 40. Actus naturales in substantia, qui versantur circa Deum, pertinent ad essentiam, vel integritatem beatitudinis huius vitæ. 193. 66. Non tamen qui versantur circa creaturas. 193. 67. Actus eliciti, etiam qui non habent pro obiecto finem, sumunt speciem physicam a fine. 92. nu 3. & seqq. Deus potest producere amorem, & alios actus vitales sine concursu potentiæ vitalis. 57. 5. in fine, & latius. 160. nu. 27. & 187. num. 25.

Actus humanus.

OMnis, & sola actio libera est actus humanus 30. 6. Actus humani non reperiuntur in pueris, amentibus, somniantibus, aut non deliberanti bus. 338. & 35. 14. Omnis actus humanus est propter finem. 38. nu. 23. & seqq & pag. 43. nu. 45. Actus humani eliciti propter finem, ab illo sumũt physicam speciem. 92. 3. Actus humanus est actio, passio, et qualitas. 92. 4. Actus morales recipiunt speciem moralem ex fine. 100. 24. Vide verb. Bonitas, et. V. malitia. Actus humanus sumit speciem physicam simul ex obiecto motiuo, et terminatiuo. 1952. nu. 71. Datur actus humanus indifferens secũ dũ suam speciẽ sumptã ex obiecto, sed non omnis est sic indifferens. 1109. num. 1. et seqq. Nullus actus supernaturalis est indifferens secundum suã speciem sumptam ex obiecto motiuo, secus secundum suam speciem subalternam sumptam ex obiecto terminatiuo. 1116. nu 9. Nullus datur actus humanus indifferens in individuo, etiam supposita ignorantia inuincibili. 1119. 12. et seqq. Amare vitam, salutem pulchritudinem, robur corporis, scientiam, et similia non est opus indifferens ex obiecto, sed honestum. 1124. nu. 18. et seqq. Amare delectationes corporis præcise propterse non est opus honestum ex obiecto: idem est de nonnullis bonis corporis, quę sunt parui momenti. 1126. 20. et pag. 1128. nu. 23. *Vbi nota per errorem.* 1129. *col.* 1. *lin.* 1. *legi, non.* Quę tamen interdum honestæ amãtur, et propterse, et propter alium honestum finem 1128. num. 23. Actus humani proprietates, scilicet esse rectum, vel obliquum: esse dignum laude, vel vituperio: esse meritorium præmij, vel supplicij, explicantur. 1167. nu. 1. et seqq.

Adam.

ADam in statu innocentiæ, an potuerit errare, opinari, vel credere fide humana. 402. nu. 41.

Admiratio.

ADmiratio species timoris. 1325. num. 93. et 94. Admiratio interdum dicitur sola intellectus suspensio. 1326. num. 94.

Adulterium.

SPecies iniustitiæ in adulterio potest reperiri sine specie intemperantię, aut fornicationis. 1033. num. 111.

Aduocatus.

PAtrocinari potest pro reo, vel actore, in ciuilibus, vel criminalibus iuxta quamcumq. probabilem opinionem. 1217. nu. 101. (qui per errorem est. 111) et seqq. Aliqua tamen circa hoc cauere debet. 1219. num. 108. et 1222. num. 119.

Agilitas. Vide. V. dotes.

Amentes.

NOn discurrunt. 35. nu. 14 & 60. nu. 13. Sunt aliquando insipientiores brutis. 60. nu. 13. Non agunt libere. 35. n. 8. Etiam si discurrerẽt nõ agerent libere. 36. num. 15. et 16. intelligunt tamen. 59. nu. 12. et seqq.

Amici.

NON sunt pars beatitudinis.137. 23. Quomodo amicorum bona ad nostram beatitudinem naturalem pertineant.528.nu.15.

Amor.

PRoduci à Deo potest sine concursu potentiæ vitalis.575.infine. Amare Deum non debemus de iustitia.176. 40. Amor viæ,& patriæ an differant specie.ibid. 42. Cum eodem habitu, & auxilio,& eadem cognitione nō potest maiorem amorem elicere voluntas angelica, quam humana.308. num.135. Nec voluntas animæ Christi quam aliæ 309. 136. Amor beatificus in ordine ad bona Dei intrinseca nullomodo est liber.411.nu.23. Amor beatificus an variabilis.412. nu.25. Amor Dei,& proximi differunt specie in esse naturæ. 1027. nu.89.& seqq. De amore qui est passio appetitus sensitiui. & multa de amore in genere vide verbo Passiones vide etiam alia. V. charitas,& v. visio & v. voluntas. & v. libertas. An amor amicitiæ, vel concupiscentiæ sit de essentia, vel substantia beatitudinis vide. v. beatitudo. Cum solo concursu generali ordinis supernaturalis potest aliquis existens in gratia elicere actum dilectionis intensiorem ipso habitu.356. num.69. Nec de potentia absoluta potest esse dilectio sine cognitione. 55. 3. Dilectio in esse naturę est melior cognitione.191. 63. vide. v. cognitio.

Angelus.

IN Angelis quid cognitio matutina, & vespertina.257. 39.& 260.nu 40. Angelus videns rem aliquam, non videt necessario omnes eius proprietates,& attributa.274.nu.72. An inferior Angelus possit naturaliter comprehendere superiorem 285. nu.89. An in Angelis possit dari vna species repræsentans infinita 300.nu.118. In Angelo species rei vniuersalis modificatur, & extenditur quando singularia producuntur; vt illa repręsentet.309.125. Ille modus oritur per naturalem emanationem à substantia Angeli, supposito ortu individui in mundo. ibidem. Cur supremus Angelorum ordo Seraphin dicatur.178. nu.44. & seqq. Angelus non potest cognoscere infinita vno, vel infinitis actibus, nec habet habitus, vel species extensas in ordine ad omnes differentias individuas possibiles in aliqua specie 321. num.163. An vnus Angelus possit alterum per alterius substantiam cognoscere.342. nu.35. An Angeli naturaliter beati, essent ab intrinseco impeccabiles, vtraq; pars est probabilis. 433. nu.94. & 95. Angelus non potest directe mouere voluntatem alienam.865. 93. Potuit appetere æqualitatem Dei, eamq; appetendo peccare.978. nu.31.& 32.& 929. nu.34. Alia vide verbo.dotes,&. v.dæmon.

Angustia.

ANgustia species tristitiæ quid. 1314. numero. 69.

Anima.

ANima rationalis formaliter vegetatiua,& sensitiua.6.13. in fine.

Appetitus.

APpeti possunt plura disiunctim, vt fines simpliciter vltimi. 123. 50. Appetibilitas mediorum non est effectus finis. 44. 51. Appetitus noster sensitiuus solum ex redundantia voluntatis potest libere operari. 33. 7. & 687. 132. Appetitu innato omnia Deo bonum appetunt. 105. 7. Ad beatitudinem est naturalis appetitus innatus,& elicitus. 130. 3. Appetitus sensitiuus, quem actum habeat, cum homo dolet de peccato propter Deum? 327. 6. De appetitu innato, & elicito beatitudinis naturalis,& supernaturalis in communi,& in particulari vide, verbo, beatitudo. De diuisione appetitus in irascibilem, & concupiscibilem, & de vtriusque actibus seu passionibus vide. V. passiones.

Aristoteles.

IN Deo cognitionem,& prouidentiam omnium rerum in particulari esse docuit. 53. 81. In quo constituerit beatitudinem. 131. 7. Quid senserit de libertate Dei, quære. V. Deus.

Armeni.

ARmenorum error. 229. 1.

Assensus.

ASsensus principiorum effectiue causatur ab eorum apprehensione. 44. num. 48.

Astra, & Astrologia.

QVI pro Astrologis iudiciarijs, vel contra illos scripserint. 526. nu.1. Astrologia iudiciaria, seu astronomantia distinguitur ab alijs futura prænoscendi artibus ibid. nu. 2 pro astrologis iudiciaris argum. ponuntur. 827. nu.3 & seqq contra illos vero. 830. nu. 11. & seqq. astrologi possunt præcognoscere,& prędicere syderum,& planetarum ortus, obitus, aspectus, Eclypses coniunctiones,& oppositiones, & similia ad cœli statum pertinentia, licet non omnino exacte. 837. nu. 20. si in cœlis sunt aliquę virtutes per se ordinatæ ad efficiendos morbos, frigora, tempestates, sterilitatem, pluuias terræmotus, & alia huiusmodi naturalia effecta aut ea necessario vel vt plurimum efficientes, possunt astrologi admodum probabiliter non tamen certo eiusmodi enunciare 837. nu 21. & seqq. cogitationes, & affectus cordium, actiones, effectus, & casus ex humana voluntate pendentes non possunt astrologi prænoscere. 839. num. 26. & seqq. astra, & stellæ, quas astrologi considerant, non plures quam. 1022. 852. n. 50. astra nec sunt causæ, nec signa humanorum euentuum ibid. nu 51. & 864. nu. 68. & seqq. non influunt immediate in appetitum sensitiuum. 553. nu. 52. neq. in voluntatem ibid. nu 53. an astra solo lumine,& motu agant. 854. nu. 53 & seqq. an habeant occultas influentias ibid. qua ratione astrologi multa vera prædixerint. 864. nu. 73. & seqq. argumenta astrologorum diluuntur. 869. num 78. & seqq. alia contra astrologos iudiciarios afferuntur. 871. nu. 87. & seqq. qua ratione, liceat ex astris futura prædicere, aut non ibid. An astrologi iudiciarij tenean-

tur

neantur damna restituere, quę ex eorũ prædictionibus sequũtus. & quę proiudicijs ferendis, vel docenda sua arte receperunt. 865. nu 93.

Attributum.

ATtributa diuina sunt in duplici differentia. 240. 10. vnũ attributũ videri potest sine alio secundũ rationẽ propriam. 241. 10.

Augustinus.

AN viderit in hac vita Deũ. 478. nu. 41.

Auaritia. Vide v. Prodigalitas.

Aureola.

AVreolæ sunt in beatis. 449 n. 51. hæ sunt pro martyribus, virginibus, & doctoribus. 450 n. 52. sunt modo in animabus ibid. sunt distinctę â visione beatifica. nu. 53. non sant gaudiũ de victorijs habitis in via. n. 56. sunt quædã figurę seu imagines, & signa naturalia impressa animis. 455 n. 66. inhærent immediate intellectui. 67. & seq. incorporibus gloriosis erũt signa quædã aureolis animę respõdentia. 457. n. 74. in Christo non est proprie aureola, sed aliquid excellentius. 458. n 74. in B. Virgine est aureola Virginis, & doctoris, non tũ aureola Martyris, sed aliquid excellentius illa ibid. n. 75. in corpore B. Virgi. erũt aliquę notæ respondentes aureolis, ibid.

Audacia.

Vide. v. Passiones animæ.

Baptismus.

AN liceat vti materia, vel forma dubia in Baptismo vide. V. sacramentum.

Beati, & Beatitudo.

BEatitudo secundũ Philosophos in aliquo bono, l. bonorũ aggregato sita erat. 106. 10. varijs rationibus est finis noster vltimus. 106. 11. Beatitudo, & finis vltimus differũt aliquo modo. 106. 11. in fine, in omni actu aliquo modo expetimus beatitudinẽ 107. 12. habitu semper illã expetimus. 108. 13. Qui egerint de beatitudine. 128. 1. Quid beatitudo formaliter. 128 2. Beatitudinis varia nomina. 129 2. Beatitudo est possibilis. 129. 3. Permanentia est de eius essentia, ibid. Varię diuisiones beatitudinis. 130. 5. naturalis, & supernaturalis simul manent 130. 5. Beatitudo nõ cõsistit in diuitijs. 131. 11. & seqq nec in honore, fama, gloria humana, potẽtia, nobilitate, amicis libertate, voluptate, aut alijs bonis corporis. 135. & seqq. sed in bono aliquo animæ. 141. 27. Beatitudo obiectiua in nulla creatura, vel creaturarũ collectione cõsistit. 141. 28. Nõ consistit beatitudo in illapsu Dei in substantiã animæ 156 16. Supernaturalis non consistit principaliter in gratia habituali, sed in operatione. 156. 17. Potius cõsistit in actu, quã in habitu 157. 19. in habitu operatiuo nõ cõsistit essentialiter, nec substantialiter 158. n. 21. Beatitudinis essentia nõ consistit in productione qualitatis intellectualis, sed in ipsa qualitate. 162. 28. in verbo, & intellectione simul beatitudo essentialiter cõsistit etiã si qualitates istæ realiter distinctæ asserantur. 162. n. 28. 29. nõ in actu libero. n. 30. Beatitudo animę dici potest aggregatũ visionis, amoris, & delectationis. 173 35. Duos, vel plures actus esse de eius essentia probabile, ibid. Licet probabile sit cõsistere in solo amore. 173. n. 36. & probabilius in visione sola, quã in solo amore. 177. 43. Sed probabilius est cõsistere essentialiter in visione, & amore amicitiæ Dei simul, & principalius in visione, quã in amore. 182. n. 47. 48. & seqq. Beatitudo perfecta nõ potest haberi in hac vita. 188. 56. Beatitudo supernaturalis huius vitæ, non est sita in iure ad gloriã formaliter sumpto. 188. 57. Nec materialiter. n. 58. sed in actu intellectus, & voluntatis. 191. 62. Beatitudinẽ naturalẽ animæ separatæ in contẽplatione, & dilectione Dei consistere simpliciter est probabilius, licet forte sit probabilius in sola contẽplatione Dei essentialiter consistere. 197. n. 47. qui per errorẽ est. 74. de fœlicitate naturali huius vitæ in quo consistat, ibid. Beatitudo naturalis nõ est sita in visione Dei, ibid. Ad essentiã beatitudinis supernaturalis futuræ vitæ requiritur cognosci in Deo creaturas in cõmuni, non in particulari. 272. 67. sola creatura rationalis fœlix, & beata dicitur. 105. n. 7. in omni actione beatitudinẽ aliquo modo expetimus. 107. n. 12. semper habitu beatitudinem appetimus. 108. num. 13. in omni actu nostro includitur saltem virtute appetitus beatitudinis etiã inparticulari. 127. n. 61. beatitudo Dei non est ipsius finis. 128 in princ. De integritate supernaturalis beatitudinis sunt aliquæ naturales perfectiones. 130. n. 5. De beatitudine alterius vitæ nihil Arist. dixisse videtur. 131. 6. Non in solo actu intellectus essentiã beatitudinis constituit. 131. n. 7. An diuitiæ conducant ad beatitudinẽ. 132. nu. 12. operatio beatifica est elicita a beato. 160. n. 26. De potẽtia absoluta posset qualitas, in qua beatitudo cõsistit, produci â Deo in potentia mere passiue se habente. 160. n. 27. Dorũ creditu est, in via D. Tho. amorẽ aut delectationẽ esse de essentia beatitudinis. 138. nu. 49. nulla Dei cognitio præter intuitiuã est de essentia beatitudinis, neq. cognito vlla creaturarum. 187. n. 55. Visio Dei esset beatitudo, licet non esset producta à creatura, ibid. Actus spei est de essentia beatitudinis huius vitæ. 192. n. 64. Idẽ probabile est de gaudio ex charitate orto. 193. n. 66. Actus naturalis in substantia aliqualiter pertinet ad hanc beatitudinẽ. 193. nu. 66. qui circa creaturã versantur, non sunt de essentia beatitudinis. 193 n. 67. beatitudo accidẽtalis quid. 447. 41. & seq. Non omnes sunt æquales in beatitudine. 459. 1. & seq. neque omnes inæquales. 463. 4. Beati nõ erũt numero æquales angelis, ibi. n 5. Vnus est alio beatior, quatenus clarius, & secundum plures, aut nobiliores rationes Deũ videt. 464. 8. Quæ sit causa huius inæqualitatis. n. 10. & seqũt. Merita huius vitæ. necessaria sunt ad consequendam beatitudinẽ. 466. 14. Beatitudo vera de lege ordinaria nõ potest haberi in hac vita. 467. 16. & seq. Siquis tamen perpetuo videret Deũ in corpore corruptibili, esset essentialiter beatus in hac vita. 469. 24. carnis voluptates similes voluptatibus præsentis vitæ non erunt in beatitudine. 499. 77. & seq. beatitudo sanctorũ perpetua. 501. n. 1. & seq. natura sua incorruptibilis est, & perpetua. 504. n 4. & seq. inamissibilitas est de essẽtia beatitudinis. 506. n 14. & seq. De essẽtia beatitudinis nõ est sẽper durare actu, sed esse perpetuo duraturã. 507. 14. beatitudo naturalis inparticulari appettitur appetitu innato. 509. n. 2. si ipsa, vel aliqua eius pars est in intellectu, intellectus appetitu innato illã appetit, ibid. n. 3. Appetitus innatus ad cognitionẽ Dei magis pertinet ad intellectũ, quãuis etiã pertineat ad voluntatẽ. ibib n. 4. Ad beatitudinẽ supernaturalẽ datur nunc in nobis absolutus appetitus innatus. 514. n. 7. probabile est dari nunc, & instatu pure naturali appetitum inuatum simpliciter naturalem conditionatũ. ibid n. 8. Probabilius tamen est, nullũ dari appetitũ innatũ simpliciter naturalem visionis Dei. 515 n. 13 Beatitudo supernaturalis appeti potest appetitu naturali. 518. n. 21. & seq. Appetitus elicitus talis beatitudinis potest esse triplex, nimirũ si uplex, conditionalis, & absolutus. 519. n. 4. Duo priores possunt esse in pura natura sine vllo errore, vel iudicio temerario, tertius vero non, ibid. n. 25. Beati non vident Deũ visione increata. 147. n. 3. Beatitudo producitur a beato. 160. n. 25. beati

formaliter, & explicite secundū proprios conceptus obiectiuos clare vident personas diuinas. 248. n. 12. in verbo vident aliquas creaturas. 257. n. 37. & 258. n. 38. opposita opinio ab errore defenditur. 258. n. 37. Beati cognitione matutina creaturas cognoscunt secundū proprias rationes. 261. 43. Beati nō necessario vident omnes creaturas possibiles. 273. 71. nec etiā creaturā aliquā in particulari. 274. n. 72. imo nec videns Deū necessario videt creaturas in cōmuni. ibid. Beatos nō posse cōprehendere Deū, fidei dogma est 278. n. 79. & 279. n. 81. Beatus nec de potētia absoluta potest simul, & distincte videre infinita. Vide. V. infinitū in Beatis non est fides actu nec habitu. 388. 2. potest tñ. vtroq. modo in illis esse de potentia absoluta. 389. 4. habitus pię affectionis est in beatis, & quē actū habet 389. n. 4. Dona Spiritus Sancti ad intellectū spectantia sunt in beatis etiā quoad actū. 389. 6 in beatis nō est cognitio prophetica. 390. n. 9 inillis est gratia discretionis spiritū. 391 9. Theologia viæ nō manet in beatis. 392. nu. 12. Vide alia verbo Theologia. Est in beatis alia scientia, quæ est perse infusa 394. 19. quæ est distincta à lumine gloriæ, ibid. n. 20 scientia perse infusa eiusdē rationis, & perfectionis est in omnibus beatis. 394. n. 21. sed inæqualis accidēraliter, ibi. Quæ hac scientia cognoscātur. 395. 22. & seq. In beatis manent scientiæ hic adquisitæ 397. 27. non tamē fides humana, vel opinio ibid. Quo modo hæ ibi destruantur. 398. 28. scientiæ naturales, quas hic non adquisierunt Beati, adquirent in Patria, & non illis infundentur. 398. n. 30. & seq. In Beatis est carētia alicuius considerationis. 400. n. 36. semper tñ. considerāt quę debent, & possunt considerare, & quę pro tunc considerare expedit. ibid. n. 37. In illis pōt esse error depotentia absoluta. n. 38. non tñ. de ordinaria. 401. n. 39. Non possunt habere actus opinionis, vel fidei humanæ. 402. n. 41. De nulla re tristantur. 424 n. 67. Etiā si videns Deū haberet aliquā tristitiā, maneret in eo essentia beatitudinis. 426. nu. 70. Beati sunt impeccabiles. 426. 73. hoc eis provenit ex visione Dei 427. 75. & seq. licet visio Dei nō afferret amorē, afferret impeccab. 429. 81. & seq. De potētia Dei absoluta posset esse peccatū habituale & actuale cū visione Dei, licet actuale nō cum qualibet. 431. n. 86. & seq. sed cū peccato actuali, vel habituali videns Deum non esset essentialiter beatus 433. n. 93. Probabile est animam separatam beatitudine naturali esse ab intrinseco impeccabilem. Licet probabile quoque sit oppositū. 433 94. & 95. Voluntas, & appetitus sensitiuus beati habebit omnes virtutes quasi in via adquisiuit. 435. n. 67. Et quas nō adquisiuit in via, adquiret in Patria, ibid. n. 98. Omnes virtutes habebunt aliquē actum in Patria. 435. n. 99. Dona Spiritus Sancti etiā quoad exercitium manent in beatis. 436. nu. 100. qui habitus noui concedi possint in Beatis. 439. num. 99. Quomodo Beatitudo expleat, vel non expleat omnia desideria beati. 438. nu. 101. & seqq. Quilibet Gradus beatitudinis explet desiderium beati 439. num 105. De dotibus, & aureolis beatorum. Vide verbum Dos. &. V. aureola. Alia de Beatitudine, & Beatis vide. v. Visio, & V. Amor. Beatitudo, nec in cōmuni, nec in particulari appetitur appetitu elicito necessario quoad exercitiū 520. nu. 27. bene tamen necessario quoad specificationem 520. nu. 28. & 29. Non tamen appetitur necessario summa intensione possibili. 521. nu. 31. Ex appetitu beatitudinis in communi, vel in particulari demonstrari nequit, eam esse possibilem. 522. nu. 32. nec alia via. nu 33. & 34. Quid sit beatitudo naturalis 523. nu. 2. & seqq. Aliqui in hac vita, vel alia possunt assequi beatitudinem naturalem. 524. num. 8. Adultis, & mente sanis nō est sola beatitudo naturalis post hanc vitā, nisi vita eorū brevissima fuerit, 525. n. 9, Peccata venialia nō obstant naturali beatitudini vitæ præsentis. 525. n. 10. in puris naturalib. homines possent assequi beatitudinē naturalē etiam alterius vitæ. 526. n. 10. Ad beatitudinē naturalē bona externa quomodo requirātur, vel cōferant 527. n. 11. & seq. quādo homo possit dici fœlix in hac vita 528. n. 14. Quomodo parētū, filiorū, & amicorū bona ad beatitudinē nostrā pertineāt. ibid. n. 15. Probabile est paruulos in originali defunctos, habere etiam nunc beatitudinē naturalē 533. n. 24. & seq. Quomodo id sit intelligendū. 541. num 56. Beati quas formas substantiales, quā materiā, quæ accidentia naturalia, & supernaturalia recepturi sint in resurrectione, & quomodo sensibus vtētur, Vide. v. resurrectio in beatis est præmiū accidentale, & quid illud. 447. n. 41. & seqq.

Beguardi, & Beguinæ.

Beguardorum, & Beguinarum irror. 187. 56. & 197. 77. & 199. 1.

Bellum.

PRęcipiēte Rege tenētur subditi in bello militare, etiāsi belli iustitia illius dubia sit. 1210. n. 77. & 1261. n. 266. & 267. Quod verū est etiā si subditus dubitet, aneo dubio persistēte licitū sit pugnare. 1261 n. 268. Nomine subditorū, vt indubio pugnare possint, parereq. teneātur principi id iubēti, intelligūtur etiā milites alienigenæ mercede cōducti, qui cōtinuis stipēdijs sub eodē principe degūt tēpore pacis, & belli. 1262 n. 268 quāuis hi forte quādo indicia aliqua sunt de iniustitia belli, admaiorē eius examinationē teneātur, ibi. Etiāsi prædicti probabiliter credāt, bellū esse iniustū si oppositū iudicāt probabile, pugnare possunt. Etiāsi stipēdiarij opinētur probabiliter, bellū esse iniustū, si vident probabile esse oppositū, ponūt pro suo bono, vel suæ aut alienę Reip. militare, etiāsi integrū esset illis discedere & similiter amici, vel subditi nō obligati āproprio principe, ibi n. 272. Quid si iuridice tale bellū iudicatū sit iustū ego autē scio esse iniustū, an potero, & ad præceptū Regis tenebor pugnare. 273. & 274. & quid si miles sciat etiā principē esse dubiū de iustitia belli. 1263 n. 275 Quādo inter principes cōtroversia est de aliquo regno. l. statu, si aliquis eorū est in legitima possessione, quādiu res manet incerta, non potest vllatenus ea possessione, primari. 1223 n. 121. & seq. si vero neuter est in possessione. 4 sunt opiniones. 1. Victorię. 2. Navarri. 3. quorundam recentiorum. 4. Vaz. 1223. nu. 121. vsq. ad. 128. & omnino reijcitur cū Vaz. illa 3 opinio afferens licitū esse cuilibet supremo principi opinionē sibi propitiā bello exequi. Quānis probabile sit quod ait Vaz. in dubio stricte sumpto meliorē esse conditionē possidētis, in dubio autē opinionis standū esse sententiæ reip. aut regis, in cuius ditione est res, de qua contenditur, & ante talē sententiā non posse eiusmodi rē bello occupari, tamen probabile quoq. est, quod alij dicunt, si post examen in certū manet ad quē res pertineat. Remp. posse libere Regē etiā ex non contēdentibus sibi eligere, aut modo exēptæ se gubernare. 1225. nu. 128. Probabile quoque est quod ait Victo in dubio siue suspensionis, siue opinionis post examē adhuc manēte, si neuter cōtendentiū possidet, rē esse pro ratione dubij inter eos diuidendā. eod. n. 128. & 129. Quādiu res est incerta, princeps, etiā supremus, saltē ante sententiā rei. in qua est res de qua cōtenditur, pōt cōtra alterū principē, opinionē suā armis exequi. 1274 n. 123. & seqq. etiā si is qui nō possidet verisimilius, seu probabilius ius habeat, nō potest cōtra possidentē monere bellū. 1226. nu 130. Nec qui possidet, tenetur tunc cū non possidente conuenire, aut pro ratione dubij rem cū eo diuidere. eod. n. 130. & 131. Etiamsi non possidens putet suam opinionē esse longe probabiliā;

habiliorem, nō potest cōtra possidentem pugnare. 1224. nu. 124 & 1226. nu. 132.

Benedictus.

AN B. Benedictus viderit in hac vita diuinam essentiam Et Alia de eo, & ipsius ordine. 478. 41. & 481. 41. & seqq.

Beneficium Ecclesiasticum.

IN dubio quis sit dignior, potest episcopus, quē voluerit ex illis, ad beneficium eligere. 1235. n. 240 Quando variæ fuerint opiniones, cui debeat conferri beneficium, Episcopus poterit, cui voluerit, conferre. 1208. n. 73.

Bonitas, & Bonum.

ETiam nunc in natura lapsa dantur, aliqui actus moraliter boni. 1007 n. 2. & seqq. Moralis bonitas actus ex obiecto sumitur. 1009 n. 7. & seqq. Vt obiectū conferat bonitatem moralē actui nō opus est considerari formaliter, & explicite, vt ad bonos mores pertinet, vel vt est honestum, & consentaneū rationi, vel legi. 1010. n. 8. & seqq. Tota bonitas moralis formalis ab obiecto sumitur. 1011. n. 13 bonitas moralis obiectiua cōsistit in conformitate ad rationē, seu legem, & in cōuenientia ad naturā rationalē. 1011. n. 14. & seqq. Hæc conformitas aut conuenientia non est relatio realis, nec rationis sed inuoluit quādā denominationē extrinseca ibid. & 1019. n. 52. Moralis bonitas obiectiua præcipue sumitur ex materia, & effectu, qui primo, & per se in illa ponitur. 1014. n. 25. Materia sola nō sufficit ad bonitatē obiectiuam specificam actus externi, sed requiruntur essentialiter circunstantiæ. 1014. n. 26. & seqq. Circunstantiæ necessariæ ad bonitatem actus licet sint accidentia ipsius in esse naturæ, nō tamē in esse moris. 1015. n. 29. Bonitas moralis obiectiua ex varijs partibus essentialibus cōponitur. 1014. 26. & seqq. qua bonitate priuet malitia obiectiua. 1015. n. 18. Ex circunstantia finis aliqua moralis bonitas sumitur. 1015. n. 30. sicut dantur circunstantiæ augētes bonitatē obiectiuā, ita & minuentes, 1016. n. 31. Bonitas formalis moralis aliquid addit ad substantiā actus. 1017. n. 38. Non respectū rationis formaliter sumptū, ibid. Nec relationē realē prædicamentalē, aut transcendentalem, ibid. n. 39. Nec aliquā extensionē intrinsecam ad bonas circunstantias. 1017. pag. 2. n. 40. Sed cōsistit in hoc quod actus habeat obiectū bonū, vel indifferens, cū bono fine, & circunstātijs, quas debet habere sine vlla circunstantia mala. Et in eo sensu bonitas hæc cōsistit in cōformitate, ad legē naturæ, & Dei. Et in hoc quod est habere quod natura exigit, ibid. n. 41. & seqq. Quid sit hæc exigentia. 1018. n. 43. & 44. Quotuplex bonitas est in actu elicito à volūtate. 1019. n. 54 Bonitas ex obiecto, & proprijs circunstātijs dari potest sine bonitate ex fine extrinseco, & alijs extrinsecis circunstantijs, ibid. Quando actus est bonus ex proprio obiecto motiuo proprijsque circūstātijs, & accedit bonitas ex fine, vel alia circunstātia extrinseca, actus habet bonitates specie atoma distinctas. 1020. n. 56. Actus bonus internus sumit bonitatem specificam ex obiecto. 1020. n. 57. & 58. Hanc non dat obiecto nisi propterse ex petatur, ibid. Non tamen requiritur vt cognoscatus sub formali ratione honesti, vel moraliter boni. 1021. n. 60. iste actus volo honeste viuere, habet suā specialē bonitatē ex obiecto bono in cōmuni apprehēso, ibid. n. 64. Et pertinet secundū aliquos ad aliquē habitū bonū. 1022. n. 65. Non pertinet ad iolā iustitiā legalē. n. 66. dici potest non pertinere ad aliquā peculiarē virtutē, sed ad oēs simul, vel ad nullā. 1022. n. 67. & seqq. Nullus actus etiā elicitus voluntatis est essentialiter bonus, loquendo proprie de bono essentialiter, etiā si sit liber. 1024 nu. 72. idē numero actus in esse naturæ potest varijs modis reddi de malo bonus, seu nō malus, & de bono malus, seu non bonus. 1024 n. 73. & seqq. Quando obiectū est materialiter, & formaliter vnicum, non potest actus ex obiecto plures bonitates habere. 1026. nu. 79. quādo vero est formaliter, & materialiter multiplex, actus in esse naturæ sunt plures, & habent plures bonitates morales, ibid. n. 80. Quando vero est materialiter vnicum, & formaliter multiplex, quia pluribus rationibus honestis amatur, iuxtā cōmunem opinionē sunt plures actus cū pluribus bonitatibus, ibid. nu. 80. Probabile tamen est esse posse eundē n. actū. n. 81. & idē actus imperatus pōt plures species bonitatis habere, vt subest pluribus actibus elicitis 1027. n. 82. cur nō possit voluntas eodē actu respicere vnū, vel plura obiecta propter varia motiua, & an hoc sit certū. 1027. n. 83. & seq. Quādo sunt plura obiecta materialia, & vnicū formale, aliquādo attingūtur vno actu cum vnica bonitate aliquādo diuersis, ibid. n. 86. & seqq. Actus habētes obiecta materialia diuersa specie inesse naturę, differūt specie naturali ab habētibus vnū tātū licet habeant eandē speciē bonitatis moralis. n. 88. Quando eodē actu plura obiecta numero diuersa attinguntur, substantia, & moralis bonitas est indiuisibilis. 1028. n. 91. Licet ordo actus ad finē intrinsecū sit essentialis actui interno in esse naturæ tā. bonitas ex tali fine sumpta, nō est essentialis actui in esse naturæ. 1037. 132. Actus interni in ordine ad eūdem finem intrinsecū possunt varijs modus esse inæquales in bonitate morali. 1038. 134. & seqq. Quomodo quātitas bonitatis, vel malitię in volū tate sequatur quātitatē boni, vel mali in electione 1038. n. 137. & seqq. obiectū nō confert actui bonitatē nisi honestas obiectiua formaliter, vel fundamentaliter sumpta, propterse amatur. 1033. n. 145. Actus, qui ex proprio obiecto, vel fine bonus est, si imperetur propter aliū finē, capit ab eo aliā bonitatē. 1040. 147. Bonitas, & malitia moralis obiectiua cōpetit actui interno, seu imperato volūtatis independenter ab interno, seu elicito. 1147. 12. omnis autem bonitas aut malitia formalis primarie cōpetit actui interno, & ex illo ad internū derivatur. 1148. n. 15. & seq. Actus externus perse loquēdo nihil bonitatis, vel malitię moralis addit inter no. 1159. n. 41. & seq. Voluntas dandi eleemosynā infinitis pauperibus, an habeat infinitā bonitatem & meritū. 1146. n. 47. vide etiā verbo circunstātia. Bonitas, & malitia proprie cōpetit actui externo. 1144. n. 49. Ad bonitatem moralem actus nō requiritur cognosci formaliter, & explicite obiectum. 1191. 38. nec requiritur certitudo de agendis etiā practica, sed sufficit cognitio opinatiua. 1192. n. 40. & seqq. Bonorū diuisiones. 83. 21. Diuisio boni in honestū vtile, & delectabile quomodo intelligatur. 83. n. 22. & seq. An sit analogi in analogata. 84. n. 24. An habeat locū in Deo. n. 25. Bonū & appetibile idem. 90. 38. Bonū nō est idem cū fine. 86. 29. & 89. 34. Bonū fundat rationem finis. 89. 35. variæ boni definitiones. 89. 5. Alię definitiones boni 90. nu 37. Bonum honestum potest habere rationem finis. 84. 26. Delectabile sumptum pro ipsa delectatione, potest etiam esse finis. 84. 26. Vtile non potest esse proprie finis. 85. 28.

Brutum.

BRutis nulla est libertas. 32 num. 45. 6 bruta nō mouēt se in finem moraliter loquendo. 48. 67. semper tamen agunt propter aliquem finē a se apprehensum 49. 68 non cognoscunt proportionem medii cum fine, nisi per se sit manifesta ibidē. 69. quid agerent præsentatis sibi duobus obiectis incōpatibilibus. æqualiter bonis. 37. nu. 19. an eodē actu appetāt mediū & finē & an habeāt actus cōdicionales media interse conferant & iudicent vnū melius alio 50. num. 70. brutorū. 4. instinctus quid 50. num. 71. & seqq. Alia vide V. intētio & electio.

Caracter, seu character sacramentalis.

ESt in intellecta 154 13. est figura, imago, & signum naturaliter repræsentans, inhęrens immediate soli intellectui 451. nu. 56. & seqq.

Caritas seu charitas.

CHaritatis actus est perfectior actu fidei. 178. n. 44. & habitus habitu. ibidē, etiam in esse naturæ ibidem. Lumen gloriæ est perfectius charitate. 174. 44. Nulli substantiæ vel voluntati creatæ potest charitas esse connaturalis. 205. num. 10. & seqq. dolere de pecatis vt sunt offensa Dei est actus elicitis charitatis, pœnitentiæ autem tantū imperatus. 1040. 145. non in omni peccato contra se vel Deum vel proximum est malitia specialis contraria obligationi charitatis. 1057. n 82. & seqq. vide alia. V. amor.

Casus.

CAsu nihil fit comparatione Dei. 55. nu. 75.

Causa causalitas, & effectus.

Res in intētione pōt esse finalis, causa suimet in executione. 39. 27. Quomodo primū in vnoquoq. genere sit causa cæterorū 43. n. 45. eiusdē effectus possūnt esse duæ causæ totales eiusdē ordinis 110. nu. 21 causæ secundæ nō possunt agere sinecō cursu causę. 1. vide. V. Deus vide alia. V. finis.

Christus.

CHristi dictum (melius est dare, quam, accipere) quomodo sit intelligendum. 133. 13. Christi anima, nec de potentia absoluta potest videre in verbo omnia creabilia, aut omnes species substantiales a Deo producibiles. 278. 78. non fit capacior physice, sed tantū moraliter ad visionē beatificam ex vnione ad verbum. 291. 101. quomodo in Christo sint omnes thesauri sapientiæ, & scientię Dei. 291. 102. in anima Christi non est admittenda propriè ignorātia. Ibidem. Quomodo Christus dicatur diem iudicij ignorare. 294. 110. V. anima Christi videat in verbo infinita actu & simul, an vero habitu tātū. 300. 120. nullus est habitus in anima Christi, quo sine vlla additione quid quid voluerit, distincte cognoscat, ibidē. Anima Christi potest quidquid voluerit, saltē eorū quę facta, vel futura sūt, distincte cognoscere, sed extra verbum. 302. 121 Christus non habet dominiū rei, nisi quando est 302. 123. in Christo nō est nec fuit vmquam fides actu, aut habitu. 388. num. 2. bene tamen actus & habitus pię affectionis. 389. n. 4. & dona Spiritus sancti ad intellectum spectātia ibidem. nu. 5. & 9. Christus scientias naturales non habuit per infusionem, sed per acquisitionē 398. n. 35, & seqq. in Christo neq. vt Deus 5 neque vt homo est, locum habet fides humana, aut opinio. 402. num. 4. in Christo fuerunt virtutes morales acquisitę. 436. num. 100. eas acquisiuit in 1. instanti ibid. Christi humanitas nonconcurrit effectiue sed moraliter ad conferendam gratiam. num. 15. Christi anima refugiendo mortem quo modo nō discordabat â præcepto moriendi. 1133. nu. 5. & seqq. in Christo proprie non sunt dotes vide V. dotes.

Circunstantia.

DE circunstantijs qui & quo fine egerint, & quibus nominibus eas appellarint. 777 nu. 1. actus humani etiam in esse mores spectati, circunstantias habent, 778. num. 2. quod verum est etiam de actu interno voluntatis. 789. num 3. quot, & quæ sint circunstantiæ humanorum actuum. 780. nu. 4 & seqq. ex ignorantia cuiuslibet circunstantiæ actus potest esse in voluntarius. 783. nu. 10 & seqq. circunstantiæ quędam dāt speciem bonitatis vel malitię moralis quędam autem solū augent 784. numer. 13. quædam augent malitiā licet inuincibiliter ignorentur. Ibidem Qualiter Aristi de de circunst. locutus fuerit. 3. Ethic c 1. 784. num. 14. & seqq. quid peculiare habet circunstantia finis. 128. num. 92. non solum ex circunstantia finis sed ex alijs circunstantijs pendet bonitas actus. Ibidem. 93 actus potest esse bonus sine bonis, seu bonitatem dantibus circunstantijs, modo malas nō cihabeat. actus internus vltra bonitatē quā habet ex fine intrinseco pōt habere aliā bonitatē exetrcunstantijs 1029. nu. 95. circunstantiæ nisi sint voluntariæ non conferunt bonitatem, aut malitiā. 1030. 96. vt circunstantia conferat bonitatē, non requiritur cognosci aut appeti formaliter, aut explicitē, vt honestam, aut rationi consonam 1031. 101. debet tamen circunstantia esse cognita vt conueniens operanti, vel alteri, nulla turpitudine in ea conspecta. Debet etiam esse volita ob talem conuenientiam. Ibidem. Quando circunstātia quę est finis intrinsecus tribuit bonitatē actui interno, nō est circūstātia ipsius, sed externi. Ibi. 103. sed quando est finis extrinsecus actus elicti, nimirum quando propterillum finem imperatur, ille finis extrinsecus est circunstatia ipsius. 1032. nu. 106. cognitio, & affectus circunstantiæ bonæ afficientis obiectum, auget & minuit bonitatem alterius actus sumptam ab obiecto, secundum diuersas tūrationes. 1033. 109. An malitia circunstātiæ alterius speciei, eiusdem, vel alterius actus augeat malitiam, quam actus habet ex obiecto. Ibidem: Cur multitudo infinita tenēs se ex parte obiecti non conferat infinitam bonitatem, aut malitiam actui. Ibidem remissiue. Quando circunstantia mutet, vel non mutet speciē bonitatis vel malitiæ. Ibidem nu 110. & seqq. circunstantia personæ operantis non confert bonitatem moralē aut honestatem actui, nisi transeant in rationem obiecti. 1034 114. secus ad valorem meriti aut satisfactionis, vt si operans sit Deus aut iustus: alię autē personæ operantis dignitates non conferunt ad meritum, & satisfactionem, nisi sint cognitæ. Ibidem 115. Intensio actus interni auget eius bonitatem. 1034. 116. Per se nullus actus, alioqui bonus, ex magnitudine intensionis potest reddi malus: secus per accidens, vt ex speciali prohibitione, vel nocumento. modo autem noneſt talis prohibitio. Ibidem. nu. 117. an eadem proportione augeatur bonitas, & malitia qua intensio. Remissiue. 1055. nn. 118. Vt intensio augeat bonitatem, vel malitiam, non debet esse voluntaria per modum obiecti, nec cognita, sed satis est esse voluntariā per modum actus 1035. 119. Circunstantia maioris libertatis auget bonitatem, & malitiam actus interni, licet non sit volūtaria per modum obiecti, nec cognita. Ibidem. num. 120. &. 121. Idem

circunstantia actus externi, & aliquando interni, vt quando est extrinsecus.1035.nu.123.vt intentio & electio sit bona,debet habere bonum finem intrinsecum, vel indifferentem, coniunctum bono fini extrinseco,ex quo imperetur, vel qui sit obiectum alterius actus simultanei.1036.n.124. Qua cumque ratione actus internus fiat malo fine,est malus,ibidem.n.125. Ad bonitatem actus non requiritur referri actu in finem simpliciter vltimũ. 1036.nu.127.& seqq. Finis aliquando est circunstantia actus interni, confertque ei propriam bonitatem, vel malitiam.1040.nu.148. An actus internus non habens nouam libertatem,possit habere nouam bonitatem,vel meritum.1040. nu 149. Quid sit bonitas actus sumpta ex fine extrinseco. 1042.num 143. Quæ relatio in finem extrinsecũ requiratur vt actus internus ex eo bonitatẽ sumat. 1042.num 144. & seqq. Actus humanus aliquam speciem malitiæ ex circunstantijs sumit.1052.nu. 72. Ad hoc non oportet ipsam malitiam circunstantiam esse propter se,aut in se volitam,sed satis est esse indirecte voluntariam.1053. nu.72.& seqq. præsertim. num.79. Generales circunstantiæ non dant suam speciem malitiæ nisi sint volitæ directe,& inse.1056. num.80. & seqq. Circũstantia adueniens actui malo ex genere,non destruit priorem malitiam sumptam ex obiecto,sed illa manente,aliam addit.1060. num.91. & seqq. Circunstantia mutans speciem aggrauat malitiã sumptam ex obiecto intra propriam illius speciẽ, etiam si sit circunstantia finis.1065.nu. 99.& seqq. Actus voluntatis sumit malitiam ex fin. 1067.nu. 102. & seqq. Malitia sumpta ex fine, aut ex obiecto non est vere essentialis actui,sed quodammodo.1068. nu.103. Qui furatur propter mæchiam, cur magis sit mæchus,quam fur.Ibidem. nu.104. An malitia ex fine extrinseco sit maior quam ex obiecto, nulla certa regula intelligi potest. An species malitiæ quæ est ex fine contineatur, sub ea quæ est ex obiecto,& comodo.1069.num.106. Finis extrinsecus.& aliæ circunstantiæ malæ,etiã possunt esse circunstantiæ respectu actus externi. 1070.num 110. & seqq. Circunstantiæ obiectiuæ non mutantes speciem,sed aggrauantes,interdum sunt circunstantiæ actus interni.1073. nu.116.

Claritas. Vide verbo dotes.

Coactum.

Coactum quid.712. num.7. Vide alia V. violentum.

Cælum.

COelo post iudicium non erit quies violenta. 710.nu.4. Quomodo cœlum influat in voluntatem,vel alia. Vide.V. Astra.& Astrologi.

Cognitio.

COgnitio obiecti concurrit effectiue ad actum voluntatis.66. num 26.& 787. nu.1. Non solum est conditio, sed ratio formalis sub qua in actu appetitus.72.nu.40.Cognitio intuitiua Dei est de essentia beatitudinis.187. nu.55. Cognitio beatifica est specifice nobilior quacumque alia possibili.228.nu.38. Cognitio matutina quid.257. num 39. Cognitio matutina nunquam ex mente Augustini concessa fuit dæmoni.255. nu 49. An possit dari clara cognitio abstractiua Dei.203.n.6. Etiam si daretur non esset connaturalis Angelo, nec species,qua fieret. Ibidem. Si species Dei dari nequit,non potest Deus abstractiue quidditatiue cognosci.223.nu.32. An omnia quæ continentur eminenter in Deo possint cognosci simul in proprio genere.292.n.105.Creatura non potest vno, vel pluribus actibus infinita cognoscere.309.n.138. visus non potest cognoscere suam obiectũ absens. 357. nu.71. Noctua posset elevari ad cognoscendum,seu videndum solem,nulla virtute intrinseca illi infusa.357.nu.72.vide alia.V.visio. Plura, vt plura,cognosci possunt simul,licet non perfecte.109. 16.

Comprehensio.

DEus neque a Beatis comprehendi potest. Vide V. Deus.An inferior Angelus possit naturaliter superiorem comprehendere. Vide V.Angelus Vtrũ vna creatuta possit cõprehendi ab alia. 285. nu.89. & 289. nu.96. Comprehensio quot modis dicatur.285.nu.90.& 287. nu.94. Est cognitio rei secundum omnem rationem. 288. nu.95.de comprehensione,quę est dos. vide.v.dotes.

Conclusio.

EOdem actu possumus assentiri præmissis, & conclusioni.818. nu.64. & sequentib. restringitur ad cognitionem relatiuam conclusionis, & principij.522. colum.2. & 523.col.1. nu.73.

Concupiscentia.

COncupiscentia concomitans, vt sic, non auget,nec minuit voluntarium,nec liberum.714. nu.43. Concupiscentia consequens, vt sic nec auget,nec minuit voluntarium.Ibidem. Concupiscentia antecedens minuit liberum.ibidem.nu 47. auget tamen voluntarium. nu.49. Concupiscentia antecedens quatenus minuit liberum minuit peccatum. 755. num.50. Quæ ex concupiscentia fiunt,non sunt inuoluntaria secundum quid,sicut quæ ex metu fiunt.756. nu.53.

Conditio.

QVæ conditio ad agendum suppleri à Deo non potest. 57. nu.8. indubio melior est conditio possidentis,quomodo intelligatur vide.v.dubium &. v. possessio.

Confessio,& Confessarius.

VIde Verbum.Peccatum. Non sufficit confiteri peccatum internũ,sed necesse est confiteri externum,etiam si nullam addat malitiam interno. 1063.nu.45. Pollutio,homicidiũ, vel alij effectus sequuti post reuocationem, vel pœnitentiã datę causę,non sunt necessario confitendi.1168.nu.59. & 60. Circunstantia agendi contra conscientiam veram,vel erroneam non est necessario confitenda.1186. nu 28. Nec circunstantia agendi,ex ignorantia,seu conscientia erronea,culpabili.Ibidem. Circunstantię extenuantes nõ sunt necessario cõfitendę.Ibidem. Qui dubitat an aliquid peccatum mortale comiserit, vel omiserit inconfessione, tenetur illud confiteri,si potest sine magno incomodo.1201.nu.60. Confessarius tenetur absoluere pœnitentẽ contra propriam opinionem etiã pro babiliorem quando pœnitens vult sequi contrariam,siue confessarius sit ordinarius,siue delegatus.1206. nu.69. & latius.1210. num.79. & seqq. si Confessarius sit proprius, tenetur audire eius confessionem, alienus vero non : Vterque tamen peccat mortaliter si audita confessione, negat illi absolutionem. 1211. num. 83.

Potest confessarius, vel alius consilium dare alteri vt sequatur opinionem aliorum, quæ ipsi magis fauet, vel vt consulat eos qui eam tenẽt. 1212. n 84. Quo modo possit, vel non possit obligare pœnitentem ad restituendum iuxta propriam opinionem, quando sunt alij incontrarium. Ibidem. n. 85. & 1215. nu. 94. An possit vti materia, forma, & iurisdictione dubia. 1208. nu. 86. & seqq. Vide. V. Opinio. V. conscientia. V. sacramentum.

Coniunx.

VIde matrimonium.

Conscientia.

DE conscientia qui tractent. 1172. nu. 1. Conscientia ad intellectum pertinet. 1173. num 4. Proprius, & frequentius conscientia actum significat. 1174. nu. 5. Sola cognitio bene aut male actorum aut agendorum est conscientia. nu. 6. contra conscientiam contingit agere. 1175. nu. 7. Quem habitum generat. nu. 8. conscientiæ diuisiones. 1176. nu. 9. & seqq. quid conscientia certa, opinatiua dubia, & scrupulosa. 1178. num 12. Non licet à conscientia discordare. 1178. num. 13. est quippe lex. 1179. numer. 13. Etiam est illicitum à conscientia erronea. discordare 1180. num. 16. tenemur conformari conscientiæ erroneæ inuincibili. 1182. nume. 18. & talis conformatio est bona 1183. nu. mzo. Qui ex conscientia erronea inuincibili iudicat aliquid esse indifferens in indiuiduo, illud faciendo bene moraliter agit. num. 21. Et conformari conscientiæ erroneę vincibili quãdiu vincibilis est, & ab illa discordare peccatum est. 1184. nu 23. & seqq. Tunc sequi conscientiam nulla ex parte est bonum. 1185. nu. 26. & 1190. n. 35. In ea perplexitate, an sit deterius sequi conscientiam, quam abea discordare nulla regula generali definiri potest. 1185. nu. 27. agere contra conscięntiam est intrinsece malum, & indispensabile. n. 28. circunstantia agendi contra conscientiam in eo qui habuit conscientiam erroneam, non est necessario confitenda. Qui peccare contra conscientiã veram, & erroneam eiusdem speciei, & grauitatis sunt 1186. nu 28. circunstantia agendi ex conscientia erronea, quia extenuat, non est necessario confitenda. Ibidem. Agere contra conscientiam præteritam non est per se malum, imo interdum laudabile. nu. 29. Quid sit conscientiam deponere. 1187. nu. 30. quo præcepto teneamur conformari conscientiæ. nu 31. conscientia erronea est quodã modo lex. Ibidem, & nu 32. furari contra conscięntiam veram non habet duas deformitates, vnam contra præceptum non furandi, aliam contra præceptum non discordandi à conscientia. nu. 31. discordare à conscientia siue vera, siue erronea semper est in aliqua specie peccati opposita alicui speciali virtuti, saltem quando actus versatur circa particulare obiectum. 1188. n. 32. Velle facere aliquid, quod conscientia dictat, esse malum, abstrahendo à mortali, & veniali, non est mortale per se, & secluso periculo cadendi in mortale. Ibidem. num. 33 Agere contra conscientiam erroneam dictantem esse leui pœna dignum, quod inse, vt graue apprehenditur, mortale est. 1189. colu. 1. Quando conscientia propria magis obliget quam præceptum superioris. col. 1. &. 2. Qui occidit, verbi gratia, cõtra conscientiam, non oportet, vt exprimat in confessione, se egisse contra conscientiam, vel quia id licet aggrauet notabiliter, iam præsumit confessarius, vel potius quia peccare scienter vere non aggrauat notabiliter. 1186. nume. 28. & 1190 nume. 35. Actus procedens ex ignorantia culpabili, non negligentia, præterita, sed præsenti, non est modo culpabilis: sed bonus saltem non habet malitiam distinctam ab ea, quę fuit in præterita negligencia. 1190. nu. 36. Non potest Deus specialiter mouere ad mentiendum, & similia cum ex conscientia erronea inuincibili bene aut etiam obligatorie fieri possunt 1191. 37. Ad honestatem actus non requiritur conscientia vera, sed sufficit erronea inculpabis. 1191. 38. Nec requiritur vlla certitudo proprie dicta, etiam practica, sed sufficit cognitio opinatiua, & formidolosa. 1192. & seqq. Per se non licet sequi opinionem improbabilem, aut cuius probabilitas est ita dubia, vt homo nullum iudicium habeat de probabilitate illius. 1194. 44. ante factam diligentiam sequi in praxi opinionem, quę iudicatur probabilis, cum formidine, an forte sit peccatum, est malum. Ibid. licitum est sequi opinionem saltem probabiliorem periculosam, quãdo æquale, vel fere æquale periculum est in contraria ibidem. non solum est licitum sequi opinionem minus tutam, cum est probabilior, sed etiam, cum est æque probabilis 1197 nu 51. & seqq. modo sit ad hoc aliqua vrgens causa. 1199. n. 55. & 56. imo etiam est licitum ex causa sequi opinionẽ minus probabilem, & minus tutam. 1204. nu. 66. quando vero fieri commode potest tutior opinio se quanda est. 1206. nu. 70. quam opinionem sequi in praxi debeat homo illitetatus. 1208. nu 74. Subditus contra propriam opinionem potest, & debet obedire prælato iuxta contrariam opinionem prę cipienti, si inde nullam notabile incommodum sibi vel alteri immineat. 1209. nume. 75. & sequent.

Consensus.

VAriæ huius nominis significationes 949. n 64. à nobis accipitur, vt est actus voluntatis conformantis se intellectui. Ibi. consensus aliquis est electio licet non omnis. 950. nu. 67. quomodo consensus in actum pertineat ad rationem superiorem consensus vero in delectationem ad rationem inferiorem. 951. nu. 68. & seqq.

Consilium.

OMne consilium proprie dictum est actus elicitus intellectus. 969. n. 2 & est inquisitio. Ibid. non tamen quæcumque inquisitio est consilium, sed practica, & de rebus agendis. Ibid. nu. 3 quam vis non raro vsurpetur pro iudicio elicito percõsultationem imo interdum sumitur pro solo iudicio de agendis, licet ex inquisitione non procedat. & sic tribuitur Deo. 969. nu. 3 consiliũ non est de necessarijs, sed de cõtingẽtibus. 970. n. 4. Actus quo concludimus consilium, & resoluimus quid agendum sit, aliquãdo cadit formaliter super prę missas, & consequentiam. Ibid. consilium sumptũ in aliqua ex tribus acceptionibus est necessariũ ad electio-

electionem.970.num 4. non in omni electione est formaliter consilium,loquendo de consilio includente, vel supponente inquisitionem. Ibid.num.5. de fine vt finis est non solet esse consilium. Ibidē. nú.6.de fine vt medium ad consequendum alium finem, vel quatenus nocere potest ad consecutionem alterius finis, aliquando est consilium. 971. nu.7. In consilio procedimus ordine resolutorio. Ibid. nu.8. consilium non procedit in infinitum. 972. nu.9.insensu interno præsertim bruti nullū est consilium. Ibid.nu.10 consilium sumptum pro sola inquisitione est actus intellectus distinctus ab omni iudicio.973.nu.11.volenti comitere aliquid de duobus malis licite consilium datur deminori Ibid. nu.12.

Contractus.

COntractus metu facti quomodo,& quo iure invalidi vide.V. metus,de effectus vero per errorem,dolum,vel ignorantiam vide his verbis.

Contraria.

ACtus contrarij,an de potentia absoluta possint esse simul.114.28.

Creatura.

QVomodo sit vltimus finis. peccatoris.113. 26. & eius qui peccat venialiter. 114. 27. non est beatitudo obiectiua hominis.141.28.aliquæ creaturæ videntur in verbo. 257. 37. oppositum ab errore defenditur. 258. 37. creaturæ secundum proprias rationes cognoscuntur in Deo matutina cognitione. 258. 38.& 261.43. creaturæ,vt obiectiue sunt in rationibus æternis, non sunt Deus, licet id,per quod dicūtur esse in illis,sit Deus.262. 44. creaturas cognoscit Deus inse ipso tanquam in causa,ibidem. nu.45. creaturæ, vt cognitæ à Deo,terminant eius relationem transcendentalē, ibidem. Creaturarum in individuo ideæ dantur in Deo,ibidem: reuelatio creaturæ non sufficit,vt ea proprie in Deo videri dicatur.265.nu.49. creaturę omnes possibiles non necessario videntur in Deo imo nec videri possunt.265.n.51. nec omnes species substantiales possibiles de potentia absoluta,ibidem. Bene tamen possibilis de potentia ordinaria.266.nu.52.cur hæ potius quam illę in Deo videantur.266. 54. non æque primo videntur, ac Deus per visionem beatificam.267. 55. quomodo videantur creaturę in Deo, vt in causa. 270. 63. quomodo videatur Deus priusquam creaturę in ipso.270.n.62.nō videntur necessario in Deo omnes creaturę possibiles vide.Beati. quid addat visio creaturarū in Deo ad visionem Dei,& visio vnius creaturę ad visionē alterius.274.74.si infinitę creaturę possunt videri in verbo,probabile est posse videri omnes possibiles. 278. 78. probabilius tamen est non posse videri omnia possibilia, ibidem. Creaturam non posse Deum comprehendere fidei dogma est. vide Beati. vtrum valeat creatura cōprehendi.285. 89. &.289. 96. implicat creaturas omnes possibiles secundū omnē rationē ab intellectu creato in verbo videri.289.n.99.imo neq. quoad aliquas earum omnium rationes, 290. 101: Vtrum omnes creaturę quę continentur eminenter in Deo,possint cognosci simul in proprio genere ab intellectu creato. 292. 105.nequeunt infinitæ creaturę simul,& distincte videri ab intellectu creato. Vide infinitum. multæ creaturæ in Deo nequeunt attingi per indiuisibilem gradum visionis. Vide visio beatifica. Ad videndas multas creaturas numero tantum distinctas maius requiritur Lumen, quam ad videndam vnam tantum. 299.107. Creaturę capacitas,& potentia est finita. 298. 116. quælibet creatura rationalis est capax maioris gratię,& visionis in infinitum. 304.127.

Dæmones.

DÆmones numquā habuerunt cognitionē matutinam etiam ex mente Augustin.265. 49.

Damnatio, damnatus.

AN in damnatis sit aliqua tristitia de malis nostris.426. nu. 71.

Debitum.

QVando in dubio matrimonij coniuges possint aut debeant petere,aut reddere. Vide.V.matrimonium.

Delectatio.

DElectatio de re ignota esse nequit. 576. Non esse de essentia beatitudinis est probabile.184. 50.de orta ex amore concupiscentię probatur eodem numero,& seq..51.& pag.186.de orta ex amore amicitiæ Dei probatur. 185. nu.52. Hoc est D. Thomę conformius. 186. nu.52.delectatio erit in patria.410. nu.20. necessario consequitur visionē Dei.411.nu. 21.sed de potentia absoluta posset non consequi ibid. eodem habitu, quo diligimus beatitudinem,de ea delectamur.ibid.nu.22 An eodē actu delectemur de bonis Dei intrinsecis,& extrinsecis.ibid.nu.23.an delectatio beatifica sit variabilis.412.nu.25.etiam in via D. Tho.defendi posset,delectationem non fieri mediate ab appetitu. 413 nu.30. probabilius tamen est oppositum de quacumque delectatione.412. nu.29.413 num.31. Quid de hac retenserit Arist.414.nu.32. & seqq. an secundum tenentes,non fieri immediate ab appetitu, dicendum sit fieri mediante aliquo actu ipsius.416.nu.37. delectatio beatifica ab amore distinguitur 416.nu 38.& seqq. non tamen à fruitione,& gaudio.421.nu.54.&. 55. delectatio appetitus sensitiui non est proprie,& stricte gaudiū 421.nu.55. delectatio beatifica habet pro obiecto immediato Deum, & non tantum visionem Dei. 421.nu. 58. an delectio beatifica sit delectatio de se ipsa.423.nu.63. Beatus non potest de visione nō cognita dectari.44. num.64. an delectatio beati sequens amorem concupiscentię sit supernaturalis quod substantiam.424.nu.65. an amor concupiscentiæ, & delectatio illum consequens in patria eliciantur ab aliquo habitu, & quis ille sit 424. nu 66. vniuersim nec delectatio est nobilior operatione de qua sumitur, nec econtra. 444. nu.22. & seqq. an delectatio sit de se bona, & expetibilis.445. num.99.& seqq. an licite possit appeti propter se aliqua delectatio corporea.446.nn.37. an delectatio proprie dicta sit perfectior amore, quem consequitur.446.nu.38. Alia de delectatione,&

ne,& voluptate. vide V. Beatitudo,& de delectatione,quę est passio appetitus sensitiui. Vide. V. Passiones animæ.

Deliberatio.

NON deliberantes,non agunt libere. 33. nu.8 & seq. motus deliberati a voluntate effectiue procedunt.35 nu.10.

Desiderium.

VIde. V. Passiones animæ,&. V. Deus.

Desperatio.

VIde. V. Passiones animę.

Deus & essentia Diuina.

DEus speciatim est finis vltimus simpliciter omnium iustorum 106. 9. Vide. v. finis. Implicat videri essentiam diuinam non visis personis, vel vnam personam nō visa alia saltem materialiter. 249. 24. De potentia absoluta, & sine miraculo potest videri essentia diuina non visa vlla persona,& vna persona non visa alia formaliter,& secundum propriam rationem.252.nu.26. Vnum attributum diuinum sic etiam videri posse sine alio & essentiam sine attributis. Vide. V attributum, & v. visio. De distinctione essentię a personis,seu relationibus.51. nu 34. Deus cognoscit creaturas in seipso tanquam in causa.262. 45. Deus vt intelligens creaturas,dicit ordinem transcendentalem ad illas ibidem. In Deo sunt ideę indiuiduorum ibidem. Deus est voluntarium speculum creaturarum.264 48 à creatura comprehendi dicere hæreticum est. Ibid & 278. num.79.& 279. num 81. in Deo non necessario videntur omnes creaturæ possibiles,imo nec videri possunt 265 nu.51. nec omnes species substantiales possibiles de potentia absoluta,ibid.52. videri tamen possunt possibiles de potentia ordinaria.266. 52. essentia diuina relatione reali transcendentali respicit creaturas, vt possibiles 266.52. Si non essent possibiles creaturæ,aliter se haberet Deus in se,ibid.53. essentia diuina non est proprie species intelligibilis, supplere tamen potest omnem speciem creatam, media sua omnipotentia. 268. 58. Quomodo diuina essentia sit obiectum primarium visionis. 269.60. Quomodo speculum voluntarium in quo creaturæ videntur,ibid. An cognoscatur prius diuina essentia,quam creaturæ in ipsa.270.62. Quomodo creaturæ videntur in Deo,vt in causa,ibidē.63. Quid addit visio creaturarum in Deo ad visionem Dei & an visio beatifica sit diuisibilis in partes quarum vna pertineat ad Deum alia ad creaturas,271. n.64 & seqq. Vide alia. v. creatura. An omnia quę continentur eminenter in Deo possint cognosci in proprio genere. 292. nu.105. scientia visionis Dei an comprehendatur,vel comprehendi possit. 296 111 in Deo nequeunt attingi multæ creaturæ per eundem gradum indiuisibilem visionis. Vide visio beatifica. Dei scientiam, & prouidentiam circa omnia particularia nouit Arist.53.num.81. si non viderentur in Deo omnes creaturæ secundū omnes rationes,licet videretur secundum aliquas, non comprehenderetur Deus.290.99. In Deo nulla tristitia esse potest.426,n.70. in Deo est libertas 654. nu.74.& seqq. Actus liberi Dei quid addunt necessariis. 661. 86. & seqq. nulla creatura potest agere sine actuali concursu Dei. 879. 9.& seqq. Deus mouere specialiter non potest ad mētiendum & similia,etiam cum ex conscientia erronea bene aut etiā obligatorie fiunt 1191. 37. Quādo voluntas, vel alia creatura producit suos naturales effectus, nil præuium necesse est recipere à Deo.686. 24.& seqq. in Dei volūtate sunt actus conditionati.911. nu.8. & desideria. 912. num.10. Qui affectus similes passionibus sint proprie in Deo.1276. 13. & seqq. An Deus amet creaturas amore concupiscentiæ aut benevolentiæ. 1290. num.25.

Differentiæ.

DIfferentiæ plures inadæquatę possunt esse in eadem re.8. 26. differentiæ indiuiduales sunt æquales in perfectione. 258. 115.

Dilectio. Vide Amor.

Dispensatio.

EX causa licitum est vti dispensatione dubia seu tantum probabili.1201. 60.

Diuitiæ.

QVomodo ad beatitudinē pertineant, vide. v. Beatitudo. Appetitus diuitiarum an & quomodo infinitus.134. 15. Diuitię naturales, & artificiales,ibid. Diuites saluari posse est de fide.132. num.12.

Dolor. Vide. V. passiones animæ.

Dolus.

DOlus grauis iniuste incussus dans causam contractui bonæ fidei, vel stricti iuris irritat illū ex natura rei. 771. nu.42. & seqq.& 776.num.55. licet aliquo modo valere sit probabile eodē n.55. Quid quando quis non est deceptus a contrahente cum illo, sed ab alio, vel propria opinione, ibidem.

Donatio.

QVando ex metu ignorantia, vel errore fit, nulla vide. v. dolus, contractus, metus, ignorantia.

Donum.

DOna. S. S. etiam quoad exercitum manent in beatis.436. nu.100.

Dotes corporis,& animæ.

QVid dos. 440. nu.1. Dotes non sunt omnino proprie in Christo,& Angelis beatis,ibidem. num.2. Non sunt habitus,sed actus. nu.4.& seqq. sunt tres,visio comprehensio, & delectatio.441. nu.7. & seqq. quid comprehensionis nomine intelligatur.442.13.& seqq. Quatuor sunt dotes corporis gloriosi claritas,impassibilitas,agilitas, & sub-

& subtilitas. 601. nu.120. & seqq. Qualis erit illa claritas. 604. nu.126. & seqq. impossibilitas futura ab intrinseco 610. nu.137. & seqq. Hac dote nõ impeditur omnis actio primarũ qualitatum: sed læsiua tantum. 613. 145. & seqq. Hæc dos non erit maior intensiue in vno quam in alio beato. 614. num.147. Qualis erit agilitas in corporibus glorioſis. 614. nu.148. & seqq. An subito peragilitatem beatus moueri possit. 619 nu.157. & seqq. De doce subtilitatis. 620. nu.161. & seqq.

Dubium.

QVid conscientia dubia. 1178. num 12. & 1229. nu.138. & seqq. Vbi explicatur quid sit dubium, proprie, & late dictum, iuris, & facti, practicum, & speculatiuum, cõplete, & incomplete practicum. Contra dubium speculatiuum, seu facti etiam stricte sumptum, operari licet. 1230. n.142. In dubio practico, seu iuris stricte sumpto excludente omnem assensum veritatis, & probabilitatis de honestate actus, nullo modo licet operari; ibid. nu.143. vt quis recte operetur non requiritur iudicium practicum proprie certum de honestate actus. 1231 n.144. in dubio directo, quando vtraq pars est æque periculosa, quælibet potest eligi, & quãdo inæqualiter, que minus periculosa est. n.145. imo licitum erit sequi partẽ minus tutã, modo id fiat ex causa. 1232. n.146. quomodo intelligatur, in dubio tutior pars sequenda, ibidem. 1193 nu.42. Quando dubium directum est remissum, seu leuibus rationibus nitens, licitum est partem minus tutam eligere. 1232. nu.147. regulariter in dubio probabili iuris tutior pars necessario sequẽda. 1233. nu.152. excipe dubium iuris de irregularitate. 1234. nu.153. intellige facto examine, & nõ inuenta expresse in iure irregularitate pro tali delicto. 1236. nu.164. & seqq. Per accidens ad euitandum magnum incommodum proprium, vel alienũ licitum est sequi partem minus tutam. 1234. num. 154 In dubio melior est conditio possidentis intelligitur non solũ in materia iustitiæ, sed in alijs, & in dubio iuris de irregularitate, ibid. & 1237. nu.165. & 166. & 1238. num.168. siue dubium sit suspensionis siue opinionis, ibidem. In dubio iuris de irregularitate etiam ante examẽ sufficiens potest quis ad vitandum magnum incommodum non gerere se vt irregularem. 1238. nu.269. quid agendum quando dubitatur an lex aliqua sit vsu recepta, ibidem. In dubio facti tutior pars sequẽda circa irregularitatem, non celebrando (licet nõ sit censendus irregularis quoad alias pœnas) 1206. nu.70. & 1239. nu.170. & seqq. Quod etiam est verum in alijs materijs cum fine magna in commoditate fieri potest. 1240. 176. & latius. 1297. nu.249. & seqq. in dubio homicidij etiam ante sententiam censendus est homo irregularis. 1241 nu. 177. in dubio de impedimento matrimonij an licitum, vel obligatorium sit reddere, aut petere vide. v. matrimonium. In dubio an quis sit legitimus, l. illegitimus spurius, vel naturalis quid faciendum vide. v. filius. In dubio de iustitia belli quid facturi milites, & quid principes contendentes de re aliqua, cequa est dubiũ, ad quẽ pertineat vide. bellum. De dubio voti vide. v. votum. Vide alia verbo possessio. v. testis. v. reus. v. iudex. v. aduocatus, confessarius. v. filius. v. Sacramentum. v. matrimonium. v. filius. v. obedientia, &. v. votum.

Duratio.

DVratio cuiuscumque creaturæ est vere, & in se successiua atque ex diuersis partibus successiuis composita. 1035. nu.122. Duratio actus auget eius bonitatem, & alia de duratione. Vide. v. bonitas, &. v. circunstantia.

Ebrietas, & ebrij.

IN ebrijs non est libertas. Vide. v. amentes, de quibus eadem est ratio, an facta in ebrietate sint peccata, & necessario confitenda. Vide verbo, confessio.

Electio, & eligibile.

ELectio medij ob finem est simplex. 917. 17. electio est actus voluntatis 917. num.18. probabile est, intrinsece connotare aliquid intellectus. 918. nu.19 quamuis oppositum defendi possit, ibidem. & 921. n.20. electio non conuenit brutis. 922. n.21. & 22. electio non est de fine secundũ se. 923. n.234 & seqq. & 924. n.24. est tamẽ electio aliquomodo etiã de fine collato alteri fini, ibid. electio tantum est eorum, quæ per nos aguntur. 925. num. 25. & possibilium. nu.26. de impossibilitam perse, quam peraccidens potest esse simplex volũtas absoluta; non tamen voluntas efficax nisi condicionata. 927 nu.30. & seqq. nulla voluntas rei impossibilis est proprie electio, & intentio. 929. num.33. electio semper est actus liber quoad exercitium, vel specificationem. 933. colu.1. non omnis electio est libera quoad specificationem, ita vt mediũ quod eligitur possit actu positiuo, rebus sic dispositis repudiari, ibidem supposita intentione finis non potest voluntas non velle medium, quod necessarium iudicatur ad talem finem. 934. per totam pag. & 935. nu 39. ponitur moderatio huius doctrinæ. nu.40. non solum post eligi æquale, sed etiam minus bonum iudicatum tale. 941. nu.49. & seqq. voluntas potest eligere quod æque, vel minus efficaciter ei ab intellectu proponatur. 946. nu.58. & seqq.

Eleemosyna.

ELeemosyna data per errorem, vel ignorantiam quando sit nulla, vide verbo ignorantia.

Emptor.

VIde. v. Possessio.

Error.

AN errore facta valeant, vide. v. ignorantia & v. dolus. An error sit, vel possit esse in Beatis, Vide. v. Beatitudo. An fuerit in Adam. V. Adam.

Essentia.

ESsentia diuina relatione transcendentali respicit creaturas, vt possibiles. 266. nu.52. essentia diuina non est proprie species intelligibilis. 268. num 58.

Eucharistia.

ACtio conuersiua panis in corpus Christi non est conseruatiua. 19. nu.15. qui dubitat, an sit elapsa

elapsa hora noctis.12. & tunc comedit, aut bibit, non potest sequenti die eucharistiã sumere.1260. num.263.idemest cum opinatur elapsã esse.1261. nu.264.

Excommunicatio.

EX opere secuto post reuocationẽ volũtatis excõmunicatio incurritur.1168.n.57.sed si fiat a mãdatario,postquam ipse scit,sibi reuocatũ mandatum, non incurrit excommunicationem mandator.1bid.n.58.si quis dubitat, an sit excõmunicatus, teneturante obtentam absolutionẽ,si commode potestabstinere à celebratione.1201.n. 60.

Existentia.

EXistentia non est de formalissima ratione diuinę essentiæ,bene tamẽ necessitas existẽdi.223. nu.32.

Fama.

IN fama non consistit beatitudo. Vide. V.beatitudo.

Fides.

FIdes hominũ & Angelorũ est eiusdem speciei 229.35.fidei correspondet visio in patria.263. 46.per fidem cognoscitur Deus relatus ad creaturas ibidem.Angeli Adã,Apostoli,& Prophetæ,de rebus fidei an habuerint euidentiã in attestante 397.num.26.fide charitas perfectior etiam in esse naturæ,nec manet in beatis actu aut habitu, quamuis vtroque modo in illis esse posset de potentia absoluta, vide V.beatitudo.

Filius.

IN dubio an aliquis sit filius prioris vel posteriõris mariti,iudicandum est esse filium eius, in cuius domo natus, est 1255.num.245.Quibus signis cognoscatur aliquem esse legitimum vel spuriũ 1256.num.146.in dubio filius iudicandus legitimos etiam contra alios fratres iam existentes in possessione.1256.num. 145. quando est dubium quis duorum sit pater alicuius illegittmi, quid facere ipsi aut mater teneatur.ibidem num.247. &.248.

Finis.

FInis alter,cuius,alter,cui,14 1.Solus finis,cuius est finis proprie 16,6.variẽ diuisiones finis.18. estproprie causa.21.3 Nõ refertur relatione reali ad suum effectum.22 5.nec effectus ad ipsum. nu. 6.bene tamen transcendentali. num. 7.&. 8. eius causalitas consistit in actu voluntatis cum dependentia ab ipso.25.17.causalitas finis non est in ipso sed in volũtate.251.18.& differt ex natura rei ab actu volũtatis.26.19.& nõ dependet â fine media alia causalitate.27.21.assecutio finis, quando est actio,vere est propter finem,40.32. effectus, qui præter intentionem nostram resultant ex actibus nostris elicitis vel imperatis,nõ sunt propter finem.40.33.actus electionis etiam quando tãtum ast elicitus,est propter finem.40.34. amor & intentio finis est vere effectus finis & propter finem.41.36.Delectatio gaudium, seu fruitio finis iam adepti est propter finem,& à fine ipso in genere causæ finalis.42.4 odium fuga, & tristitia sunt propter finẽ 43 num.44.omnis actio humana est propter finem 43.num.45. Quomodo finis sit prior in causando 44.48.prior in intentione quam in execution ibid.51 non est adęquatũ obiectum voluntatis.88.32.omnis finis proprie dictus,qui propter se amatur est vltimus in sua serie 101.1.non datur processus infinitus in finibus 102.4.quid sit finis simpliciter vltimus.103.5 finis simpliciter vltimus.cui,est Deus.104.6 idem est finis vltimus cuius gratia sui,& omnium creaturarum,105.num.7. finis vltimus, & generalis omnium hominum Deus est peculiari ratione.105.8.vt fines particulares appetantur,non opus est,generalem prius appeti 107.11.plures fines vltimi secundum quid possunt simul haberi ab eodem homine 109.15 & seqq. vltimus finis hominis potest consistere in multis rebus.110.22. non possunt esse duo fines vltimi eiusdẽ hominis actu intenti per modum vltimorum finium .111. 24.& seqq. finis simpliciter vltimus debet esse dignus,in quem omnia referuntur.104.n5.subiectũ perficiendum à fine est propter finem. 44.n.47. actiones Dei an sint propter finem 44.num 52.& seqq.finis,etiam de potentia absoluta,non potest causare,nisi cognitus.54.1.& seqq.bonitas est fini ratio causandi finaliter,cognitio autem tantũ est conditio.70.36 & seqq.an causa finalis sit prior cęteris inperfectione.74.50.an ordine perfectionis finis sit prior eo,quod est ad finem .75. in princ.an malum vel indifferens possit esse finis. 75.1.&seqq.Deus speciatim est finis vltimus,omnium iustorũ.106.9.quomodo fines particulares sine vltimo amari non possint.107. 12. quomodo boni & mali in fine vltimo differant.108.num.14 qomodo peccans mortaliter, constituit vltimum finem in creatura.114.n.27. si potest homo de potentia absoluta habere simul duos actus cõtrarios,potest habere simul duos fines simpliciter vltimos.114.28.an plura possint disiunctim appeti vt fines simpliciter vltimi.173.nu.50.& seqq. ex intentione finis simpliciter vltimi non est necesse reliquas intentiones procedere.125.n.56. quibus modis possit homo operari propter finem.125 num.57.prȩceptum est referendi actum alioqui indifferentem, in honestum finem 1127 num. 21. &.22.ad quam speciẽ vitij spectet violatio huius prȩcepti. Ibidem præceptum hoc solum obligat sub veniali. Ibidem An bruta agant propter finẽ & in illud moueãt se,& cognoscãt proportionem medij cum fine,& eodem actu appetant medium & finem vide.V.Brutum.Quomodo finis sit circunstantia actuũ humanorum externorum & internorum, & quomodo illis conferat bonitatem & malitiam.Vide.V.bonitas &.V.malitia.

Fortuna.

QVomodo aliquis bene aut male fortunatus 811.num 54.& seqq.

Fructus Spiritus sancti.

Quid

QVid sint & an sint in beatis. 458. n. 76.

Fruitio.

FOrmalis fruitio essentiæ diuinæ dari potest sine fruitione formali personarum, & fruitio vnius personæ sine fruitione alterius de potentia absoluta. 258. 36. & 967. n. 107. An peccans veraliter fruatur vel vtatur creatura. 112. nu. 49. fruitio aliquando sumitur pro adeptione fructus amati, & tunc non est actus elicitus voluntatis, sed quasi elicitus, quia illam denominat fruentem. Aliquando vero sumitur pro delectatione, & ambę acceptiones æque principales, aut. 2. principalior. 961. n. 94. & seqq. Nunquam fruitio sumitur pro amore ibi n. 96. cur D. Th. prius egerit de fruitione, quã de intentione. 964. nu. 101. Proprie non conuenit brutis n. 102. Proprie non est de medijs, sed de fine etiam non simpliciter vltimo. 964. n. 103. tã finis qui, quã, quo est obiectũ fruitionis. 964. n. 104. de fine non habito in re, sed in spe potest aliquo modo esse fruitio. 965. n. 105. & seq. fruitio Dei habita in re & in spe forte est eiusdem speciei, ibid. Fruitio Dei sumpta pro delectatione de bonis Dei est eiusdem rationis in via & in patria, sicut & amor Dei, ex quo oritur ibi. n. 106. dari potest actus medius inter fruitionem & vsum sumendo fruitionem pro affectu erga finem; vsum vero pro affectu erga medium. 967. n. 108. seqq. omnis peccas fruitur aliquo modo creatura. 98. n. 85.

Furor.

FVror in Deo tantum est metaphorice. 1345. n. 147.

Gaudium.

GAudium ex charitate ortum est de essentia beatitudinis præsentis. 193. 66. vide. V. delectatio & v. fruitio.

Gloria.

IN gloria apud Deum non consistit formaliter beatitudo. 137. 22. nec in gloria apud homines. Vide. v. beatitudo. Quid gloria, & quomodo distinguatur ab honore & fama. 134. n. 17.

Gratia.

GRatia vnionis non est pars beatitudinis animæ Christi. 159. 23. nulli creaturæ potest esse connaturalis. 214. 19. in gratia habituali non consistit principaliter beatitudo. 156. n. 17. est tamen de integritate substantiali beatitudinis. 159. nu. 22. a quo fit vltima dispositio ad gratiam. 356. n. 68.

Gratitudo.

NON in omni peccato est specialis malitia ingratitudinis. 1057. n. 82. & seq.

Habitus.

HAbitus gratiæ non est de essentia beatitudinis, bene tamen de eius substantia. 159. 22. habitus infusi sunt magis supernaturales, quam ipsorum actus. 162. n. 30. quare actus naturales nõ producunt habitus supernaturales ibi. in habitu operatiuo nullo modo consistit beatitudo. 158. n. 27. an aliquis habitus sit essentialiter malus. 80. n. 12. habitus minuit liberum. 758. n. 56. idem est de quocumq; naturali vel supernaturali inclinante voluntatem ad operandum ibi. Quomodo habitus virtutis dicat ordinem ad actum moraliter bonũ. 1018. n. 47 habitus boni & mali sępe eliciunt actus necessarios, ibidem. Aliquibus actibus bonis vel malis non generatur habitus vitiosus, neq. studiosus. 1128. n. 22. quem habitum generet conscientia. 1175 n. 8. deterius se habet potẽtia cum habitu vitioso, quam sine studioso & vitioso. 1050. n. 64. & seq.

Hieronymus.

AN in hac vita viderit diuinam essentiam vide v. visio.

Homicidium.

DVbius de homicidio an gere se debeat, vt irregularem vide. v. dubium.

Honor.

QVid sit. 134. 17. non consistit in eo beatitudo. 135. 17. & 18. Quomodo virtutis præmium. 137. 21. non est propter se expetendus ibidem.

Humilitas.

NON in omni peccato est specialis malitia contra humilitatem. 1057. n. 83.

Idea.

IDeę individuorum dantur in Deo. 263. 44. & 272. num. 66.

Ignorantia, & inconsideratio.

DIuisio ignorantiæ in antecedentem consequẽtem & comitantem explicatur. 799. num. 1. & seqq. diuisio ignorantiæ in voluntariam, & in voluntariam, seu consequentem, & non consequentem ibid. n. 4. diuisio ignorantiæ in culpabilem & inculpabilem. 760. n. 5. diuisio ignorantiæ consequentis seu voluntarie in affectatam & negligentem ibi n. 6. diuisio ignorantiæ in uincibilem, & non vincibilem ibid. num. 7. quid requiratur, vt ignorantia sit inuincibilis. 761. num. 8. diuisio in ignorantiam iuris & facti, & in ignorãtiam negationis, & prauæ dispositionis ibid. num. 9. actus factus ex ignorantia est simpliciter voluntarius. 762. num. 11. licet interpretatiue sit in voluntarius. 763. num. 13. omnis ignorantia causat inuoluntarium negatiue respectu condicionis ignoratæ ibid. num. 14. ignorantia etiam prauæ dispositionis circa historias aliquas contentas in scriptura aliquando non est peccatum mortale, etiam si sit aliquo modo voluntaria. 703. nu. 15. si ignorantia concomitans, nec sit voluntaria, nec culpabilis, causat inuoluntariũ negatiue licet non contrarie. 763. num. 16. & seqq. si vero fuerit voluntaria, & culpabilis, actus cum ea factus erit voluntarius & culpabilis. 764. n. 19. ondatio eleemosynæ ab eo qui errat existimando aliquem esse pauperem, qui est dives, valida sit. 765. num. 24. aliquid

aliquid est esse inconsideratum voluntarie præsenti voluntate formali, vel interpretatiua. 767. nu. 28. & seqq. non potest dari vniuersalis inconsideratio voluntaria præsenti voluntate formali, vel interpretatiua. 768. n 31. aliqua inconsideratio est voluntaria actu positiuo: aliqua vero solum omissiue, ibid. n. 32. malitia obiecti non imputatur ad culpam nisi sit cognita, vel in dubium reuocata, vel culpabiliter inconsiderata, ibid. nu. 33. quę inconsideratio erit culpabilis. 769. n. 34. & 35. facta ex ignorãtia, vel inconsideratione affectata ex affectu liberius peccandi deteriora sunt quam si scienter fiant 770. n. 40. secus si ignorantia sit ex affectu alterius finis non mali, ibidem. ignorantia, seu error circa substantiã cõtractus irritat illũ 770. nu. 41. idem si sit circa conditiones accidentales graues, si sit ab alio directe inductus adextor quendam consensum, præterquam in contractu matrim. 771. nu. 42. & seqq quando eleemosyna, vel donatio ex errore facta sit nulla. 773. nu. 45. & 775. nu 54. quid de votis ignorantia, errore, vel dolo emissis. 773. n 46. & seqq si Episcopus ex ignorantia putans aliquem esse doctum, & probum, contulit illi beneficium, collatio est valida. 774. nu 51 error seruitutis non dirimit matrim. iure naturæ, secus error personæ: ibid. num. 52. de perpetua vero impotentia sunt opiniones, ibidem in alijs contractibus error circa substantiam irritat iure naturæ. 775. nu. 53. secus circa qualitatem. nu. 54 contractus matrimonij factus per errorem qualitatis etiam dantem causam contractui est validus iure naturæ. 776. nu 55.

Illapsus.

ILlapsus Dei in substantiam animæ fit medio accidente. 115. 10. in eo non consistit beatitudo. Vide. V. beatitudo.

Impassibilitas. Vide. V. dotes.

Impeccabilitas.

NVlli creaturæ potest esse connaturalis. 211. num. 16.

Imperium.

NON est necessarium ad actus voluntatis. 63. nu. 20. & seq. imperij variæ acceptiones. 974. nu. 13. sumptum pro actu quo quis interius dicit, fac hoc, est actus intellectus distinctus realiter ab omni iudicio. 975. nu. 17 & seqq. non est necessarium ad actus voluntatis elicitos, vel imperatos. 979. nu. 26. & seqq. probabile tamen est Deũ non posse operari ad extra sine huiusmodi imperio. 982. nu. 33. electio non necessario infert imperiũ sumptũ pro iudicio denunciatiuo ipsius. 983. n. 34. & seqq imperium exercetur, inter intellectum, & alias potentias eiusdem suppositi. 984. nu. 36. & est vtile admouendam voluntatem ibid. & 985. nu 37 imperium quomodo actus prudentiæ. 981. nu 31. & seqq. ex imperio non sequitur necessario vsus, vel executio nisi adiũctam habuerit electionem. 986. nu. 41. sed si eam non habuerit adiunctam, non erit efficax neque proprie, & simpliciter dicetur imperium, ibid. nu. 42. imperium interdum formaliter sumptum non est necessarium ad obligandum subditum. 987. nu. 44 imperium non infert necessario electionem medij, neque ex illa necessario infertur, ibid. nu. 45. imperium nõ est naturale signũ intellectionis per modum imaginis, sed argutiue, ibid. nu. 46. imperium semper est prius actu imperato, ac proinde executione, & vsu, quo voluntas vtitur potentia exequẽte, ibid. n. 47. hic vsus nõ necessario fit per actum formalem, & expressum, quo volũtas velit imperare sibi & intellectui, ibid. nu. 48. intellectus omnibus põt imperare potentijs vt faciant, & recipiãt aliquid 988. nu. 49. imperium intellectus, voluntatem nõ necessitat, sed inclinat, ibidem. sinomine imperij intelligamus expressionem desiderij, vt aliqui intelligunt, inutile est ad humanos actus, & nunquam est prius efficaci voluntate circa ipsius obiectum, ibid. num. 49. intellectus proprium actũ vtiliter imperare potest, & quando. 990. 53. intellectus ciuiliter, seu politice imperat appetitui sensitiuo & quando appetitus obediet. 991. n. 54. & seqq. idem de phantasia, seu imaginatiua, ibidem. nu. 59. Quomodo intellectus, & voluntas suo imperio possunt excitare in appetitu sensitiuo affectus erga Deum. 992 59. potentię vegetatiuę nõ subduntur perse, & immediate imperio. 992. n. 60. nec facultas vitalis quoad pulsum, secus quoad respirationem ibidẽ. membra destinata motui organico si nõ sunt male affecta, obediunt volũtati ad nutum seu despotice. 993. n. 61. membra aliqua per sympathiã mouentur localiter præter, & contra imperium rationis, & voluntatis. nu 62. pueri quãdo non possunt intellectu vti, mouentur appetitu sensitiuo, nõ imperio rationis, vel voluntatis. n. 63. aliquãdo imperio volũtatis sine appetitu sensitiuo mouentur membra. eod. n. 63. & 64. quomodo imperium, & actus imperatus sint idem actus in esse moris. 994. nu. 65. & 66. quomodo imperium se habeat ad alios actus concurrentes in aliquo negotio humano, & quem ordinem ipsi interse seruent. 995. num. 67.

Inconsideratio.

VIde. V. ignorantia.

Individuum.

IN Deo sunt ideæ individuorum. 263. nu. 44. individuales differentiæ sunt æquales. 298. 115. ad cognoscenda diuersa individua in Deo requiritur maius lumen quam ad videndum vnum. 299. nume. 117.

Infernus.

IGnis inferni non cruciat spiritus effectiue physice, sed moraliter tantum. 1005. num. 15.

Infinitum.

QVam probabile sit nec de potentia absoluta infinita posse simul distincte cognosci. 298. 108. Nequit dari infinitum etiam de potentia absoluta 297. nu. 115.

Ingratitudo.

NON in omni peccato est specialis malitia ingratitudinis.

Instinctus.

INstinctus in animali quid sit. 52. 77. aliquando fit speciebus à solo Deo productis, ibidem.

Instrumentum.

SAcramenta & humanitas Christi non sunt instrumenta physica, sed moralia ad conferẽdam gratiam, idem de igne inferni ad cruciandos spiritus. 1005. n. 15.

Intellectio, Intellectus.

INtellectio de potentia absoluta potest produci in intellectu mere passiue se habente. 161. 27. Intellectus est perfectior voluntate. 177 44. Intellectio vniuoce dicitur de naturali, & supernaturali. 228. 37. Intellectus creatus nequit comprehendere Deum. Vide Deus. Neq. cognoscere infinita simul & distincte, ibid. an intellectus hominis & Angeli differãt specie. 228. n. 36 in intellectu nõ est formaliter libertas. 686. n. 125. & seqq.

Intensio.

INtẽr gradus intensionis non est per se ordo primi, & secundi. 275. 74.

Intentio.

INtentio finis simpliciter vltimi non necessario præcedit omnes alios actus. 124. 54. etiam si contingeret intentionem beatitudinis præcedere, nõ esset necesse reliquas intentiones ex ipsa manare. 125. 56. Intentio late & stricte dicitur. 913. n. 11. Intentio stricte sumpta non est in brutis, sed solum in voluntate, nec sine formali attingentia finis, eodem actu potest formaliter attingi finis et media in communi, imo & in particulari ibidem. Sed intellige ita vt voluntas non feratur directe formaliter in medium & finẽ, vt in duo obiecta, sed in medium quasi in modum finis, volendo scilicet finem, vt consequendum, vel non nisi, vt consequẽdum per talia media, sic etiam potest velle directe medium, vt conducens ad talem finem, vel sub conditione quod conducat, & nõ aliter in quo euentu nõ est volitus finis, vt obiectum per se terminãs, sed vt modus vel conditio determinãs medium. Idem actus est quo volo tali medio assequi aliquem finem, & ad talem finem peruenire tali medio. 913. n. 12. in eo euentu, idem actus est formaliter intentio & electio. 914. n. 12. & seqq. intentio est actus voluntatis non circunstantia ipsius. 914. n. 13. eodem actu simul possumus duos fines intendere, etiam si inter se non sint subordinati. 916. n. 16. & eodem actu. 917. nu 17. an quoties electio est mala, intentio sit mala. 1086. n. 142. & seqq. an bona intentio minuat malitiã praue electionis 1091. n. 152. & seqq.

Inuidia.

PAssio inuidiæ quid. 1313. n. 64. in quo differat ab odio inimicitiæ. ibid. & nu. 65. & an sit grauius peccatum quam odium. ibid.

Inuoluntarium.

INuolũtarium tripliciter negatiue, priuatiue; cõtrarie. 708. n. 1. inuoluntarium contrarie requirit esse contra actum absolutum, vel conditionatum, efficacem tũ qui haberet effectum si homo posset agere. ibid. de inuolũtario violento, & coacto vide. v violentum, & v. coactum, an metus cõcupiscentia & ignorantia causent inuoluntarium. v. metus. v. concupiscentia, & v. ignorantia.

Ioannes Euangelista.

AN viderit diuinam essentiam in hac vita. 478. num. 41.

Ira.

VIde verbo passiones animæ.

Irregularitas, Irregularis.

EX homicidio subsecuto post reuocationem voluntatis irregularitas contrahitur. 1167. nu. 57. sed post reuocationem mandati notam mandatario, si opus sequatur, nõ inducit mandanti irregularitatem. nume. 58. in dubio iuris nemo debet se irregularem censere, secus in dubio facti. 1206. nu mer. 70. de hoc plurain verbo dubium.

Iudex.

INdubio iuris potest ferri sententia iuxta quamcumque opinionem probabilem. 1207. num. 70. & 72. sed in dubio facti tenetur ferre sententiam pro eo, qui meliores habeat facti probationes, si vero sunt æquales, & res est diuisibilis tenetur eã inter litigantes diuidere, & in dubio facti non potest delinquentem condemnare illo. nu. 72. Iudex siue supremus, siue inferior potest iudicare secundum quamcumque probabilem opinionem. 1222. num. 118. & seqq. vide alia. v. possessio,

Iudicium.

IVdicij practici veritas in quo consistat. 1177. n. 10. & 11.

Iuramentum.

GRani metu iniuste incusso factũ inducit obligationẽ religionis non iustitiæ. 742. n. 17. & seqq.

Iurisprudentia.

IVrisprudentia vere est scientia. 4. 9.

Laus, & vituperium.

CONsequitur bonitatem, & malitiam actuum humanorum. Vide. v. actus humani.

Lex.

EX causa licitum est exponere se periculo violandi legem Dei non solum dubiam sed etiam certam. 1201. numer. 60. quomodo de ratione peccati sit esse contra legem Dei vide verbum peccatum, & verbum malitia.

Libertas liberum arbitrium.

HOmo per solam voluntatem libere operatur. 33. num. 8. liberum arbitrium non est in pueris, ibidem. voluntarium non liberum non est perfecte voluntarium. 652. num 68. & seqq. libertas est in Deo. 654. num. 74. & seqq. actus liberi in Deo quid necessarijs addunt. 661. num. 86. & seqq. libertas est in homine. 678. num 113. & seqq. sola voluntas potest libere agere etiam de põa absoluta. 682. n. 124. & seq. præsertim. 137. volitio libera põt esse sine intellectione libera. 691. n. 141. volũta

in suis actibus non determinatur ab vltimo iudicio practico.693.n.144.& 145.quid liberum arb. 696.n.150.in intellectu est libertas radicalis.ibid. n.151.in pueris amentib. ebrijs, insanis, dormientibus,& non deliberātib.nulla actio vel omissio est libera esto habeat aliquem discursum. 698. n.155. & seqq.libertas actus est denominatio extrinseca respectu illius.1019.in fine seqq.

Lumen.

LVmen glorię perfectius est charitate.177.44. ad visionem Dei quomodo requiratur.546.n. 47.& seqq.ad quid requiritur lumen in visione corporea.356.nū.56. Lumen glorię ex natura sua fluens dari potest vt dātur alię qualitates ex natura sua fluentes.356.nu.70. Lumen glorię a sua infusa realiter distinguitur.385.nu.101. An ad cognoscendum lumen glorię in proprio genere requiratur species.386.n.102.

Malitia & malum.

CIrcunstantia mutans speciem aggrauat malitiam peccati intra propriam speciem sumptā ex obiecto.1015.n.28.in fine malitia moralis obiectiua consistit in dissonantia ad rationem & naturam rationalem, quę dissonantia nō est relatio realis, nec rationis, sed inuoluit denominationem extrinsecā.1011.n.14.& seqq. ex circūstātia finis aliqua moralis malitia obiectiua sumitur.1015.n.30. vt dantur circūstātię augentes malitiā obiectiuā: ita & minuentes.1016.n.31.iste actus volo turpiter viuere quam habeat malitiam, & an pertineat ad peculiarem habitum vitiosum.1023.n. 69. malitia interni & externi actus in contrarietate ad legem Dei consistit.1045.n.2.& seqq.& 1170.nu.2.malū morale & peccatum formaliter in priuatione consistit connotando tamen aliquid positiuum.1049. nu.40.& seqq.discōuenientia ad naturā rationalē etiā est de ratione peccati,& malitię moralis.1050 n.46.quę discōuenientia non est relatio realis,nec rationis,sed rem esse contra inclinationem naturę.ibid nu.47.priuatio,in qua consistit formaliter peccatum,& malum morale, nō est priuatio alicuius perfectionis debitæ actui,sed cuiusdam perfectionis negatiuę debitæ voluntati,quæ est nō velle a lege.ibid nu.46.& seqq. peccatum & malū morale specificatur a conformitate ad legem seu rationem,qua priuat.1050.n.56.& seqq.& 1051. n. 69.malitia potest dari in voluntate, abiq. vllo eius actu per purā omissionem.1074.n.118.& seqq. idem actus non potest esse simul bonus & malus, moraliter secundum diuersas rationes.1080.n.129. & seqq. idem numero actus voluntatis etiam internus,non solum imperatus,sed etiam mere elicitus potest esse successiue bonus & malus moraliter 1098.n 167.& seqq actus externus non proprie imperatus,sed permissus non addit malitiam omissioni, l actui interiori volūtatis.1165.n.51.cuētus consequens actum externum non addat malitiam interno aut externo actui.ibi.Malū vt sic nō potest appeti.763.malum repręsentatum,vt bonum alteri,amari potest.797.

Mancipium.

Vide v.possessio.

Maria Virgo.

Mariæ Virg.Aureolæ.Vide verbo Aureola, an viderit diuinam essentiam in hac vita.488.43.

Martyrium.

DE aureola martyrum.v.aureola.

Matrimonium.

METu contractum quando,& quo iure irritum vide verbo metus,matrimonium ignorantia errore,& dolo contractum,quando & quo iure irritum. V. ignorantia. coniux dubitans de valore matrimonij, tenetur reddere, sed non potest petere.1201.n.59 latius tractatur.1241.n.178.& seqq. dubitans de impedimento ante consummationem matrimonij,per duos menses non tenetur reddere 1243.n.185.1248.n. 206. dubitans de impedimento seruitutis tenetur etiam reddere.1244 num. 187. Post factam diligentiam ad indagandam veritatem, si adhuc dubium manet de impedimento matrimonij multi ex magnis fundamentis tenent,cō iugem posse petere, alij tenent oppositum. Hæ sententię conciliantur,vt.1.locum habeat per accidens propter incommoda,quę communiter sequūtur,si non licet debitum petere.2.vero per se.1245 n.190.vsq.ad.194. Quomodo defendi possit quod prima nullum locum habeat.1246.n.195.& seqq. tenendo,in eo euentu non esse licitum petere,probabile est,si dubitans,illicite petat,alterum teneri,& posse reddere,quānis alij probabiliter quoque sentiant,nec teneri,nec posse reddere.1246.n. 197.& 198. in dubio tamen voti illicite petentī reddendum est.eod.num.198. Dubitans, non tenetur alteri dubium suum exponere, vt alter dubitans abstineat a petitione.1247.num.199 & 1248. num.207.& 208 qui scit impedimentum non potest redde etiam se sub communicatione ei præcī piatur,vt reddat,& impedimentum sit iuris positiui.ibid.num.201.& 202. in dubio de impedimēto matrimonij nondum consummati, non conceditur restitutio quoad copulam,bene tamen quoad habitationem & alia obsequia.1247 num.203. & seqq.lite mota de dissolutione matrimonij,quo ad vinculum, vel thorum,non excusatur mouens litem a redditione debiti in foro conscientiæ. 1248.209.1429.numer.210. Probabilius est facto sufficienti examine,si coniux adhuc dubitat, posse petere.1429.num.212. Etiam qui contraxit mala fide, scilicet dubitans de impedimento, potest & debet postea,manente illo dubio,reddere, ibidem. Sed si dubitans petat, probabile est alterum non teneri ad reddendum,licet quidam teneri sentiant.1429.num.213.& 214.nuptię eius,qui dubia fide contraxit irritandæ non sunt. 1250. num. 215. Sed si vterque mala fide contraxit, licet quidam teneunt vtrumque debere reddere, & non posse petere, alij tamen certum putant non posse reddere.1250.num.215. & 216. hoc limitant aliqui ad dubium suspensionis, sed eadem est ratio de dubio opinionis.num.216.& 217. in dubio opinionis tenetur coniux reddere,& nequi petere.num.218. & seqq.

Medicina.

Medicina, Medicus.

QVomodo posit medicus vti medicamento de quo dubitat an oberit propter discrepates medicorum opiniones. 1201. n. 60. 1207. n. 71. & latius. 1227. n. 133. & seqq.

Medium.

MEdium non habet proprie rationem finis. 85. 28. & 30. est tamen obiectum voluntatis. 88. 32

Meritum.

ALiqua de merito vide. 1171. n. 5. & seqq.

Metaphysica.

METaphysicæ obiectum. 3. 7.

Metus.

METu facta quando & quo iure irrita sint. 476. n. 6. & sequentib. qui metu graui iniuste illato sacrum ordinem suscepit non tenetur ad continentiam 746. n. 26.

Misericordia.

MIsericordia species passionis quid sit. 1313. nu. 64. græce dicitur sympathia. ibid.

Morale & mos.

PHilosophia moralis vere est practica, & speculatiua simul. 7. 17. in fine. Quid sit mos, & quid actum esse moralem. 996 n. 1. & seq. Moralitas primaria actus, supra illum addit dependentiam a causa libera, in quo inuoluitur denominatio extrinseca. 1001. n. 10. & seq. secundaria vero addit regulationem, seu habitudinem ad legem, vt regulã, abstrahendo a conformitate & difformitate. 1002. n. 11. & seqq. Quomodo alia ab actibus moralibus, moralia dicantur. ibidem.

Motus.

MOtus localis non est productio rei permanentis 27. 20.

Cessatio motus cœli post iudicium non erit violenta cœlo. 710. n. 4.

Motus localis in instanti esse non potest. 582. 78.

Motus primo primi seu indeliberati non sunt liberi. 699. n. 156.

Metus.

ALiud est operari ex metu, aliud cũ metu, & hoc potest esse omnino voluntarium. 735. n. 2. quæ ex metu fiunt, licet aliquid inuoluntarij habeant admixtum: tamẽ simpliciter sunt voluntaria. ibi. n. 3. quæ fiunt metu cadente in constantẽ virũ extrinsecus illato directe ad extorquendum consensum, inualida sunt iuræ naturæ, præter iuramentum, quod sic factum, licet non inducat obligationem iustitiæ, inducit tamen obligationem religionis. 736. n. 6. & seqq. quæ vero fiunt metu leui, valida sunt. 741. n. 15. Similiter quæ fiunt metu graui iuste incusso. ibid. nu 16. metus per se loquendo semper minuit peccatum. 747. n. 28. nullus metus excusat a peccato id quod est intrinsece malũ. ibi. n. 29. aliqua metu licite fiunt, quę alioqui essent illicita. 748. nu. 29. quando sit licitum vel illicitum Christianis captiuis remigare in triremibus Turcarum metu mortis. 748. n. 30. metu mortis licitũ est fœminæ mere passiue se habere etiam cum periculo consensus. 749. n. 31. nunquam tamen est licitum metu contrahere matrimonium in gradu prohibito illud consũmando. ibid. n. 32. metus grauis præsertim mortis sæpe excusat a transgressione legis humanæ. ibid. n. 33. quando metus incutere tur in contemptum legis Ecclesiæ, vel religionis, aut inde sequeretur scandalum pusillorum, nõ liceret legem Ecclesiæ transgredi. 750. n. 34. metu mortis interdum erit licitum aliquid ommittere quod alias erat in pręcepto naturali affirmatiuo, & aliquid agere quod alias esset contra præceptũ naturale negatiuum. 750. n. 35. & a fortiori aliquãdo erit licitum metu mortis facere quod alias esset contra ius diuinum positiuum. ibid. quæ metu fiunt, sunt inuoluntaria secundum quid. 750. n. 37. & seqq. quomodo metus dicatur causare inuolũtarium. 752. n. 41. vide verbo timor.

Nemesis.

NEmesis tristitiæ species quid. 1314. n. 65.

Nobilitas.

NON est pars beatitudinis. 137. 23.

Obedientia & inobedientia.

QVando in obedientia est circunstantia generalis, & quando speciale peccatum. 1057. n. 83. an subditus in dubio teneatur superiori obedire. late 1234. n. 155. & seq. & 1259. nu. 258. & seqq. & specialiter de subdito vocato ad bellum. Vide. v. bellum. An subditus contra propriam opinionem teneatur obedire prælato. late. 1209. n. 75. & seqq.

Obiectum.

OBiectum. 1. 2. est Deus, vt finis humanarum actionum. 1. n. 2.

In hac parte de Deo vt finis hominis, nõ vero vt aliarum creaturarum cur differatur. 2. 4.

Obiectum moralis Philosophiæ. 3 6.

Obiectum non potest mouere voluntatem, nisi intellectu cognoscatur. 58. 10.

Obliuio.

OBliuio seu inaduertentia naturalis quomodo faciat inuoluntarium & excuset a culpa. Vide v. voluntarium & vergo ignorantia.

Odium.

VIde verbo passiones animæ.

Omissio.

DAri potest pura omissio mala absq. omni actu 1074.n.118.& seqq.

Omnipotentia.

OMnipotentia diuina non est potentia distincta ab intellectu & voluntate diuina eo modo quo voluntas & intellectus diuinus distinguũtur inter se.1268.n.58.

Opinio.

QVibus notis opinio probabilis ab improbabili,& magis a minus ꝓbabili discernatur.1228 n.137.licitum esse ex causa sequi quamcumq.opinionem practicam probabilem,etiam minus tutã: non tamen sine causa vide verbo conscientia. Quo modo medicus,confessarius, Aduocatus, & iudex possit sequi opiniones probabiles vide in his verbis,& verbo sacramẽtũ,& verbo cõscientia, vide alia.v.possessio.

Oratio.

AN beati videant in verbo orationes quæ ipsis fiunt.323.nu.167.

Ordo.

ORdo D.Th.& autoris in hac prima secũdæ.12. 31.vsq.ad finem sectionis.

Otiosum.

OTiosum verbum vel opus quodnam sit, & cur malum.1120.n.12.& seqq.

Paruuli.

VIde verbo pueri.

Passiones animæ.

QVI egerint de passionibus 1269. Quomodo ad philosophũ & Theologũ pertineat agere de passionibus ibid Subiectum passionũ est appetitus sensitiuus, qui diuiditur in irascibilẽ,& cõcupiscibilẽ , qui secũdũ probabiliorẽ opinionẽ sunt potẽtiæ realiter distinctæ.1270.nu.2 & seqq.Quæ tñ sentẽtia est difficilis.1331.n.106.irascibilis est excellẽtior cõcupiscibili.1274.n.7.quomodo differãt ex parte obiecti cõcupiscibilis & irascibilis ibid.n.8.& seqq.in irascibili nõ sunt actus amoris odij,desiderij,fugę,delectationis,et doloris. 1275. n.12.in Deo esse aliquos affectus similes passionibus nõ in voluẽtes nec supponẽtes imperfectionẽ, & qui nã isti sint.1276.nu.13.& seqq.in qua parte corporis sint appetitus irascibilis,& cõcupiscibilis.1277.n.16. & seqq. inter varias opiniones magis rationi cõsentanea est quæ ait vtrũq. appetitũ esse in corde tãquã in sede præcipua.1278.n.16. quid passio sit.1279.n.1. passiones nõ sunt iudicia vel opiniones.1289.n.3.nõ pertinẽt proprie ad appetitũ rationalẽ.ibid.cur affectus appetitus sensitiui passiones dicãtur.1281.n.4. sunt etiã in brutis ibi n.5.ex actu appetitus sensitiui per sympathiã sequitur trãsmutatio corporũ ibid n.6. passiones cadũt in virũ sapientẽ,et studiosum, imo et heroycũ.1282.n.10.et 11.in Christo et B.Virgine fuerũt passiones ibi.vndecim sũt passiones sm̃ D.T.et cõmunẽ sẽt.amor,odiũ,desideriũ,fuga,lętitia,et tristitia,spes,timor,desperatio,audacia,ira.1284.nu. 14.et seqq.sed iuxta opinionẽ probabilẽ nõ distinguẽtiũ realiter irascibilem a cõcupiscibili recte quinque posteriores passiones ad.6. priores reducerentur.1285.n.17.Sed opinio illa D T.valde probabilis est.1286.n 18.Quomodo iuxta illã colligatur ille passionũ numerus ibid. nulla illarũ potest versari,nisi circa bonũ et malũ.1287.n 19. prẽter illas nõ sunt ponẽdę alię passiones ibid.n.20.et 21. Passio amoris diuiditur in simplicẽ cõplacẽtiã,et in amorẽ efficacẽ,qui est desiderium.1289.n 22.amor efficax diuiditur in absolutũ & cõditionatũ ibid.per quẽlibet amorẽ appetimus bonum alicui ibid.n.22.& 23.& 1290.n.25.qualis sit diuisio amoris in amorẽ cõcupiscẽtiæ,& amicitię, & quomodo intelligatur ibid.n.23 & 24.& pag.seq n. 25. An Deus amet creaturas amore cõcupiscẽtię, aut beneuolẽtię eodẽ.n. 25. Amor amicitiæ diuiditur in honestum vtilẽ & delectabilẽ ibid.n.26. Amor simplex est actus re distinctus a desiderio, & delectatione:imo hęc non est proprie amor 1285.col.1. Quę sint causę per se & proxime efficientes amoris ibid.col 2 & 1292.nu.26.& 27.Quæ nã amorẽ cõciliẽt ibid.& pag.1293.nu.28.& 29 remedia ad impediẽdũ,minuẽdũ,cõpescẽdũ,seu reprimẽdum amorẽ noxiũ.1294.n.30.Effectus amoris.1295.n. 31.& seqq.Passio odij definitur.1296.n 35.odium diuiditur in inimicitię,& abominationis. ibid: in omni odio appeto alicui malũ 1297.nu.35.quod sit obiectũ odij inimicitię & abominationis.ibi n.36. causæ odij inimicitię.1298.n.37.Quãdo odiũ proximi sit peccatũ.ibi 1.Passio cõcupiscẽtiæ seu desiderij explicatur.1298.n 38.diuiditur cõcupiscẽtia in naturalẽ & innaturalẽ seu rationalẽ.1299.n.39. quomodo cõcupiscẽtia rationalis possit esse in appetitu sensitiuo,qui ratione nõ ducitur,sed sensu, 1300.n.40.Moderãdã,aut frenãdã cõcupiscentiã. 1300.n 41.An cõcupiscẽtię naturales & innaturales differãt specie.1302.nu.42. De abominatione, seu fuga cõtraria desiderio ibid. De delectatione & tristitia.1302.n.43 & seqq. De natura delectationis,& doloris,seu tristitię.1302.n. 44.& seqq. de distinctione delectationũ naturaliũ,& rationaliũ.1305.nu.48.Delectationes quædã bonę,quædã malę ibid.ad asperãdas voluptates corporis,quę valeãt ibid n.49.& seqq.cur quidã delectãtur ęsu carbonũ, & similiũ 1308 n.56.De causis delectationis.1309.n.57.obiecta nõ delectãt nos,nisi quatenus illa attingimus, l. nobis vnita sunt per aliquã operationẽ.ibid.n.58.Delectationis effectus.1310. n.58 & seqq.de dolore & tristitia speciatim. 1311. n.61. Delectationes intellectuales quomodo sũt secundũ Arist cõtrariũ nõ habeãt.1312.n.62. Delectatio & tristitia etiã cũ cõtrariæ non sunt,se aliquo modo remittũt.1312.n.61.de eadẽ re secũdũ diuersas rationes simul esse possũt.ibid.dolor diuiditur in interiorẽ,& exteriorẽ.1313.n.63. diuiditur etiã in dolorẽ rationalẽ & irrationalẽ,& rationalis seu tristitia in varias species ibid n.64 causę tristitię 1314.n.66.tristitia aliqua bona.ibid.nu 67 aliqua mala,& quomodo expellẽda.n.67.& seqq.effectus tristitię.1317.n.77.& seq. De passionibus spei, & desperationis.1318.n.79.& seqq. Spes nõ est iudiciũ sed saltẽ ex parte est in appetitu.1319.n. 79. & 80. An spes a desiderio distinguatur realiter , vtraq.sentẽtia est probabilis ibid.n.80.in quo differat a fiducia seu confidentia.1320.n.8. Quomodo a spectatione, n.81. Quomodo spes possit esse passio appetitus sensitiui cũ hic sensum sequatur,qui ardua & futura nõ videtur cognoscere.1320.n.83. et seqq.An desperatio sit passio appetitus:an vero solũ sit negatio actus spei orta ex cognitione difficultatis, vel impossibilitatis.1322.n 87. Supposito quod sit vera passio probabilius est habere bonũ pro obiecto , et non malum quamuis sit recessus quidam ibidem. numero. 87. et. 88. Aliquando

do desperatio vitiosa est: ali quando non: eodē. n. 80. De passionibus timoris & audaciæ 1323. n. 89. & seq Quid timor significet 1323. n. 90. An sit passio essentialiter distincta ab alijs ibi. Obiectum timoris est malum arduum, seu vitatu difficile, etiā si non sit propinquum nec euitabile ibi. & n. seq. Timor & spes non sunt affectus contrarij, sed possunt esse simul de eadem re secundum diuersas rationes 1324. n. 91. Quando euidēs est consecutio futuri boni spes locum non habet, secus quando sola est certitudo fidei, vt in animabus Purgatorij. Timor vero de euidenter futuris esse potest. 1324. n. 91. in beatis non est timor culpę, vel pœnæ stricte dictus secus in nobis ibid. n. 92. in appetitu sensitiuo Christi dum erat beatus fuit verus timor. 1325. n. 92 species timoris ibi. n. 93. & seqq. timor timeri potest a volūtate non ab appetitu sensitiuo. 1326. 95 timoris causæ 1326. 95. & seq. remedia cōtra timorē. 1327. n. 96. & seqq effectus timoris. 1328. 99 100. & 101. & pag seq. nu. n. 101 & 102. Probabile est audaciam non esse passionem, sed carē tiam timoris & signorum eius in aggressione rei periculosæ: Aut si est passio, non distingui a desiderio nisi per quædam connotata. 1323. num. 39 Si vero est passio irascibilis distincta a desiderio est erectio animi aduersus pericula & quasi quidam ipsorum contemptus & habet pro obiecto malum, non quidem illud prosequendo aut fugiendo, sed despiciendo, & est contraria timori ibi. & 1330. n. 103. qui sint audaciores 1330 n 104. Aliquando habet connotatam temeritatem ibi. audaciæ causę & effectus ibi. De iræ definitione. 1330. n. 105. et pag. 1331. n. 106 Probabile est valde nō distingui a desiderio, eodē. n. 106. nec irascibilē a cōcupiscibili ibi. Quod sit obiectū iræ 1332. n. 107. ira in quo differat ab odio inimicitiæ, & in quo cum illo conueniat. ibi. 108. sequent Bruta per iram appetunt vindictam, quam cognoscūt bonam & futuram 1333 n. 109. ira est minus naturalis quam concupiscentia (per errorē legitur magis) 1333. 109. col. 2. Tres species iræ. ibi. n 110. causæ iræ. 1334. 111 & seqq. quæ iuuant vt in alijs irā sedemus. 1335. nu. 116. Quibus medijs iram in nobis sedemus. 1335. n. 118 & seq. iræ effectus. 1340. n 133. & seqq An ira contrarium habeat. 1342. nu. 118. & seqq. mansuetudo non est contraria iræ, sed eius seditio ibi. ira an differat ab indignatione 1344. nu. 141. & seqq. ira non est proprie in Deo. 1345. n. 146. & seqq.

Pater.

IN dubio an filius sit suus, quid agere teneatur vide. v. filius.

Paupertas.

PAupertatis status pro Deo sumptus vtilior diuitijs ad vltimam felicitatem. 132. 11. De fingente paupertatem an restituere teneatur eleemosynas sibi datas. Vide ignorantia.

Peccatum, peccator, & peccare.

PEccans mortaliter, eo ipso auertitur a Deo, vt vltimo fine 117. 38. & constituit aliquomodo vltimum finem in creatura, eamq. amat plusquam Deum. ibid. 39. idem amplius explicatur. nu. 41. & 42. Peccatum ex malitia quid. 82. 17. impeccabilitas nulli creaturæ potest esse connaturis. 211. n. 46. Peccatum in beatis esse non potest, idq. prouenit ex vi visionis beatificę, quę etiam si non inferret amorem, impediret peccatum 416. nu. 72. & seqq. de potentia absoluta peccatum habituale esse posse cum qualibet visione Dei, actuale vero cum aliqua, licet non cum anni. 431. n 86. & seqq si vidēs Deum haberet peccatum, non esset beatus essentialiter. 433. nu. 93 probabile est animam separatam beatam beatitudine naturali, esse ab intrinseco impeccabilem, licet probabile quoq. sit oppositum. 433. n 94. & 95. peccatum esse potest sine errore, & sine malitiæ obiecti inconsideratione. 691. 141. & seq solet tamen id peccatum sequi error aut ignorantia n. 14 . fœmina violenter cognita nō peccat secus si mente negatiue se habeat non resistendo quātum commode possit. 728. 55. similiter metu mortis potest mente passiue se habere etiāsi periculum consentiendi habeat. 749. n. 31. Velle inde finite bonum prohibitum in communi considerata tātum est peccatum veniale. 769. n. 33. metu, ignorantia vel cōcupiscentia facta, quomodo sint peccata, vide in his verbis actus externus etiam cū impediri nō potest, peccatum, est si voluntas non potest peccatum est si voluntas in aliquo modo retractata. 1150. nu. 20. 21. actus internus & externus vnus & idem. peccatum sunt. 1151. 24. quādo actus internus per retractationem, vel cōtritionem voluntatis interrumpitur, & postea repetitur, duo peccata sunt, & in se & in ordine ad confessionem 1155 n. 35. peccata quæ in se sunt distincta, etiam coram Deo sunt distincta. ibid. Probabile est valde in peccatis internis quæ exterius non consummantur quālibet interruptionem sufficere, vt peccatum multiplicari censeatur. ibi opposītū tamen improbabile non est. n. 36 & 37. & in internis quę externis consummantur verum. 1157. 38. etiā quando repetitio actus interni nouum pactum non constituit, si notabilis sit, confitenda est tanquam circunstantia notabiliter aggrauans. nu. 39. Quando multi actus eiusdē rationis simul fere, & quasi eodem impetu fiunt, vnum tantum. p. sunt. ibi. actus sequentes post reuocationem voluntatis peccata non sunt. 1167. n. 53. & ideo non sunt necessario confitendi. 1168. n. 59. De peccato omissionis, vide. v. omissio: peccans venialiter nō constituit finē simpliciter vltimum in creatura 120. 43. & 48. An pueri defuncti in originali habeant naturalem fælicitatem, & quam cognitionē rerum habeant, & vbi futuri sint post iudicium. 529. n. 17. & seqq.

Philosophia moralis.

QVod habeat obiectum. 3. n. 6.

Planta.

PLantæ sensum non habent. 52. n. 78.

Pœnitentia.

DOlere de peccatis, vt sunt offensa Dei non est actus elicitus pœnitentiæ, sed charitatis. 140. 145. An pœnitens possit absolute velle non peccasse. 911. n. 36. Pœnitentia passio & species tristitiæ quid. 1314. n. 65.

Pollutio in somnijs.

AN sit peccatum & necessario confitenda. Vide v. peccatum & verbo confessio.

Possessio.

Quomodo in dubijs melior sit conditio possidentis.

tis. Vide. v. dubium qui dubitat, an res, quam possidet legitime sit sua vel aliena, etiam si post examen dubius maneat potest rem totã retinere. 1251. nu. 223. & seqq. ante examen non potest eam consumere aut alienare. 1252. nu. 225. sed post examen potest dubio manente, rem totam alienare, & consumere. ibid. nu. 227. & seqq. paratus tamen restituere pretium & fructus quando de vero domino constiterit, & admonito emptore de dubio ibidem. quod est verum etiam si magis præpendeat, alienam esse 1253. n. 231. quando possessio non est legitima, diuidẽda res pro ratione dubij inter eos de quibus est dubitatio, & loco incerti domini succedunt pauperes n. 232. idem si dubium est de legitima possessione n. 233. qui in dubio abstulit rem a legitimo possessore, debet totam illi restituere. 1254. nu. 234. quid requiratur, vt quis bona fide & legitime rem possidere incipiat. n. 235. qui mancipium emit a possidente ipsum bona fide, non peccat, tenetur tamen aliti, vt veritatem assequatur, & si facto examine non constet, mancipium esse iniuste captum, potest illud possidere. n. 236. si quis dubitans an res sit furtiua, eam emat animo inquirendi verum dominum, vt ei restituat, non peccat n. 237. si possessor etiam legitimus omittat facere quod in se est, vt veritatem assequatur omissio quasi causa, ne veritas possit in posterum deprehẽdi, aut non tam bene tenetur ad aliquam restitutionem n. 238. iudex si omnino sit dubius tenetur possidenti fauere, nec potest ipsum cogere, vt partem restituat. 239. sed si neuter possidet, tenetur rem inter litigantes diuidere. 1255. n. 240. quando dubium est an ex mero consilio vel actione damnũ secutum fuerit non tenetur restituere. n. 241. & 242. Depositarius vel commodatarius dubius æqualiter an sua culpa depositum vel commodatum perierit, non tenetur restituere. 243. Quando sunt variæ opiniones an aliquis teneatur restituere iudex, vel doctor consultus non tenetur possidenti fauere sed potest illum ad restitutionem obligare 244.

Potentia.

IN potentia non consistit beatitudo. 136. 20.

Praxis, Practicum.

PRacticum, & speculatiuum quomodo sint differentiæ oppositæ 6. 17.
Practicum vniuoce dicitur de Theologia morali, & alijs scientijs 8. 20.
Non datur medium inter scientiam practicam, & speculatiuam. 9. 16. in fine.

Prophetia.

PRophetia non est in beatis. 390. n. 9. Iumẽ propheticum permanens si quod est non distingui tur a scientia infusa & beata 394. n. 20. An prophetæ habuerint euidentiam in attestante de rebus fidei. 397. n. 26.

Princeps.

QVando principes cõtendunt de re aliqua quid faciendum. v. bellum.

Prodigalitas.

PRodigalitas & anaritia differunt specie, licet eidem virtuti aduersentur. 1050. n. 57.

Prudentia.

NON in omni peccato est specialis malitia contra prudentiam. 1058. n. 84.

Puer.

PVeri naturalem instinctum habent. 50. 71. discursu carent 35. n. 14. & 60. 13 non agunt libere. 33. n. 8. licet discurrerent, non agerent libere. 36 n. 15. & 16. intelligunt tamen. 59. n. 12. & seq.

Qualitas.

NVlla qualitas noua est in essentia, quæ beatur. 154. 12. qualitas, quæ non solet dari in via non imprimitur in essentia animæ beatæ ibid 14. qualitatis intensio quomodo fiat. Vide. Intensio.

Reus.

QVando teneatur contra se respondere in criminalibus vel ciuilibus. 1266. n. 289.

Rectitudo.

REctitudo humani actus quid. 2167. 1. & seqq.

Relatio, Relatum.

IN Deo reperitur relatio realis, transcendentalis ad creaturas, vt possibiles. 266. 52. Vide. v. Deus relatio transcendens de essentia abioluti esse potest. 94. num. 7.

Religio.

NON in omni peccato est specialis malitia contra religionem. 1057. n. 82. & seq.

Restitutio.

VIde. v. dubium, & v. possessio.

Resurrectio.

ERror philosophorum fabulosam putantium resurrectionẽ. 542. n. 1. error Sadduceorũ & hæreticorum eam negantium ibid col 2. de fide est resurrectionem mortuorum futuram 541. col. 2. gentiles aliqui resurrectionem agnouerunt. & aliquos surrexisse referunt. 544. col. 1. & 2. tranimigrationem animarũ in corpora qui posuerint. 544 col. 2. & deinceps. Resurrectio nõ est naturaliter possibilis. 548 col. 2. & seqq. demonstrari non potest resurrectionem esse futuram, aut possibilem. 552. n. 17. & seq. ex priuilegio aliqui iusti resurrexerũt, vel etiam resurgent immortales ante finem mundi 554 n. 19. omnes morituri sunt & resurrecturi. 555. n. 21. Damnati etiam resurgent 558. nu. 26. cur sola animalium reproductio dicatur suscitatio. 561. 31. defuncti in originali ex Christi meritis resurgent.

resurgent. 558. & 559. n. 27. & 28. & 561. n. 32. resurrectio iustorum adultorum erit ex Christi meritis & proprijs. 561. n. 32. vox & imperium Christi erit instrumentalis causa resurrectionis mortuorum. 561. n. 33. & 34. & 564. n. 42. ea vox Christi vna tantum erit, eodem n. 34. non erit solũ mentalis, sed exterior 562. nu. 35. vox illa Christi erit articulata. 562. num. 36. qualis futura sit ibi. nu. 6. quomodo illa vox vbiq. audietur. 563. n. 37. & 38. qua tuba emittenda sit illa vox ibid. n. 39. an promenda sit ore Christi, an vero solum per Archangelum. 563. nu. 41. an Christus descensurus sit in terram ante resurrectionem mortuorum 563. nu. 40. an plures tubæ futuræ sint in resurrectione. 564. nu. 43. in resurrectione qui effectus Christi qui Angelorum. 545. n. 44. & seqq vox Christi in suscitatione mortuorum non erit instrumentum physicum, sed morale. 567. n. 48. & 49. resurrectio Christi non erit causa efficiens physica resurrectionis nostræ. 567. n. 49 nulla creatura etiam humanitas Christi erit principalis causa efficiẽs physica resurrectionis nostræ. 568. n. 50. resurrectio tamen Christi erit causa exemplaris ibi. secluso speciali priuilegio nemo erit suscitandus, nec suscitatus est ad vitam gloriosam, nisi post conuersionẽ incineres vel elementa. 568. nu. 51. & seqq. non est erroneum aliquos ante resurrectionem in elementa vel cineres non esse conuertendos. 570. nu. 57. resurrectio fiet in loco, vbi futurum est iudicium 572. n. 61. error millenariorum de resurr. refellitur 575. 64. & seqq. resurrectio omnium erit in die iudicij ibi & in eodem instanti. 578. 68 & 69. primo mane. 580. n. 73. & 74. etiam quoad organizationem & dispositionem corporis fiet in instanti. 581. 75. & seqq resurrectio & generatio sunt essentialiter distinctæ, & resurrectio est supernaturalis in substantia. 583. n. 83. corpora resurgentia habebunt eadem num. formas substantiales. 583. nu. 89. & eandem materiã specie & numero alias non esset vera resurrectio. 584. n. 80. & 81. si quis carnibus alterius vescatur cui cedet illa materia. 585. n 81. & 82. vnde supplebitur materia infanti. 586. n. 83. & 84. partes corporis resurgentis constabunt ex eadem num. materia quam habebant in hac vita. 586. n. 85. redibit eadem vnio specie, imo est verisimile redituram eandem numero, ibid. n. 86. in corporibus resurgentibus erunt accidentia requisita, vt sint eterogenea. 587. n. 87. verisimile est restituenda esse corporibus resurgentibus aliqua accidentia eadem numero 588. n. 88. & 89. restituentur accidentia, constituentia, & distinguentia sexum masculum & fœmineum. 589. n. 90. & 91. in corporibus resurgentibus erunt omnes facultates animæ sentientis, & earum actiones. 592. n. 97. & seqq. in corporibus glorijs erit vsus potentiæ motiuę secundum locum ibi. n. 28. erit etiam in eis locutio de Laus Deo ibi n. 99. quomodo vox in cęlo formari poterit. 563. nu. 100. & seqq. de quibus loquentur beati. 595. nu. 105. quo idiomate ibi nu. 106. quo idiomate loquentur damnati. 596. n. 107. quomodo existentes in conuexa superficie cæli Empirei possint se audire. n 108. quomodo visum exercebunt corpora glorioſa. 596. n. 109. & seqq. quomodo adoratum. 598. nu. 115. & seq. quomodo gustum 599. num. 117. quomodo tactum ibid. 118. spiritus vitales & animales necessarij ad has operõnes in corporibus glorijs erũt incorruptibiles nõ infundẽtur species sensibus beatorũ. 600. n. 119.

Salomon.

AN in somnijs actum bonum & meritorium habuerit. 36. 18.

Sacramentum.

SAcramenta non sunt physica, sed moralia instrumenta ad conferendam gratiam. 1005. nu. 15. & 567. n. 48. in sacramentis non licet vti sine necessitate, materia vel forma, vel iurisdictione dubia, secus cum necessitate 1189. n 56. & seqq. & latius. 1212. nu. 86. & seqq. saltem ex charitate & misericordia aliquando tenemur non vti materia forma vel iurisdictione dubia. 1214. n. 92. & 93. imo probabile est, sceluso proprio, vel proximi periculo posse vt imateria forma, vel iurisdictione dubia seu probabili tantum. etiam si certa subsit nu. 56. (qui per errorem est 99.) & 1217. n. 101. si quis absoluit iuxta opin. probabilem si illa reuera est falsa non confert ecclesia iurisdictionem. 1217. 101.

Satisfactio.

ACtus externus licet non addat bonitatem addit tamen satisfactionem interno. 1163. n. 47.

Sacrilegium.

SPecies sacrilegij sumpta ex loco sacro potest esse sine iniustitia. 1033. nu 111. Circunstantia loci, aut temporis sacri immediate afficiens actum interiorũ nõ auget eius bonitatem aut malitiam, saltem notabiliter in specie sacrilegij. 1033. n. 112.

Scandalum.

NON in omni peccato etiam quod fit corã proximo est malitia scandali, sed quando sine causa, fit aliquid ex quo proximi ruinam merito timere possumus, licet illam non intendamus. 1058. n. 84.

Scientia.

NVlla scientia est pure practica. 7. 17. De essentia omnis scientiæ est esse vel practicam, vel speculatiuam. 8. 24. scientia visionis Dei an comprehendatur, vel comprehẽdi possit. 296. 111. scientia subalternata non est vere scientia donec discatur subalternans. 393. n. 16. de scientia per se infusa vide. v. beatitudo.

Scrupulus, seu scrupulosa conscientia.

QVid. 1178. n. 12. & 1266 pag. 2. n. 291. cum conscientia certa esse potest. ibi. n. 292. licitum est agere contra scrupulum etiam sine certitudine practica de honestate actus. n. 293. etiam si quis probabilius existimet actum esse illicitum. n. 294. vel simpliciter opinetur esse illicitum. 1267. n. 295. illicitum est agere contra scrupulum nitentem rationibus quæ opinionem qua actus honestus affirmatur, improbabilem operanti reddunt. 1267. nu. 269. illicitum est agere contra scrupulum omnimodæ suspensionis animi. n. 297. communiter licitum est agere contra scrupulum proprie dictum. 298. remedia contra scrupulos. 299. & seqq.

Sensus.

SEnsus nequit ferri in obiectum cõmune nisi simul feratur in particulare vide. visio sensitiua

sensibus quomodo vtentur beati. Vide v. beatitudo.

Somnium, & somnus.

SOmniantes non agunt libere. 33. n. 8. intelligunt tamen. 59. n. 12. & seq.

Species.

SPecies insensatæ ponēdę sunt, saltem in æstimatiua, & memoria. 52. 76 eadē numero specie possunt videri duo alba. 99. 19. species repræsentans Deum quidditatiue non potest esse connaturalis Angelo. 103. 6 species Angelorum repræsentant multa obiecta. 264. 49 An species impressę repræsentates Deum tantum, vel Deum, & creaturas, differant essentialiter. 264. 49. species omnes intelligibiles creatas supplere potest Deus. 268. 58 Vtrum eadem species possit repræsentare infinita substantialia, vel accidentalia. 292. 105. species repræsentans Deum intuitiue dari potest de potentia absoluta. 534. n. 19 & repræsentans quidditatiue & abstractiue. 537. nu. 6. species non concurrit instrumēntaliter ad cognitionem, sed vt causa principalis. 243. n. 39. licet alicui daretur species angelica, si nō daretur ei angelicum lumē, vel aliquid loco illius non posset ea vti, nec angelus inferior specie connaturali angelo superiori. 352. n. 59.

Speculum.

QVO modo Deus sit speculum voluntarium in quo creaturæ videantur. 269 60.

Spes.

SPei actus est de essentia beatitudinis huius vitæ 192. 64.

Substantia.

SVbstantiam supernaturalem dari repugnat. 215. n. 20.

Subditus.

AN in dubio teneatur superiori obedire vide. v. obedientia, specialiter de subdito vocato ad bellum. Vide. v. bellum.

Superbia.

VIde. v. humilitas.

Synderesis.

QVid 1172 n. 7. & 1173. n. 3. & 4. 1175. nu. 8. 1176. col 1 ad medium. 1184. n. 24. 1188. n. 32.

Testes.

AN in dubio teneantur obedire iudici præcipienti, vt contra alquem testificentur. 1266. n. 289. & 290.

Theologia, & Theologus.

Theologia moralis vere est scientia. 4. n. 9.

Simul etiam practica, & speculatiua formaliter 5. 12. & sequent.

Præcipue est practica. 7. 19.

An de eius essentia sit esse practica. 4. n. 8.

Est vna scientia specie atoma. 10. 28.

Magna eius difficultas. 11 30.

Theologiæ moralis traditæ in 1. 2. quodnam sit obiectum. 1. p. & seq.

Cur de Deo vt est finis creaturarum irrationalium in particulari non differat. 2 n. 4.

Theologiæ cur aliqua philosophica inserantur. 4. nu 8.

Theologiæ moralis vtilitas. 10. n. 29.

Ordo D. Tho in tradenda theologia morali. 12. nu. 31 & sequent.

Theologia vię non manet in patria. 392. nu 12. & seq quomodo destruitur 393. nu 15. In tamen in beatis alia Theologia proportionalis nostræ, & discurrens. 393. n. 18.

S. Thomas.

DIui Thomę difficilis locus explicatur. 100. 26. In quo consistat beatitudo in eius opinione. 18. 49.

Timor.

AN sit in beatis & an fuerit in Christo vide verbo beatitudo. de timore vide multa verbo passiones & verbo metus.

Trinitas.

POtest euidenter cognosci extra visionem Dei 395. n 24 & seqq. an possit vna persona videri sine alia, & essentia sine personis vide. v. Deus & v. visio beatifica.

Tristitia.

TRistitia non est in beatis. 424. n. 67. si tamē videnti Deum reuelaretur sua damnatio necessario tristaretur. 425. n. 69 tristitia aliqua non destrueretur essentia beatitudinis. 426. n. 70. in Deo nulla tristitia ibi. de tristitia multa verbo passiones.

Verbum.

VErbum, & intellectio quomodo distinguantur 69. 32 beati producunt verbum 336. n 27. quomodo res in verbo videantur vide verbo visio beatifica, de verbo otioso vide, v. otiosum.

Verecundia.

VErecundia, & erubescētia species timoris quid sit. 135. n. 93. & 94.

Violentia, violentum.

VIolentum quid. 709 n. 3 ad violentum sufficit esse contra appetitum passiuum, licet oppositum sit probabile. 710. n. 4. violentum latius patet quam inuolūtariū, quia cōpetit etiam non cognoscentibus. 711. n. 6 Quomodo differat a coacto, molesto, nimito, necessario, repugnante. 712. num. 7. & 8. actio vnius potest esse alteri violenta. 613. num 9. actio potest esse violenta agenti. ibi. num 11. & seqq. carentia actionis potest esse violenta agenti

agenti. 716. nume. 16. forma, & receptio formæ etiam vt non excludit aliã formam potest esse violente recipienti. 717. num. 20. &. 21. priuatio formę supernaturalis potest esse violenta ei quod illa priuatur. 718. nu n. 22 corruptio est violenta corrupto, ibidem nu n 24 & seqq. Deus potest violentiam inferre creaturis non solum contra appetitum elicitum, sed etiam contra innatum. 722. nu n 34. & seqq. Voluntas in multis potest violentiam, vel coactionẽ pati. 724 nu n 43. & seqq. cum voluntas cogitur in actibus aliarũ potentiarum etiam aliæ cogi, & vim pati dicuntur. 726. num 48. & seqq. actus elicitus ab appetitu innato erit illi violentus si eliciatur renuente voluntate. 727 n. 54. & 728 n. 55 fœmina violenter cognosci potest. 728 55. voluntas multis modis in seipsa potest violentiã pati, & cogi 728. n 56. & seqq. non tamen in actu elicito. 731. num. 66. & seqq. nec in infusione habitus nisi sit contra appetitum elicitum 74. num. 76. potest tamen necessitari. 733 num. 71 & seqq.

Virtus.

IN beatis manent virtutes, quas hic acquisierunt & illi tunc acquirent, quas non acquisierunt in via, easque ibi exercebunt, sicut, & Christus propriis actibus, in. 1 instanti virtutes acquisiuit 434. num. 96. & seqq. vide alia, verbo beatitudo.

Visio sensitiua.

EXtensio visionis coloris ad figuram est modus superadditus visioni qui nec de potentia absoluta potest esse sine illa. 272. 66.

Visio Beatifica.

VIsio perfectior est delectatione. 177. nn 44. an sit appetenda propter amorem. 181. nu 46. visio Dei esset beatitudo, etiam si per impossibile non esset ab eo producta 187. num. 55. non potest comparari solis naturæ viribus 199. 2. nulli intellectui creato est connaturalis de fide. 202 n. 4. est supernaturalis quoad, substantiam, ibidem nõ põt esse naturalis substantiæ, aut intellectui creabili. 202. 10. & 216. 21. visio Dei est iudicatiua respectu ipsius. 218. 22. non est in ea vera, & formalis compositio, ibidem. simul est apprehensio, & iudicium, ibidem est complexa ex parte obiecti, ibidem. Visione Dei videtur ipsa visio. 219 n. 24. Deus posset videri sine visione. 220. num. 24 visio Dei posset alio actu videri, non tamen in infinitum in creaturis, bene autem in Deo, ibidem. Visio Beatifica est simul practica, & speculatiua. 220. num 26. sed principaliter speculatiua, & secundario practica, ibidem. est omni alia cognitione euidentior. 222 num 29. non est comprehensiua Dei, est tamen quidditatiua, & intuitiua. 223. num. 31. visio Dei non est eius similitudo secundum D Thom. 224 num 33 tam in Angelis, quã in hominibus sunt eiusdem speciei visiones beatificæ. 225. num. 45. Visio Dei facta lumine permanente eiusdem speciei est cum ea, quæ fieret lumine fluenti. 229 num. 38. Deum in seipso â Beatis videri de fide. 245 num. 3. Visio beatifica nec de potentia Dei absoluta potest esse pura apprehensio ita vt non sit iudicium. 256 num. 16. eadem visio beatifica secũdum eundem indivisibilem gradum nequit respicere multas creaturas. 297. n. 115. demonstrari nequit visionem Dei esse possibilẽ. 198. num. 73. visio Dei & fides sunt inæquales incertitudine adhęsionis, æquales vero incertitudine infallibilitatis. 273. num. 30. an beati videndo Deum producant verbum. 224. num. 33. vnum attributum potest videri formaliter sine alio. 241. nu. 10. & seq. similiter sine relationibus, seu personis. 246. num. 20. & seq. quid sit creaturas videri in verbo. 257. num 57. & seq. ipsamet visione Dei secundario cognoscuntur creaturæ secũ dũ proprias rationes. 262. num. 45. & seq. reuelatio Dei non sufficit, vt res in Deo proprie videri dicatur. 265. num 50. quomodo ex diuinæ visionis creaturæ in Deo videntur, ibidem. num. 51. omnes species substantiales possibiles de potentia ordinaria videntur à beatis eadem visione, qua Deus. 266. num 52 cur in Deo videtur, vna creatura, & non alia. 266. nu n 54. visio beatifica nõ terminatur æque immediate ad Deũ, & creaturas. 267 n. 59. & 298. n. 59. quomodo diuina essentia sit obiectũ primarium, & quomodo speculum. 269. num 60. & seq. an prius cognoscatur diuina essentia quam creaturæ in ipsa. 270. num 62 quomodo beati videant creaturas in Deo, vt in caussa 270. num 63. an actus quo creaturæ in Deo videntur sit diuisibilis 271. num 64 & seq. an videns Deum, necessario videat in eo creaturam. 272. n 68. & seq. non est necesse vt videns Deũ videat omnes creaturas possibiles de potentia absoluta 273. nu n. 71. nec est necessum videre in eo aliquam creaturam determinatam, immo potest nulla videri etiam in communi. 274. nu. 72. quid addit visio creaturæ ad visionem Dei, & visio vnius creaturæ ad visionem alterius. 274. nu 74. implicat intellectum creatum videre in Deo omnes creaturas possibiles, etiã nõ secũdũ omnes rationes. 289. num. 99. & 290 num 101. valde probabile est infinita non posse à creatura videri in Deo. 294 num. 108. hoc habet aliquod fundamẽtum in D. Thom. num 109 suadetur. num. 110. & seq. eodem gradu indivisibili non videntur multa in Deo. 297. num. 115. quælibet creatura intellectualis est capax maioris, & maioris visionis gratiæ, & caritatis in infinitum. 64. num. 127. an tenendo in creatura intellectuali capacitatem ad visionem Dei, & similia esse finitam ponenda sit maior in vna creatura, quam in alia 306. nu. 129. & seq. Visio Dei gratia, & charitas nullum ex natura rei terminum augmenti habent. 107. nu. 131. si non est capacitas limitata in creatura ad visionẽ Dei non est potentia activa mitata ad ipsam efficiẽdã. 308. n. 14 aliqui actus interni liberi Dei nõ cognoscuntur ab omnibus beatis. 300. num. 140. aliqui tamen eorum cognoscuntur. 311. num 142. aliqui videtur in verbo. 144 non videntur in eo ex effectibus 312. num 145. non vident illos sine additione facta visioni eorum, quę necessario sunt in Deo. num. 146. visio qua videtur illa determinatio in Deo non differt specie, & numero à visione, per quam non videtur, ibidem num. 147. si determinatio libera Dei est aliquid reale superadditum entitati necessariæ Dei ipsa concurrit effectiue ad sui cognitionem per modum speciei intelligibilis 313. num. 148 beati non omnia in Deo vident, & quam certum hoc sit 314. num 150. creaturæ, vt præsentes, præteritæ, & futuræ videntur à beatis in Deo. 316. num. 135. quomodo. n. 154. & seq.

& seq. quomodo creaturæ secundũ quod existũt in aliqua differentia temporis videantur in Deo 316. num. 154 & seqq. an viso beatifica de lege ordinaria variatiposit in ordine ad creaturas, vt existentes in aliqua differentia temporis. 318. nume.156. & seq. beati in Deo vident omnia, vel saltem præcipua mysteria fidei. 318.n.158.&.159. forte non omnes vident omnia mysteria fidei in Deo. 319. num.160. omnes vident in verbo omnes species substantiales rerum naturalium, licet aliquæ nunquam futuræ sint. 319 & 320 num.161. &. 162. Quid de individuis istarum nume. 162. omnes beati cernunt in singulis speciebus aliqua individua, & eorum cognitio addit aliquam profectionem 320.num.163. an omnes beati cognoscant aliquas species substantiales possibiles extra hunc ordinem vniuersi. 321.num.163. quilibet beatus videt in verbo omnes actus humanos, & effectus ad ipsius statum pertinentes. 321. nu.164. & seq. quæ autẽ pertineant ad statum cuiusque. 322. num 166.beati vident in Deo orationes, quę ad ipsos funduntur. 323, num.167. an visione beatifica videatur denuo aliquid quod à principio beatitudinis visum non fuerit, ibidem. num.168. quilibet beatus in verbo videt omnes actus aliorum beatorum ad ipsius statum pertinentes. 324. num.171. an beati videant in Deo damnatorum pœnas. 325. num. 173. an cognoscant futura contingentia libera conditionalia, ibidem num.174. Deus nequit videri oculis corporeis etiam de potentia absoluta. 327. num 3. & 4. nulla potentia sensitiua etiam ordinis supernaturalis, siquę esset posset cognoscere Deum eodem.num.4. visio aut potentia spirituales nullo modo potest collocari in organo corporeo 328. num 5. secundũ Diuum Tho. in visione beata non datur species impressa Dei. 331. num. 4 speciẽ impressam Dei dari posse de potentia absoluta in sione Dei. 334. num.19. & seq quomodo possit defendi oppositum. 341. nu. 33. & seq. De facto beati vident Deum sine specie, neque aliter possunt illum videre de potẽtia ordinaria, & essentia diuina concurrit effectiue ad sui visionem. 342. nu. 36. & seq. visio Dei quæ fit sine specie est eiusdem rationis cum ea, quę fieret cum specie. 343 numer. 43 an eadem species repræsentaret Deum intuitiue, & abstractiue, ibidem. nu 44. an à admissa specie Dei impressa esset necessarium lumen glorię ab ea distinctum. 345. nu. 45. admittenda est qualitas distincta à visione eleuans intellectũ ad videndum Deũ, quæ sit lumen gloriæ. 347. n. 50, & seq. reijciũtur qui speciem impressam nomine luminis glorię intellexerunt 349. num. 52. lumen gloriæ requiritur, vt cum intellectu eliciat visionem. 349. n. 53. requiritur etiam ad recipiendam visionem, vel speciem impressam Dei si datur. 351. nu 56. visio Dei est cõnaturalis intellectui affecto lumine glorię. 353. nu. 60. non recipitur in ipso lumine, ibid. num 61. cum diuina essentia concurrat per modũ speciei impressæ quorsum ponitur lumen gloriæ. 354. num 62 de potentia Dei absoluta potest videri Deus sine lumine gloriæ, vel alia forma inherente, & generatim quælibet potentia potest elicere actum supernaturalem sine forma inhærente. 354. num. 63. & seq. visio Dei de potentia absoluta posset fieri sine specie, licet hęc esset necessaria de potentia ordinaria. 357. num. 72 intellectus in ordine ad visionem beatificam, & generatim omnis potentia in ordine ad actum supernaturalem concurrit effectiue, vt causa principalis, & non vt instrumentum. 358. nu. 73. & seq. substantia animæ non concurrit immediate ad visionem beatificam, neque ad alias operationes immanentes aut vitales tract. 2. d 5 sect. 6 nu. 84. intellectus melior cum æquali lumine glorię non melius videt Deum. 380. nu 88. & seq. an omnes beati æqualiter conentur ad visionem Dei. 384. n 97. & seq. lumen gloriæ quo videtur Deus à scientia infusa realitur distinguitur. 385. num. 101. visio Dei de potẽtia absoluta posset nõ inferre dilectionem. 401. nu. 2. secus possibilis de potentia ordinaria 405. num. 6. tam tenuis potest esse visio de potentia absoluta, vt nõ solum non inferat necessario visionem, sed neq impediat odiũ Dei. 406. num. 9. voluntas videntis Deum caritate, & omni auxilio superaturali destituta amaret naturaliter Deum, 407. nu. 10. videns Deum non potest velle carere visione Dei. 408. num 13. immo in eo velle visionem Dei est necessarium quoad exercitium. 409. num 18. licitum est velle carere diuina visione ad tempus, ibidem. num. 17 supernaturalis amor visionis Dei est elicitus à virtute spei. 410. num. 19. voluntas videntis Deum necessario elicit amorem beatitudinis naturalem, vel supernaturalem, vel vtrumque, ibidem. Amor visionis Dei secundum aliquos est essentialis pars beatitudinis, ibidem. delectatio necessario consequitur visionem Dei de potentia ordinaria non de absoluta 410. num. 21. vide. V. delectatio. Videns Deum de nulla retristatur. 424. nu. 97. si tamen videret in Deo suam damnationem necessario tristaretur. 425. num. 69. An Paulus, Moyses, an Beata virgo. Ioannes Euangelista, Hieronymus, Benedictus, August. & alij viderint in hac vita dinam essentiam late. 470. num. 72. & seqq. & pars negatiua censetur probabilior Animæ ante resurrectionem corporum vident diuinam essentiam. 486 nu. 51. & seqq. visio correspondet fidei. 263. 46. non potest esse clarior nisi in obiecto noua alia qua appareat ratio. 264. nume. 48. quoad obiecta aliqua secundaria fortasse est variabilis, ibidem. 49. Non potest ferri in omnes creaturas possibiles secundario. 265. 51. nec in omnes species substãtiales possibiles de potentia absoluta, ibidem. 52. bene in possibiles de potentia ordinaria. 266. 52. vnde proueniat, vt has, & non illas creaturas repræsentet. 266. nume. 54. Non terminatur æque primo ad creaturas, & ad Deum. 267. num. 55 diuisibilis est inordine ad creaturas cognitas in Deo 27. num. 66. Non necessario repræsentat omnes creaturas possibiles. Vide Beati. Quid addat visio creaturarum in Deo ad visionẽ Dei, & visio vnius creaturę ad visionẽ alterius. 274. n 74 probabile est posse videri per visionẽ beatificã omnia possibilia si infinita videri possunt. 278. nu. 78. probabilius tamen est non posse videri omnia possibilia ibidem.

Voluntarium.

DEfinitio voluntarij traditur, & defenditur. 625. num. 2. & seqq. triplex est voluntarium obiectiue, effectiue, & omissiue. 626. nu 5. voluntariũ quod est cõe histribus speciebus est quod est sub potestate voluntatis, nomine voluntatis comprehendendo etiam appetitum sensitiuum. 627. num. 6 quomodo ad voluntarium requiritur vt fiat cum cognitione. 627. num. 8. in brutis non reperitur voluntarium 628. num. 10. & seqq. in quo differant voluntarium hominis, & brutis

629. num 14 quomodo bruta dicantur non cognoscere finem. 630. num. 15. in brutis non reperitur voluntarium perfectum seu liberum. 631. n. 18. in brutis non est voluntarium permodum omissionis. 631. num 19. in hominibus est voluntarium permodum puræ omissionis, & absque omni actu voluntatis. 632. num. 20. & seq. pura omissio mali etiam si sit voluntaria, & libera non potest esse meritoria nec bona moraliter. 635. num. 37. pura omissio voluntaria actus indifferentis nec bona est, nec mala moraliter, etiãin individuo. 136. n. 28 pura omissio mala non producit habitum vitiosum. 636. num. 28 & seq. probabile est tamen per eam paulatim destrui habitum bonum, immo, & per quamcumque cessationem, seu non vsum, ibi. nu. 30. omittere onus consilij non est bonum nec malum, sed indifferens etiam in individuo. 637. num. 11. ad voluntariam omissionem non requiritur obligatio operandi. 638. nume. 34. & seq. vt effectus consequens omissionem dicatur voluntarius physice nõ requiritur obligatio impediendi illum secus vt dicatur voluntarius moraliter, & imputatiue. 641. num. 41. & seq. ad voluntarium quando reperitur siue aliquo actu voluntatis requiritur eius libertas, & cognitio præsens, vel præterita. 645. num. 42. & seq. licet possit dari actus voluntarius non liber, non tamen potest dari pura omissio voluntaria quæ non sit libera. 646. nume 54. in homine datur volũtariũ, quod in indifferentia consistit. 646. num. 55. & seq. libertas supra voluntarium nihil addit reale positiuum intrinsecum actui absolutum aut relatiuũ, sed statum seu modum se habendi potentiæ. 649. nu. 62. & seq. diuisio voluntarij in liberum, & necessariũ non est generis in species sed subiecti in accidentiat 652. num 67. Nullus necessarius actus etiam quo Deus se diligit, & producit Spiritum Sanctũ, est perfecte voluntarius, ita vt plene, & perfecte participet rationem significatam nomine voluntarij. 652. num. 68. & seq. De voluntario libero. Videverbo libertas. Quod sit voluntarium in alio & interpretatiue. 701. n. 162. variæ acceptiones voluntarij interpretatiue, ibidẽ. Volũtariũ interpretatiua requirit cognitionẽ. 702. n. 164. ad voluntari ũ physice in causa non requiritur obligatio inferẽdi causam secus ad volũtariũ moraliter, & imputaitue in causa. 678. nu. 165. & seq præsertim pag. 705. nu. 170. & 171. effectus non intẽtus nec præuisus in causa no est voluntarius moraliter seu imputatiue. 705. num. 172. & num. 44. variæ diuisiones voluntarij. 708. num. 179. quomodo metus concupiscentia, habitus, & ignorantia minuant voluntarium vide in his verbis.

Voluntas.

HOmo per solam voluntatem libere operatur. 53. 8. voluntas ferri non potest in incognitum. 54. n. 2. & seq. nec secũdũ supernaturalem cognitionem etiam de potentia absoluta 55. num 3. volitio esse potest extra omne subiectum, vel in lapide 56. num 5. si per impossibile voluntas haberet actum sine præuia cognitione diceretur amans. 38. num. 8. in fine. ad actum voluntatis requiritur iudicium deconuenientia obiecti. 60. nume. 15. ad mouendam voluntatem sufficit iudiciũ speculatiuum. 63. num. 19. omnis actus voluntatis est ab intellectu non econtra. 69. numer. 35. voluntatem esse nobiliorem intellectu probabile est. 172. numer. 37. licet probabilius sit oppositum. 177. numer. 44 voluntas quomodo intellectum applicet ad intelligendum. 57. nume. 6. voluntas non potest ferri in cognitum solo sensu. 58. num. 10. nec in rem intellectam sola apprehensione. 60. num 14. sed iudicio de conueniẽtia obiecti, ibid. num. 15. vt eliciat actum supernaturalem non sufficit naturalis cognitio, quamuis vt elicíat naturalem sufficiat cognitio supernaturalis. 59 num. 11. an vt operetur voluntas requiratur iudicium compositionis. 61 num 16 an sufficiat cognitio virtualis. 62. num. 17. an sufficiat iudicium speculatiuum, ibidem. nnm. 18. an requiratur imperium 63. numer. 20. an cognitio concurrat effectiue ad actum voluntatis. 64. numo. 24. & seq. & 969. num. 1. voluntas effectiue concurrit ad omnes suos actus. 68 num 30. an si verbum distinguitur realiter ab intellectione efficiat actum voluntatis. 69. nume. 32. quomodo voluntas moueat intellectum ad intelligendum. 69. num 33 an voluntas ad amorem mediorum moueatur efficienter ab intellectu, ibidem. 34. an actus voluntatis, vel appetitus sensitiui ex varietate specifica cognitionis varientur specie. 72. num. 42. voluntas non potest ferri in malum sub ratione mali, aut in indifferens vt sic, sed tantum in bonum. 76 num. 3. & seq. voluntas potest amare id quod repræsentatur præcise vt bonum alteri. 79. nu. 7. nihil potest voluntate refutari præcise, eo quod sit imperfectum, impertinens, vel indifferens. 80. num. 11. quomodo in ira, vel odio non ametur malum sub ratione mali 80. num. 13. & seq. quomodo non esse posit à voluntate appeti ibidem. nnm. 15. quomodo relationes amari possint. 82. nu. 19. bonum apparens amari posse ibid. num 20. an cum volo inimico malum, quia mihi bonum est interueniant duo actus 81. nume. 15. an in voluntate detur actus medius inter intentionem, & electionem. 82. num 31. finis proprie dictus non est adæquatum obiectum voluntatis. 88. num 32. voluntas intimius vnitur suo obiecto, quam intellectus 175. num. 38. non est necesse, vt primus voluntatis actus habeat pro obiecto beatitudinem, ibidem. nue. 39. actus voluntatis potest esse primum volitum eodem numero, & propter se expeti, etiam si sit amor concupiscentiæ. n. 40. voluntas in nihil ferri potest nisi sub ratione boni. 787. num 1. potest ferri in bonum tantum apparens: á medijs etiã mouetur, potest habere actũ abstrahentem à fine, & medijs, appetere bonum delectabile vt sic, non potest moueri in ignotum neque in notum solo sensu, aut simplici apprehensione, ibidem. an possit moueri à solo iudicio speculan indigeat imperio intellectus vt moueatur, & an cognitio sit finis ratio mouendi voluntatem an tantum conditio. an secundum tenentes verbum distingui realiter ab actu intelligendi, verbum moueat immediate voluntatẽ an vero intellectio, & an intellectus effectiue moueat voluntate, ibidem. Volũtas mouet aliquando intellectum. 788. num. 3. & seq. quomodo intellectus moueatur à voluntate. 789. nu. 5 & seq. voluntas non mouet perse potentias vegetantes nec sensus externos. 794. num. 20. bene tamen aliquẽ, sensum internum, & appetitum sensitiuum, ibidẽ quos mouet ciuiliter, non despotice, ibidem, & num. 21. nõ mutata cognitione sensitiua mouere potest appetitum sensitiuum. 796 num. 22. voluntas sine cõcursu appetitus sensitiui potest mouere membra.

797. 25. Appetitus autem sensitiuus in homine non potest membra mouere sine concursu voluntatis, motus membrorum non causatur effectiue à potentia executiua distincta ab intellectu, & voluntate. 799. nume. 28 sed ab intellectu, vel à voluntate, vel quod est probabilius ab vtraque potentia. 801. num. 32. in fine, voluntas mouetur ab appetitu sensitiuo. 802. num. 33. non vt ab imperante, vel influente directe, ibidem. nu. 34. sed ex parte obiecti. 803. num. 35. quomodo autem moueat ex parte obiecti. num. 36. & pag. 804. num 37. mouetur etiam ab appetitu per sympathiam, ibidem. 32. & sequent. dum manet rationis iudicium cum aduertentia alias sufficienti ad operandum: voluntas non trahitur necessario ab appetitu sensitiuo, ita vt non possit ei resistere. 806. num. 42. voluntas effectiue mouet se ipsam in omni suo actu. 807. num. 44. & sequent. simul tamen mouetur effectiue à cognitione obiecti, ibidem. quomodo in primo actu dicatur nõ mouere se. 809 num 48. & sequent voluntas aliquando eodem actu medium, & finem appetit. 815. num 61. & sequent. non stat velle medium quin eodem actu saltem virtute, & implicite velimus finem. 810. num. 103. Probabile tamen est, aliquando formaliter, & explicite medium, & finem eodem actu amari. 817. num. 64. Sed probabilius est oppositum. 819. num. 67. Quod tamen restringitur ad absolutam dilectionem formalem medij, & finis, de relatiua autem docetur eadem posse formaliter attingi medium, & finem, vt cum volo tale fieri assequi tali medio, vel per tale medium peruenire ad talem finem. 826 numer. 77. & 825. numer. 77. & sic eodem actu attingi formaliter medium, & finem docetur. 913. num. 11. & sequent. Quando volitio medij, & finis sunt distincti actus, volitio finis effectiue concurrit ad volitionem medij. 818. num. 64. & 824. num. 77. volitio medij potest dari sine formali, & expressa volitione finis. 816. num. 62. & 824. num. 77. voluntas potest moueri in instanti. 825 num. 78. Quomodo voluntas possit, vel non possit moueri à cœlis, vel astris. Vide. ver. astra: non potest moueri directe ab angelo. 876. num. 2. & sequent. nec agere sine actuali concursu Dei. 879. num. 9. & sequent. vt operetur non semper recipit inse aliquid à Deo. 886. num. 24. & sequent. actus necessarij in voluntate non sunt proprie liberi, sed naturales. 891. nume. 2. in voluntate sunt multi actus necessarij quoad specificationem. 892. num. 4. & sequent. Alij necessarij quoad exercitium, vt qui sunt in pueris, amentibus, & somniantibus, & qui procedunt à voluntate indeliberata, & simplex complacentia, ac displicentia. 896. num. 16. & amor Dei clare visi num. 17. & 18. & volitio visionis beatificę in vidente Deum. 898. num. 18. Amor beatitudinis in communi etiam suppositа actuali consideratione obiecti potest non elici à voluntate, & est liber quoad exercitium, licet non quoad specificationem. 899. num. 21. & sequent. in actibus voluntatis nec perse, nec per accidens datur tempus determinatum, vel indeterminatum naturalis, seu necessariæ continuationis. 905. num. 35. An actus alioqui liber, eliciatur necessario à voluntate propter vehementem passionem appetitus sensitiui, vel intensum habitum. 905. num. 36. Omnes voluntatis actus ad sex reducuntur, qui sunt simplex complacentia, & displicentia: desiderium abominatio; delectatio, & tristitia. 908. num. 2. Volitio simplex ab efficaci recte distinguitur, & quo pacto. 909. num. 4. & seqq. in voluntate creaturæ, & Dei dantur actus conditionati desiderij. 810. num. 7. voluntas potest habere actus conditionatos, etiam dum homo scit deesse conditionem. 930. num. 35. & 36. suppositа intentione finis non potest non velle medium iudicatum necessarium ad finem 934. numer. 38. & 935. nume. 39. limitatur. nume 40. & sequent. in quibus casibus voluntas necessitatur. 937. num. 41. Ad omnem actum voluntatis requiritur actualis cognitio intellectiua iudicatiua, & practica, quæ si daretur sine affirmatione, & negatione, sufficeret od actum voluntatis. 668. num. 1. voluntas non potest suspendere actum intellectus circa conclusionem post assensum præmissarum recte dispositarum, neque actum proprium circa medium iudicatum necessarium, post intentionem finis. 970. numer. 4. Voluntas alia signi, alia beneplaciti: signi voluntas est præceptum, & permissio, & consilium operatio: beneplaciti vero voluntas vna efficax, alia efficax. seu simplex. 1131. num. 1. Efficax, alia absoluta, alia conditionata vna antecedens alia consequens: dupliciter conformamus voluntatem nostram diuinæ. ex parte obiecti, & ex parte actus. 1132. num. 2. Item ex parte actus, vel necessario, vel libere, ibidem. num. 3. ex parte autem obiecti, vel materialis, vel formalis, ibidem. num. 3. Voluntas humana vt recta sit debet conformari cum diuina sumpta pro præcepto: voluntas humana vt recta sit, non debet conformari cum voluntate diuina signi consistente in consilio permissione aut effectione. 1135. num 9. voluntas humana vt recta sit debet aliquo modo conformari cum diuina ex parte finis, seu in volito formali. 1135. num 10. actus voluntatis nostræ vt bonis sit, immo, & vt sit debet conformari cum diuina voluntate beneplaciti absoluta, vel conditionali. 1136. num. 11 conformitas in principio operandi cum voluntate diuina non est necessaria ad bonitatem moralem actus humani, immo nec ad meritum, ibidem. nulla est obligatio conformandi positiue ex parte obiecti voluntatem nostram cum diuina, ibidem. si homini certo constet Deũ aliquid efficaciter velle nec potest bene, nec male actu absoluto, & efficaci discordare ab illa nisi ignoret efficaciam, vel immutabilitatem diuinæ voluntatis. 1138. num. 17. quomodo constare possit de hac voluntate diuina. num. 18. cognita voluntate diuina absoluta & effitaci, & ignorata eius virtute, & immutabilitate velle absolute, & efficaciter oppositum est illicitum, etiamsi homo absolutã, & efficacem voluntatẽ Dei, & eius vim atq. cognoscat immutabilitatẽ licite potest velle oppositũ, & sic discordare ab illa in volito materiali. 1137. num. 20. aliquando tenetur homo discordare positiue in volito materiali per simplicem displicentinm, â diuina voluntate. 1140. numer. 22. Non quæuis voluntas conformis diuinæ voluntati in volito materiali est recta. 1141. nume. 23. si aliquis per diuinam reuelationem absolutam esset certus de sua damnatione assensu absoluto talis reuelationis, & aduertendo reuelationem esse infallibilem, & voluntatem Dei esse immutabilem, nec frustabilem, non posset homo suam salutem sperare, neque illã intendere. 1142. nume. 25. & licet ex ignorantia possibile esset id velle, non tamen licitum, ibidem. Posset tamen quis orare prose, vel alio cuius damnatio esset absolute

solute illi reuelata, ibidem. Voluntas potest agere cõtra iudicium practicum actuale, seu conscientiam, etiam efficacius proponentem oppositum. 1175. num. 7.

Votum.

VOta facta metu graui iniuste, & directe incusso ad exorquendum consensum sunt irrita iure naturæ, 737. nu. 6. & 7. 738. num. 8. 740. numer. 12. votum ignorantia, errore aut dolo emissum, quando, & quo iure irritum. 773. numer. 46. & sequent. in dubio de emissione voti, de animo se obligandi, &c. An seruandum sit votum. 1235. numer. 162. qui per errorem est. 163. & 1257. nume. 249. & sequent. & 1260. numer. 261. & sequent.

Vti, & Vsus.

VSus actiuus formaliter, & proprie dictus nõ est actus elicitus voluntatis, sed quasi elicitus, sed reducendus est ad actus elicitos: nec inhæret voluntati vt subiecto inhæsionis, sed illi competit vt subiecto denominationis. 954. num. 75. & sequent. sic acceptus vsus actiuus, realiter distinguitur ab electione, sed si dicatur esse actum elicitum voluntatis, dicendum est, omnem vsum esse electionem, non econtra. 956. numer 79. & se quentibus, vti possumus precibus inclinando Deum vt aliquid efficiat, in quo euentu Deus est medium, quo moraliter vtimur ad aliquid efficiendum licite vt cum petimus bona, illicite cum mala, & hoc est abuti Deo. Immo in omni peccato Deo abutimur. 958. numer. 84. & 85. aliqualiter omni creatura licite vti possumus, ibidem. num. 86. sine stricte vti non possumus nisi forte, vt contracto ad certum medium seu materiam. 989. num. 67. bruta pueri, & amentes, somniantes, & indeliberate agentes, non vtuntur proprie, ibidem. numer. 88.

Vtilitas.

VTilitas Theologiæ moralis. 10. num. 29.

Zelus.

ZElus seu æmulatio tristitiæ species quid. 1314. num. 65. &c.

FINIS.

ERRA-

ERRATA.

OMITTO errata extrinseca operi, quæ in numeris, & capitibus foliorum seu paginarum, & in marginibus irrepserunt; & Errata quæ intra opus ipsum contigere, sed à quolibet deprehendi statim possunt, vt quando litera aliqua, vel omissa, vel anteposita, vel inuersa fuit cætera sic corrige.

Pag.32. Colum.2. Lin.28. pro Ecclesiastici. 25. lege.15. pag.66. col.1. lin.21. & 22. in aliquibus codicibus desideratur. Molin.1.p. q.19. art.2. disp.3. Alex. 1.p. q.17. m.3. pag.94. col.2. lin. 49. pro, & lege aut. pag.161. col.1. lin.23. pro Psal.85. lege.83. pag.167. colum 56. pro Psal.85. lege.83. pag.347. colu.1. lin.vlti. pro Psal.17. lege.47. pag.537. colum.2. lin.45. pro Iob.4. lege.3. pag.545. col.1. lin.23. pro Aegidio lege Catherinum pag.554. colum.2.lin.13. desideratur,&.1. Thesal.4. Nos qui viuimus, qui residui sumus,in aduentu Domini non præueniemus eos, qui dormierunt, quoniam, &c. pag.562. colum.1. lin.55. pro Iob.16. lege.26. pag.575. colum.1. lin.38. pro Ioan.9. lege.5. pag.586. colum.2. lin.19.pro Iob.16. lege.19. pag.629. colum.1. lin.39. pro Peicum lege Picum.pag.705. colum.2. lin.43: pro itaque,lege, atque, & lin.46. pro Tit.lege,& denique.pag. 706. colum.1.lin.47. lege Gelasij cap. Sancta Romana.dist.15. pag.749. colum.2. lin.4. lege disp.4. sect.3. pag.790. colum.1. lin.9. pro.motus, lege motIuæ, & lin.10. pro essentiam,lege præsentiam, & lin.20. pro Primus, proximus. pag.832.colu.1. lin.51.pro Zachel, lege Azarchel. pagin.842. colum.2. lin.27. pro cap.20. lege.10.pag.843. colu.1. lin.10. pro Iob.38. lege.31. pag.846. colum.2 lin 31. lege, & horarum momenta librantes,& lin. 34.pro,prophetarint, Propheta respondit. pag.917. colum.1. lin.38.partes finales,lege plures fines,& pag.970 col.1.lin.7. pro Genes.43.lege pro.49.pag.961. colum.2. lin.39. lege, inqua in recto importatur delectatio.pag.988. colum.1.lin.54.pro ipse lege ipsum,& lin.55. pro voluntas,lege voluntatem,& pag.989. colum.1. lin.23. pro subordinaria,lege subordinata, & colum.2. lin.22.pro actum,actu. pag.1015. colum.2. lin.49. pro moralem,lege,mortalem. pag.1129. colum.1. lin.1. dele,non.pag.1151. colum.2. in tit. sectionis,pro reperitur,lege repetitur.pag.1181. colum.2. lin. 31.pro Iob. lege Prouerbior.pag.1174.colum.1. lin.1. pro.12. lege. 10. pagin.1183. colum.1.lin.1. pro vtrobique lege vtroque.1302.colum.1.lin.2 pro Ephes.9. lege.5. pag.1326. colum.2. lin.46. pro hominis,lege, criminis. pag.1333. colum.2. lin.4. pro magis, lege minus. pag.1338. colu.1. lin.46. pro. 9. lege.6.

IN indice Scripturæ. Colum.1. Mat. cap.19. si vis perfectus esse, &c. pro. 50. lege. 500. & colum.2. Lucæ.12. seruus sciens pro.118. lege. 1182. & in Ioan. colum.1. ante; qui biberit ex aqua,adde.4, & colum.2. ex Epist. ad Rom. cap.2. testimonium reddente pro. 1176. lege. 1179.

OMnes Codices huius tomi sunt terniones prater Codicem principiorum libri,& G. & Pppp. cum tribus sequentibus,& Mmmmm,& vltimũ Indicis,qui sunt quaternio-nes;& Llll. qui est sexternio. Ttt. qui .4. tantũ folia habet.

LAVS DEO.

33

1184

33

1184